Incomplete




JOANNIS LORINI SOCIETATIS JESU, Commentarii in Librum PSALMORUM,

IN QUIBUS PRÆTER ACCURATAM SENSUS litteralis explanationem, variarum tùm editionum, tùm lectionum collationem cum vulgata, quæ defenditur, Phraſeon etiam Scripturæ atq; vocabulorum diſquiſitionem, myſtici omnis generis ſenſus, ex Patribus, præcipuè Græcis Latiniſque, traduntur.

TOMUS SECUNDUS.

EDITIO SECUNDA VENETA.

Cum Indicibus Sacræ Scripturæ, ac rerum magis exquiſitarum & inſigniorum.



BIBLIOTECA PROVINCIAL
SORIA

VENETIIS, MDCCXXXVII.
Apud Jacobum Tomaſinum.
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

IOANNIS

LORINI

SOCIETATIS IESU,

Commentarii in Librum

PSALMORUM.

IN QUIBUS PRÆTER ACCURATAM SENSUS
litteralis explanationem, variarum tum editionum, tum lectionum collationem cum vulgata, quæ defenditur, Thesaurum etiam Scripturæ atq; vocabulorum diluciditionem, mystici omnis generis locis, ex Patribus, præcipuè Græcis Latinisque, traduntur.

TOMUS SECUNDUS.

EDITIO SECUNDA VENETA.

Cum Indicibus Sacræ Scripturæ, & rerum magis explicatarum & insignium.

VENETIIS. MDCCXXXV.

Apud Jacobum Tomasinum.

SUPERIORUM PERMISSU, ET PRIVILEGIO.

PSALMUS

TRIGESIMUS OCTAVUS.

1 In finem, ipſi Idithun Canticum David.

2 DIxi: Cuſtodiam vias meas: ut non delinquam in lingua mea.
Poſui ori meo cuſtodiam, quum conſiſteret peccator adverſum me.
3 Obmutui, & humiliatus ſum, & ſilui à bonis: & dolor meus renovatus eſt.
4 Concaluit cor meum intrà me: & in meditatione mea exardeſcet ignis.
5 Locutus ſum in lingua mea: Notum fac mihi Domine finem meum.
Et numerum dierum meorum quis eſt: ut ſciam quid deſit mihi.
6 Ecce menſurabiles poſuiſti dies meos: & ſubſtantia mea tamquam nihilum ante te.
Verumtamen univerſa vanitas, omnis homo vivens.
7 Verumtamen in imagine pertranſit homo: ſed & fruſtra conturbatur.
Theſaurizat: & ignorat cui congregabit ea.
8 Et nunc quæ eſt expectatio mea? nonne Dominus? & ſubſtantia mea apud te eſt.
9 Ab omnibus iniquitatibus meis erue me: opprobrium inſipienti dediſti me.
10 Obmutui, & non aperui os meum: quoniam tu feciſti: 11. amove à me plagas tuas.
12 A fortitudine manus tuæ ego defeci in increpationibus: propter iniquitatem corripuiſti hominem.
Et tabeſcere feciſti ſicut araneam animam ejus: verumtamen vanè conturbatur omnis homo.
13 Exaudi orationem meam Domine, & deprecationem meam: auribus percipe lacrymas meas.
Ne fileas: quoniam advena ego ſum apud te, & peregrinus, ſicut omnes patres mei.
14 Remitte mihi, ut refrigerer priùs quàm abeam, & ampliùs non ero.

Verſ.) In finem ipſi Idithun, Canticum David.

IN titulo quid ſit. *In finem:* lege Pſal IV. & quid *canticum* in præfatione *a*. Quidam codices habent, *pro Idithun*, ὑπὲρ Ἰδιθὰμ, & ita legit Origenes. Ambroſius, Auguſtinus, ceteri ferè Latini, ut Hieronym. Caſſiodorus, &c. De *Idithun*, quod nomen habeat etiam in titulo Pſalm. LXI. & LXXVI. (licèt in ultimo addatur *Aſaph*) conſtat eum fuiſſe ex præclaris Cantorum præfectis, quos David conſtituit, ut eſt in Paralipomenis *b*, videlicet cum dicto *Aſaph*, & *Heman*. & ſub eorumdem Præfectura qui erudiebant canticum Domini, erant ducenti octoginta octo *c* deſtinati, ut veſtiti byſſinis concreparent cymbalis, Pſalteriis, citharis, ante arcam: & horum numerus erat quatuor millia. Quia verò ſicut Aſaph, ad Leviticam familiam Gerſon pertinebat, Heman ad Caath, ita Ethan ad Merari *d*, (qui ipſi Gerſon, Caath, Mereri, conſtituti dicuntur ſuper Cantores *e*) videtur idem fuiſſe Ethan, qui Idithun. Confirmat ſententiam noſtram Paraphraſtes Chaldæus, ponens in titulo על פמא דירותון *hhal pumma diduthua, ſuper* ſive *per os Idithun*. Sed cur in Pſal. LXXVI. additus ſit Aſaph cum Idithun, dicetur quum eò perventum fuerit.

Idithun pro genere carminum à nonnullis ſumtum.

Quapropter non placent, qui Idithun volunt genus quoddam carminis fuiſſe, quod ipſe compoſuerit, ad cujus exemplum Pſalmi ſint editi, quibus Auctoris illius præfigitur nomen: nec eſt probabile, Idithun eſſe vocabulum, aut cantilenæ, ad cujus modulum Pſalmi canerentur. Similes de aliis Pſalmis opiniones antea rejecimus, docuimuſque, ex nominibus propriis, diverſis à David, argumentari non licere, alium præter ipſum auctorem fuiſſe Pſalm. Neſcio Haimo quas intelligat ſcripturas, in quibus ſe legiſſe ſcribit, *hunc Pſalmum fecit Idithun, & hunc Eman*, &c. neque quid velit ſcholion Græcum intelligo, τῷ ἑνὶ κριτῇ τῷ ἐρχόμενῳ, *uni Judici qui inſtabat*: fortaſſe Judicem dicere voluit ἐρχόμενον, *principantem*, ac Præfectum cantoribus, ut dixi. Denique non probo, quod Euſebius docet, ab Idithun edoctum Davidem, tamquam ab eo qui eſſet inſignitus Prophetico ſpiritu, illa quæ continentur Pſalmo iſto.

Omitto myſticas vocabuli hujus interpretationes, ut ſignificet quod ait Auguſtinus, & alii, tranſilientes eos, videlicet ima cogitantes, in rebus tranſeuntibus ſpem ponentes, ac veluti ſimile ſit iſtud canticum Pſalmis qui dicuntur *Cantica graduum*, Græcè ὠιδαὶ τῶν ἀναβαθμῶν, *aſcenſionum*. B. Thomas refert aliam notionem, ut *Idithun ſit vir intus ſciens*. Scholion Græcum ait ſignificare ἀπάτην, *deceptionem*, & fallaciam. Alii *f* legem ejus aut legalem, aut eum qui laudem ſeu confeſſionem det. Heſychius *venturum*, quod ſignificat ἐρχόμενος, de quo dixi. Felix derivat à ידה *iadah*, *projicere*, elevare, exaltare, confiteri, & à דין *dun*, *judicare*, litigare, contendere, inſtare. Difficilis eſt omnis hæc ratio Ethymologiæ ſi exactè perpendatur, ut poſt Matthiam Bredembachium obſervavi. Juxta Hebræam quoque formam, notat Nicolaus Trevetus proferri debere *Iduthun*, non Idithun, nec Idithum, nec Jedithum, nos tamen corruptè pronuntiare *Idithun*, ſicut *Iſaiam*, pro Jeſaia, atque hac in re valere debere quod monet Auguſtin. *g*, imperitam prævalere conſuetudinem, quamvis aliquid afferri poteſt quod adhuc ignoramus, unde magis nos docere debeat judicium veritatis quàm præjudicium conſuetudinis. Quæri poſſet, quum Idithun præeſſet non ſimpliciter canentibus, ſed inſtrumenta quoque pulſantibus, cur attribuatur ei canticum, quod abſolutè poſitum non includit inſtrumenti pulſationem. Reſponſio ſufficit quòd quibuslibet Cantoribus præeſſet, ſed & מזמור *mizmor*, ſæpe quòd hic habetur ſolet verti *Pſalmus*: itaque vertit Hieronymus, hoc loco licèt Græcè ſit ᾠδή.

f In Indice bibl. ac Tyrboſcus.

g in Pſ. 105.

ARGUMENTUM.

QUod ad argumentum ſpectat, non eſt de populo captivitatem Babylonicam, de qua cupiebat liberari, patienter ac ſine murmuratione propter ſua peccata tolerante, ut R. Salomon voluit, ſed de David, adverſus maledicta Semei, ſimiliumque, comprimente & continente in ſilentio ſe ipſum *h*, ut placet Baſilio, Theodoreto, Euthymio, Nicephoro, Chryſoſtomo: & ex Latinis, Lyrano, Valentiæ, Janſenio, Aiguano, qui priùs dicebatur Innominatus, quamvis addendum videatur cum ceteris, inde occaſione ſumta, vel ex diutino aliquo morbo, quem ſit paſſus, ſi ve ſub morbi ſymbolo ex gravi calamitate, ſimul differere David de humanæ naturæ miſerabili cõditione, quum ſit proclivis peccato,

h 2. Reg. 16. 10.

ac pœnas peccatis debitas pendere, obſecrando ut veniam det, atque vivendi breve ſpatium, quietè tranſigendi poteſtatem faciat. Chryſoſtomus *a* docet vel ex perſona propria Davidem, vel ex aliorum quorumcumque plangentium Pſalmum ſcripſiſſe. Tandem juxta ſublimiorem ſenſum concedi poteſt Valentiæ, per ejectionem David de Regno, Rebbellionemque filii, deſignari primi hominis infœlicem caſum.

a Epiſt. 7. ad Olympiam, l. 3.

Utilitates hujus Pſal. b *1. Offic. c. 5.*

Perutilis Pſalmus, ut teipſum, quo Marcellino ſcribit Athanaſius, obſerves, ac veluti ceromate inungas contra hoſtem imminentem. Ambroſius *b* proœmium ducens librorum de officiis, ab hoc Pſalmo delectatum ſe ſcribit ejus ſenſu profundo, & virtute ſententiarum, nam in illo adverti ſilendi patientiam, opportunitatem loquendi, contemptum divitiarum: denique dum eum conſideraret, ſucceſſiſſe animo de officiis ſcribere.

Verſ. 2.) Dixi: Cuſtodiam vias meas: ut non delinquam in lingua mea.

Poſui ori meo cuſtodiam, quum conſiſteret peccator adverſum me.

POST variam longamque cogitationem, in has erupit æſtuans animus voces doloris indices, jam ſe ampliùs continere non valens, ut pote non ἀναλγὴς & ἀπαθὴς, quales qui de Stoicorum ſchola, contra quos Cicero *c*, & apud Gellium *d* Taurus, ac rationem reddens diuturni cohibitique tam diu ſilentii. Idcirco, ait, tacui, tot licèt adverſis provocatus rebus, adeò multis laceſſitus injuriis, & planè decrevi os compeſcere, quia verebar, ne quod præ dolore impatientiaque verbum excideret, contra rationis normam, & legem Dei. Hoc porro tanta cura feci, ut os tamquam chamo, capiſtro, fiſcella, freno obſtruxerim, tum maximè quando acriùs iniquus perſecutor infeſtabat, atque inſultans calamitati meæ, me convitiis inceſſebat. *Vix dolor frenos capit*, ait ille *e*.

c Tuſc. 2.
d lib. 12. c. 5.
e Astrem. in Thyeſte apud Senecam, &
f Pſal. 4. 5. Pſ. 9. 11. Iſ. 19. 16. 21. 23. Pſ. 1. 3. 2.

Dixi.) Idem eſt, quod, dixi in corde meo: & abſolutè poſitum ſignificat *decernere*, ac *deliberare* *f*, quaſi dicat, ut explicat Ambroſius, propoſui, confirmavi, imperavi, locutus ſum cordi meo, ita ut quod mihi ipſi promiſi, non fraudem, non mihi ipſi meo judicio ſim infidelis, & deſpicabilis æſtimer; quum alienum fallere, indecorum: proximum, grave ſit. Hoc inquit idem Ambroſius *g*, eſt tamquam in ampla domo, deambulare in corde noſtro, & converſari cum eo tamquam cum bono contubernali, ut ipſe ſibi dicat & loquatur ſecum, nihil tamen prohibet, quin ſermone quoque ac ore id protulerit. Deliberatione in re adeo gravi opus eſt ut notat gloſſa interlinearis, quæ hic ſubditur.

g 3. Offic. c. 1.

Cuſtodiam vias meas ut non delinquam in lingua mea.) Cuſtodiam actiones ne dictis agam contraria inquit Heſychius, ſive Chryſoſtomus *h*, reprehendendo lingua, vitia; ea autem factis commendando. Aſterius, Euthymius, Nicephorus, *vias* volunt eſſe ſermones ipſos, & ita Paulum de his loqui, ſub illo nomine quando ſcribit: *i Miſi ad vos Timotheum, qui vos commoneſaciat vias meas*. Probat Agellius tum ex ſimilitudine vocum דרכי *derachai*, *vias meas*, & דברי *devarai*, *verba mea*, tum quia LXX. Interpretes, quod legitur Proverbiorum cap. 16. *k. Cuſtos animæ ſuæ ſervat viam ſuam*, tranſtulerunt, *diligens vitam ſuam, parcet ori ſuo*, ἀγαπῶν ζωὴν αὐτοῦ, φείσεται στόματος αὐτοῦ. Tum quia ejuſdem libri cap. 31. *l* habetur prioris converſa propoſitio, *qui cuſtodit os ſuum, cuſtodit animam ſuam*. Rurſum Aſterius, quia poſtea *m* quærit quod alius nemo, ut notus ei fiat finis ejus, *vias* exponit deſideria, quæ celeriter moventur, &, ſi citò abjiciantur, nec exprimantur verbo, *non fiet in lingua peccatum*. Generalior placet cum ceteris auctoribus acceptio *viarum* pro omni vitæ degendæ ratione, in cogitatis, dictis, ſicut alibi, ut in Deuteronomio *n*, *Cuſtodite vias veſtras, & ſtudia veſtra*, & Pſalmo CXVIII. *o. Cogitavi vias meas, & converti pedes meos in teſtimonia tua*. Hieronymus exprimit opera & quinque ſenſus. Attendendum præcipuè verſanti in bivio pluſquam Herculeo, & in via quæ difficillima eſt in Adoleſcentia *p*. Cuſtodia autem iſtorum

h Hom. 2. in hunc Pſalm.
i 1. Cor. 4. 17
k verſ. 27.
l verſ. 23.
m verſ. 5.
n cap. 4. 2.
o verſ. 15.
p Pro. 39. 10

facit, ut quod eſt difficilius, caveat quis linguæ lapſum, in qua qui non offendit, *hic perfectus eſt vir* q, & quia *ex verbis noſtris juſtificabimur, & ex verbis noſtris condemnabimur* r, reddemuſque rationem etiam *pro omni verbo otioſo* s; *& mors & vita in manu linguæ* t: &, ut dixi, *Qui cuſtodit os ſuum, cuſtodit animam ſuam*; & *cultus Juſtitiæ ſilentium & pax* u. Ambroſius exordiens tractationem de officiis à ſilentii præceptis *x*, cautionis iſtius magiſtrum Davidem nominat. Ideo lapſam Evam, quia locuta viro quod non audierat à Domino Deo ſuo *y*: primam legis divinæ Deique vocem illam dantis, eſſe, Audi *z*: ſi cuſtodiebat linguam David, multo magis id nos facere oportere: ſi Iſaiæ polluta labia erant *a*, noſtra nos munda cenſere non debere. Meritò etiam præfert *b* Pythagoræ Davidem vetuſtiorem, quòd ille per quinquennium diſcipulis uſum inhibuit loquendi, David non naturæ munus inhibuit, ſed cuſtodiam proferendi ſermonis docuit, ille ut non loquendo, loqui doceret; hic, ut loquendo magis diſceremus, loqui. Demonſtrat præterea *c*, qui linguam cuſtodit, mitem reddi, manſuetum, modeſtum, patientem. De ſilentio dixi cap. 3. Eccleſiaſtæ *d* ſed magis in hoc damnando vitio eloquentes ſumus quàm in domando diligentes: quamquam in eo loco maximè, ut acutè ſcribit Bernard. *e*, haberi debet excuſata lingua quòd nec ſibi parcat, & adverſus propria quoque ſui ipſius pericula muniat audientes. De loco Jacobi qua ratione domari lingua nequeat, legendus Auguſtinus *f*. Pambus æqualis Athanaſii, ſine litteris, quum doceri Pſalmum vellet, audiſſetque noſtri primum, audire ſecundum verſum non eſt paſſus, dicens ſi potuero hoc implere, hic verſus tantummodo mihi ſufficiet: quumque doctor qui ei tradiderat verſum, culparet cur per ſex menſes ad ſe minimè veniſſet, reſpondit, quia verſum illum adhuc opere non implevi: poſtea verò quum multos ſupervixiſſet annos, à quodam noto rogatur, an didiciſſet verſum; *Quadraginta etiam novem*, inquit *annis vix eum implere valui*, narrat hoc his ipſis verbis hiſtoria tripartita *g* ex Socrate *h*, & Palladius *i*, refert decedentem affirmaſſe, ex quo incolere eremum cœpiſſet, nullum ſe umquam protuliſſe verbum, quod prolatum nollet. Quum citaretur Photius ab VIII. Synodo ut eſt in actione V. uſurpabat verſiculum iſtum, & ſe Chriſti ſimulabat imitari ſilentium. Sed ei reſpondebatur à Synodi Patribus illud ex Pſalmo XXXI. *In camo & freno maxillas eorum conſtringe, qui non approximant ad te*. Climacus *k* ſcribit, quia verſus iſtius Petrus non meminerit, negaſſe ter Dominum. Rei difficultatem nemo melius Jacobo expoſuit: nam præfatus *l qui non offendat in verbo hunc eſſe perfectum virum*, comparat cum *m* freno, gubernaculo, ſcintilla quæ ſylvam inflammat, indomita beſtia, veneno, fonte, unde manet aqua dulcis & amara, univerſitate iniquitatis. Et quidem aut lingua cuncta componit ac ſtruit mala, aut efficit, exequiturque, aut defendit, ac excuſat; tigres *n*, leones *o*, aſpides *p*, & id genus fera venenataque etiam animalia potiùs humana mens cicurare & manſuefacere, *linguam autem nullus hominum domare poteſt*, q.

Virtutem (ait ille) *primam eſſe puta compeſcere linguam.*

Proximus ille Deo eſt, qui ſcit ratione tacere.

Derelicta ſunt labia tantummodo *r* circa dentes Jobo à Diabolo, ait Aſterion, aut Philippus *ſ*, ut haberet poſitus in tormentis, quibus poſſidet facilè blaſphemare, & diabolus intelligere eum poſſet. *Cuſtodit Deus hominem t*: Angelus quoque *u*. Sed vult etiam Deus ut ipſi nos cuſtodiamus *x*, *Cuſtodi*, inquit, *temetipſum & animam tuam ſollicitè, & quando egreſſus fueris adverſus hoſtes tuos, in pugnam, cuſtodies te ab omni re mala*, etiam à verbo, quod ſignificat item רבר *davar*, Præterea *jubemur ſtare ſuper cuſtodiam noſtram y, & cuſtodire cuſtodiam noſtram z*.

a Iſa. 6. 5.
b Offic. c. 10.
c cap. 4. verſ. 7.
In damnando linguæ vitio magis eloquentes ſumus, quæ indomando diligentes.
d Sermon. de trip. cuſt. manus, lingua, cordis.
e de Natura & gratia c. 15. & 16. & Serm. 4. de verbo Tom.
f lib. 8. c. 1.
g lib. 3. c. 23.
h in Lauſiaca c. 10.
i Gradu. 11.
K cap. 3. 2.
l verſ. 3. & ſem.
m Ammian. de Anaſtaſio
n Ann. Cart apud Plut. in Pol. c. 74.
o Plin. lib. 10. c. 74.
p Jacob 3. 8.
q Job 19. 20.
r ibid.
ſ Pſ. 144. 20.
t Mat. 18. 10
u Deut. 4. 9. cap. 23. 9.
x Iſa. 21. 8. Habac. 2. 1.
y Zach. 3. 7.
z Prov. 10. 19

Ut non delinquam in lingua mea.) Aliqua fortè pœnitenda dixerat, inquit Auguſtinus, ac lapſa erant ab ore, quæ vellet, revocare, non poſſet; ſtatueratque non loqui, ne aliquid diceret quod ſe dixiſſe nollet: & tædio affectus ex his peccatis, quæſivit evitare talia. *In multiloquio non deeſt peccatum* a, ſed & in ſilentio peccari poteſt. Idcirco cuſtodia opus eſt, quia *tempus tacendi, tempus loquendi b, & ſapiens tacebit uſque ad tempus* c: & diſcretè, ait Greg. *d* (expendens *cuſtodiæ* ac *oſtii* uſum, de quo ad

a Prov. 10. 19
b Eccl. 3. 2.
c Eccl. 20. 7.
d 7. Moral. cap. 17.

hoc

hoc propoſitum noſter vates in Pſalm. CXL. *a. Pone Domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circumſtantiæ labiis meis.*) Viciſſitudinem penſanda ſunt tempora, ne aut quum reſtringi lingua debet, per verba ſe inutiliter ſolvat, aut quum loqui utiliter poteſt ſemetipſam pigrè reſtringat. Prodit hominem ſermo, non ſecus quam ex colore linguæ animantium, judicium fieri docet Ariſt. *b* de colore futuri fœtus; & Plin. *c*, cujus coloris arietes habuerint ſub lingua venas, ejus & lanicium fore in fœtu, variumque, ſi plures fuerint. Sitim ac cruciatum paſſus dives in lingua *d* dicitur à Paulino *e*, vehementiùs, quia in mendicum, quam Eleazarum vocat pro Lazaro, ante januam ſuam ſtratum, & canibus relictum, ſæpius ſuperbo Avarus ore peccaverat: ob hoc hìc nos præmonet, *ponere ori cuſtodiam, in manu linguæ vitam eſſe & mortem*, ex verbis noſtris judicandos nos & condemnandos; quæ priùs etiam retulimus. Denique *qui cuſtodit os ſuum & linguam ſuam, cuſtodit ab anguſtiis animam ſuam* f. An idcirco linguas pecudum Mercurio ethnici adolebant, ut hoc à ſolo Deo membrum regi ac expurgari poſſe ſignificarent? Mercurius fingebatur interpres Deorum, & præfectus eloquentiæ ſapientiæque Iſaiæ g quidem certè linguam unus de Seraphim igne de altari rapto mundavit.

Poſui ori meo cuſtodiam.) Hieronymus, *cuſtodiam os meum ſilentio.* Alii, *cuſtodiam os meum clauſura: cuſtodiam ori meo capiſtrum*, fiſcellam, clauſuram, obturamentum, obturaculum, fibulam, clauſtrum, repagulum, camum, epiſtomidem. Cohibebo os meum capiſtro, cuſtodiam ad os meum capiſtrum, ſervabo fræno os meum: adhibebo frænum ori meo; Symmachus, exprimens futurum tempus, quod Hebraicè eſt, ſed pro futuro poni ſolet, ſic reddit priora & iſta verba ἔθηον, φυλάξω τὰς ὁδούς μου μὴ ἁμαρτεῖν διὰ τῆς γλώσσης μου: φυλάξω τὸ στόμα μου φιμῷ *Dixi, cuſtodiam vias meas, ut non peccem per linguam meam: cuſtodiam os meum capiſtro*, in Pſalmo XXXI. *h* legimus de camo & fræno, ubi voces diverſæ ſunt, ab iſtis tum Hebraicè, tum Græcè. In CXL. *i*, ubi quod ſe facere hìc propoſuit, ac feciſſe dicit, petit concedi ſibi à Deo, *Pone Domine cuſtodiam ori meo*, quia, ut ait Ambroſius *k*, fortaſſe aliquando aliquid locutus erat incautiùs: eſt quidem φυλακὴ quemadmodum hìc: ſed Hebræa vox שמרה *ſomrah* hoc loco מחסום *machſom*. Significat iſtud nomen, à verbo חסם *chaſam*, quod eſt, *obturare*, claudere, obſtruere, coercere, occludere, diciturque de ore ac naribus: inſtrumentum quod in ore jumenti ponitur, ne comedat, vel mordeat. Quomodo præcipit Pliniur *l*, ſi inter arbores viteſque aretur, fiſcellis beſtias capiſtrari, ne germinum tenera præcerpant. Ideſt etiam apud Columellam *m*. Synonymas alias voces antè hìc poſui, & Pſalmo illo XXXI. Hieronymus rem attendit potiùs, quàm figuratam ſignificationem dum ſilentium poſuit.

Rectè autem convenit ſilentio inſtrumenti dicta ratio. Quid eſt enim aliud maledictis inceſſere, quàm ritu beſtiarum mordere? *Quòd ſi invicem*, ait Paulus *n*, *mordetis, & comeditis, videte ne ab invicem conſumamini*: dolor tantus ac æſtuatio animi eliciebat etiam ab invito clamores & gemitus, ut ſibimet velut effreni beſtiæ atque contumaci ſervo cogeretur camum injicere, quod in Proverbiis *o* legimus Latinè, *labra ſapientium diſſeminabunt ſcientiam*, Græcè habetur, διάδηται διάνοιαν, *alligata ſunt ſenſu*, & Symmac. vertit, φυλάσσουσι γνῶσιν, *cuſtodiunt ſcientiam*. Præcuſtodiendum & præſervandum omni cuſtodia cor ex quo *vita procedit p*, & *ex abundantia* ejus *os loquitur q*. Auctor Eccleſiaſtici *in* auribus adhibet ſpinas, ne audiant linguam nequam: ori oſtia, ſaras, frenos, ac ſtateram verbis: conflando quoque illa, ſicut aurum & argentum, ne labatur lingua, & cadat quis in conſpectu inimicorum inſidiantium ſibi, & ſit caſus ejus inſanabilis in mortem. Deus, ut Chryſoſtomus *r* obſervat, veluti muro duplici linguam voluit circumdari dentium tegmine, & labiorum cuſtodia, ne verba improvida garrulitate proferantur; Jubet ſi non patitur lingua reticere, nec fræno compeſcitur, ut morſu dentium quieſcat, &, tamquam carnifici, tradatur dentibus: hoc namq; conducibile eſſe eam ſuſtinere, quam poſtea aquæ ſtillationem (alludit ad epulonem *ſ*) nullatenus promereri. Uſurpat ſapiens muri ſimilitudinem *t*, *ſicut urbs patens, & abſque murorum ambitu, ita vir qui non poteſt in loquendo cohibere*

a v. 3. De colore linguæ animantium, de colore futuri fœtus indiciũ.
b 5. *Gen. animal. c. 6.* c *l 8. c. 47.*
d *Luc. 16. 24*
e *Ep. 31. ad Methium.*
f *Prov. 21. 23* Linguæ pecudum ab ethnicis cur adolerẽtur.
g *Iſa. 6. 6. 7.*
h v. 9.
i v. 3.
k *Ser. 2. de Pſal. 108.*
l *l. 28. c. 19.*
m *de re ruſt. cap. 2.*
n *Gal. 5. 15.*
o *c. 57.*
p *Pro. 4. 23.*
q *Mat. 12. 34 c. 28. 29. 30.*
r *Hom. 4. ex variis.*
s *Luc. 16. 24.*
t *Pro. 25. 28.*

a *Pro. 31. 26.* Are ſpiritum ſuum. Mulier fortis ac ſapiens, *os ſuum* tantùm u *aperuit ſapientiæ*, hoc eſt, interprete Hieronymo *x*, ut ſapientiam doceret, ne ſermo malus ex ore ejus procederet, ſed bonus ad ædificationem, quique daret gratiam audientibus. *y Non oportet loqui opera hominum z: ſed quod pertinet ad gloriam & laudem Dei*, inquit Auguſtinus *a*. Auctor ſermonum ad fratres in eremo apud eumdem *b*. Dedecet linguæ mobilitatem inflammare, ad jocoſa in adoleſcentia, in juvenili ætate ad fraudulenta, in ſenili ad detractoria: apponendum ei peſſulum rationis, ne *vana* ſi linguoſi linguamque non refrenantis, ac proinde qui *non dirigitur in terra, religio* c. Non obſtaculum ori, ſed oſtium ponendum eſt, ut *d* per diſciplinam lingua retineatur, & ex neceſſitate laxetur, ut ſcribit Gregorius *e*, & quod Bernardus *f* dicit, ut nec vitalem ædificationem clauſura damnet æterna, nec lethalis pernicies liberum ſortiantur egreſſum, quum non modò mors, ſed & vita ſit *in manu linguæ* g.

Baſilius, in regulis brevioribus *h*, colligit ex hoc & ſimilibus locis, non ſemper ſed ſuo tempore ſervandum ſilentium: neceſſarium autem eſſe perpetuum, quouſque in otio diſcamus quando & quid & quomodo loqui oporteat, & id quod loquemur det gratiam audientibus. Job *i* quum ſe tacuiſſe ſcribit, ſimul ait nec egreſſum eſſe oſtium. Vitioſum ſuum Iſaias *k* reprehendit ſilentium. In midras thehillim hoc loco docetur, ut refert etiam Nebienſis, pejorem cenſeri linguam pravam quàm idolatriam, quia tum demum lata eſt in Hebræos, in deſerto, ſuam poſt Idololatriam, quando ſunt voces eorum auditæ. Narrat idem ex eodem libro contentioſum dialogum inter membra, de primatu, tandemque hunc delatum linguæ, quod ejus beneficio vita omnibus conſervata eſſet, ita ut citata paullo antè ſententia vera ſit, *vitam mortemque in manibus linguæ eſſe*. Petrus Damian. *l* comparat loquacem cum Zardela ave, cui quòd egerit, necem affert, quia ex ejus ſimo frutex oritur, quem viſcum vocat, de cujus humore tenax liquor, ejuſdem nominis conficitur, quo infœlix poſtea capitur. Harpocrati quem nominabant Sigalion, ſacrificantes, clamabant Ægyptii, ut prodit Plutarchus *m*, lingua fortuna, lingua dæmon. *Sive operculo & ligatura, vas immundum* n, eſt os nullo velamine taciturnitatis opertum *o*. Non alius labiorum noſtrorum oſtiarius debet eſſe quàm Deus, à quo petamus, ut illa ipſe aperiat *p*. Id ſi ad laudes ipſius annuntianda præfari ſolemus; quanto magis, ad uſitatos alios ſermones?

Pertirita illa Bernardi *q* pro Monacho regula, ut ejus verba antequam proferat, bis ad limam veniant quàm ſemel ad linguam, &, ſi cum ſæculari loquendum ſit, tum maximè adhibeat cuſtodiam ori ſuo, ut nihil proferat quod non ædificet audientem, & nemo dubitet quum eum videret & audierit, quin verè ſit Monachus. Docet præterea *r*, labia ſponſæ Chriſti, eſſe debere ſicut vitam coccineam, ut ſermo charitate ardeat, & paſſione Agni ſponſique rubeat, quo ſermone motus & cogitationes carnales reſtringantur. Adde ut & ſtrictim pravus, rarò ſermo fundatur. Laſciva os verba proferens, tumida, furibunda, maledica, ſepulchrum patens eſſe *ſ*, inquit Origenes *t*, ſi non habes intus veluti feram qua recludas, retineaſque appetitum, ne prodeat, nec adeo benè cuſtoditum cor tibi eſt, ut minimè ſubeant illud paſſiones, claudet veluti arcam Noeticam Deus de foris *u*, ut non exeat in conſenſum voluntas rei malæ, non ſe lingua exerat in verba, quæ proferant animi ſigna incompoſiti, atque perturbati. Os doli patulum culices involant, vinumque corrumpunt, inquit Iſaac Abbas *x*, balneum oſtio ſæpius patefacto frigeſit, ait Diadochus *y*: ſic per oris aperti januam calor exit internus, & in animum per illud multa ſubeunt quæ commaculent. Notum Harpocratis ab Ægyptiis cultum ſimulacrum ori digitum admoventis, ac ſilentium imperantis: & Angeronæ apud Romanos, os ſibi obſignantis: item paroemia, *reddidit Harpocratem*, & δάκτυλον στόμα, *infræne os*. Tandem orabat quoque Michæas propheta, *cuſtodi clauſtra oris mei* z.

Quum conſiſteret peccator adverſum me.) Alia Pſalteria & Ambroſius, Auguſt. Caſſiodorus, *dum conſiſtit*, &c. Hier. *donec eſt impius contra me.* Alii, *quamdiu impius fuerit coram me*, vel, *quamdiu ſtat & floret*: vel, *quamdiu mihi negotium cum illo*, vel, *quamdiu me obſervat*. Hebr. בעד לנגדי *behhod le negdi, in adhuc* (exiſtendo) *coram me*, aut con-

a *Pro. 31. 26.*
x *ibid.*
y *Eph. 4. 29.*
z *Pſ. 11. 3.*
a *ibid.*
b *Tob. 10. ſer. 3.*
c *Pſ. 139. 12* & *Iac. 1. 26.*
d *Pſ. 140. 3.*
e *7. mor. c. 17*
f *de cuſt. mo. cor. lingua.*
g *Pro. 18. 21.*
h *Reg. 208.* Non ſemper, ſed ſuo tempore ſervandum ſilent
i *Eph. 4. 29. Job c. 31. 34.*
k *c. 6. 3.* Lingua prava pejor idololatria.
Primatus, linguæ inter membra delatus.
l *Plin. l. 18. c. 17.*
m *Macrob. Saturn. l. 1. c. 20.*
n *Num. 19. 15.*
o *Greg. 23. moral. c. 4.*
p *Pſ. 50. 17.*
q *in ſpec. monachor.*
r *Tract. de paſſ. c. 31.*
ſ *Pſ. 5. 10.*
t *In c. 3. ep. ad Rom.*
u *Gen. 8. 16.*
x *Orat. 17.*
y *de perfect. ſpirit. c. 70.*
Harpocratis & Angeronæ ſimulacra.
z *c. 7. 5.*

contra, aut *è regione*. Symmach. ἔτι ὄντος ἀσεβοῦς ἐξ ἐναντίας μοῦ, *adhuc exiſtente impio contra me*: Septuaginta intellexerunt non ſimpliciter præſentiam conſpectumque, Adverſariorum, ſed conſpirationem, conjurationem, reſiſtentiam, ἐν τῷ συστῆναι τὸν ἁμαρτωλόν ἐναντίον μοῦ, ſive ſolum legerint בעד *behhod*, *in adhuc*, aut, *quum adhuc*, ſive quod ſuſpicatur Agellius בעוד *bahhamod*, quod non cenſeo neceſſarium, quia בעד *behhod*, junctis aliis vocibus לנגדי *lenegdi*, talis efficiunt ſenſum illum, quem & Apollinarius expreſſit magis.

Θωρηχ δεῖς ὅτι δύμοι ἀταδαλος ἀνπερίξει.

Armatus quando utique mihi improbus repugnabit (vel opponetur.)

Porro tum maximè ori opponenda eſt cuſtodia, quando hoſtis non oppugnat, conſtanterque nobis reſiſtit: hoc etiam magnopere contendens ac ſtudens ut irritet, ut extorqueat iræ ac indignationis verba, quod annotat Ambroſius in officiis *a*, ut ſimilia illi loquamur & agamus, ut pares ſibi inveniat, nam diſputans de Job *b*, *ſi nobis*, ait, *aliquid objiciatur, dum nos purgare volumus, acerbamus; dum ulciſci cupimus, confitemur*. Abſolutè poſitum *peccatoris*, nomen certum aliquem deſignat, bene notum Davidi, fortaſſe maledicum atque convitiatorem Semei: & Baſilio, Theodoreto, Chryſoſtomo *c*, Euthymio, Nicephoro, Lyrano, Eliæ Cretenſi *d*, placet. Heſychius autem ac rurſum Chryſoſtomus *e*, Didymus, Euſebius, Hieronymus, Valentia Diabolum interpretatur, ſed non placet quod duo primi dicunt, ſilentium de quo hìc ſermo ſit, bonum non eſſe, verum id ſuggeſtum à diabolo circa divinam legem, & ut paullò poſt ſubditur, de rebus bonis: ita ut David quia non fuit obediens, obmutuerit, humiliatuſque ſit, aut propterea ſiluerit, quoniam à bonis, hoc eſt, à meditatione legis, quæ boni magiſtra eſt, ceſſaverit. Job præſentibus amicis, quorum probè noverat ingenium moreſque conticuit ſeptem dies, ne ſcandalum loquendo pareret iis qui de providentia Dei perverſè ſentiebant, & loquebantur, & non ſolum propter vehementiam doloris *f*. Merentur tales iniqui falſique Judices nomen *peccatoris* abſolutum, ſicut & *peccati* nomen abſolutè de infidelitate dicitur *g*, etſi nonnumquam de libidine luxuriæ, ut quum Magdalena peccatrix vocatur *h*: & peccati auctor diabolus meritò *peccatum* vocari poſſit. Vox Hebræa רשע *raſchahh* pro *impio* ſæpius accipitur. Nec verò ſilendum dumtaxat coram adverſariis, ſed & in conſpectu maximè neceſſariorum. *Nolite credere amico*, inquit Micheas *i*, *& nolite conſidere in Duce: ab ea quæ dormit in ſinu tuo, cuſtodi clauſtra oris tui*, ideſt, ab uxore, cui & aliquid revelaſſe aliquando Catonem pœnituit.

a lib 1. c.4. & 5.
b, ſic inter pelita Job c.2
c Hom. 1. d in grat. 1. de pace Nazianz.
e Hom. 2. Improbata ſententia.
f Job.2. 13.
g Joan. 15. 22.cap.16.8.
h Luc.7. 37.
i cap.7. 5.

Verſ. 3.) Obmutui & humiliatus ſum, & ſilui à bonis, & dolor meus renovatus eſt.

Verſ. 4.) Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardeſcet ignis.

PEccatore impioque convitia & calumniam contra me jactante, cohibui me, nullum proferens verbum, nihilque reſpondens, muto ſimilis & elingui, ſed memetipſum humilians, ac memoria repetens priora, peccata cenſui propterea permittere, ac tantum non imperare Deum, ut me ille hac ratione tamquam vindex, & miniſter divinæ juſtitiæ puniat. Quocirca nec libuit etiam bona pro me, ſicut poteram, proferre. Verebar enim ne bonis mala conjungerem, præ impotentia doloris, aut ne quamvis bona omnia eſſent, in pejorem partem raperentur: interim ſentiebam intus renovari, & augeri dolorem mihi, dum ſic me comprimebam, & à ſermone temperabam. Quando etiam animo volvebam, vel injuriarum acerbitatem indignitatemque, vel gravitatem peccatorum quibus adhuc multo majora deberi ſupplicia certus eram, urebar iræ ac indignationis quodam zelo, tum contra meipſum qui mihi tantarum auctor calamitatum peccando extitiſſem: tum contra improbos illos & ingratos, qui adeo atrocibus factis dictiſque irritare me non dubitarent. Hæc aut de Semei, aut de quopiam alio ad eum intelligi debent modum, qui antea declaratus eſt: aut etiam ſpectant ad quemlibet hominem in genere. Heſychius & Chryſoſtomus, ſicut antea iſta interpretantur, de humiliatione, dejectione, depreſſione hominis, ob inobedientiam legis, & ob ceſſationem ab hujus meditatione, ſed quum rediit ad ſe, ac repetiit ejuſdem legis meditationem, quedammodo revixiſſe dicunt, per divini ignis ſpirituſque ſuppeditationem. Ad Chriſtum transferri eadem poſſunt ut Cyrillus *k* & Procopius *l* faciunt. Sed genuinus ſenſus, is quem poſui.

k 12.in Joa. cap.21.
l in c.53.Iſa

Obmutui & humiliatus ſum.) Hieronymus, *obmutui ſilentio*. Alii, *præ ſilentio*, *in ſilentio*, *tacitus*. Quaſi tam longo ſilentio evaſiſſe videatur mutus, ſicut prior. Pſ. *m*, *tamquam ſurdus non audiebam*, *& ſicut mutus*, &c. Auguſtinus, Cyrilli Latinus interpres *n*, *obſurdui*, quod ſignificare poſſe, ἐκωφώθην, non ſolùm *obmutui*, liquet, ex dictis eodem in Pſalmo, ubi κωφὸς *ſurdus* exponitur. Hebræum verbum נאלמתי *neclamthi*, ſignificet dumtaxat *obmutui*. Arbitror LXX. legiſſe ſecundo loco dum verterunt ἐσαπενώθην, non דומיה *dumiiah*, quod *ſilentium* rectè reddidit Hieron. ſed דומתי *domamthi* a דים *dum*, vel דמם *damam*, quod ſignificat, ſuccedere. Symmachus, ἄλαλος ἐγενόμην, σιγᾷ ἐσιωπήθην, *mutus* aut *elinguis*, *vix ve loquens factus ſum*, *ſilentio ſilui*.

m Pſ.37.14.
n lib.12. in Joan.c.12.

Quidam perpendunt aliud eſſe *humiliari*, aliud, *humiliare ſe ipſum*. Ita ſanè eſt aliquando, hìc tamen differre non puto; ſed de humiliatum David aſſerere, quia ipſe ſe humiliaverit, ſicut & *cuſtodiam ori* ſponte *poſuit*, *& vias ſuas cuſtodivit*. Humiliavit ſeipſum David, ut tumorem dejiceret ſuperborum, vel ut ipſos quomodo humiliare ſe deberent, ſuo doceret exemplo, inquit Ambroſius, tum verò præſertim audita maledictione Semei. Hanc dum ab illo pronuntiaretur, ſimplici vocabulo appellavit *o* קללה *kilelah*, ut & Dei ipſius juſſu miſſam contumeliam, quaſi ſervulus ferebat, ut ait Ambroſius *p*, longè verò poſt, poſteaquam videlicet receſſerat omnino ira indignatioque, ſi qua tunc forſan animum pulſarat, nominavit *peſſimum q*, Hebraicè גמירצת *gimrethſeth*: in quo nomine quod ſignificat *valde fortem* (exponit Chaldæus *maledictiones amaras* מיריר *meriran*,) Hieronym. *r* obſervat quinque litteras, quæ ſint ſingulæ notæ quinque convitiorum, quibus perditus ille filius Jemini Davidem effecit, nam (נ) *nun*, deſignat נאף *noeph*, *adulterium*, quia David violaverat uxorem Uriæ: (ש) *mem* מיאבי *moavi*, *Moabitam*, quòd ex ignobili & infideli femine traheret originem, hoc eſt, ex Ruth: (ר) *res*, רשע *raſchahh*, impium, quoniam Uriæ ſuiſſet homicida, qui etiam רצח *rotſeah*, (צ) *tſade* צרוע *tſeroahh*, *leproſum*, qui regno pulſus eſt, ad inſtar leproſi: (ת) *thau*, תרעבה *thohhebah*, *abominationem*, nimirum non apud homines tantùm, ſed apud Deum quoque.

Aliud humiliari: aliud humiliare ſeipſum.

o 2. Reg.16. 12.
p 1.offic.c.48
q 3.Reg.3.8.
r de quæſt. Hebr. in 3. Reg. In nomine Hebræo obſervatio quinque literarum facta.

Et ſilui à bonis.) Chaldaicè, *ceſſavi à verbis legis*: & ſubdit Paraphraſtes id quod ſequitur, *propterea dolor meus conturbatus eſt*, quaſi effectus hìc ab illa cauſsa ſit profectus: quod Chryſoſtomus ac Heſychius, ut vidimus, appellabant, *malum ſilentium*, de quo David hoc loco ageret. Euſebius, ſequendo Symmach. σιγῇ ἐσιωπήθην, μὴ ὢν ἐν ἀγαθῷ, *ſilentio ſilui cum non ſim in bono*, explicat ſecundò, non habui libertatem loquendi, eo quòd peccatis implicitus viderem me non eſſe in bonis, ideſt, in virtutibus, ſed recordaret dicentis *ſ*, *Peccaſti, quieſce*. Videtur tertiò Nazianzenus *t* hunc locum paullo aliter intellexiſſe, quum de ſe ipſo uſurpans eum, ſcribit ſe obmutuiſſe, ac ſe ipſum ſubmiſiſſe, quum eſſet ab omni bono remotus, πόρρωπανυς ἀγαθῦ γενόμενος Elias Cretenſis Nazianzeni ſcholiaſtes interpretatur illum innuere Davidem obmutuiſſe ac humiliatum eſſe, propter peccatum, & ſiluiſſe, etiam propter amiſſionem bonorum, hoc eſt, externorum, ut Regni, &c. Certè ad inopiam redactus conticeſcit, nec liberè loquitur; nec habet materiam de qua libenter loqui poſſit, undique malis preſſus, præſertim ſi ſit ſpe dejectus bona recuperandi. Hieronymus vertit, *tacui de bono*, & alibi, *u*, *tacui de bonis*. Ubi ſatis tritum ſequitur ſenſum, à nobis quoque poſitum, qui cenſeri poteſt quartus, hìc de bonis operibus ſuis, aut beneficiis, aut bonitate cauſsæ Davidem voluiſſe facere mentionem, quando calumniis impetebatur. Imperavit Ezechias ut approbationibus blaſphemiiſque Sennacherib populus non reſponderet verbum *x*, Ne eum inquit Hieron. ad majores blaſphemias provocaret, quod eſſet ſuccendere carbones peccatoris: Prohibet hoc Sapiens *y*, *Non incendas carbones peccatorum*

ſ Gen.4. ſec. LXX.
t Orat.1. de pace.
u c.36. Iſa.
x Iſa.36.21.
y Eccl.8.13. 14.

arguens

arguens eos, & ne incendaris flamma ignis peccatorum illorum: ne contra faciem ſtes contumelioſi, ne ſedeat quaſi inſidiator ori tuo. Gregorius *a* præter enarratores Pſalmi declarat etiam de ſilentio Sapientis, quando ſe non audiri conſiderat. Iſidorus *b*, ut utilibus nonnumquam verbis abſtineamus.

a 23. Mor. c. 5. vel 10.
b de conflict. Vit. & Vit. c lib. 1. c. 5. & 6. & 48.

Innuit ſenſum quintum Ambroſius hoc loco & in officiis *o*, ut *ſilere à bonis* ſit ſilere propter bona, quia bona conſcientia non eget defenſione verborum, ſuo nixa teſtimonio, ipſa ſui Judex, judicio ſuo contenta, & gravitate morum ſuorum, adverſus calumniantes, & peccatores, meritorum judicium Chriſto reſervans *d*, plus committens bonorum (operum ſuorum vel aliorum bene judicantium, ſed illud melius) judicio quàm criminantis inſolentiæ. Sic Davidem non eſſe motum conviciis, qui erat conſcius propriæ manſuetudinis, & abundabat bonorum operum conſcientia. Confirmat hoc ipſum idem Doctor in exhortatione ad virginitatem, ut doceat etiam bona loqui, crimen eſſe poſſe, exemplo Joſephe *e*, Suſannæ *f*, Jobg, qui ſolo reſponderunt ſilentio, meliuſque ſe innocentia defenderunt, quàm lingua: & Jobi certamen poſtremum, idemque maximum, amicorum increpationes fuiſſe. Citat hujus verba ſecundùm editionem LXX. *Ecce* h *rideo opprobrium* (alii *opprobrio*) *& non loquar* (alii omittunt &) *clamabo, & nuſquam judicium*: ideſt: ut ipſe declarat, criminator aliquis opprobria jacit? habes quod intra te rideas, ſi crimen conſcientia non recognoſcit. Quid enim referas verba quis? nondum eſt judicium, & ſi clames non approquinquat. In editione vulgata legimus: *Ecce clamabo vim patiens, & nemo audiet: vociferabor, & non eſt qui judicet*. Adhuc idem Ambroſius de interpellatione Jobi, diſtinguit in convitiorum tolerantia tacere, ridere, benedicere: Davidem tacuiſſe, quemadmodum præcepit Chriſtus *k*: *gaudete & exultate*, &c. Paulum benedixiſſe *l*, *maledicimur*; *& benedicimus*; ad quod & Petrus *m* nos Chriſtianos vocatos ait. Hieronymus ſive qui nomen gerit Hieronymi, in Commentario Pſalmi perſtringit paucis proximè præcedentes duas expoſitiones. De bona conſcientia procedebat mihi ſecuritas: ideò me non juſtificavi coram hominibus, neque bona quæ in me erant, divulgavi, quia ſcio quòd *pater qui videt in abſcondito, reddet mihi* n.

d 1. Cor. 4. 4
e Gen. 34. 9.
f Dan. 13.
g c. 2. 10.
Jobi certamen poſtremum & maximum, amicorum increpationes.
h Job 19. 7.
i lib. 2. In convitiorum tolerantia diſtinct.
k Mat. 5. 12.
l 1. Cor. 4. 12
m Ep. 33. 9.
n Mat. 6. 4.

Sextò, *ſilere à nobis*, Euthymius, ἐξιδιαθῆναι: explanat, *ex bonitate*, quia David noluerit, ob moleſtam, ſequum poſſet, vindicare de Semei.

Septimò, Matthias Bredembachius refert, quoſdam *o*, *ſilere à bonis*, accipere pro eo quod eſt, quieſcere ac deſinere benefacere illis, in quibus videbat omnia beneficia perire. Eodem referre poſſumus Auguſtinum & Cajetanum, qui accuſare ſe Davidem, quòd ſiluerit quum loqui deberet: Eugubinum, quòd nulla ei eſſet ſpes boni: quòd nihil de bono & ſalute cogitaret, præ magnitudine anguſtiarum: Hugonem Cardinalem ac Thomam, quòd abſtinuerit à bonis hominibus docendis. Valentia, quòd tribulationes toleraverit propter ſpem bonorum æternorum.

o Eraſmus.

Octavò putat idem Bredembachius, illud מטוב *mittou*, *à bono*, per comparationem ſumi, ut ſit idem ac ſi dicas, ſuprà quàm bonum erat, videlicet Davidem ſignificare, in afflictione, eouſque ſe in ſilentio continuiſſe, ut etiam omnis ſilentii bonitatem ſuperaverit, & illud exactiſſimè perfectiſſimeque ſervaverit, quum poſſet abſque ulla reprehenſione, immò & cum aliqua laude loqui.

Nonò Cyrillus *p*, vult bona pro malis poni, quemadmodum ſolemus, inquit, *videntes* appellare eos qui oculorum vitio laborant, à contrario ſenſu: Davidem dicere ſe *à malis ſiluiſſe*, ſive de malis, quæ ſibi tot priùs bonis affuenti obtigiſſent, quod nempè eſſe moleſtius & acerbius ſolet. De Chriſto item declarans *q* rationem aſſignat, quòd ſcriptura, quando de Deo aliquid dicitur, ſoleat melioribus uti verbis.

p in Catena Barbara & l. 12. in Joan. c. 21.
q lib. 12. in Joan. c. 21.

Primæ ſententiæ objectio judicium multo plurium laudantium ſilentium Davidis: ſecundæ, tertiæ, ſeptimæ, quod minus laudabilem reddant Davidem, quia ſiluerit propter conſcientiam peccatorum ſuorum, vel ob inopiam bonorum externorum: aut, ut ſilentium à bonis, ſit nolle aliis benefacere; quæ videtur præterea durior dicendi forma; Contra nonam facit antiphraſis & minùs uſitata & minimè neceſſaria, quod etiam poſtea deprehendi notatum in Cyrillo à Martino Cantapretenſi *r*, niſi eo ſenſu dici velis, per *bona* intelligi mala, quia quæ per ſe ac alio tempore bona eſſent, tali tempore, quum ſcilicet importuna inutiliſque correctio eſt, mala ſunt. Ceteri ſenſus probabiles ſunt, quartus, quintus, ſextus, octavus, quos præpoſitio Hebræa, cum nomine numeri ſingularis, (quod pro plurali ſæpè ſumitur) מטוב *mittou*, pati poteſt; nam præpoſitio מן *min*, ex qua hic rejicitur littera ultima, valet, *de*, *propter*, *per*, ſeu *pluſquam*. Item propoſitio Latina (à) eoſdem quandoque habet uſus, nec non & valet *pro*; ita ut verti potuerit (ſilui bonis propter bona, præ bono, & pluſquam bene, pro bonis.) Exemplis ſupersedeo, quæ afferri: aliunde facilè poſſunt. Expoſitio octava quia diſcrepat ab editione vulgata, non adeo placet: nec *ſilere à bonis*, aptè dixeris, eſſe, pluſquàm bene ſilentium ſervare. Optima eſt quarta, magis etiam communis, à qua quinta parum diſcrepat & ſexta.

r l. 1. Hypoſt. reg. 23.

Concedo hunc locum totum, ut initio dixi, cum Cyrillo, & Procopio, ad Chriſtum aptari poſſe, cujus incredibile ſilentium in paſſione, uſque ad Pilati ſtuporem fuit *ſ*. Sed nonnihil violentam ſentio Vitalis Zucolii *t*, tametſi piam interpretationem, *ſiluiſſe à bonis*, quia tacitus meliora moliebatur inter tantos cruciatus, quæ mundo faceret, jam etiam in cruce poſitus: nec enim tunc propriè loquendi occaſio erat, ut ſilentium ſervaſſe eo tempore dicatur: & meditatio ſilentium externum præſertim in Chriſto non exigit. Quod in Threnis legimus *u*, *ponet in pulvere os ſuum ſi forte ſit ſpes*, legit Ambroſius *x* ex editione LXX. *dabit in ſepulturam os ſuum*; docens, oſtendi quamdam ſupra modum patientiæ taciturnitatem, ut tamquam ſepeliatur os proprium, ne loquatur, & veluti quodam aggere virtutum obſtruatur, ne vocem doloris emittat; tantum pondus eſſe patientiæ, quam ſpes fovet, ut vocem, ipſam veluti buſto quodam ac tumulo ſepeliat, ac includat, quam nulla extorquere, nulla excitare poſſit injuria.

ſ Mat. 27. 14
t Hom. 63. in Marcum.
u c. 3. 29.
x Ser. 10. in Pſ. 118.

Et dolor meus renovatus eſt.) Hieronymus, *conturbatus eſt*. Alii, *incruduit*, *irritatus eſt*, *exagitatus eſt*, *exaſperatus eſt*, *exulceratus eſt*, ita ut ſilentium taciturnitaſque, quam bono animo ſuſcepi, auxerit, & aſperaverit quodammodo magis dolorem meum, & cor malè habuerit ore clauſo, ut quum cicatrix poſt dirum vulnus obducitur exteriùs, malè interiùs curato vulnere. Symmachus vertit, ἀνεπεράχθη, quem Hieronymus ſecutus eſt, fortaſſis etiam LXX. reddiderant ἀνεχώνθη, & non ἀνεκαινίσθη, nam & Apollinarius illo etiam modo expoſuit:

Sopitus verò mihi dolor excitatus eſt ſecundo rurſus.
Ἐγναφὲν δέ μοι ἄλγως ἀνέχρεπο δεύτερον ἄυτις,

Ubi per ſoporem indicavit ſilentium, de quo dictum eſt. Facile fuit ut pro נעבר *nehhbar*, legeretur, tunc בעבר *nechhchar*; ſignificat primum eſſe, *accenſum*, vel *iratum*; ſecundum, eſſe *conturbatum*. Quidquid ſit, renovatio doloris, rem optimè declarat, nam quum verbis eum promere deliberamus, leniri ex parte cenſetur; quum illum comprimimus intra viſcera ſicut pute incluſa recrudeſcit & inflammatur, quod ſequentia clariùs exprimunt, *Si locutus fuero*, ait Job *y*, *non quieſcet dolor meus*; *& ſi tacuero*, *non recedat à me*. Myſticè Ambroſius notat, qui convincientibus aliis tacet, nullo ſibi dolore renovato, perfectum eſſe; quod quum peccata ſuperiora competenter doluerit, atque defleverit, ut ſatisfactione congrua vulneri obduceret cicatricem, ſcit *ſine pœnitentia Dei dona* eſſe *z*: quodque maledicentibus aliis, Deus benedicit, *a*; imperfectum eſſe cui renoverur dolor. Auguſtinus cum ſuis, dolorem conceptum ſumit ex ſilentio malo præcedente, quodque tacuiſſe pœniteat, quum debuiſſet loqui. Conveniunt bene iſta Davidi deputanti peccatis propriis, maledicta in ſe à Semei jactata, & de peccatis ipſiuſmet Semei dolenti, cui vitam condonabit; *proeo ut me diligerent*. ait alibi *b*, *detrahebant mihi: ego autem orabam*.

y c. 16. 7.
z Rom. 11. 29
a Pſ. 108. 28.
b Pſ. 108. 4.

Concaluit cor meum intra me.) Chald. *incaluit*, aut, *ebulliit, cor meum in corpore meo.* Jerem. quum conſtituiſſet non amplius loqui, factum ſcribit *in corde ſuo quaſi ignem ex æſtuantem, clauſumque in oſſibus ſuis, & defeciſſe*,

a Jer. 20. 9. b Thren. 1. 13 *nec ferre ſuſtinuiſſe a*: ait præterea *de excelſo miſſum ignem à Domino in oſſibus ſuis* b. Dolor intus coquens, utenſque, cogit nos tam loqui quàm vociferari, nequi

Vulnus alit venis, & cæco carpitur igne.

Clamant qui dolent; qui timent, ſilent, ut Ariſtoteles c, docet, quoniam ſpiritum dolentes cohibent, ſicque clamorem augent: erumpente autem vi ſpiritus clamorem efficit; metus frigidus eſt egens calore ac ſpiritu. Juvat æſtuatio iſta in clamorem evaporans, ad mitigandum dolorem, ipſique gemitus ad confirmandum in dolore animum ſic valent, Cicerone d teſte, ut in ſtadio curſoribus, clamor pugilibus in jactandis ceſtibus quum feriunt adverſarium. Utitur Ambroſius exemplo cauſtici medicamenti, vel admoti ignis, quo graviora vulnera curantur: qui non plenè ſit conſummatus, ad offenſæ habitudinem ſanitatis vaporaſſe, cur ejus, habere febrem, igneſcere, ad objecta convicia: ſi tacet, intra ſe teri, vel lapide ad lapidem trito, ignis excutitur, quando ei ſuorum renovatur recordatio delictorum. Eadem ferè prior Origenes de nondum perfecti renovato ad aliorum audita convitia dolore. Auguſtinus verò & ſectatores illius, poſt dolorem de importuno ſilentio concitatum volunt calorem charitatis in corde ad opportunè ac utiliter loquendum, cujus fuerit cauſſa meditatio de divinis, de qua mentio fit ſequentibus verbis. Docet id quoque Gregorius e exemplo Jeremiæ f, de quo meminimus. Video & ad Chriſtum ut prius etiam monui, transferri poſſe, præterea ad Magdalenam igneſcentem ſine voce, & æſtuantem amore Chriſti, pedibus ejus advolutam; denique ad quemlibet flagrantem vel dolore, vel amore divino, quem promere verbis nequeat, aut nolit præ modeſtia. Sic diſcipulorum illorum *cor ardens erat in via quum loqueretur* Chriſtus, ꝙ cujus *ignitum eloquium vehementer* h.

c Seſt. 27. Probl 9.

d Tuſc. 2.

e 23. Mor. c. 5. i 30.

f Cap. 20. 9.

g Luc. ult. 32 h Pſ. 118. 140

Sed ut ad litteralem ſenſum redeamus, de doloris & iræ flammis internis; earum ſedes perturbationum cor eſt, quæve circa illud ſunt. Propterea myſticum illud animal quod *cherub* vocant, humana præditum facie, veſtiunt leonina juba circa pectus, ut id arment fortitudine adverſus furorem partemque iraſcentem, ſicut indicat Hieronymus i, Dionyſius k Sophronius l. Calidiſſimum animal leo, rugitus edit maximus, qui cor vi conſtringens doloris, libera non effundit ſuſpiria, nec exæſtuat, exhalatque mœrorem, obruitur ac ſuffocatur anguſtiis, aut ut luti fuligine quadam triſtitiæ denigratur, etiam exteriùs quemadmodum caminus non habens fumi ſpiramentum. Id contingit atrabilioſis, quorum incenſabilis eſt intus, nec permiſſa exire per ſingultus, ſuſpiria, lacrymas, vociferationes; quas res Ariſtoteles m cohiberi vetat in pueris, quòd tamquam exercitationes quædam corporum proſint ad eorumdem robur & incrementum. Deſcribit egregiè frates uterque Niſſenus n, & Baſilius o, iratum ac mœſtum plenum intus ſpiritu & ſanguinis exarſione, foris tumore quodam ex proviſione humoris maligni, vocis impedimentum, labiorum nigredinem ac torporem, occluſionem. *Plenum ſe ſermonibus* ajebat Eliu p, & *coarctatum ſpiritu uteri ſui, ventrem* ſibi fuiſſe *quaſi muſtum abſque ſpiraculo, quod lagunculas novas dirumpit*; idcirco loqui voluiſſe *ut reſpiraret paullulum*, ubi Symmachus pro *coarctandi* verbo συγκαίειν poſuit, ideſt, *comburere*, LXX. ὠλέκειν, *perdere*. Hoc ſibi credo rurſus Jeremias q voluit ingeminans, inclamitanſque ventris dolorem, & ſenſus cordis turbatos eſſe in ſe, & perinde acſi eniti vellet, addebat ſe non taciturum, deinde quod ante recitavi, dum territus contineret ſe, ſubjiciebat r non locuturum ultra & factum *in corde quaſi ignem exæſtuantem, clauſumque in oſſibus ſuis*, ita ut deficeret *ferre non ſuſtinens*. Eamdem iræ ac doloris accenſionem demonſtrat adhuc locos Deuteronomii ſ, ubi ſermo eſt de proximo hominis occiſi, *ne forſitan proximus ejus, cujus effuſus eſt ſanguis, dolore ſtimulatus perſequatur & apprehendat eum*, ὅτι παρατεθέρμανται σὺ καρδία σου, *quia concaluit*, aut, inflammatus eſt *corde*, ſeu in corde tuo, בי יחם לבבו *chi iecham levavo*. Nulla vis eſt in compoſito verbo, *concaluit*, quaſi ſignificet ſimul ac totum concaluiſſe, ut nulla pars frigida tepidave remanſerit, quod Hugo tropologicè ſumit de amore erga Deum & proximum: Caſſiodor. quod ex omni parte, igne Dei ideſt, ut ait Lombardus amore cœleſtium, corripiatur, alii aliter. Simplex eſt verbum חם *cham*, & διερμάνθη, non poſſum mihi imperare ne de his moneam in quibus lapſus, etſi non periculoſus, homine certè indignus erudito.

i c. 41. Ezec. k Eccl. Hier. c. 25. l Or. 6. de ex ſp. Angel.

m Pol. c. 17. Lacrym. & vociferationes in pueris vetat cohiberi Ariſtoteles.

n Tr. debeat in id Beati pacifici.

o Ho de ira.

p Job. 32. 18. 19. 20.

q Cap. 4. 19.

r Cap. 20. 9.

ſ Cap. 19. 6.

Et in meditatione mea exardeſcet ignis.) Hieronymus, *incenſus ſum igni*: in Pſalterio Romano, & Ambroſiano, *exardeſcit*, in tempore præſenti: Ita quoque legit Haimo. Remigius, Ambroſius, ſed Haimo docet, ſi retineatur futurum, per id notari perſeverantiam: Ruffinus, illum ignem creſcere magis ac magis ex taciturnitate: Hugo Cardinalis, ſi non poſſit dilectio cordis produci ad effectum, intus tamen ſeryari affectum. De litterali ſenſu dictum ſatis quod attinet ad ignem exardeſcentem, qui videlicet eſt bilis accenſa, atque adu-
Ignem quo cruciantur ſpiritus quales velint aliqui eſſe.
ſta, vel figuratè ardor flammaque doloris. Excitat ignis acutiſſimum & acerrimum dolorem, dolorque ipſe incendium vocatur & flamma vorax, ut idcircò ignem quo cruciantur ſpiritus, voluerint aliqui nihil aliud eſſe; quod valdè tamen temere dicitur, quum ſit realis ac materialis ſive cum noſtra te idem, (quæ melior opinio eſt,) ſive diverſus ſpecie. Meditatio in qua exardeſcit ignis, eſt crebra anxiaque mentis agitatio, & cogitatio de auditis convitiis & calumniis. Si meditationem vellemus, (quemadmodum poſſet per ſe aliis in locis) ut vidimus Pſalmo 11. 2, *populi meditati ſunt inania*) accipere, pro ſermone ſubmiſſo, muſſitatione, murmure, ſuſurro, exponeremus cauſſam ſilentii innui; quia ſi velit vel demiſſe ac leniter loqui, periculum eſt ne excandeſcat, quum jam concaluerit cor intra ipſum, præ dolore & indignatione. Quemlibet præterea ſermonem atque etiam clamorem ſignificat הגיון *hagigh*, & μελέτη, ut ibidem docui, & hoc loco Felix interpretatur *in loquela*, vel, *cum clamore meo ardebit ignis*, ideſt, præ caliditate ſpiritus, qui loquendo mittitur; & intus magis accenditur inter loquendum, ut in febricitantibus apparet. Simmachus exponit, ἐν τῷ ἀναπολεῖ με, ἀνεκαύμην πυρὶ, *dum ruminarem*, in memoriam revocarem, mecum reputarem, animo revolverem, tacitus mecum loquerer, *urebar igni*. Tanta conſenſio animi corporiſque facit, ut nimiæ curæ illius, cogitationes, meditationes, redundent in iſtius detrimentum. *Frequens meditatio, carnis afflictio eſt*, ait Sapiens u: *Vita carminum, ſanitas cordis; putredo oſſium, invidia* x, *Animus gaudens ætatem floridam facit, ſpiritus triſtis exſiccata oſſa* y. *Cor gaudens exhilarat faciem, in mœrore animi dejicitur ſpiritus* z.

§ verſ. 1.

u Eccl. 12. 13 x Prov. 14. 30. z C. 17. 22. y C. 15. 13.

Senſu myſtico ignis meditatione rerum divinarum exardeſcit, vel amore Dei, vel dolor atque compunctio propter Deum, vel deſiderium implendi opere quæ meditamur, vel zelus honoris divini; & proximum juvandi; ſicut viſio oculi corporei eſt cauſſa carnalis amoris, & ſunt in amore duces oculi: ita viſio oculi ſpiritualis, gignit ſpiritualem amorem, inquit hoc loco S. Thomas: non inſanis moribus æſtuat hic ignis, ait Caſſiodorus, ſed conſilio & deliberatione, unde fervor tranquillus, manſueta inflammatio, motus inculpabiles, feſtinatio moderata. Iſtum Origenes ignem ait eſſe, quem Chriſtus venit *mittere in terram* a, qui ad Apoſtolos miſſus in Pentecoſte b: qui peregrinantibus in Emmaus, corda inflammabat c quem dedit Deus in ore Jeremiæ d: lampades accenſas & lucernas ardentes quas geſtant parati ſervi, expectantes Dominum de nuptiis redeuntem e: *lucernam ſuper candelabrum lucentem omnibus* f: Ardet hic auctor totus dum de his diſſerit, ingenti flamma ſuos accendendi lectores Auditoreſve, quem peropto ipſe imitari, & ſuadeo qui me legunt illum ut hoc legant loco, ſi calefieri & inardeſcere tali cupiunt igne: & Paulum imitari hic, qui quum ſcandalizabatur alii, urebatur g, & quum Athenas videret Idololatriæ deditas, *incitabatur ſpiritus ejus in ipſo* h, παρωξύνετο, *incandeſcebat*, irritabatur, exacuebatur: Syriace, *mœrore affiebiebatur in ſeipſo*.

a Luc. 12. 49 b Actuum 2. 3. c Luc. ult. 32 d Jer. 5. 14. e Luc. 12. 36 f Mat. 5. 15.

g 2. Cor. 11. 29. h Act. 17. 16

Plura in Commentario Actuum, ubi confirmabant alio exemplo Mathathiæ, eadem de cauſſa dolentis, & *cui contremiſcebant renes, & accendebatur furor ſecundum judicium legis* i. Ambr. confert cum igne quem Moyſes in rubo vidit k: quum eo quem Jeremiam retuli in oſſibus ſenſiſſe l: quum alio quo, ut modo dicebamus, ardebat cor diſcipulorum loquente Chriſto: Denique cum illo quem Chriſtus miſſum venit, ut illuminaret animas, diverſorum ſtudium accenderet, crimen exureret Bernard. m, adventus Dei ſignum in animam ſcribit

i Matt 2. 24 K Exo. 3. 2. l Jer. 20. 9. m Serm. 31. in Cant.

eſſe

eſſe ignem hunc, quoniam *ante ipſum præcedens inflammabat in circuitu ejus inimicos ejus* a, *& mittit de excelſo Deus ignem oſſibus ut erudiat* b, oportet namque, inquit, ut ſancti deſiderii ardor prȩveniat faciem ejus ad omnem animam, ad quam eſt ipſe venturus, qui omnem conſumat rubiginem vitiorum, & ſic præparet locum Domino: *Meditatio cordis in conſpectu Dei ſemper* c, eſt *ignis in altari ſemper* Deo *ardens* d, quem non poſſunt *extinguere aquæ multæ* e; quia *Charitas numquam excidit* f.

De meditatione ut pertinet ad vitam contemplativam, diſſerit B. Thomas g. Meditanda ſunt mandata quæ diliguntur, ideſt, ut diligantur, & levandæ manus, ad eadem dilecta, & exercenda debemus in ipſis *h*. Phœnicem, ſeu veram, ſeu fabuloſam, ſeriò imitatur qui ſic meditando implet bonis virtutum & contemplationum odoribus thecam animi, & in ſuo illo nidulo moritur, *multiplicans ſicut palma*, Phœnix & palmam & volucrem ſignificat) *dies ſuos* i, poſt ſuimet Phœnix incendium, quod ad Solem divinum expoſitus excitat, alarum frequenti ventilatione tranſiens ad immortalitatem. Denique Auguſt. in meditationibus *k* adverſus gravamen quod eſt à corpore corruptibili *l*, petit à Deo tribui ſibi, ut concaleat cor ipſius intra ipſum & in meditatione exardeſcat hic ignis. Maximus Taurinenſis *m* applicat hunc verſiculum Laurentio in flammis, ob rerum divinarum meditationem conſtantiſſimo, & eas vel non ſentienti, vel vincenti.

a *Pſ.96. 3.*
b *Tren.1.13.*
c *Pſ.18.15.*
d *Lev.6. 12.*
e *Can. 8.6.*
f *Cor. 13.8.*
g *2.2 4. 180. ar.3.& 4.*
h *Pſ.118.15 & 47.48.*
i *Job 29. 18.*
k *cap.17.*
l *Sap.9. 15.*
m *Serm.3.de S. Lauren.* Hujus verſiculi applicatio facta Laurentio in flammis.

Verſ.5.) Locutus ſum in lingua mea: notum fac mihi Domine finem meum.

Et numerum dierum meorum, quis eſt; ut ſciam quid deſit mihi.

TAndem victus gravitate doloris oppreſſuſque, nec diutiùs continere ſe ſe valens, erumpit in voces, meſtitiæ teſtes, quibus optans à tot liberari calumniis, quarum afficiebatur tædio, vitaque ipſius, ut ante illum Job *n*, Elias *o*, Jonas *p*, & poſtea Paulus *q*. Chriſtus ipſe *r*, petit earum ſibi finem aliquem oſtendi. Ubi non tam præcisè petit exactam cognitionem finis, ac termini vitæ, quem voluit Deus ignotum eſſe, quàm deſiderium exponit mortis ob tædium calamitoſæ vitæ: Quaſi diceret, ecquis tandem finis malorum? quantum adhuc ſpatium ærumnarum? deſunt ne adhuc & ſuperſunt multæ? nam brevi finem impones vitæ, ut ex hac migrans liberer à cunctis quę me vexant adverſitatibus? ſi ipſem das brevi terminandi mala mea, levius ea feram, expectans ſecundiorem fortunam in hac etiam vita: aut certè, ſi citò me mori vis, da ut ſupputando brevem iſtum exitum meum, ex eo metiar qua re mihi præcipuè ſit opus, ad id quod reſtat viæ vitæque bene tranſigendum, quid curare, quid omittere debeam, quomodo diſponere domui meæ.

Sequuntur ſenſum iſtum, præter Hebr. & Hebraizantes, Baſilius, Theodoretus, Nicephorus, Euthymius, Euſebius, Chryſ. *ſ.* Cyrillus. Hic repellit expoſitionem quæ eſt Athanaſii, ac Didymi, ſcire voluiſſe quantum tempus ſupereſſet, quidque deeſſet ad agendam pœnitentiam, & ad virtutem conſequendam. Pro delictis, inquit, oportuit miſericordiam potius implorare, non jam anxium de rectè factis ſollicitum eſſe. Utrumque ſanè fieri & potuit, & decuit, ſimul cum dicta ærumnarum deploratione, atque deſiderio, ut eis vel cum morte finis afferretur. Uno verbo Ambroſius attigit eamdem ſententiam, locutus tandem aliquando dixi Domino, *Notum fac mihi Domine finem meum*, ut ſciam quamdiu opprobrium inſipienti ero. Apollinarius explicat *βίωσιν τελευτὴν, vitæ finem.* Idemmet David deplorat alibi prolongationem *incolatus ſui* t, quærit etiam conquerens u, *quot dies ſervi tui? quando facies de perſequentibus me judicium:* & x, *uſquequo exaltabitur inimicus meus ſuper me?* præterea y, petit, ut *paucitatem dierum ſuorum* nuntiet ei: quemadmodum ante illud Job z, *numquid non paucitas dierum meorum finietur brevi?* Ardenti æſtuans febre, mendicum rogat, quamdiu duratura vis ejus, quando remittat, ut liceat frigida recreari. Rurſus Chriſtus pertæſus perverſitatis Judæorum, o generatio, ait, *incredula, & perverſa, quouſq; ero vobiſcum? uſquequo patiar vos* a, Chryſoſt. Euthymius, Theophilactus, moriendi putant expreſſiſſe deſiderium, ut à Judæorum liberaretur pravitate, nec ignorabat tamen horam ſuam. Hoc deſiderium, ſi præ ſe ferebat, ſimul querebatur de diſcipulorum moribus ac tarditate, ſicut quum dixit *b*, *Tanto tempore vobiſcum ſum, & non cognoviſtis me*.

Adverſus curioſam iſtam quæſtionem ſtudiumve futurarum rerum dixi, ad verba capitis primi *c*, Actuum. *Non eſt veſtrum ſcire tempora vel momenta, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate.* Auctor ſpeculi peccatoris apud Auguſtinum præcipit ut his verbis oremus ad obtinendam cognitionem ultimi finis noſtri, non ut ſciamus tempora & *momenta quæ Pater poſuit in ſua poteſtate*, ſed quòd ſimus advenæ ac peregrini in hoc peregrinationis exilio: utilem eſſe ignorantiam ac incertitudinem mortis docet Lactantius *d*, Auguſt. *e* & alii. Poſſet quoq; ſenſus eſſe, ſcire cupio an diu verſari debeam in his calamitatibus, ut ſimul intelligam, utrum alia mihi adverſus illas, comparenda præſidia, nec adhuc jam ſatis inſtructus. Vatablus Ironiæ ſpeciem dicit eſſe, quaſi diceret, ſupputemus, annorum meorum qui mihi adhuc reſidui ſunt, an ad malorum quæ perfero compenſationem ſufficiant: tot ſcilicet ac tanta perfero, ut ſatis eſſe mihi videantur ſuperque.

Ad myſticum pertinent ſenſum, deſiderium notitiæ finis, qui Chriſtus eſt: vel æternæ vitæ; & dierum adventus Chriſti, tum primi tum ſecundi: vel æternitatis vel mortis ut ejuſmodi notitiæ memoria, meditatio extimulet ad diligentius alacriuſque reliquo tempore vitæ, quod ſupereſt; laborandum, & frænandum linguam, ne ſe ſe adverſus auditas calumnias exerat, & domui diſponendum *f*: Item deſiderium cognoſcendi in quo ſita ſit virtutis perfectio, ac veluti ſcopus finiſque, ſicut & in ſcientiis artibuſq; inveſtigari ſolet, ad quem finem conditus homo ſit, quid ſibi proponere in vita operibuſque debeat, quàm propè longe abſit.

Placet hiç latinis & Græcis etiam, Chryſoſtomo *g* & Origeni, ſenſus, optimeque declaratur ab Origene, Ambroſio, non hic tantùm ſed & in officiis *h*, & ab Aug. qui videntur etiam eum affirmare litteralem: Nam Auguſtinus legens [*numerum dierum qui eſt*) prolixè & admodum pio ſermone demonſtrat, numerum dierum noſtrorum, quouſque hìc vivimus, non eſſe *numerum qui eſt*, ſed *numerum qui eſt*, ad Deum ſpectare, qui eſt dixitque de ſe *i*, *Ego ſum qui ſum*, (*tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient* K) atque illud eſt quærendum quod eſt, ſimplex eſt, verum eſt, germanum eſt, in illa Jeruſal. ſponſa Domi noſtri, ubi non erit mors, non erit defectus, non erit dies tranſiens ſed manens, quia nec heſterno præceditur, nec craſtino impellitur. Urget Ambroſius idem argumentum, uſus eadem lectione, *numerum dierum qui eſt*: præterea, quia *dies* David nominavit ſine noctibus: poſtremo quoniam non de morte tua David queritur, quum non ſit mors finis reſurrecturo. Ruffinus, ſi tamen ipſe, non alius junior, qui redegit in compendium Auguſtinum, ejus uſurpans verba, primam rationem affert, additq; *numerum dierum* dici, non quòd ita ſit in re, ſed quia nos longa ſpatia temporum deſignamus pluralitate dierum pro noſtra capacitate infinitum æternitatis ſpatium, *numerum dierum qui eſt*, impropriè voluiſſe Plaitem appellare.

Chryſoſt. *l* hinc elicit, ſcribens Olympiæ, morte deteriorem eſſe mœrorem, triſtitiam, dolorem; quòd quum Eliæ *m* probaverit exemplo, & Jonæ *n*, ait, Davidem, his verbis docere, ignem mœroris morte validiorem, quem quum non ferret, *notum ſibi fieri finem* petierit, hoc eſt mortem, moleſtè ferendo hìc remanere, aliis in morte concedentibus, & voluptatem ex ejus memoria, notitia, præſentia capiendo. Qui valentes corpore animoque, rapiuntur ad mortem, vel Martyres, vel etiam ſontes, id conſequuntur quod David optare videtur, *notitiam finis vitæ & numerum dierum*, ac etiam horarum quæ deſunt: ut, quod Chaldæus exponit, *deficiat à ſæculo*. Alioquin præſcire hoc tempus nemo poteſt, niſi per revelationem, ut Chryſomus *o* hinc argumentatur, probans idcirco Chriſtum Deum fuiſſe, qui ſuum prædixit finem *p*. Facit idem argumentum Theophylactus *q*.

Locutus ſum in lingua mea.) Non amplius meditans

vel

a *Matt.17. 16.*
b *Ioan. 14.9*
c *verſ. 7.*
d *de op. Dei c.4.*
e *Pſ. 101. & 110 & tract.33. in Ioan.*
f *Iſ.33.5.*
g *Hom. 2.*
h *Lib.1.c.48 & in Pſ.72. & de fide in obitu Satyri fratris.*
i *Exod 3.14.*
k *Pſ.101. 28.*
l *Ep.7.*
m *3.Re.19.4*
n *Ioan.4.3* Iguis mœroris morte validior.
o *hom.49. in Ioan.* Chriſtus Deus fuiſſe probatur, qui ſuũ prædixit finem.
p *Io.7.6. 7.8.*
q *in c.7. Ioa.*

vel muſſitans, ſed efformans verba, at adhuc tacitè & ſubmiſsè, ſenſim, quietè, quaſi in ſuſurro, inquit Athanaſius, Nicephorus, Euthymius, tamen nil impedit quominus apertus, clarus, ſonorus intelligatur ſermo profectus, præcedentis igneæ meditationis: nam & Jeremias poſt ignem prorupit in verba, ut vidimus, & Apoſtoli acceptis linguis igneis loquebantur *magnalia* a Hieron. etiam, Auguſt. aliis, liberam ad omnes prædicationem interpretantur. a *Act. 2. 11.*

Notum fac mihi Domine finem meum.) *Finis* Hebr. hoc loco dicitur קצ *kets* Græcè πέρας, primum nomen, propriè ſignificat, præciſum terminum temporis; ſecundum, ſæpius quàm primum, extenditur ad extremum cujuſvis rei. In pronomine ſingulari, *meum*, Ambroſius notat quum ſit idem finis ultimus multorum loqui unum communitate ſubſtantiæ ulum, vel qui ad formam univerſorum deſcribitur, & ad perfectionem conſummati hominis eruditur. Quamvis concederemus de tali fine ſermonem eſſe, non de morte, ille qui communis eſt, cuique proprius ſit per propriam & peculiarem poſſeſſionem: & ex affectu idem Deus dives in omnes, *Deus meus* rectè dicitur, & communis *Redemptor meus* vocatur.

Numerum dierum meorum.) Hieron. *menſuram*, quam valet מדה *middah* à מדד *madad*, *menſurare*, & affinitate vocis, *metiri*, ſed magis Hiſpanici verbi *medir*, magis convenit dimenſioni rerum continuarum, ſed aliis linguis quoque vocabula diſcretæ & continuæ quantitatis confunduntur: aliquando, v. gr. *multum* pro *magno*, & viciſſim.

Quis eſt.) Ambroſius, Auguſt. Ruffinus, ut vidimus, legerunt *qui eſt*, magnum ponentes momentum, in diebus quorum numerus eſt, nempè in æternitate quæ ſemper eſt, licèt accommodatè ad captum noſtrum, per dierum numerum multitudinemque declaretur. Hebr. מה היא *mah hi*, quæ hæc, ſcilicet menſura: Chald. מנא *mena*, *quanta*, Græcè τίς ἐστιν *quis eſt* ἀριθμὸς, *numerus*. Quocirca ut verum fatear, non habet vim annotatio illorum Patrum: & Latinè etiam, *qui eſt*, idem valere poteſt, quod, *quis eſt*. Forſitan placuit illis plus ille accommodatitius ſenſus, quum non ignorarent litteralem non eſſe.

Ut ſciam quid deſit mihi.) Chald. *quando deficiam à ſæculo*. Ad litteram Hebræi declarant, *quod mundanus ſim*, vel *quam mundanus ſum*, *quamdiu mundanus ero*, ideſt, quamdiu victurus in hoc Mundo, vel an vitam prorogare mihi velis, uſque ad Mundi finem, cujus aut quanti ævi ſim, quàm brevi temporis, quanto tempore victurus in hoc mundo, in his nempè miſeriis. Rectè LXX. aſſecuti ſunt Hebræa מה-חדל אני *meh chadel ani*, quaſi dicas *quando quieturus* aut defecturus *ſim*, vel, *quid deficio ego*, ideſt, quid mihi deficit, cujuſmodi eſt pluralis Græca, τί ὑςερῶ ἐγω, vulgo, *che coſa mi manca quanto reſta*, ſic apud Matthæum *b* adoleſcens, *quid adhuc* ait, *mihi deeſt?* τί ἔτι ὑςερῶ Apollinarius. b *cap 19.20*

Ὅπως διαγνοίω τί νύ μοι περιλείπεται ἄλλο.
Ut ſciam quid mihi reliquum ſit aliud.

Ahortatur ſcire quid deſit ei: nullum eſſe cui non deſit; omnia illi deeſſe qui nihil ſibi deeſſe putet; non quia ſummus Pontifex ſit, ideo ſummum eſſe, ſed infimum, ſi ſummum putet: ſummum eſſe cui addi non poſſit: graviter errare ſi ſe illum exiſtimet: non conſummatione ſummum dici, ſed comparatione, & hac non meritorum, ſed miniſterioram, quia ſit ſummus abſque præjudicio ſanctitatis cujuſquam inter miniſtros: niti ad ſummum debere, non putare ſummum aut velle putare antequam ſit; non proficere ſi jam ſufficiat ſibi, non oportere illi aut eſſe pigrum veſtigare quid deſit; aut fateri quid deſit. Verecundum, quum Paulus *g* negaverit, ſe accepiſſe, perfectum eſſe, comprehendiſſe. Cajetanus verſum totum declarat ut non preces contineat, ſed ſub precum forma conatum exprimat hominum ſcire volentium, quem ſibi in hac vita temporali finem præſtituant, ſeu vivendi modum, quo pacto vitæ tempus longioris brevioriſque accommodent, ad negotia & res quas tractant, quantum denique reſtet ad vivendum temporis. g *Phil. 3. 12.*

Verſ. 6.) Ecce menſurabiles poſuiſti dies meos: & ſubſtantia mea tamquam nihilum ante te.

Verumtamen univerſa vanitas, omnis homo vivens.

VIderis meæ Deus querulæ quæſtioni reſponſum dediſſe; nam deprehendi frivolam ac momentaneam omnem vitam meam: ob quam ſtultè me tot auris maceraverim, angoribusque ſunt perbreves vitæ dies, atque propter brevitatem facilè menſurabiles. Univerſum etiam ſpatium quo vivit corpus, penè nullius durationis eſt, comparatum ad æternitatem tuam, & judicio tuo æſtimatum. Sed & res hæ cunctæ vaniſſimæ ſunt, continuæque mutationi obnoxiæ nihil tamen magis vanum quàm Homo, in hoc vivens Mundo: ita ut in eum quidquid vanitatis in reliquis eſt, confluere videatur, utpotè qui ex omnibus conſtitutus ſit, tamquam μικρὸς κοσμος. In enucleatione ſingulorum plura dicemus.

Ecce menſurabiles poſuiſti dies meos.) Hieronymus *h*, *breves*. Chaldæus, *leves* קלילין *kallilin*. Alii ex Hebræo, *ut palmos palmares*, *ut pugillos dodrantales quatuor digitorum*, nomen טפחות *tephachoth* numeri pluralis, valet menſuras quatuor digitorum invicem conjunctorum, ſeu palmum minorem manus aut palmæ: eſtque inter menſuræ ſpecies minima, quippe tertia pars palmi magni. In emendata editione LXX. legitur παλαιὰς, *Veteres*, quomodo etiam habetur in Pſalterio Romano, Ambroſiano, Arabico, Æthiopico, & apud Originem (quem ſuſpicor non Origenem ſed latinum Auctorem, quum in Græco legi monet aliter) Ambroſium, qui affirmat, ſic vertiſſe LXX. Auguſtinum, Caſſiodorum, illum qui dicitur Hieron. auctor Commentarii: Apollinarius præterea exponit ἡμαπα παλαί παπα, *dies veteſtiſſimos*. In aliis codicibus Græcis extat, παλαιὰς, & meminit ac ſequitur eam lectionem, h *Hie. & 2. cont. Pelag.*

nimirum ærumnoſæ vitæ, *cheled*. Putat kimhi eſſe hìc methathefim חרל *chedel* pro חלר *cheled*, quod hoc poſterius vocabulum ſignificat *tempus*, *ætatem hujus ſæculi*, *vitæ ſpatium* Verbum חדל *chadal* ſive חרל *chadel* ſub alia forma, deſinere, ceſſare, deeſſe, deſiſtere, deficere: ſic eſſet hoc loco רחל *chedel* nomen non verbum, vel חדל *chadel*, etiam nomen ſignificans *temporalem*. Malim, abſq; ulla mutatione retineri verbum חדל *chadel*: nam & Hieronymus ita quoque vertit, *quid deeſt mihi?* & citata Chaldæa paraphraſis idem præ ſe fert, non ſolùm LXX. & Apollinarius. *Deus idem ipſe eſt, & anni ejus non deficiunt* c. In Job d. *Paucitas dierum* finienda dicitur per verbum חדל *chadal*. c *Pſ. 101. 28* d *c. 10. 20* e *Ser. ad fratres de monte Dei.*

Dixi priùs quem Patres hìc defectum ſenſu myſtico accipiant. Adde Bernard. *e*, admonentem quod nuſquam ſe meliùs deprehendit modus humanæ imperfectionis, quàm in lumine vultus Dei, in ſpeculo divinæ viſionis ubi in die qui eſt plus & plus videns, quid ſibi deeſt ſemendat in dies ſimilitudine, quidquid deliquit diſſimilitudine. Sed cum ſummo agens Pont. Eugen. *f* f *2. de conſid. c. 7. lib 8.*

Euthymius & Nazianzenus *i*. Tribuit Symmacho Theodoretus, Baſilius, Chryſoſt. *k*. Euſebius vertit, *ut palmam poſuiſti* vel *dediſti dies meos*, ſed Euthymius, non faciens tamen de Symmacho mentionem, de menſura quatuor digitorum explicat, qui palmus minor dici poteſt. Theodorus Latinus interpres (Græcum enim legere non licuit) menſuras duodecim digitorum, qui eſt palmus major. Symmachus σπαθάμας uſurpat, ideſt *palmas*, *palmoſque majores*. Rurſus illud nomen παλαιὰς refert Euſebius ac Euthymius quosdam expoſuiſſe, *contentioſos*, *laborioſos*; quaſi dicas, palæſtrales dies, certaminis, pugnæ, luctæ, tentationis. Placuit hoc Didymo & Ambroſio, quamvis hìc & præcedentes duas lectiones declaret, nempè de veteribus diebus, & de palæſtris, ut ipſe loquitur, quatenus menſuram deſignant. i *Ora. in Caſa. frat. k Hom. 5.*

Eſsent quæ adjicerentur ad ſingulas interpretationes non ineptè, ſed una nobis curæ eſt, quam, quidquid Ambroſ. dicat, aut quomodocumq; vertat Apollin. & alii non dubito eſse interpretum ſeptuagin. Facile fuit ex παλαιὰς facere παλαιὰς. Non eſt autem adeo commo-

dus

dus ſenſus, ut *dies veteres* poſuiſſe dicatur Deus, quia de brevitate vitæ ſermo eſt, longior autem intelligi poteſt etiamſi præceſſerint veteres dies: nec ut omittam myſticam vetuſtatem, latis commoda expoſitio, *veteres* appellari, quaſi non diutiùs duraturos, quàm uſu ac vetuſtate attritæ conſumptæque veſtes, juxta illud, *a omnes ſicut veſtimentum veteraſcent* a, &c. quamvis etiam verum ſit, id *quod ſeneſcit, propè ininteritum* b *eſſe*. Ergo *menſurabiles* aut numerabiles, ut declaratum eſt, dicuntur, ſeu breves, ut vertit Hieron. aut ſecus, ut Chaldæa paraphraſis, ad eum modum, quo Job *c* prior appellaverat *breves dies hominis*, dixeratq; *numerum menſium* apud Deum eſſe, qui conſtituit *terminos ejus, qui præteriri non poterunt*, menſura namq; illa παλαιστὴς aut παλαιστὴ aliterque δχμὴ, & δακτυλοδόχμη, de qua Hieron. in Ezechielem *d*, & Villalpandus *e*, noſter, denotat magnam brevitatem, ſicut & in Threnis *f* parvuli *ad menſuram palmæ*, ubi eſt eadem vox Hebræa טפח *topach*, ſunt exiguæ magnitudinis, ac minimi, & apud Iſaiam *g*, extendiſſe dicitur dextera Dei cœlos, מפחה *tippechah*, immenſitatis tantæ tantilla quaſi menſura propter omnipotentiam, *ponderaſſe cœlos palmo & appendiſſe tribus digitis molem terræ, & liberaviſſe in pondere montes & colles in ſtatera* h. Ait Cajetanus contra ſtudium illud hominum ſciendi dierum ſuorum qualitatem, Deum ordinaſſe ut cognoſcantur tantum, de palmo in palmum, de hora in horam, quum neſciamus quid ſuperventura pariat hora. De Vitæ Brevitate longa texi oratio poteſt. Scripſit librum Seneca, noſque alibi de illa diximus. Non exiguum Seneca *i* reſpondet conquærentibus tempus nos habere, ſed multum perdere, nec inopes ejus eſſe ſed prodigos, ita ut

Exiguæ k *pars ſit vitæ quam nos vivimus.*

& vera quoque ſententia judicetur, quòd

l *Optima quæque dies miſeris mortalibus ævi*
Prima fugit.

Planè cenſenda eſſet brevis vita, per annorum centurias etiam ducta, ſi animus poſt mortem non viveret, capax tantarum rerum. Deniq; & forſan hoc nomine naturam Theophraſtus accuſavit, teſte Ciceronem *m*, quod cervis ac cornicibus vitam diuturnam, hominibus eam exiguam dediſſet. Alioquin ſi hominem per ſe ſpectes, plus temporis Ariſtoteles *n*, vivere ſcripſit, quam quodvis animal excepto uno elephanto, quod quidem experientia adhuc fide digna (nam de phœnicis ævo fabula putatur) ſit cognitum.

Et ſubſtantia mea tamquam nihilum ante te.) Alia Pſalteria & Caſſiodorus, *tamquam nihil ante eſt*. Hieron. *& vita mea quaſi non ſit in conſpectu tuo* o, & alibi, *ſubſtantia mea quaſi nihilum in conſpectu tuo*. Alii, *& ævum meum tamquam nihil coram te*, vel ætas, vel tempus vitæ. Priùs dixi חלד *cheled* ſignificare hoc *ſæculum* tempus, ætatem, ævum vitæ noſtræ; duratio autem aut non differt ab exiſtentia, aut eſt perſeverans exiſtentia & ſubſtantia exiſtens perſeveranter. Symmachus vertit, βίωσιν *vitam*, ut eſt, nempe in actu ſecundo ἡ βίωσις ὡς ἀδὲν ἀνακρύσῃ, *& vita mea* (ut etiam reddiſſe Hieron. dixi) *quaſi nihil in conſpectu tuo*. Aquila, ἡ κατάδυσίς μου ὡς οὐκ ἔστιν ἐναντίον σου, *& latibulum meum* (tempus quo veluti latet anima intra corpus) vel, *occaſus* atq; veſpera (ad quam vivens tendo) vel depreſſio mea, quæ vita continuò ab initio ſuo deprimitur, *quaſi* ſive propemodum, *non eſt ante te*. Chaldæus paraphraſtes interpretatur, *corpus meum* גושמי *guſcemi*. Græcum nomen quo utuntur LXX. ὑπόστασις, quamvis quandoq; σωφρόνως accipiatur quum οὐσία quam *eſſentiã*, & *ſubſtantiam* vocamus: propriè valet ſubſiſtentia, non ſolùm ut eſt modus ultimus exiſtendi per ſe, quomodo in Trinitate ſunt tres hypoſtaſes relativæ ſive perſonæ, & fortaſſis una communis abſoluta, quæ diſtinctionis cauſſa, non dicitur ſimpliciter perſona, licèt re vera dici poſſit, ſi perſona concipiatur ut ſubſiſtentia naturæ rationalis, & non ut modus omnino ultimus incommunicabilis; quomodo abſolutè ſumi ſolet & debet, ſed ut eſt ſubſiſtentiæ ac exiſtentiæ ultimo terminatæ permanentia, atq; duratio. Lege quæ de vocibus ὑπόστασις & οὐσία Photius *p* ex Eulogio affert. Apud Medicos etiam ὑπόστασις eſt *ſubſidentia* in lotio, & aliis liquoribus, ſive craſſior ac ſeculentior ac obſcurior eorum pars; quam rationem ſequi viſus eſt Paulus *q* definiens fidem Αὐπόστασιν *ſubſtantiam*, ideſt, virtutem (quæ ut baſis ſubeſt aliis, ac fundamentum eſt veluti ſubſtentaculum) *rerum ſperandarum*. Quare hic etiam *ſubſtantiam* poteſt poni pro *vigore*, firmitate, robore vitæ, non autem pro extremo & quaſi fæce (ut voluit Agellius.) Quid enim adeo magnum vates diceret aſſerendo hanc fæcem vitæ nihil eſſe coram Deo? Alibi canit *r*, *fixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia* ὑπόστασις מעמד *maamhom ad, conſiſtentia*. Symmachus, στάσις *ſtatus*: Item, *ſ* quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt. Dicit ergo hoc loco, ipſum quaſi corpus & ſubſtantiam vitæ, ipſam ſubſiſtentiam durantem, omnem cumulum actionum & totius durationis noſtræ, tum judicio Dei, rectè cuncta æſtimantis, nihili fieri, nihil eſſe, tum præterea ſi cum Deo, hoc eſt, cum ipſius æternitate comparetur, ſicque, ut alibi *t* canit, ponat Deus ipſe *ſæculum noſtrum in illuminatione vultus ſui*; loquitur de ſe David in ærumnis conſtituto extra regnum exulante: in qua conditione multo vanior deprehenditur vita tota & vitæ actiones, tempuſq; Hac ſimul deploratione provocat magis Deum ad miſericordiam; ut Didymus notat; ſicut Job fecerat, dicens *u*, *Parce mihi Domine: nihil enim ſunt dies mei*: & *contra* x *folium quod vento rapitur oſtendis potentiam tuam*, &c. Item, *dignum* y *ducis ſuper hujuſmodi aperire oculos tuos, & adducere eum tecum in judicium*. Sed hæc eadem, quod toties monui, cuivis calamitoſo convenire poſſunt, etiam Chriſto pro nobis noſtras miſerias experto. Congruunt quoq; humanæ naturæ, propter originariam culpam vitiatæ, ac in nihilum pene redactæ, ut Latini Patres docent, cumq; illis Hugo Victorinus *z*: radicem vitæ inutilem Apollinarius explicat:

Καὶ μάλα ῥίζαν ἐμὴν βιοτῆς ἀχρήιον ἔγνως.
Et valde radicem meæ vitæ inutilem cognoviſti.

Simile quid eſt in Pſalm. LXXXVIII. a. *Memorare quæ mea ſubſtantia* (ὑπόστασις חלד *cheled*) *numquid enim vanè conſtituiſti omnes filios hominum?* Hinc porro Theologi colligunt, creaturam cum Deo collatam, ut etiam docet ad Damaſum *b* ſcribens Hieronymus, non eſſe, ſolumq; illum verum eſſe, quia eſt ſuum eſſe, una Dei & ſola natura, inquit, quæ verè eſt; Id enim quod ſubſiſtit non habet aliunde, ſed ſuum eſt; cetera, quæ creata ſunt, etiamſi videntur eſſe, non ſunt, quia aliquando non fuerunt, & poteſt rurſum non eſſe, quod non fuit; Deus ſolus qui æternus eſt, hoc eſt, qui exordium non habet, eſſentiæ nomen verè tenet. Idcircò & ad Moyſem de rubo loquitur *c*. *Ego ſum qui ſum*, & rurſum. *Qui eſt, miſit me*. Hactenus ille docens οὐσίαν & ὑπόστασιν, idem eſſe. Similia habet Origenes hoc loco & alii: Origenes autem aut contriſtari non poſſe niſi appoſitum eſſet, *ante te*, ex quo cognoſcimus, ſubſtantiam noſtram, ad comparationem Angelorum & reliquarum creaturarum, non eſſe abjectam nec minimam, poſſeq; nos, ſi bene egerimus ad conſortium admitti Angelorum *d*: ſed Auguſt. *e*, ac rurſus Hieron. *f*, docent, creaturas vanas ac nihil eſſe comparatas Deo. Id Iſaias præterea ſcribit. *Omnes gentes quaſi non ſint, ſic ſunt in conſpectu Dei*: & Daniel, *g Omnes habitatores terræ apud eum in nihilum reputati ſunt.* Deus ita eſt ut eſſe ipſius, dicatur eſſe omnium cauſaliter, quia efficit & conſervat: exemplariter & quodammodo formaliter, quia habent eſſe ab exemplari ideæ divinæ: denominativè, quia ſolus denominatur eſſe abſolutè, alia, ab eſſe divino, & ut quid illius, quemadmodum accidens non dicitur ſimpliciter ens ſed entis ens, ideſt, ſubſtantiæ: finaliter deniq; quia cuncta referuntur ad Deum. De varia ὑποστάσεως notione Nicetam *h* Choniatam lego, qui ſumi hoc loco vult pro *facultate*. Vitæ porro noſtræ brevitatem comparant meritò cum hemerobiis animalibus; hoc eſt, quorum unius dumtaxat diei vita eſt; de quibus Ariſtotele *i*, Cicero *k*, Plinius *l*.

Verumtamen univerſa vanitas, omnis homo vivens.) Hier. *omnia eorum vanitas, omnis homo ſubſiſtens*, pro *verumtamen* eſt אך *ac*, & אלו quod Hieron. *enim* interpretatus eſt, ceteri, *certè* aut *profectò* vel quid ſimile; quidam tum Hebræam tum Græcam particulam, volunt valere *ſolùm*, ſive, *tantùm* & *dumtaxat*; ut non ſint adverſariæ, ſed excludentes; ſitq; ſenſus, quòd præter hominem nihil eſt in quo vanitatis omnis reperiantur ſigna, nullus homo qui non omnis vanitatis habeat ali-

quam

a *Pſ.* 101. 27
b *Heb.* 8. 13.
c *cap.* 31. 5
d *in c.* 40
e *Tom.* 3. *p.* 2 *l.* 3. *cap.* 16
f *C.* 2. 20
g *c.* 47. 13
h *C.* 40. 12
i *C.* 1. 2. *& 9*
k *Attius, ſ. Pub. Non, vel Ennius.*
l *Virg. 3. Georg.*
m *Tuſc.* 3 Hominis ævum
n 5. *de gen. Anim. c.* 10
o 1. *cont. Pel*
p *in Bibl. n.* 464
q *Heb.* 12. 1
r *Pſ.* 68. 4
ſ *Pſ.* 89. 5
t *Pſ.* 89. 8
u *Job* 7. 16
x *Cap.* 33. 25
y *Cap.* 14. 3
z *Amot. in Pſ. cap.* 47
a *verſ.* 43
b *Epiſt.* 57
c *Exod.* 3. 14
d *Matt.* 22 36
e *de quant. anim c.* 33 *& ſerm.* 38. *de tem.*
f *c. Iſ.* 40. 17
g *c.* 4. 32
h 2. *The. c.* 15
i 1. *de hiſt. animal. c.* 5 *l.* 4 *c.* 5. *l.* 5. *c.* 19
k *Tuſc.* 1 *Lib.* 11. *c.* 36
l

quam portionem: sed collocant particulam illam Hebræi sententiæ principio magis ornatus causa, quàm significationis, ut Sophonias *a*, *attamen timebis me suscipiens disciplinam*.

a C. 3.7.

Pro *universa*, sive, *omnia*, possit esse in singulari universè, omnis, tota, quia כֹּל *chol* est utriusq; numeri, omnisq; generis. Legit etiam *omnia* Hieron. contra Pelagianos *b*, & Græca vox est pluralis, σύμπαντα, pro vanitate: apud Symmachum est ἀτμὶς *vapor*, quum quo Jacobus *c*, confert vitam nostram: Aquila, pro, *omnis homo vivens*, vertit ἐστηκωμένος *erectus*: Symmachus, ἑστὼς *stans*. Apollinarius exponit *cunctorum incassum mortalium vivere generationes*.

b Lib. 2 c C. 4.14

πάντων ματαίως μερόπων ζώσι γενεθλαι,

Alii Hebræam vocem נִצָּב *nitsau* reddunt, *stans*, *consistens*, existens. Sensus est, Omnis status hominis, est universa seu tota vanitas, quamvis videatur stare, & aliquid esse, & firmus consistere, & præcipuo suo vigore versari & maximè excellere. Hæc omnia *vivendi* verbo significari posse antea docuimus *d*: *homo* verò *numquam in eodem statu permanet* e. Sed Origenes & alii bene monent, intelligi per *viventem*, illum, qui hanc vivat mortalem vitam, in qua vana omnia, & *vanitati creatura subjecta* f, & quivis homo etiam sanctissimus.

d Ps 30.20
e Job 14. 2
f Rom. 8.20

Pro, *omnis homo*, quidam intelligunt, *totus*, perfectus, consummatus, omnibus bonis cumulatus, quæ sub Luna sunt, qui nihilominus sit universitas vanitatum. Deniq; sensus potest esse: verumtamen quidquid sit de aliis; & ne me quis putet nimis extenuasse hominis vitam, diesq; certus sum omnia esse vanitatem, ne homine quidem excepto: immo hunc præsertim talem esse, quamvis vivat, stet, floreat, interfit, sanus, valens, ὁλόκληρος, quo nomine Græco utuntur LXX. apud Zachariam *g*, ubi est eamdem vox Hebræa, נִצָּב *nitsau*, quæ hic habetur, & Latinè *id quod stat*. Sic Ps. Lxxxix. h *amplius eorum labor & dolor*, exponunt, ut dictio, *amplius*, cui respondet Hebræa, significet fortitudinem ac robur; & alia quæ est labor, alteri, quæ nihil, ut ipsamet fortitudo sit nihil *i*. Multo magis id asseri potest de peccatore, quo nihil vaniùs, ipsoq; nihil minùs quid est, & infra bruta propter peccatum abjicitur: licèt quam libet probus justusq; *non justificetur in conspectu Dei* k eo sensu quod nihil esse ante eumdem, antea dicebamus & observat hoc loco Ambrosius.

g c. xii. 16
h
i vers. 10
k Job 14. 2

Magnam vim habet quòd abstractio nomine, *homo* ipsa *vanitas* dicatur: præterea, quòd omnia esse in quibus vanitas est; non solum *vanitatis similis factus est homo* l, nec *deficiunt* dumtaxat; *in vanitates dies* ejus: *& anni ejus cum festinatione*, nec tantum *vanitati subjecta est creatura* m, scilic. idem homo qui vocatur *omnis creatura* n, sed ipsissima quoq; vanitas, ita ut Tertullianus, creaturas aliquas vanitati subjectas accipiant, quia serviunt homines eis abutenti, ad usus turpes, injustos, impios, nempe respectu sui, proximi, Dei: non vilis aliquis & abjectus talis, verùm etiam vivens, ideſt, qui fortior, felicior, firmiùs consistens loco, non facile mobilis, habetur. Hæc inquam omnia in peccatore vera maxima sunt; quia si saltem in justitia persisteret, universa vanitas, ut ait Hugo Victorinus *o*, non esset: sed in quolibet mortali locum habet, quoniam per hoc quod vivendo ad interitum tendit, ut ait Gregorius *p* (etiamsi sit vel Moses, vel Petrus, Paulus, Joan. Jacobus, Matthæus, Thomas, ut hoc loco loquitur Origenes & Ambros.) rectè quidem *vanitas* dicitur: sed nequaquam rectè etiam *iniquitas* appellatur: quia etsi de pœna est culpæ quod defuit, non tamen hoc ipsum culpa est, quod à vita percurrit. At Hieron. pro gratia differens contra Pelagianos *q*, scribit quòd est omnia sine *universa vanitas omnis homo vivens*, vel vivens in corpore, vel vivens in virtutibus: incerto enim statu fluctuare, & dum non timet in sereno pati tempestatem.

l Ps.142.2
m Ps.143.4 Ps.77. 33.& 70. 5
n Rom.8.20
o Mar.ul.15
p de coron. mil.c.6.
q in Ps.c.47

De vario *vanitatis* genere differui explicans Ecclesiastem *r*, inchoantem ab illis verbis, *vanitas vanitatum & omnia vanitas*, (quem locum ibi Hieron. meritò cum hoc comparat) & hujus illas in nobis describi ostendiq; posset. In parte rationali est instabilitas cogitandi, error ac delirio opinandi, varietas consiliorum, studiorum mutabilitas, discordia voluntatis, peccatorum vitiorumq; vel macula, vel occasiones. Cuncti vanitatem propriam experiuntur, visus caliginem, auris obductionem, odoratus fœtorem, gustus amaritiem, tactus dolorem. Ad vegetantem facultatem spectant, alteratio, decretio, fames, sitis, ustio, marcor & alia: ut esse cum inanimatis habemus commune, vanitas est subjici casibus injuriisq; cœli, elementorum, meteororum, locorum, temporum, &c. sicut cœli perpetuò, agitatur homo, in eodem statu numquam permanens; ac veluti trepidationis motum imitatur, adeo varia affectionum animi inæqualitate: derelinquit ut sol deficit in similitudinem lunæ: compugnantiam elementariorum contrariarum qualitatum patitur. Nihil opus exaggeratione majore: confussionem verissimæ apertissimæq; sententiæ quotidianum elicit experimentum. Alienor violentiorq; interpretatio Didymi, omnia reliqua vanitatem esse: unum hominem vivere, quia statim sit immortalis particeps vitæ futurus. Quærelæ hìc humanæ conditionis exponuntur, non homo ceteris rebus præfertur. Claudam hunc locum Petri *f* Damiani sententia. Is legit recitans Ecclesiasten, *, sicut legisse Augustinum retulit in illius loci commentario, *Vanitas vanitatum & omnia vanitas*. Tum adjicit, vanitas siquidem efficit vanitantes, & ipsi vanitantes faciunt vanitatem, dum & mundus qui transitorius est, homines quos decipit, vanos efficiat, & homines mundum quem ipsi diligunt, in vanitatem vertant.

r 10. Mor.c. 9.vel.13

f Lib. 2 in c. 1. Didymi violenta Interpretatio * l.4.ep.ep. 15. c.2.1

Vers.7.) Verumtamen in imagine pertransit homo, sed & frustra conturbatur.

Thesaurizat: & ignorat cui congregabit ea.

IN fine præcedentis versus est סֶלָה *selah*, de quo aliàs: hoc loco usus ille ejus opportunus, si verus, ut majore vocis utamur contentione, vel ut interquiescamus, ad rem omni consideratione, attentione, meditatione dignissimam diligentiùs contemplandam.

Porrò quum docuerit quæ in mundo sunt, nihil nisi vanitatem esse, ac ipsum & quidem etiam hominem, tamen adeo eumdem desipere dicit, ut in hisce rebus quæ sunt imagines ac umbræ, hìc versetur & incedat, & pro iis comparandis ita ut tumultuetur, contendat, negotietur, contristetur, quasi eximia prorsus quædam bona & magnum quidpiam omnino adeptus censeatur, qui ea valet obtinere. Quod etsi tandem illi contingat, non dabitur fortassis facultas, inquit, potiendi, sed iis relinquere cogetur quos ignorat, vel quibus minimè vellet. Simul ostendit & confirmat quod priùs dixerat, vanissimum esse hominem; quia vid elicet instar inanis umbræ, quæ non est res, sed umbra rei, pertransit in hoc vitæ curriculo, in eodem statu numquam permanens, sed ocyssimè festinans ad mortem. Præterea nec isto quidem tantillo, quod accepit ad vivendum, spatio, posse pacatè tranquilleq; transigere, continuis agitatum perturbationibus, idq; sine ullo fructu. Postremò stultissimo labore consumi, aggerendo res multas, quibus nec an ipsemet, an destinati à se posteri potiantur, scire satis potest, quum fieri possit, ut aut justi hæredes abutantur, aut horum loco fures hostesve succedant. Hi magis recepti, veri, simplices sensus: de aliis in partium expositione dicemus.

Verumtamen.) Hieron. *tantùm*, Psalterium Romanum & Ambros. *quamquam*. Ambrosius, *& quamquam*. Alii, *profectò*, *nam*, *etenim*, *certè*. Hebræa vox אַךְ *ach*, est eadem quæ in priore versu Græca, μένωγε, *certè tamen* ibi אַךְ, quod dicebamus valere, *tantùm*, sicut hoc loco vertit Hieron.

In imagine pertransit homo. Hieron. *tantùm in imagine ambulat homo*, quamvis B. Thomas recitet illum sic, *quantum ad imaginem pertransit homo*, *tantum turbatur*. Psalter. Ambros. & Ambrosius *t*, & Gregorius *u*, & Augustinus *x*, meminitq; Haimo, *Quamquam in imagine transeat homo*: Psalter. Romanum, *quamquam in imagine Dei ambulet homo*, Ambros. hoc loco addit (&) *& quamquam* &c. Cassiodorus omittit (&). Augustinus (&) ac (*Dei*) Hieron. *y* alibi: *Verumtamen in imagine perambulat homo*. Codices Regii & Complutenses, *Quamquam in imagine pertransit homo*. Alii ex Heb. אַךְ בְּצֶלֶם יִתְהַלֵּךְ אִישׁ *ach bethselem italleh ish*. *Profectò* in

g in Sym.c.46 u 10. mor.c. 23. vel.9.& l.22. c.15. vel 10. x Ser.in Sept. & 14.de Tr. c.4. & 14
y in c.8.Ec.

in imagine ambulat vir, ſeu *ambulabit*, aut *in tenebris*, aut *in umbra*, aut, *inſtar umbræ*, quidam enim legunt ב *chaph* notam ſimilitudinis pro ב *beth* nota præpoſitionis aut *cum umbra mortis*. Juxta illas Hebræorum & Hebraizantium interpretationes erit ſenſus, hominis vitam evaneſcere priuſquam valeat cognoſcit, nihil in ea ſolidum eſſe, ſed inanem, ut dicunt, apparentiam; imaginariam eſſe, ac umbratilem vitam hominis. Nam צל *tſel*, ac צלם *tſelem*, *umbram imagineque* ſignificant, quia ex umbris nata imaginum ars, ut alias *a* docui, verſari tota vita ſua hominem in umbra mortis, quæ vocatur צל מות *tſelma veth*, ut etiam pridem antea dixi *b*, hoc eſt, in perpetuis vitæ diſcriminibus agere, in tenebris ignorantiæ, quum neſcit mortis tempus.

Ex umbris nata imaginum ars.

a *Sap.* 15. 4.

b *Pſ.* 87. 7.

Alter ſenſus eſſet Rab. Aben. Ezra quem Eugubinus meritò rejicit, hominem ſubjectum eſſe imaginibus & aſpectibus aſtrorum, quæ rapidiſſimus cœli motus ad omne tempus deſignet. Tertio, Baſilius, Theodoretus, Cyrillus, Chryſoſtomus *c*, Athanaſius, Euthymius, Nicephorus, & ex Latinis Alcuinus in Gloſſa (in qua non bene id tribuitur Auguſtino) Lyranus, Trevetus, Remigius, Ricardus Pampolitanus, Bruno, Valentia, Hugo Cardin. Thomas & omnes recentiores, atque illi ſibi quos primo loco poſui Hebræi ac Hebraizantes, declarant hominem percurrere iſtam vitam ritu imaginis apparentis in ſpeculo, aut aliter, ut contingit in coloribus apparentibus, aut umbratili ſimulacro, ut quidam dixit, *οἱ δὲ σκιαὶ αἰσυσι*. Eò tendit Apollinarius,

Senſus reject.

c *Hom.* 1.

Ἐμπαγὲς μὲν οὖν ἄνθρωπος ὁμοίως ῥαιδάλματι βαίνει.

Verumtamen homo perinde ac ſimulacrum graditur.

Chryſoſtomi eadem prorſus mens eſt, in Pſalm. CXV. quum docet, *omnis homo mendax*, idem eſſe quod *nihil*, confirmatque verbis præſentis loci.

Quartò. Ambroſius, Auguſtinus *d*, Ruffinus, Hieronymus, Thomas *e*, Bruno etiam, ac rurſum Hugo Cardinalis & Remigius, Caſſiodorus præterea, Gregorius *f*, Bernardus *g*, & alii de recentioribus, ex Græcis verò Hetychius, Chryſoſtomus (ſi tamen Chryſoſtomus homilia 2, ſed *h* alibi verus auctor) explicant de imagine Dei ad quam homo factus eſt, nec eam perdidit, quamvis in hac vanitate vitæ ambulet ut eo reprehenſibilior, quod tantæ dignitati non reſpondens, abjiciat ſeſe ad amorem ſtudiumque inanium rerum. Gregorius *i* ad hoc exponit de homine juſto qui turbatur exterius, quamvis imperturbabilis duret interius; illud, ob infirmitatem carnis; hoc, ob virtutem mentis. Galatinus recitat R. Moſem de imagine quoque Dei hunc locum ſumentem, ſicut & Pſalm. LXXII. *Imaginem ipſorum ad nihilum rediges*, ideſt, vilem reddes cum ſalvo homine illa remaneat, quidquid Origenes *k* contra ſenſiſſe videatur. Rab. Moſis locum nondum reperire valui. Favet omnino Chaldæa paraphraſis, exprimens imaginem Dei ברמריוקבא ריוי *beram bediukena da iehova*, *tantùm in imagine Dei*, &c.

d *Ser.* 1. *in S. & 14. de Tr. c.* 4. *&* 14.

e *hic. & in* 2. *p.* 4. 93. *art.* 4. *Sed contra.*

f 10. *Mor. c.* 9. *vel* 13. *l.* 21. *c.* 10. *vel* 25.

g *Ser.* 80. *in c.*

h *Hom.* 8. *in* 2. *ad Tim.*

i 22. *Mor. c.* 9. *aut* 15.

k *l.* 1. *c.* 8.

Quinta ſententia placuit Origeni, Didymo, Ambroſio *l* in ſymbolum, qui ait imaginem per incuriam obſcurari poſſe, deleri per naturam non poſſe: ac B. Thomæ, Aiguano, olim Innominato, ſeu Incognito, & aliis in locis. Hieronymo *m*, in imagine pertranſire hominem ſanctitatis vel peccati, cœleſtis hominis vel terreſtis, veritatis, vel falſitatis, Dei vel beſtiæ atque etiam Diaboli. Notat autem Origines hoc loco, abſque ulla adjectione nomen *imaginis* poni.

l *Epiph. Ep.* 5. *ad Joan. Hieroſoly. apud. Hier.*

m *cap.* 16.

Sextam quæ adhuc Origenis eſt, ſequitur quoque Thomas, cognitionem ac virtutem etiam omnem præſentis vitæ ſi cum futura comparetur vita, imaginem & umbram eſſe, quia hic videmus dumtaxat *per ſpeculum in ænigmate n* hancque cauſſam eſſe cur vanè conturbemur circa *o* multa; & vanè conſumamus fortitudinem. Nam & *qui addit ſcientiam, addit laborem*, ſeu *dolorem*. Refert, ut priùs monui, Thomas Hieronymi verſionem ad hoc probandum, quæ nunc non extat, *quantum ad imaginem pertranſit homo, tantùm turbatur*.

n *in c.* 8. *&* 16. *Ezech.*

o 1. *Cor.* 13. 12.

Septima recenſeri poteſt Aiguani, in imagine nos pertranſire, quia ex hac vita in beatam perveuire non poſſumus abſque fide Chriſti qui eſt imago Patris, & cui imagini Pater *prædeſtinatos conformes fieri voluit p*. Omnia piè nec improbabiliter dicuntur. Sed maximè quæ ſunt primo ac tertio loco dicta. Quod attinet ad litteralem ſenſum, Cantapretenſi *q* reprehendit hinc argumentantes hominem factum ad **imaginem Dei**; fateor non adeo efficax argumentum eſſe; **utitur** tamen eo Thomas 1. p. *r* fortaſſis auctoritatem ſequens Auguſtini & aliorum quos in opinione quarta retulimus.

p *Luc.* 10. 41.

q *Eccl.* 1. 18. *Rom.* 8. 29.

Ex hoc loco argumentantes hominem factum ad imaginem Dei refutati.

Porro ſenſum de fugacitate vitæ hominis, multis aliis licet ſimilitudinibus teſtimoniiſque confirmare ac illuſtrare. Attuli nonnulla in libro Sapientiæ *ſ. Figuram prætereuntem* Paulus *t* mundum vocat rotum: Job *u*, aſſirmat, hominem *velut umbram fugere*, & *dies ejus velociores curſore x*. Quod item de diebus aſſeritur Pſalm. CI. *y* ſicut *umbram declinare*, in CXLIII. *z prætervire*: *ſomnum ſomniumque* appellat vates noſter *a*, & Iſaias *b*, eſurientium, ſitientium, opes habentium, ſeque has habere, & ſe edere ac bibere, ſibi, dum dormiunt, perſuadentium. *Umbra ſomnium* Pindarus nominare maluit. Æſchylus: *umbram fumi*.

16. *Hyp. c.* 4. *Col.* 4 19.

Ceterùm nomen *imaginis* junctum *pertranſeundi* verbo, vel *ambulandi* ac *deambulandi*, & ſynonymis aliis, innuit eam potiùs, quæ ſolum apparet, aut in ſpeculo aut aliter, quàm in ſolida & permanente materia, picturave, & coloribus conſiſtentibus. Videri poſſunt etiam innui ſpectra, aut idola quædam objecta phantaſiæ, eamque ludificantia, aut meteororum quorumdam aliarum rerum apparentes colores. *In imagine* igitur *pertranſit homo*, ideſt, ſicut imago hæc de qua modo dixi. Nec refert præpoſitio in qua potuit (ב) *be*, eſſe pro (כ) *che*, nota præpoſitionis pro nota comparationis, ut antè dixi, & aliquando præpoſitio habet eamdem vim. Quamvis Nabuchodonoſor ac regnum ejus cum ſtatua comparatum ſit grandi, magna, ſublimi *intuitus terribilis*, cujus *caput ex auro, pectus & brachia de argento, venter & femora ex ære, tibiæ ferreæ, pedum pars ferrea, pars fictilis*, tamen *lapis abſciſſus, ſine manibus, monte, percuſſis pedibus comminuit eos*, & cetera partes illico contritæ ſunt, redactæque *quaſi in favillam æſtivæ aream*. Propone tibi quoque ante oculos mentis, ſtatuam ſancti cujuſpiam, circumlatam in pompa ornatamque pretioſo cultu, comitante cauſa religionis turba multa, depoſito ferculo poſt finitam ſupplicationem, locatur ubi priùs erat, exuta aſcitiis. Ad eumdem modum filii filiæque hominum hìc incedunt compoſitæ circum ornatæque ut ſimilitudo templi *d*, & beati prædicantur quorum hæc ſunt, atqui *in imaginem pertranſeunt*, & *velut ſomnium ſurgentium imago ipſorum ad nihilum redigetur e*.

t *Pſ.* 72. 20.

u *Ser.* 50. *de temp. ſive in Dom.*

x *Cap.* 14. 2.

y *c.* 9. *v.* 25.

z *verſ.* 12.

a *verſ.* 4.

b *Pſ.* 72. 20.

d *Dan.* 2. 31 32. 33. 34. *&* 35.

e *Pſ.* 143. 12

Sed & fruſtra conturbatur.) Hieronymus *tantùm*. Meminit autem in Epiſtola ad Suniam & Fretelam, lectionis, *verumtamen conturbatur omnis homo vivens*: ſed ſub veru additum eſſe in LXX. Auguſtinus quodam ſermone *f* legit, *omnis homo*: & Chryſoſtomus *g*, *omnis homo vivens*. Alii qui priore membro poluerunt, *quamquam*, hìc ponunt *tamen*: voluntque ſenſum eſſe: quamvis tantæ ſit homo dignitatis, ut ad imaginem Dei ſit factus, tamen iſtam dignitatem tueri noluiſſe, non ambulando in imagine veritatis quam velut detrivit tranſgreſſione peccati, ſed ſeipſum conturbando in conſilio vanitatis. Eadem lectio poteſt efficere ſenſum alium, licèt homo tam vanus ſit quàm nuda pictura ſimulacrumve inane, & apparens imago, nihilominus *ſtulto* ſeiſum *labore* conſumit, *h*, *turbatur erga plurima i*, in vacuum laborat *ſine cauſſa*, *vane fortitudinem ſuam conſumit k*. Varias turbationes Chryſoſtom. homilia quadam propria ſuper iſtis verbis demonſtrat, deſcribitque humanæ naturæ infirmitates, calamitateſque longa, & eleganti oratione: tandem ait nihil ſe hac Prophetia aptiùs proferre poſſe. Vide quæſo, ait, ut hominum res mare imitantur, ut tempeſtate illius vita hæc noſtra implicatur, ut diutiùs & ſæpiùs quàm aqua in terra, tempeſtate jactamur; ut vehementiùs inter nos quàm venti collidimur: ut pecuniæ (hi ſunt theſauri de quibus paullo pòſt) quaſi clypei inter nos committunt, & quaſi in tempeſtate maris huc atque illuc impellimur. Aliquanto poſt egregiè ſanè quærit ac reſpondet, Homo ſolus, ò Propheta, conturbatur? creatura ea ſola, quæ rationis eſt particeps, acculatur? Ait commoveri etiam elementa, & animantia, ſed iterum ſedari, confirmari, quieſcere, ſatiata deſinere, extingui, &c. hominem numquam deſinere, nova ſemper cupiditate rapi, ad aliudque continuò impelli, nullum finem facere plura & plura coacervandi. Satius eſt ut homiliam

f *Pſ.* 72. 20.

g *Ser.* 50. *de temp. ſive in Dom.*

h *Hom. ſuper iſtis verbis.*

i *Exod.* 10. 18.

k *Luc.* 10. 41. *Iſa.* 49 4.

totam

totam per te legas, tam eſt ſententiis ornata & abundans. Quamquam adeo trita res atque confeſſa eſt, experimentoque comprobata, ut nullum fretum aut Euripum tot motus, tam varias habere putandum ſit agitationes fluctuum, quantas perturbationes & quantos æſtus habet hominum vita. *Qui conturbat domum ſuam, poſſidet ventos* a, *conturbat ſuam qui ſectatur avaritiam* b, vel familiam vexando, aut, ut ipſe vexatus, vexatus ab aliis. Conturbationem avari continent verba conſequentia; *Turbavit ſeipſum* Chriſtus c, at non fruſtra & vanè, ſed magna gravique de cauſſa lacrymas etiam fundens d.

a Prov. 11.29
b cap. 15.27.
c Jo. 11.33.
d Ibid. 35. & Luc. 19.41. & Heb. 5.7.

Theſaurizat & ignorat cui congregabit ea.) Primum verbum reſpondet Hebræo יצבור *titsbor*, futuri temporis, quod valet *congerere* & *coacervare*, cumulos & acervos facere pro ultimo, Græco, συναξει, Aquila & Theodotio poſuerunt συλλεξει, *colliget*; πῶς συλλέξει, *quis colliget?* Diſerta oratio cui ſimilem aliquoties in Eccleſiaſtæ libro tractavimus e. Comptura hac de re extant citata Chryſoſtomi homilia & in 2. ad popul. Antioch. & apud Auguſtinum, tum hìc tum ſermone de Septuageſ. & apud Ambroſium, de officiis f. Docent, nihil dementiùs, nihil infeliciùs caſſo iſto labore, quum vita ſit brevis, theſaurus durans, conturbari, theſaurizare, cogitare, laborare, curis invigilare, per diem vexari laboribus, per noctem agitari timoribus, ut lacellus impleatur nummis, animam febricitare curis, tot damna, pericula, mortes obire, ut accedat aurum, perdere fidem, ut foris veſtiaris, intus expoliari, quum nec tibi morituro, nec morituris quoque filiis theſaurizare poſſis: ipſique filii forſan perdituri ſint luxuria quod congregaſti avaritia: fieri etiam poſſit, ut nec filiis quamvis bonis, ſed morituri tamen, verùm etiam dum vivis, furi, latroni, prædoni theſaurizes poſt mortem non filiis, non neceſſariis, non amicis, ſed inimicis, hoſtibus, perſecutoribus, ignotis, peregrinis. Ambroſius in negotiatores præcipuè declamat.

e maxime c. 2. 18. 19. & 48. c. 6. 2.
f Lib. 1. c. 49.
Avaritia mala.

Davidem Chryſoſtomus g ait, hæc motum ab iis quæ ei conſueverant ſcripſiſſe, quum vidiſſet quod minimè vel cogitaſſet, tot aggeſtas opes, ac regiam ipſam à filio adeò violentè impièque occupatas. *O inſana vanitas*, ait hoc loco Auguſtinus, *beatus eſt Dominus ſpes ejus, & non reſpexit ad vanitates & inſanias mendaces.* h Quæritur verò ſe avari, dum ſic loquitur, judicio delirare videri, & anicularia loqui verba: non novum, quoniam & Chriſtum de eleemoſyna diſputantem deridebant avari Phariſæi i: Chriſtus verò *ſi ultum* appellavit qui multa paraverat, neſciens cujus futura poſt mortem eſſent k; ſuaſit demùm ut theſaurizaremus *in cœlo* l: etiam in terra non deſunt theſauri ei qui cœlo illos infert per pauperes quibus erogat. Exemplum illuſtre in Tiberio Conſtantino, de quo Turonenſis m, & Paulus Diaconus n. *Ibi cor ubi theſaurus.* Quod ita eſſe compertum eſt ætate Antonii Patavini o, qui ſermonem habens in avari divitis funere, ex area ubi p divino juſſu erat, ad concionem adduci præcepit. Ignoras cui theſaurizes ſi te inclinans ad hæc infima & terrena, theſaurizas tibi terram, ignorans an congreges tineæ demolienti, furi effodienti, hoſti diripienti, igni devoranti, ut ſcribit Bernardus q. Cicero r nihil ſtultiùs affirmavit, quàm equos, famulos, veſtem egregiam, vaſa pretioſa parare, amicos non parare, optimam & pulcherrimam vitæ quaſi ſupellectilem. Cetera namque qui parant, cui parent neſcire, nec cujus cauſſa laborent; ejus enim eſſe iſtorum quidque qui vincat viribus. Conficiendus Theſaurus ex rebus pretioſis, raris, quæ diù valeant aſſervari, & loco exiguo contineri, ut docet Philippus Greveus ſ, facta collatione inter ſpiritualia ſeu divina dona, & res alias externas. Propterea theſaurizas bona iſta externa, ut Auguſtinus t dicit quia fortitudo te tua deſeruit, per quam Deum habens, rei nullius egeres: idcirco neicis cui congreges ea; quia *lumen oculorum* tuorum non eſt tecum u, nec vides, *animam hac a te nocte* repeti poſſe. * Stultiſſimus es theſauros ſi malis quàm mentem, quos poſſidere niſi per eam non queas; quodammodo puer infans quamvis ditiſſimus natus quum ſit Dominus omnium quæ jure ſunt ejus, nihil poſſidet, mente ſopita.

g Hom. 3.
h Pſal. 39.5
i Luc. 15.14.
k cap. 12.20.
l Mat. 6.20.
m l. 5. hiſt. Fran. c. 5.
n 3. de geſt. Longob. c. 5.
o in vita.
p Mat. 6.21
q Ser. 8 Cant. o. in 2 in Laud.
r Off. 1.
ſ Serm. 83.
t 14. de Trin cap. 14.
u Pſ. 37. 11.
* Luc. 12.20 Stultum eſt theſauros malle quã mentem; quos niſi per eam non queas poſſidere

A *Verſ.* 8.) Et nunc quæ eſt expectatio mea? nonne Dominus? & ſubſtantia mea apud te eſt.

QUUM ſint res meæ in adeo miſerabili ſtatu, & quivis homo, ac quæcumque moliatur, plena vanitatis; vita quoque quum tam brevis: quid fruſtrà ſperem cogitemve theſauros, vel alia humana ſubſidia, & non potiùs ſolum Deum? Tu ergo ſolus es o Deus, in quo ſpem omnem loco, totum eſſe ac ſubſiſtere, quidquid ſum, quidquid valeo, quidquid habeo, apud te depono, tibique commendo; ex te uno pendeo, in te, ac à te ſubſiſto, nullum aliud malis meis remedium quàm te volo.

Et nunc quæ eſt expectatio mea?) Hieronymus, *nunc ergo quid expecto?* eodem pacto Symmachus, excepto, B quòd non habet particulam illativam, ſed ſicut Septuginta, καὶ νῦν, & nunc, καὶ νῦν τί προσδοκῶ; nomen autem, *Domine*, Κύριε, in vocativo jungi poteſt iſti orationis membro, apud Symmachum & Hieronymum; ſicut multi faciunt, aut necti cum principio ſequentis, ut aliis placet. Utrumvis perinde ferè eſt. Solùm differentia eſt quod priore modo ſecum diſquirit propheta, tum reſpondet convertens ſe ad Deum; poſteriore continuatus ſermo eſt cum Deo. Accentus Hebræus *athnach* conſtituit Dei nomen in fine primi membri. In Pſalmo II. x *& nunc reges intelligite*, &c. oſtendimus particulas iſtas, *& nunc*, habere vim inferendi & concludendi. Pſalm. CXXIII. y *Prius quam humiliarer, ego deliqui; propterea eloquium tuum cuſtodivi*, Hebraicè eſt, ועתה *vebba thath*, vertitque Hieronymus, *Nunc autem*, quod etiam eſt, *& nunc*. Poſſet propriam quoque notionem temporis adverbum retinere: ut ſignificetur correctio veterum ſtudiorum vanorum, vel conturbationis, quemadmodum Cajetanus obſervavit. *Expectatio*, ὑπομονή, ſpem ſignificat, qua quod futurum eſt, cum patientia expectatur. *Si moram fecerit, expecta eum* z. Alios legere, *præſtolatio mea*, hoc loco teſtis Hugo Cardinalis. Verbum קוותי *kiuuithi* ardentem denotat ſpem, ut aliàs docuit: ipſamet expectari dicitur, tametſi pro ſpei objecto ſumi tùm poſſit a.

x verſ. 10.
y verſ. 67.
z Hab. 2.3.
a 2. Mac. 7. 14. Act. 24. 15. Gal. 5.5. Tit. 2.13.

Nonne Dominus.) Quaſi diceret, *Qua eſt enim fortitudo b mea, ut ſuſtineam, aut quis finis meus* (dixerat David prius c. *Notum fac mihi finem meum*) *ut patienter agam*, &c. *Ecce non eſt auxilium mihi in me, & neceſſarii quoque mei receſſerunt à me.* Emphaſim habet interrogatio *nonne Dominus?* nec minorem tamen vim continet forma Hebraicè lectionis, de qua antè dixi, *Nunc ergo quid expecto Domine?* Chriſtum eſſe patientiam noſtram, Origenes d hoc loco & alibi docet; idem eſt, expectatio ac ſpe noſtra, omniumque Gentium e. Expectabatur ab omnibus, ut doctor f, ut redemptor g, ut liberator à limbo h: ut *liberator à carcere peccatorum*, i ut illuminator cordium: k ut protector contra hoſtes l: ut remunerator. Hoc Hugo Cardin. notat vel Alenſis, atque his quaſi ſeptem expectationibus reſpondere Antiphonas, quæ ante natalem diem Domini ſolemniter canuntur inchoanturque ab (O) quod etiam Hiſpani vocant feſtum (O) & expectationis partus.

b Job. 6. 11. 13
c verſ. 11.
d Tom. 19. in Joan.
e Gen. 49. 10
f Oſe. 10. 12. Joel. 2. 23.
g Pſ. 110. 9.
h Zach. 9. 11
i Th. 3. 55. 56 57. Iſ. 42. 7.
k Pſ. 111. 4. Iſa. 9. 2.
l Iſa. 19. 20.
Septem expectationes in adventu Domini.

Et ſubſtantia mea apud te eſt.) Hieronymus, *præſtolatio mea tu es*, Pſalterium Ambroſianum, *ſubſtantia mea ante te eſt*: ita quoque Ambroſius, Caſſiodorus, Auguſtinus: qui addit, *ſemper*. Pſalterium Romanum, *& ſubſtantia mea tamquam nihilum ante te*. Hoc, *tamquam nihil*, repetitum videtur ex verſu 6. efficitque bonum ſenſum, ideoque expectatio ſpeſque Domine, es, quoniam ſubſtantia mea (in ea ſignificatione quæ ibi declarata eſt) nihil eſt, ò Domine, ante te, nihil per me valeo, nullæ vires meæ. Juxta editionem noſtram *ſubſtantia apud Deum*, vel, *ante illum*, vel, *ab illo* dicitur eſſe) quidam enim codices habent παρὰ τῷ, alii, παρὰ τοῦ) quia tota pendet ab ipſo & quod modo dicebamus, per ſeipſum, nihil eſt, ſecundùm comparationem ad Deum ac ſecundùm æſtimationem ipſius. Uſi ſunt LXX. Interpretes eadem voce ὑπόστασις, pro qua Symmachus uſurpat ἀναμονή, Aquila παραδοχία, quæ ſignificant *ſpem* & *expectationem*. Hos imitatus eſt Hieronymus uſurpans *præſtolationem*, & iſta omnia importat nomen Hebræum cum affixo תוחלתי *thochalthi*.

Voluerunt LXX. ſignificare in ſpe divina collocatam eſſe ὑπόστασιν, & ſubſtantiam noſtram Deum eſſe *firmamen-*

a *Ps.* 17.3 *mentum* noſtrum *a in illos nos vivere, moveri & esse* b. A
b *Act.* 17.27 Vocat id hoc loco Apollinarius *βίστιον φυσίζωον ἕρμα, vita vitale firmamentum*. Spei Paulus *c* videtur tribuere rationem ſubſtantiæ, ſed qaam à fide accipiat, & in qua ſuſtentetur, & per quam ſperatæ res, quamvis nondum adſint, jam ſubſiſtere ac præſentes eſſe videantur, atq; poſſideri à regeneratis in ſpem vivam; dum
1 *par. l.* 2 fidem definit *ſubſtantiam ſperandarum rerum, ὑπόστασιν τῶν ἐλπιζομένων*, quod aliqui *d* legunt *ſperantium*. Quò
d *Aug. tr.* 14 *in Joan. l.* 2 *de pecca. mor. c.* 32. *& faves Dionyſ. c.* 7 *de divinis nominibus*, ſpectat ſententia trita quòd *juſtus ex fide vivit*. Si ſubſtantiam præterea cum Valentia & aliis: atque *ὑπόστασιν* accipere placeat pro *facultatibus opibuſque*, ut alibi
e *Act.* 2.45 oſtendi ſumi poſſe *e* Latinum nomen & aliud Græcum *οὐσία* aut *ὕπαρξις* aut *τὰ ὄντα* & *τὰ ὑπάρχοντα*, denotabitur
f *Luc.* 12.21 theſaurizatio non inanis illa & vana, de qua proximè antè actum, ſed ſolida, & verè locuples, quia *in Deum f dives* qui ſperat in eo. At non legi alium auctorem qui ſic *ὑπόστασιν* accipiat. Idem Apoſtolus *ſubſtantia* vocabulum aliquoties aliàs uſurpat juxta præcedentem notionem pro ſuſtentamento ac firmamento, *ne quum venerint Macedones* g, inquit, *mecum, & quum invene-*
g 2. *Cor.* 9.4 *rint vos imparatos, erubeſcamus nos (ne dicam vos ipſi* B
h *c.* 11. 17 *in hac ſubſtantia gloriæ*: Item *h ut & ego modicum quid glorier in hac ſubſtantia gloriæ*, hoc eſt, in hac re quæ gloriam ſive gloriationem meam ſuſtentat, meq; confidentem reddit, ita ut cadam, egoq; veluti concidam animo ſi illa tollatur. Hac de cauſſa ſpes ab eodem nominatur
i *Heb.* 6.19 *i anchora animæ firma & tuta*. Rurſus de fide loquens, ait
k *cap.* 3. 14 *k*. *Participes enim Chriſti effecti ſumus, ſi tamen initium ſubſtantiæ ejus uſq; in finem firmum retineamus*, ideſt, fidem quæ eſt ſpiritualis noſtræ principium
l *vers.* 3 ſubſiſtentiæ. Nec porro deſunt qui Ps. LXVIII. *l Infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia*, *ὑπόστασιν*, interpretentur de ſolido fundamento cui hærere ac niti
m *vers.* 48 poſſet: Item in LXXXVIII. m. *Memorare quæ mea ſubſtantia*, Symmachus, *σύσις*.

Auguſtinus, Ruffinus, Hieron. Thomas, & alii Latini, nec non fere Græci, ad priores memoratos theſauros alludi volunt per antitheſim, vel etiam ad ſubſtantiam quam pixerat tamquam nihilum eſſe ante Deum: apud Deum *habere nos meliorem & permanentem ſubſtantiam* n, theſauros non deficientes *in cœlo* o, ſub-
n *Heb.* 10.34 ſtantiam ipſam animæ ſine Deo nihil eſſe; in ipſo *vitam*
o *Mat.* 6.29 eſſe *ac lumen* p, tueri vitam nos non poſſe ope ulla hu-
p *Joan.* 1.4 mana: dona ſpiritualia, ſubſtantialia cenſere, comparata cum externis: qui diſtribuat propter Deum cuncta quæ habet, aut ea, quæ retinet, in amorem ipſius expendit, & nihil omnino præter illum concupiſcit, habere apud eumdem ſubſtantiam ſuam *q*. Didymus,
q *Ruffin.* præter ſubſtantiam hypoſtaſimque propriè ſumptam, quam ait à Deo eſſe, docet quoq; intelligi poſſe patientiam, qua ſuſtinemus, ac veluti ſubſiſtamus firmiter adverſis. Idem dicit Cyrillus, ad Chriſti patientiam in paſſione accommodans. Ambroſ. *animæ ſubſtantiam* ante Deum eſſe interpretatur, quia non impugnaret eam adverſarius, niſi poteſtatem accepiſſet à Domino: quia quod fecit & tuetur: & Angelum conſtituit *in circuitu*
r *Pſ.* 33.8 *r* noſtro, ne quis noceat, & ille non diſcedit niſi juſſu Dei, ut ſuus athleta decertet.

Hinc præterea Chryſoſt. *f* eruit ſalutare monitum,
f *Hom.* 10 *in* 1. *ad Cor.* 4 *Chriſ. ſalutare monitum ex hoc loco,* ut quilibet miniſtrum ſe putet Dei in his quæ accipit, ſciens ſe non eſſe ſuum *r* ſed Dei; tum ratione creatio-D
t 1. *Cor.* 6.19 nis, tum ratione fidei, nec animam nec pecunias ſuas eſſe, ſed communicandas has cum conſervis. Citat B. Thomas gloſſam declarantem myſticè verba hæc, *ſubſtantia mea apud te eſt*, hoc eſt, tu Chriſte ſumes de mea carne: quia factus es ex ſemine David ſecundum
u *Rom.* 1.3 carnem *u*. Caſſiodorus explicat de bonæ conſcientiæ poſſeſſione ante Deum judicem: ſic *participes Chriſti effecti ſumus*, & noſtra, ſicut jam illius, reſurget ſubſtantia, ſi initium ſubſtantiæ ejus, ideſt, fidei, firmum uſque in finem teneamus *x*, cum aliis ad ſalutem
x *Heb.* 3.6 requiſitis.

Vers. 9.) Ab omnibus iniquitatibus meis erue me: opprobrium inſipienti dediſti me.

UT non ſine fructu ſit ſpes ac inanis, & ut non fruſtra abs te pendeat ſubſtantia mea, quidquid ſum, quidquid poſſum, quidquid ago: utq; miſericordiam tuam magnam experiar, & curam quam expecto & expero; quæſo te meis me à peccatis ut liberes, quæ mearum ſunt cauſa calamitatum. Propter iſtas calamitates, ſimulque ob peccata ludibrio habeor ab inimicis, qui, qua ſunt ſtultitia, ignorant judicia tua, & quæ permiſsu tuo accidunt, deteriorem in partem accipiunt. Talis, ut Baſilius, Chryſoſt. *y*, Cyrillus, Theo- *y Hom.* 6
doretus, Euthymius, Nicephorus notat, irriſor atq; convitiator Prophetæ noſtri, Semei.

Ab omnibus iniquitatibus meis erue me.) Trevetus notat ex Pſalt. Hieron. *ab omcibus meis libera me*, exponitque de illis quibus erraverit à via legis & mandatorum Similis Ps. XXIV. z ſententia, *Dimitte univerſa delicta* z *verſ.* 18
meas Item Pſal L. a. *Omnes iniquitates meas dele* & in a *verſ.* 11
CII. *b*. *Qui propitiabitur omnibus iniquitatibus meis*: & b *verſ.* 3
apud Ezechiel. *c Mundabimini ab omnibus inquinamentis* c *cap.* 36. 26
veſtris: in Ps. CXXIX. *d Ipſe redimet Iſrael ex omnibus iniquitatibus ejus*. Erui vult ab omnibus iniquitatibus gravibus jam commiſſis, vel certè à reatibus & pœnis, quas fortaſſis adhuc poſt remiſſionem culparum debebat: vel à relapſu in easdem aliaſque, vel ut levia omnia peccata cum reatibus condonarentur, & auxilium concederentur eadem vitandi. Nam licèt omnia venialia peccata vitari abſque extraordinario gratiæ auxilio non valeant, poſſitque juſtus quivis & humiliter & verè quotidiè precari *dimitti* e, *ſibi debita*, nihilominus, pro vitatione omnium talium peccatorum, rectè im- e *Mat.* 6. 12
ploratur gratia Dei, non quod totus cumulus omniaq; prorſus poſſint, ſed quia ſingula, quæ niſi poſsent, peccata non eſsent. Et hic omitto ſicut Pſ. illo XXIV. Scholaſticam quæſtionem, Poſſitne de abſoluta Dei potentia unum remitti mortale peccatum ſine alio. Hoc loco Cautio adhibenda in lectione Origenis hoc loco,
cautè Origenes legendus quum ſcribit, ſecundùm pœnitentiam converſionisque menſuram, remiſſionis De-C
Cum moderari quantitatem: Et ſi quis omnes juſtitias impleverit, omnes abluere iniquitates; qui pauca vel partem juſtitiæ operetur, partem aliquam iniquitatum reſolvere: qui perfectam pro omnibus malis & integram pœnitentiam geſerit, ita ut purum cor offerat Deo, diluere omnem labem peccatorum: qui ex parte pœnitet, ex parte quoque mereri abſolutionem. Deum quoſdam eripere ab omnibus iniquitatibus, aliquos ab aliquibus. Davidem, quòd confidat egiſse ſe ex quibus dignum eſset ab omnibus iniquitatibus eripi, propterea dicere audacter, *Ab omnibus iniquitatibus meis eripe me*; *opprobrium inſipienti dediſti me*; hoc eſt, ut ego Origenem intelligo, alio qui eſsem opprobrium Diabolo: quod confido non fore, deletis omnibus iniquitatibus meis. In hac Origenis doctrina cavendum ne putes nunc re ipſa dimidiatam quibuſdam concedi remiſſionem peccatorum mortalium, & aliquorum vel unius dumtaxat, non ſimul omnium. Nec fieri quidem ullo modo poſse ſenſerunt nonnulli. Lege Suar. noſtrum
f. Poſset utcumq; Origenes exponi de reatu pœnæ tem- f *3. p. tom.* 6
poralis, ac finitæ, qui poſt remiſſionem ſæpiùs manet, *d.* 10. *ſect.* 1
ſi non fuerit adeò perfecta pœnitentis contritio poſt baptiſmum (Baptiſmi enim privilegium eſt ut omnem penitus tollat) & pro varia diſpoſitione magis minùſque diminuitur. Idem auctor *g* alibi tradit, pœnitentiam g *Hom.* 8
poſt baptiſmum applicari, non ut regenerationem, quæ pœnitentia
convenit Baptiſmo, ſed ut medicinam, quæ ſanet qui- poſt baptiſ-
dem, ſed non omnem tollat cicatricem, ſive pœnam. mum ut ap-
Nihilominus poteſt contritio eſse tanta, ut nullius re- plicatur.
maneat reatus.

Opprobrium inſipienti dediſti me.) Hieron. *opprobrium ſtulto ne ponas me*, alii in genitivo, *opprobrium ſtulti ne ponas me*, ſi eſset duplex ſenſus juxta Hebræam editionem; ne exponas me ludibrium vano ac ſtolido homini, ne me involvas eodem probro cui eſt addictus impius, quod eſset, ſi, ut iſte, providentiam tuam negarem, aut de illa conquerer. Fortaſſis pro negatione אל *al*, erat אל *el*, nomen Dei: *opprobrium inſipienti Deus dediſti*, vel, *poſuiſti me*. Ita quidem Riccardus Canomanus, ſed nulla editio habet nomen Dei. Vox נבל *naual*, aliave ſy-
no-

nonyma, & inſipientis ac ſtulti, de talibus dicitur, qui ſubinde aut loquuturi de Deo impiè ac de rebus ejus vel his contra ipſum abutuntur. *Dixit inſipiens* a *in corde ſuo non eſt Deus*; *inimicus* b *improperavit Domino*, *& populus inſipiens ineitavit nomen tuum*. *Vir* c *inſipiens non cognoſcet*, *& ſtultus non intelliget hæc*; *ſimul* d *inſipiens & ſtultus peribunt*; *quaſi* e *una de ſtultis mulieribus locuta es*; *obſcuratum* f *eſt inſipiens cor eorum*, *populus* g *ſtulte & inſipiens*; *in gente ſtulta irritabo illos*. Intelligit David præſertim Semei & in genere etiam alio: quemadmodum antea illis verbis *h*, *quum conſiſteret peccator adverſum me*: & ſub ſua perſona comprehendit piè vivere volentes aliorum expoſitos irriſionibus, *i* probris, calumniis, tum verò capitaliſſimi hoſtias Diaboli, (ut etiam notant Euthymius, Ambroſ. Origenes) qui juxta etymon vocabuli hujus calumniator, irriſor, & accuſator eſt, Trevetus idololatram deſignari vult, petitq; ne permitteretur dominari & opprimere. Notant Heſychius & Chryſ. dictum, *opprobrium inſipienti dediſti me*, non autem *dediſti mihi*, quia quum peccata omnia ſunt remiſſa, exprobrat inimico diabolo qui malis ejus prius gaudebat. Euſebius accipiendo verba deprecativè, ut ſunt in Hebræo textu אלתשמבי *al theſſimeni* ſicq; Hieron. reddidit, ut monui, ac præterea Symmachus, *ἐτανείδισον ἄφρονι μὴ σεξῆς με*, *vituperandum maximè inſipienti ne deſtinaveris me*, ut Aquila, *ὄνειδος ἀπὸ ἀφρονι μὴ θῇς με*, *opprobrium defluenti* (hæc eſt etymologia nominis נבל *naual*, à נבל *naual*, verbo, quod ſignificat, *decidere*, *deſſuere*, languere, marceſcere, &c.) *ne ponas me*: & V. editio *ὄνειδος ἄφρονι μὴ δῶς με*, *opprobrium inſipienti ne dederis me*: Euſebius inquam ſecutus interpretationem iſtam, admonet, inſipienti peccatorem à Domino tradi probris afficiendum, ut ejuſmodi afflictionibus vehementiorem delictorum pœnitentiam agat: ne autem illud ſibi contigeret Davidem oraſſe, quia ea omnia à ſe ipſo faceret quæ grata Deo futura eſſent. Hoc poſtremum antea retuli dictum ab Origene.

Parùm refert dicamus precari Davidem vel commemorare quid acciderit, ut concitet magis in ſe miſericordiam Dei; ſed Origenes, ut ibi dicebam, ſi uſus eſt edit. LXX. in hoc loco, intellexit *opprobrium inſipienti dediſti me*, hoc eſt, nihil propriùs eſt quàm ut id ſit, & eſſet, niſi me ad omnium iniquitatum impetrandam veniam comparaſſem, quæ ſupplex poſco, & impetraturum ſpero, ſicq; opprobrium evaſurum quo exciperet ab inſipiente tum homine, tum diabolo. Simplicior ſenſus eſt de re jam ſecuta & facta, deq; deprecatione veniæ, ne porrò pergat idem opprobrii malum. Magis David eam conſuetudinem habet, ait, Ambroſ. ut ſua magis opprobria & peccata fateatur, ut de peccatis ſuis erubeſcat & opprobriis, qui ſcit in confeſſione eſſe veniam, & in peccati ſui condemnatione juſtitiam ſequenti quoq; verſu, *obmutui*, &c. Hortatur autem ut Moſis exemplo præ oculis habentis & intuentis futurum Chriſtum, ſuſpiciamus opprobrium crucis Chriſti, & Ægypti *i*, hoc eſt, mundi totius theſauris regalibus boniſq; omnibus præferamus. *Si exprobramini in nomine Chriſti*, inquit Petrus *k*, *beati eritis*, *quoniam quod eſt honoris*, *gloriæ & virtutis Dei*, *& qui eſt ejus ſpiritus*, *ſuper vos requieſcit*.

Porrò ad Chriſtum transferri locus totus hic poteſt, cum Procopio *l*, potiſſimùm in paſſione, tot audientem convitia, calumniaſq; tantas, patientia quæ ſequentibus hìc quoq; verbis exprimitur. Theophylactus *m* quoq; milites qui Chriſtum irridebant ac deludebant, inſipientes appellat, hunc ad id uſurpans locum. Nec dubium quin reprobi pœnæ pars magna in judicio futura ſit exprobratio diaboli, proferentis velut ex ſcripto ut Origenes notat, crimina illius, ac dicentis. Ecce hic Chriſtianus dicebatur, & ſigno Chriſti ſignabatur in fronte, meas autem voluntates gerebat in corde; ecce iſte qui mihi & operibus meis renuntiavit in baptiſmo, meis rurſus operibus ſe inſeruit, meiſq; legibus paruit, A verbum, muto ſimilis & elingui, & cui os eſſet planè clauſum, non excuſavi, non regreſſi maledicta: deniq; obticui, ac patienter tuli. Patientiæ verò mihi cauſsa una, ſcire te, qui nihil aut velle aut agere injuſtè ſoles, poteſve, permiſiſſe ac tantum non juſſiſſe ut maledicerent inimici, tum videlic. ad pœnam, tum ad exercitium virtutis. Ac tametſi nulla ſuppeteret mihi ratio alia, maxima ratio nihil providentiam tuam fugere aut fallere poſſe, cuncta nutu tuo adminiſtrari, nos tibi noſtraq; cuncta perſpecta & in cura tua eſſe. Qui hæc legit, animo mox recurrit ad hiſtoriam Regum *n*, in qua eſt, Davidem Abiſai reſpondiſſe, indignanti contra Semei maledictum *o*, *Quid mihi & vobis eſt filii Saruiæ? dimitte eum ut maledicat*, *Dominus enim præcepit ei ut malediceret David: & quis eſt qui audeat dicere quare ſic fecerit*, &c. *dimitte eum ut maledicat juxta præceptum Domini* s item, *cur efficimini* p *mihi hodie in Satam?* Non credebat David, Deum directè ac per ſe id præcepiſſe, quod Abulenſis *q* non cenſet improbabile, ſed quòd uteretur malo ac jam parato Semei animo ad maB ledicendum, ſicut & Abſalonis, quem etiam dicitur contra eum ſuſcitaſſe *r*.

Nemo autem non videt quàm iſta melius Chriſto congruant; de quo & Procopius *ſ* explicat velut ſimillima his quæ traduntur ab Iſaia, *t*, c 53. & in Evangeliis. Deus ipſe omne malum quod eſſet in civitate, feciſſe ſe dixit, Amos 3. *u*. Et ne hoſtes ſuperbiendo dicerent eſſe non Deum feciſſe, propterea diſtuliſſe *x* ſeveriorem populi ſui punitionem. Quando Chriſtus Patri dixit *y*, *Verumtamen non ſicut ego volo*, *ſed ſicut tu*: & Pilato *z*, *Non haberes poteſtatem adverſum me ullam*, *niſi tibi datum eſſet deſuper*. Idem eſt ac ſi dixiſſet, *obmutui*, *& non aperui os meum*. & hæc patior, quia tuò Pater feciſti, quia Pater meus fecit. Tales voces *a* Heli Sacerdotis, *Dominus eſt*, *quod bonum eſt in oculis ſuis faciat*, & Judæi *b* Machabæi, *ſicut fuerit voluntas in cœlo ſic fiat*: Ezechias præterea *c* canebat, *Quid dicam*, *aut quid reſpondebit mihi quum ipſe fecerit?* (quamvis legant alii, *ipſe fecerim*) quaſi diceret ut explicat Hieron. *d*; *Quid dicam quidve cauſſabor contra factorem meum*, C *aut quid reſpondebit qui fecit ipſe quod voluiſti*; ſuſtinenda ergo ſunt quæcumque decreverit. Gregorius *e* autem docens universè, quod flagellatus homo, conſiderans, quia illo major eſt Deus, *f* in omne quod patitur, ejus judicio ſe poſtponit, cui ſe minorem eſſe non dubitat, & quod à meliore patiatur, juſtum credit, etiamſi ejuſdem juſtitiæ cauſsa ignorabat. Subdit de Davide iſtis ejus recitatis verbis, quòd quum perçuſſionis pondere in excelsum vocis erumpere cogeretur, illa protulit ad conſiderationem conditionis ſuæ ſe reçolligens. Penſavit enim, ait, conditionis ſuæ ordinem, & juſtitiam percuſſionis invenit: quia qui benignè eum qui non erat, condidit, eum profectò qui erat non niſi juſtè percuſſit. Similis habetur verſu 3. ſententia, & priore Pſalm. v. XIV.

Quoniam tu feciſti.) In editione LXX. Syntaxis eſt, *ὅτι σὺ ἐποίωσάς*, *Quoniam tu feciſti me*, atque etiam ita ponitur in Pſalterio Arabico & Æthiopico. Eodem pacto declarantur ab Apollinario.

Ἐτλῶ κωτὸς ἄναυγος ἐπεὶ σὺ μὲ ποῖν ἐπευξας:
Suſtinui ſurdus ſine voce, *quoniam tu me talem feciſti*.

Eadem lectione utitur Chriſoſt. & Cyrillus, declarans, *feciſti me & pſalmaſti*, & tamquam opifex inſitam humane naturæ imbecillitatem perſpectam habes. Poſtremò, de Latinis Ambroſ. eamdem ſequitur lectionem, & innuit paullò antè citatus Gregorius. Trevetus explicans præcedentis verſus ſilentium, quòd non redarguerit David idololatriam inſipienris, cauſſam docet reddi, *quoniam tu feciſti*, hoc eſt, illum errorem ſufficienter ſine me redarguiſti. Violenta ſanè expoſitio. Nec placet Hugo Cardin. & Thomas, *quoniam tu feciſti*, ut obmutelcerem nec aperirem os, & dono gratiæ tuæ patiens eſsem; nec Bruno] Carthuſianus, & alter Herbipolenſis, *quoniam tu feciſti* jam me perfectum & purgatum per ipſas plagas.

a *Pſ* 13. 2
b *Pſ.* 52. 2
c *Pſ.* 73. 18
d *Pſ.* 91. 7
e *Pſ.* 48. 12
f *Job* 2. 10
g *Rom.* 1. 21

h *Deu* 32. 6 21. *Rom.* 10 15 i *verſ.* 2

Heſychii & Cariſoſt. Obſervatio.

k *Hebr.* 11. 26 1. 4. 14

min c. 53 *Iſ.*

Verſ. 10.] Obmutui, & non aperui os meum: quoniam tu feciſti.

AD opprobrium inſipientis, convitium, calumniam, irriſionem, injurioſum verbum, nullum reſpondi

n *in c.* 27 *Matth.* Reprobor. pœnæ pars magna in judicio.
o 2. *Reg.* 16. 5 *& ſeq.*
p *verſ.* 10. 12
q *Cap.* 19. 22

r *in* 2. *Reg.* 8. 16. 9 11
ſ 2. *Reg.* 12. 12
t *in c.* 53. *Iſ.*
u *verſ.* 7.
x *verſ.* 6
y *Deu.* 32. 27
z *Mat.* 26 39

a *Joa.* 19. 11
b 1. *Re.* 3. 18
c 1. *Mat.* 3 60
d *Iſ.* 38. 15

e *ibidem*.

f 32. *Mor. c.* 10

Vers. 11.) Amove à me plagas tuas.

TAm brevis est versiculus hic in Bibliis correctis. Petit autem David ut verberandi & affligendi faciat finem Deus, ipseque quas immisit, remittat ac removeat plagas; quia quidquid alii in hoc genere faciant, totum tandem ab ipsius voluntate aut permissu pendeat, seu dæmones, de quibus Athanasius, seu homines de quibus alii, plagas infligant. Quidam postrema prioris versus verba huc referunt, isto modo, *quoniam tu fecisti*, scilicet me, sumque *figmentum a* quod benè nosti quàm sit debile & fragile, *amove à me plagàs tuas*, ne illis contusus ac perditus, frustra videar à te factus, tuque *vanè constituisse omnes filios hominum b*. Favent hi qui, ut ante dixi, legunt, *quoniam tu fecisti me*. Quidquid sit, non priùs poposcit David *amoveri plagas* Dei, quam petiisset *ab omnibus iniquitatibus erui*, contra quam nunc plurimi faciunt, abominantes ac deprecantes à se plagas, de tollendis iniquitatibus, justique vivendo, nihil cogitantes aut curantes.

a Psal. 101.14.
b Ps.88.48.

Quærit Ambrosius quomodo *plagas* seu flagella, μάστιγας, *amoveri* David nunc petat, qui se alio in Psalmo plagis obtulit *c*, & in eas paratum dixit: Respondet, quia solverat jam de manu Domini duplicia peccata sua *d*, erubescendo, opprobrium sustinendo. Idem innuit Chrysostomus *e*. Caussa videtur, quòd sentiebat non sufficere vires ut statim subjungitur, sic Job virgam Dei precabatur *auferri* f *à se*, *& longè fieri manum illius g*; & Paulus *h*, *stimulum carnis auferri*. Vel præterea petit, ne, ut ait Aiguanus, res adversas putet plagas & damnum, sed medicinam atque remedium.

c Ps.37.18.
d Isa.40.1.
e Hom. 2.
f Iob.9.34.
g Can.11.21
h 2 Cor.12.8

Plagas tuas.) Augustinus, *flagella tua* μάστιγας σου, quæ vox tum flagella tum inflictas flagellis plagas potest significare. Unde μαστιγοφόρος, *qui plagas portat*, inflictas sibi, quem *verberonem* dicimus. Si de convitiis Semei nominatim exponatur, sunt & linguæ flagella, de quibus auctor Ecclesiastici *i*, *flagelli plaga livorem facit*, *plaga autem linguæ comminuet ossa*. Linguæ tamquam virgæ *percussio* tribuitur, quum dicitur de *k* Christo quod *percutiet terram virga oris sui*, *& spiritu labiorum suorum interficiet impium*. Porrò plagas Christus orandus suas ne amoveat à nobis, sed hoc nos dignetur honore, ut eas jugiter ac *stigmata* ipsius *in corpore* & in animo portemus *l*: atque tamquam *filios quos recipit flagellet* m, ac *superponat in cogitatu nostro flagella*, *& in corde nostro flagella*, *& in corde nostro doctrinam Sapientiæ*, *ut in ignorationibus eorum non pareat nobis*, *non appareant delicta eorum*, hoc est, cogitatus & cordis.

i cap.28.11.
k Isa.11.4.
l Gal.6.17.
m Heb.12.6.
n Eccl.23.2

Vers. 12.) A fortitudine manus tuæ ego defeci in increpationibus: propter iniquitatem corripuisti hominem.

Et tabescere fecisti sicut araneam animam ejus: verumtamen vanè conturbatur omnis homo.

HÆc est caussa cur amoveri plagas petat, quia præ gravitate illarum ac vehementia ultricis potentiæ divinæ, tam acerbè punientis, deficiant vires corporis animique, ut ferre diutiùs non valeat: solere namque propter commissas iniquitates Deum ita severè animadvertere & castigare peccantem, ut nimio cruciatu, mœrore, lacrymis contabescat, velutique aranea eviscereatur: & tamen quod jam antè dictum est, omnis homo conturbatur in cura inutilium rerum, & frustra sæpenumero reluctatur divinæ castigationis, seseque stulto dolore torquet quum deberet animo eam tranquillo ferre, atque ad Deum confugere pro venia & consolatione. Absorbentur *o abundatione* quidam *tristitia* interdum, etiam honesta de caussa, propterque peccata, nec modum tenent.

o 2. Cor. 12.

A fortitudine manus tuæ ego defeci.) Hieronymus, (*à contentione manus tuæ ego consumptus sum.*) Alii *à mixtione*, idest, à bello, sive prælio & conflictu, à tractione, à percussione, à metu, ab exagitatione, vulnere manus tuæ, ab infesta vel ingravescente manu tua. Significat תגרה *thigrah*, *mixtionem*, litis provocationem, & similia, quæ dixi, ut nihil opus sit suspicari legisse LXX. vo-

Acem aliam גבורה *gheuurah*, quæ *fortitudinem* denotat: manibus sæpè fortitudo tribuitur *p*. Parum refert an jungas hæc prioribus *amove à me plagas tuas*, quasi reddatur caussa, quia *à fortitudine tua ego manus defeci*. Sensus idem semper erit, sed ita nectunt Hebræi atque Hieronymus, & in Psalterio Romano atque Ambrosiano, & apud Cassiodorum interseritur particula caussalis, *enim*: præterea Psalterium Romanum conficit unum membrum ex his & ex sequentibus duobus vocabulis in interpretationibus, *à fortitudine enim manus tuæ ego defeci in increpationibus*. Ambrosius ultima conjicit in sequentem sententiam, *in increpationibus*, &c. *Aggravari manus* Domini vel alterius & *gravissima fieri* dicitur *q* quando severiùs punit aut onera graviora imponit. *In ira Dei* deficiunt *r* & boni & mali secundùm corporale defectum: Mali super plaga deficiunt *s* per impatientiam: boni *in salutare Dei* deficiunt *t*, in eum tendentes, seipsos veluti deferentes, quæ est quædam exstasis. Primo modo loquitur Vates sicut & Job, scribens *si affligat* eum *Deus dolore*, *nec parcat*, non esse sibi *fortitudinem ut sustineat* u: *multiplicare Deum vulnera sine caussa* (quæ sit semper nota vel cui responderi queat) per fortitudinem robustissimam *x* nolle ut *multa fortitudine contendat Deus secum*, *nec magnitudinis suæ mole ipsum premat y*. Quamquam Apollinarius, non defectum sed animi dolorem interpretatur, utens pariter ætiologia.

p Exod.9.18 Deut.28.32 Iob. 17.9. Isa.8.11.
q 1. Reg.5.8. 2. Esdr.1.35
r Iob 23.2.
s Ps.89.
t Iob.4.5.
u Iob.6.10. 11.
x c.9.17 19.
y cap. 23.6.

Σοὶ γὰρ ἐυδενέος παλάμης ὑπὸ δυμὸν ἔχεύω,
Tua enim forti manu in animo doleo.

In increpationibus.) Augustinus, *in argutionibus*, ἐν ἐλέγμοσις. Hi sunt quando rationibus maximè sed & factis vel pœnis convincitur. Eadem planè vis Hebr. nominis תוכחות *thochachoth*. Priore Psalmo noster interpres vertit *redargutiones*, ubi erant eædem voces Hebræa & Græca Arnobius mysticè defectum istum à fortitudine manus Dei in increpationibus accipit, dum quis considerat fortitudinem patientiæ Dei, qui usque in crucem manus suas expandit, & dum illum cupit imitari deficit. Mystica interpretatio

Propter iniquitatem corripuisti hominem.) Posset, ut ante dixi, effici integra sententia ex prioribus. *In increpationibus propter iniquitatem corripuisti hominem*. Id præter Ambrosium Græcis placet qui æmulari solet. Hieronym. *pro iniquitate corripuisti virum*. Augustinus, *pro iniquitate erudisti hominem*. In Psalterio Ambrosiano & apud Ambrosium, *super iniquitatem erudisti hominem*: quamvis moneat Ambrosius Græcè legi, ὑπερ ἀνομίας, quod reponit *pro iniquitate*. Symmachus habet δι' αδικίαν, *propter injustitiam*. Salutaris est correptio Domini ad eruditionem, quam verbum ἐπαιδευσας hoc loco denotat. *Quem diligit Dominus*, *corripit* z, *& beatus homo qui corripitur à Deo: increpationem ergo Domini ne reprobet* a: *& quàm bonum est correptum manifestare pœnitentiam*; *sic enim effugies voluntarium peccatum* b. Hesychius & Chrysostom. c observant, propositionem ὑπὲρ significare posse non solum *pro*, sed, *super*, ut *super* pro excessu sumitur, & idem valet quod *ultra*, quasi dicat David castigationem illatam supra modum peccatorum: hoc enim quoque facere Deum tentationum pars quidem sit ad nostra expianda peccata, pars autem cedat in occasionem coronarum & præmiorum.

z Prov.3.11 Apoc.3.19.
a Ecc.5.17.
b Hom. 2.

Per *hominem* Euthymius asserit intelligere Davidem seipsum. Alii *d* eum qui sit vir, ut Hieronymus vertit, & est Hebraicè איש *isch*, idest, *fortis*, robustus, viribus valens: *increpat* namque *per dolorem Deus in lectulo*, *& omnia ossa ejus marcescere facit* e. Generalem orationem reliqui faciunt, & Græcum nomen ἄνθρωπος, quemlibet hominem utriusque sensus significat: Hebræum etiam illud sæpè in ampla notione ponitur. Accusatores adulteræ corripuit Christus, *digito scribens in terra f*, sive in characteribus formatis divina quadam vi propria quivis peccata sua cognosceret: quod utcumque innuit Hieronymus g, de omnibus planè hominibus, eo modo quo manna reddebat varios sapores, & prolata eadem vox in Pentecoste idiomata diversa: sive, quod eo ritu reprehenderet scrutatores alienæ vitæ, quorum ipse quasi peccata eruebat, atque manifestabat. Defecerunt isti omnes à fortitudine digiti scribentis in interpretationibus, sicut Balthasar à fortitudine scribentis manus in pariete *h*.

d Agellius.
e Iob.33.19.
f Ioan.8.6.
g 2. cont. Pel.
h Dan. 5.5.

Et tabeſcere fecit ſicut araneam animam ejus.) Hieronymus, *& poſuiſti quaſi tineam deſiderabilia ejus.* Symmachus καὶ διαδέσεις ὡς ἐυρῶτα τὸ ἐπιθυμητόν αὐτῶ, *Et diſſolvis tamquam cariem deſiderabile illius.* Euthymius ac Nicephorus, Bruno & Auguſtinus (qui legit *contabeſcere*) habent pronomen primæ perſonæ *animam meam.* Thomas refert iſtam lectionem, *animam ejus exiſtentem ſicut araneam feciſti tabeſcere.* Alii ex Hebræo, *& liqueſcere facit*, tabeſcere, abſumere, putreſcere, diſſolui, evaneſcere, ut tinea ſolet pomum lignumve perdere, *deſiderium ejus* aut id quod deſideratum eſt ab eo, quidquid in eo eximium eſt. Senſus autem eſt, etiam ſi exterius quandoque non puniat Deus, tamen occulta reprobum abſumere maledictione, haud ſecus, quàm lento & raro tinea morſu pannum aut lignum arrodat & exedat. Quamvis autem עש *hhaſch*, ſignificet propriè *tineam* עשש *hhaſchaſch*, *rodere*, ex qua tinea comparationes alibi petuntur ſimiles propoſito *a*: videtur nonnullis ſignificare quoque *araneam*, ut Ricardo Cenomano, qui Pellicanum citat. Chaldæam vocem זחיל *zechil*, vertunt (limacem;) ſed Nebienſis ponit עמר *hhamar*; exponens *araneam*, quam Græci nominant ἀράχνιον à raris exilibusque tibiis, quaſi ἀραιὰ ἰχνη ἐχόντων. Tinea rodit id unde naſcitur, ſibique ipſi pariens interitum; & ſi exponatur ſoli, perit: ita ſuamet improbum deſideria perimunt & detecta pereunt *b*. Poſſet quoque *aranea* nomen pro tela ipſa ſumi, ut apud Latinos non rarò: *Evertite cades, abſtergite araneas*; &, *Tamne d arcula tua eſt plena aranearum?* & *e*, *Ita inaniis ſunt oppleta atque araneis*, & *f*, *Nam tui Catulli plenus ſacculus eſt aranearum.* Pro *anima* eadem paraphraſis reddit *corpus*, ſed Nebienſis exponit de aranea ipſa cujus corpus contractum eſt, ideſt extenuatum. Septuaginta, quod Hebraicè dicitur חמורו *chamudo*, *deſiderium*, vel *deſideratum ejus*, τῶν ψυχῶν αὐτῶν, (Euthymius, Nicephorus, Auguſtinus, Bruno, ut dixi, pronomen hoc accipiunt ut primæ perſonæ) nam anima eſt quæ deſiderat cetera ſibi ipſi, ac proinde ipſamet ſeipſam multo magis: dum verò deſiderat & deſiderio multiplici ſatisfacere ſtudet, machinando varios modos, & quaſi fila atque ſubtilem telam texendo, ut nanciſcatur, capiatque, eviſcerare ſeſe videtur, inſtar araneæ ordientis opus illum ſuum textrinum ad captandas muſcas. Deus porro ipſe extenuare cenſetur, ac emaciare & exenterare animum, tum id permittendo quod dixi, tum morbis quibus cum extenuatione carnis uſque ad oſſa quæ *ſpiritus triſtis exſiccat g*, ſpiritus & anima per conſenſum angitur, tum variis aliis vexationibus internis externiſque, quibus anima diſcruciatur, dum increpat Deus, & *omnia oſſa mea marceſcere fecit h*. Poteſt etiam *anima* pro vita ſumi, ut ſolet, aut pro vegetante facultate, in qua cibi appetitus ineſt, qui appetitus mœrore tabefactos deſerit, quibus potiùs *abominabilis ſit panis, & anima illorum cibus antè deſiderabilis i*; unde conſequitur, ideſt, ex inappetentia & inedia, partis extenuatio quæ concoctioni ſervit, & aliarum quæ nutrimento deſtituuntur, qua in ſe araneæ exilitatem imitantur, ut *tabeſcat caro & oſſa quæ tecta fuerant nudentur*, & *conſumatur caro à ſuppliciis k*. Quod Agellius ait, licèt dubitans, in ſacris libris alicubi appellari חמוח *chamud*, partem corporis quæ cibis expetendis & concoquendis alendoque corpori deſervit; equidem poſt diligentem perveſtigationem non reperi: dicitur verò etiam *anima in malis tabeſcere*, Pſalm. CVI. *l*, *Et nos in iniquitatibus & peccatis, & anima in nobis m*. Poſtremò rectè id quod maximè deſideratur amatur que *animam n* reddiderunt LXX. quia amantes quos amant etiam immodicè ac parum honeſtè ψυχὴν vocant καὶ ζωὴν, unde quidam *o*.

quoties laſcivum intervenit illud
Zoë καὶ Pſyche modo ſub lodice reflictis.

Græci ferè omnes & Ambroſius, ajunt crebris tentationibus & flagellis attenuari animæ craſſitudinem, quæ veluti ob peccata concreverat: ſic dici peccatorem *impinguatum, incraſſatum, dilatatum recalcitrare* p: *excæcatum* eſſe *cor ejus q*: propterea negaſſe Deum *Spiritum ſuum permanſurum in homine, quia caro eſt r*: Id ſibi myſticè velle ſartagines & ollas carnesq; impoſitas illis ad coquendum, ſe quibus Jeremias *ſ* & Ezechiel *t*, ut ſcilicet deponatur craſſitudinis quidam carnalis humor, inquit Ambroſius, ut defluat quædam peccati caro quæ obduxerat animæ ac mentis vigorem, & veluti jure quodam ita quibusdam infuderat animam illecebris cupiditatum; ut ſubtile fiat cor, & deponat omnem duritiem, & pinguedinem quamdam carnalis aruinæ, ut non luxuriemur in hac vita exerceamuſve ludibria dedecororum, ludentes more Judæorum incraſſatorum & pinguium *u*: propterea meritò Paulum *caſtigaſſe corpus ſuum x*, ne nutriret corpus peccati; fieri namque membra peccati, luxuriando; ſobrietate, *membra juſtitiæ y*. Idem dicere Hugo Cardin. Ruffinus, Caſſiodorus, Bruno Herbipolenſis, Thomas, & Hieronymus videntur, quum ſcribunt tabeſcere animam, quando caro à luxuriis & concupiſcentiis refrænatur, & obſtupeſcit de anterioribus delictis; & ad tantam ſubtilitatem per abſtinentiam decoquitur, ut ad inſtar filorum telæ araneæ deducatur, nihil craſſum, durumve peccati continendo. Addit Caſſiodorus, quemadmodum aranea per loca altiora telas viſcerum egeſtione contexit, & ut vermes quidam ſericum; ſic animam converſi, qui longis obtecrationibus, vigiliisque fatigatus terrena deſerit, ſubtiliſſimis cogitationes virtutum divino timore tabificatam efficere. Bruno tabeſcere dicit animam à cordibus delectationum ſuarum, ad modum araneæ, quæ per opera ſua paullatim deficit.

Iidem Ambroſius & Hieronymus, item Origenes atque Didymus, vim ſimilitudinis araneæ in hoc propterea conſtituunt, quòd quæcumque peccator texit ſubtilia & vana ſunt, nullam perpetuitatis habentia ſubſtantiam, facilèq; ſcindi ac frangi poſſunt, ut facultates, poteſtates, decor & ſimilia. Iſtis illud Iſaiæ *z* congruere, *telas araneārum texuerunt*, &c. *tela eorum non erunt in veſtimentum, neque operientur operibus ſuis: opera eorum opera inutilia, & opus iniquitatis in manibus ſuis.* Adde quod Job *a*, *fiduciam* peccatoris *telæ araneæ* ſimilem: & in quodam alio Pſalm. *b annos noſtros meditantes ſicut aranea*. De eodem ſuperbo & præſertim avaro pecuniæ amatore, quique *venalem habet animam* ſuam, Auctor Eccleſiaſtici *c* ſcribit alludens ad araneam, quòd *in vita ſua projicit intima ſua*, ideſt, rationalitatem, ut in hoc Pſalmo Remigius declarat. Magnam Heliogabalus prodidit vecordiam luxumque, quum decem millia pondo aranearum, ideſt, telarum ab his contextarum collegit, ea ex re magnitudinem urbis Romæ comprehendi aſſerens *d*. Baſilius telam ordiri ſcribit arachnæam qui molliori vitæ dediti ſunt. Quaſi ad ſtamen (inquit) quoddam ſedeant, ſic manus ſuas fidibus citharæ in ordinem redactis admovent, & centrum citharæ quaſi radium textoris huc illuc crebriùs transferendo ne lineam quidem demum oſtendunt rectæ actionis. In avaris & luxurioſis etiam ſpectari poſſunt qualitates araneæ, hoc diſticho contentæ, apud Hugonem Cardinal.

Groſſa retro, ſuccincta, brevis, virus, timet ignem;
Pro muſcis, pendens, viſcere texit opus.

Heſychius & Chryſoſtomus *e* docent, valde per ſeipſam tenuem eſſe araneæ telam, & nihil in ea facilè poſſe latere & occultari propter nimiam ejus perſpicuitatem: quòd ſi quid etiam ſit valde ſubtile dum araneæ tela liqueſcit, τήκεται, hoc eſt, in partes tenues dividitur, nullo modo occultari: ad eumdem modum Deum liqueſacere animas, ut ne tenuiſſima quidem lateat in nobis cogitatio, quando vult nos omni ex parte purgare & abſtergere.

Auguſtinus iterumque Ruffinus, Haimo, attendunt in aranea vilitatem & infirmitatem, eamque transferunt ad humilitatis virtutem, depoſita fortitudine ſuperbiæ, qua præſumens de ſe ſuam conſtituit juſtitiam, nec divinæ ſubjici vult *f*, & aſſerit ſe valere, neque *medico egere*; qui autem humilitate *infirmatur potentem eſſe* g.

Arnobius *mortalitatem* interpretatur quam humano generi peccatum attulit inobedientiæ, ut ſicut ſciſſa tela araneæ repentino flatu, ita ſciſſo corpore à morte, anima tabeſcat, non habens florem corporeum. Huc pertinent quæ dicta ſunt in primo ex ſenſibus, qui maximè litteralis & de corporis imbecillitate, morbis, extenuatione: quem etiam ſenſum ſequitur Thomas (addens & mortem ſpiritualem animæ) Valentia & alii.

Idem

a Iob 13.28. c.27.18. Iſa. 59.9. Oſ.5. 12.
b Pſ.38.12.10. c Tertullus. d Afranius. e Plautus. apud Nonium, & eſt in Aulularia. f Catullus ad Fabulam.
g Prov. 17. 22
h Iob 33.19 Vocis Anima variæ acceptiones.
i ib. v. 20.
k v. 11. 25.
l v. 26. m Ez.33.10 e Tren.3 30.
n Sap.6.
o Ov. Sat.6.
p Deut. 32. 15
q Iſa.6.10. r Gen.6.3. ſ Cap.1. 13. & c.11. c.24. 34.5. &c.
t Ez.11. 19. & 36.26.
u Exod.32 3 x 1.Cor.9.7. y Rom.6.19
z c.59. 5. 6.
a c.8. 14.
b Pſ.89.9.
c v. 10. 10. d Platina in Urb. l. in c. 5. Iſa. Telam ordiuntur arachnæam qui molliori vitæ dediti ſunt.
Araneæ qualitates.
e Hom. 2.
f Rom. 10. Matt.9.12.
g 2.Cor. 12. 10.

Idem Thomas ſecundùm tropologiam explicat adhuc de privatione adipis pinguedinisque ſpiritualis, de qua fit mentio Pſalm. LXII. *a*, quum efficitur anima indevota & inhærens peccatis.

a *verſ.* 6.

Non hìc expendam naturam araneæ atque proprietates; quod in opere de inſectis adeo exequitur diligenter Ulyſſes Aldrovandus *b*: neque de qua de cauſſa hujuſmodi animalcula Deus eſſe velit, & an initio creaverit vel noxia vel ſuperflua, conſule quæ dixi ad 15. capitis Sapientiæ extremum, & ad initium 10. capitis Eccleſiaſtæ. De artificioſa hujus animalis textrina à qua Arachnem puellam didiciſſe fabulantur, teſte Plinio *c*. (Ergauen Deam alii artis hujus inventricem faciunt, alii Minervam, quum apud Hebræos antiquior extet uſus ejus.) Idem Plinius *d*, Ariſtoteles *e*. Æ ianus *f*, Nazianzenus *g*, Plutarchus *h*, Seneca *i*, Philes Poeta Græcus.

b *Lib.* 5. *c.* 12

c *lib.* 7. *c.* 56. *liq.* 11. *c.* 24. *d lib* 5. *c.* 26. *l.* 9. *de hiſt. anim. c.* 39. *e l. de anim. c.* 11. *l* 6. *c.* 57 *&* 1. *var. c.* 2 *f Orat.* 2. *de Theol.* *g de Solertia animalium.* *h epiſt.* 121 *i verſ.* 3. *kin* 1. *Reg.* 24 *g.* 6. Hebræorum fabulamentum. *l.* 18. *Re.* 21. 13

Retuli quodam de ſuperioribus Pſalmo, Paraphraſtem Chaldæum illa verba Pſalmi LVI. *k*. *Clamabo ad Deum altiſſimum*, *Deum qui benefecit mihi*, ſic exponere, *Orabo coram Deo altiſſimo, & forti, qui accerſivit araneam, ut perficeret in ore ſpelunca telam propter me*; videlicet illius ſpeluncæ in qua Saulis ventrem purgantis oram chlamydis David præcidit, ſubitò divinitùs pertexta araneæ tela, ne deprehendi à Saule poſſet. Refert Abulenſis *l* fabulamentum quodam Hebræorum; Davidem de Deo quæſiviſſe, cur ſtultos, muſcas, araneas creaviſſet; Deum reſpondiſſe utilem ei futuram inſaniam, muſcam, araneam: araneam, eo quo dixi modo; inſaniam, quando inſaniæ ſimulatio profuit apud Achis *m*: muſcam, quando iterum in ſua poteſtate Saulem habens, & ejus lanceam auferens *n*, imprudens pedem imdlicuit cruribus dormientis Abner, & hic eum adhuc dormiens ſtrinxit, unde ſe exdedire nequibat, donec ille muſcæ morſum paſſus, necdum evigilans, diſtendit crura.

k Pſ. 56. 3.

B

l Abulenſis Gen. 31. q. 1.

m *cap.* 16. 8.

n 1. Reg. 26. 7.

Verumtamen vanè conturbatur omnis homo.) Hieronymus, *verumtamen vanitatis omnis homo*. In codicibus quoque Regiis, Complutenſibus, & aliis tum Græcis tum Latinis, omittitur verbum χαράσσεται, *& conturbatur*. Nec legit Didymus, Origenes, Eutebius, Euthymius, Nicephorus, (quamvis duo ultimi ſupplendum arbitrentur) & abeſt etiam à textu Hebræo, ubi vocatur homo הבל *hevel*, de qua voce dictum cap. 1. Eccleſiaſtæ primis verbis & ſuprà verſu 6. Eadem vox præceſſit & verſ. 7. ſimilis iſtis ſententia. In Pſalterio Romano hìc reperitur ſexti verſus ſententia, *verumtamen universa vanitas omnis homo vivens*. Auguſtinus & Caſſiodorus ad ditionem noſtram addunt, *vivens*. Græcum χαράσσεται, extat apud Baſilium, Theodoretum, Heſychium, Chryſoſtomum. Adjectum סלה *ſelah*, & διάψαλμα monet ita omnino ſe habere, quæ hactenus dicta ſunt de hominis infirmitate: qui uno verbo nihil ſit niſi vanitas, & nihilominus immemor conditionis, irrito vanoque labore ſeſe diſcruciet. Relege dictis locis notata.

C

Verſ. 13.) Exaudi orationem meam Domine, & deprecationem meam: auribus percipe lacrymas meas.

D

Ne fileas: quoniam advena ego ſum apud te, & peregrinus, ſicut omnes patres mei.

QUum vita tota ſit vanitas, dies perpauci, turbatio magna, orat hinc ad finem uſque verſus, concedi ſaltem quod reſtat exigui ſpatii, quietè vivere, abſque languore infirmitatis, & meliore præſenti, infelicis vitæ fruge ſeſe comparare ad futuram beatam æternamque. Enixè autem admodum orat ac deprecatur, cum lacrymis urgens audientiam & reſponſum: allegans ut cauſſam quòd moriendum illi ſit ſicut ceteris qui præceſſerunt, & quòd non hìc degat more indigenæ, affixus & addictus terræ, ut ſunt plurimi parum ſolliciti de futura vita, nec quærentes ut veteres quærebant Patriarchæ, qui habitabant *in caſulis, fundamenta habentem civitatem, cujus artifex & conditor Deus* *, ſed *ſciens* & cogitans ſe *in hoc corpore peregrinari à Domino cupiensque præſens eſſe ad Dominum* n.

* *Heb.* 11. 6. 9.

n 2. *Cor.* 5. 6.

Exaudi orationem meam & deprecationem meam.) Hieronymus, *audi orationem meam Domine & clamorem meum exaudi*. De vocibus Latinis orationis & deprecationis, deque Græcis, προσευχῆς καὶ δεήσεως, dictum aliàs. Poſſunt cenſeri ſynonymæ: vel prima, ut Heſychio placet atque Chryſoſtomo, ſimplicem petitionem: ſecunda, ſignificat adjectionem cauſſæ petendi, præſertim quum quis redactum in neceſſitatem videt, alio eum opprimente, aliave ratione: prima, poſtulationem bonorum, ſecunda, remotionem malorum. Caſſiodorus, deprecationem, frequentem ſupplicationem eſſe vult, ſcilicet habens rationem compoſiti nominis. Primum quod dixi meliùs, nomini *deprecationis* reſpondens Hebræum שועה *ſchauhhah*, *clamorem* ſignificat.

Auribus percipe lacrymas meas.) Alii primas duas dictiones prioribus jungunt, poſtremas duas ſequentibus *& deprecationem meam auribus percipe*, vel, juxta textum Hebræum *clamorem meum*, &c. *a lacrymis meis ne ſileas*. Hieronymus, *ad lacrymam meam ne obſurdeſcas*. Quanta ſit ad exorandum vis lacrymarum dixi nonnihil Pſalm. VI. & quo pacto etiam lacrymæ vocales ac loquentes cenſeri poſſint etiam ſine ſingultu, ejulatu, voce ulla, miſſæ. Effuſionem orationis in Pſal. CXLII. *p* poſſumus intelligere de illa quæ lacrymas habet ſocias: Quum lacrymis oravit Tobias *q*, Daniel *r*, Ezechias *ſ*, Raguel *t*, Judith *u* ad hoc hortabatur, Jeremiæ cor clamabat & hortabatur *ne taceret pupilla oculi lacrymantis x*: Deus, quum videt, audire, & quum audit, videre dicitur, ut Caſſiodorus annotat, quia non (inquit) corporalibus membris diſtinguitur, ſed omnia virtutis ſuæ divinitate operatur. Conſtat tamen, etiam ſimilem formam & de nobis ipſis uſurpari, præſertim ut videndi ſenſu ceteros comprehendamus: Et fortaſſis fluxum lacrymarum auctor intelligit, qui ſæpenumero abſque ſtrepitu gementis non fit, & ita poſſet illud accipi Pſ. VI. *y exaudivit Dominus vocem fletus mei*: Præterea quod eſt in Eccleſiaſtico, *lacryma z vidua deſcendunt ad maxillam, & exclamatio ejus ſuper deducentem eas*.

o *verſ* 7. Lacrymæ quomodo vocales & loquentes cenſeri poſſint: p *verſ.* 2. q *Cap.* 3. *r.* r *Cap.* 10. 2. ſ *Iſa.* 38 2. t *Tob.* 7 9 13 u *Cap.* 8. 14. x *Thr.* 2. 18. y *verſ.* 9. z *Cap* 55. 18

Interdum lacryma pondera vocis habent.

Juſſit Deos renuntiari Ezechiæ, *Audivi orationem tuam & vidi lacrymas tuas a*. Quare fallitur Pintus in c. 10. Danielis aſſerens, ac notari jubens dici Deum audiſſe lacrymas Ezechiæ, non autem vidiſſe. Audire Deum orationem preceſque & lacrymas videre, idem eſt quod in conſpectu ſuo ponere *b* & admittere *c*. Fundit lacrymas, ut ait Ambroſius, qui reputat ſe advenam in terram veniſſe ac demorari, & ſeparari à patria longè detentum exilio. *Conſidera* (ſubdit idem) *nunc mihi illum Adam de paradiſo ejectum, in caſtellum relegatum, ſpectantem unde dejectus ſit, flentem ubertim, quia reminiſcitur quid amiſerit quove deciderit, & ideograrias agamus Deo qui nos perpetuo exilio liberavit, aperiens januam qua revertamur in patriam*. Macarius ex hoc Pſalmi iſtius loco ut CXX II. *d* LV. *e*, CI. *e*, CXXV. *f* laudem lacrymarum colligens, exque Magdalenæ exemplo *g*, ait, quæ verè ex ſumma contritione & anguſtia cordis effunduntur per agnitionem veritatis, cum ardore viſcerum, eſſe cibum animæ qui paratur ex pane cœleſti: vocat idem pretioſas margaritas in defluxione beatarum lacrymarum.

a *Iſa.* 38. 5. 4. *Reg.* 10. 5.

b *Pſ.* 55. 9.

c *Tob.* 7. 13.

d *verſ* 4.

e *verſ.* 9.

f *verſ.* 21.

g *verſ.* 5.

h *Luc.* 7. 38. *Ioan.* 20. 11. Lacrym. utilitas & pretium.

Ne fileas.) Dixi, quoſdam malle ut hæc nectantur prioribus, nempe lacrymis, *lacrymas meas*, aut *à lacrymis meis ne fileas*. In Pſalterio Ambroſiano, *lacrymis ne fileas*. Non tanti refert, ut etiam reprehendi debeat noſtra diſpunctio, ut Valernius facit & alii: (videtur Auguſtinus legiſſe, *ne fileas à me, ne obſurdeſcam in æternum.*) Caſſiodorus & Pſalt. Romanum, *Ne fileas à me*. Quid ſit *Deum ſilere ab aliquo* docent quæ diximus initio Pſalmi XXVII. *K*. *Deus meus ne fileas à me*, & Pſalmo XXXIV. *l*. *Vidiſti Domine ne fileas Tacui, ſemper ſilui, patiens fui*, ait Deus *m* ſignificans diſſimulationem vindictæ. Irati quoque nihil reſpondent, ſed ſilent, cupit *auditui daregaudium & latitiam n* ut dicat Deus *animæ*; *ſalus tua ego ſum: remittuntur tibi peccata tua* o: *Venite benedicti Patris* p *mei*, ut Caſſiodorus notat. Vox hæc dulcis quam *ſonare* cupit *in auribus q*, & *audire quid loquatur in ſe Dominus r*. Ephrem *ſ*. legens, *ne fileas lacrymas meas*, longa oratione perpendit vim præſentis orationis, magnamque audaciam & fiduciam ejus: ſimul diſſerit de lacrymarum mirabili efficacia: & reprehendit nos, ne ad horam

i *verſ* 1. k *verſ.* 22. l *Iſ.* 42. 14. m *Pſ.* 50. 10. n *Pſ.* 34. 3. o *Luc.* 7. 47. p *Matt.* 25. 34. q *Cant.* 2. 14 r *Pſ* 84. 9. ſ *temp. fer. de comp. & ſal. anim.*

quidem compungi volentes; quum tantus vir David dies noctesque hoc ceu lacrymarum pane vesceretur.

Quoniam advena ego sum & peregrinus.) Non eges quasi monitore ut intelligas *dies meos mensurabiles* esse & *substantiam tamquam nihil ante te*, ideis me ut advenam & peregrinum exiguo tempore vivere super terram. Non agnosco hanc patriam meam, satis memor, licèt eam ut dederis, tamen dedisse tolùm ut precarjam, ac vetuisse ne illam quasi juris nostri ac dominii absoluti essem, venderemus in perpetuum, quia tua esset, nos advenæ & coloni tui *a*. Tua te lege provoco qua cavisti *advenam contristari & affligi* *b*, *Incola ego sum in terra, non abscondas mandata tua* *c*; quibus nimirum ad patriam perveniam. Dixi commentario epistolæ prioris Petri *d*, obsecrantis nos *tamquam advenas & peregrinos abstinere à carnalibus desideriis*, quo modo omnes in hac vita dici tales possimus. Augustinus *e* observat quod in Genesi *f* Jacob dixisse Latinè refertur, *dies peregrinationis vitæ meæ* à LXX. dici *quos incolo*, non solùm quia nondum Jacob assecutus promissam terram, in ea ut in aliena erat, sed potiùs quia *peregrinabatur à Domino quamdiu erat in corpore* *g*, quod confirmat etiam Psalmi nostri verbis, ac denique concludit hanc vitam esse incolatum & peregrinationis habitationem super terram. Voluit Hieron. *h*, peccatores in Scriptura dici *habitatores terræ*; justos *advenas*. Quod & præsenti testimonio probavit. Equidem non dubito, justos de se illud sentire, ac se pro talibus gerere. Non sectari primum ædificatorem civitatis Cain *i*, non *vocare nomina sua in terris suis* *k*, vitare *va* quod habitatoribus terræ denuntiatur *l*, super quos *maledictio & mendacium & adulterium & furtum* effusa sunt *m*, spiritualiter Hebr. esse, ideſt, παροικοι *transitores*, sive similes Idithun, qui est in titulo hujus Psalmi, hoc est, transilitores & in tabernaculis habitare tendendo ad firmam & stabilem sedem, ideſt, domum Dei: & lamentari prolongationem incolatus *n*; ingemiscere in hoc tabernaculo, & liberationem quærere *de corpore mortis hujus*, *o* & *conversationem eorum in cœlis esse* *p*, *habitare in adjutorio Altissimi, in protectione Dei cœli commorari* *q*, imitare Christum *peregrinum* *r*, non cantare canticum Domini plena lætitia *in terra aliena* *s*, quamvis cantabiles in iis sint justificationes ejus *in loco peregrinationis* *t*, quia *speg audent* *u*, sepeliri in agro *Acheldema*, ideſt, sanguinis, tamquam peregrinos *x*, quoniam sanguine Christi utuntur tamquã viatico & pretio ad emendum cœlum: abstinere *à carnalibus desideriis iter impedientibus* *y*.

Credo tamen Davidem etiam generaliter loqui hoc loco, qui de se ipso, deque populo universo, sub mortem suam, iisdem verbis idem affirmavit in oratione, quam habuit ad Deum *z*. Ut similem nobis futurum Deum per incarnationem Jeremias *a* declararet, *colonum* nominavit & *viatorem declinantem ad manendum*; sed & in libro thorath chohanin, ideſt, legis sacerdotium, in expositione Levitici, citato loco, illud idem asseritur expendendo quòd Hebraicè ibi pro *vos advenæ & coloni mei estis*, ideſt, *mecum* עמני *himmadi*, & in hoc Psalmi loco, עמך *himmach*, *tecum*. Subditur autem in eodem libro verbum ex Dei sermone. *Vos igitur mecum advenæ & peregrini atque moratores, vel coloni; sufficit servo ut sit sicut Dominus ejus: quum venerit quod mihi futurum est, eece ipsum erit mihi quod vobis fuit*. Sensu accommodatio sibi familiari Bernardus *b* ait solum alienigenam advenam, peregrinum gratias agere Deo *c*.

Quoniam advena ego sum apud te.) In Psalterio Ambrosiano sive Gallicano, *quia incola ego sum apud te*: in Romano, *quoniam incola ego sum apud te in terra*. Eodem pacto apud Ambrosium, Cassiodorum. Habet item *in terra* Psalterium Arabicum & Æthiopicum, & metaphrasis Apollinarii, & editio LXX. emendata. Augustinus, *quoniam inquilinus ego sum apud te*. Idem porro in Psalmo CXVIII. *d*, ubi est *Incola ego sum in terra*, observat, Græcum nomen παροικος, quod est eo loco, sicut & hic Hebraicè גר *gher*, ab aliquibus, per nomen *incolæ* reddi Latinè, ab aliis per *inquilini*, à quibusdam, per *advenæ*: *inquilinum*, esse qui non habens propriam domum, habitat in aliena: *incolam*, vel *advenam*, qui adventitius est. Docet ibi, hominem non appellari *inquilinum* propter corpus inquilinum, *incolam*, *advenam in terra*, quum de terra corpus originem ducat, sed propter animam quæ non est de terra, quæ nempè de foris advenit, (non Origenianicè aut Pythagoricè; sed quia, inquam, non de terra sit.) Præterea quia totus homo Paradisi aliquando civis fuit, licèt non is fuerit re ipsa qui ista loquebatur, ideſt, David. Denique quoniam justo cujus patria promissa est æterna in cœlis, ubi decretus est *civis sanctorum & domesticus Dei non amplius hospes & advenæ* *f*. Origenes citatus in Catena Barbari, caussam reddit, quia jussu Dei migrat velut de domo in domum ab hoc sæculo in futurum.

Apud te.) Jam monui addere quoidam, *in terra*. Fortassis ex Psal. *g* CXVIII. huc transcripserunt. (Apud te.) Hebr. est, עמר *hhimach, tecum*, ut etiam præmonui esse in Levitico עברי *himmadi, mecum*, ubi loquitur Deus: sed in Paralipomenis ubi eadem penitus extat sententia quæ hic est, habetur לפנוך *lephanecha, coram te*, ideſt, te teste vel conscio. Vim facit Augustinus & alii in istis particulis, ob antithesim Diaboli, apud quem prius inquilini eramus, sed malum Dominum habebamus.

Peregrinus.) Et hi subaudit Augustin. *apud te*, propter eamdem caussam. Origenes in dicta Catena notat non simplex hic nomen Græcum παρὸικος positum sed παρεπίδημος quasi denotat festinationem quamdam majorem ac studium vehementiùs hinc emigrandi, quod & in sanctis viris: & Ambrosius *h* ait in David fuisse quum hæc diceret. Hebræum חושב *theseau*, à verbo ישב *iaschau, habitare*, significat eum qui alicubi apud aliam gentem diù habitat, etiam si proprium domum non habeat aut possessionem, *Peregrinus* & גר *gher*, minus quid est. Illud videtur discrimen esse, quod antea retulimus ex Augustino inter nomina nonnulla Latina.

Sicut omnes patres mei.) *Patres suos* intelligit Patriarchas & alios præcessores, non juxta carnen tantum, sed quorum virtutes imitabatur, tum verò in meditatione desiderioque beatæ patriæ, præsentis vitæ tempus, exilium computando; sic ferè istius expositores loci docent, confirmantque Pauli *i* testimonio, scribentis *defunctos esse juxta fidem non acceptis repromissionibus* (quia terra promissa typus erat cœlestis regionis viventium sive beatorum, *ut sed à longè eas aspicientes & salvantes, & confitentes, quia peregrini erant & hospites super terram, & significantes se patriam inquirere & appetere meliorem*, ideſt, cœlestem. Utuntur etiam exemplo Jacob, suum suorumque vitæ spatium *peregrinationem* nominantis *k*, ut antea vidimus. Præ ceteris hoc maximè tradit hic Ambrosius & Origenes *l*, iste etiam in Genesim, atque Chrysostomus, Augustinus in Psal. CXVIII. *m*. Sed idem in isto loco generaliorem esse sermonem de cunctis majoribus Davidis, qui se asserat migraturum, quum illi migraverint; non alia conditione mansurum, quam illi manserint. Elias quum peteret *animæ suæ ut moreretur*, ideſt, sibi, dicebat, *sufficit mihi Domine, tolle animam meam; neque enim melior sum quàm patres mei* *n*. Simon *o* Machabæus hoc modo se ac suos animabat ad pugnam, quia *non esset melior fratribus suis*. Fortasse nec Elias, nec Simon, nec etiam David, aliud voluerunt, non esse meliorem conditionem suam conditionem aliorum, qui mortui jam essent; neque bonitatis moralis, ac justitiæ in eo sermone rationem habuerunt. Certè non omnes Patres: ideſt, præcessores, ita constat, vel etiam verisimile est, justos fuisse, & ut peregrinos in hac vita, moraliter loquendo, se gessisse.

Vers. 14.) Remitte mihi, ut refrigerer priusquàm abeam, & amplius non ero.

IN tam brevi ista peregrinatione ac exiguo vitæ spatio, rogat ne hæc ipla tantula mora, in tantis transigatur ærumnis: verùm leniùs remissiùsque agere cum ipso dignetur Deus, atque intermittere & remittere acerbitatem & contentionem verberum, ut vel respirare liceat priusquam hinc discedat, interque vivos esse desinat, numquam ad eosdem rediturus, & dum vita suppetit, receptis aliquantisper viribus faciliùs obsequi divinis imperiis ac virtutem colere, quod hac terminata vita non amplius licebit: aut ad reluctandum adversariis alacriter convalescat. Videtur imitatus verba Job *p*: *Breves dies hominis sunt, numerus mensium ejus apud te est: constituisti terminos ejus qui præteriri non poterunt. Recede* ergo *paullulum ab eo, ut quiescat, donec optata veniat, & sicut mercenarius, dies ejus*. Idem *q*, *Numquid*

a Levit. 25. 23.
b Exo. 22. 21
c Pſ. 148. 19.
d c. 2. 11.
e q. 156. in Gen.
f c. 47. 9.
g 2. q. 5. 6.
h Ep. 129. & on c 6. Ezc. & 16. in c 1. Joel. in c 1. Zach. in c. 1 Sopho. & in c. 26. Iſa.
i Gen. 4. 7.
k Pſ. 8. 12.
l Apoc 8. 13
m Oſea 4. 2.
n Pſ. 119. 3.
o Rom. 7. 24; 2 Cor. 5. 40.
p Phil. 3. 20
q Pſ. 90. 1
r Luc. xii. 8.
s Pſ. 136. 4.
t Pſ. 118. 54.
u Rom. 12. 12.
x Mat. 27. 7. Act. 1. 9.
y 1. Pet. 1. 24
z 1. Par. 29. 15.
a c. 14. 8.
b Ser. cont. vitium ingrati.
c Luc. 17. 16
d Conc 8. *c* verſ. 19.
Incol. inquil. advenæ notiones.
f Ep. 2. 19.
g verſ. 19.
h l. de bono mortis c. 2.
i Heb. 11. 13. 14. 15. 16.
k Gen. 47. 9 & in Catena.
l c. 10. 20.
m conc. 1.
n 3. Re. 19. 4
o Matt. 13. 4. 5.
p c. 14. 5. 6.
q c. 10. 20.

quid non paucitas dierum meorum finietur brevi? dimitte me ergo, ut plangam paullulum dolorem meum, antequam vadam & non revertar ad terram tenebrosam, &c. De remissione peccatorum Augustinus, Ambr. *a*, Hieron. *b*, Ruffinus, Cassiodorus, Arnobius, Remigius, Thomas, ceterique passim Latini; de Græcis, Eusebius, Hesychius, *c* Chrysostomus, cui remissioni locus non sit post hanc vitam. Hebræi priùs potius jam dictum sequuntur, ut concedatur sine tristitia vivere; & de Græcis, Basilius, Theod. Euthymius, Nicephorus, ac denuò Chrysostomus *d*. *Quid igitur tantopere vitam istam desideramus*, inquit Ambrosius *e*, *in qua quanto diutiùs quis fuerit, tanto majore oneratur sarcina peccatorum?* Post hanc vitam aliquod peccatum remitti colligitur ex verbis Christi, docentis, verbum *contra Spiritum sanctum non remittendum, neque in hoc sæculo neque in futuro f*. Nam sic argumentantem Pilatum, *Ergo rex es tu*, quia Christus dixerat, *Regnum meum non est de hoc mundo g*, non reprehendit, sed approbavit Christus. Præterea de re impossibili pro statu vitæ futuræ nullus aptè ita loquitur. Exempli caussa, non ducam uxorem neque in hoc sæculo neque in futuro. Ad hæc quamvis ineptus sit qui dicat, Rex Hispaniæ non te absolvet, nec in aula Hispaniæ nec in aula Galliæ; non tamen hoc modo, nec in aula Hispaniæ nec in aula Indiæ, quia & ibi ditionem habet: Augustinus certè id alibi *h* ex eo Matthæi loco infert, & Gregorius *i*, Isidorus *k*, Beda *l*, Bernardus *m*, Petrus Cluniacensis *n*, Rabanus *o*, Glossa in cap. 12. Matthæi & 3. Marci. Videntur simul inferre, purgatorium dari ubi peccata quoque mortalia dicantur remitti, non secundùm culpam sed secundùm pœnam, quatenùs ibi completur pœna temporalis, quæ restat solvenda, & suffragiis Ecclesiæ potest condonari, quæ alioquin ibidem solvi debuisset.

De modo quo remittatur culpa venialis post hanc vitam *p*, Theologi disputant, quando nimirum cum ea anima recedit de corpore & cum gratia: quod fieri posse quidam non benè negant. Mihi non placent, qui per ignis purgatorii pœnam paullatim deleri dicunt: volunt enim nihil aliud esse nisi reatum, quod fallum est: nec qui ajunt etiam successivè per bonos actus, præcipuè per voluntariam acceptationem dictæ pœnæ, sive per patientiam: quoniam quàm primùm adest actus, qui sit sufficiens ad remissionem, hæc fit; antea verò non fit: sufficientia autem actus in instanti efficitur, potestque unus etiam actus satis esse ad plura delenda. Probabiliùs est, omnia venialia peccata, secundùm culpam in primo instanti quo separatur anima, remitti, in quo censetur incipere purgatio ejus sive status purgatorii. Remissio autem illa non consistit in sola extrinseca condonatione Dei absque interventu ullius caussæ secundæ, vel sine respectu ad ullum opus animæ: Nam id non est consentaneum modo intrinsecæ sanctificationis & remissionis per mutationem intrinsecam. Non etiam fit quòd præcesserint merita, vel quæ ad eum finem homo retulit quum viveret, vel quæ Deus etiamsi non retulerit, acceptet ad eumdem finem, vel si nulla propria habuit, ut contingere potest in adulto baptizato, quæ idem Deus ex meritis Christi ad idem applicaverit, hæc gratis valdè dicuntur, quum æquè dici posset ante separationem animæ, remissionem illam dictis modis factam. Quocirca anima illo instanti, quo separatur, optimè cognoscens statum suum, ac benè expedita ad operandum, videtur per exhibitum ipsi tunc speciale auxilium gratiæ, juxta mensuram gratiæ habitualis, quam habet elicere actum ferventem amoris Dei contritionisque, quo dolet de prioribus omnibus culpis venialibus, & hoc præsente actu statim omnes istas culpas deleri: non tamen quia talis actus id mereatur, quum jam terminus merendi complexus sit præsente dicto actu tamquam conveniente dispositione. Deus ipse applicando merita hominis justi præcedentia vel Christi, remittit culpas veniales, aut nullam novam gratiam habitualem infundit, nec ullam culpis illis pœnam temporalem debitam minuit, quia constituit satisfaciendi tempus tantùm in hac vita, tempus verò alterius ad condignam pœnam sustinendam. Lege *q* Suarez nostrum, & Valentiam *r*, & Bellarminum *s*.

Quum ergo Patres, in expositione hujus nostri Psalmi, nisi hic remittat Deus, ibi, hoc est, post istam vitam, remissionis requiem inveniri non posse: quia quod ligatum in terris manet, ut satiocinatur Ambrosius, ligatum manebit in cœlo *t*, loquuntur de remissione peccati mortalis quod etiam propriè ligare censetur, si non absolvatur, utpote sola materia necessaria Sacramenti absolutionis. Fulgentius *u* observavit, Davidem priusquam de hoc sæculo iret, remissionem postulasse peccatorum: nec hoc tam sollicitè postulaturum fuisse, si sciviſſet, post hanc vitam, vel cuiquam profuturam pœnitentiam, vel remissionem peccatorum tunc pœnitentiam agentibus divino munere concedendam. Officii nostri videmur obliti ne subtiliores quæstiones in planiorem scripturarum tractationem advocemus. At omittere nefas quod scripturarum enarratoribus rectè intelligendis necessarium est.

Remitte mihi.) Hieron. *Parce mihi*, & alibi *ignosce x*, vel *dimitte y*. Alii *Cessa à me*, desine, declina, abstine, avertere, cede, deflecte, claude à me, nimirum oculos, ne respicias ad puniendum, aut vexandum, aut fac ut sit inter me & te veluti maceria interposita ne pertingat me manus tua. Significat תשע *haschahh*, in hiphil, à שעע *chahhahh*, vel שוע *schauahh*, vel a שעה *schahhah*, *claudere*, obturare, obstruere, aut reprimere, restringere, perstringere, aut avertere, divertere, obducere, incrustare, linire, &c. Chaldaicè est hoc loco אשיטני *asleminni*, *desine à me* sine me, dimitte. Scholium Græcum explicat, ἄφες per alia verba, ἄφες, συγχώρησοι ἀνάπαυσον, *dimitte*, *condona*, *da quietem*, sive relaxationem & recreationem. Symm. ἀπόσχωμαι, *abstine*, ideſt, recedere à me: sic etiam apud Job *z*, *Recede paullulum ab eo*, & Hebraicè est שעה *schahheh*, Græcè, ἄπεχε, item *a*, *dimitte me ergo paullulum*. Hebraicè ישית ממני *teschith mimmenni*, *deponat à me* videlicet flagellum: rursum *b*, *parce mihi*, למני חר *chadal mimmenni*, *cessa à me*, ἄπεχε ἀπ' ἐμοῦ *recede à me*. Itaque propriè loquendo *remittere* hoc loco, parcere, ignoscere, dimittere ἀνιέναι רתע *baschuhh*, ad relaxationem pœnæ potiùs refertur quàm remissionem culpæ, quam potiùs denotat ἀφιέναι.

Ut refrigerer.) Hieronymus, *ut rideam*, prior ita Symmach. verterat, ἵνα μειδιάσω, quem si legisset Eugubinus, non dixisset nescire se cur eo modo verterit Hieronym. Magis mirum, idem verbum אבליגה *auligah*, in libro Job *c*, exponi, *dimitte ergo me ut plangam paullulum*: sed ibidem est Græcum verbum ἀναπάσασθαι, *requiescere* Chaldaicè אנוח *anuach*, *quiescam*. In hoc autem nostro loco Græcum est ἀναψύξω. Chaldæum אעיל *ezil*, quod quidam reddunt, *abire*, alii, *fortem fieri*. Eodem pacto Hebræum hujus loci exponunt aliqui, *vires recipere*, roborari, confortari, solidari, refocillari. Locum illum Job Augustinus citat, *donec requiescam pusillum*. Valet verbum בלג *balag*, in hiphil, in qua sola conjugatione reperitur, *confortare*, roborare, refocillare, refrigerare, hisque modis crebro Latinè conversum reperitur in editione vulgata: semel verò etiam dolore *d* torqueri: Græcè στενάζειν: & מבליגיתי *maulighithi*, *dolorem* e *meum* transtulit interpres. *Refrigerium* & ἀνάψυξιν interpretes nostri intelligunt, quando quis indulgendo dolori, gemitibus, lacrymis recreatur quodammodo, ac veluti potatus suimet lacrymis refrigeratur, quas lachrymas prohibere vehementior solet cruciatus. Vulgò dicitur is qui largiùs plorat, *sfogarsi*, quasi hoc sibi permitti petat nunc David. *Moderata afflictio lacrymas exprimit*, inquit Gregorius *f*, *immoderata subducit*; quia mœror ipse quasi sine mœrore fit, qui afflicti mentem devorans sensum doloris tollit. Sunt ceu è cordis vulneribus profluentes guttæ sanguinis lacrymæ, ut Nyssenus *g* scribit, ictus autem percussusque dispellit primum ad alias partes sanguinem, qui paullo post accurrens elicit. Et Basilius *h* lacrymas ait oriri ex quadam impressione minùs prævisa, ac si illata esset plaga, qua percellatur anima, & contrahatur compresso & coangustato spiritu circa cor. Allevatum capitis cerebrum lacrymis ut post imbres cœlum serenatur, eodem Basil. auctore: qui etiam docet vi intra se lacrymas qui continent, in apoplexiam, paralysim, mortem ipsam interdum incidere. Deniq; August. *i* testis est, dulcem miseris fletum esse, teque in his requievisse, substernendo cordi suo *k*. Mentem allevant lacrymæ, ait Ambr. *l*, fletus refrigerat pectus, & mœstum solatur affectum. Iterum Basilius *m* scribit, sæpè suspirium ex alto cordis

a *Hic, & de bono mortis c. 1.*
b *Hic, & in c. 65. Is. & in c. 26. Ezech.*
c *Hom. 2.*
d *Hom. 1.*
e *De bono mortis c. 2.*
f *Mat. 12. 32*
g *Ioa. 18. 36.*
h *Gen. Iust. & c. 15. 21. ut Ci. 2. c. 14*
i *4. Dial. c. 39.*
k *1. divin. offic. c. de sacr. missa.*
l *in c. 3. Mar.*
m *Ser. 66. in Cant.*
n *Ep. com. Petro Bruſianæ.*
Ut remittatur culpa venialis post hanc vitam.
o *1. de inst. eler. c. 40.*
p *in 4. d. 21 q. 1. a. 3. & Th. ibid. & q. 7. de mart. & 10. 11.*
q *3. p. to. 4. disp. 11. sect. 4 & disp. 41 Is. 1. 1 to. 3. disp. 7. q. 4. punct. 1. & 2. & disp. 11. q. 1. punct. 1, 3. de pœn. c. 4.*
r *de pœn. c. 12*
s *de Purg. Valentiani*
t *Matth.*
u *2. de remiss. peccat c. 20.* Fulgentii observatio ad hunc locum.
x *in c. 26. Isa.*
y *in c. 26. Ezec. & c. 2.*
z *c. 14. 6.*
a *c. 10. 20.*
b *c. 7. 16.*
c *c. 10. 20.*
d *Iob 9. 27.*
e *Ier. 8. 18.*
Moderata afflictio lacrymas exprimit: immoderata subducit.
f *l. 9. moral. c. 37.*
g *Or. de placilla.*
h *Hom. 4. de grat. act.* Lacrym. ortus, utilit. in compr. peric.
i *4 Confess. c. 5*
k *l. c. 12*
l *de Obit. Valentiani*
m *Ep. 69.*

cordis editum, solatium aliquod animis indolescentibus afferre, atque lacrymas erumpentes, afflictionis copiam discutere. Hieronymus ergo *ridendi* verbum hìc usurpavit cum Symmacho pro allevamento acerbioris doloris & cruciamenti. In libro Job *plangendi* verbo usus est interpres, quia plantus, fletus, lacrymæ dictum effectum operantur. Similis porro apud Moschum *a* phrasis,

a Idyllio 4. Megara.

——ὐδὲ μοὶ πρὸς ὄντιτα κε βλέψασα
Οἰαγὼν τπνάσωτμ@ ὠναψάζαιμι φίλον κῆρ.
——*neque ullus est mihi ad quem respiciens*
Ut mulier afflicta charum cor recreare (seu refrigerare)
possim.

b c.9. 18. Querebatur de Deo Job *b* quòd non concederet requiescere spiritum suum, ἀναπνεῦσαι, *respirare*.

c in c. 65. Is. *Priusquam abeam & amplius non ero.*) Hieronymus, *antequam vadam & non subsistam*: & alibi *c*, *priusquam abeam & ultra non subsistam*, Psalterium Romanum, Ambrosius, Cassiodorus, *priusquam eam*, &c. Augustinus *priusquam eam, & amplius non ero*. Psalterium Ambro- B sianum eodem pacto, nisi quòd legit, *abeam*. Sensus simplex, & qui continetur similibus verbis Job *d*, *antequam vadam & non revertar*, ad eumdem præsentis vitæ statum; vel *fuissem* e *quasi non essem de utero translatus ad tumulum*. Videntur qui excèdunt, non esse; sed dicitur quia Rachel *f* noluit *consolari quia non sunt*, & quòd *patres* g *peccaverunt & non sunt*. Hoc loco Hebræa אינני *veenenni* valent, *& non ego*: quòd rectè declaratum est per *amplius non ero*, vel *ultra non subsistam*, ἐκτὸς μὴ ὑπάξω. Quo fit ut nihil habeant hinc assertores mortalitatis animæ, quemadmodum rectè admonent explanatores.

d c. 10. 11. *e c. 10. 19.* *f Jer. 31. 15.* *g Thren. 5. 7*

Mysticus quoque sensus est satis communis multis, rogare David, ne hìc etiam esse desinat, hoc est, non Deo adhærere, qui est ipsum esse ac suum esse, ac proinde post mortem animus ipse sejunctus à Deo qui est, & manens in peccato quod nihil est; iis jungatur, qui non sunt ejus, nec omnino esse videntur, nimirum damnatis: nam justi anima redempta gaudebit, quum cantaverit Deo *h*, placebit *Domine in regione vivorum* i: C remisso auxilio civis erit sanctorum, & cum Patribus qui olim peregrini *k*, jam cives sunt, & *domestici Dei l*, versabitur participatione divinæ gratiæ ac beatitudinis, mutatus à non esse peccati & à statu infelici, quem meruerat, habebit participationem absoluti ac veri esse. Optimè præ ceteris declarant hoc Origen. Ambr. Augustin. Quum Deus justificat & beatificat, vocare censetur *qua non sunt* m, *tamquam ea quæ tradas*, Idololatras nominat Esther *n* eos, qui non sunt. *Ne tradas*, inquiens, *Domine sceptrum his qui non sunt*; Isa. *o* etiam secundum editionem LXX. eosdem idololatras ait adolere dæmonibus *qui non sunt*, quia, ut Hieron. enarrans eumdem Prophetam, docet, non subsistunt qui jam à Deo qui verè est, exciderunt. Qua ratione *idolum nihil esse* Paulus *p* dixit. Eodem autem loco proferens præsentem locum sic paucis perstringit quod pluribus alii tradunt: qui dum in hoc vivit corpore, veniam peccatorum non fuerit consecutus, & sic de vita excesserit, Deo perit, & esse desistit, licèt sibi subsistat in pœnis. Idem sibi velle scribit, Ezechielem *q* ipsum interpretans, quum D Dei minas memorat in Tyrum, nempè detrahendam *cum descendentibus in lacum*, redigendam *in nihilum*, ita ut non sit, & *requisita non inveniatur ultra in sempiternum*. Quod ultimum denuo repetitur ab eodem Propheta *r*. Similis formula iterum in Isaia *s*, *Et erunt quasi non sint, & peribunt viri qui contradicunt tibi, quæres eos & non invenies, viros rebelles tuos: erunt quasi non sint* (insultat & exultat oratio) *& veluti consumptio homines bellantes adversum te*. Præterea in Abdia *t* habetur, *Bibent omne gentes jugiter & bibent & absorbebunt, & erunt quasi non sint*. Ubi adhuc Hieron. canonem eumdem tractat, ut in scripturis, *qui pereunt*, *ei qui est*, nempe Deo, *non esse* dicuntur. Confirmat præterea verbis Cantici Mosis, *ipsi me provocaverunt* u *in eo qui non erat Deus* &c. Dicuntur eadem egregiè à Basilio contra Eunomium *x* observatque præterea ad Paulum in Epist. ad Ephesios *y* scripsisse, *sanctis qui sunt in Christo Jesu*, omisso quod nunc legimus vocabulo *Ephesi*, quam lectionem testatur alios ante se secutos, & seipsum antiquis codicibus inveniisse: innuere autem, illos qui conjuncti verè essent ei qui est,

h Ps. 70. 23. *i Ps. 144. 9.* *k Hebr. 11. 13.* *l Eph. 2. 19.*

m Rom. 4. 17 *n c. 14. 11.* *o c. 63. 3.*

p 1. Cor. 8. 4.

q c. 26. 20. 2

r c. 27. ult. *s c. 41. 11. 12.*

t v. 16.

u Deut. 32. 21 *x l. 2.* *y c. 1. 1.*

A per cognitionem mereri ut existentes κατ' ἐξοχὴν nominentur. Athanasii oratione contra Idola similis planè doctrina. Postremò charitatem non habentem, pronuntiat *z*. Apollinarius *nihil esse*. *z 1. Cor. 13. 2.*

PSALMUS TRIGESIMUS. NONUS.

1 In finem Psalmus ipsi David.
2 EXpectans expectavi Dominum, & intendit mihi,
3 Et exaudivit preces meas: & eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fæcis.
Et statuit super petram pedes meos: & direxit gressus meos.
4 Et immisit in os meum canticum novum, carmen Deo nostro.
Videbunt multi & timebunt: & sperabunt in Domino,
5 Beatus vir, cujus est nomen Domini spes ejus, & non respexit in vanitates & insanias falsas.
6 Multa fecisti tu Domine Deus meus mirabilia tua: & cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi.
Annuntiavi & locutus sum: multiplicati sunt super numerum.
7 Sacrificium & oblationem noluisti: aures autem perfecisti mihi.
Holocaustum & pro peccato non postulasti:
8 tunc dixi: Ecce venio.
In capite libri scriptum est de me: 9. ut facerem voluntatem tuam: Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.
10 Annuntiavi justitiam tuam in Ecclesia magna, ecce labia mea non prohibebo: Domine tu scisti.
11 Justitiam tuam non abscondi in corde meo: veritatem tuam & salutare tuum dixi.
Non abscondi misericordiam tuam, & veritatem tuam à consilio multo.
12 Tu autem Domine ne longè facias miserationes tuas à me: misericordia tua & veritas tua semper susceperunt me.
13 Quoniam circumdederunt me mala, quorum non est numerus: comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui ut viderem.
Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei: & cor meum dereliquit me.
14 Complaceat tibi Domine ut eruas me: Domine, ad adjuvandum me respice.
15 Confundantur & revereantur simul, qui quærunt animam meam, ut auferant eam.
Convertantur retrorsum, & revereantur qui volunt mihi mala.
16 Ferant confestim confusionem suam, qui dicunt mihi: Euge, euge.
17 Exultent & lætentur super te omnes quærentes te: & dicant semper: Magnificetur Dominus: qui diligunt salutare tuum.
18 Ego autem mendicus sum, & pauper: Dominus sollicitus est mei.
Adjutor meus, & protector meus tu es: Deus meus ne tardaveris.

TITULUS.

Vers. 1.) In finem Psalmus ipsi David.

DE titulo non est laborandum, quia illi similem alibi antè vidimus.

ARGUMENTUM.

ARgumentum congruit cum Psalmi prioris argumento: nam sicut ille continebat auxilii divini invocationem in gravissimis afflictionibus; ita iste lætam gratulationem, quòd illud impetratum sit. Simul tamen adhuc idem auxilium David invocat; utpote post victoriam, aut vitationem calamitatum, similes timens hostes, & calamitates. Vel invocatio ea est, qua usus est olim, deprecans mala, à quibus initio Psalmi canit se liberatum.

Quia verò Paulus *a* citat hunc Psalmum de Christo, B credi potest, Davidem in eo ad illum respexisse, ac ejus, ut in aliis, sic in his, quæ nunc scribit, typum gessisse. Quare in prima parte Psalmi censere possumus, Christum gloriari de liberatione sua à morte, & ab inferno, aut victoriam suam istam prævidendo, gratias agere de eo quod se consecuturum sciebat: in posteriore, quasi esset in ipsa passione constitutus, & cruce, liberationem deprecari. Sed & idem Christus, Ecclesiæ caput, induit personam mystici sui corporis, quod est Ecclesia. Etenim initio Ecclesiam exultantem inducit ob spem salutis per Christum venturum: deinde, Christum ipsum loquentem facit Patri, rationem ei reddendo adventus sui, & quo pacto evangelizandi munus rectè administraverit: postremò iterum precatur liberari in membris suis à peccatis, miseriis, inimicis, quibus obnoxia sunt, etiam post liberationem & redemptionem per mortem Christi, donec triumphare in cœlis detur. Concordant Patres in hac argumenti expositione: nominatim verò Chrysostomus *b*, Basilius, Theodoretus, rejiciunt sententes Psalmum esse de Jeremia, vel Daniele propter C mentionem de *lacu c*, item docentes populo convenire in captivitate Babylonica. Rursum Chrysostomus *d*, & Hesychius, negant ad Judæos pertinere, quoniam continet abrogationem sacrificiorum, holocaustorum, oblationum: & hoc sibi quoque velle in titulo illud, *in finem*. Ob eamdem abrogationem confutat Lyranus opinionem R. Salomonis, de populo liberato ex Ægypto: Quascumque porro David suas hìc intelligat calamitates, vel morbi, vel persecutionis Absolon, ut existimat Trevetus, vel Saulis, typus, ut dixi cum Basilio, Chrysostomo, Theodoreto, fuit Christi. Quare quod tanti docent Patres, non debet Lyranus, Judaici erroris confirmationem appellare, nempe, quod ad litteram intelligatur de Davide, mystice de Christo. Ita præter Patres illos Græcos sentit etiam B. Thomas, Valentia & passim recentiores: Valentia verò rationem typi constituit in liberatione de Ægypto, quæ adumbraverit redemptionem nostram per Christum post expositam analogiam.

Idem Valentia enumerat subtiliter beneficia septem, D quæ ex adventu Christi provenerunt, sicut, & antea prædicta fuerant, & hoc in Psalmo comprehenduntur: liberationem de lacu miseriæ inferni: de luto fæcis peccatorum: ædificationem Ecclesiæ super petram, idest, Christum: legem Evangelicam, per quam direxit gressus nostros: abolitionem ceremonialium, & legalium, instituto sacrificio novo: conversionem multorum de Judæis ac gentibus: ejectionem diaboli de mundo cum idolis, & omni malefica arte, atque superstitione. Fateor alia præterea hic adhuc distingui posse, ut eductionem justorum de limbo & similia de quibus suo loco.

Vers. 2.) Expectans expectavi Dominum, & intendit mihi.

SEntentia versus clara. Ait, Deum expectationi respondisse, nec se sua falsum spe, quum eum deprecatus est in suis malis adjutorem, atque liberatorem: A præsto fuisse ad exaudiendum, ac opitulandum.

Expectans expectavi Dominum.) Augustinus, *sustinens sustinui*, Vim habet tum geminatio verbi, quæ in aliis non rarò usurpatur, ut, *multiplicans multiplicabo*, *benedicens benedicam*, &c. tum Hebræum קוֹה *kiuuch*, præsertim in piel, quæ conjugatio intendit significationem per se etiam in simplici Kal magna est, ut aliàs docui. Idem Augustinus observat, qui sic Dominum sustineat, vel expectet, eum sustinere & expectare, qui non possit fallere, aut falsi, qui si promissa differat, non aufert: qui ex his etiam quæ jam exhibuit adeò multa mereatur fidem: qui licèt non exhibuisset, de ipsius tamen veritate nihil formidare debeamus, quoniam idoneus promissor, fidelis redditor dummodo simus pii exactores, teneros imitati agnos, qui capitibus pulsant ubera matrum, ut lacte satientur. Expectare possumus etiam Cassiodorus. Expectantes expectamus, quando mites aliquid cum magno desiderio sustinemus. Adde cum patientia & perseverantia, ut si moram facere Deus videatur, expe- e *Hab.* 2. 3
ctemus, *quia veniens* e *veniet, & non tardabit*. Rectè Apollinarius.

Τετληώς, ἐτηρα θεὸν καὶ ἀρωγὸν ἐδέγμην.

Tolerans, spectatorem Deum & vindicem expectavi, Priore Ps. f dixerat, *& nunc quæ est expectatio mea? Nonne Dominum?* jam dicit se expectavisse & Dominum intendisse. Quilibet fidelis etiam priùs Gentilis potest dicere se Christum expectavisse, quia licèt penitus ignoraret, in veteribus tamen Patribus, in quibus notitia, fides, expectatio fuit, censetur expectavisse propter conjunctionem utriusque populi in Ecclesiam unam, ut annotat Cyrillus. Priore Psal. g dixerat; *Et nunc quæ* g *vers.* 9.
est expectatio mea? nonne Dominus? jam dicit, se expectavisse, & Dominum intendisse. David autem non solùm eo modo expectavit, aut in prædictione, aut promissione aliorum Prophetarum, ut asserit Hieronymus, vel alias, sed per propriam revelationem, quam non semel clarè in Psalmis exprimit. Expectatio est Christus Israel *h* & gentium *i*. Expectatus expectavit h *Jer* 14. 8.
etiam nos, & *expectat ut misereatur* nostri *k*: jussit ut ip- c. 17. 13.
sum expectemus *in die resurrectionis suæ in futurum l*; i *Gen.* 49. 10.
non tantum quia resurrecturus erat, quod jam factum K *Is.* 30. 18.
est, sed quia resuscitaturus omnes *in novissimo die* m, ac l *Soph.* 3. 8.
in terribili illa improbis expectatione judicis *n*; in quo m *Joan.* 6. 39
novos cœlos, & novam terram, & promissa ipsius expectamus o. Istam *expectationem* Rabbini in midras thehillim declarant de tempore quo videndus esset Deus, ac digito ostendendus; atque hoc ipsum ab Isaia *p* prædictum, *Ecce Dominus Deus noster iste, expectavimus eum, & salvabit nos*, & quia non cessant gentes sæculi dicere: *Ubi est Deus eorum?* (quia nempè visibiles Deos, idolaque colunt) futurum esse ut Deus sedeat in medio justorum, & ipsi sint illum digito ostensuri; sicut etiam est in Psalmo XLVII *q*. *Quoniam hic est Deus, Deus noster in æternum, & in sæculum sæculi, ipse reget nos usque in sæcula, vel usque ad mortem* עלמות *hhalmaueth*. Recitat iste Galatinus *r*. Athanasius *f* tuetur r *l.* 3. c. 27.
hoc inter alia testimonia, fugam suam in persecutione, f *Apol. de*
ut videlicet patienter expectetur Dei voluntas, nec se *fuga*.
quis temerè in vitæ discrimen projiciat.

Et intendit mihi.) Augustinus, *Attendit mihi*. Psalterium Romanum & Ambrosianum, Arnobius, & Cassiodorus, *respexit me*, sic in alio Psalmo, *t*, *intende mihi & exaudi me* u, *intende orationi meæ*, x *intende voci deprecationis meæ* y, *intende voci meæ* z, *intende voci orationis meæ*. Facit hoc loco vim Augustinus in dandi casu, & attendere Deum etiam malos, sed non attendere illis. Nihilominus lego quoque *a*, *intende deprecationem meam*, in accusativo casu, & *b*, *intende ad deprecationem meam*, quamvis constructio Græca sit eadem, hoc est cum dativo, quod exigit verbum προσέχω, nec boni nec mali orationi attendit Deus, consolando ut prosit nisi bene suscepta oratio sit: & tam boni quàm mali orationem attendit, vel intendit, idest, cognoscit, ac videt quomodocumque fiat. Perpendit tamen quoque c Ber- c *Ser.* 62. *in*
nardus in hac dicendi formula simile quid, ut in alia *Cant.*
sponsæ *d*, *dilectus meus mihi*, hoc est, inquit, intendit d *Cant.* 2. 16
& ego illi, nam qui expectat, subdit ipse, intendit. Docet autem, rectiùs sponsam ordinem servasse, non prætendendo meritum, sed præmittendo beneficium, & se præventam dilecti gratia confitendo. Prophetam tamen

t *Ps.* 54. 3.
u *Ps.* 60. 2.
x *Ps.* 85. 2.
y *Ps.* 140. 1.
z *Ps.* 5. 2.
a *Ps.* 16. 1.
b *Ps.* 141. 7.

non negaviſſe ſubſecutionem gratiæ, licèt præventionem tacuerit hoc loco, immo & de utraque alibi meminiſſe *a*: *Miſericordia tua ſubſequetur me omnibus diebus vitæ meæ: Deus meus, miſericordia ejus præveniet* b *me*: citò c *anticipent nos miſericordiæ tuæ, quia pauperes facti ſumus nimis*: denique, ſponſam iterum invertere ordinem, ac dicere; *ego* d *dilecto meo, & dilectus meus mihi*, ut & primas gratiæ partes adſcribat, & ultimas, & præventionem, & conſummationem. Poſtea idem ſuaviſſimus Pater *e* demiratur intentam nobis illam majeſtatem, cui gubernatio pariter, & univerſitatis adminiſtratio incumbit, & cura ſæculorum, atque ad hæc transferre ſe negotia, immo otia amoris, & deſiderii. Infert proinde projiciendam omnem ſollicitudinem noſtram in eum, cui cura de nobis *f*, ideſt, non ut ſit, ſed quia prius eſt, quaſi dicatur nobis, intendite illi, quod eſt *expectando expectate*, quia ipſe intendit vobis. Hebraicè eſt, *& inclinavit ad me*, ſcilicet, *aurem* וַיֵּט אֵלַי *vaijetelai*. Hieronymus, *& inclinatus eſt ad me*, nempe exaudiendum. *Inclinationem*. Cajetanus interpretatur per incarnationem Dei qui ſe ſic ad hominem inclinavit, & ad Davidem, in progenie ipſius factus homo.

Simplicior ſenſus eſt ad exauditionem, quæ aliis verbis mox ſubjicitur. Ergo planè verum eſt, quòd *oculi Domini ſuper juſtos* (vel qui eſſe tales volunt, gratiæ illius reſpondentes,) & *aures ejus in preces eorum* g: & quòd non *confundit* eos *ab expectatione* ſua *h*, & quòd Patres noſtri *ſperaverunt in eum, & non ſunt confuſi* i, & quòd *qui ſuſtinent ipſum, non confundentur* k.

a Pſ 22. 6.
b Pſ 58. 11.
c Pſ. 78. 8.
d Cant. 1. 13.
e Ser. 68. in Cant.
f 1. Petr. 5. 7.
g Pſ. 33. 16.
h Pſ 118. 116
i Pſ. 21. 6.
k Pſ. 24. 3.

Verſ. 3.) Et exaudivit preces meas, & eduxit me de lacu miſeriæ, & de luto fæcis.
Et ſtatuit ſupra petram pedes meos, & direxit greſſus meos.

SIc intendit, ac attendit Deus expectanti mihi ardenter, & perſeveranter ſummis votis precibusque, ut exaudiret, ac de ſummis me calamitatibus extraheret, tamquam demerſum, & detentum in imo cænoſo lacu: inde autem ereptum, tam firmiter ac ſecurè ſtabiliret, ut jam non in labili, ut priùs, lubrico, fluidoque hærerem limo, ſed immotus quaſi ſuper firmam petram conſiſterem, ac deinceps progredi recto atque inoffenſo poſſem pede in ſolo ſolidiſſimo. In priore Pſalmo ab omnibus iniquitatibus erui petierat *l*, exaudiri orationem, deprecationem, lacrymas; nunc *m* lætatur & gratulatur de impetratione, ac liberatione à graviſſimis periculis, quæ per metaphoram hìc ſignificantur: ut Baſilius, Theodoretus, Euthymius, Chryſoſtomus *n*. Trevetus vilem ſtatum vult denotari, dejecti Davidis de regno fortaſſis quoque ſub *lacus*, *luti*, ac *facis* vocabulis, præter calamitates externas, innuit priora peccata adulterii, & homicidii. Significant hoc etiam ſenſu myſtico alia, de quibus poſtea dicemus.

Preces meas.) Hieronymus, *clamorem meum*, שׁוּעָה *ſchauhathi*, alia Pſalteria, Auguſt. Caſſiodorus, *deprecationem*, Arnobius *orationem*, *expectationem* fortaſſis voti interni, *preces* intelligit externæ vocis. Intelligunt alii clamores, atque vociferationes Patrum poſtulantium adventum Chriſti, ut Cajetanus.

Eduxit me de lacu miſeriæ, & de luto facis.) Hieron. *Eduxit me de lacu ſonitus, & de luto cœni*. Interpres Latinus Athanaſii *o*, *de lacu infimo*. Alii item ex Hebræo, *extraxit me è ciſterna perſtrepente*, vel, aſcendere fecit è ciſterna puteove ſonitus, ac ſtrepitus, de fovea tumultus, de gurgite & voragine fragoris, fremitus, mugitus, inundationis propter aquarum ſcilicet copiam eo deſcendentium impetu magno, ibique per ſtrepentium, & ſonitum edentium prægenti agitatione. Hoc valent Hebræa וַיַּעֲלֵנִי מִבּוֹר שָׁאוֹן *vaiahhaleni mibbor ſchaon*. Auguſt. *de lacu miſeriæ & de luto limi*: in alio Pſalmo *p* *elevare* dicuntur *flumina vocem*, & *fluctus ſuos*: & appellatur *ſonus fluctuum* maris *q*. Evolverunt metaphoram ſeptuaginta per λάκκον ταλαιπωρίας, *lacum miſeriæ*, ſive calamitoſum, quaſi dicas, barathrum miſeriarum. Deſignant iſta myſticè peccata profundas & cœnoſas voluptates ut placet Euſebio, & Athanaſio; idololatriam & carnalia vitia, ut Didymo: portas mortis, & mundi curas, fœtentiaque crimina, ut Cyrillo. Similia latinè eradunt de tenebris fidelitatis, vel ignorantiæ & caliginis, etiam in ipſa lege vetere & de carnali concupiſcentia, unde tot peccata ſcaturiunt, denique de omni ſtatu calamitoſo, qui ex originali peccato ſecutus eſt, & ex aliis auctus.

l verſ. 9.
m verſ. 13.
n Hom. 1.
o Apol. de Fuga.
p Pſ. 92. 3.
q Pſ. 64. 8.

Humanæ miſeriæ ſiccam profunditatem, & ſterilem Auguſtinus alibi vocat *r*, ubi non ſunt fluenta juſtitiæ, ſed iniquitatis lutum: & de iſto lacu loqui Zachariam *ſ*. *Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu, in quo non eſt aqua*. Sed quod ex Hebræo allatum eſt de ciſterna, puteo, lacu ſonitus, ac ſtrepitus ob aquarum congeriem, non congruit Auguſtini ſententiæ de ſicca profunditate, & de lacu ſine aqua, niſi puram ac potabilem aquam intelligat. Quamquam & qualibet multitudine aquarum calamitates in ſcriptura deſignari conſtat, & aliàs notatum eſt in Pſalmo LXVIII. *t* ad hoc ſignificandum, dicit David *intraverunt aquæ uſque ad animam meam; infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia*: *& eripe me de luto, ut non infigar, libera me ab iis, qui oderunt me, & de profundis aquarum*.

r c. 18. de Civ. ſ. 35
ſ. 9. 11.
Aquarum multitudine calamitates deſignatæ.
t v. 2, 3.
u v. 15.

Præterea explicant de liberatione tum à pœnis inferni, tum quod ad animas juſtorum ſpectat, de limbo. Ex omnib. iſtis profundis clamabat humanum genus, flagitas exaudiri *x*, ſed ſine auxilio gratiæ clamare non poterat, quoniam ſuperbus profundiùs in profundo jacens peccatorum, nec ſe ibi eſſe ſentiens, *contemnit y* Hebræi nomina inferni docent ſeptem eſſe, quæ refert Galatin. *z*. שְׁאוֹל *ſcheol* qui propriè vocatur *infernus a*, etſi nonnumquam ſignificat *ſepulchrum* אַבַדּוֹן *abbadon*, *perditio b*, צַלְמָוֶת *ſalmaueth umbra mortis c*, אֶרֶץ תַּחְתִּית *erets thachthith*, *terra inferior* d, aut *contritionis*, aut *paveris*, בּוֹר שַׁחַת *horſchachath*, *puteus interitus* e, ſive lacus corruptionis; & quæ hìc ſunt נוֹר שָׁאוֹן *honſchaon* de quo egimus, atque טִטְחִיּוֹן *tit haijaven*, *lutum facis*, eſt præterea nomen, גֵּיהִנֹּם quam dicimus *gehennam* vallem Ennom, aut profundum, de quo alibi. Videturque in ſolo novo teſtamento uſurpari de luto fæcis. Jam monui Auguſtinum legere, *de luto limi*, Hier. *de luto cœni*. Tho. citat ex editione Hieron. *de luto fimi*: ad auxeſim junguntur ſynonyma voces hæ: ſicut & *terra pulveris f* אַךְ מִתְעַפֵּר *admath hhaphar*, *pluvia imbri g*, גֶּשֶׁם מָטָר *metar geſchem*, יוֹן *iauen* lutum liquidum, ac turbidum, quale eſt vinum fæculentum. Inde aliqui *vini nomen* יַיִן *tain* derivant, quod in terra Chanaam, & Palæſtinæ vina turbida fuerint, fæculenta, & rubra. Interdum vertit interpres יוֹן *iauen limum h*. Quæ in Pſalm. LXXIX. *i*, vocatur *fax calicis*, propriè de vino dicitur, ſed τρυγὸς nomen Græcũ eſt, non quod hoc loco generaliùs ἰλύς. (unde Nilus dictus creditur quaſi νεαὸς *novus limus*, quem in agros Ægyptiorum fluvius invehit) & Hebr. non יָן *iaven*, ſed שֶׁמֶר *ſchemer*. Hoc idem eſt in Sophonia *k*, viſitabo ſuper viros defixos in facibus ſuis הַקְּפָאִים עַל שְׁמְרֵיהֶם *hak kopheim hhal ſchimrehem*, quod Hier. explicat, *qui confidunt in corporibus ſuis, & in viribus ſuis*, quia δισυρτικῶς, inquit, ideſt, *irriſoriè*, *faces* vocat; & docet eſſe peccata in quibus erant penitus defixi, qui negantes providentiam dicebant in cordibus ſuis: *Non faciet bene Dominus, & non faciet malè*. Chald. paraphraſtes ibi, *ſumma fruentes tranquillitate in divitiis ſuis*, reddit: quaſi dicas, quod importat Hebræum participium, *congelatos*, ideſt, immotos, fixoſque, & nulla agitatos adverſitate, ut reſideas ſuper fæces in dolio vinum, purum ac perſpicuum manet quamdiu non movetur, vel agitatur. Auo ſenſu etiam Jeremias *l* fertilem Moab appellans ſcribit *requieviſſe in facibus ſuis, nec tranſfuſum de vaſe in vas, in tranſmigrationem non abiiſſe, guſtum in eo ejus remanſiſſe, odorem non eſſe immutatum*. Nulli ſibi majorem pollicentur rerũ ſecundarum conſtantiam, quàm divites, & luxurioſi, quorum teter famæ odor: nulli faciliùs commoventur, ac perturbantur quocumq; levi contrario motu. Eximium beneficium, cognoviſſe fœces ſuas, & ex iis ope divina ſeſe contraxiſſe. *Sus lota in volutabro luti m*, peccator eſt in iiſdẽ ſe volutans peccatis: maximè libidinoſus, & avarus *aggravat contraſe denſum lutum n*. Qui hoc non facit, bibet uſq; ad fæces *de calice qui eſt in manu Domini meri, plenus mixto o*, ideſt, mixtione alterius liquoris turbidi, ac letiferi, *Peccaverunt ei, & non filii ejus in ſordibus p*. Ex luto formatus homo *q* poterat non in lutum redire, immortalitatis dono: rediit peccando, curandus eſt ejuſdem applicatione luti *r*, ex ope-

x Pſ. 109. 2.
y Pro. 18. 3. Nom. ſept. inferni.
z l. 6. c. 7.
a Pſ. 15. 10.
b Pſ. 87 12.
c Pſ. 106. 10
d Pſ. 62. 10
e Pſ. 54. 24.
f Dan. 12. 2.
g Zach. 10. 1
h Pſ. 68. 3.
i v. 9. Nili etym.
k Soph. 1. 12.
l c. 48. 11.
Divitum & luxurioſorum rebus ſecundis conſtantiæ ſpes: in adverſis minimis animi dejectio
m 2. Petr. 2. 22.
n Hebr. 2. 6.
o Pſ. 74. 9.
p Deut. 32.
q Gen. 2. 7.
r Ioan. 9. 9.
ſ Exod. 1. 14

re luti *a* liberandus. Eductionem *de luto facis*, poſſumus etiam intelligere liberationem à vili, & quodammodo ſordida lege vetere. Vocantur enim ab Iſaia *b faces Iſrael*, ſed aliquando convertendæ.

Statuit ſupra petram pedes meos.) Exaltatio *in petra* denotat conſtitutionem in loco firmo, ac tuto; ſicut & ſiquis conſtituatur *ſuper excelſa d*. Opponitur hoc, lacui cœnoſo, fœculento, limoſo ubi *non eſt ſubſtantiæ*, ſeu ſubſiſtentia, conſiſtentia, firmitas, ἐστὼς: nihil aridiùs petra, nihil firmiùs eſt; סלע *ſelahh* etiam rupes, arx, munitio, quòd frequenter arx, munitio, caſtrum ſuper rupe conſtruatur, Myſticè *petra* firmum benèque compactum ſolidi ſermonis doctrinæ fidei fundamentum eſt, auctore Euſebio, Chryſoſtomo *f*; Euthymio *g*, Nicephoro, ſuper quo collocatum nihil à charitate ſeparare valeat: præterea Chriſtus ipſe ſuper quem ædificata eſt Eccleſia *h*, ut ait adhuc Chryſoſtomus *i*, Theodoretus, Cyrillus, Heſychius: item inconcuſſa ſecundùm virtutem perfectio, ut Didymo videtur, eos redarguenti, qui nihil niſi petram materialem hìc agnoſcat, ſuper quam corporeos Davidis pedes Deus conſtituerit,

Myſtica interpretatio petræ.

Patres latini ferè conveniunt, maximè in allegoria Chriſti, quem petram lapidemq; ſcripturæ nominant, ut in Petri *k* Commentario docui, ſimul in firmitate fidei, & aliarum virtutum ſoliditate, conſtatia, perſeverantia. Vitia ſicut ſunt mollia, & diſſoluta, in itineris ſui cœnoſitate, inquit Caſſiodorus, voluuntur: virtutes, quèadmodum rigidæ ſunt, & immobiles, ſic habent viam petralem, ubi non inquinatis, ſed mundis pedibus ambulatur. Aptè proculdubio veteris auctor legis poſt Deum Moſes eo nomine vocatus eſt; quod *ex aquis ereptum* ſonat *l* noſtræ, poſt eumdem Deum & Chriſtum, qui *petra* etiam dicitur, ejus Vicarius Petrus.

Porrò Nyſſ. *m* in exponendo ſponſæ verba *n*, *lavi pedes meos, quomodo inquinabo illos?* ait, ſimili quadam ratione noſtrum Dav. abluta illuvie cœni pedes in ſaxo collocaſſe, poſtquam videlicet eductus eſſet de lacu miſeriæ deque illuvie cœnoſa, & directos ei greſſus fuiſſe: per *ſaxum* Dominum intelligi, qui & lux eſt, & veritas & immortalitas & juſtitia: quib. reb. via ſpiritualis quaſi quadam incruſtatione ſternitur: ab his neutram quis in partem deflectat, plantas ſuas conſervare, puras, nuſquam à voluptatis cœno pollutum. Chryſ. explanans ad Timoth. Epiſt. poſteriorem *o*, in aquis, cœno, luto, verſantem docet eſſe, qui vacet ſæcularibus negotiis: in petra pedes conſtitutos habere qui ſtudeat ſpiritualibus. *Numquid currere queunt in petris equi?* inquit Amos *p*, hoc eſt, ut exponit Hieron. *q*, adverſariæ poteſtates eos perſequi non peterunt, curſibus præpeditis, & per ſingulas petras corruentibus; qui fuerint in petra, qui eſt Chriſtus, & in Apoſtolis quibus ille donavit, ut ipſi quoq; *petra* vocentur, ſeù qui in Apoſtolica doctrina, ac vita fuerint ſolidati. Nos etiam petræ, & lapides ædificati *in domo ſpirituales* nominamur à Petro *r*, *robore*, *Chriſti ſolidati*, ut Greg. ſait, & velut aquilas, quod Job *s* ſcribit, *in petris manere*, quia in dictis antiquorum & fortium patrum mentis ſtatione colloc amur, & in celſitudine illorũ fortitudinis ſtudendo nidum nobis conſtruimus ſanctę meditatonis, & quum eorum acta dictaq; tacitè cogitamus, quum præſentis vitæ gloriam quàm ſit abjecta conſideramus, quaſi ſub nobis eſſe ima terrarum, in petris reſidentes obſervamus. Addit præterea, *petras* Angelos eſſe, quorum viri ſancti gloriam præſtolantur, & intentione cordis inter illos reſidet, qui per æternitatis ſuæ fortitudinem tanta jam ſoliditate fixi ſunt, ut in nullo culpæ latere mutabilitatis varietate flectantur. Negotiatores Chanaam, quod interpretatur *fluctuantes*, atq; *commoti* teſte Hier. *u*, ſunt *inclyti terræ x*, quia quidquid agunt, inquit, terram reſpicit *moventur pedes eorum*, *effunduntur greſſus y*: non ſtatuunt ſupra petram pedes, non herinaciorum, aut more leporum habent refugium in petra *z*: non ſe ſinunt ſuſtolli *ſuper altitudines terræ a*, nec obſequuntur dicenti *in monte ſalvum te fac b* & *ſtabis mecum ſuper verticem montis c*, & *locus apud me*, & *ſtabis ſupra petram*, *ponam te in foramine petræ*, *protegam dextera mea d*. *Fundamenta æterna ſupra petram*, & *mandata Dei in corda mulieri ſanctæ e*, hoc eſt, Eccl. quam mulieris forma vidit Joannes, eſtq; ſupra Chriſtum & Petrum fundata, præterea cujusvis anima juſti, qui fundatus etiam *ſupra petram*, non timet pluviam, non flumina, non ventos *f*. Quum ſit homo arbor inverſa, ut Plato eum vocat, non ſtat ſuper pedes, ſed infrà, ſi capitis cogitationes deſideriaque dimittit ad infima, non ad ſuperiora, & divina. Stare autem niſi ſuper ſtabili loco nullus poteſt. *Quid non boni in petra?* inquit Bernardus *g*, *in petra exaltatus*, *in Petra ſecurus*, *in petra firmiter ſto*; *ſe curus ab hoſte*, *fortis à caſu*, & *hoc quoniam exaltatus à terra*: *anceps eſt enim & caducum terrenum omne*. Docet *petram*, Chriſtum eſſe; *foramina*, vulnera in quibus nidulandum ſit. Hieronymus *h* docet, ſe nullum peccatorem ſtantem legiſſe: ſanctis dici *i*, *ſtate ſuccincti lumbos veſtros*: peccatori *k*, quod non erit ſtabile *veſtigium pedis* ejus: non ita ſimpliciter id verum cenſeo, ut neque quod ſoli juſti cadant in faciem, improbi retrorſum: tradit hoc etiam, ſed nos alibi appoſitis exemplis oſtendimus perpetuum non eſſe. Certè Phariſæus hypocrita ſtans oraſſe ſcribitur *l*, irriſores etiam Chriſti *m* ſtabant. *Perſtantes* denique *ſupra petram*, Cyrillus Alexandrinus *n* allatis ſimilibus locis, ait exprimi immobilitatem, animique firmitudinem: & rurſus *o* ſtabilem veræ religionis profeſſionem.

Direxit greſſus meos.) Hieronymus *ſtabilivit*. Alii ſynonymè, *corroboravit*, confirmavit, vel, apparuit, ac ſtravit viam per quam gauderetur abſque offenſione: fecit ne dejicerer aut, relaberer in lutum & cœnum, ne infirmarentur veſtigia mea *p*, vel moverentur *q*: direxit greſſus meos, faciens ut viam ejus vellem, aut ipſe voluit meam *r*, nec permiſit ut illi ſupplantarentur *ſ*, ſed directi eſſent ſecundùm eloquium ipſius *t*: ſplendore ſuo ſuper nos opera manuum noſtrarum, ad quæ nos noſtri affectuum pedes applicant, direxit *u*. Non ſufficit eſſe in petra viaque tuta, & recta, gradiendum & procedendum in mandatis, aut in conſiliis: etiam de his Hugo Cardinalis ſive Alenſis: alii de illis: exemplum proponit Pauli Auguſtinus, negantis ſe *perfectum*, vel *comprehendiſſe*, ſed *oblitum*, *quæ retro erant*, *ad anteriora extendere ſe x*: donec dicere poſſet ſe *curſum conſummaviſſe y*. *Cor hominis diſponit vitam ſuam*; (malè legit in Commentario Pſalmi Thomas, *diſſipavit z*,) ideſt, ſeriò diligenterque cogitat, & deliberat, יכשׁן *jechaſſcheu*, *ſed Domini eſt dirigere greſſus ejus*.

Verſ. 4.) Et immiſit in os meum canticum novum, carmen Deo noſtro.

Videbunt multi, & timebunt & ſperabunt in Domino.

QUæ memoravi collata mihi à Deo nova, vel innovata beneficia, uberem ſuppeditarunt ori meo laudum ipſius materiam; ut eas cantu & carmine exequerer. Sed & certus ſum fore, ut qui adeo perſpicuam benignitatem Dei adverſus me deprehendent, aut ſponte, aut exemplo meo permoti, Deum revereantur, colant, præceptis pareant, fidenter ſeſe totos illi committant, in poſterum non mihi nocentes: certi quoque in calamitatibus experturos, quam ab ipſo, in iis jacenti mihi, tam liberaliter oblatam beneficentiam cognoverunt. Myſtica explanatio attingetur poſtea.

Et immiſit in os meum canticum novum.) Hieron. *dedit in ore meo* ויתן *vaiitthin*, alibi *a*, *miſit in ore meo*, Chaldaicè, *ordinavit*, סדר *ſaddar*. Dei donum eſt ritè decantare laudes ipſius, ut idcircò petat alibi *b* David aperiri ſibi ab eo labia, ut os annuntiet laudem illius: *Nec ſpecioſa laus Dei eſt in ore peccatoris c*: & vetat Deus *enarrari* à peccatore *juſtitias ſuas*: & *aſſumi teſtamentum ſuum per os illius d*. quia *rectos decet collaudatio e*. Ipſemet Deus ponit verba *in ore* ſuorum *f*, & dat ſermones *in ore* ipſorum, *g* & *ſpiritus Patris loquitur* in eis *h*: *dat verbum evangelizantibus virtute multa i*: præcipit *os dilatare*, promittens ſe impleturum *illud k*. Adhuc nobis in infirmitatis confuſione jacentibus, præberi non debet auctoritas prædicationis, inquit hoc loco Ruffinus: ſed quum jam in bono opere ſurgimus, quum jam recti ſtare cœperimus (quod priore verſum dictum eſt) dignum eſt, ut ad lucrandos alios in prædicationem mitti debeamus. Idem docet Gregorius *l*, perpendens Ezechieli jacenti dictum à Deo, ut ſtaret ſupra pedes ſuos, priuſquam ei loqueretur; idem de Daniele dici poteſt, quem pariter con-

---

1 *Reg.* 49. 6.
b *Pſ.* 26. 5. *Pſ.* 60. 3.
c *Pſ.* 27. 34. *Hab.* 3. 19.
d *Pſ.* 68. 3.
e *Hom.* 2.
f *Rom.* 8. 35.
g *Matt.* 16. 18.
h *Hom.* 1.
allegoria,
i 1. *ep.* 2. 8.
k *Exod.* 2. 10.
l *Hom.* 2. in *Cant.*
m *Can.* 5. 13
n *Hom.* 9.
o *c.* 6. 12.
p *Ibidem.*
q 1. *Ep.* 2. 5.
r 31. *Mor. c.* 34.
ſ *c.* 35. 2. 8.
t *c.* 21. *Iſai.*
u *Iſ.* 23. 8.
x *Pſ.* 72. 2.
y *Pſ* 103. 28
z *Iſ.* 58. 14.
a *Gen.* 19. 17
b *Exo.* 34 2.
c *c.* 33. 21. 22.
d *Eccl.* 26. 24
e *Apoc.* 12. 1

f Matt. 7. 25
g *Ser.* 61. *in Can. pſ.* 26. 5
h *in Ezech.* 12.
i *Eph.* 6. 14.
k *Deut.* 28. 56. 65.
l *Luc.* 18. 11.
m *Luc. c.* 23 10. 35.
n *in Zach. c.* 3. *n.* 19.
o *in c.* 9. *n.* 56
p *Pſ.* 17. 37.
q *Pſ* 16 5.
r *Pſ.* 36. 23.
ſ *verſ.* 31.
t *Pſ.* 118. 33.
u *Pſ.* 89. 17.
x *Phil.* 3. 12 13.
y *Tim.* 4. 7.
z *Prov.* 19. 2

a *in Iſa.* 51
b *Pſ.* 50 17
c *Eccl.* 15 9
d *Pſ.* 49. 16.
e *Pſ.* 32. 1.
f *Iſa.* 51. 16
g *Ier.* 1. 9.
h *Matt.* 10. 20.
i *Pſ.* 67. 12.
k *Pſ.* 80. 11.
Predicationis authoritas quando concedenda.
l *Hom.* 1. 9. *in Ezech.*

conſternatum jacentemque imperavit Angelus *ſtare in gradu ſuo a*, jacentis habitum & cadentis, ad pœnitentiam pertinere præceptum ſurgendi ad conſolationem divini verbi, quo ad fortiora opera ſurgere jubeamur: quumque jam nos correxerimus, eam prædicantes, & alios levemus. Affert exemplum Sauli, qui dum ſuperbè Damaſcum pergeret, Redemptoris voce proſtratus jacuit; & non mox ut prædicaret quod viderat, audivit ſed jacenti dictum, ut ingrediens civitatem audiret quid eum *facere oporteret b*. Hinc planè conſtant, non Ruffinum, ſed multo juniorem Ruffino, auctorem eſſe Commentarii Pſalmorum qui Ruffino tribuitur: tranſcribit etiam Gregorium, ſicut & non rarò Auguſtin. Idem licet aſſerere de Hieronymo, qui hîc etiam uſurpat dictionem Gregorii; dum enim canticum novum interpretatur laudem Chriſti ait, *quia novus homo venit in mundum novam legem dedit mundo*. His ferè verbis utitur Gregorius *c* quadam homilia, ac alibi *d* Auguſt.

a Dan. 10 11

b Act. 9. 6. Commentarius in Pſal. falsò Ruffino adſcriptus Similis de Hier. ſententia, c Hom. 32. in Evang. d 3. conſ. duas Epiſt. Pelag.

Porro *canticum novum*, qui myſticum tradunt ſenſum, ad novum ſpectare teſtamentum volunt, in quo vetus exuitur homo *cum actibus ſuis e*: novus veri Dei cultus celebratur, loco vel falſorum deorum ſuperſtitionis, vel typicæ religionis ac vetuſtatis litteræ: novi de myſteriis divinis, ac de moribus magis diſerti ſermones habentur; non ampliùs de vanitatibus, & inſaniis falſis, ut poſtea dicitur. Præter hæc quæ tum à Latinis traduntur, quàm à Græcis, Heſychius, & Chryſoſtomus, *novum canticum* ajunt eſſe, quod nato Chriſto Angeli decantaverunt *f* Judæos illud minimè canere, ſed Eccleſiam quæ etiam id in ore habeat quotidiè. Hujuſmodi canticorum formulæ pro novi teſtamenti beneficiis extant apud Iſaiam *g*, & in Pſalmis noſtris permultis. Poſſumus & veluti Simeonis *canticum novum* appellare, cui bellè quadrant omnia ſuperiora iſtius Pſalmi: quia *expectans expectavit: & intendit illi Dominus, & eduxit de lacu miſeriæ & de luto fæcis*, hoc eſt, de corpore mortis hujus, in quo dimitti petebat: & ipſemet quem tenebat in ulnis, immiſit in os ejus illud canticum, carmenq; Cantamus, & pſallimus in cordibus noſtris Domino *b* novo regi, novæ legi, novis beneficiis; novo *quod creavit Dominus ſuper terram i*; *novis quæ elegit bellis k*, & ei qui *vicit mundum l*, & cui quatuor animalia, & 24. Seniores *m* atque centum quadraginta quatuor millia *canticum cantant novum n*, quippe qui *nova* fecerit *omnia o*, innovaverit *ſigna*, immutaverit *mirabilia* p, *novum vinum* q, *cor & ſpiritum novum* r, *nomen* ſ *novum*, *novam conſperſionem* ſive panem t, nova ſacramenta, novum ſacerdotium, novum regnum immenſæ repromiſſionis: lege Victorinum *u*. Novitatem iſtam lætitiæ, & cantici, pulſis atque rejectis veteribus næniis, & elegiis, aut etiam canticis ſcripturæ veteris, non tanti æſtimatis, quæ propter beneficia ferè terrena & temporalia celebrabantur, vel hæc certè nova adumbrabant: veſtes, albas, ac ſericas, Eccleſiæ miniſtrorum, ſolemnibus diebus natalis Domini, Reſurrectionis, Aſcenſionis, & ſimilitum., denotare Thomas notat. Hoc ea ἐπινίκιον triumphale, εὐχαριστήριον gratiarum actionis carmen.

c v. 12. & 260

h Eph. 5. 15. i Jer 31. 21. K Jud. 5. 8. l Joan. 16. 33. m Apoc. 5 9. n Apoc. 14. 5 o c. 21. 5. p Eccl. 36. 6. q Matt. 9. 17 r. 260. 9. ſ Ez. 36. 26. t Apo. 12. 17 u 1. Cor. 5. 7. μ in c. 5. Apoc.

Quamquam *novum canticum* ad litteram cenſeri quoque poteſt id quod tam gratum eſt, adeò ſuave, tantæ elegantiæ, ſententiis tantopere abundans, ut ſingulis repetitum diebus, horis omnibus cantatum, renovatum aſſiduè novum ſemper videatur, inauditum, inſolitum, admirabile dignum, quod quaſi nova & recenti alacritate, ſtudio cantuque concinatur, perinde ac ſi numquam antea cantatum eſſet, quo pacto charitatis mandatum *novum* appellabat *x* Chriſtus, non ſolùm quod ultimum id moriens *daret*. *Cantate Domino canticum novum*, inquit vates alibi *y*, *quia mirabilia fecit*: quaſi dicat, nova. Novus quidam cantor & citharœdus Chriſtus, ut ſcribit Clemens Alexandrinus *z*, tùm per ſe, tum per concionatores ſuos, concentus quadam ſuavitate traxit ora ad ſe, multò meliùs veriùſque quàm, ut fabulantur poetæ, Orpheus aliive manſuetas feras reddiderunt, attraxerint ſyſvas rupeſque. Feras, inquit, ſolus ipſe manſue fecit; volucrus quidem, ideſt, eos, qui ex ſe ipſis ſunt leves: ſerpentes, ideſt deceptores: leones, qui ad iram ſunt concitati: ſues, eos, qui ſunt voluptati dediti, lupos, eos qui ſunt rapaces: lapides etiam & ligna ad ſe traxit: ideſt, eos, qui lapides & ligna adorabant, & qui inſtar lapidum inſipientes erant, juxta illud Matthæi *n*: *Potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ*, ideſt, ex gentibus, qui lapidibus crediderunt. Has omnes immaniſſimas feras, & tales lapides, ipſe cœleſti cantu in manſuetos homines transformavit. Vide quantum potuerit *novum canticum*: homines ex lapidibus & homines fecit ex feris. Omnia iſta ſunt Clem. Alexan. Iſaiam *b* lege invitantem ad *canticum novum cantandum Domino*, poſteaquam dixerat, facta mentione mirificorum Chriſti operum *c*: *Quæ prima fuerunt, ecce venerunt: nova quoq;* ideſt, poſteriora & ventura, *ego annuntio, antequam oriantur, audita vobis faciam d*. Vidit & audivit Joannes *e eos qui viceranr beſtiam, & imaginem ejus, & numerum nominis ejus, ſtantes ſuper mare vitreum*, (ideſt, prope ac juxta,) *habentes citharas Dei: & cantantes canticum, Moyſis ſervi Dei, & canticum Agni*: ſed priùs quatenùs liberatio ab Antichriſto, & à mari peccatorum, ſimilis eſt liberationi Hebr. de manibus Pharaonis, & Ægyptiorum in rubro mari ſubmerſorum, quum idcirco Moſes canticum illud ſuum cantavit *f*. Eccleſia uſurpat quotidie cantica tria nova, Zachariæ, Matiæ, Simeonis, agendo gratias pro adventu Chriſti, omnibuſque beneficiis ejus: ita ut cenſeri poſſit quædam hac de re prædictio verbis iſtis contineri.

a c. 3. 9.

b c. 42. 10.

c v. 1. & ſeq. d v. 9. e Apo. 15. 2. 3

f Exod. 15. 1. Canticaab Eccleſia uſurpata.

Carmen Deo noſtro.) Hieronym. *laudem*, alia Pſalteria Latina, Caſſiodorus, Auguſtinus, *Hymnum*: quæ vox Græca in textu quoque Græco eſt. Hebræa autem תהלה *thehillah*, unde liber Pſalmorum inſcribitur תהלים ספר *ſepher thehillim*, ac fere ſynonym. ſunt ὕσμα & ὕμνος, *canticum*, & *carmen*, שיר *ſchir* תהלה *thehillah*, de quibus olim egimus. Unde non magis Chriſto, ut Deo, canticum convenit, & carmen ut homini, quàm vice verſa: vel illud ad laudem Dei, hoc ad inſtructionem proximi, quæ cum menſura fiat: vel primum eſt de futuris bonis, ſecundum de præſentibus, quæ tamen eſt Hugonis Cardinal. opinio. Vult Paulus *g*, ut doceamus, & commoneamus noſmetipſos *Pſalmis, hymnis, & canticis ſpiritualibus*.

g Coloſſ. 3. 16

Obſervat Ruffinus, nonnullis à Domino gratiam doctrinæ dari, ſed illos eamdem in ſuam propriam gloriam reflectere, atque ita canticum in ore percipere; ſed carmen, ideſt, laudem, Domino Deo noſtro de percepta gratia, reddere, contemnere fidem Domini prædicare, & inſuper ipſum devotè laudare, eſſe canticum, & carmen Deo noſtro cantare. Nec hymnum dicit Deo, aut honorificat ſacrificio laudis *h*, aut ab inimicis liberatur, laudando invocans Deum *i*; qui Deum invocat, ut premat inimicum, deque alieno gaudere vult malo, ſed hoc eſt, inquit Auguſtinus, malitiæ participem Deum facere *k*, ac reprehendere, qui potiùs jubet nos hac in re perfectos eſſe, ſicut eſt pater noſter *l*. Idem alio loco *m* explicans canticum Habacuc, & legens poſtrema verba, *ſuper excelſa imponet me ut vincam in cantico ejus*: illaque cum noſtris comparans, docet vincere in cantico Domini, qua placet in ejus laude, non ſua, ut *qui gloriatur in Domino glorietur n*.

Ruffini obſervatio.

g Pſ. 49. 14. i Pſ. 17. 4. K Pſ. 49. 21.

l Matt. 5. 48 m lib. 18. de civit. c. 31. §

n 1. Cor. 2. 31.

Videbunt multi & timebunt, & ſperabunt in Domino.) Auguſtinus, *videbunt juſti*: quod etiam pluribus verbis explicat vim faciens in vocabulo juſtorum, qui ſibi ad imitandum alios proponunt, ac in primis Chriſtum, ſtudentes etiam, & ipſi forma eſſe fidelibus. Sed nec Hebr. vox, nec favet Græca, πολλοὶ, & רבים *ralhim*, nec alium legi iſta utentem lectione. Porrò latis conſtat ſenſus, de bono exemplo, quod, audientes ab ipſo laude publica laudari Deũ ob accepta beneficia, capiant alii, & de ſpe quam concipiant propter providentiam Dei erga illum, illoſque qui ſperant in eum, vertentibus etiã adverſariis amplius ei nocere, nec non obſtupeſcentibus libetatum, & in priſtinum ſtatum reverſum, quem jam perditum crediderant: aut de conderſione infidelium, ob admirabilem vim prædicationis Evangelicæ, divinorumq; operum, quæ divino horrore compleant, & concutiant, ac efficiant ut abdicata vetere doctrina & vita, totos ſe dedant fidei, atq; ſanctis moribus, omnia ſua in Chriſtum plena fiducia projiciendo, idque tum adhuc ſuperſtite Chriſto, tum poſt aſcenſionem multo magis. Rectus ordo, ut priùs aperiantur cæcorum oculi, deinde timeant, poſtea quaſi reſpirantes ſperent. De Paſtoribus: quos nocte natalis Chriſti *claritas Dei circumfulſit, & timuerunt timore magno, & venerunt* ad eum *feſtinantes o*, & in ipſo tamquam in Domino ſperare

o Luc. 2. 20

cœpe-

cœperunt, Heſychius & Chryſoſtomus *a* intelligi putant poſſe: vel etiam de aliis qui prædicantibus Apoſtolis eodem ſe modo habuerunt *b*. De tempore adhuc viventis Chriſti teſtantur Evangelia timore magno correptos auditores ad miracula ipſius *c*: & ad verba *d*, ita ut dicerent *e*: *numquam ſic vidimus*, *f vidimus mirabilia hodie*, *numquam ſic locutus eſt homo*, *numquam ſic apparuit in Iſrael g*. Apollinarius explicat hæc dici optimè.

Ἀκδώτες δ' ἔρχοντ' ἐλπόντο τε ποιμένα πολλοί,
Metuentes videant, ſperentque Paſtorem multi.

Maxima in magnis viris vis eſt exempli, quod in iis edit Deus, aut eos convertendo, ut egregiè demonſtrat Auguſtinus *h*, agens de Rhetore Victorino; aut in graves calamitates cadere ſinendo, poſteaque liberando: ut de Tobia & Job, auctor libri Tobiæ *i* notat. De ſcripto Paulus idem gravi admodum oratione proteſtatur, idem de Petro, Matthæo, Zacchæo, Magdalena, Samaritana, latrone, & ſimilibus dici poteſt. Sed *ideo miſericordiam conſecutus ſum*, ait Apoſtolus *k*, *ut in me primo oſtenderet Chriſtus Jeſus omnem patientiam ad infirmationem eorum qui creditur iſunt illi in vitam æternam*. Etiam Saul inter prophetas *l*.

Verſ. 5.) Beatus vir, cujus eſt nomen Domini ſpes ejus, & non reſpexit in vanitates, & inſanias falſas.

VIdentes me adeo mirabiliter ereptum, tantiſque beneficiis affectum, ac te propterea reverentes, & in te conſtantiſſimè ſperantes, pronuntiabunt unà mecum, ac viciſſim ego cum ipſis, eorum ſpem, ut illi mecum approbans, hanc ſententiam: O quàm beatus, qui ſpem in Deo collocat, nec ut adeò multi faciunt, ſalutem expectat ex rebus planè inanibus, inutilibus & fatuis. Quemadmodum, ut docet Trevetus, Abſalon malis artibus ſolicitabat corda virorum Iſrael contra patrem ſuum *m*; & erexerat ſibi titulum eo adhuc vivente *n*. Talia certamina bellorum, inquit Ambroſius, in quibus pro temporali poſſeſſione ſanguis tantus effunditur: aut contentionum theatralium diſſenſiones: aut Circenſium plena furoris ſtudia: aut hæreticorum doctrina feralis: aut pſeudo prophetarum in modum oraculorum cœleſtium ſimulati geſtus, verba compoſita. Ruffinus, idola. Caſſiodorus præter hæc & Auguſtinus, aliique addunt res caducas: rurſuſque Ambroſius *o*. Lyranus, errores Judæorum: Græci, cunctas res creatas, maxime haſce inferiores; quæ teſte Salomone *p*, ſunt vanitas, quemadmodum & *homo* ipſe, *univerſa vanitas*, ut priore Pſalmo vidimus *q*: nominatim etiam idola & divinationem, ceteramque ſuperſtitionem, Chryſoſtomus *r*, Euthymius, Cyrillus, & Didymus, cum ſtudiis circa humanam vitam, falſas doctrinas & prophetias.

Beatus vir cujus eſt nomen Domini ſpes ejus.) Hieronymus, *quia poſuit Dominum confidentiam ſuam*. Pro שם *ſchem*, quod *nomen* ſignificat, legit Hieronym. שם *ſcham*, *poſuit ponere Dominum confidentiam*, *ſpemve*, eſt. hæc in illo ponere: *nomen Domini eſſe ſpem alicujus*, eſt, ipſummet Dominum ſperari, quia pro Domino *nomen Domini* ponitur. Vel *nomen Domini* invocatio Domini, quem qui invocat *ſalvus t erit*. Vel *nomen Domini* Chriſtus eſt, à quo denominamus Chriſtiani, novo nomine, ſicut & *cauticum novum* eſt de quo priùs, quod os Domini locum *u* eſt, quum non ſit *aliud nomen ſub cœlo*, *in quo oporteat nos ſalvos fieri u*; quam ſalutem vox etiam Jeſu importat. Euthymius credit hyperbaton hìc eſſe, ſic diſponendum, *beatus vir*, *cujus eſt ſpei nomen Domini ejus*. Si hoc non eſt; non eſt infrequens, ut pronomen, *ejus*, vacet ac redundet, ita ut inutilis annotatio ſit Hugonis aut Alenſis per *cujus*, Deum ut principium denotari: per *ejus*, ut finem. In alio Pſalmo *x* enumeratis antea vanitatibus, & inſaniis, quæ hìc ſubjiciuntur; *Beatum dixerunt*, inquit, *populum*, *cui hæc ſunt*: *beatus populus*, *cujus Dominus Deus ejus*. Item in 32. *y Beata gens*, *cujus eſt Dominus Deus ejus*, *populus quem elegit in hæreditatem ſibi*. Porrò ſic ſpe quis beatus dicitur, ut timore, fide, aliis virtutibus, quæ ſigillatim per ſe non ſufficiunt; requiruntur tamen ad acquirendam beatitudinem.

Et non reſpexit in vanitates, & inſanias falſas.) Hieronymus, *& non eſt averſus ad ſuperbias pompaſque mendacii*. Alii, *nec reſpexit ad ſuperbos*, ſeu non divertit, declinavit, deflexit, defecit, *nec ad declinantes ad mendacium*, ideſt, non eſt miratus, aut æmulatus, aut non imploravit opem præpotentum & magnatum, neque quæſivit auxilium, ſeu conſilium eorum, qui ſectantur mendacia, nempe humana omnia præſidia, & nominatim quoque incantationes, ac maleficas artes omnes, ſicut fecit Ochozias poſtea *z*, graviter ab Elia reprehenſus. Sunt תתכים *rehaüim*, *ſuperbi faſtuoſi*, *robuſti*. Unde Ægypti cognomen putant eſſe רהב *Rahab*, ob ſuperbiam, ſive propter vires roburque de quo ſuperbientem Prophetæ reprehendunt: & הרך *roheu*, *fortitudinem* ſignificat Pſ. 89. *a*. ubi legitur Græcè τὰ πλεῖον, Latinè, *amplius*. Uſi ſunt hoc loco LXX. abſtractis pro concretis. Denique per antitheſim vel antiphraſim, ea quæ maximè cenſentur apud homines robuſta, & in quibus præcipuè fidere licèret, comparata cum Deo, in quo ſpem locandam priùs dictum eſt, volerunt appellare vanitates, ſic videlicet Ægyptum cognominatam *Rahab*, ut dixi, in qua Hebræi plurimùm confidebant, Iſaias *b* appellat *umbram*, & in ea fiduciam vocat *fiduciam in umbra*, & quod fruſtra & vanè auxiliabitur. *Ideò clamavi ſuper hoc c*: inquit: *ſuperbia tantùm eſt*, *quieſce*, ubi eſt רחב *rahab*. Nominat præterea *baculum arundinem confractum d*. Exponunt etiam illud ex Pſ. 88. *e*. *Tu humiliaſti ſicut vulneratum*, *ſuberbum*, רהב *rahab*, ideſt, Ægyptum vel Pharaonem, quem Paraphraſtes ibi exprimit, ut omittam alia teſtimonia.

Docui priùs *vanitatis* nomen de idolis dici, ac deinde de cunctis rebus, quæ pertinent ad illa. Quæ appellantur *inſaniæ falſæ*, vel, ut Auguſtinus legit, *mendaces*, μανίαι ψευδεῖς, Hieronym. dixit *pompas mendacii*, fortaſſis intelligens, ἀδολομανίας ac δαιμονομανίας: quas profani vates apparatu tanto, ac veluti pompa, celebrabant, uſque ad inſaniam, quam exteriùs præferebant tamquam epileptici fanatici, energumeni, arreptitii: quales ἀπὸ τῆ μαίνεσθαι fatidicæ, ac fanaticæ Manades; & Bacchantes Bacchæ. Certè quod in Jeremia legimus: *clamate filiæ Rabbath*, *accingite vos ciliciis*, *plangite*, *& circuite per ſepes*, *quoniam Melchom in tranſmigrationem ducetur*: In quibuſdam codicibus Græcis aute, *plangite*, legitur, ἐπιλημπτεύσασθε. aut ἐπιληπτεύεσθε, ut in Complutenſibus & Regiis, ideſt, *tamquam epileptici æſtuate*, vel arreptitiosum in morem inſanite. Hoc autem in loco שטו כוב *ſate chazau*, ſive à שוט *ſut*, ſive שמה *ſatah*, ſignificare poteſt declinatores ad mendacrum, ideſt, mendaces, vel agitatores falſitatis & agitatos falſitatis, nempe qui furendo velut in vertiginem rotarentur, ac in orbem agitarentur. Sed & eamdem vocem שׂט *ſat*, quam hìc cum alia כוב *chazau* exponit R. Salomon, de declinatione à via recta poſt mendacium, quod fit idololatriæ, reperio in eodem ſenſu uſurpatam pro *cultu idololatriæ*, in Oſeæ *g*, *Victimas declinaſtis in profundum* שחטו העמיקו *ſetim hehhemiku*. Ubi etiam R. David explicat *declinantes*, qui colunt idola declinando à viis Domini; quemadmodum declinat uxor ſub viro ſuo: Et R. Abraham, colendo Baal. in Pſal. 100 *h facientes prævaricationes*, vel ut reddit Hieronymus, *declinationes*, dicuntur סטים *ſetim* per litteram ס *ſamech*, quæ idem valet quod ש *ſin*, cum puncto in cornu ſiniſtro.

Inſaniæ iſtæ ſunt meræ, falſæ, mendaces, pernicioſæ idololatrarum furentium, bacchantium, vel ſacrificando, vel choreas agitando, vel reſponſa dando. Revocari ad hoc poſſunt, qui tametſi verum colant Deum profana ſectantur, & uſurpant ea quæ *Gentes*, *quæ ignorant Deum i*, ducuntque *jugum cum infidelibus K*, & quum ſint *Dei templum*, habent cum idolis conſenſum, & convenire faciunt cum Chriſto Belial, tenebras cum luce *l*: tum verò diebus illis quæ à Bacchico illo ſacrilego furore etiam apud Chriſtianos *Bacchanalium* vocabulo nominantur. Hoc eſt *duobus* velle *Dominis ſervire m*: ut admonet Tertullianus *n*: & gaudere cum mundo *o* qui ſi de idololatris agitur, nullam, inquit, noſtram ſibi ſolemnitatem vendicant, &, aut ſit melior fides nationum in ſuam ſectam, quæ timent, ne Chriſtianæ videantur, quum nos ne ethnici pronuntiemur, non vereamur.

Idoli quamdam portionem aſſerit Ambroſ. *p*, inebriare vino mentem, ventrem cibo diſtendere, ſaltationibus mem-

a Hom. 2.
b Act. v. 37. 42. 43. c. 5. 13. c. 16. 26. & ſeq.
c Luc. 5. 26. c. 8. 37. 50. c. 9. 43.
d Luc. 2. 47. c. 4. 32. Ioan. 7. 46.
e Mar. 2. 12.
f Luc. 5. 26.
g Ioan. 7. 46.
h Matt 9. 33
i 8. Confeſſ. c. 2. 3. 4.
k cap. 2. 12.
l 1. Tim 1. 16
3. Reg. 19. 24
m 2 Reg. 15. 1. & ſeq.
n cap. 18. 18.
o 1. Offic. c. 49.
p Eccl. 1. 2.
q verſ. 6.
r Hom. 8.
s Rom. 10. 13.
t Iſa. 62. 2.
u Act. 4. 12.
x Pſ. 143. 12. uſque ad finem.
y verſ. 12.
z 4. Reg. 1. 2 & ſeq.
Ægypti cognomen, Rahab.
a verſ. 10.
b cap. 30. 2. 3
c verſ. 7.
d cap. 36 6.
e verſ. 11.
f cap. 49. 3.
g cap. 5. 2.
h verſ. 3.
i 1. Theſſ. 4. 5.
K 2. Cor. 6. 14
l verſ. 14. 15.
m Matt. 6. 24
n de idolol. c. 11. de ſpect. cap. 26.
o Ioan. 16. 20
p ſerm 17. de Kalend. Ian.

membra torquere. Si nos ſumus *templum Dei* a, cur in templo Dei colitur, inquit feſtivitas idolorum? Cur ubi Chriſtus habitat, qui eſt abſtinentia, temperantia, caſtitas, inducitur comeſſatio, ebrietas, atque laſcivia: Exprobrabant Scythæ Græcis, ac vitio vertebant, ut Herodotus b prodidit, cultum ejus Dei, qui adigeret in inſaniam colentes, immo incredibilia negabant Deum inveniſſe: à quo id fieret Deum illum hoc eſt, Bacchum, vocavere oblivionis filium: Plutarchus mavult, patrem e. Nec enim niſi ab oblitis ſe eſſe homines, rite colitur, hancque ipſe oblivionem inducit. Dominus ipſe oblivionem ſui exprobans Iſraeli, cauſſam plenitudini reputat d, ut obſervat Tertullianus e. Non ſunt hæc ludicra, ait Chryſologus f, ſunt crimina. Quis de impietate ludit, de ſacrilegio quis jocatur, piaculum quis dicit riſum? &c. nemo cum ſerpente ſecurus ludit, nemo cum diabolo jocatur impune. In exorciſmo, quum, ut ſcribit idem Tertullianus g, oneraretur immundus ſpiritus, qui fœminam in theatro ſubierat; conſtanter & juſtiſſimè feciſſe reſpondit, qui in ſuo eam inveniſſet. *Delectat Deus nos in factura ſua, & in operibus manuum ſuarum*, at *vir inſipiens*, iis abutus, *non cognoſcit* h, *nec ſtultus intelligit*: Deum ventrem facit i inimicus crucis Chriſti; illi, ut falsè contra Catholicos, quos vocat Pſychicos & animales, ſed verè contra malos, deſcribit Tertullianus k; pulmo templum: aqualicus altare: ſacerdos coquus: Sanctus ſpiritus nidor: condimenta chariſmata: Ructus propheta vetus: agape in cacabis feruet: fides in culinis calet: ſpes in ferculis jacet, Inſaniam ego aliam (ut Gentilitias omittam innumerabiles) in perſonatis ac larvatis Chriſtianis deprehendo, (ut etiam nunc non doceam quanta inſit in omni peccato inſania) planè falſam, & fallentem; ſed & quandoque non minùs noxiam, quam fere fuit Commodo Materni larva in ludis matris Deum, Herod. teſte l, & Chriſtianis in Bacchanalibus larvæ Gentilium, vel in Lupercalibus, ut meminit Tertullianus m. Inſanus es, quòd ſicut hominum, larva tectus, ita Dei tibi videris oculos effugere, vitare conſpectum: *Inſanias falſas* Auctor de rectitudine Catholicæ converſationis apud Auguſtinum n, exponit eſſe ſuperſtitioſas obſervationes: verus autem Auguſtinus o, de irriſionibus, quibus impii pios excipiunt.

Inſaniam improbi putant, & vocant juſtorum vitam: ſicut p Achis Davidem ſimulantem ſapienter inſaniam, inſanum q: & alii filium de filiis prophetarum, quem Eliſeus miſerat ad Jehu r, nominaverunt. Sunt, & veræ inſaniæ, ait Ambroſius, & forſitan prophetarum, qui in exceſſu mentis poſiti prophetabant, repleti Dei ſpiritu, ut quibuſdam inſanire viderentur, quum propriè ſalutis immemores, nudi plerumque, & excalceati, ſicut Iſaias ſanctus ſ, per populos currerent, vociferantes, non quæ ipſi vellent, ſed quæ à Domino juberentur: Voluiſſe quoque Deum *per ſtultitiam prædicationis* agnoſci t. *Nos ſtulti propter Chriſtum*, ait Paulus u: & *ſtultam fecit Deus ſapientiam hujus mundi* x, *ſtulta* eligens *mundi* y, volens eum qui *ſapiens eſt in hoc ſæculo, ſtultum fieri ut ſit ſapiens* z. Graviſſimum ſupplicium, quando ſinit Deus *prophetam ſtultum* evadere, & *inſanum virum ſpiritualem* a. *O inſenſati; qui vos faſcinavit, veritati non obedire* b? *Uſque quo gravi corde? ut quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium* c? *quouſque parvuli in fantiam diligetis* d? *fallacia divitiarum ſuffocat* ſemen bonum e. Phrenenſis remedio iſta caret humano: bonus Deus; orate phrenetici pro illo, inquit Auguſtinus imitans medicum de phrenetico deſperantem, & hoc ipſum adſtantibus dicentem, *Dum latantur, inſanium* f. *Congregamini ſuper montes Samariæ, & videte inſanias multas in medio ejus* g.

Verſ. 6.) Multa feciſti tu Domine Deus meus mirabilia tua, & cogitationibus tuis non eſt qui ſimilis ſit tibi.

Annuntiavi & locutus ſum: multiplicati ſunt ſuper numerum.

SAtis mihi compertum ac perſuaſum eſt, in uno te ſpẽ dumtaxat locandam, cetera qui curet, vanum, & A inſanum eſſe, nec Deorum cultum, nec per ſe ſolam legem veterem valere. Si quis attendat ad opera tua multa & magna, quæ omni tempore feciſti, intelliget profectò non eſſe ſimilem tibi *in Diis*: nec *ſecundùm opera tua* h: non angelum: non dæmonem: non hominem adeò ſagacem, ſollertem, ſapientem, prudentem, qui illa ratione conferri valeat *cum magnis operibus* tuis, *exquiſitis in omnes voluntates tuas* i, hoc eſt, quæ ſunt comprehenſa, quia tu vis, ita ut ratio tota facti ſit voluntas faventis, quæ ſe non alligat creaturis, vel ordini naturæ, ſed hæc etiam repugnante quævis facit: nullum in nubibus æquari, neminem tibi ſimilem *in filiis Dei* eſſe k. Quòd ſi conor, ut interdum facio, de cogitationibus illis tuis, ſive de operibus excogitatè, hoc eſt, arte ac ſapientia ſumma factis, differere apud alios, eaque celebrare, longè imparem me tantæ rei deprehendo, quum ſint hujuſmodi opera innumerabilia, & quamvis infinitos conquiram, quibuſcum ea tractem, adhuc ideo ſi creſcant in infinitum, ſemper ſupereſſe quæ ſingulis de novo dicantur; nec ullum eſſe, qui comprehendere valeat. B Comprehendi ſimul multiplicationem hominum, ſimul cogitationum divinarum, propter diverſitatem lectionum, de qua poſtea, ubi etiam de myſtico ſenſu, putat Cajetanus, poſt enumerata beneficia cœli ex adventu Chriſti, quæ ipſe diſtinguit in præcedentibus verſibus; excuſare ſe Prophetam ab enumerationem aliorum, ne quis numerata omnia putet, idque utendo apoſtrophe ad Deum.

Multa feciſti tu Domine Deus meus mirabilia tua.) Addit Chald. נסיא *niſaia* Sym. θαυμάσια uſurpat τεράστια, *prodigia*. Exponuntur paſſim iſta de mirificis operibus omnipotentiæ Dei, maximè circa providam ſuorum curam in vetere teſtamento, ſed multo magis in novo, per procuratam omnium Gentium ſalutem, tot ac tantis editis miraculis à Chriſto, & à diſcipulis ſupra quæ opera cuncta, eſt ipſummet opus incarnationis. Poteſt quivis facilè per ſe inductionem conficere præcipuorum divinorum operum. Nomen Dei eſt *mirabile* l, *admirabiliſque* dicitur m, & quidem præcipuè quum agatur de illo, ut eſt liberator, ac redemptor, cujus per hanc C occaſionem in ſcripturis creberrimè appellantur *opera mirabilia*. *Facit magna & inſcrutabilia & admirabilia abſque numero* n, *magna & incomprenſibilia, & mirabilia quorum non eſt numerus* o; magnus & *facies mirabilia Deus ſolus, nec illi ſimilis in diis, nequè ſecundùm opera ejus* p: denique *mirabilis facta eſt ſcientia ejus*, ideſt, de illo, ex nobis, hoc eſt, præ nobis, *confortata eſt*, & *non poterimus ad eam* q; *mirabilia opera* ipſius, & *anima cognoſcet nimis* r.

Ipſamet naturæ opera omni admiratione digna eſſe, ac majore etiam quàm quæ vocantur miracula; ſed viſu, uſu, aſſiduitate quotidiana vileſcere docet Gregorius ſ, & Auguſtinus t, & Philo u, & penè neminem dignari ea attendere, ſolumque curare inſolita, rara præter uſitatum curſum, ordinemque naturæ: mira eſſe omnia quæ mirari homines negligunt, qui ad conſiderandum uſu torpeſcunt. Baſilius x, exemplo formicæ convincit Eunomium, cujus de compoſitione partium reddere rationem quum nequiret, de myſteriis divinis temerè multa ſentiret, quaſi comprehendere ſe putaret. Hugo y ſanD cti Victoris notat, omnia quæ ſunt, Deum feciſſe: & tamen illa ſpecialiter dici feciſſe, per quæ homo ad Deum revocatur: illa mirabilia quaſi non ſua feciſſe, quorum admiratio humanam mentem ab amore ipſius avertit: illa mirabilia, quæ hominem ad amorem Dei revocant, quia nos illius faciunt, quodam ſingulari privilegio, ejus dici poſſe: talia eſſe opera reſtaurationis noſtræ: quæ ne in eis faſtidium metuas, multa ſunt numero; & ne facilitatem contemnas, profunda in ſacramento (id ſignificat quod ſequitur, *cogitationibus tuis non eſt qui ſimilis ſit tibi*) ut & multitudo mirabilium varietate delectationem afferat. & profunditas exercitationem. Sic ferè ille ad verbum.

Et cogitationibus tuis non eſt qui ſimilis ſit tibi.) Hieronymus, & *cogitationes tuas pro nobis*, nempe, feciſti: non invenio ordinem coram te. Caſſiod. *non eſt qui ſimilis tibi*: Pſalterium Romanum, *non eſt quis ſimilis tibi* Chald. & *cogitationes tua nobiſcum*, aut, *verſus nos*, לוחכא ורעוחר *ureutacha: leuathana*. Tum ſubdit, *impoſſibile eſt ad te ordinare laudem tuam*. Alii ex Hebræo, & *cogitationes ſuas erga nos nemo eſt qui ordinare* ſcilicet poſſit

2 *Cor.* 6. 15. Exprobratio Scytarũ Græcis facta de cultu Bacchi.
b *lib.* 4.
c 2. *Sympo.* 6 *qu.* 5.
d *Deut.* 32. 15.
e *de jejun.* c. 6.
f *Serm.* 155.
g *de ſpect.* c. 26.
h *Pſ.* 91. 5. 7
i *Phil* 3. 19.
k *de jejun.* c. 16. & 17.
l *lib.* 1.
m *Apol.* c. 37
n *Hom.* 9. *ex* 20.
o 8. *Conf.* c. 2
p *Sap.* 5. 4.
q 1 *Reg.* 21. 14.
r 4. *Reg.* 9. 12
ſ *Iſa.* 20. 2.
t 1. *Cor.* 1. 21 & 1. 4. 10.
u 1. *Cor.* 1. 20
x *verſ.* 27.
y *cap.* 3. 18.
z *Oſea* 9. 7.
a *Gal.* 3. 1.
b *Pſ.* 4. 3.
c *Prov.* 1. 22
d *Matth.* 13. 22.
g *Sap* 14. 28 *Amos* 3. 9.

h *Pſ.* 85. 8
i *Pſ.* 1110. 2.
k *Pſ.* 88. 7.
l *Iud.* 13. 18. *Iſa.* 8. 2. 10.
m *Iſa.* 9. 6.
n *Iob.* 5. 9.
o *cap.* 9. 10.
p *Pſ.* 85. 8. 10
q *Pſ.* 138. 6.
r *verſ.* 14. Maturæ opera quanta admiratione digna.
ſ 6. *Mor.* c. 7
t *Tract.* 24. *in Ioan.*
u *de vita Moyſis*.
x *Epiſt.* 268.
y *Annot. in Pſ.* c. 49.

ſit tibi; hoc eſt, non poteſt iniri earum ratio, ut à te proficiscantur; non eſt qui pertingat ad te: non eſt proportio ad te; non eſt comparatio: tibi nequeunt æſtimari, ſed nec recenſeri; ac veluti coram te in ordinem redigi, carent exemplo: nequimus intelligere quantum tibi debeamus pro illis: vel non eſt iis ordo, aſſimilatio, numerus, modus, ſunt inæſtimabiles, incomparabiles, innumerabiles, inimitabiles. Vel *non eſt qui ordinet ad te*, ideſt gloriam tuam, ſed plurimi abutuntur beneficiis tuis, ut explicat Clarius. Hebræa ſic habent שכותר אליכר איערך ומח *omachſe heuot hecha elenu en hharoch*. Symmachus autem ita convertit, καὶ τὰς διαλογισμὰς σῦ τὰς ὑπὲρ ἡμῶν οὐκ ἐκδέδαι ἐπὶ σοῦ, vel, ἐκδέδαι σοὶ, *Et cogitationes tuas pro nobis non eſt exponere ſuper te*, vel, *tibi*, vel, *de te*. In Pſalmo 138. *a* quod legimus, *mihi autem nimis honorificati ſunt amici tui Deus, nimis confirmatus eſt principatus eorum*, ſic aliqui reddunt, ex Hebræo *b*; *Ceterùm ò Deus quàm paucas cogitationes aſſequor, & grandes ſumma excreſcunt*. Vel, *quàm eximia ſunt apud me cogitationes tuæ, & quàm multa ſumma aut capita earum*. Nempe adeo ſunt eximia conſilia tua, tam exquiſitæ rationes agendi, quas in opere hominis declaras curaque illius: quem ſcilicet tanti facis, ut eas numero complecti nequeam. Id aliis Apoſtolus dicit verbis; *c; O altitudo divitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei: quàm incomprehenſibilia ſunt judicia ejus, & inveſtigabiles viæ ejus*! Plus debemus huic, ut ita dicam, ſtudioſæ cogitationi Dei tam multiplici, & amori adeò ſingulari, qui videtur quodammodo ſollertiam excitare amantis Dei; quàm rebus factiſque quamlibet magnis. Notavit id hoc loco Cajetanus pro *mirabilibus*, ſupra legens *ſeparata*. Hebræa vox נפלאה *niphleth*, utrumque valet, ut aliàs dixi. Comas capitis ſponſi ſponſæ ſimiles facit nigredini *d* corvi *d* propter cogitationum ipſius obſcuritatem. *Nec enim cogitationes meæ*, ait Deus *e*, *cogitationes veſtræ; ſed ſicut exaltantur cœli à terra, ſic exaltatæ ſunt cogitationes meæ à cogitationibus veſtris*. Corvus præter nigredinem nativam eruit etiam oculos aliis *f*, quòd non ferat reſultantem in iis imaginem ſuam. Non patitur Deus oculis creatis comprehendi; extrahit oculos iſtos naturales circa myſteria ſua, exigens fidem, quia cogitationibus ejus non eſt qui ſimilis ſit illi. Poſtremò *recedent vetera de ore noſtro* (faceſſant alia) *Deus ſcientiarum Dominus eſt*, ſcit omnia, ne eum quid latet, *& ipſi præparantur cogitationes g* עללות *hhaliloth*, ἐπιτηδεύματα, *quæ cogitat*, ac veluti *ſtudia ejus*, perficit quod læpè homines non poſſunt: vel horum cogitationes, ſtudiave in numerato habet, novit corda omnia vafra aſtutaque conſilia: comprehendit ſapientes in aſtutia, ipſe à nemine comprehenſus. Quis enim novit ſenſum Domini, *aut quis conſiliarius ejus fuit h*? ſed Annæ ante recitata verba, hæc alia habet *i*, *Non eſt ſanctus ut Deus; neque enim eſt alius extra te; & non eſt fortis, ſicut Deus noſter*.

Annuntiavi, & locutus ſum, multiplicati ſunt ſuper numerum.) Hieronymus, *ſi narrare voluero, & numerare; plura ſunt, quam ut enarrari queant*. Eodem pacto Symmachus, ἐὰν ἀπαγγέλλω καταγγέλλω πλείω ἐςὶν τοῦ δηγήσασθαι, *ſi annuntiem enuntiem, plura ſunt quàm ut exponantur*. Hieronymus neutro genere, & Symmachus, intelligunt opera mirabilia, cum cogitationibus, de quibus proximè facta mentio. Verbum ἐπληθύνθησαν quo utuntur LXX. reddi potuit etiam neutraliter, *multiplicata ſunt*; aut in maſculino referri ad nomen διαλογισμῶν quidem generis, exprimique fœmineo genere. Lindanus legit *multiplicata*, Janſenius, *multiplicatæ*, & Iſidorus, Clavius ac Lyranus litteram ſuſpicantur corruptam vitio ſcriptorum, pro *multiplicata*, vel retenta lectione noſtra ſupplendum eſſe, *multiplicati ſunt effectus mirabilium tuorum*. Jacobus de Valentia exponit multiplicatos ſuper numerum ſermones & libros, ad cogitandum & explicandum tam alta & profunda myſteria: nec ſufficere infinitos ſermones, doctores, libros; quia ut prædixit Daniel *k*, *pertranſibunt plurimi, & multiplex erit ſcientia*: & Joannes *l* ſcripſit, nec ipſum arbitrari ſe *mundum caperepoſſe eos qui* de rebus Chriſti *ſcribendi eſſent, libros*. Genebrardus credit eſſe enallagen generis, *multiplicati ſunt cogitatus tui*, pro, cogitationes multiplicatæ, & per zeugma comprehendi etiam mirabilia opera multiplicata. Affert exempla enallages ex Pſalmo 131. *m Ecce audivimus eum in Ephrata*, pro, Aeum locum, de quo antè, *donec inveniam locum Domino*, vel, id tabernaculum, *tabernaculum Deo Jacob*. Græci Enarratores de multitudine mirabilium operum cogitationumque paſſim interpretantur, & Apollinarius in metaphraſi.

Ἀγγέλλων κατέλεξα ὑπὲρ πλέον ἔστιν ἀριθμῶν.
Annuntians dixi quæ plus ſint numeris.

Latini ferè explicant de prædicatione Evangelica, per quam Chriſtus, quod antè annuntiaverunt Prophetæ, (Caſſiodorus *annuntiationem* pro prædictione ſumit, quam tamen nec Græcum ἀπαγγέλλειν, nec Hebr. נגד *negad*, importat) ipſemet locutus ſit, ac ſui poſtea diſcipuli: ſed Ambroſius *multiplicationem* ſimpliciter accipit de credentium multitudine: Auguſtin. *n* & ceteri, hos electorum numerum ſuperaſſe. Alium præterea dicendi modum innuit Thomas, multiplicatos improbos etiam infideles, eguiſſe prædicatione, quia *ſtultorum infinitus numerus o*; *& multi per viam intrant perditionis p*.

Placet mihi maximè Ambroſii ſententia, quam ſequitur quoque Thomas: nam ſimplicior eſt, nec oportet ut exceſſum ſupra numerum intelligamus, non nihil violenti, de numero electorum, quod placuit tamen etiam Gregorio *q*, & confirmat alia ſermonis formula in Jeremia *r*, *Ædificabitur civitas Domino à turre Hananeel uſque ad portam anguli, & exibit ultra normam menſuræ*, ideſt, normam juſtitiæ tranſeuntes, nec intra menſuræ cœleſtis numerum exiſtentes. Atqui legimus etiam *ſuper arenam multiplicatos* amicos Dei *ſ*: & vidit Joannes *t* electorum *turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat*. In hoc quidem ſtudio temporali currunt multi, ſed *unus accipit bravium u*: in ſpirituali quotquot perſeveranter current, accipiunt, licèt qui prior venit, expectet, ut cum poſteriori coronetur, inquit Auguſtinus *x*, videlicet corona etiam immortalitatis in corpore. Quamquam non contendo de ſola electorum innumerabili multitudine ſermonem eſſe, verùm de omnibus qui credunt Evangelio, & profitentur Chriſti religionem: qui abſque comparatione multo plures ſunt quàm qui pertinebant ad Synagogam. Addidit Dominus ad numerum illa *millia milliumy*: & *multi filii deſertæ magis, quàm ejus, quæ habet virum z*.

Docet Auguſtinus in Geneſim quæſtionibus *a*, *ſuper numerum* dici quod copia ſua nomen numeri omnis uſitati excedit, quum fieri non poſſit, ut quantumlibet magnæ, finitæ tamen, multitudinis numerus non ſit. Denique Catholica Eccleſia eſt, generalitate, ac univerſalitate perſonarum, & locorum: quæ una de potiſſimis notis ejus, ac de argumentis religionis noſtræ. Retineatur editio noſtra, quam reprehendunt ſanè immeritò, Folengius, Bredembachius, Eugubinus, Faber. Cæcus, & alii. Nec non etiam, de Chriſto accipiendo, intelligi ſimul poteſt, ſecutas eum turbas multas *b*, ut narrant Evangelia, licèt fixi certique diſcipuli illo vivente haud adeo multi eſſent. Sed in multiplicatis iſtis, non eſt *magnificata lætitia c*, nec in pluribus eorum *beneplacitum eſt eid*. Poſt mortem & aſcenſionem quum exurrexit, *in præcepto ſuo, Synagoga populorum* ſecuta eſt illum *e*. Aquilam ferunt *f*, quam capit prædam non ſolam comedere, ſed ſe ſequentibus avibus facere communem: eaque de cauſſa plures eam ſequi aves, prædæ portionem expectantes. Nobiliſſimam aquilam Chriſtum nihil mirum, ſi amore tantæ prædæ, hoc eſt, gratiæ ac gloriæ tantæ quam aliis meruit, ſecuti ſint adeo multi. Nam ab aquila femeſa putido halitu inficiunt, ſolaque ea præda prodeſt, quam propter ceterum pondus portare non valens, abiicit *g*, aut præ ira colluctando, dimittere cogitur *h*. Ut non aquilam volucrem poſſis appellare liberalem, ſed voracem & crudelem, noxiam.

a verſ. 17. *b Vatablus, Campenſis, Felix, Eugubinus.*

c Rom. 11. 33.

d Cant. 5. 11. *e Iſa 55. 8. 9*

f Prov. 30. 17

g 1. Reg. 2. 3.

h Iſa. 40 13. *i 1. Reg. 2. 2*

k cap 12. 4. *Ieremi. 25.*

m verſ. 6.

n Hic & 18 de Civ. c. 49.

o Eccl 1. 15. *p Matt. 7. 13*

q 25. Mor. c. 8. vel 10. *r c. 31. 38.*

ſ Pſ. 138. 18. *t Apoc. 7. 9.*

u 1. Cor. 9. 24

x Hic & de ſpir., & lit. c. 36.

y Deut. 1. 11 *z Iſa. 54. 1.* *a qu. 37.*

Potiſſima religionis Catholicæ nota.

b Matt 8 1. c. 14 13. c. 15 30. *c Iſa. 9. 3.* *d 1. Cor. 10 5* *e Pſ. 7. 8.* *f Abulenſ in Lev. c. 11. q. 24. citans Plinium.* Aquilam ceteræ aves cur ſequantur.

g Ælian. lib. 2. de anima cap. 40. *h Arunc. de animal.*

Verſ. 7.) Sacrificium & oblationem noluiſti : aures autem perfeciſti mihi.
Holocauſtum & pro peccato non poſtulaſti.

Verſ. 8.) Tunc dixi : Ecce venio : In capite libri ſcriptum eſt de me.

Verſ. 9.) Ut facerem voluntatem tuam : Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.

PRo tam multis mirabilibus illis verbis tuis, ò Deus, proque intimis illis adeo benevolis, & accuratis cogitationibus, quarum ego atque alii permulti tantùm ſæpè percepimus fructum, non ſic tibi placent, vel etiam non ita exigis, ſacrificia pacifica, oblationes libaminum, aliarumve rerum : holocauſta & victimas pro peccatis quæ ingrati committimus, ſicut apertas voluntati ac præceptis tuis aures, ut hæc intelligamus, & exequamur : quod mihi, ut facerem magno munere tuo conceſſum vehementer gratulor : atque idcircò paratiſſimum me ad tibi parendum exhibeo ; quum intelligam legis tuæ in eo ſummam eſſe, hucque quidquid in illa ceteriſque voluminibus divinis continetur, ſpectare, ut, inquam, ſanctiſſimam voluntatem tuam exactè perficiamus : porro quemadmodum hactenus tota voluntatis propenſione volui, ac intimæ menti meæ meditandam, ac ſervandam legem tuam condidi, efficiam in poſterum id magis magiſque, utpote rem omni meliorem ſacrificio, tibique longè gratiorem, qui te dixiſti obedientiam velle *non ſacrificium* a, hoc eſt, illam potiùs, quàm iſtud. Hoc ad litteram proximè ac immediatè. Verùm David, cui perſpectum erat *de fructu ventris* ſui *ponendum* Meſſiam ſive Chriſtum, *ſuper ſedem ſuam* b, ut regnaret c ſpiritualiter : ita nunc hic loquitur, ut iſtius filii ſui uſurpet verba, perinde, ac Petrus d recitans ex Pſalmo 15. e, *non derelinques animam meam in inferno, nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem*, ratiocinatur f : quòd propheta quum eſſet & ſciret, quia jurejurando juraſſet illi Deus de fructu lumbi ejus ſedere *ſuper ſedem ejus* g, providens locutus eſt de reſurrectione Chriſti, quia nec derelictus eſt in inferno ; neque caro vidit corruptionem. Igitur ubi David prioribus Pſalmi verſibus de ſuis locutus eſt malis, à quibus ipſum Deus expectatus ſperatuſque liberaverit : propter quod experimentum liberandum ſe adhuc ab aliis confidat : & poſtquam ſe maximis plurimiſque obligatum Dei beneficiis profeſſus eſt : nunc hoc ita clariùs exprimit, ut aſſerat, nec ſe, nec pro ſuis ullum alium hominem beneficiis gratiam Deo reddere, atque ſatisfacere poſſe. Quare inducit filium ſuum, ſecundùm carnem, Chriſtum, qui ſimul idem Deus futurus erat ; promptè atque infinita cæcitate ſeſe offerentem Patri Deo in victimam, & ad obſequendum ipſius voluntati, qua non ſolùm pro dictis beneficiis gratiam ſufficientem exigebat, & vicem ; per modum Euchariſtici ſacrificii ſive laudis : verùm etiam ſatisfactionem exactam ſub vera ratione, ac perfecta ſacrificii expiatorii ſive ſalutis pro peccatis generis humani. Eadem autem ſimul opera inſerit David ſummi hujus ac inæſtimabilis mentionem beneficii, quia priùs universè dixerat Dei beneficio opera in nos multa, & mirabilia, & cogitationibus non eſſe ei ſimilem : neque qui animo comprehendere, aut vel numerando percenſere poſſet. Nam ex hoc quaſi fonte Dominicæ incarnationis prodeunt infinita, & maxima quævis alia beneficia.

Sententiam iſtam, ut à me quàm fieri potuit breviſſimè perſtricta eſt, non ſolùm Catholici cuncti amplectuntur, & in Commentariis præſentis loci, & alibi, juſtiſſimè ſpretis Hebræis, eorumque fautoribus ab illa diſſidentibus, vel deſcendentibus : ſed quod plurimi refert ; Paulus *h* eamdem elicit ſimili prorſus ratione, qua Petrum retuli uſum in alterius Pſal. expoſitione de Chriſto. Legendi attentè Pauli ad Hebræos Epiſtolæ decimi capitis verſus primi decem, quos non hic pono, quia ſunt præ manibus. Docet quum legis veteris ſacrificia ad redimenda peccata nihil haberent virium, Chriſtum corpus induiſſe, illudque ipſum quod aſſumpſerat corpus obtuliſſe Patri, & ſanguine ſuo non modò præteritorum, ſed futurorum quoque ſæculorum peccata expiaviſſe. Sed expendenda ſingula.

Sacrificium & oblationem noluiſti.) Hieronymus, *victimam & oblationem noluiſti*. Apud Trevetum, *victima, & oblatione non indiges*. In Epiſtola ad Hebræos *hoſtiam & oblationem noluiſti*. Utrobique Græcè eſt, θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας. Sed in Epiſt. ad Hebræos effert Syra interpretatio numero plurali רכהא וקורבי *deuehe vekureuane*, *victimas, & oblationes*. Idem verò Paulus ait, quòd *ingrediens mundum*, (Chriſtus) hæc & ſequentia dixit, nimirum quam primùm conceptus eſt in utero matris, parans ingreſſum in mundum per nativitatem & egreſſum ex utero. Significat εἰσερχόμενος, tum *ingredientem* ſeu *ingredi parantem*, tum *ingreſſurum*, quemadmodum ἐρχόμενος non modò *venientem*, ideſt, venire parantem, ſed venturum etiam ; quo pacto vertitur apud Matthæum *k* ; *tu es qui venturus es?* ὁ ἐρχόμενος *Venire* dicitur homo *in mundum* l quando *naſcitur* m ; licèt enim conceptus jam exiſtat in mundo, quia latet intra matris uterum, nec ſeparatim à matre, idem adhuc æſtimatur cum illa, nec adhuc libera fruitur luce mundi. Ceteri homines non ita cenſentur propriè dum naſcuntur, *ingredi mundum*, quia extrahuntur obſtetricis opera : Chriſtus ſolus libera conceptus natuſque voluntate, & prodiens tamquam *ſponſus de thalamo* abſque ullo adminiculo, & ſine clauſtri materni violatione, cenſetur ingredi & egredi.

Sacrificium.) זנח *zeuach*, ſicut & victima atque hoſtia mactationem ſanguinemque importat, & ex eo licebat veſci tum ſacerdotibus, tum populo ; pars cedebat Deo : *oblatio* προσδοζὰ מנחה *minchah*, unde haud ſatis aptè derivant nomen *miſſa*, donum conſtans ſimilia oleo olivarum permiſta, ſeu farinaceum munus, cujus plures in vitico *o* ſpecies diſtinguuntur. Græcè, σπονδὴ, præterea ideſt, *libamen*. dicebatur ; generalior autem oblatio vocatur קרבן *korban*. Sed voces confunduntur aliquando, ita ut panibus etiam ſacrificii vox quandoque tribuatur *p*. In Pſal. 19. *q memor ſit omnis ſacrificii tui*, eſt θυσία מנחה *minchah*. Apollinarius hoc loco expoſuit δῶρα ὑπὲρ ἁμαρτιῶν, &, θυσίαν *dona pro peccato*, & *ſacrificium*. Cujuſvis pars ſacrificii quatenus cedebat Deo, dici προσφορά poterat, ideſt, *oblatio*.

Quæſtio autem gravis fieri ſolet, quomodo Deus noluerit ſacrificia & oblationes : & ſimul ad quæſtionem expediendam proferuntur ſimilia teſtimonia ; ut *r*, utique *holocauſtis non delectaberis* ; & *ſ miſericordiam volui, & non ſacrificium* : *& numquid manducabo carnes* t *taurorum, aut ſanguinem hircorum potabo?* & *ſanguinem vitulorum, & agnorum, & hircorum nolui* u ; *quum veneritis ante conſpectum meum quis quæſivit de manibus veſtris?* &, *holocauſtomata veſtra addite victimis veſtris, & comedite carnes* : *quia non ſum locutus cum patribus veſtris, & non præcepi eis, in die qua eduxi vos de terra Ægypti, de verbo holocauſtomatum, & victimarum* ; & *ego dedi eis præcepta non bona, & judicia, in quibus non vivent* x. y. His & ſimilibus locis uno cum Patrum nonnullorum teſtimoniis, qui videntur aſſerere, ſacrificia permiſſa tantùm à Deo fuiſſe ut minùs mala, & ad arcendum idololatriæ periculum, quamdiù in Ægypto verſantes Hebræi facilè ſectati eſſent ; non autem imperata per ſe, vel grata extitiſſe : reſpondetur immò verò Deo placuiſſe, & ea Deum etiam præcepiſſe. Ante legem ſcriptam conſtat, Abelis z. Noe *a* ut omittam incruentum ſacrificium Melchiſedech *b*, Abrahæ *c*, Deum ſacrificia approbaſſe. Eccleſia teſtatur in canone miſſæ accepta habuiſſe ac ultimò etiam imperaſſe *d*. In lege tam accuratè & diſtinctè perſcripſit Deus de Ceremoniis *e*, & violatores punivit *f* : quod eſt ſanè plusquàm dumtaxat permittere, & odorem ſacrificii ſuaviſſimum appellavit *g*. Præter idololatriæ periculum vitandum, quam non negamus unam ſacrificiorum etiam percipiendorum honeſtam in lege cauſſam : ſicut una matrimonii cauſſa eſt vitatio fornicationis : fuit tum præſignificatio, ac præfiguratio ſacrificii illius maximi prò nobis in cruce offerendi : tum figurata etiam quædam inſtitutio morum noſtrorum, tum cultus Dei per ejuſmodi externas ei res oblatas atque ſacrificatas, quemadmodum & per tot ceremonialia ac judicialia præcepta : quare ſicut hæc longiùs referebantur ad Chriſtum, & legem novam ; ita & ſacrificiorum ritus ; ita ut lex bona eſſet & ſancta & mandatum ſanctum. Sed ſi quis lege legitimè uteretur *h*, ideſt, ad proprium finem, nempe ad cognoſcendum Chriſtum, & diligendum, atque ad mandata ejus obſervandum, *quæ eſt finis legis*, pueris tali opus erat pedagogo : erat ceu chirographum

a 1. *Reg.* 15. 22.
b *Pſ.* 131. 11. *e Luc. c.* 32. *d Act.* 2. 25. *e verſ.* 10.
f *Act.* 2. 30.
g *Pſ.* 10. 11
h *Hebr.* 50. 5 *& ſeq.*
A
B
C
D
i *cap.* 10. 5.
k *cap.* 11. 3. l *Ioan.* 1. 9. m *Ioa.* 16. 21
n *Pſ.* 18. 6.
o *c.* 2. 4. & *ſeq.*
p *Ibidem.* q *verſ.* 4.
r *Pſ.* 50. 18 *f Oſe.* 6. 6. *Matth* 9. 13 *c.* 12. 7.
t *Pſ.* 49. 13.
u *Iſ.* 1. 11. 12
x *Ex.* 20. 25.
y *Gen.* 4. 4.
z *Gen.* 8 20
a *c.* 14. 18.
b *Gen.* 15. 8. 9. 10. *c.* 22. 13
c *cap* 15. 8.
d *in Exod.* 12. 25. *Lev.* 5. 15.
e *Lev.* 10. 2. f *Gen.* 8. 21.
g *Rom.* 7. 12.
h *Rom.* 10. 4.

phum quo promittebatur legis novæ ſacrificium; ut ſcalæ adminiculum ad ſcandendum: ubi adolevimus evacuata ſunt puerilia, deletum chirographum, remota ſcala; ſed quia vim conferendæ gratiæ non conferebant, nec abſque interno cultu virtutum, charitatis pœnitentiæ & ſimilium placebant (ut nec modò etiam noſtra placent externa opera, ut celebratio quoque ſummi ſacrificii, ita ut ipſi ſacrificanti fructum referat, ſi deſit animi diſpoſitio) idcircò nonnumquam ſic reprehenduntur mali ſacrificatores, ut ipſamet reprehendi ſacrificia videantur, locis citatis & aliis *a*. Recuſabat Deus ajunt apud Clementem Romanum Apoſtoli, populi ſacrificia ſæpenumero in eum peccantis, atque exiſtimantis ſacrificiis eum non pœnitentia placatum iri. Paulus inefficaciam urget ſacrificiorum, aliorum, & ad hoc uſurpat præſens teſtimonium, ut, Deum illa non voluiſſe, non ſit, ingrata illi fuiſſe, ſed non habuiſſe ex ſe ac ex inſtitutione ipſiſimet Dei, unde ipſi placerent, verùm ex fine atque devotione offerentium; præterea per eadem non placatum Deum eſſe & reconciliatum nobis, aut dimiſſa nobis peccata. Inde colligit, ut diximus, opus fuiſſe alio ſacrificio. Lege S. Thomam *b*, & quæ in librum Actuum de ceſſatione legalium docuimus. Auguſtinus autem in opere de civitate Dei *c*, eamdem iſtam ſententiam ſic interpretatur, ut ſignificet pro aliis omnibus ſacrificiis corpus Chriſti offerri, & participantibus miniſtrari. Eumdem conſule ſcribentem Marcellino *d*, & Chryſoſtomum *e* ac Bernardum *f*, & de noſtris Riberam *g*, qui alios citat Patres: de ſacrificio autem corporis hoc loco aliorum Euſebius *h* tractat præſentem ſententiam diligenter.

a *Iſ.66.3. Oſ 51.& ſeq, Mal.c.2.& ſeq.*

b *q 102.ar.3* c *lib.17.c.20* d *Epiſt. 5.* e *Hom 17 in Ep.ad Hebr. Hom.11.in ep.ad phil. & Hom.2.in 2.Tim.1 & in pſ.43.* f *Hom.58.in Cant.* g *in c.6.Oſe. hi de demo, c.10.*

Aures autem perfeciſti mihi.) Hieronymus, *aures fodiſti mihi*, Chaldaicè, *aures ad auſcultanda præcepta tua perforaſti mihi*, vel *formaſti mihi*. In uno codice Græco & Græcorum aliquorum commentariis, & apud Euſebium eſt, ὠτία δὲ, vel ὦτα μοὶ aut μοῦ, κατηρτίσω, *aures autem mihi meas perfeciſti*. Præterea, ἔσκαψας *fodiſti*, nec non, κατεσκεύασας, *præparaſti*. Meminit iſtius verſionis quæ nunc exſtat, Chryſoſtomus *i*, & hanc ſequutus Ruffinus, & de Græcis Cyrillus *k* in Joannem: licèt alibi utatur alia *l*, exponunt juxta phraſim Hebr. אוכים כורת לי *oz naim charita li*, *aures fodiſti*, vel, *perforaſti*, vel, *incidiſti*, his modis, primo ut nihil aliud ſit quàm quod aliàs dicitur קלה *gala*, *revelare* ſeu *retegere m*, vel etiam *aperire* n *aures*, & *erigere* o, ut quas natura cavavit ad excipiendos ſonos, munere ſungantur ſuo ad excipiendas attentè voces divinas, nec ſeſe obturent, claudant, aggravent, indurent, incircumciſæ fiant. Quo pacto etiam ſæpiùs oratur Deus ut ad preces noſtras habeat ſuas aures intendentes, intentas, auſcultantes, attendentes, percipientes, inclinatas. Eadem de cauſſa ſurdus quum curatur, dicuntur ejus aures aperiri *p*, & patere *q*, & reprehenduntur qui apertas habentes, non audiunt *r*, ſed ſurdi ſunt *ſ*, nec aperire aures volunt *t*. Alter modus eſt, ut ſit alluſio ad ritum illum quo ſubula perforabatur auris ejus qui poſt annum ſextum ſervire adhuc volebat toto vitæ tempore *u*, ut neſciam quo pacto neget hic Agellius in ſcripturis extare aurium perforationem. Utrovis iſto modo deſignantur ſumma docilitas, & ad parendū promptiſſima paratiſſimaque voluntas, etiamſi quod ad ſecundum pertinet, graviſſimum urgeat præceptum, quale Chriſto impoſitum eſt, ut nos inſtitueret ac redimeret per mortem crucis, quamvis ille gratis id auribus exceperit, immò, quod paullo poſt dicitur, in intimum cordis intruſerit: Ornantur talibus inauribus perforatæ ad obedientiam aures ſponſæ. Quamquam verò ſervis una ſolùm perforaretur auris dextera, non idcirco non potuit rectè ad dictum alludi ritum, ut quidam *x* ea ratione moti, & quia citans hunc Paulus Pſalmum, non eum omiſiſſet, exiſtimant. Pluralis numerus ſæpè uſurpatur de unica re, & Paulo placuit editio LXX. de qua poſtea. Exigit Deus cum ſacrificio externo perforatas & obedientes aures, & potiùs ut obediatur, quia *melior obedientia quàm victima, & auſcultare, magis quàm offerre adipem arietum, & quaſi peccatum ariolandi* æſtimat *repugnare, & quaſi ſce'us idololatriæ nolle aquieſcere y*, hoc eſt, *ordinare teſtamentum Dei ſuper ſacrificia z*, ideſt, divinam ſibi legem ante omnia ſervandam proponere, ac pluſquam ſacrificia: deinde iſta & externos alios ritus, hoc eſt exhibere ſeipſum *Deo hoſtiam vivam, ſanctam & placentem, rationabile obſequium a*. Modus adhuc tertius poteſt eſſe ut Chriſtus hominum ſibi apertas dicat aures ad audiendum Evangelium, eique obediendum. Sic Chriſtus ipſe ſcribitur aperuiſſe ſenſum ſuis *b*, & Lydiæ *c* apertum cor, & iterum Chriſtus cum gemitu ſurdi aures aperiens *d*, auditus difficultatem innuit.

a *Luc.4.45.*

b *Act.16.14* c *Marc.7.34* d *verſ.3.*

Jam verò in editione LXX quam ſequitur Paulus, habetur σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι, *corpus autem perfeciſti*, vel, apud Paulum, *aptaſti mihi*. Eamdem lectionem ſectantur Romanum & Ambroſ. præterea ut de Græcis nihil dicam, inter quos hoc modo Apollinarius expoſuit.

Αὐτὰρ ἐμοὶ βροτὸς τετυγμαι σαρκὸς γενέθλης,

Ceterum mihi mortalis fabricatus es carmen generationis, ex Latinis Ambroſius, Auguſtinus, Caſſiodorus, *aptandi & perficiendi* verba idem valent quod eſt juxta vim Græci καταρτίζειν ſive καταρτίζεσθαι, *aptè formare*, componere, coagmentare, ut inter ſe cumque toto partes congruant, ut Pſ. VIII. 3. vidimus, *Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem*, κατηρτίσω, quod Hebræa eſt, *fundaſti* יסרת *tiſſadtha* ſed Crocquetius *f*, *aptare & καταρτίζεσθαι*, putat apud Paulum *g*, ſignifici, *induere*, ſicut & in Syra verſione expreſſum חכי פנראי אלכש *bargraden albeſethani*, hujus loci verbum Hebræum גרית *charita*, innuit artificium fodicandi materiam ad inducendum in eam formam. *Aurium formatio, aptatio, perfectio*, κατὰ σωκδοχὴν, corpus totum ſignificant: illarum autem propriè facta mentio propter obediendiam, de qua dicendum erat, & ſic ſimul, ut acutè notavit Cajetanus, conditio mortalis humani corporis Chriſti denotabatur, quum aliæ res multæ habeant corpus, non aut carnem ac ſenſum ſicut aures: egebat Dei filius auribus ad audiendum, ſicut humana natura ad obediendum, & eadem iſta ſine corpore ad præceptum ſibi impoſitum de redimendo genere humano & inſtituendo per prædicationem & paſſionem mortemque implendum.

c *in c.10.Ep. ad Heb.* f *Heb 10.5. Acuta Cajetani obſervatio.* g *Apol l.5. pag.5.50.*

Invehitur Leo Caſtro *h* jure merito adverſus Hebraizantes, qui pluris faciant nudum Hebræum textum, & ſenſum quemvis alium, quàm quem Paulus tum textum ſequitur tum ſenſum tradit. Concordant verò propoſitionem utramque commodè eo quo dixi modo; Genebrardus exponens Pſalmum, Crocquetius & Ribera in Commentario Pauli. Colligi porrò ex hac formatione, cujus auctor Deus, poteſt, non fuiſſe corpus Chriſti hujus creationis & conditionis cujus noſtra ſunt ſecundùm generationis ſuæ modum & corruptionem peccati, quæ cum ea eſt, ſiquidem obumbrante Spiritus ſancti virtute, Deus homo factus eſt non per commixtionem ſeminis virilis, nec ex limo terræ, ut primus Adam formatus eſt. Lege hic Hugonem Cardinalem. Hic diſcimus quoque ideſt, ex aurium perforatione, quanti momenti ſit, obedientia, quæ aures exigat manibus Dei formatas, perfectas, aptatas, & quam ipſummet Chriſtum doceri oportuerit à Patre, & ex his diſcere quæ paſſus *i* eſt: auribus externis aures cordis addendæ internæ, quas Galenus *k* docet hinc inde cordi ineſſe ut capiti duas. Videtur Iſaias *l* amplexus utrumque iſtis verbis, *Erigit mane mane, erigit mihi aurem ut audiam quaſi magiſtrum. Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico, retrorſum non abii corpus meum aedi percutientibus*, &c. Profeſſus eſt Chriſtus *à ſe ipſo facere nihil, ſed ſicut docuerat eum Pater & quæ placita ei eſſent, facere ſemper m*. Patri quoque ſupplex dixit, non mea voluntas ſed tua fiat *n*, denique *non ſibi placuit o*.

h *Hebr.5.8.*

i *6.de uſu. Partium c. 15.* k *c.50.45.6* l *Ioan 8 29.*

Apud Iſaiam duplex mane denotat vel conſentaneam voluntatem & ſcientiam cum ea quę Patris eſt, quatenus eadem eſt ob conſubſtantialitatem, & propterea propter uſum liberi arbitrii à primo conceptionis puncto cum ſcientia creata in animam infuſa. Indicat etiam geminatio illa idem quod *valde mane*, videlicet hoc quod nunc dixi primum conceptionis inſtans: quod ſequentia hìc etiam verba, *tunc dixi ecce venio:* innuunt ut dicam, ſed reſpectu voluntantis conſubſtantialis non ita propriè diceretur Chriſtus audire, quaſi magiſtrum, niſi quatenus etiam illo modo verum eſt quod ipſe dixit, *mea doctrina non eſt mea p*, etiam de ſe loquendo ut eſt Deus. Ceterum in panoplia Euthym. ex Chryſoſt. corpus compactum aptatumve aliis refutatis ſacrificiis, declarat de corpore Domini, quod, inquit, quotidie à ſacerdotibus offertur, & dignis diſtribuitur, ut ejus participes fiant.

m *Matt.5 4*
n *Rom 15.3*
o *Ioan 7 16* Euthymii expoſitio

p *1.ad Tit.8*

Hola-

x *1 Reg.15. 22.*

y *Pſ.49.5.*
z *Rom.12.1.*

Holocauſtum & pro peccato non poſtulaſti.) Non eſt holocauſtum pro peccato, ſed totum in honorem Dei, & in gratiarum actionem, ut aliàs dixi. lege Beatum Thom. *a* & Riberam *b*. Quare disjunctivè ſumenda ſunt hæc, ut intelligatur ſacrificii genus pro peccato diverſum ab holocaulti ſacrificio. Chaldæus hoc ſecundum diſtinctè nominavit קרבן חטאתא *korban chattatha*. Non ita clara editio Pſalterii Ambroſiani, & apud Auguſtinum atque Caſſiodorum (holocauſtum etiam pro delicto) niſi explices cum diſtinctione *holocauſtum, ſed etiam pro delicto ſacrificium non poſtulaſti*. Auguſtinus, *holocauſta* legit, & in commentario abſque ulla particula *holocauſta* pro delicto. In epiſtola ad *c* Hebræos pluraliter vocantur *holocauſtomata*: *holocauſtomata & pro peccato non tibi placuerunt*. Ubi Syra verſio Boderiani (holocauſtomata quæ fiunt pro peccatis) non eſt bona, ſed Matthæi Galeni, qua utitur Crocquetius, *holocauſtomata & pro peccatis non petiviſti*, hoc loco clarior eſt Hebraicè diſtinctio עולה וחמאה *holah vachataah*. *holocauſtum & peccatum*, illeſt, ſacrificium pro peccato, ſicut dicitur Chriſtum Deus feciſſe *pro nobis peccatum d*, B hoc eſt, victimam pro peccato, non petivit Deus ejus, non placuerunt ad eum qui dictus eſt modum ſcilicet quia non acceptavit, velut ſufficientia, ac tametſi approbavit, præcepitque, non per ſe, verùm per umbras ac typos melioris ſacrificii. Hoc ipſum illud ex verſu 6. indicabat, *cogitationibus tuis non eſt qui ſimilis ſit tibi*, prout exponebamus inter alios dicendi modos, hoc eſt non exæquare tibi, non licet quid rependere quod exæquare valeat beneficia tua. Sic vero Chriſtus & ut victima pro peccatis & ut holocauſtum pro cunctis beneficiis divinis oblatus eſt Deo offerturque.

Non poſtulaſti.) Cyrillus *e* citans hunc ex Pſalmo locum lapſus opinior memoriam tranſtulit in eum verba epiſtolæ ad Hebræos, *non ſibi placuerunt*.

Tunc dixi, ecce venio. Symmachus, ὅτε εἶπον, *quando* pro τότε. Omiſſa paraphraſi Chaldæa, *tunc dixi, ecce ingrediar ad vitam æternam, quando ſtuduero in volumine libri legis*, &c. & Hebræorum interpretatione ac Hebraizantium: nihil de Chriſto hìc intelligentium, ſed de ſola Davidis in obediendo alacritate ſignificant C verba iſta Chriſtum adventum in carnem definito tempore quo Pater abrogationem decrevit veterum ſacrificiorum, ut deinceps ſi non mortifera, certè mortua, & inutilia eſſent. Verbum Hebræum באתי *bathi*, reddi poteſt, *veni, veniam, venio*, ſic in canticо *f*, *veni in hortum meum ſoror mea ſponſa*, ideſt, quod venio aut veniam, ſeu præſto ſum, citò & mox adero, parato & alacri ſum animo ad parendum.

Rectè hoc loco colligunt Theologi, mediatorem & ſacerdotem noſtrum Chriſtum non profuiſſe ad redemptionem per totam vitam ſuam inde à prima conceptione, quoniam Paulus *g* verba iſta tribuit ei, quàm primùm ingreſſus in mundum, ita ut jam bene ſeſe obtulerit ad mortem in cruce oppetendam, quod etiam hìc habetur quæ meritò neceſſaria eſt, & bene ſimul cohæret cum obedientia quam violare Chriſtus non potuit, neque ullo modo peccare, ut iidem Theologi demonſtrant *h*. Aliqui *i* præterea inferunt præ- D deſtinationem Chriſti fuiſſe poſt præviſum peccatum. Nihil hinc ſequitur aliud quàm re ipſa veniſſe pro peccato, an autem etiam venturus eſſet ſi Adam non peccaſſet, & prædeſtinatio facta ſit inde paritet à peccato, in priore quodam ſigno ratiocinationis ex hoc loco nihil haberi poteſt. Nos illud multo certiùs elicimus documentum obediendi ſalutare tali exemplo Chriſti, cui ſimilem Abraham *k*, Joſephi *l*, Samuelis *m*, Iſaiæ *n*, dicentium: *adſum, præſto ſum, ecce ego, ecce ego, mitte me*: *Ecce venio*, ideſt, inquit, Ambroſius *o*, *non rapinam arbitratus* eſſe *me æqualem Deo*, (venio *formam ſervi accipiens p*) venio in ſpecie ſuſceptionis humanæ, in veritate Crucis mortis, humilitatem, obedientiam probaturus, ut inobedientia deleatur. Sextum *q* Seneca quum legeret, teſtatur atdentiſſimo animo provocaſſe ſe caſus omnes adverſos, quid faciet in nobis lectio ſacra exponens juſſa Dei, & qua & ſeipſum commotum Chriſtus ad parendum verbis pro teſtatur ſequentibus, *in capite libri ſcriptum eſt de me, ut facerem voluntatem tuam*, &c. apertas habet obediens aures; non incircumcilas *r*, velox ad *ſ*, audiendum, clauſos oculos ut Saulus dejectus *t* habuit, ad præcepta non dijudicandum, ſed ſimpliciter quærendum, quid illos Deus & pro Deo præcipientes, velint facere. Lege quæ diximus Commentario * Actuum. Hinc quoque diſcimus pia Deum potiùs mente delectari, quàm ſacrificantium ſumptibus, ut ex multis profanis auctoribus collegiſſe Bochium hoc loco poſtea deprehendi.

In capite libri ſcriptum eſt de me.) Hieronymus, *in volumine libri*, & *u* alibi, *in capitulo libri*; Procopius *x*, *in primi libri capite*. Alii, *in libro plicabili, membranis plicabilibus*, &c. quod Hebræi ſcriberent in membranis, quas in rotundum complicabant & convolvebant, quem vulgo *rotulum* vocamus; & id propriè ſonat Latina dictio *voluminis*, quemadmodum Hebræa מגלה *meghillah*: ſic dicuntur complicandi cœli *ſicut liber y*, & Chriſtus in ſynagoga revolviſſe librum *z*: & Zacharias *a* eodem nomine Hebræo meminit de *volumine volante*: & Jeremias *b* quoque cum addito, ſicut hìc כפר מגלה *meghillah ſepher*. Symmachus apud Euſebium, ἐν τῷ ταύχει τῆ ὁρισμῷ σῦ, *in volumine definitionis tuæ*. Idem & Aquila, teſte Chryſoſtomo, Baſilio, Theodoreto, dixerunt, εἵλημα *involucrum*: alii, ut eſt in ſcholio Græco, τόμον, *tomum*. Euthymius & Nicephorus faciunt mentionem dictę conſuetudinis Hebræorum ſcribendi in involutis chartis, non in quadratis libris, ut nos facimus, quamvis & alios præter Hebræos id quoque feciſſe ſuadet paræmia, *ad umbilicum perducere*, ideſt, librum abſolvere, quia umbilicus erat lignum circa quod chartæ circum voluebantur. Dici poteſt κεφαλίδα *caput* hìc idem valere quod *volumen* à rotunditate qualis in capite cernitur. Ricardo Cenomano & Genebrardo non diſplicet ut מגלה *mighillag*, ſit de ſignificatione גלגלת *gulgoleth*, aut גלגלה *gulgoleth*, *caput & cranium* ſeu *calvaria*, ob rotunditatem, unde *golgata*, calvariæ locus *c* corruptè, pro golgoltha. Poteſt etiam *caput* ſive *capitulum* diminutivè ſecundum vim vocabuli Græci κεφαλίς, & Hebræum quoque nomen מגלה *meghi lah*, additum libro, pro ejus & libri principio ſumi, vel pro ſumma totius libri, pro indice & argumento, aut pro eo ut Cajetanus loquitur, ita ſumitur initio c. 8. ejuſdem epiſtolæ ad Hebræos, ubi eſt *capitulum*, Græcè κεφάλαιον, diminutivum quoque vocabulum, quod in libro toto capitale ac præcipuum eſt (nempe Chriſtus) ut idem nomen Hebræum Symmachus κεφαλίδα reddidit apud Zachariam *d*, ut ibi teſtatur Hieronymus: quamquam non ita forſan congruè dicitur, *in membrana qua libri ſcribi ſolent, ſcriptum eſt de me*, ut, *in capite* vel *capitulo libri*, hoc eſt, initio & unde volvi legive liber ſolet in principio, aut certè in ſumma libri. Non repeto quod non ſemel monui, de Chriſto ſermonem eſſe, quamvis Thomas refert exponentes de Davide, quia ſcriptum *e*, ſit, *caput in tribubus Iſrael conſtituite*, ſcribitur enim quoque de Chriſto *f*, *conſtituit me in caput gentium*.

Quod ergo attinet ad librum, quem propriè intelligimus, non ut liber dicatur ipſe Chriſtus, cujus caput Deus, non de libro prædeſtinationis, in quo primus eſt ille *g*, cui favet nihilominus recitata Symmachi verſio, ἐν τῷ ταύχει ὁρισμῷ σῦ: non de providentia Dei, in qua veluti deſcripta ſerventur merita *h*, non conſcientia propria in qua ſcribitur lex Dei: Baſilius *i*, Chryſoſtomus, Theodoretus, Euthymius, Nicephorus ajunt eſſe librum omnium prophetarum; duo autem ultimi Moyſen in his numerant, de quo Chriſtus *k*, *ſi crederetis Moſi, crederetis forſitan & mihi*: *de me enim ille ſcripſit*. Athanaſius, Didymus, Euſebius, totam veterem ſcripturam quam Chriſtus juſſit ſcrutari *l*, & expoſuit *m* de ſe. Ambroſius, Hieronymus *n*, Iſidorus *o*, librum Geneſis in cujus initio, inquit primus & ſecundus, habetur, *In principio creavit Deus cœlum & terram*. Et in c. 2. *p*, inquit poſtremus, ſcribitur, *hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea*, &c. quod Apoſt. *q*. exponit de Chriſto, & Eccleſia.

Janſenius, interfectionem Abel innui putat: Procopius *r*, mactationem arietis pro Iſaac, ideſt, corporis Chriſti non Deitatis. Nicetas *ſ* idem inſinuat, quamvis aſſerat ſenario dierum qui deſcribuntur in Geneſi, numero trinitatis perſonas ſignificari. Auguſtinus, Ruffinus, Caſſiodorus, Thomas, Hugo, Haimo, Trevetus & alii, primum Pſalmum, ubi *t*, eſt, *in lege Domini voluntas ejus, & in lege ejus meditabitur die ac nocte*. Chryſoſtomus *u* iterum Evangelii Joannis, & aliorſum præterea Evangelio-

* c. 7051. Doctrina ex hoc loco perita.

a 1. 1. q. 103. art. 3. ad 8.
b 4. de temp. c. 1. & ſeq.
c 10, 5.
d 2. Cor. 5. 21.
e 4. in Ioan. c. 12. & l. 9. de adorat. in Spiritu.
f Cant. 5. 1.
g Hebr. 10. 7.
h 3. p. q. 18. & 19.
i Salmeron. in 1. Tit. diſp. 3.
k Gen. 12. 4.
l Gen. 37. 14.
m 1. Reg. 3. 4. 5. 6. 9.
n Iſ. 6. 8.
o in Pſ. 50.
p Philip. 2. 6. 9.
q Ep. 64.
r Ier. 6. 10. actuum. 7. 51.
ſ Iacobi. 10.
t actuum 13. 9.
u Hom. 4.

a cap. 51.
b c. 36. 2.
c Mar. 15. 22
d cap. 5. 3.
e Reg. 15. 17
f Pſ. 17. 44.
g Thomas. Hugo, Haim. Remi. Lyra. Beda.
h Agelliut, hæc refert.
i Hom. 1.
k Ioan 5. 46.
l Ibid.
m Luc. ult. 27.
n Hic & de traditio. in Geneſ.
o de Nativ. c. 4.
p verſ. 23.
q Eph. 5. 30.
r in c. 23. Geneſ.
ſ 2. Theſan. c 30.
t verſ. 4.

liorum initium, & de Joannis Evangelio Hieronymus *a* alii *b* Pentateuchum, in quo traduntur cerimoniæ legesque sacrificiorum quibus præfigurabatur Christus. Favet Paraphrastes, nominans librum legis, qui tamen aliquando scripturam universam indicat: itaque Oecumenius *c* videtur intelligere, citans Isaiam *d* de libro scribentem. Pintus *e* Levitici librum exprimit, quamvis etiam & quidem potiùs totam scripturam, hunc locum diligenter expendens, Theophylactus *f*, lapideas tabulas legis vel vetus Testamentum totum, vel initium Geneseos: Jansenius, caput 10. *g*. Deuteronomii, ubi nihil aliud petere Deum scribitur, nisi timorem, observantiam legis, amorem. Addit Ambrosius ex Genesi, gratum Deo sacrificium Abel *h*, parricidæ ingratum; Isaac oblatum ariete mactato *i*, ascendentes ac descendentes *k* angelos ad Jacob, ideſt, ad Christum ipsorum Dominum, agni *l* immolationem. Postremò ait, non solum in capite sed in omni legis complexione, scriptum, venturum hominem ad conservandum genus hominum, qui omnia vellet quæ Deus vellet.

Ex his modis dicendi, probabilior is qui de tota scriptura loquitur, vultque secundum esse, summam & quasi recapitulationem scripturæ totius, esse de Christo qui caput est, res præcipua, scopus, finis totius scripturæ. Nam hæc vis est κεφαλαίου, & *Capituli*, cap. 8. *m* Epist. ad Hebræos, (*Capitulum autem super ea quæ dicuntur*, videlicet summam & caput, epilogum omnium quæ dicuntur, ad Christum referri. Deus dicitur *instaurare* voluisse *in Christo*, ἀνακεφαλαιώσασθαι, *quæ in cœlis & quæ in terra sunt n*: quo modo in præcepto de dilectione proximi omne aliud instauratus *o*, ἀνακεφαλαιοῦται, & secundum translationem Aquilæ, *in capitulo & summa*, ἐν κεφαλαίῳ, *creavit Deus cœlum & terram p*, quod caput alii Christum Dei filium intellexerunt, ut præter citatos, etiam Tertullianus *q* & Hilarius *r*. In libri nullius particularis principio continetur præceptum vel mentio de Christo, ut faciat voluntatem Dei, non libri Geneseos, in quo de sola creatione, non Psalmi primi, qui de quolibet etiam justo, ut ibi dixi, non ullius ex Evangeliis. Igitur satiùs est in omni scriptura affirmare sermonem de Christo haberi, sicut ipsemet dixit suis, vel disertè vel saltem figuratè, atque universa œconomica redemptionis nostræ singulaque mysteria in ea reperiri, quæ secundùm prudentiam Dei à Christo implenda erant, & ipse hic paullo antè se voluisse dici, ac legem istam in medio cordis habuisse, utpote quam optimè novisset, & libentissimè acceptavisset, tum verò maximè præceptum de Cruce & morte, per quam se ipsum sacrificaret pro genere humano, ac suppleret defectum & inefficaciam aliorum omnium sacrificiorum sicut antè diximus.

Post istam sententiam illa magis probabilis de lib. Geneseos, non quidem de omnino primis verbis in quibus nihil prorsus de incarnatione vel morte: propterea Campensis paraphrasis non placet, *In prima pagina libri scriptum est de me*, nec ubi agitur de sacrificio & morte Abel, vel oblatione Isaac, arieteque mactato, quia longiùs hæc absunt in cap. 4. & 21 sed vel quum de formatione Evæ, ex latere dormientis Adam in cap. 2. agitur, quia typus erat Ecclesiæ formandæ da mortui Christi vulnerato latere: vel quum de sententia contra serpentem in cap. 3. *Inimicitias ponam inter te & mulierem, inter semen tuum & semen illius, & ipsa*, vel, *ipsum* (per ipsum ipsa) *conteret caput tuum*, quod in passione fecisse Christum Leo *s* scribit: & eo modo legit Irenæus *t*. Theophilus *u* Alexand. Anastasius Sinaita *x*, Sibilla *y*. Paraphrasis Chaldæa & הוא *hu*, *tam ipsum* quàm *ipsum* significat: quamvis retinere debeamus versionem nostram. Historiæ Geneseos, *libri* nomen (Græcum diminutivum nomen βιβλίον idem valet ac βίβλος sicut quod attinet ad idem propositum eadem vis κεφαλὴ δίος & κεφαλαίου atque κεφαλῆς *capitis & capituli*) rectè convenit, qui ספר *sepher*, pro quo *liber* ponitur propriè significat numerum & catalogum: continet enim catalogum Creaturarum & Patriarcharum & filiorum Jacob: quemadmodum Matthæus *librum generationis* appellavit Evangelium suum, in quo texuit catalogum Majorum Jesu Christi.

Sententiam istam præ ceteris accuratè defendit, & explicat Ribera noster in cap. 10. ep. ad Hebræos. Leo *z* quoque Castro huc inclinat magis quam ad alia verba Geneseos, *In principio creavit Deus*, &c. vel *faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*, &c. sed & quod suspicatur pro תחלה *thechillah* significante principium, Hebræos substituisse מגלה *megillah*, improbabile est, tum quia ut antè docui cum ספר *sepher* nomine *libri* hoc tamen Jeremias *a* usurpavit: tum quia eadem relinquitur facultas de Christo locum exponendi, utrumvis nomen accipiatur. Miror, Theologis vulgo magis placere, ut *liber* hoc loco sit præscientia & prædestinatio Dei, aut qui *liber vitæ* vocatur: quam nominat etiam Jansenius solidiorem, illegitimam equidem non rejicio; sed mihi certum videtur propriè librum sumi posse, & quum possit, ita etiam satiùs esse, ut sumamus quemadmodum & Patres sumpserunt.

De me.) Deserta communi expositione, quæ est de Christo, nec Pauli rationem habentes, cujus illa est, quidam Catholici ut de solo Davide interpretentur, satis ineptè has particulas explicant. Profectò, etiamsi aliquo modo David de se scriptum dicere intelligi potest, non tamen de se uno, sed de aliis etiam, ut Dei facerent voluntatem, &c. sed fatendum est, non ita propriè loqui eum qui dicat de se scribi, quod æquè sit scriptum de aliis. Deinde non satis aptè dicas de nobis scribi, quia nobis præcepta præscribuntur. Denique violenta prorsus Interpretatio, scriptum esse de Davide, ideſt, de Regis officio, nempe in cap. 37. Deuteronomii non minùs ceteris Regibus præcepta illa dantur, & generaliùs David loqueretur de universa legis observantia, non de Regio tantum munere. Quocirca non sunt audiendi qui non jubent vice istarum dictionum, *de me*, legere, *pro me*, *propter me*, *super me*, nec bene עלי *hhalai*, reddi docet ab interpretibus nostris, & à Hieronymo. Concedo, aliqua ratione locum istum congruere Davidi, sed si quis contenderet, soli Christo, cujus in persona illa secundum carnem pater ipsius loquatur, non ausim, quod audet Jansenius, parùm solidam vocare, illegitimam, nec originalibus convenientem expositionem. Qui Christo negant convenire, planè temerarii sunt, quum præter citatum Paulum, & communem Patrum sententiam, Agatho Papa *b* affirmet, nullum esse qui ambigat quod hic Psalmus in persona Christi a Prophe-ta prædicatus sit.

Ut facerem voluntatem.) Hieronymus, *ut facerem placitum tibi*. In epistola ad Hebræos *c*, *ut faciam Deus voluntatem tuam*. Sumit hinc Hieronymus, initium versus distincti, nec non Hebræus & Chaldæus textus. Sed Apostolus indicat, verba illa, *in capite libri scriptum est de me*, inferenda per parenthesim, inter ista & illa, *ecce venio*, ut sit sensus, *Ecce venio*, seu veni, aut paratus sum ad veniendum (*scriptum* quippe *est de me in capite libri*) *ut faciam voluntatem tuam*, quamvis & hoc ipsum de facienda nimirum Dei voluntate à Christo scriptum sit, & scriptum esse intelligi possit, per eadem verba, *in capite libri scriptum est de me*. Eodem pacto in Psalmo nostro sic nectenda sententia, *Ecce venio ut facerem voluntatem tuam*. Caussa particulam cum *veniendi* verbo jungi debere Græca phrasis demonstrat, in qua præponitur articulus τῦ, videlicet, ἥκω, *venio*, & interposita dicta parenthesis, τῦ ποιῆσαι *ad faciendum*. Similem vim habet servilis littera (ל) in לעשות *lahhasoth*: quam Euthymius immeritò existimat superfluam. Hac ratione verbum sequens, *volui*, separatim à præcedentibus legi debebit, ideſt, venio ad faciendum voluntatem tuam: hoc ipsum *Deus meus volui*, libentissimè hanc acceptavi & susscepi, *& legem tuam in medio cordis* nimirum admisi & condidi, percipiens tibi obedire, & ut ceteri id etiam faciant. Hoc Apollin. carmine præclarè expressit.

Τοὐνεκα δεῦρ' ἥκω τελέσαι πάτερ ἔντι κελεύεις,
Ἀμφὶ ἐμεῦ δὲν γέγραπται ὑπὲρ βίβλοιο κάρηνα.
Σὸν τελέσαι μενέοινα μάκαρ πραπίδεσσιν ἐλέσθαι.
Ideo (vel, *itaque*) *huc veni perficere Pater,*
De me scriptum est in libri capite:
Tuam perficere cupivi Beate animis voluntatem (vel *desiderium.*)

Nihilominus Hieronym. *d* alibi ita recitat hunc locum: *Deus ut facerem voluntatem tuam volui*, vel, *ut facerem voluntatem tuam Deus meus volui*, quo modo etiam Ambrosius, aut quis alius in Symbolum, & Agatho Papa *e*, ep. 2. Voluntas hæc Dei vocatur Hebr. צרון *ratson*, significans

a *de Tradit. Hebr.*
b Pineda in c. 11. Iob. vers. 13.
c in cap. 10. Ep. ad Hebr.
d cap. 8.
e in c. 2. Dan. & in c. 43. Ezech.
f in c. 10. Ep. ad Heb.
g vers. 12.
h Genes. 4. 4.
i Genes. 22. 16. & seqq.
k Gen. 28. 12.
l Exod. 12. 3. & seq.
m vers. 1.
n Ephe. 1. 10.
o Rom. 13. 8.
p Gen. 1. 21.
q contra Praxeam.
r in Ps. 2.
s Serm. 2. de nativit.
t l. 3. c. 38.
u 2. ad Antocitum.
x 12. Hexam.
y 3. oraculi.
z Apol. l. 5. pag. 552.
a cap. 37. 2
b Ep. 1.
c c. 10. 7.
d in c. 53. Is. & in c. 1. ep. ad Galat.
e Ep. 5.

ficans acceptationem, voluntatem beneplaciti, in qua complaceat & conquieſcat Deus, quo modo ſe habuit circa filium ſuum, & ſacrificium ejus, non autem ſuper vetera, ut antea dictum eſt. Vocant Græci εὐδοκίαν, de qua aliàs. Apollinarius modo citatus rectè poſuit ἐπιθυμία *deſiderium*. *Deſiderium* rei eſt futuræ: quum celebrabantur vetera ſacrificia, non placebant ſimpliciter, aliud deſiderabat Deus. Sic argumentatur Paulus *a*, *auferet primum* inquit (dicens, ſacrificium, oblationem, holocauſtum, pro peccato Deum noluiſſe, eique non placuiſſe) *ut ſequens ſtatuat* (quod eſt, *facere voluntatem Dei*) in qua voluntate (Dei volentis, & Chriſti eam acceptantis) ſanctificati ſumus, videlicet per oblationem corporis, de quo dixerat Apoſtolus, *corpus aptaſti mihi*, Jeſu Chriſti ſemel.

a Heb. 10. 9.

Multa hic Ambroſius, quo pacto ſumma Chriſti voluntas diſcordare videretur nonnihil in paſſione à Dei voluntate, ſimul probans, divinitatis ejusdem & eſſe & fuiſſe, qui ejusdem eſſet cum Patre voluntatis, & omnia vellet, quæ ille vellet. Nos de diſcordia illa aliàs diximus Pſal. XXI. Simile autem hoc ex loco Synodus Lateranenſis ſub Martino I. conſultatione 2. Ambroſium citans, argumentum, & præterea Athanaſius *b* facit, demonſtrans quoque ut hominem ſubjectum Patri Deove fuiſſe. Voluntatem iſtam Cyprianus *c* quoque ſcribit fuiſſe Patris, ut eam Chriſtus impleret in morte, tuncque ſacrificia ceſſaviſſe. Olympiodorus *d*, ut humanam carnem aſſumeret, & conſequenter nimirum etiam pateretur ac moreretur. Arnoldus *e* Abbas hæc ſimul cum ceſſatione ſacrificiorum & veterum ceremoniarum.

b *diſp. cont. Arium.*

c *de ratione circumciſ.*

d *in c. ult. Eccl.*

e *tr. de ſeptem variis Dom. p. 6. & 7.*

Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.) Hieronymus, *in medio ventris mei*. Alii, *lex tua in medio viſcerum meorum*, ſcilicet eſt, vel, inteſtinorum, præcordiorum, nempe ſuperiorum, ut cordis & pulmonis, quæ ab inferioribus ſeparantur; ideſt, à renibus, liene, jecore: illa namque propriè ſignificat vox מְעַי *mehhe*. In Ambroſiano quoque Pſalterio eſt, *in medio ventris mei*, & in quodam codice Pſalterii Romani. Meminit Ambroſius iſtius verſionis docens & mentis ventrem eſſe, qui ſemine verbi concipiat *ſpiritum*, ut Iſaias *f* loquitur, ſicut & Paulus, *parturire* g *ſe filiolos*, in quibus *Chriſtus formetur*, ſcribit & *per Evangelium genuiſſe h*: in medio autem ſeu cordis ſeu ventris legem eſſe, quando non ſolum cuſtoditur mente, ſed etiam fit, quia, *non auditores legis, juſti ſunt, apud Deum, ſed factores juſtificabuntur i*, Beda quoque refert utramque lectionem, Hieronym. *k* Suniæ & Fretelæ, quæ ſcripſerant, ſe legiſſe, ἐν μέσῳ τῆς δοκίας μου, reſpondet, propter euphoniam, apud Latinos translatum eſſe, *in corde*. Ita præterea extat in Pſalterio Arabico. Symmachus apud Euſebium, παρεδυμώδην τὸν νόμον σου ἐν δοδεν ἐγκάρδιόν μου, *prælegi*, aut, *ſtudioſe ſuſcepi* vel *meditatus ſum legem tuam intra viſcera mea*. Confirmat Euſebius *l* verbis Chriſti, *flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ*, ſicut Chryſoſtomus *m* illa verba Chriſti, per hæc declarans, ait *ventrem* pro corde ſumere. In emendata editione LXX. legitur ἐν μέσῳ τῆς καρδίας μου, *in medio cordis mei*: quo modo etiam habetur in Pſal. Æthiopico, & in citata paraphraſi Apollinarii,

f *c.* 26. 18.

g *Gal.* 4. 19.

h 2 *Cor.* 4. 15

i *Rom.* 2. 13.

k *Ep.* 135.

l *Ioan.* 7 38.

m *Hom.* 50. *in Ioan.*

Καὶ σὺ μεσαίτῳ ἐδέμην ἐνηδεῖ δισμὸν,
Atque tuam medio ponebam in pectore legem:

& apud Latinos enarratores. *Ventrem* Euthymius ac Nicephorus explicant pro corde & anima: Chryſoſtomus *n*, Baſilius, Theodorerus, ajunt metaphoram eſſe ex iis qui benè ſunt in aliquem affecti, ut eum quem deſiderant, cupiunt vel in pectus & intima immittere: idem cum Heſychio Chryſoſtomus *o*, nec non Nicetas *p*, docent intelligi probum bonaque mente præditum, qui comprehenſim & integrè contineat omnia legis præcepta. A Jeremia *q* quum deploraret perverſam ſynagogam, dictum eſſe, *ventrem meum doleo*. Cyrillus, charos Chriſto ſumit & electos, quibus præcipua *myſteria regni* differebat, aliis loquens *in parabolis r*, Beda, eosdem firmiores & perfectiores, vel, *ventrem* legendo, etiam infirmiores, quaſi argumentum ſit à minori, quòd voluerit legem non ſolum ipſe ſervare, ſed ſervari quoque à mollioribus & imbecillioribus.

n *Hom.* 1.

o *Hom.* 2.

p *in or. Nazian. de bapt.*

q *c.* 14. 19.

r *Luc.* 8. 10.

Senſu ſimplici denotatur, ſive *cor*, ſive *ventrem* dicas, ardens implendæ voluntatis ac legis divinæ deſiderium

A votumque, de quo nonnihil dixi Pſalmo primo *ſ* ad illa verba (quæ, ut antè monui, volunt aliqui hìc innui illis aliis, *in capite libri ſcriptum eſt de me*, &c.) *in lege Domini fuit voluntas ejus*, &, *in lege Domini meditabitur die ac nocte*. Oſtendi quoque Pſalmo XXI. *t*, ad illam ſententiam, *factum eſt cor meum tamquam cera liqueſcens in medio ventris mei: ventrem* & *cor* idem valere, & ſignificare etiam partes internas ſpirituales, quod Nazianzenus *u* præterea demonſtrat, & cum ipſo ſcholiaſtes ejus Nicetas. Quare quod hic dicitur, *legem tuam in medio cordis mei*, ſubintelligendo, ut Euthymius obſervat, ἀπὸ τοῦ κοινοῦ præcedens verbum *volui* vel aliud, ut, contineo, conſervo, abſcondo, cono, &c. ſignificat, omni ſtudio eam meditor, omni amore proſequor, omni cura exerceo nihil mihi clarius & optatius, nihil apud me firmius & certius: quia quod medium eſt in qualibet re, hujuſmodi eſt, inquit Beda: integro legem tamquam deguſtatum cibum vitalem & ſuaviſſimum, in intima. Chriſtus cibum ſuum appellavit *facere voluntatem Patris* x, *deſiderio deſideravit manducare Paſchay*, in quo conſtitueret ſacrificium novum incruentè, mox idem perfecturus cruentè; triumphus quem egit paucis ante diebus *z*, ſitis quam ſe pati in cruce dixit *a*, coarctatio etiam ad ebibendum calicem mortis *b*, ardorem eumdem indicabant, ſicut & quod ſponte proceſſit ac prodiit ad eos qui accedebant, ut in horto, in quem etiam locum bene illis notum ſe contulerat, ipſum comprehenderent *c*, *oblatus* (Hebraicè, ſi punctum ſit in dextero cornu (שׁ) נגש *niggaſch*, acceſſit utpote *ponens animam* nemine vi tollere valente *d*, *quia ipſe voluit* e, *inclinato capite tradens ſpiritum f*, quaſi accreſceret mortem, ut auctor notat quæſtionum ad Antiochum *g*: denique ad ſacrificium paſſionis, ut in præſentis Pſalmi commentario ſcribit Ambroſius, voluntarius acceſſit, meritoque prædixit *h*, *voluntarie ſacrificabo tibi*: *opus conſummavit quod dederat ei Pater ut faceret* i: *in his quæ Patris ſunt oportere ſe eſſe reſpondit* k, *& operari opera ejus qui miſerat eum* l: eratque opus *coram illo* m: ideſt, præ oculis & in corde ac voluntate.

ſ verſ. 2.

t verſ. 15.

u *orat.* 40. *in Sanct. bapt.*

x Ioan. 4. 34.

y Luc. 22. 15

a *Ioa.* 12. 12. *& ſeq.*

a *Ioan.* 19. 28

b Luc. 12 50

c *Ioan.* 18. 4.

d *Ioan.* 10. 17

e *Ioa.* 19. 30.

g *q.* 26. *apud Athan.*

h Pſ. 53. 8.

i *Ioan.* 17. 4.

k Luc. 2. 49.

l *Ioan.* 9. 4.

m Iſ. 40. 19.

B Spectant huc quæ jam priùs expoſita ſunt, *aures autem perfeciſti mihi*, una cum Iſaia *n*, *aperuit mihi aurem, ego autem non contradico*, &c. Adjice ex eodem *o*, *voluntas domini in manu ejus dirigetur*, ideſt, voluntas Patris de redimendo genere humano promptiſſimè cumulatiſſimèque complebitur, &, ut eſt in editione LXX. βούλεται Κύριος ἐν σειρὶ αὐτοῦ, *vult Dominus in manu ejus*, quaſi diceret, dictum putat & factum pater; filius, ſimul Pater voluntatem illam ſuam declaravit, illico prodiit in opus, ut tunc eoque ipſo tempore Pater videri poſſet velle quum is operaretur & manus filii, voluntatis paternæ inſtrumentum eſſe, ac ſi per ipſam pater vellet. Conſervat Maria verba & myſteria filii ſui *conferens in corde* p *ſuo*: rurſum David *in corde abſcondebat eloquia Dei* q: & *ſcrutatus legem cuſtodiebat in toto corde ſuo* r. Dixit etiam Pſalmo XXXVI. *ſ*, *legem Dei eſſe in corde juſti*. Filius quoque ipſius quæ dabat monita præcipiebat ſuſcipi, & *abſcondi penes* t *nos*, & *ne recederent ab oculis*, & *ut cuſtodiremus ea in medio cordis noſtri*: *vitam enim eſſe invenientibus* u *ea*, quaſi ſignificare vellet, non magis

n *c.* 50. 5.

o *c.* 53. 10.

p Luc. 2. 19. 51.

q Pſ. 118 11.

r *ibid. verſ.* 34.

ſ *verſ.* 31.

t Prov. 2. 1.

u Prov. 4. 22.

D cor cuſtodiendum (quod tamen omni cuſtodia cuſtodiendum docet, quod ab eo vita procedat *x*) quam legem unde vivamus, ſpiritumque ducamus, ut cor auferri malimus quàm de corde legem Domini moveri: *y* item ut apponamus cor ad doctrinam quæ pulchra erit nobis quum conſecraverimus eam in ventre noſtro, & redundabit in labiis noſtris. Abſcondebat Job in ſinu ſuo verba oris Dei, *à mandatis labiorum ejus non* z *recedens*. Intelligit mandata non ſcripta: (legem namque præceſſit ipſe ſcriptam) ſed inſita menti ſicut Jacobus *a* appellat *inſitum verbum*: vult dicere, ut explicat Nicetas *b*, in mentis receſſibus, quum leges dictas Dei haberet incluſas, quaſi cum iis latus, factus, conglutinatus, incredibili voluptate ſervaſſe divinæq; voluntati mente ſedata, recto propoſito atque conſilio, nulla neceſſitate coactum, eſſe obſecutum. Hebraica verti poſſent, à ſtatuto, more, lege, ceremonia mea abſcondi verba oris ejus, ideſt, ex plena electione firmoque propoſito, aut quia nihil ei antiquius, nihil magis conſuetum, & conſtitutum, ita ut eſſet veluti alia natura.

x *c.* 4. 23.

y *c.* 22, 18 19

z *Job* 23. 12.

a *c.* 1. 21.

b *in Catena.*

Nec improbabile hoc loco dum lex dicitur *in medio*

cor-

cordis, alludi ad volumen librumve, ut priùs vidimus. Hebræi, & nationes etiam aliæ, paxillo cedrino fiſſo vel arundini mediæ inſerebant, religabant, involvebant: Quaſi dicat, legem & præcepta tua non in medio ligno conſtricta & convoluta gero, ſed in emollito corde ſciſſoque incidi & conſervavi: quod non lapideum ſed carneum, non durum, firmatum, grave *a*, ſed molle, leve, facile, promptum, paratum *b* eſt. Videor mihi audire totum genus humanum, Chriſto dicens ſuppliciter, *Domine, ſi vis potes me mundare c*, illumque reſpondentem, *volo, mundare*. Leproſum iſtum de monte deſcendens cœli, curatum venit, dicens, *ecce venio, & volui*, &c. Non opus eſt ut ſe veteri oſtendat leproſus hic Sacerdoti, Sacerdos Chriſtus ipſe eſt, ſanguinis ſacrificio mundans, ac ſuper nivem dealbans. Vim iſtam habet ſacrificium Euchariſtiæ ſacramentique perceptio, de quibus locum præſentem paſſim enarratores intelligunt, ac præterea Euſebius in demonſtratione Evangelica *d*, & Cyrillus *e*, *hæc voluntas Dei ſanctificatio veſtra f*. Verum eſt, ſed non, ut exiſtimo, adeò congruens propoſito, quod ait Cajetanus, intelligendum Chriſtum, ac ſignificare velle, ſibi legem veterem cordi eſſe, non ſolvere illam, ut ei adverſarii objiciebant, ſed adimplere, non permittere ut jota vel unus apex prætereat à lege, donec omnia fiant *g*. Voluntatem & legem Dei ceteri, ut antè diximus, interpretantur de redimendo genere humano per mortem Chriſti, & inſtituendo per ejus doctrinam.

a *Exod.*7.13. *Pſ.* 4. 3. *Iob.* 11.13. *Ez.* 11 10. *c.*20.26.
b *Exc. ſup. Iob.*3.15. *Pſ.* 56.8. *Pſ.*107. 2.
c *Matt.*8.2.
d *l.*1. *c.* 10.
e 4. *in Ioan. c.* 12. *& l.*9. *de ador. in ſpiritu.*
f 1 *Theſſ* 4.3.
g *Mat.*5.18.

Admonet Cyrillus *h*, adventum Chriſti, & oblationem ſacrificiumque ipſius, non proſe ipſo fuiſſe, ſed pro nobis dumtaxat: non enim eguiſſe oblatione aut ſacrificio, qui omni peccato ut Deus carebat, ita ut illud aſſeri non poſſit abſque impietatis crimine, ubi, quod ait, ut Deus, intelligit cauſſam cur in humanitate illa nullum peccatum eſſet, ſcilicet ob conjunctionem cum divina, ſive ob divinam perſonam: quum revera in anima ipſa Chriſti nullum fuerit eſſeve potuerit peccatum: & immo præciſa divinitate non fuiſſet, ſi adhuc eo modo quo nunc fuit conceptus eſſet, ſine generis ordinaria ratione.

h Ep. *ad Neſtorium: & eſt etiam in conc. Eph. c.* 6.

Ad poſtremum poni debet, Chriſto propriè dictum præceptum datum eſſe, quod, ut priùs attigi, liberè impleverit. Non erat Chriſtus ut homo ſibi ipſi actibuſque propriis regula, ſed habebat ſuperiorem à quo regi poſſet eique cui ſubjectis eſt, tamquam creatura, obedire. Legi veteri, de qua dixi Cajetanum exponere præſentem locum, ſubjectus non erat, nec ulli alii præcepto poſitivo, non ſolum humano ſed etiam divino, præter id de quo ſæpius meminimus. Moriendi pro nobis verum ac proprium præceptum fuiſſe docet B. Thomas *i*. Chriſtus ipſe nominat mandatum Patris *k*, & præcepta, & hoc loco quam voluntatem vocaverit, appellat quoque legem. Idipſum indicavit, quum dixit *l*, ſi non poteſt hic calix tranſire, videlicet jure ac obligationem præcepti, ut Damaſcenus *m* explicat, & calicem ſibi datum à Patre *n*: denique Paulus *o* argumentatur, *ſicut per unius inobedientiam peccatores conſtituti ſunt multi, ita & per unius inobedientiam juſtos conſtituendos multos*: ait *p* etiam factum *obedientiam uſque ad mortem, & ex iis quæ paſſus eſt, obedientiam didiciſſe q*. Plura de noſtris Toletus *r*, & Suarez *ſ*. Agatho *t* quidem Papa tum ex poſtremo Pauli teſtimonio, tum ex hoc noſtro colligit veram obedientiam & ſubjectionem Chriſti quatenus homo erat, ſub voluntate, præcepto, lege Patris.

i 2. *p. q.*47. *a.* 6. *ad* 2 *& ſ. p.*7. *q.*47. *ar.*2.
k *Ioa.*10.18. *c.*14.31.
l *c.*15. 20.
m *Matt.*26. 42.
n *l.*3. *c.*24.
o 1 *Ia.*18.11.
p *Rom.*5.19.
q *Phi.*2. 7.8.
r *Hebr.* 5. 8.
ſ *In c.* 10.
t *Cajetan.*14. 3. *p. tom.* 1. *diſp* 3.
t *Epi.*1. *quæ refercur etiam in ſyn. do* 6. *act.*4.

C contentus, juſtitiam illam tuam, mihi exploratiſſimam, tacitus intra me meditari & exoſculari, volui in publicum evulgare quàm ſis in præſtandis promiſſis fidelis, quam largus in impertienda ſalute, nolui multitudini & vulgo incognitam eſſe tum miſericordiæ benignitatem, tum veracitatis tuæ atque fidelitatis exactiſſimum tenorem, Conveniunt hæc quidem Davidi quemadmodum quæ ſunt Pſal. XXXIV. *u Confitebor tibi in Eccleſia magna, in populo gravi laudabo te*: ſed multo magis Chriſto, qui ſe *miſſum evangelizare* dixit *x*, quod & apud Iſaiam *y* prædixerat, quem idem expoſuit de *z* ſe: ſedebat Chriſtus quotidie *docens in templo a, & b, in ſynagoga, palam loquens mundo, & in occultonihil*, non erat latro latebras quærens fugitans judicum conſpectum, vitans populi conventum, quum tamen tamquam ad latronem comprehendendum concurriſſent ad eum noctu ſatellites *c*, & jam comprehenſum Pontifex interrogaret *de diſcipulis & de doctrina ejus d*, manifeſtavit nomen Patris *hominibus quos dederat ipſe e illi*, libera oratione utebatur, *non reſpiciens perſonam hominum f*. A reſurrectione imperavit doceri *g omnes nationes*, & *prædicari Evangelium omni creaturæ b, exivitque in omnem terram* diſcipulorum ipſius *ſonus, & in finem orbis terræ verba eorum i*. Anſelmus *k* videtur velle, præceptum Chriſto factum fuiſſe de prædicanda veritate, ſimulque de ſervanda vivendo juſtitia, conſequenter de morte quæ illata eſt, quia perſtitit in obedientia illa: quæ obedientia non erat, inquit, deferendi vitam, ſed ſervandi juſtitiam, in qua tam fortiter perſeveraverit, ut inde mortem incurreret, ita ut poſſit quoque dici, Patrem præcepiſſe illi mori, quum hoc præcepit, unde incurreret mortem, & diſceret ex his quæ pateretur, obedientiam *l*, ideſt, quouſque deberet ſervari obedientia, alios diſcere faceret, & ipſe quod non ignorabat, experiretur.

u *verſ.*28.
x *Luc* 4.43.
y *c.*61. 1.
z *Luc.* 4.18.
a *Mat.*26.55
b *Ioa.*18.20.
c *Mat.*26.55
d *Ioa.*18.19.
e *c.*11.8.
f *Mat.*22 16
g *Matt.ult.* 19. 20.
h *Marc.ult.* 15.
i *Pſ.*15. 5. *Rom.*10. 18.
k 1. *Cur Deus homo, c.* 9.
l *Hebr.*5. 8.

Favet communi expoſitioni verbum *annuntiandi*, quod Græcè eſt εὐαγγελίζειν, nomina Eccleſiæ magnæ & concilii multi. Verùm de his diſtinctè agendum. Hebræi fruſtra de ſuis interpretantur, qui evadentes mare rubrum canenteſque Moſis canticum *m*, hoc feciſſe cenſeantur quod hic dicitur.

m *Exod.*15. 1. *& ſeq.*

Annuntiavi.) In Pſalterio Romano & apud Auguſtinum, Ambroſium, Caſſiodorum, *bene nuntiavi*: in Pſalterio Ambroſiano, *bene annuntiavi*, εὐαγγελισάμην בשרתי *biſſarthi*. Græcum verbum ſciunt omnes eſſe boni nuntii legis Evangelicæ, novi teſtamenti gaudii magni: quod nato Chriſto paſtoribus Angeli evangelizaverunt *n*, quaſi primi prædones Evangelii. Idem verbum Græcum Latinitate donatum ſcripturæ retinent novi teſtamenti, & eſt apud Lucam *o*, ubi citatur Iſaias *p*: in quo interpres *annuntiandi* utitur verbo, licèt Græcum ibidem ſit. Hebræum tum apud eumdem prophetam, tum hic eſt בשר *biſſer*, & aliis locis non paucis *q*, una cum dicto Græco, quoties prædicitur felix nuntium afferendum & exhibendum per verbum quod caro fieret: nam בשר *baſar*, *carnem* ſignificat. Apud Oſeam *r*, *væ eis quum receſſero ab eis*. LXX. ἡ σάρξ μὲ αὐτῶν, legerunt enim ut unam vocem בשה *beſuri*; alii vel duas, ideſt præpoſitionem (ב) *be*, &, שוך *ſur*. De his vocabulis noſtri Maldonatus *ſ*, & Barradius *t*. Veniam peccatorum, ſanctificationem, juſtitiam, redemptionem, adoptionem filiorum, cælorumque hæreditatem, nuntiat Evangelium: numquid poteſt eſſe aliquid æquale tam bonis nuntiis, ait Chryſoſtomus *u*. Propterea ergo Evangelium iſta vocatur hiſtoria Matthæi, ſcilicet quaſi ſi omnia alia verba inania doceantur, quibus ſolent præſentia iſta promitti, ut copia divitiarum, honores, principatus. Nec non faciat ad rem acceptio Evangelii בשורה *beſorah*, pro mercede vel dono quod offerenti lætum nuntium dari *x* ſolet: tum præterea pro ſacrificio quod bono accepto nuntio offerebatur in gratiarum *y* actionem. Poſſunt iſta ſequenti vocabulo deſignari.

n *Luc.*2. 6.
o *c.*4.18.
p *c.*61.1.
q *Pſ.*95. 2. *Iſ.* 40.9. *c.* 52. 7. *& alibi.*
r *Oſ.*9. 12.
ſ *in Prologo. c.* 1.
t *To.* 1 *tom. coord. l.* 1. *c.* 19.
u *Hom.*1. *in Matth.*
x 2. *Reg.*4.10 *c.*17. 22.
y *Ulpia. D. l. falſus de furto C.* 2. *ad Atticum ep.* 8.

Juſtitiam tuam.) Omiſit Hieron. *tuam*, & codices Complutenſes ac Regii, nec eſt in textu Hebræo, vel Græco. Rectè tamen pronomen id ſuppletũ eſt, *Juſtitiam* Paulus *z* etiam ſcripſit in Evangelio revelari. *Annunciationem* ergo aut *Evangelium* noſter Propheta nominat juſtitiam μετωνυμικῶς, tum quia per id iſta revelatur, tum quia credentes Evangelio juſtificantur, non ex operibus legis veteris, non ex ea quæ eſt Scribarum & Phariſæorum

z *Rom.*1.17.

Verſ. 10.) Annuntiavi juſtitiam tuam in Eccleſia magna, ecce labia mea non prohibebo: Domine tu ſciſti.

Verſ. 11.) Juſtitiam tuam non abſcondi in corde meo: veritatem tuam & ſalutare tuum dixi.

Non abſcondi miſericordiam ſuam, & veritatem tuam à concilio multo.

IN illa tua voluntate ac lege cognovi pergratum tibi eſſe laudis ſacrificium, prædicationemque nominis tui, propterea in frequente hominum cœtu celebravi juſtitiam, quam ſicut promiſiſti, erga me alioſque ſervaſti, qui expectant te ac ſperant in te, non peperci labiis, nec parcam, ſicut tute optimè noſti: non fui

rum *a*, non ex umbratili, ſed & juſtitia comprehendit hoc loco Chriſtum ipſum *qui factus eſt nobis juſtitia b* rationem conſequendæ juſtificationis; tum credendo (*juſtitia* enim *ex fide c* Chriſti, & Chriſtus eſt *Dominus juſtus d noſter*, quaſi Melchiſedech rex juſtitiæ:) tum agendo quæ præſcribit. Fidei doctrina myſteria, ſacramenta, præcepta, maximè verò juſtitia, denotat opus redemptionis per mortem & ſatisfactionem Chriſti, qua ſatisfactum eſt offenſæ divinæ, & quæri adverſarius Diabolus de liberatione generis humani nullo modo potuit. Indicabat id ſupra pro ſacrificiis veteribus ſpontaneus ille Chriſti ad veniendum animus, & ad ſeſe morte propria ſacrificandum. Hoc eſt ſacrificium juſtitiæ, quod refutatis aliis acceptandum alio vaticinatur Pſalmo *e* David. Exultare nos Joel *f* jubet in Domino Deo noſtro, quia dedit nobis *doctorem Juſtitiæ*. Hoc, ait *g* Euſebius, eſſe canticum novum quod *h* antea ſibi immiſſum ſub Chriſti perſona canebat David, & Chriſtum cum gaudio Eccleſiæ ſuæ nuntiare tamquam ingens myſterium, quia pro antiquis ſacrificiis & holocauſtis per aſſumptionem humani corporis ſeſe obtulerit Deo. Non eſt injuſtitia quod exegerit Deus ab innocente ſatisfactionem, ac in mortem propter nocentium ſalutem tradiderit: ſummæ miſericordiæ opus fuit, velle ut hominum Chriſtum cauſſam ſuſciperet: poſtquam hic vero ſuſcepit, factus fidei juſſor, dare debuit *animam i ſuam*. Malo peccatoque Judæorum in occidendo Chriſto, quod permiſit bene uſus eſt Deus, & pretium infinitum vitæ Chriſto ad ſuam gloriam primùm retulit, deinde etiam ad bonum noſtrum. Non rarò *juſtitiam* in ſcripturis pro miſericordia poni monui non ſemel. Quadraret hæc notio propoſito, quia in Redemptione miſericordia inſigniter relucet. *Lingua mea meditabitur*, inquit *k*, *juſtitiam meam*, *tota die laudem tuam*, quaſi juſtitiam velit intelligi illam virtutem de qua ſæpiùs, libentiùs, ſuaviùs, laudari ſolet à nobis Deus.

In Eccleſia magna.) Pſalmo XXXIV. *l* quem paullo ante citavi, ſententia ſimilis habetur cum his ipſis vocibus: illis ſynonymæ ſunt paullo poſt *cœtus multus*. Imò Hebraicè ſunt eædem, nempe קהלרב *hahal rau*: Græcè ἐκκλησία μεγάλη & συναγωγὴ πολλή. In Pſalmo XXXIV. pro *Eccleſia magna* eſt etiam קהלב *kabal rau*, & ἐκκλησία μεγάλη, ſed pro *populo gravi* עמעצום *hham hhatſum*, & λαὸς βαρὺς, quæ tamen, ut ibi diximus, idem valent quod Eccleſia *magna & multa*, nec gravitas de moribus dicitur, ut nihilominus in expoſitione præſentis loci citans illum, vult Ambroſius. Accommodatio ſenſu non litterali priora vocabula ſunt: præterea in XXI. *m* Pſalmo cum affini ſententia, *apud te laus mea in Eccleſia magna*.

Eccleſiæ magnitudo propriè denotat multitudinem & univerſitatem quam Catholicæ exprimit epithetum, & quo Apollinarius utitur πολυρχέες, *multarum vocum*, & *idiomatum*: ſimul hæc Eccleſia magna eſt, quia, ut ait Didym. ex magnis & perfectis conficitur, nempe dogmatibus & hominibus: de his etiam explicat Arnobius, atque potiora myſteria complectitur, ut inquit Chryſoſtomus *n*; quia, ut Beda, fortis & firma evaſit poſt aſcenſionem Chriſti, & adventum Spiritus ſancti: quia, ut Thomas *portæ inferi non prævalebunt adverſus eam o*. Nimis anguſtè Euthymius ad Synagogas in quibus Chriſtus palàm ac liberè locutus eſt, locum hunc reſtringit. Aptiùs de Eccleſia dicuntur quàm de Synagoga verba illa *p* Deuter. *En populus ſapiens & intelligens, gens magna, natio grandis, inclyta*. Prædicatio Evangelica gentes numero plurimas reddit his modis magnas, quæ, dum in ſuperſtitione jacerent, ſic erant quaſi non eſſent, ut aliàs dixi.

Ecce labia mea non prohibebo.) Videtur Arnobius legiſſe abſque negatione *prohibui* niſi mendum ſit, aut mala diſpunctio. *Labia Chriſti* myſticè ſunt hi per quos & quibus loquitur, ut de ſe aſſerebat Paulus *q*, ut notat Cyrillus *allegari negans Dei r verbum* (ut Hieronymus) quamvis indigni ſimus (ut Chryſoſtomus *ſ*, & Heſychius) afferentes exemplum ipſiuſmet Chriſti, non dedignantis Samaritanum, alioſque peccatores, ad quos etiam ſe, ut ad ægros medicum, dicebat veniſſe: *væ illi qui t tacet, & quum debeat evangelizare, id non u facit*: prohibet labia ſua qui quod prædicat, operari non curat, nec loqui audet quia non operatur, ut juxta tropologiam cum Gregorio monet Hugo. Uſurpat autem præterea Gregorius *x* locum contra illos qui quum habeant ſufficientiam, & ætatem, recuſant prædicare. Polliceturque David Pſalmo I. *y*, docturum ſe *iniquos*, ut impetret miſericordiam.

Accommodat Bernardus *z* ad illos qui objecto, inepto, ſtulto, irrationabili, noxio pudore, non obſtruunt labiorum oſtium, ne ex profundo cordis malum quod compunctio expellere conatur, exeat, ſed liberè apertèque peccata confitentur. Auguſtinus in eos detorquet qui non vereantur quod credunt, confiteri in perſecutione aut alibi, ſed quod credunt loqui non dubitent *a*, ut ſit etiam *ore confeſſio ad ſalutem*.

Omitto aliam myſticam labiorum notionem, quæ gemina ſunt, pro duplici teſtamento, de qua Hugo & ante illum Gregorius *b*, Euthymius *c*, Auguſt. *d*. Præterea myſtico quoque ſenſu Beda, (labia) molliores ac infirmiores præcones accipit, ut ſit argumentum à minori vel à majori, juxta illud *e* Job, *derelicta ſunt tantummodo labia circa dentes meos*. Solæ mulieres Chriſtum in paſſione circumſteterunt; quod Gregor. *f* ſecundùm allegoriam etiam aliter explicat de ſola confabulatione Apoſtolorum de Chriſto, poſt mortem ejus, quum virtutem amiſiſſent bonæ operationis & morſum correptionis. Libertatem dicendi ac fiduciam iſta *non prohibitio* denotat, quam fiduciam loquendi verbum flagitabant oratione communi Apoſtoli *g*, & Paulus *h* poſcebat diſcipulorum preces, ut impetrarent dari ſibi ſermonem *in apertione oris, & cum fiducia notum facere myſterium Evangelii*. *Propter* hæc *verba labiorum Dei*, eorumque qui nomine loquuntur Dei, *Cuſtodienda via dura i*. *In his labiis* (Dei, & qui regi ſe ab hoc ſinat Rege) *divinatio eſt*, *& in judicio non errabit os k ejus*: *de rebus magnis* loquuntur & aperiuntur *ut recta prædicent l diffuſa eſt gratia in labiis* iſtis *m*, quia *labia* ſunt *charitatis* quibus & quorum ſpiritu percutitur Holofernes *n*, *interficiturque impius o*: *cuſtodient* hæc *labia ſcientiam p*, ut ſuo eam promant tempore, tamquam vitis religata coccineis *q* ardentis Charitatis in Deum & proximum, quam præcipuè concipiunt ex purpureo Chriſti ſanguine: Sed ad loquendum quum oportet ſoluta eorum impuritas carbone mundatur accenſo ejuſdem divinæ charitatis *r*, ut ſic abſque periculo, & abrupto ſilentii vinculo proferant ſermonem.

Denique *non prohibere labia*, ſed ea movere, ut Anna faciebat, Samuelis futura mater *ſ*, aſſiduitatem indicat orationis. Vim ea habet permagnam ad hoſtes in poteſtatem redigendos, unde quod Balac de populo dicebat Hebræo, fore ut omnes qui in finibus ejus commorabantur, deleret, *quomodo ſolet bos herbas uſque ad radices carpere t*, ſive, ut LXX. vertunt, *ablingere*, aut ut Chald. Paraphraſtes, *lambere*. Origenes *u*, ex majorum ſuorum expoſitione refert innuere, populum illum Dei non tam manu & armis, quàm voce & lingua pugnaturum, & orationem fundendo proſtraturum inimicos.

Domine tu ſciſti.) Non alios adeo multos in Eccleſia magna, ſed unum vult adnotatque teſtem Deum, qui cuncta optimè cognoſcens, fideliterque munerans, nullius adhoc teſtimonio indiget: ſed Deum non ſola videre labia ſeſe moventia, ſolos audire ſonos voceſque, ſed intueri cor labia poſſe eſſe *x* doloſa, poſſe labiis honorari Deum, corde longiùs remoto *y*: fore ut erubeſcat eos Chriſtus coram Angelis Dei, qui ſe ſic erubuerint confiteri *z*. Beda illa verba, *tu ſciſti*, exponit, tu elegiſti, tu feciſti, nempe tales eſſe præcones, quod ipſe per labia intelligit. Thomas, tu approbaſti intentionem meam, tu ab æterno me prædeſtinaſti. Athanaſius, tibi vendicaſti. Senſus eſt quem dixi, ut nempe teſtem vocet Deum. Auguſtinus *a*, juramenti formam docet eſſe quum quis ait, *ſcit Deus*, quod uſurpavit Paulus *b*, item, *teſtis Deus* c, *teſtem Deum invoco ſuper animam meam* d: etiamſi non dicatur, *per Deum* addit etiam *per veſtram gloriam*. e Lege etiam Innocentium *f* III. De juramento autem ipſi antea diximus Pſal. XIV. *g* Apollinarius explicat, *Deum intus in animo quod ipſe juſtitiam haberet, ſciviſſe*:

Α'υτὸς ἐμὲ προσεπ'διασει διαμωμῶν δε Δάναος.

Juſtitiam tuam non abſcondi in corde meo.) In Pſalterio Romano alia diſpunctio eſt, principiumque verſus noni ſic inchoat: *Domine tu cognoviſti, juſtitiam tuam non abſcondi in corde meo, veritatem tuam & ſalutare tuum dixi.*

Am-

a Matt. 5. 20. b 1. C. 1. 30. c Rom. 10. 6. Ier 33. 16. d Pſ. 5. 9. e 2. 21 23. f 2. 23. g 1. de demon c 10. h verſ. 10. Summæ miſericordiæ opus. i Eccl. 29 29 k Pſ. 34. 28. l verſ. 18. m verſ. 26. n Hom. 2. o Mat. 16. 18 p D. 4. 6. 7. 8. Gêtes plurimæ in ſuperſtitione jacentes ſunt quaſi non ſint. Labia Chriſti myſticè qui dicantur. q 2. Cor. 13. 3 r 2. Tim. 2 9 ſ Hom. 2. t Iſ. 6. 5. Prohibere labia ſua qui dicantur. x 3 p. Paſto. admo. 26. y verſ. 15. a ad milites templi 12. b Ro. 10. 10. Myſticæ notiones. c 2. c. Mor. c. 4. li 16. c. 17 hin Formul. ſpiritu. e de eſſent. divin. f cap 19. 10. g 14 Moral. cap 14. h Act. 4. 29. i Ephe. 6. 19. k Pſ. 16. 4. l Prov. 16. 10 m cap. 8. 7. n Pſ. 44. 3. o Judit. 9. 13 p Iſ. 11. 4. q Malac 2. 7 r Cant. 4. 3. Iſa. 6. 6. 7. ſ 1. Reg. 1. 13 t Num. 24 4. u Hom. 11. in Exod. x Pſ. 11. 3. y Iſ. 20. 13. Matt. 15. 8. z Mat. 10. 32 a Ep. 89 9. 5. Juramenti forma. b 2. C. 12. 2. c Rom. 1. 9. Philip. 1. 8. d 2. C. 1 23. e 5. Cor. 15. 31. f c. etſi Chri. de jurejur. g verſ. 4.

Ambroſius & Auguſtinus ſegunt, *juſtitiam meam*, Æthiopicum Pſalterium modò legit. Eadem lectio cum eadem dicti Romani Pſalterii diſtinctione habetur in editione LXX. correcta, & apud Apollinarium citatis modò verbis, & in Pſalterio Arabico. Explicat Auguſtinus de martyre conſtanter profitente ante perſecutorem fidem ſuam, quia *juſtus ex fide vivit* a, & Chriſtum qui *veritas* b *eſt*, ac *ſalutare* c *Dei*, liberè dicente, Ambroſius declarat Chriſtum Patri loqui poſſe, nihilominus non arroganter, & quemlibet alium hominem dicere juſtitiam ſuam, qui Deo credat, & fidem ſuam *reputari ad juſtitiam* d confiteatur. Sed communior editio habet *juſtitiam tuam*, ſequitur quoque Hieronymus, & eſt in textu Hebræo צדקתך *tſidkatheca*, ac in pluribus codicibus Græcis. Quid ſit *juſtitia* dictum priùs non repugnat autem præſens præcedenti e ſententiæ, *& legem tuam in medio cordis mei*, & alteri in Pſal. CXVIII. f quam ibidem recitavimus, *in corde meo abſcondi eloquia tua: ut non peccem tibi. Ponitur lex in medio cordis, & abſconduntur eloquia divina in corde*, ne peccatum admittatur, omittendo curam illorum, non æſtimando, negligendo rem adeò utilem atque vitalem, non abſconduntur hæc eadem ſine juſtitia in corde, ne pariter imputetur peccato, ſi quis tamquam ſervus piger, ingratus, malignus, urnam talentumve in ſudario, aut in terra contineat & infodiat g, nec aliis quibus debet & quando ac quomodo oportet, manifeſtet, ſicut antea demonſtravimus: & Ambroſius h Epiſtola quadam ſcribit, quo poſſimus leprolos referre, qui ſceleris argui metuebant, ſi bonum nuntium non referrent i. *Sacramentum regis abſcondere bonum eſt, opera autem Dei revelare & confitere honorificum* k *eſt*, ut *ex* multarum *perſonis* facierum *per multos Deo gratia* l *agantur*: denique Apoſtoli fidenter dicebant ſe *quæ vidiſſent & audiſſent; non poſſe non loqui* & obedire Deo magis oportere quàm hominibus m.

Veritatem tuam & ſalutare tuum dixi.) Hieronymus pro *veritate* potuit fidem, *fidem* intelligens pro fidelitate, ſicut & *veritas* veracitatem ſignificat; quum juxta etymon fidei ſit quod dicitur. Hoc valet אמנה *eminah*. Explicant alii veritatem eorum quæ credi debent, de qua dixerit Chriſtus Pilato, *ad hoc veni, ut teſtimonium perhibeam veritatis* n.

Non abſcondi miſericordiam tuam & veritatem tuam à concilio multo.) Repetitur idem in pluribus verbis conſueto Pſal. more. Cum juſtitia inquit Propheta & cum veritate atque ſalute etiam miſericordiam, ſed hæc primùm tenet locum, quia Deus adducitur ſola miſericordia & liberali gratia (Symmachus reddit χάρις pro ἔλεος) ut nos reſpiciat, hinc ſequitur ut dignationi ſuæ promiſſiſque veluti ex quadam juſtitia ſatisfaciat, numquam protegendo ac benefaciendo laſſatus. Sumit Auguſtinus pro juſtitia veritatem, & ita ſanè ſumitur non raro, poſſentque ſynonyma membra centeri, *veritas & ſalutare miſericordia & veritas*: nomen autem *juſtitiæ* omnia complecti. Juſtitiam enim Auguſtinus per veritatem ſignificatam accipit, ut cernitur in puniendis peccatoribus maximè reprobis.

Non abſcondi.) Alia Pſalteria Latina, *non celavi*, nec non Auguſtinus, Caſſiodorus, Concilium Toletanum III. & alii in eo Concilio. Ricardus Rex fidem Catholicam profitens hæreſi Ariana abjurata, uſurpat hunc locum, quo ad id faciendum inter alia ſe impulſum affirmat, ſicut & ſententiis illis antea citatis, ne quem pudeat confiteri Chriſtum coram hominibus o, & quòd *ore confeſſio fit ad ſalutem* p: præterea Timothei exemplo, quem laudat Paulus q quòd *confeſſus*, effet *bonam confeſſionem coram multis teſtibus*. Adde præclarum exemplar Rhetoris illuſtris Victorini, de quo Auguſt. r *Abſconditus Deus* noſter eſt ſ, atque Chriſtus ſecundùm generationem æternam, incarnationem, nativitatem, altitudinem prædicationis, crucis myſterium, in quo *abſcondita fortitudo ejus* t, reſurrectionem ac aſcenſionis triumphum: hæc, ut dixi, opera non debent à nobis abſcondi, ſed *revelare & confiteri honorificum eſt* u, ita tamen ut ſimul reverentia obſcuræ fidei ea credendo fateamur adhuc in hoc caliginoſo loco abſcondita eſſe, donec *in ipſo lumine videamus lumen* x, & *ſimiles Deo videamus eum ſicuti eſt* y.

A concilio multo.) Hieronymus, *in Eccleſia multa*, ſicut & verſu 10. ubi Latina editio noſtra habet, *in Eccleſia magna*. Ibi, monui utroque in loco Hebræas voces eaſdem eſſe, קהלרב *kahal rau*, ſed Græcas, ἐκκλησίαν μεγάλην, hìc συναγωγὴν πολλήν. Legitur in Pſalterio Romano, & apud Caſſiodorum, *à ſynagoga multa*. In Ambroſiano, *à ſynagoga multorum*: apud Auguſtinum, *à congregatione multa*: apud Concilium Toletanum III. eodem pacto, vel, *à congregatione multorum*. Symmachus ἐνπληθύι *in multitudine*: Aquila & Theodotio, ἐν ἐκκλησίᾳ μεγάλῃ, *in Eccleſia magna*, ut de eadem Eccleſia locutum fuiſſe, inquit Euſebius, manifeſtum ſit. Pſal. CX. quum canitur, *Confitebor tibi Domine in toto corde meo in concilio juſtorum, & congregatione*, vocabula Hebræa ſunt סוד *ſod*, & עצה *hhetſah*, Græca βουλὴ & συναγωγὴ, in primo concilium impiorum vocatur עצה *hhetſah*, &, βουλὴ. Adi ejus loci commentarium, in quo de *conſilio* & *concilio* an differant. Non ergo ex voce *ſynagoga*, ſatis colligitur à Caſſiodoro innui verbis iſtis Chriſti ſermonem habitum in ſynagoga Nazareth z. Nec per *concilium* Judæos ſolos intelligo cum Chryſoſtomo a, licèt etiam priorem tueatur ſententiam, ut ſit idem *concilium* ſive συναγωγὴ hoc loco, quod *Eccleſia*.

z *Luc.* 4. 15
a *Hom* 2.

Verſ. 12.) Tu autem Domine ne longè facias miſerationes tuas à me: miſericordia tua & veritas tua ſemper ſuſceperunt me.

JAm ex lætitiæ cantico quod hactenus cecinit, in lamentabilem Vates auxilii deſcendit imprecationem, quaſi relapſus in calamitates & hoſtes, niſi, quod initio, annotatum eſt, agat nunc in ſuorum perſona Chriſtus membrorum, quum egiſſet priùs in propria, vel per ὕστερον πρότερον, etiam nunc ſub propria, quaſi pro ſe loquatur, aditurus ſupplicium crucis, de cujus triumpho ac fructu in Pſalmi præcedente parte, ſed primum melius, ſalvo ſemper ſenſu litterali de David, cujus prototypus Chriſtus. David ergo orat Deum ut quoniam toties antea ſit ejus experitus miſericordiam in beneficiis, veritatem vel in promiſſis, vel, ut juſtitiam ſignificat, in liberatione à periculis, inimicis, calamitatibus ipſis, præterea, quia quod in ſe erat, laudes ipſius, clara & publica oratione celebraverit, non parcens ori, non labori, dignetur viciſſim, non contentus priore benignitate, eamdem non prohibere & continere, ſed ampliùs communicare. Pro hoc opere, ait Ambroſius *b*, nempe, quòd non celaverit miſericordiam Dei, &c. quaſi viciſſitudinem à Deo poſtulans, hoc adjecit, quaſi diceret Deo, ſicut ego feci alios miſericordiam invenire, ita ipſe non patiaris *longe fieri miſericordias tuas à me*.

b *ep.* 53. *edit. Roman.*

Eccleſiam, aut unum quemlibet de Eccleſia proſe, aut Chriſtum pro ſuis membris orantem, Patris alii, aliter quàm enarratores, hìc faciunt. Athanaſius, populum Hebræum, qui veluti diffidens de Dei miſericordia, & propterea deſpectus, & omnibus calamitatibus circumventus, ad pœnitentiam revertatur, & magnificentiam Dei imploret: ſignificari autem vocationem ipſius quæ in extremis temporibus futura ſit.

Tu autem Domine ne longè facias miſerationes tuas à me.) Hieronymus, omiſſa particula *autem*, quæ non eſt in textu Hebræo, *Tu Domine non prohibebis miſericordias tuas à me* utitur futuro, quod non rarò ponitur loco imperativi vel optativi: dicit, *prohibere* quidem verbum verſu 10. interpretes poſuerunt, & ipſemet, quia Hebræum כמה *chalah*, utrobique idem eſt, unde Græcum κωλύω prioris loci, ſumptum videri poteſt, & Latinum *claudo*: ſignificat enim etiam continere quidpiam ſicut clauſum. In Pſalteriis aliis Latinis & apud Caſſiodorum & Auguſtinum, ſunt *miſericordiæ* pro *miſerationibus*: & Auguſtinus, *elonginquare* dicit, pro *longè facere*: tamen οἰκτιρμοὶ רחמים *rechamim*, plus quid ſignificant quàm ἔλεος & חסד *cheſed*, nempe quaſi *viſcera quædam miſericordiæ*, ſicut ex Hebr. vocabulo חסד *cheſed*, aliud natum eſt חסידה *chaſidah*, proprium piæ volucris ciconiæ, ut aliàs diximus, ita ex וחם *rechem*, ורם *racham*, cygni & pelicani, pelargi, ab effectu miſericordiæ, quem & Græci verba πελαργίζειν exprimunt.

Etymon verbi *claudo*.

Miſericordia & veritas tua ſemper ſuſceperunt me,) Hieronymus, *ſervabunt me*. Symmachus numero ſingulari

a *Heb.* 2. 4. *Rom.* 1. 17.
b *Ioan.* 14. 6.
c *Luc.* 2. 30.
d *Rom.* 4. 5.
e *verſ.* 9.
f *verſ.* 62.
g *Luc.* 19. 20
h *ep.* 54. *edit. R. de inven. SS. Gerv. & Prot.*
i 4. *Reg.* 7. 9.
k *Tob.* 12. 7.
l 20. *C.* 1. 11.
m *Act.* 4. 19. 20.
n *Ioan.* 18. 3
o *Mat.* 10. 32
p *Ro.* 10. 10.
q 1. *Tim.* 6. 12.
r 18. *Confeſſ. cap.* 2.
ſ *Habac.* 3. 4.
t *Tob.* 12. 7.
u
x *Pſ.* 35. 10.
y 3. *Ioa.* 3. 2.

Iari περιφραξάτω με, *circumſepiat me*. In Pſalterio Ambroſiano, *ſuſcipiant me*. Codices Regii, Complutenſes, & alii habent in optativo, ἀντιλάβοιντο: correcti, in indicativo ἀντιλάβονται. Præfert Euthymius priorem lectionem, & poſt eum Janſenius: eſt quidem magis conſentanea Hebræo futuro יצרונני *iitſrunt, cuſtodient me*, quum ſoleant uti futuro Hebræi pro imperativo: tamen quum nihil ferè variet ſententia, editionem noſtram potiùs tueamur. Apollinarius colligens argumentum, ſicuti retuli de Ambroſio, ex prædicatione laudum Dei, ut propterea Deus benignè faciat, ſic locum iſtum præclarè explicat.

Υ' ἔνθα μηδὲ συνόσφιν ἀρηγόχεια αἰεδύσεις,
Θάλπε μ' ἐλέῳ ἠ ἀλιθεὶ πάντοθε βυκλῳ.
Ita neque tu ſeorſum tutricem manum impedies,
Fove tua me miſericordia & vero ſemper conſilio.

Dixi aliàs de vi verbi ἀντιλαμβάνεσθαι, & *ſuſcipiendi*, quod eſt, *firmare* ac manu quodammodo injecta ſuſtinere aliquem, ne cadat. *Miſericordiam & veritatem*, de quarum quoque crebra in ſcripturis conjunctione, alibi egimus *a*, Salomon *b* ſcribit, *Regem cuſtodire, & roboraris clementia thronum ejus*, quaſi videlicet ut latrones cuſtodeſque cingerent illum; & innixum ſibi ſuffulcirent, nec ubi impingat aut labatur.

a Pſ.24.10.
b Prov.20. 28.

Verſ. 13.) Quoniam circumdederunt me mala, quorum non eſt numerus: comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui ut viderem,

Multiplicatæ ſunt ſuper capillos capitis mei: & cor meum dereliquit me.

NOlim tuæ miſerationes longiùs abſiſtant à me, ſed circumſtent ſemper cum fideli ac juſta protectione, quoniam vallant me omni ex parte mala innumerabilia, plurimæ premunt iniquitates, propterque ipſas permultæ calamitates, ut quum ad eas attendo, nec inire numerum earum, nec ſatis eas quas queam diſpicere, ſed obrutus multitudine, deficiam animo, vires me animi deſtituant, è corde ipſo deſerat, concidam penè exanimis. Chriſtus omnium in ſe ſuſcepit expianda peccata, & in ſuorum perſona membrorum quandoque loquitur, ut de peccatis propriis: ſic Sancti viri ſeipſos involvunt quandoque, dum de peccatis loquuntur, ut Danielis *c* hic exemplo Chryſoſtomus, confirmat, & Jeremiæ *d*, Iſaiæ *e*, Pauli *f*.

c c.9. 5. & ſeq.
d Thr. 5. 1. *& ſeq.*
e c 64. 6.7.
f 1.*Tim.*1.1. 3.

Circumdederunt me mala quorum non eſt numerus.) Quo pacto quæ ordinarium ſuperant numerum, eſſe dicantur extra numerum, docuimus verſu 6. cum Auguſtino. Circumdatio iſta obſidentibus inimicis aut circumfuſis cenſeri ſimilis fluctibus poteſt. In Pſalm. XVII. *g* eadem fere dicendi formula, *circumdederunt me dolores mortis, & torrentes iniquitatis conturbaverunt me*: & in LXXXII. *h in me tranſierunt iræ tuæ, & terrores tui conturbaverunt me: circumdederunt me ſicut aqua tota die, circumdederunt me ſimul*: dicitur præterea *circumdare* nos *iniquitas calcanei i*, & muros noſtros eodem cum labore, injuſtitia, uſura, dolo *k*.

g verſ. 5.
*h verſ.*17.18
*i Pſ.*48.6.
*k Pſ.*54. 11. 12.

Comprehenderunt me iniquitates meæ.) Ad iniquitates allicimur voluptatæ: illæ poſtquam peccavimus, inſequuntur fugientes debitas pœnas. *Venient*, ait Deus *l*, comminans peccantibus *ſuper te omnes maledictiones iſtas*, & perſequentes *apprehendent te, donec intereas*, *iniquitates ſua capiunt impium*, & *funibus peccatorum ſuorum conſtringitur* m. *Furor iræ* Dei *comprehendit iniquos* n, & comprehenduntur *in ſuperbia* o *ſua*, quæ *aſcendit ſemper* p. quod in ſe quidem eſt ſpiritus oris noſtri: *Chriſtus Dominus captus eſt in peccatis* q *noſtris*, ideſt, propter peccata noſtra: quem locum alii de Joſia Rege intelligunt, aut de Sedechia. Comprehenſio poteſt adhuc intelligi de præoccupatione: quoniam, ut Paulus *r* loquitur, præoccupatur aliquis ita ut quod mox hic ſubjicitur, non liceat diſcernere, ſic Apollinarius.

*l Deut.*28. 15
*m Prov.*5.22
*n Pſ.*68.25.
*o Pſ.*58. 13.
*p Pſ.*73.23.
*q Thr.*4.20.
*r Gal.*6. 1.

Ἐφθασαν ἀμπλακίαι με, φάος δὲ ἐκρυβὲν ἔσσυν.
Prævenerunt vitia me: lux vero meis abſconſa eſt ab oculis.

Peccatum excubat juxta vim Hebræi verbi רבץ *ravats*, in Geneſi *ſ*, ut ſolent leones, caneſque etiam dum videntur dormire: velut miles & ſatelles, auctorem comitatur ſuum, & cum eo colligatur, ut colligari ſolitos olim cum cuſtodibus militibus vinctos dixi Actuum 12. *t*, denique *comprehendere iniquitates*, eſt evenire iniquis quæ comminatus eſt Deus, ſicut apud Zachariam u, *verumtamen verba mea & legitima mea, quæ mandavi ſervis meis Prophetis numquid non comprehenderunt patres veſtri*, &c.

ſ cap. 4.7.
*t verſ.*6.
u cap 1.6.

Et non potui ut viderem.) Hieronymus, *Non potui videre*, aliter, *ad videndum* לוארח *liroth*. Non poſſunt peccata præ multitudine diſcerni & cognoſci: *delicta enim quis intelligit* x; ſunt præter magis aperta, occulta y multa & z aliena *excæcat* aliquando *malitia* a, *qui odit fratrem, in tenebris eſt & in tenebris ambulat*, & *neſcit quo eat, quia tenebræ obcæcaverunt oculos* b *ejus*: *iniquitates dividunt inter nos & Deum* *: ingens pavor impendentium pro peccatis plurimorum & maximorum malorum, ſic percellit animum ac obtenebrat ut ipſamet attonitus mala ſua clarè intueri non valeat. *Cor meum conturbatum eſt* ſcripſit David noſter Pſalm. XXXVII. *c dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum*, quod hìc paullo poſt de corde, *& cor meum dereliquit me*. Proferens Chryſologus *d* locum utrumque, dum de filio diſputat prodigo, quem Patris venientem à longè aſpectus illuſtraverit, non ſunt, ait, tales tenebræ noctis, quales illæ ſunt quæ de confuſione veniunt peccatorum. Ubi primi parentes peccaverunt, aperti ſunt oculi ad cernenda quæ priùs non experiebantur minùs honeſta penè clauſi ac obtenebrati ad honeſtatis intuitum *e*. Hinc ad nos derivata tanta ignoratio & mentis cæcitas, una de pœnis originalis peccati quam propria deinde majorem reddunt.

*x Pſ.*18.13.
y ibid.
z ibid
*a Sap.*2. 21.
b 1.Jo.2.11.
*c Iſa.*59.2.
c verſ.11.
*d Serm.*8.
*e Gen.*3.7. Una de pœnis originalis peccati mentis cæcitas, aucta deinde propriis peccatis.

Quod Hugo aut Alenſis explicat de Chriſto, *non potui ut viderem*, ideſt, ita me tractare permiſi, ac ſi impotens eſſem (quod de illo inimici dicebant *f*, *ſe ipſum non poteſt ſalvum facere*) ut viderem nempe fructum paſſionis meæ (ſi namque *poſuerit animam ſuam pro peccato videbit ſemen longævum*;) vel *non potui ut viderem*; quia velata facie dederunt alapas dicentes; *Prophetiza nobis Chriſte quis eſt qui te percuſſit* *g*: hoc, inquam, de quo poſtea vidi quæ Tuccius *h* affert, vovens execrari his verbis Chriſtum ſcelus id immane *i*: & illud piè dicitur, non tamen ita propriè, & commodè, ſicut quæ priùs allata ſunt, tum quod te hebetata, ut fit, ob multitudinem objectorum, acie oculorum. Spectant ad Tropologiam cauſſæ videndi uſum liberum impedientes, de quibus Auguſtinus, humor, fumus, pulvis, aliquid injectum: collyrio divini præcepti ſanctos oculos Deum videre poſſe.

*f Mat.*27.42
*g Iſa.*52.10.
h Matt. 26. 68.
i in Cantic. Annot. de cinnamis pagin. 366?

Multiplicatæ ſunt ſuper capillos capitis mei.) In Pſalterio Ambroſiano, & apud nonnullos legitur, *multiplicati ſunt* nempe inimici, de quibus item in alio Pſalmo *k multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei qui oderunt me gratis*. At non debuit Agellius, editionem noſtram, quam Hebræi, Græci, Latini ſequuntur, deſerere, & veriſimile eſt ob affinitatem lectum hic eſſe quod eſt alterius loci. Capillos vix ſingulos numerare poſſumus. Idem ergo aliis verbis dicit de iniquitatibus, quod antea de malis abſque numero, quorum peccatorum multitudinem cum magnitudine deſignat debitum decem millium talentorum *l*. De minutis & levibus peccatis Auguſtinus, Ruffinus aliique interpretantur, quia capilli ſunt exiles, quæ timenda ſunt propter multitudinem, ut non moles tantùm magnorum timeatur peccatorum, ſed ne arena etiam obruat: non quòd infinita venialium multitudo id per ſe valeat efficere, quod unicum mortale, quia genere ſeu æſtimatione morali planè differunt, ſed quia proniores reddimur ad ruinam, ſi leviores lapſus negligamus, ut notat Thomas. Satiùs eſt de cunctis peccatis indefinitè accipere, ſicut priùs lata atque diffuſa facta eſt operatio mali, ut ait Tertullianus *m*, multiplicia ſpiritus incitamenta jaculantis: modo parvula, modo maxima. Caſſiodoros & Haimo ex capil-

*K Pſ.*68.5.
*l Mat.*18.24
Infinita venialium peccatorum multitudo non per ſe tantum nocet quantum unicum mortale.
m de patib. c. 12.

Sacerdotũ in Vet. Teſt. capilli cur raderentur.

capillis rationem ſimilitudinis dant, quia radebantur Sacerdotum in teſtamento vetere capilli, ut tali emunditione, inquit prior, purgati, carnis vitia depoſuiſſe viderentur. Nimis excreſcentes capilli, ut obſervat Aleníis aut Hugo, contegunt oculos, ne, ut proximè dictum eſt, videre poſſint: ex abundantia naſcuntur, ſicque *iniquitas prodit ex adipe a*: radices habent in capite, quomodo & peccata in eodem, ſeu in corde, unde exeunt, teſte Chriſto *b*: ubi, ut eleganter ſcribit Chryſologus *c* differens de infinita iſta vitiorum multitudine, intus eſt inimicus qui ſuus expugnator & liberator eſſe non poteſt, ſed alienum requirit auxilium, quærit alterum defenſorem.

a *Pſ.72. 7.* b *Matt. 15. 18* c *Serm.171.*

Tropolog.

Qui nomen gerit Hieronymi, quum explicat *multiplicatas iniquitates ſuper capillos*, ideſt, ſuper genus humanum, aliam innuit, ſed paullo duriorem tropologiam. Aliæ ſunt de ſuperbia & præſumptione, qui eſt vertex capilli, *perambulantis in deliciis d*. de Viris ſanctis, quia adhæreant capiti ſuo Chriſto, & à quibus non valeant iniquitates adeo multæ ablui, ac deleri, ſine magno ac manifeſto Dei auxilio, ut docet Beda, vel ſuper quos innumeræ tribulationes venturæ ſint: de cogitationibus, quas numero ſuperant peccata, lege Aiguanum, olim Incognitum, qui Judith præterea in Abſalonis capillo *e*, in calvitio Elitæi *f*. in Chriſti candidis in lanæ albæ & nivis morem capillis *g*. Potuit afferre præterea quòd capillos capitis noſtri omnes numeratos, & nullum periturum Chriſtus dixit *h*, & his ſimilia, ſed merè myſtica ſunt hæc vel accommodatitia.

d *Pſ.67. 22.* e *2. Reg. 14. 11. 26.* f *4. Reg. 2. 23.* g *Apoc. 1.14* h *Mat. 10.30*

Et cor meum dereliquit me.) Cogitationem Chaldæus dixit רעיון *rabbion*. Cajetanus, quemadmodum per illa verba, *non potui ut viderem*, obcuratum peccato intellectum, ſic per iſta perverſum ſtudium interpretatus, ſine cura ſalutis humanæ, ſectando delectabilia, divitias, famam, gloriam, ita ut non dereliquerit cor iſta, ſed hominem, ideſt, res homine dignas. Cordi tribui Sapientia ſolet, ſicut aliis internis partibus alia, juxta illud tritum:

Divinum miraculum editum in Catharina Senenſi. Inuſitatum portentum in victima. i *2. de div.* k *1. de plac.* Victima avulſo corde ambulans. Denudato omnino corde hominis vitam ducentis exẽplum. l *q. de anato adminiſtr.* in *q ava. amp. cap. 18.*

Cor ſapit, & pulmo loquitur, fel commovet iras,
Splen ridere facit, cogit amare jecur,

Vivi ſine corde non poteſt, niſi divino miraculo, cujuſmodi ferunt editum in Catharina Senenſi, quæ pro ſuo alterum acceperit à Chriſto, aut quæ ſanguinem habent, ſine corde nequeunt eſſe, niſi inuſitato portento, quale M. Tullius *i* narrat in victima paullo ante Cæſaris interitum, dicens per id vitæ & conſilii defectum ſignificatum, & ejuſmodi partes in ipſo immolationis tempore interiiſſe. Galenus *k* narrat, victimam avulſo corde ambulaſſe, & alibi *l* profert exemplum Maruli Mimographi filii, qui denudato omnino corde vixerit. Refert Andreas Laurentius *m* ejuſmodi alia experimenta, reſpondetque ſi quando avulſo animal corde ambulet, aut clamitet, ſi non prodigioſum cenſeatur, in ſpiritus diffuſos cauſſam rejiciendam, quibus exhauſtis extinguatur. Nihil de veritate omnino raræ ac ſingularis rei curo. Figurata locutio ſignificat virium defectum vel animi & fiduciæ, vel conſilii, quem defectum in maxima rerum moleſtarum turba experimur, quaſi excordes, væcordes, amentes facti. Vulgo *hominem ſine corde*, timidum ac ſpem abjicientem nominamus: ita exponit Euthymius. Confectus dolore, *cor* ipſemet ſuum *hæſitare* dicitur: Unumque Pythagoræ ſymbolum erat, *cor ne hæſites*. Unde idem Cicero:

Pythagoræ ſymbolum.

Ipſe ſuum cor edens hominum veſtigia vitans,
& Homerus *n*.

n *Iliad. ζ.* Οὐ δυμὸν κατέδων.

Cor amatus dicitur qui prudens, ſi luciæ plenus. Veluti cor priùs amiſſum per peccatum, ut hic notat Hieronymus, invenilſe ſe David *o*, dixit aliquando, ut oraret Deum quadam oratione: de illo loco dixi Pſalm. XXVI. Gregorius *p* verò dicit quòd *cor* noſtrum *nos derelinquit*, quando ſic à concupiſcentiis carnalibus vincimur, quum intentiones cordis in terrenis & carnalibus atque corporis, & non in cæleſtibus & ſpiritualibus ponimus: & quòd id invenimus, quando per intentionem cordis ſpiritualia quærimus: quando hanc à terrenis avellimus, ut ad cœleſtia dirigamus. Notus avarus ille dives, in cujus funere Antonius de Padua ſermonem habens, juſſit ex arca cor afferri, ubi Dei profe-

o *2. Reg. 7. 27*

p *l. 4 in c. 1 Regum.* Cor ut nos derelinquere dicitur, & ut à nobis invenitur.

A ctò juſſu avulſum hærebat. Quid mirum, inquit Auguſtinus, ſi cor tuum deſertum eſt à Deo tuo, quando ſe ipſum deſeruit? Ait *cor tuum te derelinquere*, eſſe, non eſſe idoneum ad cognoſcendum te: & quum in corde Petri, jactantis non negaturum, præſumptio eſſe falſa, & poſtea timor verus, cor ipſius idoneum non fuiſſe ad ſe comprehendendum, latuiſſe ſibi ipſi, eumque dereliquiſſe. Caſſiodorus ac Thomas docent *cor* tunc *nos derelinquere*, quando non appetit profutura, videlicet, quia non fungens munere ſuo perinde eſt ac ſi præſens non eſſet. Ad quem modum Tullius *q* prodidit, qui aſſerat, non minorem voluptatem percipi ex viliſſimis rebus quàm ex pretioſiſſimis, non modò cor non habere ſed ne palatum quidem. Addit Thomas, diſtractum cor cenſeri derelinquere, idque per venialia peccata fieri, quæ quamvis non tollant charitatem, impediunt tamen fervorem. Cyrillus *r* tractans reſponſum Ezechiæ ſuper nuntio mortis quod Iſaias detulit, eumque dicens apologia & defenſione deſtitutum fuiſſe qua ſuis delictis opem afferret, docet valdè infirmam eſſe mentem humanam, & in multis offendere nos omnes *f*, nec quemquam noſtrum cordatum & in omnes partes ſapientem eſſe poſſe, ſed cor etiam amans Dei, ac mentem admirabilem, ſæpè in id quod minùs rectum eſt, impingere. Non ineptè dixeris, amicum qui adit alium, ut panes impetret pro altero amico, qui *de via venit* r, eſſe ſenſu tropologico illum qui pro ſuo quod foras vagabatur orat corde illud colligens. In Pontificio Gregorius *u* onere quod tam gravatè ferebat, lamentatur, redire poſt cauſsas ad cor deſideraſſe, ſed ſtultis preſsum cogitationibus, ſolummodo exclamare compulſum, *cor meum dereliquit me*. Cordi & animæ vaganti foras dicat quivis ad ſe rediens, ſibique cor animamque reddens, aut potiùs reddente recuperans Deo, *Convertere* x *anima mea* (vel *cor meum*) *in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi*. Hebraice גמל עליכי *gamal hhalajechi*, reddidit *ſuper te*, vel, *te tibi*. *Redite prævaricatores ad cor*, inquit Deus y: recedit enim per peccatum z, Summa & omnis cuſtodia cordis commendata nobis eſt a, atque, ut id continemus & congregemus in ſanctitatem b, ubi pro duobus Latinis unicum verbum eſt παρακαλεῖν, *conſolari*, ac triſtitiam expellere, cohibere cor ab immoderata triſtitia, non ſinere effundi in mœrorem, idque in ſanctitate, ideſt, eo nomine quod ſimus coram Deo ſancti, & ei placeamus per veram cognitionem ipſius & amorem, cavendo ne lædamus animam vel cor peccatis: & ſi in hæc prolapſi ſimus, quàm primum reſurgamus.

Avari diviſtiis de functe ſcripta.

q *2. de finib.*

r *in c. 39. Iſ.*

ſ *Iac. 3. 2.*

t *Luc. 11. 5.*

u *l. 1. Ep. 5.* Pontificiũ onus gravatè ferens Gregorius.

x *Pſ. 114. 7.*

y *Iſ. 46 8.* z *Pſ 45. 19.* a *Prov. 4 23.* b *Eccl. 32. 23*

Eſt non nemo *c* qui ſicut *multiplicationem peccatorum* priùs poſitam, de generis humani peccatis exponit, quæ ſupra ſe Chriſtus tulit, & de quibus nunc loquatur: ita cor à quo *derelictum ſe* dicit, in ejuſdem Chriſti Perſona David velit intelligi, tum de proditore Juda, tum de chariſſimis Diſcipulis, qui omnes relicto eo fugerunt, quando comprehenſus eſt in horto. Confirmat aliis verbis *d* (*qui juxta me erant*, ſeu, propinqui, aut vicini mei, *de longè ſteterunt*) præterea, *elongaſti e à me amicum & proximum*, aliàs *paſtorem*: *& notos meos à miſeria*, quod ex Hebræo מתשר *machſchach* faciens מחושר *mechoſchech*, *à tenebris*, interpretatur de nocte qua captus eſt Chriſtus. Tenebras alii etiam hebraizantes ibi ſumunt, quos diſplicent qui conſectantur, ſpreta editione vulgata & Patribus. Senſum illum cordis pro Apoſtolis tradit hoc etiam loco Hugo.

c *Turcius in cant. ann. paſtr. p. 248*

d *Pſ. 37. 12. 13*

e *Pſ. 87. 19.*

Verſ. 14.) Complaceat tibi Domine ut eruas me: Domine ad adjuvandum me reſpice.

IN multitudine malorum tanta & iniquitatum & ærumnarum flagitat benignitatem liberatoris Dei, ſolitum favorem, celerem opem: utque id ipſe faciat perlibenter, & accurrendo; quia pariter ab iniquitatibus ſe ſuis antea dixerat quaſi perſequentibus comprehenſum, ac tamquam in fuga ab ipſomet corde deſtitutum, & derelictum, ita ut nihil eſſet conſilii, quemadmodum poſſet evadere à peccatis atque ſuppliciis quæ fugientem jam fuerant conſecuta. Externa quælibet adminicula & auxilia, quicumque ac quotcumque homines, opitulari nequeant

ei cui cor amiſſum & ſeparatum, ſolus qui finxit ſigil-
a *Pſ.*32. 15 latim corda *a*, cor creare *b* denuò poteſt, ac reſtituere:
b *Pſ.*40.12. Reſumit Propheta, cor excitatus gratia Dei, & ut eam-
dem impetret majorem, idem coram illo effundit ſine
c *Pſ.*61.9 10 jactura ipſius, *ſperate in eo c*, inquit, *omnis congregatio populi, effundite coram illo corda veſtra: Deus adjutor noſter in æternum: Verumtamen vani filii hominum*, &c. Eccleſiæ auxilium eſt à Domino, non arma, non opes, non murorum præcinctiones, non ulla in terris poteſtas, nec quidquam denique id genus in nobis eſt, ut olim Judæis fuit, inquit Apollinarius, ut admirabile maximè ſit, nulliſque aliis miraculis minùs, inermes homines, imparatos, non ultores, ab innumerabilibus gentibus oppugnatos, ſubſiſtere & gloriari; cujuſmodi fuit miraculum rubi aduſti, ſed non combuſti, &c. *d*.

Inter miracula quid maximè admirandum.

d *Exo.* 32.

Complaceat.) Hieronymus, *placeat*: ſic etiam Auguſtinus, nec majorem compoſitionem importat vel εὐδόκησον, vel רצה *retsh*. Quare amo magis pietatem Caſſiodori, Haimonis, & aliorum, quàm ſenſum probo, quum attendunt in compoſitione perſonas Trinitatis. De uno tantum non rarò *complacendi* verbum di-
e *Matt.*3.1 ci reperies, non ſemel, ut à Patre filio *e*, *in quo bene*
f *Epiſt.ad Epiſcop. Galliciæ & c in Conc. Francfortenſi.* *mihi complacui*. Quamquam ex eo loco & verbo compoſito Adrianus *f* Papa I. argumentatur non deſcendiſſe Spiritum ſanctum ſuper Chriſtum in forma columbæ, ut Deus erat, ſed ut homo, quia de Deo dicturus erat, *in quo mihi bene complacuit*, in Chriſto autem homine totam complacuiſſe Trinitatem. Legimus Chriſtum *g* dixiſſe, *complacuit Patri veſtro dare vobis*
g *Luc* 22 32 *regnum*. Sed dici poſſet tibi Patrem eſſentialem ſumi. Vim verborum Hebræi & Græci aliàs expendi, quæ ſanè permagna eſt. Videtur Campenſis, quem non nominans, ſectatur Agellius, derivaſſe imperativum Hebræum verbum à רוץ *ruts*, quod *feſtinare*, atque *currere* ſignificat: vertit enim *feſtina Domine, ut liberes me*. Congruit quidem hoc ſequenti membro prout etiam extat Hebraicè, ſed ceteris credendum, non ſtudendum novitati. Comparat Auguſtinus orationem iſtam cum oratione leproſi *h*, *Domine, ſi vis potes me*
h *Matt.*8.2. *mundare*. Commendatio eſt iſta humilis gratiæ, humiliſque oratio, ut Ruffinus notat, non præſumens de meritis.

Ut eruas me.) Hieronymus, *ut liberes me*: alia Pſalteria, Arnobius & Caſſiodorus, *ut eripias me*: Auguſtinus, *eruere me*.

Domine ad adjuvandum me reſpice.) Hieronymus, *feſtina*, Auguſtinus, *in adjuvandum mihi reſpice*, alii, *in auxilium meum*: quum Græcum exemplar Sumæ & Fretelæ habeat et σπεῦσον, ideſt, *feſtina*, teſtatur idem Hie-
i *Ep.* 35. ronymus *i*, apud LXX. fuiſſe πρόσχρς, quod & nunc extat, ſignificatque non ſimpliciter, *reſpicere*, ſed *attendere*, ac *intendere*: ſicut in ſimili ſententia Pſalmi LXIX.
k *verſ.* 2. *k Deus in adjutorium meum intende*, ὁ Θεὸς εἰς τὴν βοήθειάν μου πρόσχες: ibidem in ſequenti membro. *Domine ad adjuvandum me feſtina*, pro, *feſtina eſt* σπεῦσον. Hebraicè autem illud ipſum verbum חושה *chuſchah* quod hoc loco redditum eſt, *reſpice*, & πρόσχες. In Pſalmo
l *verſ.* 12. LXX. *l Deus meus in auxilium meum reſpice*: ſunt eadem prorſus tum Græca tum Hebræa quæ in iſto Pſalmo noſtro. Reſpectus Dei præſidium noſtrum eſt, ut Petri, qui quando *reſpexit* eum Chriſtus, *flevit amarè*
m *Luc.* 22. c. 1. *m*, inquit Caſſiodorus.

A *lemu*, bis: hìc יחצן *jachperu*: additur hìc prætèrea, *ſimul*, item, *ut auferant eam*: poſtremò iterum pro, *qui volunt*, ibi legitur, *qui cogitant*. Relege quæ dicto loco attulimus. Hæc verò Latini interpretantes de Chriſto, dicunt petere, ut ſui reſipiſcant inimici, vel puniantur, & hoc non optando, ſed prædicendo: juſtos etiam cupere ut homines convertantur, & non pereant. Docet id quoque Hieronymus in Lamentatio-
o *in cap.* 1. neſ *o*, explicans verbum *convertatur* de vera converſione & commutatione in meliorem ſententiam: *confundantur*, de erubeſcentia peccati: *revereantur*, ut emendent ſe colantque, quem perſequendum eſſe putaverant. De imprecationibus aliorum Propheticis re-
p *Hypotyp.* citat Cantapetrenſis *p*, admonens, quando Hieronymus ait, contra ſpirituales nequitias orare Prophetas, quas incorrigibiles ſciunt eſſe, ut juſtam à Domino recipiant ſententiam, niſi ad ſenſum germanum trahantur, ex Origenis videri errore loqui. Favet Apollinarius, de reſipiſcentia, ut quemadmodum, inquit, qui ad virtutem feſtinant, in præceptis habent ne retro
q *Luc.*9 61. B vertentes aſpiciant *q*, itaque in mala feruntur, feſtinent ſe convertere malum propoſitum auferentes, tunc enim & illud conſequentur, ut cum ſenſu & fructu confundantur. Eadem fere ſunt in Didymo, Heſychio. Chryſoſtomus *perſecutores* vult eſſe dæmones, quos nos, non illi nos, deinceps perſequamur, & confundantur, quum nos ab illis antea deceptos, ad priſtinam noſtram gloriam honeſtæ vitæ inſtitutis redire conſpexerint.

Confundantur & revereantur.) Symmachus ἐντρέπονται καὶ αἰσχυνοίσθων, *confunduntur & dedecorantur* Unde intelligitur verbum (reverendi) non ſumi hic in bonam partem.

Simul.) vertunt aliqui יחד *jachad*, & ἅμα; *citò*, ut Campenſis. Alii, ut Vatablus, *pariter*. Non legi vocis Hebrææ uſum pro adverbio temporis. In Pſalterio Romano non eſt, *ſimul*: ſed *inimici mei*:

Qui quærunt animam meam, ut auferant eam.) Am- Apollinariſtæ.
broſius monet, ne fortè dicant Apollinariſtæ, Pſalmum videlicet iſtum interpretando de Chriſto; *ecce* B *corpus*, dixit (ſecundùm editionem LXX.) *perfeciſti mihi*, non etiam, animam, hìc quoque mentionem factam de *anima*. Reperio tamen, Apollinarium, animam Chriſto conceſſiſſe, ſed non mentem, ideſt, rationalem animam, ſed ejus loco Verbum fuiſſe: quamvis ex ejus diſcipulis aliqui animam prorſus ne- Animam Chriſto negantes.
gaverint. Legendus Epiphanius in hæreſi Apollinariſtarum & Cimeritarum, Athanaſius epiſtola ad Epictetum Corinthiorum Epiſcopum, Socrates in hiſtoria *r*, Nicephorus *ſ* Nanzianzenum ad Nectarium citat, Lyrinenſis *t*, alii hæreſeologi, ut Caſtro & Prateolus. Quod autem Baſilius vel Theodoretus exponit, iſtos non vulnerare dumtaxat, ſed æternæ morti tradere voluiſſe, neſcio an intelligant loquendo de Chriſto, ſuos illi adverſarios æternam damnationem optaviſſe. Fortaſſis de morte ſola loquuntur, quæ ſecundùm naturam ſpectata, eſt æterna, quia naturaliter vita reſtitui non poteſt, & proculdubio cuperent Chriſtum non reſurgere.

r *lib* 4. c. 24. *ſtib.* 11. c 12. *tlic, ad verſus proſa. har. novit.*

Convertantur retrorſum & revereantur.) In Pſalterio Ambroſiano, *avertantur retrorſum & confundantur*: in Romano, *avertantur retrorſum, & erubeſcant*. Fugam hæc denotant infamem: quamvis Auguſtinus & alii accipiant in bono ſenſu de converſione retro Chriſtum eundo: ſic quoque illud interpretantes Petro dictum *u*, *Vade poſt me Satana*, eodemque modo apud Iſaiam *x*, *verbum poſt tergum monentis*, ideſt, Chriſti monen- u *Mat.* 16. 23
tis, illos qui poſt ſe volunt venire; non autem per ſu- x *cap.* 30. 21.
perbiam præcedere, qui non accipere, ſed conſilium dare, ſicut faciebat Petrus, dum vellet impedire paſſionem Chriſti *y*, increpando ac dicendo, *Abſit à te Domine, non erit tibi hoc*, ſicut etiam quodammodo Moſes potens videre faciem Dei, ſed rejectus ad poſteriora *z*, quia nunc convertitur Deus *ut ignoſcat, & relinquat* a *Exo.* 33. 28
poſt ſe benedictionem a, ac præveniat *in benedictionibus* b *Pſal.* 20. 4.
b, donec adveniat tempus quo *faciem ſuam oſtendat, &* c *Pſ.* 79. 4. 8.
ſalvi erimus c, ut piè differit Bernardus *d*. d *Ser.* 34. 61. *in Cant.*

y *Mat.* 16 22

z *Joel.* 2. 14.

Ferant confeſtim confuſionem ſuam. Hieronymus, *pereant poſt confuſionem ſuam*: alii, *deſolentur*, aut *obſtupeſcant in mercedem pudoris ſui*, hoc eſt, pro eo quòd me pudefacere conabantur: vel, ſicut ignominia opprimere me

---

Verſ. 15.) Confundantur & revereantur ſimul qui quærunt animam meam, ut auferant eam: convertantur retrorſum, & revereantur qui volunt mihi mala.

Verſ. 16.) Ferant confeſtim confuſionem ſuam, qui dicunt mihi, Euge, Euge.

HOc eſt auxilium quod mihi citò abs te velim adeſſe, ut ſpe fruſtrati perſecutores inhiantes in vitæ interitum, abſcedant cum dedecore: vertantur ocyus in fugam re infecta, quotquot ſtudent ac procurant damna mea, compleantur pudore qui me rident, mihique inſultant. Eadem propemodum præceſſit Pſalmo XXXIV. *n* ſententia, *Confundantur & revereantur*, &c. Sed ibi Græcè in imperativo, hìc in optativo: Hebraicè verbum ſecundùm ibi עלמו *ticha-*

verſ. 40

voluerunt, atque confuſo & perdito petulanter inſulta-
re, ita in eorum capita recidat ſimilis confuſio. Afficitur pudore perſecutor, ſi quem perſequitur, æquo videt animo hilarique perſecutionem pati, deſiſtit, ac interdum tali exemplo ad meliorem ſe vitæ ſtatum transfert, ſed nec deeſt qui tolerantiam ignaviæ deputans, eo ſæviat acriùs. Sunt exempla generis utriuſque in promptu: non ſignificat *ferre confuſionem*, niſi accomodatitiè illam, duram licèt moleſtamque, in ſuis fatendis peccatis tolerare: confeſtim verò, quod ſimul quis peccavit, eam ſuſcipere debeat, vel ſe, dum eam ſentit, ſolari, quoniam brevi finietur, meretriciam non imitari frontem *a*, ſed *pro anima ſua non confundi dicere verum b*. Senſum iſtum tradit ſive Hugo ſive Alenſis, poſt Caſſiodorum. Illud potiùs ex Heſychio, velocem flagitari pœnam improbis, ne alii illis adhæreant: & ex Remigio, ut quàm citiſſimè adulatorum vitemus verba. Cajetanus, ſuum ſecutus Hebr. Doctorem, qui vertit, *deſtituentur ſuper calce confuſionis ſuæ* שמועל הקב פשתם *jaſchomma hhalhhekeuboſchtham*, exponit de Judæis interfectoribus Chriſti, qui deſtruendi eſſent ab exercitu Romanorum *ſuper calce confuſionis ſuæ*; quum priùs eſſent confuſi per tot miracula de veritate adventus Meſſiæ: & ea deſtructio ultima eſſet: notat præterea exprimi irriſores Chriſti, quia Dei monitu hi qui crediderant, ſeceſſerunt, in regnum Agrippæ, ne ſimul perirent cum incredulis, de quorum lætitia verſu videtur ſequenti agi. Legerunt fortaſſis LXX. non שמו *jaſchommu*, ſed יגאו *iiſſau*, quod eſt, *portaverant*, ſive, portent, κομισάσθωσαν: & על עקב *bhalhhekeu*, non tantùm valet *propter*, aut *propter retributionem*, ſed propriè quod Latinè dicimus, *è veſtigio*, & rectè hìc redditum eſt à LXX. παραχρῆμα, & in Pſalmo LXIX. *c*, in ſimili ſententia: *Avertantur ſtatim erubeſcentes, qui dicunt mihi, euge*: παραυτίκα. Significat עקב *hhekeu*, calcaneum, finem, ſive extremum, & præmium quod ultimo dari ſolet loco.

a Ierem 3.3.
b Eccl. 4.24.
c verſ. 4.

Qui dicunt mihi, euge, euge,) Hieronymus, *vah, vah*: Symm., ἆα: quæ ſimilia ſunt Hebr. האח האח *heach heach*. Apud Græcos ἆα. quod alii diviſim efferunt, ἆ ἆ, eſt adverbium vel ἐμπλήξεως ſtuporis, pavoris, ſubitæ conſternationis: vel παρακελεύσεως, hortationis & conſolationis: vel σχετλιαστικὸν ἐπιφώνημα, *miſerabile* aut *indignabundum epiphonema*. Sumitur hoc loco tamquam inſultantium alienis malis: aut etiam irriſione ac adulatione irridentium. Sumit Auguſtinus præterea de illis qui laudant peccatores *in deſideriis animæ ſuæ d*: denique tum de illis qui bona maledicunt iracundi, ſævientes, reprehenſores: tum qui mala benedicunt, blandientes, ſubdoli, laudatores: tum qui bona laudantes creaturæ tribuunt, non Creatori: Apollinarius expreſſit ſenſum.

Αὐτίχ' ἕλοι, τὸς δὶ αἴσχος ἐμῇ κεχαρπόζας ἄτῃ.
Citò capiat illos dedecus mea gaudentes calamitate.

d Pſ. 9. 24.
e verſ. 21. 25

lege Pſalmum XXXIV. *e*.

Verſ. 17.) Exultent & lætentur ſuper te omnes quærentes te, & dicant ſemper, Magnificetur Dominus, qui diligunt ſalutare tuum.

SIcut adverſarios illos meos iniquos dedecus decet, confuſio, ignominia, fuga, exterminium: ita convenit, utque ita ſit quæſo te, ut qui te quærunt, placere tibi ſtudent, invocant te, gaudio & exultatione de te, ac propter te, compleantur, tum ſimul mea cauſſa, nempe benignitatem erga me tuam conſiderantes. Hi etiam amantes à te ſalvari, nec aliunde procurantes ſalutem ſibi, fac obſecro, ut continuo ac libero ſermone inclament, magnificat tantus iſte Dominus, celebrent cuncti juſtitiam, magnificentiam, miſericordiam illius. Eadem in LXIX. *f*. Pſalmo ſententia, & ſimilis in XXXIV. *g*.

f verſ. 5.
g verſ. 27.

Exultent & lætentur.) Hieronymus, *gaudeant & lætentur*, Auguſtinus, *exultent & jucundentur*. Primum verbum Hebræi in Pſalm. XXXIV. erat ירכו *jaronnu*, in iſto & in LXIX. ישישו *taſiſu*. Hoc propriè donotat internum animi gaudium ſine geſtu: aliud, id quod voce alta promitur; tametſi confundatur utriuſque notio. De duplici gaudio externo corporis, & interno animi, A Ruffinus, Thomas; & alii exponunt, deque corporis immortalitate, ac de facilitate animæ, juxta illud, *Exultabunt Sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus ſuis*. *h*. Bruno præpoſterè poni dicit verba hæc, ſenſumque eſſe, lætentur & non parum, ſed exultent, ideſt, valde lætentur. Remigius, nunc in ſpe, poſtea in re. Geminationem verbi Baſilius, vel Theodoretus & Chryſoſtomus referunt ad perpetuitatem, volentes iis Prophetam imprecari qui Deum ſemper quærant, laudent, diligant: Heſychius aut Chryſoſtomus ad gaudium duplex, tum quod futura lucratur, tum quod præſentium detrimentum non ſentit, ſicut & quando Philippenſes Apoſtolus *i* bis jubet gaudere in Domino, aut exultatione eſſe, propter onus abjectum peccatorum, lætitiam ob acceptam juſtitiam.

h Pſ. 149. 5.
i Phil. 4. 4.

Super te.) Hieronymus & Pſalterium Ambroſianum, *in te*: utrovis modo כך *becha ἐπὶ σοὶ*, potuerunt verti. Omiſit eas particulas Auguſtinus, Caſſiodorus, Pſalterium Romanum. Vim quidam faciunt in particulis, *ſuper te*: eadem vis erit legendo, *in te*, ut nimirum nemo in ſe glorietur ſed *in Domino K*, quod Ruffinus notavit: firmati ſimus ſuper fidem, ſpem, charitatem, ut Remigius, non alibi quæramus gaudium, quam in Deo: ut Hugo.

B
K 1. Cor. 10. 17.

Omnes quærentes te.) Alia Pſalteria, Auguſtinus, Caſſiodorus, addito, *Domine*, reddunt, *omnes qui te quærunt Domine*, explicat Auguſtinus de veris laudatoribus munerum Dei, qui non ſunt falſi laudatores ac adulatores. Latiùs patet ſententia comprehendens quoslibet cultores ſinceros Dei.

Et dicant ſemper.) Jungi poſſe Hugo credit adverbium, *ſemper*, ſequentibus, *ſemper magnificetur Dominus*: ceteri ſeparant. Subtilior ejuſdem notatio trium bonorum in hoc verſu, cordis, in exultatione ac lætitia: operis, in quærendo: oris, in dicendo; ſicut ſuperiùs erant mala totidem, volentium *mala*, quærentium *animam ut auferrent*, dicentium inſultando, *Euge, euge*. Immo præterea in præſenti adhuc verſu obſervat undecim bona: exultationem, adverſus accidiam: lætitiam, contra iram: illas ſuper Deum & non erga res externas contra cupiditatem: in vocabulo *omnes*, fugam ſingularitatis: vitationem pigritiæ in verbo *quærendi*: per, *dicant*, confeſſionem peccatorum & laudis divinæ: perſeverantiam in bono, per, *ſemper*: contra invidiam, *magnificetur*: contra ſuperbiam, *Dominus*: contra odium, *qui diligunt*: contra infirmitatem ſpiritus, *ſalutare*. Doctior hæc ridebit ſat ſcio, ſed indoctiores conqueſti ſunt talia præteriti. Satisfaciendum & his interdum, tametſi non tam ex meo quàm ex alieno ſenſu, non tam ex proprio genio palatove, quàm aliorum, quorum quàm ſui rationem potiùs habere ſcriptorem convenit, ſubinde ceu coquum vel menſæ præfectum.

Trium bonorum in hoc verſu ſubtilis notatio.
In hoc eodem verſu undecim bonorum obſervatio.

Magnificetur Dominus.) Quid hoc ſibi velit & Deum quo pacto magnificare cenſeamur, dictum alibi *l*. Pro *Domino* Chaldæus dixit, potentiam Domini, חלאדיוי *chelahditehovah*.

l Pſ. 33. 4.

Salutare tuum.) Et de hoc vocabulo aliàs. Seipſum intelligit, qui hoc loco loqui dicitur Chriſtus: qui ſalutis opus, ut homo, operatus, ſed ei pretium ac valorem contulit infinitum perſonæ divinæ dignitas D infinita.

Verſ. 18.) Ego autem mendicus ſum, & pauper: Dominus ſollicitus eſt mei.
Adjutor, & protector meus es tu: Deus meus, ne tardaveris.

QUidquid ſit de aliis vel improbis inimicis vel juſtis, ſic Deum quæro, ita pendeo totus ab illo, ut qui ab omni re ac facultate inops deſtitutuſque opis alienæ indignum ſeſe agnoſcens & profitens, eam ſemper implorat. Id inquam ego aſſiduè facio, quia Dominum mei curam gerere plurimis documentis & experimentis comperi. Quo circa converſus toto animo ad te, auxilium poſco, atque protectionem tempeſtivam, opportunam, celerem, quia mihi tot mala patienti, periculum in mora. Exponit de Iſraele Athanaſius, qui reſipiſcens, inopem

ſe ac

ſe ac pauperem vocet, ſpemque ſibi Deum ſuum propo-
nat. Chryſoſtomus & Heſychius de humano toto gene-
re, quod ex divitiis in quibus conditum fuerat à Deo,
excidit: Baſilius, Theodoretus, Euthymius, de Davi-
de, qui ſe ita nominet, præſciens & prædicens advent-
tum gratiamque Chriſti: iidem, de Eccleſia univerſa:
Euthymius rurſum, & reliqui de unius cujuſque fidelis
perſona, ſunt enim, ait ille Chriſtiani inopes, qui uni-
verſa fortunæ bona dimiſerunt; pauperes, qui propriis
manibus neceſſaria ſibi parant: ſed & universè magis
loquendo, quod Auguſtinus & ceteri notant, nihil ſibi
tribuit, ſed Deo, maximè quæ ad virtutes, merita,
gratiam pertinent. Quum autem ſcribit Euthymius ab
ipſo Domino dictum, quòd David concupivit videre
diem ejus, his quidem verbis reperitur dumtaxat de
[a] Ioan.8.56. Abraham dictum *a* ſenſu tamen idem ſignificavit Domi-
[b] Luc.10.24 nus non de David præcisè, ſed ſimul cum aliis, quando
dixit *b quod multi reges & prophetæ, voluerunt videre, & audire*: quæ ſui viderent diſcipuli & audirent.

Ego autem mendicus ſum & pauper.) Eaſdem voces
Hebræas עני *hhoni*, ואביון *auion*, & Græcas πτωχὸς &
πένης, tum Hieronymus tum vulgatus interpres reddunt
Latinis iſtis, aut etiam nominibus *inopis* ac *egeni*, ut in
[c] verſ. 10. Pſalmo XXXIV. *c* (ubi conſule quæ dixi) & in LXIX.
[d] verſ. 6. *d* & in CVIII. *e* vertit hìc primo loco Hieron. alia Pſal-
[e] verſ. 17. teria, Arnobius, Auguſtinus, Caſſiodorus, *egenus*.
Hoc loco Euthymius probat quod ait de fideli, dimit-
tente fortunæ bona, & de illo qui manibus neceſſaria
ſibi paret, ex etymo nominum πτωχὸς & πένης, quaſi
dicatur ille πεπτωκὼς, *à cadendo*, videl. qui ab omni-
bus antiquis opibus deciderit, & nunc ſit ſine ope: hic
παρὰ τὸ πένεσθαι, vel ποιεῖν, *à laborando*, quia nimirum
proprio labore oportuna omnia ſibi comparet. Lege Ba-
[f] 1 Reg 262. ſilium *f*. Chriſto defuit ubi reclinaret caput *g*, natus ac
cum Brev. ſepultus in alieno, nunc prandens apud Martham, nunc
[g] Luc.9.58. apud Zachæum, nunc apud Simonem leproſum, nunc
in domo Petri, nunc in domo Matthæi, equitans in al-
terius jumento, ultimam cœnam faciens in aliena do-
Chriſti inopia. mo: denique *propter nos egenus factus eſt*, ἐπτώχευσε, men-
[h] 1.Cor.8 9. dicavit *quum eſſet dives h*, tamquam mendicus ex pio-
rum ſe ac ſuos benignitate ſuſtinebat, præcipue mulie-
[i] Luc. 8.3. & Marc.6.3 rum miniſtrantium *de facultatibus ſuis i*: patris putatitii
[k] Ioan.12.9 artem ſui exercuit *k*: licèt etiam loculos habuerit quos
commendavit Judæ *l*.

Religioſa mendicitas abhæreticis impugnata. Diſplicet hæreticis & Eraſmo Religioſa mendicitas,
cum ſuperiorum aliquorum ſæculorum auctore Gulielmo de ſancto amore, Giraldo de Abbatis villa, Deſide-
rio Longobardo, Ricardo, Armacano, Ioanne Vvicle-
fo, inutile ac noxium etiam inſtitutum appellantibus
[m] lib.2.de monac.c.41. & ſeq. refelluntur optimè à Bellarmino *m* noſtro, & illi præte-
rea qui ex oppoſito negabant fas eſſe religioſis operari,
& laborare pro victu, ſed quod hìc ſubditur, debere
eos confidere in Dei providentia, & vivere ex alienis
laboribus. Omnino malè ſcripſit Armacanus *n* non fuiſ-
[n] Serm. 4. Armacanus refutatus. ſe Chriſtum mendicum ſed pauperem, pauperem verò
non amore paupertatis, ſed quia reſtrictio dominii ejus
id exigebat, ſive, ut non haberet aliquid proprium, ſi-
cut nec quiſpiam habuiſſet in ſtatu innocentiæ, quòd
ſi etiam Chriſtus mendicaſſet, negat rem nobis imitan-
dam, ſed admirandam, ſicut jejunium 40 dierum ſine
ullo cibo: nihil ineptiùs dici potuit, quum conſtet hor-
[o] Matt. 19. 21. tatum Chriſtum ad paupertatem *o*, & dominium non ha-
buiſſe ad illum modum, qui fuiſſet innocentiæ ſtatu.
Docuiſſe quoque diſcipulos mendicare ſcribit Theo-
[p] in cap.10. Luca. phylactus *p*, ut eum citat in catena B. Thomas, quum
Oecolampadii verſio. Oecolampadius in verſione abhorrens ab eo verbo, red-
[q] verſ. 14. diderit, *ad inopiam inſtruere*, lege dicta Pſalmo XXXVI.
[r] verſ. 14. *q*, & in cap. 3. Actuum *r*, & quæ diſputantur à Suarez
[s] verſ. 2. *ſ* item noſtro. Inde autem fit, ut non fuerit Chriſtus po-
litico ac temporali dominio dominus orbis, ſive ſecun-
dùm proprietatem, ſed ſecundùm excellentiam dumta-
xat: quæ non repugnat paupertati, ſicut illud genus
dominii.

[a] 3.p tom.3. diſp 18 ſect.2. Quod attinet ad David, etſi Bernardus *t* de pauper-
tate propriè ſumpta loquens dicat, quum haberet the-
ſauros, & regnaret, ita ſe appellaviſſe, nihilominus vi-
detur ſæpius has voces uſurpaſſe, de ſe aut de alio, non
ut ſignificant indignum rerum temporalium, ſed afflic-
tum ac deſtitutum ope humana. Arnobius explicat ege-
[u] de bene vivendi modo c.46. num in viribus, pauperem in virtute. Mendici Dei ſumus
panem quotidianum mendicantes, ut ait Auguſt. *u*

A multo autem magis ſpiritualem & animæ propriam ali-
moniam, nempe gratiam ſapientiamque. Ex hujus the-
ſauro ſapientiæ idem Pater *x* modeſtiſſimus & piiſſimus
Audaci reſcribit mendicabunda ſe prece quotidianam
ſtipem rogaviſſe, vixque impetraſſe.

[x] Serm.7.de verb. Dom. c.6.

Dominus ſollicitus eſt mei.) Hieronymus, *Dominus
erit ſollicitus pro me*. Alia pſalteria & Auguſtinus atque
Caſſiodorus, *Dominus curam habet mei*. Jubet David *y*
alibi ut *jactemus ſuper Dominum curam*, quia ipſe nos
enutriet: & Petrus *z*, ut *omnem ſollicitudinem projicia-
mus in eum, quoniam ipſi eſt cura de nobis*. Tractavimus
hoc nos in commentario Petri; & nonnihil antea in Pſ.
XXXVI. ſollicitudinem iſtam Chryſoſtomus in eo po-
tiſſimum ſpectat, quòd ad ſalutem humani generis mi-
ſerit Pater filium ſuum. Totam latiſſimè patentem com-
prehendit hæc ſententia providentiam Dei. Nihil ſolli-
citus debet eſſe *a*, pro quo tam ſollicitus Deus, ſed ſuf-
ficit ut innoteſcere faciat Deo petitiones, & ſollicitus
ambulet coram illo *b*. De ſingulari cura quam gerit Deus
de ſingulis, perinde ac ſi de nullo alio, egregiè Auguſti-
nus *c*, Chryſoſtomus *d*, Nazianzenus *e*, Bernardus *f*.
Vim facit Chryſoſtomus in Pauli *g* verbis, *qui dilexit
me, tradidit ſemetipſum pro me*: quæ confirmari poſ-
ſunt egregiò viſo, quod Carpo factum narret Dionyſius
h. Betnardus attendit quæ dicuntur in Cantica *i*, *dile-
ctus meus mihi*. Conſiderat Nazianzenus quòd omnium
Creator ac Dominus peculiariter ſibi populum Iſraelem
vendicaverit, ſuumque nominaverit, nec veritus ſit
ne hoc nomine injuſtus exiſtimaretur. Bernardus *k* at-
tendit quòd multo magis curæ eſt Deo de nobis quàm de
bobus *l*: immo quòd hujus ovis curam etiam ſuper-
norum curæ gregum prætulerit, reportando propriis
humeris *m*: Ideo ſubdit, non confunditur regius Va-
tes, dicere, *Dominus ſollicitus eſt mei*: nec ſe exiſtimat
errare, quum item dicit *n*: *Dominus retribuit pro me*:
denique ait *o*: *Oculi Domini ſuper juſtos, & aures ejus
in preces eorum*.

[y] epiſt. 140.
[z] Pſ.54.23.
[a] 1.epiſt.5 7.
[b] Philip.4.6 Matt.6.25& ſeq.
[c] Mich 6.8.
[d] conſ.c 12
[e] in c. 3. de compunct. cordis.
[f] epiſt. 47.
[g] Ser.68.69 & 70. in Cant
[h] Gal.c.2 24
[i] epiſt. ad Demophi.
[k] cap.1.3.
[l] Serm 68.
[m] 1.Cor.9.9
[n] Luca 15 5
[o] Pſ.137. 8.

Huc ſpectant argumenta tam multa adeoque efficacia, quibus Chriſtus perſuadet abjici ſollicitudinem re-
rum aliarum; quod curam de nobis ſummam gerat De-
us *p*: ac præter alia proponit regni pollicitationem,
quod non daret, niſi maximè diligeret. *Nolite timere*,
inquit, *puſillus q grex, quia complacuit Patri veſtro
dare vobis regnum*; de rebus ceteris providentiam, de
homine curam quoque ac ſollicitudinem habere legitur
Deus. Iſtam qui non agnoſcat, aſſerit Chryſoſtomus *r*,
ut ingratum filium, ut contumacem diſcipulum & be-
nignitatis tantæ alienum cum profanis & externis judi-
candum.

[p] Pſ.33. 16.
[q] Mat.6.33
[r] Luc.13.32

Adjutor meus & protector meus es tu.) Hieronymus,
auxilium meum & ſalutare meum tu es. Romanum
Pſalterium & Caſſiodorus, *adjutor meus & liberator
meus es tu*. Primum eſt ad bona, ſecundum, contra
mala.

Deus meus ne tardaveris.) Velocem concupiſcit ad-
ventum Chriſti: tum primum, tum etiam, ut in ſecun
do brevientur dies tribulationum *ſ*. Hoc Auguſtinus,
illud Græci dicunt. Caſſiodorus, de Chriſto potente
celerem reſurrectionem ſuam. In genere velox implo-
ratur auxilium in quavis tribulatione: non tardet Deus
venire & ad ſalutem *t*, & ad iram *u*, & ad promiſſa *x*:
non tardes & tu converti ad illum *y*, non ſis tardus ad
credendum *z*, quum credendi ratio idonea eſt: alioquin
citò credens levis eſt corde: nec ad reddenda vota *a*: ſed
ad loquendum *b*, & ad iram *c*, & ad orandum *d*, ut in ea
perſeveres. Coarctabatur Chriſtus ut biberet calicem
e, urgere nos hæc debet charitas *f*. *Vir velox in opere ſuo
coram regibus ſtabit, nec erit ante ignobiles g*.

[ſ] Hom.11.in variis in Mat.
[t] Mat 24 22
[u] Habac.2.3
[x] Eccl.7.18.
[y] 1.Pet.3 9.
[z] Eccl.5.11.
[a] Luc ult 25
[b] Deu.23 21
[c] Iac.1.19.
[d] ibid.
[e] Luc.11.21.
[f] cap.11.56.
[g] 1.Cor.5.14 Prov. 22. ult.

PSAL-

PSALMUS QUADRAGESIMUS.

1. In finem Pſalmus ipſi David.

2. BEatus qui intelligit ſuper egenum: & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus.
3. Dominus conſervet eum, & vivificet eum, & beatum faciat eum in terra: & non tradat eum in animam inimicorum ejus.
4. Dominus opem ferat illi ſuper lectum doloris ejus univerſum ſtratum ejus verſaſti in infirmitate ejus.
5. Ego dixi: Domine miſerere mei; ſana animam meam, quia peccavi tibi.
6. Inimici mei dixerunt mala mihi: Quando morietur, & peribit nomen ejus?
7. Et ſi ingrediebatur ut videret, vana loquebatur, cor ejus congregavit iniquitatem ſibi. Egrediebatur foras, & loquebatur in idipſum.
8. Adverſum me ſuſurrabant omnes inimici mei: adverſum me cogitabant mala mihi.
9. Verbum iniquum conſtituerunt adverſum me: Numquid qui dormit non adjiciet ut reſurgat?
10. Etenim homo pacis meæ, in quo ſperavi: qui edebat panes meos, magnificavit ſuper me ſupplantationem.
11. Tu autem Domine miſerere mei, & reſuſcita me: & retribuam eis.
12. In hoc cognovi quoniam voluiſti me: quoniam non gaudebit inimicus meus ſuper me.
13. Me autem propter innocentiam ſuſcepiſti: & confirmaſti me in conſpectu tuo in æternum.
14. Benedictus Dominus Deus Iſrael à ſæculo, & uſque in ſæculum: fiat, fiat.

TITULUS.

Verſ. 1.) In finem, Pſalmus ipſi David.

IDem titulus qui præcedentis Pſalmi. Gloſſa ordinaria tribuit Hieronymo, quod addiderit, *intellectus filiis Core*. Non extat id in Commentariis, qui ſub illius extant nomine, nec apud ullum alium præter Haimonem, & Aiguanum olim Innominatum ſeu incognitum. Refert quidem etiam Thomas idem de Gloſſa, & exponit, quemadmodum & Hugo, ſive Alenſis, atque Haimo, & Aiguadus. Sed quia textus editionis vulgatæ illa verba non habet, nec alia Pſalteria, vel Auguſtinus, & Caſſiodorus, ut monet Trevetus, non eſt, quòd à nobis nunc declarentur. Atque unum hoc ex argumentis eſt, quo perſuadeor, quæ nomine Hieronymi circumferuntur Commentaria in Pſ. illius non eſſe. De quò aliàs quoque monui.

Nomine Hieronymi quæ circumferuntur in Pſalmos commentaria, illius non eſſe, argumentum ex hoc loco.

ARGUMENTUM.

QUod attinet ad argumentum, exploſa Hebræorum opinione, quòd agatur de Salomone, qui opera Nathan prophetæ ad regnum ſit evectus, unde favore, ac potentia plurium, Adoniæ ſequentium partes, penè dejectus erat *a*: quando David ſenio confectus calefieri non poterat, niſi in Abiſai Sunamitidis complexibus: deinde quòd de Davidis gravi aliqua infirmitate: præterea quòd de eodem Davide, quando fugienti filium, & annona deſtituto *b*, Siba, & Berzellai *c* eam ſuppeditaverunt; ille autem parta victoria, regno reſtitutus eſt *d*: item, quòd de Ezechia, ut exiſtimavit Theodoretus Mopſueſtenus, quum ægrotavit, ſe ob ſuſceptam pauperum curam, recuperavit ſanitatem; rejectis, inquam, opinionibus iſtis, Baſilii ſive Chryſoſtomi *e*, aut Theodoreti acquieſcendum judicio, quod ſequuntur etiam fere ceteri tam Græci quàm Latini, ac alio quodam loco Auguſtinus *f*. Docent illi, audacia, & temeritate rem plenam eſſe, aliud argumentum huic Pſalmo quàm Chriſtum effingere, qui de ſeipſo, deque Juda proditore illum uſurpaverit, dicens *g*: *Ego ſcio quos elegerim ſed ut adimpleatur ſcriptura qui manducat meum panem, levabit contra me calcaneum ſuum*. Sunt enim verba hæc in decimo verſu iſtius Pſal. Ergo Pſalmus eſt de paſſione Chriſti, machinantibus, in eum Judæis multa, & diſcipulo ipſum prodente, demum de reſurrectione, cum poteſtate judiciaria, gratias Deo agendo hac de cauſſa.

b 1. *Reg.* 16. 17. 28. 29. *d* c. 19. 22.

e Hom. 12.

f l. 1. *de fide rerum invi-ſib.* c. 4.

Argumentum hujus Pſ. Chriſtus *g* Ioan. 13. 18

Trevetus & Valentia contendunt, ſub typo illo primo Davidis, de Chriſto ſermonem haberi: Euthymius, ac Nicephorus, ex occaſione argumenti de amore, & charitate in pauperes, altiore ſenſu etiam de Chriſto, qui *egenus* pauperque *pro nobis factus eſt h*, & infirmitatem noſtrorum peccatorum ſuſcepit in ſe, ut expiaret.

h l. 10. *cap.* 1

Numeri quadragenarii myſterium.

Quic quid ſit de typis, probabile eſt inſeri memoriam de morbo temporali, in quem propter culpam ſæpè incidimus, ut peccati malitiam horreſcamus, & ſalvatorem Chriſtum ardentiùs amemus, qui peccata curare, ac ægritudines corporis, valeat: item ut ſcientem hunc eumdem virum infirmitatum, ſeu *virum dolorum* nobis magis ad vivum ante mentis oculos proponamus, ſubiecta externa ægrotantis ſpecie, ſive revera David ille ſit, qui ægrotaverit, ſed voces nonnumquam Chriſti uſurpet, veluti patrio quodam jure, ſive perſona tantùm ſub figura in genere fingatur. Euſebius in demonſtratione Evangelica *i* tractat Pſalmum totum de Chriſto. Ambroſius numeri quadragenarii myſterium conſiderat, quia tot diebus jejunaverit Chriſtus, ut eo numero conſummaret, hominis, qui perierat (nempe per intemperantiam) perfectionem. Beda cum Caſſiodoro ſpectat in eodem numero quod emundationi & purificationi frequenter aptetur: hujus autem una ratio per eleemoſynam *k*, de qua in præſenti Pſalmo. Athanaſius *l* huc præſcribit cum 1. 31. 111. 127 Pſalmum, volenti alicujus de prædicare beatitudinem: vel conſpectis multis pauperibus, & mendicis, eorum vicem dolere, nimirum eos qui jam miſericordiam, exercuerint, laudibus extollendo, ceteroſque ad ipſum cohortando.

K Tob. 4 11 *c.* 11 *Dan.* 4 24. *Ec* 3. 15. *l ad Marcell.*

Verſ. 2.) Beatus qui intelligit ſuper egenum, & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus.

Verſ. 3.) Dominus conſervet eum, & vivificet eum, & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in animam inimicorum ejus.

Verſ. 4.) Dominus opem ferat illi ſuper lectum doloris ejus: univerſum ſtratum ejus verſaſti in infirmitate ejus.

LAudat eum felicemque prædicat, qui perpendit apud ſe in afflicto, & calamitoſo, tum divinum judicium, ut is vel exerceatur, vel à majoribus malis liberetur, vel tolerantia ſatisfaciat: vel ut exploret Deus, ſeu notum faciat quo ſit quivis habitu, mitis, an ſævus miſericors, an crudelis: tum ſibimet evenire tantundem poſſe: tum qua ratione eumdem ſublevet. Nec abſolutè cenſet, quos Deus affligat, conſequens eſſe, ut miſeri ſint, & maledicti coram illo, ſicut de Iob judicabant amici. Cur autem ſit talis beatus, aſſignat, cauſſam, quia Deus ipſum, quando inciderit in ejuſmodi mala, liberabit, & in hoc, & in futuro ſæculo: eidem bene precatur à Deo, ne ſinat in malum incurrere, aut certè ut ab eo non vincatur ſed mox reſtitutus in priſtinum ſtatum valetudinis, aliarumve rerum ſecundarum, vivat fœlix, inimicorum libidini minimè traditus, nec permiſſus: quòd ſi decumbet

Athanaſius quibus hunc Pſalmum præſcribat.

a 3. *Reg.* 1. 2. 3. 4.

bet æger, ſoletur eum, ne ſuccumbat doloris acerbitate: quin etiam lectum, ac ſtratum evertat, ita ut ſanus exſurgens, eo non egeat: vel ſic illum allevet, ſoleturque, ſicut ſolent ſtragula, & culcitræ infirmorum excuti, verſari, inverti, ventilari; iidem etiam nunc in unam, nunc in aliam partem, latuſve converti, ut cubent molliùs, & morbi vim leviùs ferant.

Patres accommodatè ad Chriſtum exponentes ajunt beatum illum, qui paupertatem, ac humilem, & ærumnoſam omnem vitam ipſius, pro nobis ſuſceptam, præ oculis habeat: & qui in quovis egente, atque calamitoſo, cui benignè faciat, intueatur eumdem illum, qui dicturus eſt in judicio *a*; *Cum uni ex minimis meis feciſtis*. Id etiam Leo *b* annotavit: & adhuc Hieronymus, in Iſaiam *c*, de Chriſto expoſuit: omnium verò copioſiſſimè ac elegantiſſimè Chryſologus *d*. His addit Euſebius, illum, qui conſiderans, Chriſtum, *beatos* dixiſſe *pauperes ſpiritu e*, paupertatem & humilitatem adamet, beatum cenſeri. Apollinarius, qui judicet beatum, ac divitem illum, qui propter juſtitiam delapſus ſit in paupertatem. Trevetus & alii ajunt, Salomonem prædicare Nathan, quod ſui pauperis memor Davidi commendaverit, ut rejecto Adonia, regnum ipſi traderet: quem tamen etiam volunt Chriſti typum eſſe. Verum in enucleatione verborum alia notabuntur.

a Matt. 25. 45.
b Serm. 6 de jejun. ſeptimi menſis, & ſerm. 25.
c In c. 25.
d Serm. 14.
e Matth. 5.

Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem.) De prima voce dictum eſt initio primi Pſal. Hieronymus omittit nomen *egeni*. Notat etiam Euſebius τὴν πτωχείαν neque in Hebræo, neque apud ceteros extare: Theodoretus addit, neque in Syro: ſe tamen in quibuſdam exemplaribus reperiſſe. Dominus priore Pſalmo de nominibus πτωχὸς, πένης: Hebræum דל *dal*, *attenuatum* ſonat, *macie*, *morbo*; ſed latiùs etiam extenditur ad attenuatum, & carentem opibus, quique alterius egeat ope, opera, viſitatione. Pro, *intelligit*, idem Hieronymus reddit, *cogitat de paupere*, ut eſt quidem apud ſcholiaſtem Victorium, & Trevetum: apud Thomam verò, *conſiderat*. Codices enim regii nihil à noſtra editione diverſum, quod ad hoc ſpectat, referunt: Chaldæus vertit, *qui cogitat de rebus pauperis*, utens pro *paupere* מטפכא *miſchena*, quem Itali *meſchino*, & uſurpans idem participium Hebræum משכל *maſchil*, quod importat attentam & accuratam cogitationem, ſtudium, ſollicitudinem, benignam curam, providentiam, gnavam & conſideratam operam. Apollinarius exponit περιποιήσεται, *curat*. Quod Latinè legimus in proverbiis *f*: *Doctrina viri per patientiam noſcitur*. Hebraicè שכל *ſechel*. Græcè eſt, ἐλεήμων ἀνὴρ μακροθυμεῖ, *miſericors vir patiens eſt*.

f Eccl. 19. 11. 26.

In *intelligendi* verbo (quod cur in tempore præſenti exprimatur Ambroſius in Pſalmum 1. cauſſam reddit, quia in ipſo bono opere fructus percipitur) præter dicta Thomas poſt Caſſiodorum annotat, ut præveniat quis egenorum petitiones, non expectans ut petant, ſed quod volunt, ideſt, quod velle ſcit, non negans, nec *oculos vidua* (quamvis nihil dicat) *expectare faciens g*. Eadem expoſitio Auguſtini alio in Pſalmo *h*. Ambroſius *intelligere* interpretatus, compati, haurire neceſſitates, ſcire quid mali inopia afferat indigenti. Præterea docet Leo *i* quibuſvis inopiam cœlantibus præ verecundia ſubveniendum: tales intelligendos eſſe, ac ſublevandos ab occulta neceſſitate, ut hoc ipſo ampliùs gaudeant, quum & paupertati eorum fuerit conſultum, & pudori. Hoc ait Ambroſius *k* eſſe, non aures tantùm præbere pauperum precibus, ſed oculos; inveſtigando clancularias neceſſitates eorumdem; exemplo Abrahæ, peregrinos præoccupantis *l*. Adde notiſſimum Nicolai exemplum, circa nubiles, ut alia prætermittam, quæ collegit Julius Fulcus de bono eleemoſynæ; ac bene toti notum orbi Gregorii XIII. recens exemplum, qui quotannis in urbe ſeptuaginta erogabat pauperes aureorum millia.

g Iob 31. 16.
h In Pſ. 103. c. 146.
i Serm. 4. de collect. Cur inopiæ ſubveniendum: & quomodo.
k 2. Offic. c. 16
l Gen. 18. 1. Gregorii XIII. eleemoſynæ.

Significatur demum *intelligendi* verbo prudentia, diſcretioque; tum ne tumultuario mentis impulſu, quod monet Ambroſius *m*, tuas ſimul effundans opes, ita ut poſtea pœniteat: tum ut largitione ordinem ſerves, de quo Hieronymus *n*, jubens præferri domeſticos fidei, & inter hos, qui ob Chriſtum ſua omnia reliquerunt, aut per perſequutiones perdiderunt; &, ut ratio potior habeatur bonorum, quàm qui tanta iniquitate, quanta paupertate ſcatent, niſi ſpes affulgeat emendationis. Intelligit *o* alibi hunc locum non ſimpliciter de illo, qui indiget eleemoſyna, ſed qui ſit pauper ſpiritu. Obſervat præterea *p* talem eſſe, quem jubeamur amicum facere *de mamonna iniquitatis*, ut recipiat nos *in æterna tabernacula* *q*: in vulgari paupere ſuſtentando eſſe opus eleemoſyna, in ſancto beatitudinis intelligentia, ut ei tribuamus, qui erubeſcit accipere, & dum acceperit, dolet: *metens carnalia*, & *ſeminans ſpiritualia*, quam alius inter ſordes, & illuviem flagret libidine, nec præſentia poſſidens, nec futura. Citat Auguſtinus *r*, neſcio ex quo libro Scripturæ, nec non Caſſiodorus, iſtam Sententiam, *ſudet eleemoſynam manu tua, quouſque invenias juſtum, cui eam tradas* ſive, des. Ad id faciendum ſuadet Auguſtinus *ſ* ſe ponere aliquid deſtinatum eleemoſynis: & *t* ut quiſque intelligat, atque attendat ſuper res ſuas, quid ex iis eroget: perfectam *u* eſſe miſericordiam, ut antè occurratur eſurientibus, quàm roget mendicus: dandum omnibus, ne cui non dederimus, ipſe ſit Chriſtus, cuive dederimus ipſe ſit Chriſtus. Caſſiodorus verò cavet quod ſæpe Chryſoſtomus, ne nimis in egentium inquiramus mores, an eleemoſyna noſtra digni ſint. Sufficit, inquit, nobis ut nos dare aliquid malis artibus neſciamus; nec opiniones hominum captando elati, eleemoſynam largiamur; ſed operemur ſolo affectu ſubveniendi; quod nos præcipit Divinitas intueri: qui ſic dederit, etſi iuſtis non det, juſtè tamen omnibus erogabit. Sic ille, cujus conſilium quoque ſequar ut in laudes eleemoſynæ non digrediar, ſed ad Patrum tractatus remittam.

o In c. 5. Iſa.
p Cont. Vigil
q Luc 16. 9.
r In Pſ. 146
ſ Ibidem.
t In Pſ 103. conc. 3.
u l. 50. hom. 39.

Ante occurrendum eſurientibus quàm roget mendicus. Cur dandū omnibus pauperibus.

Ex his unum ſatis copioſum confecit, quem antè dixi, Julius Fulcus, titulum imponens, de bono elemoſynæ. Illa cautio, & circumſpectio erga illos, in quibus eleemoſyna diſtribuitur, iis convenit magis, qui alios aliis commendant. Eam Bernardus *x* adhibet ſcribens Rogerio Siliciæ Regi. Ait, beatum qui intelligit non ſuper cupidum, ſed ſuper egenum, & pauperem, illum, qui invitus petat, & verecundè accipiens *glorificat Patrem ſuum qui in cœlis eſt*. Adhuc Ambroſius *y* ſcribit non requirendum largienti quod quiſque mereatur, quia miſericordia non de meritis judicare conſuevit, ſed neceſſitatibus ſubvenire; juvare pauperem, non examinare juſtitiam, *intelligere ſuper egenum*, & *paupecem*, qui compatitur ei qui advertit conſortem eſſe naturæ, qui cognoſcit quòd & divitem, & pauperem fecit Dominus, qui ſcit quòd ſanctificet fructus ſuos, ſi de his delibet aliquam pauperibus portionem: poſtremò *z*, qui quod intelligit ſenſu, etiam ſequatur operibus. Nihil enim prodeſſe miſereri, niſi alimoniam eidem largiaris & hoc eſſe, in genere loquendo, teſtimonia Dei intelligere *a*, operibus vi-delicet intellecta exercere. Eamdem notionem *intelligendi* verbum habet in illa Chriſti ſententia; *omnis b qui audit verbum regni, & non intelligit, venit malus, & rapit quod ſeminatum eſt in corde ejus. non intelligit*, hoc eſt, illius curam non habet, non meditatur, non fovet, non tegit quaſi terra cordis ſui, ſiquidem in non intelligendo culpam notat, quum tamen non intelligere non ſemper ſit culpa. Si dives ille non contentus fuiſſet judicio oculorum corporis, mentis ac fidei oculis intellexiſſet, atque credidiſſet, in mendico Lazaro, ſed & in quovis alio, latere perſonam Dei, & Chriſti, qui etiam à Martino, Gregorio, & aliis exceptus, aut eleemoſyna donatus legitur, ſub vili habitu: pro particula tecti, ſub quo flagitat recipi dare poſſe *æterna tabernacula c*: pro aquæ gutta, vel fruſto panis, torrentem voluptatis. Quod non vidit vivens, aut noluit videre, mortuus vidit; ſe in tormentis, lingua flammis ardente, nec extremo digiti Laxari refrigerationem concedi: Lazarum in ſinu Abrahæ. Si Samarit. ſciviſſet qui erat qui petebat ab ea bibere, petiſſet prior, & ſi ſciviſſet donum Dei, tanto fœnore propoſito, liberalior in dando fuiſſet *d*. Solis Thebanis mulieribus ferunt licuiſſe per Herculem in templum ipſius intrare, quòd ei aquam poſcenti liberaliter dediſſent, non tamquam Deo, quem non noverunt, ſed ut egenti peregrino, (ſic melior amicus Alexandri, qui βασιλευφίλος, conſulens ei, ut regi, quàm Ἀλέξανδρόφιλος, ut privato commodoque amico) E contrario, ſi Hebræis credimus, uxor Loth in ſalis verſa ſtatuam eſt, quòd Angelos, etſi forſan minimè cognoſcens

x Ep. 207.
y l. de Nabothe, c. 8.
z In Pſ 118: octon 12.
a Pſ. 118 95 Teſtimonia Dei intelligere, eſt operibus intellecta exercere.
b Matth. 13 19.
c Luc 16.
d Ioan 4. 10 Solis Thebanis mulieribus in templum Herculis ingreſſus. Alexandri amicorum uter melior Ab Hebræis de uxore Loth traditio

scens esse tales, parùm humaniter tractavisset. *Beatus qui non scandalizatur* a *in Christo*; nec species ipsius externa offenditur. Sprevit illum populus Hebræus à Pilato ostensum post flagellationem, quum diceret, *Ecce* b, *homo*. Sprevit Herodes tamquam fatuum *c*, vel egenum & pauperem. Patres porrò Concilii Aquilensis, in Epistola ad Gratianum, Valentinianum & Theodosium Imperatores, laudant Gratiani liberalitatem, & munificentiam, quòd nullus Sacerdos, seu Episcopus pauperiem, in tali hominum genere alioqui gloriosam subsidio veniendi ad Concilium destitutus, ingemuit: propterea in eo completum, quod istis vebis Ps. continetur: *Beatus qui intelligit super egenum & pauperem*. Nullus propriùs accedit ad Deum quam sublevando alienam egestatem. *Deus; quis similis tibi? eripiens pauperem de manu fortiorum ejus, egenum & pauperem à diripientibus eum* d. Hoc videtur quodammodo sic intelligendo similem reddi primæ ac puræ intelligentiæ.

In die mala liberabit eum Dominus.) Hæc & quæ sequuntur, continere causam putant, quare dixerit David beatum esse, qui *intelligat super egenum, pauperemque*, & sic verba sequentium versuum optativi modi sumenda pro futuris, ut etiam Hebraicè habentur, ita ut David, si de se loquatur, dicat, liberabit, aut liberet Dominus eo qui de malis meis prudenter judicant, & mei curam habent; sicut mei curam gesserunt in rebus adversis, ita in suis experiantur liberalitatem liberationis Dei. Alii volunt esse verba ejus, *qui intelligit super egenum & pauperem*, qui nempe quum videt illum, & bene precetur hac verborum formula, vel ei bene futurum prædicat. Sunt præterea qui hæc vocabula, *in die mala*, jungant prioribus, *beatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala*, idest quum in aliquam adversitatem inciderit, & dicit; *liberabit*, aut liberet *eum Dominus*. Non refert quomodo accipiamus, quoniam idem semper sensus præcipuus remanet.

Dies mala significat quodlibet calamitatis tempus, aut mortis, & judicii particularis, aut generalis judic. Plures de hac die judicii generalis interpretantur. Didymus etiam, Eusebius, Euthymius, Nicephorus, amplectuntur notionem primam; cui favet Symmachus, quem citant iidem Didymus, Eusebius, ac Theodoretus, dum nominat ἡμέραν κακώσεως, *diem afflictionis*, & Apollinarius ἀναγκαῖον ἦμαρ (quæ eadem significatione dicitur etiam à prophanis auctoribus κακόδης) quam LXX. πονηρὰν, sicut & Psal. 36. *e* καιρὸν πονηρὸν, *tempus malum*; de quo relege quæ ibi dixit. Affinis huic sententia in Ecclesiastico *f*: *Conclude eleemosynam in corde pauperis, & hoc pro te exorabit ab omni malo*. Illum & nostrum locum Cyprianus *g* in hoc sensu explicat. *Malitiam* pro afflictione sæpius usurpant Sacræ litteræ ut Hieronymus *h* quoque annotat, & Tertullianus *i*, ac Damascenus *k*. Idem Hieronymus *l*, exponens verba Epistolæ ad Ephesios *m*, *ut possitis resistere in die malo*, docet, & quum ab eodem Paulo *n* vocantur *dies mali*, significari aut præsens tempus, propter angustias, & vitæ hujus labores, quia non absque sudore, & certamine pervenimus ad palmam; aut certè consummationis, atque judicii, quando Diabolus inimicus, & vindex in sua nos cupiet parte retinere. Locum verò hunc nostrum ultimo isto modo declarat, quemadmodum Ambrosius in Psalmo 36. & 37. non tantùm hoc loco. Hoc autem loco, in quo agnoscit primam simul acceptionem, & quia *mundus in malo positus est* o, *& abundat* (*sufficit*) *diei malitia sua* p: *malum diem* judicii ait esse, & dici à Deo judice, ut sciamus, quia ipse nobis affectu nostro loquendo compatitur: præterea quoniam tunc etiam ipsimet justi in tantorum condemnatione hominum macerabuntur, quasi suam putantes fratris ærumnam: sicut è contrario Angeli in unius peccatoris absolutione lætantur *q*. Idem in dictum Psal. 36. priùs dixerat, objiciens sibi quod *lætabitur justus quam viderit* r *vindictam*: & in alium locum responsum rejiciens, Ps. 57. ubi habetur ista sententia, non exposuit. In explanatione, 118. *s* obiter sibi videri dicit lætari justum quia evaserit, non quia impii puniantur. Concedi potest lætitia de vindice justitia Dei, tristitia, ut non placet aliena pœna tamquam alterius malum, & displicet pœnæ causla, quod est peccatum. Tamen omnibus pensatis non dubitant Theologi asserere, lætaturos, in judicio justos de damnatione reproborum: & videntur

a *Matt.* 11. 9
b *Ioan.* 19. 5.
c *Luc.* 23. 11
d *Tom.* 1. *C. ed. edit. Rom. cap.* 718.
Nullus propriùs accedit ad Deũ quam sublevando alienam egestatem.
Ps. 34. 10.
e *vers.* 19. & c. 29. 15.
g *de opere & eleemos. & l.* 3. *c.* 1. *Malitia pro afflictione.*
h *in c.* 2. *Ioel & in c.* 6. *Ma. & Ep* 147.
i 2. *cont. Mar.*
k *l. c.* 1. 20.
l *in c.* 6. *Epi. ad Ephes.*
m *c.* 6 13.
n *Eph.* 5. 16.
o 1. *Ioa.* 5. 19
p *Matt.* 6. 34
q *Luc.* 15. 7.
r *Ps.* 57. 11.
s *Oſiona.* 7.

A quoque negare tristitiam: videlicet quia nulla afficientur sympathia adversus illos, sive commiseratione; & placebit eis pronuntiata justè in eosdem sententia; quamvis etiam absque perturbatione insultantis ac malignæ malevolæve lætitiæ. Egregiè Chrysologus *t* ait quod *in die mala* illi Deus liberator assistet, qui à malis pauperem liberarit: non videbit *diem malum*, qui *dies bonos* habere pauperem fecit: videbit *diem malum*, qui diem judicii sine advocatione paupertatis intraverit: excusari namque non posse, quæ fames pauperis accusavit.

t *Serm.* 14.

Dominus conservet eum, & vivificet eum.) Hieronymus, *custodiet*, &c. in futuro, sicut sequentia cum Symmacho, quomodo etiam habentur in textu Hebræo, ut & præcedens, *liberabit*. Nihil refert optativus, an indicativi tempus futurum sit: mutuum habent usum, & certitudo facit impetrandi, ut quod oratur, jam impetratum censeatur, maximè verò si vota, precesque hæ de Christo sint, per *egenum* ac *pauperem*, ut ante vidimus, intellecto. Hugo, aut Alensis, distinguit in præcedentibus, in his, & in sequentibus verbis sex bona, quæ promittantur intelligenti *super egenum, & pauperem*. Nam primum, est bonum vitæ æternæ, complectens omnia bona, & remotione malorum, de quibus in prioribus verbis hactenus: secundum est, in hac vita, gratia conservans, quæ designatur positis his verbis: tertium gratia vivificans, *vivificet eum*: quartum, gratia consummans, *beatum faciat eum in terra*: quintum, liberatio à peccatis, ex suggestione Diaboli, *non tradat eum in animam inimicorum ejus*: sextum, liberatio à peccatis ex tentationibus carnis, *opem ferat illi super lectum doloris ejus*, &c. Hæc eadem assignant operibus misericordiæ cum ultimo sepulturæ, quod est in historia Tobiæ *u*, & alia in Matthæo *x*, omniaque versu uno comprehenduntur.

Sex bonorum distinctio.
intelligenti super egenum & pauperem.
u *c.* 1. 20. & *seq. c.* 2. 3. & *seq.*
x *c.* 25, 35 & *seq.*

Visito, poto, cibo, redimo, tego colligo, condo. Conservatur qui tegit: vivificatur qui cibat potatque: beatus sit, qui visitat: non traditur in animam inimicorum, qui redimit: opem super lectum sentit doloris, qui colligit: universum stratum versatur in infirmitate sanitatem restituendo ei qui condit. Revera *pietas promissionem habet vitæ, quæ nunc est, & futuræ* y: & complures conservationem, ac vivificationem de perseverante & usque ad æternam vitam perducente gratia intelligunt: reliqua de bonis hujus vitæ, & quidem naturalibus, licèt sensu mystico etiam de supernaturalibus. Chrysologus z ait, qui audivit rogantem egenum, audire orbe toto pro se Ecclesiam verbis istis rogantem, ut Dominus conservet, ne rapiatur ad pœnam: vivificet, ut resurgat à mortuis & recipiat vitam: non tradat in manu inimici Diaboli, quem qui calcat inimicitiarum auctorem, despicit alios inimicos: adjuvet super lectum doloris, dum anima pressa corporis terra, cœlum repetere cupit: universum stratum versetque in infirmitate ejus, ut adversa vertat in prospera.

y 1. *Tim.* 4 8
z *Serm.* 14.

Jacobus de Valentia, ostendens, Christum, qui dicitur *egenus*, & *pauper*, experiri alienam in se benignitatem voluisse in miseriis, quibus originale peccatum subiecti sumus, famis, sitis, doloris, infirmitatis, carceris, captivitatis, mortis, secundum enumerata septem opera misericordiæ, pro carcere, & captivitate, opinior, accipiens defensionem ejus per Gamalielem in Concilio (quod nescio unde probat) ut & pro infirmitate, quam nullam propriè passus est, unctionem à Magdalena factam, velut fesso & lasso: docet petere à Patre septem præmia pro illis, qui ei subvenerant, proque aliis, qui pauperibus, & afflictis subveniant. Præmia enumerat, liberationem *in die mala*, hoc est, in die judicii, quando ipsemet Christus dicet, *venite benedicti*, &c. conservationem in gratia, ne ruant in mortale peccatum: vivificationem à morte peccati in vitam gratiæ, si fortè mortaliter peccaverint: beatitudinem in terra, nempe *in terra viventium*, seu, in gloria: liberationem ab anima inimicorum tum visibilium, tum invisibilium; auxilium in omnibus infirmitatibus, doloribusque corporis: restitutionem in perfectam corporis sanitatem, aut etiam in resurrectione donum corporis glorioſi. Augustinus *a* narrat, Gennadio adolescenti faciendis eleemosynis dedi-tissimo exemptum divinitùs in somnis dubium, quod habebat utrum ulla esset vita post mortem.

Septem præmia à Christo quibus postulata.
a *Ep.* 100. De Generali adolescente scripta.

Caje-

Cajetanus exponit, Chriſtum pro nobis egenum, pauperemque, beatum fuiſſe ſecundum animam à primo puncto conceptionis: liberatum in die mala paſſionis per reſurrectionem: conſervatum ut nihil ei eveniret mali quod non vellet: vivificatum propter plenitudinem, gratiæ, & veritatis: beatum factum in terra, quia poſt Nativitatem, & jam in terra ſeparatus extra matris uterum, dictam beatitudinem animæ habuit, & à reſurrectione ante aſcenſionem, in corpore quoque beatus fuit: traditum non eſſe in animam inimicorum, ita ut, quod maximè volebant occidendo ipſum, exterminaretur nomen ejus, quum è contrario exaltatum ſit ſuper omne nomen, totuſque ad ipſum mundus converſus: opem divinam accepiſſe ſuper lectum doloris, ac univerſum ſtratum ipſius verſatum in infirmitate, paſſionis nimirum, quum tamquam in lecto ſtratoque jaceret in cruce ſummis doloribus affectus; tametſi etiam totum vitæ tempus appellari queat univerſum ſtratum Chriſti, quoniam ex quo natus eſt, cœpit pati atque in ſingulis delectabilibus, quæ quamdam rationem lecti habent, ideſt, quietis afflictus eſt.

Hæc omnia ſatis aptè dicuntur: ſed ſimplici litterali ſenſu (conſervare) pertinet ad cuſtodiam tutelamque advesùs mala, ſicut in Pſ. 15. *Conſerva me Domine, quoniam ſperavi in te.* Idem valet *vivificare*, nimirum etiam ſervare, & liberare. Conſtitutus in anguſtia, & afflictione mortuo ſimilis eſt, ut quem ei ſuccurritur, perinde videatur ac ſi denuo genitus eſſet, ac revixiſſet, quod propter eamdem rationem *recreandi* verbo ſolet explicari. Sic Habacuc *a* orabat Dominum, ut *opus ſuum vivificaret*, nempe populum Hebræum, quem peculariter alibi *b* Deus ipſe nominat *opus ſuum*, ac *manuum ſuarum*: & de eodem populo ita etiam loquuntur alii. Vivere dicitur qui ſanus & lætus vivit; unde quod Iſaias *c* juſſiſſe ſcribitur, *ut tollerent de ficis, & cataplaſmarent ſuper vulnus* Ezechiæ, *& ſanaretur*, Hebraicè eſt, & *viveret* וְיִחִי *veiechi*. Apollinarius explicat cuſtodem, & curatorem vitæ.

a cap. 3. 2.
b Iſ. 29. 23. 45. 11. Iſ. 60. 21.
c. 38. 21.

Φρουρὸν ἔχοι βασιλῆα βίὸν θ' ἅμα κηδεμόνα.
Cuſtodem habeat regem vitæ, & ſimul curatorem.

Benè diſputat Tilmannus Bredembachius *d* quid cauſſæ ſit cur non raro benefici magnis graventur infirmitatibus & moleſtiis, non obſtante hujus Pſalmi ſententia, & illa Pauli *e*, quòd *pietas promiſſionem habeat vitæ præſentis & futuræ*. Cum exemplis rationes quoque affert.

d 6. Collat. ſacra, c ult.
e Tim. 4. 8.

Beatum faciat eum in terra.) Ad litteram intelligit de beatitudine, quam in bonis externis vulgo conſtituunt, & populus Hebræus plurimi faciebat. Sicut & in alio Pſ. *f*; *labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit*, & apud Iſaiam *g*, *Dicite juſto, quoniam bene, quoniam fructum adinventionum ſuorum comedet*: tametſi etiam de præmio bonorum operum æterno locus hic intelligi poſſit; & ille alius de utroque eum etiam Chaldæus paraphraſtes expoſuit. Beatitudo ſpei in terra eſt conſiſtens in virtutibus earumque operibus, ut demonſtrat Ruffinus. *Terram* etiam de cœlo dici, cœleſtiſque loco beatitudinis *h*, alibi docuimus. Addit Arnobius, Caſſiodorus, Ambroſius, & Pſalterium Romanum, *& emundet in terra vitam ejus*, quod bene declarant iidem doctores duo poſtremi.

f Pſ. 127. 2.
g c. 3. 10.
Terra de cœlo dicta.
h Pſ. 26. 9.

Non tradat eum in animam inimicorum ejus.) Et hanc expoſuimus dicendi formulam ad illa verba *i*, *ne tradideris me in animam tribulantium me*. Ibi, & hìc, idem Paraphraſtes pro *anima* voluntatem poſuit רְעוּת *rahhuath*. Legit Ambroſius, Auguſtinus, Arnobius, Caſſiodorus, Pſalterium Romanum, *in manibus inimici ejus*. Pſalterium Ambroſianum, *in manibus inimicorum ejus*. Hieronymus in Commentario, *in manibus inimicorum ejus*. Hebraicè eſt ſecunda perſona, *non trades eum*, אַל תִּתְּנֵהוּ *al thithenehu*. Quidam libri Græci, εἰς χεῖρας ἐχθρῶν αὐτοῦ: emendati εἰς χεῖζας ἐχθρᾶ αὐτοῦ: Symmachus, εἰς ψυχας, ut Euſebius teſtatur, vel ut alii ψυχαῖς: Aquila, ἐν ψυχῇ: Theodotio, ψυχὴν. *Manus* quoque legit Apollinarius.

i Pſ. 26. 12.

Οὐδ' ἐμπαίντιβίοισιν ἔλωρ παλάμησιν μεδέλη.
Neque eum hoſtibus prædam manibus permittat.

Vim faciens Auguſtinus in ſingulari numero (inimici) Diabolum interpretatur, quem vocat Chriſtus *k inimicum hominum*. Ambroſius idem habet, *leonem* cum Petro *l* vocans, *qui circuit quærens quem devoret*: & quod alii legunt, *animæ*, a nobis poni pro *manibus*: & Davidem maluiſſe Dei ſe committere manibus poteſtatique, quàm inſidiis inimicorum *m*, qui parcere ſua voluntate neſcirent. Ruffinus attendit dictum, *non tradet in animam*, non verò *in manus*, quia manibus traditi ſunt Martyres; ſed non *in animam* perſecutorum, qui quantum voluerunt, nocere, non potuerunt, ſcilicet non occidere animam, non delere nomen eorum, non extinguere religionem Chriſtianam. Si Diabolus *inimici* vocabulo ſumitur, nec manui, ſive manibus ejus traditur juſtus; hoc eſt, poteſtati, ſicut explicat Caſſiodorus, quoniam non permittitur quantum poteſt tentare, atque vexare.

K Matt. 13. 25. 20. 39. l 1. Ep. 5. 8.
m 1. Par. 21 13.

Certè quod attinet ad eum, *qui intelligit ſuper egenum, & pauperem*, ut eleemoſynam faciat, eleemoſyna, ut dixit Raphael *n*, *non patietur animam ire in tenebras*. Hoc etiam velut *oleo inunctus miſericordiæ* dilabitur de manibus dæmonum, quemadmodum Athletæ de antagoniſtarum, ſi externo ſint delibuti, ut notat Heſychius. Uſurpat verſum, iſtum tertium Eccleſia in litania pro Pontifice; quoniam tamquam capitis ſui, vitam ejus, incolumitatem, beatitudinem (à qua denominatur quoque tum abſtracta, tum concreta voce) etiam temporalem, ut juvat ad ipſiuſmet ſalutem, & commiſſis gregis, liberationem ab inimicis, tum internis, tum externis, maximè ſibi neceſſariam ducit. Sed & quum communis ſit Pater, illius eſt maximè intelligere *ſuper egenos & pauperes*, ut ſublevet omni opere miſericordiæ quoad licet. Quo in genere proferri poſſunt exempla Euthychiani, qui tam multos propria ſepelivit manu: Martini, & Gregorii I. qui adeò profuſi fuerunt in eleemoſynis, ut noſtræ memoriæ notiſſimum omittam Gregorium XIII. ut etiam priùs indicavi. Lege quæ Pſalmo 19. extremo dixi de publica oratione pro Rege, & Pontifici; ac de eadem re Joannem Stephanum Durantum *o*.

n Tob. 4. 11.
Verſus ab Eccleſia uſurpatus.
Pietatis exempla.
o 2. de ritib. Eccl. c. 33.

Dominus opem ferat illi ſuper lectum doloris ejus.) Hieronymus, *Dominus confortabit eum in lecto infirmitatis*. Hoc valet סְעָדֵהוּ *ſahhad*, & *roborare*, confirmare, fulcire, ſuſtentare. Qui mœſtus eſt, afflictove animo, in lectum ſe conjicit, quaſi exanimatus dolore, ac triſtitia, viribus languidis reſolutus, vixque ſe movere valens, ut Amano contigit ſuper lectum *p* reginæ. Significari quoque poteſt revera ex morbo decumbens, *Lectum miſeriæ* à Symmacho; ab Aquila, *grabatum miſeriæ* dictum notat Ambroſius: expreſſius autem LXX. *lectum doloris* puta viſſe dicendum.

p Eſther. 7. 8

Præter myſticum ſenſum, quod *lectus animæ* caro infirma ſit, deque paralytico poſt reſtitutam valetudinem juſſo tollere grabatum *q*, & Paulo *corpus mortis* deplorante *r*; & quòd voluptates externæ præſentis temporis permixtæ ſint doloribus; & quòd carni alienæ corporaliter ſubvenienti ſuppeditet vires Deus ad externam imbecillitatem ferendam, & ad ejuſdem quoque libidinem tenendam, portandam, frænandam, quam tropologiam Auguſtinus præterea, & alii afferunt, juxta illud etiam Job *ſ*, *increpat quandoque per dolorem in lectulo*; qua de re dixi nonnihil Pſalmo 6. *t* & 37. *u* affirmat Ambroſius, his verſiculis utendum apud eos, qui diutiùs infirmitate corporis detinentur, ut habeant medicinam Dei, quò ſani eſſe mereantur. Lege eumdem Ambroſium *x*. Hinc eleemoſynæ fructum Cyprian. *y* colligit, exque Raphaelis teſtimonio *z*, ut liberet à morte; item Nabuchodonoſor exemplo, qui Danielis *a* præcepto de eleemoſyna ſi obtemperaviſſet, & adverſa, quæ viderat, & infeſta, evadere & vitare potuiſſet. Profert præterea ſuſpenſam in Tabitha mortem, ſpiritumque redditum precibus Petri miſericordis fœminæ meritis *b*. Super durum, flammeumque, & acerbiſſimi doloris lectum Laurentii, qui ſuper egenos ac pauperes diſtributis theſauris intellexerat, opem tulit Deus, inſperſit in hoc ſacrificium craticulæ oleum, quo ignis devotionis vehemebtiùs arderet, & hilariùs alacriùſque tormentum tantum pateretur. Opem, Chaldæus, Dei explicat, *ut appareat Deus ſuper lectum*, וַיִּתְגַּלִּילֵהוּ *vaiithgalileh*. Poſſunt hiſtoriæ produci eorum, quos Deus viſis, ſonis, cibis, aliis modis mirabiliter recreavit in lectulis propter ægritudinem jacentes, cujuſmodi Anſelmus, Thomas Aquinas, Franciſcus,

q Luc. 5. 24. Ioan. 5. 8.
r Rom. 7. 24.
ſ c 33. 19.
t verſ. 7.
u verſ. 1.
Apud quos horum verſiculorum ſit aptus uſus.
x 3. de Virg. & ſerm. 1. de adventu.
y de oper. & eleemoſ.
z Tobiæ 12. 9
a c. 4. 24.
b act. 9. 40

Univerſum ſtratum ejus verſaſti in infirmitate ejus. Hieronymus, *totum ſtratum ejus verſaſti ægrotatione ſua.* Mutatur perſona pro *vertit*, aut *vertet*, aut *vertat*, vel eſt ex abrupto apoſtrophe ad Deum. Ad litteram ſignificatur fore, ut Chryſoſt. *a*, Theodor. Euthymius, Nicephorus, explicant, ut decubitum infirmitatis, ac infirmitatem Deus in ſanitatem mutet, lectum infirmitatis in lectum ſanitatis. Præterea ſenſus eſt, fore ut Deus tamquam diligens famulus componat, ſternat, vertat, angulos ac latera ventilet, & explicet ſtrati, aut aliud ſubſtituat, ut molliùs æger cubet: nempe remittente vi morbi: unde fiat etiam ut percommodè vertere per ſtratum ſe poſſit pro arbitrio, non egens alterius miniſterio. Thomas exiſtimat, ſignificari neceſſitatem auxilii, quia præ magnitudine infirmitatis continuè vertatur per lectulum. Idem Chryſoſtomus *b* explicat *lectum doloris*, diem mortis, qui moleſtus eſt propter metum judicii, & *ſtratum in infirmitate*, tentationes; eo autem Deum tempore opitulari amatoribus pauperum ac eleemoſynas remunerare. Addit, videri prædictionem de paralytico, *qui intellexit ſuper egenum*, & *pauperem* Chriſtum, credens potentiæ ipſius, ideoque ille verſavit ejus ſtratum infirmitate, & in lecto doloris opem tulit, ſurgere incolumem imperans, tollere grabatum, ambulare *c*. Hoc ipſum tradit Heſychius, aut Hieronymus, nec non Ambroſius ſerm. 1. de adventu. Sed potiùs eſt ſenſus myſticus, cujus item generis alios antea attigimus.

a *Hom. 1.*

b *Hom. 2.*

c *Ioan 5. 8.*

Agelli expoſitio improbata.

Is quem Agellius litteralem facit, adverſari mihi litteræ videtur, ſicut & ab aliis explanatoribus abhorret. Tunc, ait, maximè opem ferat Deus ſuper lectum doloris, & quando doloris morbique vi oppreſſus decumbet; præterea quum tu ò Deus, verſaris omne ſtratum ejus in infirmitate ejus, auferendo illius quietem, hancque in contrarium vertendo, & efficiendo, ut quod valenti ſtratum quies eſt ſit idem labor ægrotanti, atque moleſtia. Ut hic conſiſtere ſenſus, dici deberet verſaſti infirmitatem, ad indicandum converſionis mutationiſve terminum ad quem; cujuſmodi terminum ut Agellius oſtendat, ſimulque ſenſum illum ſuum confirmet, citat ex Pſal. 31. *d Converſus ſum in arumna mea dum conſigeretur ſpina*; ubi peccat quod auferendi in accuſandi caſum mutet. Denique ſicut idemmet eodem loco annotavit, verſare, vel convertere ex una in aliam rem, quum quis dicitur, non ſolet poni particula, ſeu ſervilis littera ב *be*, denotans *in*, & requirens ablativum, ſed ל *le*, quod jungitur accuſativo *e*, *convertiſti planctum meum in gaudium*, למיחול *lemecholl*, εἰς χαρὰν, & *f qui convertit mare in aridam*, ליבשה *leiabbſcha* ὡς ξηράν.

d *verſ 4.*

e *Pſ. 29. 12.*

f *Pſ. 65. 6.*

Fateor, Hieronymum, Auguſtinum, & alios exponere, quòd omne id, ad quod homo quietis ac ſolatii cauſa, ſe, etiam licitè, convertit, Deus ei in amaritudinem convertit, ut doceatur amare meliora per amaritudinem inferiorum. Vel de Chriſto, quod ejus Deus carnis infirmitatem verſavit in ſalutem ſuam per reſurrectionem, & ipſe Chriſtus, ſeu Pater per eum, in infirmitatibus ipſius, præparavit nobis noſtra; quia, ut loquitur Ambroſius *g*, Chriſtus corpus doloris, ac ſtratum infirmitatis ſuæ convertit in commodum carnis humanæ; & paſſione infirmitas eſt ſoluta, mors reſurrectione. Qua ratione in quo Chriſtus eſt paſſus, & tentatus, *potens*, factus *eſt*, & *eis*, *qui tentantur auxiliari h*. Gregorius *i*, item *ſtratum verſari* docet *in infirmitate*, quando dum nos tentatio carnis concutit, tremefacta noſtra infirmitas, etiam mentis cubile confundit. Ubi ſtratum, lectum & cubile, non pro carne, ſicut alii, ſed pro ſecreto ſumit cordis: ideſt, quemadmodum & in aliis locis ſcripturæ *k*, quæ affert. Rurſum *l* Ambroſius *in infirmitate verſari ſtratum* dicit, præcipuè martyris, quia infirmitas illius paſſione ſolvitur, mors reſurrectione: diviti in inferno *m* non fuiſſe reclinationem, juxta illud Pſalmi 72. *n*, ut iſte legit, *non eſt reclinatio morti eorum*: quod nos, *non eſt reſpectus*, nec enim ſe totum quiviſſe ad Abraham erigere, ſed oculos dumtaxat elevare *o*, nec fuiſſe firmamentum in plaga ejus, quia nihil proſunt flagella poſt mortem. Præterea *p* Dominum ait convertere *ſtratum ejus in infirmitate*, quum qui fuerat adulter, iracundus, petulans, cunctorum ſcelerum infirmitatibus plenus aſſuetum illius corpus malo, verſando efficit ut ſit caſtus, humilis, modeſtus. Illud quod Ambroſius

g *3. de Virg.*

h *Hebr. 2. 18 & 8. mor. c. 13 vel 17.*

k *Iob. 7. 13. Cant 3. 1. & in Pſ. 72*

l *in Pſ. 72*

m *Luc. 16. 22 & ſeq.*

n *verſ. 10*

o *Luc. 16. 23*

p *Serm. 1. de Adventu.*

Aſſerebat de prætereunte infirmitate; attingit etiam Bernardus *q*, agens de ſtatu ſanctorum, quia converſa eſt *anima* eorum *in requiem* ſuam *r*: & ſunt *in cubilibus*, in quibus non compunguntur *ſ*: adde, ſed ubi lætentur exultantes in gloria *t*. Verùm in his non ſpectatur infirmitas tamquam terminus ad quem, ſed ut inſtrumentum, & medium, quod indicat præpoſitio cum ablativo, videlicet, ut in infirmitate vel ex infirmitate, vel per infirmitatem illud ſequatur, ut ſtratum quietis verſetur in ſtratum inquietudinis, atque turbationis: aut in bono ſenſu, ut Deus per infirmitatem Chriſti paſſionis verſarit ſtratum carnis ejus infirmæ, in ſtratum quietæ & immortalis: conſequenter verò & nobis talem effectum per merita ejuſdem conceſſerit. Denique *in infirmitate alicujus verſari ſtratum* ejus, poſſet intelligi, dum eſt in infirmitate, verſari ſtratum, vel, ut molliùs reddatur, vel, ex eo ſtratu infirmi, evadat ſtratum ſani, ſive, in ſanitatem reſtituti, quemadmodum jam priùs diximus. Apollinarius optimè ſenſum expreſſit.

q *Serm. 2. de omnibus S.*

r *Pſ 114. 7.*

ſ *Pſ. 4 5.*

t *Pſ. 149. 5.*

Δίμυκα δὲ μετέθηκεν, ἔλυσε δὲ κλίνην νόσῳ,
Strata ipſi tranſpoſuit, ſolvit verò curas (ſive moleſtias) *morbi.*

Ubi quum tertiam ponat perſonam, legit fortaſſis, non ἐστρέψας, ſed ἔστρεψεν, aut ſenſum attendit, non verba. Lege hoc loco apud Ambroſium luctatoris exemplum, qui ſe ſubjicit, ac verſat, ut effundat ſternatque adverſarium, ſic verò & Chriſtum feciſſe demonſtrat.

Verſ. 5.) Ego dixi, Domine miſerere mei, ſana animam meam quia peccavi tibi.

ÆGER in lecto jacens, ac doloribus vexatus, morbique perpendens cauſſam peccatum; ſupplex id confitens, deprecatur mitiùs agi ſecum, & valetudinem reſtitui corporis, ſimul reſtituta, & quidem priùs, ac potiſſimùm, ſanitate animæ. Sub hoc typo Chriſtus, qui infirmitates noſtras tulit, & dolores noſtros portavit, adeo ut leproſus haberetur, afflictus, percuſſus humiliatus à Deo; & peccatorum induens perſonam, multorum imo omnium in ſe *peccata tollens u*, atque pro nobis factus *maledictum x* & *peccatum y*, ideſt, hoſtia pro peccato expiatoria, per proprios dolores, mortemque, implorat ſanitatem ſibi; hoc eſt, membris ſuis, in quibus cenſerur peccaviſſe, ſuſcipiendo, ac transferendo in ſe debita illorum ſolvenda; pro quibus quum pretium ſolvat, & fidem, ſive fidei juſſionem præſtando liberet, exigit viciſſim veluti teſtimonium receptorum ereditorum, ut in poſterum liberi remaneant debitores, & quod conſequens eſt, reſtituantur priſtinæ gratiæ amicitiæque, in quo animæ ſanitas & ſalus conſiſtit.

u *Iſ. 53. 12.*

x *Gal. 3. 13*

y *2. Cor. 5. 21*

Illuſtrari hæc expoſitio communis poteſt atque dicendi modus iſte, quo ſponſor fideive juſſor, propter id vinculum peccare dicitur, verbis Judæ ad patrem Jacob, ut impetraret deductionem fratris minimi Beniamini ad Ægypti prætorem Joſeph fratrem adhuc ignotum *z*. *Ego ſuſcipio puerum*, inquit, *de manu mea, requirere illum: niſi reduxero, & reddidero eum tibi; ero peccati reus in te omni tempore*. Athanaſius præter ſenſum iſtum, explicat etiam Davidem orare pro ſe, non pro corporis morbo; ſed ut qui unum ſe poſſe ex his eſſe, qui in egenum & pauperem Chriſtum credidiſſent. Caſſiodorus idem innuit; vel univerſè ſermonem eſſe de oratione fidelium, tribulationes patientium, quarum agnoſcant peccata cauſſam eſſe, & ea ſibi ignoſci petant. Didymus addit, præterea orationem Chriſti eſſe pro diſcipulis, quos tamquam ejus animam exiſtentes, tempore paſſionis, contigit ægrotare; ideſt, peccare quum omnes ipſum reliquerunt, & abierunt *a*: Petrus verò ter etiam negavit *b*: Trevetus volens ſub figura illa Davidis loquentis de ſubſtituendo Salomone in Regem pro Adonia, qui regnum occupabat, ait, occurri objectioni, quod non videatur debuiſſe Salomonem, regnare, quia filius fuit Berſabeæ, cum qua David per adulterium peccaverat; Davidem verò reſpondere, ſe petiviſſe à Deo remiſſionem illius peccati; & de impetrata bene ſperare. Poſſet item dici dum laboraret gravi morbo, revocaſſe cogitationem, ad præcedentia peccata, & pro his oraviſſe, vel certè

z *Gen. 43. 9.*

a *Matt. 26. 56.*

b *Ioa. 18. 27*

certè pro temporalis pœnæ debitò, cujus partem se tunc resolvere credebat, postulans & istam condonari sicut culpæ, ac reatus æterni veniam fuerat consequutus. Ambrosius & Lyranus putant, ipsum etiam peccatorum veniam à Christo Davidem petivisse, cujus credebat divinitatem. Infert Ambros. quum in aliquo sumus, adversus inimicos Dei, certamine constituti, ut imploremus ejus auxilium peccata confitendo, ut sanati resistamus: vulnus namque medicum quærere, medicum exigere confessionem. Ruffinus de eadem confessione multis differit.

Ego dixi,) Symmachus, ἐμὲ λέγοντος, *me dicente* Alii, *ego dicebam*, dum nempe in eo res meæ statu essent, quum tam afflictus. Vel hinc ego quoque dico. Notant autem Chrysostomus & Hesychius emphasim in pronomine, quasi Christus de se, ut Deo, loquens diceret: *Ego sum qui sum*[a]: ego, *qui in Patre & Pater in me*[b]: ego unum cum illo[c] æqualis cum ipso potestatis, & paris honoris.

[a] *Exod.* 3. 14
[b] *Joan.* 14. 10
[c] *c.* 10. 30.

Sana animam meam, quia peccavi tibi.) Refert Valentia litteram Hieronymi habere, *Sana animam meam, quia peccavit tibi*. Sed quos legi codices, & qui editionem Hieronymi sequitur Trevirus habent sicut est in nostra. Symmachus καὶ εἰ ἥμαρτόσοι, *etiam si peccavi tibi*, ut notant Didymus, Theodoretus, Chrysostomus: itaque Hebræi etiam aliqui exponunt. Ut sit sensus, licèt peccaverim & graviter quidem, tua misericordia major, & illius de potiorem habere rationem decet. Ambrosius item observat dicere Davidem, *peccavi tibi*, quod dicit præterea in Psalmo 50. *d* quoniam ipse etsi legibus, quasi Deus, non tenetur humanis, Deo tamen obnoxium se pro peccatis suis esse cognoscebat: Russinus, idem sibi velle, atque coram te, vel, contra te vel rationem tibi redditurus pro peccato: Augustinus, denotare pœnitentem sibi se ipsimet peccati caussam adscribere, non fortunæ, & fato: nam adulterium Veneri: latrocinium Marti, avaritiam Saturno. Adde, non prætexere aliam ullam caussam externam tribulationis, sed solum peccatum suum. Idem disputans contra Pelagianos[e]; hinc argumentantur non solum corpus, sed etiam animam infirmam factam esse peccato: hoc autem quamvis careat substantia; potuisse animam vitiare, quia Deus animæ cibus est, à quo, per inobedientiam recedendo, & non valendo capere quod debuit, meritò dicere potuit peccator; ut *fœnum aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum*[f]. Quamquam per *animam*, cujus petitur hoc loco sanitas, intelligi more scripturæ, totus homo potest; nomine autem *sanitatis* ea, quæ corpori convenit, cujus caussa, prima originale peccatum est, non rarò etiam proxima peccatum aliquod actuale. Minatus est Deus varium morbi genus peccaturis[g]; & peccantibus immisit[h]: & obedientibus aversurum se promisit; *ego enim*, inquit, *Dominus sanator tuus sum*[i]. Idcircò Christus paralytico uni dixit priùs, *dimittuntur tibi peccata*, quàm, *surge & ambula*[k]: alteri postquam sanatus est, *Ecce sanus factus es: jam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat*[l]. Ut plurimùm ex intemperantiæ vitio, paralysis oritur: ut non sine caussa paralytico curans Christus, de peccatis mentionem fecerit, quum & comessio pomi vetiti fuerit, contra temperantiam. De priori paralytico agens Hieronymus[m]; *datur*, ait, *nobis intelligentia propter peccata plerasque evenire corporum debilitates*: & idcircò forsitan dimittuntur priùs peccata, ut caussis debilitatis ablatis, sanitas restituatur. Paulus quidem scribit, inter Corinthios, infirmos multos fuisse, at etiam dormivisse, idest, mortuos esse propter negligentiam, circa corpus Christi[n]. Existimarunt nonnulli quotquot Christus corpore, animo quoque prius curavisse. De Malcho non credo[o] sed nec affirmaverim liberè de aliis, à quibus nullam antea dispositionem exegisse, ut fidei, aut similem, Christum constet.

[d] *vers.* 6.
[e] *de nat. & grat. c.* 19. & 20. Non solum corpus sed anima infirma facta est peccato.
[f] *Ps.* 101. 5.
[g] *Levit.* 26. 16 & *seq. Deut.* 28. 15. & *seq.*
[h] 2. *Reg.* 24. *l.* 4. *c.* 15. 2. *p* 21. *c.* 26. *n.* 12. *Is.* 38. 2.
[i] *Ex.* 15. 26. *Deut.* 7. 15.
[k] *Matt.* 9. 5
[l] *Joan.* 5. 14.
[m] *in cap.* 9. *Matth.*
[n] 1. *Cor.* 11. 30.
[o] *Joan.* 18 10

Curanda corporis valetudo sed animi multo magis.

Curari corporis valetudo potest debetque, sed animi multo magis, contra quam plurimos facere queritur, graviter & prolixè Chrysost.[p], lectu omnino dignus. Auctor Ecclesiastici[q] sic suadet usum medicinæ, ut à Deo tamen asserat esse omnem medelam atque medicamenta & scientiam: hortatur verò etiam sic in infirmitate non despicere seipsum, videlicet non abhorrendo à medicamentis, dando locum medico, honorando illum, utendo operibus ejus necessariis, ut in primis ores Dominum qui curabit te, ut avertas te à delicto, & dirigas manus, & ab omni delicto mundes cor tuum, & recurras

[p] *Hom.* 75 *in Mat. & Hom.* 37. *in Joan.*
[q] *c.* 38. 3 & *seq. usque ad* 16.

Ad aliorum preces, sanctificiaque, tum ad sanitatem recuperandam; tum ab obtinendam remissionem peccatorum: ait præterea; officium boni medici esse, non solùm remedia morbis applicare, sed etiam Deum orare ut ea ad ægrorum sanitatem dirigat, & fortunet: quamvis hoc alii malint de sacerdote spiritualique medico, intelligi. Denique monet peccata caussas esse morborum, dicens quòd qui delinquit in conspectu ejus qui facit eum (hoc est quod hìc dicit David, *peccavi tibi*,) incidet in manus medici, à quo nimirum gravia sæpe ægri ferre coguntur, & multas impensas facere.

Boni medici officium.

Locus certè hic totus quem tantùm perstrinxi, moralis valde, propositio plurimum conducit; eritque per singula diligentius enucleandus à te. Quid? quod Zamolxis apud Platonem[r], qui etiam probatur à medicis Thracibus Deus, dicebat, quemadmodum non est conandum oculos sanare sine capite, neque caput sine corpore, ita neque corpus sine animo: & illam esse etiam caussam, cur Græcorum multorum cognitionem fugiant plerique morbi, quòd totum ipsum, cujus maxima cura gerenda erat, negligunt, hoc est, animum; qui primum, & maximè curandus sit, ad hoc ut non modo caput, sed universum etiam corpus rectè habeat. Tradunt id quoque alii optimi medici cum Galeno, videlicet συμπαθείαν inter animum & corpus, ita tamen ut summa potestas sit penes animum, vel ad bonam, vel ad malam corporis constitutionem, propterea que animum expurgari oportere ut corpus expurgari ritè possit. Una inter alias ratio, cur in Christo, & ejus matre nulli credantur fuisse morbi corporis, quia nullum in animo vitium, vel immoderatio passionum, unde illi sæpenumero existunt, sed cum perfectissima constitutione corporis, animum optimè compositum, ac prudentissimum in cavendis noxiis habebant. De Deipara disertè traditur à Sophronio[s]: de Christo lege B. Thomam[t], & Suarez nostrum[u], Cajetanum[x], Abulensem[y], quæque dixi in priorem Petri Epistolam[z]: de Maria eumdem Suarez nostrum *a*, & Galantinum *b*. Scripsit Joannes Baptista Codrunchius de boni & Christiani medici officio pium ac doctum librum. Christiano medico injunctum leverè est in Concilio Lateranensi sub Innoc. III. *c*, ut ægrotum ante omnia moneat, & inducat, ut medicum advocet animarum, ut postquam fuerit de spirituali salutè provisum, ac corporalis medicinæ remedium salubriùs procedatur: quum caussa cessante, idest, peccato, unde provenit infirmitas corporalis, cesset effectus. Pœnam transgressori Concilium infligit, ut tamdiu ab ingressu Ecclesiæ arceatur, donec satisfecerit competenter. Sed Pius V. anno primo Pontificatus ad hoc decretum quod innovavit, adjunxit præceptum, ne tertio die ulteriùs visitet, si æge monitus, non sit confessus, & de confessione facta, confessoris testimonio scripto constiterit: præterque dictam pœnam, decernit infamiam, privationem gradus medicinæ, quo medicus insignitus erat, ejectionem à Collegio, & universitate Medicorum, mulctam pecuniariam arbitrio Ordinarii; vult etiam exigi solemne juramentum ab eo super hac re, qui in posterum in medicina doctoretur, aut cui medendi facultas à quovis Collegio, & universitate concedatur; adempta his potestate alios ulterius doctorandi, nisi juramentum id exegerint.

Zamolxidis apud Platonem verba.
[r] *in Carmid.*
Cura in Christo & matre nulli fuerint morbi.
[s] *Ep synodali in* 6. *s. actione* 11.
[t] 3. *p. q.* 14. *a* 3. *p tom.* 1. *disp.* 32.
[u] *Tom.* 2. *opusc.* 13.
[x] *Parado* 3. *c.* 21.
[y] Ab Innoc. III. & Pio V. decreta circa ægros & medicos.
[z] *in cap.* 2. *a* 3. *p. tom.* 2. *disp.* 2. *ser.* 2. *b l.* 7. *c.* 10. *c c. cum infirmitas de pœnit. & resim.*

Quod si locum hunc nostrum de sanitate animæ, ut pars à corpore distincta est, sumamus; & de morbo spirituali culpæ, apta ratio postulandi sanitatem à Deo, quia peccaverit ei; quoniam solus ipse est *qui deleat iniquitates*[d]: solus qui condonare offensam læsæ Majestatis suæ possit: solus qui justificet, gratiam det sanctificantem; solus malè sit valentibus idoneus mendicus[e]) σῶν ab ἰάω dictum, nempe per quamdam litterarum affinitatem, Cyrillus Hierosolymitanus[f] aliique notant) solus qui si sanet, sanabimur, salvi erimus si salvet[g]: solus qui misericordia infinita mederi possit miseriæ infinitæ, idest peccato quod *miseros facit populos*[h], & quoniam qui *confitetur peccata, misericordiam* (ex promisso divino) *consequitur*[i]: solus qui percussit, ut proinde non alius quàm ipse sanare valeat[k]. Similis alio in Psalmo ratio, *Propter nomen tuum Domine propitaberis peccato meo, multum est enim*; ubi consule quæ dixi. Qui dicit, *sana*, non desperat, quòd nulla futura sit sanitas[m], aut quasi insanabilis sit fractura[n].

[d] *Is.* 43. 25.
[e] *Matt.* 9. 2
[f] *Catech.* 10.
[g] *Jer.* 17. 14.
[h] *Pr.* 14. 34
[i] *Pr.* 28. 13.
[k] *Deut.* 39. 39.
[l] *Ps.* 24. 11.
[m] *Jer.* 14. 19.
[n] *c.* 30. 9.

Porrò *sanandi* verbum, ut ad animam spectat, innuit effe-

effectum gratiæ, ut infirmitati naturæ ex peccato sequutæ medearur; cum quo sunt alii ratione saltem distincti, videlicet efficere justum, Deo gratum, tribuere jus ad vitam æternam, tamquam filio Dei adoptivo, peccata remittere. dare valorem dignitatemq; mereri operibus. Vitium contra naturalem est, ait Augustus. *a* quod utique sanat gratia; propter quam Deo dicitur; *Miserere mei, sana animam meam, quoniam peccavi tibi*: & *b* lex, inquit, dicit, *Non concupisces*; fides *c* dicit, *sana animam meam, quoniam peccavi tibi*, gratia dicit, *ecce sanus factus es, jam noli peccare, ne quid deterius tibi contingat* d, sanitas dicit; *Domine Deus meus clamavi ad te, & sanasti me* e. Defectus, quos attulit peccatum naturæ, non est difficile cognoscere ei, qui sciat, sublato justitiæ originalis retinaculo, dissolutum esse convenientem ordinem partis inferioris cum superiore, & hujus cum Deo, ita ut, & spoliati, & vulnerati fuerimus *f*, ta netsi, nulla potentia vel perfectio intrinseca naturalis ullam sit passa jacturam in se. Potest alius etiam error refelli, animam esse particulam quandam naturæ divinæ, aliquidve de ipsa Dei substantia, de quo erroreg Thomas; nam non peccat Deus, sicut peccat anima. Lege quoq; Augustus *h*, & Leonem *i*.

Recitat Ecclesia versiculum istum quotidie in feriali officio ad tertiam, cum capitulo ex Jeremia K, *Sana me Domine, & sanabor*, &c. quia, ut observat Thomas, fide & operatione Trinitatis remittitur peccatum. Adde quòd hora tertia damnatus Christus, & intra illud spatium versus terram crucifixus.

a *de sol. & lit. c. 27*
b *c. 30*
c *Ex. 20. 17*
d *Joan. 5. 12*
e *Ps. 29. 3*
f *Luc. 10. 30* Error refutatus eorũ qui animã divinæ naturę particulam volunt.
g *1. p. q. 59. a. 5*
h *Ep. 28*
i *Ep. 93 ad Turib. c. 5*
Versiculus hic ab Eccl. recitatus. K *c. 17. 14*

Vers. 6.) Inimici mei dixerunt mala mihi: Quando morietur, & peribit nomen ejus?

Vers. 7.) Et si ingrediebatur ut videret, vana loquebatur: cor ejus congregavit iniquitatem sibi.

Egrediebatur foras, & loquebatur.

Vers. 8.) In id ipsum adversum me susurrabant omnes inimici mei adversum me cogitabant mala mihi.

Vers. 9.) Verbum iniquum constituerunt adversum me: Numquid qui dormit non adjiciet ut resurgat?

EGeo proculdubio vehementer medico, ac remediatore magnorum malorum, ac morborum meorum; quoniam ad eorumdem cumulum etiam quum illud dicebam; *Domine miserere mei: sana animam meam quia peccavi tibi*; accessit amara inimicorum insultatio, atq; imprecatio. Hi quum nihil avidiùs appeterent quàm me proditum & extinctum secundùm vitam, secundùm posteritatem, secundùm famam, illud quotidie clamoribus importunis vociferabantur inter se, non ferentes differri desideria sua iniqua; ecquando tandem interibit iste, simulq; cum morte, omnisq; memoria illius abolebitur? Quòd si quis ex illo improborum manipulo unus aut alter visebat me in cubili jacentem, vana fictaq; oratione officiosum se simulabat, & meo mœstum morbo; nil interim magis habens in optatis quàm exitium tuum; sed & ob spem lætus apud se, quam de illo colligebat, ex inspecta consideratąq; in valetudine mea. Spem porrò, ac lætitiam illam suam de interitu meo continere intra se non valens; proripiebat illico se foras; ut cum ceteris hostibus meis, sodalibus suis, velut nuntium bonum communicaret. Tunc unà omnes diversa de me, & contra me dictitabant, ac deliberabant. Illud unum deniq; ut certum, præ ingenti adversus me odio ponebant, & definiebant; non posse me ampliùs convalescere; sed ex gravi morbo periturum, ita ut nulla ratione valerem evadere, multoq; minùs post mortem resurgere.

Trevetus pergens in illa sua sententia, ut sit Psalmus de felici imprecatione in Natham faventem Salomoni contra Adoniam, quæ hactenus absoluta est; ait, deinceps exponi conspirationem pro Adonia; & esse sensum quòd Joab caput conspirationis, & conspiratores, dum vellent decretum Davidis ac Dei de constituendo rege Salomone impedire, dicebant inter se; quando morietur David, & quando peribit nomen ejus, quod perpetuare per Salomonem intendit? Joab, aut etiam alios specie quadam officii obsequiique, visisse Davidem decumbentem: vana loquutos illi, comparataq; ad gratiam & amicitiam: maligna consilia in reditu ad suos retractavisse, penitusque sibi persuasisse moriturum brevi Davidem: nec periculum esse, ut ne ille denuo existens, aliusve ullus obsisteret voluntati, & decreto, quo regiam Adoniæ dignitatem conferre constituerant.

Transfert idem auctor istem quasi parabolam, & figuram ad Judæos, & proditorem Judam, Christo molientes, ac inferentes mortem, & Christianum nomen penitus delere studentes.

Summa consensione omnes Catholici, quidquid dicta sit sive parabola, sive figura, hoc idem asseverant, non de istis tantùm versibus, sed & de sequenti: simul præterea ceteros ad finem usq; Psalmi de Christo declarantes. Ambros. hoc loco, & in Psalm. XLIII. docet, ea, quæ in isto, & in CVIII. de inimicis Christi dicuntur in plurali, de Judæis intelligenda: quæ in singulari numero, de Juda proditore. Sed id melius perspicietur ex partium declaratione.

Inimici mei dixerunt mala mihi.) Hieron. *loquuntur malum mihi*. Symmachus, περὶ ἐμοῦ, *de me*. Alii, *dicebant*, videlicet, imprecati sunt mala, sive maledictionem. Κήδεά μοι, ait Apollinarius, φράσσαντο κακοὶ καὶ ἀνάρσιοι ἄνδρες. *Molestias mihi excogitarunt* (aut loquuti sunt) *improbi, & infesti viri precati*. Rectè; nam *dicere*, præsertim si addas, *in corde*, idem valet, quod optare, & optata sermone promere: ut, (Erit Dominus Deus exercituum vobiscum, sicut dixisti *l*.) Vel significantur dolosa verba, quibus capere Christum volebant, & occasionem occidendi captare. Locuti sunt, inquit *m*, adversum me lingua dolosa, & sermonibus odii circumdederunt me. Convitiis multis affecerunt eum, nominantes dæmoniacum, Samaritanum, vini potatorem, seductorem, peccatorem, violatorem legis, seditiosum, prohibentem tributum dari Cæsari; specie honoris in fraudem trahere conati sunt.

Dicere in corde, quid sit.
l *Am. 5. 14*
m *Ps. 108. 2*

Quando morietur, & peribit nomen ejus?) Caiphas consilium dedit de occidendo Christo, ne tota gens perire *n*: alii dicebant *o*, *hic est hæres, & venite occidamus eum: morte turpissima condemnemus eum* p: *eradamus eum de terra viventium, & nomen ejus non memoretur amplius* q. Consilium inierunt quomodo eum perderent, crimina confinxerunt, testes subornarunt exclamaverunt, *crucifige, crucifige*: post ascensionem prohibuerunt discipulos docere in nomine Christi, & quia id faciebant flagellaverunt, Sthephanum occiderunt, & Jacobum, Petrum interficere voluerunt, Ecclesiam disperserunt, Paulum persecuti sunt: nec umquam destiterunt infectari nomen Christianum, ut in Actibus Apostolorum exemplis aliis multis ostendimus.

n *Is. 11. 50*
o *Mat. 11. 38*
p *Sap. 2. 20*
q *Jer. 1. 19*

Nomen pro posteritate

Ceterùm *nomen* pro posteris accipi constat; ut r, *Perdam Babylonis nomen, germen, & progentem*: & s, *sicut cæli novi, & terra nova, quæ ego facio coram me, dicit Dominus; sic stabit semen vestrum, & nomen vestrum*. Frustra Judæi: *Mortuum* enim *granum multum fructum* facit t: qui *animam suam posuit pro peccato, semen longinquum* u: ita ut *generationem ejus*, idest, posteros, *enarrare* vix quisquam possit x, multiplicati namque sunt *super arenam* y: & memoria nominis ejus est *in omni generatione, & generatione*, confitenturque *ei populi in æternum, & in sæculum sæculi* z: *effusum ut unguentum nomen ejus* a, quippe *super omne nomen, in quo omne genu flectitur* b; *nec aliud sub cælo datum, in quo oporteat* omnes *salvos fieri* c. Non esse factum, nec futurum quod inimici dixerunt, demonstrat Augustinus egregiè in opere de civitate Dei *d*.

r *Jer. 22.*
s *Is. 66. 22.*
t *Joan. 12. 24*
u *Is. 53. 10*
x *Ibid.*
y *Ps. 138. 18*
z *Ps. 44. 18*
a *Cant. 1. 3*
b *Phil. 2. 9*
c *Act. 4. 12*
d *l. 13. c. 18 l. 20. c. 30*

Et, si ingrediebatur, ut videret, vana loquebatur:) Hieron. *& si venerit ut visitet, vana loquetur*. Chaldæus *& quum venerit ut accipiat faciem, mendacium loquetur in cogitatione sua Accipere faciem*, pro, visitare, dicit; *vanitatem orationis*, interpretatur mendacium in cogitatione, scil. quum non respondet sermo cogitationi. Sic verò etiam aliqui quod sequitur, *cor ejus*, ut dicemus,

mus, nectunt verbis iſtis, *vana loquebatur cor ejus*. In Regiis, Complutenſibus, aliiſq; Bibliis, & apud Græcos Patres fere omnes, ac in carmine Apollinarii reperio particulam, *εἰ ſi*, omiſsam. In Pſal. Romano & ab Auguſt. Arnobio, Caſſiodoro legitur, *& ingrediebantur ut viderent*; ab Ambroſ. *& ingrediebatur ut videret*. Hieron. *a* teſtatur, dictam conjunctionem, quam Sunia & Fretela ſcripſerant abeſse, manifeſtiſſimè, & in Hebræo, & in cunctis interpretibus ſcriptam, & eam LXX. tranſtuliſse. Tamen Symmachi verſio habet, Ὁ εἰσχέμενος ἐπισκοπῆσαι, μάταια λαλεῖ. Quod attinet ad numerum, latis conſtat alterum pro altero quandoq; poni, pluralem pro ſingulari, viceq; verſa, & certum eſt plures fuiſse obſervatores dictorum ac factorum Chriſti; ſed ſingularis retinendus, qui magis exprimit nobis proditionem Judæ, de qua paſſim omnes locum iſtum interpretantur quum ſcilicet intereret cœnæ ultimæ, & accepta buccella exiit ad maleficium, conducto ſatellitio fraudulentè oſculatus eſt magiſtrum. Illum poſtea ſunt imitati, ut notat Auguſtin. in Eccleſia *falſi fratres ſubintroeuntes explorare libertatem noſtram b*; captantes omnes motus, omnia verba ſanctorum, in omnibus laqueos inquirentes *c* & unde inveniant accuſationem.

Ambroſius, locutum Judam vana etiam in eo vult, quum queſtus eſt effundi unguentum quòd poſſet venumdatum dari pauperibus *e*, & exiſtimaſſe ſe illis verbis poſſe Chriſtum fallere, quum furtis ſuis, non pauperibus provideret: præterea, quum proditus, à Chriſto reſpondente; *tu dixiſti d*, nec ſic intellexit, quòd cognoſceretur, quia ſi intellexiſſet, non prodidiſſet. Theophilactus *e* hunc afferens locum, idcircò ait, Judam à Chriſto, quum de Euchariſtia ſermonem haberet appellatum diabolum *f*, quia vel calumniabatur etiam tunc omnia dicta, & facta Chriſti, vel quia calumniaturus erat apud Judæos, ipſa quoq; ad illos myſteria, quæ ſcil. acciperent in cœna, ludibrii cauſſa allaturus. Hoc aliàs *g* refert ex aliorum ſententia.

Didymus negat hunc locum. Davidi accommodari poſſe, quamvis quæ priùs dicta ſunt, poſſint; quia non eſt qui ad eum ingreſsus ſit ut videret, & falſa loquereCcum Jeſu *s*: foris Judæos, intus Zachariam ſacerdotem tur, ac poſtea foras egreſsus cum aliis ſuſurraret. Fateor multo clariùs congruere Judæ; ita ut verum ſit quod ſcribit Auguſtinus *h*, non eſse cui in his verbis non occurrat ex diſcipulo Chriſti factus traditor Judas; nec incommodè tamen id de Davide Trevetum retuli expoſuiſse; verùm ſub figura etiam Chriſti poſſit non immeritò hic locus comparari cum alio de Job *i*; *ſtulti quoque deſpiciebant me*; *& quum ab iis receſſiſſem* (forſan, per hypallagen, *quum receſſiſſent à me*) *detrahebant mihi*. Quadrat in iſtos illud Comici; *in melle ſunt linguæ veſtræ, atque orationes g corda in felle ſunt ſita, atq; acerbo aceto*.

Hugo *k* Victorinus invehitur in curioſitatem, curioſumq, Curioſum tunc quaſi *ad videndum ingredi*, quando alienum ſecretum ſagaci ſtudio perſecrutatur: *vana loqui*, quia ut minùs ſuſpectus eſse poſſit, eos, à quibus caveri non vult, ſe diligere fingit: *congregare iniquitatem*, quia quum liberè admiſsus fuerit, quid quid reprehenſibile invenire poteſt, fraudulenter in corde ſuo coacervat: paullatim congregare minima, ut poſt longum ſilentium cuncta ſimul objecta plus noceant, quæ minùs opinionem læderent, ſi per ſe ſingula prolata fuiſsent *t* quia verò hoc non correctionis, ſed læſionis affectu operatur, ſibi potiùs nocitura colligere, quum unde aliena actio fallaciter offuſcatur, inde vetaciter mens illius per nequitiam contabeſcat. De Coryceis ſi libet lege dicta in Eccleſiaſten *l*.

Cor ejus congregavit iniquitatem ſibi.) Sic diſtinctum Græcis in codicibus inveniſse ſe teſtatur Ambroſ.: In Pſalterio Romano, & Ambroſ. atque apud Auguſtin. Caſſiodorum, Bedam, Euthymium, Nicephorum, Didymum, *cor ejus*, vel, *eorum*, nectitur præcedentibus verbis, *vana, loquebatur cor ejus*, aut, *vana loquutum eſt cor eorum*. Exponit Didymus, & Ambroſ. Judæ cor, in quod ſe immerſerat Diabolus, congregaſſe ſibi, & auxiſse iniquitates, ſibi fuiſse iniquum, ſibi injuſtum, ſibi deliquiſse, qui intra ſe dolum meditabatur, qui latere non poterat, quia Chriſtus volens prodebatur. Ruffinus, quoniam recidebat in ejus caput proditio, ſiquidem meliùs erat ei ſi natus non fuiſset Baſilius, Euthymius, Nicephorus, Heſychius, quia ſcelus maximum proditionis Chriſti diù antè animo agitabat, & moliebatur; in quo iniquitatis genus omne continetur, & in uno facinore omnia facinora, ut Caſſiodorus docet; quaſi dicas, iniquitatem quid quid potuit conatam, ac ſibi quodammodo veluti in ſumma maliarce placuiſse. Alii, *congregatam corde iniquitatem*, hypocriſim, ſive ſimulatam intelligunt æquitatem, quam duplicem ſolet iniquitatem Auguſt. appellare. Extendunt hoc ad plures, qui plurali numero legunt, *Congregaverunt iniquitatem ſibi*, Auguſt. & Caſſiodorus cum Pſalterio Romano. Confirmat Auguſt. hunc dicendi modum illo alio, *mentita p eſt iniquitas ſibi*: de quo quę ibi diximus, conducunt ad præſentis intelligentiam loci. Neſcio Apollinarius quare ſic expoſuerit cum pronomine primæ perſonæ,

Ἀ'μπλακίλω ξωἀγειρην ἐμῶ ζηλήμονι δομῶ:
Iniquitatem congregavit meo æmulo animo.

Egrediebatur foras, & loquebatur in idipſum. Hieron. *egrediens foras, detrahet*: pro, *in idipſum*, vertit, *ſimiliter*, referens ad ſequentia. Alii, quos ante dixi, numero multitudinis efferunt, *egrediebantur foras*, &c. Egreſsus è cœnaculo Judas, pactus eſt de proditione, & de pretio & collocutus cum iniquis emptoribus venditor iniquior, quam exploraverat aperturus occaſionem tradendi Chriſtum. Egrediebatur quoq; ait Thomas, è ſimulatione, illam deponendo: malitiam, in opus educendo: à familiaritate, & amicitia, ei nuntium remittendo: à ſocietate, ab Eccleſia, niſi jampridem exierat cum iis, qui abierant retro ad ſermonem Chriſti de Euchariſtia, qui non credebant *q*, ut aliàs notavi *r*.

Myſticè Ambroſius *egreſſum* Judæ ſumit, quia de doctrina Jeſu receſserat, & inſtitutiones ejus reliquerat: foris lupos; foris prædones eſse, intus Moſem in nube in templo *t*. foris multitudinem, intus Spiritum S. in cordibus noſtris clamare *u*; *abbapater*; foris adverſarium noſtrum ſicut leonem pervigilare ad rapinam *x*: foris infideles, intus fideles: eos qui foris ſunt, judicaturum Deum *y*; eos qui intus, Chriſtum abſolvere; egreſsum Judam de fide, de concilio, de numero Apoſtolorum, de convivio Chriſti ad latrocinium diaboli: egreſsum de gratia ſanctificationis, ad laqueum mortis, vitæ internæ myſteria reliquiſse, ſcripturæ interiora non noviſse, ut quæ in hoc, & in CVIII. ſcripta ſunt Pſalmo; & in aliis tum Pſalmis, tum libris: ex Apoſtolis exiiſse, ſed non fuiſse ex illis, quia ſi ex illis fuiſſet, cum illis manſiſset *z*: Omnia ſunt Ambroſii: quibus addi ſimilia poſsent de Thomæ incredulitate, quia erat extra cœtum Condiſcipulorum, quando primùm Chriſtus illi apparuit *a*; de Cain, qui foras eductum fratrem intenemit *b*: de Diana, quæ foras egreſsa, conſtuprata eſt *c*: de Thamar inceſtum paſsa *d*: de damnatis orantibus *in angulis platearum* e: laudatis qui Dhoc faciunt intrantes *in cubiculũ f*. Ruffinus corde revertentes in Ægyptum *g* huc revocat: illos etiam quos *cor derelinquit* h vagationem oculorum innui, *per ingreſſum ut videas*, de quo priùs dictum: hìc per *egreſſum*, curioſitatem: antea etiam vanam locutionem & perverſas cordis cogitationes: iſta eſse ſtudia otioſorum in clauſtro, & ejicere fratrem de clauſtro: ad hoc foras libenter egredi, ut vanitatem, quam in corde geſta, extra licentiùs videat, & loquatur. Bonos quoſdam egreſsus Chriſti & cujuſvis juſti, diſtinguit Aiguanus: malos etiam peccatoris indicaviſse ſit ſatis; leges ſi volueris.

Adverſum me ſuſurrabant omnes inimici mei.) Dixi, Hieron. & alios ex priore ſententia poſtremas dictiones, *in idipſum*, quod Hieron. reddit, *ſimiliter*, adnectere verbis iſtis; *ſimiliter adverſum me murmurabant omnes odientes me*, inquit idem Hieron. alii, *muſſitabant*: vel *concurſabant*: vel *conſpirabant*, Ptal. Romanum, *ſimul in me ſuſurrabant*, Caſſiodorus, *ſimul in unum ſuſurrabant omnes inimici mei adverſum me*. Auguſt. *in idipſum adverſum me ſuſurrabant*; Ambroſius, *adverſum me inſuſurrabant*. Sammachus, ut obſervavit Joannes

m Mat. 26. 14
n Prov. 1. 18
o Hom. 2
p Pſ. 26. 12
q Joan. 6. 66
r Act. 1. 16
s Mact. 17. 5
t Luc. 1. 5
u Gal. 4. 26
x 1. Pet. 5. 8
y 1. Coro. 5. 11
z 1. Jo. 2. 19
a Jo. 20. 24
b Gen. 4. 8
c c. 34. 11
d c. 38. 14. & ſeq.
e Mat. 6. 5
f ibid. 6
g Exod. 16
h Pſ. 39. 13

a Ep. 135
b Gal. 2. 4
c Jo. 13. 5
d Mat. 26. 25
e in c. 6. Jo.
f Joan. 6. 70
g in cap. 26 Matth. Locus hic Davidi accommodari non poſſe cur dicatur h 17. de civ. cap. 18
i Job 19. 18
k annot. in Pſ. c. 50 Curioſorũ ingenia.
l in c. 10. 20

nes Drieſchus in fragmentis veterum Interpretum ὁμοθυμαδὸν ἐψιθυρίζον κατ' ἐμοῦ πάντες οἱ μισοῦντες με, quomodo recitatus Hieron. expoluit.

Ambroſ. a. in *ſuſurandi*, ſeu *inſuſurrandi* verbo, notat ſine auctoritate eſſe perfidiam, quæ timet quod loquitur deprehendi; fideli autem dici *a*, *exalta viribus* (in fortitudine) *vocem tuam*: Judam, qui, ut Apoſtolus, miſſus erat, fidem gentibus pleno auctoritatis præconio prædicare, eò decidiſſe ut in aurem inſuſurraret inſidiatoribus magiſtri hic quod timeret audiri, ſicque judicio ſuo ſeipſum damnaviſſe: erubuiſſe audiri quod facere non timebat: erubuiſſe, quia adverſus vitæ ſuæ ſanctificationis (Sanctus quippe aliquando fuerat ut alibi docui *b*) & honoris auctorem cogitabat mala, nec gratiam beneficiis reprendebat, ſed mala pro bonis bono referebat magiſtro: erubuiſſe, ingratum deprehendi: erubuiſſe, avarum videri; quum pro pecunia auctoris ſui ſalutem proderet: erubuiſſe videri perfidum: hæc ex Ambroſio notatu ſanè digniſſima. De Judæis ſuſurros etiam iſtos affirmat, ſed magis clarè Ruffinus in eo demonſtrat quòd volentes dolo *tenere*, & *occidere* *Chriſtum*, timebant *ne forte tumultus fieret in populo* c; cui propterea rei nocturnum tempus oportuniùs cenſuerunt. Verbi vim attendit Caſſiodorus, docens, *ſuſurrationem* eſſe parviſſimum ſonum, ſine aliqua vocis diſtinctione confuſum, ducta ab avibus ſimilitudine, quarum vox prolata ſuſurrus eſt. Idem ferè prior dixerat Gregorius *d*. Species quædam vitii linguæ propria ſuſurratio eſt, damnata cum criminatione *e*, mala dicta cum lingua bilinguis *f*. utpotè *coinquinans animam* g. ſed hoc loco videtur denotare ſecreta conſilia contra quempiam, ac veluti meditationem iniquitatis *in cubili* h. Hebræum verbum יתלשו *iithlachaſchu*, innuit aliam ſimilitudinem petitam ab excantatoribus ſerpentum, & à carminibus veneficorum incantantium, voce ſubmiſſa prolatis carminibus. Quaſi diceret, quum ab exeunte exploratore accepiſſent inimici quo loco eſſent res ſuæ, quàm periculosè decumberet, animo tam ævo fuiſſe, ut tamquam in execrabilem ſerpentem diras ac execrationes carminibus in ſe ſubmurmurarent. Eadem phraſis de re ſimili in Eccleſiaſte *i*; *ſi mordeat ſerpens in ſilentio, nihil eo minus habet qui occultè detrahit*, ἐὰν δάκῃ ὁ ὄφις ἐν ψιθυρισμῷ, οὐδὲν ἧττον περίσσεια τῷ ἐπᾴδοντι, *ſi momorderit coluber in non murmure, & non eſt aliquid amplius incantati*. Ibi eſt לחש *lachaſch*, pro quo ψιθυρισμός. Lege loci hujus Commentarium noſtrum.

Cogitabant mala mihi.) Priùs, *congregaverat* unius *eor iniquitatem ſibi*. Putabant iſti ſe nocere poſſe ſive Davidi, & ſive Chriſto, ſed ceſſerunt omnia in bonum iiſdem, & Eccleſiæ, ut notat Hugo, & indicat Auguſtinus.

Verbum iniquum conſtituerunt adverſum me.) Hieron. *verbum impietatis infundebant ſibi*. Symmachus, in fragmentis Jo: Drieſchi, λόγος παράνομος ἐκκέχυται περιδυν αὐτῶν, *ſermo iniquus effuſus eſt intra eos*. Aliī, ex Hebræo ſupplendo, dicentes, *res iniquitatis, ſeu impietatis adhæret ei*: vel, *res parva tenaciter inhæret illi*, hoc eſt, graviſſimus morbus: vel, *iniquitas mala adhæſit ei*, ut proinde pœna ejus magna ſit, vel, ut ex Hieron. recitat Trevetus, *verbum Belial*, aut, ut Franciſcus de Puteo, Bredembachius, Hugo Card. Victorius, *diaboli infundebat ſibi*, ideſt, inſtillabant invicem ſibi iniqua verba, ſuſurros iniquos: vel, *verbum Belial effuſum eſt in ipſum*, ſeu, *in ipſo*, ideſt, ſceleris cujuſpiam grandis ultio penetravit, & occupavit penitus eum, ita ut liberari nequeat, ſed actum ſit de illo: vel, *hoſtile verbum jactatur inter eos*, ſeu, *apud quemlibet eorum*: vel, *verbum iniquitatis corrobabitur*, aut, *corroborabitur in illo*. Hebræa ſic habent דבו בליעל יצוק בו *de var beliiahhal jatſukſo*. Leo Caſtro in Apologetico *k* corruptelam Hebræorum coarguit, quòd verbum ſingulare ſubſtituerint pro plurali, & pro לו *mihi* בו *ſibi* Verſio Hieron. ut vidimus, retinuit בו *ſibi*, cum verbo plurali: Symmachus videtur legiſſe בם *bam*, *in eis*, vel ſingulare בו *bo*, diſtributivè accepit; verbum autem paſſivè interpretans tam plurale quàm ſingulare, reperiſſe potuit. Quid quid ſit de corruptela, quam non facilè ſuſpicor, & quamvis דגר mutatis punctis poſſit ſignificare *peſtem* ac *perniciem*: licet etiam ſenſus alius eſſe, quæ docuit iſte ac fecit, à diabolo ſunt: ſenſus idem expreſsus eſt à LXX. λόγον παράνομον διατίθε-

A πον κατ' ἐλῆ, quod perinde eſt, ac ſi dicas, *verbum Belial*, diaboli, diabolicum, peſſimum, hoſtile *effudit* quilibet ſibi alter alteri, aut effuderunt invicem: idq; *contra me*. Dicitur namq; *verbum effundi*; ubi auditus non eſt: *non effundas ſermonem* l, μὴ ἐκχέῃς λαλιαν ſed πονηρὸν importat magis artificioſum, compoſitum, ex animi deſtinatione propoſitum, decretum, & malignum ſermonem. Id valet etiam Latinum noſtrum verbum, *conſtituerunt*, & quo utitur Ambroſ. Pſalterium, *ſtatuerunt*; quo Romanum, *mandaverunt*; quo Arnobius, *cogitant*, quo Ambroſius, propoſuerunt, quo Auguſtinus, diſpoſuerunt. Euthymius explicat *diſponere* pro reſpondere, quum ſcilicet Pilato reſponſum eſt, *crucifigatur*: vel fabricare, & machinari, quod Apollinarius dicit ἐπινοῦσι. *Verbum Belial* optimè redditum eſt λόγος παράνομος, quia ſignificat *ſine jugo*, nimirum legis: verùm de hoc nomine aliàs. In Deuteronomio *m* impia cogitatio vocatur Hebraicè דגר בליעל *devar beliiahhal*, & dicere poſſes, ptævaricatoris, apoſtatæ; quo modo B potiùs dicendum בלעיל *belihhal*, non addendo alterum (i) & (a) Lege Riberam *n*, & Joannem Ferdinandum *o* & Pinedam *p*. Iniquitas porrò, ac impietas verbi hujus erat in pactione de humano ſanguine, ut ait Ambroſius, & Euſebius *q*: in falſis criminibus, ac teſtibus, & in vociferatione ut crucifigeretur *r*, ut Ruffinus: in ea voce, *ecce hares, venite, occidamus eum, & noſtra erit hæreditas* ſ, ut Auguſtinus: quando Pilato dixerunt, *ſi hunc dimittis, non es amicus Cæſaris* t; ut Caſſiodorus: *nobis non licet occidere quemquam* u: *in Beelzebub ejicit dæmonia* x: jube *cuſtodire* corpus ejus *y*: ut Hieronymus: *expedit ut unus homo moriatur pro populo* z, ut Thomas, qui quædam quoq; ex dictis colligit præterea *morte turpiſſima condemnemus eum* a: commovet populum, ſubvertit gentem noſtram; prohibet tributa dare Cæſari, dicit ſe Chriſtum *Regem* b; ut Euthymius *non in die feſto* c; quum ultra feſtum Paſchæ Chriſti differri non deberet, ut Chryſoſtomus *d*. Hæc omnia vera quæ in genere idem Chryſoſtomus, Baſilius, Theodoretus per falſam accuſationem comprehenderunt. C Sed arbitror verbum iniquum eſſe quòd hìc ſubditur, *numquid qui dormit, non adjiciet ut reſurgat?* de quo ſtatim.

Numquid qui dormit non adjiciet ut reſurgat?) Hieron. *qui dormivit non addet ut reſurgat*: quo pacto etiam Aquila videlicet abſq; interrogatione, ὃς κοιμηθὴς, προσθήσει τοῦ ἀναστῆναι, & Symmachus καὶ πεσὼν οὐκ ἐπαναστήσεται, *& quum ceciderit non reſurget*, quamvis uterq; legi poſſet cum nota interrogationis. Genebrardus cum Baſilio, Theodoreto, Athanaſio, *e* Chryſoſtomo, & Latinis ferè omnibus enarratoribus, nec non Iſidoro *f*, putat, eſſe verba Chriſti ſeu Davidis ſub typo Chriſti quaſi rationem reddat, cur *iniquum* dixerit *verbum* inimicorum, & quaſi iis inſultet: quoniam tametſi decubuerit, dormierit, mortuus ſit, ſurgat & convaleſcat evigilet ac reſurgat. Auguſtinus *g*, hæc, inquit, certè ita poſita ſunt verba, ut nihil aliud dixiſſe intelligatur, quàm ſi diceret, numquid qui moritur non adjiciet ut reviviſcat? D Alii ajunt eſſe illud verbum inimicorum contra Davidem, ſive Chriſtum, ut vel interrogando & admirando vel enuntiando velint dicere actum eſſe, nec omnino evadere poſſe de præſenti periculo, aut, obita ſemel morte, reſurgere. *Numquid*, ſeu nonne, *qui dormit non adjiciet ut reſurgat?* Nonne verum eſt quòd qui dormit non adjiciet ut reſurgat? omnino ita eſt, non reſurget, tuti ſumus, non faceſſet negotium, vel, utinam numquam reſurgat. Ita ſentit Valentia & Agellius, Janſenius, Fulgentius, Eugubinus, recentes alii, nec diſplicet Cajetano & Genebrardo, ſuadet iſtam opinionem ne tam citò perſonarum inducatur mutatio loquentium, & quia quod eſt in verſu nono, *Tu autem Domine miſerere mei, & reſuſcita me, & retribuam eis*, ex adverſo reſpondet meliùs iſtis.

Prior ſenſus exprobrans perfidiam Judæorum, & inſultans inanibus conatibus eorumdem, vivacior eſt atq; contextui noſtro congruentior, nec abhorrens ab Hebræo: quia לא *lo* ſumitur aliquando interrogativè pro חלא *halo*. Sic verò, *numquid qui dormit non adjiciet ut reſurgat?* ſignificat, nonne hoc eſt verum, quòd *qui dormit*

a *Iſ.* 58. 1
b *Act.* 1. 16
c *Mat.* 26. 46
d *Mor.* c. 20
e *Lev* 19. 16 *Rom.* 1. 29
f *Eccl.* 28. 15
g c. 21. 31
h *Pſ.* 31. 5
i c. 10. 11
k *Lib.* 3
l *Eccl.* 32. 6
m c. 15. 9
n *in c.* 1. *Nahum.* n. 45
o *in Theſau. Scip. verb. Belial.*
p *in c.* 34. *Iob verſ* 18. *n.* 5
q 10. *de demonſtr. Evang. c.* 1
Evang. c. 1
r *Mat.* 26. 2 27. 22
ſ c. 21. 38
t *Io. an.* 19. 12
u c. 18. 31
x *Mat* 12. 24
y c. 27. 64
z *Joan.* 11. 50
a *Sap.* 2. 20
b *Luca* 23. 2
c *Mat.* 26. 5
d *Hom.* 2
e *Hom.* 1
f *lib. de paſſ. & reſurrect. Domini c.* 53
g *in opere de civ. Dei lib.* 27. c. 27

non adjiciet ut reſurgat, Alioquin eodem fere recidit utervis ſenſus: Quum enim *verbum iniquum* dicatur etiam quum enunciativè accipitur, cenſetur ſaltum eum qui dormit, non dormiturum perpetuò ſed reſurrecturum, vel, ut acutè Cajetanus obſervavit, cum interrogatione ac timore protulerunt iſta verba, quaſi dicerent, quòd Chriſtus jacuit in ſepulchro, nonne addet nobis (onus) quod reſurrexerit; veriti namq; ſunt ne diſſipato hoc rumore, noviſſimus hic error eſſet pejor priore *a*. Hebr. שכב *ſchacah*, *jacere* decumbere eſt, ſed & dormire, ſicut & *dormire* pro cubare, dicitur quis cum muliere. Hoc loco Chald. extat שרי *merahh*, qui *male habet* ſeu *infirmatur*. *Dormire* autem mori ſignificat, ut vidimus Pſ. 111. *b* in ſimili ſententia. *Ego dormivi & ſoporatus ſum, & exurrexi*. Inde petas quæ ad loci præſentis intelligentiam faciunt. Tam facilis Chriſti reſurrectio ſignificatur eſſe quàm eſt expergiſci facile illi qui dormit. Voluntaria mors fuit Chriſto ſicut nobis dormitio: parum duravit, ut ſomnus noſter: interim videbatur myſticum ejus corpus deſtitutum, quo pacto quum dormimus, noſtrum: idem corpus Eccleſiæ recreatum eſt, ſicut ipſi ſomno recreantur artus noſtri: ex Chriſti dormientis latere veluti formata Eccleſia quemadmodum ex Adæ dormientis Eva. De his Hugo Cardinalis.

a Mat. 17. 64

b Pſ. 6

Perpendit Ambroſius verbum, *adjicere*: quaſi adjectam denotet homini ſupra animalia cetera gratiam ut mortuus reviviſcat: & ſimili quadam ratione quum dilata eſt mors Ezechiæ, ei eſſe dictum, *Ecce adjicio ad tempus tuum annos quindecim* c, & alibi à Davide, *dies ſuper dies Regis adjicies, annos ejus* d, Deo nihil addi poſſe ſicut ſcriptum eſt; *non adjicere neque iminuere* e, in quo nempe perfecta & plena ſunt omnia. Notat præterea non hic dici, non adjicitur, ſed, *non adjiciet ut reſurgat*, eo quòd ipſe Dei filius ſe reſuſcitavit, adjectionem iſtam operatus, quaſi Deus. Docuit tamen alibi f, ut hominem quoq; reſurrectionis propriæ operatorem inſtrumentaliter fuiſſe. Prædixit ſe templum corporis ſui ſoluturum, ac ſuſcitaturum in triduo g: à nemine tolli ſibi animam, ſed ponere à ſeipſo, poteſtatem habendo ponendi eam & poteſtatem habendo iterum ſumendi eam h. Adjectio item ſignificat, pluris fuiſſe, Chriſtum pro nobis mori, quàm gloriam reſurrectionis ſuæ, vel reſurrectionem appendicis veluti loco fuiſſe tamquam omnino debitam morienti Chriſto.

c Iſ. 38. 5
d Pſ. 60. 7
e Eccl. 18. 5

f Actuum 1

g Jo. 2. 19

h c. 10. 18

Chryſoſt. *i* & Heſychius alium tradunt ſenſum, de Juda proditore, quem Chriſtus increpet, dicatq; quòd profundo peccati ſomno ſegniter dormiens non reſurrexit. Idem Chryſoſt. K elicit accommodatam tropologiam, ne ſit peccator deſes in purgandis peccatis, Deum, ſi viderit eum paullulum excitari, & ad miſericordiæ ſuæ divitias confugere, ſtatim precibus annuere, & manuum porrigere jacenti, & lapſum excitare, clamareque, *numquid qui cadit non reſurget?* verba ſunt hæc apud Jeremiam *l*, ubi additur, *& qui averſus eſt, non revertetur?* Idem lego in Dorotheo *m*, in Bacchiario *n*, & Origene *o*. Arnobius autem exponens *verbum iniquum*; *quod cogitant adverſum nos inimici*, Dæmonum eſſe ut non agamus pœnitentiam, verba iſta interpretarur, tamquam deſperantium recuperationem; ſeu, ut ego interpretor, quæ tandem eò deducant propoſita priùs libertate peccandi ob veniæ facilitatem: quòd ſcilicet cadenti in peccatum, facilis ſit reſurrectio ac reſipiſcentia: quod ſecurè dormiendum & conquieſcendum in peccato, quia quum libuerit, licebit inde reſurgere. Hugo Card. aut Alenſis, hos adulatoribus tribuunt ſermones promittentibus longius tempus ad pœnitentiam utq; interim genio indulgeatur: unde accidat, per hoc inquam *verbum Belial* ſive Diaboli, hoc eſt, hominum inſtinctu ejus ſic loquentium, ut illos qui credunt ipſi, *gravet iniquitas, & corruant*, & *non adjiciant ut* reſurgant p. quum potiùs audire monentem deberent q, *hora eſt de ſomno ſurgere*: *ſurge* r *qui dormis, & exurge à mortuis*.

i Hom. 2

k Hom. 44 in Geneſim, & Tom. 5 hom. ad Neophytos, Tropologia

l c. 8. 4
m in Dan. 13
n Ep. ad Ian.
o Hom. 4. in Pſ. 36

p Iſ. 24. 20
q Rom. 13. 11
r Eph. 5. 14

Ricardus Pampolitanus *inimicos ſuſurrantes* ait eſſe falſos maloſque Chriſtianos, qui quo licentiùs vivant, dictitent velle Chriſtum omnes ſalvare, neminem perdere, hanc eſſe malam cogitationem, verbum iniquum vanam ejuſmodi præſumptionem non profuturam, quoniam qui nunc videtur dormire, diſſimulando nec vindicando, in reſurrectione ad judicium veniet, cum poteſtate, ut malis reddat, quod meruerunt.

Adjiciam & hunc ad mores accommodatitium ſenſum Eugubini, de his qui quum alibi tùm Romæ, ubi bonorum copia, officiorum, dignitatum, beneficiorum captandorum copia major, ad res hujuſmodi incumbentes & incubantes, avidè illorum etiam expectant mortem, qui talibus ornati decumbunt, mittunt ad ægrorum lectos exploratores qui renuntient qui valeant: ſi meliùs, dolent, gaudent ſi graviùs; jam toto animo ſpeque in eorum bona ingredientes. Porrò locus hic totus illuſtrari poteſt alio ſimili ex libro Job *ſ*, *homo quum mortuus fuerit & nudatus atque conſumptus, ubi quaſo eſt? Quomodo ſi recedant aqua de mari, & fluvius vacuefactus, areſcat, ſic homo quum dormierit, non reſurget donec atteratur cœlum, non evigilabit, nec conſurget de ſomno ſuo*. Hoc verum eſt ſecundùm naturæ vires & ordinariam auctoris naturæ legem. Exprobrabant & inſultabant crucifixo Chriſto Judæi, *Deſcendat nunc de cruce, & credimus ei* t, quaſi rem impoſſibilem Dexiſtimantes.

Senſus accommodatitius.

ſ c. 14. 10 11. 12

t Mat. 27. 5

Verſ. 10.) Etenim homo pacis meæ, in quo ſperavi, qui edebat panes meos, magnificavit ſuper me ſupplantationem.

INimicorum mihi quidem iniqua verba permoleſta fuerunt, exprobrantium, inſultantium, inſidiantium; ſed maximo dolore affecit, quòd arctiſſima mihi familiaritate conjunctus, & cui fidebam ſummopere & ad menſæ conſortium admittebam veluti intimum amicum, plus quàm ceteri qui apertas mecum gerebant inimicitias, & ſe profitebantur adverſarios atq; perſecutores juratos, proditoriè ac per ſummam ingratitudinem rebellavit, extulit contra me calcaneum ſuum, calce abjecit me, ſupplantare ac perdere me conatus eſt: auctor duxq; alius extitit ad me perdendum. Sub typo Joab qui amiciſſimus, affinis, honoribus etiam apud David ſummis auctus, Dux exercitus, particeps arcanorum, pro Adonia contra Salomonem deſtinatum à David regem conſpiraverat: vel ſub perſona Achitophel. cujus apud David etiam conſilium *quaſi ſi quis conſuleret Deum* u, Juda proditor intelligitur; ſic intellexerunt omnes, Chriſtum ipſum ſecuti, qui locum iſtum de Juda citat x. *Non de omnibus*, inquit *vobis dico*; *Ego ſcio quos elegerim; ſed ut adimpleatur ſcriptura, qui manducat mecum panem meum, levabit contra me calcaneum ſuum*. Idcirco perperam faciunt Hebraizantes, docentes eſſe pro plurali ſingulare, intelligique præcipuos amicos.

u 2. Reg. 16. 23

x Jo. 13. 18

Monet rectè Maldonatus y noſter Chriſtum non ſolùm hoc teſtimonium ad ſe accommodaſſe, ſignificando idem ſibi quod Davidi accidiſſe, ſed etiam de ſe propriè dictum interpretatum eſſe; Davidemq; in ſua perſona quid Judas adverſus ipſum facturus eſſet, expreſſiſſe: hanc enim vim habere illa verba, *ſed ut adimpleatur ſcriptura*: eumdem in Matthæum lege z quot modis dicatur in ſcriptura *impleri Prophetia* ſingula declaremus.

y Ibidem.

z in c. 2. 5

Etenim.) Hieron. *ſed &*. Symmachus, ἀλλὰ καὶ, Aquila & Theodotio, καὶγὰρ *& quidem*, Hebr. גם *gam etiam*. Non vacat γὰρ in ἔγὰρ, ut Euthymius & Nicephorus tamen afferunt; ſed aliquoties in aliis Pſalmis & a quibuſdam quoq; profanis auctoribus uſurpatur aſſertivè vel amplificativè. Et quidem creſcit in his omnibus partibus ſuis oratio: nec tantùm ut eum priore comparetur.

Homo pacis meæ.) Hieron. *Homo pacificus meus*. Symmac. ἄνθρωπος ὃς εἰρήνευσε μοὶ: *Qui pacificè agebat mecum* mecum pacem habebat: ſic in Abdia *a*, ubi & ſimilis ſententia, *Emiſerunt te omnes viri fœderis tui, illuſerunt tibi, invaluerunt adverſum te viri pacis tuæ; Qui comedunt tecum, ponunt inſidias ſubter te*; Expreſſior adhuc illa Pſalm. LIV. *b*. *Quoniam ſi inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem utique & ſi is qui oderat me, ſuper me magna locutus fuiſſet, abſcondiſſem me forſitan ab eo. Tu virè homo unanimis, dux meus & notus meus, qui mecum ſimul dulces capiebas cibos, in*

a verſ. 7

b v. 13. 14. 15

domo

domo Dei, ambulavimus cum consensu. Ubi *unanimis* Græc. ἰσόψυχος & à Symma. pro hoc & aliis Epithetis ponuntur ὁμότροπος, καὶ σαυνῆθη μοῦ, καὶ γνώριμος, *eorumdem morum & familiaris meus & notus:* pro, *simul mecum dulces capiebas cibos*, ab eodem, ὅτινες ἐχρωτολογέμεθα γλυκεῖαν ὁμιλίαν *qui communicando reddebamus dulcem consuetudinem*, sive *colloquium*: Ab Aquila, οἱ ὁμοῦ ἐγλυκαίναμεν ἀπόῤῥητον. Quod Hieronymus vertit, *Qui simul habuimus dulce secretum* Chaldæus ibidem eo modo exprimens quoque nomen Achitophel, qui fuit etiam typus Judæ proditoris. Verùm in hoc Psalmi nostri loco, *Sed & homo inquisitor pacis meæ*, aut, *qui quærere deberet pacem meam*. Quæsitus est à Christo Judas, & vocatus, & aliquando pacificè vixit cum Christo, utpotè quo verisimile aliàs esse dixi *a*, & probat Barradius *b* noster contra Rupertum *c* & Abulensem *d*, aliquo tempore bonus & justus. *Hominem pacis*, ut nunc de Juda dicitur, explicat Basilius, Theodoretus, Rufinus, quia pacem & benevolentiam simulabat. Chrysostomus, Hesychius & Origenes *e*, qui pacis Evangelium priùs prædicaverat: Athanasius, Didymus, Euthymius, Nicephorus, qui habitus inter benevolos, amicos discipulos; Apollinarius, qui inter credentes; Eusebius & Ambrosius, qui cum reliquis audierat, *Pacem meam do f vobis: pacem meam relinquo vobis*; Cassiodorus, qui pacem Christo dedit quum *osculatus est* g, pacem loquens, mala habens in corde *h*. Salutabant etiam Hæbrei pacem imprecando. Omnia quadrant præter id quod penultimo loco dicitur: si quidem præcisè ratio habeatur verbum ut sunt in ultimo sermone dicta: illi namque Judas non interfuit, sed similia verba fortasse Christus antea non semel repetiit. Certè more gentis suæ, suis pacem salutando impertiebat *i*, & ut id ipsi quoque prædicando facerent, injunxerat *K*. *Pacificos* scriptura *l nostros* pro amicis usurpat & custodientibus latus nostrum.

Subtiliter Drogo Cardinalis *m* annotavit, Absalonem typum Judæ fuisse in ipso quoque nomine: quod, significat (patris pacem) & utrumque fuisse in pace quam simulabant, amaritudinem amarissimam: Davidi primum *i*, secundum, Christo: Molestissimæ injuriæ nobis accidunt ab his de quibus bene meriti sumus; ut hac de caussa negaret Joseph uxori Domini sui turpem assensum *n Jesus turbatus spiritu & protestatus dixit, Amen amen dico vobis, quia unus ex vobis tradet me* e Protulerat verò paullo antè locum *o* præsentem, idque post lotos pedes discipulorum ac ipsiusmet Judæ, à quo etiam principium lavandi fecisse quidam putant *p*. Turbatus ergo spiritu est, quia videbat nihil tali obsequio & tam diserta prædictione flecti, nec retardari à pervicaci prodendi proposito, protestatus est ac palàm testatus ac veluti testes invocans cœlum, terram discipulos, Angelos, infernum, Patrem; omnia se quæ corrigendo discipulo accommodata erant fecisse; dixisse, non rectè dumtaxat, sed etiam satis clarè, humiliando se illi, offerendo munera, minando, quæ reconciliandæ amicitiæ ratio triplex optima. Significavit sibi proditionem vehementissimè displicere, non sua sed prodentis caussa. Demonstravit præterea, ut Cyrillo *q* videtur, indignationem iramque adversus tantam impietatem, adjunctis nempe simul minis illis, *væ homini illi, & melius erat ei si natus non fuisset homo ille*.

In quo speravi.) Hieron. *in quo habui fiduciam*. Symmachus, ᾧ ἐπεποίθειν. Aquila & Theodotio, ᾧ ἐπεποίθησα, *cui fidebam, in quo confisus sum*. Augustin. *in quem speravi*: unde obiter intelligitur non esse perpetuum illud à Theologis alioqui traditum cum eodem Augustino discrimen inter *sperare aliquem*, &, *in aliquem*. Majus hoc quàm ad pactum fœdusve pacis admittere, fidit ei Christus quemadmodum & ceteris Apostolis, prætereaque loculorum *s* curam ac veluti familiæ œconomiam. Chrysostomus & Hesychius fiduciam declaratam in eo fumunt, quòd solus Judas intinctum Dominicum panem in catino comederit. Eusebius & Ambrosius, quòd per libertatem arbitrii posse & ipse, sicut ceteri condiscipuli ad meliorem frugem redire. Augustinum, Ruffinus, Cassiodorus, quantum ad æstimationem aliorum, qui quòd in aliorum cœtu Apostolorum videbant: putabant æquè ipsi ac reliquis Christum fidere: nec umquam tantum scelus proditionis admissurum sed potiùs defensurum Dominum; qui tamen ei re vera non fidebat, quum hominis ingenium probè nosse, & nosse se de hac ipsa re loquens dixit, *Ego scio quos t elegerim, & unus ex vobis Diabolus* u *est*. Beda, quoniam opera Judæ prædicantis & mira operantis multi conversi sperabant in Christum: Origenes *x*, quia sincerè aliquando credidit & dignus erat cui marsupium crederetur. *In omni fratre tuo* y *non habeas fiduciam; nolite credere amico, & nolite confidere in Duce* z. *fratres tui & domus patris tui ipsi etiam pugnaverunt contra te, & clamaverunt post te plena voce: ne credas eis quum locuti fuerint tibi bona* a: *filii* b *matris nostræ pugnant contra nos: inimici hominis domestici ejus* c. Nihilominus discamus exemplo Christi, de nemine quamvis pessimo desperare: dum vivit, discat quivis, exemplo Judæ non desperare, quum & de illo speraverit Christus, quatenus & præbuit gratiæ remedia, quibus, ut est dictum B recuperare salutem potui. Docui Actorum primo quare Christus talem eligere discipulum proditorem futurum voluerit.

Qui edebat panes meos.) Hieronymus, *qui manducabat panem meum*. Symmachus, φαγέδιον μοὶ ἄρτον ἰμὸν *Comedens panem meum*. Hebraice quoque numerus singularis est לחמי *lachmi*, & Christus citat *d*, *qui manducat mecum panem*: & Tertullianus *e*, *qui mecum panem edit*. Origenes *f* ait, apud Joannem hunc locum translatum παραφραστικῶς. Non est ergo quare vim Lyranus faciat in panibus corporali & sacramentali, quia corpus Christi cum aliis sumpserit. Sumpsisse Judam cum ceteris corpus Christi docent Dionysius *g*, Origenes *h*, Nicephorus *i*, Algerus *k*, Hugo *l* de S Victore, Rabanus *m*, Laurentius *n* Justinianus, Beda *o* Chrysostomus *p*, Hieronymus *q*, Augustinus *r*, Leo *s*, Remigius *t*, Haimo *u*, Bernardus *x*, Thomas *y*. Theophylactus *z*, Cyprianus *a*, Theodoretus *b*, Cyrillus *c* Jerosolymitanus, Euthymius *d*, Cyrillus Alexandrinus *e*, Eugenius *f* Papa, Ambrosius *g*, Justinianus *h* Imperator, ut alios omittam, ac Ecclesiæ sensum ita canentis:

Cibum turbæ duodenæ
Se dat suis manibus.
Et,
Turbæ fratrum duodenæ
Datum non ambigitur.

Ratio præterea suadet: quia si non peracta cœna Judas exiisset, proditionem prodidisset quam omnino cœlatam volebat: Item quod Lucas inducat *i* loquentem de Juda Christum tamquam eo præsente. *Hic est calix novum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur. Verumtamen ecce manus tradentis me, mecum est in mensa*. Marcus *k* etiam scribit quòd *ex calice* consecrato *biberunt omnes*. Indicat quoque Petrus *l* initiatum Judam sacerdotio fuisse, citans illud, *Episcopatum ejus accipiat alter*.

Plura de nostris Maldonatus *m* & Salmeron *n*. Quam- D vis hic inclinet in oppositam sententiam, quam judicio equidem non improbabilem, nec à testimoniis & ratione destitutam sed aliam probabiliorem, quæ placet etiam Toleto *o* & Suarez *p*. Ex enarratoribus loci præsentis apertè idem docent Eusebius, Bruno, Lyranus, Michael Aiguanus, Valentia & August. in Joann. *q*. Ceteri ferè tantùm de consortio mensæ in genere: vel spiritualis panis, ut pro doctrina sumitur: de quo solo Ambros. & Origenes in Joann. Hesychius, Chrysost. Augustin. Ruffinus & alii Latini, de panis buccellam quam intinctam in catino præbuit *r* Judæ Christus. Cyprianus *s* quoque in Symbolum, Isidorus, Græci duo ultimi Dominicum vocant panem, quasi scilicet fuerit consecratus, & Eucharistiæ, de quo etiam Jacobus Janson. intellexit August. Non fit id verisimile neq; enim simplici absolutoq; nomine *panem* Christus appellavisset: non intinxisset quoq; Eucharistiam: oppositum item docet idem Augustinus *t* perspicuè; sed & Concil. Braccarense III. *u* Julius *x* Papa I. quem citat Gratianus *y*. Ivo *z*, Bucardus *a*, præterea *b*, Beda, Thomas *c*, Laurentius *d*, Justinianus *e*; Origenes, etsi me-

a *Act.* 1
b *to.* 2. *har. Lib.* 6. *c.* 14
c *in c.* 7. *Ioh*
d *in c.* 10 *Matt.* 9. 43 Judas aliquo tempore bonus & justus.
e *in c.* 13. *Io.*
f *Ioa.* 14. 27
g *Mat.* 26. 49
h *Ps.* 27. 3

Salutatio Heb. pacem imprecando.

i *Mat.* 10. 21 26
k *Mat.* 10. 12
l *Cant.* 8. 11 12 *Eccl.* 6. 6. *Ier* 20. 10. 38 21.

Subtilis Drogonis Cardinalis annotatio,
m *serm. de pass. Domin.*
n *Gen.* 39 9

o Io. 13. 21

p *Origenes, Chrys. Theophyl. Euth. Leontius,*

Reconciliandæ amicitiæ rationes

q *lib.* 9 *in c.* 13 Jo.
r Jo. 13. 29 *Mat.* 26. 24

s Jo. 12. 6

t Jo. 13 18
u *c.* 6. 71
x *in c.* 13. *Io.*
y *Jerem* 9. 4
z *Matth.* 7. 5
a *Jer.* 12. 6
b *Cant.* 1. 6
c *Mich.* 7. 6 *Mat.* 10. 36
d Jo. 13. 18
e 4. *contra Marc.* 40
f *in c.* 13. Io. Vis à Liran facta hic in panibus corporali & sacramentali.
g *Eccl. Hier. c.* 18
h *tract.* 35 *in Matth.*
i 1. *Hist. c.* 30
K *l.* 1. *c.* 21
l *de Sacram* p 8 *c.* 4
m 1. *de inst. cler.* 2. *c* 32 *l.* 2 *c.* 36
n *de triumph. Christi agone.*
o *in c.* 13. *Iob*
p *Hom* 8. *in Mat. & hom* 2. *de Iud. prod.*
q *in Ps.* 54. *in c.* 26. *Mat. in* 14. *Marci*
r *contra Iovi, ad Hebr.* 2
r *tract.* 63. *in Jo. Ep.* 162
s *in Ps.* 10 & *contra liter. Petil. c.* 22
t *Serm.* 3. *de passione.*
tin *c.* 26 *Mat*
u *in* 1. *Cor.* 11
x *Ser. de cœna Domini*,
y 3 *p.* 9 21. *a* 2 & *in Jo. c* 13
z *in c* 26 *Mat.* & *in* 14. *Marc.* Iudas sacerdoto initia
a *de cœna Domini*,
b *in* 1. *Cor.* 11
c *Cath.* 3
d *in c.* 26 *Matt.*
e 1. 9. *in Jo. c.* 19
f *c si sacerd. off. jud ord.*
g *de Apol. David.*
h *in edicto fid. ad Io.* 11
i *c.* 22. 20 21
K *c.* 14. 23
l *Act.* 20
m *in c.* 26 *Matth,*
n *to.* 9. *tr.* 11
o *in c.* 13. *Io. ann* 28
p 3. *p. tom.* 3
q *tract* 59
r *Ioa.* 13. 16
s *de passione Dom c.* 22
t 11. 6 *in Io. tr.* 1
x *in suis decretis c.* 7
y *de consid. c. cum omne crimen*,
z 2. *p. decret. c.* 12
a 5. *decr. c.* x
b *in c.* 13 *Io. c Ioidem*,
d *de triumpha Christi agone c.*
e *in c.* 13 *Iob.*

meminit alterius opinionis, affirmare non audet, Quum autem eamdem innuit Augustinus *a*, & Cyrillus *b* Alexandrinus, aut voluntdumtaxat significare, paullo ante hoc tempus usitatæ cœnæ, post legalem, præbitam Eucharistiam Judæ; aut per intinctum panem significatam esse fictam communionem sacrilegamque Eucharistiæ perceptionem ejusdem Judæ. Quare quando Christus dixit, *qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet*, *c* nihil aliud sic loquens indefinitè voluit, quàm unum aliquem ex numero convivarum, sive unum quempiam minimè extraneum, ut exponere Tertullianus *d* videtur, proditionis auctorem futurum, ad rei de qua prius meminerat indignitatem exaggerandam. Id quum adhuc anxios haberet convivas, ac de se quisque, num is ille esset, percontaretur, & in his etiam Judas, nec satis intelligeretur certus auctor, etiam si respondisset Christus, *tu dixisti* e ambigo nimirum sermone: Joanni secreto interroganti responsum in aurem quoque est à Christo illum denique esse cui intinctum panem porrigeret *f* moxq; post buccellam in communi & laica cœna datam (etsi datam Baronius *g* credit in legali, refutatus à Suarez *h*) quòd tot signis notatus, tot beneficiis delinitus non resipisceret, introiviſſe dicitur Satanas in Judam, eique Christus dixisse apertis jam verbis, ut omnes intelligerent, *quod facis fac citiùs*; quamvis nec tunc assequerentur de proditione eum loqui *i*, tandem continuò post eamdem acceptam buccellam exiviſſe, quo tempore ultimum illum suum prolixum sermonem Christus exorsus est absente Juda.

Hæc accommodatior mihi visa ratio intricatam non nihil historiam digerendi, ubi sententiæ quoq; plurium acquiesco, non propriè verbis hisce nostris quæ citavit Christus, panem divinum denotari: sed quòd sua Christus mensa cibisque dignaretur futurum proditorem suum, vel quòd etiam signum illud benevolentiæ daturus esset, illo maximè tempore quo scelus proditor anhelabat, ut intinctam daret buccellam, intinctumque panem in paropside, seù catino, hocque vel communi, unde omnibus, ut in rotunda fit mensa, gustare fas esset, vel proprio, quo Christus uteretur, fortassis cum Petro, Joanne, ac Juda ipso, quum nullo aliàs inter se ordine Apostoli sedere solerent. In convivio proditio sceleratior, ea nimirum in re quam ab eximio signo charitatis ἀγάπῃ quoq; veteres nominabant, Erat id convivium præsertim post sacrum Eucharistiæ, sicut & tùm Gentiles tùm Hebræi inter sacrificandum epulari consueverant, ut mutuas alerent amicitias, & charitatem etiam communem adversus Deum. Stratagemate quidam usi sunt, ut convivantes adorirentur hostes. Refert de Marcello Syracusas ita capiente Frontinus *k*; quod Machabæos quoque feciſſe proditum *l* est; notumque Absalonis proditorium epulum *m*, ut parcam nunc profanis historiis adeo multis & obviis: Aliqui præcipuos amicos interfecerunt in convivio, ut Alexander vinolentus. Crimen majus convivialis capere occasionem familiaritatis ad prodendum, hoc est, quod hìc exaggeratur, sicut & Christus Judæ objecit, quòd amicus & amico osculi signo se proderet: quemadmodum etiam Bruto Cæsar, καὶ σὺ τέκνον; *Etiam tu fili mi?*

Hoc Ambrosius versiculo, similque ex Psalm. LIV. *n* quem antea recitavimus, ait nos benè uti adversus eos qui necandos esse crediderint cum quibus videntur epulati. Subdit, Gentiles hoc custodire hostes, plerumque latrones etiam, ut parcant iis cum quibus recordentur se iniisse convivium; feras ipsas pabulorum societate mitescere.

Mitto mysticam rationem intincti panis porrecti à Christo, & Judæ prius intingentis manum in catinum, ut catinus, designet fragile corpus Christi; liquor inclusus seu condimentum, sanguinem fundendum: intinxisse Christum manum in sanguine proprio, quia se ipse obtulit ut aspergeret nos ac redimeret Judam, quia factus *vir occisionis*, prodendo Christum.

Magnificavit super me supplantationem.) Hieron. *Levavit contra me plantam.* Alii, *magnificavit adversum me calcaneum*, calcem, pedem, ut sit pars pro toto: & sensus, sublato pede calce petivit me, contumeliosè tractavit, magis ac magis impetivit ac insultavit: Aegregiè strenuèq; insidiatus est. Alienior à proposito interpretatio, cujus meminit Vatablus, *magnificeis passus suos*, hoc est, dignum me non habuit quem inviseret. Nec satis rem exprimit, *qui sunt insidiis contenti*, aut dolo, ut etiam Paraphrasis Chaldæa, quæ usurpat חבמה *chacchamah*, *sapientiam*, ideſt, astutiam in prodendo. Duplex latet in supplantatione vel calcaneo in עקב *hhecheu*, licèt *insidias* quoque præterea significet, & in πτέρνη vel περισμῷ similitudo. Altera petitur à colluctantibus aut concurrentibus, quando unus inter alterius tibias calcaneum insinuans cadere compellit, vel certè calcaneum ejus calcans, in terram prosternit. Altera ex juramento calcitrante etiam contra curatorem & herum suum. Legunt alia Psalteria Latina & Ambrosius, Cassiodorus, Cyprianus *o*, Isidorus *p*, *ampliavit adversum me*, vel, *super me*, *supplantationem*, Augustinus, *ampliavit super me calcaneum*. Tertullianus *q*, *levabit in me plantam*. Hieronymus in Ezechielem facit mentionem utriusque lectionis, *magnificavit super me supplantationem*, sive calcaneum, hoc enim, inquit, Græcum πτέρνη significat. Verùm non LXX. qui περισμὸν, qui significat supplantationem, sed Aquila utrumpavit πτέρναν, juxta vim Hebraeæ vocis, ut refert hoc loco Eusebius *r*, dicens, Joannem Evangelistam tamquam Hebræum secundùm Hebræos scripsisse, Christum dixisse πτέρναι, *calcaneum, qui manducat mecum panem, levabit contra me calcaneum suum*, quod tamen Origenes, ut priùs dixi, ait à Joanne recitatum παραφραστικῶς. Idem Eusebius *s* ex Symmacho recitat καταμεγαλῶσθη μοῦ, *contra me magnificatus est*. Ambrosius etsi legit *ampliavit*, monet tamen Græcè legi ἐμεγάλωνεν, hoc est *magnificavit*. Porrò eleganter valdè de hac Judæ supplantatione ac multis verbis (quorum contractè sententiam non possum quin hìc ponam, Narrat se puer quum esset, athletam vidisse quum elisisse adversarium, frontem ei percussisse calcaneo, quod signum fuit quòd insultaret victo: sic Judam insultasse Christo, ac se jactasse. Et illi antea lotos pedes à Christo quos inquinavit perfidia. Serpentis morsum excepisse calcaneo, sicut Adam vulneratus in eo fuerat *u*, quia super se levaverat illum, Judas super Christum. Judam levaviſſe calcaneum fraudulento osculo ac serpentino & venenato, sicut se Esau querebatur bis à Jacob fratre suo supplantatum *x*. Christi calcaneum dumtaxat ab hoc serpente vulneratum, non caput, ideſt, non divinitatem sed solam humanitatem: *caput* enim *Christi Deus y*. Caput verò Judas suum informis laquei nodo ligavit, ut remedium sibi salutis auferret. Judæ convenire posse vaticinium de Dan, qui comparatus est cum serpente mordente calcaneum *z* equi, ideſt, Christi, de quo *equum* aptè dicit demonstrat latis prolixa oratione. Conveniunt fere omnes, hac formula vafrum consilium ac fraudulentum significari.

Magnificandi, verbum quod etiam propriè Hebr. תגדיל *higdil* valet magnam denotat calcitrationem, graves insidias, fraudes ingentes, concilium perniciosissimum, voluntatem quàm maximam nocendi, quasi pedem extollendo, quod *magnificare* validiùs est conculcare ac atterere, atq; cum contemptu majore *a*. Calce abjicere contemptum designat, & *conculcare* dicuntur aliqui non victimas alias, ut filii Heli *b*, sed Christi, atq; sanguinem ipsius *c*. Dolo, fraudibus, fallaciis, insidiis prodere potissimùm significatur *supplantandi* verbo; sic de Jacob præter allata testimonia alia quasi alludendo dixit Isaac, *Venit germanus tuus fraudulenter, & accepit benedictionem* d. Tum Esau, *Justè vocatum est nomen ejus Jacob: supplantavit enim me in altera vice* e: Et apud Jeremiam *f*, *omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet*. Scribit Cicero *g* dixisse Chrysippum, quòd qui stadium currit, eniti & contendere debet quàm maximè possit ut vincat: supplantare eum qui quum certat, manu depellere nullo modo debet.

Quare Christus permiserit se prodi ab Apostolo causas Huho Card. dat quinq, ut disceremus nos non ponere spem in homine *h*; non credere nos homini: persecutionem *i* pati etiam à domesticus: quum *non sit servus major Domino suo k* cavere ab amicis & familiaribus *l*: quòd tales efficaciores sunt ad nocendum *m*. Addit

Au-

a 25 *de Bapt. c.* 8
b 9 *in Jo. c.* 19
c Mat. 26. 23
d 4. *co.* Mar. *p.* 49
e Mat. 16. 25
f Jo. 14 26
g tom. 1 *Annal. anno.* 34
h 4 *p. to.* 3. *c.* 41. *s.* 3
i Jo. 13. 27 38. 29
k lib. 3. *c.* 2
l Mac. 16 1 *l.* 1. 9. 37. *& seq* 2 *m* 2 *Reg* 13 2. 1. *& seq.* Crimen magnum convivialis capere occasionem familiaritatis ad prodendum Ambr. hoc versiculo quando nos vult uti *n* v. 13. 14. 15
o in Simbel.
p de Pass. Domini c. 22
q 4. *co.* Mar. *c.* 40
r in c. 47
s c. 13. 18
t lo. de demonst. c. 2
u Gen. 3. 15
x c. 27. 36
y 1. *Cor.* 22. 3
z Gen. 49. 17
a 2. *Reg.* 2. 29
b Ibidem,
c Heb. 10. 29
d Hen. 27. 35
e Ibid, 36
g 2. *de offic.* Causæ cur Christus permiserit prodi se ab Apostolo,
h Jer. 17 17
i Jc. 2. 24 *Jer* 12. 6
k Jo. 15, 20
l Eccl. 13 *Mich*, 7. 5
m Mac. 7. 6 *Mat.* 10. 36

Auguſt. *a*, ut doceremur improbitatem ferre malorum & cum illis vivere. Thomas *b*, quod ſtatus dignitas non ſanctificat hominem, ſed, ut ait Hieron. *c*, non ſtatim qui eligitur, tentari non poſſe, nec perire, ſed ſuo poſſe vitio corruere, ut evenit etiam in Saule, ſive per liberam voluntatem, ut ſcribit Euthymius *d*, ſive per negligentiam & pigritiam, ut Chryſoſt. *e*. Adde, ex parte Chriſti, ut nec expers eſſet acerbiſſimæ hujus injuriæ, & ut quemadmodum pro vili pomi pretio, & *gratis venumdati* f fueramus per fraudem à diabolo; ita mortem oppetere proditione venditus, parvaq; pecunia traditus. Legendus etiam Ambroſ. *g*, qui docet, quod electus eſt Judas, non per imprudentiam, ſed per providentiam, ut jus virtutis innoteſceret, quam nec adverſarius miniſter infirmaret: ut pateretur Chriſtus periclitari magis apud nos judicium ſuum quàm affectum: ut qui ſuſceperat hominis fragilitatem aliaſq; infirmitates, ferret etiam ſe deſeri, prodi, tradi ab Apoſtolo: ut tu quoque à ſocio deſertus, à ſocio proditus, moderatè feras tuum erraſſe judicium, per iiſſe beneficium.

Ricardus de S. Victore *h*, in regrum verum iſtum declarat. Diſtinguit in eodem homine duplicem hominem cum Apoſtolo *i*, interiorem & exteriorem. Tunc docet hìc interiorem conquèri de exteriore. Corpore caſtigato & in ſervitutem redacto *k* pacem redire, ut poſſit interior exteriorem vocare hominem pacis ſuæ. Dum vita ſupereſt, nemini umquam de pace ſuæ carnis confidendum, quamvis ejus ſtimulus quieſcat, quamvis ei plenam ſecuritatem promittat, quamvis edat panes ſuos panes nimirum doloris, ut quæ ille dolet, hic defleat: fieri poſſe ut poſtquam ei talem pacem exhibuit, poſtquam ei bonam ſpem tribuit, poſtquam doloris ſui panibus participavit, iterum contra ſe inſperatè homo ille pacis inſurgat, immo jam de tranquillitatis ſuæ ſtatu dicat, *Magnificavit ſuper me ſupplantationem:* Majoris reatus eſſe profeſſionis votum peccare. Quotieſcumque aliquem ſua caro ante votum in peccatum dejecit, toties utique eum ſupplantaviſſe: ſed quem poſt factum votum ſuperat, ſuper illum abſque dubio ſupplantationem magnificare.

Imitari Ricardum Philippus Greveus *l* videtur, exponens de illo qui poſt pœnitentiam & quaſi pacificationem cum Deo, relabitur in peccatum. Perſequitur ad hoc propoſitum Abſalonis exemplum *s* qui poſtquam rediiſſet cum patre in gratiam, defecit, ac ei bellum movit. Totus ſane ſermo ſubtilis & pius, at brevitati parco, tu ne parce lectioni ſi cognoſcere ſtudes. Parco in his etiam quæ attingo de myſticis amicorum tùm quærimoniis, tùm precibus. Bonaventura in brevi illo ſuo Commentario redegit in ſummam eumdem Ricardum. Sed auctoris nomen & ille & Philippus reticuerunt.

Verſ. 11.) Tu autem Domine miſerere mei, & reſuſcita me, & retribuam eis.

IN tot malis inſidiis conſtitutus, quas dixi, nullum præſentius reperio remedium, quàm ut à te ſupplex implorem miſericordiam, ut depreſſus, dejectus, proſtratus, exiſtam, erigar, reviviſcam, vires colligam robur comparem, tunc adverſariis victas ac meritas reddam tuo nomine pœnas. Intelligunt illi quàm iniquum eſſet verbum illud quod uſurpant inſultando, *Numquid* m *qui dormit non adjiciet ut reſurgat?* Potes non in lectulo ſolum decumbentes reddere ſoſpites valenteſq; verùm etiam vita functos jamq; ſepultos, denuo excitare ad vitam. Id facturum te confido, enixè ut facias peto. Si feceris, auctore te faciam ne tam iniqua deinceps obeant conſilia, vel certè peniteat iniviſſe ac impleviſſe. Orantem hic pro ſua Chriſtum reſurrectione agnoſcunt ferè omnes, proq; ampliſſima in cœlo & terra poteſtate, ut perſequutores atq; crucifixores ſuos, aut Apoſtolorum convertat prædicatione, quod contigit aliquot millibus poſt Pentecoſten *n*, quo pacto hunc locum exponit Ambroſ. loquens de tempore extremo quando *Iſrael ſalvum fiet o*: aut in perfidia obſtinato animo perſeverantes Romanis tradat, partim truAcidandos partìm ſervitute & exilio longiſſimo mulctandos; qua ratione Auguſt. *p* (qui notat Judæos Chriſtum ſuum ſperare non moriturum *q* & alii) Ambr. verò iterum de iiſdem qui florentis Eccleſiæ proceſſibus cruciandi ſint, & cognituri quæ pœna perfidiæ ſit quum adverterint qui fidei ſit ſplendor & gratiæ. Cyr. amplectitur ſenſum de exciſis per Roman. Judæis, idq; veluti præcipiente Chriſto, ut Deus eſt, qui ſe dicit retributurum tamquam judicem, quum ut homo pro reſurrectione eſſet precatus. Eadem ſententia Euthymii, Euſebii *r*, Nicephori, Thomas addit retributionem damnationis æternæ.

Docui aliquoties minaces preceps plerumq; pro vaticinatricibus poni: tametſi juſtè quoq; poſſit quis alteri minari ac vindictam repetere: multo autem magis Chriſtus, in quem nulla cadit perturbatio. Illud præterea conſtitutum non ſemel, orationem Chriſto convenire ut homini, nec non ut ab alio reſuſcitetur, tamquam à principali cauſa: licèt ipſe ſe velut inſtrumentalis Phyſica reſuſcitaverit quemadmodum antea alios, & tot alia miracula edidit: ut autem conſubſtantialis Patri per eamdem infinitam virtutem per ſe & principaliter: dixit enim *ſolvite templum hoc t*, &c. & *poteſtatem habeo ponendi animam meam & iterum ſumendi eam*. Ambr. in hac eadem oratione Chriſti, notat ab eo factam, ut formam nobis daret miſericordiam à Deo & reſurrectionem de Deo ſperandi. Deinde reſuſcitari ſibi poſtulari Matthiam in locum Judæ, ut Apoſtolicus numerus impleretur, & ſubrogaretur filius ſalutis in locum filii perditionis. Tertio poſcere corporis ſui, quod eſt Eccleſia, reſuſcitationem, & ut pro interitu populi Judæorum infidelis cujus typus Judas, Eccleſiæ gratia ſibi reſurgeret, juxta illud ex Canticis *u ſiſuſcitaveritis & reſuſcitaveritis charitatem*. Duos poſtremos dicendi modos ex Didymo mutuatus Ambroſ. videtur. Heſychius & Chryſoſt. *x* ſub perſona noſtra, nobiſq; orari à Chriſto dicunt: promitti autem quod malorum vice bona ſis retributurus & redditurus his qui mala pro bonis reddiderunt. Valentia interpretatur de retributione, tam ut in bonam partem ſumitur, quàm in malam. Eſt ſane *retribuendi* medium verbum, ut Ambroſ. quoq; monet, ac ſine dubio nunc accipi debet de malis & ſuppliciis. Ignatius *y* hujus loci teſtimonio confirmat reſurrectionem Chriſti, ſimulq; adfert velut reſpondentem huic orationi Patrem in alio Pſ. *z Exurge Deus, judica cauſam tuam, quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus*. Iſidorus *a* præterea profert ad idem hunc tamquam clariſſimum locum.

Tu autem) Hieron. *ſed tu*, ואתה *veatthah*. Hanc vim habet interdum ſervilis littera (ו) cum ſceva, ſignificans primario, &.

Miſerere mei.) ἐλέησόν με. Synonomo utitur verbo Symmachus οἰκτειρήσόν με. Etſi hoc paullo ſignificantiùs magiſq; patheticum, indicans commotionem viſcerum.

Reſuſcita me.) ἀνάστησόν με. Idem valet, ἀνάγειρόν με, apud eumdem Symmachum. Hieron. *leva me*, Alii, *erige*, reſtitue, eleva, exalta, fac ſurgere. Chald. *fac me ſurgere ab infirmitate mea*, אוקמיניטומריעי *okemeni min marhhi*. Retinenda propria ſignificatio *reſuſcitandi* pro vera Chriſti reſurrectione, ne quis abuentes *infirmitatis* voce de Davidis morbo tantum interpretetur. Trevetus exponit *ſubleva me*, ſupporta, juva in decreto meo de Salomone ut regnet, & reddam his qui voluerunt impedire, quemadmodum Joab, & aliis, quos moriens præcepit Salomoni ut occideret *b*.

Et retribuam eis.) Hieron. *ut reddam eis*. Auguſtin. *& reddam eis*. Eadem littera ſervilis (ו) ad hoc etiam ſervit aliquando, nempe ad aſſignandam ætiologiam ſive cauſſam. Eamdem expreſſit Symmachus, ἵνα ἀνταποδῶσω αὐτοῖς, & Apollinarius, ac ſimul quid impoſtet retribuere.

ἵνα σφίσιν ἄξια δοι'ω,
ut ipſis dignadem.

videlicet meritas pœnas, ut priùs dixi, licèt medium quoq; verbum eſſe retribuendi ἀνταποδόναι שלם *ſchillem*, docuerim, & nonnullos id in meliorem partem accipere. Rectè autem Cyrillus, Euthymius, Nicephorus, no-

a *in Pſ.* 34 & 18 *civit.* c. 49
b *in c.* 10 *Matth.*
c *in c.* 20 *Ezech*
d *in c.* 6. *Io.*
e *Hom.* 10 *de pœnit.*
f *Gen.* 3. 6. *Iſ.* 2. 3
g *l. de parad c.* 8. *in c.* 6 *Luc.*
g *l.* 2. *auuot. in Pſ.* 40
i 2 *Cor.* 4. 16 Diſtinctio interioris & exterioris hominis.
k 1. *Cor.* 9. 27
Majoris reatus eſt, poſt profeſſionis votum peccare.
l *Ser.* 86. *in Pſal.*
m *verſ.* 9
n *Act.* 2. & 4
o *Rom.* 11
p *Hic & 17 civit. c.* 19 & 17. *de civ. c.* 18
q 10. *de Sanctor. c.* 8
r *Joan.* 2. 19 & *c.* 10. 18
s *c.* 8. 9. *ſecu Lxx.*
t *Hom.* 2
y *Ep.* 5. *ad Tertullian.* Hujus loci teſtimonio Chriſti reſurrectio confirmata.
z Pſ. 81. 8
a *de reſurr. Dom. c.* 53 *Dom. c.* 53
b 3. *Reg.* 25. 6

notant supplicasse Christum ut hominem, *miserere mei, resuscita me*; hìc ut Deum cum auctoritate, dicere, *retribuam eis*, non vero (retribues.) Hieron. in Commentario legit, *retribuam illi*, & de damnatione Judæ in futuro judicio interpretatur, qui ante resurrectionem Christi, periit laqueo: fortassis intelligit damnationem publicæ sententiæ, & pœnas in corpore per resurrectionem recuperato. Thomas refert, in versione Hieron. legi, *retribuam tibi*: quasi dicat Christus resuscitatus, adducam multos ad cognitionem nominis tui: apud nullum reperi ita vertisse Hieron. Non est libera Hugoni Cardin. optio optativum vel indicativum modum sumendi: hujusmodi futurum tempus est Græcè & Hebr. ἀνταποδώσω & אשלמה *aschallemah*. Vim facit idem in compositione verbi, afferens nescio quam tropologiam. Tu si lubet lege. Similis est ei quam priùs indicavi de lapso peccatore adhuc redeunte ad pœnitentiam: Allegoriam item de Christo tradit, in hac vita tribuente, in futura retribuente.

Vers. 12.) In hoc cognovi quoniam voluisti me, quoniam non gaudebit inimicus meus super me.

Vers. 13.) Me autem propter innocentiam suscepisti, & confirmasti me in conspectu tuo in æternum.

SCio quia tu semper me cupis ritè te deprecantem: sed hujus nunc judicium rei ac amoris erga me tui singularisque benevolentiæ hoc est, quod inimicis meis ansam præbere noluisti ut pro voto suo de mea gloriari morte, atq; insultare mihi diutiùs possent. Favisti perspectæ tibi satis innocentiæ meæ, propterq; illam vel uti prehensa mea manu de gravissimis periculis liberasti atq; sub tua cura, & providentiæ tuæ perpetua præsentia firmiter protexisti, ac protecturus es, quoad vivam, donec ex hac extractum vita, perpetuo apud te constituas fruiturum, tempore suo, visione divini conspectus tui. Id intelligit de irrito consilio Joab pro Adonia. Trevetus contra Salomonem; deq; stabilito solio David, in eodem Salomone, posteriscq; ipsius. Sub hoc autem typo, quod absolutè ceteri de Christo, cujus non prævaluerunt inimici, tùm dæmones tùm homines, sed confusi sunt priores, posteriores miserè perierunt, ut Judas aliique, confirmata in perpetuum gloria Christi, nec non Ecclesia sub continua Dei tutela & protectione. Nam quod attinet ad gloriam animæ, Deiq; visionem, nullo umquam puncto temporis defuit animæ Christi: Judæi irridentes crucifixum, nunc inviti cernunt gloriam ejus per totum mundum.

Accommodatius sensus.

Accommodationis sensu satis aptè transferri hæc ad immaculatam B. Mariæ Conceptionem possent, ut gratulans Deo diceret, propterea se illi adeo charam, quod non permiserit ut ullo umquam puncto temporis humani generis inimicus gloriari posset, ac ei consultare illam sub ipsius ditione fuisse, ac idcircò etiam ob innocentiam scilicet tantam suscipere se dignatum in matrum, atq; maximis gratiæ muneribus ornatam, sic in perpetuum stabilire, ut ab iis numquam excideret; nec levissimum ullum omnino peccatum admitteret. Valde profecto probabilis ratio, quum talem sibi Deus matrem præparare potuerit, etiam voluisse, ac ita sibi totam vindicasse, ut ab omni in perpetuum jure dæmonis liberaret. Cui, nisi præveniendo liberaretur, obnoxia erat ac subjicienda fuerat. Christus semper fuit Deus, nec extitit humanitas priusquam uniretur divinitati, ut propter innocentiam susciperetur, quum inquam non fuerit antequam susciperetur. Deus matrem talem fecit qualem dixi, ut ideo sibi matrem elegerit, seu quia volebat eligere, matrem talem fecit. Vidi postea id placuisse Philippo Diez, non illaudato temporis nostri Ecclesiastæ *b*, sed quod instituti nostri est prosequamur.

b *in festo concept. concio* 4

In hoc cognovi quoniam voluisti me.) Hieron. quod *velit me*. Chald. *quod gratus tibi sim*, aut, fuerim צדום אתרעיתבי *arum ithrehhaithbi*. Idem est quod *complacere aliquo* εὐδοκεῖν πού, sicut de filio Christo dixit Pater *c* & quod *complacuit sibi in illo anima* ipsius *d* Symmachus διὰ τοῦτο γνώσομαι ὅτι θελήσεις μου, *propter hoc cognoscam quod voles me*; Minimè dubium ac certissimè signum Christus editum a Patre amoris quo prosequeretur ipsum significat, quod eum suscitaverit, hac ratione non sinens ut gauderent de interitu illius qui occiderant, sicut gaudebant quum occiderent. Sic prædestinatum Paulus *e* Christum scribit filium Dei in virtute, secundùm Spiritum Sanctificationis, in resurrectione mortuorum, idest, quando suscitavit eum à mortuis. Hoc signum, quod sibi dari non egebat Christus, amoris paterni, de quo amore nec dubitare poterat, dedit ipse quærentibus cur ejiceret vendentes & ementes de templo, *solvite templum hoc* f, *& in tribus diebus excitabo illud*: quasi diceret pertinere munus ad se domus paternæ: quia si corporis sui sacratiorem domum triduo excitaturus esset ac immortalitate quodammodo purgaturus & sacraturus, longe facilius ei esset profanationem externi materialis prohibere, in quo Pater suus B coli ritè deberet. Resp. iterum Christus aliis signa petentibus, non aliud dandum quàm resurrectionis adumbratæ in Jona, qui de Cete prodiit post triduum incolumis *g*: non solum quia nulla in re divinam virtutem æquè ut in propria resurrectione, cujus nulla creatura alia causa fuit, declaravit: ita respondit, ut Ruperto *h* placet, unde peculiariter de hac die canitur: *Hæc est dies quam fecit Dominus*. Sed malignæ quæstioni noluit aliter satisfacere, ut ait Cyrillus *i*, quàm rejiciendo ad finem ut nimirum finem expectarent, ex fine judicarent, quoniam improbus *ab eventu facta notanda putat*. Quod ergo hic dicit *in hoc cognovisse*, significat hoc nobis Deum signum dedisse manifestissimum, ut quod notissimum Christo erat nobis innotesceret & adversariis ejus. Unde & reipsa per prædicationem potissimùm de resurrectione Christi conversi sunt initio tot Judæi, & postea Gentes omnes, ut docuimus in historia Apostolica. Christus ipse prædixit quum exaltaveritis filium hominis, tunc *cognoscetis quia ego sum* K, Quando Deus dixit Abrahæ. *Nunc cognovi quod timeas* C *Dominum* l, voluit significare in hoc dedisse apertissimum signum reverentiæ, amoris, obedientiæ; quum probè sciret Deus timeri se ab eo.

c *Mat.* 3. 17
d *Is.* 42. 1
e *Rom.* 1. 4
f *Io.* 2. 16. 19
g *Matt.* 12 39. 40.
h *in c.* 2. *Io.*
i *ibidem.*
k *Jo.* 8. 28
l *Hen.* 22. 12

Quoniam non gaudebit inimicus meus super me.) Hier. *quia non insultabit inimicus meus mihi*. Ambros. *non lætabitur*. Symmachus qui priora verterat, *propter hoc cognoscam*, &c. subjungit ἐὰν μὴ καταλαλήσει ὁ ἐχθρός μου *si non maledicet hostis meus*. Alii, *quoniam non jubilabit*, vel, *quum non jubilaverit*, vel, *quum*, seu, *quia non clanget*. Quod vincentium est, ac triumphum pœnaq; cantantium. Id valet אריע *lo igriahh*. Chald. *non roborabitur* aut *invalesceret* לאיחגבר *la iithgaur*. Porrò vel priùs membrum, ut notat Thomas, est argumentum istius, ita ut ex eo quod consideret se gratum Deo, colligat aliud; vel è contrario caussa illius sit hoc, quia inimicus non poterit gaudere super ipsum, inferat se propterea cognovisse, idest, experimento comperisse, aut cognoscere fecisse, aut in aliis seù per alios cognovisse, tamquam per membra, quod charus Deo esset. Inimicus autem non unus dumtaxat Judas est, sed plures. D At nec Judas quidem eo modo quo Thomas docet, volens de morte Christi gavisum, de resurrectione contristatum. Nisi contristationem intelligat in inferno, quia secundùm probabiliorem sententiam, laqueo periit antequam Christus resurgeret, ac forte etiam priusquam moreretur: *Ne læteris inimica mea super me, quia cecidi; consurgam* m. Quem Micheæ locum ad hoc propositum citat Ambr. Thomas, Hugo & alii. Quanta vero molestia ex hostium insultantium clamoribus, gestibusq; percipiatur, vidimus non semel in superioribus Psalmis, ac aliquos quidem propria sibi manu conscisce mortem maluisse quàm ejusmodi exprobrationes ferre. Quid erit damnatis in judicio?

m *Hen.* 22. 12

Me autem propter innocentiam suscepisti. (Hieron. *Ego autem in simplicitate mea adjutus sum à te*; Symmachus etiam & Aquila pro nomine ἀκακίαν, habent (simplicitatem,) & pro verbo ἀντιλάβῃ, utitur verbo ἀντίσχῃ, hoc pacto, ἐλὲ δὲ διὰ τὴν ἀπλότητά μου ἀντίσχῃ. Quod verbum Jo: Drieschus in imperativo exposuit, *complectere*: quum sit indicativi modi, sicut & aliud ἀντιλάβου aoristus secundus, in imperativo deberet esse, ἀντίσχῃ ut

&

& ἀντιλάβῃ. Alii ex Hebræo, ואני נתמי תמכת בי *vaant bethummi tamachthabs, & ego in perfectione mea ſuſtentaſti me*, vel, ut ego, nempe obſecro, ut ſuſtentes me in integritate vel ſinceritate mea; vel, ut ego ſtudebo nimirum aut ſtudui vivere in ſinceritate mea, & merui, propterea ſuſtentabis aut ſuſtentaſti in vita, aut animum, ne variè agitatus à recto curſu deflecterem: vel, ut ego in integritate mea, me non ab uno tantùm periculo liberaſti, ſed ab omnibus, quod eſt integrè liberare, aut quum omnia mihi eſſent integra, benèque res meæ haberent, tu ille eras qui me ſuſtentabas quod & nunc facis: vel ego autem, ſcilicet cognovi, aut jubilabo, gaudebo, &c. quoniam in innocentia mea ſuſtentaſti me, aut, ſuſtentatus in me, hoc eſt, ſemper partes tuas defendi, ita quodammodo aſſerere merito poſſes (quod non ego de falſis amicis) te in me, ſperaviſſe, mihique fidiſſe. Sunt hæc omnia ſatis probabilia & commoda, & verum eſt etiam pronomen *ego* aliquando vacare, vel Hebr. idiotiſmo idem valere, *& ego*, quo *& ſive*, *ſed me*, vel reticentiam eſſe in qua quidpiam ſupplendum ſit. Verùm ſimplex ſenſus, ut ſe David & Chriſtus dicat propter innocentiam, integritatem, ſimplicitatem, quæ omnia Hebræa vox, ut ſæpè dixi, ſignificat, ſuſceptum, ſuſtentatum, adjutum, quod valere Græcum ἀντιλάβεσθαι, aliàs quoque monui, & תמך *thamach*. Magna ſupplicans utitur libertate Chriſtus, ut ſibi ipſi innocentiæ teſtimonium exhibeat, inquit Euſebius *a*, tametſi ſuperiùs dixit *ſana* b *animam meam quia peccavi tibi*, loquens de noſtris quæ ſuſcepit in ſe. Theodoretus & Baſilius notant hìc ſermonem haberi à natura aſſumta: nuſquam enim Angelos, ut ait Apoſtolus *c*, Deum apprehendiſſe. Si Latinè ſcripſiſſent, videri poſſent vim feciſſe in verbo *ſuſcipiendi*, ſed non id ſignificare ἀντιλαμβάνεσθαι verum ἀντιλαμβάνεσθαι. Hebræum verò תמך *thamach ſuſtentationem* quidem quæ fieri per hypoſtaſim divinam poſſet, intelligi, non autem aſſumptionem. Cyrillus videtur legiſſe in imperativo ἀντιλάβε: explicat enim, Chriſtum nobis implorare ſuſceptionem ac defenſionem. Chryſoſtomus & Heſychius *ſuſceptionem* accipiunt pro exauditione. Exauditum vero Chriſtum tamquam Pontificem, qui propter innocentiam ſacrificaverit, non pro ſe, ſed pro aliis, & ideo maneat ſacerdos in æternum, ut ratiocinatur Paulus *d*, Euſebius *e*, & Ambroſius *Innocentiam*, Græcè, ἀκακίαν, ſpectant in eo quod nulli Chriſtus nocuiſſet, in paſſione autem ſummam patientiam retineret, agno & ovi ſimilem, non maledicens, non comminans, ſed tacens, & pro crucifixoribus orans, ut Iſaias *f*, Petrus *g*, & Evangelia teſtantur. Integritas fuit, ut Auguſtinus loquitur, ſine peccato, redditio ſine debito, flagellum ſine merito, ſuſceptio, ut ait Ruffinus, tamquam curantis ægrum medici. Sed Ambroſius elegantiſſimè ea de re differit, ſuſceptione Chriſtum ab utero ſuſceptum *h*, qui ab omni concretione generationis humanæ mundus eſt natus; in reſurrectione, quia nulla eum offenſio prolapſionis aſperſit; in aſcenſione quia immaculatus ad patrem redit à quo immaculatus exivit, quando deſcendit in terras, & ei ſic reſurgenti & aſcendenti dixit, *Filius meus* i *es tu*, *& ego hodie genui te*, de quo loco conſule dicta in Commentario noſtro. Hieronymo ultimo modo *ſuſceptionem* accipit, quum ſcilicet in aſſumta carne Chriſtus in qua innocenter paſſus fuerat pro nobis, ſuſceptus eſt in cœleſtibus. Thomas, non intelligit locum iſtum de aſſumptione in unitate perſonæ, quia illa aſſumtio non fuit ex merito ipſius hominis Chriſti, ſed ex mera gratia; ſed de ſuſceptione ab inferis, qua reſurrexit, pro ut etiam Pſalm. III. *k* dicitur: *Tu autem Domine ſuſceptor meus es*, ſuſcipiendo ſeu educendo ab inferis animam, carnem de ſepulchro.

Ratio quæ movit nonnullos ut quod antea attigi, ad B. Chriſti matrem immaculatè conceptam transferens iſtud teſtimonium; quia neque Chriſto ſatis neque Davidi propriè conveniret, non habet adeò magnas vires ſi *ſuſceptionem* interpretemur aliis modis priùs quoque dictis, qui aptè quadrant in Chriſtum. Quod ſi de ſuſceptione per hypoſtaticam unionem intelligeremus, exponi poſſet, quod naturam humanam, vel, ut etiam in Cantico Ambroſii atque Auguſtini eſt, hominem, ut homo ſumitur pro natura, ſine creata propria perſonalitate, ſuſcepit Chriſtus, quatenùs id nomen accipitur, non ut denominans Deum, ſed ut ſignificant Deum cum præciſione à natura humana propter innocentiam, non quaſi hæc præceſſerit in Chriſti natura humana, quæ numquam fuit abſque hypoſtaſi divina, vel quaſi fuerit ut antecedens cauſſa meritoria, quum meritum ſit actio jam ſubſiſtentis. Sed quia hæc innocentia fuit in ea natura, fuit jam unita cum divina, jamque in illa ſubſiſtente per infuſionem gratiæ ſanctificantis, ut magis convenienter intelligeretur ſuſcepta & aſſumta ad unionem hypoſtaticam & ut magis intrinſeco atque connaturali modo ſancta eſſet. An porro de abſoluta potentia potuerit Chriſtus mereri ſuammet incarnationem, ita ut vellet Deus conferre humanitati gratiam unionis veluti ſub conditione ac dependenter ab operibus meritoriis ejus futuris, & in præmium illorum, & antecedens unio non eſſet per modum gratiæ gratis omnino datæ, ſed per modum anticipatæ ſolutionis, ad eum modum quo Rex tribuere poteſt arma equumque: an hoc inquam concedi poſſet ſcholæ relinquo. Suarez *l* noſter affirmantem ſententiam non improbabilem eſſe vult. Quæri quoque poſſet an vi ſolius unionis hypoſtaticæ ſit innocens anima Chriſti, ut implicet non ita eſſe vel aſſumi cum peccato, illo remanente. Opinio magis recepta negat poſſe non eſſe ſanctam ſeu poſſe peccatum remanere. Nec hìc errores nobis confutandi Photini, Neſtorii, Cerinthi, aliorumque Chriſtum prius tempore extitiſſe, ac per ſua merita unionem ſibi meruiſſe; quam etiam accidentalem dumtaxat faciebant: vel Origenis *m*, qui ſcripſit priùs creatam Chriſti animam, & per bona opera meruiſſe incarnationem. Cæcum vocat Auguſtinus *n*, hujus rei & fidei ignorantia, qui ita ſentiat. In priore Pſalmo *o* pro ut citatur & intelligatur à Paulo *p*, dicitur, Chriſtum ingredientem in mundum dixiſſe, *hoſtiam & oblationem noluiſti, corpus autem adaptaſti mihi* &c. hoc eſt, ubi primùm conceptus eſt, potentem fuiſſe ad redimendos nos & placandum Deum. Denique multis id conciliis definitum eſt *q*, ut omittam Angeli verba, *quod ex te naſcitur ſanctum* r, *vocabitur filius Dei*: qua item de re plura Theologi, dum vel de ordine aſſumtionis *ſ*, vel de Chriſti conceptione *t* diſſerunt.

Et confirmaſti me in conſpectu tuo in æternum.) Hieron. *& ſtatues me ante faciem tuam in perpetuum*. Sic etiam Symmachus, καὶ παρασήσεις με ἐμπροσθέν σου εἰς αἰῶνος. De Chriſto ut intelligi hoc debeat, liquet ex dictis, videlicet de perpetuitate gloriæ ejus conſtituti ad dexteram Patris, & de Eccleſiæ immobilitate & de electorum ſempiterna beatitudine, vel etiam juxta eos qui *ſuſceptionem* pro incarnatione accipiunt, de inſeparabili unione divina cum humana natura: quo pacto Chryſoſt. *u*, *Chriſtus reſurgens ex mortuis jam non moritur: mors illi ultra non dominabitur* x: introivit in ipſum cœlum *ut appareat vultus Dei* in æternum *y*. Sedet *à dexteris* Patris, donec hìc ponat inimicos ejus *ſcabellum* z *pedum* ejuſdem. Quem infirmavit Deus in conſpectu hominum, confirmavit in conſpectu ſuo, ait Auguſt. apud quem ſemper eſt ſplendor gloriæ ejus ac imago ſubſtantiæ, inquit Ambroſ. *Conforţavit* Deus *ſeras portarum* Eccleſiæ *a*, ut regnum illius *b* non diſſipetur, nec *portæ inferi* prævaleant *c*, quia Chriſtus nobiſcum *uſque ad conſummationem ſæculi* d. Cajetan. legens *ſuſtentaſti in me*, declarat dicere Chriſtum quod ob innocentiam perfectionemque meruerit ut Pater ſuſtentaret mundum in ipſo ne in æternum damnationis barathrum & exitium rueret. Hoc etiam verum: ſed potuit illum doctor ſuus Hebræus monere, phraſi Hebræa תמכתני *thamachthabi*, nihil aliud ſignificare quàm *ſuſtentaſti*, quia verbum illud ut & quædam alia, requirunt ſimilem conſtructionem cum præpoſitione, quæ conſtructio eſt vice caſus accuſativi. Hugo Cardinalis aut Alenſis annectit de prælato propter innocentiam ſuſcepto & perſervante. *Conſtituit ante conſpectum Dei* & hunc *in oculis gerere*, quanti referat, aliàs docui e. Illuminat, purificat, humiliat, exhilarat, beatificat, alioſque permultos effectus optimos operatur in nobis jugis & continua præſentia Dei, ut demonſtrat Michael Aiguanus.

Pronomen *ego* aliquando vocat apud Hebræos.

a 10. *de demonſtr. c.* 1.
b *verſ.* 5.
c *Hebr.*2 10.
d *Heb.*7.23. *& ſeq.*
e *in Catena*
f *c.*57.11.
g 1.*Pet.*2.23
h *Pſ.*138.13
i *Pſ.*2.7.
k *verſ.* 4.
l 3.*p.tom.*1. *diſp.*10 *ſect.* 4.
m περὶ ἀρχῶς *c.*6.
n *de corrept. & gratia c.* 11.
o *verſ.*7.
p *Heb.*10.8.
q *Conc.Eph.* 1. *Can.* 13. *Chalced. Act.*1.5. *Synod.Colla* 8. *Can.*6. v. *Synod. Act.* 11.v.11. *Synod. Act.*3. *Conc.Tolet.* 11.*in profeſ. fidei*.
r Luc.1.35.
ſ *Aſſumpt.*3. *p q.*6. & 13. *d.*2.
t 3.*p. q* 42. *& ſeq. & ia* 3.*d.*2.&4.
u *Hom.*1.
x *Rom.*6.9.
y *Heb* 9.24.
z *Pſ.*109.1.
a *Pſ.*147.13.
b *Dan.*6.26
c *Mat* 16.18
d *Mat. ult.* 20.
e *Pſ.*15.8.

Verſ. 14.) Benedictus Dominus Deus Iſrael à ſæculo & uſque in ſæculum: fiat fiat.

CLarus clauſulæ ſenſus. Eam imponit vel David ſuomet nomine vel Chriſtus, vel Eccleſia, vel quilibet juſtus, quaſi reſpondens benevolentiæ divinæ, de qua ſuperiùs *a*, *quoniam voluiſtime*. Si David, non ſolùm pro beneficio temporali, ſed multo magis pro incarnatione annexiſque illi myſteriis aliis, optans gratias iſtas perpetuas eſſe: Incarnationem verò quam primùm fieri. Alia ratio ſic hunc terminandi Pſalmum ſatis communis noſtris, etiam non Hebræis tantùm, eſt, ubi invenitur finis libri primi Pſalmorum, ex quinque: quia & eodem pacto terminatur Pſalmus LXXI. ubi deſinit ſecundus. LXXXVIII. ubi tertius. CV. ubi quartus. CL. ubi ultimus, cujus finis præter *haleluiah* repetitum terdecies toto illo libro, eſt provocatio omnis ſpiritus ad laudandum Deum. Verùm de hac librorum quinque partitione, & quo modo nihilominus unus cenſeatur, dixi in præfatione.

a verſ. 13.

Negat hoc loco Thomas indicari finem libri particula *fiat*, vel, *Amen*. Vult ſignificare continuationem conformationemque voluntatis, non verò conſummationem operis. Caſſiodorus item negat, quia in actibus *b* Apoſtolorum, appellatur *Liber Pſalmorum*. Ambroſius de fine cujuſque libri myſticam rationem aſſignat, hujus quidem, quoniam Paſſio Domini de qua Pſalmus iſte eſt, finis eſt quadrageſimæ, ut ſecundus liber inciperet à myſteriis renovationis, & perfectiora contineret ſacramenta, ut deſineret in LXXI. quo regnum Chriſti pacificum toto orbe diffuſum annuntiatur, &c. Docet præterea unum dici librum, & plures, quo modo unum & quatuor Evangelia: numerum quinarium quinque ſenſibus reſpondere, & quia ſenſus ut interni etiam ſpectari poſſunt unius Pſalterii quod decem chordis conſtat, libro, illo quinque contineri.

b c. 1. 20.

Benedictus Dominus Deus Iſrael,) addit Chaldæus, *nomen benedictum nomen Domini Dei Iſrael*. Uſurpavit illa verba Joannis Pater *c*, initio Cantici ſui. Uſus eſt iiſdem David poſt inauguratum Salomonem filium in regem *d* qua de re hunc Pſalmum eſſe, antea nonnullis videri retulimus: & Salomon in dedicatione templi *e*, ſicut & pater illius in ſolemni illatione arcæ *f*: & Hiram gratulans Salomoni conſilium ædificandi domum Domino, & palatium ſibi *g*. Denique omiſſis aliis locis ſi quæ ſint, eadem repetuntur Pſalmo LXXI. *h* & CV. *i* Benedictum vero Salvatorem Iſrael invocavit Judas Machabæus *k*. Auguſtinus & alii ſpectant in Deo Iſrael quo ſit Deus minoris filii cui ſervit major *l* ideſt, Gentiles, cui Judæus, hoc reprobato, illo electo, Capſarios noſtros vocat Judæos qui ſtudentibus nobis codices portent, quos ab inimiciſmet oblatos proferamus contra paganos, ut de chartis inimicorum convincantur adverſarii. Ruffinus, Thomas quidamque præterea vim faciunt in etymo *Iſrael*, ſed minimè verò, ut alibi à me demonſtratum eſt, quod ſignificat *videntem Deum*. Thomas adhuc in Deo attendit debitam ei λατρείαν, in Domino δουλείαν. Apollinarius notat, eum qui prænuntiatur nempe Chriſtum, hoc loco ſignificari non ſolùm hominem eſſe, ſed etiam Deum, qui ante ſæcula interminabilem naturam habeat. Sic loquitur quoque de Chriſto Paulus *m*, *qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſæcula*. Chryſoſtomus *n* teſtatur ſe voces iſtas, *Benedictus Deus*, fere ſemper habuiſſe in ore; feruntque Paulo Papæ IV. qui Chryſoſtomo addictiſſimus erat, familiares fuiſſe. Quo autem pacto benedicatur à nobis Deus jam pridem docui.

c Luc. 1. 68.
d 3. Reg. 1. 48
e c. 8. 16. & 2. Paralip. 6. 4.
f 1. Paralip. 16. 8.
g 2. Paral. 2. 12.
h verſ. 18.
i verſ. 48.
k 1. Machab. 4. 30.
l Gen. 25. 23
m Rom. 9. 5.
n Hom. 12. ad pop.
Chryſoſtomo voces frequentes & Paulo IV

A ſæculo & uſque in ſæculum.) Hanc item formulam, ſive cum aliis legas, *à ſæculo & in ſæculum*, aliàs expendimus, dicentes idem valere, ac, *in æternum*, ut Ambroſius declarat, Thomas, alii. Ambroſius vero, ex infinito in infinitum, ſed & Athanaſius & Chryſoſtomus *o* explicant, à præſenti uſque in futurum, ut hìc ubi ex parte tantùm cognoſcimur, ex parte benedicimus, ibi cum perfecta cognitione perfectè evacuando quod ex parte eſt *p*. De hoc etiam ſæculo in quo inchoemus perſeverando uſque ad futurum, Ruffinus, Caſſiodorus, Hugo, Remigius, Haimo, Bruno & plures.

o Hom. 2.
p 1. Cor. 13. 10

Fiat fiat.) Græcè γένοιτο γένοιτο, Hieronymus, *Amen, Amen*. Prout eſt quoque in Hebræo, & Symmachus retinuit, ἀμὴν ἀμήν, Auguſtinus interſerit alia, *& dicet omnis populus*, tranſcribens forſitan ex fine Pſalmi CV. Hæc tamen etiam Paraphraſtes addidit, *& dicunt juſti* ייאמרו צדיקיא *veiemerun tſandikaiia*. Aquila ſolet reddere, πεπιστωμένως πεπιστωμένος, *fideliter fideliter*.

De *Amen* egi ſatis copiosè in extremo Epiſtolæ Joannis, & in cap. 10. Actuum Apoſtolorum *q*. Ambroſius docens, *fiat fiat*, γένοιτο γένοιτο, eſſe imperantis, precantis, confirmantis, & hìc tertio modo ſumi, maximè quia repetitio fit, ait eamdem vim habere *Amen, amen*, ut ſicut quum Sacerdos benedicit, populus reſpondet, *Amen*, confirmans benedictionem ſibi quam Sacerdos à Domino deprecatur. Ita in Pſalmo reſponſum eſſe *fiat fiat*, quaſi *Amen Amen*. Probat id, exemplis novi Teſtamenti, tùm verò ex Evangelio Joannis qui geminare ſolet, *Amen Amen*, quia inquit ipſe maximè (quod & aliàs *r* annotavi) de cœleſtibus & profundis myſteriis eſt locutus. Non video cur non nunc quoque deprecationem, votum ac deſiderium denotet, quod ſentit Caſſiodorus, ſicut & in aliis Pſalm. LXXI. / LXXXVIII. *s* CV. *u* & in fine orationis Dominicæ *x*, cujus Hieronymus vocat ſignalem, & in fine præterea benedictionis, ſuper quam etiam idiota teſte Paulo, illud dicebat. Denique in fine maledictionum, ad quas ut habetur in Deuteronomio *z*, populus reſpondebat *Amen*, ut ſuperſedeam aliis exemplis. Nec obſtat geminatio vocis, quia quum benediceret Eſdras Domino Deo magno, reſpondit populus bis, *Amen Amen*, elevans manus incurvando ſe, adorando Deum prono corpore in terram *a*. Utrumque ſignificatur, & confirmatio quod ſit benedicendus ſemper Deus, & voluntas ut omnino ita fiat. Cajetanus in repetitione notat ſatietatem animæ & corporis in reſurrectione, aut laudationem ſinceram Dei internam & externam animo & ab aliis quæ in ovili cœleſti: Bruno, in Eccleſia de Judæis & Gentibus, quos Remigius nominat priorem populum. Ludolphus, omnes. De eadem particula *Amen* copiosè tractat Benedictus XI. *b* illud etiam obſervans de repetitione ipſius apud Joannem quod ante dixi. Præterea Urbanus *c* Papa IV. qui notat accipi ut nomen Dei, ſive Chriſti *d*, adverbium, ut verbum, & hoc ultimo modo idem valere quod *fiat*, neque in Pſalmis poni. Et nos vero Pſalmum concludamus benedicendo Deum, ac laudando, ut facit Ambroſius, atque dicendo, *Benedictus Dominus Deus Iſrael*, qui tanta nobis aperuit myſteria, *à ſæculo in ſæculum*: ideſt ex infinito in infinitum: *fiat fiat*.

q verſ. 35.
r Act. 10. 34
s verſ. 19.
t verſ. 52.
u verſ. 48.
x Mat. 6. 13
y 1 Cor. 14 16
z c. 27. 15. & ſeq.
a 2. Eſd. 8. 6.
b in id c. 5. Mat. Amen dico vobis donec tranſeant, &c. ſol. 139.
c in Pſ. 50. To. 1 Biblioth. P. P.
d Apoc. 3. 14

PSALMUS

QUADRAGESIMUS PRIMUS.

1 In finem Intellectus filiis Core.

2 QUemadmodum deſiderat cervus ad fontes aquarum: ita deſiderat anima mea ad te Deus.

3 Sitivit anima mea ad Deum fortem vivum: quando veniam & apparebo ante faciem Dei.

4 Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie: Ubi eſt Deus tuus?

5 Hæc recordatus ſum, & effudi in me animam meam: quoniam tranſibo in locum tabernaculi admirabilis, uſque ad domum Dei:
In voce exultationis, & confeſſionis, ſonus epulantis.

6 Quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me?
Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, ſalutare vultus mei. 7. & Deus meus.
Ad me ipſum anima mea conturbata eſt: propte-

ptèrea mémor ero tui de terra Jordanis, & Hermoniim à monte modico.

8 Abyſſus abyſſum invocat, in voce cataractarum tuarum.
Omnia excelſa tua, & fluctus tui ſuper me tranſierunt.

9 In die mandavit Dominus miſericordiam ſuam: & nocte canticum ejus.
Apud me oratio Deo vitæ meæ, 10. Dicam Deo: Suſceptor meus es.
Quare oblitus es mei? quare contriſtatus incedo, dum affligit me inimicus?

11 Dum confringuntur oſſa mea, exprobraverunt mihi qui tribulant me inimici mei:
Dum dicunt mihi per ſingulos dies:

12 Ubi eſt Deus tuus? quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me?
Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: B ſalutare vultus mei & Deus meus.

TITULUS.

Verſ. 1.) In finem, Intellectus filiis Core.

QUod attinet ad titulum, egent ſolum declaratione illa verba *filiis Core*: quia quid ſibi velit *intellectus*, dixi in titulo Pſalmi XXXI. quid, *in finem*, in titulo IV. Refert B. Thomas aliam lectionem, *in finem intellectus filii Core*. Fuit Core unius de auctoribus ſeditionis contra Moſem, & Aaron *a*: ſed factum eſt grande miraculum, ut eo pereunte (adeo horribiliter) filii ejus non perirent *b*, quippe minimè conſentientes peccato patris. Hi porrò nominantur filii Aſir, Helçana, Abiaſaph *c*; quos ferunt *d* doctrina, prophetia, Muſica, inſignes fuiſſe. Coritas tempore David nempe ac poſteros illorum aliorum, Hieronymus *e* ait ſuper miniſterii opera cuſtodes veſtibulorum tabernaculi fuiſſe, & cuſtodiviſſe oſtia tabernaculi exteriùs: patres eorum qui in Pſalterio habent titulos, cuſtodiviſſe oſtium interiùs tabernaculi ejuſdem & cantores fuiſſe caſtrorum Domini *f*. Non eſt autem credibile, quod Lyr. cum R. Salomone aſſerit, in familia Core perſeveraſſe donum Prophetiæ uſque ad ætetem Davidis, quia nil tale in Scripturis ſacris extat.

Pſalmi præter iſtum gerentes in titulis, eumdem Core, ſunt, XLIII. XLIV. XLV. XLVI. XLVII. XLVIII. LXXXIII. LXXXIV. LXXXVI. LXXXVII. Euſebius aſſerit eſſe octo. Sed ea forſan ductus ratione, quod ſequens XLII. licèt in titulo habeat Davidem, tamen creditur à nonnullis eſſe pars præcedentis. In ultimo adjungitur Eman, quia filii Core ad hunc pertinebant, tamquam ad unum de principibus Magiſtris cantorum, qui, ut etiam dixi in titulo Pſalmi XXXVIII. *g* erant præter illum, Aſaph, & Idithun. Docet idem D Euſebius intelligentiam requiri ad ea perficienda, quæ ſunt in hoc & in aliis Pſalmis ſimili titulo (intellectus) inſignitis. Idipſum quadam docet epiſtola Hieronymus *h*; Ubi enim inquit ſimplex & apertus eſt ſenſus, quid neceſſe audientem intelligentiæ præmoneri, & dici ad eum, *qui habet aures audiendi audiat* *i*? Heſychius, indicari quod filii Core ſapientiores patre fuerint, cujus non ſunt ſeditionem imitati. Addit Euſebius, neque Pſ. nominari, neque canticum aliudve hujuſmodi, quia quæ hic continentur, dolentium & afflictorum verba ſunt. Et Genebrardus tamen ſecundùm Pſalmorum librum hinc inchoatum uſque ad LXXI. docet in fine præcedentis eſſe de rebus lætis, Imo Hieronymus *k*, quem ſequitur Caſſiodorus, & prior illis Cyprianus *l*, aliuſve antiquus auctor operis de Cardinalibus virtutibus Chriſti, obſervavit numquam filios Core aliquid triſte cantaviſſe, ſed læta, jucunda, cæleſtia, æterna. Porrò quum hic commentario qui dicitur Hieronymi, nihil dicatur de filiis Core, ipſe autem citata epiſtola ad principium in hoc ſe Pſal. Adicturum polliceri videatur, unum argumentum eſt non eſſe auctorem dicti commentarii. Hieronymi verſio habet in titulo *pro victoria doctiſſimi filiorum Core*, licèt in editione Victorii aliter, *victori intellectus filiis Core*. Aquila & Symmachus vertunt, εἰς σύνεσιν τοῖς υἱοῖς Κορέ quod LXX. τοῖς υἱοῖς, & aliqui codices συνέσεως, pro εἰς σύνεσιν, quæ lectio conſentanea magis eſt noſtræ vulgatæ. Sed hæc ſunt parvi momenti, & oriuntur ex ſervili littera ל *le*, quæ inſervit nunc dativo, nunc genitivo caſui, ut aliàs annotavimus. Thomas, ut dixi, legit in ſingulari, *filii*, & quidam alii, ſed Hebraicè eſt בְּנֵי *bene* plurale, in regimine, & Græcè, ut dixi, υἱῶν, vel υἱοῖς. Numerus pro numero quandoque ſumitur, & de pluribus affirmatur, quod uni tantum convenit, inquit Lyranus, juxta opinionem, quod unus de filiis Core compoſuerit Pſalmum: ſed quia credimus auctorem omnium Davidem, dicemus per unum filiorum Core denotari perfectum ceteris. Quia verò ſignificat קֹרַח *korach*, quod molliùs dicimus *Core calvum*, Auguſtinus, Hieronymus *m*, Ruffinus, & alii, *filiis Core*, Chriſtianos deſignari volunt, quod Chriſtus in loco Calvariæ, ſive Golgotha, ſit Crucifixus, & Chriſtiani ſint filii ſponſi, filii paſſionis illius, filii redempti ſanguine illius, filii crucis illius, portantes in fronte, quod inimici in loco Calvariæ fixerunt: denique qui tales calvos rident ab urſis peribunt quemadmodum irriſores Eliſæi *n* calvi. Nil opus opinionem referre R. Abraham, verbis tituli denotari, principium concentus muſici noti, ſecundum quem cantandus eſſet iſte Pſalmus.

ARGUMENTUM.

SI quæratur nunc argumentum quod ſit; conſtat, ſub Davidis typo, qui ejectus aut à Saule aut ab Abſalone, & variis malis affectus, atque impiorum vocibus exagitatus, quaſi ſua in Deum ſpe fruſtraretur, tenebatur magno deſiderio, ſolicitudine, dolore, C quod ei non liceret in Dei domum redire, ac rebus ſacris intereſſe, & operam dare: vel ſub alia figura pii alicujus Judæi, ſive populi totius in Babylone captivi, reditumque avidè deſiderantis in Jeruſalem & templum; * deſcribi pium ac religioſum quemvis hominem, qui fatigatus hujus vitæ malis, & vexatus improborum ludibriis, cœleſtem ſuſpiret ad patriam, cupiens diſſolvi, & eſſe cum Deo ſive Chriſto *o*, interim vero ſeipſum dum vota differuntur, confirmet in ſpe adipiſcendæ rei tantopere concupitæ. Ad Chriſtum quoque transferunt aliqui *p*, ex hoc exilio, quo ſeſe ſponte noſtra cauſſa demiſerat, remigrare cupientem in cœleſtem illam patriam, & ad Patrem, ut quum dicebat *q*, *Si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad Patrem, quia Pater major me eſt*, & factus poſtea *ſimilis caprea r*, *hinnuloque cervorum*, aſcendit imò fugit *ſuper montes Bether*, *& aromatum* *ſ*. Serpentem diabolum hìc ſine ulla ſui offenſione protrivit, cui calcaneum obtulit, ſed ejus venena non ſenſit. Heſychius & Auguſtinus de baptiſmi deſiderio peculiariter hunc eſſe Pſ. docent, quamvis Auguſtinus præterea de cœleſtis beatitudinis. Euſebius deplorationem ob interitum Hebræorum, & diſperſionem in omnes nationes, hìc eſſe ſcribit. Cyrillus, ſuſpiria Hebræorum ſub mundi finem ad Chriſtum convertendorum. Monet Theodoretus, *intellectum* in titulo apponi, quoniam eo in primis agent qui erant in captivitate Babylonis, Daniel, Ezechiel, tres pueri, & ſimiles majore intelligentia præditi, hæc aut hujuſmodi verba ad Deum clamabant.

Quod primo dixi loco pluribus probatur. Athanaſius vero Marcellino quoque ſuadet, ut ſi magno deſiderio in Deum feratur, audiritque opprobria inimicorum, ne perturbetur, ſed memor æterni fructus, qui ex hujuſmodi deſiderio naſcitur, conſoletur animam ipſe in Deum, eaque faciat, ut revelet, & mitiget vitæ moleſtias, legendo hunc Pſalmum.

Argumentum non eſſe auctorem commentarii ipſi adſcripti Hieronymum.

m *Ep. 26. Tom. 9.*

n *4. Reg. 2. 23.*

* *Theodoret. Euth. Nicep. Baſil. Trev. Lyra.*

o *Phil. 1. 23.*

p *Ambroſius*

q *Joa. 14. 15 28.*

r *Cant. 2. 17.*

ſ *Is. 8. 14.*

Athanaſii præceptum circa hujus Pſ. lection.

a *Nu. 16. 49.*
b *c. 16. 11.*
c *1. Par. 6. 22. 23.*
d *R. Kimhi. & quæſt. Hebr. in Paralip.*
e *2. Par. 20. 21.*
f *Pſalmi titulum Core gerentes.*
g *2. Par. 25. 1.*
h *Ep. 140.*
i *Mat. 13. 9.*
k *Ep. 26. ex rejectis in tomum 9.*
l *Serm. de teſtur.*

Verſ. 2.) Quemadmodum deſiderat cervus ad fontes aquarum: ita deſiderat anima mea ad te Deus.

Verſ. 3.) Sitivit anima mea ad Deum fortem vivum, quando veniam & apparebo ante faciem Dei.

Verſ. 4.) Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, ubi eſt Deus tuus.

NOn magis cupidè cervus, quem infeſtant canes, venatoreſque, perſequendo, aut quando æſtuat voratis ſerpentibus, anhelus fontes petit ad extinguendam ſitim, curandumque venenum, quàm tui Deus anima mea deſiderio flagrat: ut variis divexata calamitatibus, in te aquæ vivæ ac ipſius vitæ pleniſſimo perenni ſuaviſſimoque fonte penitus conquieſcat, recreetur, perficiatur. Omnis mihi mora longior ac moleſtior, donec detur in conſpectum tuum venire, ubi tu te ipſum in hac vita peculiariter manifeſtas, dum coleris in arca, ſed longè magis poſt præſentis ærumnas, quum licebit aliquando clarè contemplari faciem tuam ac teipſum. Iſto paſcor nunc deſiderio, ita ut omnis mihi alius faſtidio ſit cibus, nec libet aliud facere, quàm continenter & effusè lacrymari, dum exprobrando & inſultando, quaſi vanè ſperem in te, & te incaſſum colam, non dubitant amarè mihi dicere inimici mei, ubi tuus ille eſt Deus, de cujus tibi præſente ope tam gloriosè ac jactabundè loquebaris? Chryſoſtomus exaggerat valde magnitudinem amoris Divini quam David hoc Pſalmo manifeſtat. Ait, pro more amantium, amorem non cœlare, ſed enuntiare vicinis, & dicere ſe amare: ſicut Paulus ſcribebat *a*, *os noſtrum ad vos apertum eſt Corinthi*, hoc eſt, non poſſum continere, & ſilentio premere dilectionem. Eodem præterea pacto eumdem Davidem alibi canere *b*, *Deus Deus meus ad te de luce vigilo: ſitivit ad te anima mea, ſicut terra inacceſſa ſine aqua & deſerta.*

Quemadmodum deſiderat cervus ad fontes aquarum.) Hieronymus recitatus à Treveto, & in editione Victorii, *ſicut areola præparata ad irrigationes aquarum:* quum tamen in bibliis regiis ponatur ex eodem Hieronymo, *ſicut deſiderat cervus ad fontes aquarum.* Aquila, ὡς αὐλὼν πεπρασίασται *quemadmodum convallis ſitiet imbrem* VI. editio ὡν τρόπον πεδίον πασῶδη *quemadmodum campus ſitiet imbrem.* Sic quidem auctor notationum in bibliis Sixtinis editionis LXX. vertit, quod non ſatis probo, quum πρασιάζειν vel, πρασιάζεσθαι, *ſitire* ſignificare nullo puteam doceri exemplo poſſe, eſt propriè, *porraceum eſſe* ſive *praſinum*, & porrum imitari ac referre, ſicut σμυρνίζειν, *amulum myrrha*, ut loquitur Dioſcorides *c*, utrumque ſic uſurpans. Præterea quoniam πρασιαὶ in hortis propriè ſunt areolæ quadratæ, in quibus porri, & alia ejuſmodi olera ſeruntur, quibus liberalis irrigatio neceſſaria eſt: idcircò Hieronym. optimè aſſecutus vim Græci verbi πρασιάζεσθαι, reddidit *ſicut areola præparata ad irrigationes aquarum*, non aliusquod ſciam auctor uſurpat id verbum. Excogitatum forſan eſt ab illis interpretibus, aut, quod aliis vocabulis contigit, periit poſtea uſus ejus. Nec omnino tamen male interpretari liceat, *ſitire*, quia femina in areolis ad excipiendam aquam paratis jacta, & ipſæmet areolæ ſecundum metaphoram, rectè dicuntur ſitire, quemadmodum Propheta noſter eadem figura dixit animam ſuam ſimilem *terræ ſine aqua* ad Deum eſſe, *d*, videlicet expetentem aquæ divinæ conſolationis beneficium. Miratur Trevetus, Hieronymum hic dum taxat receſſiſſe ab Hebraica veritate, quæ habet תערג כאיל *chraii al thahhorog*, *ſicut cervus*, aut, *cerva clamat*, glocitat, deſiderat. Idem auctor notationum biblicarum Græcarum monet, Hieronymum in cap. 1. e Joelis expreſſiſſe vim Hebraeæ phraſis, quæ ibi eſt, atque in hoc loco: *Sed & beſtiæ agri quaſi area ſitiens imbrem ſuſpexerunt ad te, quoniam exſiccati ſunt fontes aquarum*, &c. dum *aream* poſuit, & *ſitiendi* verbum vocabuli Hebræi תערג *thahhorog*, ſignificationem duplicem oſtendit, & eam quæ in præſenti loco poſita eſt à LXX. ἐπιποθεῖ, *deſiderat*, & ab ipſomet Hieronymo, *ſicut areola præparata*. Significat autem ערוגה *hharugah*, ſulcum ſive lineam & aream certis limeis, & ſulcis, circumſcriptam; quam olitores faciunt, quaſi dicas etiam ערובה *hharuchah*, ideſt, ordinata, ſed ערג *hharag*, ſonum vocemque ſignificat, quam cervus mittit, quod *glocitare* dicunt Latini. Nomen איל *aiil*, vel promiſcui generis eſt, *cervum*, & *cervam* comprehendens, ſicut גמל *gamal*, *cameli* nomen, fœminæ quoque tribuitur, vel quum verbum תערג *thahharog*, ſit generis fœminini, ſupplendum erit nomen (anima) quemadmodum clamabit ſeu clamat, glocitat, deſiderat anima cervi, &c. ſed non video, quo pacto Hieronymus omiſerit nomen cervi. Græcus articulus denotat fœminam, ἔλαφος. Symmachus, Euſebio teſte, ἱμείρεται dixit, ſicut & Apollinarius participio fœminino ἱμείρουσα, quæ vehementiam deſiderii cupiditatiſque denotant, ſicut & compoſitum ἐπιποθεῖ. Eidem Symmach. ſcholion tribuit dixiſſe ὡς σπεύδει *ſicut feſtinat*, deſiderium namque urget, ac feſtinationem & celeritatem efficit: viciſſim qui feſtinat, pervenire deſiderat. Euthymius ac Nicephorus, *deſiderare* pro feſtinare poſitum docent: ſed prior Aquilæ adſcribit *feſtinandi* verbum. Rurſum Apollinarius pro ἔλαφος protulit νεμᾶς, qui eſt *hinnulus cervi*, vel, caprea, vel dama. Paraphraſtes Chal. concordat penitus cum editione noſtra. Alia Pſalteria Latina, *ſicut cervus deſiderat*, &c. Cervi proprietates multæ ſunt, quas Hugo Card. aut Alenſis verſibus perſequitur comprehenſas, & ad quemlibet juſtum accommodat.

Clune natans portat, vocat Hydros, cornua mutat.
Corſenis oſſeſcit, ſalis, & ſitit, & juveneſcit,
Sylveſter, ſapidus, vivax, velox, ſine cuſpide.
Pes durus, ſalvuſque pilus, venatio fœtus,
Pugnat ob uxores, fuſa pinguedine ſqualleus.
Surdus demiſſis, bene rectis auribus audit.

De velocitate & partus difficultate dixi antea Pſalmo XVII. *f* & XXVIII. *g* ac in priore, majorem fœminæ velocitatem, ſeu celeritatem & agilitatem eſſe. Non omnes ad rem noſtram nunc faciunt, ut nec quæ Aiguanus demonſtrat de cervo pro prædicatione Evangelica, paupertate voluntaria, paſtorali eminentia, doctrinali ſapientia, fraternali amicitia, fidelitate Catholica. Indico fontes talia ſitientibus, alia ipſe ſitiens, & ſentiens. Ambroſius, Davidem ipſum deplorantem infirmitatem fragilitatis humanæ, ſed blandè, placidè, manſuetè, mitiore affectu, quod Job ait feciſſe majore cothurno, ut ſuperiorem, directum, vehementem, acrem, quaſi gravibus exaſperatum doloribus; affirmat ſimilem cervo, cujus mitis natura, ſed prætertim Chriſto, quem vocat Sapiens *h*, cervum amicitiæ, & pullum gratiarum, quia hominibus ſe mira ſimplicitate junxit, à quibus ei parabantur inſidiæ. Fertur enim, inquit, hujuſmodi cervorum eſſe ſimplicitas, ut quum ſe exagitari viderint, his ſeſe equitibus adjungant, qui miniſterio fraudis appoſiti, fugæ ſpecie ac ſimulatione ſocietatis inductos ad retia uſque deducant. Ita ergo Dominus, ſubdit, tamquam ignarus periculi atque improvidus, Judæis dolum ſibi ſtruentibus admiſcebatur, & ſocietatem Judæ proditoris ſibi aſcivit, cujus ſimulatione funeſta uſque ad Crucis laqueos & paſſionis retia pervenit. Idem præterea de Chriſto: Auguſtinus vero, Hieronymus *i*, Arnobius, Ruffinus, aliique Latini, & ex Græcis Didymus, Euſebius, Baſilius, Theodoretus, Heſychius, Chryſoſtomus, Epiphanius *k*, de quocumque juſto, myſticè ſeu figuratè, interpretantur, qui vitiorum ſerpentes conſumat, ſitiat autem vel baptiſmum adhuc catechumenus, vel fontes perennis beatitudinis. Meminerunt autem cervinæ hujus proprietatis phyſiologi omnes, ut Plinius, Ælianus, Solinus, Ariſtoteles *l*, etſi hic in genere in cauſſam reddat, cur fugiant ad aquas cervi æſtum ac anhelitum quum patiuntur. Sed quod attinet ad Judæos in captivitate Babylonica verſantes, acutè, Baſilius ac Theodoretus obſervant, innuere, ſe apud impios illos tamquam apud ſerpentes agere, illorumque veluti venenis infectos inardeſcere, in ſitim religionis divinæ, in ſua regione à qua exulabant, celebrandæ.

Tropologiam communem cuivis varios vitiorum ſerpentes interficienti, omnium exactiſſimè perſequitur Auguſtinus, præter ſummam pernicitatem, qua pollet in

a 2. *Cor.* 6. 11

b *Pſ.* 62. 2

c *l.* 3. *c.* 94.
l. 4. *c.* 155.

d *Pſ.* 141. 6.
e *verſ. ult.*

f *verſ.* 34.
g *verſ.* 8.

h *Prov.* 5. 19

Cervorum ſimplicitas.

i *Ep.* 26. *to.* 9

k *ad Phyſiologum c.* 5.

l 6. *de hiſtor animal. c.* 29

incurrendo cervus. Docet, in juſto non eſſe tarditatem, ſed impigrè currere, impigrè deſiderare inſiccabilem fontem vitæ, cum quo ſimul eſt lumen inobſcurabile *a*, conſumere ſerpentes iniquitatis, tuumque amplius deſiderare fontem veritatis. Meminit præterea, de alia cervi proprietate, ut unus onus capitis ponat ſuper alium, quando in agmine ſuo ambulant, vel natando, aliàs terrarum partes petunt, ita ut uno præcedente ſequantur, qui ſupra eum capita ponunt, & ſupra illos alii aliique, donec agmen finiatur: primus autem fatigatus redeat ad poſteriora, ut alius ei ſuccedat, qui portet, quod ille portabat, & hoc tropologicè illud eſſe quod præcipit Apoſtolus *, ut alter alterius onera portemus. Propoſito congruit, curſus ad fontes, vel refrigerationis cauſſa, vel extinguendæ ſitis, vel veneni purgandi, vel vetuſtatis defectum reparandi, quod ultimum Hugo Victorinus *b* adjungit, & Epiphanius *c*: ac Epiphanius quidem narrat, ſi trium horarum ſpatio, aqua ſe cervus, poſtquam ſerpente voravit, explere non poſſit, mori: ſin autem aquæ potus obtingat, ad annos denuo quinquaginta vivere. Addit tropologiam de triplici reſtauratione ſpirituali per baptiſmum, & pœnitentiam, nec non per ſcripturas divinas. Exponens ſusè Baſilius XXVIII. Pſalmum, potabiles *d* fontes ad quos recurrendum ſit, prima Theologiæ principia interpretatur, fortaſſe propter catechumenos, quibus antequam baptiſmali fonte laventur, inſtituendi ſunt. In Paſchæ & Pentecoſtes vigilia dum ſolemniter celebratur baptiſmus, recitatur hic Pſalmus, & Hieron. vel qui nomen ejus gerit alius ejuſdem operibus inſertus, totum de baptizatis declarat ante ac poſt baptiſmum. Thomas addit ideo quoq; recitari in exequiis mortuorum, quia convenit viris perfectis accedere ad fontem vitæ æternæ.

Ad fontes Aquarum.) Jam retuli Hieron. translationem *ad irrigationes aquarum*, ſed poſita ſimilitudine alia ex areola præparata, Hebr. vox אפיקי *aphike*, ſignificat *rivos*, decurſus, diviſiones aquarum, inundationes, flumina, copioſas aquas, torrentes; aqua fontana ſuavior, perenniter ac leniùs manans, cervis magis placet. Ruffinus, in plurali numero, notat ſignificari, quod non ſufficiat cervo de uno fonte potaſſe, ad plures currere: numerum pro numero arbitror eſſe, & cervum uno fonte aut flumine facilè contentum eſſe. Caſſiodorus *fontes aquarum* non ſimpliciter aquas nominatis ait, ut ad liquorem ſacræ ac indeficientis originis nobis recurrendum ſciremus, ut ſatiari deſiderium poſſit.

Hoc ſimilitudinis adaptatio contenta verbis ſequentibus, importat, ut ſcilicet unam anima ſitiat ac deſideret Deum: qui quia in perſonis trinus eſt, per fontes tres totidem divinas deſignari perſonas, Hieron. *e* putat. Nam pater, inquit, queritur *ſe fontem aquæ vivæ derelictum* *f*; Baruch *g*, *derelictum fontem ſapientiæ*, qui eſt filius; hic, de Spiritu S. dicit *h*, quod *qui biberit ex aqua* quam dederit ei, *fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam*. Hugo S. Victoris docet *i*, qui dona Dei propter Deum non amant, hos quaſi aquas, & non fontem, deſiderare. Summum bonum ideo plurali nomine *fontium* exprimi, quia licèt in ſe unum ſit, omnium tamen origo bonorum in ipſo continetur. Summa porro Chryſoſt. elegantia & pietate inculcat, ut identidem repetamus verba hæc & ſequentia: *Quemadmodum deſiderat cervus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus.* Vult in hac ſententia nos cogitare, obedientiam à nobis pacto convento promitti, & profiteri nos diligere Deum plus omnibus, & nihil ei præferre, ejuſq; amore ardere. Itaq; ineſcanti ac pellicienti impudicæ mulieri reſpondendum, non poſſe nos eam ſequi ob promiſſum, atq; eodem modo (pluribus enim verbis rem explicat, lectu digniſſimis) ſi ſe rerum externarum aliarum cupiditas offerat; hunc amorem nobis omnes divitias, theſaurum, gloriam, exiſtimationem, claritatem largiri poſſe, & qui obtineat, illum egere nulla re poſſe. Confirmat exemplo conquieſcentis in amore turpi, quamvis perpetiatur innumera; & Pauli, exultantis in tribulationibus *k*: Anima, inquit Auguſt. *l*, quam tangit amor Dei, nihil aliud poteſt cogitare, nihil deſiderare, ſed frequenter ſuſurrat, dicens: *ſicut cervus deſiderat ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus.* Baſilius *m* quoque ſcribit, Qui amore languet, ac vulneratus charitate eſt, intolerabilem in animo deſiderii aculeum defixum habere, quo inſtigatus clamet *n*, *ecce mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt, & quemadmodum deſiderat cervus*, &c. *o cupio diſſolvi*, &c. *p*. *Nunc dimittis ſervum tuum Domine*: Docet etiam *q*, hiſce verbis contineri concupiſcentiam vehementem complacendi Deo, & inſatiabilem, fixam & immutabilem. Hæc & his ſimilia Paulum verba ſub mortem uſurpaſſe, flagrantem deſiderio cœleſtis patriæ, teſtatur Hieron. *r*. Eodem anhelans Auguſt. *ſ* eadem profert intimis præcordiis, cujus & ille ſuaviſſimus hymnus *t*.

Ad perennis vitæ fontem
Mens ſitivit arida, &c.

Laurentius autem Juſtinianus *u* ait, ſpirituales viros hæc ſæpius ore verba promere, in ipſa ſui ſpiritus ebrietate ſuccenſos.

Quod editio noſtra *deſiderandi* exponit verbo, alii, ut ante dixi, *feſtinandi*, aut etiam *vociferandi*. Non debent inania & otioſa eſſe deſideria, imò nec ſi talia ſint, nomen merentur *deſideriorum*. Surgendum & properandum ſponſæ Dei *x*, ſicut pergebat Maria cum feſtinatione ad obſequium charitatis *y*, & ſponſus *exultigas* exultavit *ad currendam viam* *z*. Properandum invitatis *ad aquas*, & ad *argentum* *a*: feſtinandum *ingredi in illam requiem* *b*: ſic currendum, ut comprehendamus *c*: curſus conſummandus *d*, per *viam mandatorum Dei* *e*: cunctando ſic non reſtituitur res, ſed deſtituitur, & qui vagati ſunt annis 40. in deſerto Hebræi, ad promiſſam non pervenerunt terram ad quam potuerant brevi itinere. Odor vitæ bonus æternæ trahat nos *f*, ut curramus, non ſubſiſtamus donec comprehendamus, à quo & comprehenſi ſumus *g*: qui currit, nullum videt ex omnibus, etiamſi ingrediatur per prata, etiamſi per loca arida & aſpera, inquit *h* Chryſoſt. ſed in hoc ſolum eſt, ut currat. Abraham currit ad opus miſericordiæ, uxor feſtinat, puer accelerat *i*, *nullus piger eſt in dono ſapientis* ait *k* Origenes. *In omnibus operibus* (bonis nempe) veloces eſſe nos jubet Sapiens *l*, ne ulla infirmitas occurrat nobis, & *m*, ut *coram regibus* ſtemus, nec ſimus *ante ignobiles*. *Veloces* improborum *pedes ad effundendum ſanguinem* *n*, *ad malum currunt* *o*, convertuntur *ad curſum ſuum quaſi equus impetu vadens ad prælium* *p*. Sed ocyor in ſuo Chriſtus, de quo dixi, curſu, deſiderio deſiderans bibere calicem, & *baptiſmo battizari* pro *q* nobis, & impedientem aut remorantem acerbè increpans Petrum *r*, & quum nondum ſatur eſſet, in cruce vociferans, *ſitio* *ſ*, revera cervus aut cerva illa, cui Pſ. XXI. inſcriptus eſt, ut ſuo ibi loco vidimus, egregiè pugnans cum ſerpente, mortemq; ipſam abſorbens *in victoria* *t*. Maxima ſiti ardebat Paulus, quemadmodum priùs quoque indicavi, perveniendi ad fontem vitæ Chriſtum. Abſciſſo capite Pauli tres illico fontes extiterunt, ubi refectum ſubſiliit caput, indices profecto ardentis ſitis, & divini jam ab eo adepti fontis in æterna felicitate.

Ita deſiderat anima mea ad te Deus.) Hieron. apud Victorinum & Trevetum, *ſic anima mea præparata ad te Deus*, præparata ad excipiendas irrigationes aquarum, de quibus idem priore membro. Idem & hìc verbum Hebræum eſt, תערג *thahharog*, de quo ſatis dictum, ſicut & de aliis quæ ad ſententiæ intelligentiam requiri poſſunt: *Anima mea deſideravit te in nocte*, ait Iſaias *u*, & Jeremias *x*, *pars mea Dominus, dixit anima mea*, & rurſum noſter *y*: *Sitivit in te anima mea*, ubi ſubditur comparatio cum terra ſitiente aquam, ſicut & in alio Pſalmo *z*, *Anima noſtra ſicut terra ſine aqua tibi*. Hieron. *a* notat, deſiderium Domini non in carne eſſe, ſed in anima: quia *concupiſcit adverſus ſpiritum, & Spiritus adverſus carnem: hæc enim in vicem* *b* *ſibi adverſantur*.

Sitivit anima mea ad Deum fortem vivum.) Multo codices Latini & auctores quoque alii legerunt, *fontem* propter analogiam ſine dubio cum fontibus ad quos cervum deſiderare ante dictum eſt. Videtur ſic legiſſe hoc loco etiam Ambroſius, & illius lectionis Ruffinus meminit, ac Ludolphus. Eamdem præterea præ ſe fert is qui dici-

a *Pſ.35.10*

Cervorum proprietates.

b *Annot. in Pſ.* c.31
c *ad Phyſiologum.c.5*

d *Hom.1*

e *Epiſt.26 tom.9*
f *Jerem.2.13*
g *c.3.12*
h *Jo.4.14*
i *Anaſt. in Pſ.51*

Hujus verſiculi verborum crebra repetitioni imperata à Chryſoſt.

k *Rom.5.2 Coloſſ.1.11 Phil.1.18*
l *in manuali c.20*

m *Reg.2.ex ſuſ.*

n *Pſ.119.5*
o *Phil.1.23*
p *Luc 2.29*
q *Reg.127 ex brevi*
Verba à Paula ſub mortem uſurpata.
r *Epiſt.27*
ſ *Solil.c.38*
t *l.med.c.20*

u *in faſciculo amor.c.15*

x *Cant.2.10 13*
y *Luc 1.39*
z *Pſal.18.6*
a *Iſai.55.1*
b *Heb.4.11*
c *1.Cor.9.24*
d *2.Tim,4.7*
e *Pſ. 118. 32*

f *Cant. 1.4*
g *Phil.3.12*

h *hom.28.in Gen.hom. 3 in ep ad Heb.*
i *Gen.18.6.7*
k *Hom.4. in Geneſ.*
l *Eccl.32.27*
m *Prov. 22 20*
n *Pſ. 13 5*
o *Prov.1.16*
p *Jer.8.6*

q *Luc.10.50*
r *Mat.16.22*
ſ *Joan.19.28*

t *1.Cor.15.54*

Fontes exiſtentes ubi refectum Paul. ſubſiliit caput.

u *cap.28.9*
x *Thr.3.24*
y *Pſ.6 02*
z *Pſ. 142. 6*
a *in c.26. Iſ.*

b *Gal.5.17*

dicitur Hieronymus auctor Commentarii, & apud eumdem epiſtola 26. tomi noni, qui continet enarrationem hujus Pſalmi: Haimo, Thomas, Hugo Card. Hugo S. Victoris *a*, Iſidorus *b*, Bernardus, Ricardus Pompolitanus, Auguſtinus *c* in ſoliloquiis & alii plurimi latini; ex Græcis nullus *fontem* legit: nec enim qui in Cyrillo Alexandrino eſt quintus liber ſuper Joannem, in quo ſic legitur *d*. Cyrilli eſt, ſed Clictovæi, qui aliquot ſupplevit libros ejuſdem in Joannem. Monent Lyranus, Aiguanus, Dionyſius Carthuſianus, aliique, de errore, vel propter ſimilitudinem litterarum, vel ex imperitia correctorum, qui *fontem* poſuerint, quia præceſſerat, ut dixi, de fontibus mentio, ad quos cervi deſiderant. Correctus error eſt juxta fidem Hebræi Græcique textus לאלהים לאלחי *lelochim leel chai*, &, πρὸς τὸν θεὸν τὸν ἰσχυρὸν τὸν ζῶντα. In Pſalterio Romano, Ambroſiano, Æthiopico, Arabico, & apud Auguſtinum, Caſſiodorum, Ambroſium *e*, Hieronymum *f*, Gaudentium Brixienſem *g*, Hilarium *h*, legitur, *ad Deum*, aut *Dominum vivum* vel *viventem*. Idem Hieroymus non tantùm in ſua verſione, ſed alibi *i* quoque legit *ad Deum fortem vivum*. Ita etiam Remigius, Beda, Lyranus quem dixi, & Bruno ac Dionyſius Carthuſianus, multique codices Latini. Græci Patres ſequuntur editionem LXX. Euſebius, Cyrillus, Chryſoſtomus, Apollinarius, omittunt epitheton τὸν ἰσχυρὸν, ponentes dumtaxat *Deum vivum*.

Ζωὸν ἐμὸν δ' ἤμπτε καταρῶξαι θεὸν ἦτορ.
Vivum meum ſitivit deglutire Deum cor.

Utrumque eſt nomen Dei אלהים *Elohim*, & אל *El*, ſed hoc ſecundum exponere ſolet Aquila ἰσχυρον, *fortem*, quamvis in editione LXX correcta, non ſit hoc nomen. Atqui utrumque agnoſcunt Baſilius, Theodoretus, Nicephorus, Euthymius, Heſychius, Damaſcenus *k*, Nyſſenus *l*, rurſuſque Apollinarius in Commentario. Nec ſuſpicor facile non LXX. ſic vertiſſe, quod ſuſpicatur Agellius, ſed quum vertiſſent πρὸς τὸν θεὸν, θεὸν ζῶντα, imperitum librarium potuiſſe iterum τὸν pro θεὸν quod eſt ſecundo loco: quamquam verum eſt, teſte etiam Hieronymo *m*, utrumque illud nomen Hebræum reddi à LXX. per θεὸν: ſecundum, ſcilicet אל *el*, ab Aquila per ἰσχυρὸν, hoc eſt, *fortem*. Ricardus Cenomanus piè certè ac diligenter nititur excuſare lectionem, in qua eſt *fontem*, & inter alia dicit vel de induſtria additum à Latinis, vel pro אל *el*, olim fuiſſe אד *ed*, præciſo vertice litteræ (ל) quæ vox *fontem* ſignificat. Laudo ſtudium, nunc ut dixi *fortem* jubemur legere. Addit Chaldæus attributum permanentis וקיים לאלהא תקיפא חוא *lelaha thakkipha chaiia vekaiiama*.

Omiſſis nunc rationibus ob quas Deo convenit, ut appelletur *fons*, quia *fontem* legere non debemus, ſed *fortem*, quamvis in *ſitiendi* verbo ſatis includatur *fontis* notio (ponderat autem Chryſoſtomus in ſiti ardorem amoris cum perpetuitate) & tùm paullo ante tùm Pſalmo XXX. *n* ubi dicitur apud Deum eſſe *fons vitæ*, de hoc egimus, legique poſſunt præter eos qui hic fontem legunt, etiam Bernardus *o*: de cauſſis agendum cur appelletur *Deus fortis & vivus*. Omnes ferè Græci Patres idcirco *fortem* ac *vivum* Deum hic nominari volunt ab Hebræis in captivitate Babylonica degentibus, quos in iſto Pſalmo loquentes faciunt, ut ſtatuant diſcrimen ab infirmis, immobilibus, mortuis Babyloniorum Diis. Id Hieronymus, Remigius, alii in genere dictum aſſerunt adverſùs cuncta ſimulacra. De *vivi* ac *viventis* epitheto dixi Pſal. XVII. *p* legatur diſputatio Danielis *q* cum rege Babylonis, qua demonſtrant, non Bel, ſed quem colebat ipſe, ſolum eſſe viventem Deum. Nabuchodonoſor etiam ejuſdem gentis rex poſtquam ſuppliciis mactatus reſipuit, *Altiſſimo benedixit, & viventem in ſempiternum laudavit & glorificavit* r. Denique Chriſtus, *Sicut* ſ *miſit me*, ait, *vivens Pater, & ego vivo propter Patrem* t: it. *quia ego vivo, & vos vivetis*. Ruffinus fortitudinem refert ad incorruptilitatem; vitam ad immortalitatem. Remigius, Beda, Bruno, Apollinarius, *fortem* vocari dicunt à Propheta, quod omnem ab eo fortitudinem ſuam eſſe profiteatur ad extinguendos ſerpentes iniquitatis ſuorum, ita ut nullus prævalere poſſit: *vivum*, per quem ſibi & ſuis eſſet verè vita. Heſychius *fortem* Chriſtum in Cruce, *vivum* in reſurrectione. Chryſoſtomus, *vivum*, ut præcidat aliarum amorem rerum, quæ non manent vivuntve perpetuo, ſed diffluunt; prætereunt umbra vaniores, ſomno fallaciores, citiùs quam verni flores corrumpuntur & intereunt. Alia nos relinquunt ſimul cum vita præſenti, alia etiam ante diſſolvuntur, incerta eorum poſſeſſio, inſtabilius uſus & fruitio, velox mutatio. Deus vivit manetque nullam mutationem aut converſionem ſuſcipiens. Exardeſcit contra tales propria ipſorum ſitis *u*: maximè contra avaros hydropicis ſimiles: curavit proinde ante Phariſæi domum, quæ ſecta dedita erat avaritiæ *x*, hydropicum *y*, ut per alterius ægritudinem corporis, ait Gregorius *z*, in altero exprimeretur ægritudo cordis. Non licuit in ardentiſſima ſiti diviti illi vel gutta aquæ linguam refrigerare *a*, qui ſe ſe hìc ſtagnantibus, fœtidis, turbidis *b*, mortuis aquis repleverat: & cujus anima calida quaſi ignis ardens non eſt extincta, donec aliquid deglutiret *c*, aut donec deglutiretur, ſicut Græcum verbum præ ſe fert ἕως ἂν κατα-ποθῇ, ideſt, *donec morte conſumeretur*. Subtiliter obſervat Iſidorus, aut alius in fine operis de conflictu vitiorum, & virtutum, quod ad æternam felicitatem David multis ſæculi divitiis conſtipatus anhelabat, quum diceret *d*. *Quid* enim *mihi eſt in cœlo, & à te* (præter te) *quid volui ſuper terram?* multis regalibus dapibus abundans dicebat *e*, *Satiabor dum manifeſtabitur gloria tua: ſitivit anima mea ad Deum fortem vivum: quando veniam, & apparebo ante faciem Dei?* rurſumque *f*, *heu me, quia incolatus meus prolungatus eſt*. Conſule Bernardum *g* de fonte miſericordiæ ad diluendas culpas, aquas remiſſionis; de fonte ſapientiæ ad potandum, aquas diſcretionis, de fonte gratiæ ad irrigandas plantas bonorum operum, aquas devotionis; ad decoquendos veluti cibos affectionum, aquas ferventis æmulationis; de fonte Charitatis, de fonte vitæ ad perfruendum beatitudine; quatuor reſpondere vulneribus manuum & pedum Chriſti; quintum vulneri jam mortui docet. Euthymius ac Nicephorus annotant, quoſdam ex hoc verſiculo ſumptum dicere hymnum illum, quem Græci τρισάγιον vocent quo laudatur Deus, dicendo, ἅγιος ὁθεὸς, *Sanctus Deus*, ἅγιος ἰσχυρὸς, *Sanctus fortis*, ἅγιος ἀθάνατος, *Sanctus immortalis*, ζῶν in ἀθάνατος: quoniam qui per ſe vivus ac ſemper vivens eſt, eſt immortalis. Nicephorum *h* Calixti forſan intelligunt; & Damaſcenum, qui in epiſtola de triſagio idem colligit ex hoc loco, ut & Nicetas *i* Choniata. Quum dixit David, inquit Damaſcenus, *deſiderat anima mea ad te Deus*, unam divinitatem indicavit: quum autem mox ſubjecit, *ſitivit anima mea ad Deum fortem vivum* perſonarum Trinitatem demonſtravit. Docet porrò, ſanctum Deum Patri attribui, ex quo Deus Filius & Deus Spiritus ſanctus; ſanctum fortem Filium dici, quia eſt ſubſiſtens Dei virtus: ſanctum immortalem Spiritum ſanctum quia vivificat, ut Paulus *k* loquitur: quod uſurpant etiam Patres Concilii Niceni in ſymbolo, & alicubi Hieronymus *l* præſentem locum de Spiritu ſancto exponit. Quemadmodum & Ambroſius *m* de ubertate divinæ cognitionis: *aqua* enim *ſapientiæ ſalutaris* potamur à Deo *n*. Beati qui ſitim iſtam eſuriemve ſentiunt, ſed *eſuriendo* ac *ſitiendo juſtitiam o*; quæ ſola via eſt perveniendi ad gloriam ſatiantem *p*, & ut hìc ſubditur, apparendi ante faciem Dei. Quin etiam, ut Nyſſenus *q* docet, eſurit ſititque juſtitiam, qui Chriſtum, quoniam *ipſe factus eſt nobis juſtitia à Deo* r, panis de cœlo deſcendens *ſ*, aqua vivens: nec aliam Davidis noſtri ſitim fuiſſe hoc loco; qui præterea has magnificans Domini doctrinas de beatitudinibus jam ante edoctus, expletionem quoque ejuſmodi appetitus ſibi prædixerit illis verbis *t*: *Ego autem in juſtitia apparebo conſpectui tuo, ſatiabor quum apparuerit gloria tua*. Sed ipſamet juſtitiæ virtus noſtræ dum vivimus, ſedare aliquo pacto ſitim & famem debet, ut cibum operemur *non pereuntem* u, qui non egeritur ſicut materialis, ut acutè idem Nyſſenus monet, ſed altiores efficit ſemper, donec ad æternam perducat vitam, ubi tamen, quia nullum faſtidium edentes adhuc eſuriunt, bibentes ſitiunt *x*. Deducit ibi agnus regens beatos *ad fontes aquarum y*, ideſt, ad omne boni genus, & *ſitientibus dat de fonte aquæ vivæ*, hoc eſt, de ipſo ſummo bono, *gratis z*, utpote quum non ſint *condignæ* ad illam *paſſiones*. Sed *a*, hic interim clamans invitat, *Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat* b, ut ſcilicet hoc præguſtu divinæ gratiæ, avidè procuret plenum guſtum,

a annot. in Pſ. cap. 51.
b de conflictu vitior. & virtut. c. ult.
c Serm 1. de nativ. Dom.
d cap. 35.
e cap. 10.
f li. de Iſaac cap. 1.
g in c. 55. Iſ.
h tract. 1. in Exod.
i in Pſ. 62.
k in c. 26. Iſ. & epiſt. de triſagio.
l de beatit. in id, Beati qui eſuriunt &c.
m Epiſt. 136.
n verſ. 10.
o ſerm. 1. de nativ. Dom.
p verſ. 47.
q c. 14. & ſeq.
r cap. 4. 31.
ſ Joan. 6. 57.
t Joan. 6. 35.
u Pſ. 16. 15.
x Job. 18. 9.
y Luc 16. 14
z cap. 14. 2.
a 14. Mor. c. 5
b Luc. 16. 24
c Jer. 2. 13.
d Eccl. 33. 2.
e Pſ. 72. 25.
f Pſ. 16. 25.
g Pſ. 119. 5.
h ſerm. 1. de nativ. Dom. Hymnus ex hoc verſiculo ſumptus exiſtimatus
i 18. bibl. c. 51.
k 2. Theſſ. c. 2.
l 2. Cor. 3. 6.
m in c. 35 Iſ.
n de Iſ. c. 1.
o Eccl. 15. 3.
p Mat. 5. 6.
q Pſ. 16. 25.
r de beat. in id, Beati qui eſuriunt, &c.
ſ 1 Cor. 1. 30.
t Joan. 6 35.
u Pſ. 16. 15.
x Joan. 6. 27
y Eccl. 24. 20
z Apoc. 7. 17
a Apoc. 21. 6
b Rom. 8. 18
Joan. 7. 37.

a *Joan* 4. 13 stum, *nec sitiat in æternum* a. Sitio in peregrinatione, ait hoc loco Augustinus, sitio in cursu, satiabor in adventu. Ibi nimirum in beato fiet *fons aquæ salientis in vitam æternam*; sed & præsentis temporis gratia, perennis fons est: quia suapte natura non perit, sed manet semper, nisi pellatur peccato. Ignavi sunt ineptique milites, qui toto corpore fluxarum harum aquas rerum hauriunt, & bibunt b, sola manu modicè in os instillandæ sunt, *torrens voluptatis* c, reservatur futuræ vitæ, ubi intrabitur *in gaudium Domini* d, ipsemetque fons intra beatum erit. *Aquæ* justi *fideles* e; quod pollicentur, exhibent: mendaces, *quæ plus potæ plus sitiuntur aquæ* f, cum ardore & molestia: vel sero aç tandem infelices, qui se aquis ejusmodi frustra implent, illud usurpabunt invitig: *Quare factus est dolor meus perpetuus, & plaga mea desperabilis renuit curari? facta est mihi quasi mendacium aquarum infidelium.* Verum de aquis mysticis egi præterea locis aliquot superiùs, Ps. I. XXII. XXXV. sitiebat David, ut initio dixi, interesse loco sacro, quemadmodum concupiscebat, & deficiebant *in atria Domini* h, perinde ac *in terra deserta, invia, inaquosa* i degens ardescit aquæ desiderio. Christiano licet os ad vas ipsum admovere, ubi latet divinus latex, aut se præsenti præsentem exhibere. Sitis aut fames, dum vas aquæ vel cibum tenere manu datur, conquiescit aliquantisper. Pignus futuræ gloriæ Eucharistia est, certus es si manducaveris biberisve, te in æternum victurum k, nisi per te ipsum stet.

b *Judic.* 7. 5
c *Ps.* 35. 9
d *Matt.* 25. 21
e *Isa.* 33. 16
f *Ovid. 1 fast.*
g *Jer.* 15. 18
h *Ps.* 83. 3
i *Ps.* 62. 2
k *Joan.* 6. 51

Quando veniam & apparebo ante faciem Dei?) Hieronymus, *quando veniam & videbo faciem Dei?* vel apud Trevetum, *& apparebo ante faciem tuam?* verbum Hebræum אראה *eraeh*, in voce passiva significat, *videbor, conspiciar* activum אראה *ereh*, est *videre*. Potuit poni tertia persona pro secunda, *quando apparebo ante faciem Dei?* pro quando apparebo ante faciem tuam, vel, videbo faciem tuam? Itelligit in templo, ubi arca, super quam solebat Deus apparere, ut exponunt Euthymius, & Nicephorus, Chrysostomus *l*. Sed longiùs quoque altiùsque protulisse desiderium videtur, ad visionem claram Dei in beatitudine. Paraphrastes, *quando ingrediar*, vel *ascendam, & respiciam splendore majestatis Domini? Apparere ante faciem Dei*, est vicissim apparere ipsam faciem & gloriam Dei, ut videatur, juxta illud *m*: *Satiabor quum apparuerit gloria tua.* De visione Didymus exponit, passimque fere alii, & Gaudentius *n* Brixiensis. Apollinarius ita expressit.

l *in Ps.* 121
Apparere ante faciem Dei.
m *Ps.* 16. 15
n *Tract.* 1. *in Exodum.*

Τίς χρόνος σὺν ἀναυσανδ ἀθεὸν βροτὸς ὄμμασι λάμψει ὅσσους;
Quod tempus, quando palam Deum mortalis videbo oculis?

Cyrillus, & Athanasius, exponit de votis Hebræorum sub finem mundi, quando cupient converti, & faciem Dei Patris videre, hoc est, Christo credere, à quo nunc aversi sunt, & ille vicissim aversus ab ipsis. Hesychius de catechumeni cujusvis desiderio, ut per baptismi lavacrum purgatus coram Deo possit assistere. Eusebius rectè monet, eos dumtaxat hisce vocibus uti posse, qui omnino ab omni reprehensione & macula & omni angore conscientiæ purgati sunt; qui vero propter peccatum sordescat, fugere faciem Dei, ac supplicem precari, ut avertat Deus faciem à peccatis ipsius *o*. Huc facit Augustini quodam loco similitudo adulteræ, viri reditum horrentis: uxoris castæ, absentiam illius ægerrimè ferentis. In his præterea Chrysostomus verbis observat ardentem & inflammatum Davidem, qui tametsi sciret se quum hinc recessisset visurum Deum, at non ante mortem Christi, ne expectet quidem dilationem, non patiatur moram, sed hìc nobis spiritum ostendat Apostolicum, ejus nempe, qui ingemiscebat quoque propter diuturnitatem hujus peregrinationis *p*. Id verò in illo laudabiliùs censendum, quod non privatus aliquis humilisque, & abjectus, & vivens in paupertate, sed rex tantis fruens deliciis, tantæ gloriæ particeps, innumerabiles victorias consecutus omni ex parte clarus, insignis, illustris, hæc omnia irrideat, divitias, gloriam, delicias; ad futuram autem vitam aspiret ac inhiet tamquam magni & excelsi animi, tamquam anima studio Sapientiæ detenta, & cœlesti amore verè capta. Tali exemplo idem Pater magnopere alios urget, atque majorem in modum tractatos hactenus versus commendat, dicens, intellectu facillimos maximam parere consolationem, sufficere ad omnem cuivis introducendam Philosophiam *q*. Alibi quoque scribit Davidem hæc proferentem verba, dilationem non toleràsse, sed quum hinc arderet migrare, concupitum cernere Christum festinavisse calumnias, viduitates, orbitates, ærumnas, pœnas, lapsus cogitantem, hisque absolvi cupientem, dixisse, *quod veniam & apparebo ante faciem Dei*, ut abeam ubi pax, lætitia, charitas, longanimitas, claritas sanctorum, omnia sine sollicitudine bona, quæ sermo nullus exprimere potest? Ceterum satis ambigo, an ullus ex veteri testamento migrationem ex hac vita expetierit per se ut frueretur Deo. Nam qui optasse mortem leguntur *r*, Job, Elias, *s*, Jeremias, David *t*, tædio quodam præsentis vitæ calamitatum, vel periculorum, occasionum peccandi, feciisse, id videntur; sed & hi, quique in rebus divinis versati magis erant, ignorare non poterant fruitionem Dei, ante adventum Christi, mortemque nulli contingere posse. In antiquis quoque scripturis vix aut perobscurè de regno cœlorum, cælestique beatitudine promissa continebantur, sed fere de bonis præsentis vitæ. Præterea censeri potest David non defleviisse in hac vita moram suam, sed exilium, & absentiam à patria locoque sacro, ubi colere Deum religiosiùs posset. Proprium magis novi Testamenti desiderium vitæ futuræ, utque præsentis longior ac molestior mora & peregrinatio videatur, quia præter communes illas omni hominum generi in omni lege caussas, tum naturæ, tum scriptæ, illa extimulat, quod post obitam ab auctore vitæ mortem, mors perpessa, facilior, & propter patefactum in beatitudinis domicilium ejusdem morte aditum optatior, ita ut jam *mori* sit *lucrum* u, quod priùs quodammodo sola erat à multis cessatio, & vacatio, quum omnino certa persuasione adipiscendæ quandoque felicitatis. Hinc etiam factum ut plerumque brevioris homines ævi, post Christi adventum fuerint, & pro Christo innumerabiles vitam posuerint (quod pro sua priùs religione admodum pauci) aut vitæ sibi, tot se modis piè macerando, mactandoque, terminum diù ante præciderint; quod ipsum ab aliis non nisi paucissimis factum meminimus. Lege, quæ dixi ad verba Psalmi XXVI. *x Tibi dixit cor meum, requisivit te facies mea: faciem tuam requiram.*

q *Hom.* 22 *ad popul.*
r *cap.* 3. 11
s 3. *Reg.* 19. 4
t *Ps.* 119. 5
u *Phil.* 1. 21
x *vers.* 8.

Vers. 4.) Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte: dum dicitur mihi quotidie: Ubi est Deus tuus?

AMbrosius, Augustinus, Psalterium Romanum in singulari, *panis*. Hebraicè etiam & Græcè. Symmachus, ὡς ἄρτυς συντάξεως μου, *sicut panis constitutionis*, idest, *demensi mei*. Exprobratio molestissima, sicut & in humanis nihil acerbiùs frustrata spe, falsaque & fallaci amicorum fiducia. Solatur Paulus *y* & laudat eos, qui opprobriis & tribulationibus spectaculum facti essent: magna enim est res opprobrium, inquit Chrysostomus *z*, & sufficiens ad pervertendam animam, & ad rationi offundendas tenebras: quoniam enim inanis gloriæ amore laborat genus humanum, propterea etiam ab hoc capitur. *Ubi est Deus Eliæ etiam nunc?* non exauditus dicebat Eliæus *a*. *Ubi est*, inquit Rabsaces, insultans Hebræis, *Deus Emath, & Arphad? Ubi est Deus Sepharuaim, Ana & Ava? numquid liberaverunt Samariam de manu mea? Quinam illi sunt in universis diis terrarum, qui eruerunt regionem suam de manu mea, ut possit eruere Dominus Jerusalem de manu b mea?* parentes & cognati Tobiæ, *ubi est spes tua* c? Eamdem inimicorum insultationem repetit aliis in Psalmis *d* David. *Quare dicunt in populis*, ajunt plorantes sacerdotes apud Joel *e*, *ubi est Deus eorum?* Inducit Isaias *f* populum vociferantem. *Ubi est, qui eduxit eos de mari cum pastoribus gregis sui? ubi est qui posuit in medio ejus Spiritum sancti sui*, &c. *attende de cœlo, & vide de habitaculo sancto tuo, & gloria tua. Ubi est zelus tuus, & fortitudo tua, multitudo viscerum tuorum & miserationum tuarum? super me continuerunt se.* Sed apud Micheam *g* fiducia plenus,

y *Heb.* 10. 33
z *Ib. hom.* 22
a 4. *Reg.* 1. 14
b 4. *Reg.* 18. 34. *Isa.* 19. 19.
c *Tob.* 2. 15.
d *Ps.* 78. 10.
Ps. 113. 2. *juxta divis. Heb.*
e *cap.* 2. 17.
f *cap.* 63. 11. 12. 13 14. 15.
g *cap.* 7. 8.

o *Ps.* 50. 11
Chrysostomi observatio hoc loco.
p 2. *Cor.* 12

nus, ac re gerens in exprobratores ſuos populus expro-
bramenta: *ne lateris*, inquit, *inimica mea ſuper me, quia
cecidi*, &c. *& aſpiciet inimica mea, & operietur confuſio-
ne, quæ dicit ad me, Ubi eſt Dominus Deus tuus?* Putat
Euſebius ad litteram non Babylonios captivis Hebræis
iſta tam aſſiduè opprobaſſe, ſed ex Hebræis infideles hu-
juſmodi voces impias jactaſſe, in Prophetas, & alios re-
ligioſiores, tamquam qui Deum fruſtra colerent, &
vanas de Deo ſpes proponerens. Illic *ſuper flumina Ba-*
a Pſ.139.1. *bylonis* ſedentes flebant, dum recordarentur Sion *a*. A-
thei non quærunt ubi ſit Deus, aut quia non videtur
oculis corporis, omnino negant eſſe: aut quia provi-
dentiæ rationes non aſſequuntur. Quo pacto abſente
Moſe abeſſe Deum putantes Hebræi, deos ſibi fece-
b Exo.32.4. runt *b*. Irridebat Elias Sacerdotes Baal fruſtra invocan-
tes deos ſuos, quaſi longiùs abeſſent in diverſorio, aut
c 3. Reg.18. 27. 28. in itinere, aut dormirent *c*. Myſtico ſenſu tribuuntur
lacrymæ à Patribus his qui ſine Deo aliquando ante ba-
ptiſmum, baptiſmum expetunt, flebiliter, & de die
inter ſecunda, & de nocte inter adverſa, nec non pœ-
nitentibus, qui amiſerunt Deum ſuum, & ad eumdem pœ- B
nitendo redeunt, nec neceſſarium quodammodo corpo-
ris victum præ mœrore ac ſollicitudine ſumunt: ſed ſe
ſuiſmet lacrymis veluti paſcunt. Hieronymi nomine
inſignitus auctor Epiſtolæ 25. Tom. 9. Quadrageſimæ
ſpectat dies per quos vacant pœnitentes orationi atque
jejunio, in ſacco & cinere dormiunt, futuram vitam
peccatorum ſuorum confeſſione quærentes. Beda Chri-
ſto hæc applicat, noſtras in ſe lacrymas, & miſerias
ſuſcipienti, ſummoque deſiderio nos ad Patrem reduce-
re cupienti. Convenit id etiam quarto juſtis ad conſpe-
ctum Dei ſuſpirantibus, neque ullam in rerum harum
guſtu voluptatem percipientibus, dum ſe conſiderant à
d lib. 5. in cant. fruitione ſummi boni longiùs abeſſe. Rupertus *d* hoc
egregiè B. Mariæ dum hìc adhuc viveret, accommo-
dat, quaſi audiret ſibi quotidie dici, *Ubi eſt Deus tuus,
filius tuus*.

Lacrymæ *panes* talibus dicuntur, vel quia non libet
iis oblectare ſe in aliis rebus: vel quia delectant illos
e Pſ.103.15. ipſæ, ſuntque cibi loco, & confirmant cor eorum *e* in
ſpe, non curant opprobria & quaſcumque tribulatio- C
f 2. Cor. 12. 12. nes, ſed placent ſibi in illis *f*, & unum cibum appetunt,
g Job 4. 34. 11. cap. 12. 8. ut faciant voluntatem Dei *g*, & quo minus id aſſequun-
tur, lacrymis quodammodo damnum compenſant.
Mittit panem ſuum ante faciem aquæ, ut Eccleſiaſtes
h, ita legens Ambroſius interpretatur, qui ſic plorat,
quia ubi panis cœleſtis iſte, ſibi aquæ gratiæ; & panis
ibi vivus, ubi aqua lacrymarum & fletus eſt pœniten-
tiæ. Sitienti fontem vitæ, ac fortem vivum, la-
crymæ non potus, qui avidus appeti ſolet, ſed ſunt ci-
bus. Manducando lacrymas plus ſine dubio, inquit
valde ſubtiliter Auguſtinus, ſitit ad fontes: videlicet
ſiccus panis aridulque arentem adauget ſitim, non mi-
tigat. Subdit egregiam de Deo inviſibili ac immutabi-
li quærendo per opera ipſius viſibilia, & per cogni-
tionem quoque animi noſtri inviſibilis, ſed mutabilis, di-
greſſionem adverſus paganum qui lapidem oſtendit,
aut quid ſimile, interrogatus *eſt Deus tuus*. Tranſcrip-
ſit hæc ad verbum is, qui nominatur Ruffinus, & id-
circo abſque dubitatione non Ruffinus Aquileienſis, ut
aliàs quoque monui.

Porro ne quæ de lacrymis alias dixi repetam, vel D
omnia quoque afferam, quæ dici poſſent, illud notan-
dum cenſeo cur *panes* dicantur. Attigit citatus cauſſam
Ambroſius unam, quia confirmant cor: qui enim lu-
i Matt.5.5. gent propter Deum certi ſunt ſe conſolandos *i*. Thomas
refectionis rationem in eo docet eſſe, quod cuique de-
lectabilis eſt actio ſibi conveniens, ac proinde triſtitiæ
lacrymatio. Præterea quia ſicut per panem ſuſtentantur vires: ita per lacrymas confirmamur in bono. De-
nique quoniam quando calor evaporat extra minuitur,
ut idcirco lacrymæ reficere cenſeantur. Vim poſtremæ
rationis non aſſequor, quia potiùs lacrymæ dum effluunt, copioſiùs ex mœrore, quum calidæ ſint, calorem
exhauriunt. Niſi dicas in modico exaporato calore,
qui protrudit lacrymas, meliùs non habere, ac veluti
k 4. confeſſ. c.5.6. refici, recreari, ſerenari, ut aliàs etiam docui *k*. Au-
guſtinus, fletum dulcem ſibi ſcribit fuiſſe, & in preci-
bus ideo dulce eſſe, ac ſuave gemere, flere, ſuſpirare,
conqueri, quia deſiderium perveniendi ad Deum ſpem-
que generat. *Cibare* dicitur Deus *pane vitæ & intellectus*

A *l: vexatio verò dat intellectum* m. Cinerem tamquam
panem noſter item vates *n* manducaſſe ſe teſtatur, &
potum cum fletu miſcuiſſe: beatos prædicat, qui man-
ducent *labores manuum ſuarum* o, & panem doloris *p*,
quia labores ſunt cum gaudio, & ſunt *ſpe gaudentes*,
qui ſunt *in tribulatione patientis* q, his autem concedit
fructu laborum ac dolorum potiri is, qui ſeipſum pa-
nem beatificum præbens, abſterget omnem lacrymam
r. Luctu ſuo anima paſcitur, inquit Gregorius *ſ*, quum
ad ſuperna gaudia flendo ſublevatur, & intus quidem
doloris ſuis gemitum tolerat, ſed eo refectionis pabu-
lum percipit, quovis amoris lacrymas emittit. Convi-
vantes Chriſto in menſa Phariſæi, Magdalena ſe ſuis
lacrymis reficiebat *t*, ſimulque Chriſtum ipſum, cui
illæ ſuaviores, quàm eſcæ appoſitæ. Innuit illud Am-
broſius *u* de Magdalenam lacrymis reficientibus. Im-
proborum *panis in utero vertitur in fel aſpidum intrinſe-
cus* x. Acuit ſitim guſtus amaræ rei: qua ratione Chri-
ſtus myrrhato ac felleo liquore guſtato *ſitire* ſe dixit *y*.
Sic dum veſcimur pane doloris, & potamur vino com-
punctionis, inardeſcimus in ſitim bonorum æternorum.
Quotidiana juſtis alimonia iſta die ac nocte, in prandio
& cœna, in vita & morte, in proſperis & adverſis,
ſemper & aſſiduè, ut numquam deponat de Deo ſuo
cogitationem: ſed *irriguo ſuperiore ac inferiore* * jugiter
agrum animæ irriget: Lacrymæ die ac nocte mitti ſem-
per non poſſunt: nec plorare poterat die ac nocte Jere-
mias, licèt id ſe facturum diceret *z*. Sicut nec legem
quis valet meditari *die ac nocte* a. Denotant hæc ſedu-
lum ſtudium quantum poteſt eſſe, quemadmodum &
quum ſemper orare præcipimur. Quamquam hoc loco
non abſolutè continuus iſte fletus aſſeritur, ſed dum
diceretur Davidi, *Ubi eſt Deus tuus?* Ad litteram ve-
ro ſignificatur tam aſſiduas lacrymas fuiſſe, quam eſt
panis cibus quotidianus: aut quia cibum ſine illis non
ſumebat: aut quia cibi deſiderium cogitationemque
tollebant. Sponſi oculi *ſicut piſcinæ in Heſebon* b. Anna
lacrymis orationum ſuarum tamdiu madefecit aridita-
tem corporis ſui & naturæ quamdiu fuerat longo vitæ
tempore negata poſteritas inquit Chryſologus *c*. Rudis
Anabatiſtarum ejulantium in Belgio ſuperiori ſecta,
teſte Staphylo, cenſuit nihil eſſe devotionis, quod pe-
rinde gratum ſit Deo; atque lacrymari, & ejulare per-
petim. Familiares Davidi noſtro lacrymæ: per ſingu-
las noctes lavabat lectum, & rigabat lacrymis ſtratum
d, petebat auribus Dei percipi lacrymas ſuas *e*, poſitas
eas dicebat à Deo in conſpectu ſuo *f*, potandum ſe in
lacrymis & cibandum pane lacrymarum *g*. (Unde ſe-
quitur non adeo neceſſariam vim illam eſſe, de qua
prius, ut *panis* dicantur lacrymæ, ſeu cibus non potus)
invitabat ad plorandum coram Domino *h*. Sed & me-
minit oculos à lacrymis aliquando liberandos *i*, & meſ-
ſuros *in exultatione*, qui ſeminaverint *in lacrymis k*.
Deflevit Abnet *l*, Amnonem *m*, Abſalonem *n* inter-
fectos, defectionem Abſalonis *o*, Siceleg expugnatam,
uxoreſque captas *p*, infirmum filiolum *q*: ſed peccata
ſua longè magis. Ait enim exitus aquarum deduxiſſe
oculos ſuos, quia non cuſtodierunt legem Dei *r*, & præ
deſiderio conſolationis divinæ defeciſſe oculos, dicen-
tes Deo *quando conſolaberis* ſ. Celebratur Heracliti ad
omnem hominum occurſum fletus, quod doleret nihil
ſani eſſe in vita, nihil non caducum, fluxum, decep-
tibile. Exemplis aliis parco ſacris, profanis. Certè ſa-
piens ac verum Proverbium,

l 1. Eccl.15.3.
m Iſa.28.10
n Pſ.101.10
o Pſ.127.2.
p Pſ.126.2.
q Rom.12.12
r Apoc.21.4
ſ 5.Mor.c.7.
t Luc.7.38.
u Ibid.
x Job.20.14.
y Jer.29.28
* Joſ.15.19. Judic.1.15.
z Jerem.9.1.
a Pſ.c.2.
b Cant.7.4.
c Serm. 73.
d Pſ. 6.7.
e Pſ. 38.13.
f Pſ.55.9.
g Pſ.79.6.
h Pſal.94.6.
i Pſ.114.8.
k Pſ.125.5.
l 2.Reg.3.31
m c.13.36.
n c.18.31.
o c.15.23.
p 1. Reg.20. 41.
q 2.Reg.12. 21.
r Pſ.118.136
ſ Pſ.118.82.
Heracliti lacryma.

Ἀγαθοὶ δ' ἀριδάκρυες ἄνδρες.

Boni autem valde flebiles viri.

Quidnam; dic oro, inquit Chryſoſtomus *t* de Davide
ſcribens, oculis ſuis formoſius, perpetuo lacrymarum
imbre, & quaſi margaritarum decore ornatis? Maca-
rius *t* multa ex dictis teſtimonia congerens de laude ſan-
ctarum lacrymarum, quæ verè, ut ipſe ait, ex ſumma con-
tritione & anguſtia cordis (quemadmodum nempe na-
turales & materiales ex compreſſione quadam cerebri)
effunduntur, per agnitionem veritatis, cum ardore viſce-
rum (calor namque ciet efficietque lacrymas, quod ea-
rum teſtatur amaritudo, & ſalſedo) aſſerit cibum animæ
t Hom.30 in Geneſ.

eſſe

eſſe, qui parcetur ex pane cœleſti: taliſque Magdalenam panis participem fuiſſe, juxta Domini plorantem pedes, hac optima parte fruendo *a*. Appellat præterea pretioſas margaritas in defluxione beatarum lacrymarum. Convenit ea quidem appellatio lacrymis, quibus deflentur propria vel aliena quoque peccata, mors Chriſti, & ſimilia, ſed maximè illis, quos excitat ac reſolvit fervens amor Dei, deſideriumque beatitudinis, ut flante ſpiritu divino fluant hæ aquæ *b*, neque concretum & congelatum perduret cor, aut cerebrum mentis ac voluntatis. Eadem Magdalena etiam poſtquam repererat Deum ſuum, Chriſtum plorare non deſinebat, quia quem diligebat, tenere volebat, nec dimittere *c*, timebatque amittere.

a *Luc.6. 38.*

b *Pſ.147.18.*

c *Cant. 3.4.*

Verſ. 5.) Hæc recordatus ſum, & effudi in me animam meam: quoniam tranſibo in locum tabernaculi admirabilis, uſque ad domum Dei:
In voce exultationis, & confeſſionis: ſonus epulantis.

DUm illas exprobrationes audirem, ut earum acerbitati moderer, neque ipſum ſolarer, ac anguſtum animum relaxarem, revocabam cognitionem de his, quæ antè dixi, Deum eſſe fortem vivum, mihique pollicitum eſſe, fore ut aliquando tandem rediret liceret ad admirabile tabernaculum, in quo ipſe habitans velut in domo admirabilem ſe declarat: & id quidem cum exultante voce, Deique laudes celebrante, quam ſit editurus cum populo, feſtivum etiam epulum ſolemniter agendo.

Alius eſſe ſenſus poteſt ut præter priorem cauſſam lacrymarum, videlicet quod hoſtes exprobrarent Deum vanè coli ab ipſo, fruſtra ſperari, & invocari, hæc alia ſit nempe repoſita memoria, frequentari à ſe ſolitum religiosè tabernaculum ſenſu tanto pietatis, & piæ voluptatis, ut quia nunc id exuli non liceat, colliqueſcat mœrore animus totus.

Hæc recordatus ſum.) Auguſtinus, *hæc meditatus ſum*. Pſalterium Ambroſianum, *hæc memoratus ſum*. Ambroſius, *horum memor*. Symmachus, ἀναπολῶν, *agitans animo*, vel *animadvertens*. Chaldaicè, *ſignorum illorum memor ſum*, vel, *horum immemorabilium* אלין נסיא אנארכר *illen niſſatia anadacher*, ſigna & mirabilia includuntur in epithetis Dei, ante poſitis *fortis & vivi*. Poteſt nihilominus hoc ad ſequentia referri, ut refert Chryſoſtomus *d*. Primum ſenſum de auditis opprobriis credit Euthymius, Nicephorus, Heſychius, Euſebius, Baſilius, Theodoretus cum Ambroſio, Auguſtino, Ruffino, Caſſiodoro, Thoma, Hieronymo, Remigio, Hugone Cardinali. Hugone Victorino. Sed Cajetanus amplectitur omnium præcedentium memoriam, quo ſe inſtar cervi fontes petentis anxium dixit eſſe, quod cupiviſſe in domum Dei venire, quod blaſphemias contra providentiam Dei cum ingenti moleſtia audiviſſe. Favent Haimo, & Bruno, Valentia, Dionyſius Carthuſianus. Campenſis exponit, *in memoriam revocabam*, quæ olim Patribus præſtitiſti, ſcilicet eximia providentiæ tuæ beneficia: Folengius, quæ jam tuis pollicitus es cultoribus: Valentia, promiſſionem factam de Chriſto. Non ſemper importat oblivionem *recordandi* verbum, ſed frequentiorem & accuratiorem cogitationem, ut hoc loco notant Haimo & Bruno.

d *in Pſ. 121.*

Et effudi in me animam meam.) Ambroſius, & Auguſtinus, *ſuper me*, עלי *hhalai*, Chaldaicè, & *effundam ſuper me cogitationes animæ meæ*. *Effundere in ſe animam ſuam*, pluribus exponi modis poteſt. Primus eſt, ut ſit arctatam & preſſam tribulationibus anguſtiiſve dilatare per conſolationem, effundi in lætitiam, in gaudium liquefieri effundere, exhaurire, abigere à ſe mœrorem omnem, effuſo gaudio lætari, vix ſe capere quæ lætitia. Placet Vatablo, Folengio, Janſenio, Genebrardo, Campenſi, Flaminio, Pinto *e*, Pinedæ *f*, aliiſque, & ex antiquioribus Thomæ, Hugoni Victorino, Euthymio, Brunoni, Hugoni Cardinali, qui devotionem nominat. Sicut anguſtia, inquit Hugo Victorinus, animum conſtringit, ſic lætitia diffundit, & Thomas; quando liquor diffunditur, dilatatur: unde quia latitudo cordis pertinet ad lætitiam, in effuſione animæ, deſignatur delectatio, juxta illud *g*, *Effundite coram illo*

Effundere in ſe animam ſuam quid ſit.

e *in cap. 18. Ezech.*
f *in c. 30. Job. 85. verſ. 16. num. 1.*

Corda veſtra; lætitia, ait Bruno, citans Auguſt. *animi diffuſio eſt; triſtitia, animi contractio: ſicut cupiditas, prægreſſio, timor, fuga*, &c. Secundus oppoſitus primo quem tradit adhuc Euthymius, eumque ſequitur Didymus, Baſilius, Theodoretus, Euſebius, Caſſiodorus, Hieronymus, Remigius, Beda, ut ſit laxare habenas dolori, & quadam velut inundatione profundi lacrymarum, deprimere ac humiliare ſe, ſed intra ſe ipſum, cohibendo ne foras erumpat præ pudore, ad eum fere modum, quo Paulus *h*, in ſe reſponſum ſcribit mortis habuiſſe. Metaphoræ vim explicat Euthymius, quia quæ ſolidiora ſunt, firmiora, atque conſtantiora ſolent eſſe: quæ fluida, molliora atque laxiora. Tale quid eſt Pſalm. XXI. *i factum eſt cor meum tamquam cera liqueſcens, in medio ventris mei*. Favet huic ſenſui ritus, quo in ſignum pœnitentiæ Samuele prædicante populus aquam effundit *in conſpectu Domini k*. Dixerat David antea tam uberes ac freqentes lacrymas habuiſſe, ut panum loco eſſent, qui quotidie ſumuntur. Vim iſtam tantam dicit effuſioni ſimilem, videlicet aquæ, quam ex olla flammæ extrudunt ac effundunt, qui eſt ardor doloris amoriſque. Galli dicunt (*je me fonds en larmes*) Itali (*mi diſſo, mi dileguo, mi riſolvo tutto in lagrime*) Agellius ita ſectatur iſtum qui eſt quoque Ariæ, ut præcedentem refellat ſenſum, quia tali loquendi forma uſa eſt Anna reſpondens Heli Sacerdoti, exponenſque ſummam triſtitiam ſuam *l*, & quod in Job *m* legitur. *in memeptipſo marceſcit anima mea*, extat Græcè ἐπ' ἐμὲ ἐκχυθήσεται ψυχή μου, *in me effundetur anima mea*. Vidit Janſenius loca iſta prior, ſed reſpondet aliud eſſe *effundere animam*, ut loquebatur Anna, vel *cor* n, vel, *orationem* o *coram Domino*; aliud, *in ſeipſo*, hoc eſſe lætari intra animum ſuum; illud, promere Deo cuncta deſideria, preces, cogitationes. Fateor, apud Job effuſionem animæ in illo denotare laxationem virium, & exhauſtionem ſpirituum, vitæque quæ ab his pendet ac ſanguinis, quemadmodum & effuſio greſſuum habilitationem ſummam ſignificat *p*. Hac de cauſſa Lucretius *q* dixit, licèt male ſentiens de animæ noſtræ immortalitate:

Nunc igitur quoniam quaſſatis undique vaſis
Diffluere honorem, & laticem diſcedere cernis,
Et nebula ac fumus quoniam diſcedit in auras,
Crede animam quoque diffundi.
Quippe etenim corpus, quod vas quaſi conſtitit ejus,
Quam cohibere nequit conquaſſatum ex aliqua re.

Eodem ſpectat in parabola Thecuitis, quod *omnes ſicut aqua dilabimur ſuper terram* r. Verùm non inde ſequitur, *effundere animam in ſeipſo*, non poſſe ad effuſam animi lætitiam pertinere. Quamvis interdum hujuſmodi lætitia propter exceſſum, & laxamentum exinanitionemque virium, quam inducit, in deteriorem partem ſumatur, ut in vaticinio Jacob (*effuſus es ſicut aqua* (per nefariam libidinem quæ vires animi exhauſit ac fortaſſis etiam corporis) *non creſcas*. Obſervavit & hoc Pineda noſter, amplectens noſtri hujus loci expoſitionem primam. Tertius modus exponendi eſt, ut *effundere in ſe* vel *ſuper ſe animam*, ſit colligere ſeipſum ab his, quæ foris ſunt; prævalere, ac ſuperiorem corpore & carne animæ virtutem eſſe: aſcendere cogitatione ut Deum reperiat ſuper omnia corpora, & ſuper ſeipſam. Hoc docent Ambroſius, Auguſtinus, Ruffin. Remigius iterum ac Beda. Sed hi duo, nec non Haimo magis diſertè de Chriſto interpretantur, qui dicat ſe effudiſſe animam uſque ad inimicorum dilectionem, ita tamen, ut ipſa eſſet in ſeipſo, ideſt, in ejus poteſtate, nec eam violentè quis ei eripere poſſet, ſed ſponte effuderit pro tabernaculo admirabili quod eſt Eccleſia. Revocari huc poteſt expoſitio Cajetani de reducendo affectu, & intellectu ad ſeipſum, ſeu de revocandis ad ſe, meditationibus ſuis. Hi ſenſus probabilitate non carent ſi effuſionem intus contineant, nec foràs emittant. Quo pacto quidam in tertio allati ſumebant pro dilectione inimicorum, & morte Chriſti. *Effundi eſurienti animam ſuam* u, qui ſubvenit, ac ſublevat famem ejus, depremendo ac patefaciendo tota miſericordiæ viſcera. At hoc non eſt *effundere animam ſuam in ſe*, aut *ſuper ſe*, ſed in alium, & extra ſe.

Lætitia, animi, diffuſio eſt: triſtitia, animi contractio.

h *2. Cor. 1. 9.*

i *verſ. 15.*

k *1. Reg. 7. 6.*

l *1. Reg. 1. 15.*

m *Jo. 30. 16.*

n *Pſ. 61. 9. Thren. 2. 19.*

o *Pſ. 141. 3.*

Phraſes ſcripturæ.

p *Pſ. 72. 2.*

q *l. 3.*

r *2. Reg. 14. 14.*

s *Gen. 49. 4.*

t *in Job c. 30 verſ. 16. n. 1.*

u *Iſ. 58. 10.*

De animæ cordiſve duritie, & mollitie, ſecundùm tropologiam, vel quo pacto concreſcat ſeu congeletur, & liquefiat, ac ſolvatur, tam in bono quàm in ſenſu malo, differit Hugo Cardinalis, & Philippus Greveus

a *ſerm.* 88. *a.* Diſtinguunt animam ferream, lapideam, ceream, congla-
ciatam, liquefactam, & alia hujus generis tractant, quæ mihi ocium non eſt referre, præſertim quum ad litteralem ſenſum parum, aut etiam nihil faciant, ſed ob affinitatem & accommodationem ſolam verborum proferantur. Commodiùs ac utiliùs relatu quod Auguſtinus *b* in confeſſionibus de ſe ſcribit, quod redierit ad ſemetipſum, intraverit in intima ſua; duce Deo & adjutore intraverit, videritque oculo animæ ſuæ ſupra animam ſuam, lucem Domini incommutabilem, quæ fecit ipſum & dixit; *Cibus ſum grandium, creſce & manducabis me.*

b *l.* 9. *c.* 10.

Quoniam tranſibo in locum tabernaculi admirabilis uſque ad domum Dei.) Hieron. *quia veniam ad umbraculum, tacebo uſque ad domum Dei.* Trevetus, Hieronymi editionem interpretans explicat, dicere Davidem *effudiſſe in ſe animam*, ideſt, continuiſſe intra ſe affectum doloris, quia ſperaret ſe venturum ad templum. Interim vero taciturum, hoc eſt, diſſimulaturum lætitiam, uſque ad domum Dei, ideſt, quouſque eo perveniat, lætitiam inquam in voce laudis & confeſſionis, quam B edere ſolent qui feſta celebrant. Alii ex Hubræo, *eo quod tranſibam in numero, cœtu, multitudine, incedebam cum eis uſque ad domum Dei*, vel, *præibam in caterva ſive in comitatu, & adducebam ſive deducebam eos uſque ad domum Dei:* & ita ſenſus eſſet, ideo *effudiſſe animam ſuam in ſeipſo*, atque maximo dolore affectum eſſe, quia recordabatur ejus temporis, quo priuſquam exularet, agere feſta in templo ſoleret, præiens etiam alios, ac tamquam dux deducens; nunc abſenti non liceret, nec intereſſe. Hoc pacto futurum poneretur Hebræo idiotiſmo pro re conſueta & præterita, quam etiam *recordandi* verbum indicat, quum recordatio non ſit niſi de præteritis. Si *recordationem* accipiamus de opprobriis, dicemus propterea *effudiſſe in ſe animam*, aut lætando ſpe reditus, aut dolendo præ ſollicitudine ac deſiderio ejuſdem. Exponit adhuc Trever. ſecundùm iſtam aliam Hebræorum translationem, quod effundat David ſe in lætitiam, quia tranſiturum ſe ſperet in tecto, ideſt, in templum, & quod movebit eos, hoc eſt, hoſtes exprobratores illos ſuos antea commemoratos, uſque ad domum Dei, efficiendo ut animadverſa Dei adverſus ſe providentia & potentia, & admirabili liberatione à periculis, vel inviti accurrant, ſeſeque intermiſceant choris laudantium in Deum templo. Quod attinet *ad tranſitum in locum tabernaculi admirabilis*, vel ingreſſum (legit namque *ingrediar* Pſalter. Romanum, & Ambroſianum, atque Ambroſius & Auguſtinus: Caſſiodorus autem, *ingrediebar*) Symmachus vertit, ὅτι εἰσεγὼ δόμαι εἰς σὴν σκηνὴν, διαβὰς ἀχρι δόμαι ἕως τοῦ οἴκου, *quoniam introibo in tabernaculum, per vehar uſque ad domum*, nempe, ut addit etiam catena Barbari, citantis Euſebium, Dei. Aquila, εἰσελεύσομαι ἐν σοαχίῳ, παραβιβάζων αὐτὰς ἕως οἴκου θεοῦ, *ingrediar in umbroſum adducens eos uſque ad domum Dei.* Innuit Symmachus vecturam, ac deportationem, & Aquila intra locum umbroſum, & plauſtrum tectum, ſive currum, quadrigam, lecticam, carrucam, quibus utebantur c *c.* 66. 20. qui peregrè ad templum veniebant, ut indicat Iſaias *c*, quem citat hoc loco Theodoretus: & de Eunucho, quem aliqui religione Judæum cenſent fuiſſe, proditur D d *cap.* 8. 28. in Actibus Apoſtolorum *d*. Certè εἰσέρχεσθαι cum præpoſitione ἐν, non denotat locum ac terminum in quem tendas, ſed intra quem ingrediaris, ſive, ut ibi conſiſtas, ſive ut ex eo proveharis ulterius. Agellio non placet, nec mihi admodum probatur, inſtrumentum hic ſumi ad vehendum. Nam afferre exemplum non poteſt, σύσκιον, quo Aquila utitur, aliud ſignificare quàm φύτευμα σύσκιον δασέα, ut Heſychius exponit, arboribus conſitum, vel δασέα, *condenſum* ut Suidas; non etiam φύτευμα abſolutè de curru ſimilive receptaculo ita propriè dicitur. Denique aliena eſt interpretatio ab editione noſtra, & ab epitheto θαυμαστῆς, *admirabilis*: quod vectorio inſtrumento non tribueretur. Idem Agellius *locum tabernaculi admirabilis* putat partem fuiſſe templi exteriorem ad conſidendum exædificatam, porticibus tectam vel ramis frondibuſve: quod in hiſtoria Regum e l. 4. 16. e Hieronymus retenta Hebræa voce מוּפָר *muſach*, *ſabbathi*, appellet, ibidem vero LXX. θυμίλιον τῆς καθέδρας, (fundamentum conſeſſus,) quaſi legerint ibi מוֹסָר *muſad*, non טוֹסָר *muſach*: *admirabilem* dici eum locum, A quod admirabili opere conſtructus eſſet, unde uſque ad domum Dei tranſitus fieret. Genebrardus & Bredembachius volunt *locum tabernaculi admirabilis* eſſe Jeruſalem, ipſam ædem eſſe tabernaculum admirabile & domum Dei, ita ut ſint ſynonyma. Baſilius ac Theodoretus figuratè accipiunt *locum tabernaculi admirabilis*, pro Dei mirabili protectione, ſignificarique ſpem docent populi captivi de ſuo reditu, per Dei protectionem, in patriam, deque reſtaurando templo, quæ eſt domus Dei. Euthymius atque Nicephorus explicant *tabernaculum*, templum Salomonis; *domum Dei*, adyta ipſius templi. Si de populo in Babylone captivo hæc intelligantur, jam Salomonis templum conſtructum fuerat, & de eodem reparando ſententia iſta ſumi poſſet, & de ingreſſu in adyta; quod attinet ad ſacerdotes, quibus licebat intrare in בַּיִת *batth*, partem interiorem templi, Pontifici autem in Sancta Sanctorum: Si de Davide ipſo exultante, dicetur optare reditum, ut poſſit ingredi aut Jeruſalem, qui erat locus in quo aſſervabatur tabernaculum, quæ ipſa vocabatur *domus Dei*, aut in *locum tabernaculi*, ideſt, in tabernaculum ipſum, quod etiam ſynonymè idem eſt cum *domo Dei*, ita ut *tranſire in tabernaculum* & uſque *ad domum Dei* non differant, nec ſignificent tranſitum à loco uno in alium. Hoc mihi magis placet quàm quod Agellius dicebat, qui etiam non rectè admirabilem locum illum, à tabernaculo diverſum affirmavit; quum id ſit epithetum ipſiuſmet tabernaculi ἐν τόπῳ σκυνῆς θαυμαστῆς, utpote quod divina quadam arte conſtructum eſſet, & univerſitatem creatarum rerum repræſentaret, maximè cœlum. Quid ſi votum innuere Davidem, dicamus, transferendi in commodiorem locum tabernaculi ac templi etiam conſtruendi? quid ſi etiam hic illi locus ſit ſimilis, in quo dicitur *f*, *conſtituite diem ſolemnem in condenſis* (ἐν τοῖς πυκνάζουσι, *in frondoſis obumbrantibus, regentibus*) *uſque ad cornu altaris?* Occiſo Saule venit in Jeruſalem translato ad ſe regno *g*, iterum poſt interfectum Abſalonem, ſumma cum lætitia populo comitante *h*.

f *Pſ.* 117. 27.

g 2. *Reg.* 2. 12

h *c.* 19. 15.

Hebraicè סֻכּ *ſach*, ſignificat, & *numerum multitudinemque*, & *umbraculum*, ſeu *tabernaculum*, quod C etiam nominatur סֻכָּה *ſuccah*, unde feſtum סֻכּוֹת *ſuccoth*, *tabernaculorum*. Non eſt Catholico deliberandum, in hac optione, quum editio approbata, receptaque ab Eccleſia poſteriorem notionem amplectatur, quæ placuit etiam R. Abraham declaranti per ſynonymam diſtinctionem וֹסָר *muſach*, (etſi hoc dicunt aulæum fuiſſe, aut velum picturatum ante portam atrii) immo & Paraphraſti hoc loco, qui reddit שְׁלָלָא *telala*, *umbraculum*. Alia vox eſt אַדְרָם *eddaddem*. Hieronymus exponens *tacebo*, eam deduxit à רוּם *dom*, duplicando daleth, ut ait Ricardus Cenomanus: alii Hebraizantes, qui reddunt (*incedam*) aut quid ſimile, à נָדַד *nadad*, cum affixo maſculino plurali tertiæ perſonæ. Septuaginta, ut eidem Ricardo videtur à רָם *ram*, *ſublimis*, & *mirabilis*. Quidquid ſit de aliis, non video qua ratione, ut Ricardus docet, legere LXX. potuerint אָרַם *erarem*, quod nullo modo eſt uſu, nec ut nomen nec verbum. Veriſimilior conjectura Genebrardi, legiſſe אָרַם *adram*. Sed meliùs judicio meo אָדַרִים *edarim* vel אֲרִירִים *addirim*, quaſi dicas, *quoniam tranſibo* בְּי *ebi*, *certè*, *atqui*, &c. *in locum tabernaculi*, aut in tabernaculum fortium, magnorum, magnificorum, &c. nempe populi & gentis meæ, quæ *fortis* appellatur *i*, vel in tabernaculum magnificentiarum, pretiorum, &c. ideſt, magnificum, pretioſum, mirabile.

i *N.* 14. 12.

Myſticè *tabernaculum* aſſerit Heſychius legem veterem ſimilem temporario tabernaculo; *admirabile*, quia futuri figuram prætendebat; *domum Dei*, Baptiſmum, quia ibi Deus ac Spiritus Sanctus habitat, ſive, juxta aquas multas, ut eſt in alio *k* Pſalmo; per legem perveniri ad baptiſmum. Myſtica interpretatio.

k *Pſ.* 26.

Euſebius explicat de tabernaculo admirabili, quod longè perfectius eſt Moſaico, & ab illo præſignabatur, nempe de non manufacto, & vero, *quod finxit Dominus, & non homo* l, cujus *exemplar Moſi oſtenſum eſt in monte* m. Conſentit Cyrill. Athanaſius, Apollinar. Origenes *n*.

l *Heb.* 8. 2. *c.* 9. 11. m *c.* 8. 5. n *Hom.* 4. *in Joſue.*

Euthymius ait, tabernaculum eſſe ſanctum verbi carnem, quæ *admirabilis* dicatur, quia ſine ſemine concreta *donum Dei*, animam Chriſti, per quam Deus in aſſumpta carne verſatus eſt (non ſubtiliter nunc ordinem ſpectat

ſtat in aſſumptione utrùm pars per aliam an immediatè ſit utraque aſſumpta) *locum tabernaculi* verbum, per quod concreta eſt ac extitit Caro: Davidem dicere, quod pertranſibit per verbum Dei, & uſque ad aſſumptæ carnis animam deducetur, examinans & contemplans quæ percipere de tanto myſterio poterit: ulteriùs enim pertranſire non concedi.

Beda Chriſtum loquentem facit, & attendentem futuram ſibi gloriam ex perfecta obedientia ſua uſque ad mortem crucis, ut perveniat tranſeundo per tabernaculum legalium quæ obſervaverit, & manſura diutiùs non erant, ad immortalitatem tabernaculi carnis ſuæ, & ad domum cœleſtem vel ad Eccleſiam hìc conſtituendam. Ambroſius eodem pacto interpretatus eſt, tum *tabernaculum*, tum *domum Dei*, pro cœleſti beatorum domicilio ubi appareat juſtus, quod prius dictum *a* eſt *ante faciem Dei*, & quam *unam rem*, in alio Pſalmo *b* Propheta petiiſſe ſe à Domino, & requiſitum cecinit. Involvit ſimul idem Doctor Synagogæ ſuccedentem Eccleſiam.

a verſ. 4.
b Pſ. 26. 4.

Auguſtinus magis propriè immoratur in Eccleſia, oſtendens quàm ſit admirabile tabernaculum ob eximiarum exercitium virtutum in tanta repugnantia carnis aliarumque tentationum: hinc aſcendi cogitatione ad contemplationem domus Dei, quæ eſt habitatio electorum, partibus infinitis admirabilior. Ibi ait Caſſiodorus, ingrediens, ampliùs plorat, gemitque differri ſibi domum illam, prolongari incolatum in hac ærumnoſa vita. Imitatur Ruffinus Auguſtinum, notatque extra locum tabernaculi, hoc eſt, Eccleſiæ, inveniri Deum non poſſe, non poſſe ad domum Dei cœleſtem perveniri. Quod Hugo Victorinus adhuc exprimit, ut per laborem perveniatur ad requiem. Affinia his dicuntur à Beda, Remigio, Hieronymo *c*, ferèque à ceteris Latinis, qui obſervant, non tabernaculum, ſed domum eſſe fixam habitationem. Hinc infert Chryſoſtomus *d* quàm latè in domum Domini quæ Eccleſia eſt, domuſque orationis, eumdem ſit, conquerens de infrequentia, quod & Origenes *e* facit. Bernardus *f*, nil aliud cogitare debere, qui ad orationem intrat, quàm verba iſta: oportere namque nos omnino orationis tempore, curiam intrare cœleſtem, & Regis Regum attendere ac venerari majeſtatem. Hieronymus *g*, admirabile eſſe nolle habitare cum Ægyptiis, ſed vitiorum ingrediendo ſolitudinem, terram cupere promiſſionis intrare.

B

c hìc & Ep. 26. to. 9. & in c. 64. Iſ. in Zach. ult. & Ep. 140.
d in Pſ. 22.
e Hom. 2. in Joſue.
f Serm. de quatuor modis orandi.
g in Zach. c. ult.

In voce exultationis & confeſſionis ſonus epulantis.) Hieron. *in voce laudis & confeſſionis multitudinis feſta celebrantis.* Symmac. κατὰ φωνὴν εὐφημίας καὶ ἐξομολογήσεως πλήθους πανηγυρίζοντων, *cum voce laudationis & confeſſionis multitudinis celebrantium panegyrim ſive ſolemnitatem.* Aquila, ἐν φωνῇ αἰνέσεως ᾧ εὐχαριστίας ὄχλου ἑορτάζοντος, *in voce laudationis & gratiarum actionis turba feſtivitatem celebrantis* LXX. correcti, ἐν φωνῇ ἀγαλλιάσεως καὶ ἐξομολογήσεως ἦχος ἑορτάζοντος. Sed Complutenſes Regii, aliique codices habent numero ſingulari ἑορτάζοντος. Ambroſius, *ſoni feſta celebrantis.* Auguſt. *ſoni feſtivitatem celebrantis.* Hieron. alibi *h*, *ſonitus feſta celebrantium.* Pſalterium item Arabicum & Æthiopicum pluralem numerum exprimunt, licèt Hebraicè ſit ſingularis חוגג *chogheg*, quod collectivè de multis accipi poteſt, propter המון *hamon*, proximè præcedens, quod ſignificat *multitudinem.* Verti autem poſſet etiam ex Hebræo, *in voce exultationis & laudis*, ſupplendo adhuc (in) *in multitudine feſtinante* ſeu *tripudiante.* Vel replicando verbum (deducebam) *deducebam turbam feſtum agentem*: vel intelligendo (erat) *erat multitudo turbave tripudians*; vel tandem in genitivo, *in voce exultationis & laudis multitudinis tripudiantis*: qui modus ultimus ab interpretibus Græcis, & in editione noſtra Latina poſitus eſt. Ubi turba multitudoque agitantium feſta, ibi ſonus, & המון *hamon*, utrumque ſignificat: ut idcirco πλῆθος & ὄχλος alii LXX. verterint ἦχος. Retinendo ut par eſt editionem noſtram, non eſt exiſtimandum cum Agellio, interpretem Latinum vocem *Sonus*, ita inclinaviſſe, ac ſi eſſet genitivi caſus, ſed vel, ut Janſenius putat ex *ſonitus*, evaſit *ſonus*; vel, ut ex Alcuino Lombardus notavit, & Hugo etiam fecit atque Carthuſianus, ſuppleri debebit (eſt) *in voce exultationis & confeſſionis ubi eſt ſonus epulantis*, videlicet, *tranſibo in locum tabernaculi admirabilis uſque ad*

h Ep. 140.

C

D

domum Dei, hoc modo, ideſt, *in voce exultationis & confeſſionis, ubi eſt ſonus & concelamatio magnæ feſtivè vociferantium.* Sic in alio priùs Pſalmo *i* vidimus *hoſtiam vociferationis* nominatam, & rurſus *k* præcipi ut bene pſallerent *in vociferatione.* Sic etiam Joſue dixit Moſes, rediens de monte, populi celebrantis feſtum idolis, voces, quas & exaudiebat, *non eſſe adhortantium ad pugnam, neque compellentium ad fugam, ſed cantantium* l. Igitur *vox exultationis* intenſam ac magnam vocem deſignat, confeſſionis, qua laus dabatur Deo, & gratiæ agebantur, quam Aquila φωνῷ εὐχαριστίας nominavit, & Symmachus priore loco εὐφημίας. Sonus epulantis, non tam eſcas ſumentis, licèt hoc in aliquibus fieret ſacrificiis *m*, quàm cetera feſtiva ſigna operaque edentis, pulſando muſica inſtrumenta, & ſaltando, ſicut David ante arcam feciſſe narratur *n*.

i Pſ. 26. 6.
k Pſ. 32. 2.
l Exo. 32. 17. 18.
Vox exultationis quid deſignet.
m Deut. 12. 12. c. 16. 29. c. 26. 11. 2. Eſ. 8. 10.
n 2. Reg. 6. 14.

Quidquid pertinet ad celebritatem lætitiæ, quod eſt εὐφραίνεσθαι interpres noſter vertere ſolet *epulari*; ut ibi *o*, *juſti epulentur*, οἱ δίκαιοι εὐφρανθήτωσαν: Et *p*, *manducemus, & epulemur*, φαγόντες εὐφρανθῶμεν, ubi mentio eſt etiam de ſymphonia & choro *q* item *r*; *epulabatur quotidiè ſplendidè*, εὐφραινόμενος καθ' ἡμέραν λαμπρῶς. Sed & quod Paulum *ſ* legimus, *epulantur non in fermento veteri*, & c. Græcè eſt, ἑορτάζωμεν, & Hebraicè eſt חגג *chagag*, *ſaltare*, tripudiare, cum tripudio ire, feſtum tali lætitiæ ſigno celebrare, ingredi per numeros, laudes Dei ſimul canendo, ut ſoror Moſis cum fœminis fecit *t*, & illæ quæ occurrerunt Davidi, poſt occiſum Goliam *u*, & Debora cum ſuis *x*, & alii, aliæque in reditu de Babylone *y*, de quo Pſalmum hunc eſſe aliquoties dixi ſentire nonnullos. Eadem de cauſſa vocabant *agnum* חג *chag*, aliudve pecus, & oblationem quam feſtivè deducebant. Hac de re plura in Pſal. LXVI. *z*. Commentario ſeparatim jam pridem edito. Facit ad rem locus Iſaiæ *a*; *Canticum erit vobis ſicut nox* (corruptè legunt aliqui vox) *ſanctificatæ ſolemnitatis, & lætitiæ cordis, ſicut qui pergit cum tibia, ut intret in montem Domini, ad fortem Iſrael.*

o Pſ. 67. 4.
p Luc. 15. 23
q verſ. 25.
r c. 16. 19.
ſ 1. Cor. 5. 8.
t Ex. 15. 1. 20
u 1. Reg. 18. 6. 7.
x Judic. 5. 27
y 1. Eſ. 2. 68.
z v. 4. & 26.
a c. 30. 29.

Ruſticanorum gaudia Forerius hæc putat eſſe: Pintus, Palatius, Adamus & alii, omnium, nocte præcedente, hoſtiam, quæ mane immolanda eſt, præparantium, & interim cantionibus vacantium. Hugo Cardinalis, Carthuſianus, Hieronymus, Thomas, cum iiſdem cantionibus in templum intrantium. Eodem alludit Auguſtinus, docens in hoc loco, quum feſta homines hìc luxuriæ ſuæ celebrant, conſtituere organa ante domos ſuas, ſymphonias, & quæcumque muſicæ ad luxuriam ſervientia, & illicientia. Jam anagogicè conſcendit ad feſtivitatem ſempiternam in domo Dei, ac choros Angelorum, ad vultum præſentem Dei, ad lætitiam ſine defectu: ſonare inde nunc hìc neſcio quid canorum, & dulce auribus cordis, ſed ſi non perſtrepat mundus, mulcere ſonum illum, & rapere cervum (ſpiritualem nempe, alludendo ad animal, quod fiſtula concentuve alio delectatur *b*) *ad fontes aquarum*, de quibus initio Pſalmi: *Vocem exultationis.* Hugo Cardinalis & Carthuſianus ajunt eſſe de beneficiis Dei; confeſſionis de propriis peccatis. Accommodatius dumtaxat, non litteralis hìc ſenſus. Moneo, ne erres. Hieronymus Epiſtola 26. Tom. 9. explicat de lætitia quam ex hominum converſione Angeli percipiunt *c*, & hìc ſenſus myſticus.

b Pierius 7. Hieroglyph. Clemens Alexand. 2. pedag. c. 4.
c Luc. 15. 10.

Verſ. 6.) Quare triſtis es anima mea? & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi ſalutare vultus mei.

RECordatus ac meditatus quæ ſpem ingenerare poſſent, atq; inter triſtia exhilarare & erigere animũ, ſemetipſum acriter urget reprehenditque, quòd nimio indulgeret dolori, nimis ſeſe dejiceret, nimis conturbaretur. Imperat ſibi ut poſito mœrore ſperet, quia tempus adhuc erit, quo liberatus à præſentibus ærumnis, ab hoc exilio, ab hoſtium perſecutione, liceat cum gaudio reverti, & cum ceteris agitare ſolemnitates in templo, laudare, gratiaſque agere, dicendo; *Tu ſalus vultus mihi*, quia vultum meum ad te unum converto: te unum reſpicio: tu me ac vultum meum exhilaras, abſtergens lacry-

mas quas fudi die ac nocte, nec ampliùs me ſinens diffidentia quadam erubeſcere, ſed faciens ut exporrecto hilarique vultu ſiſtam hìc me cum ceteris cultoribus tuis ante te, ut cognoſcant hoſtes quàm fruſtra inſultando dicerent, *ubi eſt Deus tuus?* ut recreem me viſione atque contemplatione vultus tui, qui ſe quodammodo videndum præbet nunc in arca: & ſe clarè manifeſtavit olim in felicitate: Harum me rerum cogitatio ſpeſque quodam jam quaſi præguſtu & anticipata lætitia vehementer delectat.

Extendi ſententia poteſt, ſicut haſtenus ceteræ, ad Chriſtum, & ad quemlibet juſtum, adhuc in mortalitate verſantem, Chriſti *anima turbata eſt* a; *& turbavit ipſe ſe ipſum* b: *triſtis fuit uſque ad mortem* c. Hoc Ambroſius notans, ait, uſque ad mortem, non propter mortem, fuiſſe triſtem; quia mors voluntaria mœſtitiam (ſcilicet coactam aut omnino ex naturæ neceſſitate provenientem) habere non poterat, eaque triſtitia quæ facit alios non timere & non triſtari, & hoc inſinuaſſe vult Chriſtum dicendo *d*; *baptiſmate habeo baptizari, & quomodo angor, dum perficiatur?* hoc eſt, donec per mortem meam conſummetur gratia communicanda ceteris. Juſtus dum hìc vivit, & jam quadam interiore dulcedine lætatur, acieque mentis aliquid incommutabile perſtrictìm ac raptìm perſpicit, quamvis non dubitet de Deo ſuo, & habeat, quid inſultantibus, *ubi eſt Deus tuus?* reſpondeat, habet unde conturbetur, quia, inquit Auguſtinus, nondum eſt ibi, ubi eſt dulce illud quò ſic rapitur, quaſi per tranſitum: nondum bibit de fonte illo nihil metuens: nondum de cupiditatibus omnibus tamquam edomitis, victiſque ſecutus eſt: vigilat adhuc adverſus eum Diabolus hoſtis; adhuc laqueos quotidie deceptionis intendit: poſitus in ſæculo, & peregrinus à domo Dei, non poteſt non conturbari. Nihilominus ad iſtam conturbationem reſpondet idem ſibi, ut ſperet, ac interim habitet in ſpe; & ſciat, ſalutem non ſibimet à ſe eſſe, ſed à Deo; qui ubi eam perficerit in domo ſua, ceſſabit gemitus; *quique perſeveraverit uſque ad finem, ſalvus erit* e, & ſine fine ac in ſæcula ſæculorum laudabit Deum *f*, cui nunc confitetur in ſpe: quia *ſpe ſalvus fiet* g, & hac modò *ſpe gaudet* h. Auguſtinum tranſcriptum lego in Ruffino & Hieronymo, licèt pancioribus verbis: quæ ratio præter alias, perſuadet fictitia illorum auctorum non vera nomina eſſe, quod ſæpius admoneo. Videtur Cyrillus de juſto etiam interpretari, ſed qui ſperaret in vetere Teſtamento adventum Chriſti, per cujus fidem nimirum cum ceteris quæ requiruntur, juſtificatio contingeret, ac ſuo poſtea tempore conſecutio beatitudinis æternæ.

Quare triſtis es anima mea? Hieron. *quare incurvaris anima mea?* Eodem pacto Symmach. apud Euſebium ἵνα κατακάμπτῃ ἡ ψυχή μου, ſed in ſcholio ἵνα κατανύσσῃ; *quid tabeſcis?* Aquila verò, ἵνα κατανύττεις; *qui inclinas te*, procumbis, conſterneris. V. eamdo ἵνα πεπτωκὸς εἶ, *cur dejicis te?* LXX. ἵνα τί περίλυπος εἶ &c. *ut quid pertriſtis es?* Apollinarius ἵνα τί δηδύνεις; *anima quod moraris?* Ex Hebræo alii quod eſt תשתוחחי *mah thiſchthochachi*, vertunt, *cur dejicis te*, cur dejiceris, dejecta es, deprimeris? vel quantum humiliaberis, quantum dejecta eris, quorſum affliges te? Eſt שחח *ſchachach*, *humiliare*, incurvare proſternere, deorſum inflectere: in hitphael, ſeipſum humiliare, &c. Innuitur autem dejectio vultus, quæ in triſtibus eſſe ſolet, ſicut in Cain *i*, in Anna poſtea Samuelis matre *k*. Colloquium hoc, ſoliloquium eſt, quia ejuſdem perſonæ ad ſeipſam: dialogus autem velut inter plures, quia pars animæ ſuperior ac rationalis, inferiorem quodammodo alloquitur & ſenſitivam: ita, quod ait Thomas, hanc partem ſignificet hoc loco nomen, *Anima*: illam pronomen, mea: quia unuſquiſque maximè eſt quod melius in eo eſt. Hæc eſt vis animæ rationalis reflexè intelligere ſecumque loqui. Dum verò ſic ſeipſum quis alloquitur, vehementiam demonſtrat affectus, & excitationem ad opus. Ad hunc modum idem David ad benedicendum Deum excitari ſe canit *l*, *benedic anima mea Dominum*: & dives ille ſtultus *m anima habes multa bona*, &c. *requieſce, comede, bibe, epulare*. Proſopopœjam vocat Clemens Alexandrinus *n*, quòd quaſi duæ perſonæ fingantur, una loquens, alia cum qua illa loquatur. Triſtitia ſæculi mortem operans mala eſt *o*, quam Sapiens *p*, expelli præcipit, tamquam plagam cordis *q*, ob nimiam ſollicitudinem; illa quoque quæ deſperatione abſorbet *r*, item quæ accidit quum audita divina conſilia minùs placent *ſ*: quum ex avaritia declinatur pauper *t*: quum eſt amara in alios ac turbulenta *u*: quum ſimulata ad hypocriſim *x*, & alii modis quorum peſſimus qui eſt in damnatis, quas perſonas triſtes Auctor libri Sapientiæ *y* nominat. Commendat Paulus *z* quæ ſecundùm Deum eſt triſtitiam, quæque pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur; quum quis ambulat *triſtis coram Domino* a: vel quum compatitur aliis *b*: vel induit hujuſmodi perſonam, ut increpet *c*. Poſtremò juſtorum eſt, ut ſimul in hac vita *triſtes* ac *ſemper gaudentes* d: alterum altero affectum temperando, & modeſtia, quæ ſeveritas quædam eſt, gaudium *e*, ac ut ita dicam, & ex Heraclito & Democrito unum conflando. *Cor ſapientum, ubi triſtitia eſt, & cor ſtultorum, ubi lætitia* f: *beatuſque qui ſemper pavidus* g. Dixi hac de re plura in Eccleſiaſten *h*: Baſilium *i* quoque lege docentem quo pacto beati ſint qui lugeant, iidemque gaudere ſemper poſſint. Sed & Auguſtinum adi uſurpantem locum iſtum ſumma pietate ad inflammandum affectum ſuum in Confeſſionibus *k*. Chryſoſtomus *l* verò eamdem ſententiam notat accommodatiſſimam eſſe ad excutiendam triſtitiam, & onus negotiorum. Chryſogonus, Anaſtaſiam in exilio conſolans, inter alia, hoc teſtimonium uſurpandum proponebat, & ut converſione ad ſeipſam facta exclamaret, *quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me: ſpera in Deo* m, &c.

Et quare conturbas me?) Ex Hebræo textu, in quo non repetitur, *quare*, ותהמי *vatthehmi*, redi poteſt (*& perſonas in me*, tumultuans, infremis, inquieta es contra, aut intra me) propriè per futurum exponi poſſet: illud verò pronomen vel omitti, vel abſorberi in ultimo (י) quia integrum verbum futuri temporis tertiæ perſonæ fœminini, eſt תהמי *thehemi*, ab המה *hamah*, *ſonare*, reſonare, ſtrepitum tumultumve facere. Eſt porrò elegantia magna paranomaſiæ in hoc verbo, & in nomine חמון *hamon*, præcedentis verſus, & in alio verſus 8. quod bis repetitur תהום *thehom* ſignificans *abyſſum*. Hoc loco Symmachus tranſtulit, ἵνα τί δορυβεῖ κατ' ὀμοῦ, *& quare conturbaris contra me?* Verbum σαυνπράσσω quo utuntur LXX. ab ἐράσσω, *pulſo*, poſſet deſignare pectoris ac vitalium in vehementi trepidatione pulſum cum ſingultu, & agitationem, quam Jeremias *n* comparat quoque cum ſono tibiarum, *Cor meum*, ait, *ad Moab quaſi tibia reſonabit, & cor meum ad viros muri fictilis dabit ſonitum tibiarum*. Tametſi ſenſus etiam eſſe poſſit, fore, ut edat vocem lugubrem ex intimis cordis penetralibus, inſtar tibiarum quibus funebria carmina canuntur, ut ex Evangelio conſtat quum de tibicinibus in domo puellæ mortuæ *o*, & ex Ovidio *p*,

cantabat mœſtis tibia funeribus,

Apollinarius ita vertit,

τί δέ μοι νόος ἔνδον ὀρίνεις,
quid verò mihi mentem intus concitas?

Turbavit ſeipſum infremens ſpiritu q, animamque dixit ſuam turbatam *r*, videlicet à ſeipſo: non turbavit ipſum anima, nec, ut hìc paullo poſt dicitur, ad ſeipſum *anima* ejus *conturbata eſt*. Turbata eſt Maria in ſalutatione Angeli *ſ*; & *anima* ſponſæ dum reverti juberetur à quadrigis *Aminadab conturbavit eam* t, ac, ut loquitur aliàs *u*, *liquefacta eſt*.

Spera in Deo,) Hieronymus, *expecta Deum*. Auguſtinus, *ſpera in Dominum*. Symmachus, Græcè idem dixit quod Hieronymus Latinè, ἀνάμεινον τὸν Θεόν. Nec vis neceſſariò ponenda in præpoſitione, ſive cum auferendi, ſive cum accuſandi caſu. Optimum ſpes remedium in perturbationibus; quoniam *in Domino ſperans*, inquit, *non infirmabor* x,

Quoniam adhuc confitebor illi,) Pſalterium Romanum & Ambroſianum, Ambroſius, Auguſtinus, Caſſiodorus, omittunt, *adhuc*, quod etiam Græcè non extat: & ſi credimus Collectori notationum in bibliis Sixtinis LXX. fatetur Hieronymus ſub aſteriſco additum eſſe. Ubi Hieron. id habeat non reperio: Hebraicè autem eſt עוד *hhod* ſignificans *adhuc*: & Symmachus expoſuit διὰ παντὸς *aſſiduè*, nempè ut ſignificet David, quod adhuc fecit, porro pergere velle facere. Sed Ambroſius obſervat

a *Joa.* 12. 27.
b *c.* 11. 33.
c *Mat.* 29. 38
d *Luc.* 12. 50
e *Mat.* 10. 22
f *Pſ.* 84. 5.
g *Rom.* 8. 24
h *c.* 12. 12.
Aug. tranſcriptus in Ruffino & Hic onymo
i *Gen.* 4. 5.
k 1. *Reg.* 1. 18
l *Pſ.* 102. 12.
m *Luc.* 12. 19
n 3. *Strom.*
o 2. *Cor.* 7. 10
p *Eccl* 30. 24 *Prov.* 25. 20.
q *Eccl.* 25. 17
r 1. *Cor.* 2. 7. *Theſſ.* 3. 13.
ſ *Matt.* 19. 21.
t *Eccl.* 4. 8.
u *Iſ.* 42. 4.
x *Mat.* 6. 16
y *c.* 17. 4
z 2. *Cor* 7. 10
a *Malac.* 3. 14
b *Rom.* 9 2.
c *Eccl.* 22. 27
d 2. *Cor.* 6. 10
e *Phil.* 4. 4.
f *Eccl* 7 5.
g *Pr.* 24. 14.
h *c.* 2. 2. *c.* 7 5
i *Hom de gratiarum actione.*
k *l.* 13. *c.* 13. & 14.
l *Hom.* 29. *in Gen.* & 24. *in Ep ad Rom.*
m *Suidas in Chryſogono.*
n *c.* 48. 36.
o *Mat.* 9. 22
p 4. *Faſt.*
q *Joa.* 11. 33.
r *c.* 12. 27.
ſ *Luca* 1. 29.
t *Cant.* 6. 11.
u *c.* 5. 6.
x *Pſ.* 25. 1.

vat futuro tempore denotari confeſſionem laudis quæ in beatitudine meliùs fiat. Auguſtinus, eam quæ ſequentia verba exprimat, quibus à Deo ſalutem ſibi eſſe quis prædicet; quam tandem perfectam in alia vita conſequatur. De confeſſione laudis in templo David intelligit: & abſolutè de quavis accipi poteſt, in hac etiam vita. Minùs propriè de confeſſione peccatorum, ut Caſſiodorus interpretatus eſt: aut, propter futurum tempus, de confeſſione in beatitudine, ut notavit Hugo Card. aut Alenſis: vel, ut putatus Hieronymus ait, de laude Dei qui ſalvaverit à morte, & illiciat ad æterna, poſtquam etiam confeſſio peccatorum præmiſſa fuerit. Non hoc diceret genuinus Hieronymus: neque quod priores alterve dicit, probabile, *confiteri*, eſſe omnia ſimul fateri peccata: vel ut fatearis toto corde,
a Iſ.29.13. ore, opere non labiis *a* tantum. Moneo, ut vites non prorſus abſurda: ſed certè parum apta. Etſi autem ἐξομολογεῖσθαι quod hìc eſt, de peccatis uſurpetur: hunc tamen modò uſum non habet. Audi Apollinarium.

Ἐγὼ δὲ ὑμνήσω αὐτόν.
Ego verò ipſi laudem canam.

Salutare vultus mei, & Deus meus.) Hieronymus, *adhuc confitebor ei ſalutaribus vultus ejus*, ut ſit expreſſio in quo conſiſtat confeſſio, nempe ut confiteantur ſalutaribus ejus; quod ex Hebr. ישועות פניו *teſchuhhot panau*, reddunt alii ſupplendo, propter, *propter ſalutes faciei ejus*, vel nil ſupplendo *confitebor ei ſalutes vultus ejus*, ideſt, auxilia quæ, dum mihi præbebit Deus vultum ſuum, qui videtur latere quando deſtituit ad tempus, aperiet ac manifeſtabit; facietque ut deſinam queri *quando veniam & apparebo ante faciem Domini*, quum rediens ab exilio inibo templum ſive tabernaculum, ubi Deus quodammodo videndum ſe exhibet. Symmach. & Aquil. favent, prior ſic reddit, ὅτι διὰ παντὸς ἐξομολογήσομαι αὐτῷ τὰς σωτηρίας τῷ προσώπῳ αὐτοῦ, *quoniam aſſiduè confitebor ei ſalutes faciei ejus*. Poſterior τὰς σωτηρίας τῷ προσώπῳ αὐτοῦ, *ſalutibus*, aut *ſalutaribus*, ut Hieron. verſio habet, *vultus ejus*. Hoc modo poſtremæ duæ dictiones, *Deus meus*, pertinebunt ad ſequentem C verſum, quæ diſtinctio eſt etiam in correctis bibliis Latin. meminitque Thom. dicens ſecundum Hieron. editionem *ſalutare* eſſe accuſativi caſus, *confitebor ei ſalutare vultus ejus*, ideſt, ſalvationem qua me ſalvavit: ſed Hieron. habet *ſalutaribus*, ut antea retuli. Verùm diſtinctio diviſioque verſuum, ut in dictis bibliis eſt, nullam opinor, nobis imponit legem, ut eam ſequi teneamur, quum ut in præfatione docui, dividendi ac diſtinguendi verſus ratio non eadem ſit in officio Eccleſiaſtico, in bibliis ex noſtra & aliis editionibus, immò nec in bibliis Complutenſibus Regiiſve eadem, quæ aliorum. Patres ac enarratores omnes, demptis Hebraizantibus, unà legunt: *ſalutare vultus mei, & Deus meus*. In codicibus pluribus Græcis abeſt conjunctio καὶ quam habent Aldini & alii pauci. Latina quoque (&) non legitur in Pſalterio Romano, & ab Auguſtino atque Caſſiodoro: nec in non paucis libris bibliorum manuſcriptis citatis à Luca Brugenſi. Monet Hieronymus
b Ep.138. *b*, in iſto loco non extare, ſed in fine Pſalmi, ubi repetitur idem verſus: tamen ibi etiam de Hebræo & Theo-D dotione ſub aſteriſco additam. Quocirca videri poſſunt LXX. legiſſe abſque littera (ו) *vau* פני *panai*, *vultus mei*, τῷ προσώπῳ μου. Alii Hebræi & Hebraizantes prout & nunc extat in Hebræo textu פניו *panau vultus ejus*, legerunt. Qui hoc emendare voluerunt detraxerunt ultimam dictam (ו) *vau*, & ſequenti nomini conjunxerunt ואלהי *veelohai* Atqui in ultimo verſu eodem penitus modo Hebraicè legitur quo hìc Latinè, nec non in ultimo ſequentis Pſalm. ראמחי ישועותפני *veelohai ieſchuhhoth panai*. Nec refert quòd plurale nomen ישעות *ieſchuhhoth*, ſingulari numero redditum ſit. Et ſi fieri poteſt ut legerint LXX. numero ſingulari in regimine ישועה *ieſchuhhoth*. Paraphraſtes, illam quæ nunc eſt in textu Hebræo diſtinctionem ſecutus, expoſuit, *quoniam adhuc confitebor ei propter redemptionem, quæ eſt à conſpectu ejus*, בפורקנא דמן קדמוהי *bephure kara demin Kodmohi*. Ergo juxta editionem noſtram, tametſi allatus in principio ſecundùm Hebræam lectionem non ſit ineptus, ſenſus erit quòd confitebitur Deo qui ſalus eſt vultus ipſius, & Deus ejuſdem.

Salutare vultus noſtri, Deus dicitur, ut antea etiam dixi, primo quia vultus noſter ad eum ſe convertit; ſicut oculi ſervorum & ancillarum ad Dominos & Dominas *c*, *& oculi omnium in Deum ſperant* d, & ad Deum aſpicit qui eum aſpectat ſalvatorem *e*. Secundò, quia Deus ſalvando & miſerendo illuminare cenſetur vultum ſuper nos *f*, & illuſtrando faciem ſuam ſuper nos *g*, exhilarare vultus noſtros, & efficere ut *lumine vultus ejus* ambulemus *h*. Id Apollinarius vocat hìc.

Deus quomodo *ſalutare vultus noſtri* dicitur.
c Pſ.122.2.
d Pſ.144.15.
e Michææ 7.7
f Pſ.33.17.
g Pſ.118.135
h Pſ. 88.16.

Ἐμῆς παρεπίσκοπον ἄλκαρ ὀπωπῆς.
Mei præſens auxilium aſpectus.

Tertio ſalus iſta vultui noſtro accedere poteſt intelligi, non in hac dumtaxat vita, ſed, ut Euſebius & Apollinarius in commentario, atque Ambroſius, declarant, in clara Dei viſione, quando lumine vultus ſui, Deus vultum intellectus noſtri illuminabit, ut in lumine ipſius ſeu per lumen gloriæ quod habet participationem luminis increati ac infiniti, videamus lumen ipſum in-
B creatum infinitumque *i*: hæc eſt adimpletio lætitiæ cum vultu Dei *k*: hæc ut notat Ambroſius, transformatio à claritate in claritatem; tamquam à Domini ſpiritu, quum revelata facie gloriam Domini ſpeculabimur *l*. Cyrillus, quarto loco *vultum* lumens pro pulchritudine ac decore, ait, imprimi credentibus per ſanctificationem & continentiam: ſicut infideles turpitudo atque deformitas quædam ſequitur: propterea Paulum iis qui accepta fide legis juſtitiam etiam obſervabant, ſcripſiſſe *m*, *filioli quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis*: & ſic quando Chriſtus formatur in vobis, vultum animæ, ideſt, pulchritudinem ipſius, parere ſalutem. Quinto, Ruffinus, Caſſiodorus, Hugo S. Victoris, Haimo, Bruno, Ricardus Pampolitanus, Beda, Thomas, Remigius, aliique, *ſalutare vultus noſtri*, Chriſtum ut hominem vultui noſtro ſimilem, Deum noſtrum, eumdem, ut etiam Deus eſt, accipiunt. Addit Beda & Hugo Cardinalis *in ſalutari vultus noſtri*, ſpectari Deum, Chriſtumque ut recreatorem, in abſoluto nomine Dei eumdem ut Creatorem.

i Pſ.35.10.
k Pſ.15.11
l 2.Cor.3.18
m Gal.4.19

Verſ. 7.) & Deus meus.

Ad meipſum anima mea conturbata eſt: propterea memor ero tui de terra Jordanis, & Hermoniim à monte modico.

HInc inchoatur apoſtrophe ad Deum, cum quo apertè ſermo eſt: ibi *propterea memor ero tui*, juxta dictum prius verſuum diviſionem quæ hìc expreſſa eſt. Vel in ſequentibus illis verbis tranſitus fit ab una in aliam perſonam, quod crebrò accidit. Significat ergo ſic ſe cum anima ſua interdum collocutum ut ſemetipſum ſolaretur, quando ſummo intra ſe mœrore conturbaretur, tametſi longiùs domo exulem in terra, quæ juxta Jordanem eſt, montemque minorem Hermoniim, ſi cum illo præſertim montem comparetur, in quo habitas, & ubi tabernaculum conſtitutum eſt, habebo ſemper in memoria bonitatem ac miſericordiam tuam, nec non veracia fideliaque promiſſa. Sed & me non parum conſolabitur recordatio beneficiorum, quæ Patribus noſtris contuliſti in ipſo Jordane, ac trans & citra eumdem: præterea in Monte Hermoniim, ſicut etiam in Baſan, & Galaad vicinis ei locis; ubi adeo inſignes victorias noſtri reportarunt. Poteſt adhuc ſenſus eſſe: quamvis eo modo quem priùs dixerat, ideſt, ſpe in Deum, nitatur ſeſe conſolari, tamen ſubinde quum ſe ad ſemetipſum reflectit, & ad ærumnas recurrit præſentes, neceſſitate compulſus, diſcruciari rurſus intra animum ſuum: idcircò quantum poteſt, renovare velle in loco iſto peregrinationis ſuæ, & in anguſtiis illis locis Jordanis, fluminis & montis Hermoniim, memoriam Dei, donec pervenire detur ad perennes illos æternos fluvios, monteſque celſiſſimos, felicitatis & beatorum domus ampliſſimæ: quam alius n *magnam* vocat *Dei domum*, *& ingentem locum poſſeſſionis ejus*. Redigit item cum dolore memoriam ſibi quando quondam dum contigeret procul abeſſe, alacer tamen ac feſtivus accurrebat ad ſolemnitates, in Jeruſalem, abſ-
n Baruch.3.24.

que ullo metu aut impedimento, & cum frequenti comitatu. Exponi adhoc poteſt, animam veluti reſponſare ad id quod præceſſit, quum jubebatur bene ſperare & conquieſcere in promiſſionibus: non ſe temere angi & conqueri, ſed patriæ memoriam excutere lacrymas illi.

Ultimus ex traditis ſenſibus eſt Baſilii ac Theodoreti; ſecundus Euſebii, Euthymii, Lyrani, Treveti, ac recentium nonnullorum. Nec non R. Davidis Kimhi, ita ut deploret populus captivitatem in Babylone: penultimum Agellius tradit, comparans cum verbis, quinti verſus, ut ſit eadem fere ſententia, *hæc recordatus ſum: & effundi in me animam meam, quoniam tranſibo in locum tabernaculi*, &c. Probabiles omnes ſenſus, ille minùs, qui aliter explanat quàm de Davidis perſona. De myſticis agam poſtea.

Et Deus meus.) Satis dixi de verbis iſtis ac de conjunctione (*&*.) Obtinuit uſus cantus Eccleſiaſtici cum conſu enarratorum præcipuè paulo antiquiorum, ut ducatur initium ab illis verbis *ad me ipſum*, &c.

Ad me ipſum anima mea conturbata eſt.) Hieronymus, *in me ipſo anima mea incurvatur.* Pſalterium Romanum & Caſſiodorus, *à me ipſo anima mea turbata eſt.* Hebraice עלי נפשי תשתוחחי *bhalai naphſchi thiſthochachi*, quod verbum erat verſu 6. *quare triſtis es anima mea.* Inde repete vim ipſius phraſis, quæ eſt, quaſi dicat anima mea ſuper me, vel, in me, dejecta eſt, depreſſa, conſternata, cruciat ſe intra me, dejicit ſe apud me. Symmachus ἡ ψυχή μου καταπίπτει *anima mea liqueſcit.* Euthymius illud, πρὸς ἐμαυτὸν vult ſignificare, *in me ipſo*, nemine alio mœrorem hunc meum ſciente. Mœrorem verò aut de peccatis, ob quæ traditi eſſent Hebræi in captivitatem Babylonicam, aut propter moram reditus in patriam. Intimum dolorem ſignificabant quoque ſupra *a* verba illa *effudi in me animam meam*,

a verſ. 5.

Myſtico ſenſu Auguſtinus & alii hoc loco nec non Bernardus *b*, *turbationem* notant eſſe, quum quis ad ſe attendit, & naturales infirmas vires; & non in Deo apudve illum manet, ſed in ſe apud ſe: denique, à ſuperbia fieri turbationem, in humilitate, quietem reperi. *Novi*, ait Auguſtinus, *quia juſtitia Dei mei manet: utrum mea manet, neſcio. Malè eſt mihi*, ait idem *c*, *prater te Domine, non ſolum extra me, ſed etiam in me ipſo.* Hoc quoque Bernardus *d* confirmat. Thomas autem juxta verſionem noſtram, & aliam Hieronymi, *in me ipſo*, exponit, quo ſe cumque modo quis convertat ad ſe reperire tribulationem ac perditionem ex ſe, eſſe *e*: juxta aliam, *à me ipſo*, cauſſam corruptionis eſſe à ſe ipſo, ideſt, vel à primo parente, vel à peccatis etiam propriis.

b Serm. 36. in Cant.

c 13. Confeſſ. c. 8.

d Serm. an id ſuper cuſto meam ſtabo.

e Oſe. 523. 9.

Propterea memor ero tui.) Symmachus, ὅτ' ἀναμιμνήσκομαί σε, *quotieſcumque recordor tui.* Explicari etiam poſſet, ad me ipſum anima mea conturbata eſt, propterea quòd, ſeu quia memor ero tui, ideſt, ut Symmachus dicit, *quoties recordor tui.* Sic autem (*propterea*) על כן *bhalchen*, διὰ τοῦτο, idem eſt ac, *propterea quod*, vel, *quia*: talis particulæ hujus uſus alibi, ut *f*, *diffuſa eſt gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in æternum.* Nec enim quia diffuſa eſt gratia in labiis ejus, ideo benedixit Deus, ſed quoniam benedixit, gratia diffuſa eſt in labiis ejus. Ad eumdem modum dicere potuit, non quia ad ſe ipſum anima ejus conturbata eſſet, ideo memorem futurum Dei: ſed quia memor eſſet ejus, idcirco ad ipſum animam ejus conturbatam fuiſſe. Docent item partes, *propterea, quia*, ut ἵνα, ὅτι, διὰ τοῦτο, & ſimiles voces, eventum conſecutionemque deſignare; non cauſſam; quemadmodum quando factum aliquod ſcribitur fierive, propterea, ſeu quia prædictum eſt, vel, ut impleretur prophetia. Video tamen hoc loco fere communem ſententiam eſſe, ut *propterea*, tamquam cauſſæ nota ſumatur, & ſignificet David ſe propter conturbationem animæ ſuæ ſibi rediſſe in memoriam Deum. Probabilis adhuc verò & prior expoſitio nixa etiam interpretatione Symmachi, & exemplis aliis. Recordari explanat Apollinarius, καλεῖν *vocare*, ſive *invocare*.

f Tſ. 44 3.

Τὸν ἕνεκ' ἀρχὰς καλέσω σὲ Ἰορδάνιος ἀπὸ γαίης,
Propterea Rex vocabo te Jordanis de terra.

Pro *regis* nomine Pſalteria Romanum & Ambroſianum atque Caſſiodorus & Auguſtinus ponunt nomen, *Domine*, poſt, *memor ero tui*, ſed Auguſtinus legit in præterito *memoratus ſum tui Domine.* Paraphraſtes apud Nebienſem interpretatus eſt *propterea recordabuntur habitatores terra Jordanis*, &c. velut eſt in Bibliis regiis, *propterea recordabuntur tui qui habitant terram ad ulteriorem ripam Jordanis*, &c.

De terra Jordanis.) Objectum quod memoria repetendum erat, ſeu materiam & argumentum, nec non ſequentem montem Hermonim, ſatis multi intelligunt vel quòd eo redire percuperent Babylonica detenti captivitate Hebræi, vel quia ſolabantur ſe recordatione beneficiorum his in locis à Deo collatorum iis majoribus. Malunt alii hæc loca memorari, in quibus David exulans, recordaretur Dei, anhelans ad reditum in Jeruſalem, & in tabernaculum, quamvis ſimul ibidem beneficiorum olim illorum quæ Patres acceperiſſent, meminiſſet, quibus excitabat in ſe majorem ſpem. Confirmari poteſt hic poſterior dicendi modus locis aliis, quæ profert Agellius, in quibus mentio fit de memoria, quam quis habeat Dei, alio exiſtens in loco, remoto à Jeruſalem, ubi peculiariter colebatur, vel etiam abſolutè in loco, in quo propter diſtantiam, quaſi ſeparationem à locis, ubi coli & cognoſci poſſet Deus, nullus ejus cultus, nullave cognitio eſſet. In Pſalmo XXI. *g* vidimus quod prædicitur de fructu paſſionis Chriſti *reminiſcentur & convertentur ad Dominum univerſi fines terra, & adorabunt in conſpectu ejus univerſa familia gentium.* Zachariæ *h* vaticinium eſt; *ſeminabo eos in populis, & de longè recordabuntur mei.* Item Jeremias *i* pronuntiat, *qui fugiſtis gladium, venite; nolite ſtare, recordamini procul Domini, & Jeruſalem aſcendat ſuper cor veſtrum*: ſed & captivi in Babylone dicebant *k*, *ſi oblitus fuero tui Jeruſalem, oblivioni detur dextera mea: adhæreat lingua mea faucibus meis ſi non memi nero tui.* Chryſoſtomus, in Epiſtolam ad Hebræos *l*, præſentem locum Pſalmi noſtri ita intelligit. Commendat ibi valdè memoriam Dei in adverſis, veluti in Babylone, verſanti in Pſalm. CXXI. vituperat Chriſtianos, qui comparatione Judæorum tam parum afficiantur ad templa, quum Judæis etiam lapides ipſi placerent *m*, latarenturque audientes in domum Dei ſe iturosque *n*. Hujus rei cauſſam fuiſſe tribulationem & captivitatem, antequam nauſeabant templum, & divini verbi auditionem, vacabantque idololatriæ, in ſylvis, montibus, collibus.

g verſ. 28.

h c. 10. 9.

i c. 51. 50.

k Pſ. 136. 5. 6

l Gen. 26.

m Pſ. 101. 2.

n Pſ. 121. 1.

Jordanis terra.) Eſt terra juxta Jordanem quæ & *regio Jordanis* appellatur *o*. Oritur Jordanis in Libani radicibus, gemino ex fonte, dextro Dan, Jor ſiniſtro, licet etymon ירדן *iarden*, velint eſſe quaſi dicas *deſcendens ex Dan* hoc eſt, oppido Dan nomen id decedere filii Dan) quod olim vocabatur Lais, aut etiam Lachis, ut quibuſdam placet, atque Leſem, poſteaque Leſem Dan, extabatque apud Panium, ſed Paneadem, præcipuum Plinii *p* ac Solini *q* opinione Jordanis fontem. Sed Joſephus ortum eidem aſſignat ex Traconitidis lacu rotundo, nomine Phiala, propter figuram; inde ad antrum Panium prope Dan, hoc eſt, Philippi Cæſaream, aquas ferri, ac erumpere in lacum, qui etiam dicitur Majedan, ac ſi dicas, מיסרו *maim Dan*: *aquas Dan*, quod fortè idem eſt cum nomine Magedan. Plura Bocardus, Adricomius, aliique topographi locorum ſanctorum, præterea Salmeron *r* & Pererius *ſ*, Toletus *t*, Maſius, & Arias in Joſue de ſpatio exituque, ſive fine. Laudabilis fluvius & circum ipſum regio, quia ſiccis Hebræorum tranſitus veſtigiis quum utrinque divinitus diviſæ aquæ, conſtitiſſentque *u*: quia Elias & Eliſæus per eumdam pallio percuſſum pedibus iter confecerunt *x*, quia Naaman in eodem quum ſepties laviſſet à lepra mundatus eſt *y*: quia primum ibi baptizavit Joannes, & ab eodem baptizari Chriſtus dignatus *z* eſt, ut aquas deſtinaret ac ſanctificaret ſuo baptiſmo. Etymologiam Jordanis aliam tradit Hieronymus *a*, ut ſignificet, *rivum judicii.* Convenit notatio Baptiſmo Joannis, qui prædicabat pœnitentiam, intentabatque minas, dicens jam ſecurim ad radicem arboris poſitam, & vocans *genimina viperarum b*. Ambroſius, in deſcenſione ſpectat deſcenſionem Chriſti per incarnationem & baptiſmum, in exitu ejuidem contra Ægyptum, & quòd terram promiſſionis dividat: quum qui turbatur, ſi boni ſibi conſulat, contra Ægyptum exire, & ſequi viam lucis. Auguſtinus, Gregorius *c*, alii, rationem habent deſcenſus

o Gen. 13. 10 Matth. 3. 5. Jordanis unde ſumat originem & etymon.

p l. 5. c. 15.

q c. 38.

r to. 1. pr. 41. ſ in c. 13. G. n. 17. & ſeq. t in Luc. c. 3 annot. 8

u Joſue 3. 16

x 4. Reg. 2.

y c. 5. 14.

z Matth. 16.

a in c. 47. Ezech.

b Matt. 3. 7.

c 31. Moral. c. 6. varſ. 9.

ſus humilitatis. Sed non ſignificat Jordanis, ut idem Auguſtinus tamen ponit, Remigius, Caſſiodorus, aliique deſcenſum eorum, quia in ירדן *iarden*, littera ultima non eſt nota pronominis affixi maſculini.

Et Hermoniim.) Hieronymus, *Hermonii*, vel, apud Trevetum *Hermoni*, vel apud Victorium, *Hermonim*, quo pacto eſt Hebraicè חרמון *Chermonim*. In Pſalterio Ambroſiano & apud Ambroſium, *Hermonium*, in Romano, *Hermonis*, legit verò etiam Auguſtinus, Caſſiodorus, & alii ut nos legimus, & extat Græcè ἑρμωνιείμ. Hebræum nomen Bredembachius aſſerit eſſe habitantium juxta montem Hermon, quos vocare poſſis Hermonitas, ſic quoque Paraphraſtes Chaldæus explicat, & Vatablus ac Tyroboſcus. Placeret hoc, ſi ſcriberetur חרמוניים *chermoniim*, ex ſingulari חרמוני *chermoni*, quia forma deſinunt apud Hebræos patronymica, ut עברי *hhiuri* Hebræ עבריים *hhiuriim*, *Hebræi*. Hoc forſan ſibi vult *Hermonium* quo utimur, & quod LXX. poſuerunt. Hieronymus. Valernius, putat eſſe plurale, ſignificant montes aut montana Hermon. Cajetanus docet eſſe nomen diverſarum partium unius montis magni ad nationes diverſas ſpectantium. Genebrardus item ait eſſe duos montes, vel potius tractus montium circa Hermonem. S. Hieronymus in Epitaphio Paulæ *a*, videtur diſtinguere montem Hermon & Hermoniim, & campos latiſſimos Galilææ, in quibus Siſara, & omnis exercitus ejus, Barach vincente proſtratus eſt. Apollinarius, ἑρμωνίμων, *Hermoniimum*; velut unum montem vocat.

a Ep. 27.

Hermonis majoris & minoris diſtinctio.

Diſtinguit Brocardus, & Adricomius Hermonem montem majorem, quatuor fere leucarum, contra mare Galilææ, ubi Jordanis egrediatur ex mari Galilææ, & Hermonem minorem, in cujus latere Aquilonari ſit civitas Naim: & Hermonium non diſtinctum à majore Hermone, ſed jugum humile, ſeu tumorem ab illo contra montem Tabor procedentem, ubi oppidum Endor; atque de hoc ſermonem eſſe in iſto Pſalmo: de majore in Pſalmo LXXXVIII. *b*, & CXXXII. *c*, Majorem vocabant etiam *Sanir* & *Sarion* ut habetur in Deuteronomio *d*, teſtaturque Hieronymus *e*, qui addit, *Sanior*. Præterea *Baal*, *Hermon*, & *Sion* (ſin) alius enim eſt per (thſade) nempe in Jeruſalem, quamvis una loco alterius interdum ponatur. Unde intelligitur illud ex Pſalmo CXXXII. *Sicut ros Hermon qui deſcendit in montem Sion*, nec enim Sion qui eſt in Jeruſalem remotus valde. Sed de eodem Hermon, qui alio nomine vocatur Sion, licèt ibi per (ש) tſade, aliàs per (ש) ſin ſcribatur. Confirmatur ex loco Eccleſiaſtici *f quaſi Cypreſſus in monte Sion*, ubi Græcè habetur, ὡραιωθὴν Ἑρμών, *in montibus Hermon*, Fortaſſis editio Latina immediatè facta eſt ex Hebræa, in qua librum illum vidiſſe teſtatur Hieronymus Nyſſenus *g*, *Sanir* & *Hermon* duos aſſerit vertices eſſe brachiave montis unius, ex quibus Jordanis duo fontes effundantur. Sed fieri poteſt ut idem mons priùs nomine vario vocatus, deinde diſtincta partibus in diſtinctis acceperit; quemadmodum Danubius Iſterque habitus aliquando eſt idem fluvius; poſtea pars ea Danubii nominata Iſter, quæ ad oſtium ejus tendit; item Taurus & Caucaſus nomina ſunt ejuſdem montis, nec tamen eodem loco Taurus appellatur ubi Caucaſus: eodem pacto Horeb, Sinai, Pharan, ſunt ejuſdem montis colles. Placet mihi magis hoc ultimum ut ſit *Hermoniim* idem quod *Hermonius*, nomen collis. Id præ ſe fert modus ſcribendi quo uſi ſunt LXX. Ἑρμωνίμ, ſcripſiſſent enim in fine per ſimplex jota ἑρμωνίμ, ſi pluralem numerum deſignare voluiſſent, ſicut χερουβίμ. Apollinarius quoque nominavit, ut dixi, ἑρμωνίμων. Illis in locis Siſara, Seon, Og devicti ſunt. Ambroſius interpretatur etymon *Hermoniim*, *viam lucernæ*: monetque ſenſu tropologico, exeundum priùs contra Ægyptum: contra Jordanis erat, volenti lumen Chriſti videre, ſicut exivit *Chananæa à finibus* Gentium *h*; Moſes ex Ægypto: lucernam eſſe in Chriſti corpore; viam illius, Evangelium: Auguſtinus & ſectatores, quique dicuntur Hieronymus ac Ruffinus Auctores Commentariorum in Pſalmos, exponunt anathematizationem, myſticèque deſignari quemque debere anathematizare ſe ipſum, diſplicendo ſibi atque in Baptiſmo fieri anathematizando ſive renuntiando Satanæ, & pompis ejus. Alii derivant à deſolando, & vaſtando, ſed ſcribi deberet tunc per (ח) non per (ח)

b verſ. 13.
c verſ. 3.
d c. 3. 9.
e in Ezec. c. 27. & Cant. Helvid. & l. de locis Hebr.

c. 24. 17.

f Hom 8. in Cantic.

h Matt. 15. 22.

Etymologiæ autem ab Ambroſio traditæ rationem ignoro.

A monte modico,) Hieronymus; *de monte minimo*. Auguſtinus, *à monte parvo*. Campenſis, Felix, Folengius, Flaminius, Arias, Gagnejus Angelicus Bonriccius. R. David, & R. Abraham *à Mitſar* qui Hebr. מצער *mitſhhar* ita ut ſit nomen montis diverſi: Paraphraſis Chaldæa, & R. Salamon, *à Sinai*, ubi lex data. Cajetanus, *ab Horeb*, qui erat pars montis Sinai. Genebrardus, à monte quolibet alio parvo, aut ut *Hermoniim* dicantur montes parvi, ſcilicet parvo æſtimandi, comparatione Sion ſeu Moria, ubi templum erat. Valentia, à monte Hermon minore juxta quem baptizatus ſit Chriſtus, & Apoſtolos baptizaverit. Agellius, à monte qui Segor civitati imminebat, qui ſic dicebatur; quia parva צוער *tſohhar*, & in quem Loth confugit *i*. Græci exiſtimant ipſummet Hermonium montem vocari *modicum*.

i Gen. 19. 36

Ἐ"κδ' Ἑρμονίμε (ait Apollinarius) τὸ δ' ἐστὶ ὄρος ἔπλετο τυτδὸν.

Deque Hermoniimi; *hic verò quidem mons erat modicus*.

Sic vertit etiam Symmachus, ἀπὸ Ἑρμονιείμ ὄρους μικροῦ τυτδὸν, *ab Hermoniim monte minimo*. Idem videntur tentire Latini antiquiores, magiſque clarè Lyranus, Trevetus, Hugo Card. & S. Victoris, Ludolphus, Michael Aiguanus. De recentioribus eadem ſequitur opinio. Titelmanus, Janſonius, Peregrinus Herus, Panigarola, Joannes Baptiſta Botta, ſed hic vult eumdem eſſe cum Hor in quo mortui ſunt Aaron & Moſes: quod certè non eſt verum. Conſentit quoque Marianus Victorius in Indice Hieronymi. Cecinit id etiam carmine Crucius noſter:

Dum ſequor Hermonium dorſa minora jugum.

Ultimam iſtam opinionem ego probo: de monte adjacente Segor, non video cauſſam cur mentio hìc fieret: de Mitſar Hebræi ipſi fatentur ignorare ſe quis mons fuerit. Etſi fateor nonnumquam LXX. nomina propria Hebræa transferre ſecundùm notationem eorum nec originalia retinere. Differit hac de re Pineda *k* noſter, ſed non ei concedo exemplum de Mitſar tamquam loci vocabulo quod per μικρὸν ſit redditum. Myſticam intelligentiam de humili corde hìc etiam affeſunt, unde proveniat anathematiſmus & abrenunciatio vitiorum ac Satanæ: gratia verò per baptiſmum & juſtificationem recepta conſervetur. Senſu myſtico, Chriſtum præterea dicunt eſſe *montem modicum* propter humilitatem incarnationis: quod etiam in confeſſionibus Auguſtinus *l* habet. Tropologia etiam hinc elici poteſt, ut omnis hic nobis modicus mundus videatur parvique pretii, ſi cum magna illa beatorum domo conferatur, *ingentique loco poſſeſſionis ejus m*, ubi manſiones adeo multæ & amplæ. Caſa hic mundus, hoſpitium, diverſorium, tuguriolum, punctum eſt. Hoc eſt illud punctum, ait Seneca *n*, quod inter tot Gentes ferro, & igne dividitur: punctum in quo navigamus, in quo bellamus, in quo regna diſponimus: ſurſum ingentia ſpatia, in quorum poſſeſſionem animus admitteretur *o*.

k in c. ult. Job verſ. 15. in digreſſion.

Senſus myſticus.

l 23. Confeſſ. c. 12.

Tropologia *m Baruch. 3 24.*

n Præfat. in l. 1. nat. q.

o 13. Confeſſ. c. 12.

Verſ. 8. Abyſſus abyſſum invocat, in voce cataractarum tuarum.
Omnia excelſa tua, & fluctus tui ſuper me tranſierunt.

EXiſtentem in exilio me, ac de abſentia valde turbatum, dum ſimul triſtis cogito de reditu, & reviſenda patria, maximè autem de loco ſacro, ubi coleris, una poſt aliam veluti per abſorbentis modum abyſſi calamitas ſubſequitur excipitque & alia invitare aliam videtur, poſtque ſe trahere, perinde ac ſi calamitates tu iſtas ſuper me plures impetu, horriſonoque ſtrepitu, ut ſolent interdum à te perſtrepentes de ruptis cum fragore nubibus aquarum inundationes effundi atque præcipitari, vel de fluminibus aquæ ductibus, torrentibus, aquæ præcipites ruere.

Omnes illi excelſi ſublimeſque ſævi fluctus adverſitatum & elevatæ feræ procellæ in caput meum deſcenderunt, meque obruerunt, abſorbuerunt, impetu correptum demerſerunt. Græci ſenſum iſtum tradunt, præſertim Euthymius (quamvis in quibuſdam diſcrepet de quibus poſtea, nec non Lat. Multiplex porro ſenſus myſticus aſſignatur. Vetus teſtamentum Ambroſius *a* docet non prævaluiſſe ad iſtius mundi redemptionem, ſed quaſi ad auxilium invitaſſe. Teſtamentum novum: *cataractas* eſſe profunda verborum & vim cœleſtis eloquii, quæ fluxere nobis ſicut imber è Cœlo: hæc omnia, ideſt, ſcripturas, & Chriſtum remedium tædiorum eſſe, atque in tentationibus unum refugium. Similis expoſitio Ruffini, Hieronymi *b*, Euthymii, Thomæ, Haimonis, Caſſiodori: novum veteri teſtamento confirmari per Prophetas & Apoſtolos, qui tamquam aquarum evomant multitudinem. Idem habet verus Hieronymus *c*, Leo *d*. Auguſtinus, quem imitatur Thomas, hominem vocans *abyſſum*, propter profundum cor ejus, explicat quòd homo hominem invocat, ut ab eo diſcat, vel unus alium invitat, ut cum doceat, non in voce ſua ſed Domini, communicando aliquid fidei veritatiſque propter vitam æternam. Rurſus ait, quòd abyſſus abyſſum invocat, quando humiliter ſeu in humili abyſſo noſtra ad nos ipſos turbata anima noſtra horret divina judicia, quæ ſunt *abyſſus multa* *e*, & velut *cataractarum* horribili minantur *voce* poſt abyſſum horum laborum, reſtare alteram graviorem damnationis. Affinitatem habet quod Euthymius adhuc affert, quod immenſitas peccatorum noſtrorum immenſitatem invocat miſericordiarum Dei, & hoc quidem in *voce cataractarum* ejus, hoc eſt, prædicatorum Evangelii. Similis Bernardi *f* expoſitio, quod abyſſus luminis & miſericordiæ in vocet abyſſum miſeriæ & tenebrarum, ut quando Lazarum Chriſtus evocavit foras *g*, quia major miſericordia Dei quàm iniquitas noſtra. Ita etiam Drogo Cardinalis *h*, & alter Cardinalis Hugo, ait quod abyſſus miſericordiæ Chriſti per cataractas plagarum invocat miſeriam generis humani, clamatque multo melius quàm ſanguis Abel *i*. Arnobius *Abyſſum* vocat filium, qui de profundo terræ & fluminis, invocaret abyſſum Patrem, & apertis cataractis Cœli deſcendenteque Spiritu Sancto, Pater appellaret Filium de altitudine cœlorum: hoc autem modo *excelſa Dei* ad nos ingreſſa ſint, quia homo recuperatus eſt non Angelus. Aliter Hieronymus, quod Chriſtus *de monte modico*, ideſt, aſumptione humani corporis, quam Daniel *k lapidem abſciſſum de monte ſine manibus*, ideſt, ſine opere, *nuptiale* vocat, invocat Patrem alteram abyſſum *in voce cataractarum* ſuarum ut det *verbum Evangelizantibus virtute multa* *l*. Remigius ac Beda intelligunt, quod profundus & magnus intellectus fidelium de Judæa invocat abyſſum, ideſt, intellectum gentium, ut veniant ad finem. Id ſibi vult quoque Anaſtaſius *m* Sinaita, quod multitudo gentium ſuper quam prius erant tenebræ, Judæos adhortatur ad cogitationem Dei. Thomas explicat, judicium quo infert Deus mala præſentia, invocare judicium quo inferet futura, ſcilicet quia nonnumquam inchoatio quædam futuræ vitæ malorum ſunt præſentia. Vel abyſſus peccati abyſſum invocat damnationis æternæ, non ſolam pœnam præſentem, ut ait etiam Bruno, & qui creditur Auguſtinus, auctor libri de contritione cordis *n*, diſtinguens triplicem abyſſum peccatorum, tormentorum, judiciorum divinorum. Addi poſſet, cum Hugone Cardinali, ut uno peccato ad aliud deſcendi, unumque quoddamodo aliud invocare atque invitare: ſicut & ſe invicem improbi ad malum invitant invocantque. Bernardus *o*, docet, per abyſſum timoris ſui, Deum cor noſtrum, quod etiam abyſſo ſimile cenſeri poteſt, educere in admirabile lumen ſuæ cogitationis & amoris ex abyſſo ignorantiæ & iniquitatis. Greg. *p*, tunc inquit ab abyſſo invocari abyſſum, quando peccatores ſuummet peccatum condemnant, & hinc ad æterni judicis ſententiam properant, apud quem ſe quoque damnabiles cognoſcunt. Idem extat apud Iſidorum *q*, quo revocari poteſt. Hugo Victorinus, ſcribens, quod Deus per ſapientiam ſuam occulta noſtra ſubtiliter penetrat, & eadem quæ conſcientia noſtra accuſat, condemnat. Adjicit ut ex judicio quod in aliquos exercuit Deus, certi ſumus & de nobis judicium futurum, & qui quod minatus prævaricatori Adamo poſteriſque intulit perſeverantibus in peccato, ſupplicium æternum illaturum, quod minatur: qui judicavit prius per aquam, per ignem judicaturum. Rurſum Hieronymus *r* quando ab obſcuris ad obſcuriora tranſimus intelligenda, dicit quod abyſſus abyſſum invocat. Item adhuc Auguſtinus *ſ* accipit abyſſum fidei, quæ invocet abyſſum claræ viſionis Dei, dum interim apertis de Cœlo cataractis fluminis lætificantis expectamus copiam in civitate ſuperna. Hugo Cardinalis aut Alenſis, aliter explicat de nimiis expenſis, quæ invocant rapinas: de malo homine qui malum trahit. Bonaventura *t* B. Virgini & Filio accommodat hoc modo, ut illa illum pro nobis nunc invocet. Rectè etiam dixerit, quod profundiſſimæ & infinitæ cujuſdam capacitatis, voluntatis noſtræ intellectuſque, abyſſus, abyſſum ſummi ac infiniti boni invocat, quia nullo valet alio expleri. Juxta etymon Thomæ, ut ſignificet abyſſum, abyſſus ardentiſſimi deſiderii ejus, licet non adeo fidelis invocavit abyſſum immenſæ benignitatis Chriſti, qui dignatus eſt ad unum illum venire, ut ab eo profundo extraheret infidelitatis, ut infinitum illud videndi deſiderium ſatiaret. Adjice, ſi placet, cataractas oculorum cum ſingultibus & abyſſo lacrymarum, quibus invocatur abyſſus gratiæ & gloriæ divinæ.

Abyſſus (De hac egimus voce Pſalmo XXXV. *u* ad ea verba, *judicia tua abyſſus multa*. Eſt Aquarum profunditas tanta, ut ejus videri fundum neqneat; deſignatque immenſas quaſdam calamitates: *Quantas oſtendiſti*, ait alibi *x*, *mihi tribulationes multas & malas, & in verſu vivificaſti me, & de abyſſis terræ iterum reduxiſti me*. Cur myſticè de ſcriptura ſacra vox dicatur *abyſſi*, rationes Hugo Cardinalis ſive Alenſis dat, quia inſcrutabilis exhauri nequit, rivi aliarum ſcientiarum emanant ab ea: obſcura eſt: omnes alias facultates recipit in ſe. Tum in bonam, tum in malam ſumi partem Hieronymus *y*, notat: tum indifferenter: quod exemplis demonſtrat. *Voraginem* alii vertunt, & *gurgitem*.

Invocat.) Chaldaicè; *Abyſſus ſuperior, abyſſum inferiorem invocat*. Neſcio an paraphraſtes innuat circulationem in imbrium generatione, ut ex deſcendentibus exiſtant denuo vapores, ex quibus rurſum alii procreentur imbres. Symm. ἄβυσος ἀβύσῳ ἀπλώσει, vel ἀπαντᾷ, *abyſſus abyſſo occurrebat*, aut *occurrit*, Hebræum קרא *Kara* utrumque ſignificat, & *vocare* ſeu *clamare*, & *occurere*.

In voce cataractarum tuarum.) Symmac. ἀπὸ ἤχου τῶν ὑδρείων σου, ἀπὸ ἤχου ἀγωγῶν σου. Exponunt alii, *ad vocem fiſtularum tuarum*, ſive, *canalium*. Ad ſimili tudinem vocis εἰς φωνὴν לקול *lekol*, tum tonitruorum, ante pluviam tum aquarum cum impetu & cum ſtrepitu decidentium ex nubibus diruptis, aut, ex editis aliis locis, comparat ingruentes unam poſt aliam cum fragore & horrore calamitates. Græcus genitivus τῶν καταῤῥάκτων, à maſculino καταῤῥάκτης, quod ſcribitur etiam per unicum (g) Euthymius obſervat eſſe quaſi dicat Latinè, *cataractorum tuorum*, à verbo καταῤῥάσσω, *collido, confringo*, ideſt, *colliſorum, confractorum*, ſumendo iſta paſſivè, ſicut & nomen Græcum, licèt alioqui propriè habeat formam & ſignificationem activam, ut ſit ſenſus: Adeo alternæ & frequentes calamitates, nos ſervos tuos confractos, colliſos, adoriuntur, ut mutuo ſeſe adhortari videantur, & adeo nos affligunt punguntque, ut præ nimio dolore ad clamorem nos etiam provocent. Ait præterea, ſi activè ſumamus, juxta propriam ſuam formam, pro *colliſoribus*, confractoribus, ad hunc modum exponi. Immenſitas peccatorum noſtrorum, immenſitatem invocat miſericordiarum tuarum, atque hoc ad vocem Prædicatorum Evangelii, hoc eſt, Apoſtolorum qui ſunt validiſſimi confractores, omnem Diabolicam elationem confringentes. Equidem non reperio, qui hoc ea notione vocabulum uſurpet, ſive activè, ſive paſſivè, ſed dumtaxat pro loco abrupto præcipitique, unde ruat aqua po ius quam fluat, quales Nili Strabo *z* Pliniuſque *a* cataractas nominat, & Iſtri Suidas *b* Dionyſius appellat πετρώδεις πόρους ὃς ἐν τῷ καθ' ὁδὸν βαίνειν οἱ ποταμοὶ ὠκαχαιτίζοντας τὸν ῥοῦν εὑρόντες ὑπερβλύσαντες, πολὺ σωσαγαδόντες ῥεῦμα. ἐ γῆ πλημμύρα καταῤῥάσσοντες ὕσοι ἀνοδεν βιαίως καπόνες ἐξ ὃ κ ὄρανοῦ καταῤῥάκτας φαμὲν, *petroſa loca quæ fluvii dum per viam excurrendo reperiunt, impedire, & cohibere curſum ipſo-*

a hic & in Pſ. 35.
b hic, & Ep. 6. tom. 9. & in c. 3 Hab.
c Ep 150. in præfat.
d Serm. 9 de paſſ.
e Pſ. 35. 7.
f Serm. 4. de aſſumpt.
g Joan 11. 43.
h Ser de paſſ ſub fine.
i Heb, 12. 24.
k in c 3. Hab v. 2. 34.
l Pſ. 67. 11.
m l. 2. hexa.
n c. 9. apud Aug. tom. 9.
o epiſt. 107.
p 27. moral. c. 16. vel 18.
q 2. ſen. c. 26
t in ſpeculo Mariæ c. 5.
u verſ. 7.
x Pſ. 70. 20.
Cur myſtice de Scriptura ſacra vox dicatur *abyſſi*.
y in c. 3. Hab
z l. 14.
a l. 5. c. 9.
b verbo cataracta.

ipſorum prætergrediuntur, multum una cogentes fluctum fluxumve, & tum ingenti inundatione erumpentes: aut ex alto violente deſcendentes: unde & Cœli cataractas, inquit *dicimus*. Ipſæmet ruentes aquæ vocabulo *cataractarum* ſolent appellari, ut in Pamphylia teſtatur ſic dictus Cataractes fluvius; quia ſe præcipitat: ut Mala, idemq; prodit Strabo *a*. Eodem nomine vocant pendulas penſileſve ac recidens portas ex funibus vel catenis, ut attolli & dimitti poſſunt, vel in urbibus, ad irruptiones hoſtium propulſandas, ut meminit Livius *b* vel in fluminibus, ad emittendam aut retinendam aquam. In Geneſi *c cataractæ Cœli*, ad efficiendum *aperta* diluvium, nihil aliud fuerunt niſi copia quædam maxima, ingentiq; ac horrifico ſonitu & fragore de nubibus diſtractis profuſæ aquæ; nulla vero ratione, de aſtrifero cœlo emiſſæ tamquam per fiſtulas feneſtraſq; Refellit Pererius *d* noſter commentum iſtud cum Abulenſe contra Oleaſtrum Eugubinum doctorem, quem vocat ſolemnem Abulenſis, indicaturq, à Beda *e* plures ſentientes aquarum verarum ſuper Cœlos collationem in eum uſum fuiſſe. Verùm & illud de aquis ſuper Cœlos veris abhorret à vero, ut ab eodem *f* & aliis demonſtratur. Larga imbrium emiſſio vel ad fœcundandam vel ad evertendam terram per cataractas factas, aut apertas fieri ſolet *g*. Præſentis loci Hebræa vox eſt עוויט *tſinnorim*, ſignificans *fiſtulas* & *canales*, per quos è tecto aqua ejicitur: in Geneſi *h* eſt nomen ארבות *arubboth*, quæ poſſunt appellari *feneſtræ aut foramina*, unde vel fumus, vel aqua latens erumpat, velut ex inſidiis, quia ארב *arab*, *inſidiari* eſt.

Omnia excelſa tua & fluctus tui.) Hieron. *omnes gurgites tui & fluctus tui*. quod Græcè Symmachus reddit, εἰ καταιγίδες σοῦ κύματα σου, *procellæ tuæ & fluctus tui*, Auguſt. *omnes ſuſpenſiones tuæ, & fluctus tui ſuper me ingreſſi ſunt*. Alii, *omnes inundationes & fluctus tui & procellæ tuæ*: aut undæ tuæ, & fluctus tui: aut nimbi & fluctus tui, aut, confractiones tuæ & fluctus tui: aut illiſiones tuæ & fluctus tui. Aquila primo loco οἱ συντεμμοι. Hebr. priùs nomen משברים *miſchbharim*, propriè denotat confractiones, à שגר *ſanar*, *confringere*, quaſi velit Propheta ſignificare tempeſtatum fragorem quo ſe venti ac nubes in aere, in mari fluctus ac nudæ collidunt & confringunt, & naves etiam hæ conterunt. Cajetanus vult in priore membro contineri comparationem ex pluvia & impreſſionibus aeris: in hoc, ex aquis inferioribus fontium, fluminum, torrentium, maris, &c. maximè verò maris: ac primo vocabulo Hebræo jam dicto undas ejus fractas; ſecundo, גלים *gallim*, infractas: propriè dixeris revolutiones, & rotationes. Dixerunt LXX. πάντες οἱ μετεωρισμοί σου καὶ σα κύματα σα poſſes interpretari *ſublimitates & elationes maris*, primam vocem, ſicut & in Pſalmo XCII. *i* vertitur, nec non Hebræa prima, *mirabiles elationes maris*, quoniam, ut ibidem præcedit, *elevaverunt flumina vocem ſuam, & fluctus ſuos à vocibus aquarum multarum*; ubi pro *fluctibus*, Græcè ſunt ἐπιτείνεις. Habacuc *k* abyſſo vocem attribuit: David alio in Pſal. *Iſonitus multitudinem* aquis. Non aſſentior, μετεωρισμὸς idem hic valere quod μετέωρα, ut Bredembachio placet, nempe, cuncta quę virtute aſtrorum ex his inferioribus terrarum aquarumq; regionibus intumeſcunt & elevantur, ut fulmina, tonitrua, grando, nix, imbres, inundationes aquarum & ſimilia. *Altitudinis* nomine idem Habacuc *m* confertas, ac intumeſcentes aquas profundaſq; appellat: *altitudo manus ſuas levavit*, & aliis linguis mare vocatur *altum*, & ob profunditatem & ob exurgentes in ſublime fluctus. Itaq; *excelſa & fluctus* deſignat majores & minores tribulationes. Similis huic alius in Lxxxvii. *n* Pſalmo locus, *ſuper me confirmatus eſt furor tuus: & omnes fluctus tuos παντας τὰς μετεωρισμὸς σου* כל־משברך *chol miſchhareeba*, *induxiſti ſuper me*. *o*. Jonas autem videtur præſentis Pſalmi locum tranſcripſiſſe, *omnes gurgites tui & fluctus tui ſuper me tranſierunt*, quæ etiam Hebr. ac Græcè eodem penitus ibi modo, ſicut hic ſe habent. Illuſtrat Ribera noſter in commentario Jonæ Ovidii ſimili verſu *p*.

Me miſerum quanti montes volvuntur aquarum:
Jam jam tacturos ſidera ſumma putes;
Quantæ diductо ſubſidunt æquore valles,
Jam jam tacturas Tartara nigra putes.

a *l.* 14 Cataractes fluvius in Pamphylia, b 8. *belli Panic.* c c. 8. 11

d *l.* 12 *in Gen. diſp.* 5 Oleaſter & Eugubinus refutati. e *l. de Nat. rerum.* f *l.* 1. *in Gen.*

g 4. *Reg.* 7 18. *Mal.* 3. 10 & *hoc loco*, h c. 8. 2

verſ. 4

K c. 3. 10 l *Pſ.* 76. 17

m c. 3. 10

n *verſ.* 1. 8

o c. 24

p 1. *Triſt. elig.* 2

Item Virgilii *q*.

q *Æneid.* 5

Hi ſummo fluctu pendent, his unda dehiſcens
Terram inter fluctus aperit.

Et de revolutionibus aut rotationibus ſive de aquis quæ naves circum circa torquent, miſcent, turbant, quod ſignificat κύματα, quaſi à κυκάω; profert Homerum *r*,

r *Odiſſ.* 5

Τὸν δ' ἐφόρεμεν δα κῦμα κατὰ ῥοὸν ἔνθα καὶ ἔνθα,
Hunc ferebat ingens fluctus per fluxus aquarum, huc & illuc.

Rurſum ex Virgilio *ſ*.

ſ *Æneid.* 1

——*aſt illum ter fluctus ibidem.*
Torquet agens circum & rapidus vorat æquore vortex.

Primùm adhuc in Pſalmos *t* alio expreſſum magis, *aſcendunt uſq; ad cœlos, & deſcendunt uſq; ad abyſſos*. Myſtico ſenſu Caſſiodorus aliiq; ſcripturis hæc aptant, in quarum ſe juſtus avidè notitiam perſcrutando immerſerit. Remigius & Beda ad Chriſtum transferunt, qui omnium tribulationes ad ſe tranſiſſe dicat, & languiores abſtuliſſe *u*. Porro per Hyperbolem (omnes) pro multis ponuntur.

t *Pſ.* 106. 26

u *Iſ.* 53. 4

Super me tranſierunt.) Auguſtinus, *ſuper me ingreſſi ſunt*. *Tranſeundi* verborum denotat fluctus impetu vehementi prætерlabendo quaſi obvium corripuiſſe ac ſecum traxiſſe ac demerſiſſe. Quo pacto etiam loquitur Iſaias *x*, de flagello: *Flagellum innundans quum tranſierit, non veniet ſuper nos*, Ideſt, calamitates tamquam flumina inundantia. Vim aliam deprehendit Hugo Card. ac Thomas aliique, quod non ſtet ſuper electos tribulatio, ſed ſuper reprobos: *tranſitus virgæ erit fundatus, eamque requieſcere faciet Dominus ſuper eum* y. Atqui apud Iſaiam priore loco verba ſunt improborum ac etiam reproborum, qui vocantur ibidem, *illuſiones, percuſſerantque fœdus cum morte, & cum inferno fecerunt pactum*.

x c. 28. 17

y c. 30. 32

Verſ. 9.) In die mandavit Dominus miſericordiam ſuam: & nocte canticum ejus.

INter volumina illa vorticeſq; adverſum, quibus pene adobruor & ſubmergor: inter abyſſos terras illas calamitatum, quæ me circumſtant & premunt, recurri ad ſalubrem iſtam cogitationem, quod optimus Deus memor miſericordiæ, hanc tandem veluti legabit ad me, videbitq; venire, lætum exhibendo lumen benignitas, & palàm atq; gloriosè de exilio ac tribulatione liberando; volens tamen, ut ego interim, dum adhuc noctis tempus eſt, & afflictionum tenebris circumfundor, canticum deferam actionis gratiarum. Olim priuſquam errarem exul à patria, dum ſolemnes agebam feſtos per diem, ſicut lex præcipit, tantam reperiebar adverſus me beneficentiam Dei, ut nec in nocte ceſſarem eundem, tum prodivina illa miſericordia percepta, tum quia reliquiæ quodammodo piæ cogitationis operiſq; præcedentis feſtum agebant *z* mihi etiam nocturno tempore: ſed & diu nocteq; ſæpius divinæ miſericordiæ ſum expertus effecta. Nunc ſimilis beneficii ſpe aliquando recuperandi, conſolor me ipſum, cum intelligam ſic Deum velle, ut in adverſis laudemus ipſum. Adhunc tendunt ſenſum quæ dicunt alii myſtico ſenſu; nec enim litteralem cenſeo Treveti expoſitionem de die prolongato ſub Joſue, & de laude qua ſequenti nocte beneficium tantum celebratum fuerit. Ambroſ. & Hieron. in luce, legis ac ſcripturarum promitti miſericordiam: in tribulationis nocte, manifeſtari, Auguſt. Caſſiodorus, Petrus Damiani *a*, quod in proſperitate diſcitur de miſericordia Dei juvantis in tribulatione, in ipſa tribulatione declarari: ita ut exemplo formicæ *b* proſperitatis eſtate colligamus, quod hyeme tribulationis proſit, *Unuſquiſq; ſuperni doni*, ait Gregor. *c gratiam in tranquillitate quietis percipit, ſed quantum perceperit, in adverſitate perturbationis oſtendit*.

z *Pſ.* 75. 11

a *Serm.* 1. *de S. Vitali.* b *Pro.* 6. 6 c. 30. 15

c 23. *Mor.* c. 18. *vel.* 28

Ruffinus, in tempore gratiæ acceptabiliq; & *in diebus ſalutis d* miſericordiam ſic mandari, ut meminerimus tamen etiam, *piè viventes in Chriſto, perſecutionem pati e* & in laudandum quoque Deum. Idem rurſus, in fide illuminatæ gentilitatis, remiſſionem peccatorum

d 2. *Cor.* 6. 2

e 2. *Tom* 12

ac vitam æternam prædicari; in tenebris Judæorum relictum ſolum canticum veteris teſtamenti, & organa ſuſpenſa *in ſalicibus* a infructuoſis abſq; ſono & intelligentia Remigius, Chriſtum in die vitæ mandare miſericordiam; in nocte, paſſionis canticum. Beda, per Chriſtum edoctos nos juſſu Patris ex miſericordia Dei provenire proſperitatem, profectumq; virtutum; nec non quod in adverſis Deum laudemus, non autem ex meritis noſtris. Valentia, ut mandaretq; miſericordiam Deus perſecutionem Eccleſiæ tempore, in ea illarum nocte, cantico, & orationi, de qua ſequens verſus, Eccleſiam vacaſſe. Hugo Card. in die proſperitatis exercendam erga alios miſericordiam, & eleemoſynam: in nocte adverſitatis lætandum gratiaſq; agendas. Vel de die vacandum operibus miſericordiæ, de nocte laudibus Dei: ſicut Chriſtus interdiu prædicabat, *pernoctabat* autem *in oratione* b: Bruno, doceri nos in ſcripturis quod excelſa & fluctus tribulationum in die vitę hujus procedant ex miſericordia divina, ut purgari non damnemur, ſed in mortis nocte læti cantemus. Hugo S. Victoris; promitti nunc miſericordiam in die immortalitatis: ſed in mortalitatis nocte laudem Dei: ut; ſi nunc miſericordiam percipere volumus, in præſenti adverſitate ab ejus laude non recedamus.

a Pſ. 136

b Luc. 6. 12

In die mandavit.] Hieron. *per diem mandavit*, Ambr. *in die mandavit*. Alii *præcipiet* aut *præcepit*, decrevit vel decernet, commendavit, aut commendabit. Significat Hebræum temporis futuri verbum יצוה *jeſſau veh præcipiet*, hiſq; alia ſynonyma. Græcum ἐντελεῖται, eſt etiam futurum: innuitque cum mandatis aliquem mittere. Per proſopopœjam dicitur Deus mandare & præcipere, ac ſicut nuntium cum mandatis mittere atq; delegare virtutem miſericordiæ & ſimiles, ſicut *& lucem & veritatem emittere* c, *mandare benedictionem & vitam* d: *mandare virtuti ſuæ* e, *mandare ſſalutes*.

c Pſ. 42. 3
d Pſ. 132. 7
e Pſ. 67. 29
Pſ. 43. 5

Et nocte canticum ejus. Hieron. *& nocte canticum ejus mecum*. Eodem ferè modo Euſebius, ἐν νυκτὸς ὡδὴ αὐτοῦ παρ' ἐμοὶ *apud me*. Sic habent modo codices Complutenſes Regii, alii Græci: Latinum quoq; Pſalterium Ambroſianum, *& nocte canticum ejus apud me*. Aquila recitatus ab eodem Euſebio, καὶ ὄνυκτι ἄσμα αὐτοῦ μετ' ἐμοῦ, *& in nocte canticum ejus mecum*. Symmachus, ut refertur in ſcholis καὶ κατὰ νύκτα ᾠδὴ παρ' αὐτῷ *& per noctem canticum ab eo*. Hæc ratione voces illæ *apud me*, ad iſtum verſiculum pertinebunt, non ad ſequentem, ſicut etiam nunc in Hebræo textu reperitur. In emendatis Bibliis Sixtianis Græcis, καὶ νυκτὸς ὑμνῶσε, item in Pſalterio Romano apud Auguſt. & Caſſiod. *& nocte declaravit*. Quam lectionem ſequitur præterea Petrus Damianus g, Gregor. h, Pſalt. Æthiopicum & Arabicum: nec non quidem Commentarii Græci, & Apollinarius;

g Serm. 1. de S. Vitali.
h 23. Mor. c. 18. vel 28

Η' μετ' ἀναζ ἔλεον κέλευσε καὶ νυκτὶ φαίνει.
Die rex miſericordiam mandat, & nocte lucet.

Is etiam qui Commentariorum in Pſalmos nomen habet Hieron. videtur ita legiſſe, quum exponit, (in tribulationibus poſito miſericordiam oſtendit.) Eodem modo Arnobii nomine inſignitus legit, explicans, (quod in die mandavit Dominus miſericordiam ſuam,) gratis in baptiſmo, & præterea in tenebris peccatorum poſito veluti in obſcuro noctis eamdem declaravit: plus miſericors in pœnitente, quàm in credente: quia ibi per Baptiſmatis gratiam ſimplex eſt indulgentia *ſ* hìc geminatur, & veluti duplici lumine declaratur. Juxta hanc lectionem Agellius totum verſum interpretatur. Sed & Ambr. indicat omnino eamdem lectionem, dum ait, quod in luce miſericordiam mandatur, in tentationibus quaſi in noctis tenebris manifeſtatur. In die quando propitius erit Deus, mandabit miſericordiam, & in nocte quum affligemur, eam declarabit, ut per ſcripturarum conſolationem ſpem habeamus *i*, & patienter toleremus. Non diſplicet, at minus placet, quod opinatur lectum à LXX. pro שיוה *ſchirach*, *quod nunc legitur* הורה *horah*, quid enim eſt הורה *horah Declaravit* aut *illuxit* diceremus האר *heir*. Ab הרה *barah* הורה *horeg generantem* ſignificat: à *iarah*, הורה *horah* poteſt ſignificare *docentem*. Et fortaſſis voluit Agellius, nam *docere*, *manifeſtare* ac *declarare* eſt.

f Rom. 15. 4

Aver. 10.) Apud me oratio Deo vitæ meæ, dicam Deo: Suſceptor meus es.

Quare oblitus es mei? & quare contriſtatus incedo dum affligit me inimicus?

QUum ita ſe gerat Deus erga nos, ut ſuam nobis impertiat miſericordiam, jubeatq; nos in adverſis bene ſperare, ac eum laudare: non ceſſabit ab ore meo deprecatio ad illum, qui eſt auctor vitæ meæ, ſoluſq; tueri & conſervare, ſoſpitare, felicem reddere valet. Ergo dicam ei ſupplex; Tu Deus ac Domine mi ſolus es, ad quem tutò queam confugere, ut ſuſcipiar & protegar. Quare nunc igitur ſic te mecum geris, ut mei planè videaris oblitus? cur permittis ut ſemper incedam triſtis, propter adeo multas inimici atq; perſecutoris mei vexationes? De quolibet juſto hæc Patres accipiunt: ex quibus Ambroſ. ait, quod tamquam viator, qui repatriare deſideret, & pervenire quo tendat, quòd confragoſo tamen vitæ hujus itinere fatigatus, ducem arceſſit, & allevamentum obtecrat: benè ſibi nota quærit anxilia, promiſſi auctorem convenit, uſitati muneris præbitorem.

B

Apud me oratio.) Jam dixi, primas dictiones duas nonnullos vertere cum præcedente verſu, intùs habeo victimam quam immolem, ait Auguſt. intùs habeo thus, quod imponam, intus habeo ſacrificium, quo flectam Deum meum. Nec tamen externos ritus & ſacrificium damnat Auguſt. quos alibi tam ſæpe commendat. Externa ſine interno non placent Deo, cui pergratum eſt *ſpiritus contribulati K ſacrificium*, & qui exigit ſibi immolari *ſacrificium laudis*, *l* eoq; ſe honorificari dicit *m*. Quamlibet quoq; fiat oratio exterius, quærendum ſecretum cordis cubiculum *n*. Orabat apud ſe Phariſæus *o* ſed non Deo ſuo, nec talem orationem inſpirante Deo. Talis oratio non redit, non aſcendit ad Deum, unde non ante deſcendit, ac proceſſit, ſed in terra latet, & manet. Nolebat Job *p* ut ſuus *in terra locum clamor inveniret*, quia *in cœlo teſtis* ipſius eſſet & *conſcius in excelſis*. Oratio etiam apud te eſt, ſi jugis ac perſeverans & quaſi immorans: ſi meditata & attenta, non foris vagans: ſi fructum percipias, ſive Deus exaudiat concedendo quod petitur, ſive non concedat, ita ut ſemper *in ſinum tuum convertatur* q, ut alibi docui *r*. Sæpe quando oro, ait Ruffinus aliuſve (reſpondens ſimul hæreticis negantibus orandum Deum, qui ſciat omnia) mens mea vagatur exterius, non intelligo quid dico: tunc oratio mea non eſt apud me; neq; ipſe ego ſum apud me, labiis honorans Deum, *à quo cor eſt longe* ſ, quomodo attendit Deus orationi meæ, cui non intendo [Apud te oratio eſt, ſi eam in promptu habes, ac veluti ad manum, ita ut ores *in omni loco* t, *& in omni loco dominationis Dei*, benedicas ei *u*: ſi duci te finas à Deo *in ſolitudinem*, ut colloquaris cum loquente tibi *ad cor* x: *ſi invenias cor tuum ut ores* y: ſi limacis in morem domunculam orationis tecum portes, in quam confeſtim recurras, ubi quævis incurrat offenſio difficultaſve. Orationis gratiam Bonaventura z teſtatur Franciſcum viro religioſo deſiderandam ſuper omnia firmiter aſſeruiſſe, nullumque ſine ipſa in Dei proſperari ſervitio quum crederet, modis quibus poterat fratres ſuos ad ſtudium ejus excitaſſe: ambulantem, ſedentem, intus, foris, laborantem, vacantem, orationi adeo fuiſſe intentum, ut illi videretur non ſolum quidquid erat in eo cordis & corporis, verum etiam operis & temporis dedicaſſe. *Prope eſt verbum in ore & corde* noſtro, *non ſupra nos*, *non procul* a: *regnum Dei intra nos* b, *nihil à te extra te quæritur*, ait Leo c.

C

D

k Pſ. 50. 19
l Pſ. 49. 14
m *ibid.* 23
n *Mat.* 6. 6
o *Luc.* 18. 11
p c 16. 19. 20
q Pſ. 34. 13
r *ibidem.* Hæreticorũ inſiciatio Oratio ſua apud quem ut dicatur eſſe.
ſ Iſ. 29. 13
t 1. *Tim.* 2. 8
u Pſ. 102. 22
x *Oſea.* 2. 14
y 3. *Reg.* 7. 27 Orationis gratia ſuper omnia viro religioſo deſideranda.
z *in vita Franc.* c. 10
a *Deut.* 30. 11-12. 13. 14 Pr. 10. 6. 7. 8
b *Luc.* 17. 21
c *Serm. de Mar.*

Deo vitæ meæ.) Chald. *ad Deum qui cuſtodit vitam meam* דגטרחיי *denater chaiiai*, ſic dici ſolet *Deus ſalutis noſtræ* d, *Deus cordis noſtri* e, & ſimilibus aliis modis; qualis quoq; quum dicitur, *ſuſceptor animæ noſtræ* f, & *protector* g; deniq; *ipſe eſt vita noſtra*, *ac longitudo dierum noſtrorum* imitantur iſtas formulas Hiſpani vocantes, *Dios de mi vida*, *de mi corahor*, *de mi alma*. Vitam naturalem, gratiæ, gloriæ intelligere poſſumus licèt de prima litteraliter ſit ſermo.

d Pſ. 50. 16
e Pſ. 72. 26
f Pſ. 53. 6
g Pſ. 26. 1

Dicam Deo.) Valent iſtæ formulæ dicendi ad excitandum ſe ipſum, & ad firmandum propoſitum: ſicut alibi h; *dixi Domine, Deus meus es tu* i: *Dixi Deus meus es tu* k:

h *Deut.* 30
i Pſ. 15. 2
k Pſ. 30. 15

Ego

a *Thr.* 3. 24 b *Iob.* 10 2 c *verſ.* 4

Ego dixi, Domine miſerere mei a *dixi tu es ſpes mea* b: *pars mea Dominus, dicit anima mea* c: *dicam Deo noli me condemnare.*

Suſceptor meus es.) Hieron. *petra mea.* Eodem pacto Aquila & Symmach. πέτρα μοῦ; quod ſignificat סלעי *ſalhhi*, Chald. *fortitudo mea* תפקי *thukkephi*, LXX. dixerunt ἀντιλήπτωρ, de qua dixi Pſal. 111. d ubi eſt קכו

d *verſ.* 3 e *v.* 17. 18

mugen, clypeus, XVII. e ubi משגב *miſgau*, quod exponit quoq; Hieron. vocabulo *ſuſceptoris*, ſicut & LVIII.

f *verſ.* 3 g *verſ.* 6 h *verſ.* 27 i *verſ.* 2 K *verſ.* 114 l *verſ.* 2

f licèt ibi reddat *fortitudo* & *adjutor*, & in LXI. g fortitudo. Sed in LIII. h *ſuſceptor animæ*, & ἀντιλυπτωρ dicitur Hebr. סומך *ſomech*, *ſuſtentans*, quo etiam pacto Hieron. in LXXXVIII. i *ſuſceptor ſalutis* צור *tſur*, *rupes*, & ex Hieron. etiam *fortitudo*: in XC. k מחס *machas*, *ſpes*, ex Hieron. etiam *fortitudo*: in CXVIII. l rurſus eſt מגן *magen*, *ſcutum*, ut Hieron. item vertit: poſtremò prætermiſſis aliis ſcripturarum locis, in CXLIII.

m Gen. 2. 7. 8

m eſt iterum משגב *miſgau*, quod à Hieron. transfertur *auxiliatur*. Hæc voluì notare, ut cum his locis ſit ſemper nomen *ſuſceptor*, ἀντιλήπτωρ, Hebræa verò tam varia, non faciat quis vim in Latino, etſi auctore id faceret optimo Ambr.) qui tamen & ut alii accommodatio plerumq; ſenſu dumtaxat videntur loqui, quando ludunt in eremis) quaſi ſuſceptor Chriſtum deſignet ac Deum, qui quem veluti ſuſceptum in manus proprias initio formavit hominem *de luto* n, lapſum fractumq; reformarit, ac renaſci fecerit, atq; de utero exeuntem ſuſceperit; imo quod addit Thomas; Hugo, qui non ſatis aptè *ſuſcipere* quaſi ſurſum capere ac trahere per contemplationem interpretatur, & alii, ipſe in ſe naturam noſtram, factus homo. *Suſceptor* ea quæ dixi ſignificat, protectorem, adjutorem, auxiliatorem, robur ac vires ſubminiſtrantem, ſuſtentantem & defendentem.

n *Pſ.* 138. 3

Sanctis & peccatoris oratio.

Quare oblitus es mei?) Jam aliquoties vidimus *obliviſci* quomodo dicatur Deus, cujus eadem perpetuò, immutabilis, ac ſimplex in actu notitia eſt. Impoſſibile eſt, inquit Ambr. ut obliviſcatur, cui omnia quæ ſunt facta, & futura, præſentia ſunt; ſed noſtra peccata meritum oblivionis ei fundunt ut obliviſcatur eos, quos indignos ſua viſitatione cognoverit. Subdit, Sanctum, quidem Deo dicere, *quare oblitus es mei*, quaſi meriti ſui conſcium; peccatorem verò dicere, quare operis tui oblitus es? quare viſitationis tuæ oblitus es? quare infirmitatis meæ oblitus es? Docet etiam, queri Davidem, quia repulſum ſe credit, qui fuerat ante ſuſceptus: & vocaverat videl. Deum ſuſceptorem ſuum. *Dereliquit me Dominus*, & *Dominus oblitus*, ait Sion apud Iſaiam o: quaſi *obliviſci* ſit derelinquere. Obſervat Hugo Victorinus animum amantis & paventis in diverſa rapi; nunc de promiſſione gloriati: nunc de dilatione conqueri: nunc ſe ſuſceptum gratulari propter fiduciam repromiſſionis. Nunc hoc loco parvulum delicatum Patri amanti iraſci, & quia non ad omnia vota reſpondet, de oblivione cauſari.

o *Iſ.* 49. 14

Quare contriſtatus incedo? Alii, ut quod pullatus, denigratus, atratus, mœrens, lugens, σκυδρωπὸς, & ex Apollinario βαρηφιόων, Hebr. קדר *koder*. Lege dicta Pſ. xxxvii. p *tota die contriſtatus ingrediebar*. Hebræa vox *pullatum*: prima etiam Græca, quaſi cui ſit ἄψυχος πρὰς *facies olla*, ſignificat; ſecunda, *dilectum vultum*. Chald. *quare in tenebris incedam* בקבלא *bekiula*.

p *verſ.* 7

Dum affligit me inimicus.) Hieron. *affligente inimico*. In Complutenſibus, Regiis aliiſq; codicibus Græcis, ut & in Hebræo textu omittitur pronomen ſimplex *me*, in Latinis ponitur in fine, ἐν τῷ θλίβειν τοὺς ἐχθρούμε.

A Auguſt. aliam ſecutus eſt in textu diſpunctionem & lectionem, *& ut quid contriſtatus incedo, dum affligit me inimicus, dum confringit oſſa mea?* Ferunt eumdem ſenſum Græca, nec non Hebræa, ſi diſtinguentes notas varies. Noſtra diſtinctione uſus eſt Apollinarius.

Δυσμενὲς νείκεσσαν ὀσ' ὀξέα πάντα ἔαχθεν.

Hoſt es exprobraverunt, quando oſſa omnia fracta ſunt.

Dum confringuntur oſſa mea.) Hieron. *cum me interficiunt in oſſibus meis*. quæ etiam Aquilæ interpretatio eſt ἐν τῷ φονεύσαι μὲ ἐν ὀστέοις μου. Nec diſſimilis alia Symmachi, καὶ ὡς σφαγὴς ἐν τοῖς ὀστέοις μου ὠνείδισάν με, &c. *& quaſi occiſionem per oſſa mea exprobant*, &c. Chald. *dum occidunt me & excoriant membra mea.* Alii ex Hebræo. *Ut occiſio*, nimirum eſt, *in oſſibus meis, qui probris afficiunt me*, &c. Vel *in occiſſione oſſibus meis opprobrio affecerunt me.* Vel, *cum ſectione*, ſive, *in vulnere in oſſibus meis*, &c. Vel *quaſi gladio in oſſibus meis*, hoc eſt, ita me dolore afficiunt, dum exprobant, ac ſi me gladio confoderent: penetrant oſſa mea medullaſq; exprobrationis voces: tolerabilius foret, ſi gladium adigerent in viſcera, aut

B ipſa oſſa penetrarent. Item dum tam dire cruciant me, inſuper exprobant talia pati me pro peccatis meis, ac à Deo propterea deſtitutum deſertumq. Videntur LXX. legiſſe non כרצח *beretſach*, quod eſt *in occidere*, aut *in gladio*, ſeu *per gladium*, aut ſi prima littera eſſet (כ) *caph* nota ſimilitudinis, pro qua Symmachus poſuit ὡς, *tanquam occiſionem*, ſeu *ac ſi occiſio eſſet in oſſibus meis*, &c. ſed בוצע *beratſats*, quod ſignificat non penitus confringere, ſed *conterere*, poſſetq; loco primæ litteræ poni etiam (כ) quamquam littera (ב) *beth*, cum ſceva (ב) denotans in, vertitur interdum comparativè: ſed exemplum quod affert Agellius, non ad rem, *concreſcat*

q *Deu.* 32. 2 r *Jer.* 6 10 ſ *Epi* 3. 135

q *ut pluvia doctrina mea, fluat ut ros eloquium meum*, ibi enim eſt (כ) *caph*, non (ב) *beth*, (ב) *che*, non (ב) r, *fieri in opprobrium* ſ, & ſimilia, hanc vim comparationis habent. Auguſt. *dum confringit oſſa mea.* Per *oſſa confracta* vel *contrita* Cajetanus intelligit majorum ac principium virorum occiſionem, qui ſunt velut oſſa populi; & eam imminere talibus magis quàm plebi, ut accidit Mardochæo. Patres de gravibus tentationibus

C & perſecutionibus interpretantur, quæ in fortiores commotæ ſunt, ita ut aliqui quandoq; lapſi ſint, ut ipſemet Petrus ante mortem Chriſti, quem nominatim exprimit Beda; plurimi conſtanter perſtiterunt. Euthymius Hebræorum in Babylone vult verbera plagaſque ſignificari, quisquis aſſiduè vexabatur, fatigabatur, debilitabatur, ſed litteralem ſenſum initio tradidimus, & de oſſium notione myſtica aliàs egimus.

Exprobraverunt mihi qui tribulant me inimici mei.) Hieron. *exprobraverunt mihi hoſtes mei*. Pſalt. Ambroſ. *& exprobraverunt mihi inimici mei*. Romanum, *exprobraverunt me qui tribulant me*. Omittunt etiam Auguſt. & Caſſiodorus ultimas duas dictiones. In Græcis Bibliis, Complutenſibus, Regiis & aliis, & in his quoq; quibus utebantur Suida & Fretela, teſte Hieron. legitur ὠνείδιζόμε οἱ ἐχθροί μου. Sed Hieron. refert apud LXX. ſcriptum οἱ θλίβοντες μέ. & apud Hebr. צוררי *tſorer ai*, *hoſtes mei*. Sic eſt nunc in Sixtinis Græcis libris; & quod attinet ad Hebræas voces, hæ uno ex iſtis modis reddi ſeorſim poſſunt, *qui tribulant me*, aut

D *inimici mei*, aut, *hoſtes mei*, vertit Symmachus οἱ ἐναντίοι μοῦ, *contrarii ſeu adverſarii mei*. Editio vulgata retinuit utrumq; *qui tribulant me inimici mei*. Quàm ſit moleſta exprobratio in malis ac ærumnis, dictum alibi, ad rem facit illud, *flagelli plaga livorem facit: plaga linguæ comminuet oſſa & verba ſuſurronis quaſi ſimplicia, & ipſa perveniunt ad anima ventris.*

Dum dicunt mihi per ſingulos dies, ubi eſt Deus tuus?) Hæc eadem ſunt in verſu 4. & ibi ſatis declarata. Ambroſ. docet quod prima interpellatio prius quærelam continebat, quod comperendinaretur bona, quorum jam fructus deſiderabatur; ſecundam eſſe, quod expectatus prudentibus Chriſti differebatur adventus, quem lex annuntiaverat, quem Prophetæ pollicebantur; & eo impatientiùs æſtuabant corda juſtorum, quod ad Redemptionem cognoverant eſſe ventorum univerſorum. Continet repetitio iſtorum atq; ſequentium ſuimet ipſius excitationem, ac munitionem ad fiduciam patientiamque.

Verſ. 11.) Dum confringuntur oſſa mea, exprobraverunt mihi qui tribulant me inimici mei.

Dum dicunt mihi per ſingulos dies: ubi eſt Deu tuus.

A Deo ſevi ſunt in me affligendo inimici mei, ut quum me vires corporis animiq; deficiunt, nimiſq; calamitatibus debilitantur, franguntur, tunc maxime inſultent, ac veluti triumphantes exultent, cum exprobratione ſimul ridendo ſpem, quam ſemper habere in te præ me tuli, & ipſum blaſphemando quaſi aut minus pium, aut minus potentem ad me liberandum.

Verſ. 12.) Quare triſtis es anima mea? & quare conturbas me?

Spera in Deo quoniam adhuc confitebor illi: ſalutare vultus mei Deus meus.

Hic verſus idem cum 6. ſimilis eſt his, quos intercalares nominamus: repetiturq; in ſequenti Pſalmo; quem idcirco, ut dicemus, quidam non deſtinxerunt ab iſto. Ibidem dixi de varia lectione. Auguſt. legit hoc loco, *ſalus vultus mei*, & Sixtini Græci codices σωτηρία, quum priùs legerent omnes *ſalutare* & σωτήριο. Chryſoſt. *a* de ſententiæ iſtius utilitate ita ſcribit: Ingreditur quis huc (in Eccleſiam) triſtitia & negotiorum ſollicitudine oneratus, & ingreſſus huc ita mœrore adobrutus, ſtatim ut audivit Prophetam dicentem *quare triſtis es anima mea*, &c. ſufficienti conſolatione ſuſcepta abit, & omnem illam mentis triſtitiam excutit.

a Hom. 29. in Gen.

Spera in Deo.) Ex his allocutionibus animæ ſibi imperantis inferunt aliqui diſtinctionem actus cujuſdam in intellectu, quem vocant imperium. Nec neceſſaria conſecutio, ne talis actus ut diſtincti neceſſitas magna. Verum de hoc aliàs.

PSALMUS
QUADRAGESIMUS SECUNDUS.

1 *Pſalmus David.*

JUdica me Deus, & diſcerne cauſam meam de gente non ſancta; ab homine iniquo doloſo erue me.

2 Quia tu es Deus fortitudo mea: quare me repuliſti: & quare triſtis incedo dum affligit me inimicus,

3 Emitte lucem tuam & veritatem tuam: ipſa me deduxerunt, & adduxerunt in montem ſanctum tuum, & in tabernacula tua.

4 Et introibo ad altare Dei, ad Deum, qui lætificat juventutem meam.
Confitebor tibi in cithara Deus Deus meus:

5 Quare triſtis es anima mea: & quare conturbas me.
Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: ſalutare vultus mei, & Deus meus.

TITULUS.

Verſ. 1.) Pſalmus David.

QUum nihil in titulo contineatur præter Auctoris nomen, exceptis quibuſdam codicibus Latinis, & interpretibus qui legunt *in finem*, ut Haymo, Thomas, Hugo, Aiguanus, & quia terminatur hic Pſalmus eodem verſu, qui his repetitus eſt in præcedente, Euſebius monet videri partem illius, ac de argumento eodem tractare. Loquuntur eodem modo Apollinarius in Commentario, Athanaſius, Baſilius, Theodoretus, Euthymius, & in homilia prima Chryſoſtomus. In quibusdam bibliis Græcis ac Latinis, ut complutenſibus & Regiis habetur: Ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ ἀποτέγραφος παρ' Ἑβραίοις, *Pſalmus David* (aut, *ipſi David*) *ſine titulo apud Hebræos*. Valentia docet apud iſtos haberi pro eodem cum priore: nec id improbat, & ut verum fatear, nonnihil favet Ambroſius, qui duabus interpellationibus, de quibus egit in alio, ſtatim abſque ulla omnino præfatione, quam Pſalmis adhiberi conſuevit, ſubjungit interpellationem tertiam. Nihilominus video diſtinctè apud Hebræos etiam poni Pſalmum hunc.

ARGUMENTUM.

COnveniunt omnes, argumento non deſſidere: Nam precatur liberari ab iniquo viro, ſive Saule, ſive Abſalone, atque confœderatis eorum, ut ab exilio rediens, laudes Dei feſtivè valeat in templo, vel tabernaculo, concelebrare Hujus autem conſequendæ rei ſpe concepta, ſolatur ſeipſum. De populo pariter ut priùs in Babylone conſtituto, Græci multi explicant, ut Baſilius, Theodoretus, Euthymius, Chryſoſtomus vel Heſychius: aut de eodem cuncto populo expetente Meſſiæ adventum, liberationemq; ab impiorum conſortio, & hoſtium quoq; inviſibilium infeſtatione; ut Athanaſius, Euſebius, Apollinarius. De Chriſto Origenes, & Didymus exponunt, conquerente de Judæis, & Juda proditore. Latini ferè interpretantur de Eccleſia deprecante adverſus dæmonas, & homines perſecutores ac improbos. Si delectaris numeris myſticis, lege quæ de ſecundo ſupra quadragenarium ſcribit Petrus Bongus *b*, poſſuntque non incommodè ad præſentis argumentum Pſalmi transferri. Ad initium miſſæ recitat ſacerdos cum miniſtro Pſalmum iſtum, priuſquam conſcendat altare, ad quod ſe introiturum ejuſdem Pſalmi verbis dicit *c* ut precetur liberationem à dæmonibus, quos par eſt credere tum maximè moleſtos eſſe, ac inutili mœrore conari perturbare hilaritatem *d* ſacrificantis, qua ſicut adipe, & pinguedine *e* delectatur Deus: præterea liberationem à peccatis, quæ obſunt ſanctitati ſacrificii: ne ſit victima ob impietatem abominabilis, ſed vota propter juſtitiam placabilia *f*: poſtremo ut novo quodam lumine ac veritate *g* illuſtretur: ut in *ſpiritu & veritate* poſſit adorare *h* atque ſacrificare. Attingit hujus inſtituti cauſſam Guilielmus Durandus *i*, cujus auctorem facit Cæleſtinum Papam I. Qui hoc præterea de illo aſſerat reperire non potui; ſed ſolum quod in genere voluerit, Pſalmos in miſſa recitari, ut etiam dixi in præfatione *K*. Innuit utrumq; Ambroſius *l* morem iſtum, ſcribens hoc modo; *Veniebas deſiderans ad altare, quo accipere ſacramentum: dicet anima tua, introibo ad altare Dei mei*, & rurſus *m*, *his abluta plebs dives inſignibus* (donis Spiritus ſancti & aliis Sacramentis de quibus dixerat) *ad Chriſti contendit altaria, dicens, introibo ad altare Dei*, &c. Nazianzenus *n* item de acceſſu ad altare noſtrum, eadem verba uſurpat. Sed ut verum fatear, non convincunt iſta teſtimonia, ſolitum recitari Pſalmum ut nunc ſolet, quod volunt Antonius Demochates *o*, & Joannes Stephanus Durantus, *p*; nam Patres illi non differunt de ritibus: & alia præter hunc locum afferunt Pſalmorum loca, ut idem quod agunt, confirment; conſtat verò, non propriè Pſalmos quos citant, recitatos, ſed aut nullos, aut certè olim omnes, ex inſtitutione ſive Cæleſtini, ſive antiquioris auctoris, ut eadem præfationæ docui *q*. Id etiam certum, non omnes Pſalmi præſentis recitationem initio Miſſæ frequentare, ſed tantum qui ritu celebrant Romano. Denique ſcriptores de ritibus Eccleſiaſticis à confeſſione inchoant Miſſæ celebrationem.

b l. de myſt. in Initio miſſæ pſalmus recitari ſolitus.
c verſ. 4.
d 2. *Cor.* 9.7
e Pſ. 62.4
f Pſ. 15.8.
g Hoc. Pſ. v. 3
h Joan. 4.24
i l. 4. *rat. c.* 7
k cap. 14
l 4. *de Sacr. cap.* 2
m de initiand. c. 8.
n Orat. 22
o de obſerv. miſſæ celeb. c. 15.
p 2. *de ritib. Eccl. c.* 11
q cap. 14.

Verſ. 1.) Judica me Deus, & dicerne cauſam meam, de gente non ſancta, ab homine iniquo & doloſo erue me.

IMplorat adverſus impietatem hoſtium judicem ac vindicem Deum, ut innocentiam ipſius in apertum proferat, cognoſcantq; omnes quàm fraudulenter, falsò, iniquè, immaniter, ipſum illi perſequantur & divexent, ac eorum Dux & Saul vel Abſalon; &, ſi populus hic totius in Babylone captivus loquitur, ejuſdem rex Babylonis: ſi Chriſtus, Judæi ac Judas proditor: ſi eccleſia & quivis juſtus, omnis impiorum natio dæmonumque ho-

hominumq; ac iſtorum tum infidelium tum hæreticorum & ſchiſmaticorum, tum improborum Chriſtianorum: idq; tum in hac vita, tum in generali futuro judicio.

Judica me Deus.) Correcti codices Græci habent κρῖνόν μοι. Alii & Euſebius, Theodoretus, Euthymius, Nicephorus, nec non Symmachus, κρῖνον μου: *judica mihi*. Sed inter hæc diſcrimen perpetuum non eſt, ut alibi monuimus: quod Euthymius & Nicepho us tradunt, cum accuſativo, eſſe *condemnare*: cum dativo, ſimpliciter *judicare*. Chaldæus addit, *judicio veritatis* Quum judicium Dei adeo reformidet alibi *a*, ut oret ne id intret ille cum ipſo; reſpondet Thomas, hìc loqui de judicio miſericordiæ quæ ſe accommodat figmento noſtro, quod *novit* b, aut de judicio non diſcuſſionis quum juſtus *vereatur omnia opera ſua*, ſciens quod Deus *non parcat delinquenti* c, ſed diſcretionis ac ſeparationis a malis: Hoc ex Auguſt. ſumpſit in Joan. *d*, ubi monet ne quis miretur, audiens dicentem, vel canentem: *judica me Deus*, quum dicere ſoleat homo, ignoſcat mihi Deus, parce mihi Deus: nec eſſe cur quis timeat id cantare, vel cui cor percutiatur. Volunt alii, ut Ambroſ. quoq; refert, eſtq; ſententia, ut etiam prius retuli, Origenis, ac Didymi, eſſe verba Chriſti, eo quod ipſius ſolius eſt non timere judicium, qui *vincit quum judicatur* e, nec dubitat is *cui omnem judicium dedit pater* f, aliorum ſubire ac ipſius patris & Dei judicium. Explicat idem tamen Ambroſius etiam de Davide qui ſpiritu prævidens inſurrecturos Judæos adverſus Dominì paſſionem ſuæ fidei judicio roboratus, non pertimeſcat: & diſcerni cauſam ſuam à perſecutorum gente depoſcat, ne malis generis ſui, & poſteritatis hæredibus proſapia totius Judaici generis. Solet Auguſt. *g* hunc locum accommodare Martyribus, aut Eccleſiæ ratione Martyrum, ut manifeſtet Deus, licèt eorum ſceleratis pœna communis eſſe ſoleat, pœnæ cauſam eſſe longe diverſam. Conati ſunt perſecutiones perſuadere noſtros Martyres criminoſos eſſe, ac de induſtria nonnumquam cum talibus extremo illos ſupplicio afficiebant. Dixi hac de re plura in Epiſtolam priorem Petri *h*, ubi cavet *ne quis patiatur ut homicida, fur, maledicus, alienorum appetitor, ſi autem ut Chriſtianus, non erubeſcat; glorificet autem Deum in iſto nomine*. Non dixi, ait Auguſtinus *i*, diſcerne pœnam meam, ſed diſcerne cauſam meam. Illorum ſubdit nempe Martyrum, & illa vox, *injuſtè perſecuti ſunt me* K *adjuva me* Nullam in Chriſto Pilatus cauſam invenìſſe ſe dixit *l*, latro bonus, nihil mali eum geſſiſſe *m*, ſe quum ſodali digna factis recepiſſe *n*: Petrus paſſum, quum *nec dolus inventus eſſe in ore ejus*: quod eſt *odio habitum* fuiſſe *gratis* o, *quæ non rapuit exoluiſſe* q; de diſcretione ac ſeparatione, in judicio, quando ſeparabuntur ab injuſtis juſti *q*, poteſt etiam exponi; non ſolum de præſenti tempore. Illum ſenſum tradit Hugo Card. & Victorinus *r*, quem tranſcribit Bonaventura, præterea Urbanus Papa IV. / negat id Salvianus *s*; ſed intelligi de tempore tantum præſenti, & homines admodum ſanctos, in libris ſacris, inter diſcriminum imminentium motus, & perſecutorum gladios conſtitutos, præſens judicium Dei poſtulaſſe. Et bene inquit pro conſcientia bonæ cauſæ (David) non tam ſuffragium Domini, quam judicium deprecatur, qui bonæ cauſæ ſemper optimum ſuffragium tribueret, ſi cum juſtitia judicaretur. Nihil obeſt de hujus quoque vitæ judicio intelligere, ut antea vidimus. Boni qui in præſenti inter malos ſunt; ait Hugo S. Victoris, & tamen in cauſa eis uniti non ſunt, orant ut Deus primum eorum cauſam diſcernat, & ſic judicet; quia tunc nos ſalubriter in retributione judicat ſi prius cauſam noſtram hic à gente non ſancta diſcernat, *Beatus eſt qui perſecutionem patitur*, ſed ſi *propter juſtitiam* u, *Martyrem non facit pœna ſed cauſſa*; ut ex Cypriano recitant Auguſtinus *x*, & Gregorius *y*. Quod duo cum Chriſto crucifixi ſunt, ex utroque latere, oſtendit, inquit idem Auguſtinus *z*, alios ſibi dextros, alios ſiniſtros eſſe paſſuros.

Diſcerne cauſam meam, de gente non ſancta. Symmacus, κρῖνόν μου τὴν δίκην, & *defende in judicio cauſam meam*. Legunt alii Symmacho ὑπερνίκησον, *ſupervince*, nempe convincendo, juxta illud *a*, & *vincas quum judicaris*. Chald. *tuum eſt enim agere cauſam meam agente non pia*, vel *immunda*. Alii ex Hebræo, *litigia litem meam à gente non miſericorde, diſceptationem meam, contende contentionem meam adverſus gentem immiſericordem*, מנויל אחטיר ריבה ריבי *rivah rivi miggoiſo chaſid*: ſic & in Pſalmo XXXIV. b *judica nocentes me* ריבה יובי *rivah iſraveì, contendentes contra me, adverſarios & litigatores meos*. Quocirca etſi quæ de diſcernendo ante dixi, propter vim Latini verbi vera ſunt; quibus adde illos qui bona ex genere ſuo operantur, ſed non propter Deum vel honeſtum finem; Hebræum רגח *rivah*, & Græcum δίκασον, aut ὑπερδίκησον ſolam cauſæ litiſve tractationem, uſq; ad pronuntiationem ſententiæ denotant: Apollinarius ſic exponit.

Κρῖνον ἄναξ ὁσάδη μ' ἄδικον κακοβούλατο φῦλον
Judica Rex quanta utique me iniqua conſilia ſunt gens.

Gens non ſancta, per μείωσιν, vel non gratioſa, non benigna, non benefica, ſignificat omnino barbaram, improbam, immiſericordem, immitem, crude em, ſævam, quaſi dicas, ſine affectione, abſq; fœdere, ſine miſericordia *c*: præterea profanam, ſuperſtitioſam, irreligioſam, impiamq; in Deum, quod convenit rectè Babyloniis Idololatris. Tamen גוי *goi* & ἔθνος ut Pſal. II. *d* docui, de Judæis quoq; dici poteſt, non de ſolis, quos diſtinctionis ab illis cauſa, vocamus Ethnicos, Gentiles, & gentes, paganos. Judæos autem perſecutores ſuos David intelligit, nec non Chriſtus eodem cum aliis. De vocibus חטיר *chaſid*, & ὅσιος dictum Pſ. IV. *e* Utrumque eadem verbo recte ab illo, quem iniqui fraudibus & cavillis litigandi imperitum opprimunt: Iis eſt ריב *riu*, ut dixi, ac etiam *litigare*: Dei nomen אלהים *Elohim*, *Judicem*, ſignificat, & de Judicibus quoq; nominibus dicitur; Deus autem ſupremus Judex *ſtat in deorum ſynagoga, & in medio Deos dijudicat* f; atq; *quum acceperit tempus, juſtitias judicabit* g, hoc eſt, ſententias, quæ pro juſtis pronunciatæ ſunt, quum ſint injuſtæ. Didymus obſervat, *gentem non ſanctam* dici, non verò ſacrilegam vel impiam, ne à gente non ſancta pœnitentiæ ſpes amputaretur.

Ab homine iniquo & doloſo erue me.] Ambroſius, Caſſiodorus, Salvianus, Pſalteria, Romanum, & Ambroſ. *erige me*. Hebr. priore loco eſt *doloſus* quam *iniquus*, מאיש מומחר שולח *meiſch mirmah vehhalah*; prior in animo improbitas, & plerumque occulta, quam in factis, & externa. Collectivè multi per unum ſignificantur, aut Achitophel iniqui auctor conſilii contra Davidem, aut in Babylone Rex qui captivos tenebat Hebræos: (*tradidiſti nos, dicebant pueri in Babylone, in manibus inimicorum noſtrorum, iniquorum, & peſſimorum prævaricatorumque, & regi injuſto, & peſſimo ultra omnem terram* h;) aut Diabolus quem corporeis ut nos paſſionibus affici, Euthimius haud rectè docet: aut Judas proditor & Pilatus, qui damnando Chriſtum, voluit videri juſtus: aut quivis vafer & improbus perſecutor. Maxima iniquitas, ficta æquitas: duplex iniquitas, ſimulata æquitas. A falſis fratribus graviùs paſſa eſt Eccleſia damnum, quàm ab aperris perſecutoribus ac Tyrannis. Iſti illi ſucceſſerunt ſcilicet Hæretici hoſtes civiles, domeſtici, inteſtini, filii matris contra matrem pugnantes. De nulla re Chriſtus monuit nos magis crebro quàm de cavendis, ac vitandis hypocritis falſiſque prophetis. Hac de re alibi plura.

Verſ. 2.) Quia tu es Deus fortitudo mea: quare me repulisti, & quare triſtis incedo dum affligit me inimicus?

JUre ago, quum liberationem abs te peto, & ad judicationem cauſæ propriæ, contra iniquitates doloſq; adverſariorum, nam tu robur meum per quod hactenus evaſi, ac via, & quo ſolo nitor. Cur ego ſic te mecum geris, quaſi à tua me cura & protectione abjeceris? quare pateris, ut aſſiduè mœrens incedam, adeo vexatus ab inimico, qui nihil poſſet aut efficeret, niſi permitteres? nihil mihi arrogo? doleo differri quod flagito, *In Deo faciemus virtutem, & ipſe ad nihilum deducet tribulantes nos* i & *omnia poſſumus in eo qui nos confortat* k. De Chriſto accipit Origenes, quando extremo illo vitæ tempore tantam in hor-

a *Pſ.* 142. 2

b *Pſ.* 1. 6

c *Iob* 9. 28

d *Tract.* 22 43. 52.

e *Pſ.* 50. 6

f *Joan.* 5. 22

g *ut Ep.* 50 *& in Pſ.* 34 *& 69 & ſer.* 6 *de diverſis*

h *1 Pet.* 4. 15. 16

i *Epiſt.* 50

k *Pſ.* 118. 86

l *Joan.* 18. 38

m *Lu.* 24. 41

n 1. *Ep.* 2. 22

o *Pſ.* 68. 5

p *ibidem.*

q *Mat.* 25. 32

r *Annot. in Pſ.* c. 52

s *in Pſ.* 70

t 2 *de Promiſ.*

u *Mat.* 5. 10 Martyrem non facit pœna ſed cauſa.

x *in Pſ.* 34

y *l.* 2. *ep. in* 36.

z *Ser.* 76. *de diverſis.*

a *Pſ.* 50. 6

b *verſ.* 2

c *1 Reg.* 1. 32

d *verſ.* 1

e *verſ.* 4

f *Pſ* 81. 2

g *Pſ* 74. 3 Didymi obſervatio.

h *Dan.* 3. 12 Diabolum corporeis paſſionibus affici, doctrina Euthimii retutata.

Maxima iniquitas ficta æquitas duplex iniquitas, ſimulata æquitas.

i *Pſ.* 59. 14

k *Phil.* 4. 13

a Mat.26.3 in horto triſtitiam ſenſit *a*, & quodammodo deſtitutus eſt fortitudine, viribuſq; Euſebius applicat ad Eliam, qui aliis occiſis prophetis, derelictum ſe ſolum querebatur, quæriq; *animam ſuam* b: vel ad Jerem. pariter non inveniri *virum facientem judicium, & quærentem fidem* c. Hoc eſt eſſe iniquum & doloſum, ſicut præcedente dicebatur verſu, & ſolum deſeri, expoſitum præcedente dicebatur verſu, & ſolum deſeri, expoſitum hujuſcemodi hominum generi, Ambr. ait eſſe hanc deplorationem Davidis, ob luctamen *adverſus carnem & ſanguinem* d, & domeſticorum bellum inimicorum *e*, ad quod imploret, ut Chriſtus adveniat fortitudo univerſorum, qui ſuſcipiat omnes infirmitates *f*, & compugnantes ſibi mentis, & carnis inimicitias, *ſublato ſolvat pariete* g.

b 3. Reg 19 10.
c Jer.5.1.
d Eph 6.12.
e Matt.7.6.
f Iſ.53.3
g Gal.5.17 Eph.2.14

Quia tu es Deus fortitudo mea.) Ambroſius & Auguſtinus, *Deus meus fortitudo mea.* Pſalterium Romanum & Caſſiodorus, *Deus meus & fortitudo mea. Fortitudo* robur ſignificat, παραίσημα, מעוז *makhoz*, ut aliis antea Pſalmis *h* vidimus.

h Vſ.17 2 Pſ.27.8. Pſ. 30. 4

Quare me repuliſti?] Hieron, *projeciſti*. Alii, *elongaſti*, abominatus es, deteruiſti, oblitus es. Hoc ultimum quod eſt Felicis, minuit ſignificationem: benèq; monuit Cajetanus, quod Pſalmo *i*, præcedente, ubi eadem ferè ſententia, tributum eſt oblivioni, hìc tribui voluntariæ elongationi. Hebræum זנח *zanvh*, non eſt dumtaxat oblivíſci, ac ne id quidem, ſed elongare, projicere, repellere, abominari, polluere, pudore ſuffundere. Quare indicat ſe hominum aliorum opinione judicatum pro re abominabili, & pro criminoſiſſimo, ac profaniſſimo. Eodem verbo dicit interpres Latinus in Threnis *k*, quod *Dominus repulit altare ſuum*: & in Paralipomenis *l*, quod vaſa polluerat res: *Non repellit Dominus plebem ſuam* m: non repellit *in finem*, iratus furore ſuo, *ſuper oves paſcuæ* ſuæ *n*, videtur aliquando ipſimet quoque juſto ſe repelli, quando ſinitur tentari & affligi, & hac de cauſſa valde miratur, atq; interdum etiam conturbatur, quo tamen tempore maximè Deus tribulatione *o*. Chald. in editione quidem bibliorum Regionum eſt אנשתני *anſethani*, *oblitus es mei*: at Nebienſis legit, ערשכי *hhuſeni*, *dereliquiſti me*.

i Pſ.27.8. Pſ. 30. 4
k cap. 7. 7
l 1.2. 29.19.
m Pſ.93.14.
n Pſ. 73.1.
o Pſ 30.15

Quæſtioni difficillimæ quare uſtos etiam Deus repellat, reſponderi multis modis poteſt, ne perituris rebus adhæreſcant: ut ſe exerceant: ut attentiùs Deum quærant: ut ardentiùs diligant: ut omnia Deo deferre diſcant: ut alios exemplo confirment: ut inde concipiat timorem improbus: ut glorioſiùs de hoſte triumphent. De his aliàs, & Hugo Cardinalis hoc loco.

Quare triſtis incedo.) קודר *Koder pullatus*, obſcurus, mœrens, atratus, triſtis luctu, &c. ut præcedente docuimus Pſal. p Chald. בקלא *bekiula*, (in tenebris.) Jungendam Thomas lætitiam pœnitentiæ monet, ne quis abſorbeatur q. Videtur Pſaltes, corrigere priorem querelam ac triſtitiam nimiam, quòd ſe derelictum ac repulſum dixiſſet Deo.

p verſ. 10
q 2.Cor.2.7.

Dum affligit me inimicus.) בלחץ *delachat* r, propter angustiam, oppreſſionem, tribulationem, &c.

Verſ. 3.) Emitte lucem tuam, & veritatem tuam: ipſa me deduxerunt & adduxerunt in montem ſanctum tuum, & tabernacula tua.

ADverſus triſtitiam meam, & caliginem tenebraſq; mœroris mei, contra puſillitatem quamdam nonnihil deſpondendis, ac dete, & promiſſis tuis diffidentis animi mei, & ut cognoſcant omnes innocentiam meam, quam obruunt adverſarii calumniis, emitte, Domine mi Deus, lucem, atq; veritatem. Intelligant omnes ipſeq; novo adhuc experimento comprobem nullam in pollicitationibus tuis fallaciam eſſe, non errare aut falli, qui juſtitia & bonitate cauſſæ, cum tua gratia freti, locant in uno te ſpem ſuam, nec ullo modo hæſitant in tuam ſemel fidem recepti. Hæc me ſpes conſolatur: ſuſtentor his opibus: præſidia me talia confirmant: propterea tam alacriter deductus & adductus ſum, multoties antequam exularem, ac religioſè celebrandum locum tuum voluiſti. Idem ut me etiam facturum, & quidem brevi confidam, jubet eadem lux, veritaſque, quam quæſo ut magis ac magis mihi communicare digneris. Congruunt iſta etiam captivo populo in A Babylone reditum optanti: aut Chriſti adventum primum abſolutè cupienti; qui Chriſtus lex eſt/ veritaſq; s, ut ſic admittatur in Eccleſiam; aut Chriſtiano, veritatis illuminationem notitiamq; optanti, ut per hæc ad cœleſtia tabernacula deducatur: aut eidem deſiderantis ſecundum Chriſti adventum, ut debellatis omnibus inimicis, regnet Chriſtus, & Patri regnum tradat, qui ſit omnia in omnibus *u*.

s cap 16.18. t Car.14.28
u Iſa.9.2

Euſebius, Baſilius, Theodoretus, Euthymius, Nicephorus, Chriſoſt. lucem ac veritatem interpretantur ad litteram de divina protectione atq; cuſtodia utroq; auxilio, cujus ſplendore omnis afflictionis tenebræ diſſolvantur, & adverſarii condemnentur, facultaſq; detur in templum redeundi, Cajetanus ait denotari, reductionem populi diſperſi, ad Jeruſalem, ſive tempore Meſſiæ, ſive tempore Zorobabel, non futuram potentia, viq; armorum, ſed divina illuſtratione. Nam tempore Chriſti ambulantis in regione umbræ mortis lux orta eſt *x*: ſub Zorobabel rediit populus, Deo Cyrum illuſtrante, eiq; B inſpirante, ut illum remitteret *y*. Iidem Euthym. ac Nicephorus per anagogen; abſolutè autem de Chriſto deſiderato, deq; Eccleſia, explicant Origenes *z*, Didymus, Chryſ. Cyrillus *a*, Heſychius, Athanaſius *b*, & ex eodem Euthymius *c*. Sed Chryſoſt. & Heſychius *luce* Verbum deſignari volunt; *veritate* Spiritum S. ceteri Verbum ſive Filium, Chriſtumve per utrumq; ita ut quod notat Didymus, *veritas* dicatur, quatenus ab umbris, & mendacio liberat; quatenus ab errore, & ignorantia, *lux*: vel, quod placet Cyrillo, veritas, & lux, ideſt, verum lumen, prout à falſorum deorum errore pravatorumq; morum tenebris liberat. *Montis* nomine ſignificari Eccleſiam plures dicunt, quaſi poſitam in ſublimi, & nihil humile habentẽ: Didymus, ſublimiorem de Trinitate ſermonem: Aliqui, domicilium beatorum, quemadmodum & nomen *tabernaculorum*; ſed Chryſoſt. & Heſychius, *montem*, legem, qua nihil ſublimius; *tabernacula* dicunt præcepta in quibus juſti habirant: vel montem Golgatha, ubi crucifixus Chriſtus: tabernacula C Bethleem, Sion, reſurrectionem, aſcenſionem: in quibus frequenter & mirabiliter inhabitavit. Imitatur Græcos Ambr. ut ſolet in anagogico ſenſu de primo adventu Chriſti: Auguſt. reliquorum dux Latinorum hęc accipit de ſecundo adventu, in quo per lucem ac veritatem ſeparabit à zizaniis triticum; nos interim deductos adductoſq; in Eccleſiæ montem, per illa eadem, ſive per Chriſtum, de quo dicuntur, ſperare acroare, deduci, & adduci ad vitam æternam, ex tabernaculis iſtis temporariis, ad ſemper duraturas manſiones domus cœleſtis beatæq; Paullo aliter qui Ruffinus dicitur, explicat, luce ac veritate liberatos nos de errore, & fidem conſecutos: deductos, atq; adductos in montem perfectionis ac eminentiæ virtutum: in tabernacula, unitatis & ſociatis ſanctorum, quorum congregationes diverſæ in multis locis ſerviunt Domino, & militant in conjugatis, continentibus, inchoantibus, provectis, perfectis, auditoribus, ſubditis, prælatis, prædicatoribus. Is qui nomen fert Hieron. liberatos à mendacio diaboli, & errore peccati ex Eccleſiæ monte migraturos in æterna tabernacula interpretatur. Hugo Victorinus, lucem fidei explicat, veritatem, remunerationis; ut pariter ex monte in quo credimus alta, tranſeamus per opera fortia, & veluti militaria ad altare (de quo poſtea) ubi perfecta charitate immolemur Deo, totique in juventutem renovemur. Thomas ait lucem eſſe veterem legem; veritatem novum teſtamentum: Remigius inducit etiam de ſeipſo loquentem Chriſtum quod lux & veritas, Verbi ac Deitatis unita humanitati, fecerint idoneum ipſum, ideſt, factura ſint, per experientiam paſſionis introduci ad gloriam reſurrectionis & aſcenſionis, in intima cœlorum, ubi eſt altare, & inde, miſſo Spiritu, in tabernacula, ideſt, Eccleſiam temporaliter militantem. Hugo Cardin. ait, Chriſtum petere, ut Pater manifeſtet atque clarificet ipſum, oſtendens quod non repulerit, nec dereliquerit, quum venerit ipſe propter lucem & veritatem, efficiendo ut cognoſcerent homines eam, & propterea meruit reſurgendo, atque aſcendendo pervenire in montem, tabernacula, & altare cœleſte, juventutemque quodammodo recuperare, ac in novum evadere hominem

x 2. Paral. ult. 22 23 1. Eſdra 1. & ſeq.
y in catena & in c. 55
z Ep. ad Rom. 2 hic in cat. & lib. 1. in Jo. c. 2. & 2. a Ep. ad Serap. onem, de Spiritu S.
b Panopl. p. 2. tit. 12.
c hi. & 3 de Spir. S. c. 19.

nem. Ex hoc loco perſonas Trinitatis colligit Athanaſius *a* & Cyrillus *b*. Hic verò ſic argumentatur de diſtinctione Patris, & Filii, quoniam ſi unus numero eſſent, Propheta oraſſet; Veni ad nos lux & veritas; non autem *emitte*: hoc autem dixit inſtitutus, inquit, divinitus, alium mittere, alium mitti: miſſioniſq; modum, ut Deum decet, intelligebat. Præterea idem Cyrillus *c* probat, veram lucem ſolum Chriſtum, ut Deus eſt, eſſe, quia non peteret hoc loco David *emitti lucem*. Attamen hujuſmodi rationes non convincunt. Nam vidimus priore Pſalmo immitti miſericordiam; quod etiam reperitur Pſal. LVI.* *una cum veritate*, & in XLIII. *d* dicuntur, *mandari ſalutes Jacob*, alibi *benedictio*, *&* *vitae* item *mandari virtuti* f. Item ſentio de ratiocinatione Ambr. 1. Si *lucem* hic Filium putas, ergo Spiritus *veritas* eſt: aut ſi Filium putas *veritatem*: ergo Spiritus *lux eſt*. Melius idem *g*, vel Proſper *h* potius, infert hinc Deum eſſe auctorem omnium virtutum, & omnis boni, & quod duce Deo veniatur ad Deum. Hebræorum quorumdam explodenda interpretatio de Elia *veritatem* dici; de Chriſto *lucem*: Tam verax quilibet alius Propheta quàm Elias.

Ex hoc loco perſonæ Trinitatis ab Athanaſio collectæ.

a *tract. quod Spiritus non eſt creatura ad Serapionem.*
b *l. 1. in Joe cap. 8*
d *verſ. 90.*
* *verſ. 4.*
e *verſ. 5.*
f *Pſ. 132. 3.*
g *Pſ. 67. 29.*

Emitte lucem tuam & veritatem tuam.) Lucis ac veritatis vocabulis: quod initio docui, & in prima ex ſententiis poſui, per ſe ſpectat ad litteralem ſenſum, ut intelligamus divinum auxilium, protectionem, cuſtodiam, ſalutem: quod Pſal. ſequenti *i* appellatur *brachium & illuminatio vultus Dei*. Placet, quod ait Lyranus, alludi per *lucem* ad *columnam ignis & nubis* k, per *veritatem*, ad promiſſum divinum *l*: *ſi ad cardines cæli fueris diſſipatus, inde detrahet te Dominus Deus tuus ad terram quam poſſiderunt Patres tui*. Tropologicè *veritas* opus juſtum ac rectum deſignat: quod enim verum eſt, rectum etiam eſt, & viciſſim, quod rectum, verum ſibique conſentiens. Quid autem verum ſit, lux aperit, & manifeſtat (*omne enim quod manifeſtatur, lumen eſt* m; id eſt, lumine aliquo manifeſtatur) *& qui facit veritatem, venit ad lucem*, ut *manifeſtentur opera ejus, quia in Deo ſunt facta* n, ideſt, ſecundùm Deum, qui lux eſt veritaſq; Hoc ſibi volebant in rationali אורים ותמים *urim & thumim*, illuminationes, ſeu, doctrina quæ illuminat, & perfectiones, ſive integritates, ac veritas quæ perfecta & integra eſt: quæ interpres noſter vertit *doctrinam & veritatem* o. LXX. δήλωσιν *manifeſtationem & veritatem*. Sed hac de re in libro Sapientiæ *p* dixi. *Lucis* proprietates in Chriſto demonſtrat Ayguanus: ut ſi peccatorum correctiva, quia *qui malè agit, odit lucem* q: *venit* autem Chriſtus *lux in mundum* r, & *in tenebris luxit* ſ, ut ſit viatorum directiva, quia ſi quis *ambulat in die, non offendit, quia lucem hujus mundi videt* t: ut ſit adverſorum lenitiva, ideſt morborum & aliarum calamitatum, nec enim gaudium eſt lumen cœli non videnti *r*; ut ſit terrenorum fœcundativa; eſt namq; in fructibus lucis ſolis & lunæ benedictio *x*, *in omni bonitate, & juſtitia & veritate* y; ut ſit diſtinctorum unitiva, quod vocant catenam auream quæ ligat cœlum cum terra; *lumen* enim *illius ſuper omnes terminos terræ* z: ut ſit oculorum mirativa, quia *omne*, ut ante dixi, *quod manifeſtatur, lumen eſt* a, & hanc mundi lucem ſequens *non ambulat in tenebris* b. Verumtamen diligunt homines *magis tenebras quam lucem* c, tamquam *tenebræ eam non comprehendant* c, & ſunt *rebelles lumini* d. Plures adhuc afferri poſſunt proprietates *lucis*, de quibus alibi.

h 3. *de Spiritu S. c* 19
i 1. *de vocat. Gen. cap.* 9.
k 1. *de vocat. cap.* 24.
l *verſ.* 3.
m *Ex.* 13 21.
n *Deut.* 30. 9
o *Eph.* 5. 13.
p *Joan.* 3, 21.
q *Exod.* 28. 30. *Lev.* 8. 8.
r *cap.* 18. 24.
ſ *Joan.* 3. 29.
t *ibidem* 19.
u *cap.* 1. 4.
x *cap.* 1. 4.
y *Tob.* c. 12.
z *Deu.* 33. 14
a *Epheſ.* 5. 9.
b *Job* 37. 3.
c *Epheſ.* 5. 13
d *Joan.* 8. 12.

Ipſa me deduxerunt, & adduxerunt.) Hieron. *ipſa deducent me, & introducent*. Hebræa ſunt quoq; futuri temporis יַנְחוּנִיב אוֹנִי *janchinu jejuni*, ubi deeſt conjunctio & Origenes, Baſilius, ſive Theodoretus, Chryſoſt. vel Heſychius, Nicephorus, aut Euthym. notant pro futuro poſitum præteritum, ob prædictionis certitudinem) adde propter fiduciæ firmitatem) alios clariùs expreſſiſſe futurum, ἄγαγε ὁδηγήσει με, καὶ ἤξει με εἰς τὸ ὄρος τὸ ἅγιον, &c. ſi & Apollinarius declaravit.

Οἵοις φασὶ μένος πεῦ εἰς ὄρος ἵξομαι ἁδνὸν,
Quibus illuminatus tuum in montem veniam ſanctum,

Septuaginta morem patrium ſequuti eo modo tranſtulerunt, præteritum loco futuri, licèt futurum legerint; habita ſimul ratione certæ prædictionis, de qua modo dixi. Parum ſolidè notat Aiguanus, & alii per *deducere* indicari liberationem à peccatis & à poteſtate Diaboli, extra quam duxerit Chriſtus: *adducere*, pertinere ad regnum ad quod nos Chriſtus adducet, & quantum ad meritum jam adduxit. Nihil tale ſonant Hebræa & Græcæ voces.

In montem ſanctum tuum. (Chald. לְטוּר בֵּיתְמַקְרְשָׁר *letur beth mukdeſach, in montem domus ſanctuarii tui*, mons eſt moria pars montis Sion, in quo, tempore David, nondum erat templum, ſed tabernacula cum arca: erat verò tempore quo populus exulabat in Babylone: nam aut de hoc aut de Davide Pſalmum intelligi à nonnullis monui. Trevetus expoſuit etiam de Judæa tota montuoſa. Typus erant hæc Eccleſiæ, & cœleſtis habitationis, de quibus alii prius quoq; recitari; ſicut & quæ ſequuntur tabernacula. Retuli præterea alios dicendi modos.

Et in tabernacula tua. Chald. & in ſcholas domus majeſtatis tuæ וּלְטַרְרָתִיב תִּשְׁכִּינְתָּר *ulmedreſe beth ſechinethah*. Atria alii intelligunt: Genebrardus reliqua terræ ſanctæ loca. Id innuit præterea Trevetus: Lyranus de locis accipit circa templum orationi deſtinatis. Poſſunt tabernacula pro tabernaculo uno ſumi: proque templo ipſo, ut ſentit Baſilius, Theodoretus, Chryſoſt. quod pluribus conſtabat partibus, Exedris, Paſtophoriis, Atriis. *Quàm dilecta tabernacula iſta* e.

e *cap.* 3. 19.

Verſ. 4.) Et introibo ad altare Dei; ad Deum qui lætificat juventutem meam.

Confitebor tibi in cithara Deus Deus meus.

LUce ac veritate comite Dei, mei, progrediar uſq; ad ipſius altare, ut offeram illi ſacrificia, tum externa, tum laudis, tum meimetipſum. Ibi certus tum, integrandas mihi animi præſertim vires, ſed & corporis, neq; totum innovandum, ac veluti vetere depoſita ſenecta, quam tot mihi mala præpropere immaturèque acceleraverunt, tamquam in ætatem ac juventam florentem denuò reſtituendum, præ immenſa quadam lætitia & conſolatione, quam tunc experiar, quamq; jam vel ex hoc tempore ſpe gaudens præcipio, ac præguſto. Tunc ò mi Deus, ò inquam, Deus meus, quem unicè diligo, colo, veneror; cui fido, à quo totus pendeo, celebres atq; ſolemnes tibi referam gratulationes cum citharæ omniſq; inſtrumentis muſici concentu & modulatione, cumq, vario carmine, quod de induſtria de hoc ipſo argumento condam, concinam. David exul loquitur, ſub Saule, aut Abſalone: aut populus in Babylone; qui negabat ſe *in terra aliena cantare poſſe canticum Domini*. Aptari hoc etiam poteſt conſtitutis ſub Infidelium vel Hæreticorum tyrannide propter Orthodoxam fidem: *f* ut communicatos verò dolore compunctos, reditumq; ad Eccleſiam deſiderantes: ad omnes juſtos exilium hoc ſuum deplorantes ac ad ſupernam illam patriam ſuſpirantes: ad Patres vetere adventum Chriſti concupiſcentes. Sed expendenda ſingula.

f *cap.* 3. 5.

Et introibo ad altare Dei.) Chaldæus, *& introibo, ut offeram oblationem ſuper altare Domini*. Solis licebat Sacerdotibus introire ad altare in atrio, quod atrium erat ipſorum proprium & muro tres cubito alto, prætereaque cedrinorum lignorum ſepto impoſito altitudinis unius cubiti ſeparabat laicos, ita tamen ut hi ex atrio ſuo videre poſſent Sacerdotes & ſacrificia. Quod per ſacerdotes Laicus faciebat, ipſe facere cenſebatur. Ambroſius, myſticè, quaſi ex perſona reconciliati hominis, & renovati, ex inveterata prolapſionis humanæ ſenecture, cujus nempe jam ſacrificia Deus acceptet, ſicut olim Abel, poſtquam ſeſe Chriſtus cujus ille typu fuit, & quando ſacrificabat, & quum occiſus eſt, in cruce obtulit, interpretatur hunc locum. Sic ipſemet Chriſtus eſt altare: quod idem adhuc Ambroſ. *g*, alibi docet, atq; Dionyſius, Auguſtinus, & alii duplex obſervant altare, quòd à ſublimitate ſive altitudine ſic appellatum eſt, externum, & internum, viſibile vel inviſibile: ad hoc quod eſt Chriſtus ac Deus ipſe clarè viſus, ſolum accedere poſſe qui ad illud accedit ſecurus: ibi inventurum vitam ſuam, qui in iſto diſcernit cauſſam ſuam: tunc aſſumendum in holocauſtum, & in perfectam juven-

g *Job.* 24. 13.

Duplicis altaris obſervatio Altare ab altitudine dictum.

ventutem & novitatem, qui nunc triſtis incedit in vetuſtate, ſeu de vetuſtate, licèt ſimul exuat eam vetuſtatem peccati veterem hominem renovando *de die in diem* a. Ad altare modo introimus per fidem, inquit Ruffinus, poſtea per ſpeciem, in hoc nunc offerimus Deo Patri vota & ſacrificia, corq; contritum, & humiliatum, orationes & preces, poſtea repulſa omni triſtitia, in eodem, ideſt: in ipſa divinitate, ſacrificium tantummodo offerimus laudis, & non orationis, quia nihil deerit quod neceſſarium poſtulare ſit, videl. pro nobis: pro aliis enim Sancti quoq; poſtulant, de ſe ſecuri, de illis ſolliciti. Hoc eſt altare thymiamatis aureum, ante quod Angelus *habens thuribulum aureum*, offert *incenſa* orationum noſtrarum b. De hoc altari beatitudinis adhuc accipit præſentem locum Ambroſ. c. Chryſoſt. & Heſychius altare crucis propriè intelligunt, in quo Dei Verbi ſacrificium, ſive Chriſti, qui pro nobis mactatus eſt peractum eſt: illic juventutem noſtram lætitia affici, quia per crucem, veterem exeuntes, novum Adam induti ſumus d, quod in Baptiſmo perficitur. Cyrillus altare ſumit id in quo hoſtiam incruentam facimus; nempe per Euchariſtiæ conſecrationem: de quo altari Eccleſia intelligit, dum recitat Pſalmum iſtum, ac repetit ter iſta verba, bis per ſacerdotem, ſemel per miniſtrum, qui & ſuo modo ſacrificare cenſetur: ſacrificio cooperans. Relege dicta initio de ſolemni recitatione iſtius Pſalmi in Miſſa; ubi attulimus Ambr. hac de re teſtimonium.

2 2 *Cor.* 4. 16

b *Apoc.* 1. 2. c 20. *de Virg.*

d *Eph.* 4. 24.

Didymus *introitum ad altare Dei* explicat, cogitationem ac meditationem ad Deum ipſum, ut ibi altari viſibili tranſeamus ad hoſtias inviſibiles illi offerendum, atque hoc ſibi velle verbum εἰσπεμύσομαι, *introire*.

e *Ser.* 89. *in Pſalmis.*

Philippus Grevæus e ait, *introitum ad altare*, eſſe introitum ad Eccleſiaſticam dignitatem, quæ in ea eſt, paratum eſſe debere ſe ipſum pro ſuis immolare, tamquam in altari holocauſti: quemadmodum præcepit f Chriſtus de bono paſtore agens, exemploq; g docuit, quod ſecutus Paulus, *libentiſſimè impendebat ſe & ſuper impendebatur* h: præterea pro iisdem orare, velut in altari thymiamatis inſtar Aaron *ſtantes inter mortuos & viventes* i: ſub lit. C idem Auctor modum ad hoc altare introeundi, debere eſſe per humilitatem, ſimplicitatem, munditiam, ſcientiam, non per violentiam, generis cognationem, ſimoniam, fraudes: humilitatem deſignari, altari de terra k ſimplicitatem, altari ex lapidibus impolitis l: munditiam labio æneo ad lavandum priuſquam ad altare accederetur m: ſcientiam tintinnabulis, quibuſcum ingredi ſacerdos tabernaculum debebat n. Deinde admonet his verbis *ad Deum* ſignificari unum ſibi finem proponere Deum oportere, qui capeſſat Eccleſiaſticam dignitatem, non autem vel privatum, vel ſuorum commodum; quod furari, mactare; perdere eſt o. Poſtremo hunc notat effectum fructum, ut, quibus repugnat vox *presbyteri*, ideſt, ſenioris, ſed ut promoti ſemper de die renoventur p, numquam veteraſcant; ſemper ſe Neophytos ac novos reputent, ſemper incipientes, dicenteſq; q, *nunc cepi*; numquam ceſſantes poſt Deum ingredi r. Copioſiùs iſta diſeruntur apud citatum Auctorem. Bernard. ſ, altaria, quibus vota religioſo ſuperponenda ſunt, ait eſſe de lignis Sethim in deſerto, ſanctionum expletionem: advocationis ſanctorum de lapidibus quos ferrum non tetigit: de terra, incarnationis humilis redemptoris. D Nos etiam quædam alia de varia myſtica notione altari diximus Pſal. xxv. t, Lege Sylvam Allegoriarum, Dictionarium ſcripturarum Mauritii Hybernici, Theſaurum Joan. Ferd. Dictionarium, ſive repertorium morale Petri Berchorii, verbo *altare*; illos etiam qui diſputant de templo, ut Beda, & de noſtris Riberam, Villalpandum, Berrardium u, nec non Viegam in Apocalypſim x, & Turrianum de Euchariſtia y. Quivis noſtrum & corpore & multo magis animo Dei altare eſt, ſicut & templum. Lucianus martyr in carcere non dubitavit, ſuper proprio pectore ſacrificare, quia deerat altare materiale z. Quam porro præterea alia multa deſignet altare, ſub quo Joan. in Apocalypſi a vidit *animas interfectorum*, percenſet Pererius in diſputationibus ad eum librum b ſententias multas. Ad rem faciunt quæ interpretantur, Chriſtum, ſub quo, tamquam ſub capite membra, ejus felicitatis participationes animæ ſanctorum gaudeant c, aut ſecretum & penetrale cœleſte d. Nec non propoſito congruit illam quæ *manere ſub altari* explicat manere ſub tutiſſima Dei protectione, ac ſecuriſ-

f 2. *Cor.* 12. 5
g 2. *Cor.* 12. 15
h *Heb.* 10. 33
i *Ex.* 30. 34.

k *Deut.* 27. 11
l *Ex.* 20. 11.
m *Ex.* 28. 43.
n *Iſa.* 10. 10.

o 2. *Cor.* 4. 16

p *Pſ.* 76. 11
q *Jer.* 3. 29
r *in Sentent.*

ſ *verſ.* 6.

t *Tom.* 2. *Harm.*

u *in Apoc. c.* 8. *comment.*
x *Tract* 2 *de Euch. c.* 22.
y *Luc. Mart. ſuper proprio pectore ſacrificant.*
z *metaph.* 7. *Janua.*
a *cap.* 6. 9.
b *in cap.* 6. *diſp* 2. 2.
ibidem.
Ambroſ. Haimo. Ricard.
c *Primaſius Beda.*
d *Carthuſ.*

A ſima ejus tutela a. Sic hoc loco ſperare ſe David aut ſuo, aut populi nomine ſignificaret ad tabernaculum & altare introiturum, tamquam ad tutiſſimum aſylum: ſicut eadem cauſſa legimus confugiſſe Joabum f, & Adoniam g, qua de re dictum Pſal. xxvi. & xxxi. Deniq; ſecundum myſticum ſenſum, ſicut eædem illæ animæ ſanctorum Martyrum propter corpora (quod Pererio placet maximè) videbantur ſub altari Holocauſtorum, quia cœſa ſunt: quantum ad animas, ſub altari incenſi, hoc eſt in cœlo, ubi hoſtias perpetuæ laudis offerunt Deo, quo dum fruuntur, & ſic prima ſunt induti ſtola, expectant ſecundam glorificationis corporum: ita præſentem locum rectè de altari cæleſtis beatitudinis intelligi poſſe diximus cum enarratorum Latinorum parte majore.

c 3. *Reg.* 3. 5.

f *ib. c.* 2. 28. 29
g *verſo* 5.

Ad Deum qui lætificat juventutem meam.) Hieron. *ad Deum lætitiam exultationis meæ.* Alii ex Hebræo, *ad Deum lætitiæ exultationis meæ*, ideſt, auctorem ingentis ac ſummæ lætitiæ, אל אל שמחה גילי *el el ſimchhghili*. Sic etiam Symmachus, ἐπὶ τὸ ἅγιασθῆναι τὸ θυσιαστήριον τῷ Θεῷ πρὸς τὸν Θεὸν εὐφροσύνῃ τῆς ἐνδυμάτως μου τὸν νεότητός μου. *Ad altare Dei ad Deum lætitiam juventutis meæ.* Intellexerunt LXV. lætitiam tantam, quæ quodammodo revocet in florentem alacremq; ætatem; & quod præſenti tempore uſi ſunt pro futuro, ad innuendam ſpei certitudinem, ſic Appollinarius optantis modo exprimit

Βωμὸν ἀγακλυτὸν τε Θεοῦ μετεμύσομαι ἤδη,
Ὃς μοῦ εὐφρήνει χάριν νεοθαλέος ἥβης:
Altare gloriſum Dei adibo jam.
Qui meam lætificet gratiam virescentis pubertatis.

Illuſtrat Genebrardus & eum ſecutus Agellius Danielis b loco ſimilis, ut princeps Eunuchorum illi dixit: *Timeo ego Dominum meum regem, qui conſtituit vobis cibum & potum: qui ſi viderit vultus veſtros macilentiores præceteris adoleſcentibus coævis veſtris, condemnabitis caput meum regi.* Pro *adoleſcentibus coævis* Hebræi eſt, מזהילים כאשר כגילכם *min haieladim aſer cheghilechem* & ultima dict. o cum littera ſervili ſimilitudinem indicante, ſignificat, inquit Genebrardus, *juxta adoleſcentiam veſtram*; quod Vatablus, Pintus, R. David, R. Salomon, Pagninus, aliiq; exponunt *juxta ſimilitudinem veſtram*. Colligunt hinc aliqui; Pſalmum iſtum compoſitum à Davide adhuc juvene. Quando perſequebatur eum Saul juvenis adhuc erat. Tamen mentio de renovata juventute potius indicat ætatem provectam, e gentem renovatione, hoc eſt, juvenili robore, alacritate, agilitate. Sic ſumi ſolet juventus in bonam partem, ſicut & pueritia pro innocentia & ſimpliciter: ſenectus pro maturitate, reverentia, mortificatione concupiſcentiarum. In malam partem vocantur *queri ſenſibus* i: *juvenilia* k *deſideria: invetevatio oſſium* l, propter deſidiam, tarditatem, defectum virium, declinationem ad interitum. Non conſtat, adoleſcentulum David fuiſſe quando Pſalmum ſcribebat in quo ita ſe appellavit m. Voluit fortaſſis *adoleſcentuli* voce idem ſihnificare quod per *contempti* vocem, quam ibidem adjungit: ea enim ætas contemptui ſolet eſſe.

h *verſ.* 20. 21. *cap.* 1. 10.

i 1 *Cor.* 14. 20.
k 2. *Tim.* 2. 22.
l *Pſal.* 31. 3.
m *Pſ.* 118. 141.

Expedit ſanè à prima ſi fieri poſſit pueritia, virtutis iter ingredi, Deoq; inſervire, ut ſententiis n ac exemplis o non paucis monent divinæ litteræ, & Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ p. Status gratiæ ac legis Evangelicæ nominatur novus, ac juventutis, quemadmodum prior lex vetus ac ſenectutis ob elegantiam quamdam formæ, ut Hugo Card. notat, ſive Alenſis, ob robur animumq; bellicoſum, ob ſtrenuum dexterumq; agendi modum, ob vivaciorum viſum ſenſuſq; alios: adde quia ea ætas lætior, gratior, amabilior, liberalior, candidior. Deniq; cunctæ fere illius qualitates meliores. Placet quod Jacobus Jamſonius notat, verbis hactenus recitatis omnia exprimi quæ pertinent ad plenam beatitudinem: nec non & ſequentibus: Mons deſignat ſublimitatem gloriæ: tabernacula ſocietatem ſanctorum, diverſaq; *manſiones in domo Patris* q, altare, Chriſtum, quod eſt beatitudinis objectum ſecundarium, ut homo eſt: Deus objectum primarium: lætificatio juventutis, reſurrectionem: confeſſio in cithara, Jmentis jubilationem, & oris quoq; gutturiſq; in reſurrectione, in quo erunt *exaltationes Dei* r. & exultationes etiam vocales ac veluti *vox citha-*

n *Eccl.* 5. & 6. & 7. & c. 30.
o *ut Iſaac. Jacob, Joſeph Danielis cum ſociis. Tobia Eſther Judith, Suſannæ filior. Job, Ion. Baptiſtæ, Samuelis.*
p *ut Agnetis Hieronymi, innumerabilium aliorum.*
q *Joan.* 14. 2.

r *Pſ.* 149. 6.

vœdorum citharizantium in citharis ſuis a. Tum Maria (ſoror Moſis) ſcribens de Virginum gloria in cœlo, ait Ambroſius *b*, tympanum ſumens: choros virginales excitabit, cantantes Domino, quod per mare ſæculi, ſine ſæcularibus fluctibus tranſierunt *c*. Tunc unaquæque exultabit dicens: *Introibo ad altare Dei mei, ad Deum qui lætificat juventutem meam* d: *Immolo Deo ſacrificium laudis* e, *& vœdo Altiſſimo vota mea*. Neque enim dubitaverim vobis patere altaria, quarum mentes altaria Dei confidenter dixerim, in quibus quotidie pro redemptione corporis Chriſti immolatur. Nam ſi corpus virginis, Dei templum eſt *f*, animus quid eſt, qui tamquam membrorum cineribus excitatis, ſacerdotis æterni redopertus manu, vaporem divini ignis exhalat? Beatæ virgines quæ tam immortali ſpiratis gratia, ut horti floribus, ut templa religione, ut altaria ſacerdote! Ambroſii ſunt iſta, quorum traxit me fragmenta, ut quod vitare ſoleo, alienas chartas nunc meas impleam ſcriptis. Continent ſimul de altari triplicem notionem pro beatitudine, pro anima, pro corpore.

Confitebor tibi in citharâ. Hebraicè בכנור *bechinnor*, Græcè, ἐν ψαλτηρίῳ, ſic ut & in Pſalmo XXXIII. *g* vocat ibi & hic Apollinarius φόρμιγγα, Symmachus hoc loco vertit ἐν ψαλτηρίῳ. Species pro genere poni nunc videtur, & ita quod ante dixi, notant Græci, innui ſuſpenſa organa, ideſt, inſtrumenta omnia muſica in ſalicibus ab Hebræis in Babylone captivis *h*, in reditu feſtivè pulſanda. Acutè Valentia Eccleſiæ docet in ſua juventute convenire, ſic lætari & confiteri Domino, quia in puericia paſſa eſt perſecutiones, & per ſanctos Doctores qui multos compoſuerunt hymnos, & locupletaverunt Eccleſiaſticum officium, ritumque, cœpit profligatis hæreſibus, ante quas florebat, juventutis quodammodo florem recuperare. Philoſophatur piè admodum Auguſtinus hoc loco, differentiam ſtatuens inter confiteri in cithara & confiteri in Pſalterio. Ait, utrumque manibus portari tangique; Pſalterium de ſuperiore parte habere teſtudinem, illud ſcilicet tympanum & concavum lignum cui chordæ innitentes reſonant: citharam habere idipſum lignum cavum & ſonorum ex inferiore parte: quando ex præceptis Dei aliquid agimus non patiendo, cantate in Pſalterio more Angelorum: quando aliquid patimur tribulationum, tentationum, ſcandalorum, in hac parte inferiore, ideſt, in terra, & quia ſumus mortales, cantate in cithara, omnem patientiam, dulcem eſſe Deo: qui deficit in tribulationibus, citharam frangere: nunc Davidem dicere, *Confitebor tibi in cithara*, quia prius dixerat, *ut quid*, ſeu *quare triſtis incedo, dum affligit me inimicus?* & hic quoque ſubdit, *ut quid triſtis es anima mea, & ut quid conturbas?* Eodem alludunt alii Latini, ut qui Ruffinus Hieronymus dicitur. Beda etiam, Remigius, & alii ſpectantes in cithara mortificationem carnis, cujus rationem aſſignat Chryſoſtomus, niſi, & hic non Chryſoſtomus *i*, ſed Latinus auctor cenſendus eſt. Adjungit ille compunctionem & concentum virtutum; & ait quod mortificationem, nervi; contentum, harmonia denotat. Quæ ratio communis eſt pluribus muſicis inſtrumentis. De citharis tamen etiam idem tradit Beda, Primaſius, Haimo, Thomas, Gloſſa, Victorinus, Rupertus *k*, quod attinet ad mortificationem; quia in illis, ligno chordæ tenduntur, præterea Gregorius *l*, quia, inquit, ficcatur chorda, ut congruum in cithara cantum reddat. Hæc videri poteſt cauſſa, cur Joannes in manus det Sanctis citharas in Apocalypſi, numquam Pſalteria, quia deſignant gaudium ex victoria tribulationum, quaſi propter pulſum ex parte inferiore, ut in ſuo notavit theſauro Joannes Ferdinandus noſter. Hieronymus *m* obſervat, ſicut cithara non emittit vocalem ſonum atque compoſitum, ſi vel una chorda rupta fuerit, ſic ſi vel una virtutum chorda defuerit, non poſſe dulce melos reſonare, quia virtutes nexæ ſunt inter ſe, & *qui in uno offendit, factus eſt omnium reum* *n*, Lege Epiſt. ſub Hieron. nomine 28. in tomo 9. ad Dardanum, quæque tum Pſal. XXXII. *o* dicta ſunt, tum in præfatione *p*, & in librum Sapientiæ *q* docuimus, confundi ſæpe nomina muſicorum inſtrumentorum, & idem unum Hebræum variis exponi tum Græcis tum Latinis. De muſicis inſtrumentis in Eccleſiaſticis officiis lege Antonium Democharem *r*, qui enumerat ſonum flatu edentia, tubas, tibias, buccinas, calamos, fiſtulas, ſambucas: contactu, organa, citharas, lyras, pſalteria, ſiſtra, tympana, cymbala, tintinnabula, campanas.

Deus Deus meus.) Ingentem ac validum ardorem repetitio denotat, ut notat Euthymius: Chryſoſtomus *f* autem (quem barbarus in catena cum Heſychio confundit, ego ſuſpicor auctorem Latinum) obſervat primo loco articulum eſſe, non ſecundo, ὁ θεὸς ὁ θεός μου; ut doceamur nos Deum univerſorum noſtrorum præcipuè nobis adſcribere ob zelum & fidem. In omnibus codicibus reperio utroque in loco articulum ὁ θεὸ ὁ θεὸς μου.

Vers. 5.) Quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi ſalutare vultus mei, & Deus meus.

DE hoc verſu dictum Pſalmo præcedente, ubi ultimus & ſextus ponitur tamquam intercalaris, ut ea de cauſſa crediderint aliqui ex iſto & illo unicum conflari Pſalmum. *Salutare vultus noſtri*, Euſebius explicat Deum facie ad faciem conſpiciendum: Chryſoſtomus, vel Heſychius, noſtros ſenſus quos Chriſtus per incarnationem aſſumens reddiderit ſanos, quum priùs eſſent à dæmonibus corrupti. Auguſtinus monet, loqui non carni animam, quia triſtitia animæ, eſt dolor carnis: non carnem animæ, quia abſurdum eſſet ut inferior alloqueretur ſuperiorem: ſed intellectum ipſi animæ in tribulationibus marcidæ, feſſæ in angoribus, contractæ in tentationibus, ægræ in laboribus. Confirmat exemplo Pauli, qui conflictum ſuum deſcripſit *r* in interiori ac exteriori homine, & etiam qui ſuam teſtatus eſt triſtem animam *u*, quum tamen præfatus eſſet habere ſe poteſtatem in illum *x*, ſed, quod ait Auguſtinus, præfiguraſſe Chriſtum membra ſua in verbis illis, non negavit verum in ipſo agonem triſtitiæ fuiſſe; idem namque affirmat & de Paulo, quod ſcilicet alios in ſe ipſo præfiguraverit, quem non dubium ſecum afflixiſſe: & carnis ſtimulum, quem ſe ait expertum *y*, non pauci de illo conflictu accipiunt. Confeſſionem idem ille ſive Chryſoſtomus, ſive Heſychius aliuſve & alii ſumunt pro confeſſione peccatorum, quæ magnam ſpem ingeneret, ſed nos jam antea priore Pſalmo ſatis de ſenſu diximus.

Poſtremò ſapienter Caſſiodorus monet meritò frequenter admonere Davidem ut iſtam ſæculi triſtitiam fugiamus, vehementiſſimèque id perſuadere, quoniam bonis rebus ſemper adverſa eſt; per eam patientiæ robur frangitur, charitatis lumen extinguitur, ſpei deſiderium utriuſque molleſcit: & omnis vita confunditur, ubi hæc iniquitas maligna graſſatur. Triſtitia verò vitalis bonarum, (inquit mentium pax & juge gaudium beatorum, votis eſt maximis expetenda; de qua Apoſtolus gaudere ſe ſcribit Corinthiis *z*, non quia contriſtati eſſent, ſed quia contriſtati ad pœnitentiam & ſecundùm Deum.

PSALMUS QUADRAGESIMUS TERTIUS.

1 In finem, Filiis Core ad intellectum.

2 DEus auribus noſtris audivimus: patres noſtri annuntiaverunt nobis.
Opus, quod operatus es in diebus eorum: & in diebus antiquis.

3 Manus tua gentes diſperdidit, & plantaſti eos: afflixiſti populos, & expuliſti eos:

4 Nec enim in gladio ſuo poſſederunt terram, & brachium eorum non ſalvavit eos.
Sed dextera tua & brachium tuum, & illuminatio vultus tui: quoniam complacuiſti in eis.

a *Apoc.* 14. 2. 5. 8.
b 2. *de Virginibus.*
c *Exod.* 21. 22.
d *Pſ.* 42. 4.
e 49. 14.
f 1. *Cor.* 6. 16.
g *Pſ.* 136. 2. Acuta Valentiæ doctrina.
h *Hom.* 2.
i *in c.* 5. *Ap.* & 14. & 15.
k 10. *moral. cap.* 31. Citharas in Apocalypſi cur ſemper ſanctis tribuit Joan.
l *in c.* 16. *Iſ.*
m *Jacob.* 2. 10
n *verſ.* 2.
o *cap.* 8.
p *c.* 19. 18.
q *de obſervanda miſſarum celeb. c.* 12. & 13.
r *Hom.* 2.
f *Rom.* 7. 23
t *Matth.* 26. 38.
u *Joan.* 12. 18
x 2. *Cor.* 12. 7
y 2. *Cor.* 7. 16
z *Cor.* 7. 10

5 Tu es ipſe rex meus & Deus meus: qui mandas ſalutes Jacob.
6 In te inimicos noſtros ventilabimus cornu, & in nomine tuo ſpernemus inſurgentes in nobis.
7 Non enim in arcu meo ſperabo: & gladius meus non ſalvabit me.
8 Salvaſti enim nos de affligentibus nos: & odientes nos confudiſti.
9 In Deo laudabimur tota die: & in nomine tuo confitebimur in ſæculum.
10 Nunc autem repuliſti & confudiſti nos, & non egredieris Deus in virtutibus noſtris.
11 Avertiſti nos retrorſum poſt inimicos noſtros: & qui oderunt nos diripiebant ſibi.
12 Dediſti nos tamquam oves eſcarum: & in gentibus diſperſiſti nos.
13 Vendidiſti populum tuum ſine pretio: & non fuit multitudo in communicationibus eorum.
14 Poſuiſti nos opprobrium vicinis noſtris: ſubſannationem & deriſum his, qui ſunt in circuitu noſtro.
15 Poſuiſti nos in ſimilitudinem Gentibus, commotionem capitis in populis.
16 Tota die verecundia mea contra me eſt, & confuſio faciei meæ cooperuit me.
17 A voce exprobrantis, & obloquentis: à facie inimici, & perſequentis.
18 Hæc omnia venerunt ſuper nos, nec obliti ſumus te: & iniquè non egimus in teſtamento tuo.
19 Et non receſſit retrocor noſtrum, & declinaſti ſemitas noſtras à via tua.
20 Quoniam humiliaſti nos in loco afflictionis, & cooperuit nos umbra mortis.
21 Si obliti ſumus nomen Dei noſtri, & ſi expandimus manus noſtras ad Deum alienum.
22 Nonne Deus requiret iſta; ipſe enim novit abſcondita cordis.
Quoniam propter te mortificamur tota die: æſtimati ſumus ſicut oves occiſionis.
23 Exurge, quare obdormis Domine; exurge, & ne repellas in finem.
24 Quare faciem tuam avertis, obliviſceris inopiæ noſtræ, & tribulationis noſtræ.
25 Quoniam humiliata eſt in pulvere anima noſtra, conglutinatus eſt in terra venter noſter.
26 Exurge Domine, adjuva nos: & redime nos propter nomen tuum.

TITULUS.

Verſ. 1.) In finem Filiis Core ad intellectum.

PArum differt hic Titulus ab eo qui eſt in Pſalm. XLI. *in finem intellectus filiis Core*, quo conſtat non eſſe illos qui vivebant, quando pater eorum periit, terra *a* dehiſcente, ſed qui genus inde ducebant, ac inter cantores erant, nam priores non audierunt, ſed interfuerunt rebus quæ hìc narrantur. Hebraicè in utroque eſt משכיל *maſchil*, & Græcè εἰς σύνεσιν, Latinè in alio, *intellectus*: in iſto, *ad intellectum*.

a Nu. 26. 10.

ARGUMENTUM.

REpetunt hic Latini cum Auguſtino tropologiam de filiis Core, hoc eſt de filiis Calvariæ, ubi crucifixus Chriſtus, de filiis paſſionis: voluntque de perſecutionibus hic agi tum Confeſſorum, tum præcipuè Martyrum. Ambroſius faciens quoque vim in *intellectus* nomine, pro quo dicitur Aquilam appellaſſe hunc Pſalmum, diſciplinæ, (Auguſtinus etiam habet *intellectus*) compa-

A ranſque inter ſe intellectum, diſciplinam, ſapientiam; docet, ubi paſſionis Dominicæ, & baptiſmatis, & ingreſſionis ad altare ſacroſanctum decuria myſteria ſunt, priore nimirum Pſalmo, & XL. quos videtur in unum eumdemque conflare, docere S. Prophetam David, quemadmodum athletam ſuum, cujus nomen teneatur in agone Sanctorum, Chriſtus exerceat; ne tanta peccatorum donatione ſine labore noſtro, non ex operibus, ſed ex fide per gratiam acquiſita, reſolutus in eadem vel in deſidiam revertatur: admoneri nos iſto Pſalmo multa nobis & gravia certamina eſſe propoſita, ut nemo niſi qui legitimè certaverit, coronetur *b*. *b* 2. Tim. 2. 5.

Ad litteram ſignificatur in hoc Pſalmo quibus Hebræi moveri cogitationibus ſolerent, quum vexarentur ab externis, nam reputabant ſecum, quàm illos Deus olim à talibus magnificè vindicaſſet. Convertit id autem aptè in tempora Epiphanis Antiochi, qui poſt reditum à captivitate Babylonica populum illum graviſſimè cruciavit: ut certè in ipſammet captivitatem Babylonicam. De Antiochi perſecutione ſub Machabæis, Baſilius, Theodorus, Theodoretus, Chryſoſtomus, Euthymius, Ambroſius, Lyranus, Valentia, Ayguanus: de Babylonis captivitate, Euſebius, Origenes, Cyrillus: hic idem Cyrillus de Hebræorum tradit deſiderio Meſſiam expectantium. Refellit meritò Lyranus interpretantes de præſenti captivitate Hebræorum facta per Romanos, quoniam non ſunt reducendi ampliùs in patriam, juxta illud apud Lucam *c*: *Captivi ducentur in omnes gentes, & Jeruſalem à gentibus calcabitur: donec impleantur tempora nationum*. Contendit Cajetanus nullo modo eſſe Pſalmum iſtum de Hebræis, quia numquam leguntur tanta paſſi abſque culpa ſua ſicut hìc deſcribitur; ſed de populo Chriſtiano, qui ſæpiſſimè in ſcripturis ſub nomine Jacob, & Iſrael, & ſimilibus intelligitur ob unitatem fidei in populo utriuſque Teſtamenti; & dicuntur filii Judæorum, quia ſalus ex Judæis *d*. & ex his Chriſtus *e*, primique fundatores Eccleſiæ: & quamvis Chriſtiani non fuerint venditi, ut hìc habetur; nihil refert: quoniam ſpecies, inquit Cajetanus, ponitur pro genere deſcribunturque pœnæ Eccleſiæ ad ſimilitudinem pœnarum populi fugientis à prælio, direpti, ſubjecti, venditi, occiſi. Denique confirmat teſtimonio Pauli, qui de ſo aliis Chriſtianis uſurpat *f* ex Pſalmo noſtro *g*: *Propter te mortificamur tota die, æſtimati ſumus ſicut oves occiſionis*. Accedat is qui Hieronymus vocatur, non ſolùm ſicut ceteri Latini de perſequtionibus Eccleſiæ Pſalmum declarans, verùm etiam negans quod anteriora facta doceat, ſed Eccleſiam in Chriſto renaſci pronuntiet, ac fideles in ea provocet ad agonem.

c 6. 21. 24. *d* Ioan. 4. 22. *Rom.* 9. 24. *e verſ.* 45. *f* *Rom.* 8. 36. *g verſ.* 23.

Probabilis profectò ſententia, ſed benè reſpondet Janſenius Cajetano, etſi eum non nominet, loqui non populum totum Hebræum, ſed qui ex eo populo adhuc ſinceri & juſti perſtiterant, & quorum pars magna erat, non unus Tobias, vel Jeremias, vel Daniel cum ſociis. Itaque Pſalmus continet pias querelas afflicti Hebræi populi, & ſub hoc typo, Chriſtianorum inter Tyrannorum perſequtiones, & alias varias tentationes. Favet Eccleſia ſententiæ, quod Pſalmus ſit de perſequtione Antiochi, tempore Machabæorum, quæ Chryſoſtomi recitat homiliam in hunc Pſalmum, in qua ita ſentit, quando legit hiſtoriam Machabæorum Dominica 4. Octobr. Utilem Athanaſius Marcellino ſcribit Pſalmum eſſe aſſiduè revolvere volenti beneficia Dei in Patres noſtros, dum proficiſcerentur ex Ægypto, & in ſolitudine erant, & quàm bonus ſit Deus, & quàm ingrati mortales. Similis argumenti ait eſſe Pſalmum LXXVII. LXXXVIII. C. I. C. V.

Verſ. 2.) Deus auribus noſtris audivimus: patres noſtri annuntiaverunt nobis.
Opus, quod operatus eſt in diebus eorum, & in diebus antiquis.

IN ſententia difficultas nulla. Suggerunt afflicti Deo memoriam prioris providentiæ ipſius erga majores ſuos in Ægypto verſatos: id ſe accepiſſe tum traditione, tum ſcripto: cupere idem experiri, mirari & quæri quodammodò quòd ſimilia paſſi mala, non experiatur eamdem Dei benignitatem. Attendit verò Chryſoſtomus

pro-

probitatem & humilitatem Machabæorum, de quibus interpretatur Pſalmum, qui non ſua merita, quæque paſſi pro Deo eſſent ipſi, & commilitones, in medium proferant, & propterea exigant auxilium divinum, ſed ex Dei benignitate qua in Patres uſus eſt, ſalvari velint & petant. Alacritatem præterea fiduciamque ipſorum in eo ſpectat quòd vel ſolam Dei appellationem ſufficere putent ad profligandа bella innumerabilia. Videtur præterea nonnulla quærimonia contineri, quaſi Deus præter morem non opituletur. Talis illa: *Ubi* a *ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ Domine, & in te* b *ſperaverunt Patres noſtri, ſperaverunt & liberaſti eos: ad te clamaverunt, & ſalvi facti ſunt, in te ſperaverunt & non ſunt confuſi. Ego autem ſum vermis & non Homo, &c.* Antiquior, adhuc Gedeonis conqueſtio cum Angelo. *Ubi ſunt* c *mirabilia ejus quæ narraverunt Patres noſtri, atque dixerunt; de Ægypto eduxit nos Dominus? nunc autem dereliquit nos Dominus, & tradidit in manus Madian.*

a Pſal. 88. 50
b Pſ. 21. 5. 6
c Judic. 6. 13.

Deus auribus noſtris audivimus.) Hebraicè & Græcè, *in auribus*, notat Ambroſius ſic LXX. & Theodotionem vertiſſe. Symmachum, *auribus*. Didymus reſpondet ſcripturam calumniantibus, tamquam non accuratam & diſertam, quod audire auribus dicat, quum fieri non poſſit, ut quis alio ſenſu quàm aurium audiat; non de auribus loqui ſimpliciter, ſed de humanis, quæ in ratione & mentis adhibitione audiunt: quemadmodum ſi muſici homines dicant ſe muſica præceptis muſicis auribus commendare: ac tale eſſe illud d: *qui habet aures audiendi, audiat*. Obſervant idem Chryſoſtomus, Heſychius, Euthymius, Ambroſius, & internis occluſis nihil exteriores aures prodeſſe, quum plerumque vocibus ac verborum ſonis perculſi, nullum dictorum ſenſum habeamus, aliò converſas mentis aures tenentes. Addit Chryſoſtomus proficiſci hanc formulam dicendi ex communi more, quo quando aliqua narrant homines de quibus facti ſunt certiores, & res magnas magnique ponderis referunt iis, quibus eæ non ſunt uſque adeo certæ, aurium ſenſum exprimunt, immo & alios, ut oculorum, manuum, &c. Sicut quum Joannes e ſcripſit: *quod vidimus oculis noſtris, & manus noſtræ contrectaverunt*. Pertinet eodem quod Ezechieli dictum eſt à Domino f: *Fili hominis pone cor tuum, & vide oculis tuis; & auribus tuis audi omnia quæ ego loquor ad te*. Vim facit Ambroſius in pronomine poſſeſſivo, *noſtris*, ut intelligamus illa eſſe noſtra quæ mentis ſunt, & ea eſſe meliora, quam quæ iſtius corporis; idemque ſibi velle quod alibi dicit: *Voce* g *mea ad Dominum clamavi*. Quæritur Iſaias h de illis qui aures apertas habendo, non audiunt: oculos apertos, non vident. *Auribus* ergo *audire* eſt animum ad ea quæ dicuntur applicare audienda & intelligenda: intellectum inclinare ad credenda: pia affectione voluntatis propendere ad amanda & amplectenda. Lege Hieronymum i, Auguſtinum k, Gregorium l, & quæ prioribus aliquot Pſalmis eadem de re diximus, in quibus ejuſmodi formulæ ſunt.

d Matt. 13. 5 14. 15. Ap. 2. 7. 11. 17. 29.
e 3. 6. 13. 22. cap. 23. 9.
e 1. Ep. 11.
f Ez. 44. 5.
g Pſ. 3. 5.
h c. 42. 20.
i in c. 1 Joel. K Hom. 28. in illud ex Pſ 49. Deus manifeſtè veniet.
l Hom. 15 in Evang.

Patres noſtri annuntiaverunt nobis.) In Pſalterio Romano, & *Patres*. Hieronymus, *narraverunt Patres, majores ac præceſſores*. Intelligit maximè Patriarchas auctores & capita tribuum uſque ad immediatos genitores continuata ſerie ac traditione narrationis rerum priſcarum. Machabæi ſuis in concionibus crebram de Patrum virtutibus deque ſingulari erga illos providentia Dei mentionem fecerunt m inter alia dicebat Judas n: (mementote qualiter eos Pharao cum exercitu multo) & ſæpius quoque redigebant in memoriam cæſos centies mille octoginta quoque milites una nocte ab Angelo ex exercitu Sennacherib. Teſtatur autem hiſtoria o Machabæorum, quod talibus verbis conſtantes afficiebantur, & pro legibus & patria mori parati. *Quanta audivimus & cognovimus ea*, inquit idem noſter Vates p: *Et patres noſtri narraverunt nobis.* διηγήσαντο hic vero, ἀνήγγειλαν. Hebraicè utrobique סִפְּרוּ *ſipperu*, *Non ſunt occultata à filiis eorum in generatione altera narrantes laudes Domini*, &c. *quanta mandavit Patribus noſtris nota facere ea filiis ſuis, ut cognoſcat generatio altera, filii qui naſcentur, & exurgent, & narrabunt filiis ſuis, ut ponant in Deo ſpem ſuam, & non obliviſcantur operum Dei*, &c. Volebat idem *annuntiandi brachium Dei*, ſive potentiam, *generationi omni ventura* facultatem ſibi à Deo dari q: & ſcribendi *in generatione altera*, ut populus creandus ſive futurus *laudaret Dominum* r. Exigit Deus in Patribus peritiam, ut interrogati à filiis reſpondere de rebus divinis valeant ſ: requirit à filiis viciſſim ut Patres interrogent, ac memoria repetant *dies antiquos generationeſque ſingulas* t. *In antiquis eſt ſapientia & in multo tempore prudentia* u: *Ne te prætereat narratio ſeniorum*, ait Sapiens x. (Et ſapientiam y omnium antiquorum exquiret ſapiens & in Prophetis vacabit: narrationem omnium nominatorum conſervabit.) Scribit Plinius z antiquitùs inſtitutum fuiſſe, ut à majoribus natu, non auribus modo, verùm etiam oculis alii diſcerent quæ facienda mox ipſi, ac per vices quaſdam tradenda minoribus haberent: ſuum cuique parentem pro magiſtro, aut cui parens non erat, maximum quemque & vetuſtiſſimum pro parente extitiſſe: *Qui diligit audire, ſapiens erit* a, *& audiens ſapiens ſapientior erit* b. Bene Hugo Cardinalis aut Alenſis obſervat tria, ut quis rectè doceatur, neceſſaria, intentionem & attentionem ejus qui docetur, quod innuitur per (auribus audire:) auctoritatē ac ſcientiam docentis, quam denotant Patres; etſi enim decem millia pedagogorum ſuppetant, ſed non multi Patres c: mutuum inter docentem eumque qui docetur amorem, qui ſignificatur etiam Patres noſtros. Chryſ. invehitur in parentes incurioſos liberorum ſuorum, & in eos qui contemnētes divinas narrationes carmina canunt diabolica.

f Deut. 6. 20 Exud. 13. 14 Joſue 4. 6.
t Deut. 33. 7
u Job 12. 12.
x Eccl. 8. 11.
y c. 39. 1. 2.
z l. 8 Epiſt. Ep. ad Ariſt.
a Eccl. 16. 34
b Prov. 1. 5. Trium obſervatio ut quis recte doceatur.
c 1. Cor. 4. 16.

Opus quod operatus es in diebus eorum, & in diebus antiquis.) Hebraicè & Græcè, atque in Pſalterio Ambroſiano, & apud Caſſiodorum deeſt particula, & Chryſoſtomus refert pro (ἐν ἡμέραις ἀρχαίαις) alios legere (ἐν ἡμέραις τῆς πρὶν *in diebus priſtinis*) quoſdam, τῆς ἀρχῆθεν, *qui ab antiquo*. Vult Bredembachius per errorem irrepſiſſe conjunctionem illam, eſſeque eoſdem, dies eorum ac dies antiquos. Errorem fateri nolumus nec poſſumus. Neque Janſenio concedimus incorruptiorem lectionem, in qua conjunctio abeſt. Hiſtoriæ ſacræ utilitatem commendat Chryſoſtomus, libroſque tamquam ora eſſe præcedentium docet Patrum. Teſtatus eſt Jonathas Machabæis in Epiſtola ad Spartiatas d, ſibi ſuiſque ſolatio fuiſſe ſanctos libros quos habebant in manibus. Certè puer eſt eique ſemper juvenis animus, in quo nulla eſt ex vetuſtatis commemoratione priſca opinio, nulla cana ſcientia, ut Soloni apud Platonem e, quod recitat quoque Cyrillus f Alexan. canitie ſapientiaque venerandus in Ægypto Sacerdos objecit. Et orator g ſcribit Latinus, *neſcire quid antequam natus ſis, acciderit, id eſſe, ſemper eſſe puerum*. Hoc autem inter Latinos princeps hiſtoricos h. Eſt, inquit, præcipuè in cogitatione rerum ſalubre ac frugiferum omnis te exempli documenta illuſtri poſita monumento intueri: inde tibi tuæque Reipublicæ quod mittere capere poſſe; inde fœdum inceptu, fœdum exitu quod vites: Aſſueri pernox in hiſtoriis & annalibus priorum temporum legendis ſtudium ſalubre, Mardochæo Gentique toti Judæorum fuit i. Sed hac de re nonnihil egi Commentaria in Actus Apoſtolorum. David ipſe cogitaſſe ſe ait *dies antiquos*, & annos æternos in mente k habuiſſe, memorem fuiſſe *dierum antiquorum, meditatum in omnibus operibus Dei*, & *in factis manuum ejus ſe exercuiſſe* l.

d 1. Mac. 12. 9.
e in Timæ.
f l. contra Jul. Neſcire quid antequam natus ſis ecciderit eſt ſemper eſſe puerum.
g Cic. in Oratore.
h Livius l. 1.
i Eſther 6. & ſeq.
k Pſ 76. 6.
l Pſ. 148. 5.

Opus porro de quo hìc ſcribitur, illud eſt quod paullo poſt deſcribitur de libertatis Hebræis ex Ægypto, ac deductis uſque ad terrā promiſſam, per prodigia & victorias multas: non intelligit de primis illis ab orbe condito operibus, ut Lombardus tamen & Hugo ait. Chryſoſtomus anagogicè (anagogum ſumit pro allegoria) quoque ſumit de operibus divinæ gratiæ, quod per eam in Cœlum ſublati ſimus, quòd regno digni habiti, quòd Deus homo factus, quòd ſolvit intermediam ſepis maceriam. Ambr. eamdem tradit allegoriam, diem præcipuè aſſignans reſurrectionis Chriſti, qui dies appropinquare cœperit in nativitate, & poſtea juſtitiæ vel gratiæ claritate magnus & illuſtris extiterit. Obſervat autem opportunè, ad impetrandā opem Dei, ſuggeri ei, quam olim aliis adeò liberaliter præbuerit. Sic famulos oſtendere dominis ut impetrent, aliis ejuſmodi antea donū ab ipſis conceſſum: hac ratione uſam Chananæam quum Chriſto reſponderet, objicienti, panem filiorum non eſſe dandum canibus, etiam catellos edere de micis quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum m: ad eumdem modum ſcripſiſſe Philipp. n Paulum, quòd *Theſſalonicam ſemel & bis in uſum ei miſiſſent*: propterea qui donant, hoc præcipere ſolere, ne id dicant aliis, ne in unum facta gratia, ei qui dedit, multos petitores excitet, utpote quòd non poſſit ſubter

m Matt 15. 7.
n Pſ. 4. 26.

ſubterfugium invenire qui dedit, quominus det aliis: Deum, quia *dives eſt in omnes & ſuper omnes qui invocant eum a*, prædicare & proclamare ea quæ dat aliis, ut aliis etiam præbeat occaſionem rurſus ab eo petendi, & dando, majores divitias oſtendere. Cur Chriſtus interdum vetuerit evulgari beneficia ſua, curationeſque mirabiles, alia ratio. Non omnino prohibuit mundatis à lepra *b*, ſed ne dicerent leproſi mundati, antequam oſtenderent ſe ſacerdotibus, ne hi calumniarentur, non fuiſſe verè mundatos, quia munditiem ipſi non probaſſent, ſicut lex præcipiebat *c*; & quamvis mundati, extra civitatem manere cogerentur, carentes approbatione. Dæmoniacum à ſe quoque curatum præcepit ſuis annuntiare *quanta ei feciſſet Dominus, & ut miſertus eſſet illius d*. Longiùs aberat patria Dæmoniaci: ad vitandam verò invidiam Phariſæorum & Scribarum prohibuit idem Chriſtus, cæcorum curationem *e*, & ſuſcitationem puellæ divulgari *f*, quæ res difficiliores ac minùs credibiles videbantur. Alioquin *opera Dei revelare & confiteri honorificum eſſe*, Raphael dixit *g*.

a Rom. 10 12

b Mat. 8. 4. & cap. 16. 20.

c Luc. 14. 1.

d Mar. 5. 19.

e Mat. 9. 25.

f Luc. 8. *ult.*

g Tob. 12.

Verſ. 3.) Manus tua gentes diſperdidit, & plantaſti eos: afflixiſti populos, & expuliſti eos.

Verſ. 4.) Nec enim in gladio ſuo poſſederunt terram, & brachium eorum non ſalvavit eos.

Sed dextera tua, & brachium tuum, & illuminatio vultus tui, quoniam complacuiſti in eis.

OPus quod operatus es in primis memorandum illud eſt, quòd hoſtes in mari rubro, ac in deſerto, & Chananæorum Gentes expuliſti, earumque loco majores noſtros, ubi habitarunt illæ, firmiter fixiſti, & habitare feciſti; plurima verò mala iis intuliſti, eas expellendo. Certè Patres noſtri non ſuis armis ac robore, ſed potentia tua & favore ſingulari, atque quia ſic tibi placuit, & illos in peculiarem tibi populum ſelegiſti, tantum ſunt beneficium conſecuti. Deo æquè nota noviſſima & antiqua *h*: ſed antiquiorum rerum narratio maximè de Prophetis petita nobis gratior eſt; ut Chryſoſtomus admonet. Illud præterea notat, indicari potiùs victorias in ipſo ingreſſu promiſſæ terræ ſub Joſue, non ita quæ contigerunt in mari rubro & in deſerto, quoniam qui ex Ægypto egreſſi erant, ceciderunt ob ſua peccata, & providit Deus ut occupaturi Paleſtinam, non vidiſſent mala quæ erant in Ægypto, nec illus ſupereſſet Magiſter ſuperſtitionis ac impietatis.

h Pſ. 1. 38. 5. Cur de occupaturis Paleſtinam, Deus noluit ſupereſſe qui Aegypti impietate vidiſſet.

Senſu myſtico Euſebius victorias partas duce Jeſu filio Nave ad Chriſtum Jeſum transfert, cujus adventus expectatur, expecteturque tamquam illud ipſum lumen, brachium, dextera, quæ illis in victoriis adjumento fuit. Exponit Heſychius etiam ſecundùm allegoriam de gentilium per Chriſti religionem ejecta idololatria, illis autem in Chriſtum vitæ auctorem plantatis; qui Chriſtus inquit, *Patris manus* dicitur, & per Crucem ſimulacris inſervientes extirpavit: Pater verò illos ad vitam converſos inſeruit, utpote quòd commune ſit opus Patris & Filii & Spir. Sancti mutatio gentium, quæ abjecto Iſrael admiſſæ ac tranſplantatæ ſunt. Idem traditur à Didymo. Placuit Origeni & Ambroſio tropologia de exterminato vitio & ignorantia, quæ eſt plantatio quam non plantavit Deus, & propterea erradicanda *i*: Deſignari autem per Chananæorum gentes olim expulſas à Deo, nobis ejuſmodi pugnam perpetuam eſſe ſicut erat Paulo *k*. Eleganter Amb. vocabulis *Gentium*, *Chananæorum*, Judith exponens de vario genere vitiorum, quod etiam, etſi aliter, facit Ruffinus, Ayguanus, & Hugo Card. qui manibus omnium teruntur, Grevæus de terræ promiſſæ exploratoribus myſticè differit. *Manus tua* &c.) Trita valde notio *manus*, ſicut & *brachii* atque *dextera*, pro potentia & robore. Nullus adeo deſipit, ait Auguſt. *l*, ut non intelligat, & ideo *manum* accipi pro potentia docet Hierony. *m*, quod poſſit Deus facere omnia quæ promittit, juxta illud *n*: *Nunc mittam manum meam, & percutiam te*. Hebraicè, *In manu tua gentes dediſti*, ut etiam reddit Hieron. הורשת אתהידך גוים *attah jadecham goim horoſchſtha*. Chald. Chananæorum populi exprimuntur qui numero ſcilicet præcipuo ſeptem fuerunt juſſu Dei deleti *o*: quamvis undecim omnes eſſent juxta numerum filiorum Chanaan *p*, ut docuimus commentario in Act. 9. *q*, ubi Paulus ait, Deum ipſum deſtruxiſſe gentes illas ſeptem in terra Chanaan. Imperavit quidem Deus arma corripi, tubaſque perſonare *r*, quamvis nec his opus Deo foret, nec ipſa per ſe ad hujuſmodi apta victorias, ut ad murorum dejectionē; ſed ea ratione oportuit exerceri fidem, ſimulque accommodavit ſe ad humanos mores & imbecillitatem, quidpiam ſenſibile præſcribendo. Hoc docet Chryſoſtomus exempliſque aliis confirmat, & hae etiam de ea cauſſa Deo ipſi attribui humana membra.

i Matth. 15. 13.

k Ro. 5. 18. & ſeq.

l de gen. ad lit. c. 12.

m in c. ult. Iſa.

n Exo. 3. 20.

o Deut. 7. 1. Joſue 3. 10.

p Gen. 10. 17

q cap. 13. 19.

r Jud. 6. 34.

Gentes.) Hoc loco גוים & גוי *goim*, ut à Judæis differunt, ſumuntur: licèt quandoque ſit generalius nomen, ut dixi Pſalmo 11. *f*.

f verſ. 1.

Diſperdidit.) De hoc verbo lege Pſal. XII. & XVII. ubi eſt etiam Græcum ἐξολοθρεύω, ſed Hebræum in 11. &c. הכריח *hicbrith* in XVII. האצניח *hiſmith* hoc loco הורש *horaſch*; ultimum ſignificat *ejicere*, expellere, eliminare, extirpare, depauperare, ab hæreditate depellere.

t verſ. 4.

Et plantaſti eos.) Chaldaicè, *Et plantaſti eos in domum Iſrael in terra eorum*. Cajetani planè ſingularis ac improbabilis expoſitio, accipientis hæc quoque verba de gentibus illis Chananæis, ita ut, licèt ordine præpoſtero, dicantur eædem expulſæ quæ prius plantatæ: & ratio expulſionis afferatur plantatio, quod nimirum in poteſtate ejus fuerit expellere qui plantaverat: ſicut in poteſtate domini qui plantavit arborem, eſt evellere eam, *Plantanai* verbum de populo Hebræo intellectum ab omnibus aliis (quod ſuadet quoque diverſum genus nominis gentium, fœmininum, & maſculinum pronominis eos, neutrum nominis ἔθνος, & pronominis αὐτοὺς maſculinum, quos Apollinarius exprimit γονῦας *genitores*, ſive *patres*: firmas ejus denotat fixaſque in gentium illarum regione ſedes, iis expulſis, ac veluti evulſis. Eadem uſus eſt metaphora Deus in ſermone quem ejus nomine habuit Nathan ad David *u*. *Et ponam locum populo meo Iſrael, & plantabo eum, & habitabit ſub eo, & non turbabitur amplius: nec addent filii iniquitatis ut affligant eum ſicut prius*. In Pſ. LXXIX. *x* exprimitur ſimilitudinis vis: *Vineam de Ægypto tranſtuliſti, ejeciſti gentes, & plantaſti eam*, &c. *plantaſti radices ejus, & implevit terram*, &c. *& perfice eam quam plantavit dextera tua*. Præterea Moſes in cantico *y* præcinit ac prædicit, *Introduces eos & plantabis in monte hæreditatis tuæ, firmiſſimo habitaculo tuo, quod operatus es Domine*. Primi de populo illo, qui dictam ſunt ingreſſi regionem, illinc numquam expulſi ſunt, tametſi eorum liberi, ut ait Euthymius & Chryſoſt. admiſſorum ſcelerum luentes pœnas ſæpè poſtmodum, Deo jubente, alio tranſmigraverint.

u verſ. 41.

x 2. Reg. 7. 10

y verſ. 5. 9. 10. 26.

Afflixiſti populos, & expuliſti eos.) Verbum ſecundùm Hierony. exponit, *emiſiſti eos*, quod Trevetus intelligit de Hebræis emiſſis ac eductis extra Ægyptum. Agellius, quia in priore membro, *diſperdidit*, ſpectabat ad Chananæos, *plantaſti*, ad Hebræos, vult in iſto primum pariter intelligi de Chananæis, alterum de Hebræis, ut dicas David, expulſos iſtos à Deo, ideſt, protentos, productos, propagatos in longum ac latū, quod citato Pſ. LXXIX. *z*, ſub vineæ figura dixit; *Extendit palmites ſuos uſque ad mare, & uſque ad flumen propagines ejus*. Affert idem Auctor verba Ezechielis *a*, *Crevit in vineam latiorem*, &c. *facta eſt ergo vinea, & fructificavit in palmites, & emiſit propagines*. Confirmat præterea vocabulo διεκβολὰς, quo in libro Joſue, fluminum ac terminorum extenſiones vocantur, non quòd expellantur, ſed quod protrudantur, & exprotendantur. Fateor Hebræum verbum quod eſt hìc cum affixo in piel תשלחם *theſallechem*, poſſe illum ſenſum gignere, quem habet in Pſalmo LXXIX. תשלח *theſſallach*, Græcè ἐξέτεινε, nec aliud verbum item Græcum præſentis loci ἐξέβαλες, omnino contradicerem ſenſui eidem favere poſſe. Attamen contradicere omnium reliquorum Hebræorum, Chaldæorum, Græcorum, Latinor. ſententiæ præter Folengium, de quo non meminit Agellius & neſcio quos alios Doctores, quos aſſerit Folengius tacitis eorum nominibus, aut etiam præter Joannem Campenſem, qui ſub nomine Paraphraſtæ, (refert idem Folengius;) denique præter Vatablum, & Genebrardum, qui ajunt immiſſionem intelligi poſſe Hebreor. in terram promiſſam, nemini profectò ſuaſerim, ſive in iſto ſive in alio LXXIX. Pſal. Ex Pentateucho hiſtoria Joſue, Judicum, Regum peti poſſunt crebræ magnæq; victoriæ de tot ac adeo ſævis gentibus afflictis, expulſis, in ditionem redactis ab Hebræo

a verſ. 12.

opu-

populo. *Plantatio* præter ſixam habitationem deſignat, ut obſervavit Caſſiodorus, juge incrementum populi.

Chryſoſt. argumentatio.

Colligit argumentum Chryſoſtomus, quaſi dicant in captivitate conſtituti, ſi eos qui aliunde adveniebant, & nec urbem, nec domum habebant, in qua ſedes figerent, aut in quam ſe reciperent, reddidit Deus tam citò potentiores iis qui intus habitabant, multo magis nos patriis ejectos non deſpiciet. Afflictionem nimis anguſtè Jantonius ad veſpas & crabrones redigit, de quibus mentio fit in libro Sapientiæ *a*, & quas interpretatur Auguſtinus *b*, timoris aculeos, ut fugerent Chananæi, ac terræ cederent poſſeſſionem filiis Iſrael. Lege commentarium noſtrum in libro Sapientiæ. In Exodo *c* nomen diſertè ſcribitur de fuga dictarum gentium per crabrones; ſed ita, ut paullatim, non ſimul, & anno expellerentur, ne terra in ſolitudinem redigeretur, & creſcerent contra Hebræos beſtiæ, ſed hi augerentur & poſſiderent terram. Memoratur eadem fuga etiam per crabrones in libro Deuteron. *d* & Joſuæ *e*; & in Pſ. LXXVII. *f*, abſolutè. Rejicit merito Chryſoſtomus exponentes præſentem locum præcisè de Ægyptiis: nec verò ad litteram credo verum quod Didymus ac Heſychius de Iſraelitis expulſis, poſtquam Chriſtum occiderunt, deque Gentilibus qui eorum regionem occuparunt, credentes in Chriſtum. Non bene cohærent iſta ſequentibus antecedentibuſque.

a cap. 12. 2. b 9. 93. in Euæ.

c c. 23. 27. 28 29.

d cap. 7. 20. e Joſue 24. 12 f verſ. 54.

Nec enim in gladio ſuo poſſiderunt terram.) Auguſtinus, *hæreditate poſſiderunt*, hoc valet ירשׁ *jareſchu*, & ἐκληρονόμησαν. *Hæreditas* dicitur, quia à Deo tamquam Patre patribus Hebræorum primis promiſſa, licèt non iis poſſeſſa, ut monet Chryſoſtomus. Hebraiſmus eſt dicere *in gladio*, quod abſolutè dicimus abſque præpoſitione. Per ſynecdochen verò *gladius*, vel cum eo etiam *arcus*, armorum genus omne comprehendit, ſicut & *brachium*, robur vireſque cunctas corporis. Myſticè Ambroſius & Hieronymi vocabulo inſignitus, Ambroſii, ut mihi videtur abbreviator, poſſeſſionem terræ viventium iniri docet manſuetudine: quæ nonnullis viſa cauſſa, quare Chriſtum κατὰ παράδοξον, mitibus promiſerit poſſeſſionem terræ *h*, ne quis bella ſibi & arma neceſſaria exiſtimaret, quibus propagare homines ditionem ſolent. Quamquam ſpiritualis panopſia proponitur Chriſtiano ab Apoſtolo *i*: Chriſtuſque affirmat veniſſe ſe mittere *non pacem, ſed gladium k*; nec regnum cœlorum rapi *niſi à violentis l*. Achior Holoferni narrans hiſtoriam omnem iſtius populi, dixit inter alia: *Ubicumque m ingreſſi ſunt ſine arcu & ſagitta, & abſque ſcuto & gladio, Deus eorum pugnavit pro eis, & vicit*. Rectè victoriam tribuit Deo, ſicut & in ſequentibus Pſalmi noſtri verbis tribuitur; & Paulus *n* Chriſto, immo Chriſtus ipſemet, ſibi jubens nos confidere, *quia vicerit o*. Monebat etiam populum Moſes *p*, *ne diceret in corde ſuo, fortitudo mea & robur manus meæ, hæc omnia mihi præſtiterunt; ſed recordaretur Domini Dei ſui, quod ipſe illi vires præbuiſſet. Gedeonis gladium* nominabat is, qui ſomnium alterius interpretabatur de Gedeone *q* ſed electi fortiſſimi milites exclamabant *gladium* primò *Domini*, tum *Gedeonis r*, nempe hujus, ſed per illum. Et ſanè notatu dignum, quòd aliquoties non proprio ſed alieno gladio comparatæ leguntur victoriæ illuſtres in ſcriptura. David Goliam ipſius interfecit gladio *ſ*, ac deinceps eo nonnumquam in bellis uſus eſt *t*: Judith, quod oraverat, ut gladio proprio Holophernis amputaretur ſuperbia *u*, impetravit ipſiuſmet pugione abſcindens caput ei, *x*. Acinaces & gladios qui adorabant Gentiles ut aliàs memini, neſcio an revera, & ex animo, divinitatis in eis aliquid eſſe crederent. Sic profectò non ſuos eſſe exiſtimabant, quaſi vim illis imprimerent tamquam inſtrumentis, ſed potiùs in eorum tractatione uſuque divinam quamdam acciperet ſe ſibi perſuadebant.

g Ham. 12. & 15.

h Matt. 5. 5.

i Eph. 6. 16. 17. k Matt. 10. 34. l Matt. 11. 11 m Jud. 5. 16.

m 1. Cor. 15. 57 Isaan. 16. 33. o Deut. 8. 17 18. p Jud. 7. 14.

q verſ. 20.

r ibid. Victoriæ illuſtres non proprio ſed alieno gladio acquiſitæ interdum

ſ 1. Reg. 17. 51 t c. 21. 5. c 22 11. u Jud. 9. 12. x c. 11. 8. 9. 10.

Acinaces & gladii à Gentibus adorari.

Et brachium eorum non ſalvavit eos.) Paraphraſtes *fortitudo brachii ſui*. In Pſalterio Gallicano, *brachium ipſorum non liberavit eos*. Ambroſius, *brachium ſuum non liberavit eos*. Auguſtinus, *brachium ipſorum non ſalvos fecit eos*, hoc ſonat הושיעה *hoſchihhah*.

Sed dextera tua, & brachium tuum.) Addit quoque Chaldæa editio epithetum fortitudinis *brachio*. Chriſtianis in Gentilium poſſeſſiones ingreſſis, regnaque illorum occupantibus, optimè quadrat ſententia tota, ut pro gladio viribuſque externis, divini verbi potentia & miraculorum fuerit. Nam Chriſtus cum ſuis exiſtens *uſque ad conſummationem ſæculi* y, *os dedit & ſapientiam, quibus reſiſti non potuit z*: ſigna Apoſtolatus fieri voluit ſuper nos *in ſignis & prodigiis & virtutibus a*, ſalutè confirmari conteſtando iiſdem rebus, & Spiritus Sancti diſtributionibus *b*. S. Arnobius victoriam interpretatur de dæmonibus, perſecutoribus, barbarica feritate, & ut noſtri corporis poſſideamus, auxilio Dei, terram.

y Matt. 28. 20. z Luc. 21. 15 a 2. Cor. 12. 12 b Heb. 12. 4.

Per quamdam accommodationem, Hugo *dexteram* aſſignat Patri, Filio *brachium*, & quæ ſequitur, *illuminationem vultus Dei* Spiritui ſancto; quemadmodum in Pſal. XXVI. *c*. Illuminationem refert adhunc; ſalutem ad Filium; protectionem ad Patrem. Atqui in corpore noſtro à brachio procedit manus non contra. Non ſunt ſemper omnino aptæ hujuſmodi accommodationes. Heſychius cum Iſaia *d brachium* interpretatur de Chriſto, nec non *dexteram* & *illuminationem vultus*. Cyrillus Alex. hoc ultimum; quia Filius eſt Patris imago per omnia ſimilis, ut nos illuminet. Eidem Chriſto Aiguanus rationem *dexteræ, brachii*, & *illuminationis* tribuit; ut primo ſignificetur quaſi data dextera *e* nobis à Patre, pacem factam; omnem poteſtatem datam illi *f*, lumen intuliſſe mundo per prædicationem de regno gloriaque cœleſti. Alibi plura de notionibus *brachii*.

c verſ. 1. d c. 53. 1. e 1. Mach. 6. 58. f Matt. ult. 18.

Et illuminatio vultus tui.) Hieronymus & alii, *lux* & apud Chryſoſtomum, τὸ φῶς, quam *lucem* אור *or*, valet: Chaldaicè, *lumen ſplendoris gloriæ tuæ*. Serenitas vultus & hilaritas, ac quidam quaſi ſplendor, ſuper quempiam, indicat favorem quo quis eum perſequitur, ut aliàs vidimus, docentes, animi affectiones eſſe in vultu prodere. Nonius quidem quaſi *vultus* dicatur voltus, ait vultum eſſe voluntatem, quæ pro motu animi in facie oſtendatur. Refertur tamen interdum *vultus* ad corpus, ad animam *facies*. Denique ſynonyma ſæpe ſunt *vultus faciesque* & paronomaſia iſta in Græca, vel Hebræa voce gratiam non habet. Videtur Apollinarius intellexiſſe fulgorem quo terrefecerit Deus hoſtes.

Vultus quaſi voltus, voluntas quę pro motu animi in facie oſtendatur.

Ἀλλὰ τὴν παλάμην, καὶ σὸν μεγαφέγγη ἐπωπήν,
Sed tua manus, & tui ingens lumen vultus.

Niſi *lumen ingens* favorem ingentem dicere voluit. Sic autem, ait Chryſoſtomus, attollitur oratio, ne quis hæreat in craſſiore notione *dexteræ* atque *brachii*, ſed intelligat defenſionem & providentiam Dei.

Quoniam complacuiſti in eis.) Hieron. *complacuiſti eis*. In Romano Pſalterio & apud Ambroſium atque Caſſiodorum, *complacuiſti in illis*, ſed editione Romani Pſalterii anno 1593. per errorem omiſſum eſt, *complacuit*.

Complacere alieni, & in aliquo, quid ſit.

De *complacendi* verbo εὐδοκεῖν & רעה *ratſah*, egi alio loco: *Complacere alicui* eſt gratum ei eſſe, diligique ab ipſo: Complacere in aliquo, gratum illum habere ac diligere. Hoc ſecundum videtur magis ad rem, & magis conſentaneum Hebræo verbo cum affixo, atque ſine præpoſitione רציתם *retſitham*. Placet is qui nos amat, nobiſque bene vult, & benefacit, ſed cur id faciat, cauſſa eſt, quia placet ei, & illi placemus. Apollinarius objectum placiti divini proximum facit coercitionem hoſtium, ita ut placuerit quia libera poteſtate eam facere potuit.

Οὕνεκα σῷ θυμῷ πεποιθὼς σοὶς ἤθελες ἴχνεα.
Quoniam tuo animo confidens ipſos voluiſti exercere.

Communior expoſitio eſt præcedens, aut, quod idem fere eſt, & à Theodoreto ſeu à Baſilio traditur, ut ſignificetur dignatio quædam familiaritatis divinæ. Myſticè alii ad incarnationem applicant, ſive ad nativitatem Chriſti, quia nato illo pax hominibus εὐδοκίας ab Angelis decantata *g* eſt, ut Heſychius notat, ideſt, *ſalvatis*, ut ait Didy. *gratia, non ex operibus*. Quod ſignificatũ docet Ambroſius, & quum non Moſes populum introduxit in terram promiſſionis, ſed Joſue Jeſum nomine ipſo referens, & de Jeſu Filio ſuo Pater teſtimonium perhibuit, quòd in eo ſibi bene complacuiſſet *h*, ut ſcilicet in filio naturali: alii adoptivi placerent & gratificarentur, & ab eo placendi gratiam conſequerentur.

g Luc. 2. 14.

h Matt. 3. 17

Verſ 5.) Tu es ipſe, rex meus, & Deus meus, qui mandas ſalutes Jacob.

REdit ad ſermonem cum Deo, atque (jam ut unus loquens, qui priùs ex plurium perſona, ſcilicet horum agens nomine) qui hæc quę antea dixit olim ſit operatus, omnino Regem ac Deum ſuum eſſe, utpote qui pro vo-

luntate & nutu ſolo præſtet Iſraelitico populo ſalvationes; nec alius veteris, alius præſentis Deus ſit temporis: tam beneficus nunc in ſuos, quàm fuerit olim in alios non minùs modò pro rege habitus, quàm quondam haberetur, quum adhuc Regibus Hebræi non uterentur: ſolitus nullo non tempore mittere ſalutem, vel per prænuntios prophetas; vel per miniſtros, tum Angelos, tum homines ſalvatores: vel mittere ipſaſmet ſalutes tamquam annuntiatrices benevolentiæ divinæ, ſeu etiam velut præfectas & cuſtodes populi ſui. Ultimo modo favent aliæ formulæ *mittendi redemptionem a populo ſuo*, & *mandandi teſtamentum* b; *mandandi miſericordia* c, & *benedictionem* & *vitam* d; *ponendi viſitationem populi pacem*, & *præfectos ejus juſtitiam*. Myſticè qui loquebatur olim multifariam multiſque modis in prophetis, noviſſimè locutus eſt in filio, & filius ipſe de ſe pronuntiat, *qui loquebar ecce adſum*. Interim etiam ſalutes mittuntur tantùm à ſalvatore quatenus reſervatur integra ſalutis perceptio in tempus quo dabitur ipſiuſmet præſentia frui in beatitudine. Hoc Auguſtinus quum futurum dumtaxat docet hoc loco, viſionem, inquam, Dei facie ad faciem in reſurrectione, cautè intelligendus eſt, cum Sixto *g* Senenſe, qui alia ejuſdem de re eadem colligit teſtimonia. Videtur certè dubius fuiſſe tum de receptaculis animarum, tum an viſionis aliqua futura ſit intenſionis graduumque acceſſio poſt reſurrectionem. De neutro dubitandum nunc eſt: quin videlicet cœlo recipiantur animæ juſtorum, quæ nihil juſtitiæ divinæ pœnarum debent, & viſio tanta modo ſit quanta in æternum erit, ſecundùm intrinſecos gradus: quamvis poſt reſurrectionem ſuaviore quadam voluptate potituræ ſint animæ propter ſocietatem corporum, quam jam expetunt, & expectant.

Tu es ipſe rex meus, & Deus meus.) Hieronymus legit abſq; conjunctione & pronomine ſecundo, ſicut & Symmachus, deeſtq; in textu Hebræo, & videtur nomen *Deus* eſſe vocativi caſus, *tu es ipſe rex meus* ô Deus emphaſis eſt in aliis vocibus, *tu es ipſe*, ideſt, tu idem, tum ille ipſe, tu cui ſolenne ac ordinarium jam à priſcis temporibus redimere atque ſalvare; tu qui continuo tenore non ſemel iterumve dumtaxat id factitas. Theopolim placuit nonnullis Antiochiam appellare, & aliam neſcio quàm Chriſtopolim: regnabat peculiariter Deus antequam poſtulaſſent ſibi Regem Hebræi, ſuper illos: *h*: quomodo gubernationis genus apud illos appellari poterat θεοκρατείας Non quicumque hoc dicit, inquit Ambroſius, ſed in quo Dei regnum eſt: in quo autem regnat Deus, utique in eo peccata non regnant: non enim Deo regnum commune eſt cum crimine Deum quoque ſuum dicere notat, qui ipſi exhibet plenum reverentiæ & pietatis affectum Confirmet Apoſtoli Thomæ exemplo *i*. Heſychius hinc argumentatur adverſus illos qui Chriſtum dividunt in duo; regem dum eſſe tamquam ex ſemine David; Deum tamquam Verbum ex Patre, ſalutis noſtræ cauſſa incarnatum. Probabilis tantùm ratio, nam abſolutè de Deo ipſo loquendo; non rarò alibi *k* Deum ac regem ſuum Propheta noſter appellat: nec minus ſæpe regis nomen ſeorſim de Deo uſurpat.

Qui mandas ſalutis Jacob) Hieronym. *, præcipe proſalutaribus Jacob*; Alii *præcipe ſalute: צוה שׁיעות tſiuueh ieſchhhoth*. Hoc eſt, præcipe ut populus tuus ſervetur, ac ſervatur de tantis periculis, &, ut alibi *l* dicitur. *Libera Deus Iſrael ex omnibus tribulationibus ſuis*. Symmachus, ἔντειλον περὶ τῆς σωτηρίας Ιακὼβ. *præcipe de ſalute Jacob*. Alia Pſalteria & Auguſt. habent in ſingulari, *ſalutem*. Ambiguum an dicat Deum *mandare* ſeu *præcipere ſalutes* aut ſalutem populo, qui denominatur à Jacob ita, ut Jacob ſit dativi caſus, an eam quam contulit Patriarchæ Jacob, ita ut ſit genitivi caſus: an, ſumendo in eodem caſu, ſeu etiam in dativo, illam quæ eſt dicto populo, & tali populo ſolita conferri. *Mandare* hoc loco ſignificat præcipere צוה *tſiuuch*, & ἐντέλλεσθαι. Porro ne ſim nunc longior, eademque cum faſtidio inculcem repete de eodem *mandandi* verbo, & qua ratione dicatur Deus *mandare* atque *præcipere ſaluti*, *miſericordiæ* ac ſimilibus, quæ diximus in Pſalmo XLI. *m* in *die mandavit Dominus miſericordiam ſuam*. In imperativo poſſet quoque hic ſenſus ineſſe manda, præcipe, conſtitue, præfice ſalutes Jacob, ita ut hç tamquam cuſtodes ac præſides vigileſque intelligantur, quibus veluti cura Jacob demandetur. Sic apud Iſaiam *n* Deus, *Ponam viſitationem tuam pacem*, & *præpoſitos tuos juſtitiam*. Cur autem nomen *Jacob* exprimatur quum ſit mentio de cura & protectione quam Deus geſſit de populo, cujus duodecim tribuum capita, totidem Jacob filii fuerant. docui Pſalmo XIX. *o protegat te nomen Dei Jacob*. Repetunt hìc enarratores tropologiam ex etymologia de ſupplantatione vitiorum, quæ temporis iſtius eſt, ut poſt victoriam ſit *Iſrael*, hoc eſt, *videns Deum*, qui ſupplantator fuerit. Sed etymon *Iſrael* vulgo traditum, non eſt verum, ut aliàs demonſtravi.

Verſ. 6.) In te inimicos noſtro ventilabimus cornu, & in nomine tuo ſpernemus inſurgentes in nobis.

SI Tu Rex meus & Deus meus juvare nos dignaberis, ita per te profligabimus ac diſſipabimus inimicos, ut diſſipat projicitque in ventum, quæ cornibus bos rapit: ſed & tua freti virtute ac ſolita invocatione nominis tui, quoſcumque quamlibet formidabiles, vel numero, vel robore inimicos impetu irruentes in nos pro nihilo ducemus. De tempore præterito aliqui hæc accipiunt, ac ſi diceret David, Ventilabimus, & ſpernebamus: Goliam ſpreverat David ac fundæ lapide dejecerat *p* & ante ipſum egregias alii retulerant de hoſtibus victorias.

In te.) Ideſt, per te, virtute & poteſtate tua, ſicut Pſalmo XVII. *q In te eripiar à tentatione*, & *in Deo meo tranſgrediar murum*: & Oſeæ I. *r Salvabo eos in Domino Deo ſuo*, & *non ſalvabo eos in gladio*, & *in bello*, & *in equis*, & *in equitibus*.

Ventilabimus cornu,) Alii, *cornu petemus*, aut, percutiemus. In textu Ambroſii, Auguſtini, Caſſiodori, Pſalterii Romani, & Gallicani ſive Ambroſiani, nomen *cornu* non exprimitur: de illo tamen multa hìc differit Ambroſius; noſque Pſalmo XVII. *ſ* XXI. *t* præterea Ambroſius *u*, Hieronymus *x*, Auguſtinus *y*, Ricardus Victorinus *z*, Baſilius *a*, Aretas *b*, Pintus *c*, Guevara *d*, Ambroſius *e*: & quamvis non ita includatur in Hebræo verbo נגחה *nenagheach*, continetur in Græco κερατίσμεν, & in illo res ipſa ſignificata comprehenditur; nempe cornu petere, ſive cum ventilatione ac diſſipatione id fiat, ſive non ita fiat, quod aliter dicunt *arietare* aut *coniſcare*: præterea quod ſignificat etiam κεράζειν, velut in feſtis cornibus incuſſare, ac trucidare & vaſtare, excindere & ad bellica profani quoque auctores uſurpant. Trita à cornipetis, maximè tauris metaphora: nam *dente f lupus, cornu taurus petit* Alligant fœnum ruſtici ad cornua, ut caveant qui occurrerint *fœnum g habet in cornu longè fuge*. Ambroſius imitatus Græcos, cornu noſtrum ait Chriſtum eſſe ac Deum, ſicut ante de dextera brachioque dictum eſt. Chriſti tamquam tauri maximæque victimæ noſtræ laudata cornua in benedictione Joſeph *h*, qui typus ejus erat: ad mugitum iſtius tauri mortem refugiſſe: ejuſdem cornua eſſe cornua rhinocerotis (vel unicornis) in quibus *ventilet gentes uſque ad terminos terræ* *: eumdem dare cornua ſanctis ſuis (qui ut animalia cornigera ſint mundi, & per cornuum è capite proceſſionem deſignatur habere perfectioris proceſſum virtutis) ut Annæ Samuelis Matri *i*: iſta cornua ceciniſſe Davidem in voce tubç corneæ *k* & Moſem deſignaſſe peſacrificium, quod ritu tubæ corneæ celebrari præcipit *l*. Euſebius, Didymus, Origenes, quia cornibus animalia utentia munita ſunt, per (cornua puram animæ mentem volunt eſſe. Sed Heſychius interpretatur cornua Crucis, in quibus abſcondita eſt fortitudo Chriſti *m*. Chriſtus eſt *antiquus dierum*, quem Daniel *n* ubi advenientem vidit, illud cornu deſiit *quod faciebat bellum adverſus ſanctos & prævalebat*. Confringet *cornua peccatorum exultabuntur cornua juſtorum o*. Cornuta Moſis facies narratur fuiſſe, propter micantes radios *p*, ſed & cornu de quo Daniel *q*, *habebat oculos*. Robur celebritatem nomen requirit, multo magis vim ſapientiæ atquæ prudentiæ. Qui ſe Chriſto munit, qui dicitur unicornis, in fronte media gerit cornu dimicandiq; acriorem audaciam ſumens, vulnus non timet Validiſſimum crux velum, cujus extrema cornua vocant Tertullian. *r*, Cyprianus *ſ*, alii. *Ventilandi cornu* formula, ſicut & ſequens *ſpernendi* verbum, genus victoriæ glorioſius importat, & crebrò à ſacris auctoribus uſurpatur. *Fecit ſibi cornua ferrea Sedecias* pſeudopropheta pollicens fore ut iis rex Iſrael ventilaret Syriam, donec deleret

---

a Pſ. 110. 9.
b Pſ. 110. 9.
c Pſ. 41. 9.
d Pſ. 132. 3.
e Iſ. 60. 17.
Ic. 52. 6.

Cautio adhibenda in lectione Auguſtini & Sixti Senenſis.

g *Biblioth. Sanct. lib. 2. annot. 264 & 245.*

De receptione ſanctarum animarum.

Theopolis dicta Antiochia: & alia urbis Chriſtopolis.

h 1. *Reg.* 8. 5.

In quo regnat Deus, peccata in eo non regnant.

* 1 *Ioan.* 3. 8

K Pſ. 5. 3. Pſ. 87. 15. Pſ. 73. 12. Pſ. 83. 4. Pſ. 144. 1.

l Iſ. 24. 21.

m *verſ.* 9.

n c. 60. 17.

o *verſ.* 1. Tropologia *Iſrael* etymon.

p 1. *Reg.* 17. 49.

q *verſ.* 30. r 1 *verſ.* 7.

ſ *verſ.* 3.
t *verſ.* 22.
u in Pſ. 68.
x in c. 43. Ezc. & in c. 3. Ha.
y in Pſ. 117
z de vitio mutabilit.
a in Pſ. 21.
b in c. 9. Ap.
c in c. 2. l.
d in c. 3. Hab.
e de bened. Patriar. c. 11

f *Hor. l. 2. Satyr. 1. Idem Satyr. 4 Plu. in Craſſo & qu. com. in 71*
g *Vigil. a Geerg.*
h *Deut.* 33. 17.

* *Ibidem* 4

i 1. *Reg.* 2. 1.

K Pſ. 97. 5
l *Nu.* 10. 10.

m *Hab* 3. 4.
n c. 7. 21 2.

o Pſ. 74. 11. Moſis cornuta facies cur dicatur.
p *Ex.* 24. 29. 30.
q 7. 20.

r *Iud.* c. 10. ſ *Ep.* c. 20.

delerer eam *a*. Oſtenſa verò ſunt Zachariæ *b* ab Angelo A *cornua quatuor, qua ventilaverant Judam, & Iſrael, & Jeruſalem*. Poſtremò Machabæi ſcribuntur & Judæi de *omnibus caſtellis ventilaſſe cornibus*, milites Nicanoris, ita *ut ceciderunt omnes gladio, & non ſit relictus ex eis nec unus c*. Exprobrat etiam Deus iis qui proprio freti robore lætantur *in nihilo*, dicuntque, *numquid non in fortitudine noſtra aſſumpſimus nobis cornua* d? Per anagogem Ruffinus aliique præſentem interpretantur locum de generali judicio, in quo ventilabuntur omnes per ſeparationem malorum à bonis, tamquam palearum à granis. Hieronymus *e*, diabolum ſcribit per miniſtros & per hæreticos non ventilare ad ſalutem, de terra ad cœlum ut levent, quod faciunt Eccleſiaſtici viri, ſed ut in profundum abjiciant.

a 3. Reg. 22. 11.
b c. 1. 19. 21
c 1. Mach 7. 46.
d Amos 6. 13.
e in c. 32. Exe.

In nomine tuo ſpernemus inſurgentes in nobis.) Hieronymus, *conculcabimus adverſarios noſtros*: ſic etiam Aquila & Symmachus συμπατήσομεν Baſilius refert apud alium eſſe, *compatiemur*; quod quid ſibi velit neſcio. Latiniùs clariùſque legitur in Pſalterio Romano & Ambroſiano, & ab Ambroſio, Auguſt. Caſſiodoro, *inſurgentes in nos*, ſic verò etiam alibi *f*, *furor iratus* in eis dicitur: *fides in Domino & revelatio in agnitione ejus* g, *ſeminare in juſtitia h*: ſuntque alia plura exempla ablativi cum propoſitione pro accuſativo, in profanis quoque auctoribus, ut

f Oſeæ 8. 5.
g Eph. 2. 17.
h Oſea 10. 12
Ablativi cum præpoſitione pro accuſativo exempla.

Τόσσοι ἐπὶ Τρώσσι καρηκομόωντες Ἀχαιοὶ
Ἐνπεδὸν ἕστασαν.

Tot in Trojanis (ideſt, contra Trojanos) *criniti Achai in campos ſtabant*. Hebræum verbum pro *ſpernemus*, eſt נכוש *navus*, Chaldæum, נכבוש *nichbos*, hoc ſignificat illud, proſternemus, conculcabimus, prædabimur, polluemus, inquinabimus; ſed præterea ſpereremus, contemnemus, inquinabimus; ſed præterea ſpereremus, contemnemus, in nihilum redigemus, nihil faciemus (ſic in Pſal. LIX. *i* redditur, *In Deo faciemus virtutem, & ipſe ad nihilum deducet tribulantes nos*, יבוס צריבו *javus tſarenu*;) quaſi ſit conculcare animo, quod affini alio verbo בוז *baz*, dicitur, & Græco ἐξουδενεῖν, quò utuntur LXX. Apollinarius uſurpat γελᾶν, *ridere*, ſeu irridere. Non dicitur, vincemus, vel ſuperabimus, ut notat Chryſoſtomus ſed nihil ducemus; nec eos eſſe aliquid putabimus, conculcabimus, victoriam reportando: verùm ſine certamine, ſine motu. *Spernere* ac *vincere in nomine Dei*, eſt per invocationem nominis ejus in religioſa, ut idem monet Chryſoſtomus & Heſychius ait; Dæmones audito ſolo nomine Jeſu tamquam ab igne & flagris fugientes diſcedere atque contremiſcere. Hoc multis aliis exemplis ac teſtimoniis oſtendi poteſt, ſatiſque inſinuatur à Paulo *k* per flexionem genuum etiam infernorum Cyrillus *nomen* accipit pro gloria, quam Deus ipſe in adeo egregiis victoriis quærat, ut ipſemet in Exodo *l* teſtificatur, & in Ezechiele *m*. Ambroſius pro cognitione proprietatis ac naturæ divinæ, quam ſibi Moſes innotelcere volebat, quando quæſivit quod eſſet nomen ejus, audivitque, *Ego ſum qui ſum*, eo ſcilicet tempore quo mittebatur ad populum liberandum: & hoc nomen eſſe Chriſtum, quia eſt expreſſio naturæ Patris, qui quoque Chriſtus veniſſe ſe dicit *in nomine Patris ſui n*. Significat præterea *nomen* ſæpe potentiam, ſicut quando Chriſtus orat Patrem ut ſervet diſcipulos in nomine ſuo, ſicut ipſe quum eſſet cum eis, ſervabat in eodem nomine. Micheas *o* de Chriſto prædixit quòd paſceret *in fortitudine Domini, in ſublimitate nominis Domini Dei ſui*, hoc eſt, ea potentiæ magnitudine majeſtateque quam decet Deum oſtentare, ut ſit ſecundùm nomen ejus, ſic & laus ac potentia ejus: unde orabat *p* alibi David *propter gloriam nominis Dei* liberari. De more invocandi numen ac nomen, acclamandique tutelarem Deum ante pugnam, dixi ad verba Pſal. XIX. *q Hi in curribus, & hi in equis, nos autem nomine Dei noſtri invocabimus. Rex magnus ego, dixit Dominus exercituum, & nomen meum horribile gentibus r*.

i verſ. 14.
Chryſoſt. obſervatio.
k Phil. 2. 10. Nominis variæ ſignificationes.
l Exo c. 9. 16
m cap. 36. 20
n Exo. 3. 14.
o Ioan. 5. 43.
p Ioa. 17. 11.
q cap. 5. 4.
r Pſ. 78. 9.

Verſ. 7.) Non enim in arcu meo ſperabo, & gladius meus non ſalvabit me.

TAnta ſum fiducia in te, tam certus, tutus, ſecurus in tuo præſidio, robore, invocatione, nomine, ut certum quoque mihi ſit ac omnino conſtitutum, in armis meis non confidere, nec inde ſalutem victoriamve expectari; unde mihi etiam illa contingere non poteſt. *Arma militiæ noſtræ non carnalia ſunt*, ait Apoſtolus *ſ*, *ſed potentia Deo ac deſtructionem munitionum; conſilia deſtruentes, & omnem altitudinem extollentem ſe adverſus ſcientiam Dei*, &c. De uſitatiſſimo iſto antiquis duplici genere armorum, *arcus gladiique*, dixi Pſalm. VII. *t* & XXXVI. Armis utendum quidem in juſta defenſione, ac bello, iis quibus ea tractare licet, quia ſic Deus jubet: ait omnis in Deum rei exitus conjiciendus, eique permittendus, ut admonet Chryſoſtomus. Quod conſilium in ſpirituali bello magis neceſſarium, in quo ſuimetipſius diffidentia telum longè fortiſſimum: nam *ſperantes in Domino miſericordia circumdat*: *& veritas ejus tamquam ſcutum* u. *Machabæus ſemper confidens cum omni ſpe auxilium ſibi à Deo aſſuturum* x, ac ſuos armans, *non clypei & haſta munitione, ſed ſermonibus optimis & exhortationibus* y: narravit, ſibi oblatum in ſomnis à Jeremia *gladium aureum*, (ornatum auro) quum diceret; *Accipe ſanctum gladium munus à Deo, in quo dejicies adverſarios populi mei Iſrael* z, & tamen quum adhuc viveret, dehortabatur à bello. Si in arcu ſperandum eſt, ait Ambroſius, in Dei certè arcu ſperandum eſt, quem poſuit in nube, ut à diluvio genus humanum timere deſineret. Iſte enim arcus nos protegit, quo & jaculatur ſagittas, quibus percutiat inimicos & adverſarios noſtros. Impoſſibile ait Serapion, eſſe *a*, de qualibet paſſione, tentatione, vitioque triumphum quempiam promereri, priuſquam intellexerit induſtria vel labore proprio victoriam certaminis ſemet obtinere non poſſe. Caſſianus *b*, præterea refert, Patrum ſententiam fuiſſe, non poſſe ad parum quempiam carnalibus vitiis emundari, niſi Cuniverſum laborem ſuum atque conatum ad tantæ perfectionis finem intellexerit non poſſe ſufficere: laborantibus tantùm ac deſudantibus gratiam conferri, (nempè collaborantibus cum gratia majorem communicari) ſicque *poni adjutorium in potente* c, *opera manuum noſtrarum dirigi ſuper nos d*; confirmari opus à Deo quod *operatur in nobis* e.

t Mal. 1. 14.
u 2. ad Cor. 10. 4. 5.
x verſ. 13.
y verſ. 14. 19
z Pſ. 31. 19.
a Pſ. 90. 4.
b 2. Mach. 15. 7.
c verſ. 12.
d verſ. 15. 1.
e apud Caſſ. col. 5. c. 24.

Senſu morali Remigius, Ruffinus, Thomas aliique *non ſperare in arcu ſuo*, docent qui non in ſenſu, calliditate, prudentia ſua, vel in occulta virtute, atque mediocribus meritis, quoniam arcus à longe trahit: non in gladio qui non in manifeſta virtute majoribuſque meritis, quia gladio pugnatur cominùs. In his verbis ait Hieronymus in Amos *f*, oſtendi quòd gloriam nolunt in hoc mundo boni, ſed in Deo, qui eorum eſt honor & fortitudo, quam mali non habent niſi laudibus humanis, lætantes in nihilo. Denique Auguſtinus *g* aſſerit, quando quilque cognoſcit quia in ſe ipſo nihil eſt, & adjutorium nullum de ſe habet, arma in illo confracta, bella ſedata eſſe: & alloquens Deum *h*, confiteri ſe dicit *opus manuum* ipſius in timore ejus, quia *in arcu ſuo ſperabit*, &c. ne alioquin deſperet, niſi ſpem ſuam in illo ponat. Laxante ac remittente manus in monte Moſe, ſuperabat Amalec: levante, Joſue vincebat: ideo ſuppoſito lapide in quo ſederet, Aaron, & Hur ſuſtentabant manus illius: itaque devicti penitus Amalecitæ: Deus autem hoc ſcribi voluit ob *monimentum in libro i*: Lapis, & quam gerebat Moſes virga, deſignabant vim ac potentiam Dei, qua fretus victoriam ſperabat Hebræorum conſilium fuit ut afferrent ad ſe arcam Dei, eſſetque *in medio eorum, & ſalvaret illos de inimicis ſuis k*. David adjecit Saulis arma *l*, ut debellaret Goliam armatus *nomine Domini exercituum Dei, agminum Iſrael* m. *Non enim in arcu meo ſperabo*.) Hieronymus, *confidam*, Chaldaicè רחיין *rachitz*, *ſperans ſum*.

f lib. 1. de inſt. renunt. c. 13. & 14.
g Pſ. 88 20.
h Pſ. 89. 17.
i Pſ. 67. 29.
k in cap. 6. l in Pſ. 43. m ſolil. c. 2.

Et gladius meus non ſalvabit me.) Puto Auguſtinum in Pſ. XLV. memoriæ nonnullo lapſu citaſſe, *& brachium meum non ſalvabit me*. Quod Jacob de ea parte quam dabat Joſeph, *extra fratres ſuos, ſe tuliſſe* dicebat *de manu Amorrhæi in gladio & in arcu ſuo n*. Paraphraſtes Chald. exponit in oratione & obſecratione, quibus nimirũ ſervari

n Exo. 17. 14

vari ab hostibus impetravit, & ut Urbis Sichem, ager
a *Ibid.* que Sichimitarum in sua esset potestate. Placuit id et-
b *ibidem.* iam Abulensi *a*, atque R. Aben Esra *b*.

Vers. 8.) Salvasti enim nos de affligentibus nos, & odientes nos confudisti.

NOn sperabo nec sperare volo in armis & præsidiis humanis, quia nos ac Patres nostros tu ipse liberasti ab hostibus, hosque invisos ac infestos pudore affecisti, frustrans spe qua jam nos devoraverant: & quemadmodum adhuc fecisti, si facere potes, & facturum confidimus. Jonathas cum armigero præter alia exempla victoriam prope miraculo consecutus est *c*: David exprobratores ac irrisores suos, quique oderunt ipsum, *casos & claudos expulit d*. Præteritum tempus Augustinus, Cassiodorus, aliique ob prædictionis certitudinem de futuro interpretantur, maximè autem de secundo adventu Christi, quando cessabit persecutio infestioque invisibilium ac visibilium hostium, & justorum inimici æterna ultione damnabuntur, illi regna Cœlorum recipient. De præsenti tempore in Ecclesia, exponit Ambrosius confusionem inimicarum & adversariarum potestatum, sapientiam carnis retusam cœlestibus imperatis in suis criminibus erubescere, & flagitiorum suorum pudore confundi: adulterum, in libidine seu flammis & væsani amoris incendio: avarum, in immodicæ cupiditatis ardore; ebrosum, in temulentia; facinorosum, in scelere: hos & hic confundi gravissimè, sed multo ampliùs confundendos quum viderint sanctos Domini resurgentes in vitam æternam, se in opprobrium, & perpetuam confusionem. Hesychius, confusionem attendit in ipsismet idolis eversis cum omni errore, mendacio, vitio, & in peccatoribus conversis. *Ecce confundentur*, ait *e* Isaias, *& erubescent omnes qui pugnant adversum te*, & Micheas *f*, *Aspiciet*, inquit, *inimica mea, & operietur confusione, quæ dicit ad me, ubi est Deus tuus? oculi mei videbunt in eam: nunc erit in conculcationem ut lutum platearum; & g videbunt gentes & confundentur super omni fortitudine sua: ponent manum super eos, aures eorum surdæ eruat*. Job *h*, quòd amici constantiam ipsius frangere non potuissent, confusos testatur. *Confusi sunt*, inquit: *quia speravi: venerunt quoque usque ad me, & pudore cooperti sunt*. Quum bonorum spes interius figitur, & nequaquam malis exterioribus ad ima reclinatur, pravorum mentem, ait Gregorius *i*, confusio occupat; quia dum pervenire ad afflictorum intima nequeunt, in casum se existere crudeles erubescunt. Propterea orabat etiam David *k*, *Fac mecum signum in bonum, ut videant qui oderunt me, & confundantur, quoniam tu Domine adjuvisti me, & consolatus es me*.

c 1. Reg. 14. 15.
d 2 Reg 5. 6.
e cap. 41. 11.
f cap. 7. 10.
g vers. 16.
h c. 6. 20.
i 7. Moral. c. 14. vol. 20.
k Ps. 85. 17.

Salvasti.) Psalterium Romanum & Ambrosian. Ambrosius, Cassiodorusque *liberasti*, Augustinus, *salvos fecisti*, Chaldaicè, *redemisti nos ab affligentibus nos*.

Et odientes nos confudisti.) Chald. jungitur verbum præcedens istis, & *ab odientibus nos*, nimirum redemisti nos.

Vers. 9.) In Deo laudabimur tota die, & in nomine tuo confitebimur in sæculum.

SI, ut spero ac peto, etiam in posterum, sicut antea fecisti, salvaveris nos, & adversarios confuderis, lætabimur in te Deo nostro, cum tua laude, nec ullo umquam tempore cassabimus, gloriando in te, nosque ipsos beatos prædicando, à celebratione laudis tuæ. Uni tibi omnis rei benè gestæ laudem adscribemus: te gloriam nostram confitebimur: laudabunt nos alii, sed in te, ac propter te: glorioſum erit nobis denominari abs te: ita ut dicamur *populus Dei*, & à Christo Christiani, gens magna *grandis, inclyta, populus sapiens, & intelligens* l: *omnes qui viderint nos cognoscant quia semen sumus, cui benedixit Dominus* m: vocent nos populum *beatum* cui non *simillis alius*, qui *salvemur in Domino*, sitque Dominus *scutum auxilii*, nostri, & *gladius gloriæ* nostræ: *negent* verò nos *inimici* nostri, sed nos *eorum colla* n *calcemus*. *Laudatur peccator in desideriis animæ suæ, iniquus benedicitur* o, opulentur in divitiis, luxuriosus in conviviis, scortator in nocte, potens in hac vita, quæ habet noctes: sanctus autem non in hac vita, sed in Deo, cui per omnia placere gestit, & cui dicit, *Fortitudo mea & laus mea Dominus* p: *tu es gloria mea* q: ac tota quidem die, ut Ambros. observat, quia honestè agit, nec opera sua abscondit & crimina, sed regi patefacit æterno: & *sicut in die honestè* ambulat *r*, non in ganeis atque gurgustiis, *non in cubilibus & impudicitiis*, in quibus stultus putat se parietibus esse tectum, ut possit Dei scientiam præterire. Lege quæ dixi Psal. XXXIII. *f*, declarans illa verba, *In Domino laudabitur anima mea*.

l 1. Deus. 4. 6. 7. 8.
m *Isa.* 61. 9.
n *Deu.* 33. 29
o *Ps.* 9. 24.
p *Ps.* 117. 14.
q *Ps.* 3. 4.
r *Rom.* 13. 13
f vers. 3.

In Deo laudabimur tota die.) Ideſt, ut jam citato loco dixit laudabimus ipsi nos atque gloriabimur, sed in Deo: vel nos alii etiam in Deo laudabunt, nec non & ille à quo laus erit unicuique *s*, Hieronymus, *in Deo gaudebimus*. Refert Ambrosius ex Aquila, *in Domino gloriabimur*, καυχησόμεθα, ex Symmacho, *Deo hymnum dicemus*, τῷ θεῷ ὑμνήσομεν, aliàs ὑμνοῦμεν. Concordat omnium sensus, ait idem Ambrosius, ut non desinamus circa Dei laudes sive hymnum dicendo, sive divinam per omnia momenta gloriam concinendo, nec ullo mœrore, nulliusque doloris acerbitate impediamur ab hoc officio, aut noster exasperetur affectus, sed hymnum dicentes Deo, immobiles atque irrevocabiles persequeremur, benedicendo Dominum in omni tempore, semper laudes ejus in ore habentes *u*, semperque *nomen Domini benedictum* prædicantes, etiam in adversis, exemplo Job *x*. Videtur omnino Ambrosius *laudare* sumere verbi deponentis in activa significatione, quo etiam pacto Augustinus, Cassiodorus, in passiva: Ruffinus in utraque, ut scilicet præsertim in æternitatis una die, ac in una æternitate laudemus, & laudemus nos in Deo, Deus in nobis: addes nos à Deo, Deus à nobis. Hebræum verbum הללנו *hillalnu*, in piel, activæ significationis est: Græcum ἐπαινεθησόμεθα passivæ, quam ita quoque Apollinarius expressit.

s 1. Cor. 4. 5.
u Ps. 33. 2.
x c. 1. 21.
Laudari ut sumatur hic ab Ambr.

Η' μέτιον κλέος ἔμμι πὲρ' ἐθανέτω βεσιλῆι.
Divinum decus nobis apud immortalem Regem.

Porrò activè *laudare in Deo* est, ait idem quod laudare illum, Hebræo idiotismo, qui reperitur in aliis ejusmodi formulis aut laudare se in illo, jactare, gloriari, quod idem denique valet, ac passivè *laudari*. Ricardus Cenomanus dubitat an legerint LXX. *hullalnu*, in pual passiva voce: & an irrepserit error, ut *laudabimur*, legatur pro, *laudabimus*, quum Deum laudare magis pertineat ad illam gloriam quàm laudari. Subdit reclamare ne hoc dicatur, id quod procedit, *in Deo*, alioquin dicendum esse (Deum) si verum esset (laudabimus) & quia Græcum verbum passivum est. Hebraizantes retinent activam significationem quæ ponitur etiam à Chaldæo per participium משבחין *mesabbechin*. Sed probabilitatem habet ut *laudari in Deo* sit robur ac vites ab eo sumere, sicut Psal. XII. *y* vidimus, *perfecisti laudem*, expositum Chaldaicè, *fundisti fortitudinem*, nam & si mul ita junguntur Psal. CXVII. *z fortitudo mea & laus mea Dominus*, & in XXXI. *a exultatio mea erue me à circumdantibus me*, vertit Hieronymus, *laus mea*. *Ipse est laus tua*, inquit Moses *b*, & Jeremias *c*, *laus mea tu es* & in Psal. XXI. *d tu autem in sancto habitas, laus Israel*. in CVIII. *e Deus laudem meam ne tacueris*, aut. *Deus laudis meæ*, ideſt, præsidii auxiliumq; in CIV. *f laudamini in nomine sancto ejus*, hoc est, confirmamini, corroboramini, spiritus animosque ingentes recipite: in LXV. *g*, *date gloriam laudi ejus*, nimirum rebus præclarè magnificèque gestis: in cap. XLVIII. *h*, Isaiæ, *laude mea infrænabo te*, quæ LXX. vocant glorioſa, scil. egregia potentiæ facinora. Idem prophanis demonstrat exemplis Roa *i* noster. Itaque in *Deo laudari* erit adeo multis ab eo muneribus ornari ut gloriosè prædicare se ab aliis prædicari quis possit; quod Aquila hoc loco dixit καυχᾶσθαι. *Fortitudinem gentium comedetis*, inquit Isaias *k*, *& in gloria earum superbietis*; ea nempe superbia, ut explicat Hieronymus *l*, quæ pro potentia & gloria accipitur: qualem proferebat Moses *facie cornuta m*, qui dicere, inquit, poterat, *in te inimicos nostros ventilabimus cornu*.

y vers. 3.
Laudari in Deo quid sit.
z vers. 14.
a vers. 7.
b Deu. 10. 21
c c. 17. 14.
d vers. 4.
e vers 1.
f vers. 3.
g vers. 2.
h vers. 9.
i lib. 1. sing. cap. 13.
k cap. 61. 6.
l Ibidem.
m Exod. 34. 30.

Tota die.) Symmac. κατὰ πᾶσαν ἡμέραν, *per omnem diem*, Aquila, Euthymio teste, *per totam vitam*. In die, ut à nocte distingitur, vis nulla sensu litterali. Omne tempus ac ævum etiam tota vel omnia dies denotat.

Et in nomine tuo confitebimur in sæculum.) Hieron. & *nomen tuum in æternum confitebimur*. Deest Hebraicè

præ-

præpoſitio: & eam Nicephorus docet vacare, ac ſen-A ſum eſſe: nomine tuo gratias ſemper agemus. Ceteri quoque perinde explicant, ac ſi caſus accuſativus eſſet, narrabimus & celebrabimus nomen tuum, aut mirabilia tua, unde tibi nominis pervenit celebritas: Id maximè facient habitatores domum cœleſtis beati, ubi *in ſæcula ſæculorum laudabunt*. Deum *a*. Hoc loco eſt סלה *ſelah*, & in emendatis codicibus Græcis eſt Διάψαλμα, meminitque Chriſoſtomus & Hieronymus: qui, ut ſolet, vertit, *ſemper*: quam vis deſideretur in multis codicibus Græcis, nec ſit in chaldæa paraphraſi. Monere videri poteſt ea particula quanti referat cogitare quàm ſit magna felicitas in ſolo Deo gloriari, atque cum illis verſari, qui Deum continuis laudibus, gaudio perfruentes ineffabili, concelebrant.

a Pſ. 83. 5.

Verſ. 10.) Nunc autem repuliſti & confudiſti nos, & non egredieris Deus in virtutibus noſtris.

DEinceps deflet Propheta miſerabilem ſtatum ſuum inter tot afflictiones, aut populi ſui aut etiam Chriſtianorum. Vel, quia de iſtorum conſtantia poſtea dicturus eſt, ut non idcirco cederent, ceſſarentve à laudibus divinis, quas in rebus proſperis uſurpare haud adeò magnum, mirum, laude dignum, profert in medium calamitates quibus graviter urgebantur: quocirca, aut quæritur non eam cerni nunc Dei erga ſe populum ve curam, quam patribus olim narratum eſt exhibitam; & populo duræ crucis: verum videri deſeruiſſe, repuliſſe, pudore affeciſſe, dum non præſtitit expectatam contra hoſtes opem, nec ut ſolebat, quum eorum in prælium exercitu egreſſus eſt: aut profitemur, nihil minus tali calamitoſo tempore, quàm quum res ex animi fluerent ſententia, in laude atque confeſſione Dei perſtitiſſe.

Prior dicendi modus communior, qui etiam accipi poteſt velut ex vulgari aliorum opinione, qui cenſent, calamitoſos deſtitui à Deo, reſpui, abjici. Quem errorem ſequentibus deinde verſibus David corrigit. Atque ita demum eodem recident duo illi ſenſus. In tribus præcipuè conſiſtit Dei erga ſuos providentia & cura, ut annotat Thomas, in refugio ad eum *b*, ſive in defenſione per modum acris, turriſque *c*, in gloria *d*, fama, celebritate, bona opinio, quæ requiritur apud homines in auxilio *e* ad reſiſtendum & proficiendum. David privationem horum omnium attingit, dum ſe repulſum dicit à Deo confuſum, nec præſentem illum in exercitu habuiſſe. Vel hæc eodem omnia ſpectant, videlicet ad ſubtractionem auxilii: poſtea perſecutio ponitur, tum trucidatio: deinde captivorum venundatio, tandem opprobratio atque inſultatio. Quæ paſſus eſt populus tempore Machabæorum, & fideles ſub perſecutoribus.

In tribus præcipue Dei erga ſuos providentia & cura.
b Pſ. 89. 1.
c Prov 18. 10
d Pſ. 3. 4.
e Pſ. 120. 1.

Nunc autem.) Hieronymus, *verum*, quod valet אל *aph*, vel *etiam*, ubi emphaſis eſt cum reticentia; quaſi dicat: non ſolum preces non audis, & non faves, olim noſtris, ſed repellis etiam nos à conſpectu tuo, & indigniſſimè tractas. Vel, non tantum laudamus, & celebramus te, quum benefacis nobis ſicut Patribus benefeciſti, ſed & quando iratus ac infenſus videris. Vertit Aquila ταλτερ, atque etiam alius καλγε quod idem valet. Alius ἀμαρτος τουτοις *ſed præterea*, aut, *ſed ad hæc*. Favent illæ aliæ lectiones ſecundo ſenſui qui placet Chryſoſtomo, ut quamvis Deus repellat ac tot tantaque patiantur, ab eo non deficiant, laudantes ipſum, gloria afficientes; in illo gloriantes. Adverbium temporis interpretantur alii de hoc toto tempore quod admodum breve eſt, & in quo proprer frequentes tentationes atque tribulationes repelli, confundi, non juvari videntur etiam juſti à Deo; quos tamen ſolatur ipſamet bonitas per *nunc* deſignata, & ad inſtar momenti punctique. Hoc eſt modicum nunc de quo Chriſtus *f* ac Petrus in quo oportet contriſtari in variis tentationibus *g*.

f Iſa. 54. 7.
g 1. Pet. 1. 6.

Repuliſti.) Hieronymus, *projeciſti*. Alii, *dereliqueſti*, oblitus es, deſeruiſti, coegiſti dare terga hoſtibus, elongaſti te. LXX. ἀπωσω, Quidam ἀπόβαλες, *abjeciſti*. Eſt זנח *zanach*, *elongare ſe*, vel à ſe aliquid aut aliquem cum abominatione; tamquam pollutum & execratum, immundum, indignum præſentia. Poteſt vero per hoc verbum denotari pulſio à terra ſancta, & auxilium populi atque captivitas, transferendo id etiam ad exilia Chriſtianorum. Non *repellit* Dominus *populum ſuum & plebem ſuam*, *quam præſcivit h*, quia quod attinet ad Hebræos *reliquæ ſecundùm electionem gratiæ ſalvæ fiunt i*: *non repellet Dominus plebem ſuam*, ait quoque David *k*. Item quamvis alii *populum iſtum Dei humilient & hæreditatem Dei vexent l*, negat Deum *repulſurum plebem ſuam & hæreditatem derelictum m*. Chriſtus negat, eum qui veniat ad ſe, ſe ejecturum foras *n*; quum tamen conqueri videatur ſe à Patre relictum *o*. Conqueritur per Prophetas Deus crebro ſe derelictum à populo ſuo *p*. Ipſe non derelinquit quærentes ſe *q* & juſtos ſanctoſque *r*: ſed arguit eos, qui hoc feriò putent, dicantque quod eos dereliquerit, & ſit oblitus *ſ*: multo ad minus fieri poſſe etiam ut *obliviſcatur mulier infantem ſuum*, nec *miſereatur filio uteri ſui t*, quum *in manibus ſuiſmet deſcripſerit* populum ſuum *u*. *Non vocaberis*, inquit *x*, *ultra derelicta & deſolata ſed quæſita*, *& voluntas mea in ea*, *quia complacuit Dominus in te*. Quod Joſue promiſſum eſt *y*, *non dimittam nec derelinquam te*, Paulus *z* extendit ad omnes, Denique *ſervus meus es tu*, ait Dominus *a*, *elegi te*, *& non abjeci te*. Oves Chriſti *non rapere poterit quiſquam de manu* ejus, nec *de manu Patris b*. Hoſtes & perſecutores provocantes ſed ad nocendum, dicunt quidem Deus *dereliquit*, *eum*, *perſequimini*, *& comprehendite eum*, *quia non eſt qui eripiat c*, ſed *confundentur*, *deficient*, *operientur confuſione* & pudore, ſemper nihilominus ſperantibus juſtis, & adjicientibus *ſuper omnem* laudem Dei non elongati, ſe *in auxilium* recipientis *d*. Si juſti conqueruntur ſe derelictos, ut Chriſtum ipſum feciſſe diximus, aut orant non derelinqui, intelligunt & ſecundum aliorum ſententiam, & quia implorant auxilium divinum, cujus abſentia abſentiam Dei videtur indicare. Ad hunc modum populus etiam in captivitate lamentans clamabat, *e*, *tu vero repuliſti & deſpexiſti*, זנחת ונמאס *zanachtha vatthimas*, *diſtuliſti Chriſtum tuum*. Symma. ἐχολωθης, *iratus es in regem*, vel in David, de cujus nunc lemine deficit Dux: & ſecundùm ſublimiorem ſenſum, *diſtuliſti adventum Meſſiæ*? Item David *f*, *Deus*, ait, *repuliſti nos*, *& deſtruxiſti nos*. Repulit Deus populum rebellem, negans reſponſum quando petebat *g*, *numquid ad interrogandum nos veniſtis? vivo ego quia non reſpondebo vobis*: præterea repulit preces eorum, aut pro eis *h*: *Projiciam vos à facie mea*, *ſicut projeci omnes fratres veſtros*, *univerſum ſemen Ephraim*: *tu noli orare pro populo hoc*, *neque aſſumas pro eis laudem & orationem*. *& non obſiſtas mihi*, *quia non exaudiam te*. *Quiſe à Domino ſeparat*, *ipſe à Domino ſeparatur*, ait Ambroſius: *& qui non cognoſcit Dominum*, *non cognoſcitur*: *& qui ignorat ignoratur*: *peccato non repellitur*, *quia ipſe ſe repellit*: *perdit Deus fornicantes i à ſe diſcedere à ſe jubet operarios iniquitatis k*.

a Rom. 11. 2.
b Ibid. verſ. 1.
c Pſ. 94. ut nunc recitatur ex Pſalterio antiq. 1 P. 93. 5.
m verſ. 24.
n Ioan 6. 32.
o Mat. 27. 46
p l. 1. 4 28. c. 65. 11 Ier. 1. 16. c. 2. 13. 17 29. c. 57. 10. c 9. 13. c. 16. 11 c. 19. 4. c. 22. 9. Bar. 3. 12. Ezech.
q c. 39. 23.
r Dan. 11. 30. Oſee 4. 10.
s Pſ. 9. 11.
t Pſ. 36. 2. 28
u Iſai. 49. 14.
x verſ. 15.
y verſ. 16.
z c. 12.
a Iſ. 1. 5.
b Hab. 1. 5.
c Iſai. 41. 9.
d Ioſ. 10. 28. 20.
e Pſ. 70. 10. 11.
f verſ. 12. 13. 14.
e Pſ. 88. 39.
f Pſ. 49. 3.
g Ezec. 20. 3
h Ier. 7. 15. 16 c. 11. 14. c. 14. 11.
i Pſ 72. 7.
k Mat. 7. 23.
l c. 13. 22. 26.

Confudiſti nos.) Exemplo lumbaris putrefacti, pro ut imperaverat Deus, Jeremias uſus, prædicavit quod propter multitudinem iniquitatis populi revelata eſſent, verecundiora ejus pollutæ plantæ ejus, nudata femora, aperta ignominia. Puduit populum quod Antiochus idolum conſtituerit intra ſancta ſanctorum *m*, & tot ac tanta patrata ſint turpiſſima ſcelera à ſuis, ut eſt in capite præſertim 11. Lib. Machab. ita ut *univerſa domus Jacob innueret confuſionem n*. Eſt quoque *confuſio*, vinci turpiter qui antea vicerunt, ab hoſtibus, præter ſpem; & non exaudiri preces, ut aliàs docuimus: item exprobrari à victoribus infidelibus, ut rejectum à Deo populum, non eſſe populi Deum, verum Deum, ſed ipſorum idola veros Deos, &c.

m 1. Mac. 1. 57.
n verſ. 29.

Et non egredieris Deus in virtutibus noſtris.) Hebraicè non eſt Deus, nec in Pſalterio Gallicano: & Hieronymus *o* notat hanc vocem ſuperfluam eſſe: ac in multis aliis deſiderari oſtendit Lucas Burgenſis in ſuis notationibus. Idem Hieronymus, aliiq; pro *virtutibus* ponunt, *exercitibus*, quos Hebræa vox ſignificat nempe צבאות *tſeuaoth*, ſive *ſabaoth*, ut oſtenſum eſt Pſal. XXIII. *p* ubi vocatur Deus, *Dominus virtutum*. Græcum nomen utrobique eſt τῶν δυνάμεων: Chaldaicè, *& non collocabis majeſtatem tuam*, aut, *non habitabit majeſtas tua in exercitibus noſtris*. Symmachus reddit καὶ ὁ προσέρχη ἐν χοις στρατεύμασιν ὑμῶν Ambroſius legit, *quia non progredieris Deus in virtutibus*. Senſum Apollinarius expreſſit rectè:

o Epiſt. 135.
p verſ. 10.

Οὐδὲ ὡπλισμένοις μεταναστὰς ὡς πρόμαχος.
Nec prius armatis ſolitus pugnantibus egredieris dux.

Vel, *neque armatis accurres ut antea adjutor*. Similes in Pſal. LXX. *a* & CVIII. *b* ſententiæ. *Nonne tu Deus, qui repuliſti nos, & non egredieris*, vel, *exibis Deus in virtutibus noſtris?* Rectè declarat quomodo Deus dicatur *egredi*, ingredi, intrare, progredi, exurgere, aſcendere, deſcendere, obdormire, vigilare, excitari, exire, ſcilicet accomodare ad mores captumque noſtrum, ſicut & quidam dicuntur *atrahi à Deo*: alii *per ſe intrare, & intrare, ad ipſum*. Cenſebatur Deus quando pugnantem juvabat populum, vel etiam abſque pugna, victoriam largiebatur, vel eum tuto deducebat, egredi ante illum. Sic in Pſal. LXVII. *c Deus quum egrederetis in conſpectu populi tui, quum pertranſires in diſerto, terra mota eſt*, &c. & in cantico Deboræ *d*, *Domine quum exires de Seir, & tranſires per regiones Edom, terra nota eſt*, &c. In Pſ. LXVII. commentario docui ex R. Moſe *e*, & Hieronymo *f*: *egreſſum Dei* denotare ſupplicii repetitionem, quod eſt alienum veluti *& peregrinum opus ab eo* g. *Dominus*, inquit Iſaias *h*, *ſicut fortis egredietur, ſicut vir præliator ſuſcitabit zelum, vociferabitur & clamabit: ſuper inimicos ſuos confortabitur*. Et in cantico Habacuc *i*, *Egreſſus es in ſalutem populi tui, in ſalutem cum Chriſto tuo*. Chryſoſtomus loci hujus alium ſenſum, ut non conqueratur David non *egredi Deum in virtutibus*, ideſt, in exercitibus, ſed affirmet Deum ſæpenumero copias militares contemnere, nec velle ut videatur victoria humano iſto ſubſidio, verùm in hac potentia ipſius obtineri: Deum, ne aliqua eſſet arrogantia, effeciſſe ut magna ſæpe parvis egerent: hoc pacto habentem columnam ſubjecto calculo firmam ſtabilemq; reddi: navigium plenum vectoribus parvo clavo dirigi ac liberari à periculis. Opportunè Hugo, aut Alenſis, admonet, notandum loquendi modum in præcedentibus ac ſequentibus, ut Deus ipſe dicatur *repuliſſe populum*, confudiſſe, averti ſſe retrorſum, dediſſe tamquam oves eſcarum, diſperſiſſe, vendidiſſe, poſuiſſe opprobrium, &c. quia permiſſu Dei fiunt hæc; nam ſi Job *k* dixit. Deum qui dederat, etiam abſtuliſſe: David, quod præceperat Semei Deus *ut malediceret l*. Addit, & bene, Genebrardus, id ſecundum efficientiam verum eſſe: quoniam pœnæ malorum actor ac efficiens cauſſa poteſt eſſe, atque ad eorum immiſſionem efficaciter concurrere.

In virtutibus noſtris.) Dixi, *virtutes exercitus* ſignificare. Ambroſius libro ſecundo de ſpiritu ſancto *m* docet, præpoſitionem *n*, hoc loco idem valere. atque *cum: in virtutibus*, quod, *cum virtutibus*: quemadmodum alibi; *Introibo in domum tuam in holocauſtis*, hoc eſt, cum holocauſtis. & *Eduxit o eos in argento & auro* ſic namque legit) ideſt, cum argento & auro; quo pacto legimus cum LXX. ſed ibidem legit quoque Ambroſius, *in virtutibus nobiſcum*. Suppetunt alia plura exempla, ut *p*, *in baculo meo tranſivi Jordanem iſtum*: & *Ungantur*, *q* *filii Aaron*, in ea, *veſte ſancta*: & *r*, *puteus quem foderunt Principes, & paraverunt duces multitudinis in datore legis, & in baculis ſuis*; & alibi.

Verſ. 11.) Avertiſti nos retrorſum poſt inimicos noſtros: & qui oderunt nos, diripiebant ſibi.

NOn modo nos prævenisti tamquam dux in prælio, ſed quum ipſi poſt inimicos iviſſemus eoſque perſequeremur, deſerens nos, terga iis dare compuliſti: unde factum eſt ut in ſpolia involarent, inque nos ipſos irruerent, diriperentque tum nos tum noſtra. Vel, ne commiſſo quidem prælio, coacti ſumus fuga prævenire hoſtium impetum, & illis caſtra, arces, oppida prædanda exponere, ita ut licuerit etiam à tergo perſequendo captos abducere. Et hoc ad nonnullos vi perſecutionis ac tormentorum deficientes referri poteſt, cum Caſſiodoro, Haimone, Beda, Brunone, Remigio, Thoma, Hugone; vel ad abactos in exilium, nec non ad illos qui rapinam bonorum ſuorum, ſed cum gaudio ſuſceperunt *f*, ut Heſychius docet.

Avertiſti nos retrorſum poſt inimicos noſtros.) Hieronymus *vertiſti terga noſtra hoſtibus*. Alii, *reverti feciſti nos retrorſum ab hoſte*: *convertiſti nos ut tergum ab hoſte*. Chaldaicè, *feciſti ut verteremus cervicem coram hoſte aut terga*. Auguſtinus, Ambroſius, Caſſiodorus, Pſalterium Romanum & Ambroſianum, *avertiſti nos retrorſum præ inimicis noſtris*. Aquila apud Ambroſium, *avertiſti nos retro ab affligente*. Symmachus, ἀζαξας ἡμᾶς ὀπίσω ἐχθρῶν πάντοθεν ἐσχάτους *ordinaſti nos noviſſimos ab omni*, ſive *præ omni*, *adverſario*. Primum ſenſum de fuga ſequitur Theodoretus ac Heſychius, & de Hebræis ac Hebraizantibus fere omnes: multi præterea ex aliis, qui de defectione ſecundùm tropologiam aut allegoriam interpretantur; ita ut ſic deficientes tranſirent ad hoſtes ipſos. Id ad literam Heſychius exponit de David, qui Saule ipſum perſequente ad exteras nationes confugit. Addi poſſet dux Machabæorum Mathathias, qui cum ſuis fugit & conſedit in monte Modin *t*.

Alter ſenſus innuitur verſione Symmachi, nec non illa alia Latina, & erui quoque poteſt ex noſtra, & à Chryſoſtomo traditur, Baſilio, Euthymio, Auguſtino, Ruffino, ut ſignificet ſe infra inimicos factum, quibus antea ſuperior erat, & qui primum locum tenebat, in ultimum rejectum eſſe, *qui erat in caput, in caudam* factum, pro ut in Deuteronomio *u* comminatus eſt Deus; *qui ſupra, ſubtus*, ut conqueruntur Judæi apud Baruch *x*, nec multum tamen hic à priore diſcrepat ſenſus, niſi quod prior de prælio videtur eſſe: iſte abſque illo conſiſtere poteſt, cum eo redigitur quis inopiæ ut ſubeſſe aliis cogatur, & fœnore uſuriſve, aut ſervitute aliiſque indignis modis ſibi victum ab iis comparare: quod ſequentia textus verba continent.

Στρεφθέντες, ait Apollinarius, πρυτέρων γεγενήμεθα μελοντες ἐχθρῶν.
Converſi horridis facti ſumus inferiores hoſtibus.

Imminuti ſumus, dicebant tres illi pueri in Babylone, *pluſquam omnes gentes, ſumuſque humiles in univerſa terra hodie propter peccata noſtra y*. Aliam tropologiam aſſignant Origenes, Ambroſius, Hieronymus, ut ante quidem virtutes, retro vitia ſint. Propterea jubemur, inquit Origenes, fornicationem fugere *z*, ſectari ſeu proſequi hoſpitalitatem *a*: idcircò dictum Petro notat Ambroſius *b*, *Vade retro me Satana*. *Debemus*, ait Hieronymus, *retroſum converti ne in viis pravis perduret cor noſtrum inimicos ante nos habere, ut ſciamus quid capere debeamus: & Chriſtum etiam habere ante nos ne quid ultra timeamus*. Malam retrorſum averſionem quamdam idem notat Ambroſius, exemplo uxoris Lot *c*, & illa ſententia Chriſti, qua negat aptum regno Dei qui *miſſa ad aratrum manu* reſpiciat retro *d*, nimirum ad voluptaria iſtius ſæculi plena deliciarum, atque laſciviæ, quæ ſunt incentiva luxuriæ: bonam è contrario eſſe quando ſic retro ponimur, ut obliviſcamur ſuperiorum, ideſt, præcedentium, & *ad priora nos extendamus e*, ſemperque antè nos attendamus perſequentes inimicos noſtros, & eorum locum tranſire cupientes: & humilitate infirmum locum tenentes ante nos ſemper reſpiciamus: & præ oculis Chriſtum nobis proponamus poſt eum crucem portando *f*: & quum ut *noviſſimos* nos æſtimemus ac geramus *g*, noſtram in *cœlis converſationem* habeamus *h*. Scribit *i* Apoſtolus juniores quaſdam viduas *converſas retro Satanam*: & Iſaias *k*, adverſos nonnullos ne irent *poſt tergum* Dei, ita ut *converteretur retrorſum judicium, & juſtitia longè ſtaret*.

Et qui oderunt nos, diripiebant ſibi. Nimirum opes noſtras, aut nos ipſos, de quorum venditione poſtea magis expreſsè. Sic Apollinarius, Heſychius aliique paſſim. Primus, verſu ad hunc modum.

Ἐχθρωνοις δ' ἅρπαγμα παρα ποσὶν οἰμεν ἕτοιμον.
Inimiciſque direpte ante pedes ſumus parata.

Hebræum verbum שסו *ſaſu* reddunt alii, *conculcaverunt* ſcilicet, quia quum præda fit, intervenit conculcatio. Chaldaicè כבשו *chevaſu ſubjecerunt*. Refert Ambr. verſiſſe Theodotionem, *inſultabant ſuper nos*. Hieron. Ambroſius, Ruffinus, Thomas, aliique, attendunt direptionem in carceribus, plagis, tormentis martyrum: hos è contrario regnum cœlorum violentè diripuiſſe *l*: & non ſolum

a verſ. 12.
b verſ. 12.
c verſ 8. 9.
d Jud. 5. 4. 5.
e Rabbi Moſe dubio c. 23. fine 16. Iſ. f Iſ. 28. 21. h c. 42. 13.
g c. 63. 1. 2.
K. 1. 21.
l 1. Reg. 16. 10.
Virtutes pro exercitibus.
m c. 10. in proCum n Pſ 65. 13. o Pſ. 104. 37.
p Gen. 32. 20 q Ex. 29. 29 r Nu. 21. 18
f Hab. 10. 34.
A
B
C
D
t 1. Mac. 2. 1.
u c. 28. 44. x c. 2. 5.
y Dan. 3. 37.
z 1. Cor. 6 18 a Rom 12. 13 b Mar. 8. 33
Mala & bona retrorſum averſio ut ſit.
c Gen. 19. 26 d Luc. 9. 62.
e Phil. 3. 13
f Matt 19. 24 g 1. Cor 4. 9. h Phil. 3. 20. i 1. Tim. 5 15 K. 59. 13. 14
l Mat. 12. 29

ſolùm eis non diripi quod præclarum, nempe charitatem aliaque ſpiritualia bona, ſed magis ipſos diripere quod æternum eſt. Ad litteram non incommodè ad Judæorum vexationem ſub Antiocho, hoc refertur, qui ſpolia civitatis accepit *a*. Meminit Paulus *b* veterum Patrum, qui multis affecti ſunt pro fide moleſtiis. Iſaias *c* de eo qui quum receſſiſſet à malo, prædæ tamen patuit. Quod Heſychius tropologicè dicit; verum eſt, interdum ſpiritualibus divitiis aliquos ſpoliari, ut ſpiritualium divitiarum magiſtri in illis conſervandis & pro illis vehementiùs decertando evadant. Exemplum affert Pauli adhuc Sauli, cui adde Petrum & ſimiles, quibus per peccatum direptæ ſunt primum ſpirituales opes, ſed harum & aliarum majorum poſt pœnitentiam curam diligentiorem geſſerunt. In compoſito verbo *diripiendi* non eſt ea vis quam Hugo aut Alenſis agnoſcat, ut ſit, dirè rapere. Cautum tibi in hujuſcemodi cupio.

a *Math.* 1. 23 24. 33. 36. 40
b *Heb.* 11. toto
c *c.* 59. 15.

Verſ. 12.) Dediſti nos tamquam oves eſcarum, & in gentibus diſperſiſti nos.

SIc direptioni ac prædæ non noſtra tantùm, ſed nos etiam ipſi ſumus expoſiti, ut ſimiles evaſerimus ovibus deſtinatis, aut Sacrificio, aut eſui, aut lupis; impotentes, non reluctantes, quaſi ad aliud nihil utiles, niſi ut vel occidamur & voremur, vel diſpergamur, vel (quod ſequenti dicitur verſu) pro fervis, nullo viliſſimove pretio vendamur. In hiſtoria Machabæorum, primo libro & ſecundo, hæc paſſos ut priora poſterioraque Judæos ab Antiocho narratur, & ſunt his ſimilia in Pſal. LXXVIII. cujus idem argumentum quod iſtius eſſe creditur.

Tamquam oves eſcarum.) Symmachus, *βοσκήματα βρώσιμα, paſcua edentium*; (ut Ambroſius eum exponit, vel, *pecora eſca*. Refert idem, Aquilam reddiſſe, *greges eſcarum*: Theodotionem *greges in eſcas*. Omiſſo ſenſu myſtico Auguſtini & aliorum de illis quos plangat Eccleſia ſic paſſos, ut in corpore Gentium tamquam devorati verterentur: aut Judæi aut etiam Chriſtiani fideles mortibus atque cædibus expoſiti comparantur cum ovibus eſcarum propter cauſſas quas attigimus. *Facti ſunt*, ait Ezechiel *d*, *greges mei in rapinam, & oves meæ in devorationem omnium beſtiarum agri, eo quod non eſſet paſtor*. Sed & quamvis non deſit paſtor, includuntur in ovilia gregatim oves, ut inde ad cædem educantur. *Congrega eos*; inquit Jeremias, *e*, *quaſi gregem ad victimam, & ſanctifica eos, in die occiſionis*. Delectabantur quoque tyranni ſanctorum tormentis, inquit Hugo, tamquam eſcis. Martyres item ut idem notat, ſimiles habiti ſunt ovibus, quæ quum deſinunt fœtus edere, velut jam parum ad aliud utiles, facilè occiduntur. Mittebat Chriſtus diſcipulos ſicut oves & agnos *in medio luporum f*, hoc eſt, adeo humanis præſidiis deſtitutos, in ermes, imbelles, ſimplices, innocentes, ut cuivis minimè difficile foret eos occidere, omnibuſque modis pro arbitrio malè tractare. Decet ut per tribulationes efficiamur tamquam pabulum nos perſequentibus: vel alimenta æternæ vitæ miniſtremus aliis: vel rapacitatem quorumdam de noſtris ærumnis exſatiemus, quoniam Dominus *tamquam ovis ad occiſionem ductus eſt g*, atque panem ſe vivum nobis exhibuit *h*: ut Hieronymi nomine notatus auctor docet poſt Ambroſium, quem redigere videtur in compendium. Per *ovem* iſtam, hoc eſt, per Chriſtum, ſive per Agnum, cujus paſſionem, ut quotidianam ſumptionem in ſacramento parentes noſtri in figura diripiendo agnum manducantes ſignificabant, *facti ſunt*, inquit Ambroſius, *greges eſcarum*; & ſicut caro ſanguiſque ipſius non redemit, ita etiam exempli cauſſa, Petrus pro Eccleſia multa toleravit, multa Paulus & ceteri Apoſtoli pertulerunt, quum cæderentur virgis, quum lapidarentur, quum in carceres truderentur: & ceteri ad martyrium feſtinaverunt, videntes per illas paſſiones nihil Apoſtolum deceſſiſſe virtutibus, ſed etiam propter hanc brevem vitam, immortalitatem illis eſſe quæſitam. Gloſſa ordinaria martyrum genera diverſa hìc obſervat, ut aliqui feris objecti fuerint. Ovium proprietates aptat piè & copioſè Hugo ad viros religioſos. Sunt autem his verſibus contentæ.

d *c.* 34. 8.
e *cap.* 12. 3.
f *Matt.* 10. 16 *Luc.* 10. 3.
g Iſ 53. 7.
h *Ioan.* 6. 35

ovium proprietates.

Fœta bidens, dormit veſtita, lupum timet, imbres.
Carne juvat, pelle, vellere, lacte, fimo.
Cernit humum balans, edit herbas, hoſtia, velox
Paſtorem ſequitur, in grege ſola dolet.
Ruminat, innocuo cornu, pede, vertice duro
Tonſa tacet, maculat morbida peſte gregem.

Plura poſſunt adhuc afferri, de quibus alii, & alicubi nos etiam nonnulla diximus de ove agnoque. Nihilominus Hebræa vox צאן *tſan* minutum pecus omne paſcuale ſignificat, ut oves, agnos, capras, &c. & ſingulare ſemper eſt collectivum: interdumque complectitur grandiora animalia, ut boves, equos, aſinos, camelos, ſicut latinè, pecus: quo pacto hic accipi non improbabile, videlicet pro quovis pecore apto ad eſum, ſacrificiumve; quæ duo ſecundùm genera pecoris reciprocantur. Denique nec probabilitate caret ex מאכל *maachal*, *macellum* derivatum, nomen loci quo Romæ venialia omnia ad victum humanum contrahebantur: quamvis Varro; & Feſtus à Macello quodam homine improbiſſimo derivent, qui in urbe latrocinium exercebat: quo damnato Cenſores Æmilius Fulviuſque ſtatuerunt ut in ejus domo venderentur obſonia: Donatus à mactandis pecoribus: alii ab horto qui erat in dicta domo, & Macedonum lingua hortus ita vocabatur.

Macellum unde dictū.

Et in gentibus diſperſiſti nos.) Conſtat, ab Antiocho abductos multos Judæos, nec ſemel aliis idem paſſos inter Aſſyrios, Babylonios, Græcos, Medos, Perſas, Romanos, &c. Symmachus, & Aquila, teſte Ambroſio, reddunt, *in gentibus*, aut, *inter gentes ventilaſti nos*. Ex diſperſione iſta idem Ambroſius, ut contigit Prophetis, & in Eccleſia fidelibus, notat fructus plurimos natos, quemadmodum ex Chriſto in grani frumenti ſimilitudinem mortificatio *i*: hac ratione Dominum ædificaſſe Jeruſalem, & diſperſiones Iſrael congregaſſe *k*: & ſuos miſiſſe ut irent & fructum afferrent *l*. Perpendit præterea, *ventilandi* verbum denotare tentationis probationem atque purgationem ac ſeparationem à paleis; propterea dixiſſe Chriſtum Petro, Satanam expoſtulaſſe, ut ventilaret ſive *cribraret ſicut triticum*, ſe autem rogaviſſe ne deficeret fides ejus *m*. De utilitate diſperſionis per perſecutionem, egimus in Actibus Apoſtolorum *n*. Idem Ambroſius *o* alibi diſperſionem iſtam Judæorum in bono accipi docet, ut ſic eorum *reliquiæ ſalvæ fiant p*; quia ſcilicet ſi unà omnes eſſent, & ſua freti potentia, & abſque communicatione cum fidelibus, minorem haberent converſionis opportunitatem. Aliæ cauſſæ ſunt tum illa quæ utilitatem attingit Eccleſiæ, quæ ab iis libros accipit, & ſapit alieno malo.

i *Ioan.* 12. 24
k *Pſ.* 146. 2.
l *Ioan.* 15. 8.
m *Luc.* 27. 32
n *cap.* 8. 1.
o *in Pſ.* 118. *octon.* 15.
p *Rom.* 9. 27

Verſ. 13.) Vendidiſti populum tuum ſine pretio: non fuit multitudo in commutationibus eorum.

NOn tantum diſpergi populum tuum permiſiſti, & in exilium abduci; ſed præterea minimo ac penè nullo pretio gratis proque nihilo venumdari alienigenis nulla inquam in ejus venditione pretii fuit multitudo: ſed præ multitudine captivorum, paucitateque ementium, tamquam viliſſimæ beſtiæ vili modicoque pretio venditi ſunt. Antiochus toto triduo octoginta millibus interfectis, quadraginta millibus vinctis, non minorem Judæorum numerum venum dedit *q*: imperavit idem duci ſuo Apollonio mulieres ac juvenes Judæorum vendere *r*: & ipſimet Judæi ſuoſmet fratres vendiderunt *ſ*. De iiſdem ſub Tito venditis meminit Joſephus *t*, infra decimum ſeptimum annum, maribus ſimul cum fœminis, ſed viliſſimo pretio, eo quod non reperirentur emptores, & qua alerentur deeſſet annona. Inter minas Dei una *u* eſt, ut vendantur Judæi *inimicis ſuis in ſervos & ancillas*; *& non ſit qui emat*. Joel quoque facit mentionem de viliſſima Judæorum venditione *x*, ubi agit quoque de diſperſione eorumdem ac de publicatione facultatum, & ſortitione illorum in ſervos: quod expoſitores ad perſecutiones Eccleſiæ referunt. In libro Judicum *y*, proditur, traditos Iſraelitas in manus diripientium, venditoſque hoſtibus qui habitabant per gyrum,

Judæorum diſperſiones mala, clades

q 2. *Mach.* 5. 14.
r *Ibid.* 24.
ſ *c* 8. 20. 21.
t 7. *de bello Iud. c.* 17.
u *Deu.* 28. 68.
x 3. 6. 7.
y *c.* 3. 6 7. *c.* 2. 14.

rum; vetus adagium eſt de quo Pollux *a* Suidas, Euſtachius *b*, *ſale emptum mancipium*, ἀλώνητον ἀνδράποδον: quia Thraces nullius pretii ſervum ſale permutabant. *Gratis venumdati eſtis*, ait Deus, *& ſine argento redimemini c*, id accipi de peccato poteſt; ſub quo vel in quo ſæpius in ſcriptura venumdati homines dicuntur ac venditi *d*; quoniam peccatum eſt nihil, ac ſi dici poteſt minus quam nihil. Sed hæc de re dixi, exponens Epiſtolam Petri primam. *Vendit* etiam *ſine pretio*, hoc eſt, pro vili pretio, is qui laudem quærit humanam ex bonis operibus. Hanc meritò Gregorius *e* magnam vocat vecordiam pro laboriosis ad laudis auram inhiare, præmiumque retributionis terrenæ: pro virtute favorem humanum deſiderare; rem magni meriti vili pretio venalem portare; unde cœli regnum mereri poſſis, inde nummum tranſitorii ſermonis quærere, magna impendere, ſed minima recipere. Negotiatio quædum eſt in perpetratione peccati venditioque, nam peccator ſecundum rationem juſtitiæ commutativæ, tranſit in poteſtatem diaboli: & hoc ipſum *ſine pretio fieri* dicitur; quia, ut dixi, peccatum nihil eſt. Qui vendit quidpiam, id vili æſtimat; qui emit, id magni facit, ut acutè obſervat Ambroſius, dicens, populum Judæum à Deo venditum ut viliorem; emptum populum Chriſtianum tamquam potiorem; ſed illum propter peccata; iſtum ſanguine, ut Petrus *f* ſcripſit: idcirco Paulum *g* hortari ne pretio empti fiamus *ſervi hominum*; cavendum verò multo magis, ne peccati, ſerpentis, inimici, adverſarii: denique dici quidem Joſephum, *venumdatum in ſervum h*, ſed non à Domino, qui non niſi malum vendit ſervum.

a *l.7.c.2.* b *in l.11. Iliad.* Nullius pretii ſervi apud Thraces tale permutati. c *Iſai.52.3.* d *3. Reg.21. 20.25. Iſ.19.* e *50.1. Mach 1.10. Rom.7. 14.* e *8 Mat.25. vel 28.* f *1. Epiſt.1.19* g *1. Cor.7.23* h *Pſ.104.17*

De martyribus noſtris intelligunt alii, quorum tam pretioſus ſanguis fuſus eſt ab iis, qui hac etiam in re obſequium ſe arbitrabantur præſtare Deo *i*; & pauci tunc tamen tali exemplo au redemptionem ſalutemque convertebantur: nec, ut ait Ruffinus, erat multitudo congregationum eorum qui ſimul Deo ſervirent in Eccleſiis, in monaſteriis, in diverſis ordinibus, ſicut modo videmus in tempore pacis: quoniam abſcondebantur propter perſecutiones, id Hieronymus *k* de Paulo narrat Eremita, & alii ab aliis dividebantur, ut melius latitarent, nec citiùs, ſi multi ſimul eſſent, invenirentur, caperentur. Hieronymi in Commentario iſto verba Remigius citat de martyribus, exiſtimans proinde verum auctorem eſſe dicti Commentarii, de quo me dubitare ſæpius monui; nec adhuc abjicio propterea dubitationem.

i *Ioan.16.2.* k *in vita Pauli.*

Vendidiſti populum tuum ſine pretio.) Chaldaicè, *gratis, abſque divitiis*, מִגַּן כְּלָא מְמוֹנָא *maggan belo mammona*. Hebraicè, כְּלָא הוֹן *belo hon*, *in non opibus*, ideſt, pro nullis opibus, ſine copia divitiarum, velut in frequente mercatu, ubi viliſſimo venduntur omnia, ἀπρίατον, ut reddit Apollinarius, ἀνάποινον, *ſine pretio*, *gratuitum populum*. Symmachus, ἀπὲδοτο λαὸν σὲ ὑπαρξεως, *vendidiſti*, aut, ut eum exponit Ambroſius, *tradidiſti populum tuum ſine ſubſtantia*. Refert idem Ambroſius ex Aquila, *tradidiſti populum tuum*, *ut non eſſet*, non ſunt enim, inquit, qui repudiantur à Chriſto: ſunt autem, qui eligubtur à Domino; quoniam Dominus *vocat quæ non ſunt*, *tamquam quæ ſint l*: & electæ ſunt Gentium nationes, ut deſtrueretur perfidia Judæorum; & nullam habet culpa ſubſtantiam, Fortaſſis Aquila legerat, הִיוּ *hajo*, qui eſt infinitivus ab הִיָה *hajah*, *eſſe*.

k *Rom.17.*

Præter illa quæ de *vendendi* verbo dixi, notandum cum Auguſtino *m*, uſurpari id verbum quandoque non in propria notione, ſed pro eo quod eſt ſimpliciter tradere ac donare pretio etiam non dato. Ita verò ſentit de hoc loco & aliis libri Judicum *n*, & Iſaiæ *o*, prius citatis à me: addere poſſumus ex Deuteronomio *p*, *Nonne ideo quia Deus ſuus vendidit eos*, *& Dominus concluſit illos?* & ex Judith *q*, *Propter hoc vendidit nos Deus in manibus eorum*. Illi quibus populum Hebræum, inquit, Deus tradiderat; impii erant, nec Deum piè colendo, Hebræos ſibi tradi à Deo meruerant, ut ipſorum cultus Dei tamquam pretium illius venditionis & traditionis eſſe videretur. Hebræum verbum מָכַר, *machar* habet acceptionem utramque.

m *quæſt. in l Iud.c.9.18.* n *c.2.14.* o *cap.5.3. & c.32.30.* q *cap.7.13.*

Et non fuit multitudo in commutationibus eorum.) Hieronymus, *nec grandis fuit commutatio eorum*: quamvis Thomas Hieronymo tribuat aliam verſionem, *non fœneraſti*. Alii, *neque multiplicaſti pretiis eorum*, nempe rem tuam, ideſt, ita vendis populum, ut rem tuam non augeas, non obolo uno ex ipſorum venditione ditior factus es, vel, *nec multiplicaſti*, ſeu, *auxiſti pretia eorum*, hoc eſt, in licitando quum venderes, quovis oblato etiam viliſſimo pretio contentus fuiſti, tam vili æſtimans eos, non contendiſti tenaciter de pretio illorum, immo facile abdicaſti te illis, aliorumque dominio ſubdidiſti, ac ſi pretii momentive nullius eſſent. Vel non fuit multitudo, quum venirent ſub haſta aut corona eorum qui emerent, qui pretium augerent, qui auctionarentur, non fuit multitudo licitatorum. Tanta fuit multitudo eorum qui venditi ſunt, ut in venditionibus non eſſet certa multitudo numeruſve, quemadmodum quæ viliſſimo pretio venduntur, ac plurima venum exponuntur: dici ſolet *abſque mundo vendi*, hoc eſt, ſine certo numero. Theodotio vertit, οὐ ἐκ ὠ πλεονασμὸν ἐν τῶ ἀλλάγματι ὑμῶν, & *non fuit redundantia*, vel, *utilitas in commutatione noſtra*. Vulgo (*non ſi funientes davanſo*, *voè diguadagno*) quod per figuram diminutionis indicat potiùs jacturam, ſi cadere in Deum poſſet, ut revera nec iſta, nec lucrum poteſt. Symmachus οὐ ἐ πολλῶ ἐποίησας τὴν τιμὴν αὐλῶν, & *non multum feciſti pretium eorum*. Auguſtinus & Pſalterium vetus, *& non fuit multitudo in jubilationibus eorum*: itaque præterea eſt in Pſalterio Æthiopico, & in aliquot codicibus Græcis, ut in Aldinis, Complutenſibus Regiis, quos editio Sixtilia ſequitur, ἐν ἀλαλαγμασι. Ejuſdem lectionis meminerunt Alcuinus, Lombardus, Gloſſa Interlinearis, Cyrillus, Heſychius, Euthymius; Nicephorus, Diodorus. Explicant Græci de clamore, jubilo ac veluti oda triumphali, qua uti ſolent milites, parta victoria: non fuit multitudo in iſtis jubilationibus & vociferationibus, inquit Cyrillus, Euthymius, Nicephorus, Diodorus, quia victi ſumus à paucis, quique facilè numerari poterant: Diodorus rurſum, quoniam non eſt qui clamet, Deus, ad te cum clamore valido & deprecatione, & lacrymis vehementibus, vel, ut innuit etiam Thomas, qui in morte illorum pſallant Deo. Heſychius, non fuit multitudo quando martyres victores clamoribus perſequebantur perſecutores ſuos, quia pauci credebant, pluresque mutuebant ſanctam religionem in ſtudio martyrum profiteri. De Hebræa voce cum ſervili & affixo כִּמְחִירֵיהֶם *bimebirehem*, dubitari non poteſt, quin ſignificet, *in commutationibus eorum*, vel pretiis, ubi eſt elegans paronomaſia, quum paullo ante præcedente verbo, מָכַר *machar*, unde videri poteſt latinum, *mercari*, tractum, כִּמְחִירֵיהֶם וְלֹא רַכִּית *velo ribbitha bimchirchem*, *& non multiplicaſti in pretiis eorum*. Conſtat præterea multo plures etiam de Græcis legere ἐν ἀλλάγμασι, *in commutationibus*, quo pacto Latini omnes excepto Auguſtino, non autem ἐν ἀλλάγμασι, *jubilationibus*, οὐ ἐκλω πλῆθος ἐν τοῖς ἀλλάγμασι ὑμῶν, *& non fuit multitudo in commutationibus noſtris*. Non dubitat Hieronymus Varlenius deceptum Auguſtinum affirmare ſimilitudine vocum Græcarum. Non eſt deceptus qui de lingua Græca, in qua etiam non erat excellenter verſatus, vertit ſcripturas, ſed jam verſis uſus eſt, & antiqua quam vocant ſeu verere editione. Eſt ἀλλακτικὸν δικαίον. In ſententia Chriſti *r*, *quam dabit homo commutationem pro anima ſua?* eſt ἀντάλλαγμα, ſignificans *compenſationem*, qualis vel in judicio, vel in bello cernitur, ut quis vitam redimat. David nolens gratis ab Arenna aream victimaſque accipere, dixit *ſ*, *nequaquam ut vis, ſed etiam pretio accipiam te*, כִּמְחִר *bimchir* ἐν ἀλλάγματι, Job. *t* de ſapientia loquens ait, quod *non dabitur aurum obrizum pro ea*, *neque appendetur argentum in commutatione ejus*. Aliis præterea locis hoc pacto ſumitur *commutatio u*: fit enim rei unius cum alia commutatio medio pretio, pecuniaque, quam olim commutatis faciebant rebus. Præter illa quæ de myſtica interpretatione dicta ſunt, Ambroſius alium ex Pſalmo LIV. *x* afferens locum, *non eſt illis commutatio*, *& non timuerunt Deum*, docet, populo erroris, hoc eſt, Judæorum, commutationem non fuiſſe, quia non poteſt homo argento vel auro, vel poſſeſſionibus redimere animam ſuam, ſicut citato Matthæi *y* loco dicitur, quum permaneat anima vel ad præmium vel ad pœnam, & quia non erit impiis, quum reſurgent, immutatio ad gloriam, de qua Paulus *z*, *omnes reſurgemus*, *non omnes immutabimur*, & quia pauci de Judæis redempti, ac in melius mutati ſunt, & quia non eſt multitudo in commutationibus gravium & manifeſtorum peccato-

r *Matth.16.26* ſ *2.Reg.24.24.* t *c.28.15.* u *Deut 23. 18. 4. Reg. 12.4.* x *verſ.20.* y *Matt.16.26.* z *1.Cor.15.5*

catorum; quæ merguntur quodam pondere ſuo præce-
2 1.*Tim.*5.9. dentia judicium ipſum non ſequentia *a*, nec bonis operibus relevata: & poſtremo quia qui redimuntur etiam de populo Judæorum gratis id conſequuntur eorumque
b *Rom.*11.5. reliquiæ, ſecundùm electionem gratiæ, *ſalvæ* fiunt *b*. Illud addi poteſt, nonnullos à Deo vendi *ſine pretio* & commutatione, quando ex punitione nullum referunt fructum: operæ autem pretium, ac ut ita dicam, jacturæ facere, quando c dit punitio ad ſalutem, nec non permiſſio lapſus in peccatum, ſicut Davidi contigit, Ezechiæ, Manaſſi, Petro, Paulo, Magdalenæ;
c *Matt.*21.41 &c. *c* Alii, ut Judas proditor, dicuntur mali male perdi & revera
d 2.*Theſſ.*2.3 *filii perditionis d*. Imitatur circa prædeſtinatorum lucra Deus; peritos luſores, qui principio data opera perdunt, ut multum poſtea lucrentur.

Verſ. 14.) Poſuiſti nos opprobrium vicinis noſtris: ſubſannationem, & deriſum his qui ſunt in circuitu noſtro.

Verſ. 15.) Poſuiſti nos in ſimilitudinem Gentibus, commotionem capitis in populis.

Verſ. 16.) Tota die verecundia mea contra me eſt, & B confuſio faciei meæ cooperuit me.

Verſ. 17.) A voce exprobrantis, & obloquentis: à facie inimici, & perſequentis.

QUia tam viles nos æſtimaſti ac pro nihilo duxiſti, vendidiſti, tradidiſti hoſtibus, hinc factum, ut nos, vicini, quique in omni circum regione habitant, probris afficiant, ſubſannet, irrideant: ut omnium Gentium parabola, exemplum, fabula, jocus, ludibrium evaſerimus: ut ipſo etiam geſtu, agitatione commotioneque capitis deriſionem noſtri oſtentent: ut propterea verſetur aſſiduè ob oculos meos pudor meus, ac totam occupet contegatque faciem erubeſcentia, idque potiſſimum propter illas voces adverſariorum, quibus probra, convitia, blaſphemias contra nos proferunt, dictitantes nos à te humiliatos atque derelictos; quod ipſum in te redundat quaſi minus bonus ac ſapiens aut potens credaris ab illis. De populo Hebræo in captivitate Ba- C
bylonica exponunt ad litteram, quos ſæpe commemoravi, nec non & hic Ambroſius. Affinis admodum in Pſ.
e *verſ.*4. LXXVIII. *e* ſententia: *Facti ſumus opprobrium vicinis noſtris, ſubſannato & illuſio his qui in circuitu noſtro ſunt*,
f *verſ.*7. & in LXXIX. *f Poſuiſti nos in contradictionem vicinis noſtris, & inimici noſtri ſubſannaverunt nos*. Ad perſecutiones Eccleſiaſticas iſta quoque referuntur, ſed exponenda ſigillatim.

Opprobriū unde. *Opprobrium*.) Alia Pſalteria Latina, Auguſtinus & Caſſiodorus, *in opprobrium*. Paraphraſis item Chaldæa לחסורא *lechiſſuda*. De opprobrio dictum in aliis Pſalmis
g Pſ.14.3. *in* 3.21.7. *in* 30 x2. *in* 38.9. h *Caſſiod. & alii*. *g*: dictum volunt *h* quaſi oppoſitum probo, ut ſicut omnia proba, decora; ſic indecentia turpia æque cenſeantur probroſa & opprobria. *In ponendi* verbo non credo Caſſiodoro aliiſque denotari, diuturnitatem & firmitatem: nam dicitur etiam quis *ponit rota & ſtipula ante faciem venti h*.

Ponendi verbum quid denotet nonnullis. *Vicinis noſtris*.) Finitimos intelligit Judæis populos, D
ut ait Euthymius, Ammonitas, Moabitas, Idumæos, Philiſtæos item, Chananæos, Galilæos, de quibus Ambroſius, Arabes quos exprimit Chryſoſtomus & ſimiles. Gravior quàm à vicinis patimur exprobatio: ſolent enim infeſtiores eſſe, ac ditionis facultatumque noſtrarum & potentiæ ſicut inviſi ſpectatores & avidi appetitores, ita & damni noſtri ſtudioſi vel illatores, vel, ſi aliunde ſit illatum, amari exprobratores. Ab amicis & conjunctis injuriæ, quia minus expectatæ ac magis indignæ,
i Pſ.82.24. moleſtiores, ut dixi aliàs, & auctor Eccleſiaſtici *i*.

*Ec.*22.24.25 27. Ambroſius myſticè tractat, ſua Chananææ *k* mulieris
l *Matth.*15. 22. exemplo, qua ratione receptis Gentilibus & Judæis excluſis hi poſiti ſint in opprobrium, quia credere nolunt, ita ut Judæorum *delicto ſalus Gentibus* venerit *l*; & quibus crux opprobrium eſt, in diuturno maneant opprobrio. Explicat præterea de illis qui Chriſtum ipſum ludibrio habuerunt, & crucifixerunt. Denique de Iſraelitis ſecundùm ſpiritum, ſive de fidelibus patientibus perſecutionem à *vicinis*, ideſt, ab iis qui Jeruſalem, videlicet A quoque myſticam, non incolunt, tum hominibus tum dæmonibus.

Subſannationem.) Et de hac dixi Pſalmo II. *m* & XXXIV. *n* in Pſalterio Ambroſiano, & apud Ambroſium, *illuſionem deriſum*. Caſſiodorus, omiſſa ſubſannatione, habet, *deriſum & contemptum*, ſic etiam in Pſalterio Romano: ſed mendosè ſine dubio in quod editum eſt pro Baſilica ſancti Petri, legitur *deriſu*. Pro καζαγέλωζα quod idem VI. legit editio, vertit, V. & Theodotio χλευασμόν. Alius, teſte Chryſoſtomo, πομπὴν *pompam*. Ambroſius tribuit id Aquilæ, ut ſcilicet poſuerit, *ſpretionem & pompam poſuiſti nos*. Exponit verò Ambroſius de Chriſtianis, qui quaſi in pompa quadam circumferri videantur & deſpici, ac theatrum ſive *ſpectaculum facti mundo, Angelis hominibus o*: & peccato- o *verſ.* 16.
res eorum humilitati inſultare conſueverunt, opprobrium ducendo crucem Domini Salvatoris, humilitatemque juſtorum: hos tamen, ſicut faciebat Paulus, quaſi in quadam pompa theatri conſtitutos, placere ſibi in injuriis, *in neceſſitatibus*, in perſecutionibus, *in*
p 1.*Cor.*4.9. *angueſtiis p* omnia quæ mundi ſunt *detrimentum* putare *ut*
q 2.*Cor.*6.4. *Chriſtum lucri faciant q*: ipſum ſolum ſive per vitam ſive per mortem requirere, quia eis *vivere* Chriſtus, &
r *Philip.*3.8. *mori lucrum r*, ut inveniantur *in eo ſ*.

f *cap.*1. 21. t *cap.* 3. 9. u 8.*moral.c.* 39. Quomodo derideri ſoleat juſti ſimplicitas ac deſpici, docet Gregorius *t*, & nos plura diximus ad cap. 2. *u* Actuum Apoſtolorum, ubi ſpiritu plenos diſcipulos appellabant Judæi *ebrios*. Sed idem Gregorius *x* rectè monet deriſio contra culpam naſcitur, nullum virtuti meritum in deriſione generari, quia Baal Sacerdotes deriſi ſunt ab Elia *y*, cujus irriſio illis ad virtutis uſum non
y 18.*mor. c.* 27.*vol.*15. fuit, quia per culpæ meritum fuit: propterea dixiſſe
z 3.*Reg.* 18. 27. Job *z*, *Qui deridetur ab amico ſuo ſicut ego, invocabit Deum, & exaudiet eum*.

In ſimilitudinem. Hieronymus reddit eodem modo: ſed alibi, *a*, *in proverbium*. Ambroſius *b*, *in parabolam*, Hebræum nomen eſt משל *maſal*; Græcum παραβολὴ. Significat מושא *maſal* à verbo מושל *maſal*, quod valet *dominari*, præeſſe, aſſimilari, parabolicè loqui, orationem quæ dignitatem, & auctoritatem habeat, quam vocant Græci ἀξίωμα, γνώμην, πρόβλημα, παροιμίαν, αἴνιγμα, ὁμοίωσιν, ἀπόφθεγμα, *axioma*, & *ſcientiam*, *problema*, *parœmiam*, *ænigma*, *ſimilitudinem*, *apophthegma*, & in genere ita vocatur quid quid ſcitè dicitur, inſigniter & figuratè, quaſi habens in oratione dominium, vocaturque etiam Latinè, *maxima*, *dictum*, *ſcitum*, *placitum*, *dignitas*, Quod fit ut Latinè reddatur, *Proverbium*, *ſimilitudo*, *parabola*, quam Latini vocem à Græcis mutuati ſunt, non quod facilem paret oribolum vel paret vela, regendo ac velando, ut ineptè aliqui dirivant. Liber Salomonis Proverbiorum à Græcis inſcribitur παροιμίαι, *parœmiæ*, quam Latini vocem interdum uſurpant, ab Interprete noſtro *Proverbia*, Hebraicè משלי *miſle* in ſtatu regiminis. Continet autem dicta ſententiaſque quibus ineſt aliquid figuratum, egens interpretatione: & in omni Proverbio ſive adagio latet nonnulla ὁμοίωσις, *ſimilitudo*, παραβολὴ, *comparatio*, ſive collatio, ut poſt auctorem de inventione *c* loquitur Quin-
c *in Pſ.* 118. *octon.* 15. tilianus *d*: quare *ſimilitudo* generalius quid eſt (quamvis aliquando ſynonymè ſumatur cum aliis) ut Origenes *e* annotavit: nec eſt perpetuum nonnullorum diſcri-
Proverbium ſimilitudo, parabola. d *Simon. de Caſſia. l.*6. & *alii* Libri Proverbiorum inſcriptio. men, ut in Parabola ſemper admiſceatur perſona ratione prædita, vel negotium ad eam pertinens, nam in Evangelio Matthæi *f*, ac Marci *g* eſt, ab arbore fici diſcite Parabolam; in Evangelio Lucæ *h* nomen *ſimilitudinis* habetur, quum tamen in omnibus ſit eadem vox Græca τῆς παραβολῆς, & Syra פלאחא *peletha*. Hæc vero ipſa reperitur apud Joannem *i*, ubi Græca παροιμία, Latina, *Proverbium*. Hebræa dictio משל *maſal*, vertitur, Græcè nonnumquam θρύλλημα, *fabula*, Latinè *Proverbium*. interdum Proverbio, & θρυλλήματι reſpondet מלה *millah k*, quæ vox generaliter ſignificat vulgarem quam libet dictionem. Participium משלים *moſelim*, ἀινιγματιζὰι redditur alicubi *l* Latinè per circumlocutionem *in Proverbio*. In Deuteronomio illa inobedientis populi maledictio, *eris perditus in proverbium ac fabulam*. Græcè quod ad primum nomen pertinet continet ἄινιγμα, Hebraicè משל *maſal*: Denique משל *maſal*, exponitur παραβαλὴ, & *Proverbium m*, ſed & Græcè ἀφανισμὸς *perditio*, Latinè *Proverbium n*. Chry-
m *Iob.*17.6. n *c.*30.9. o 2. 27. ſoſtomus *o*, *parabola* nomen docet ſignificare multa, ut lo-

i *Pſ.*43.14. *k c.*22.24.25 27. l *Matth.*15. 22. *e el.* 1. f *l.*5.*c.*9. g *in c.* 31. *Matth.* h *c.*24.32. i *c.*13.28. *Ec.*21.29. *l c.*10.6.*c.* 16.25.29.

ut loquelam. exemplum, exprobrationem ſive oppro-A brium, orationem ænigmaticam & quæſtionem, quæ habet ſenſum intus latentem, obſcurum ſermonem, ſimilitudinem, tropologiam figuratamque orationem, figuram & imaginem. Differit ſatis diligenter his de rebus noſter Salmeron Tomi ſeptimi, qui de parabolis Evangelicis eſt, tractatu primo, & in ſecundo de cauſſis cur placuerit Chriſto iis uti. Seneca *a* quidem certè neceſſarias ducit Parabolas, ut imbecillitatis noſtræ adminicula ſint, & ut dicentem & audientem in rem præſentem adducant.

a *Epiſt.* 59.

Sed his omiſſis, *poni in ſimilitudinem* Gentibus Judæos, ut ante dixi, eſt idem quod *in parabolam*, proverbium, adagium, fabulam, jocum, ludibrium, exemplum, argumentum ſermonis vulgi, ut ſine commemorare velint inſignem aliquam calamitatem, ſive cuipiam aliquid atrocius imprecari, ſtatim proferant illos in medium tamquam execratiſſimos & calamitoſiſſimos, & his quibus male ominantur precanturque, ſimiles eſſe concupiſcant, ac ut ſint, verbis exprimat: aut ſi quem alium deſcribere ſit opus, ærumnarum plenum, cum Judæo B comparent, vel Judæum cognominet, ſicut *pauperiorem Iro & Codro, & Hecale* dicunt, qui ſit pauperrimus, *ditiorem Cræſo & Craſſo*, qui ditiſſimus, *Moyſorum ultimum*, qui contemptiſſimus. Jam ante comminatus fuerat Deus *b* rebelli populo, fore ut duceretur, atque rex ipſius, in exilium, eſſetque *in proverbium*, fabulam, exemplum, omnibus populis, & quærentibus cum ſtupore, *quare ſic eis fecerit Deus terræque* ipſorum, reſpondeatur, *quia dereliquerunt Dominum Deum patrum ſuorum, qui eduxit eos de terra Ægypti*, &c. Ærumnoſiſſimus Job poſitum ſe dicebat *quaſi in Proverbium vulgi & exemplum coram eis c*, verſum eſſe *in Canticum* eorum *d*, David factum ſe *in Parabolam e*.

b *Deut.* 28. 36. 37 c. 29 24 3. *reg.* 9. 6 2. *Par.* 7. 20. 21. 22.

cc. 17. 6. d c. 30. 9. e *Pſ.* 68. 12.

Jeremias vexationi afflictionique quam Dei nomine denuntiat populo ſuo adjungit opprobrium, parabolam, proverbium, maledictionem. *f* Ezechiel in ſimili ſententia *exemplum* ponit, & *proverbium g*, præterea cum (exemplo) *opprobrium*, *blaſphemiam*, *ſtuporem h*. In libro Numerorum *i*, (exemplum) annectitur maledictioni. Rurſus Jeremias *k* minatur Moab dejecta cervice C confuſionem paſſurum, & futurum *in deriſum & in exemplum omnibus in circuitu ſuo*. Nahum *l* in ſimilibus minis uſurpat nomen exempli. Hac de cauſſa poſtquam percuſſus eſt Amorrhæus, expugnata Holebon, ac omnino deletus, extitit Proverbium, *Venite in Heſebon*, & poſt inſignem victoriam quam retulit Gedeon de Madianitis *m*, *ſicut in die Madian n*. Eodem ſpectat, *Gaudium* (de quo gaudio alii in Pſalmo egi) *inimicis fieri o*, plauſu manuum explodi, ſibilis excipi, motioneque capitis *p*, de qua etiam motione poſtea: cautio ad citharam pſalteriumve *q* derideri: cujus quoque rei mentio apud Juriſconſultos *r*. Proverbiales imprecationes huc etiam referuntur. quum talia optantur mala, cujuſmodi notatiſſimè aliquis calamitoſus aliquando ſit paſſus. *Et aſſumetur ex eis maledictis*, inquit Jeremias, *ſ, omni tranſmigratione Juda, quæ eſt in Babylone, dicentium: Ponat te* DOMINUS *ſicut Sedeciam & ſunt Achab, quos frixit rex Babylonis in igne: ſac illis ſicut Madian*, ait David *t* & *Siſaræ, ſicut Jabin in torrente Ciſſon*, &c. *pone principes eorum ſicut Oreb, & Zeb, & Zebee & Salmana*, & ita ſignificatur hoc loco per ſimilitudinem: ut exponit Apollinarius, in imprecationibus fieri de illis mentionem, ac ſi diceretur effeciſti ut qui cuipiam peſſima imprecantur, nobis precentur ſimilem eſſe. Satis conſtat quanto ſint ubique terrarum Judæi ludibrio, quam infame nomen eorum, quam proſcriptum, etiam Judæi Chriſtianam religionem amplectantur, ab honoribus & ordinibus policitis & Eccleſiaſticis. moti Notabatur ætate etiam Epigrammatarii *u*, ac ante, ſine dubio tamquam viliſſima perſona Judæus, vocabulo *Tranſtiberini ambulatores*.

f *Jerem.* 4. 9 g *Ezech* 14. 8 h c. 5. 15. i c. 5. 21. 27. k c. 48. 39.

l c. 3. 6.

m *N.* 21. 27. n *in* c. 8. 22

o *Iſai.* 9. 4. p *Eccl.* 9. 4. c. 23. 3. q *Thren.* 2. 15 r *Iob.* 30. 9. *Thren.* 3. 63. *Pſ.* 66. 13. t *Dol.* 5 *in* 4 *de injuriis*. c. 29. 22.

u *Pſ.* 82. 201

Judæorum opprobriū.

vernaces
Hoc quod Tranſtiberinus ambulator,
Qui pallantia ſulfurata fractis
Permutat vitreis.

Sinuntur Judæi adhuc à Deo ſupereſſe, ſed in opprobrium, ſubſannationem, deriſum, ſimilitudinem, commotionem capitis in omnibus populis, gentibus, nationibus, per quas diſperſi ſunt. Quos vicerunt Romani, ceteros æque Romanos cognominaverunt: Judæi tamen, ait Auguſtinus *x*, manent cum ſigno ſicut *in Cain poſuit Deus ne quis eum occideret y*: ſed hac de re in Actibus Apoſtolorum plura, nec non quantis olim Chriſtiani ludibriis agitati fuerint, ita ut ſolum nomen reos conſtitueret, ac in jus vocaretur & damnaretur. Caſſiodorus Martyres in Chriſti dicit ſimilitudinem appoſitos Gentibus, quando eos compatibus pœnis & cruciatibus affecerunt. Critias apud Lucianum *z* Chriſtianos præſtigiatores, impoſtores, Sophiſtas execrabiles nominans, eorum doctrinam his vocibus ſubſannat, deridet, deteſtatur: *phy, phy, phy, phy, nugas illas: heu, heu, heu, heu, conſultationes malas: væ, væ, væ, væ, ſpei inani*:

x *Martialis l.* 1 *ep. in* 42. *vel* 35. y *in Pſ.* 58. *Gen.* 4. 15.

z *in Philop.*

Myſticè Ambroſius Judæor *in Parabolam* Gentibus factos notat, quia quæ acciderunt iis in ſimilitudinem figuræ facta ſunt & res omnes illorum quaſi Parabolæ ſunt & quaſi figuræ egentes ſolutione. Item ait Chriſtum factum Judæis *in Parabolam a*, quia *finis legis eſt b*, mors ejus ſoluit ænigmata, Prophetarum; vilem ſe præbuit, nec intellexerunt quid in eo lateret Judæi.

a *Pſ.* 68. 12. b *Rom.* 10. 4.

Gentibus.) Habent aliæ editiones præpoſitionem. Sed Hieronymus *c* monet eam omiſſam abſque jactura elegantiæ.

c *epiſt.* 135.

Commotionem capitis in populis.) Hieronymus, *in tribubus*: Pſalterium Gallicanum ſive Ambroſianum & Caſſiodorus, *in plebibus*. Pſalterium Romanum *commotionem in plebibus capitis*. De commotione capitis dixi Pſalmo XXXI. *d*, ubi eſt *omnes videntes me deciſerunt me, locuti ſunt labiis, & moverunt caput*; quod exponitur de Chriſto, & ſcribitur id Judæos feciſſe quum perderet in cruce *e*. Chryſoſtomus refert Hebræam vocem מכור *menod*, & ab alio interprete pro κίνησιν poſitū μεζὰ κίνημα, quod *tranſmutationem* ſignificat, ut vel ſignificetur *tranſmotio* & *tranſmigratio*. vel per geſtum motus capitis valde lætantium inſolentia. Eutl ymius aut hanc de qua plures, aut commiſerationem intelligit nonnullorum, quam eodem quoque geſtu indicari *f* eodem loco vidimus. Ambroſius ait Aquilam ἀλάλαγμα, quam *tranſmutationem* quoque interpretatur: & eumdem ac Symmachum pro populis qui dicuntur λαοὶ eddidiſſe *Gentes* aut *nationes*, quæ vocantur ἔθνη. Fortaſſis legendum eſſet apud illum ἄλαγμα: niſi putavit idem valere ἀλαλάγμα *tranſmigrationem* accipit myſticè de loco ad locum, de Judæa ad populos nationum. De commotione capitis docet deſignari illam qua Chriſto inſultatum eſt in cruce, corporis geſtu tali, ut priùs dixi, à tranſeuntibus & prætereuntibus, ideſt, à non habentibus firmum ſolidumque fidei veſtigium, & moventibus caput ſuum, quorum caput Chriſtus eſſe debuerat qui eorum perfidia dimoveri ac deturbari non debuit: & lex & verbum Dei: quibus rebus à populo nationum ſpoliati ſunt amittentes Prophetas, nec Apoſtolos habentes. Porrò aliam laudabilem capitis obſervat populo nationum commotionem, dum ſenſus qui ſunt in capite, prudentiam, ſapientiam, cogitationes movet cœleſtium collatione ſermonum, & Propheticorum diſputatione verborum, ut non peccet in teſtamento Dei, ſed fides firma ſit, non hæreticorum more qui perfidiam excitant, non fidem. Eamdem propemodum repetit Ambroſius in expoſitione Pſal. CXVIII. *g*

d *verſ.* 8.

e *Matt.* 27. 39. *Marc.* 15. 29.

f 18. *Ier.* 17 *Nahum.* 3. 7 *Iob.* 16. 4. *c. ult.* 22.

g *Offon.* 15.

Sed quod attinet ad litteralem ſenſum, illud hìc adhuc repetendum, quantos doloris gemituſque ſtimulos addant inimicorum ſarcaſmi & amaræ irriſiones. Idcirco Michæas *h* vetat, ſicut & nudum antea David *i*, in Zeth & id compitis Aſcalonis annuntiari acceptas calamitates, ne hoſtes lætentur. Tale illud Neſtoris apud Homerum.

Inimicum ſarcaſmi quantos ad. dant gemitus.

h *c.* 1. 10. i *Reg* 1. 20.

Ὤπόποι ἦ μέγα πένθος Ἀχαιΐδα γαῖαν ἱκάνει.
Ἦ κεν γεθήσαι Πρίαμος Πρίαμοιό τε παῖδες,
Ἄλλοι τε Τρῶες μεγάκητα χαρεῖεν ἅπαντες
Εἰ σφῶιν πάλιγκα πυθοίατο μαρναμένοιϊν.
Οἵ περ μὲν βουλῇ Δαναῶν, περὶ δὲ ἰξὲ μάχεσθαι,

Hei mihi qui fletus, quis mœror Achæida terram,
Afficiet, quàm res Priamo foret iſta ſuavem
Lætitiam, Priamoque ſatis, quàm Troes & omnis
Troia gaudebit tellus, animoſque ſuperbos
Efferet hoſtiles; ſi vos decernere pugna
Verborum audierint; ſtudiiſque ardere nefandis.

Ira-

Irarum, atque odii, qui cunctis rebus Achivis
Præſtatis ſeu conſilio, ſeu bella gerendo.

a *lib. 2.* Nec diſſimile quod Sinon ait in Æneide *a*.

Hoc Itachus velit & magno merentur Atridæ.]

Ac præter alia, quæ alibi ſunt allata exempla, Julium Cæſarem à piratis captum non ſe tam ægrè ferre dixiſſe ferunt quòd captus eſſet, quàm quòd inde gaudio M. Craſſus inimicus afficiendus eſſet. Ad erumnæ cumulum

b *Thren. 2. 7* deplorat Jeremias *b* quòd detruxiſſet Deus, & non pepercifſet, ſicque lætificaſſe ſuper eos *inimicum*.

Tota die verecundia mea contra me eſt.) Pro *tota die* Hebraicè eſt *omni die* כל היום *chol haiom*. Hieronymus, *confuſio*: & pro *confuſione* quæ ſubditur, ponit nomen *ignominiæ*, Ambroſius refert, Symmachum dixiſſe *confuſionem*; Chryſoſtomus, alium, αἰσχημοσύνῃ, *dedecus*, ſive ignominiam. Idem Ambroſius notans perſonæ mutationem ex plurali in ſingularem, viceque verſa in aliis etiam Pſ. ſatis frequentem, in iſto deſignare vel chorum ſanctorum, qui quaſi ſingularem perſonam habet in plurimorum numero, vel ſanctos & Chriſtum, quia hic pro ſe loquitur & pro pluribus; præterea docet, Græcam vocem τῆς ἐν τρομῷ qua utuntur LXX. ſignificare quando verecundiam vult quis incutere alicui ut inflectat propoſitum ſuum: ſicut quum dictum eſt à Judæis

c *Matt. 27. 40. 43.* *c*; *deſcendat nunc de cruce, & credimus ei: confidit in Deo, liberet nunc eum*. Subdit, verecundiam iſtam tota die in Chriſto fuiſſe, tum quia incarnatio ipſa dies eſt in qua ad ambulandum Chriſtus ipſe invitavit

d *Joan 12. 35. c 8. 12.* *d*, qui lucem attulit mundo *e*, Abraham exultavit ut eum diem videret: tum quia ex quo Chriſtus nudus (qua de re dixi Pſ. XXI.) affixus eſt cruci uſque in horam nonam tenebræ factæ ſunt, & poſt horam nonam lux refulſit uſque in veſperum. Verecundia, ut eſt de re turpi timor, non cadit in ſtudioſum virtutis ſed in conſcium peccatorum, qui tandem deprehendit erubeſcens nullum ſe fructum percepiſſe ex iis

Verecundia ut eſt de re turpi timor non cadit in ſtudioſum virtutis.

f *Rom. 6. 21.* *f*. Multo minùs cadere in Chriſtum verecundia hoc modo potuit. Alia verecundia eſt ſecundùm æſtimationem hominum, quum quis patitur opprobria, reſque alias indignas, quas repellere ac repellere aut non audeat aut non poteſt. Rubore, ac verecundiam noſtris debitam peccatis quodammodo ſuſcepit Chriſtus, induens perſonam adulteræ coram viro; proditoris coram domino; infidelis filii coram patre. *Verecundia* autem *contra quempiam* eſſe dicitur, quum nequit connivere, oculoſve à dedecore ſuo avertere, ſed verſatur ſemper illud coram eo & in oculis ipſius, nec effugere valet exprobratores ac deriſores. Quare idem eſt hic *contra*, quod *coram*, ſicut Pſalmo L. *g peccatum meum contra me eſt ſemper*: non autem ut non pauci de Latinis exponunt, contra id quod debetur mihi qui eſt honor, veneratio, reverentia, &c. Illud valet Hebræum כנגדי *negdi*, & Græcum κατέναντί μου, & in Pſ. L. ἐνώπιόν μου.

Verecundia contra quem ut eſſe dicitur.

g *verſ. 5.* Verecundia perpetuo exiſtens verſanſque coram aliquo, eſt objectum & materia, vel hanc ſemper proponens, probris, convitiis, calumniis, dicteriis, geſticulationibus, aliis modis.

Et confuſio faciei meæ operuit me.) Pudor ac rubor faciei non aliam partem ſaltem evidenter cooperit quàm faciem (nec enim credo, quod ait Hugo & Thomas: tantam eſſe poſſe ut cooperiat totum corpus, tuncque cauſari, ut loquitur Thomas, ex conculcatione & vilificatione) idcirco dum totum cooperit hominem, ipſum cooperire dicitur. Significatur verò iſta formula ſancto aliquem pudore ſuffundi obruique, ut tamquam velum oculis prætenſum oppanſumque, ſcilicet dejectis ac depreſſis, non audeat qui eos attollere & in aliud quàm in terram intendere. Quantum putamus ruborem caſtiſſimæ fuiſſe Suſannæ de adulterio accuſatæ, quum famuli audita accuſatione illius, erubuerint vehementer?

h *Dan 13. 27. 1 4. Reg. 8 11. 2. Eſdræ 9. 7 Pſ. 68. 8. Jer. 7. 19. Baruc. 1. 15 c 2. 6. Ezech 7. 17. Dan 9. 7 8. c Job. 6. 20. 4. 8. 22. Pſ. 34 26. Pſ. 39. 16 Pſ. 68. 8. Pſ. 70. 13 e 1. Mac. 29. Ier. 3. 2. 5 c. 51 52. Abd verſ. 10. i Iſ. 118. 29. Pſ. 141. 18. m Pſ. 88. 46. n Gen. 3. 7. 10 Ez. 16. 7. 22.* *h* Sæpius *faciei* confuſionem ſcripturæ nominant, aut *vultus* *i*. Dicunt etiam *operiri aliquem confuſione* vel *indui*: & *operiri* etiam *ſicut diploide* *k*, item *perfundi* *l*: & nihilominus conjungitur cum *nuditate* m: ac rurſum dicitur confuſio *portari* *n*. Veſtis eſt tum ad protegendum tum ad ornandum, imponitur tamen interdum etiam ad notam ignominiæ. Ornat ætatem præſertim pudor minorem, & veluti ab injuriis protegit vitiorum ne admittantur, aut ut repellantur: immoderatus nocet, arcetque interdum meliora ornamenta virtutum, Anec ignominiam prohibet, ſed auget potius, adducens peccatum. Eſt enim *confuſio adducens peccatum, & eſt confuſio adducens gloriam & gratiam* *o*. Mercedis præmiive nomine olim veſtis tunica, ſindon dabatur, ut conſtat ex eo præmio, quod problema ſolventi Samſon ſoluturum promiſit *p*. Prædæ quoque magnitudinem ex Ægypto reportandæ à Nabuchodonoſor Jeremias *q* ita explicat, *Amicietur terra Ægypti ſicut amicitur paſtor pallio ſuo*, videlicet qui pro labore paſcendi, ovinam pellem recipit mercedis nomen. Id ſibi velle poteſt ſtola filio data prodigo *r*, & duplex beatis *ſ*. Quocirca *indui & operiri* atque *ceoperiri confuſione*, præter id quod dixi, nec non præter inhærentiam, aſſiduitatem, perpetuitatem, qualis eſt à veſtimento, ſine quo nemo ſaltem in publicum procedit, denotabit hoc quaſi præmium reportare ex operibus vel iniquis, quibus per ſe debetur, vel bonis propter quæ improbi probos ludibrio ignominiaque afficiunt. In Pſ. CVIII. poſt imprecatam maledictionem *ſicut veſtimentum zonamque præcingentem* *t*, ac velut *diploidem*, *confuſionem* *u*; ſubditur: *hoc* x *opus eorum qui detrahunt mihi apud Dominum*. Eo forſan alluſit dum ſcripſit *y*, *quem fructum habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis*. Peccata ſunt quæ operiunt peccatorem, ut ait Ambroſius, & confuſionem faciunt, nempe maculando; ſicut juſtitia & gratia ſæpè numero veſtimentorum ornantium vocabulis nominatur in divinis litteris, & ipſummet *jejunium oderit animam* *z*. Malitiæ præſumptio dicitur *cooperire terram* ſive *aridam* *a*, *iniquitas operire* *b*, & aliqui *operti iniquitate & impietate ſua* c *& labore labiorum ſuorum* *d*. Omnis confuſio bona, inquit idem Ambroſius, quam pro Chriſti nomine ſubeas, & admodum gloriоſa; ſi verbi gratia in perſecutione lex ſit, ut verberetur Chriſtianus, ut dignitatem amittat, ut careat privilegio, ut in vincula ducantur: hæc enim confuſio, etſi privilegium non habet gloriam piæ confeſſionis. Mala confuſio, quæ eſt de Chriſto, & ejus meretur confuſionem coram Angelis Dei *e*, ut confundat is qui ſuſtinuit crucem confuſione contemptam *f*, illos qui de ipſo confuſi fuerint, Chriſtus, & erubeſcat ipſemet quodammodo de illis qui de ſe ipſo hìc erubuerint *g*, quod eſt negare qui ſe negaverint *h*. Gloria iſta eſt in confuſione videlicet terrena ſapientium *i*: non erubeſcebat Paulus Evangelium *k*, hortabatur Timotheum ne erubeſceret teſtimonium Domini noſtri, neque ſe vinctum ejus *l*, ſicut nec Oneſiphorus catenam ipſius erubuerat *m*: Petrus etiam ne quis erubeſceret ſi pateretur, *ut Chriſtianus* *n*. Subtilis annotatio Aiguani quum naſcatur verecundia ex timore bonorum externorum, propterea quæ appareat in partibus externis rubor ſanguinis ad eas confluentis, quemadmodum è contrario quando vita timetur, ad intimas calor ſanguiſque ſe recipit partes; hoc loco ſignificari, Judæos probos in captivitate, vitæ, corporis & externorum jacturam bonorum timuiſſe: animam & virtutes inter bona interiora poſuiſſe; idcirco timorem ipſorum propriè hic vocari verecundiæ ſive confuſionis & erubeſcentiæ, non autem palloris.

o *Ez. 16. 51. 54. 8. c 32. 24. 25. 30. c 34. 19.* p *Eccl. 1. 25.* q *Iud. 14. 12.* r *c 43. 12.* ſ *Luc. 15. 22.* t *Apoc. 6. 11.* u *verſ. 19.* x *verſ. 20.* y *verſ. 20.* z *Rom. 6. 21.* a *Pſ. 68. 11.* b *Eccl. 37. 3.* c *Hab. 2. 17. Malach. 16.* d *Pſ. 72. 6.* e *Pſ. 139. 10. Mala confuſio quæ.* f *Marc. 8. 38* g *Heb. 12.* h *Luc. 9 26.* i *Mat 10. 32* k *Phil. 3. 19.* l *Rom 1. 16.* m *2. Tim 18* n *verſ. 16.*

Aiguani ſubtilis annotatio.

A voce exprobantis & obloquentis.) Hieronymus pro ſecundo participio habet, *blaſphemantis*: Græcè παραλαλοῦντος, in emendatis codicibus; in aliis κακολαλοῦντος, & ita quoque Aquilam vertiſſe, nempe βλασφεμοῦντος, teſtis Euthymius, Baſilius, Nicephorus. Hebr. participium מחרף *mecharèph* ſignificat exprobrantem, unde חרפה *cherphah*, *opprobrium*, ὄνειδος, in verſu 14. probra publicantem & propalantem. Quapropter *obloqui* non eſt hoc loco occultè loqui, ut Ruffinus expoſuit, Hugo, Thomas, Caſſiodorus, alii: etſi Thomas id confirmet Maximi Tyranni exemplo (Maximinum voluit dicere) qui malas, inquit, mulieres fecit comprehendi, & confiteri quòd Chriſtiani mala feciſſent cum eis. Confuſionem quàm quis videtur pati, quia Gentili, aut Philoſopho objicienti crucem Chriſti, & inſipienter inſultanti, reſpondere non queat, quia ſalutaria non recipiunt verba, debet gloriam æſtimare, ut monet Ambroſius: quia cuique rei *tempus & tacendi & loquendi* *o*, idem in genere verum: & Heſychius de Diabolo præterea ſumit, qui alia pro aliis nugando proponat, & fideles vituperet.

o *Eccl. 3. 7.*

A facie inimici & perſequentis.) Hieronymus. *à facie inimici & ulteris*, ſicut Latinæ voces *inimici* & *ultoris*

erant

erant in Pſal. VIII. *a* etiam ſecundùm editionem Hieronymi; ita Hebr. אויב וכתכקם *ojeu vmithnakkem*. Hebrææ hoc loco item ſunt: ſed Græcè ἐχθρὸς καὶ διώκοντος: ibi loco ultimæ ἐκδικητὴς, forſitan LXX. hîc quoque dixerunt non διώκοντος, ſed ἐκδικοῦντος. *A facie* idem eſt quod *propter*, ut aliàs non raro *b*, ut *non eſt ſanitas in carne mea à facie iræ tuæ: non eſt pax oſſibus meis à facie peccatorum meorum*, & *c putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ à facie inſipientiæ meæ*. Nihilominus poſſet hîc etiam ſignificari cauſſam tantæ verecundiæ confuſioniſque eſſe non ſolum vocem exprobrantis & obloquentis, ſed, ac multo quidem magis, os ac vultus ejuſdem inimicitias gerentis, proprias injurias quas perſequatur & vindicet, prætexentis, nec verbis agere dumtaxat volentis, ſed factis quoque; & non famam ſolam, verùm etiam eripere vitam volentis & conantis. Trucem ac formidabilem vultum quem minax urgeat inimicus, explicat Didymus, unde majorem alius ignominiam concipiat. Caſſiodorus adeo capitale odium innui putat quo quis non contentus extinguere corpus, animam quoque alterius velit trucidare. Non deſunt tantæ pravitatis exempla in hominibus invidiam Diaboli hac in parte imitantibus: nec non aptè *facies inimici* cum Ruffino, Haimone, Remigio, exponi poteſt terror incuſſus vel ex prætentia ejus terribili conceptus: perſecutio pro externis malis factis.

a verſ. 3.

b Pſal. 37. 4.

c verſ. 6.

Verſ. 18.) Hæc omnia venerunt ſuper nos, nec oblìti ſumus te: & iniquè non egimus in teſtamento tuo.

Verſ. 19.) Et non receſſit retro cor noſtrum, & declinaſti ſemitas noſtras à via tua.

ADEO multæ, quæ nobis evenerunt ærumnæ, de quibus dixi, tollere nequiverunt de mentibus noſtris memoriam tui, aut efficere, ut initium fœdus tecum, violaremus, legemve tuam tranſgrederemur, & relicto te declinaremus ad alios Deos, quod noſtri ſummopere hoſtes cupiebant atque contendebant, non deflexit cor à te; nec pro tua benignitate, ſingularique gratia permiſiſti nos aberrare à via mandatorum tuorum; ſed conſtanter in his perdurare nos feciſti, quamvis tot ac tantis malis affectos: neque fidem deſeruimus, neque operum bonorum exercitium tuamque charitatem & cultum, Traditur hîc ſenſus ab Euſebio, Apollinario, Thoma, Nicephoro, Remigio, Haimone, Brunone, & ferè ab omnibus recentioribus qui negationem in ultimo membro ſuppleri volunt, aut etiam exprimunt. Quòd ſi ultimum verſus 19. membrum ſumatur, ut legitur abſque negatione, ſed affirmativè, ſenſus erit, per tribulationes factum à Deo ut cogitando de via mandatorum ejus arcta & anguſta, ab illa, ideſt, propter illam, declinarent ſemitas proprias, & eas relinquerent ac auferrent, ſpatioſas nimirum & latas, ſecundum quas niſi adeſſet gratia Dei, & dictarum ſtimulus calamitatum, ſecuti eſſent ea quæ ſunt carnis, aut ut removerent illas ſemitas ſuas à divina via, ne ſcilicet eam contaminarent & corrumperent, & ipſi ducerentur *in perditionem d*. Sic explicat Auguſtinus & poſteriores Latini ferè omnes, inter quos non dubito numerare illum qui vocatur nomine Ruffini; ſed non eſt Aquilejenſis, cum quo lis Hieronymo; nec eum etiam qui gerit Hieronymi nomen, quia ut non ſemel monui, hic Ambroſium, ille tranſcribit, ſed compendiosè, Auguſtinum. Quamquam hoc loco Ambroſius non attingit declarationem ultimorum verborum. Baſilius, Theodoretus, Euthymius, Athanaſius, Heſychius, Cyrillus, Chryſoſtomus, Lyranus exponunt, dempta pariter aut non ſuppleta negatione, ut ſe ſignificent omnia quidem divina præcepta cuſtodiviſſe; at à Deo redditum templum deſolatum feciſſeque ut in exilio agerent inter alienos, ubi non liceat cultem ipſius celebrare: viam enim de templo dici, qua via quaſi manducamur ad cultum. Vel tantam vim afflictionum fuiſſe, ut ſatis videretur eſſe ad avertendam à Deo; vel judicari poſſet Deum eos

d Matt. 7. 13.

A repudiaſſe. Janſenius poſt Vatablum hoc malùt, quod Lyranus etiam innuit & Bellarminus *e*, ſcilicet etiamſi non receſſerit retro cor à Deo, Deum illorum actiones flectere feciſſe ab illa via ſua qua ſolebat ipſos deducere, ita ut non amplius res eorum procederent feliciter. Felicitatem quoque illud in Pſalmo XXVI. *f* ſignificat *dirige me in ſemitam rectam propter inimicos meos*.

e 2. de amiſſa gratia & ſtatu peccat. c. 13.

f verſ. 11.

Hæc omnia venerunt ſuper nos. Exaggerationem juvant aggerata omnia, & in cumulum conjecta. *Veniendi* quoque verbum indicat impetum vel quaſi feræ vel tamquam fluminis, inquit Caſſiodorus. Tale quid alibi dicitur *g omnia excelſa tua & fluctus tui ſuper me tranſierunt*: it. Pſalm. LXXVII. *omnes fluctus tuos induxiſti ſuper me*.

g Pſ. 41. 8.

Nec oblìti ſumus te.) Alii, *& non oblìti ſumus te*, ut Pſalterium Romanum, Ambroſius, Auguſtin. Caſſiodorus, Pſalterium Ambroſian. *& nos oblìti ſumus te*: Hieronymus reddit, *tui*: Caſſiodorus Latinè vult dici debuiſſe hoc modo, ſed hoc proprium eſſe divinæ Scripturæ quod ſit dictum in accuſativo: ſed & Scripturæ B ſacræ editio Latina non paucis locis *obliviſcendi* verbum jungit genitivo *h* etiam infra in hoc eodem Pſalmo *i*: & ſatis etiam benè Latinè loquentes id uſurpant in accuſativo, ut Cicero & alii. Magna laus & ardua res non obliviſci Deum in tribulationibus; tametſi felicitas faciliùs videatur eripere memoriam. *Quum occideret* Deus *eos quærebant Deum*, confitebantur verò etiam ei, quum benefaceret eis *l*. obliviſcitur ingratus benefactorum Dei *m*, omnis retributionis ejus *n*, operum ejuſdem *o*, ſermones, judicia, verba, juſtificationes, mandata *p*, *Deum qui ſalvabit q*.

h verſ. 8.

i Gen. 27. 45. c. 50. 17. Levit. 5. 2. Deut. 4. 9. 23. 31. c. 6. 12. Pſ. 9. 32. Pſ. 77. 7. Pſ. 105. 13. Pſ. 36 & 5. & alibi ſæpius.

k verſ. 24.

l Pſ. 77. 34.

m Pſ. 48. 19.

n Pſ. 77. 11.

o Pſ. 102. 2.

p Pſ. 105. 13.

q Pſ. 118. 61. 83 93. 109. 139. 141. 176

Et iniquè non egimus in teſtamento tuo) Hieronymus, *nec mentiti ſumus in pacto tuo*, quod non bene recipit Thomas *in te*. Significant hoc Hebr. ולא שקרנו בבריתך *velo ſikkarnu viuritecha*. Mentiri in pactum, fœdus, teſtamentum, eſt prævaricari, perfidum eſſe, quæ eſt iniquitas maxima. De Judæis cecinit adhuc David *r*, quod non ſunt fideles habiti in teſtamento Dei, averterunt ſe, & non ſervaverunt pactum. Symmachus Euſebio teſte, atque Chryſoſt. etſi hîc Symmachum non C exprimat, οὐδὲ παρελογισμεθα τῶ σω διαθηκῶ, *nec doloſè tractavimus teſtamentum tuum* uſi ſunt LXX. voce διαθήκης, ſic dicenter καὶ ἐκακοτεχνήσαμεν ἐν τῆ διαθήκη: de his vocibus aliàs *s* diligenter. Quum autem conſter, Judæos ſæpe in Deum peccaviſſe, ac propterea in captivitatem ejectos eſſe, contendebant aliqui, de quibus initio dixi, de illis Pſalmum intelligi non poſſe, verùm de juſtis dumtaxat, præſertim pertinentibus ad Eccleſiam, tum etiam maximè de Martyribus. De iſtis profectò commodè Pſalmus exponitur *t*. At de Judæis poteſt accipi habita ratione juſtorum qui apud illos erant, & hujuſmodi preces querimoniaſve facere hîc inducuntur, qualis Daniel ſociique, Mathathias & Machabæi, & Tobias, ut obſervant Euſebius, Athanaſius, Cyrillus, Didymus, Heſychius, Chryſoſtomus. Ultimus aut ita juſtos loqui, ut animos ceteris addant, quaſi qui & ſi maxima patiantur, ducant ab iis originem, qui magis affecti ſunt beneficiis; & ipſimet in calamitatibus minimè declinaverint, ita ut ſpes eis abjicienda non ſit; quum præſto ſit defenſor Deus, & ſi quid peccaverint, ſatis jam penderint pœnarum; in tentationibus verò fortiter reſtiterint. Judæis hoc tem- D pore, inquit Apollinarius, id quodammodo convenit, quatenus Idola non colunt: licèt Gentilitiis incantationibus dediti ſint. Sed propter impietatem in Chriſtum longè nunc duriorem ſervitutem patiuntur quàm ullo antè tempore. *Sta in teſtamento tuo* ait Auctor Eccleſiaſticus *u*, *& in illo colloquere*, *& in operi mandatorum tuorum inveteraſce*, hoc eſt, perſiſte vel in pacto quod iniſti cum Deo, & illius continetur ſcripturis, recum & cum animo tuo recogitans quid requirat à te, & id obſerves uſque ad ultimam ſenectutem, mortemque; vel perſevera in vitæ inſtituto, conditione, vocatione, in qua vocatus *u* es. quamque tibi propoſuiſti & elegiſti: conſtans eſto in bono propoſito, & virtutis via, atque vivendi genere. *Tobias*, quem antè nominavi, *in captivitate poſitus*, *viam veritatis non deſeruit x*.

r Pſ. 77. 37. 57.

s Pſ. 77. 27.

t in Act. c. 2 25.

u cap. 11. 21.

x 1. Cor. 7. 20.

Et non receſſit retro cor noſtrum.) Hieronymus, abſque conjunctione, *non eſt converſum retro cor noſtrum y*, vel, *nec eſt averſum*, &c. Græcè καὶ οὐκ ἀπέστη. Idem valent

y Tob. 1. 3.

valent alia quæ refert Chrysostomus, ἐκ ἀπεχάρυσεν, vel, ἐκ ἀπέστραφη. Chaldaicè, *non est aversum, divisum elationibus, cor nostrum*: vel apud Nebiensem, *non est reversum retrorsum, neque factum superbum cor nostrum*: *non recedit retro cor* quando non *respicit retro a*, nec in posteriora sed ad anteriora extendit se ipsum *b*. In stadio sumus, Deus meta est: si recidimus, immo si non progredimur, censemur retro recedere. Conqueritur Isaias *c* de Gente peccatrice, populo gravi iniquitate, semine nequam, filiis sceleratis, qui dereliquerunt Dominum, blasphemaverunt sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum.

a Luc. 9. 62.
b Pgil. 3. 13.
c cap. 1. 4.

Et declinasti semitas nostras à via tua.) Hieronymus, *nec declinaverunt gressus nostri à semita tua*. Alii eodem modo, sed in singulari numero, *neque declinavit gressus noster de semita tua*. Ad verbum Hebraicè, *non deflexit gressus nostri*, vel etiam prout est in editione nostra, cui similis Chaldæa; *& tu inclinasti gressus nostros à rectitudine viæ tuæ*. Hebraicè ita legimus, אשרבי מכי ארחך ותט *vatthet assurenu miuni orechecha*: Chaldaicè verò אסטיתא איסטורנא מתריצות אורחתך *vé astetha istaurana mittherisuth orechat hach*. Symmach. cum negatione οὐδὲ μιθέθη, (aliàs μετεκλίθη) τὰ ὑποδήγματα ἡμᾶς ἀπὸ τῆς ὁδοῦ σου, *neque transposita* (vel *inclinata*) *ea quæ dirigebant nos à via tua*. Alius apud Chrysost. καὶ ἐξέκλιναν βήματα ἡμῶν, *& declinaverunt gressus nostri*, vel (neicio quo pacto Græcè) *nec inclinata sunt quæ nos erigunt*, nisi dicas, τὰ σκέλη intelligere crura tibiasque quæ corpus subrigunt, ac sustinent. Legit cum negatione Bruno, Thomas, meminitque Beda nonnullos libros ita habere. Hieronymus aliam alibi *d* lectionem sequitur, *declinare fecisti semitas nostras à via tua*. Remigius exponit cum negatione ac plurimi alii, de quibus dixi, qui per zeugma sive ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, ut loquitur Nicephorus, censent ex priore membro, *& non recessit retro cor nostrum*, repetendam particulam, *non*. Hujus rei suppetunt exempla alia in Ps. IX. *e Quoniam non in finem oblivio erit pauperis patientia pauperum non peribit in finem*; secundum membrum Hebraicè caret negatione, In c. 27. Job *f*, *non enim perii propter imminentes tenebras*; *neque faciem meam operuit caligo*: non habet negationem textus Hebræus & Græcus in posteriore membro. In C. LIII. *g* Isaiæ, *non erat aspectus & desideravimus eum*, ideſt, ut multi exponunt, *& non desideravimus*, In c. 2. epist. ad Galatas *h*. *Sed neque Titus, qui mecum erat, quum esset Gentilis, compulsus est circumcidi; sed propter subintroductos falsos fratres*, &c. hoc est neque etiam propter istos qui id maximè volebant, & urgebant, ut exponunt Græci. In c. 15. *i*. Joannis, *si non venissem & locutus eis fuissem*, ideſt, & locutus eis non fuissem. In Threnis *k*, *non* enim *humiliavit ex corde suo & abjecit filios hominum*, hoc est, & non abjecit filios hominum. De vario sensu juxta duplicem lectionem cum negatione & absque illa, priùs dixi. Absque negatione, seu cum affirmatione *declinare* censetur Deus *semitas nostras à via sua* per graves afflictiones, unde trahimus occasionem declinandi & errandi: quod sequens versus clariùs indicat, per *humiliationem* & *umbram mortis cooperientem*. Quemadmodum & apud Isaiam *l*, *Quare errare nos fecisti Domine à viis tuis? induraſti cor nostrum, ne timeremus te*. Hieronymus *m* quidem vult hæc esse verba peccatoris, qui Dei flagellis tristitiam ducentem ad mortem conceperit. Ait autem, Deum erroris & duritiæ causſam non esse, sed horum videri causſam, dum patientia sua nostram expectat salutem, & non corripit delinquentes: verùm præsens hic locus oppositam continet causſam severioris cujusdam animadversionis divinæ. Quamquam hic idem noster locus, ut antè quoque diximus, de declinatione à felici rerum eventu, sive successu, potest sumi: ex qua etiam declinatione ab auxilio & favore divino, & non solùm quando res sunt secundiores, captant homines errandi & peccandi occasiones. Quia verò cuncta divino eveniunt consilio, voluntate, justitia Deus malorum quæ sequuntur & peccatorum causſa, quamvis non directa, propria per se; verùm per accidens dumtaxat, indirecta, impropria; nec ineptè dici possit cum Bredembachio in bono sensu, simili ei quem ex Augustino aliisque (quibus Hugonem junge Victorinum *n*) antea retulimus, Deum noluisse ut per delicias & commoda hujus mundi veniretur ad ipsum; quales videntur gressus hominis ei derelicti. Qui retinent affirmationem, accipiunt *semitas* ferè in malam partem: quæ cum negatione accipi deberent in bonam, Idcirco sensus utrovis modo tendit eodem. Porro in *semitis* & *via* non censeo discrimen hic ullum esse, quia Hierony. pro *via*, *semitam* reddidit, & ארח *orach*, significat sive *viam* sive *semitam*, morem & consuetudinem. Et si qua differentia esset quod semitam sit angustior, tribui potiùs deberet ei quæ secundùm Deum est, quam Christus appellat *angustam arctamque o*, quàm quæ teritur ab hominibus, & *latam* ac *spatiosam* ab eodem nominatur *p*.

d in c. 63. Isa.
e vers. 19.
f vers. 17.
g vers. 2.
h vers. 3. 4.
i vers. 22.
k cap. 3. 33.
l cap. 63. 17.
m ibid. Deus erroris & duritiæ nostræ causſa non est: & ut causſa videtur esse.
n annot. in Ps. 43.

o Mat. 7. 14
p Ibid.

Allegoricum censeo sensum aut etiam accommodatitium, qui traditur à Cyrillo contra Julianum *q* ad hunc & citatum ex Isaia locum, quòd per umbram in lege vetere honestatis vita non obtineatur, neque recta pergatur ad Deum.

Allegoricus sensus.
q lib. 9.

A via tua.) Propositio ista idem valet quod alia *de*, quam usurpat Augustinus. Propterea non significat, *à via tua*, propter viam tuam, ut Michael Ayguanus voluit & alii aliqui. Hugo Victorinus præter allatas expositiones, addit, quòd veniens Deus in homine, viam nobis per exemplum straverit, & ab illa via quidquid boni in nobis est, per imitationem deduxerit.

Vers. 20.) Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis, & cooperuit nos umbra mortis.

QUod semitas nostras à via tua non declinaveris, probè ipse nosti, & memori gratoque animo nos commemoramus, nam etsi calamitatum, quibus affecisti nos, multitudo visque tanta fuerit, ut extorquere videatur potuisse impatientiam, & fracto animi robore declinare nos facere à cultu tuo, ad alienos Deos; attamen constantes perstitimus in mediis vitæ periculis in ipsa mortis umbra & caligine. Non eget majore declaratione hic locus, quod ad sententiam pertinet: in verbis est quod magis explicetur.

Humiliasti nos in loco afflictionis.) Hieronymus, *dejecisti nos in locum draconum*. Aquila, ut quidem refert Ambrosius, Chrysostomus absque nomine auctoris. *Humiliasti nos in loco sirenum*, ut autem Eusebius meminit etiam nullum nominans idem Chrysostomus & Ambrosius tribuit Symmacho, *συνέδαμας ἡμᾶς ἐν τόπῳ ἀοικήτῳ, confregisti nos in loco inhabitato*, sive *deserto*. Augustinus, *in loco*, aut, *de loco infirmitatis*. Locus afflictionis ναπίου significat regionem captivitatis, locum horridum & squalentem, aptum feris potiùs, quas vel dracones, vel sirenas vocavit Aquila, quàm hominibus, denique etiam ἀοίκητον, ut idem reddidisse dicitur, *inhabitatum ac desertum*; quales etiam subterranei carceres. Id sibi præterea volunt verba illa Psalmi CXLII. *r humiliavit in terra vitam meam*: *collocavit me in obscuris, sicut mortuos saculi*. *Locum afflictionis* Ambrosius, sive, ut videtur legisse, *afflictionis*, interpretatur locum in quo nunc vivimus, obnoxii tentationibus, ac terram quæ spiritualiter quoque *spinas & tribulos* germinat nobis *s*; & captivi ducimur in lege peccati: & mundum istum *qui totus in maligno positus est t*: & carnem nostram in qua anima nostra humiliatur, sive corpus quod appellatur *corpus mortis u*: & adversa quibus exercemur in hoc corpore constituti, ingemiscentes in eo gravati, nolentes spoliari, sed *supervestiri x*. Addit ex Aquilæ versione, hunc locum esse Sirenum locum, de quibus meminit præterea Isaias *y*, & Jeremias *z*, & Micheas *a*, licèt non sub Sirenum Latina voce alii, præter primum, ut Ambrosius tamen indicat, dicens secundo & tertio de his mentionem fieri. Ex Gentilium autem historia dicit Sirenas fuisse puellas, quæ vocis suavitate, canendi illecebris, audiendique studio illectos navigantes ad litus admovere navigia provocabant, qui quum gratiam vocis sequerentur, scopulosio in loco naufragium faciebant: Hoc interpretatur de voluptate vocis, quæ adulatio est, atque de sæculi voluptate, quæ nos quadam carnali adulatione delectet ut decipiat. Ait etiam *humiliationis* nomine quo utuntur LXX. idem importari, quia Scripturæ *b* violationem mulieris appellant *humiliationem* ejusdem: nostram carnem multis humiliari loco ipso, illecebris ipsis, fragilitate: humiliari & animam

C

D

e vers. 3.
f Gen. 3. 18.
t 1. Ioa. 5. 29.
u Rom. 7. 24
xa. Cor. 5. 4. Rom. 8. 23.
y cap. 13. 21.
z cap. 50. 34.
a cap 5. 8.

Sirenes puellæ.

b Deu. 21. 14 cap. 22. 24. Humiliatio mulieris pro violatione.

mam quæ ſe geſtit attolere ad Deum, gravatam à corruptibili corpore ac terrenis præponderantibus habitaculis *a*: inclinari frequenter ad ſæculum, nec ſe ſubjicere Deo poſſe, quoniam ſubjectionem ſui ſapientia carnis ignorat, quæ noſtrum involvit affectum. De Chriſto docet quòd ipſe *ſemetipſum humiliabit b*, ſuſcipiendo carnis iſtius veritatem, & factus *in ſimilitudinem hominum* * non, abſolutè in ſimilitudinem carnis, ſed in ſimilitudinem hominum peccatorum: & corpus ejus non fuiſſe corpus mortis, ſed vitæ, neque carnem illius umbram mortis, ſed fulgorem gloriæ, nec in ipſo locum afflictationis, ſed gratiam conſolationis pro omnibus: *humiliaſſe ſemetipſum*, quia ad eos venit qui humiliati fuerant, liberandos, ut diſceremus quid ſit humiliatas *e*, ut exaltaremur de portis mortis; ut caro noſtra quæ erat umbra mortis, inciperet per gratiam illius refulgere, propter lumen interiori oculo communicatum per innocentiæ reſtitutionem peccatique oblationem. Poſtremò, juxta Symmachi verſionem de afflictione in loco deſerto, notant ideò nos affligi, quia deſtituimur protectione cœleſti, & regio iſta ſub maledicto *d* eſt, vel in lubrico ſæculari, antequam Chriſtus benediceret terram ſuam *e*, laboratum, nec ad lumen pietatis ejus oculorum ſpiritualium intentum obtutum fuiſſe: ac præterea, quia voluptas delectatioque mundi frequenter irrepit, idcirco non oportere vinculis vinciri, nec aures cera claudere (alludit ad Ulyſſem & Sirenas) ſed has avertere quotieſcumque aliena à fide, & contraria vel adverſa utilitati noſtra obloquantur, ne in eo ſermone operiat nos umbra mortis, & ſi quid tale proferatur, Dei verbum inſerendum quod mentis noſtræ oculos fulgore diſputationis illuminet. Hæc ex Ambroſio, ſed in ſummam redacta, quæ myſtico licèt ſenſu, varias illas attingunt verſiones quas facilè eſt cum noſtra conciliare, cumque ea quam afferebat Auguſtinus; *in loco infirmitatis*, & alia Hieronymi, *dejeciſti nos in locum draconum*. Hebr. vox דביתני *dicehthianu*, ſignificat minutatim dividere atque conterere, velut in pulveres vehementer contundere. Sic vocatur *cor humiliatum f* נרכה *nidcheh*, *oſſa humiliata g*, oſſa quæ Deus דכה *diechah*, humiliavit: *humiliatus ſicut vulneratus ſuperbus h*, quem pariter humiliavit Deus דכה *dicchah*, & nomen דכי *dochi*, à contritione ac illiſione *fluctum* ſignificat. Altera dictio תכים *thannim*, ſed ſæpius ן in fine תכין *thannin* denotat ſerpentem vel draconem, piſcem quoque magnum draconi ſimilem, ut Cetum & Balænam. Cetum aut cete reddit aliquando *i* Interpres, nonnumquam draconem *k*, interdum ſerpentem *l*, vel colubrum *m*, aliàs aſpidem *n*, quandoque lamiam *o*. Sic videtur generale nomen ad omnem beluam magnam vaſtamque, tum terreſtrem tum marinam. Etenim in Exodo *p* ponitur pro colubro ſerpenteque terreſtri in Pſalm. XC. *q* & Jeremia *r*, pro dracone terreſtri, & in hoc *ſ* pro lamiis, quæ ſi quæ ſunt, terreſtres ſunt. Piſcem qui thynnus aut thunnus dicitur (Cete, & Cetus aliter, ac Balæna) ab hoc nomine derivatum putant: etſi Græcè ita vocari Athenæus *t* tradat ab impetu celeritateque qua fertur, ἀπὸ τῆς θύσεως. Si piſcem marinum ſumas, erit ſenſus, dejectos eſſe in locum profundum maris, hoc eſt, in barathrum miſeriarum, ſicut re ipſa Jonas poſtea in id projectus eſt, atque Ceti ventre exceptus *u*. Quod attinet ad ſenſum, eumdem efficiunt verſiones omnes: at videntur LXX. legiſſe non עכים *thannim*, ſed סרכים *hhanim* quod *afflictos* ſignificat, vel afflictionem deſignatam per locum hujuſmodi beſtiarum voluerunt magis diſertè declarare. Apollinarius expoſuit infirmitatem in locis contractam morboſis.

a Sap. 9. 15.
b Phil. 2. 8.
* Ibid.
c Matt. 11. 29.
d Gen. 3. 17.
e Pſ. 84. 2.
f Pſ. 50. 19.
g verſ. 10.
h Pſ. 88. 11.
i Job. 40. 20. Iſa. 27. 1. Ezech. 32. 2. Gen. 1. 21.
k Iſa. 29. 6. 51. 9. 10. 22. 14. 6. Ier. 9. 11. 51. 34. Pſ. 90. 11. Pſal. 103. 26. Pſ. 77. 13. Pſal. 148. 7. Malach. 1. 3.
l Ex. 7. 10. 12.
m Ex. 4. 3. & 7. 9.
u Deut. 32. 33.
o Thren. 4. 3.
p cap. 4. 3.
q verſ. 13.
r c. 10. 22.
ſ Threm. 4. 3.
t lib. 7.
u Ionæ 2. 1.

Α'δρανέδοισι κακῶν τεκτλώσω γέσων',
Infirmos locis malorum affeciſti morboſum.

Contagionem idololatriæ intelligere poſſumus ex loco captivitatis Babylonicæ, ſi de hac placet captivitate Pſalmum eſſe, ut nonnullis placuiſſe pridem docuimus. Incredulos & ſubverſiones quibus quum habitabat Ezechiel vocat Deus *ſcorpiones x*, & pro *incredulis* Hebr. סרבים *ſarevim*, reddunt aliqui *urticas* & *ſpinas*, & pro *ſcorpionibus* qui Hebraicè ibi dicuntur עקרבים *bbakrabbim*.

Juxta myſticum etiam ſenſum *locus humiliationis*, & quæ deinceps verſibus habentur ſequentibus, indicare poſſunt quam notavit Ayguanus, utilitatem ex rebus adverſis, videlicet humiliationem mentis: proximo verſu Dei memoriam: in 22. deteſtationem peccati: in 23. mortificationem. Satis conſtat quantum conferant ad humilitatem tribulationes, nec id ſemel vidimus, traditque Gregorius *y* tractans de illa precatione Job *z*, *Qui cœpit ipſe me conterat, ſolvat manum ſuam & ſuccidat me: & hæc mihi ſit conſolatio ut affligens me dolore, non pareat*. Sancti viri quum de ſua, inquit, occulta erga ſe diſpoſitione ſuſpecti ſunt, plus proſpera ipſa pertimeſcunt, tentari appetunt, flagellari concupiſcunt, quatenus incautam mentem metus & dolor erudiat, ne in hac peregrinationis via hoſte ex inſidiis erumpente ſua eum deteriùs ſecuritas ſternat.

x Ezech. 2. 6.
y 7. Moral. c. 7. vol. 8.
z cap. 6. 9.

Cooperuit nos umbra mortis.) Hieronymus, *operuiſti nos umbra mortis*, in Scholio tribuitur Aquilæ ἐκάλυψας ἡμᾶς ἐν σκιᾷ θανάτου. Eidem tribuit Euſebius & ſcholion V. editioni ἐπεκώμασας ἡμῶν σκιάν θανάτου, *operuiſti nobis umbram mortis*; ac ut cum Columella loquar, operculaſti quaſi mole in os foveæ cavernæque impoſita, & ad exitum prohibendum, & ad arcendum lucis ingreſſum. Chryſoſtomus, tacito nomine meminit primæ verſionis Græcæ, monetque (quod & Baſilius facit) umbræ mortis iſtud velut operimentum & obſtructionem deſignare inevitabilia mala, quæ nec ullam liberationem, & ne minimam quidem inveniri poſſint reſpirationem. Hoc eſt quod Pſalmo dicebatur XXII. *a ambulare in medio umbra mortis*, ut ſcilicet ambiat & cingat omni ex parte. Ibi quid *umbra mortis* ſignificet, dictum eſt, nempe inter alia pericula tanta, quæ, ſicut umbra corporis, mortis referant ſimilitudinem, locum ſubterraneum ergaſtulumve ubi collocentur miſeri in obſcuris, ſicut *mortui ſæculi b*, hoc eſt, ad mortem damnati, & ſedeant *in tenebris illis ac umbra mortis vincti in mendicitate & ferro c*. Remigius hoc loco vult præterea *umbram mortis* accipi pro illis qui ſua potentia, divitiis, mala converſatione obumbrant ad mortem: vel quos premit ignorantia veritatis. Gregorius *d* tradit *umbra mortis* denotari oblivionem mentis, imitationem Diaboli, mortem carnis. Rectè, inquit, voce Martyrum per Prophetam dicitur, *operuit nos umbra mortis*. Quos enim conſtat non ſpiritu, ſed ſola carne mori, nequaquam ſe vera morte, ſed umbra mortis dicunt operiri. Chriſtum ſubdit ſolam paſſum umbram mortis, ideſt, mortem carnis, per quam delevit mortem veram delinquentium, qua nimirum ſeparatur à Deo anima, quum per carnis mortem ſola ſeparatur à corpore anima. *Quaſi morientes*, ait Paulus *e*, *& ecce vivimus*, & ſaltem ſenſu accommodationis facit hic quaſi flagellum *f*, Chriſtus nimirum, quia tribulationes morſque hujus carnis hoc tempore, quum animæ morte per peccatum, & reatu damnationis fere ſolæ umbræ ſunt. Deſcendunt nunc in horologio noſtro tribulationum umbræ, ſed aſcendent poſtea *g*, quando ſecundùm multitudinem dolorum conſolationes divinæ lætificabunt animas noſtras *h*, *& ſicut abundant paſſiones Chriſti in nobis, & ita per Chriſtum abundabit conſolatio noſtra i*, *& aſpirante die inclinabuntur umbræ k*, & humiliati in loco afflictionis, lætabimur pro diebus quibus nos humiliaverit Deus *l*: & poſtquam poſſederit nos hic *dies afflictionis* m, *bene nobis erit in extremis n*, ridebimuſque *in die noviſſimo o*. Auguſtinus, hoc loco, & alii *mortis umbram* accipiunt pro hac mortalitate in comparatione ad æternam damnationem, quæ ſola mortis veræ nomen abſolutum meretur: hæc eſt *mors ſecunda p*: ipſimet dies vitæ umbra ſunt: quid ergo mors niſi umbræ umbra? ſæculum noſtrum in illuminatione vultus *q* Dei; umbra & nihil eſt, lege dicta cap. 7. *r* Eccleſiaſtæ. Galatinus * ex hoc & ſimilibus locis colligit, omnes juſtos, quibus remiſſum eſt originale peccatum, deſcendiſſe in infernum uſque ad adventum Meſſiæ. Sed infirmum videtur mihi argumentum, quamvis inferno congruant locus humiliationis, umbraque mortis.

a verſ. 4.
b Pſ. 142. 3.
c Pſ. 106. 19.
d 4. Mor. c. 9. vol. 10. & 20. vol. 17.
e 2. Cor. 6. 9.
f Ioan. 2. 15.
g Iſa. 38. 8.
h Pſ. 93. 19.
i 2. Cor. 1. 5.
k Cant. 2. 17.
l Pſ. 84. 15.
m Iob. 30. 16.
n Eccl. 1. 13.
o Prov. 31. 25.
p Apoc. 2. 11.
q Pſ. 43. 4.
r verſ. 1.
* lib. 6. c. 7.

*Verſ.*21.) Si obliti ſumus nomen Dei noſtri, & ſi expandimus manus noſtras ad Deum alienum,

*Verſ.*22.) Nonne Deus requiret iſta? ipſe enim novit abſcondita cordis.

Quòniam propter te mortificamur tota die: æſtimati ſumus ſicut oves occiſionis.

UMbra præſentiaque ipſa mortis, ac quælibet pericula, nequiverunt nobis Dei extorquere memoriam, nec efficere, ut quamvis nos noſter Deus, tam acerbè affligeret, & invocantes non exaudiret, expanſis manibus invocaremus alium Deum. Etenim fallere illum nullus poteſt, aut effugere cognitionem ipſius: novit non externas res tantùm, ſed intimas etiam cogitationes hominum. Scis Deus quantis pro te, pro cultu tuo, pro tui nominis confeſſione quotidie afficiamur malis, quot quotidie quaſi mores oppetamus, velut pecudes mactationi deſtinatæ, modis infinitis vexati tractique tamquam ad lanienam, ad arbitrium perſecutorum crudelium, quàm libenter hæc toleremus ac ſpontè, quum ſi aſſentiri vellemus, licèret nobis inter eos pacificè vivere. Non eſt opus ut plura imprecemur nobis, aut ut imploremus judicium Dei. Quem latet nihil, non ſinet aliquid inultum abire. Itaque ſi pergit vexare nos, cur id faciat probè intelligit: vel ob alia peccata, vel ad exercitium virtutis, vel alia de cauſſa id facit. Æquiſſimè ac juſſiſtimè igitur profitentur, ut ait Euſebius, non alium ſe teſtem velle & advocare quàm Deum, non factorum dumtaxat quæſitorem ac Judicem, ſed etiam cogitationum, quæ latent alios, an ſint obliti nominis ipſius, ejuſque religionem abjecerint. Nec negligit Deus, nec ignorat quidpiam.

Convenire conſtantiam iſtam pietatis veræque religionis Machabæis Theodoretus monet: Baſilius & Chryſoſtomus, gratorum famulorum & domeſticorum eſſe, ut etiam malè affecti dominum ſuum colant. Libera oratione fortiſſimi Martyres Machabæi hoc proteſtabantur ſe tanta *propter timorem Domini* pati *a*, & patrias Domini leges *b*, nec non quia peccaſſent in Deū, * ſcilicet aliis peccatis, & propter iram Dei ad modicum increpantis atque corripientis *c*. De Martyrum noſtrorum infinito numero quid attinet dicere? conveniet id etiam Chriſtianis qui tempore Antichriſti latebunt inter impios. Nam relinquet Antichriſtus *Deus Patrum ſuorum d*, & conabitur omnes ad alieni Dei cultum traducere.

Si obliti ſumus nomen Dei noſtri.) Nominis invocationem divini Euſebius, & gloriationem in fiducia, quaſi videlicet nomen ipſum ſufficeret, exponit: gloriam & potentiam Dei Heſychius per nomen Dei: Ruffinus, honorificentiam: cultum religioſum Theodoretus. *Nomen Dei* crebrò ſignificat Deum ipſum, ut aliàs notavimus. Particulam (*ſi*) Lombardus, Hugo, Thomas, & Ayguanus putant poni pro negatione, Salmeron *e*, pro imprecatione, ita ut ſuppleatur, hoc pacto, *ſi obliti ſumus*, &c. numquam exaudiamur: quia verò non ſumus obliti, digni ſumus quos exaudiat Deus; vel per apoſiopeſim, ut ait Beda, veniant ſuper nos omnia mala. At connexio cum ſequentibus verbis, *nonne Deus requires iſta?* &c. indicat ſimplicem uſum conjunctionis conditionalis. Valentia, *ſi obliti ſumus*, explicat (ſi fuiſſemus) quod faciunt etiam alii Hebraizantes: nec malè.

Et ſi expandimus manus noſtras ad Deum alienum.) *Expanſio manuum*, precantium eſt, & quaſi porrectis auxilium opemq; capere manibus volentium, de qua copioſè actum cap. 1. Actuum Apoſtolorum. Caſſiodorus ea docet exprimi crucis formam, ut quam fronte recipit quis, corporis proprii forma reſtituat. *Deus alienus* propriè idolum quodlibet eſt: extendit Origenes ad alienam de Deo, quamvis vero, cognitionem & notionem. Quaſi Dei cenſeatur obliviſci, & ut alienum invocare, qui minùs rectè de illo ſentit, etiamſi recordetur ac invocet eum. Idola *f* ſæpius appellantur *dii alieni*, & gentes ipſæ ſibi Deos aſciverunt confinxeruntque, à quibus juvari ſe putabant, aut à quibus metuebant. Deus verus ipſemet ſe prodidit obtulitque, manifeſtiſſimus beneficiis ac affectis, Gentes invitis ipſarum diis valida ſubjugans manu & inexpugnabili potentia. Gravi admodum exaggeratione in Pſalmo CXXXVI. *g*, inducitur populus in Babylone negans obliviſci ſe Dei, qui colebatur in Jeruſalem: *ſi oblitus fuero tui Jeruſalem, oblivioni detur dextera mea, adhæreat lingua mea faucibus meis, ſi non meminero tui*: ad hæc conqueritur quoque Deus graviter de hac oblivione *h*.

Nonne Deus requiret iſta?) Hieronymus, *numquid non Deus inveſtigabit iſtud?* Aquila, ἐξιχνιάσει, quod Ambroſius Latinè reddit, *inveſtigabit iſta*. Symmachus, ἐξερευνήσει (*inveniet*) ut eum exponit Ambroſius, aut *ſcrutabitur*. Hoc valet etiam יחקר *jachakar* & ἐρευνήσει. Novit Deus omnia in ſe, inquit Auguſtinus, requirit propter nos. Probat & communi loquendi modo, quo *latus* dicitur *dies*, *triſte cœlum*, quia gaudentes ac triſtes facit: & exemplo ejuſdem Dei, quando quod neſciebat ante Abraham eique manifeſtavit Deus, dictus eſt ipſemet Deus tunc cognoviſſe. Ut ergo quis inveniat ſe ipſum, & gratias agat ei qui fecit ipſum, requirit illum Deus. *Requiſitio* igitur eſt, ut nos nobis ipſis innoteſcamus; ut aliis quoque; ut alii qui nos iniquè perſequuntur, deprehendantur: ut denique iidem puniantur, ſaltem in futuro judicio, ſive poſt hanc vitam. Remigius ultimum indicat. Significat etiam ſæpius *requirendi* verbum cauſſas ipſas expendere, ac ſimul condemnare. Quo pacto bene ſibi conſcii ſolent adverſariis dicere, eſt qui quærat, ſeu requirat, & judicet *i*, Deuſque ait ſe requiſiturum *k*: & homo homini, ſuam apud eum innocentiam proteſtando, aut judicio ſe illius ſubjiciendo, ſe ut requirat, & offert & petit *l*: & qui hoc facturum Deum ſignificat, eadem formula utitur *m*; ille etiam qui ſe putat impunè peccare *n*. Huc ſpectat quòd ſcrutator cordis ac renum Deus vocatur, ut Pſalm. VII. *o*, vidimus, peccati *p*, cogitationum *q*, & fictor omnium cordium, propterea que intelligens omnia opera eorum *r*, quòd item dicitur illuminaturus occulta tenebrarum, & manifeſtaturus *conſilia cordium* ſ: *omnia nuda & aperta oculis ejus* eſſe *t*.

Abſcondita cordis.) Refert Ambroſius ex editione Aquilę *viſiones cordis*, eo quòd videat Deus cor noſtrum, eique cogitationum noſtrarum imago reſplendeat, etiam quæ tenebræ *cordis* appellantur, quibus ut plurimum crimina intelliguntur quæ latent alios, quæque peccatores ſtudioſè celant. Annotat autem idem Doctor cujuſque quidem cor in judicio manifeſtandum à Chriſto, qui dixit *u*, *nihil eſſe occultum quod non manifeſtetur*, tamen multa rectè propter verecundiam premi, ac ne quod cavit Chriſtus *x*, videamur gloriari, fructumque vulgando amittamus; alia quæ nominantur *occulta ſapientiæ y*, *quæ non licet homini loqui z*, ac nec prodeſt etiā fortaſſis audire, ſed illuminabit ea Dominus, quum illuminandorum ſecretorum tempus advenerit *a*. Denique docet videri hoc loco in meliorem partem accipi *abſcondita cordis*, quia de illis eſt ſermo, quos nulla divini cultus oblivio ſeparavit ut alieno Deo expanderent ſuas manus, atque aperire ſuas animas illis noluerunt, quandoquidem (quod poſtea ſubditur) morte afficiebantur pro Dei cultu, totaque die verſabantur in morte. *Abſcondita cordis* Caſſiodorus obſervat hìc eſſe quæ pertinent ad religionis affectum, qui non ſolùm devotione corporis, ſed magis geritur cordis arcano, locum autem totum cum pondere pronuntiandum: quod interrogativa particula (*nonne*) innuit, quoniam graviſſimum eſt apud Dominum ſi in ejus religione peccetur. Remigius explicat *abſcondita cordis* referri ad mala quę populus aut quis alius patitur, videlicet quo animo, quam ob cauſſam, non quia meruerit peccando, non propter bona terrena, ſed quod ſtatim ſubjungitur, propter Deum ipſum. De peccatis Ayguanus copioſè declarat. Certè Adami Evæque exemplo noſtra ſolemus peccata celare, ut Gregor. *b* notat, quod juſtus Job *c* cavebat dicens, *ſi abſcondi quaſi homo* (Hebr. *Adam*) *peccata mea: nec* enim *abſcondens ſcelera ſua dirigitur d*. Peculiari ratione avarus cupiditatem abſcondit tamquam *pecuniam domini e*, imitatus Achan *f*, libidinoſus luxuriam; ſicut ſenes inſidiantes Suſannæ *g*: at non magis abſcondi poteſt quàm *ignis in ſinu* *: *piger* otium veluti *manum ponens ſub aſcella h*: ambitioſus, ſuperbiam: detractor, *labia mendacia i*: hypocrita malitiam ſuam. Rachel idola ſub ſtramentis cameli abſcondębat cui inſidebat *k*. *At non ſunt tenebræ, non eſt umbra*

a Mac. 6. 30. b c. 7. 2. 9. & 20. * verſ. 18. 32. c verſ. 33.

d Dan. 11. 37.

Nomen Dei pro ipſo Deo. e Tom. 1. prol. 7. tractans de conjunctionibus.

f Gen. 35. 24. Exod. 20. 3. Deut. 5. 7. & ibid. crebro. Pſ. 80. 10. & alibi.

g verſ. 5. 6. 8.

h Deu. 31. 15 Jerem. 2. 32.

i 1. Reg. 20. 25 K Gen. 9. 5. Ez. 3. 18. 20. c. 13. 18. Joa. 8. 10.

l Gen. 43. 9. m Deu. 32. 21 n Pſ. 9. 33. o verſ. 10. 1. Paral. 28. 9 Jerem. 17. 10 Sap. 10 Rom. 6. 27. Apoc. 2. 23.

p Iob 10. 5. q Sap. 6. 4. Luc. 5. 22. r Pſ. 32. 15. ſ 1. Cor. 4. 5. t Heb. 4. 13.

u Mat. 19. 26

x c. 6. 1. & ſeq. y Pſ. 50. 8. z 2. Cor. 12. 4

a 1. Cor. 4. 5.

b 28. marg. c. 13. c c. 31. 33. d Pro. 28. 13. e Mat. 25. 18 f Joſ. 7. 11 g Dan. 13. 16 * Prov. 6. 27. h Pro. 19. 24.

i Prov. 10. 18

k Gen. 31. 34.

umbra mortis, ut abscondantur ibi qui operantur iniquitatem a. Lege dicta Psalmo XXXI.

Hinc porro satis probabiliter elicitur, Angelos non solùm re ipsa non cognoscere cogitationes & affectiones mentis humanæ, certò ac ut sunt in se ipsis absque revelatione divina per vires suas naturales; sed nec posse nisi per eamdem revelationem; quidquid hac de re contra sensisse videantur Durandus *b*, qui de facto concedit istam cognitionem: & Scotus *c*, Ocham *d*, Gabriel *e*, qui ajunt impediri à Deo: & B. Thomas *f*. Ægidius *g*, ac alii apud Ariminensem *h*, qui volunt cognoscere in communi, nempe an quis de homine cogitet, aut hominem amet oderitve, sed non in particulari; utrum Thomam vel Philippum: nec Argentinensis *i* admittenda opinio, cognosci ab Angelo cogitationes secundùm simplicem apprehensionem: non verò secundùm assensum & dissensum: non Enrici *k*, quantum ad substantiam illorum, sed non quantum ad finem, unde oritur præcipuè bonitas malitiaque: non Hervæi *l*, qui de substantia pariter affirmat, sed non de moralibus circumstantiis. Scripturæ ac Patres eam cognitionem ut omnino propriam Deo tribuunt, & omissis aliis id perspicuè preseferunt illa verba *m*. *Ego sum Deus, & non est ultra me Deus, nec similis mei: annuntians ab exordio novissima, & ab initio quæ nondum facta sunt, & n, quæ ventura sunt, annuntiate nobis, & scimus quia dii estis vos.* Ratione demonstrari posse aliqui * negant: nostra nunc non interest alibique *o* differuimus de hac re.

Quoniam propter te mortificamur tota die.) Particula prima vel ætiologiam continet: vel ut sæpe alias non reddit rationem, sed additur connexionis gratia, nec non ad asseverandum. Hieronym. *p*, *mortificati sumus*: in Psalterio Romano & apud Arnobium, *morte, afficimur*: in Psalterio Gallicano sive Ambrosiano, *morte, affligimur*: Cyprianus *q*, & August. *r occidimur*. Ambrosius ex Aquila *in te morte afficimur*: explicat autem Ambrosius in Christo, mori, quòd arduum sit, sed gloriosum, & in ipso mori qui pro ejus nomine sacra passione coronentur. Tradere potest etiam Catholicus corpus suum ut ardeat, sed sine fructu, quia sine charitate *s*, ut Augustinus observat: & extra Ecclesiam occidi pro suo errore Hæreticus potest. Ruffinus idem dicens, usurpat sententiam qua utitur alibi Augustinus *t*, Cyprianusque *u*, quòd *martyrem non facit pœna, sed causa*, id etiam à Petro *x* significatum; *quæ enim gratia est si peccatores & colaphizati suffertis? sed si benefacientes & patientes sustinetis, hæc est gratia apud Deum, in hoc enim vocati estis*. Similis adhuc apud eumdem alia sententia est *y*. Legenduque præterea Chrysost. *z* Cyrillus *; Tertullianus *a*. Subdit Ruffinus & mortificationem non pro corporis occisione tantùm sumi, sed quando pro amore Dei, vitia resecantur, & quod Paulus *b*, qui citavit præsentem locum, de priore mortificatione scripsit, mortificantur *c membra quæ sunt super terram, fornicatio, immunditia, luxuria*, incessanter se affligendo, carnem jejuniis macerando, culpas lacrymis lavando, vitia extinguendo. Idem placet Cassiodoro, qui vim facit in mortificatione, quæ dicitur fieri *tota die*, quod inquit non momentaneam mortem, sed per universum vitæ tempus protractum fidelium declarat exitum. Responderi posset, *quotidianam mortificationem* significare quotidianas & continuas ærumnas, quæ mortem videantur afferre, aut libenter commutarentur cum ipsa morte. Dorotheus *d* eodem sensu exponit præsentem locum, aitque, hac ratione exhiberi Deo *hostiam viventem, sanctam e*, &c. nam victima ad sacrificium ducta, inquit illico mactatur & moritur: sancti autem viri dum primitias viventes se ipsos offerunt quotidie Domino, sacrificant imitantes Christum, qui pro nobis mortuus est, renuntiantes desideriis carnis, oculorum superbiæ, crucifigentes sibi mundum, & se de mundo, & carnem cum vitiis & concupiscentiis, ut non vivant ipsi in se ac per se, sed in ipsis Christus. Citat ibidem Nazianzenum. Majoris sæpe meriti in Dei oculis est mortificari quàm mori; quia mors martyrum tanto erat pretiosior, quanto ante mortem pœna productior, ut ait Hugo ait Alensis, probato Ricardi Victorini testimonio, qui de mortificatione differens, comparat cum martyrio *f*. Martyria quotidiana piis non deesse, quamvis absque morte, hoc loco Petrus Cantor Parisiensis, & præterea aliis locis Hieronymus *g* docet: Augustinus *h*, Climacus *i*, Gregorius *k*, Bernardus *l*, Chrysostomus *m*, Monachum Climacus *n* appellat (perpetuum naturæ violentiam,) & Cassianus *o*, finem ejus esse mortificare & crucifigere omnes suas voluntates: & Antiochus *p* Monachus, voluntatem propriam exscindere; perinde ait esse ac si proprium fundas sanguinem, atque imputari pro victima. Chrysostomus *q*, Jobum innumeris infinitisque martyribus comparabilem fuisse scribit per patientiam. Omnes tractatores de perfectione vitæ spiritualis, hoc argumentum de mortificatione prosequuntur, & extant recentium auctorum tractatus, ut Ariæ ac Fabii nostrorum; Gretseri libro ultimo de cruce qui est de cruce spirituali. Legendus etiam de antiquioribus Dacrianus Abbas in speculo Monachorum. Mortificatio ista tum interior, tum exterior per aut ultro susceptas aut illatas pœnas propter Deum debet esse. Sic etiam Paulus utens hoc testimonio *r* subdit *s*. *Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio an angustia*, &c. Et hoc sibi quoque voluit noster David Psal. CXIV. ut ibidem observavit Basilius, quando cum initio dixisset, *dilexi*, nempe Deum, omnium quæ expetenda mihi veniunt supremum, cujus unius gratia in me recepti hasce afflictiones cum gloria tolerandas, subjunxit, de doloribus mortis, periculis inferni, tribulatione, sciens quod hæc toleraret pro tuenda pietate, proque sui certaminis spectatore & arbitrio præmiorum universorum Domino. Mortificant se multi propter Diabolum, hoc est, sese illi tamquam Victimas offerunt, maximè per luxuriam: irretitus enim à meretrice sermonibus & blanditiis labiorum protrahitur, sequiturque eam quasi *bas ductus ad victimam t*: per avaritiam, *Victimas* declinando *in profundum u*: per superbiam, inobedientiam, hypocrisim, cujusmodi fuit Saulis sacrificium *x*. Sufficere deberet ad excitandum mortificationis ac patientiæ studium, scire quod propter Deum suscipiatur, qui multo pluris apud nos debet esse quàm vel esse generum regis *y*, vel virum Rachelis *z*. Requirit præputia Philistinorum *a*: æstus ac gelu tolerandum, insomnesque noctes, & *præ amoris magnitudine* pauca parvaque videri omnia debent mala *b*. Subtiliter Augustinus *c*, angustias multas eum docet pati qui vult rapere res alienas, persecutionem, timendo pœnam, æstuando in rapinam, famem tolerando, nocteque vigilando, dum acquirit & facit lucra: nuditatem, dum negotiando de naufragio nudus evadit, iterumque tamen navigat ad periculum: gladium, quia quum capitale criment sit falsitas, tamen comitatur hæreditas, ac potest avarus auro dicere, *propter te occidimur tota die*. Crux ferenda quotidie Christum sequi volenti *d*, immo semper Pauli exemplo mortificatio Jesu Christi in corpore nostro circumferenda *e*, periclitandum omni hora moriendumque quotidie *f*. Ipsimet Philosophi, ut Plato, teste Macrobio *g*, duas mortes hominis noverant, quarum unam natura, alteram virtutes præstarent.

Tota die.) Jam prius dixi hæc idem valere quod quotidie, & continenter. Ambrosius mysticè *mortificari tota die* sumit, ut in luce semper quis manens renovetur, nec umquam, versetur in nocte tenebrisque. Moritur ærumnis homo exterior, interior innovatur de die in diem.

Æstimati sumus sicut oves occisionis.) Psalterium Romanum præponit, &, Ambrosianum & Cassiodorus habent, *ut oves*, Hieronymus, (reputati sumus, ut grex occisionis,) Augustin. *deputati sumus velut oves occisionis*, Cyprian. *h*, *æstimati sumus ut oves victimæ*, non de victimis dumtaxat, sed de quacumque alia de causa, occisis ovibus intelligit etiam in macello, & à laniis, quemadmodum vers. 12. *dedisti nos tamquam oves escarum*, ut ibidem diximus. Verbum Hebræum שפה *tauah*, unde nomen שכתה *tiuehah* significat *occidere* & *jugulare*, ac præterea *immolare*, & *sacrificare*, quod magis propriè valet זבח *zauah*, & inde nomen זבחה *ziuchah*, Isaias *i* Christum ducendum vaticinatus est tamquam *ovem ad occisionem* לשכת *latteuah*. Tales qui Christum imitantur missi quoque ab ipso sicut *oves in medio luporum k*, ut citato priùs versu docui. Jerem. * distinguit *gregem ad victimam*, &, *in diem occisionis* רמנחת *letinecah* & חרגה ליום *leiom haregah*, quamvis occisionem sacrificii & sanctificationis, hoc est, destinationis ad sacrificium, intelligat. Similitudine *ad oves macelli* Cajetanus ait denotari non solum patientiam ovis fidelium, sed etiam neces-

a Job. 34. 21 Angeli ut cognoscant cogitationes & affectiones mentis humanæ.
b 2. d. 3. q. 4. & 8. & d. 8. q. 5.
c 4. d. 10. q. 8. ad 3.
d 2. q. 20.
e 2 d. 9. q. 2. a 2. lect. 31.
f can. Missa. 1. q. 8. de ver. ar. 13. ad 2. Controversiæ Argent. opinio.
g lib. de cognitione Angel. q. 11.
h 2. d. 10. q. 1. a. 1. 2 d. 7. q. unica a. 2.
k quodlib. 3. q. 3.
l 2 d. 8. q. 3.
m Isa. 46. 9.
n Isa. 42. 23
* Vasqu. 1. p. disp. 208.
o Act. 1. 24. & disp. de Angelis.
p hic & ep. 27.
q de exhor. Mart. c. 6.
r Ser. 50. de S. Arduum in Christo mori sed glorioſum. Catholicus corpus tuum ut ardeat quo modo sine fructu tradere potest
s Cor. 13. 3.
t Ser. 50. de sanct. in Ps. 34. & 68 p. 503. contra Cresc. c. 47.
u exhort. ad martyr. c. 8.
x 1. ep. 2. 20.
y c. 6. 15. 16.
z or 1. cont. Judæos.
* 6. cont. Jul. al. ad mart.
a Rom. 8 36
b Colos. 3. 5.
d doctr. 22.
e Rom. 12. 1. Majoris sæpe meriti in Deo oculis mortificari, quàm mori.
f in Cant. c. 34.
g ep. 27. Monachus perpetua naturæ violentia.
h ser. 250. in tem. ser. 32. & 46. de sanct. in Ps. 127.
i grad. 4. k Hom. 35. in Evang. Voluntatem propriam exscindere, perinde ac si proprium fundas sanguinem.
l Ser. 1. de or. sanct. Ser. in oct. Pas. Ser. 30. in Cant, in sent. parv.
m serm. de mar. to. 3. & Hom. ad pop.
n grad. 1.
o Col. 19. c. 8 pin pandect. Seym. 39.
q Hom. 35. ad populum.
r Rom. 8: 13.
s Ibid.
t P. 7. 22.
u Oseæ 5. 2.
x 2. Re. 15. 5.
y 1. Re. 18. 23
z Gen. 29. 10
a 1 Re. 18 25
b Ge. 29. 20.
c ser. 50. de sanct. Angustias multas patitur qui vult rapere res alienas.
d Luc. 9. 35.
e 2. Cor 4. 16
f 1. Cor. 15. 31
g 1. de somnio Scipionis. Hominis duæ mortes Philosophis etiam notæ.
i c. 53. 7.
k Mat. 10. 16
* c. 12. 3.

neceſſitatem ac utilitatem æſtimatam & judicatam à principibus Mundi de illorum occiſione, quàm neceſſarium & utile eſt occidere oves macelli. Si de victima ſacrificioque accipiamus, huc quadrat quod Chriſtus prædixit *a* perſecutores arbitraturos obſequium ſe præſtare Deo, λατρειαν, cujus actus præcipuus eſt ſacrificium: & in Epiſtola ad Romanos *b*, quum Paulus ſcribit Judæorum eſſe obſequium λατρειαν, intelligit de ſacrificiis cunctiſque ceremonialibus præceptis, ſicut & quando jubet rationabile eſſe obſequium noſtrum *c* λογικὴν λατρειαν, de ſacrificio ſpirituali, hoſtiaque vivente, ſancta, Deo placente. Ruffinus vim comparationis in eo attendit, ut martyres ad nihil aliud idonei niſi ad occiſionem viderentur: quum alia ex parte ovina ſint ſimplicitate & innocentia, morſum malitiæ non habendo: & Ægyptiis abominabiles, à Dei populo in honore habeantur & ſacrificentur *d*. Caſſiodorus contemptui raptoribus ovem dicit, quia non cornu valet, non contendit dente, fuga non præſumit, nulla ſe reluctatione defendit. Hoc etiam eſt quod canit Eccleſia,

Cæduntur gladiis more bidentium:
Non murmur reſonat, non querimonia,
Sed corde impavido mens bene conſcia
Conſervat patientiam.

Heſychius ſpectat ſpontaneam oblationem in martyribus, quodque non ægrè ferant, cum manſuetudine quadam ad martyria accedant, non exiliant in ſuppliciis. Euſebius hanc æſtimationem refert non ad interfectores, ſed ad interfectos, qui ipſi ſe, ut oves occiſionis æſtiment, quatenus prompti paratique ſunt ad cædem victimamve pro Dei honore, & proximorum ſalute, ſicut ſe Paulus *e quotidie mori* dicebat, & *immolari ſuprà ſacrificium & obſequium fidei aliorum f*. Non legimus quidem Chriſtianos à Gentilibus mactatos diis, nomine ſacrificii, ſicut anno ſuperiore MDCVII. Mahometani Vincentium Luſitanum noſtrum ſolemniter impiiſſimo apoſtatæ Mahometi ſacrificaverunt, ſed mortificationem iſtam, hoc eſt, interfectionem martyrum ſic *tota die*, hoc eſt, quotidie, factam tanto numero narratur in Epiſtola quæ tribuitur Hieronymo, ac martyrologio præfixa legitur de qua Baronius *g*, ut per ſingulos dies diverſarum Provinciarum diverſarumque urbium pluſquam octingentorum, & nongentorum ſint nomina nominata, & nullus dies ſit, qui non intra quingentorum numerum reperiri poſſit adſcriptus, exempto die Kalendarum Januariarum. Colligitur item ex Gregorio *h*, innumerabilem hunc martyrum numerum eſſe, ſolique cognitum illi qui numerat multitudinem ſtellarum *i*, ad id etiam citat illud ex Pſ. K, *Dinumerabo eos & ſuper arenam multiplicabuntur*: ſicut & Cyprianus *l* ex Apocalypſi 7. *m vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat*. Maximè prolificæ ſunt oves, habentque ventres plures: citò concipiunt implenturque, nempe poſt ternum quaternum coitum, pariunt quamdiu vivunt (vivere vero ad denos poſſunt annos) ac bis etiam in anno ubi cœli clementia & pabuli copia eſt, ſæpeque geminos *n*. Quapropter aptè Martyrum deſignant multitudinem. Simili de cauſſa damnatorum multitudo collata cum ovibus eſt, ut ſicut *oves in inferno* poſiti dicantur *o*, quod nimirum nullum ad cædem animal magis expoſitum propter multitudinem & facilitatem, nullum adeo conſtipatum confertumque. Pinguiores oves ad macellum & cædem ſeliguntur: ita meliores perſequitur Diabolus munduſque, *potentiores* in inferno *potenter tormenta patientur* p.

a Ioa.16. 2.
b c. 9. 4.
c 12. ec.
d Exo. 9.23.
e 1. Cor. 15. 31.
Vincentii Luſitani immolatio.
Martyrologium. g Traſt. de martyrol. c. 5. & 7
h Ho. 27. in Ev. & l. 7. Ep. Ep 29.
i Pſ. 146. 4.
k Pſ. 138. 9.
l de exhort. martyr. c 6.
m verſ. 9.
Ovium prolificatio.
n Ariſt. 6. de Hiſt. anim. c. 9.
o Pſ. 48. 15.
p Sap. 6. 7.

Verſ. 23.) Exurge, quare obdormis Domine? exurge, & ne repellas in finem.

Verſ. 24.) Quare faciem tuam avertis, obliviſceris inopiæ noſtræ: & tribulationis noſtræ?

QUia hoſtium noſtrorum tantus in nos bacchatur furor, ſæviunt rabie tanta ferociaque, & quoniam perſpecta tibi ſatis innocentia noſtra, ſinceritas, Æquitas, ac bonitas cauſæ, jam tandem excita exereque potentiam tuam. Cur adhuc dormienti ſimilis à tua nos cura, providentia, auxilio abjicis? quare tamquam iratus indignatuſque avertis benignos illos tuos ac faventes à nobis oculos: & perinde ac ſi noſtri te penitus cepiſſet oblivio, nullam habere deſolationis & afflictionis noſtræ rationem videris? Hoc de te noſtri ſibi perſuadent adverſarii; nos certè, ut id dubitemus, nonnullam nobis cauſſam ſuppeditari à te poſſumus aliquo modo exiſtimare. Ambroſius ait videri Apoſtolos tunc iſtos dixiſſe verſiculos, quando Chriſto in navi dormiente, tempeſtatem fluctuum formidantes excitaverunt eum, ut formidinem propulſaret *q*: qui dormiens & ipſe non ignorabat, ſed virtute vigilabat, ac providentia, & illa ſpecie ſomni dormire ſe mundo huic, Apoſtolis verbum Dei demonſtrabat. Exponit ad idem quoque propoſitum, Jonæ ſomnum in navi, demerſionem in mari, liberationem ex ventre Ceti *r*, de Chriſti ſomno, morte, reſurrectione. Auguſtinus Martyrum hìc ait voces eſſe qui, quum ſciant quòd *non dormiat* nec dormit *qui cuſtodit Iſrael ſ*: clament non pro ſe, verùm pro perſecutoribus, iiſque omnibus qui non credunt Chriſtum reſurrexiſſe, ſed adhuc dormire: martyres porro exauditos quoniam factum eſt, ut dum moriuntur & iſta dicunt, & dormiunt & excitant Chriſtum mortuum dormitationibus eorum, ideſt mortuum mortibus eorum qui ſunt membra ipſius, Chriſtus ſurrexerat quodammodo in Gentibus, ideſt, creditus fuerit reſurrexiſſe; ita verò paullatim & illi credendo converſi ad Chriſtum fecerint numerum magnum quem timerent perſecutores, & ceſſarent perſecutiones. Imitantur alii Latini Auguſtinum, etiam ille qui Hieronymi nomine circumfertur. Cajetanus orationem interpretatur pro Eccleſiæ pace, ut fides Chriſtiana poſſet publicè prædicari ubique: quod, inquit, dilatum eſt uſque ad Conſtantinum, & pro acceleratione glorificationis corporum, quam indicat, inquit, verbum *redimendi* ſive *liberandi* in ultimo verſu Pſalmi. Is qui Ruffinus dicitur univerſè declarat hunc locum; & ſomnum illum Chriſti, de Eccleſia quæ nunc laborat in mundi hujus periculis, tamquam in fluctibus maris: quamdiu permittitur quis laborare, nec eum Deus juvat, incertum eſſe utrum hoc ſit ex ira aut ex miſericordia, utrùm velit ad tempus probare & corrigere, an ex toto relinquere; propterea quæri quare *obdormiat dominus*, non quærendo, ſed deprecando, ut ſi deſerit Deus, non repellat, ſi velit, ut tribulemur, non velit, ut frangamur: ſi permittat, ut tentemur, non ſinat, ut pereamus. Idem ferè dicit auctor operis imperfecti *t* explicans Chriſti dormitionem in navi: videri autem Davidem ex perſona Apoſtolorum ſuſcitantium Dominum ita hìc locutum, Hieronymus *u* dormientem ſibi excitari Deum ab eo dicit, qui pœnitentiam agens, non dat *ſomnum oculis, neque dormitationem palpebris*, ut liberetur *quaſi damula*, de caſſibus, & *ſicut avis ex laqueis x*. Qui Auguſtino adſcribitur in Tomo 4. liber de eſſentia divinitatis, eſt verò Eucherii Lugdunenſis de formulis ſpiritualis intelligentiæ; *dormire Dei* de morte Chriſti accipit: & quum fides inter proſpera mundi in quorumdam fidelium corde non vigilat, hancque dormitionem in ſe ſignificaſſe Salvatorem in navi: & quando Deus electis in tribulatione poſiti tardiùs ſubvenit, idque hoc loco ſignificari. Verus Auguſtinus *y*, in corde noſtro docet ſomnum Chriſti eſſe oblivionem fidei. Dionyſius *z* divinum ſomnum tradit eſſe ſecretiorem Dei ab iis quæ providentia gubernantur & communitatis privationem: vigiliam, providendi iis qui inſtitutionis & ſalutis indigent, attentionem.

q Mat. 8. 25.
r Jonæ 1. 6.
ſ Pſ. 120. 4.
t Hom. 25. in Matt.
u in c 7. Amos.
x Prov. 6. 5.
y Tract. 49. in Ioan.
z Ep. ad Tit. in fine.

Exurge, quare obdormis Domine?) Hieronymus, *conſurge, quare dormitas Domine*: & alibi *a*, *ſurge, cur dormis Domine*, vel, *b*, *exurge, ut quid dormis Domine?* in ſecundo loco monet, necnon Chryſoſtomus *c*, quod eſt per ſe ſatis apertum, iſta hiſque ſimilia de Deo dici ἀνθρωποπαθῶς. Obſervat præterea Hieron. quod eſt apud Jeremiam *d*, *quare futurus es velut vir vagus, ut fortis qui non poteſt ſalvare?* à LXX. ſic redditum: *numquid eris quaſi homo dormiens & quaſi vir qui ſalvare non poſſit?* μὴ ἔσῃ ὡσεὶ ἄνθρωπος ὑπνῶν, ἢ ὡς ἀνὴρ ὃς οὐ μὴ σώζῃ; ubi ſimilitudinem, ait, ponunt & non rei veritatem: quòd his videatur dormire quos deſerit. Notantur eadem de loco Jeremiæ, deque iſto noſtro à Cyrillo Alexandrino *e*.

a in c 14. Jer.
b Præf. in l. 13. Iſa.
c Serm. de Trin. To. 5.
d c. 14. 9.
e in Oſe. c. 12. v. 1.

Symmachus apud Eusebium in hoc Psalmi loco ἵνατιὼς ὑπνώεις δέσποτα, *quare sicut obdormiens es Domine?* Chaldaicè eodem pacto exprimitur particula comparationis, sed pro, *exurge*, est, *invalesce: invalesce Domine, quare eris sicut homo qui dormit*, יוּלַמָּה רְתָא כְגוֹר רְטִיק אֶתָּן בַּר *ith gabbar lehoua lemah thehe chiguar damich.* Utuntur & poetæ profani hac dicendi forma. Sic Homerus *a* nuntium Jovis Deum somnii loquentem facit cum Agamemnone,

a Iliad. 2.

Εὕδεις Ἀτρέος υἱὲ δαΐφρονος ἱπποδάμοιο;
Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα,
Ὧι τε στίχες πίσυνοι, καὶ τόσσα μέμηλε.
Dormis Atrei juli periti domitoris equorum?
Non oportet totam noctem dormire consilia dantem virum:
Cui populi commissi, & tanta cura sunt.

Ad eumdem propè modum expostulant etiam justi cum Deo, quem certo sciunt rerum omnium curam providentiamque gerere. Verum & peccator idem facere potest, sed si melioris consilia vitæ repetat: nam in flagellis positos, ut scribit Gregorius *b*, flagellis digna committere, contra ferientem est specialiter superbire, & sævientis acriùs iracundiam irritare; atque est primum genus dementiæ, nolle quempiam à malis suis justè quiescere; & Deum injustè à sua velle ultione cessare. Non molestè fert Salvator, inquit Cyrillus *c*, infirmorum preces cum objurgatione quadam & murmuratione, nam quemadmodum ploratu necessaria sibi alimenta infantes flagitant, & hoc modo mater ad fovendos filios suos provocatur; sic conquestuosus, objurgationisque plenus clamor ad Deum (si ab infirmis adhuc & infantibus in habitu virtutis sit) petitionis locum retinet. Dormit securè, cujus cor vigilat in Deo, illique innititur: Jacob fugiens fratrem *d*, Elias Jezabelem *e*, Jonas dum trepidant Infideles *f*, Petrus in carcere *g*, Adam adhuc innocens *h*, Abraham justus *i*, dormit somno profundo. Somnus reprehensionem aliàs meretur in illo præsertim cui præcipitur custodia de nocte *k*, & ut sit vigilans atque confirmet *l*. Simon ea de causa unus à Christo reprehensus est *m*, eique futuræ oscitantiæ in Christo negando, vigilantiæ symbolum latus galli cantus *n*: Christo ipsi dormienti in navi ab Apostolis, cum quadam exprobratione dictum est. *Magister o non ad te pertinet, quia perimus?* Dormiebat falsus Deus Baal, ut ejus sacerdotibus exprobrabat Elias, *p* Christus ex quo cœpit hic degere, non habens ubi caput reclinaret *q*, dormiens in navicula super lignum *r*, & super crucem ipsam, non adeo profundè dormit, facilisque excitatur: in ipsa cruce subitò latronem exaudivit, eique Paradisum promisit *s*.

b l. 8. Ep 41.
c l. 3. in Joa. c. 54
d Gen. 27. 11.
e 3. Reg. 19. 5. & seq.
f Jonæ. 1. 5.
g Act. 12. 6.
h Gen. 21. 22
i Gen. 25. 12
k Isa. 21. 11.
l cit at Am. l. 1. in Luc. ex edit. LXX.
m Marc. 14. 37.
n Ibid. vers. 30.
o Matt. 4. 38.
p 3 Reg. 18. 27.
q Luc. 9. 58.
r Marc. 4. 38.
s Luc. 23. 43

Exurge.) Hieronymus, *evigila.* Græcè primo loco est ἐξεγέρθητι secundo ἀνάστηθι. Symmachus secundo ponit ἐξύπνισον, ut refert Eusebius. Chrysostomus id etiam ait ab aliquo usurpari in primo, vel ἐξυπνίσθητι, *evigila* sive *expergiscere*. Hebræum primum verbũ est עוּרָה *hhurah*, secundum הָקִיצָה *hakitsa*. Rectè redditum eodem modo utrumque, potuitque verti *evigila*, & *expergiscere*, quæ synonyma sunt, Chaldaicè habetur simile verbum Hebræo primo, אִתְעַר *ithhar*. Tuccius *t* Hebræum hujus loci exponit *æstua*, excandesce, incendere ira, vindica sanguinem nostrum; & hunc esse martyrum sermonem postulantium quodammodo vindictam sanguinis sui. Nullum potest ille aliud exemplum scripturæ proferre, nec alium, ut puto auctorem, qui de tali notione istius verbi sic sentiat: quamvis verum sit קִיץ *kaits æstatem* significare, & קַץ *kats æstuare*, non tam facilè recedendum à communibus sententiis.

t in Cant. ann. de gemmis.

Et ne repellas in finem.) Hieronymus, *quare projicis in sempiternum*: pro μὴ ἀπώσῃ, Symmachus habet μὴ ἀποβάλῃ *ne abjicias.* Chaldæus, *ne obliviscaris* לְאַחְתְּנָשׁי לָנֶצַח *thithhnese lanetsah*, non, in finem vel in sempiternum, ut alii, sed ad triumphum, *æstua, nequaquam ad triumphum*, hoc est, inquit, ne tardes, vel proroges ultionem, sicut qui potius victoria, reges hostes in bello captos non trucidat, sed asservat, ut captivos in triumphum ducat, tum postea necaturus. Ferri hoc magis potest, quia נֶצַח *netsach*, *victoriam* significat. Sed pro triumpho qui post victoriam est, non ita reperio. Si loquuntur Marathyres, petunt rem non differri usque ad mundi finem vel diutiùs.

Quare faciem tuam avertis.) Hieronymus, *abscondis*, quod propriè significat תַּסְתִּיר *thasthir*, & ita exposuit Symmachus verbo κρύπτεις, pro ἀποστρέφεις, testis Eusebius, & Ambrosius, de Aquila, ad eumdem modum Apollinarius;

Ἔγρεο, μηδέ σ' ἔδωεν βλεφάρων ἀπὸ νόσφι πέλασσης.
Exurge, neque à tuis palpebris procul repellas.

Deum avertere faciem suam quid sit.

De formula ista egimus alibi, quid nempe sit Deum *avertere faciem suam*, nempe, quod Ambrosius hic docet copiosè, quando dum sumus constituti in afflictione, videntur nostro aspectui tenebræ offundi, quibus impediri fulgorem veritatis oculis haurire nequeamus. Confirmat, quòd soleamus vultu quemlibet dignoscere tamquam qui plus refulgeat ceteris membrorum partibus, & ita Deum qui dixit de tenebris lumen splendescere, illuxisse in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei in facie Christi Jesu *u*, qui nimirum est fulgor æternus animorum: sic etiam claudo Petrum dixisse *respice in nos x*, fideique claudum gratia illuminatum, quia non accepisset remedium sanitatis nisi fideliter credidisset; sic Zachæum dum vidit Jesum, lumen invenisse *y*. Addit Ambrosius, & placet Valentiæ, innui desiderium Incarnationis adventusque Christi, qui est vultus Patris, imago & gloria Dei *z*. Denique vult designari claram Dei visionem, quæ conceditur beatis, interim signatum in unoquoque nostrum lumen vultus Dei esse *a*, & in singulis rebus creatis faciem ejusdem admotam; quam si avertat, turbentur, deficiant, in pulverem nihilumque *b* revertantur. Chaldaicè hoc loco, *quare majestatem tuam aufers?* שְׁכִינְתָּר *schechinethach*. Fortassis exules intelligunt de arca & propitiatorio ubi Deus faciem suam seque ipsum peculiari quadam ratione manifestare censebatur. Sed Chrysostomus rectè *faciem* sumit pro protectione, providentia, cura, auxilio.

u 2. Cor. 4. 6.
x Act. 3. 4.
y Luc. 19. 4.
z Heb. 1. 3.
a Ps. 4. 7.
b Ps. 101. 3.

Obliviscaris inopiæ nostræ, & tribulationis nostræ.) Hieronymus, *afflictionis & angustiæ*. Symmachus, loco πτωχίας *inopiæ*, posuit ἀκώσεως ut Eusebius meminit: sed Ambrosius pro *tribulatione*, quæ est θλῖψις, ait posuisse *afflictionem*, quam scilicet significat κάκωσις, tribuit scholium eidem vocem κακουχίαι alteri κακίαι. Chrysostomus refert alium usum esse nomine (miseriæ.) *Inopiam* & *tribulationem* in accusandi casu legunt Ambrosius, Augustinus, Cassiodorus, Psalterium Romanum, Euthymius monet per *inopiam* significari molestiam & passionem: valet hæc omnia Hebræum vocabulum עָנִי *hhoni* & לָחַץ *lachatz*, *oppressionem*: *inopia* verò & πτωχεία ope opibusque destitutum important, atque calamitatibus omnibus expositum & obnoxium. Idem Chrysostomus notat hìc non in medium proferri rectè facta, animum firmum, & similia, quæ solent hi qui se defendunt, sed ea quæ illi qui auxilium implorant tamquam jam condemnati; quasi dicant, satis jam se pœnarum dedisse, Quod subjungit, hos, ac ut vindicat etiam, Prophetas alios usurpasse tales sermones; quum nihil adhuc scirent, nec de gehenna, nec de regno, intellige per exaggerationem, & facta comparatione cum notitia quæ de rebus istis habetur in Testamento novo. *Inopiam* sumit Eusebius pro piis & religiosis operibus, quæ licèt apud eos qui loquentes inducuntur, magna essent, apud Deum inopia ipsa haberentur, idest, parva minimaque; Hieronymus, pro contemptu divitiarum. Cassiodorus autem ait indicari duplicem querimoniæ causam, & quòd soleat Deus inopibus subvenire, utpote cui derelictus dicitur pauper *c*; & quod sic inopiam Christus in aliis amet laudetque *d*, ut ipsemet se inopem vocet: Ambrosius idem tradit. Atqui quod priùs dixi, litteralius est, potestque pluribus ejusdem generis testimoniis comprobari. Tale illud *e*, *citò anticipent nos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis*. Habet id præterea multarum consuetudo linguarum, ut *pauperem* pro calamitoso & ærumnoso usurpent, etiamsi opibus non careat externis.

c Ps. 10. 14.
d Dan. 5. 3.
e Ps. 78. 8.

Pauper pro calamitoso & ærumnoso, etiam si opulento.

Verſ.25.) Quoniam humiliata eſt in pulvere anima noſtra: conglutinatus eſt in terra venter noſter.

EST ſanè quæ urgeat ad expoſtulandum tecum, ò Deus & conquerendum, gravis cauſſa. Jam ita depreſſi proſtratique jacemus, humo ac ſolo affixi, ut ei firmiter adhæreſcere venter videatur: ut de vita propemodum deſperantibus nil aliud ſuperſit, quàm, ut quos conculcant & obterunt hoſtes, ſit mortuos affigant terræ, ut inde commoveri ampliùs nequeamus; ſed & ipſimet mœſti ac ſupra quàm dici poteſt afflicti, procumbimus ad te ſupplices, proni, ſtratique in terra, & quanta maxima poſſumus animi corporiſque demiſſione ac dejectione humillimè enixiſſimèq: planè nobis neceſſariam opem & auxilium flagitamus, ac imploramus, non hinc ex iſto ſolo ſurrecturi erecturive nos, niſi tu ipſe nos tuamet manu alleves, præſentique auxilio tuo jubeas erecto atque excelſo tum animo eſſe tum corpore. Hic ſenſus litteralis magis diſtinctè per partes declarandus, adjectis poſtea breviter myſticis expoſitionibus.

Humiliata eſt in pulvere anima noſtra.) Aquil. κατέκυψεν, *procubuit*: Symmach. κατεκάμφθη, *incurvata eſt*, quo etiam pacto Hier. hanc vim habet שחה *ſcachah*, nempe *incurvari & humiliari*: ſe ipſum humiliare & incurvare: unde in *hithpahhel* השתחוה *hiſthachauah* eſt corporis proſtratione reverentiam exhibere; quod προσκυνεῖν, Græci dicunt, Lat. *adorare* vel etiam *ſupplicare*. Anima totum hominem hìc alibique ſæpè denotat, vel certè vitam & partem ſenſitivam, ratione cujus dicitur quoque *humiliari anima in jejunio* a. Ergo aut ſenſus eſt de humiliatione ab hoſtibus facta, aut de ea quam ſupplices ſponte ſuſcipiunt. Pro hoc ſecundo ſenſu facit mos vetus ſupplicum procumbendi; quaſi dicas plicandi flectendive ſub illius conſpectum ſe, aut genua, quem reverenter ac demiſsè deprecentur: vel etiam ſalutandi humum vultu feriendo, ſive contingendo. Ideſt quod Pſalmo ſcribitur LXXI, *b Coram illo procident Æthiopes, & inimici ejus terram lingent*: & apud Iſaiam *c*, *Vultu in terram demiſſo adorabunt te, & pulverem pedum tuorum lingent*: & in Threnis *d*: *ponet in pulvere os ſuum, ſi forte ſit ſpes*. Chaldæus addit *& proſternetur coram Domino ſuo*. Confirmat eumdem ritum Roa *e* noſter exemplis teſtimoniiſque profanis. Quia verò hi, quibus eâ ratione alii ſupplicabant, ſupplices ac abjectos ſibi, tollebant & interdum honorificè collocabant, ita ut id non facere impium haberetur, ut idem auctor demonſtrat, & indicant verba Cantici Annæ, *ſuſcitat* f *de pulvere egenum*, cui ſunt in Pſ. CXLI. *g* ſimilia, idcirco ſatis aptè hic totus locus præſens explicatur quaſi ſit ejuſmodi querimonia. Terram ipſi ò Deus corpore ſtrati ſupplicanteſque vertimus, quare communi pietatis legi ac tuæ ipſius pietati non ſatisfacis? Quum Piſo humi jaceret proſtratus, ut os ejus cœno repleretur, totam quæſtionem à ſeveritate ad clementiam & manſuetudinem tranſtulit. Valer. Max. *h*. Inducit Neſtoris filium Homerus *i* lugentem, caput ſibi pulvere deturpantem. Lege Origenem *k*. Quid ſi humiliata in pulvere anima hic denotet exulum captivorum arctum ſubterraneum carcerem & ergaſtulum, in quo jacendum humi eſſet, in nudaque terra? Præterea denotant iſta ſummum diſcrimen, ut nil propius ſit quam ut moriatur quis, inferatur ſepulchro, redigatur in pulverem (qui dicitur etiam *pulvis mortis l*) ut non poſſit humiliùs viliùsque dejici: ſed ſubſternatur pedibus & conculcationi hoſtium ſuorum. Baſilio & Chryſoſtomo placet deſignari ſimilitudinem cum mortuis. Proximè huc accedit comparatio ducta ab iis qui lethaliter percuſſi, hærent in terra quanti ſunt, diſtenti, affixi, attoniti; Antiochi tempore Judæi tum cinerem imponebant ſupplices ſuper capita *m*, tum ſedentes in deſertum locum, vitam inter feras in montibus agebant, fœnique cibo veſcebantur *n*, ac proinde humi quoque procumbebant, ut obſervant Lyranus, Trevetus, Ayguanus. Porro Cajetanus etiam ad litteram *incurvationem*, ſeu *humiliationem animæ in pulvere* de ſummis animi afflictionibus accipit, ut ignominia, confuſione, irriſione & ſimilibus: *adhæſionem ventris in terra*, de illis quæ ſpectant ad corpus, ut igne, gladio, feris, & tamquam ſecundum utramque partem non ſit locus inferior in quem poſſit quis profundiùs incurvari, humiliari, dejici, ac plura pati. Similis dicendi forma Pſ. CXVII. *o*, *adhæſit pavimento anima mea, viviſica me ſecundum verbum tuum*. Sed & in hiſtoria Machabæorum *p* narrantur aliqui rogaſſe Dominum proſtrati in terram, quod Græcè ſcribitur, πεσόντες σπίσθιον, *cadentes* ſeu *proſtrati in ventrem*. Caſſiodorus accipit de ritu quo pœnitens involvit ſe pulvere, aut ſuper ſe cinerem ſpargit, longaque oratione proſtratus, tota corporis effuſione tenditur. Hilarius in Pſ. CXVIII. prior jam ſic de aſſiduitate orationis intellexerat: Id factitavit Chriſtus procidendo in faciem, dum oraret *q*, ſeu procidendo ſuper terram *r*, quum prius genua poſuiſſet *ſ*: & Tobias cum familia, *proſtrati per horas tres in faciem benedixerunt Deum t*. Hac de re actum aliàs; videlicet de humili habitu geſtuve orantis & ſupplicantis.

Senſu myſtico Auguſtinus, Hieronymus, Ruffinus, cum pluribus aliis Latinis *humiliatam* exponit *in pulvere animam*, quia perſecutor, ſit pulvis, quem ut in Pſ. I. *u* dicitur, *projicit ventus à facie terræ*. Remigius vult conqueri Eccleſiam de illis qui ſic humiliati ſint per peccatum, ſcilicet ut ſimiles impiis evaſerint, qui citato loco cum pulvere comparantur, Thomas & Hugo idem dicunt: vel etiam qui cogitationes deſideriaque ad res terrenas converterint. Alii de ſordibus plurium peccatorum levium venaliumque interpretantur, ex conſortio cum impiis improbiſve. Origenes deſectantibus prudentiam carnis. Didymus, de voluptatibus & aliis animæ perturbationibus. Iſti ſic vel magis potiùs adhuc ſordidatæ dicitur ab Iſaia *x*, *conſurge*, &c. *excutere de pulvere, conſurge, ſede, ſolve vincula colli tui captiva*, &c. Animæ dicitur, ait Hieronymus *y*, quæ vitiorum polluta ſordibus, candorem priſtinæ converſationis amiſerat, ut excutiat pulverem, (cum Apoſtolis:) qui adhæſit pedibus ejus: illi quoque homini qui portavit *imaginem terreni z*. Confiteri Deo pulverem non poſſe, aut annuntiare veritatem ejus *a*, Avguanus dicit eſſe piam querimoniam, quod videatur Deus obliviſci minuſve curare ſuſceptam ultro humiliationem, cineris injectione ſuper caput, ut fit initio Quadrageſimæ, (de qua nos alibi egimus) declaratam Hilarius ait, conqueſtionem eſſe hic & in Pſ. CXVIII. *b*, *adhæſit pavimento anima mea*, de animæ & corporis ſocietate: ſic verò etiam ab Apoſtolo corpus noſtrum vocatum *corpus* humiliationis noſtræ ſive *humilitatis c*, & Davidem rurſus dixiſſe *d*, *in pulverem mortis deduxiſti me*. Ipſo ſuopte nutu corpus in terram vergit & animam aggravat, ſenſumque deprimit; ideoque tamquam vili hederæ *adhærere* nobis *Deo bonum eſt e*, ut ſic *unus* cum illo *Spiritus* efficiamur *f*. Novit Deus hoc *figmentum noſtrum* *, ſatiſque recordatur quoniam *pulvis ſumus g*. De pulvere lege Plalmum primum *h*. Proprietates ſunt hæ:

Aridus, inſtabilis, ſterilis, levis, innumeroſus, Sordidus, excæcat, pulices facit, imbre lutum fit.

Auctor aperis de ſalutaribus documentis *i*, apud Auguſtinum *k*, applicat Chriſto ſententiam iſtam, ſic loquenti cum humilitate.

Conglutinatus eſt in terra venter noſter.) Hieronym. *adhæſit*, eodemque modo in Pſalm. CXVIII. *adhæſit pavimento anima mea*: ubi tamen quum ſit, ſicut & hìc Hebraicè רפקה לעפר *dauekah lehhaphar*, pro *pavimento* reddit *pulverem*, quem propriè ſignificat עפר *hhaphar*: pro, *adhæſit*, loco utroque Græcum verbum eſt ἐκολλήθη. Plal. Romanum & Caſſiodorus hoc loco & Ambroſius alibi *l* uſurpant, *adhæſit*: Pſalterium Ambroſianum & Auguſtinus, *hæſit*. Vim habet hoc verbum ut fixam quaſi forti glutino compactionem denotet. Præterea quæ priùs dixi, poteſt per iſtam dicendi formulam intelligi myſticè ſaltem animæ conjunctio cum corpore, in quo retinetur per humidum radicale, tamquam per glutinum: vel quod ipſamet ſe anima immodici amoris cupiditatiſque velut glutino admiſcuerit, unde mortis orta cauſſa ſit. Hilarius in Pſ. CXVIII. docet inuui commorationem noſtram miſerandam in hoc ſolo: vel quòd ex terra inſtituti conformatique ſimus, & anima quæ alterius originis eſt, terræ corporis adhæſerit, maximum ipſa certamen ſuſcipiens, ut ſe immanens in eo ab ejus ſocietate divellat, ut tamquam peregrina ejus incolatu utatur, concupiſcere, Deo adhærere, poſtque ipſum: ſed quia meminit ex conſortio ejus nonnullam ſe labem contraxiſſe, orare ut quam-

Anima pro toto homine.

a Pſ.34.13.

b verſ. 9. e c.49.23. d c.3.29. e 4. ſingula. c.1. & 2.

f 1.Reg.2.8. g verſ. 7.

Piſonis humilis ſtatus.

h l.8. c.1. i Iliad. 6. K l. 1. & 3. in Job.

l Pſ.21.16.

Supplicum & afflictorum humiles habitus. m 1.Mach. 3.47. n 2.Mach. 5.27. Scripturæ phraſes.

o verſ.25. p l.1 10.25.

q Mat.26.30 r Marc.14.38 ſ Luc.22.41. t Tob.12.ult.

u verſ.4.

x c.52.1.

y ibid.

z Mat.10.14

a 1.Cor.15. 49.

b Pſ.19.20.

c verſ.25.

d Phil.3.21.

e Pſ 22.16.

f Pſ.72.28.

g 1.Cor.6.17

* Pſ 102.14.

h Pſ.102.24. pulveris proprietates. verſ.4.

i c.10.

K tom.8.

l de parad.

quamvis admixta terrenæ mortalique naturæ, in viam vitæ cœlestis animetur.

Ventris nomine Eusebius interpretatur memoriæ vim, ac sedem mentis, in qua anima disciplinas, præcepta, speculationes congregat, & tamquam susceptis seminibus concipit, editque fructus. *Adhæret* hic *venter in terra*, ut etiam docent Didymus, Chrysostomus, Basilius, Euthymiusque, quando quis terrenis negotiis immergitur, gulæ, fornicationi, blandis aliis voluptatibus adhæresci t, velutique serpens terram comedit: hæc omnia nihil nisi lutum esse pulveremve, præsertim pulchritudinem corporis, quod vel testantur, inquit Chrysostomus sepulchra hominum morbi, senectus. Homines terrena sapientes, nec interiore affectu erectos ad cœlum, serpentino more Ambrosius *a* scribit videri reptare per terram. Davidem personam Adæ suscipiendo, protulisse præsentem sententiam, adhæsisse enim dum configuratus est serpenti, qui pascitur iniquitate terrena. Rursus Didymus per allegoriam accipit Christi corpus in corde terræ jacens, qui sequentibus verbis provocetur ad resurgendum. Bene inquit Hugo *b* de sancto Victore, priùs *anima in pulvere humiliatur*, ac demum *venter conglutinatur in terra*, quia nisi priùs anima vanis se cogitationibus subderet, nequaquam carnis desideria immunda obligarent: sed quia prius anima à vanitate vincitur, postmodum caro ad immunditiem glutinatur.

a *de parad. c. ult.*

b *annot. in Ps. c. 54.*

lemahhan chasdecha, & ita Græcè reddidisse alium testantur Basilius & Chrysostomus, nempe διὰ τὸ ἔλεός σου; quod Aquilæ tribuitur atque Symmacho. Certe celeberrima est fama nomenque misericordiæ divinæ, & hac Deus tamquam magis sibi propria maximè gloriatur. Hoc nomen Valentia dicit esse Jesu sive Salvatoris, quia non est aliud nomen sub cœlo in quo nos *oporteat salvos fieri* e: sed in genere ratio redditur cur Deus exaudire debeat, scilicet ut nomen ipsius divulgetur, cognoscatur, in honore habeatur, ut Ruffino placet: vel, ut Augustino & aliis, quia propria in precibus ad impetrandum merita minimè proferuntur, sed liberalis gratia Dei, à qua sit etiam profectum, ut quod ante dictum est, *non obliviscatur quis Dei: non recedat retro cor ejus non expandat manus ad Deum alienum*, quoniam hæc & alia ejusmodi, nisi ipso adjuvante nemo posset, nisi ipso intus alloquente & exhortante. Denique *nomen Dei* continet attributa omnia illius; ipsummetque Deum, nec non propria quadam ratione personam secundam *Trinitatis*, quæ dicitur etiam *Verbum*, quia dicendo gignitur, & est expressio substantialis notitiæ divinæ per modum substantialis similitudinis, ut aliàs dictum est.

e *Act. 4. 12.* Cur Deus exaudire nos debeat

Vers. 26) Exurge Domine, adjuva nos, & redime nos propter nomen tuum.

OB tantam humiliationem, qua nulla possit esse major, vel ab aliis illatam, vel ultro susceptam, urget Propheta, repetitque pia importunitate eadem preces, ut exurgere tandem aliquando dignetur Dominus, opem ferre, redimere ac liberare, idque non quia meritis debeatur, sed ut potentia, sapientia, bonitas Dei magis innotescat & celebretur, ne amplius illius nomen blasphement infideles, sed timeant ac venerentur. Allegoricè referunt hoc multi ad resurrectionem generalem, atque redemptionem corporum nostrorum, quæ petatur postquam in 13. versu postulatum est, ut resurgeret Christus auctor resurrectionis aliorum.

Exurge.) Hieronymus, *surge*. Aliud Hebræum verbum est קוּמָה *kumah*, quod non ita propriè includit præcedentem somnum dormitionemve (ut Thomas vult) cum evigilatione seu experrectione, sicut illa vers. 13. הוּרָה *hhurah*, & הָקִיצָה *hakitsah*. Meminit Basilius, & Chrysostomus alium legere non ἀνάστα, sed ἔγειρε, & addere ἀντιλαμβανομένοις ἡμῶν, *suscipiens nos*, vel defendens. Pertinet ad moralem sensum notatio Hugonis Cardinalis, aut Alensis quod versu dicto bis repetatur, *exurge* innuere liberationem à culpa & à pœna: vel ut purgemur à peccatis, & detur nobis gratia. Quod autem hic additur, ut liberemur à mundo & ab his quæ sunt in eo, nec non ut conferatur nobis gloria. Præfert etiam acumen quod observat Ayguanus, tametsi non multum soliditatis. Deus, inquit, numquam legitur jacens, quo habitu qui est, latet totus; quia nullus est, qui non sentiat misericordiam ejus, quæ veluti superior pars est, vel justitiam quæ tamquam inferior, quum *superexaltet misericordia judicium* c. Sed legitur sedere, quasi ostendens partem superiorem misericordiæ: occultans inferiorem justitiæ: stare autem censetur & surgere præsertim in judicio, in quo exercebit vindicantem justitiam in improbos, misericordiam in justos, ita ut terra videatur partim tremere, propter priores; partim quiescere, propter posteriores. Quis dicet quòd justitiam declarat magis Deus in hac etiam vita interdum quàm misericordiam?

Deus numquam legitur *jacens*; legitur *sedens*

c *Jacob. 2. 13.*

Domine.) Desideratur Hebraicè, notatque Hieronymus *d* id more solito in Græco additum *redime*, λύτρωσαι *redime*, quasi soluto pretio. Aliud apud Chrysost. ῥῦσαι *erue*, *libera*, &c. Cajetanus, *adjuva*, refert ad hoc tempus, ut multiplicetur Ecclesia in libertate pacis: *redime*, ad futurum tempus à servitute corruptionis quantum ad corpus, & sunt synonyma, & universè sumenda.

d *Ep. 135.*

Propter nomen tuum.) Hieronymus, *propter misericordiam tuam*. Quomodo extat Hebraicè לְמַעַן חַסְדֶּךָ

PSALMUS QUADRAGESIMUS QVARTUS.

1 In finem, pro iis, qui commutabuntur, filiis Core, ad intellectum, Canticum pro dilecto.

2 ERuctavit cor meum verbum bonum; dico ego opera mea regi. Lingua mea calamus scribæ, velociter scribentis.

3 Speciosus forma præ filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis; propterea benedixit te Deus in æternum,

4 Accingere gladio tuo super femur tuum, potentissime.

5 Specie tua & pulchritudine tua intende, prosperè procede, & regna.
Propter veritatem & mansuetudinem, & justitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua.

6 Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent in corda inimicorum regis.

7 Sedes tua Deus in sæculum sæculi: virga directionis, virga regni tui.

8 Dilexisti justitiam & odisti iniquitatem propterea unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.

9 Myrrha, & gutta, & casia à vestimentis tuis, à domibus eburneis; ex quibus delectaverunt te.

10 Filiæ regum in honore tuo.
Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato: circumdata varietate.

11 Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliviscere populum tuum, & domum patris tui.

12 Et concupiscet rex decorem tuum; quoniam ipse est Dominus Deus tuus, & adorabunt eum.

13 Et filiæ Tyri in muneribus vultum tuum deprecabuntur; omnes divites plebis.

14 Omnis gloria ejus filiæ regis ab intus in fimbriis aureis. 15 Circumamicta varietatibus.
Adducentur regi virgines post eam; proximæ ejus afferentur tibi.

16 Afferentur in lætitia & exultatione; adducentur in templum Regis.

17 Pro

17 Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii: conſtitues eos principes ſuper omnem terram.
18 Memores erunt nominis tui in omni generatione & generationem.
19 Propterea populi confitebuntur tibi in æternum: & in ſæculum ſæculi.

TITULUS.

Verſ. 1.) In finem, pro iis qui commutabuntur, filiis Core, ad intellectum, Canticum pro dilecto.

QUid *Canticum* ſit, qui *filii Core*, quid *ad intellectum*, & *in finem*, ex dictis in aliis Pſalmis petendum eſt; reliqua egent expoſitione. Sed ante illam, ponenda lectio editione varia.

In finem, Hebræas voces לאנצח *lamnatſeach*, reddit Hieronymus *victori*: Aquila τῷ νικοποιῷ, *vincenti*, aut, *victoriam facienti*. Symmachus ἐπινίκιον, *triumphus*, aut, *triumphale carmen*. *Epithalamium carmen*, vocat Auguſtinus & poſteriores Latini: Victoriæ autem ratio in ſponſalitio ſive perſponſalitium Chriſti cum natura humana, & Eccleſia, de quo volunt hunc Pſalmum eſſe, ut poſtea dicemus, conſpicitur. Quare minus veroſimilis quorumdam opinio, innui quòd in fine vitæ ac in ſenectute quaſi præceptorem ſe David hic exhibeat epithalamii nuptiarum filii Salomonis, atque tamquam jam bellis defunctus, in hoc Pſalmo victoriam veluti proponat ſibi triumphumque, hoc eſt, ſingularem lætitiam de dicti filii felicitate, & auſpicatiſſimis nuptiis. Sed ad cantum cantuſve præfectum pertinere has voces, non ad argumentum, ſæpius diximus; & ſi talem eſſe hunc Pſalmum non negemus, ut ei conveniat epithetum & *victorialis*, & *epithalami*. Vertunt aliqui, *danti æternitatem*, vel, *effundenti ſanguinem*. Quæ Chriſto congruunt optimè, continenturque ſub verbis editionis noſtræ, *in finem*. An ut apud Gentiles ita fuerint ſuæ apud Hebræos coronæ ac triumphi canenti & pſallenti, neſcio de illis Mercurialis *a*, & Alexander ab Alexandro *b*, aliique.

Minus vero ſimilis opinio.

a 6. *de art. gym. c.* 5.
b *l.* 5. *c.* 8.

Pro iis qui commutabuntur.) Hieronymus, *pro liliis* unde quod addit, *filiorum Core*, quo in caſu genitivo reddidit etiam Symmachus & Aquila, fortaſſis non refert ad lilia, ut dicantur lilia filiorum Core; ſed ad victorem, hoc eſt, ad eum qui cantui præerat, & ſub quo erant filii Core. Aquila vertit ἐπὶ τοῖς χρόνοις *pro liliis*. Symmachus ἐπὶ ῥῳῶν ἄνθων, *pro floribus*. Meminit Baſilius & Nyſſenus *c*, tacitis auctorum nominibus, de iſtis interpretibus. Refert nomina Euſebius, ac Theodoretus, qui Aquilæ Theodotionem adjungit. Citat Symmachum Hieronymus *d*, & hunc cum Aquila *e*: vertunt quid *in proroſis*, ut meminit Valentia. Hebraicè על ששכים *hhalſoſannim*. Quæ vox alibi paſſim exponitur *per lilia*; quaſi à ששׁ *ſeſ*, ideſt, *ſex*: quod ſex conſtet lilium foliis, ea ratione qua trifolium nominatur ſiliorum trium herba: ſed in titulo Pſalmi LIX. ubi eſt in ſingulari numero, & in LXVIII. LXXIX. ubi adhuc in plurali, transferunt etiam LXX. *pro iis qui commutabuntur*, & in LIX. Symmachus & Aquila interpretantur eo modo quo hic. Hiſpani hodieque vocant *lilium* (acucena) quin & à liliorum copia Sufan civitatem appellatam produnt Athenæus *f*, Euſtachius *g*, Stephanus *h* de urbibus Etymologicum magnum, perinde, ut cognominatur à roſa *Rhodus*, *Florentia* à flore. *Suſinum* præterea unguentum vocatur, cujus materia de liliis præcipua *i*.

c Tract. 2 in Pſ. c. 4. d Ep. 140. e in c. 48. Enoc.
Lilium conſtans ſex foliis unde dictum in Hæbræo.
Sufan civitas à liliorum copia ſic vocata.
f *l.* 12.
g in Dion. 5. de ſitu orbis.
h de urbib.
i Plin. *l.* 13. *c.* 1. K Cant. 2. 16 *c.* 6. 2. l 3. Reg. 7. 19. 22.
m Plerius Hierogly. 55.
Rhodus à roſa ſic dicta.
Florentia à flore dicta.
Suſinum unguentum Lilii natura, proprietates, ſignificationes.

Omitto diſputationem de natura proprietatibuſque lectiſſimi floris, quo cum ſponſa, de qua Pſalmus iſte loquitur, comparatur, ſponſuſque paſcere canitur inter lilia *k*, & inter imagines in templo Salomonis *l* viſebatur, ac ſiclis inſculpebatur, & Francis Regibus Chriſtianis, (regius autem flos nominatur *m*, ferèque in ſummis coronarum verticibus ponitur) pro inſigni de cœlo datum creditur. Aureus internus color externus albor, odor ſuavis myſticè deſignant devotionem, bonam actionem & opinionem ſive famæ bonæ celebritatem. Denique caſtitatis ſymbolum eſt Hieronymo *n*, aptèque propterea conveniens Sulannæ, caſtiſſimæ fœminæ. Hier. *o* in nummis item Imperatorum ab altera facie Dea lilium dextra prætendebat, cum hac inſcriptione Spes Publica, vel Spes Auguſta, vel Spes P. R. qua de re Pierius *p* plura. Flaccus item *breve lilium* ſpem nominavit: & Virgil. *q manibus* dare *lilia plenis* imperat ad ſpem denotandam de Marcello; & Ariſtot. * humanum animum Poetas comparaſſe ſcribit cum lilio ad æternitatem factum. Baſilius in Homilia, qua hunc Pſalmum explanat, docet, per eos, *qui commutantur*, homines deſignari præ creaturis aliis maximè mutabiles, quod eleganter demonſtrat; rectè verò alios in titulo potuiſſe *pro liliis*, quia flores hi præter omnes alios citò pereunt, ut cum illis naturæ decidua fragilitas appoſitè comparetur. Quo ſpectat illud, *Mane* r *ſicut herba tranſeat, mane floreat & tranſeat: veſperi decidat induret & areſcat*. Cognominant quoque lilium ſaltem agreſte ac marinum ἡμεροκαλὲς aut ἡμεροκαλλὲς *uno die pulchrum* ἐπεκεῖ, ut ſcribit Theophraſtus νυκτὸς φυὲν ἅμα ἡλίῳ ἀνατείλαντι δαλλόμενον, Plinius *s*, coronas de floribus, cujuſmodi geniales ne in nuptiis uſitatæ, docet deſignare, voluptatem citò fluere, & labi velutique marceſcere: nec abſonum quod aliqui dicunt, *pro floribus*, innuere ſpinas ex quibus contexta eſt corona Chriſti, quæ in Palæſtina producerent ſuaviſſimos flores, ex quibus etiam coronæ conficiebantur, teſte Plinio *t*: Coronationis autem Chriſti typum fuiſſe quum apparuit Deus in rubo *u*, quem Joſephus *x* indicat ex eo genere ſpinarum fuiſſe, favetque Clemens Alexand. *y* Sed quum ad irriſionem & dolorem coronatus Chriſtus eſſet ſpinis, ex his flores eo reſurgente extitiſſe: ſicque impletur illud, *Inimicos ejus induam confuſione; ſuper ipſum autem* z *efflorebit ſanctificatio mea*: Hebraicè *diadema* ſeu *corona*; ad quod diadema coronamve videndam invitantur filiæ *a* Sion. Hilarius *b* præcipuum Angelorum Hieroglyphicum lilia ponit, oppoſita de cauſſa; quod ut myſticè, de illis verba ſumat Chriſti *c*, (non laborant neque nent.) Atqui ſecundùm diverſas rationes res eadem diverſis deſignandis rebus inſervit. Subdit idem Baſilius *immutationem* in titulo Pſ. ſignificare glorioſi corporis reſurrectionem de qua nempe Paulus *d*, *Omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur*, cum quo immutatione aliis quoque creaturis immutatio quædam tunc ſua continget. Tandem eos *qui immutabuntur*, ait hìc intelligi, qui promovent in virtute, ac ſui ipſorum ſedulò gerunt curam, quique per exercitia religionis, majore ſemper incremento virtutum proficiunt; videlicet mutatione *dextera excelſi* e, ad anteriora ſeſe extendendo *f*, & evacuando *quæ ſunt parvuli g*, & hominum *qui intus eſt renovando de die in diem h*. Frater Baſilii Nyſſenus *i*, cum fratre conſentit, unum excipiens Deum penitus mutationis expertem (ſic ipſemet de ſe teſtificatus eſt *k*, aliique de illo *l*,) ait nos in utramque mutari partem, bonam, malam, ideo quum mutatione in malum inciderimus, opus habere bona mutatione: hanc indicari per inſcriptionem aliorum *pro liliis*, aut *pro floribus*, nam tunc flos prodit, inquit, quum hyems in ver mutatur; quod ſignificat tranſitionem à malitia ad vitam ex virtute actam. Adjicit poſtremo admonere nos (lilia) ad quid oporteat mutationem fieri, ſcilicet ex atro & tenebricoſo ad niveam formam. Eodem collimat Didymus, notans aliam rationem immutationis in filiis Core, quorum nempe majores, patris non aſſenſerunt ſeditioni *m*. De immutatione per pœnitentiam declaratur etiam in midraſthellim liliorum facta hìc mentio: de qua ſimul cum proſperitate præſertim ſpirituali, loqui videntur Iſaias *n* & Oſeas *o*. Notat porro Hieronymus *p*, *immutationem* in hoc & aliis Pſal. eſſe ſanctorum, quum & ſua ſit peccatoribus, ut Balthaſar, qui ſcribitur ſatis *conturbatus* & *vultus illius immutatus* *q*. Sanctis ſunt velut *diadema in manu* r *Dei*, hiſque coronatur ipſe & ſponſa ejus præterea tamquam ſtellis *ſ*.

n con. Invin. Ep. 4 & 8. & 140.
o Ep. 146.
p Hierogly. *l.* 55.
q Æneid. 6.
* in Et hic.
s Pſ. 89. 6.
t *l.* 13. *c.* 9. *l.* 21. *c.* 11.
u Exod. 3. 2.
x 2. ant. c. 12.
y 2. Pæd. c. 9.
z Pſ. 131. 18.
a Cant. 3. 11.
b in Matt. Lilium præcipuum Angelorum Hieroglyphicum.
c Matt. 7. 28
d 1. Cor. 15. 51
e Pſ. 76. 11.
f Phil 3. 13.
g 1. Cor. 13. 11.
h 2. Cor. 4. 16
i Tract. 2. in Pſ. c. 4.
k Mal. 3. 6.
l Nu. 23. 19.
m N. 26. 10. 11
n c 35. 1.
o c. 14. 6.
p in c. 5 Dan
q Dan. 5 9.
r Iſ. 6. 3.
ſ Apoc. 12. 2.

Euſebius, Theodoretus, Cyril. *immutationem* attendunt ad litteram, à mœſtitia prioris calamitatis in lætiorem rerum ſtatum, donec dilectus Filius Dei ex ipſis ſecundùm carnem proficiſcatur, & novam in Gentibus mutationem faciat, & jubeat obliviſci populi ſui, ac domus patris ſui, & ſic Tyri ad egregiam hanc mutationem invi-

invitetur: Virgines atque filii quidam pro patribus populique confitentes Deo, hac eadem mutatione hic digni habeantur: & juxta verſionem aliorum, *pro liliis* aut *pro floribus*, ſic immutati jucundum & ſuavem odorem ſpirent velut verni Eccleſiæ flores. Idem ſibi vult Euthymius, exprimens baptiſmi regenerationem, quum vetus homo exuitur, induitur novus *a*, *vetera tranſeunt, nova fiunt omnia b*. Videtur Hieronym. *c* Græcos imitatus in enarratione iſtius Pſalmi ad Principiam: etenim iodicans interpretationes tres, *pro his qui commutabuntur, pro liliis, pro floribus*, tradit ad finem referri (quod important verba prima *in finem*) qui in fine ſæculorum mutandi ſunt per reſurrectionem, quæ propter dilectam, ideſt, Chriſtum (qui *victor* quoque dicitur, quæ eſt alia expoſitio loco dictorum verborum *in finem*) veniet: quin etiam in hac vita, prout ex Græcis antea retulimus; donec Domino in nobis vincente ſuperantes, participeſque triumphorum ejus, immarceſcibilem gloriæ coronam (inuunt iſta inſcriptionem *pro liliis*, & *pro floribus*) de candore bonorum operum, & de veritate virtutum ipſi texamus.

a Eph. 24. Col. 3. 10.
b 2. Cor 5. 17
c Epiſt. 140.

Affirmat idem Doctor, nomen Hebræum שששנית *ſoſannim*, transferri, vel, *proiis qui commutandi ſunt*, vel, *in lilia & flores*, ut ſuſpicet *liliorum* loco *flores* poſitos, proſpecie genus, ut non rarò fit, quemadmodum & ſpeciem pro ſpecie aliqui exponunt, *roſas* hìc nominando: quas propriè tantùm nomine hoc Hebræo ſignificari contendit acrius Tuccius *d* parum æquus vulgatæ translationi. Sed omiſſis *liliis roſiſve*; ſive ſint hæ magis congruentes amoribus, quæ Tuccium ratio movit inter alias, ſive non: & quamvis *lilia* pro omni genere florum odoriferorum ſumi Apollonius *e* velit hoc loco; periti omnes *lilia* retinent, à quibus etiam malè Martinus *f* de carcere recedit, parum æquus vulgatæ translationi. Quid ſi tempore verno floridoque certi canebantur Pſalmi, ut autumnali hi, qui titulum gerunt *pro torcularibus?*

Tuccius vulgatæ translationi parum æquus. d in cant. cant. Roſæ.
e apud Pier. lib. 55.
Martin. etiam parum æquus vulgatæ translationi
f Comment Hiſpanico in hunc Pſal.

Latini verò paſſim patres, Græcive, & enarratores junta editionem noſtram, commutationem, illis accipiunt modis, ad vitam nunc ſpiritualem, tum poſtea ad immortalem: unde canit Eccleſia; *Sanctitui Domine florebunt ſicut lilium*, Et Iſaias *g* vaticinatur, quòd *lætabitur deſerta & invia, & exultabit ſolitudo & florebit quaſi lilium. Germinans germinabit & exultabit lætabunda & laudans*: & ſponſus Chriſtus paſcere canitur inter lilia. *Sextus chorei virginum*; vocatque ventrem ſponſæ *acervum tritici vallatum liliis h*. Quod ſi placet etiam per eos *qui commutantur* intelligere homines obnoxios mutationi, ut antè dictum eſt, ad hoc ſignificandum lilia magis opportuna erunt, quæ ephemera Dioſcorides *i* vocat, *uno tantum die perdurantia*: alii irides ſylveſtres, ut priùs quoque attigi. Habet verò etiam *commutatio* ſeu *immutatio* cum epithalamio affinitatem nonnullam: quatenus, teſte Chryſoſtomo *k*, dicere *commutavit illa* vel *illa*, idem eſt, ac dicere; conjugio copulatæ ſunt: & ſunt nuptiæ quoddam συναλλαγμα. *commercium*, contractus, permutatio. Eodem facit τὸ τέλος, quum τέλειον Jovem & τελείαν Junonem vocant, quia nuptiarum præſides ſunt, & προμηλαίοις εὐχαῖς ante nuptias precationes cum ſacrificiis. Verùm has nuptias non de Salomone ſumendas cenſeo, ſed myſticè de Chriſto, ſicut & Pſalmum totum, ſeu litteraliter ſeu figurato dicendi modo.

g cap. 35. 1. 2.
h Cant. 7. 2
i lib. 3. c. 99. & inc. Commutation s cum epithalamio affinitas
k Hom. 74. in Matth.

Hebræi ac Hebraizantes, ut Nebienſis, vatablus, Cajetanus, memineruntque Fitelmanus, Felix, Peregrinus Herus, Placidus Parmenſis, Eugubinus, volunt *Soſannim* nomen eſſe inſtrumenti muſici quod *lilium* diceretur (quo pacto lingua vernacula à flore denominatur viola inſtrumenti genus) quia liliis inſculptis erat ornatum, ſicut hodieque in cordore lyrarum, unde ſonus redditur, lilia vel roſæ viſuntur ligno inſculptæ, ſive quia deducendo vocem Hebræam à שש *ſches* ut ſignificat *ſex*, ſignificet ſexachordum inſtar lilii, quod tot conſtat foliis: vel initium vulgari alicujus cantici, ad cujus modulationem canendi eſſent quidam Pſalmi. Hoc in aliis ejuſmodi titulis priùs refellimus non ſemel. Scripturæ de talibus cantilenis nullibi meminerunt: inſtrumentum muſicum interpretes LXX. aliique aut Græco vocabulo expreſſiſſent ὑλλύρας ψαλτήρια, &c. aut Hebræam dictionem retinuiſſent; etſi fateor interdum etymologias ponere pro verbis Hebræis. Refert Felix alios eam vocem pro lætitia & jucunditate accipere. Innuit id Apollinarius in titulo Pſalmi LIX. quum ait:

Soſannim nomen inſtrumenti muſici.

Ἐπιγραμματικὸν πραγμάτων ὑπὲρ χαρᾶς.
Inſcriptio hæc rerum pro lætitia.

Lilia vel roſæ inſtrumentis muſicis inſculptæ.

Suſpicari licet Hebraicè neſcientes ſoni ſimilitudine deceptos tale quid putaſſe valere *Soſannim* quod Ὡσαννα: quam triumphi lætitiæque vocem multi credunt eſſe: vel ad שוש *ſuſ*, reſpexiſſe, quod *lætari* ſignificat: unde ששון *ſaſon*, gaudium, quia læta commemorantur in Pſalmo: tum verò illud oleum exultationis, quo Meſſias eſt unctus. Quæ mihi ſcribenti conjectura venit in mentem ſicut & de ſe teſtatur Eugubinus. Quæ omnia epithalamio bene conveniunt, & recipi utcumque poſſunt, ſi referantur ad Chriſtum.

Paraphraſtes Chaldæus ita titulum interpretatur, *ad laudem*, vel *ad laudandum ſuper ſedentibus aut aſſeſſoribus Sanedrim ipſius Moſis*, legit forſitan, ſumendo ש *ſche* pro אשר *aſcher*, *qui* & יושבית *joſceuim*, *ſedentes*, niſi dicas intellexiſſe per שגים *ſcenaim*: qui propriè binos & ſecundos ſignificant, aut שנית *ſchanim*, qui *mutantes*, illos eoſdem ſapientes, quos vocant etiam Græci δευτεραίς. Sed hoc de ſeptuaginta judicibus minùs probabile, minimè autem de illis quos nomine Græco ſolent omnes intelligere, nempe, quos reprehendit Chriſtus, quia propter traditiones ſuas quas appellant δευτερώσεις, immutabant, immo irritum faciebant, mandatum *l* Dei. Non hos arbitror Paraphraſtem deſignaſſe, ſed potiùs ſeniores illos, quos inſtituit Moſes, & qui ab excellenti dignitate doctrinaque quam profitebantur, ceu lilia vel roſæ inter ſuos eſſent, propter ſapientiam, veluti paſti liliis eſſent. Atqui ſimpliciter acquieſcendum in recepta editione noſtra, cujus conditores Interpretes LXX. legerunt ſine dubio non ששנים *ſoſannim*, quod lilia, flores, roſas aut quid tale ſonat, ſed primum præcipuè, ac diſtinctionibus duabus, licèt una ſcribi ſoleant debeantque, nempe ש *ſrhe* pro אשר *aſcher*, hoc eſt, *qui*, & vel participio paſſivo pual, ששכם *ſchunimmutati*, ideſt, pro his qui mutati erunt: vel activo Kal. שכים *ſchanim*, hoc eſt, *mutantes*, nempe, qui erunt te mutantes. Aut certè doctiſſimi Interpretes retinentes ששכם *ſoſannim*, perſpexeruntſub ea voce ſignificatos aliquos præſtantiores ac beatiores, quos immutandos, & ad felicem ſortem renovandos dixerunt, ut Eugubinus notavit.

1 Matth. 23. 3. 6.

Trevetus docet primum videri probabile ut *roſa* pro *liliis* ponantur: quia in Canticis idem nomen Hebræum eſt ubi ſponſa comparatur cum liliis inter ſpinas, & labium maris in templo cum folio repando lilii; lilium verò non oritur inter ſpinas, ſed roſa; & roſæ magis videtur ſimile labium illud: adde, in canticis labia oris ſponſæ dici ſimilia liliis; quæ potiùs dici debuerant roſæ, ob rubedinem. Utitur Tuccius citatus inter alias cauſſas, prima & ultima. Deinde tradit idem Trevetus, eos qui reddunt *proiis qui commutabuntur*, ad ſenſum reſpexiſſe, quia liliæ roſæque citò marceſcunt: ſicque deſignari populum citò in pejus commutandum. Addit tertiò potuiſſe accidere illam vocum Hebræarum, de qua dixi, permutationem, ob ſimilitudinem. Ad extremum aſſerit, lilia roſaſve ſic fortaſſe nominatas ששכים *ſoſannim*, propter celerem commutationem, perinde ac ſi Latinè appellaremus flores illos *commutabilia*: alios autem vertiſſe, *proiis qui commutabuntur*, habita nimirum ratione etymologiæ.

Hæc volui referre ex auctore manuſcripto, ſanè non inerudito: Verùm conſtituta hæc ſola vera lectione editionis noſtræ, adhibenda communior Patrum interpretatio, de qua dixi, &, ſi commodè poſſit fieri, revocandæ ad eamdem, ſeu cum ea conciliandæ aliæ interpretationes, quod feliciter ſatis præſtiterunt cum Græcis Hieronymus aliique: nec prorſus ineptè conveniret eidem propoſito notio τῆς χαρᾶς *gaudii* ac *lætitiæ*, quæ profectò maxima editur in celebratione nuptiarum, de qua hìc agi dicitur. Apollinarius præter hanc in eodem titulo Pſ. LIX. innuit aliam interpretationem verborum, quibus utuntur LXX. ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων, quod exponi poſſet, *proiis quæ commutabuntur*, vel, qui, nempe, per ea quæ circa illos de novo fient tamquam eximia & egregia.

Ὡς δ' οἶδεν ἄλλοτε ἀλλοῖα ἀγαθῶν πράγματος.
Ut verò intellexit mutationem bonarum rerum.

a *cap. 36. 6.* Eſt autem id illi ſimile quod ſcribitur in Eccleſiaſtico *a*, ἐγκαίνισον σημεῖα, καὶ ἀλλοίωσον θαυμάσια, *innova ſigna & immutata mirabilia*, nec enim verum quod aliqui docent ἀλλοίωσιν eſſe à meliori mutationem in deterius, μεζαβολὴν contra; τροπὴν utrovis modo, ut exemplis auctorum aliorum poteſt oſtendi. Idem Apollinarius in LXVIII. Pſalmi titulo videtur *immutationem* pro viciſſitudine in referenda gratia ſumere, pro muneribus nimirum quibus à Deo in melius mutatio facta ſit,

Δαυὶδ καρδίης ὕμνος ἀμειβομένης.
Davidis cordis hymnus invicem reſpondentis.

Quod Agellius, apud quem ex his notata nonnulla reperio, legit ἀμειβόμενος, ut omittam δαυὶδος, pro δαυὶδ, & interpretatur Hymnum viciſſim redditum; quæ in titulo præſentis Pſalmi appellet ἔργα ἀμειβόμενα, adde præterea titulum LXXIX. Credo eidem Agellio intelligi Apollinarium poſſe, cantores vel excellentes intellexiſſe, vel qui ſub alio conſtituti erant, ſive Heman eſſet, ſive

b *lib. 1. 15. 8.* Aſaph, ſive Ethan, de quibus in Paralipomenis *b* ubi qui ſub his conſtituuntur, dicunturque Latinè ſecundi ordinis, appellantur Hebr. משנים *miſnim*, (non *meſanim* ut ſcribit Agellius Græcè δευτερεύδες. Feri quoque poteſt, ut quod idem de Apollinario conjicit Agellius, indicare voluerit carmen, quod Græci vocant ἀμοιβαῖον,

c *Vir. Eccl. 3* alternis dici cantativi ſolitum, quo pacto ſcripſit ille *c*, quod

Amant alterna camœnæ.

Sed non libenter ad hæc inclinat animus, quum ſapiant Rabbiniſmum; nec ulla ſit ratio quare in aliorum Pſalmorum titulis ultra iſtum, & LIX. LXVIII. LXXIX. non eodem pacto inſcriberetur *pro iis qui commutabuntur*, quoties exprimuntur filii Core, aut alii cantores inferiores; eadem item leguntur nulla facta de ullis cantoribus mentione, ut Pſalmo LIX. & LXVIII. In LXXIX. nominatur Aſaph, unus de principibus Cantorum. Denique viciſſitudo ſermonis ea hìc non cernitur, quam tradunt qui de poetica diſſerunt, ut ſingulis ſibi verſibus reſpondeant perſonæ, vel crebriùs etiam, quàm & ἀντιλογραφίαν appellitant. Paullo fui longior, ut ſemel expedirem quod pluribus Pſalmis commune eſt.

Filiis Core.) Nihil eſt quod addatur præter ea quæ de iſtis alibi dixi; niſi ut iterum moneamus non hos eſſe illos qui Moſis tempore vivebant quadringentis octoginta annis ante Salomonem; ſed cantores inſtitutos à Davide ex illa familia. Quapropter non hinc argumentarer, ut Genebrardus facit, non eſſe Pſalmum iſtum de Salomone, quum non meliora deſignet argumenta, de quibus paullo pòſt. Neque verò pro-

d *in Iſ. c. 38 num. 19. Didaci Alvarez opinio non accepta.* bare poſſum Didaci *d* Alvarez opinionem, filios illos Core decantaviſſe Pſalmum iſtum in memoriam tanti beneficii, quum videntes patrem abſorberi terra, ſubitò ad Deum converſi ſunt, & non valentes verbis externis uti, corde locuti miſericordiam poſtulaverint, ac impetraverint, ut penduli manerent in aere, donec terra in ſe recluſa ſuſtentaret illos; eam autem cordis orationem primis verbis Pſalmi ſignificari, *eructavit cor meum*, &c. & id ſibi velle titulum, *pro iis qui commutabuntur*: quia dicto modo commutati ſunt. Cum ſingularitate nullam hæc ſententia præ ſe fert probabilitatem. Obſervant hìc autem paſſim alii per *filios Core*, quod ſignificat *filios Calvariæ*, fideles deſignari, qui ſunt filii Chriſti in Calvariæ monte crucifixi *e*, & à Judæis pueriliter irriſi, ſicut Eli-

e *Pſ. 27. 36. & 4. Reg. 2. 24* ſæum irriſerant pueri: ſed ſunt, ſicut iſti ab urſis *f*, ita illi à Romanis occiſi, poſt 42. annos, ut ait Remigius, quo pueri iidem numero conſtabant. Heſychius à filiis Core tamquam à parte, populum totum Judæorum intelligi docet.

Ad intellectum.) Auguſtinus, *in intellectu*. Hebraicè præpoſitio nulla, ſed ſimpliciter משכיל *maſchil*, de quo dictum ſatis aliàs ad canendi peritiam intelligentiamque pertinere. Aquila, ἐπιςήμονος, *ſcientis*, nempe Core: Symm. σωέσεως, *intellectus* in caſu gignendi. Multo autem magis, quod Hieron. ad Principiam notat & reliqui fere omnes, præparamur hoc verbo ad intelligentiam ſpiritualem. Ubi enim, inquit Hieronymus, A ſimplex & apertus eſt ſenſus, quid neceſſe eſt audientem intelligentiæ præmoveri, & dici ad eum *g*, *qui habet aures audiendi, audiat*. Heſychius, *filiis Core* deſignari populum totum volens Judæum, ait, huic intellectum neceſſarium, qui à Mole *h populus ſtultus & inſipiens* vocatus eſt, ſi quomodo Gentes imitatur, nempe converſas ad Chriſtum, credenſque intelligat, impletus ſcientia divina.

g *Matt. 13. 9*

h *Deut. 32. 6*

Canticum. (שוּר *ſchir*, ὠδὴ), Chaldaicè ſuprà, *boni* epithetum additur ad *intellectum*: hic Hymnus aut glorificatio & confeſſio תשבחתא ראויתא *tusbachtha veodeuetha*. Canticum ſola voce ſine muſico inſtrumento canebatur, ut hoc loco monuit Euſebius. Congruit nomen argumento Pſalmi, quod, ut videbimus, dicunt eſſe tamquam Epithalamium Sponſi & Sponſæ, Chriſti ac Eccleſiæ. Quia enim, ut Origenes *i* & Athanaſius *k* docet, in Cantico Canticorum Sponſum Chriſtum velut præſentem exhibet Salomon, quem aliæ antea ſcripturæ tantùm prænuntiaverant, propterea nomen illud meruit, ut κατ' ἐξοχὴν diceretur *Canticum Canticorum*.

Canticum ſola voce ſine muſico inſtrumento.

i *Prol. quatuor hom. in Cant.*

k *in Synopſi*

Pro dilecto.) Hieronymus, *Canticum amantiſſimi*, & *l* alibi, *chariſſimi*. Aquila, ἆσμα τρυφιμὰς, *Canticum amoris*: Symmachus, ἆσμα εἰς τὸν ἀγαπητὸν *Canticum in dilectum*. Chryſoſtomus refert ex alio, τοῖς ἠγαπημένοις, *dilectis*, quia extet Hebraicè, *idithoth* ידידות *iedidoth*. Id alii exponunt de Cantico amorum ſeu dilectionum, vel amatorio, ſed in bonum ſenſum, quem indicet משכיל *maſchil*, & σύνεσις de quibus dictum eſt. Chaldæus videtur Hebræam dictionem derivaſſe à זהה *iadah*, quod ſignificat *confiteri*: reddit enim *confeſſionem*. Aliqui, ut Vatablus refert, putant ſignificare amores mutuos inter conjuges. Alii ad amicas eorum quæ concelebrent amborum nuptias cantu epithalamiali, ut videre eſt apud Theocritum *m*, Tibullum *n*, alios. Porro *Canticum dilectionis & amoris* idiotiſmo Hebræo, idem valet quod dilectiſſimi & amatiſſimi: vim n. iſtam habent abſtractæ voces. Magna conſenſione Catholici hunc *dilectum* interpretantur Chriſtum, ac ex Hebræis quidam; quia Pater eum *dilectum o* nominavit, Paulus *p*, filium dilectionis divinæ, dilectumque filium Dei. *Rex virtutum dilecti*, *dilecti*, cum geminatione dictus eſt *q*; *dilectus quemadmodum filius Unicornium r*: Canticum Canticorum Salomonis totum de eodem loquitur; de eodem eſt Canticum Iſaiæ *ſ*, canentis *vineam dilecto*: typus illius Salomon appellatus *dilectus & amabilis Domino t* דידיה *iedideiah*, de quo etiam Hieronymus ad Principiam declarat hunc titulum, nec non initio Eccleſiaſtæ: item Eucherius in 3. Regum. Poteſt etiam *dilectus* dici, cum Cyrillo, quicumque fructum redemptionis Chriſti participat, & ad regale ſacerdotium, ſanctitatemque vocatus eſt. Vocem Græcam ἀγαπητὸς obſervat Hieronymus *u*, non *dilectum*, quod eſt, ἠγαπημένος ſignificare, ſed *diligibilem*; poſſeque *dilectum* vocari etiam illum qui dilectionem non mereatur, ut inimicum; *diligibilem*, eum tantùm qui meritò diligatur; meliùs autem in iſto Pſalmo Græcè poni pro *diligibilis*: Chriſtum, & diligi mereri, & ſanctos eum diligere, offerentes ei magis charitatem quàm ulla charitatis præmia poſtulantes.

l *in c. 62. Iſ.*

m *in Epith. Helenæ.*

n *in Epiſt.*

o *Matt. 3. 17*

p *Col. 1. 13.*

q *Pſ. 67. 13*

r *Pſ. 28. 6.*

ſ *c. ap. 5. 1.*

t *2. Reg. 12. 25.*

u *in epiſt. ad Philem.* Hieronymi obſervatio.

ARGUMENTUM.

EX his planè ſequitur quid ſentiendum de argumento Pſalmi: non aliud eſt quàm Chriſtus ipſe ſponſus dilectus; in quo Verbum cum carne conjunctum eſt: cujus conjunctionis thalamus virginis uterus, & cujus etiam dilecta non ſolùm eadem Deipara, ſed etiam ſponſa Eccleſia, ut non tantùm Expoſitores & ipſamet Eccleſia tota firmiter tenet ac prædicat, quod his verbis Valentia notat, ſed etiam aliqui Hebræorum ut R. Aben-Ezra, David, Salomon, & Paraphraſtes Chaldæus. Baſilius in homilia indicat fruſtra videri hoc annotare, quum ſit adeo manifeſtum. Hieronymus *x* aſſerit hoc eſſe manifeſtiſſimum; licèt Judæi de Salomone, qui vocatus eſt *jedidiah* interpretentur. Chryſoſtomus non dubitat provocare Judæos ac Gentiles, ut Pſalmo iſto convincantur, & poſteriores quidem quum vide-

x *in epiſt. 4. Philem.*

viderint priores hinc refelli, & ex libris quos infensissimi nomini Christiano Christianis tradant. Eusebius *a*, Justinus *b*, Cyprianus *c*, totum usurpant contra Judæos. Augustinus, *d*, *quis non*, inquit, *hic Christum, quamlibet sit tardus, agnoscat?* Pauli *e* testimonium citantis ex hoc Psalmo de Christo testimonium prorsus persuadet. Origenes *f* tituli verbis, *pro dilecto*, & aliis textus ipsius, testatur se Judæum qui sapiens habebatur apud suos vehementer ursisse, ita ut non posset ille se explicare. Simile argumentum facit Athanasius *g*, ex titulo docens eumdem esse dilectum, & unigenitum filium Dei consubstantialem, ac solum ex Patre genitum: sicut Isaac Deus ipse descripsit esse quem diligeret Abraham *h*. Utitur eodem argumento Augustinus *i*, nec non quia dicatur in titulo *pro iis qui immutabuntur*, docens, ubicumque hæc sunt verba, designare populum Christianum non cogi jam observare quæ propheticis temporibus observabantur, non quia damnata, sed quia mutata sunt, non ut res ipsæ quæ significabantur, perirent, sed ut rerum signa suis quæque temporibus convenirent. Reliquos omitto quorum in commentando adhibebimus locos. Idem Athanasius Marcellino, si cupiat seorsim à ceteris canere ea quæ ad Christum spectent, hunc præsertim proponit Psalmum Ecclesia, ut observavit etiam Glossa ordinaria, & Thomas, illum frequentat in officio de B. Virgine, de Apostolis, de Virginibus, de nativitate Domini & circumcisione.

Certè si qua sunt quæ Salomoni conveniant, filiæque Pharaonis, uxori ejus, typus Christi sunt, quemadmodum multa in Cantico Canticorum. Idem judicium si quis contendat de Assuero & Esther, aut de Davide ipso & Bersabee, ut meminit Lyranus, Valentia, Ayguanus, Trevetus. Ultimo placet ultima sententia, prima Vatablo, & Genevensibus, quam vis in editione Salmaticensi hac in parte Vatablus, ut & in aliis, correctus fuerit. Jansenius, Arias, Clarius volunt esse de Salomone, sed tamquam de typo Christi. Hoc immeritò reprehendit Martinus de carcere in Commentario Hispanico, ita ut etiam velit esse de fide, agi ad litteram de Christo. Leo *k* etiam Castro nimis invehitur in eos qui aliquo respectu explicent de Salomone: gratisque ab aliquo corruptore asserit in Hieronymo *jadidoth*, *pro jedidia*, plurale pro singulari. Minùs probandum quod Lyr. hoc loco, & in Scrutinio refert Burgensis *l*, respici ad populi sub Davide felicitatem, & Bethsabee: vel sub Assuero, & Esther, vel sub Salomone, & Regina Saba, certè cum hac Salomon nuptias non celebravit, quidquid sit an aliquam consuetudinem habuerit. Constat esse quædam quæ soli Christo congruant, ut *Deum* dici, *Deumve dominum*: ejus *thronum æternum* esse: *unctum esse præ aliis*: filios ipsius *constituendos super omnem terram*, &c. Videtur Hieronymus *m* in XLIV. numero mysterium agnoscere, quoniam Ecclesiæ Sacramenta, ut ipse dicit: Ecclesiam autem Urbs ab Ezechiele descripta præfigurabat, habens decem & octo millia calamorum per circuitum, qui faciunt 44. millia passuum, & 340. Athanasius *n* ait; Psalmum istum compositum à David quum à persecutoribus agitaretur. Fieri quidem potest unde possit probari, nescio. Ceterum quum Latini Epithalamium cani hic dicant, & nuptialem Psalmum vocent, quem Græci Hymenæum, de Hymenæo differi posset: canebat eum parens uterque non solùm chori alternatim. De nuptiali Deo Hymenæo, qui apud Romanos *Thalassius* nominabatur, Lilius Girardus *o* Syntagm. 2. & Plinius *p*, & Catul. *q*, & copiosiùs Martinus *r*, de Carcere, de carmine Pontanus *s*, Delrius *t* noster uterque, item Julius Cæsar Scaliger *u*, ac de re tota post omnes de nostris etiam Pineda *x*, faciens epithalamii inventorem Apollinem, qui Thetidis & Pelei nuptias celebravit.

a l. 4. de dem. c. 15. l. 5. cap. 2.
b Dial. cum Tryphone. c. 1. 2. c. 29.
d 17. de Civ. c. 16. & or. cont. Jud. c. 3.
e Heb. 1. 8.
f contra Celsum l. 1.
g or. in id, ex Deo Deus est.
h Gen. 22. 2.
i contra Judæos 3. & 4.
Marcellino hunc Psal. canendo cani præcepit Athanasius.
k Apol. l. 1. c. 40.
l p. 4 10. c. 4.
m in c. 48. Ezech. Mysterium in numero XLIV.
n Apol. pro fuga sua.
o Syntag. 2. p. l. 19. c. 18.
q in Epitha.
r in Comm. Hispanico in hunc Ps.
s in 4 Æneid.
t in Medeam actu. 1.
u 3 Poet. c. 101.
x 5. de Sal. c. 4.

Vers. 2.) Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea Regi.

Lingua mea calamus scribæ, velociter scribentis.

PRoœmium Cantici sive Psalmi hoc est. Cor cogitatioque tantis abundant ac redundat quasi dapibus divinis, jucundissimis, suavissimis, dulcissimis, de rege Messia, ut ea cogar eloqui ac veluti effundere, atque ex abundantia cordis proferre *y*; ut solet copia cibi vel potus, stomachus gravatus, nec ampliùs continere se valens, ructus emittere. Itaque quod fundo carmen, & opus edo, regi regum do, dico, dedico, illum alloquor unum, istud canticum ad ejus gloriam pronuntio. Utinam lingua mihi sit promptissima, expeditissima, concitatissima, quæ mentis dictata, ut scriba solet, excipiat referatque. Ego certè in hoc carmine, divini spiritus velut dictamen sequar, motum, instinctum, impulsum, & linguam ei exhibebo, tamquam peritissimo velocissimoque scribæ calamum, ut per eam describat, dicat, dictet revera regium carmen, tantoque dignum Rege, quodque non tam meum, quàm illius, & fit, & habeatur. Denique nulli potiùs ista consecrem quàm eidem Regi Deo, de quo mihi hæc ille suggerit, qui consubstantialis est Deus unus idemque cum ipso. Non desunt qui personam Dei Patris Psalmo toto loquentem inducant, ut monet Valentia: & qui prophetam velint loqui usque ad versum, *Audi filia*, &c. exclusivè inde inchoari sermonem Dei. Mutationes personarum quum occurrent notabimus: hoc proœmium vatis esse non ambigimus, alii per accommodationem attribuunt Ecclesiæ, ut postea dicemus. Posset quoque concedi allusio quædam ad chorum Virginum, quæ solebant absoluto convivio epithalamium canere juxta thalamum, in quem dormitur sponsi secessissent, quasi & ipsæ bene saturæ ac potæ memoriam abundantiæ præteritæ suavitatis eructarent.

Eructavit cor meum verbum bonum.) Pro *verbo bono* Tertullianus, & Cyprianus locis infrà citandis, dicunt *sermonem optimum*, quem iidem & quidam alii nonnumquam de secunda quoque Trinitatis usurpant persona. Symmachus, ἐκύκλωσε καρδία μου λόγον ἀγαθόν, *Commotum est cor meum verbo bono*: quasi nimirum, ut Eusebius notat, alio sermonem annuntiante, se auditum commotum dicat. Et vero ructus etiam violens, fit ab extrinseca caussa nec est in potestate ut vel reprimatur, vel concitetur. Alius apud Chrysostomum, ἐξέρρυσεν, *exprompsit*, Chaldæum verbum כעא *behha*, exponit Nebiensis, *quærit*, nempe orando, vel meditando. Hebræum רחש *rachas*, significat præterea *ebullire* per modum scaturiginis, vel præ fervore, ut fit in patella & fartagine, quam vocant מרחשת *Marchesteth*, vel educere, movere, facere. Idcirco Symmachus exposuit ἐκύκλωσε, *motum est cor meum*; quod imitatus est Rabinus Cajetani post R. Salomonem & R. David. Hic explicat per הוציא *hotsi*, *movit* aut *movere fecit*, & per הניץ *henniahh*, quod idem valet, nec non *protulit*, &c. R. Abraham docet idem esse ac (locutum est:) quasi nimirum intelligat vales de sermone tacito quaiis qui corde solo fit, & motis dumtaxat ut plurimùm labiis formatur, nec exauditur. Felix approbat verba *movendi* & *loquendi*. Campensis, *erumpendi* ac *profundendi*. Græcum ἐξερεύξατο non solùm ructum significat, verùm etiam ebullitionem, & quasi germinationem & emanutionem nam hoc verbo usi sunt LXX. quum ranarum ebullitionem ex fluvio narrat z Exodi liber, ubi est Hebræum שרץ *scharatz*, *gignere* ac producere in multitudine, præterea movere se, ebullire, scatere, denique eructare. In Ps. CXVIII. *a*. *Eructabant labia me Hymnum*, ἐξερεύξονται חרצפה *thabbahhnah*, & in CXLIIII. *b* *memoriam abundantiæ suavitatis tuæ eructabunt* ἐξερεύξονται יביעו *iabbihhu*, & in XVIII. *c*. *Dies diei eructat verbum* ἐρεύγεται יביע *iabbiahh* כעה *hahhah*, quo item verbo Chaldæus Paraphrastes utitur in duobus primis, & hoc loco, quod significat *bullire* ac fervere facere, unde *bullæ* sive ampullæ quæ aquis bullientibus ascendunt עעות אבעבע *auahhubuhheth*, & dicuntur adhuc ulcerum *d* vehcis. Significatur ergo hic prodiens ac erumpens verbum tamquam ex vivente vena (venam poeticam vulgo dicimus) & manans velut ex scatutiente fonte, idest, ex pectore, ex corde, ex mente, cum impetu quodam & continenti fluxu, celeritate, copia: & quidem verbum bonum, hoc est, jucundum, lætum, quasi dicas εὐαγγέλιον, suave, utile, honestum, faustum, utpote quod sit de felicissimis, castissimis, sanctissimis, divinissimis nuptiis Verbi Dei cum natura humana in Christo & Christi cum Ecclesia. Quorum descripturus est David laudes, nempe sponsi, sponsæ, deniq; sobolis ac posteritatis, quæ tam ex

y Matt. 12. 34.
z c. 8. 3.
a vers. 171.
b vers. 7.
c vers. 3
d Exod. 9. 10.

admirando conjugio existet atque in æternum perdurabit & regnabit. *Ructus* est, ut Medici definiunt, flatus, & vaporosa quædam aereaque ac excrementitia ventriculi substantia, in eam naturam à debili calore degenerans, supernè per os emissa: & ex cruditate, copiave cibi aut potus orta. Vel ex Hieronymo * dicitur digesto cibi, & concoctarum escarum in ventum efflatio: ex Basilio, flatus qui erumpentibus bullulis sursum versus diffluitur, & expirat per sumpti cibi fervorem. Vim prosilientis sermonis significat Job *a*, quum ait, *Conceptum sermonem tenere quis poterit? Plenus sum sermonibus, & coarctat me spiritus uteri mei: an venter meus quasi mustum absque spirando, quod lagunculas novas disrumpit b*. Nec minor in Jeremia *c* ejusdem rei expressio *factus est*, ait, *in corde meo quasi ignis exæstuans claususque in ossibus meis, & defeci ferre non sustinens*, idem valet *loqui ut parturientem d*. Denique *ex abundantia cordis*, ut antè dixi, *os loquitur e*. Salomon *f* appellat *verba* sua *congregantis filii vomentis, & visionem quam locutus sit vir cum quo esset Deus, & qui Deo secum morante confortatus esset*. *Congregans* erat Salomon, quia Ecclesiastes, multamque sapientiam congregaverat: *filius vomentis*, quia Davidis nostri, qui nunc se dicit *eructare*, tuique incerta & occulta sapientiæ suæ manifestaverat *g* Deus, aut etiam Spiritus sancti qui per ipsum adeo multa magnaque mundo profundebat, & tam salutaria documenta. Tales postea Spiritu S. accepto discipuli quos væsani musto plenos dictitabant *h*:

Rustus quid sit.

* *Epist.* 149.

a *cap.* 4. 2.

b c. 32 18. 19 c c. 10. 9.

d Is. 42. 14. e Mat. 12. 34 f *Prov.* 30. 1

g *Psal.* 50. 8.

h *Act.* 2. 13.

Judæe i tuuc incredula
Vesana torvo spiritu
Ructare musti crapulam
Alumnos Christi concrepat.

i *Hym. ad mat. Pent.*

Fingebant Veteres Homerum tamquam ebrium ab ore carmina vomentem, inde verò poetas alios veluti vasis suis colligentes *k*. Quadrat profectò id magis in sacrum Prophetam nostrum: quem inter alios prophetas excellere docuimus in præfatione. Latini ferè ac ex Græcis nonnulli de generatione divina locum præsentem sumunt, ita ut Pater hìc loquens inducatur, quasi dicat, ut ait Didymus; quoniam ego solus sum bonus (quæ tamen bonitas essentialis & communis est omnibus personis) necessariò consequitur, ut verbum ex substantia mea genitum, bonum sit. Apollinarius posuit in titulo.

K *Rhod. l.* 21 *c.* 44. *Æl. Ian. 13. ver. hist. c.* 22.

Τηλυγέτοιο θεοῖο γονὴν μέλπεσθε ἀγῶνι.
Ἔργοεὶ υἷες ἐμαιβομένῃσι Κορεῖαι.
Unici Dei sobolem canunt mirandam
Factis filii mutuis Core.

Deinde sic initium Psalmi exponit,

Ἐσθλὸν νωιτέρη δαρὸς ἐτεκνώσατο μῦθον.
Bonum nostrum cor, genuit sermonem.

Augustinus *l*, Ruffinus, Hieronymus *m*, Remigius, Beda, aliique observant hac *eructandi* similitudine (ablatis nimirùm imperfectionibus vitiosæ ciborum copiæ, cruditatis, indigestionis, ac mali persæpe accidi, nidorosi, putridi odoris) significari Patrem non indiguisse aliquo conjugio, unde Filium generaret, sicut nec homo, ut veluti generet consilium, quærit uxorem: à Patre bono, qui solus bonus *n* est (ut Deus nempe, hoc est, bonitate per se ac substantiali, infinita, imparticipata à superiore principio alio bonum verbum sive Filium generari, qui est unus Deus cum ipso. Cassiodorus de hac divina verbi generatione idem affert; sed Davidi, non Patri attribuit assertionem de illa; indicat hoc etiam Arnobius & alicubi Laurentius Justinianus *o*: Basilius verò in Homilia negat ex Patris persona hæc dici sed Prophetæ, quia quæ sequuntur deinceps, non jam secundùm Analogiam eduliorum similiter explanant nobis de Patre narrationem; nec enim dicturum de sua ipsius lingua Patrem, *lingua mea calamus*, &c. non item, *unxit te Deus*; sed unxi ego te, &c.

l *hic & ser. 2. de Io. Bapt. & alibi.* m *hic & ep.* 140.

n *Mat.* 19. 17 *Marc.* 10. 18

o *de vita solitaria c.* 15.

Confert ructus externi generatio quæ necessitate quadam fit, ad intelligendum quomodo generatio divina sit omnino necessaria & naturalis, & ex fœcunditate divinitatis: & quasi ex plenitudine, intra ventrem Patris absque projectione, divisione, sectione, dimiAnutione, aut alia quapiam ejusmodi ratione, cujusmodi cernitur in aliorum viventium generationibus, ut benè monet Eusebius *p*, & Cyrillus *q*: ita ut ob suam quam procedendo accepit plenitudinem, Verbum sit tantùm unicum, quemadmodum infert Athanasius *r* ex plenitudine intra ventrem Patris. Sed removendæ imperfectiones quas priùs attigi, & præterea quod ructu foras emittitur vaporosa substantia; omnes autem personæ intra deitatem continentur, & una intra aliam per eam quam vocat schola, circum inessionem, ita ut Pater sit in Filio, & hic in illo, eodemque modo Spiritus S. in illis, & illi in ipso. Nazianzenus *s* hinc Filii consubstantialitatem cum Patre confirmat, ut non aliunde quàm de paterno pectore, uteroque cordis Dei extantem. Sed cum Eusebio *t* meminerimus generationem istam enarrari non posse, ac à figuratis loquendi formis removendas imperfectiones. Origenes *u*, in Joannem eadem docet: simulque Davidis potiùs verba hoc loco quàm Patris esse, nec referre quod subdatur, *audi filia*, &c. quia mutationes personarum fiunt non rarò in scripturis: illam tamen de Davide opinionem probabilem ducit ibidem, & alibi *x*. Sequitur eamdem Isidorus *y*. In epistola Evaristi Papæ II. efficitur hoc argumentum. Si in sinu Patris erat Filius *z* ob initio, & ex corde Patris Verbum bonum eructatum est, quomodo non in corde paterno consistens lucem cum eo inaccessibilem habitasse credendus est? Athanasius *a* crebrò profert locum istum ad idem; colligitque non propriè dici Patris voluntate genitum Filium seu Arbitrii libertate. Si enim verbum est in corde, ubi inquit deliberatio: & si ipse est voluntas, quomodo voluntas in voluntate fuerit? Sic esset Verbum in Verbo, & Filius in Filio, &c. Quis hominum, ait præterea, auditis his verbis ausit dicere; Verbum quod ex corde Dei progressum est, ex non entibus existere, neque id esse ejus qui loquitur, partum? in disputatione verò habita cum Ario in Concilio Niceno respondet Ario, sic dici Filium eructatum ex corde tamquam verbum, ut dicatur etiam genitus ex utero, ut hinc intelligeremus non esse simile Verbum divinum verbo nostro prolato ex ore; inde verò quod ex substantia Patris genitus sit. Hesychius *b* Ecclesiam loquentem facit, quæ Virginem Deiparam cor habuit, in qua vita nostra qui Christus est Deus ac Verbum habitavit: illa verò ipsum cum carne parturiens eructavit: scilicet absque partus doloribus, ac tam facilè ut nos eructamus, fœtus editus est. Rupertus *c* consentit, dicens quòd hac ratione verum est illud (confidit *d* in ea cor viri sui) qui fecit in ea quod hìc prædicitur, nempe ita cor illi aperiendo ut substantiam Verbi æterni in corde suo concepti, ac de corde suo ante sæcula geniti, mitteret in mentem & in uterum ipsius quæ tanta mysteria Angelo narrante concipit.

p 2. *de demonst. c.* 15* q 2. *thes. c.* 15 r *ep. de decret. Nic. conc.*

s *orat.* 40. *vel* 51. *de flas.*

t 4. *demonst. c.* 15. u *Tom.* 1.

x *hom.* 2. *in varios locos.* y *de Nativ. Dom. & c.* 1 z *Ioan.* 1, 18.

a *or.* 3. *cont. Ar.* & 4. & *orat. ex Deo, Deus, &* or. *in id, mihi omnia tradita sunt, & ep. de sent. Dion. & decr. Synod. Nic. & ep. ad Marcell. & disp. contra Aria. in conc. Nic. & in alia contra eumdem*

b *in Catena*

Placent hi sensus; ac præsertim qui de Christo est, sive de quo Pater loquatur; sed ita ut mystici habeantur: quamvis quia tot adeoque graves Patres eum tradunt, & propemodum communis est: & ex Patribus non pauci usurpant in Disputationibus contra Judæos & Hæreticos, liceat & nobis inde ducere probabile (saltem argumentum. Utitur hoc etiam loco Tertullianus *e* contra Marcionem & Praxeam *f* (ubi Patrem hìc loqui dicit) item Novatianus *g*, disputans de Trinitate, & Cyrillus *h* Alexandrinus, qui quoque scribit Patrem comparare Filium verbo. Ambros. *i* observat idem de Patre sentiens hìc loquente, Filii generationem exprimi solere nunc tamquam ex sinu Patris *k*, ideſt, ex intimo paternæ charitatis, naturæque secreto, in quo semper sit, nunc ex vulva & utero *l*, nunc ex corde *m*, nunc ex ore *n*. Eucherius *o* ita præsentem locum accipit de Patris arcano sapientiæ, ex quo Verbum, ideſt, Filium suum impassibiliter sine initio genuerit. Similia extant apud eum quem vocant Augustinum auctorem de cataclysmo *p*, & Thomas asserit non approbari sententiam istam ab Augustino & Hieronymo. Certè non improbant in Commentario ac Augustinus ad approbationem propendet magis: & indicat Dionysius *q*. Hieronymus *r* ad Damasum nominat superstitiosam interpretationem. Zeno *s* explicat de Christi æterna generatione.

c 7. *de glorif. Trinit. c.* 6. d *Pro.* 31. 11.

e *l.* 6. *c.* 4. f *c.* 7. & 11. g *c.* 13. *apud Tertull.* h 2. *de Trin.* i *de benedic. Patriarc. ut in c.* 7. *Luc.* k *de fide lib.* 2. *cap.* 1. *de fil. à div. c.* 2. *l. de symb.* l *Ioan.* 1. 18 l *Ps.* 1 *Ps.* 3. m *ut hic.* n *Eccl.* 24. 5. o *de formul. & apud August tom.* 4. *de essen. div. P cap.* 5. q *c.* 2. *de Divin. nomin.* r *ep.* 136. s *ser.* 1. *c. nat.* t *ep de sent. Dion Alex. longe post m*

Jam verò juxta litteralem sensum, ut ipsemet loquatur David, quod apud Athanasium *t* Dionysius etiam Alexandrin. sentit; nec non Hilarius, colligere possumus

cum

cum Chryſoſtomo tropologiam, eum qui quaſi ventriculum corque purgatum habet, & ſanum plenumque non ſordidis, ſed bonis ſuccis & gratia, *eructare verbum bonum*: nec eſſe, aut in genere, divinos prophetas, Vatibus ſimiles, qui correpti à Dæmone ſic ore loquebantur ut non intelligerent, non ſecus ac ſi tibia inanimata loqueretur: nec enim ſi non cognoſceret Propheta noſter diceret, inquit, quòd *eructavit cor ejus verbum bonum*. Idem Chryſoſtomus Homilia ſecunda in Pſalmum L. ſpiritualia ſenſa differre docet ab eſcis carnalibus, quòd hæ temporis tractu corrompantur: illa fragrantiam ſuam numquam reddere intermittant; virtutem verò eructent proximumque voluptate afficiant. Hoc ait eſſe *a* quod Chriſtus *b* dixit, quia *bonus homo de thesauro* cordis ſui *profert bona*: nam quomodo, inquit Hieronymus *c*, juxta qualitatem ciborum de ſtomacho ructus erumpit, & boni vel mali odoris flatus indicium eſt; ita interioris hominis cogitationes verba proferunt; & *ex abundantia cordis os loquitur*: & juſtus comedens repleniſque animam iſtam, quum ſacris doctrinis fuerit ſatiatus, de boni cordis theſauro profert ea quæ bona ſunt, & cum Apoſtolo *d* loquitur, an *experimentum quæritis ejus qui in me loquitur Chriſtus?* Bernardus *e* vult in *eructatione* ejuſdem cordis abundantiam ſecundùm affectum namque habere voces ſuas per quas ſe etiam quum nolit prodat, timorem meticulosas, dolorem gemebundas, amorem jucundas, ructum nec uſu creari, nec ratione excitari, nec deliberatione ordinari, nec præmeditatione formari, nec nutu prodire animi, ſed erumpere motu: flagrantem ac vehementem amorem præſertim divinum intra ſe cohiberi non valere, ſed ebullire: & pro captanda quantulacumque evaporatione ardoris non tam enuntiare, quam eructare ſic refectum, ſic repletum in bonis *f*, non exigi in hoc ructu orationum junctura, ſolemnia dictionum leges, regulas, moderationem, compoſitionem, commoditatem, opportunitatem, per ſe ex intimis non modo quum non vis, ſed quum neſcis erumpere, evulſum potiùs quàm emiſſum: odorem bonum redolere ex bono prodeuntem vate, quia memoriam abundantiæ ſuavitatis eructat *g*. Subdit varios ructus bonos Moſis, Iſaiæ, Jeremiæ, Habacuc, Pauli qui *bonum* ſe *odorem* dicebat eſſe Chriſti in omni loco *h*, penique Davidis noſtri. Ejuſdem *i* ſalutare monitum priùs nos infundi debere & impleri, ut de plenitudine eructemus non oſcitemus de inanitè: priùs *adipe & pinguedine* repleri quàm *labiis exultationis* laudet os noſtrum *k*. Hieronymus *l* ructur *odorem bonum* videtur attendere in eo qui eſuriens ſitienſque ad Domini accedat carnem, eaque ſaturatus eructet ſermonem Domini, & *dicat opera ſua Regi*. Scribit etiam Lucina *m*, Euchariſtiam abſque condemnatione noſtri, & pungente conſcientia ſemper accipi poſſe, & audiri Pſalmiſtam *n* dicentem, *Guſtate & videte, quoniam ſuavis eſt Dominus*, & cum eo, cani, *eructavit cor meum verbum bonum*. Hilarius *o* obſervat omne Prophetæ noſtri eloquium ſub *Eructandi* ſignificatione oſtendi, quoniam omnis ſermo hominum ex ſenſu cogitationis initur ac motu, ubi ad aliquid enuntiandum, mota mens noſtra, id quod in affectum ſibi inciderit, per verba declarat: at verò ubi extra humanæ mentis inſtinctum non ad animæ ſententiam lingua famulatur, ſed per ineuntem ſpiritum officio oris noſtri divini ſenſus, ſermo diffunditur, illio eructatum videtur eſſe quod dicitur, quum non (in aliquibus libris deeſt, *non*) antè cogitatione motuque percepto id ad quod pulſa ſit mens loquatus, ſed ignorante ſenſu (& hoc nomen deſideratur in nonnullis) ſpiritus vocem in verba diſtinguat. Valent hæc ad vim ſenſus litteralis, ut & quæ Bernardum dixiſſe retulimus; nec tamen more vatum, quod refellebat Chryſoſtomus, intelligunt ſic eructantes prophetas divinos locutos. Error fuit iſte Montaniſtarum, de quo aliàs Thomas *eructationem cordis* interpretatur, ut non ſolis labiis honoretur Deus *p*; ſed pſallatur *ſpiritu ac mente q*. Orandus Deus cordis noſtri, cum Auguſtino *r*, ut ſententes quàm multa figmenta pariat cor humanum. nihil ex eis figmentis pro ſolido vero eructemus. Fabas edi vetat parœmia, quia gignunt flatus tetri odoris ructuſve inſuaves: qualia detrahentium verba, quæ ſunt velut præcordia fœtentia *ſ*. Defectum caloris arguit ructus corporis: nec quando ſummè imbecillis, nec quando nimis vehemens exiſtit, ut Galenus *t* docet: ſic noſter eructat Propheta quòd non ſatis concoquit, ideſt, capit videlicet ſublimiora myſteria: *Ar os ſtultorum ebulliet ſtultitiam u*.

Verbum bonum.) Hoc *verbum bonum* docent citati plurimi Patres eſſe Filium Dei, qui ſit etiam Deus, de quod dicitur quòd ſit ſolus bonus, ut etiam priùs notavimus. Origenes *x*, uno verbo explicat: quaſi Pater dicat verbum bonum dico, verbum bonum loquor, Filium bonum gigno. Cor Patris, inquit, eſt ſua propria ſubſtantia. Dixi quoque prius verbo bono ſuavitates illas innui ſpirituales, quæ foras proferantur ab eo qui guſtaverit quàm ſuavis eſt Dominus, vel percepta Euchariſtia, vel divina aliqua interna conſolatione. Demonſtrant Theologi analogiam diſcrimenque inter divinum Verbum & creatum, ſive mentis ſive vocis. Copioſiùs autem Barradius *y* noſter, & qui exponunt Evangelium Joannis, Toletus, Maldonatus, Salmeron, Pererius, novem ſimilitudines, totidemque diſſimilitudines primus affert. Tertullianus *z*, *verbum bonum* ſive, ut ipſe loquitur, ſermonem optimum ſcribit eſſe benedictionis, quo univerſa prout edidit, etiam dedicavit: & exorſus eſt ſermonem Chriſtus dicens, *Beati a mendici*, & ſic enim legit: id quod etiam docui, omnino verum, verbo bono nuntium bonum, lætum, fauſtum ſignificari, ita ut Pſalmus hic in quo *Verbum bonum* eructatur, dici poſſit. Solemnis formula erat bona verba dicere, bono præſertim die.

Nunc dicenda (inquit ille *b*) *bona ſunt bona verba die*. Exigebat illa ſicut & alia qua bona omnia precabantur ſacrificantibus, ut mente recta circumſtantes eſſent, bonaque oribus proferrent *c*, quam vocabant Faventiam *d* aut bonas preces *e*, videlicet Deo cui attribuebatur, ut proprium cognomen *boni optimique f*, ſed & in Græcorum conventibus concionibuſque, qui aderant, jubebantur *bona verba* dicere. *Bona verba* quæ locutum in ſe Angelum ſcripſit Zacharias *g*, pertinebant ad felicitatem, quum reverteretur ad Jeruſalem Dominus *in miſericordiis h*. Denotat etiam verbi bonitas præter dignitatem iſtam, pulchritudinem, elegantiam, jucunditatem, bonum omne, ſimul oraculi veritatem certitudinemque. Ait igitur David ſe tanta voluptate completum habere animum, ut contineri nequeat quin erumpat, & tantùm illud adeo verum certum quod concepit verbum bonum aliis communicet: ſic autem cum faventia linguarum & verborum, ideſt, cum ſilentio & oribus faventibus, hoc eſt ſilentibus, feſtivè, ac attentè excipiatur; vel etiam, (nam & id valere poſſunt ejuſmodi formulæ) ut præeuntem tali verbo, proſequatur, alii, idemque pro ſe quiſque ſubſequendo dicat; & de dicta formula legendus Briſſonius *i* deque oppoſita qua dicebantur *mala verba*, ideſt, execratoria vel obſcœna. Ructant talia Poetæ Veneri ac impudici contraria, qui ferveſcunt intus amore divino. Utitur Fulbertus *k* iſta ſententia panegyricè, & impreçatoriè, ut ipſe loquitur.

Dico ego opera mea regi.) Hebræum אמיר *omer* poteſt eſſe participium, dicens, nempe ſum, ideſt, dico, & cum ſegol, futurum (dicam) quomodo reddit Chald. אימיר *emar* & Apollinarius,

Ἐργ' ἐμὰ δὴν βασιλῆι περὶ φρεσὶ μυθήσασθαι.

Opera mea Regi ſedulò loquar,

Senſus idem. Sed non eſt Latinum *dico* primæ conjugationis; ut Beda, quidamque alii docent, idem ac dedico; verùm tertiæ, ſignificans loqui, ut dictum Hebræum Chaldæumque & Græcum λέγω. Alii ſic exponunt, judico ego opus meum, videlicet carmen, regi nimirum dicari debere, ut de ipſo ſcribatur, vel dico dicamve regi, hoc eſt, de rege; eo modo quo in Geneſi *l*, quod ſcribitur Abraham dixiſſe Saræ, *dices quòd frater tuus ſim*, Hebraicè eſt אמרי לי *imrili*, *dic mihi*, hoc eſt, *de me*, videlicet Abimelecho regi. Chaldæus clariùs id expreſſit אמרי עלי *emari hhalai*, *dic ſuper me*, ſive, *de me*, Græcè ἀμοὶ μὲ, non autem περὶ ἐμοῦ, ut Agellius tamen affirmat. Item in Pſal. LXXXVI. *m numquid Sion dicet*, ideſt Sioni, & de Sion dicet quis, vel dicetur. Meminit Chryſoſt. (ut notavit quidem auctor ſcholiorum in Bi-

blia

a *hom. in id. Zach. 6. ecce vir or. to. 1.*
b *Matt. 12. 35.*
c *ep. 140.*
d *2. Cor 13. 3.*
e *Serm. 67. in Cant.*
f *Pſ. 102. 3.*
g *Pſ. 144. 7.*
h *3 Cor. 2. 15.*
i *Serm. 18. in Cant.*
k *Pſ. 62. 6.*
l *Iſa. 60. Iſ. & ep.*
m *Ep. 28.*
n *Pſ. 33. 9.*
o *in Pſ. 118. in id eructabunt labia.*
Montaniſtarum error.
p *Iſ. 29. 13.*
q *1. Cor. 14. 15. & 4. de Trin. c. 1.*
r *Eccl. 11. 32.*
ſ *3. de Symp. q. 2.*
t *Pr. 15. 2.*
u *Hom. 2. in diverſ.*
x *To 2. cant.*
y *4. cont. Marc. c. 14.*
z *Matt. 5. 3.*
a *Ovid. 1. Faſtor.*
b *Nonius verb. omen.*
c *Hor. l. 2. ode. 14.*
d *Cato de re ruſtica & Feſtus Ovid. 3. Triſt. eleg. 23.*
e *Cic. 2. de n. Deor. & alta f c. 1. 13.*
g *Ibidem.*
i *l. 1. de form.*
k *Ep. 68.*
l *cap. 20. 13.*
m *verſ. 5.*

blia Sixtina Græca) de alio, qui reddat hoc loco ζατοὶ μαζα μυ. non reperio apud Chrysostomum. Symmacho id Agellius tribuit: & Verbum ἐξαγγελω, *enuntiabo, enarrabo*, &c. At Eusebius asserit, Symmachum & Aquilam vertisse ζὰ δικαιώματά μυ ἐξαγγελῶ, *justificationes meas enuntiabo*. Minus ad rem videtur interpretatio: nihil enim de justificationibus suis David toto Psalmo, nisi velis cum Eusebio respectum habere ad priorem Psalmum, huncque illi connectere, ubi dicebatur *a*; *Hæc omnia venerunt super nos: nec obliti sumus te*, &c. vel Davidem innuere velle, sibi esse omnem justitiam à rege illo, cujus inter ceteras justitiæ quoque virtutem describit. Idem fere judicium de Basilio, Hesychio, Hieronymo, qui *dicere opera regi*, explicant, confiteri, & accusatori futuro antevertere quæ admiserit David referendo; juxta illud; *dic tu primus iniquitates tuas, ut justificeris*: & *justus* b *accusator est sui* in principio sermonis. Nomen operum generale comprehendit etiam justificationes. Sed proposito magis convenit, ut *opera* pro *carminibus* accipiantur, quæ vocavit alius ille καίνυμαζα, nomine Latinitate donato; tametsi Græcè quæcumque etiam opera & opificia significet. Non legi Hebream vocem מצשה *mahhasch*, propriè accommodatam ad carmen, sed ex adjunctis accommodari facilè potest.

a vers. 18.

b Prov 18.17

Hi quos memoravi priùs Patres, explicantes eructatum à *Deo Patre Verbum* & *Filium* per generationem, & ipsummet *Patrem* de se ipso hìc loqui, docent, verba ista, *dico ego opera mea Regi*, ejusdem *Patris* esse, quibus significet se per *verbum* suum cuncta operatum esse & quod scribit Joannes c, *omnia per ipsum facta, & sine ipso factum nihil*. Hoc disertè Ambrosius d tradit. Proinde ait eum, *Pater* regem appellat, quia ipse est ex Regum: Deum dominum, cui omnia divina opera succumbunt, &c. Eadem ad verbum leguntur in oratione 49. Nazianzeni quæ est de fide. Sed magis adhuc apertè Novatianus e, præ aliis id exprimit, allato eodem Joannis testimonio, & alio simili ex Pauli Epistola ad Colossenses f, ubi ait, *in ipso*, idest, per ipsum, condita universa in Cœlis, & in terra, visibilia, & invisibilia, sive thronos, sive dominationes, sive Principatus, sive potestates, omnia per ipsum & in ipso creata, & ipsum esse ante omnes, & omnia in ipso constare. Vult g item dicere sumi pro præcipere, atque Mosem h; dum introducit præcipientem Deum, ut lux fiat, &c. non alium ostendere tunc adfuisse Deo, cui præciperentur hæc opera, ut fierent, nisi eum, *per quem facta sunt omnia, & sine quo factum est nihil*. At si hic, subdit Novatianus, Verbum Dei est, nam *Eructavit cor meum Verbum bonum*, ostendit, in principio Verbum fuisse, & Verbum hoc apud Patrem fuisse, Deum præterea Verbum fuisse, omnia per ipsum facta esse. Scio alios quoque docere, *dicere Dei* significare in Genesi quasi sermonem Patris cum Filio, ut Athanasium i, Lactantium k, qui refert idem de Zenone ac Trismegisto, Justinum l, qui adhibet Orphei testimonium, Clementem Alexandrinum m, qui Pythagoræ, Socratis, Platonis, de quibus item Eugubinus n, Eusebium o, qui profert Philonem p, Augustinum q, Junilium r, Eucherium s, Isidorum t, Glossam u ordinariam, Thomam x, Rupertum y, Petrum Comestorem z, Glossam interlinearem a, Bedam b, Magistrum sententiarum c, Abertum d, Abulensem, quos diligenter citat Ascanius Martinegus e, ut recentiores omittantur. Verumtamen nec tunc primùm quando scribitur Pater dixisse creando, intelligendus est Verbum produxisse, sed jam producto, idque ab æterno per cognitionem omnium creaturarum quæ suo tempore fieri debebant, creaturas in tempore creasse: nec ita propriè præcepti ratio nomenque de Filio dicitur, quasi hoc acceperit à Patre, quum eidem sit omnino æqualis & consubstantialis; præceptum verò indicet superiorem ac majorem qui dat, minorem atque inferiorem cui datur. Athanasius f absurdum putat dicere datum præceptum Verbo, nimirum velut administro, quum sit architectus, rerum auctor, ipsa Patris voluntas. Dici adhuc posset quum Pater dicitur *dixisse opera sua Regi*, significari omnia propter Christum fecisse, sicut & affirmant Hebræi propter Messiam suum omnia creata à DEO. Cyrillus in catena Barbari ait, opera Dei esse piam ac ex virtute vitam: Patrem tantùm non polliceri se Filium doctu-

c cap. 13.
d de Filii dign. cap. 2.
e de Trin. c. 13. & 25.
f c. 1. 16. 17.
g Sap. c. 25.
h Gen. 1. 3
i Orat. cont. Idola.
k lib 4. c 6.
l Orat. ad Gent.
m 5. Strom.
n in Cosmog. 7. de præp. Evang. c. 5.
o p 2. de agricultura.
q de gen. lib. imperf. c. 5. & lib 1. Gen. ad litt. c 2. & 9.
r in Genes. l. lib. 1. in Gen. quæst. c. 2.
s 1. de summo bono c. 10.
t in Gen. 1.
x 1 p. q. 47. art. 1.
y l 1. in Gen. cap. 10.
z Hist. schol. c 3.
a Gen. 1.
b in Gen. & ib. de sex. dierum creat. c 1 d. 13.
c 1 p. de qua. eo aquæ vit q. 12. a. 11.
d in Glos. magnam. Gen. c. 1.
f Grat. 3. cent. Arta.

A rum, quibus verbis uti debeat, ut nos ad illa opera inducat juxta illud g, *à me ipso facio nihil, sed sicut docuit me Pater, hæc loquor*, & h *Pater diligit Filium, & omnia demonstrat ei quæ ipse facit*, & i, *quem misit Deus, verba Dei loquitur*, & k, *Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui, & ponam verba mea in ore ejus, loquenturque ad eos omnia quæ præcepero illi*. Placet hoc etiam Valentiæ, ut intelligamus dicta commissaque Filio à Patre opera redemptionis humanæ.

g Ioan. 8. 28.
h cap. 5. 20.
i cap. 3. 3.
k Deut. 18. 8

Porrò litterali simplici sensu David Deo Christo quem absolutè *regem* nominat, quia Rex Regum est, quasi cum Homero dicas ὑπατον κρειόντως, *supremum imperantium*, cum Callimacho, ἀεὶ μέγαν ἀεὶ ἄναχζα *Semper magnum, semper regem*, cum Sibylla ἡγατῆρα θεῶν, *Ducem Deorum*, cum Orpheo; κόσμοιο ἄναχτα, *mundi Regem*, & μέγαν βασιλῆα, *magnum Regem*, cum Philone, ὑπαρχον *magistratum & Principem*: qua de re dictum Psalmo II. ut indicat articulus τὸ ה *he* demonstrativum latens sub ל *la* in nomine למלך *lammelech* pro להמלך *lehammelech* dicit dedicatque opera carminum suorum, sese devotum ei declarans, ac profitens, antequam nuptiale carmen canat. Prisco sæculo qui Principes alloquebantur, præfabantur se devotos illis dicatosque. Testis Dio Cassius l, & statuarum demonstrat inscriptiones

l lib. 53.

B marmorumve; *Devoti numini Majestatique, tuæ*, Carmen & opusculum, ait Hieronymus, consecrat Regi, & pro Musis ipsum invocat quem laudaturus est.

Invocationes musarũ apud Poetas.

Poetæ antiqui proponunt initio quid canere velint, & cui, ac suas alloquentes Musas, quarum una Calliope, à vocis pulchritudine, bonitateque, orant, ut canant. Id Græcos, idest, ethnicos scriptores, poetas, oratores, ubi fabulosum aliquod scriptum aggrediuntur, facere scribit Epiphanius in sui contra hæreses operis initio, ut aliquam invocent musam, non Deum, quia diabolica est ipsorum sapientia, nec non terrena m. Invocat simul David regem, simul consecrat se ipsi voto, prece; hæc autem Jamblico teste, ut Eugubinus notavit, optima ad felicitatem perveniendi via, quæ mixta est invocationibus Deorum, ἓ μέλιςα τὸ βασιλῆως αὐτῷ Διός. *& maximè regis eorum Jovis*: dicamus nos Jehovæ Dei veri unicique cui subsunt inferiores quasi quadamque participatione dii, vocati ἄναχτες, Angelique hominesque cœlestes, terrestres reges. *Sacrificium*

m Iac. 2. 15. Optima ad felicitatem perveniendi via.

C *laudis*, ait sumus rex n, *honorificabit me, & illic iter, quo ostendam illi salutare Dei*, qui sum ego. Qui maximus Regum habebatur Persis imperans ὀβασιλέυς, appellabatur simpliciter: Urbium apud Græcos nobilissima, Athenæ, πόλις, apud Latinos, Roma, Urbs. Etsi verò de Regina quoque multi sunt Psalmi versus: Regi rectè dicitur dici quidquid hìc dicitur, quia sponsæ laudes redundant in sponsum, & ad eum diriguntur. Non ineptè minùs porro liceat hic argumentari quomodo David rex vocat nunc regem filium suum, sicut Christus argumentabatur quomodo vocaret eum Dominum o.

n Ps. 49. 23.

o Mat. 22. 24 p Hier. & ep. 104.

Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis.) Hieronym. p, *lingua mea stylus scribæ velocis.* Cyprian. q *scriptoris acutè scribentis.* Quod Hieronym. vertit, ad verbum est Symmachi ἡγλωσσόλε γραφέως ταχινῦ. Aquila, reddit σχοίνος γραμματικῶς ταχινῦ *juncus scribæ*, quasi dicas, grammatarii, litterarii aut litteratoris, velocis: D LXX. verò κάλαμος γραμματέως ὀξυγράφος, Significat ὀξύς quod est in ultimi nominis compositione & *velocem* & *acutum*, sicut ωκύς, *velocem, citum, celerem*: inde ocyus apud Latinos est in acutie scriptionis celeritas, nec scribi celeriter & simul crassis ita litteris potest. Chaldæus vocat scribam רגיל *raghil*, exercitatum, exprimitque, verba linguæ prompta, loquens (nempe vel est, vel erit, vel fit) si legamus, ut est in Regis Bibliis ממלל *memalle* Nebiensis enim legit ממלל *mamlal* verbum, *lingua mea festinantur*, vel promptè, מוחי *mochi*, aut *festinata promptave verba, tamquam calamus scribæ exercitati.* Quocirca sensus erit juxta paraphrasim istam & communem Hebræorum, ac Hebraizantium sententiam, ut significet David futuram linguam suam, vel ut sit, optet, tam celer, & expedita in suo illo sermone carmineque de rege, voxque tam pura, clara, resona in eo decantando, quàm decurrit stylus calamusve velocis scriptoris promptè & facile, cui est pro lingua manuum quodammodo, dictum instrumentum: aut quod Ruffinus notat, *lingua* pro verbo ponitur, pro effectu causa. Nostri tum Græci, tum

q 2. Testim. cap 29.

Lati-

Latini similitudinis in eo vim statuunt, ut idem David asserat vel certè cupiat, agi linguam suam ab Spiritu sancto, non autem spontè motuque proprio moveri, ita ut dictet Spiritus sanctus, utaturque lingua sicut calamo, sive stylo, nec quidquam sit quod impediat, vel retardet. Exemplo possunt esse hi quorum in ore linguaque dæmon obsidens verba format profertque tam rapidè, & tanto quasi profluvio, ac torrente sermonis. Item serpens in quo dæmon; asina *a*, in qua bonus Angelus locutus est. Interest, quod, ut priùs monui, Prophetæ sic agitantur spiritu divino, ut eum percipiant; & ipsimet eo inflati verè ac propriè, intelligenter loquantur; denique spiritus Prophetarum subjecti sunt *b* eis. Homines ob propriæ mentis tenuitatem, inquit, Euthymius, vix pariter enuntiare possunt & scribere, dum ad sensuum inventionem & dictionum connexionem attentiùs occupantur. Qui aliquid domo prolatum loquitur, ait Chrysostomus, differt & cunctatur, meditans, componens, impeditus ignoratione, inscitia, dilatione, multaque sunt quæ velocitatem sermonis interturbant. Igitur aut David suam linguam vult esse *calamum Spiritus sancti:* aut eamdem *calamum*, seque ipsum nominat scribam calamo utentem ad excipiendum quæ alius, videlicet, idem Spiritus sanctus, dictet. Utrovis modo denotat, Deum in Prophetis, ac per os eorum loqui, ut ipsemet de se ipso *c* alibi testificatus est, deque eodem alii quos citavi in præfatione *d*, ut ceteri Prophetæ etiam de se ac de illis in genere Joannis pater *e*, Petrus *f*, Paulus *g*, Christus verò de iis qui coram tyrannis testimonium perhibeant de ipso *h*. Testimonium David de se illud est, *Spiritus Domini locutus est per me, & sermo ejus per linguam meam i*. Pluribus placet scribam esse Spiritum sanctum, linguam Prophetæ, calamum, per quam linguam dum illam movet Spiritus sanctus, scribere idem Spiritus censeatur, non solùm in corde Prophetæ, sed etiam aliorum ad quos Prophetæ, scripta vel verba perveniunt; verba verò non tantum lingua habeant calami rationem, tinctaque sint, ut loquitur Basilius, non atramento, sed ipso Spiritu, ideſt, dono ac instinctu ipsius; denique plura, vel pauciora inscribat spiritus aut manifesta aut obscuriora juxta portionem latitudinis cordis, ac pro modulo apparatus, quo quisque expurgaverit illud, nempe per gratiam ejusdem. Discipulis Spiritus sanctus missus est sub linguarum formis *k*: & Paulus in se loqui dicebat Christum *l*. Sub cujus Pauli persona Chrysostomus *m*, ut Davidem hæc dixisse. Stylus iste divinus dici simul potest stylus hominis cujusmodi de quo Isaias *n*, quoniam licèt à Deo inspirata scribantur & de Deo, tamen etiam de eodem, ut *homo factus est*, atque dialecto humana, vulgoque intelligibili, quemadmodum de Evangelii Scriptura Procopius *o* Isaiam interpretatur, quem ibi LXX. librum vocant non modo grandem, sed novum quoque: nec non Cyrillus Alexandrinus *p*, & Clemens *q* Eusebius *r* Oecumenius *s*, idem Cyrillus *t*, docet Deum tamquam calamo usum filio suo in spiritu; quem *digitum Dei* vocavit *u* Christus, & in omnium cordibus calamum illum patris omnis boni cognitionem inscripsisse, quasi digito quodam Dei Spiritu Patris ac suo utendo; sicut olim in tabulis eo digito legem scripserat *x*. Gregorius etiam per calamum docet hic designari Verbi æternitatem, quia quod loquimur transit: quod scribimus, permanet. Id etiam probabile ducit Ambrosius *y*, ut *scriba velociter scribens* sit verbum Dei, quod animæ viscera percurrat & penetret, & inscribat in ea vel naturæ dona, vel gratiæ: lingua factum illud corpus ortum ex Virgine, quo vocata sunt venena serpentis, & Evangelii opera toto orbe celebranda decursa sunt. Sentit id ipsum hoc loco Didymus citatus à Barbaro. Athanasius differt in hoc solum quòd & linguam & calamum scribæ ad Christum refert: dici autem *scriba velociter scribentis*, quoniam simulatque aliquid dixit, illico factum est: quod *Verbum abbreviatum z* dici possit.

Cyrillus ideo linguam Patris vocari Christum vult, quia nihil aliud loquatur, præter ea quæ in ipso sunt, sicut nostra in nobis facit lingua. Confirmari potest ex eo quod separanter pretiosum à vili, Deus quasi os suum fore *a* dicit. Addit Cyrillus esse calamum, quia imprimit in fidelium cordibus Patris voluntatem, idque clare ac breviter, quod lex Mosis longo ambitu & multo involucro, utpotè quum sit magni consilii Angelus: & inscribat in cordibus ipsis *b*, ita ut vocari possint Epistola Dei, quemadmodum Paulus *c* Corinthios, Epistolam suam nominabat scriptam in corde suo, & Christi, ministratam à se, scriptam autem non atramento, sed spiritu Dei vivi, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Apollinarii ratio est, quia *per Mosem lex data est, gratia & veritas per Jesum Christum d*. Mosis calamus legem pedagogum scripsit: non potuit autem nomina nostra in cœlis scribere sicut scripsit Christus. Valentia caussam assignat, quia lingua magis indicat sensibilem naturam Christi: sicut verbum, divinam. Augustinus in celeritate ista observat Verbum æternum unicum in quo sunt omnia, & semel prolatum semper manet. Ait, etiam si David loquitur in velocitate, denotare, brevi ventura de quibus scribere velit, hoc est, Christi adventum. Sed priorem magis communem expositionem sequitur præter ea Procopius *e*, Hilarius *f*, Hieronymus, *g*, dicens calamo gratiam prophetalem denotari: Ambrosius *h* rursum vocans sermonem infusum prophetæ (etsi de priore quoque meminit sententia, referentium ad Christum) Augustinus *i* vel Eucherius *k* docentes, labia duo testamenta esse inter se consonantia, in quibus divinatio sit, ita ut in judicio (si ex his fiat) non erret os *l*. Alludit huc Gregorius, *m* quum de libri Job disputans auctore, nihil docet referre, quum constet dictatum à Spiritu sancto, sicut, inquit, si magni cujusdam viri susceptis epistolis legentes verba, quo calamo fuisset scripta quæreremus, ridiculum esset. Eodem pacto Theodoretus *n* ad quæstionem de auctore Psalmorum respondet; Vaticinantis esse quicumque ille sit, linguam præbere ministram gratiæ sancti Spiritus, & ut legitur hoc loco, tamquam calamum scribæ. Possunt omnes scriptores sacri comparari cum Deo similes dici Baruch collato cum Jeremia. Ex ore Jeremiæ loquentis, quasi legeret, scribebat Baruch *in volumine atramento o*. Laudatur etiam Esdra tamquã *scriba velox in lege Mosi & eruditus & doctissimus, εὐφυὴς, ingeniosus ac dexter p*. Sed velocitas ad percipiendi intelligendique non autem, litteras ducendi, & exarandi, videtur referenda, de qua postea. Chrysostomus exponens Isaiam, docensque morem solemnem scriptoribus sacris maximè Prophetis, hunc esse, præfari, se quæ scribant, à Deo accepisse, confirmat hoc etiam loco. Nolim existimes, ait, has litteras esse quæ calamo scriptorio exarantur sed adscribendas ei dexteræ, quæ mentem prophetæ occupabat, hoc est, non linguæ ipsius David assignandas, sed gratiæ ipsum ad hoc promoventi.

Juxta mysticos alios sensus, Deus ut scriptor spectari potest in creatione, quasi creaturæ sint characteres, ex quibus hic tamquam liber totius universi existat, quem legant, non Idiotæ tantum, atque rudes aliarum litterarum, ut loqui Antonius *q* solebat, sed litteratissimus quivis doctissimusque. Eumdem usurpat hoc loco dicendi modum Ruffinus, & præterea Basilius *r*: ut omittam Trismegistum *s*: Bonaventura *t* verò rationes istius comparationis tractat; simul etiam quot modis conveniat Deo ut scriptor ac tabellio notariusve nominetur; item quibus in locis scripserit, nempe in lapidibus marmoreis, in profundo pectoris, in pergameno humani cordis. Ibi vult hac nostra sententia innui, scribi præcepta divina in corde nostro, digito Dei sive Spiritus sancti, calamum esse linguam prædicantis: pergamenum, munditiam cordis; encaustum & atramentum, gratiam Spiritus sancti: rubricam quæ totam ornet Scripturam, sanguinem Christi: res scriptas, dilectionem Dei & proximi. Philippus Greveus *u*, imitans Bonaventuram, adjicit eadem de re alia; nec non quod & suos habeat Dæmon scribas, calamos, atramenta, pergamena: scribas, malos advocatos, adulatores, detractores, pravos consiliarios, lenones, &c. talium linguas, calamos: encaustum, peccati turpitudine: pergamenum, cor. Hugo Cardinalis aut Alensis affert similia de officio prædicatoris, quem oporteat de corde bono bonũ eructare verbum; & quæ dicat etiam facere, *dicendo Regi opera sua*, in ejusque honorem cuncta referendo; & instinctum dictamenve Spiritus S. sequi: & impedimenta removere bonæ scriptionis, quæ prædicatio est, seipsum ut calamum aptè temperando & accommodando ad audientium captum: & pergamenum cordis eorum disponere, id à carne sperando, siccando abra-

a Num. 22. 28. & seq.
b Num. 22. 38. & seq.
c 1. Cor. 14.
d 2. Reg. 23.
e Cap. 2. Luc. 1 70.
f 2. Ep. 1. 25
g ibid. 1. 1.
h Matt. 10. 20
i 2. Reg. 23
k Act. 2. 3.
l 2. Cor. 13. 3
m Ser. 1. de ascens.
n ibid.
o 9. 8. 1.
p ibid.
q 16. & in c. 29.
r 6. Strom.
s 7. demonst. c. 3. & 8.
t in c. 3 Ep. ad Hebr.
u 1. de ador in Spir.
x L. 11. 20.
y Eg. 31. 18.
z L. 23. Mor. c. 3.
a in Ps. 50.
b Rom. 9. 28 Is. 10, 22.
c 1 Cor. 15. 19.
d Ier. 31. 33
e 2. Cor. 32. 3
f loc. 1.
g Præf. in Gen.
h in Ps. 118 sub finem.
i in c. 40.
k in Ps. 50. Ezech. ut in c. 7. Lu
l de essent. divin.
m de form. Labia duo testamenta inter se consonantia.
o Pr. 16. 10.
o Pr. in Iob. c. 1.
p Pr. in Ps. Ad quæstionem de auctore Ps. responsio.
q Ier. 36. 29.
r 1. Esd. 1. 6. 11. 12. & in 3. l. quamvis Apochryph. c. 8. 30
s Athan. in vita.
t Ho. 11. hier.
u in pimen.

abigendo, extendendo, poliendo ac dealbendo. Expoſuit item Calami quem arundineum facit, proprietates de eodem prædicatore, ut oriatur in aquis doctrinæ: ſit vacuus per humilitatem, plenus honeſta converſatione: opportuno tempore colligatur, non ante tempus prædicet: acutus per ſubtilitatem orationis convenientem: ſciſſus per diſtinctam & apertam orationis prædicationem: imbutus encauſto gratiæ divinæ: ductus versùs dextram partem vitæ æternæ.

Præterea in ſignum ſingularis amoris perpetuæq; memoriæ dicitur Deus deſcripſiſſe nos *in manibus ſuis* a: immò, &, ſi de Chriſto loquimur, in pedibus præterea & latere. In cruce ſub mortem teſtabatur condebatque non ſolùm publicum ſed etiam domeſticum teſtamentum inter matrem & diſcipulum dividens pietatis officia: hoc autem teſtamentum ſignabat Joannes; quod, inquit Ambr. *b*, non atramento ſcriptum eſt, ſed Spiritu Dei vivi, qui ait, *lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis*.

a Iſ.49.15.16

b Ep.28

Lingua mea calamus.) Hinc aliqui *c* colligunt quòd ſacer ſcriptor ſponte quidem ac voluntariè ſed non libere ſcripſit, quia calamo ſimilis dicitur: tantaq; ſcripſit facilitate: nec erat in ejus arbitrio non ſcribere, aut aliter. Non equidem aſſentior: quoniam uti ſolet Deus homine tamquam inſtrumento, ſecundùm humanum modum; hoc eſt, ſalva ipſius libertate. Deinde caruiſſet in ea re Scriptor ille merito. Fieri poteſt ut in receptione ſpecierum aut cujuſpiam luminis divini non ſit libertas: tamen in uſu ipſo, ac ſaltem in judicio practico videtur omnino concedenda. Lucas in Evangelio præfatur ſibi viſum eſſe ex ordine ſcribere Theophilo ſicut ab aliis acceperat. Quæ etiam auctor hiſtoriæ Machabæorum de ſuamet tradit ſcriptione *d*, innuunt, ſumma libertate, magno ſtudio, non abſq; tamen inſtinctu divino eam ſcripſiſſe. Nec obſtat libertati facilitas quam quidam interdum experiebantur, ut Jeremias *e*. Zeno Veronenſis *f* obſervat quod calamus fiſſus & duos vertices gerens in unius acuminis tenuitate digeſtos, & unam litteram utroq; conficiens; cui ſi unum adimas, alterius inanis eſt uſus, duo ſignificat teſtamenta quæ ſimiliter duobus capitibus unam litteram fingunt: ideſt, ſacræ legis duobus edictis unum Chriſtum Dei filium ſpirituali temperamento conſcribunt. Quæ ſine ſe utilia eſſe non poſſunt: quia veteri ſicut novum præſtat fidem; ita novo vetus perhibet teſtimonium, ſicut ſcriptum eſt, *Semel locutus eſt Dominus; & hæc Duo audivimus* g. Affert præterea de conſenſu duplicis teſtamenti didrachma repertum in ore piſcis *h* quos vocat duos denarios: duos item denarios datos ſtabulario à Samari *i*; præterea virgam & baculum de quibus David *k*: ſcalam Jacob *l* conſtantem duobus ſcapis gradibuſq; multis: forcipis ſeu forficis Iſaiæ *m*, qui in duos producitur ultros cum uno morſu.

c Valentia in 2.2. ſ. fidei. c.5. punct.2.

d Luc. 2.24. & ſeq. & c. 25.

e 39.49.

f c.36.17.18 Ser. de form. Jacob.

g Pſ.61.12

h Matt.17.27

i Luc.10.35.

k Pſ. 22.4.

l Gen.28.12

m 6. 6.7.

Calamus.) Supple, (ſicut) quæ vocabula debet alibi ſuppleri: ut *n*, *Filius unius anni erat Saul*: o *cæperunt furere à vino*: p *traſmigra in montem ſicut paſſer*, ut eſt in textu Hebræo. Eſt Græcè κάλαμος, ut antè dixi, apud Symmachum γραφεῖον, apud Aquilam, σχοῖνος nomen quo Symmachus utitur, quodlibet ſcriptorium inſtrumentum valet, pro quo Hieron. reddidit *ſtylum*. Sed σχοῖνος juncus vel arundo eſt, ſicut & κάλαμος, Latinaq; vox facta Calamus, licèt poſtea translata ad inſtrumenta ex alia materia, ut ex penna, ut alibi docui *q*. Utitur quoq; Chaldæus eadem voce קולמוס *Kolemos:* Heb. עט *hhet* æquè generalis eſt, ut γραφεῖον Unde *ſtylus ferreus* in libro Job *r* appellatur γραφεῖον σιδηρόν & עט ברזל *hhet harzel*. Chald מופרזלא קולמוס *kolemos min parzela*. De multiplici veterum ſcribendi ratione diſputat dicto loco Job, ubi etiam indicantur, bonus ejus interpres Pineda noſter. Hoc loco cujuſmodi intellexerit David inſtrumentum, ſatis videtur intelligi ex epitheto *ſcribæ velociter ſcribentis*; velocius enim ſine dubio ſcribitur in charta, calamoq; ſeu ſtylo ex penna vel canna, quàm ex ferro vel oſſe ſimilive alia materia, quæcumq; ſit materia in qua ſcribatur, aut lapidea aut plumbea, &c. Dixi, Aquilam, dum σχοῖνον dixit, ſignificare voluiſſe, fuiſſe hoc inſtrumentum ex junco, arundine, canna. Id ut certum ponit Gregorius *ſ*, Hugo *t* Cardinalis, Hieron. *u*, Ambroſ. *x*: vim namq; faciunt in proprietatibus arundinis, ut nominatim Ambroſ. ad abigenda venena ſerpentis, ſi calamo iſto percutia-

n 1.Reg.13.1

o Oſe.7.5.

p Pſ. 19.2

q in ep.3. Jo. verſ.13

r c.19.24.

ſ c.33. Mor. c.3.

t hoc loco.

u in c.40. Exe. Arundinis proprietate.

x in Pſ. 50. & in cap. 7. Luc.

tur: & ſi de terræ evellatur plantariis, ac ſuperfluis exuatur, quæ eſt *expoliatio veteris hominis cum actibus ſuis* y, & aptè tempore, præcepta cœleſtium ſcripturarum penetralibus mentis imprimere poſſe, atq; tabulis cordis.

y Col.3.9.

Sed omitti non poteſt elegantiſſima ejuſdem Ambroſii allegoria de Chriſto, ſimul cum tropologia quæ pertinet ad nos. Ait, Chriſtum quia de genitali proceſſit arcano, eructatum dici à corde patris ut *verbum bonum*: *calamum*, quia caro illius paternæ ſeriem voluntatis expreſſit, & linguæ mandata divinæ ſacri effuſione cruoris implevit: *ſcribam*, quia calamo ſuo individua quadam diſtinctione novi & veteris Teſtamenti vel Divinitatis & Carnis (alludit forſitan ad ſectum bifariam calamum ſcriptorium) paternæ nobis diſpoſitionis myſteria revelavit. Subdit deinde, hunc nobis imitandum calamum noſtræ carnis temperamento, ut carnem tingamus non atramento, ſed ſpiritu Dei vivi, ut quod ſcribimus æternum ſit: tali calamo Paulum illam epiſtolam ſcripſiſſe, *Epiſtola noſtra nos eſtis, ſcripta non atramento, ſed ſpiritu Dei vivi* z, ut eamdem carnem tingamus in Chriſti ſanguine, ſcriptum eſt *a*: *ut tingatur pes tuus in ſanguine*, hoc eſt, veſtigium animi, mentis inceſſus indubitata confeſſione crucis dominicæ vitia diluendo, peccata detergendo, mortem Chriſti *in carne circumferendo* b. Hieron. dicit, calamum gratiæ prophetalis imitari cupere qui ſcribentes ſcribunt iniquitatem, & quibus imprecatur propheta *c*, *increpa feras calami* (arundinis) Hæreticos intelligit quo divino ſpiritu agitari ſe profitentur.

Elegantiſſima de Chriſto allegoria.

z 2.Cor.3.2.

a Pſ.67.24.

b 2 Cor.4.1.

c in Ez. c.40.

Scribæ velociter ſcribentis.) Dixi *acutè ſcribentem* à Cypriano vocari, à Paraphraſte *exercitatum*: Campenſis appellat *peritiſſimum*. Hebræa vox מיהיר *mahir* in bonam ſemper partem ſumitur pro feſtino ac veloce, quiſit ſedulus, & ſtrenuus. Scriptoris laus una in celeritate, & ut expeditè currentiq; ſtylo exaret. De hac Martialis *d*, quum de notario quem vocat etiam velocem *e*,

d Pſ.67.24.

e l.14.ep.202

Currant verba licèt, manus eſt velocior illis:
Nondum lingua ſuum, dextra peregit opus.

Notarius primum dictus qui dictantis excipiens verba, tam celeriter expediteq; ſcribebat per notas & compendia, quas nunc appellant abbreviationes aut abbreviaturas, aut cifras, ut linguam anteverteret. Vocatur etiam Græcè σημειογράφος, ταχυγράφος, vel γράφων εἰς τάσχος hoc loco ἐξυράφος. Notavit hac de re non pauca Raderus noſter, Scholiaſte eruditus Martialis, ex Baſilio, Manilio, Seneca, Auſonio & aliis, ut de recentioribus ex Synodii Scholiaſte avarone, ex Bernatio, Briſſonio, lucreto, Pererio, Sixto ſenenſe, qui ultimi duo de verbis apud Danielem *f* mane Thecel Phares. Adde Cujacium *g*, qui citat Plutarchum, & jus civile. Sic prima iſtius artis inventio, non Ciceroni ejuſve Tironi *h*: non Mecœnati *i*, aut ſervis illius; ut Aquilæ liberto: ſe tribuenda potiùs Judæis videtur; apud quos etiam genus illud interpretandi quod *caballiſticum* vocant, de quo Archangelus Burgonovenſis ex Joanne Pico. Ad rem noſtram facit Baſilii *k* ſententia, quòd οἱ λόγοι τῇ φύσει ὑπόπτερον ἔχουσι, *verba natutam alatam habent*: διὰ τοῦτο σημείων χρῄζουσιν ἵνα ἐπαμένων εὐπετῶς λάβῃ τὸ τάχος ὁ γράφων. *propterea ſignis ſeu notis utuntur, ut volantium eorum velocitatem excipiat ſcribens.*

f l.10.ep.62. vel 61.

Notarius primum ut dictus.

g C.5.25

h 3.obſ.c.3.l. 12.c.ul.

l Euſeb. in Chronol 195 annot. 4.

k Dan.l.55.

Item quod ſcribit Manilius *l*.

l ep.178.

Hic & ſcriptor erit felix, cui littera verbum eſt,
Quique notis linguam ſuperet curſumque loquentis,
Excipiens longas nova per compendia voces,

Talibus notis Seneca citatam excipi orationem & celeritatem linguæ ſequi manum dicit. De ſuo demum præpete notarum miniſtro Auſonius *m*.

m 4.Aſtron.

Puer notarum præpetum
Celer miniſter advola:
Tu ſenſa noſtri pectoris
Vix dicta jam ceris tenes.
Sentire tam velox mihi
Vellem dediſſet mens mea,
Quàm præpetis dextra fuga.
Tu me loquentem prævenis.
Qui quæſo, quis me prodidit?

Quis iſta jam dixit tibi,
Quæ cogitabant dicere?
Quæ furta corde in intimo
Exercet ales dextera?
Quis ordorerum tam novus
Veniat in aures ut tuas
Quod lingua nondum abſolverit?
Doctrina non hæc præſtitit,
Nec ulla tam velox manus
Celeri pedis compendii:
Natura manus hoc tibi,
Deuſque donum tradidit,
Quæ loquerer ut ſcires prius,
Idemque velles, quod volo.

Hujus Scholiaſtes Elias Vinetus, quamvis damnatæ religionis auctor, diligenter inter ceteros hoc ipſum argumentum pertractat. Ergo indicat David ſe paucis, velutiq; compendio, res maximas complexurum, idq; ſumma facilitate, & velocitate, impellente nimirum Deo & dictante per manum, & inſtrumentum ſcriptorum; in manu eſt namq; *ſapientia omnibus mobilibus mobiliora* a. Tam compendiola ſcriptio vocari poteſt conſummatio, abbreviatio, *verbum abbreviatum* b, ſicut & Evangelium ipſum. Innuit præterea ducta ex ſcriptura comparatione velle quæ ſit dicturus poſteritati perpetuo commendari, ſicut quæ hac de cauſſa inſculpebantur in æs c, aliamve materiam. Ceterùm ex dictis de ſcriptore ſacro, qui ſi velut amanuenſis, immo manus, immota lamus principis ſcriptoris Dei, ſequitur, ſacræ ſcripturæ auctoritatem ſummam eſſe; non ſolùm infallibilitas eſt in Scriptura ſacra, cujuſmodi eſt in definitionibus Pontificum, quando fidei controverſias definiunt; ſed qui ſcribit immediatè, & auctor immediatus, ſumma facilitate propter motum ejus, cujus velociter *d* currit ſermo, *Exultans ut gigas ad currendam viam* e, velociter ſpolia detrahens, feſtinans, accelerans *f*, cognoſcit veriſſimè certiſſimèque omnia etiam minutiſſima: nec in arbitrio ejus eſt aut non ſcribere, aut alio modo, alio tempore, aliis verbis, ut aliàs oſtentum eſt in Diſputatione de Scriptura ſacra.

Denique tropologiam elicitur finamus nos agi ſpiritu Dei, cujus, ut ait Ambroſius *g*, *gratia neſcit tarda molimina* ò qualis eſt artifex iſte ſpiritus, inquit Gregorius *h* nulla ad diſcendum mora: agitur in omne quod voluerit, mox enim ut tetigerit, mentem docet; ſolumq; tetigiſſe, docuiſſe eſt; nam humanum animum ſubitò ut illuſtrat, immutat, abnegat repentè quod erat, exhibet repentè, quod non erat. Quòd ſi *ſcribam* ſumamus pro doctore, ſuper cujus faciem *imponit Deus honorem* i, & qui ſit *velox in lege* K, indicabitur ſumma doctrina conſtare Pſalmum iſtum, eſſeq; de rebus altiſſimis. Ineffabilem Deum Ægyptii deſignabant hieroglyphicè crocodilo, cui os apertum & hians abſq; lingua *l*; & eloquentiæ Deo alii linguas ſacrificabant: & ſummæ ſapientiæ Symbolum deſcribebant manu comprehenſam linguam *m*; nec ſuam Alexander formari ſinebat niſi à peritiſſimis artificibus imaginem *n*. Oportet prædicatorem verbi boni, hoc eſt Evangelii, linguam præparare velut organum, ut aptè moveri à Deo poſſit, faciendo quod in ſe eſt, & Deum ipſum invocando, & eamdem linguam præparet ac dirigat multoq; magis cor ex cujus abundantia loquimur: quum traditum ſit, Periclem, Demoſthenem, alioſque ſummos Oratores nonnumquam orandi minus defectaſſe, quum dicerent, imparati ſumus, non ſumus inſtructi o. Eloquentiæ hieroglyphicum lingua cui ſuberat oculus, erat *p*,

a *Sap.* 7.14
b *Rom.* 6.27 *Iſ.* 10.22.
c *Job* 19.24 *Jer.* 17.1 *Matth.* 14 18.
d *Pſ.* 147. 15
e *Pſ.* 18.6
f *Iſ.* 8. 3
g *in c.* 1. *Luc*
h *in Hom.* 30 *de Evang.*
i *Eccl.* 10
k 1. *Eſd.* 7
Ineffabilem Deum quo hieroglyphica.
l *Pier. l.* 7. c. 37.
m *Pier. l.* 43
n *Pl. ap. de l. educ.*
o *Pier. l.* 43

Verſ. 3.) Speciosus forma præ filiis hominum; diffuſa eſt gratia in labiis tuis: propterea benedixit te Deus in æternum.

POſt procœmium, init jam cantum ipſum, convertens orationem ad Regem illum, cui præfatus eſt *dicere ſe opera ſua*. Melius enim novum hinc principium ſumitur quàm ſuperioribus primum nectatur hujus verſus membrum, ſicut facere LXX. teſtatur Euſebius, meritoq; non approbat: & quemadmodum Hieron. & Chryſoſtomus, meminit retuliſſe quoſdam non ad Chriſtum ſed ad calamum, Sponſi porro laudes hinc ad verſ. 8. ſunt à genere, ut ſit cjus pater Deus: à formæ præſtantia: à virtute bellica: ab aliis animi virtutibus verè regiis: ab eloquentia: ab omnium bonorum, regni præſertim diuturnitate, immò æternitate, omnibuſq; felicibus auſpicis: ab elegantiſſimo lautiſſimoq; tum corporis tum veſtium cultu: ab eximiis Reginæ ſponſæ laudibus. In hoc verſu contineri videtur genus, formæ præſtantia, eloquentia. Tu inquit, inter omnes ac ſupra omnes homines formoſiſſimus pulcherrimuſq; & ſecundùm corpus & præſertim ſecundùm animam, quæ nullum peccati nævum contraxit, omni autem virtutum ornamento atq; gratiarum domo mirificè pluſquam omnes ſine ulla comparatione decorata eſt. Tanta porrò in labiis tuis tamq; copioſè diffuſa ſermonis gratia, adeoque lingua tua *εὔχαρις* eſt, ut rapiantur qui audiunt te, in ſtuporem, *ſuper erbis gratiæ*, quæ procedunt de ore tuo *q* & *ſuper prudentia ac reſponſis tuis* r cogantur exclamare *numquam ſic locutum hominem* ſ: ſentiant trahi ſe ac rebelles mentes ſuas ad veram cognitionem Dei, & ad ſincerum amorem ejus; experiantur fructum orationis, quam ad Patrem placandum & veniam gratiamque impetrandam fudiſti. Hinc planè perſpicimus, quàm te Deus magna benedictione cumulaverit, non ad tempus ſed in æternom perpetuam tibi poteſtatem dans *in cœlo & in terra* t. Delectatus videtur captuſq; tua illa formæ & ſermonis elegantia Deus, ut benedictionibus modum ſinemve non impoſuerit, donec ſublevaret ad dexteram ſuam *u*, omnes tibi benedicere ac laudare juberet benedictione omni omnes in te atq; per te benediceret *x*. *Vox tua dulcis & facies tua decora* y, oblectans omnium oculos aureiq; Cuncta hæc tibi munera pulchritudinis & eloquentiæ provenerunt à Deo, qui tam largus ac beneficus erga te fuit, tot te benedictionibus muneribuſq; replevit. Intelligenda quum ſint hæc, quæq; ſequuntur, non de Salomone, cum Hebræis & nonnullis Catholicis quibus Hebræa placent pluſquam deberent, ſed cum Catholicorum communi ſententia, non immorandum in ſententiæ declaratione, ſed partes exponendæ ſigillatim. Perinde porro eſt ſive loquentem prophetam facias ſive Patrem. Rectè autem obſervatum à Valentia Redemptori Chriſto hìc & deinceps nonnulla tribui, ut regi, ut pugilli, ut judici, ut ſponſo: & regem quum tria decorent, pulchritudo, facundia, ſapientiaq; & regiæ dignitatis inſigne quod eſt gladius, hæc eadem de Chriſto pronunciari.

q *L.* 4. 22
r *L.* 2 47
ſ *Joan.* 7.46
t *Mat. ul.* 18
u *Pſ.* 109 1 *Mat.* 22.44 *Tb.* 1.20
x *Eph.* 1.3
y *Cant.* 2.14

Speciosus forma præ filiis hominum.) Hieron. z *decore pulchrior ex filiis hominum*. Aquila, κάλλει ἐκαλλιώθης, vel ἐκαλλωπίσθης, ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων, vel παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, *pulchritudine pulchruiſti à filiis*, aut *ultra filios hominum*. Symmachus, κάλλει καλὸς εἶ παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, *pulchritudine bulcher es præter filios hominum*, Quinta editio, κάλλει ὡραιώθης παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, *pulchritudine pulchruiſti*, vel, *fioruiſti præ filiis hominis* LXX. quos editio noſtra ſequitur, ὡραῖος κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς ἀνθρώπων. Tertul. a, *tempeſtivus decore citra filios hominum*, vel *ſupra*. Cyprianus b, *decorus ſpecie ſuper filios hominum*. Græcum nomen ὡραῖος, *tempeſtivum* ſignificat, ac propterea etiam pulchrum, quia quæ ſuo proveniunt tempore, proveniant, & *ſua quique parti ætatis* inquit M. Cicero c, *tempeſtivitas eſt data*, quaſi dicas convenientem venuſtatem & decorem qui maximè cernitur in florentes; vel, quod attinet ad Chriſtum, tempeſtivus in eo decor fuit, quia jam inde à conceptione, ſtatimq; natus Paſtores & Magos ad ſe pertraxit. Verbum Hebræum יפיפית *iophiaphitha*, propriè ſignificat, *pulchruiſti*, valde pulcherrimus fuiſti: geminatio enim primæ ac ſecundæ litteræ radicalis apud Hebræos indicat intenſionem, corroborationem, excellentiam, & ſuperlativis inſeruit, quibus caret ea lingua. Chaldæ. *pulchritudo tua ò rex Chriſte præſtantior eſt filiorum hominum*. Jam quod attinet ad pulchritudinem Chriſti, (nec enim placet, ut ſi ὡραῖος epithetum *calami*, dicaturq; is ſive lingua pulchra, & aptam habere ad loquendum formam, quamvis hoc præ ſe ferant Apollinarius, Cyrillus, Chryſoſt. Hieronymus) omiſſa gratia unionis, & pulchritudine ſpirituali, qua conſiſtit in gratia tum increata divinitatis, de qua hoc loco Baſilius, & præterea Cyrillus *d*, tum creata & infuſa, quæ

z Et hic & *Ep.* 140
a *cont. Jud. c.* 9. & 14 3
cont. Marc. c. 7 24. 17.
b 2. *cont. Jud.* 29
c *de Senect.*
d *in Iſ. c.* 53

non

non *ad menſuram* data eſt ei *a*, & de cujus *plenitudine* ceteri accipiunt *b*, tum in innocentia, munditiaq; carnis & animæ, tum in vitæ converſatione operibuſq; omnibus; tametſi omnis gratia Chriſti, ut creata finita ſit, & ea major produci poſſet ſecundùm entitatem, his inquam nunc omiſſis, videndum de pulchritudine corporali. De hac Pſalmum loqui negant Euſebius, Baſilius, Heſychius Apollinarius, Theodoretus, Euthymius, Nicephorus, Græci deniq; hoc loco, propter Iſaiam dicentem *c*. *Non eſt ei ſpecies neq; decor, & vidimus eum & non erat aſpectus & deſideravimus eum, deſpectum & noviſſimum virorum*. Ex Latinis is qui Hieron. vocatur, videtur conſentire nec non Caſſiodorus, Remigius, Arnobius, & aliqui alii de ſpirituali dumtaxat forma interpretantes, & non de ea, quæ conſiſtit in corpore. Facit ad præterea Cyrillus *d* in Iſaiam, & Gregor. *e*, Michael verò Medina *f*, affirmat pulchritudine corporis Chriſtum prædictum non fuiſſe, niſi ea, & illa temperamenti ratione, quæ ſapientibus & ſtudioſis hominibus maximè convenit. Citat Cyrillum ἐγκαφύρους (quem etiam vide in opere de adoratione in ſpiritu *g*,) explicantem Pſal. præſentem locum, dicentemq; neminem poſſe dubitare quin ſic debeat intelligi, de pulchritudine quę eſt in gloria & natura deitatis; nec eſſe quemquam qui Chriſto adſcribebat *βαργίς αὐχήματα, carnis gloriationes: πόθεν δὲ δεῖ*, abſit autem, inquit: quia totum myſterium incarnationis eſt *κένωσις & πτωχοσις, exinanitio & humiliatio*. Citat autem Iſaiam Cyrillus ibidem. Clemens Alexand. *h* contra pulchritudinem corporis diſputans, ex eodem Iſaiæ loco argumentatur aſpectu deformem Chriſtum fuiſſe. Tertullianus *i* ita quoq; loqui videtur, & Athanaſ. *k*, Iſidorus *l*, & Ambroſ. *m*, de divinitate accipiunt; Juſtus item Orgelitanus *n* & Vigilius *o* contra Euthychem. Videtur idem ſentire Ambroſ. *p*, Auguſt. *q*, Athanaſ. *r*. Atqui verba hæc noſtra de corporis eleganti forma Caſſiodorus ait Auguſt. intellexiſſe: Hieron. verò prorſus ita intellexit ſcribens Principiæ; niſi enim Virgo de Virgine & ex Deo natus (ideſt, opera Spiritus S.) habuiſſet & in vultu quiddam oculiſq; ſidereum, numquam eum ſtatim ſecuturos fuiſſe Apoſtolos; id etiam dicit reſpondens Juliano apoſtatæ *ſ*, & qui ſub Chryſ. nomine auctor eſt Comment. in Marcum *,) nec qui ad comprehendendum eum venerant, corruituros *t*. Chryſoſt. *u* docet ingenti deſiderio arſiſſe homines faciem eoſq; Chriſti conſpiciendi, quoniam, ut in faciendis ſignis erat mirabilis, ſic vilu gratioſiſſimus, hocq; multò antè noſter clamavit Propheta. B. Thomas in Comment. præſentis loci prolato Auguſt. tradit in Chriſto pulchritudinem fuiſſe, quæ conſiſtit in integritate ac proportione membrorum & colorum, prout competebat ad ſtatum & reverentiam ſuæ conditionis, & gratioſitatem in aſpectu; non autem habuiſſe capillos flavos, aut rubeum colorem, aut alia hujuſmodi, videl. quæ potiùs præferunt mollitiem, laſciviam, imbecillitatem, nequitiam, ut in illo, de qua Epigrammatarius *x*,

Inſignis forma nequitiaque puer.

ita, ut optabiliùs ſit in aliquibus hæc deeſſe; quod idem *y* optat.

O quàm te fieri Catulla vellem.
Formoſam minùs, aut magis pudicam.

quo ſanè nomine Apollo, Adonis, Atys, Cypariſſus, Crocus, Aranthus, Amaracus, Ganymedes, Hippolytus, Hylas, Narciſſus, Niſus, Paris aut Venus, Helena, Atalanta, Ariadana, Antiopa, reliquiq; propter ſpeciem celebres in utroq; ſexu, non præferentur ſapientis cujuſquam judicio deformitate famoſis, Æſopo, Crati, Damoni, Hipponacti, Socrati, Ageſilao, Gelliæ, Philopæmeni, laudatiſſimis ob virtutem ſcientiamve. Tandem tum corporis Chriſti per Spiritum S. cujus perfecta opera, formatio, tum comparatio ſecundi Adam cum primo, vel etiam cum David, qui erat pulcher aſpectu facieq; decora *z*, tum quia futurum eſt Chriſti corpus objectum ſecundarium in beatitudine: tum quia conformes fient beati ſecundùm proportionem claritati ac perfectioni corporis Chriſti *a*, tum quia hoc per ſe decet, ut alibi fuſiùs oſtendimus *b*, & Bongus exponens myſteria numerorum *c*, nec oppoſitus defectus inſerviret redemptioni noſtræ; tum quia Nicephorus *d*, Cedrenus *e*, ex Epiphanio egregiam Chriſti & matris (de matre Viegas noſter *f*, & Barradius *g*, Rutilius Benzonus *h*) ſpeciem deſcribunt, nec non Joſephus *i*, & Pilati apud Hegeſippum & Lentuli Epiſtola apud Antoninum & Eutropium, tum quia quas Lucas pinxit imagines matris cum puero Jeſu, præferuntur elegantiam: nec non quam Chriſtus Veronicæ dedit, & miſit Abagaro: tum quia deſcriptio pulchritudinis ſponſi in canticis quum *candidus, & rubicundus electuſq;* dicitur *ex millibus* k ſic à non paucis intelligitur, & auctor Apochryphus 4. Eſd. *l*, ſatis indicat: tum optima temperatiſſimaq; educatio: tum optimi mores ſuaviſſimiq; hæc inquam, omnia perſuadent. Nec oppoſitus defectus inſerviret redemptioni noſtræ, ut affirmemus gravi, digna, honeſta Chriſtum prędi-tum pulchritudine fuiſſe, quæ omnibus penſatis meritò cenſeri poſſit major perfectiorq; qualibet aliorum hominum quibuſcum hic comparatur forma. In hac etiam ſententia eſt in expoſitione loci iſtius, Valentia, Cajetanus etſi videntur etiam negare de corporali pulchritudine ſermonem haberi in Pſal. Eugubinus, Genebrardus. Titel. Præterea *m* Abulenſis Alber *n*, Carthuſianus *o*. Henricus *p* de Haſſia, diſſeritq; de eadem copioſè Ludovicus Soto major *q*, Burgenſ. *r*, Daniel *ſ*, Malonius paullo fuſiùs. Martinus *t* de Carcere (qui agit præterea de matre) eamq; benè confirmat Suarez *u* noſter. Quapropter deformitas quam Iſaias *x* Chriſto tribuit, ut egregiè reſpondet Chryſoſt. *y*, vel ſpectatur in humanitate collata cum divinitate ipſa latente: vel in paſſionis cruenta deformatione lividiq; tumoribus: vel in tenui victu & veſtitu, quo uſurum ſignificare voluit: vel in opinione Judæorum, qui deſpiciebant Chriſtum, ut nominatim Nazianzenus *z* indicat, utpotè quod, ut ait ejus ſcholiaſtes Elias (ſed Pſal. interpretans de pulchritudine ſpirituali) per omnia viliſſima tranſiret non faſtu circumdatus, nec pediſſe quos aut ſatellites habens, quod ipſemet Pilato reſp. *a* Hoc ipſum lego in Procopio *b*, qui aſſerit etiam nihil in humanitatis Chriſti ratione reperiri, quod non obſcurum ſit & inhonoratum. Explicat idem hoc loco Chryſoſt. egregiè de contempta vivendi ratione, non autem de deformitate. Immo idem Nazianzenus *c*, quum ſcribit Chriſto reſtitutam in reſurrectione pulchritudinem, ſatis indicat prius habuiſſe, ſed perfectiorem ſtatum conſecutum eſſe, ac per novam gloriam corporis quaſi illuſtratam eſſe: quemadmodum etiam B. Thomas *d* notavit exponens Severianum negantem in ſermone Paſchali Chriſtum ſui vultus effigiem in reſurrectione commutaſſe: nempe quantum ad lineamenta membrorum, in quibus nihil inordinatum & deforme fuerat: quia corpus ejus per Spiritum S. conceptum erat. Auguſt contra Judæos *e* in Pſalmum CIII. *f* & in CXVIII. *g* & in CXXXVI. piè admodum ponit hujus cum Iſaiæ loco de Chriſto pulchro & deformi comparationem. Præterea Bernardus *h* illam tractat, qui diſertè aſſerit *i* prædicantem, de civitatibus & caſtellis populos ſecutos, eiq; adhæſiſſe affatu pariter & aſpectu illius delectatos. Idem Auguſt. in Pſal. priorem XLIII. ſic intelligendus ut dixi, quando ſcribit quòd Chriſtus ut homo non habebat ſpeciem neq; decorem, ſed ex eo quòd erat *præ filiis hominum*, ideſt, ſupra illos, & ſecundùm formam occultam Dei. Ad eumdem modum ceteri qui contradicere videntur, exponi poſſent: licèt vix Tertullianus admittat commodum ſenſum, quando ſcribit *k* non miram fuiſſe conditionem carnis ejus, nihil novum, nihil peregrinum, in ea deprehenſum, ſed verbis tantummodo & factis & doctrina & virtute ſola ipſius homines obſtupuiſſe: Evangeliſtas notaturos fuiſſe ſi carnis in illo novitas miraculo habita fuiſſet, quum dicerent quidam: *unde huic doctrina & ſigna iſta?* deſpicientium ejus formam hanc vocem fuiſſe: adeo nec humanæ honeſtatis corpus illius fuiſſe. Sed agebat videl. ille adverſus eos qui Chriſto cœleſtem immortalemq; carnem tribuebant: & ſolent qui refutant errores, vergere nonnihil in alterum extremum. Theodoretus in oratione de charitate, Pſalmi verba de humana Dei Verbi pulchritudine interpretatur. Orig. *l*, cum animæ, corporis quoque pulchritudine præſtitiſſe Chriſtum ſcribit. Adrianus Papa ex viſione ſacrarum imaginum ſpecioſam Chriſti formam colligit. Anſelmus pictores reprehendit qui referant Chriſtum in decoris imaginibus Brigidę *m* revelatū ex aſpectu pulchritudinis Chriſti cepiſſe multos conſolatio-

a 2 Jo. 3. 34
b *Ibid. v. 16*
c *c. 53. 2. 3*
d *in c. 5. 3*
e *in l. 1 Reg. c. 1.*
f 2 *de fide c. 7. poſt medium* pulchritudo corporis in Chriſto qualis fuerit opinione quorumdam.
g *L. 9.*
h 3 *Ped. c. 1.*
i *cont. Jud. c. Marc. l. de carne Chriſti & l. de nat. humana ſuſcepta a verb.*
t *in Gen. c. 3*
m *L. 2 ep. 11*
n *in Cant.*
o *L. 2.* Aſpectu deformem Chriſtum fuiſſe argumentatio.
p 10 *de Virg. poſt med. & de interpell. David poſt med. & l. 3 Ep. in 1. & in 1 Tim. 3*
q *Pr. in Pſ. 103. & cont. 1. & Ep 112*
r *Or. de hum. ſuſc.* In Chriſti oculis ſidereum quiddã qui ſcribant
ſ *in c. 9. Ma. quem item lege in c. 1. & Iſa. 53*
* *Hom. 13*
t *Joan. 16. 8 in Matt.*
x *Martial. l. 8. ep. 53*
y *optat.*
Formoſi utriuſq; ſexus Species vultus non præferenda ſapientiæ. Viri deformes, & ſapientes,
z 1. *Reg. 16 12*
a *Phil. 3. 2*
b *Act. 7. 2 ubi etiam, in Chriſto,*
c *cum de qua ternari, dl. 1. ult. l. 1. c. 23*
e *in cam. hi,*
d *in c. 12. Ap. com. 3. ſect. 3*
g *Tom. 1. concord. l. 6. c. 9* Imagines à Luca pictæ,
h *in magn. l. 3. c. 34 per multa dubia ab 8. uſq; 21*
11. *Ant. 6. 16*
K *Can. 5. 10*
l *Cap. 2. 42*
m *Parad. 1 c. 101*
n 1. *de laud. Virg. c. 34*
o 1. *de laud. virg. art. 35*
p *apud eumd. 2. de lau. Virg. 4, 2*
q *in Cic. 1. in id Ecce tu pulcher es.*
r 1. *p. Serm. d. 1. c. 4.*
ſ *de ſtigm. Chriſti c. 3*
t *in hunc Iſ. Hiſp.*
u 3. *p. 1. 30. 1. diſ. 32. ſect 2*
x C. 53.
y *Hom. 28. in Matt.*
z *or. 1. de filio quem etiam lege or. Maximum.*
a *Joan. 19*
b *in c. 53. Iſ. cor. 2. de Paſcha.*
d 3 *p. q. 54 a. 1. ad 3*
e *C. 4*
f *concio 1*
g *concio 1 & conc. 3. 1*
h *Ser. 7. in Can.*
i *Ser. 1. de omn. San.*
k *l. de carne Chriſti c. 9*
l. *& 6. c. Celſum.*
m *L. revel. c. 10. l. 4. c. 70. l. 6. c. 1.*

lationem. Isidorus *a* comparat pulchritudinem Christi cum pulchritudine faciei Joseph, tametsi mysticè interpretari videatur. Equidem non ambigo pulchritudinis eam partem quam vocat Cicero *b* dignitatem virilem, extitisse in Christo, non item quam nominat muliebrem venustatem, quæ vulgo potiùs placet. Dignitatem illam ei similem duco quam in Hippolyto describit Seneca *c*.

Quàm grata est facies, torva viriliter,
Et pondus veteris triste supercili?
Phœbo colla licèt splendida compares,
Illum cæsaries nescia colligi,
Perfundens humeros, ornat & integit, &c.

Item de eodem jam mortuo *d*.

Ubi vultus ille, & ficta majestas viri,
Atque habitus horrens prisca & antiqua appetens,
Morumque senium triste & aspectu grave?

Præcipit Arrianus *e*, de moderatione hac in re servanda, & quis corporis ornatus cultusq; deceat sapientem, præstat & id Apulejus *f*, vindicans à reprehensione Philosophum formosum, docensq; vultu liberali & excellentissima forma Pythagoram fuisse. Zenonem decorosissimum, multos Philosophos ab ore honestissimos, qui gratiam corporis morum honestamentis ornaverint. Quod subjungi de se, quadrare mihi videtur, mutatis paucis, in Christum de continuatione litterati laboris, quæ omnem gratiam corpore detergeret, habitudinẽ tenuaret, succum exsorberet, colorem obliteraret, vigorem debilitaret. Christus jejunia, vigilias, orationes, peregrinationes frequenta vit; ita ut hac forsan de caussa grandior ætate judicatus sit ab his qui dicebant *g*, *quinquaginta annos nondum habes*; quemadmodum David factus laboribus, bellis, ærumnis, habitus est *h* senior, seq; cum *ut re in pruina* i comparavit, qui septuagenarius dumtaxat obiit. Christum ergo ut sapientissimum decuit etiam & pulchritudo, de qua dixi (licèt non lactei coloris, non flavi crinis, non insignoris staturæ, ut Cassiodoro concedimus) non solùm ut Regem Imperatoremq; cui dignitatem affert illa, ὡραῖον γὰρ εἶδος ἄξιον τυραννίδος *k* elicit honestum etiam amatem τὸ καλόν, hunc q; quam καλεῖ vocat & κηλεῖ mulcet. Et Regi quidem ac Imperatori, cujus laus in primis à fortitudine, aptè pulchritudo assignatur, paulloq; post iste veluti cinctus gladii sponso Christo datur, & vincendi ratio per speciem & pulchritudinem, quoniam rapit violente, ac summa tyrannis à Socrate apud Platonem, sine satellitio regnum à Carneade vocata est: atq; hoc differunt pulchri à robustis, ut Xenophon in convivio docuit; quod istos laborare oporteat & periculis se objicere, si velint bona acquirere sicut & sapientes oratione uti: pulchrum in summo otio conficere omnia. Atqui *pulchritudo* ipsa interdum pro fortitudine roboreq; sumitur: qui sit segnis, imbellis, fractus, deformem nominant: ut quum Herculem fortissimum *pulchri* vocabulo appellant, alioq; heroas *l*: præterea quum toties profaniq; sacriq; scriptores *m* pulchritudini virtutem associant, quod & aliàs à me prius notatum est, ac eruditè etiam noster demonstrat Roa *n*. Oritur adeo receptæ hujus loquendi formulæ ratio ex eo quod ut est item antea dictum, non in linea mentis dumtaxat & colore, sed in omnium concinnitate partium pulchritudo collocatur, inq; aptè constructis & constitutis membris. Ut proinde Josephi Moses pulchritudinem dixerit esse quasi pulchritudinem *tauri* o. Hoc illud est decorum quod Tullius *p* cum virtute confusum scribit, sed mente & cogitatione distingui: & dignum viro videri, quod viriliter, animoq; magno fiat & consentaneum sit homines excellentiæ. Quod de Mariæ tradunt graves Auctores pulchritudine, conciliatricem castitatis fuisse, ut Ambr. *q*, Thomas *r*, Bonaventura *s* Gabriel *t* Gerson *u*, Major *x*, Carthusianus *y*, Alensis *z*. Titelmanus *a*, & alii, multo proculdubio convenit magis ipsius filii pulchritudini. Armatam Palladem pulcherrimam fingebant, & Dianam ferarum venatricem quam æmulatam Ælianus *b* scribit Atalantam, quæ cum singulari venustate complebat casto quodam horrore aspicientes. Ceterum concedi etiam potest, pulchritudinem istam de Christo dici tamquam passo, & rubrum illud vestimentum ac stolam gestante, quæ rapuit Angelos ipsos in admirationem *c*, ut scil. in re quæ adeo videtur fœda ac deformis, tanta niteseceret pulchritudo decorque.

Hinc porro inferamus virtutis quanta habenda ratio sit, sine qua fallax gratia vanaq; pulchritudo *d* corporis quæ frequentiùs, ut ait Ambr. *e*, in vitium, quàm deformitas trahit. Hortatur etiam Nazianzenus *f* ut animæ pulchritudo corporis pulchritudini splendore respondeat: & qui deformis est, ea parte quæ in aspectum cadit ea studeat parte formosus esse ac elegans quæ oculos externos fugit: non absimilis rosæ, quæ in bacca nec florida nec odore grata, floret ipsa in se, & suavi odore fragrat, quia *speciosus forma præ filiis hominum*; nec tempus quidem ullum externis inspiciendis concedit, nimirum ad interiorem hominem contemplandum spectatoris oculos convertens. Pulchros quoq; corpore Socrates non ipse licèt item pulcher, forum peragrans, quærebat ad instituendum, de animi inde indole faciens judicium *g*. Hoc erat etiam Plato, *h* votum. *O dii date mihi, ut sim pulcher in his quæ sunt intrinsecus; extrinsecus autem quæcumque sint mihi amica iis quæ sunt intrinsecus*. Certè meritò Diog. formosum admodum adolescentem turpia fabulantem coercuit, *Non te pudet ex eburnea vagina plumbeum gladium exerere?* Maximus *i* autem Tyrius, qud pulchrum sit, negat exitiosum quid aut lubricum aut flagitiosum efficere, aut quemquam ad infortunium ducere aut calamitatem deducere, aut in pœnitentiam desinere. Quæris pulchritudinem, inquit Augustinus *, bonam rem quæris. Sed quare quæris pulchritudinem ò anima? ut amet te sponsus tuus: etenim displices ei fœda. Illa autem qualis est *speciosus forma præ filiis hominum*. Oscularis vis fœda pulchrum, sed non attendis quia tu iniquitatibus plena es & ceteris vis ei placere? non potes, quamdiu deformis es. Quid facies ut pulchra sis? Priùs displiceat deformitas tua, & tunc ab illo ipso cui vis placere, pulchra mereberis pulchritudinem. Paullo, ad pulchritudinem istam, & potissimùm Christi, attendenti, videbantur, inquit Basilius, cetera omnia ut *detrimentum & stercora* k: sciemus verò quosdam vultum elegantem illicem alienæ libidinis ipsomet stercore illevisse, ne facerent animæ pulchritudinis jacturam.

Præ filiis hominum.) Hebr. אדם *adam* appellativè & collectivè, de qua Phrasi dictum aliquoties, & ostensum, non semper malè sonare, sicut hic sanè sonat benè, quum fiat comparatio in quadam perfectione inter Christum & alios homines. Ideo autem ejusmodi comparatio fit, & non cum Angelis, inquit August. Ruffinus & alii, ut intelligeretur eum hominem esse. Sic facta comparatio in rebus ejusdem generis, & magis etiam notis. Comprehendit comparatio omnes homines nullo dempto, non eos dumtaxat, etsi hos præsertim, qui homines sive viri habiti sunt, hoc est, egregii, ut quum de eodem dicitur Christo quòd Rex regum sit, *dominusq; dominantium* l, & *electus ex* m *millibus*. Hebr. vexillatus, id est, cinctus copiosis exercitibus, aut superior illis. Minùs autem Cajetani probabilis opinio in ista comparatione Adamum excludi, qui nempe, omnium hominum parens est, non filius hominum. *Filius hominis* dici Adam potest, phrasi scripturæ, ut idem significat quod *homo*: & ubi agitur de aliqua perfectione Christi, in qua conferatur cum aliis, nullus excipi debet quo non perfectior dicatur Christus. Unde non placet quod ait Chrys. non loqui Psalmum per comparationem, sed significari pulchritudinem hanc esse aliam ab ea quæ est aliorum. Nam quamvis non sit comparativum, sed positivum nomen: tamen, præpositio מן *præ* *min*, secum involvit comparationem. Apud Isaiam *n* extat *sicut obstupuerunt super te multi, sic inglorius erit inter viros aspectus ejus, & forma ejus, & inter filios hominum*. Sed Hebr. hoc modo, *sic obstupuerint super te multi, quia sic aspectus ejus deformior fuerit quam ullius viri, quum tamen forma ejus plus quàm filiorum hominum*. Notum picturæ illud artificium quo eadem tabula diverso situ constituta, nunc pulchram nunc exhibet deformem imaginem. Ita Christus crucifixus *Gentibus stultitia, Judæis scandalum vocatis* ex utriusq;, *virtus Dei & sapientia* o. Legit Cyprianus p *super filios hominum*: Tertullianus *q*, *citra*: Aquila, *à filiis*: Symmachus, *propter*. Idem valent omnia, nisi quod meliùs dixisset Tertullianus, *ultra*. Comparari locus iste cum loco cantici r potest, *qualis est dilectus tuus*

a in Gen. c. 30 & 31.
b 1. Offic.
c Act. 2. in chor. 9.
d Act. 3.
e l. 4. de dis. Ep. c. 11.
f Ap. 1.
Pythagoræ & Zenonis forma.
g Joan. 8. 57.
h 3. Reg. 11.
i Ps. 118. 83.
k Porphy. & Pic. pecte ex Eurip.
Summa tyrannis pulchritudo & sine satellitio regnum.
Pulchri quo differant à robustis.
Pulchritudo pro robore, deformitas pro contrario.
l Luc. in Charidemo.
m Ps. 92. 1. pr 31. 25. Is 33. n 1. 3. fin. c. 3. 6. 5.
o Deu. 33. 17
e 2. Offic.
Mariæ pulchritudo castitatis conciliatrix.
q de Inst. Vir. c. 7.
r 3. d. 2 q. 1. e 2. q. 1. ad 4.
s d. 3. 1 p. a. 2 q. 2.
Pallas Diana Atlanta pulchræ.
u Ser. de con.
x in c. 1. Luc
y 1. de laud. Vir c. 39.
z 3. p. q. 9. m. 3. ar. 1.
a hoc loco.
b 13. varia hic. c.
c Is. 64. 2.
d Pr. 31. 30. e de Par. c. 7
f Or. in Maximum.
Corporis pulchritudo splendore respondeat, enitendum Socratis cura instituendæ juventutis.
g Nazian. or. cont. Jul. platonis votum.
h Clemens Alex. 2. pad. c. 11. & Plat. in Thædra.
i Serm. 1. Quod pulchrum est nihil exitiosum efficit.
* *Ps. 10 c. 1.*
k Phil. 3. 8. Castitatis insignis exempla.
l 1. Tim. 6. 15
m Cant. 5. 10 Cajetani minus probabilis opinio.
Filius hominis pro, *homo*. Chrys. sententiæ improbatæ
n C. 52 14.
o 1. Cor. 1. 23 24.
p L. 2. c. 29
q cont. Jud. c. 9.
r C 5. 9.

unus ex dilecto, ideſt plus quàm alius quivis dilectus. Græcè *τί quid*.

Diffuſa eſt gratia in labiis tuis.) Hieron. *a*, *effuſa eſt*, necnon Tertullian. *b* & Cyprianus *c*. Alius apud Chryſoſtomum *ἀπηχὺθη refuſa eſt*. Tuccius *d*, *ἀνεπάγη*, *infixa eſt*. Sed non recedendum ei fuit adeo facilè, ut ſolet ab omnibus aliis. Chald. *datus eſt ſpiritus prophetiæ in labiis tuis*. *Gratia in labiis* universè ſignificat loquendi gratiam & dexteritatem, quæ vocatur *e* alibi *lingua eucharis*: & Eccleſiaſtes *f* ait, quòd *verba ſapientis, gratia*: & Paulus *g*, *quod dent gratiam audientibus*. Fortaſſis Paraphraſtes prophetiam ſumpſit genetaliter pro ſcientia viq; res obſcuras interpretandi, quæ pertinet ad gratiam ſermonis, quam *h* Paulus vocat interpretationem poſt donum linguarum, ut Thomas *i* docet: ſed & prophetia videtur apud Hebræos eo loco fuiſſe, quo apud Perſas magia, philoſophia apud Græcos, nunc apud nos Theologia. Prius docui quàm Chriſtus, vel adverſariorum teſtimonio, facundia excelleret; nec *ſic umquam ut ille locutus eſſet homo*, utpote *potens in opere & ſermone* k, & *loquens tamquam poteſtatem habens* l, & *verba vitæ æternæ habens* m. Illius labia dicuntur *favus diſtillans* n, *liliaq; diſtillantia myrrham* o. Sic enim ſuavis erat ſermo, ut pœnitentiæ mortificationiſq; noſtræ ac ſuæ crucis & mortis faceret mentionem. *In labiis* hujus *regis divinatio* p, quæ aliis quoq; locis *gratia labiorum* nominatur *q* & propter eam, hoc eſt, qui ea ſit præditus, *habiturus amicum regem* dicitur *r*. Gratiam iſtam ſermonis paſſim explicant de efficacia doctrinæ, atq; miraculorum, quæ ſolo verbo Chriſtus operabatur: & orationis, qua perſuadebat quum volebat, & à Patre ſemper audiebatur, ac exaudiebatur: & ſuaviſſimorum tum monitorum tum promiſſorum: ita ut ſic per illum *gratia facta* ſit, & *veritas*: non promiſſa tantùm aç præſignificata. Decet maximè Regem atq; Imperatorem, præterea magiſtratum quemvis Eccleſiaſt. & politicum, eloquentia, & in dicendo lepos, ut Plutarchus probat *t*, & cultos à regibus illis qui ſe ſatos Jove gloriabantur, non Jovem dumtaxat conſilii præſidem, bellicoſum Martem, militarem Minervam, ſed Calliopem quoq; & Poetæ ac hiſtorici id primariis attribuunt viris: deſcribitur item Onias *u* Pontifex verecundus viſu (*αἰβήμων τὴν ἀπάντησιν*, *venerandus occurſu* vel *inceſſu*) modeſtus moribus, eloquio decorus, *λαλιᾷ πρέπει ἔπεσιν πρέποντως ſermonem efferens decore*. Tales etiam prædicatores ſuos antea rudes ac infantes, reddidit miſſo Spiritu S. *informis linguarum* x Chriſtus, quos ipſiuſmet labia poſſumus appellare cum Baſilio & Heſychio hoc loco, & in Cantica *y* cum Gulielmo Parvo. *Diffuſio*, *effuſio*, *refuſio* copiam gratiæ innuit in Chriſto, cui non eſt *ad menſuram data* z, & ex ejuſdem *plenitudine*, ideſt, ex eo quod veluti ſuperfluebat, ſupereffundebatur, redundabant, accepiſſe alios *a*, ſuper quos *b* Joel ait, ut annotat Chryſoſt. *c*, effuſum de ſpiritu, non datum ipſum ſpiritum, quo repletum ſcripſit Chriſtum Iſaias *d*, & Joann. *e*, ſuper eum deſcendiſſe ac manſiſſe. Omnem noſtram gratiam idem Doctor comparætione illius quæ eſt in Chriſto, guttam nominat, partem & arrham, ſive pignus *f*: Hieron. *unguentum deſcendens ex capite noſtri Aaron in barbam & oram veſtimenti* g, hoc eſt, in Apoſtolos, & ſanctos prædicatores. Similia ſunt quæ tradit Auguſt. & alii Latini: prout nempe ſermones Chriſti ad impertiendam nobis gratiam referebantur. Alioqui *gratia in labiis*, eſt gratia gratis data, indicans uſum ſermonis, qui gratus acceptuſq; ſit audienti, cui gratiæ Paulus *hſalis* addit *condimentum*. Sermonis gratiam Thomas in tribus conſiderat, ſi quis loquatur quæ placeant, & utilia ſint: ſi ordinato proferat modo ac ferventer: ſi perſuadeat efficaciter: Chriſto hæc adfuiſſe, ita ut avidiſſimè audiretur, omniſq; populus, ut ſcripſit Lucas *i*, manicaret an cum in templo audire eum. Oblita cibi Magdalena, vacabat verbis Chriſti: *k* & Diogenes baculo repulſus ab Antiſthene, cædi ſe velle reſpondit, nec adeo durum baculum reperiri poſſe dixit, qui eum ab illo quamdiu diceret aliquid quod poſſet diſcere, arceret *l*. Facilè demonſtrare poſſem partes omnes perfecti Oratoris in Chriſto fuiſſe. Refellit Fevardentius, validè Calvinum & ſodales qui non ſunt veriti Chriſto tribuere ignorantiam, & improprietatem in loquendo, impuritatem, abſurditatem. Iſa. *m* vocat *linguam* ejus *eruditam*: & Chriſtus dixit ſe *ex ſe ipſo locutum non eſſe*, ſed *mandatum* accepiſſe à Patre *quid diceret*, & *quid loqueretur* n. Quod antea dictum universè de ſpecioſitate Chriſti eſt, nunc ſpeciatìm de labiis, exprimitur, potiùs quàm de alio membro, quia veniebat ut legatione maximè difficili fungeretur, ardua perſuaderet, Patrem ſermonis ſuavitate placaret, ut hoc loco Titelmanus obſervat. Ideo cupiebat ſponſa *oſculum oris*, & vocem ipſius. Hos dentes candidiores lacte *o* in Chriſto de argenteo illius eloquio, pura dulciq; doctrina interpretantur Hieron. *p* Ambroſ. *q* Theodoretus *r*.

Gratiam, ſenſu ſaltem myſtico, ſi accipimus, eam requirere in Chriſtiani concionatoris labiis debemus, non inanem eloquentiam, ut ſcil. veram ſanctitatem perſuadeat auditoribus, vel acquirendam, vel augendam. Sed & auditores hoc è concionatore expectare oportet, non illud tantùm, de quo ſe Auguſt. accuſat quum audiret olim Ambr. *ſ*, verba quemadmodum dicantur, non res ipſas curare, quàm diſertè dicat, ſed quàm verè: non eò judicare aliquid verum dici, quia eloquenter dicatur, nec eò falſum, quia incompoſitè B ſonent ſigna labiorum: nec ideo falſum, quia ſplendidus ſermo ſit; aut verum, quia impoliti enuntietur, ſed perinde judicare ſapientiam eſſe & ſtultitiam, ſicut ſunt cibi utiles & inutiles; verbis autem ornatis & inornatis ſicut vaſis urbanis & ruſticanis utriq; cibi poſſunt miniſtrari. Ait quoq; *t*, Fauſtum, quum audiret gratum & jucundum verbis, ſitim ſedare nequiviſſe opera pretioſiorum poculorum decentiſſimi miniſtratoris: nec ſibi meliora viſa, quia melius dicerentur, nec ideo vera, quia diſerta, neç ideo ſapientem illius animam, quia vultus decorus & congruum eloquium, licèt non boni rerum exiſtimatores prudentem judicarent & ſapientem, quia delectabat eos eloquens. Sic verò etiam *u* Poeta:

Num tibi, quum fauces urit ſitis, aurea quæris
Pocula?

Eſt multis Eccleſiaſtes quaſi canticum, *carmenq; muſicum quod ſuavi dulciq; ſono canitur* x. Non audiendus *impeditioris linguæ* Moſes *y*, non *labiis* Iſaias *immundis* z: non Jeremias *loqui neſciens* a: Prophetæ omnes elingues ſunt, ait Bernard. *b*; ipſe potius *ſpecioſus forma præ filiis hominum*, ipſe, ipſe, quem loquuntur, ipſe loquatur: non in eis, aut per eos loquatur mihi, ſed ipſe cujus utique ſermo vivax, & efficax oſculum mihi eſt. Cujus *vitta coccinea labia*, ejuſdem, *eloquium dulce* c. Oris dignitas, de qua prius, multo autem magis animi, gratiam ſermonis auget, ac auditores demulcet, retinet, vincit, longè melius quàm fictis illis Hercules Gallicus vinculis ſuis: quàm flecterent ac permoverent Orpheus, Amphion, Orion, Timotheus muſicus, David cithara ſua. Dulcior ex hoc melle fluit oratio, & mellificalſe in hujus pectore apes videntur, ut de Pericle, Origene, Ambr. fuerunt, ut omittam eum de quo Poeta.

τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μείλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή:
Ex illius linguæ melle dulcior fluebat oratio.

In canticis *d* ſponſa liquefactam ſe dicit, ut ſponſus locutus eſt, & ibidem *e*, cum voce dulci facies decora jungitur, facies inquam plena gratiarum, multo magis, quàm regis Aſſueri *f*. Sed memor eſto, ſi capi nolis ligariq; vitta & *vinculis* iſtis *Adam* g *charitatiſq;* præſto eſſe gladium, quo accinctus eſt idem Chriſtus *ſuper femur*, ut poſtea videbimus: immo Tertullianus *h* in tali enſe ſermonis conſiſtere vult ſpeciem, decorem, gloriam Chriſti. Tres profectò maximè Charites regia Majeſtas, forma, eloquentia, ſeu divina *σοφία* & ſuadela, in eodem Chriſto. Atq; hæc fuſio eſt quaſiq; torrens, fons, flumen, ex infinita quadam abundantia cordis, *in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ* i, manans perenniter ac ubertim fluens, ipſas quoq; *infantium linguas diſertas faciens* k. Valeant calumniæ dixit Philippus Macedo illi cui beneficii crimen imponebatur; ut enim in te ipſa (propter formam & gratiam oris) medicamenta habes *l*. Homerus etiam negabat regni ſufficere gladium, ſine eloquentia *m*.

a *Hic & ſeq.* 140.
b *Conſt. Jud. c.* 14 & 3. *cont. Marc.* 17.
c *l.* 2. *c.* 29.
d *in Cant. Ann. Amyr. præmiſſ.* 3.
e *Eccl.* 6. 5. *ſc.* 10, 12.
g *Eph.* 4. 29.
h 1. *Cor.* 12. 10. . 2. 1. *q.* 176. *art.* 2. *ad* 4.
k *Luc. ult.* 9. l *Mat.* 7. 29. m *Jo.* 6. 68.
n *Cant.* 4. 11. o *c.* 5. 15.
p *Pr.* 16. 16.
q *Ib.* 23. *c.* 22 11.
r *Ib. c.* 22. 11.
t *de præcep. gerendæ reip.*
u 1. *Mac.* 15 8
x *Act.* 2. 3.
y *in c.* 1.
z *Joan.* 3. 34
a *Joan.* 1. 16.
b *c.* 2. 28.
c *hic & Ho. de Spir. S. d cap.* 21. 2
e *c.* 2. 32. 33.
f 2. *Cor.* 1. 22
g *Pſ.* 132. 2.
h *Col.* 4. 6.
i *c.* 25. *ult.*
k *Luc.* 10. 39 Diogenis baculo ab Antiſthene percuſſi dictum.
l *Can. l.* 6. *Hier.* 2. *con. Iovi.* Perfecti oratoris partes omnes in Chriſto Hæreticorum refutatio.
m *Tbi* 4. 6. 21. 12
n *Jo.* 12. 50
o *Gen.* 48. 22
p *in c.* 55. *Iſ.*
q *de Benef. Patr. c.* 4. 19. 109. *in Gen.*
f 5. *confe. c.* 6 & *c.* 3. *l.* 6. *c.* 4 Non quam diſertè, ſed quam verè quis dicat attendendũ
t *l.* 5. *c.* 6
x *Eſ. c.* 33. 32
y *Exod.* 4. 10
z *Iſa.* 6. 5
a *cap.* 1. 6
b *Ser.* 2. *in Cant.*
c *Cant.* 4 3 Oris dignitas, ſed multo magis animi, gratiam ſermonis auget.
d *Cap.* 5. 6
e *Cap.* 2. 14.
f *Eſth.* 15. 16
g *Oſe.* 11. 4.
h 3. *cour. Marc. c.* 17. Tres maximæ charites in Chriſto.
i *Col.* 2. 3.
k *Sap.* 10 21 Philip. Macedonis judicium.
l *Plut. in præc. conn.* Regi non ſufficit gladius ſine eloquentia.
m *Pl. in pole*

Diffuſa eſt gratia in labiis.) Rectè *diffuſio gratiæ in labiis* jungitur *ſpeciei formoſæ*; quoniam, ut dixi, *ex abundantia cordis os loquitur*: a, &, ſi cor mundum fuerit pulchrum; gratioſa funder verba: quia *qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum ſuorum* (inde provenientem) *habebit amicum regem* b: qui qualis eſt, tales diligit: nec dubitat invitare, ut oſtendant ei faciem ſuam decoram, & ut *ſonet vox* eorum ſuavis *in auribus* ipſius c.

a Matt. 12. 34

b Pr. 22. 11.

c Cant. 2. 14

Propterea benedixit te Deus in æternum.) Teſtatur Hieron. d, vitio Scriptorum, non Interpretum LXX. lectum in editione vulgata *unxit*, pro, *benedixit*. Cyprianus e legit *in ſæcula*. Tertullianus tum *in ſæcula* f, tum, *in ævum* g. Ceterùm aliqui ſupplentes, *dico, ego*, ſic explicant, quia video in te tantam formam & eloquentiam, non poſſum quin dicam quòd benedixerit te Deus in æternum dotibus æternis quæ numquam auferentur à te; & ut ſis fœlix non ad tempus, verùm perpetuò. Alii exponunt, *propterea*, eſſe idem ac *propterea quod*, pro cauſſæ redditione, ut ſignificetur unde dicta priùs dona Chriſto advenerint, videl. ideo, quoniam Deus benedixit illum. vel propterea benedixit illum, vel propterea benedixit, ut gratia in labiis diffunderetur. Iſtos dicendi modos Hebræi ſectantur. Agellius etiam & Eugubinus ac Roa*, qui interpretantur *juxta ea, ſecundùm ea, in his benedixit te Deus*, his te donis impertivit, illa ad hunc finem conceſſit. At ceteri ætiologiam agnoſcunt, cur benedixerit Deus, propterea quæ prius commemorata ſunt. Hoc præſefert διὰ τοῦτο, vel, ut alii legunt, ὅτι εὐλόγησε, atq; עַל-כֵּן *hhal, chen*, & Chald. פְּסוֹל-הֵיכְנָא *metul hechena*. Nec melior Cajet. explanatio ut denotetur effectus pulchritudinis & gratiæ ſermonis, & mediantibus iſtis benedixiſſe ac multiplicaſſe Deum, tribuendo gloriam corporis, amplificando Eccleſiam. Cauſſa ut dixi, redditur benedictionis, non omnino quidem primæ, quæ omnia merita præceſſit, ut rectè Janſenius monuit, ſed quapropter merita tua Chriſtus exaltatus eſt. Hugo Victor. h explicat quòd *propterea benedixit Deus*, ad hoc ut bonum hic perficeretur, propter hoc, ut bonum remuneraretur. Alii, quòd *benedixit*, ideſt fecit ut ab aliis benediceretur, laudaretur, eiq; gratiæ agerentur. Sunt item qui ſumant, *benedixit*, pro benedixerat ut ſit ſenſus, propterea quod benedixerat te Deus, ipſo primo puncto conceptionis, *in æternum*, ideſt, benedictione quæ durabit ſemper, propterea, inquam, *ſpecioſus forma fuiſti*, &c. Vel accipiendo *benedicere*, prout ſignificat multiplicationem prolis; propterea *benedixiſti*, ideſt, videlicet quòd multiplicabit ſpiritualem prolem tuam, quia *ſpecioſus es*, &c. valent enim ad hoc dotes iſtæ. Monet autem rectè Auguſt. quum hactenus Pater ſit locutus, facta mutatione perſonæ, ut alibi in Pſalmis, loqui nunc Prophetam, ſummo gaudio repletum, propter illa quæ dixiſſe Patrem de Filio retulerat. *Benedictio non* ſolam laudem nominiſve celebritatem ſignificat, de qua Apollinarius.

d Ep. 140.

e lib. 2. c. 29.

f Conc. Iud. c. ult.

g 3. cont. Marc. c. 7.

* 3. Sing. c. 5

h Annot. in Pſ. c. 59.

Τέτυκταί σοι ἄγαλμα ἀγήρατον ἀνύμνητον.
Propterea tibi Deus laudem ſine ſenio (immortalem *ipſe aptavit*.

Sed omne genus bonorum, quam vocat Paulus i *omnem benedictionem ſpiritualem*, ad quam laus illa quoq; refertur, & gloria corporis, de qua nominatim exponit Lyranus. Ipſamet Verbi cum carne conjunctio, fons & origo aliorum omnium benedictionum. Idem Apoſtolus k humiliationi Chriſti aſſignat, ut præmium exaltationem, & *nomen ſuper omne nomen*. Benedictio veteris teſtamenti temporaria erat de bonis externis: novi, æterna, deq; ſpiritualibus præſertim, quas nos à benedictio Chriſto accipimus pro maledictione contracta ex primo Parente, ut non maledicti in ignem æternum eamus, ſed benedicti regnum cœleſte percipiamus l, nobis dicatur *mebenedicti vos à Domino, Deum benedictum in ſecula* nominat Ghriſtum Paulus m, *benedictum nomen* ma*jeſtatis ejus in æternum*, David n; & *benedictum* p *Dominum in æternum*. Quumq; gratas ageret ob promiſſum de Chriſto naſcituro ex ſemine ipſius; dixit fore ut Deo benedicente benedicta domus ejus eſſet in æternum q. *Regnum* Chriſti *regnum omnium ſæculorum*, & *dominatio* ejus *in generatione & generationem* r, & *regni ejus non erit finis* ſ, *Poteſtas æterna quæ non auferetur* t, *regnum* A *quod non corrumpetur*, Omnia quæ ſunt in Filio, a Patre ſunt; omnia quæ unius ſunt, ſunt item alterius u; ita tamen ut quod Filius *doctrinam ſuam* dixit x, *non ſuam*, de ceteris intelligatur quæ ſunt in ipſo à Patre, non in Patre ab ipſo. Idcirco ſæpenumero aduc Joan. legimus cuncta Filium referentem Patri accepta.

i Eph. 1. 3.

k Phil. 2. 8. 9

Vet. & N. Teſtam. benedictio.

l Mat. 25. 34

m Pſ. 113. c. 15.

n Rom. 9. 5.

p Pſ. 88. 53.

q 1. par. 17. 11. 12.

r Pſ. 144. 13.

ſ Luc. 1. 33.

t Dan. 7. 14.

u Joan. 17. 10

x Cap. 7. 16.

Loci Joan. expoſitio.

Porrò ex æternitate benedictionis, exq; præteriti temporis verbo, colligimus Chriſti divinitatem, quia & ab æterno benedictus eſt, & in æternum perdurat eadem benedictio. Quamquam tergiverſari Judæus poſſet, vel Hæreticus, de benedictione ſecundùm prædeſtinationem providentiamq; æternam, & de æterna duratione bonorum creatorum communicatorum, ſecundùm id quod ſequitur, ſemperq; durabit, non quod præceſſerit ab æterno ante durationem creatam. Verùm audiendi Patres, qui ferè, ita ut dixi, locum iſtum accipiunt: etſi nonnulli Græci contendant de Chriſto, ut homo eſt, quemadmodum Baſilius, Chryſoſt. Theodoretus, Cyrillus. Nihilominus tot ac tanta munera gratiæ non eſſent collata Chriſto homini, & plenitudo B gratiæ non *ad menſuram*, niſi ſimul Deus eſſet habens in ſe plenitudinem divinitatis corporaliter, atq; ita idem argumentum fieri poteſt pro ejuſdem divinitate, quamvis de creatis donis atq; de humanitate intelligamus præſentem ſententiam. Mediator Dei & hominum non poteſt eſſe purus homo. Idcirco puro homini gratia capitis, & alia gratiæ dona illi convenientia, communicari non poſſunt: multoq; minus cadere ſub meritum poſſunt, ſicut blaſphemabat hæreſiarcha, quum diceret, non invidere ſe Chriſto. Deo facto, quia ſi vellet, poſſet & ipſe fieri. Etſi enim ſic loquebatur, quia ſolam filiationis adoptivæ dignitatem in Chriſto concedebat, tamen officium mediatoris & capitis, in nuda natura humana, & quovis dono gratiæ conſiſtere nequit. Nemo vereatur errorem Neſtorii, Pauli Samoſateni, Pelagii, ſimiliumq;, qui illud, de merito quo ſibi comparaſſet Chriſtus filiationem Dei, aſſerebant non de hac prima & ſumma gratia, ſed de alia minore intelligimus, quam Catholici omnes concedunt cecidiſſe ſub meritum illius. Utitur Eccleſia toto verſu iſto in officio Nativitatis Domini & ſanctæ Mariæ, & aliarum quoq; C ſanctarum mulierum.

Mediator Dei & hominum non poteſt eſſe purus homo Hæreſiarchę blaſphema verba.

Error Neſtorii & aliorum.

Verſus iſtius uſurpatio in officio Nativitatis Domini.

Verſ. 4.) Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime.

Verſ. 5.) Specie tua, & pulchritudine tua intende; proſpere procede, & regna.

Propter veritatem & manſuetudinem & juſtitiam; & deducet te mirabiliter dextera tua.

NOn ſolùm ſpecioſus es eloquenſq; quibus te de cauſſis benedixit Deus, ac ornavit ſempiternis muneribus, captus elegantia pulchritudinis & ſermonis tui, ſed præterea ne quis inanem, inertem, ſegnem, ineffi- D cacem, otioſam exiſtimet eſſe formam & eloquentiam, fortitudine prorſus eximia polles. Quocirca tamquam fortis ſtrenuuſq; belli dux, quæſo te, ut gladio quod eſt verbum Dei, & ſermo *vivus efficax* q; *ac penetrabilis* y, præcingaris, & ad pugnandum te compares, illa tua fortitudine & potentia, nec non efficaci robore ipſiuſmet illius tum ſpeciei tum eloquentię utens contra inimicus & dæmones & homines, illis quod iniquè ſibi uſurpaverunt dominium in Populum tuum, eripiendo, hos tibi voluntate ipſorummet ſpontanea devinciendo, atq; ſubjiciendo. Hæc inquam tam excellens ſpecies & pulchritudo reddat te intentum bello, quod dixi, vel potius intento eminus etiam pugnantem arcu, non ſolum cominus gladio: alacrem te faciat fęlicemq; in bene cœptis, tandem ſuperatis hoſtibus regnum pacatum tradat, ac triumphalem in currum ut ſolium evehat regios equos conſcendere, obequitare, triumphare concedat. Merentur id quibus emines præter ornamenta illa, virtutes veracitatis ſive fidelitatis in dictis promiſſiſq; manſuetudinis ſeu ſummæ felicitatis unà cum exa-

y Hebr. 4. 12.

exacta justitia, quæ sunt bono rege dignæ conditiones, valentq; plurimum ad omnium amorem conciliandum nec deerit potentia per quam non abiq; summa omnium admiratione, optatum de hostibus referas triumphum: ipsemet virtutes istæ pro ductore ac propugnatore erunt, vires tibi suppetent sine cujusquam alterius auxilio: salvabit te dextera tua, vincet ipsa sibimet sufficiens. Eusebius potissimùm expressit sententiam hoc modo. Notavit autem Chrysost. consuevisse minores ac inferiores, quando sunt acri majorum inflammati studio, his uti dictionibus atq; formula præcipiendi & hortandi. In duce Agesilaus requirebat ut erga subditos benevolos, prudens in consilio, contra inimicos fortis esset. *Species* prius dicta conciliat benevolentiam, *gratia labiorum* sapientiam prudentiamq; indicat: nunc igitur de *fortitudine* ut tueri ipsam valeat. David Saulem Jonathamq; *decoros* vocabat simul & *aquilis velociores*, *leonibus fortiores* a. Nyssenus *b* divinam pulchritudinem scribit in terrore habere aliquid amabile: & contrarium corporeæ pulchritudini aliorum, quæ attrahat cupiditatem, & ad id quod est jucundum & blandum: illa sit magni & excelsi animi virtus terribilis, atq; bellum gerat adversus carnem quæ inimica est Deo. Quæ occurrent præterea in dijudicatione de singulis proferentur.

Accingere gladio tuo super femur tuum.) Hieron. & alia Psalteria, & Cyprianus *c*, omittunt pronomen ultimum. Psalterium Romanum vertit, *circa femur*. Ambrosianum, *Accingere gladium tuum circa femur*. Cyprianus, *accingere ense tuo ad femur*. Tertullianus *d*, *accingere ensem tuum circa femur tuum*, & nonnumquam *e* omisit pronomen primum, *accingere ensem super femur tuum*; alicubi etiam utitur verbo *succingendi*. Augustin *f*, *accingere gladium tuum circa femur*. Ambr. *g*, *accingere gladium tuum super femur potentissime*. Græcè casu accusativo extat cum duplici pronomine περίζωσαι τὴν ῥομφαίαν σου ἐπὶ τὸν μηρόν σου, vel apud Chrysost. ζῶσαι μαχαιραν σὲ ἐπὶ μηρόν, vel περίθου ὡς μάχαιραν σὲ ἐπὶ μηρόν, *circumpone quasi gladium super femur*. Hebr. pronomen est in primo tantum loco חגור חרבך על-ירך *chagor charbecha hhal iarech*. Chaldæ. (*accinge ensem tuum super femur tuum sicut fortis, quo interficies reges cum potentibus splendore tuo & gloria tua.*) Porro imperativus modus ponitur vel pro futuro, vel pro optativo. Nam quia fortitudine illius maximè nobis opus erat, inquit Eusebius, ut hostem à quo captivi tenebamur, debellaret: à laude ad preces converius Propheta, dixit; ad hanc pulchritudinem assumas oro & arma tua. *Gladii* gestatione summam indicatam potestatem, quia docui alibi *h*, satisq; constat ex antiquis, quos citat Petrus Faber *i*, simul ostendens quibus eum ferendi jus esset; modo non repetam. Lege Ulpianum D. de jurisdictione. Dixit etiam ibi de vana quorumdam superstitione circa gladios. Persuaserunt sibi quædam ominosa, quædam arma felicia. Hujus rei extant exempla etiam Christianorum in Turpino *k*, qui de spatha Rolandi nomine *durenda* vel *durena*, etsi ficta nonnulla prodit. Hac de re Josephus Stephanus *l* ex Rhodigino *m*, & Tertulliano *n*: de juramento per gladios & arma ex Virgilio *o* & Ammianop: de veneratione in qua habiti gladii nonnulli: de benedictione, & quasi consecratione ac dedicatione. Facit ad jurisdictionem quod Protostrator ad Constantinopolitanum Imperatorem spatham solebat præferre, ut in officialibus palatii Curopalata meminit, detecto capite. Celebris apud Barchionenses S. Martini ensis, quo comes Raymundus est usus *q*, & in eadem Hispania alter Ferdinandi regis, qui cognominatus est *Sanctus* r. Ex litteris sacris constat gladium Goliæ, quo cæsus est, dicatum Deo à Davide *s*. Visus etiam Jeremias tradere Judæ gladium aureum, quem vocabat *sanctum & munus à Deo*, *in quo dejiceret adversarios populi Israel* t. Quanta religione fuerit cultus gladius B. Petri, testis Chrysost. *u*. Porrigunt hodie etiam Regi Romanorum, Polonorum, & aliorum, gladii ab Archiepiscopis, quemadmodum Vitellio memorat Tranquillus *x*, Julii gladium strictum, detractum delubro Martis, in prima gratulatione porrectum. Christi gladius proptius erat, non acceptus ab alio, nisi quatenus homo erat, quomodo *data sibi potestatem* dixit *y*. *Ex ore ejus procedit gladius* z, *& spiritu oris ac labiorum interficiet impium* a. Lipsius *b* docet, veteres Romanos gladios gestasse nunc ad dextrum femur, ut Polybius scripsit, nunc longiorem quidem, sive qui dicebatur Hispanensis, ad sinistrum, ut Josephus, antequam introducti essent gladioli solummodo ad dextrum deniq; variatum hac in re: & dextri femoris causa fuisse, ne scuti usum impediret, eximi tamē inde facilè potuisse, qui non nimis longus, & ab humero, non à medio cingulo pendebat: rejectam videri pone tergum vaginam in pugna. Marmora vetera, quòd etiam prodidit diligens item de Romana militia scriptor Valtrinus *e* noster testantur ita gladio præcingi solitos veteres Romanos ut ab sinistro humero per cingulum sive balteum ad dextrum femur penderet gladius. Ideo breviorem oportebat esse, ut commodè stringi posset. Festus (arma) dicit appellata, quòd ex armis, idest, humeris, penderent ut gladius. Observavi in columna Trajani, quam Alphonsus Ciacconus in tabulas accurate distinctèq; retulit; Imperatoribus exercitus gladios perpendisse vel adstrictos fuisse ad sinistrum latus femurq; non ex humero, sed ut apparet, ex ipsomet cinctu. Fortassis, ut sceptrum liberiùs dextra tenerent, & commodiùs concionando movere eamdem possent. Nostra ætate, aliiq; Orientales, ita sibi gladios alligant, ut in femur, non in latus pendeant. Ex scriptura sacra non ita clarè cognosci potest, quo Hebræi modo suos gladios gestarent. Unus locus est in historia Regum *d*, qui indicat ex humero demisisse gladios: quum scilicet Moabitæ scribuntur convocatse omnes (qui accincti erant balteo desuper.) Abulensis *desuper* interpretatur super vestes vel alia arma & balteum fuisse, ut ipse loquitur, insignium militare, sicut inquit, viri litterati habent insignia graduum suorum. Sed Hebr. est וישעלה *vammahhlah*. Græcè in multis quidem codicibus ἐπάνω, sed in emendatis κ' ἔσωσον ὦ, quod est hortantis milites ad pugnam. Significat autem *desuper*, vel ἐπάνω & *supra*, quod etiam Hebræa dictio valet, convocatos qui ad militarem ætatem pervenerant, præterea qui supra illam erant, seu in ea ulteriùs progressi. Quemadmodum a Matthæum *e* à bimatu, & infra ἀπὸ δυετοῦς & κατωτέρω, oppositam habet significationem. Deinde non erat balteus insigne militare dumtaxat, sed ex eo, ut docui, pendebat ensis. Legatur idem Lipsius ad 1. Taciti Annalium: de nostris præter Valtrinum Pontanus *f*, & Raderus *g*. Negare verò non possumus à *h* Svetonio Galbam scribi quum inivit imperium, processisse in itinere paludatum, ac dependente à cervicibus pugione ante pectus: verùm nondum, ut idem testatur, togam acceperat, illudque ad itineris factum commoditatem videtur. Romani dum publicè indicebant bellum, cinctu Gabino utebantur.

Ipse i Quirinali trabea, cinctuque Gabino
Insignis referat stridentia limina Consul.

Qua de re etiam Livius. Gallum gallinaceum promptum ad pugnam vocat Scriptura *k succinctum lumbos*, & adagio dixit Israel *l*, *ne glorietur accinctus æquè, ut discinctus*. Militis quoque supplicium erat balteum ei dissolvi *m*, aut tolli cingulum *n*.

Gladium porro istum Christi spiritualiter sumunt, ut antè dixi, pro verbo divino *o*, & prædicationis, quæ separat omnes necessitudines *p*, ac pertingit usque ad divisionem animæ & spiritus *q*, itaque victoriam comparat de hostibus invisibilibus, de mundo etiam & carne. Theodoretus, Chrysost. Basilius, hoc loco Tertullianus *r*, præterea & Nyssenus *s* (quod & Hieron. *t* innuit) volunt, per appositionem dici *gladium* speciem & pulchritudinem, ita ut gladius sit species ac pulchritudo, & intelligamus sola sua illa dignitate, majestate, magnificentia, splendore, auctoritate, gloria, Christum victorias reportare, idemq; esse, *indui decorem & fortitudinem* hilq; *sæpe cingere* u. Tempestivus decore *supra filios hominum* est, air Tertullianus, sed in allegorico illo statu gratiæ spiritualis (tamen prius demonstravi etiam de externa corporali specie ac pulchritudine) quum accingitur ensem sermonis, qui verè species & decor & gloria ipsius est. Nyssenus *x*, ut pridem antea monui, *sexaginta* illos custodes lecti Salomonis *armatos* *y* referre dicit pulchritudinem, quæ in for-

Induce Agesilaus quæ requireret.

a 2. Reg. 1. 23
b Hom. 6. in Cant. Divinæ & corporeæ pulchritudinis discrimen.

c lib. 2. c. 29

d cont. Jud. c. 9. & al. e 3. cont. Marc. c. 7. f l. 5. c. 18. g in Ps. 118. Ser. 17.

Gladii gestatio, potestatis indicium.
h in Sap. c. 18. 16
i 1. Sam. c. 3. Arma quædam ominosa, quædam felicia
k de vita Caroli M. c. 22 Rolandi spatha.
l in 1 Mach. 3. vers. 3. Juramentum per gladios & arma.
m Ode resur. car. c. 16. Veneratio, benedictio, consecratio dedicatio gladiorum, & alia de gladiis.
o Aen. 2
p l. 17. & 31.
q Mich. Carbonell. chro. Arag. reg. p. 42. 43.
r Joan. Mar. 29 hist Hisp c. 16.
s 1. Reg. 17. 54 & 21. 9.
t 2. Mach. 14 26.
u Ser. de voc. & gl. ac ejus apud Met. in Sur. Kal. Aug.
x cap. 8.
y Mat. ult.
z Apoc. 19 2

a Is. 11. 4.
b de mil. Rodial. 3. l. 8. & in innal. ejusdem.

c lib. 3. c. 12.

d lib. 4. 3. 22

e cap. 2. 16.

f ad 8. Aen.
g ad 32. epist. 14. Mart.
h in Galb. c. 11.

i Aeneid. 7

K Pr. 30. 31. 1 3. Reg. 20. 11 Militis supplicium.
m Job. 12. 18
n Isa. 23.

o Eph. 6. 17.
p Mat. 10. 34
q Heb. 4. 12.
r 3. cont.

s in Cant. c. 5 sine. 55. If.

u Ps. 92. 1

x Hom. 6. in Cant.

y Cat. 3. 7.

fortitudine prospicitur: nam in pulchritudine corporis cupiditatem excitari à blanditie quadam & suavitate oculis ostensa, eaq; ab omni terribili animosoq; affectione separata: sed illam venustatem impollutam esse fortitudinem, quæ metum ac terrorem incutiat. Nihil in nostro Salomone mystico effeminatum & molle lectus ipse; ut & species ac forma, de qua dictum, virilis est, fortis, bellicosa, profanis horribilis & inaccessa. Armorum verè dicere possis apparatum amorum: dies quos maximè tuetur, abscondit *in abscondito faciei sue* a, simul pulcherrimæ; simnl terrificæ. Approbat Genebrardus hanc sententiam, Rabinorum quoq; & Thalmudicorum testimonio, qui etiam gladium accipiant spiritualiter, ac pro Dei lege, ut nimirum accinctus gladius, hìc decori sit & ornamento, & per eum sibi Messias decus & imperium comparet. Hic est gladius Domini & Gedeonis *b*, Goliæ *c*, fortissimorum Salomonis *d*, Apollonii *e*, quem dedit Jerem. *f*, quem Christo misit *g*, *qui ex ore ejus procedit* h, qui romphæam dejicit paradisi aditum impedientem *i*, pro quo vendenda tunica & omnia *k*, quo Holofernes *l* obtruncatur & Golias *m*. Probat idem Tertullianus *n*, tractans Isaiæ quoq; locum, in c. 8. de Damasco & Assyriis à Christo superandis, frustra Judæos in suo Messia, & alios Hæreticos requirere arma materialia. Valde absurdum est, inquit, si quem ad bellum ense cingebat, ei de tempestivitate decoris & labiorum gratia blandiebatur, de quo subjungens dicebat, extende & prospere rare, prospera & regna, & adjecit propter lenitatem & justitiam tuam. Quis ensem accingitur, & non contraria lenitati & justitiæ exercet? idest, dolum & asperitatem & injustitiam, propria scil. negotia prælìorum? Videamus ergo an alius sit ensis ille cujus est alius actus, idest, Dei sermo divinus, bis acutus duobus testamentis legis antiquæ & legis novæ, acutus sapientiæ suæ æquitate, reddens unicuiq; secundùm actum suum. Licuit ergò & Christi Dei, in Psalmis, sine bellicis rebus ensem sermonis Dei præcingi, figurato, cui prædicta tempestivitas congruat cum gratia labiorum, quam tunc cingebatur *super femur* apud David, quando venturus in terras rex Dei Patris decreto nuntiabatur. Item docens captivitatem quam captivam duxisse dicitur *p* Christus, accipi spiritualiter, ait, quibus armis? quibus præliis? de cujus gentis vastatione? de cujus civitatis eversione? quas fœminas, quos pueros, quosve regulos catenis victor inseruit? nam & quum apud David Christus canitur *succinctus gladio super femur*: aut apud Isaiam, *spolia* accipiens *Samariæ* & *virtutem Damasci*, verè eum & visibilem excondis præliatorem. Agnosce igitur jam & armaturam & militiam ejus spiritualem, si jam didicisti esse captivitatem spiritualem, ut & hanc illius agnoscas. Confirmat præterea *q* ex gladio *bis acuto* prodeunte ex ore Christi *r*, & ex armis de quibus scribit Paulus *s*, & ex machæra quam Christus venit mittere *t*.

Indicat *accinctione gladii super femur*, incarnationem designari. De hac Gregor. *u* disertè locum istum interpretatur, dicens quòd gladium circa femur potentissimus sumpsit, quia sermo prædicationis illius ex incarnatione convaluit. Ambr. *x* his verbis ait significari, quòd Filius Dei quum semetipsum exinaniviset, Verbi accinctus divinitatem, & generationem calceatus humanam prodiret ex Virgine, omnibus esset daturus salutem. Inter sex dicendi modos quos affert Pererius *y* noster de ritu Abrahæ in adjurando servum, quum jussit ponere manus *sub femore suo* z, ille R. Aben Ezræ congruit proposito, ut repræsentaret jus potestatemq; dominantis, ac imperantis Patriarchæ; servientis vero, humilem subjectionem, & promptum animum ad exequenda Domini mandata: unde & in femore Christi scriptum legit Joan. *a*: *Rex Regum & dominus dominantium*, & propter potestatem ei datam *b*, & propter *semen longævum* c ex eo spiritualiter propagandum. Nec non quadrat Oleastri opinio de firmitate promissorum, fœderis, pacti, juramenti, sicut & in corpore nostro femur firmissima pars est. At multo pluribus placet tali ceremonia generationem Messiæ præsignificatam ex stirpe & genera Abrahæ, huncq; signo illo contestari, & profiteri fidem voluisse quam ea de re habebat, prout promissum acceperat de eadem. Id præter interpretes loci præsentis, docet quoq; Ambr. *d*. Eadem adjuran-

a *Ps.* 30. 21.
b *Iud.* 7 14. 20.
c 1. *Reg* 21. 8
d *Cant.* 3. 7.
e 1 *Mac.* 3. 3
f 2. *Mac. ul.* 16.
g *Mat.* 10 14
h *Ap.* 1. 16.
i *Gen.* 3. 25.
k *Lu.* 22. 36
l *Jud.* 13. 9. *& seq.*
m 1. *Reg.* 13 10.
n *cont Jud.* c. 9. *& 3. con. Mar.* c. 14.
o c. *cont. Marc.* c. 18.
p *Ephes.* 4. 8. *Ps* 67. 10. c. 8. 4.
q 3. *cont. Marc.* c. 14.
r Apoc. 1. 16. *& c.* 19. 15.
s *Eph.* 6. 17.
t *Mat.* 10. 34
u *Hom.* 8. *in Ezech.*
x *in Ps.* 118. *Ser.* 17.
y *Gen.* 24. *disp.* 1. Abrahæ ritus in adjugèdo servo
z *Gen.* 24. 3.
a *Ap.* 19. 16.
b *Mat. ul.* 18
c *Is.* 53. 10.

Adi ratione usus legitur Jacob *e*, lege etiam Viegam nostrum *f*. Quamquam Pannonius, dum exponit dictum Apocalypsis locum, vestem, de qua ibi, contendit, esse humanitatem quam de foris assumpsit Dei Filius, & circumposuit sibi: femur, quia est à natura ipsa, divinitatem quæ videl. robustissima est. Sic hoc loco *gladius super femur* esset prædicationis verbum à divinitate Verbi efficaciam accipiens: nec incommodè gladius crux censeri possit, quum propter charitatem quæ est vinculum perfectionis *g*, accinxit sibi Christus, & obtruncavit diabolum, mortem, peccatum; vel pro gladio usus est ligno, ut insignior esset victoria, sicut quum Samson pugnavit asini mandibula *h*, David funda *i*; Scythæ, servos qui occupaverant sedes eorum dum ad bellum profecti essent, baculis & flagellis, quos alii nequiverant armis debellare *k*. Tandem cinctus in femore, ac proinde intra vaginam conditus gladius, potestatem denotat jurisdictionis in Rege Christo, ut etiam sponsa eum vereatur ac timeat. Verùm quod attinet ad robur viresq; pulchri Christi, cujus hebetantur (ut ait ille apud *l* Clem. Alex.) enses pulchritudine, sponsa etiam ejus in canticis inde commendatur, & cum castris comparatur *m*: semper decor virginitatis gladium habet pudicitiæ, ut Hieron. *n* juxta tropologiam observat, per quem puniat opera carnis, & superet voluptates, ita ut Gentilis quoq; error deas virgines finxerit armatas. Ait præterea, quæ postea vocatur *filia Tyri*, vel filiæ, numero plurali, Hebr. dici, *filia fortissimi*, aut *fortissimam*. Tandem *o* in mirificis illis signis editis tempore passionis, ait ostentam à Christo, licèt exterius deformi ac despecto, speciem decoremq;.

Hìc digredi Lector poterit, & in eloquentiæ Christianæ vires, & in bellicam quoq; fortitudinem, quas non est difficile demonstrare multis partibus præstantiores esse quàm ullo umquam tempore in Gentilibus. Thomæ Bozii Ecclesiæ signa consule *p*. Quin etiam juxta interpretationem quam dat Eusebius præsenti loco, liceret ostendere quo pacto gladio Christi cæsi sint Judæi per Romanos, missilq; exercitibus occisi homicidæ illi, immo Deicidæ. De varia licèt non adeo necessaria distinctione verborum *accingendi*, *præcingendi*, *succingendi*, & de vario cingulorum usu in scripturis dixi alibi. Lege Toletum *q* & Joann. Ferdinandum *r*; hocq; etiam loco B. Thomam.

Super femur.] Dictum de mystica *femoris* significatione. Dionysius, qui Liber pater appellatus est quia natus ex femore Jovis dicebatur, nomen dedit Indiæ, ubi educatus creditur à Nymphis, & in quo Nysa urbs constructa, ut vocaretur μηρός, idest, *femur*: sed à gladiis de femore pendentibus denominatio manavit, & aliqui breviores nominarentur, παραμήρια, sicut & à zona παραζώνια vel παραζῶστραι Qua de re citatus antè Lipsius in analectis, & Raderus noster in lemma Martialis de parazonio *s*. Ante judicium gerit femori Christus accinctum gladium, nec nisi ad tempus eximit, strictumq; tenet manu; immo jussit Petro *convertere in locum suum*; in judicio vibrabit, nec recondet amplius: *ejiciam gladium de vagina sua*, inquit Deus *x*, utrobiq; *justitia cingulum lumborum ejus* y.

Potentissime.) Hieron. *fortissime*. Tertullianus z, *potens*, Græcum δυνατέ, est positivum: Hebræum verò גִּבּוֹר *ghibbor*, de quo egi Psal. XVIII. *a*. Quare male à quibusdam sumitur hoc loco pro nomine adverbium. Frustra etiam nonnulli vim faciunt in superlativo, & à Joan. Baptista vocatum Christum fortem, à Davide hoc loco potentissimum. Acutè verò August. Ruffinus, Cassiodorus potentiam notant cum femore conjunctam, ut intelligamus, quod *infirmum est Dei fortius esse hominibus* b: potentissimè Christum gladio usum in carne, quia non solùm vicit homines, sed etiam aereas potestates, non solùm vitia destruxit, sed etiam infernum spoliavit: & gladius iste carnem domat, vitia resecat, spiritum roborat, virtutes nutrit, desideria mala consumit. Christus est fortior ille, qui *fortem vicit* c fortis ac potens in prælio, dominusq; δυνάμεων תצבאות *tsevaoth*, *virtutum* sive *exercituum*, ut vidimus Psalmo XXIII. *d*. Accinctioni potentia crebrò con-

d *in Ps.* 118. *Ser.* 17.
e *Gen.* 47. 29
f *in Ap.* 19. *comment.* 1. *sect.* 4.
g *Col.* 3. 14.
h *Jud.* 15. 25
i 1. *Re.* 17. 40
k *Iust. lib.* 2
l 2. *Strom.*
m *Can.* 6. 3. Decor virginitatis gladium habet pudicitiæ.
n *Ep.* 140.
o *in c.* 53. *Is.*
p *lib.* 7. *sig.* 19 20. 21. 22. 23 24. *l.* 8 *sig.* 33
q *in Lu. c.* 12 *annot.* 62.
r *in Thesau. verbo Accingere.* Bacchi ortus.
s *Diod. Sicul*
t *l.* 14 *epi* 32
u *Mat.* 26. 52
x *Ex.* 21. 3.
y *Is.* 11. 5.
z *cont. Iud. c. ul.* 3. *cont. Mar. c.* 7.
a *vers.* 6.
b 1. *Cor.* 1. 25
c *Mat.* 12. 29
d *vers.* 13.

Acuta Augustini & aliorum observatio.

conjungitur, ut antea quoque ind cavi, & Judas con-militones verbis iſtis hortabatur: *Accingimini* a, *& eſtote filii potentes*, περιζῶσασθε καὶ γίνεσθε εἰς μέσς δυνατὸς, de eodem verò ſcribitur *b* quòd *induit ſe loricam ſicut gigas, & ſuccinxit ſe arma bellica ſua in præliis, & protegebat caſtra gladio ſuo*. Baſilius docet potentia innui conjunctionem Deitatis cum debilitate carnis, maximæque potentiæ demonſtrationem eſſe quòd poſſit Deus in humana eſſe natura: Hæc eſt potentia quam Maria cecinit Deum feciſſe *in brachio ſuo* c. Idem ſibi voluit David quum dixit *d*, quod *ſalvavit ſibi dextera Dei, & brachium ſanctum ejus*. Gratia labiorum perſuaſit Patri & mundo: gladius potentiſſimi principem tenebrarum ſuperavit, ejuſque ſatellites. Sed & velut alteram Helenam, Penelopem, Hippodamiam, ſponſus hic armis & cruore proprio comparavit, non blanditiis, lenociniis, artificiis amatoriis: ac tamquam David, Michol; magnoque labore Rachelem & Liam, Jacob. Deſpexit Golias adoleſcentem Davidem quod rufus eſſet, aſpectuque pulchere; non arbitrans ineſſe cum elegantia robur: quaſi quod alius de Paride dixit, diceret Ovid. *f*.

a 1 *Mach.* 3. 58.
b *verſ.* 3.
c *Luc.* 1. 51.
d *Pſ.* 97. 1.
David aſpectu pulcher e 1. *Reg.* 17. 42.
f *in Epiſt.*

Quòd bene te jactas, & fortia facta recenſes,
A verbis facies diſſidit iſta tuis.
Apta magis Veneri quàm ſunt tua corpora Marti:
Bella gerant alii, tu Pari ſemper ama.

Pulchritudo Abſalonis in cæſarie etiam erat: robur Samſonis in eadem: comæ ſponſæ ſicut elatæ palmarum, ita ut tot palmas quot crines gerere videretur: & in unoquoque crine vulneraverit ſponſum. In nomine quoque Hebræo innuitur incarnationis myſterium, cujus nuncius Gabriel, inde denominatur, quaſi homo Deus, vel fortitudo Dei, & quaſi quod notavit Proclus Conſtantinopolitanus in Concilio Epheſino, diceret, *accingere gladio tuo ſuper femur tuum, potentiſſime*.

Specie tua & pulchritudine tua.) Hieronymus, *gloria tua & decore tuo*, per appoſitionem nexumque cum gladio, ſicut antea monui etiam facere Tertullianum, qui reddit, (potens tempeſtivitate tua & pulchritudine tua) Cyprianus, *decori & ſpeciei tuæ*, quaſi dicat, ad decorem & ſpeciem tuam, de qua priùs dixerat conſervandam, vel magis declarandam; fac quod ſequitur, &c. Alii apud Chryſoſtomum σὺν τὸ παινὸν σου καὶ τὸ ἀξίωμα σου, *laudem tuam & dignitatem tuam*, videlicet, accingere gladium tuum, qui eſt laus & dignitas tua, vel σὺν τὴ δόξῃ σου, καὶ διαπρεπείᾳ σου, *in gloria tua & decore tuo*, nempe etiam, ut hæc vigeant & cognoſcantur.

g *Virg. Æn.* 5. Sic illeg loricæ tribuit decus cum tutamine.

Donat habere viro decus, & tutamen in armis.

Gladius quo accinctus eris, ſit inſigne virtutis tuæ ac Regiæ potentiæ: ipſamet, ut etiam dicebam ſpecies ac pulchritudo ferit, vulneratque, quemadmodum ſponſa vulneratam ſe charitate dicebat *h* juxta LXX. pro eo quod habemus, *amore langueo*, & ſponſus vulneratum ſe ab illa. Baſilius, eumque imitatus Euthym. diſtinguunt inter ὡραιότητα & κάλλος, ut ὡραιότης, quam *tempeſtivitatem* cum Tertulliano dicere poſſumus, ſicut ὡραῖον, *tempeſtivum*, qui ſpecioſus antè vocabatur, ſignificet, id quod opportunitati temporis quadrat, ſervitque ad propriam conſequendam perfectionem; quo pacto de frugum meſſe fructuumque dicitur tempeſtivitas, quando ad maturitatis perfectionem per anni tempus, & ad uſum veniunt: & hoc loco eſſet veniſſe Chriſtum, ac ſuam ſpeciem, ac dignitatem declaraſſe tempeſtivè in medio annorum *i*, in plenitudine temporis *k*. Κάλλος pertineat potius ad membrorum integritatem, armoniam, vigorem, gratiam. Ruffinus primum accipit de innocentia morumque ſanctitate; ſecundum, de divinitatis decore. Beda de divinitate & humanitate: oppoſito modo Caſſiodorus de humanitate & divinitate, quia in illa Chriſtus mundo ſalutaris apparuit, ex iſta omnia pulchra veniunt quæcumque decora ſunt. Carthuſianus, eodem fere modo de creata & increata. Ricardus Pampolitanus de ſanctitate & de triſtitia atque charitate, Bruno de innocentia, & de perfectione bonorum operum. Synonyma tamen eſſe poſſunt ſpecies & pulchritudo: niſi velis ſpeciem tempeſtivam hìc innuere, ut obſervat Jacobus Janſonius, uſque ad trigeſimum ætatis annum: diu ſatis ſe continuaſſe Chriſtum, tunc velut ætate & pro ætate, gratia ſimul, manifeſtatione maturum, & qua ætate maximè florent homines vigentque, nempe ut placet Ariſtoteli *l* à trigeſimo ætatis anno ad trigeſimum quintum. Placeret ſi quod in Hebræa voce vel leve veſtigium hujuſmodi ſenſus appareret. Illam pulchritudinem, idem Baſilius ait viſam in transfiguratione præſertim, *Væ dicentibus malum bonum, & bonum malum* m: quia, ut ait Procopius *n*, Deus τὸ καλὸν, Diabolus πᾶν τὸ ἄτοπος.

h *Cant.* 5. 8.
i *Hab.* 3. 2.
k *Gal.* 4. 4.

Species tempeſt vas trigeſimus ætatis annus.
l *Rethe.* 14
m *Iſa.* 5. 20.
n *Ibid.*

Intende, proſpere, procede, & regna.) Hieronym. *& decore tuo proſpere aſcende*: Quæ verba nectit ſequentibus, ſed in Epiſt. CXL. prætermittit conjunctionem, &, quam tamen etiam addit juxta editionem noſtram. Extat in editione quoque Græca, & legitur ab Auguſt. & Cypriano *o*, ſed Cyprianus legit, *& intende & dirige & regna*, conjungens cum ſequentibus: Pſalterium verò Ambroſ. etiam abſque conjunctione, *Intende, proſpera & regna*, Tertullian. *p*, *& extende & proſperare & regna*, vel *q*, *extende & proſperare, proſpera & regna*. Hebr. extat ad verbum & (in) *decore tuo proſpere age, equita*, quæ pariter copulantur cum his quæ ſequuntur. Chaldaicè, *gloria autem tua magna eſt*; vel, ut alii legunt, *multiplicabis filios propterea proſperabis, ut equites ſuper thronum regni*, vel, *& ſic proſperabis, ut equites ſuper thronos regios*, aut, *ſuper equos regni*. Quod attinet ad primum *intende*, ἔντεινε, putat Leo *r* Caſtro LXX. abſque duabus litteris (ר) & (ת) legiſſe; addere debuit ſine nota pronominis ſecundæ perſonæ numeri ſingularis maſculini generis; nempe non וחדרך *vahadarecha*, ſed דרך *derach*, quod eſt verbum ſignificans *intendere*, extendere, incedere, הדר *hadar* autem nomen quod ſignificat *decorem*, & immediatè præceſſerat. Melior ſuſpicio Ricardi Cenomani, quam ſequuntur Genebrardus, & Agellius, nihil de Ricardo dicentes: & mihi placet (licèt neget Hieronym. *ſ*: ſed figuram repetitionis eſſe) lectum ab interpretibus in hiphil חדרך *hadrech*. Videtur adhortatio eſſe ad pugnam de longinquo arcum intendendo, & ſagittas ejaculando. Quum dixit, *intende*, inquit Chryſoſtomus, arcum ſignificavit & ſagittam: & Euſebius exponit, *intende* arcum tuum, deinde percuſſis hoſtibus, *proſpere procede & regna*. Athanaſius eodem modo & Cyrillus. In Pſal. VII. *t* & X. *u tendere arcum* dicitur verbo ἐντείνειν, & דרך *darach*. Poſſet præterea explicari per *intendere*, continuare iter, viteſve exerere, non tamen per intentionem propriè dictam, ut placet Bedæ, Ruffino, Remigio, Ludolpho, Ricardo Pampolitano (ſicut Adam ait Beda, quia remiſſus fuit in pulchritudine gratiæ quam acceperat, amiſit eam) ſed potius, ut Brunoni, per perſeverantiam, quia fuit ſemper in Chriſto ab initio perfecta innocentia: Item *intendere* ſignificat viam ſibi facere, non deſiſtere, arreptum bellum non deſerere, ſed quod continent ſequentia, & Hieronymus * notat ſuper hoſtium ſtrages victorem incedere, ac præparare ſibi regnum in iis quos de Diaboli eripiens poteſtate ſuo copulaverit imperio; permanentem & numquam deficientem ſalutis humanæ procurationem, ut Baſilius docet, habere. Denique Hebræum verbum הדרך *hadrech* proſperum quoque ſucceſſum importat; quamvis proſperitas in ſequenti etiam verbo contineatur nulla autem ratione *intendendi* verbo intelligas hìc ſignificare intentum eſſe intenſione, ſtudioque animi ita aliquid intendere: nihil tale Hebræa vox Græcave ſonat, ut nec intenſionem graduum. Quare ob minorem peritiam linguarum priores intellexerunt de dicta intenſione. Haimo verò, ut ſit idem quod intentus eſt ac vel diligenter conſidera; item Thomas, Hugo Cardinalis, aut Alenſis, Caſſiodorus, Hieronymus (& ideo non verus Hieronymus) qui exponit etiam, tibi *intende* & vide, feliciter, jungens, *proſpere*, cum, *intende*. Præterea Carthuſianus, feliciter reſpice, & ad noſtram æternam proſperitatem piè conſidera genus humanum, ut illud ſalvifices. Aliis in locis *intendendi* verbo Latino ſecundùm notiones quas rejeci, reſpondentia ſunt alia tum Hebræa, tum Græca, ut proinde haud ita ad rem proferantur in earumdem pro hoc loco confirmationem. Minùs diſplicet, ut *intendere* dicamus cum Janſonio, eſſe modicè ſe inſinuare ac incipere ſibi homines attrahere,

o *Lib* 2. *c.* 29
p 3. *contr. Marcio c.* 4
q *cont. Jud. c.* 9.
r *Apol. l.* 3.
ſ *Epiſt.* 140.
t *verſ.* 13.
u *verſ.* 2.
x *Epiſt.* 140.
*Intendendi verbi acceptiones.

here, ut quum cœpit Chriſtus duos illos Joannis diſci-
a *Joa.1 39.* pulos, quorum alter Andreas erat, allicere ad ſe *a*, vel à paucis collectis diſcipulis opus ordiri: proſpere procedere, facere ut iidem duo manifeſtando ſe ſenſim illis, in ipſius amore felicem progreſſum facerent: vel à paucis aliis ad multitudinem ſibimet conciliandam progredi, quaſique proficere: regnare duos, ad gloriæ adeptionem tandem provehere: vel integrum totius mundi regnum ſenſim ſibi acquirere. Egregiè locum
b *5. conf. Marc.c.140.* hunc Tertullianus *b* expoſuit, legens ut dixi, *extende*, quaſi Græcè legerit, ἔκτεινε, *extendens ſermonem in omnem terram* c ac univerſarum gentium vocationem, proſperaturus ſucceſſu fidei, per quam eſt receptus, & regnans exinde, qua mortem reſurrectione devicit. Non abhorret tamen ab allatis *intendendi* notionibus Græcum ἐπιτείνειν, unde eſt ἔντονος *intendens* vires animi corporiſque, intentus ac vehemens in aliqua re perficienda.
c *Iſ.18.5.*

Proſpere procede.) Duæ dictiones hæ implicantur in unica Hebr. עלה *tſelach* & in Græca κατευοδῶ, antequam præponitur conjunctio (ש) quemadmodum etiam additur à Latinis nonnullis, ut antè dixi, admonens B reddi à Hieronymo, *proſpere aſcende*, à Cypriano, *dirige*, à Pſalterio Ambroſiano, *proſpera*, ſed Hieronymus, *proſpere* retulit ad צלח *tſelach*, aliud verbum *aſcende* ad נצח *nechau*, de quo poſtea. Videri quoque poſſunt LXX. per κατευοδῶ, comprehendere voluiſſe utrumque, & ſignificare rectum per viam proceſſum, progreſſumque, qui non equitando dumtaxat, ſed pe-
d *Rom.1 10.* dibus etiam iter faciendo eſſe poteſt. Sic Paulus *d* *proſperum iter habere* dixit εὐοδωθήσεσθαι, & in Pſ. LXVII.
e *verſ.20.* *e* proſperum iter facere κατευοδῶσαι, & in CXVII. *f* ὦ
f *verſ.25.* *Domine bene proſperare*, εὐόδωσον δή. Alius apud Chryſoſtomum vertit προκοπτε *proſice*. Quod Ezechiel *g* ait, *proficere in regnum*. Eſt צלח *tſalach*, proſperare, id-
g *cap.16.13.* que etiam quaſi vi facta, ſcindendo, findendo, perrumpendo, pervadendo, pertranſeundo, validè ac liberè, ſineque impedimento vim ſuam exerendo. Cui ſimilis acceptio verbi נצח *natſach*, quæ tota victorialis eſt. David *proficiſcens* dicitur, *& ſemper ſe ipſo robuſtior*
h *2.Reg.3.1.* h. *Proſperè proceſſiſſe*. Chriſtum paullò ante dixi in docendo & prædicando. Extendi poteſt id ad proceſſum univerſæ œconomiæ ipſius ac vitæ: quia proceſſit, ut ait Beda, de virtute in virtutem, cum magna proſperitate naſcendo, creſcendo, docendo, miracula edendo, patiendo, reſurgendo, aſcendendo ad dexteram Patris, per Spiritum ſanctum, ſuoſque diſcipulos, mundum convertendo. *Magnus gigas exultavit ad currendam, ac percurrendam viam* i. Indicat Cyrillus activè ſumendum hoc loco verbum, quaſi diceret, præbe proſperitatem illis quos debellaris: jam ſubjectis parcendo, debellando ſuperbos.
i *Pſ.18.6.*

Et regna.) Hieronym. *aſcende*, videlicet vel equum, vel currum, quamvis conjungat cum *proſpere*. Chaldæus, ut monui, exprimit proſperitatem in equitando ſuper thronos regni aut equos regios על-כרסי *hhal cheraſe* vel כורסי *cheroſe* טלטומא *malchuta*: optimè LXX. expreſſerunt βασιλεύσας, *regna*, nec non Pſalt. Arabicum, & Æthiopicum. Conſcenſio currus, vel equi, regnum
Conſcenſio currus vel equi regnũ deſignans. *k Exod.15.1.* deſignat regnique adeptionem. Unde & Pharao *aſcenſor* appellatur *equi k*, & Deus *aſcenſor cœli* l. Genebrardus confirmat ex more Perſarum, quorum Rex num-
l *Deut.32.26* Rex Perſarum numquam pedes procedere ſolitus D quam procedebat pedes in publicum *m*: ex quadriga, de qua Ezechiel *n* providentiam & adminiſtrationem ſignificante: ex Pſal. LXV. *o*, *impoſuiſti homines ſuper capita noſtra*. Hebr. הרכבת *birchautha*, *equitare feciſti*. Affert Agell. aptum Jerem. *p* locum de Jechon. *ſcribe virum iſtum ſterilem, virum qui in diebus ſuis non proſperabitur: neque enim erit de ſemine ejus qui ſedeat ſuper ſolium David, & poteſtatem habeat ultra in Juda*. Adde crebram deſcriptionem *regnandi*, per hoc quod eſt *ſedere ſuper ſedem ſoliumve*; nec non morem ut reges vecti curribus inirent prælia. Indicat Hieronym. epiſt. 140. illud quod modo dicebam ex Pſal. LXV. ait enim quod cohortatur David ad prælium, ut ſemel arrepta bella non deſerat, & ſuper hoſtium ſtrages victor incedens (quaſi obequitans & calcans præparet ſibi regnum. Nec inveriſimile, poetico more deſcribi hoc loco triumphalem currum, quem veluti componant hæ quæ ſequuntur virtutes, veritatis, manſuetudinis, juſtitiæ, cum ſpecie ac pulchritudine, de qua dictum prius; ita ut idem quaſi auriga vectorque qui vector & vectus de-
Quadrigæ providentiam & adminiſtrationem denotans. *m Briſſon.de regn. Perſ. n cap.1. 16. o verſ.12. p cap.22.30.*

ducat currum, ac ſe ipſum mirabiliter dextera ſua, ut mox etiam ſubjicitur; devinciat ſibi cunctos, non pulchritudine ſolum & elegantia verborum, ſed horum quoque veritate, tum facilitate morum, tum ſumma æquitate. Sed & currus Eccleſia eſt, in qua rex ac ſponſus ſedet Chriſtus; qui aſſimilavit eam equitatui *in curribus Pharaonis* q, ideſt, quadrigæ divinæ, cui Deus inſidebat contra currus regis illius in mari rubro victor. Hoc etiam nuptiale ſponſi *ferculum* אפריון *apirion*, lectica, carruca, geſtamen, ad ſponſam deferendam, de lignis Libani cum *columnis argenteis, reclinatorio aureo, aſcenſu purpureo, media charitate conſtratum* r, id-
q *Cant. 1.9.*
r *Cap.3 9.*
eſt, in quo media ſedebat dilectiſſima ſponſa, quæ charitas vocatur, abſtracto nomine. Quod ad virtutes pertinet, miſſis poetarum involucris, quibus virtutum fingebant currus, tigres vectores vel equos *ſ*, celebris hac
ſ *Hor. lib.3. Carm.ode.3.* in re myſtico ſumptus ſenſu, currus Eliæ. Vocat *t* Diadochus hanc quadrigam continentiæ ſeu quatuor virtutum, nimirum, ut noſter annotat Turrianus *u*, propter earum connexionem & propter certamen cum paſ-
t *de perfect. Spir.c.6.2.* u *Ibid.*
ſionibus. Illud verò igneum in curru ſignificare dicit divinam ſimilitudinem, quæ ineſt virtutibus charitate illuminatis, quum ſit ignis divinitatis ſymbolum: Qua de re Dionyſius in cœleſti Hierarchia *x*, & de virtutum quoque curru Ambroſius *y*, ita interpretans currus Aminadab *z*, *aſcendentem equos*, & cujus *quadriga* vel equitatus *ſalvatio* aut ſanitas *a*. Bigæ Plato ſimilem hominem fecit, quæ trahatur à duobus equis, furore & cupiditate; mens verò deſuper ſeu ratio regat habenas. Trahunt regis noſtri currum veritas juſtitiaque cum moderatione. Apoſtoli præterea, & alii per prædicatores videntur equi, quibus quaſi inſidens Chriſtus ubique prædicat, ponens eos *quaſi equos gloriæ ſuæ in bello* b, & equum regens album, ſuper eo exiens vin-
x *cap.ult.* y *de Iſaac c.8.* z *Cant.6.11.* a *Hab. 3.8.*
b *Zach.10.3* c *Apoc.6.2.* d *lib.4.c.9.*
cens ad vincendum *c*. Gregorius IX. *d* de Childeberto Gallorum rege ſcribens, ait, quòd Chriſtus illius regnum ſibi circa femur accinxit inſtar pharetræ, ex qua ſagittas amentatas extraheret, ac electas, arcuque brachii ſui potentis emitteret, ut Gentes & regna ſubjiceret.

Propter veritatem, & manſuetudinem & juſtitiam.) C Hieronymus, *propter verbum veritatis & manſuetudinem juſtitiæ*. Indicat autem aſcenſum propter iſtas virtutes ſive regnum. Alii ex Hebræo magis id exprimunt, *equita ſuper verbum veritatis & manſuetudinis & juſtitiæ*: vel incende ac vehere, his rebus velut quadriga, veritate, fide, manſuetudine, juſtitia: vel vehere prædicationes fidei & manſuetæ juſtitiæ: ſic erit ſenſus, perfer citò ad Gentes verbum quod veritatem doceat, manſuetudinem, juſtitiam, nec non ut fidem populi defendas, & afflictam depreſſamque (pro manſuetudine vox Hebræa, ut dicam, id valere poteſt) juſtitiam. Aut iſtæ virtutes inequitare atque triumphare te facient: tibi tanti honoris, ſplendoris, ſucceſſus, regnique ipſius cauſſa erunt: iſtis vehiculis extolleris rex in ſublime, non ſicut ſolent tyranni, mendacio, furore, dolo, ira, violentia, crudelitate, ac eorumdem dux Diabolus. Tale illud Poetæ *e* deſcribentis non
e *Hor. lib.3. car.ode.3.* ſapientiæ & juſtitiæ,

D *Hac te* (juſtitiæ quaſi arte) *merentem Bacche pater tua*
Vexere tigres, indocili jugum
Collo trahentes; hac Quirinus
Martis equis Acheronta fugit.

Et Politicorum tamen execrandum hominum genus, fraudium ac mendaciorum licitum putant uſum, religionique ac pietati publicam fidem præferre: quod quum Philippus Macedo & ſentiret, & faceret, eum negavit Pauſanias in Arcadicis ducem bonum atque fortem Imperatorem fuiſſe. Magnanimi eſt, inquit Philoſophus *f*, veritatem ingenue profiteri, nullos technis capere, aut dolis obvoluere. Poſtremò ut *fluentum verba compoſita, ſic principem dedecet lubium mentiens* g. Tam longè Chriſtus intendit & regnum proſperè procedendo extendit, quàm ſuam crucem procul diſtendit; ſicut Ageſilaus quouſque ſua perveniret lancea quam vibrabat, reſpondit ſe regnaturum *h*: ſed & comparatum Chriſtus regnum iiſdem conſervat virtutibus, quibus id ſibi comparavit. Meritò Alexandrum repre-
Philippus Macedo qua re dux bonus, & fortis imperator eſſe negatus eſt. *f 4.eth.6.3.* *g Prov.17.7. lege Aug.ep. 5.*
h *Plut. in Ageſilao.*
hen-

hendit Auguſtus, quòd poſt redactum in poteſtatem totum fere mundum, quid faceret deinceps ignorare ſe dicebat: nec enim in conſervando laborandum minùs quàm in acquirendo *a*,

Alexand.ab Auguſto reprenenſus. In conſervando aliquid non minus laborandum quàm in acquirendo

a *Tiraq. in Auguſt.*

Alexander verò idem quum de Poro rege, quem ceperat, quæreret, quo illum tractare deberet modo, reſpondit, *regio modo*; nec aliud interrogans denuo, reſponſum tulit, quòd Porus diceret in illo eſſe omnia. Rex cui David *dicit opera ſua*, regiè tractat ſuos. Quem tamen modum exprimunt diſtinctiùs recenſitæ virtutes. Princeps hic ea quæ digna ſunt principe, cogitat facitque *b*.

Pori regis dictum.

b *Iſ.32.8.*

Propter veritatem.) Hieronymus, *propter verbum veritatis*. LXX. non habita ratione verbi, verterunt ἕνεκεν, quia על דבר *hhal devar* ſignificat *propter*, multis aliis in locis: itaque vertitur abſque verbo: quamvis in ea dicendi formula includatur aut verbum aut res, quaſi dicatur propter verbum, propter rem, ſeu cauſſam, negotium, &c. Chald. *propter negotium fidei veritatis* על עסק הימאבות לשוט *hhal hheſak heſchot*, ideſt, propter negotium veræ fidei, ac ut ita dicam orthodoxæ, quam ſcilicet docturus eſſet rex Chriſtus ipſamet *veritas* c *de terra orta* d, conſtitutus *ad prædicandum præceptum* e, credendi & agendi, quique venit teſtimonium perhibere veritati *f*, vel *veritas fidei* ſignificat veracitatem atque fidelitatem dictorum & promiſſorum, vel quia figuris veteris teſtamenti complementum verum allatum eſt, ſicque cum gratia veritas per Chriſtum facta *g*. Subditis gratiſſima eſt Principis in promiſſis fides, unde *h Fertum tuetur Principem, melius fides*. Veritas per ſe poſita tum hoc ſignificat, tum etiam aliquando juſtitiam, ut alibi vidimus, Valet Hebræa vox אמית *emeth*, fidem ſimul & veritatem. In textu Chaldæo Nebienſis additur conjunctio ו *ve*, &, *propter negotium fidei*, & *veritatem*. *Veritatis* nomen convenit Evangelio, quia in eo completæ ſunt antiquæ figuræ ac promiſſa: & ipſi Chriſto, qui ut ſol præit & quem ſequi jubemur, illuminamur: in vetere autem teſtamento exigebat Deus ut ambularent homines coram illo *i*, & hoc ſe facere dicebant *k*, quia quodammodo retro ſequebatur Deus, nec antè illuxerat, aut advenerat; ita ut idcircò profiteatur Paulus *l ſe quæ retro ſunt oblitum*: & Chriſtus quos vocabat, invitaret venire poſt ſe, ac ſe ſequi. Itaque particula *propter*, in hoc & ſequentibus membris, vel ſignificat Chriſtum propter iſtas virtutes regnaturum? quæ ſunt verè regiæ *m*: vel indicat hortationem, ut his quaſi armis ad regnum comparandis utatur *n*: aut ſe oſtendat his artibus & virtutibus regem eſſe; ac in eo regiam curam adhibeat, ut illas tueatur, & conſervet in ſubditis, quum ſoleant alii reges pugnare pro civitatibus, opibus, inimicitiis, vana gloria *o*: vel ut ſit hoc veluti præmium palmaque victoriæ, tales nimirum ac tam egregias virtutes enitescere *p*: aut idem valet, *propter*, quod, *ſuper*, nempe ut aſcendat ſeu inequitet, quod priore membro dictum eſt, ſuper hanc quaſi virtutum quadrigam. Hæc Pineda *q* noſter, velut conſtanti ex quatuor angelis, Michaele, Gabriele, Raphaele, Muriele ſive Uriele, conatur applicare ad dictas virtutes & incarnationis myſterium. Quod ægrè admiſerim, vel ob apocryphum Urielis nomen. Hunc auctorem legi, quum jam tomus noſter in Pſalm. I. ſub prelo eſſet.

c *Joan.14.6.*
d *Pſ.84.12.*
e *Pſ. 2. 6.*
f *Joan.19.35.*
g *Joan.1.14.* Gratiſſima Principis in promiſſis fides.
h *Sen. in Oct.*
i *Gen.17.1.*
3 *Reg.8.23.*
K *Iſa.38.3.*
l *Phil.3.13.*
m *Did. & Theod.*
n *Nicepb.*
o *Chryſoſt.*
p *Baſil.*
q 5. *de Sal. cap.4.*

Et manſuetudinem & juſtitiam.) Dixi redditum à Hieronymo, *& manſuetudinem juſtitiæ*, & ſic exigunt Hebrææ voces, ut nunc ſunt junctæ cum macchaph ועניו צדק *vehhannuah tſedek*, ita ut ſit ענוה *hannuah*, per (ת) pro (ת) in regimine. Eſt verò juſtitiæ quædam temperatio, & moderatio, non rigor, & exactio illius. *Juſtitia firmatur ſolium* r, &, *firmabitur juſtitia thronus regis* ſ, *Sed miſericordia & veritas cuſtodiunt illum, & roboratur clementia thronus ejus* t. Nomen Hebræum ſignificans ſimul miſeriam & afflictionem, innuit quum de virtute dicitur, eam quæ eſt cum affectu quem calamitoſi ſolent habere, qui & alienæ calamitati faciliùs compatiuntur, quum opulenti ſæviores ſint, nilque patiantur ſuper contritiones *u* Joſeph. Conjunctas has regias virtutes in ſcriptura crebrò antea vidimus. Hoc ſalubre temperamentum vim permiſtio deſignat cum oleo, quo curata ſunt vulnera ejus, qui inciderat in latrones *x*: in eodem hoc noſtro rege candidus color cum rubicundo *y*: capilli quos Joannes *z* vidit, inſtar lanæ atque nivis candidos, cum flammeis acribuſque oculis: votum deſideriumque Prophetarum, ut emitteret Dominus *agnum dominatorem terræ* a: ſummi Duces Moſes ac David, fortes ſimul miteſque, ſimplicitas & rectitudo Job *b*, ut animadvertit Gregor. *c*, confirmans exemplo Chriſti, in judicio de adultera, in quo manſuetudinis ſimplicitatem oſtenderit, dicendo, *qui ſine peccato eſt veſtrum* (zelum juſtitiæ) *primus in illam lapidem mittat* d. Jam prior Auguſtin. id ipſum obſervaverat, tractans eamdem hiſtoriam de Adultera *e*. Attulit, ait, veritatem ut doctor, manſuetudinem ut liberator, juſtitiam ut cognitor, &c. quum loqueretur, veritas agnoſcebatur: quum adverſus inimicos non moveretur, manſuetudo laudabatur, &c. de juſtitia, calumnia quærebatur. Propter veritatem, ait Hetychius, Judæorum Chriſtus arguebat hypocriſim: propter manſuetudinem, quum tentaretur, tolerabat: juſtitiam oſtendit ſervando peccatores, & Diabolum condemnando. Alii, inquit Chryſoſtomus quem antea recitavi, omnes homines regnantes, vel pro civitatibus, vel opibus, vel inimicitiis, vel vana gloria bellum gerunt: ipſe autem propter nullum eorum, ſed propter veritatem, ut eam planet in terra; & propter manſuetudinem, ut qui ſunt feris immaniores, manſuetos efficiat: & propter juſtitiam, ut in quos tyrannidem exercet iniquitas, eos juſtos faciat, primùm quidem ex gratia, deinde ex rectè factis. Porro Hebræum nomen עבוה *hhanuah*, ſi pro humiliatione ſumatur, efficietur alius ſenſus, ut nempe depreſſæ dejectæque veritati Dei, ut Paulus *f* loquitur, quam in injuſtitia improbi detinent & infideles, ſuccurrat Chriſtus & vindicet: & juſtitiam ſuam per Evangelium revelet *g*. Præterea videtur innuere in Evangelio valdè commendari humilitatem & contemptum & abnegationem ſui, & patientiam & amorem inimicorum. At editionem vulgatam ſequi nos oportet, atque omiſſo accentu *macchaph*, ſupplere, ut ſolet, particulam ו *ve*, conjungentem. Hieronymus *h*, virtutes has de Chriſto dici ait, ut exigantur quoque à membris; victoriam Domini ſervorum triumphum eſſe: magiſtri eruditionem diſcipulorum profectum. Severus imperator matri filiæque objicientibus nomini non reſpondentem nimiam facilitatem, reſpondit: Se ſic ſecuriorem ac diuturniorem reddere auctoritatem ſuam. Trevetus totum hunc locum applicat ad pugnam Chriſti in deſcenſu ad inferos, unde juſtorum animas liberando, declaraverit veritatem promiſſi; manſuetudinem, afficiendo illos beneficio tanto; juſtitiam, comprimendo dæmones: tum aſcenderit, & è cœlo, ſicut etiam pollicitus erat, Spiritum miſerit, & potentiam manifeſtaverit. Bernardus *i* has virtutes vocat lilia, in quibus paſcatur ſponſus. Congruit hoc Pſalmi titulo, *pro liliis*, etſi non dubito, Bernardum non ad eum reſpexiſſe. Veritatis odor, inquit, animat fidem: ſplendor intellectum illuminat: manſuetudo lucet officio, redolet ipſe: juſtus germinat ſicut lilium, & ſol juſtitiæ dicitur, & fragrantia ejus uſque ad malos pervenit non tantum uſque ad bonos; his ad vitam, illis ad mortem. Rectè poſt commendatam priùs ſpeciem pulchritudinemque & eloquentiam, ſubdictum aliis virtutibus manſuetudinem ſive humilitatem. Elevatur cor in decore, *k*, & *ſuperba res eſt pulchra mulier* l, &

Faſtus ineſt pulchris ſequiturque ſuperbia formam.

Et, *veſtigium cordis boni, & faciem bonam difficile in venies cum labore*.

a *Iſa.16.1.*
b *Job.1.8.*
c 1. *Mor. c.5. vel 10.*
d *Joan.8.7.*
e *Tract.33. in Joan.*
f *Rom.1.18.*
g *Ibid. Pſ.17*
h *cap.140.* Severis imperatoris reſponſum matri filiæque factum. Auctoritatem ſecuram quid reddat.
i *Ser.70. in Cant.*
K *Ezech 28 2.5.6.*
l *Menander.*

Et deducet te mirabiliter dextra tua.) Hieronymus, *& docebit te terribilia dextra tua*. Alius apud Chryſoſtomum, Ἐφοβίσει σε ἐπὶ φοβερᾷ δεξιᾷ σου. *& illuminabit te ſuper terribilia dextra tua*, vel ὑποδείξει σοὶ, *oſtendit tibi*, Chaldaicè, *& docebit te Dominus operari timenda, manu dextra tuæ*, Tertullianus *m*, *& deducet te magnitudo dextræ tuæ*, vel *n*, *& deducet te mirificè dextra tua*. Idem ſenſus, quòd dextera deducet eum ad regnum, ſimul operante mirabilia virtute ipſius ſpirituali nimirum, qua, ut ait Tertullianus, Chriſti agnitio deducitur. Hujuſmodi ſunt opera omnia Chriſti, tum vero quæ vocantur miracula. Hebraica interpretatio, ait Hieronymus *o*, diſtat in verbis, non diſtat in ſenſu. Id quod dixi ſibi voluit alio loco David canens *p*, *ſalvavit ſibi dextera ejus*, & in Iſaia *q*, *Deus ſalvavit mihi brachium*

r *Prov.16.12*
ſ *cap.25.5.*
t *Cap.20.28*
u *Amos 6.6.*
x *Luc.10.34*
y *Cant.5.10*
z *Apoc.1.14.*
m *Eccl.13.32*
n *Cont. Jud. c 9.*
o *Cen. Mar. c.14.*
p *ep. 140.*
q *Pſ.97.1.*

chium meum. Mirabilia & terribilia opera נוראות *noraoth*, valent ad incutiendum horrorem divinum ac terrorem, quo compellantur homines ad ſe ſubjiciendum Chriſto. Sic legimus aliquoties in Evangeliis, miratos ac timore plenos & extaſi, exclamaſſe quòd vidiſſent mirabilia, nec ei ſimilem eſſe, cui venti & mare obedirent, & qui ſic loqueretur, tantaque doctrina præditus eſſet. Deductio iſta quæ fit ab ipſamet dextera, denotat, propriis Chriſtum conſiliis propriaque vi, non columna nubis aut ignis egentem, ut notat Baſilius: ſine ullo conſultore, abſque ullo periculo, potenter ac dexterè operatum omnia, ut ceteri obſervant: ipſammet dexteram noviſſe, ut Cyrillus explicat, quoſnam impetere gladio, & in quos inevitabilem arcum intendere oporteat, quibus feliciter incedendi facultas facienda ſit; quos jugo ſubdere conveniat: univerſum denique redemptionis opus, ut Nicephorus Euthymiuſque conſiderant, admirabile eſſe, ut maledictum Chriſtus maledicto deleret, ac mortem morte deſtrueret. Aut de ſignis, quæ in Evangelio perpetravit, inquit Hieronymus *a*, aut τροπικῶς de cæde, quam exercuit in hoſtibus: Chriſtus totus in dexteris eſt, Antichriſtus in ſiniſtris: quemadmodum *cor ſapientis in dextra, ſtulti in ſiniſtra* b. Mirabilis deductio regiæ gubernationis eſt, quando dextera potentiæ & juſtitiæ conjunctam habent manſuetudinem: immo juſtitiæ tenor ac rigor ſeverè ſervandus non eſt, magiſque ad manſuetudinem propendendum. Chriſtus appellatus Melchiſedech rex juſtus *c*, ſed hoc potiùs propter ſatisfaciendi rigorem pro nobis: nobis autem veniſſe dicitur *rex manſuetus* d, & rex Salem, ideſt, pacis. Sceptrum cum ſuperiore ciconiæ imagine, & inferiore hippopotami, ſymbolum erat, conjungendam à rege cum ſeveritate manſuetudinem, ſed ita ut hæc emineret *e*. Chriſtus ſe ipſum vocat *veritatem* f Joannes *g*, nominat *Fidelem* & *Amen*, quo etiam pacto Iſaias *h*. Ipſe quoque pax eſt atque juſtitia noſtra. Mitis erat, *i* & peccatores recipiebat, manducans cum illis *k*: vocatur proinde etiam *agnus*, & quidem *Dei* l: & *ovis*: obſecrabat Apoſtolus *m* diſcipulos per manſuetudinem & modeſtiam Chriſti.

Deducet te.) ὁδηγήσει σε. Rectè ſic maluerunt LXX. exponere, quàm, docebit, aut, illuminabit te, quod alioqui ſignificat תורך *thorecha*: quia doctrinam & illuminationem intellexerunt pertinere ad deductionem quæ aliis fit prehenſa ipſorum dextra, unde in Pſalmo XLII. *n Emitte lucem tuam & veritatem tuam, ipſa me deduxerunt & adduxerunt*, &c. *Hæc dicit Dominus*, inquit Iſaias *o*, *Chriſto meo Cyro, cujus apprehendi dextram, ut ſubjiciam ante faciem ejus Gentes, & dorſa regum vertam, & aperiam coram eo januas, & portæ non claudentur: ego ante te ibo, & glorioſos terræ humiliabo*, &c. Et loquens de Moſis ac populi tranſitu per mare rubrum *p*, *Qui duxit Moyſem ad dextram brachio majeſtatis ſuæ, qui ſcidit aquas ante eos*. Proprium Dei eſt, alterius non egere dextra, ſibi ſufficere, ſibi proſpicere, ut Chryſoſtomus advertit. Hoc Deus ipſe uſus argumento eſt in colloquio cum Job *q*, ubi quæ hactenus præceſſit deſcriptio Regis noſtri videtur contineri. *Accinge ſicut vir lumbos tuos*, &c. *etſi habes brachium ſicut Deus*, &c. *circumda tibi decorem, & ſublimè erigere, & eſto glorioſus, & ſpecioſis induere veſtibus, diſpergere ſuperbos in furore tuo* (ut ſcilicet ego facio) *& reſpiciens omnem arrogantem humilia. Reſpice cunctos ſuperbos & confunde eos & contere impios in loco ſuo. Abſconde eos in pulvere ſimul, & facies eorum demerge in foveam, & ego confitebor quod ſalvare te poſſit dextera tua*. Verbum Græc. ὁδηγέω, valet etiam *docere* ac *præire viam docebo*. Apud Joannem legitur Græcè τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας ὁδηγήσει ὑμᾶς εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν, *ſpiritus veritatis inducet vos in omnem veritatem*: quo item pacto legit Auguſtinus: quod in editione vulgata eſt *docebit*, innuit deducere in veritatem, docere quaſi manu ducendo diſcipulum, ac illi viam veritatis, accommodatè ad ejus ingenium, oſtendere, proutque ordo exigit doctrinæ. Sic narrat Eunuchum Philippo Lucas dixiſſe r, *& quomodo poſſum* (intelligere) *ſi non aliquis oſtenderit mihi?* ἐὰν μή τις ὁδηγήσει με; Syriacè, *præmoneat me*. Varro *ſ*, Latinum *docendi* verbum deducit, vel quod quum docemus, diſcimus: vel quòd qui docentur, inducantur in id quod docentur, ab eo quod ſit ducere, eum qui eſt dux aut ductor, A qui ita inducat, ut doceat: nec non ad rem facere poteſt alia notio. Hebræi verbi תורה *thorecha*, *jacere te* ſeu *jaculari faciet dextera tua*: non alterius cujuſquam; ſicut ſe à Deo doctum teſtatur David *t*, *qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum*. Cum ſequenti verſu aptè cohæret hæc interpretatio. Vulgo dicit glorioſus ac ſtrenuus adverſario miles; manus iſta te brachiumque docebit quis ego ſim, hoc eſt, experieris robur ac vires meas. Sed Cajetani durior expoſitio juxta verſionem illam, *docebit te terribilia dextera tua*, dextera ipſa tua, ideſt, favorabilis aſſiſtentia tua, docebit veluti perſonas quaſdam terribilia, nempe tormenta, & mortem tum Chriſti, tum martyrum; docebit, inquam, te, quis ſis, dum fuerint ſuperata à te, & à tuis Martyribus perſe. Pervenit deductio ad Patrem, ait Ruffinus; vel doctrinæ Chriſti ad exteros, quaſi longe jactis ſagittis, uti mox ſubditur.

Cajetani durior expoſitio.

B *Verſ. 6.*) Sagittæ tuæ acutæ, populi ſub te cadent in corda inimicorum regis.

DExtera illa tua tam potens, tam ſibimet ſufficiens, nullius egens ope auxiliove, ſagittas præacutas tenet quas intorqueat, infigatque valde tuorum cordibus inimicorum. Inde porro fiet, ut variæ tibi ſubjiciantur nationes, ſeſeque ſuppliciter ſubdant, ac demiſſiſſimè ante te procidant. Sunt doctrinæ tuæ verba & prædicatorum quoque tuorum, ſagittis omnibus ac ſtimulis (id etiam Salomon *u* de *ſapientum* dixit verbis, acutiora, pervolant atque pervadunt ocyſſimè orbem univerſum; & *penetrabiliora omni gladio ancipiti, & pertingentia uſque ad diviſionem animæ ac ſpiritus, compagum quoque ac medullarum & diſcernentia cogitationes & intentiones cordis x*, eorum qui priùs reſtiterant tibi, ſed ſalubriter vulnerati ultro imperata ſubeant, atque ſe ad omnia quæ volueris paratos exhibeant. Chriſtus ipſe *ſagitta electa* y *eſt*, atque per accommodationem præcones ipſius, & percurſor Joannes, de quo Iſaiam recitat & intelligit Eccleſia: ſed primaria ſagitta ille eſt, cujus tamquam *potentis* dicuntur aliæ *ſagittæ acutæ* z, & *filii excuſſorum* a (aliàs juventutis, ideſt, reprobatorum Judæorum) *ſicut ſagittæ in manu* ejuſdem *potentis* b: & quia potentiſſimi regis hujus inimici ſunt plures, vulnerati ſagittis ignitis Diaboli *c*, & quaſi cervus, ſpiculo percuſſi in jecore; mittuntur ejuſdem regis ſagittæ ignitæ *cum carbonibus deſolatoriis* d, ut quidquid vitii in corda inimicorum regis, inquit Hieronymus *e*, fuerit, excoquant, & ſalutari igne ignem ejiciant perditorem. Talibus Chriſti ſagittis aſſerit idem Doctor Cleopham cum altero in itinere vulneratum, nequiviſſe ardentem intus ignem diſſimulare *f*. Vocat præterea ejuſdem generis ſagittam, Paulum, qui poſtquam ab Jeroſolymis uſque ad illyricum miſſus arcu Domini huc illiucque volitavit, ad Hiſpanias ire feſtinavit *g*, ut velox ſagitta ſub pedibus Domini ſui Orientem Occidentemque proſterneret. De omnibus Apoſtolis ſub ſimili tropo Zacharias *h* vaticinatus videtur; *Quoniam extendi mihi Judam quaſi arcum, implevi Ephraim: & ſuſcitabo filios tuos Sion, ſuper filios tuos Græcia; & ponam te quaſi gladium fortium*. Iſaias *i* rurſus prædicit nomine Dei, *Mittam ex eis qui ſalvati fuerint ad gentes in mare in Africam, & Lydiam, tendentes ſagittam: in Italiam & Græciam ad inſulas longè ad eos qui non audierunt de me*. Nuper dixi ſponſam charitate ſe vulneratam exclamare à ſponſo hunc viciſſim à ſponſa: & veteres Cupidinem ſive Cœlo Terraque natum, ſive Marte & Venere, ſive Saturno finxerunt arciferum teliferumque cum arcu ſagittiſque, volucrem pennatum, alatum, eligerum, πτηνὸν, πτερωτὸν celerem, flammipotentem, formoſiſſimum decorum. Quadrat multo meliùs, ſi ſacra profanis comparare liceat pictura, ſpecioſo noſtro forma præ filiis hominum:

Forma (ait ille) *Mercurius poteſt placere.*
Forma conſpiciendus eſt Apollo,
Formoſus quoque gingitur Lyæus,
Formoſiſſimus omnium eſt Cupido.

Eidem Cupidini δοξόμ δοξάλκη, δοξοβόλῳ non unius modi tri-

a *Supra.*

b *Eccl.* 20. 2.

c *Heb.* 7. 2.
d *Zach.* 9. 9. Symbolum conjungendæ à rege cum ſeveritate manſuetudinis.
e *Pierius l.* 29.
f *Joan.* 14. 6.
g *Apoc.* 3. 4.
h *c.* 65. 16.
i *Mat.* 11. 29.
k *Luc.* 15. 2.
l *Joan.* 1. 29.
m 2. *Co.* 10. 1

n *verſ.* 3.

o *c.* 45. 1. 2.

p *cap.* 63. 12. Proprium Dei alterius non egere dextera.
q *Job.* 40. 2. *& ſeq.*

r *Act.* 7. 31.
ſ 5. *de lingua Latina.* Docendi verbum latinum unde ductum.

t *Pſ.* 17. 35. *Pſ.* 143. 1.

u *Eccl.* 12. 11

x *Heb.* 4. 12.

y *Iſ.* 49. 2.

z *Hic, & Pſ.* 119. 4.
a *Pſ.* 126. 4.
b *Pſ.* 126. 4.
c *Epheſ.* 6 16
d *Pſ.* 119. 4.

e *Ep.* 140.

f *Luc. ult.* 32

g *Rom.* 15. 19 24. 28.

h *cap.* 9. 13

i *c.* 66. 19.

di tribuunt tela, ſed partim aurea quæ concilient, partim plumbea quæ amorem ejiciant ex animo. Turpes Chriſti telis amores igneaque tela extruduntur, honeſti, caſti ſancti imprimuntur. Adde ferrea, quibus pervicaces confodiuntur, æternoque letho mactantur. Sagittas ſuas Auguſtinus piè devotèque memorat, quibus cor ejus Deus transverbera verat, in confeſſionibus. Dixi & de ſagittis in partem utramque nonnulla Pſalmo XXXVII. *a* Poetæ Deos arcu, jaculis ſagittiſque armant, intelligentes (quod facit etiam Scriptura *b*) quas inferunt mortalibus clades. Jovem, Apollinem, Cupidinem, Gentes ferè cunctæ armaverunt arcu ſagittiſque, quæ feriunt eminus, quod videtur proprium Dei. Jovi arma illa dederunt ob facultatem puniendi: Apollini propter vim perſuadendi: Cupidini ea quam dixi de cauſſa. Chriſtus abſque comparatione præſtitit hæc omnia, puniendo, perſuadendo, ad amorem ſuum alliciendo: crucifixus Chriſtus dici poteſt ſimilis imagini Cupidinis, nudus eſt, denudans eximium amorem erga nos: pro velamine oculorum ipſimet ſunt oculi excavati inedia, lacrymis, verberibus, prætereà ſanguine ex corona ſpinea, & ſputis, quæ omnia demonſtrat nimium, ſed ſine amentia amorem: arcus, ipſa crux eſt vel humana natura, cujus, *ut arcus æreus brachia* c quem arcum poſt confractionem per mortem, idem qui mortuus erat, *ſuſcitavit* d per reſurrectionem: in eadem cruce quo tormenta, tot ſagittæ charitatis, qua vulnerat nos, ita ut dicamur vulnerati charitate: quare & hoc loco licet intelligere proſtratos Judæos armorum vi, quamvis Romanorum adhuc Gentilium, & deinde opera Conſtantini aliorumque Chriſtianorum Imperatorum ſub jugum adductos infideles, non ſolùm capitaliſſimos ſpirituales inimicos Regis noſtri, vi verbi Evangelici devictos fractoſque.

Sagittæ tuæ acutæ.) Additur Græcè δυνατὲ, & eſt in Pſalterio Romano & Gallicano, apud Auguſtinum, Caſſiodorum, Gregorium *e*, *potentiſſime*, ſed non legit Euſebius nec antiquiſſimus Latinorum Tertullianus *f*, & monet Hieronymus *g* malè legi, & de ſuperiori tertio verſiculo additum, ubi legebatur, *accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime*, δυνατὲ. Idem tamen in Iſaiæ Commentario *h* eam lectionem ſecutus eſt; Ad amiſſa non eſt adverbium *potentiſſime*, ut ſumit Auguſtinus, nec adjectivum epithetum ſagittarum, ſed attributum Chriſti, ut indicat Græca vox. Acuties hæc tanta oſtendit nulla tam ſolida quæ tegant arma eſſe poſſe, quæ ſagittis iſtis non penetrentur & perforentur; quod figurate Verbo divino vivo efficacique convenire Paulus docet *i*, ut antè dixi. Non comparabilis ullus cum noſtro quamlibet peritus Sagittarius, non aliæ quantumvis validæ cum ejuſdem ſagittis, ſeu Indos conſideres, ſeu à ſagittandi peritia Scythas, ut placet Jordani, ſic vocatos qui dicebantur priùs Ovim. Mirantur eum omnes qui quum Alconis Cretenſis filium rapuiſſet draco, draconem, illæſo filio ſagitta confecit *k*, & Cambyſem Perſarum regem qui Prexaſpis filio in veſtibulo Regiæ conſtituto medium cor ſagitta transfixit *l*: & Domitianum, qui in pueri procul ſtantis præbentiſque pro ſcopulo diſpanſam dextræ manus palmam, ſagittas tanta arte direxit ut omnes per intervalla digitorum innocuè evaderent *m*: & Commodi, qui volantes telo configebat grues. At magis diſcretor ſermo divinus, utpote intentionum & cogitationum cordis *n*. Indici teli vis tanta, ut non clypeus, non thorax, non aliud quidquam ſummæ firmitudinis obſiſtere queat; laudaturque Aligernis telum quo thoracatum, cum thorace atque ſcuto transfigebat, lapidem & quidvis aliud durum ſolidumque diffringebat *o*: ſicut & Rolandus ille ſua durena, niſi fabulam narrat Turpinus *p*: ſed idem Dei ſermo *penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens uſque ad diviſionem animæ ac ſpiritus compagum quoque ac medullarum* q. Tertul.* ait, ſagittas iſtas acutas, pervolantia ubique Dei præcepta, minari traductionem uniuſcujuſque cordis, compungere & transfigere conſcientiam quamque. Adde vulnerationem amoris charitatiſque de qua priùs memini, quum differui de ſpecie & pulchritudine gladioque potentiſſimi Regis. Ita eum Cantici locum quem citabam, de jaculis ſagittiſve iſtis, Origenes exponit, in homiliis *r*, appellans Deum ſagittarium, imò & ſagittam, quia & charitas *ſ* eſt: hortanſque ut denudemus mem-

a verſ. 3. Dii, arcu & jaculis cuncti armantur à Poetis.
b Deut. 32. 23 Jo. 6 4. Pſ. 7. 14. Pſ. 17. 15. Pſ 37. 3. & alibi.
Crucifixus ſimilis imagini Cupidinis ut dici poteſt.
c Pſ 17. 5.
d Hab. 3. 9.
e 34. mor. c. 5 vel 10.
f cont. Judæ. c. 9. 3. cont. Marcio c. 14
g ep. 135.
h in c. 49.
i Heb. 4. 12.
Alconis, Cambyſis, Domitiani, Commodi, ſagittandi, peritia.
k Manilius Vale. Flac. 1. argunan.
l Herod. l. 3.
m Sveton.
n Heb. 4. 12.
Indici teli vis.
Aligernis telum.
o Suidias in Agathiam.
p in vita Caroli magni c. 22.
q Heb. 4. 12.
* *cont. Jud. cap. 9. & 3. cont. Marcio c. 14.*
r Hom. 3. ex 4 quatuor. & in altero Comment. Hom. 2.

Abra & præbeamus jaculo electo, ac formoſo: dicens etiam ſic vulneratum, qui diurnis Deum Chriſtumve deſideriis nocturniſque ſuſpiret, aliud quid loqui non poſſit, audire aliud nolit, cogitare aliud neſciat, deſiderare præter ipſum aut cupere aliud vel ſperare non libeat. Conſentiunt in ejuſdem loci commentario Theodoretus, Pſellus, Nyſſenus *t*. Gregorius *u*, Hieronymus *x*, alii: & appellat Nyſſenus præclarum vulnus, dulcem plagam, per quam vita ad interiora penetrat. Idem hoc Pſalmo traditur ab Auguſtino, Baſilio & aliis: alibique *y* Baſilius pulchritudini divinæ tribuit hoc vulnus, & Auguſtinus in exemplum citat Paulum, quando cecidit Saulus, ut eſſet Paulus *z*, cui etiam dictum, *durum* illi eſſe *contra ſtimulum calcitrare* a. Idem legendus Doctor in Pſal. XXXVII. ubi David ſagittas ſibi Dei canit infixas, & in CXIX. ubi de ſagittis potentis acutis: Novit, ait ille ibi, Dominus vulnerare ad amorem: & nemo pulchriùs ſagittat, quàm qui verbo ſagittat, ut faciat amantem, & transfixo corde amor excitetur, non interitus comparetur. Ambroſius *b* verò vulneratam ſcribit Eccleſiam, quum Salvatoris ſui prædicat mortem: at propriè martyribus licere dicere vulneratos ſe eſſe dilectione, qui vulnerantur pro Chriſto, & quia pro ejus vulnerari meruerunt nomine, plus diligunt, repetit illud Origenes, ut nudemus membra bono vulneri, nudemus ſagittæ electæ,

Nec c *quiſquam ex illo vulnere* (amoris carnalis) *ſanus abit.*

Honeſtus & ſanctus non niſi volentes, libentes, amantes ferit; immo feriendo, ut velimus, ut libeat, ut amemus facit. Eliſæo opus eſt, hoc eſt, Deo ſalvatore ut ſagitta ſalutis infigatur, ſed ſi manum concionator doctorve (cujus eſt, ut ait Gregorius *d*, bene vivendo & per ſanctæ intentionis arcum audientium cordibus verba rectæ exhortationis infigere) contineat, aut remittat *e*, non operabitur integram ſalutem, vel (fient ſagittæ parvulorum plagæ illius *f*) Quadrigæ Chriſti ſalvatio; idem verò (ſuſcitans ſuſcitat arcum *g*,) ideſt, veluti prius jacentem corripit, ut partim amore, partim ſupplicio ſauciet interimatque, non verberent Eccleſiaſtæ verbo ſolas aures, cor feriant oportet, ut cadant populi coram Deo; loquantur *ad cor* h, ut ibi *ſemen fructificet* i: *ſagittas ſuas ardentibus efficiant* k, ut cor inflamment, & deſolatum reddant *l* adverſus omnia, præter unum quem ſolum amet Deum, ex toto ſit ſauciato corde, ſaucient cor ut ejiciant peccatum, perſonam ipſam non vulnerent; memores quòd in facto illo circa filium Alconis *m*, *Ars erat eſſe patrem*. Cor ſcopus & meta in quam Deus dirigit ſagittas, & diabolus ſuas. Miſit hic in cor Judæ *n*: ille præberi ſibi illud petit *o*: omni ergo cuſtodi cuſtodiendum *p*, ut quod antè dixi, nudemus bono vulneri electæque ſagittæ, ſubducamus malæ mortiferæque. Verba divina confingentia vel timore vel amore, ſagittæ ſunt quatenus id occultè quodammodo operantur, ut ait Haimo, gladius: ut manifeſta & quaſi cogente ratione. Proprietates *ſagittæ* ad verbum prædicationis applicat Hugo Card. quæ ſunt:

Linea, recta, regens, gracilis, capitata, rotunda,
Ferro barbato latopennata ſecante,
Arcu jacta rotat volat eminus & pharetratur.

Cyrillus Alexandr. *q* egregiè demonſtrat quo pacto divini verbi ſagittæ, quique illas jaciunt οἱ μυσαγωγοὶ, feriant non ad mortem, ſed ad charitatem, in Chriſto eos deducentes, & ut ſub ipſo feriant. Explicat Zachariam *r* & citat Habacuc *ſ* Pſalmumque CXXVI. *t*.

Populi ſub te cadent.) Legit aliàs quidem, ut nos, Tertullianus, at interdum *u*, *concident*. Volunt Hebræi & Hebraizantes per Zeugma verbum repeti, ut & ſagittæ intelligantur in corde, & populi poſtquam defixæ fuerint in eorum corda ſagittæ. Græci Latinique obſervabant hyperbaton, ut videlicet includenda ſint parentheſi verba hæc, priora ſequentibus nectantur, hoc modo, *ſagittæ tuæ in corda inimicorum Regis*, nempe cadent, aut infingentur; tunc *populi ſub te cadent*. Conſtitit ſemper ſenſus idem. Caſus iſte humiliationem ſubjectionemque denotat; juxta illud *x*, *Tu humiliaſti ſicut vulneratum ſuperbum*: vulneratus amore divino humilis eſt, quoque amat magis, humilitate excellit, non parit hæc amoris familiaritas contemptum, ſed reverentiam

a Act. 9. 5.
b ibid.
c in Pſ. 118. ſerm. 5.
d Prop. l. 2. eleg de amore.
e 34. mor. c. 5 vel 10.
f 4. rrg 13. 15 & ſeq.
g Pſ. 93. 8.
h Hab. c. 3. 9
i Iſ. 40. 2. Oſea 2. 14.
k Luc. 08. 15
l Pſ. 7. 14.
m Manilius.
n Pſ. 119. 4.
o Joan. 13. 2.
p Pr. 32. 26.
q c. 4. 23.
r in Zach. c. 9 n. 60. & 61.
ſ c. 9. 13, t 3. 11.
u verſ. 4.
x 3. cont. Marc c. 14.
y Pſ. 88. 11.

rentiam & venerationem majorem. Si rebelles attendamus, vulnerati corruunt interficiunturque ut Judæi, de quibus Chrysostomus de adoratione interpretatur, Tertullianus, hocque loco fere omnes, Paullo alienior expositio Augustini quam ponit etiam Ruffinus, Hieronymus, Cassiodorus, Remigius, Haimo, Thomas, Bruno, omnes ferè Latini vetustiores, & de recentioribus Cajetanus: de Græcis Didymus; *populi sub te cadent in corda inimicorum Regis*, hoc est, subdentur tibi qui rex, idque secundùm illa corda, secundùm quæ inimicabantur non violenter & coactè, ut solent inimici, sed sponte, voluntariè, libenter. Idem est si legamus *in corde*, de qua lectione paullo post. Prædicante Petro in initio compuncti sunt corde Judæi *a*, sicque veluti ceciderunt in corde vel corde, ideſt, ex corde libenterque, & ad Christi verba inimici *retrorsum* b. Strages edita de inimicis tum visib. tum invisib. quorum sic transfixa dici corda possunt, fuerunt in causa, ut, quod ait Eusebius, populi converterentur. Accipit quoque *sagittas* non pro verbis tantùm, sed pro virtutibus etiam quibus contraria vitia veluti configuntur, ut per justitiam Christi, injustitia, sicque de aliis. Chaldæa paraphrasis ista distinguit sententiam totam, *sagittæ tuæ eductæ ad interficiendas acies, populi subter te cadent: & sagittæ arcuum tuorum immittentur in cor inimicorum regis*. Ceterum *populi* hoc loco comprehendunt tam Judæos quàm Gentiles, quemadmodum alibi non rarò, utpote in eo quod Christo, non credebant, communes ejus inimicos. Congruit præsenti sententiæ titulus, *pro his qui commutabuntur*, quoniam in meliùs commutantur conversi, in deteriùs eversi, etsi de prioribus potissimùm titulus Psalmusque totus intelligendus est.

a *Act.* 2. 37
b *Joan.* 18. 6

In corda.) Hieronymus, in sua versione, & Commentario, Augustinus quoque, Ruffinus, Cassiodorus, Beda, Remigius, Haimo, Bruno; præterea Psalterium Romanum & Ambrosianum, habent *in corde*, quo modo est Hebraicè & Græcè בלב *beleu*, ἐν καρδίᾳ: sed Aquila & Symmachus, κατὰ καρδίας *super corda*, vel *contra cor*. Quod Hieronymus ad Principiam ait, nil Hebræa differre dempto, *potentissimè*, verum est, secundum sensum. Alioqui non extat in plurali, *corda*, quamvis posset genitivus singularis esse καρδίας.

Inimicorum Regis.) Aquila & Symmachus in casu recto οἱ ἐχθροὶ *inimici*; nempe populi qui erant inimici cadent, quum sagittis transfixi fuerint. Emphasim habet vox *inimicorum* absolutè posita, nec non & *Regis*, quæ per enallagen de ipsomet intelligitur, de quo hactenus fuit sermo. Rex enim regum est, ut antea diximus, multoque magis sic κατ' ἐξοχὴν appellatur quàm Persarum Rex μέγας βασιλεὺς ἢ βασιλεὺς βασιλέων c aut Chaldæorum *d*, ex opposito diabolus dicitur simpliciter *inimicus* e, quem hi quos inimicos crucis Christi Paulus *f* nominat consectantur, verè ἄθεοι ac θεοστυγεῖς. Augustinus *g* docet familiarem Scripturis phrasim esse, ut quasi alteri dictum quid videatur, quàm de quo dicitur, ut *Domini* h *est salus, & super populum tuum benedictio tua*, & i *à te* (vel *in te*) *eruat* (eripiat) *à tentatione, & in Deo meo sperans* (addit hoc Augustinus) *transgrediar murum*, & k, *de filio suo qui factus est ei ex semine David secundùm spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Jesu Christi Domini nostri*. Sic etiam de præsenti docet loco perinde esse, ac si dicatur, in corda inimicorum tuorum: ei quippe regi, inquit, dixerat, ideſt, Domino nostro Jesu Christo, *populi sub te cadent*, quem regem intelligi voluit quum diceret, *inimicorum Regis*.

c 2. *Esr.* 7. 12 *omissis autor profanis.*
d *Dan.* 2. 37
e *Mat.* 13. 25
f *Phil.* 3. 18
g 2. *de Trin. c.* 6.
h *Psal.* 3. 9
i *Psal.* 17. 30
k *Rom.* 3. 3

Vers. 7.) Sedes tua Deus in sæculum sæculi virga directionis virga regni tui.

INimici tibi tui sic subjicientur, verendum ut minimè sit, ne de solio te tuo ampliùs deturbent: semper manu sceptrum geres omnino rectum, ideſt, validum, quo perduelles corrigas; rectum, hoc est, justum, quo vel aliis vel tibi molientes insidias, aut movere conantes arma, justitia prævertas, aut in justitiæ semitam revoces, & suum cuique jus reddas: rectum sive directionis, ideſt, prosperum, felixque, & quod recta in melius tendat procedat. Regni Christi æternitatem jam antea indicavi prædictam à Daniele *l*, & à Gabriele confirmatam *m*. Christi etiam novum Testamentum cognominavit *æternum* Paulus *n* Joannes *o*, *Evangelium æternum*: nec enim alia lex vel Testamentum isti succedet, ac per se dicitur æternæ. Quæ adhuc dicta sunt in Psalmo, ut observat Eusebius, Græcique ceteri, videntur ad humanitatem Christi magis pertinere: hoc potius ad divinitatem: & regnum ejus ajunt *æterni* dici, non in futurum dumtaxat sed ante etiam omne principium. Augustinus Bedaque concordant, & Lyranus & Cajetanus.

l *Luc.* 7. 14.
m *Luc.* 1. 33
n *Heb.* 13. 20
o *Apoc.* 14. 6

De judiciaria potestate placet Cassiodoro, Thomæ, interpretari, quæ vocetur æterna: quia, ut ait Cassiodorus, quidquid in judicio Christus constituerit, nulla poterit temporis successione dissolvi. Ruffinus, Hieronymus, Remigius, Haimo, Bruno, Valentia, Hugo, referunt ad eos, qui proximè antè dicti sunt casuri sub Christo: in iis enim tamquam in sedibus sessurum perpetuò, quoniam *anima justi sedes sapientiæ est* p. Omnia vera, nec dignitas regia atque judiciaria per excellentiam quæ Filio data est à Patre, quia *filius hominis* q *est* data esset, nisi filius etiam Dei esset. Verùm quia exercitium potentiæ judiciariæ desinet quum *tradiderit regnum Patri* r, non bene Hieronymus *s*, negat dici à Paulo, *quum tradiderit Patri* sed tantùm, *Deo*, quod exponit, habitanti in assumptione corporis Deo, ne videretur separare Filium licet effectum illius perpetuus futurus sit; idcirco rectiùs locus intelligitur ampliſſime de judiciaria, regia, divina dignitate; atque de hac in primis Paulus *t*, utens hoc testimonio, ut Christum probet hæredem universorum, per quem fecit Deus sæcula, & Angelis meliorem, ait loqui Patrem Filio. Nec refert, quòd aliqua priùs, & post personæ prophetæ loquentis conveniant. Nam ut paullo supra in Commentario docet Augustinus, mutationes personarum repentinæ & omnino ex improviso inveniuntur in sanctis scripturarum libris: & si quis advertat, plenæ sunt paginæ divinæ. Tum allatis aliquot aliis exemplis, monet, in paucis versibus tam crebram mutationem personarum intellectum admonere, non exprimere locum ubi mutatur, non dici, hoc dixit homo, hoc dixit Deus, sed ex ipsis verbis fieri nobis intelligere quid ad hominem pertineat, quid ad Deum. Videri cuipiam potest quæ sequuntur, *propterea unxit te Deus Deus tuus*, &c. non esse verba Dei sed prophetæ. At esto id ita sit, nihil refert ob crebram quam dixit Augustinus mutationem personarum. Nec vero etiam quid prohibet Deum ipsum Deo ita loqui, hoc est, personam personæ, Patrem filio. Verum de hoc postea.

p *Pr.* 14. 33
q *Joan.* 5. 25
r 1 *Cor.* 15. 24
s *ep.* 140 Improbata Hieronymi lectio.
t *Heb.* 1. 8

Mutationes personarum repentinæ & ex improviso in scripturis.

Sedes tua Deus.) Hieronymus, *thronus tuus Deus*, eodem pacto in editione vulgata epistolæ ad Hebræos juxta Græcam versionem ὁ θρόνος σου ὁ Θεός. Utitur Tertullianus *u* eadem lectione & Cyprianus *x*, & Lactantius *y*. Nomen *sedis* generalius est: *thronus* ad regiam dignitatem pertinet: Christus autem & Rex & legislator ac doctor. Chaldæus Paraphrastes addidit, *in cœlis*, de Messia expresse declarans hunc locum, quasi velit innuere Christi regnum non esse *de hoc mundo* z: vel certe præsertim spectari in cœlis, atque ad regnum cœleste referri. Est autem trita phrasis, ut sedere designet Regiam dignitatem, ut *a*; *De fructu ventris tui ponam super sedem tuam* & *b*; *Dabit illi Dominus sedem David patris sui & regnabit*: & *c*, *A primogenito Pharaonis, qui sedet in solio ejus*, *usque*, &c. Denique regium insigne *sedem* fuisse etiam apud Romanos demonstrat Pierius *d*, & docet quod est apud *e* Poetam de muneribus quæ Latinus Æneæ misit,

u *cont. Judæ. c. ult. & cont Prax. c.* 13
x 2. *cont. Jud. c.* 6
y *l.* 4. *c.* 13
z *Joan.* 18. 36
a *Psal.* 131. 11
b *Luc.* 1. 32
c *Exod.* 11. 5 *Sedes* pro regio insigni.
d *l.* 43
e *Æneid.* 11 *Sedes* judicibus tributa.

Munera portantes, eboriſque aurique talenta,
Et ſellam regni trabeamque inſignia noſtri.

Præterea *sedes* Judici tribuitur *f*, notumque illud in jure civili, *sedebant Judices judicaturi*. Porro quamvis posset aliquis pervicax contendere, verba ista de Deo intelligi, non verò de Messia, propter variam illam mutationem personarum, de qua jam aliquoties dictum est, ac utcumque faveat idem Paraphrastes in sequentibus verbis adhibens adversativam particulam, *tu autem ò rex Christe*, nihilominus quantum fieri potest, pauciores admittendæ mutationes, & Catholici omnes de sede Christi, qui Deus est, sermonem volunt esse.

f *Joel* 3. 12 *Pr.* 31. 23 *Marc.* 14. 62

Præ-

Præterea, etiamſi nomen *Dei* & *Elohim* (non eſt hic autem vel in proximè ſequenti verſu nomen יהוה *iehouah*, incommunicabile, quemvis id Valentia dicat *a*, & Folengius de Chald. Paraphraſi) communicetur Angelis *b* & hominibus, maximè Principibus, ut eſt in Pſal. LXXXI. *Deus ſtetit in Synagoga deorum, ut medio autem Deos dijudicat, & ego dixi, dii eſtis vos*: ſicque Moſem Deus *Pharaonis* vocabit Deum *d*, cavitque *ne quis Diis detrahat* e, ideſt, judicibus & magiſtratibus: & profani ſuos imperatores vocabant *divos deoſque*.

Namque f, *erit ille mihi ſemper Deus*.

Qua de re plura in commentario Pſalm. XLIX. & LXXXI. tamen quod hìc ſubditur, *ſedem iſtius eſſe in ſæculum ſæculi*, demonſtrat de vero & propriè dicto Deo ſermonem eſſe, quemadmodum & priora illa, *deducet te mirabiliter dextera tua*, quæ arguunt αὐτάρκειαν, ſibimet ipſi ſufficientem, nec ullius egentem. Denique idem perſuadet, quod nomini *Elohim* numeri pluralis adjungitur affixum pronomen ſingulari in aliis nominibus, quæ eidem tribuuntur ſicut Geneſis *r*. *In principio creavit Deus* (Elohim) verus ſignificatur Deus. Dicitur quidem Salomon ſedìſſe *ſuper ſolium Domini in regem pro Patre ſuo* g, quo argumento R. Salomon utitur, ut oſtendat, Chriſtum non eſſe verum Deum, & quicumque exercet *judicium Dei* h, in ſede ſedere Dei dici poteſt: ac proinde de aliqua ratione poſſet exponi locus hic noſter. Sedes tua (ò Salomon) eſt ſedes Dei: ſed obſtant adhuc quæ dixi tum antecedentia, tum conſequentia. Durior conſtructio, *ſedes tua Deus*, ideſt, ſedes tua eſt ſedes Dei, quam ex R. Sahadia recitat Eugubinus interpretationem: & ita poſſet verti in genitivo (Dei,) & regnum Dei ſignificaret excellentiſſimum, ſicut montes Dei altiſſimos, &c. vel quia Deus ipſe tradiderit Salomoni. Adhuc magis dura minuſque probabilis Syntaxis, vel expoſitio, ut non legamus in recto, *ſedes tua Deus*, ſed ſedem tuam Deus, & ſuppleamus, (firmabit, aut, ſtabiliet.) Id etſi concedamus, divinitas adhuc vera conſiſtet, ſi firmitas & ſtabilimentum ſedis perpetuum ſit, & ejus quem propria, non alterius cujuſquam dextera deducit, ut antea ſumus argumentati, & cui ſedem David Patris ita dandam Angelus annuntiavit, ut regnaret in domo Jacob in æternum, *regnique ejus non forte finis* i. Regi judici, magiſtro Chriſto ſolium; tribunal, cathedram permittas; non ambias, aut uſurpes, ſedit ut magiſter in monte *k*, ſedebit ut judicio, *l*, ut rex *in æternum* m. At prius voluit eſſe *ſubditus* n, & ſedere inter diſcipulos *o*, priùs ut reus judicari *p*: oblatum ſeu paratum regnum refutavit *q*. *Potentatus* (terreni) *brevis vita* r. Ponitur nunc *ſtultus in dignitate ſublimi*, *divites ſedent deorſum*, *ſervi in equis*, *principes ambulant ſuper terram quaſi ſervi* ſ. Deponentur *potentes de ſede* t, & qui ſunt imitatores ejus qui ſuam ponere voluit in Aquilone *u*, aſſeſſores adhibebit in judicio Chriſtus humiles paupereſque *x*, *ſedes ducum ſuperborum deſtruendo*, & *ſedere faciendo mites pro eis* y, & corruent illi velut Heli, z, *fractis cervicibus de ſella*.

In ſæculum ſæculi.) Hieronym. *in ſæculum & in æternum*. Auguſtinus, *in ſæcula ſæculorum*. Eodem pacto Chaldæus. Aquila ponens in vocativo, Θεὲ, vertit, ὁ θρόνος σου Θεὲ εἰς αἰῶνα, ἔστιν, *thronus tuus Dei* (ſic Hieronym. ad Principiam, licèt fateatur quòd Latina lingua non recipit) *in ſæculum & ultra*. Symmachus, ὁ θρόνος σου ὁ Θεὸς, αἰώνιος καὶ ἔτι. Iræneus *a*, qui Latinè creditur ſcripſiſſe, *in æternum*. Hinc argumentum trahi diximus pro divinitate Chriſti, quia nimirum ſedes ac thronus ejus æternus eſt. Ipſimet Judæi Chriſto dicebant, audiviſſe ſe ex lege quòd Chriſtus maneret in æternum, nempe poſt & retro. Tertullianus *b* legens, *in ævum*, argumentatur contra Judæos, non convenire locum iſtum Salomoni, ſicut nec alium ex Pſal. II. *c*. *Filius meus es tu, ego hodie genuite: pete à me, & dabo tibi gentes in hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ*, quia Salomon intra unicam Judæam regnavit: Chriſtus Filius Dei totum jam Orbem Evangelii ſui radiis illuminavit: & thronus in ævum magis Chriſto Dei Filio competit, quàm Salomoni, temporali ſcilicet regi, qui ſoli Iſrael regnavit, quum Chriſtum hodie invocent nationes qui eum neſciebant, & populi hodie ad Chriſtum confugiant quem retro ignorabant. Urget Euſebius *d* valdè loco iſto Judæos & vim facit in vocativo caſu, quem Aquila expreſſit, ut dixi. Cyrillus e Alexandrinus plurimum ponit momenti in iſto teſtimonio. Athanaſius *f*, Deum æternum Chriſtum ait hìc affirmari: & Nazianzenus *g* item, atque Cyrillus Jeroſolymitanus *h*. Hebr. eſt עולם ועד *hholom vahhed*, & quidem עולם *hhelam*, cum holem pleno ו Hieronymus *i*, docet ſemper ſignificare æternitatem: quod ſi non perpetuum eſt, ut alibi monui; certè adito עד *vahhed*, omnino eam ſignificat: immò ut R. Moſi placet ſine illis vocibus non ſignificat, quod etiam non credo. Lege Riberam *k*. Ceterùm quod attinet ad ſedem æternam, quæ docet R. Moſes *l*, quo pacto ſedes Deo conveniat, huc transferri poſſunt. Ait, *ſedem*, ſicut & *domum Dei*, oſtendere excellentiam ac majeſtatem ejus, quemadmodum qui conſpicit ſedem paratam Pontificio more, exiſtimat in ea Regem aut Imperatorem ſeſſurum: propterea Jeremiam *m* dixiſſe; *ſolium gloriæ altitudinis à principio, locus ſanctificationis noſtræ*: idcirco cœlos appellari *ſedem Dei* ab Iſaia *n*, quod in iis maximè dominium, poteſtatem, gloriam, claritatem Deus ſuam patefaciat, & ſe motorem ac moderatorem hujuſce mundi eſſe gratiamque influere: non eſſe ſedem Dei propriè corpoream, quum ſit ipſe incorporeus, nec etiam rem à ſubſtantia eſſentiaque illius diſtinctam, vel creatam; quia ſequeretur, Deum eſſe in tempore, & abſque ſede fuiſſe antequam eam creaſſet, quæ maxima hæreſis, quum ſit ſcriptum, hoc videlicet loco, quòd *ſedes Dei eſt in ſæculum ſæculi*, unde ſequitur non eſſe quid ſeparatum à Deo. Citat perperam Galatinus *o* ex Pſalmo CI. ubi non eſt כסאך *cheſecha*, *ſedes tua*, ſed זכרך *zichrecha memoriale tuum in generatione & generationem*: nec ſatis commodè ſedem iſtam æternam ſumit pro humanitate Chriſti: licèt concedimus ex tali humanitate colligi poſſe divinitatem ipſi conjunctam. Auguſtinus, Nebienſis, qui Rabinum illum Latinè convertit, exponit; Tu Deus in æternum permanes, quod eſt in Pſalmo CI. aut ſecundum Hebræos in CII. & *ſedes tua in ſæculum ſæculi*, quod habetur hoc loco: quem non ſatis aptè aliqui *p* de cœlo intelligunt, quod firmum eſt ac ſtabile. Zachariæ *q* locus iſti ſimilis videtur de ſolio & throno regio atque ſacerdotali, *& ſedebit & dominabitur ſuper ſolio ſuo: & erit ſacerdos ſuper ſolio ſuo, & conſilium pacis erit inter illos duos*: ideſt, inter illos duos thronos (reliquit enim Interpres ut & alibi, genus nominis כסא *chiſſe*, quod eſt maſculinum, licèt ſit uſus neutrius generis nomine, ſcilicet *ſolio* ſive dignitatem regiam & ſacerdotalem, ſumma pax erit, quia concurrent in eamdem perſonam: vel inter regem & ſacerdotem ut nec regale faſtigium deprimat ſacerdotalem dignitatem, nec faſtidium regale ſacerdotum dignitas, ſed conſentiant in unius Domini gloriam. Eodem ſpectat pollicitatio illa *r*, *ſtabiliam thronum regni ejus uſque in ſempiternum*: & *ſ*, *ſuſcitabit Deus regnum quod non diſſipabitur*: *t*, *poteſtas ejus poteſtas æterna quæ non auferetur*, *& regnum ejus quod non corrumpetur*, & *u*, *ſuper ſolium David & ſuper regnum ejus ſedebit, ut confirmet illud, & corroboret in judicio, & juſtitia, à modo & uſque in ſempiternum*: & *x*, *thronus ejus ſicut ſol in conſpectu meo, & ſicut luna perfecta in æternum, & teſtis in cœlo fidelis*, ideſt, iris: & *y*, *regnum tuum regnum omnium ſæculorum, & dominatio tua in omni generatione & generationem*. Vim etiam ſtatuunt quidam *z*, in verbis Iſaiæ *a*, *multiplicabitur ejus imperium*, prout Hebraicè ſcribitur prima vox cum ם clauſo, quod poni tantum ſolet in fine dictionum למובה המשרה *lemarbeh ham miſrah*, quaſi denotetur Chriſti regnum imperiumve clauſum, ac ſine exitu & ſine atque quadratum; hoc eſt, firmum, quodque nulla poſſit vis evertere: præterea dicunt innui ſoncipiendum Chriſtum naſciturumque ſalva matris virginitate ac utero clauſo. Id alii *b* rident, nec fortaſſis immerito, (quidquid contradicat Pineda *c*, lectus à me confecto jam diu tomo iſto primo, nixus non niſi auctoritate recentium, & ex paullo antiquioribus, Joannis de Baſſolis, Lyrani, & quorumdam Rabbinorum, quos non tanti hac in re facio) lapſum ſcriptoris agnoſcentes, qui debuit formare (מי): cum quo charactere non minus conſiſtit idem ſenſus de regni æternitate, ut ad multiplicationem regni, ſeu propagationem finis futurus ſit nullus, quamquam videtus aliis *d* legendum לסרבה *leſarbeh*, quod à סרב *ſarau*, valet *ſentes* ac *ſpinas*, uno ex viginti earum generibus, quæ

a 1. *p. diſp. 2. q. 1. punct. 1.*
b *Pſ. 8. 6. Pſ. 96. 9.*
c *verſ. 1.*
d *Exo. 7. 1.*
e *Exo. 22. 28.*
f *Virg. ecl. 1.*
g 1. *Paralip. 29. 23.*
h 2. *Para. 9. 8.*
Durior Eugubini conſtructio.
i *Luc. 1. 33.*
k *Matt. 5. 1.*
l *Matt. 19. 28.*
2 *Cor. 5.*
m *Pſ. 28. 10.*
n *Luc. 2. 51.*
o *ibid. 46.*
p *Matt. 27. 21 & ſeq.*
q *Joan. 6. 15.*
r *Eccl. 10. 11.*
ſ *Eccl. 10. 6. 7.*
t *Luc. 1. 52.*
u *Iſ. 14. 13.*
x *Mat. 19. 28.*
y *Eccl. 10. 17.*
z 1. *Reg. 1. 18.*
a *l. 3. c. 6.* Argumentum pro divinitate Chriſti.
b *Cont. Jud. c. alt. & cont. Praxeam c. 13.* Tertulliani contra Judæos argumentatio.
c *verſ. 7.*
d *4. de dem. c. 15.*
e *1. in Joan. c. 14.*
f *Or. 2. cont. Ar. & or. in id omnia tradita.*
g *Or. 1. de filio.*
h *Cat. 16. & Catech. myſtago 3.*
i *in c. 1. ep. ad Gal.*
k *in c. 1. Eccl. verſ. 4.*
l *in c. 5. Micheæ n. 45. & ſeq. & in c. 1. ep. ad Heb. n. 75.*
m *l. 1. ductoris dubio. c. 9*
n *c. 17. 12.*
o *c. 66. 1.*
p *l. 7. c. 19.*
q *Pſa in Job. c. 23. verſ. 3. n. 5.*
r *c. 6. 13.*
ſ *2. Reg 7. 13*
t *Dan. 2. 44.*
u *c. 7. 14.*
x *Iſ. 9. 7.*
y *Pſ. 88. 37.*
z *Pſ. 144. 13.*
a *Lyr. contr. perfidiam Judæor.*
b *c. 9. 6.*
c *Pereirus.* Controverſia.
d *l. 5. de Salom. c. 4.*

quæ in ſcriptura inveniantur; quaſi mala innumerabilia quibus obnoxii ob peccatum ſumus, deſignent ſpinæ, quas Deus homini maledicens ex terra germinandas pronuntiavit *a*: Tunc ſenſus eſſet, ab ſpina Imperium Chriſti futurum; & à corona ſpinea regni principium ſumpturum; quemadmodum & à ligno regnaturum prædixit David juxta veterem lectionem *b*, & idem Iſaias *c* imperium ejus fore *ſuper humerum ejus*. Daniel *d* regna quatuor mundi comparat cum ventis quatuor, totidemque beſtiis, ut ſignificet abitura in ventum nihilumque, & non virtutibus fundata ſed belluinis moribus, ideſt, ſævitia, intemperantia, &c. Poſtea regnum Chriſti deſcribit æternum, & quod numquam corrumpetur. De eodem etiam ſcripſerat prius *e* *à lapide abſciſſo ſine manibus* comminutam ſtatuam compoſitam ex metallis ac teſta, eumdemque lapidem evaſiſſe in montem magnum, qui impleret univerſam terram, & hoc eſſe regnum quod non diſſiparetur in æternum, ſed ſtaret in æternum. Ratio iſtius æternitatis eſt, quia conſiſtit ac fundatum eſt in ſpecie, pulchritudine Regis tum interna præcipuè, tum externa: præterea in veritate, manſuetudine, juſtitia, de quibus antea dictum eſt. Idem affirmari poteſt de quadrigis quatuor quas vidit Zacharias *f*: trahebant enim illas equi, quos etiam per *ventos cœli*, Angelus prophetæ interpretatus eſt.

Virga directionis virga regni tui. Hieronymus, *Sceptrum æquitatis ſceptrum regni tui.* Pſalterium Romanum & Gallicanum, & Caſſiodorus *virga recta eſt virga regni tui*. Cyprianus *g* & Iſidorus *h*, *virga æquitatis virga regni tui*, quo etiam pacto legitur in editione vulgata epiſtolæ ad Hebræos *i*, ubi citatur hic locus. Tertullianus *k* recitat dumtaxat, *virga regni tui*. Hilarius *l*, *virga directionis tuæ virga regni tui*, Chaldaicè *regnum rectum*, *ſceptrum regni tui*, & Chryſoſtomus aſſerit quòd ut ſedes non ſolùm ſedem ſed regnum ſignificat, ita virga regnum atque juriſdictionem. *Directionis* verò vocari *virgam* docet εὐθύνοντος, qui gubernat Deus & Chriſtus, judicatque juſtè, purè, ſincerè, abſque umbris. Subdit inſanire qui providentiam divinam reprehendant, & cujuſque cauſſam rei quæ fiat ab eo inquirant, quum à fabro, nauta, medico, denique à cujuſvis artis perito nemo inveſtiget cur quidlibet faciat, etſi ei difficile videatur: ſatius eſſe hanc anxiam indaginem in propriam vitam convertere, reſpicere quæ fecerimus, mareque peccatorum noſtrorum; exigere à nobis ipſis malorum quæ malè dixerimus, & rerum quas malè fecerimus, rationem, & quum non noverimus omnia quæ Domini ſunt, eum propterea gloria afficere propterque ineffabilem ejus majeſtatem, incomprehenſibilem providentiam, variam ac ſapientem ejus curationem, maximè adorare. Pronunciat Tridentinum concilium * anathema in eum qui dixerit Chriſtum Jeſum Deo hominibus datum fuiſſe ut redemptionem cui fidant non etiam, ut legislatorem, cui obediant: *Virga* ſeu *ſceptrum* de quo ſatis in Pſ. 11. *m* & XXXII. *n* eſt inſigne regiæ atque judiciariæ poteſtatis, qualis virga quam Judas dedit in pignus Thamar *o*, & Joſeph, cujus pater Jacob faſtigium fertur adoraſſe, ut omittam illam Aſſueri, ſicut apud Romanos olim quæ dicebatur *curis* aut *quiris* (unde *Quirites*, & cognomen *Quirini* datum Marti Romuloque) ideſt, lancea ſive haſta pura, & ſine ferro. Denotat etiam in divinis litteris *virga* inſtrumentum quo quis alium punit: præterea divinum verbum atque prædicationem ejus: Correctricem Baſilius & judicem vocat hanc Dei virgam, quæ in caſtigando recta; & non obliqua inducat judicia, prout Pſ. LXXXVIII. *p* dicitur, *viſitabo in virga iniquitates eorum*: conferatque ad conſolationem, quemadmodum eſt in dicto XXII. *q* (ſive illius qui caſtigatur, ſive alterius qui tali proficiat exemplo) quum ſit & contritionis virga, de qua in II. *r* in utilitatem eorum qui tamquam lutei terreique confringuntur: ſicut & quidam *in interitum carnis* traduntur, *ut ſpiritus ſervetur* *ſ*. Æquitatis vocabulum nonnullis *t* imponit, ut credant ſignificare juris ac rigoris quem dicat virga, moderationem, felicitatem, jucunditatem, amœnitatem. Licèt מישור *miſor* id valere poſſit; non ita congruit propoſito. Athanaſius hunc incarnationis ait finem fuiſſe, ut diſceremus rectitudinem juſtitiæ, hocque ſibi velle rectitudinem virgæ. Idem ferè dicit Auguſtinus aliique quod antea Chryſoſtomus, & modo citatus Athanaſius. Auguſtinus verò bene

Amonet diſtortum ad rectum rectè conjungi & collineari non poſſe: qui velit Deo hærere, corrigi debere, quoniam *virga* recta & *directionis* voluntas ejus eſt &, *Rex* à regendo dicitur, neque regit qui non corrigit, & ad hoc eſſe regem noſtrum rectorum regem; itaque regem dici ad regendum nos, quomodo Sacerdos ad ſanctificandum, & ſicut *cum ſancto ſanctus* eſt, ſic *perverti cum perverſo* u, quia perverſus perverſum illum putat, quum ſit *bonus rectis corde* x.

Poſſet quis per alluſionem typumve virgam illam proferre, quæ projecta evaſit in ſerpentem tortuoſum obliquumque, ſed à Moſe denuò ſumpta, rediit in priſtinam naturam *y*. Sceptra, litui, peda, caduceï, baculi, paſtorales, non ſunt prorſus recti, ſed vel recurvi, vel acumine inæquali; omnes namque juſtitiæ noſtræ atque cujuſvis magiſtratus comparatæ cum divina tamquam *pannus menſtruatæ* z: ipſaſque *juſtitias* Deus *quum tempus acceperit, judicabit* a. Certè ſi quid alteri non nocet, vix eſt qui in exercitio juſtitiæ commodum ad ſe non reflectat, aut lucri, aut laudis, &c. Virga Chriſti, qui quia Deus omnino alienus à peccato, tota directionis & recta: tendit ſemper rectà; recta procedit & dirigitur, hoc eſt, quod εὐοδοῦται etiam ſignificat, *proſperatur*, nec frangi unquam valens, qua *ferrea*, ut Pſ. II. dictum eſt *Judicat populos in æquitate, & Gentes in terra dirigit* b: *dirigit manſuetos in judicio* c: *Spiritum rectum innovat in viſceribus* d: *Juſtitia & judicium correctio ſedis ejus* e: non flectitur nec ut Lesbia regula inflectitur. Ipſum *virga* nomen de Chriſto nonnumquam dicitur, obſervat Cyrillus, quemadmodum apud Iſaiam *f*: nec non de B. Virgine, de qua Petrus *g* Damiani præſentem uſurpat locum, quia recta, inquit, erat in ſublimitate converſationis. Ait, iſta virga, quam & *virgulam fumi* vocat, quòd ſubtilis eſſet in Deitatis contemplatione, odorifera in virtutum opinione, angusta in temporalibus: dilata ſeu longa in ſpiritualibus rotundi impetus adverſantium dæmoniorum, per eam fieri ſigna & mirabilia: *hanc & baculum* crucis *conſolari nos* *h*. Conterit virga Chriſti carnales Ægyptios, dirigit ſpirituales Iſraelitas; *Virgam humeri ſceptrumque exactoris* i excutit hæc virga; item virgam *furoris* k, virgam *dominantium* l, virgam *fortem* o, virgam *peccatorum* m virgam *ſuperbiæ* n, virgam *indignationis* o, devorat ſerpentes *p*, eſt virga ſeu baculus, & firmamentum panis *q*, hanc manutenendo, comedi Paſcha debet *r*: hac Jordanis tranſmittendus *ſ*, ſuſtentandaque ſenectus *t*, hæc floret, & amygdala germinat *u*, eadem virga conſurgens *de Iſrael* x; percutit terram interficitque *impium* y: dominatur *in medio inimicorum*, quum ſit *virtutis virga* z: eſt vigilans *a*: quia dijudicat omnium cogitationes. verba, opera: Iſrael ſpiritualis virga eſt hæreditatis *b* Chriſti: uterque populus Judæus & Gentilis. Duæ virgæ ſunt in manibus ejuſdem decor & funiculus *c*, ſolidæ in ſceptra dominantium *d*: & evadentes in unum ac in unionem in ejuſdem manibus *e*: Angelus magni conſilii ſummitate virgæ tangit carnes & azymos panes, facitque ut aſcendat ignis de petra qui ſacrificium conſumat *f*. Paulus virgam minatur his qui charitate non moventur & Spiritu *manſuetudinis* g. Qui germinantem Aaronicam iſtam & Jeſſæam ſpernit virgam, experietur virgam in malum florentem ob ſuperbiam & in qua ſurget *iniquitas* h, quia de minarum quaſi flore *fructus plagarum* exiſtimet *i*. Qui percuſſerit virga Chriſtum *in maxilla* *k*, contemnens eum, quo pacto exponunt re ipſa percuſſum in tua paſſione, & non tantum alapa, conteret ipſe illum virga ſua. Procopius *l* vult his verbis indicari pœnas quas Deus minatus fuerat ſerpenti *m*, ut ſcilicet virga iſta non corrigatur totus ubique καμπύλος καὶ σκολιὸς *ſinuoſus & pravus*, incapax correctionis, ὁ ἐξαφανισθῆναι λόγον ὀφείλων, *deleri ac perdi dumtaxat meritus*, atque gladio Domini duro, *grandi, forti*, occidendus *n*. In caduceo rectitudo virgæ juſtitiam deſignabat, implicati in eo ſerpentes oſculantes invicem prudentiam, quibus virtutibus pax reipublicæ conciliatur. Malim nos eo ſymbolo conſpirantes in nos ſerpentum diabolicorum inſidias virga virtutis & crucis Chriſti comprimendas intelligere. Cyrillus Alexandrinus *o* virgam Moſis projectam in terram deitatem Verbi humanitati junctam accipit, ut evaderet quaſi ſerpens, ideſt, in ſimilitudinem aliorum peccatorum, ſed poſtea revolavit in cœlum, & devoravit ſerpentes, ut priùs dixi. *Recti*, ſeu rectitudines *diligunt* ſponſum Chriſtum *p*, qui ſerpenti con-

a Pſ.95.1

b c.9.6
c c.7.2.& ſeq
d c.2.34

e c.8.11. & ſeqq.

Zach.Jud.c.19

g de nat. Domin.c.15
h c.1.8
i cont. Prax. c.13
k 4. de Trin. l Seſſ.6. Can. 21.

Anathema à Tridentino concilio in quos pronunciatum.

Virga inſigne regiæ judiciariæ poteſtatis.

* verſ.9

m verſ.4
n Gen 38.18
Virga quid etiam denotat.
o verſ. 33

p verſ.4

q verſ.9

r 1.Cor.5.5

ſ ut Agellius hic, & Pineda Job 1. verſ. 3. n. 47. Pſ. 17 27.

u Pſ.72.1.
x Exod 4.4

y Iſ.64.6

z Pſ.74.3
a Pſ.66.5.

b Pſ. 24.9
c Pſ.50.12
d Pſ.96.2
Virga Nomen de Chriſto, nec non de B. Virgine.
e c.11.1.
f Ser. de aſſumpt. B. Virg
g Pſ.22.4
h Iſ.9.4
Nahum.1.13
i c.10.5
K c.14.5
l Jer. 48.17
m Pſ. 124.3
n Pr.14.3
o Thren.3.1.
p Exod.7.12
q Ezech.4.16
L.26. 261
Pſ.71.16
Pſ.104.3
r Exo. 12.11
ſ Gen. 32.10
t Job. 10. 4.5 23
u Num.17.5
x Num.24.17
y Iſai.11.4
z pſ.109.2
a Jer.1.11
b Jer.10.16
c Zach.11.7
d Ezech.19.11
e Ezech. 37 16.17
f Jud.6. 21
g 1. Cor.4.21
h Ez.39.2.3
i Hier. ibid. & Mich.e 5.1
Procopii expoſitio.

l in c.27. Iſ.
m Gen.3.14
n Iſ.17.1.
In caduceo rectitudo virgæ quid deſignaret, quod implicati in eo ſerpentes.

o in ſcholiis de Incar. c.14 in to.4.c.Ep.

p Cano 1.3.

contrarius inspirasse circumvolventi, præcipuè quando percutitur, animo erectoque corpore passus & crucifixus est, ut satisfaceret justitiæ, cujus etiam quasi virgam nominare crucem possumus. *Cingulum lumborum* Christi, *justitiam* vocat Isaias *a*, qui virgam ori ejusdem imposuerat, *ad interficiendum* b *impium* iniquumve, ut intelligamus quàm sit ei chara conjunctaque justitia, vel quàm libenter justis quasi cingi eosque habere familiares velit. Quam virgam permiserit Christus discipulis, quam inhibuerit *c*, docui Psalm. 11. *d*, cum ea quam permisit venit ipse missus à Patre, quæ scilicet *directionis* est, cum qua & David contra Goliam *e*: simul præterea cum tunica una religionis ac fidei unius, cum calceamentis amoris erga Patrem, & nos, quæ in Idumæam extendit *f*, sanguine fuso juxta etymon *Idumeæ*.

a Th. 4.
b Matt. 10. 10. Marc. 6. 8. Luc. 9. 3.
c ver. 9.
d 1. Reg. 17. 40. 43.
e Ps. 59 2. 10
Idumeæ etymon.
f Ps. 3202.

Vers. 8.) Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.

PLanè ita est, virgam regni tui, virgam *directionis* esse, teque justitiæ tenorem perpetuò servare nec flecti umquam à rectitudine justitiæ. Non modo in omni opere justus extitisti, verum etiam dilexisti, non tantùm nullam umquam iniquitatem admisisti, sed odisti quoq; Quocirca Deus tuus Pater te ò Deus Fili, seu ò Christe qui Dei verus Filius es, ac Deus consubstantialis Patri secundùm divinitatem, unxit oleo divinitatis, eamdem illam suam ab æterno communicando: secundùm humanitatem quam item habes, factus homo pro salute hominum unxit in tempore oleo lætificante, multo præstantiùs, quàm quoslibet alios ejusdem consortes humanæ naturæ, vel etiam olei gratiæ participes, nam tibi uni quia Filius Dei simul es, in humanitate summa quædam gratia dignitasque tributa est ex assumptione illius ad personam divinam, ut unctorum rex caputque sis, omnem in cœlo & terra potestatem habeas, consedeas ad Patris dexteram, & nominis tui quasi odor suavissimè ubique spargatur. Hoc pacto quod antè dixi, unguentum à capite Christo descendat ad alios usque etiam ad oram *g*, idest, extremos minimosque sanctos. Exercent aliqui reges judicesque justitiam, sed non diligunt, juxta sapientis consilium primis libri Sapientiæ *h* verbis, de quibus consule Commentarium nostrum. Quidam videntur diligere, verum non ita, ut ex animo iniquitatem odio prosequantur, quia non vindicant puniuntve quos oporteret, ut gratiæ serviant & benevolentiæ aliorum. Bona faciunt multi plus timore pœnæ quàm amore justitiæ; requiritur amor boni & odium mali, inquit Ruffinus. Locus hic idmodum celebris diligentes tractari debet, in quo de distinctione personarum Trinitatis, de incarnatione & merito Christi, de gratia habituali, de impeccabilitate ejusdem nonnihil attingetur, & qui sint consortes quibuscum comparetur.

g Sap. 1. 1.
h 1. 4. c. 13.
Bonafaciunt multi plus timore pœnæ quàm amore justitiæ.

Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem.) Lactantius *i*, *dilexisti justiam & odio habuisti injustitiam*. Heb. secundùm verbum אהבת תשמא *thisua* propter (ו) *vau* cum (ת) *pathach*, transit ex significatione futuri temporis in præteritum, in quo est primum אהבת *ahautha*. Tamen utrumque etiam idiotismo Hebr. significationem præsentis potest habere, ac denotare id quod facit is de quo est sermo, seu quod facere solet. Hoc pacto non esset difficultas ad respondendum quæstioni de qua postea, utrum propterea unctus sit quia priùs dilexerit. Sed non egemus hoc effugio, ut dicemus. Tyroboscus non videtur id quod initio dixi de (ו) *vau* conversio intellexisse, quum vertat in futuro, *odio habebis*, & nescio quam differentis translationis nostræ rationem reddens, labore parum utili, ne dicam inani, quem insumpsit in fera sex millibus colligendis verborum Psalterii differentis. Pro *iniquitate* Græcè, ἀνομία, ponit Aquila ἀσέβημα, *impietatem*, quam significat etiam רשע *reschahh*. Chald. Paraphrastes expressit Regem Christum, *tu autem ò Rex Christe*, &c. Beatitudinem ceterorum & virtutis præceptum in vitando priùs odiendoque malo, & in declinando quàm in faciendo & diligendo, aliquot præcedentibus Psalmis *k* David constituit. Imperfectiores ceteri: Christus perfectissimus, ac per se statimque tenditin bonum; in malum ex consequenti: nullus ei labor in vitando malo; summa in prosequendo bono facilitas, voluptasque, quum adhuc puer comederet mel ac butyrum, noverat reprobare malum, & eligere bonum *l*, immò multò etiam antè ab instanti conceptionis. Propterea dicto loco Sapientiæ *m* à regibus & judicibus, qui reliquos virtute antecellere debent, exigitur statim amor justitiæ: & sponsa sponsi amicos vocat *rectos* qui diligant eum *n*. Hoc etiam loco possunt pro concretis abstracta sumi, idest, pro justis quos dilexerit Rex noster, & pro iniquis, quos odio habuerit. Iniqui non sunt odio habendi nisi quatenus iniqui, ita non ut alia ad odium impellat causa, quàm iniquitas, quemadmodum in ægro solùm odit medicus morbum, non personam: doctor ignorantiam discipulis, &c. Odit iniquitatem in te Deus, ait Augustinus, oderis & tu, & unam rem ambo oderitis: eris enim Deo amicus, si odisti quod odit, &c. Ama quod Deus fecit (naturam) oderis quod tu fecisti (iniquitatem) &c. præveni illum: non vis, ut ipse puniat, tu puni, &c. converte te ad punienda peccata tua, quia impunita esse peccata non possunt: puniendum ergo erit aut à te, aut ab ipso: tu agnosce ut ille ignoscat, &c. *Virga directionis*, *virga regni tui*; nemo sibi multum de misericordia DEI blandiatur: *Virga directionis* est. Alio Psalmo *o* habetur quòd justus Dominus *justitiam dilexit*, & *p* quòd *non DEUS volens iniquitatem* ipse est: & *q* quòd *diligit justos*, quos etiam abstracta voce possumus intelligere cum Athanasio *r*. Meritò typus Christi Melchisedech, qui significat regem justum vel justitiæ, & Jebus, qui conculcatorem, scilicet iniquitatis, inferni mortis. Hinc elicitur, quod alibi quoque priùs non semel admonuimus, Deum nullo modo culpæ malum velle, nec per accidens quidem sub ratione boni, quia nullum bonum cum quo malum culpæ sit conjunctum, est magis appetibile, quàm bonum id quod privat malum culpæ, idest, bonum ipsum divinum, rectusque ordo creaturæ ad illud quod etiam vocatur bonum honestum: quod in se ac per se maximè appetibile est. Quo fit præterea, ut facta inter culpæ ac pœnæ malum collatione multo deprehendatur culpæ majus, quàm pœnæ, ut demonstrat etiam B. Thomas *s*; nam pœnæ malum dicitur quandoque facere Deus ipse *t*, & id ab ipso descendere *u*. Attamen aliqua pœna majoris boni privatio, quàm sit bonum quo privat immediatè malum culpæ. Pœna siquidem damni privat beatitudine, peccatum honestate ac rectitudine actionis: licèt consequenter gratia privet, & jure ad beatitudinem gloriamque. Tandem sequitur in justificatione peccata penitus à Deo tolli, ita ut nihil resideat quod odio habere possit: aut Deum nihil omnino remittere, ne obligationem quidem ad pœnam debitam peccato, quod habetur odio à Deo, nam si manent peccata, ea odit Deus: si odit, vult punire: si punire vult, non vult ignoscere. Quapropter quum dicunt Hæretici peccata Deum non imputare quæ verè maneant, sed nolle ea punire, scripturis repugnant quæ vocant Deum peccatorum hostem, ac punitorem. Plura Psal. 31.

i Ps. 1. 1. & seq. Ps. 33. 15
k Ps. 36. 27.
l Is. 7. 15.
m Sap. 1. 1.
n Psal. 10. 8.
o Psal. 5. 6.
p Ps. 148. 9.
q Or. 2 cont. Arrianos p. 48. ar. 6.
r 1 p. q. 48.
s Amos 3. 6
t Mich. 1. 8.
Hæreticorum cum scripturis repugnantia.
u Bar. to. 11 Annal. p. 587. ex bibliothecario & ex auctore vitæ Anselmi Lucensis.
Cap. 1. 9.

Dilexisti justitiam.) Gregorius Papa VII. sanctissimus & fortissimus juris Ecclesiastici propugnator, quum fugiens Henrici III. persecutionem Salerni decumberet ex morbo quem sibi cognoscebat postremum, in hæc erupit verba, *Dilexi justitiam & odi iniquitatem, propterea morior in exilio* x.

Propterea unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.) Hieronymus eodem pacto, nisi quod habet, *oleo exultationis præ participibus tuis*, sicut est etiam in editione vulgata Epistolæ ad Hebræos *y*, & Augustinus legit hoc loco & Conciliorum Francofordiense *z*, & Isidorus *a*, & Lactantius *b*, & Optatus *c*, qui sic totum recitat locum, *unget te Dominus Deus tuus oleo exultationis aliter à consortibus tuis*, & Vigilius *d*, & Hieronymus *e*, & Hilarius, & Fulgentius. Quod LXX. dicunt ἔλαιον ἀγαλλιάσεως: sed Aquila χαδὰς *gaudii*, sive *lætitiæ*; quæ synonyma possunt esse quamvis majus quid sit *exaltatio*, & ἀγαλλίασις. Symmachus, ἔλαιον ἀγλαΐσμε reddidit, *nitoris*, ac *splendidoris*. Hebræum nomen ששון *sason*, (unde quosdam dixi derivare nomen ששבים *sosannim*, in titulo) Chrysostomus exponit *venustatem*, gloriam, ornamentum, elegantiam. Ego non nisi pro gaudio seu lætitia, & quidem præsertim interna secundùm affe-

x Epist. ad Episcopos Hisp.
y in Num. c. 12.
z Lib 4. c. 13.
a lib. 4.
b l. b. 4.
c in cap. 26. Mal. & alibi.
d 4. & 11. de Tr. & in Ps. 132.
e 3. ad Thrasimun. c. 11. 13. 14. & ad Ferrandum resp. 3.

affectum animi, dictam vocem uſitatam reperio: pro oleo eſt שמיו *ſchemem*, ſignificans craſſius quoque unguentum, ut dixi *a*. *Conſortes* aut *participes* μέτοχοι (præ quibus, non ſolùm, de quibus, unctus ac electus eſt, ut quæ duo valet מן *min*] à Symmacho vocantur quo ἑταῖροι *ſocii* & *ſodales* quos ſignificat nomen Heb. חברים *chauarim*: Vertit alibi adhuc Interpres eodem Latino vocabulo *participis* b, aliquando exponit *alterum* c, *eadem mente* d, *amicos* e, *ſocios* f, *ſodales* g, quinam autem ſint iſti an non tantum homines, verùm etiam Angeli, in quæſtione eſt, de quo ſuo loco poſtea. Ceterùm in re alluſio eſt inter ungentem te משחך *meſchachacha*, & Chriſtum unctum, qui dicitur משיח *meſchach*, χριὸς, ἀπὸ τῦ χρίζεσθαι. Vocum alluſionem ſeu paronomaſiam expreſſit Chaldæa paraphraſis ſaltem quantum ad olei ſeu unguenti nomen, *tu autem Rex Chriſte*, משיחא *miſchicha*, *propterea quòd dilexiſti juſtitiam & odiſti improbitatem*, *ideo unxit te Deus Deus tuus oleo* משחא *miſchacha*, *lætitia abundantiùs*, *quàm conſortes tuos*. Valentia putat Patris verba hìc eſſe; alii Prophetæ. Utrumvis dici poteſt: ſecundùm facilius & credibilius. Quod attinet ad geminum nomen *Deus Deus*, monet Auguſtinus priore loco vocativi caſus eſſe, idque manifeſtè conſpici in textu Græco ut ſit ſenſus, *unxit te*, *ò Deus*, nempe Fili, *Deus tuus*, ideſt, Pater. Erat fortaſſis ætate Auguſtini primo loco ὁ Θεὸς, pro eo quod non extat ὁ Θεός. Atticè enim vocativus eſt ſimilis nominativo, ſicut etiam in verbis Thomæ *h*, *Dominus meus & Deus meus*, quod Syrochaldaicè מרואעתי *mari valabi*. Teſtis præterea Euſebius lectum à nonnullis διὰ τῦτο ἔχρισέν σε ὁ Θεὸ ὁ Θεός σου, idque quum obſequerentur Hebraicis litteris, nam quia *Elohim* Deus, inquit in Hebraica Scriptura eſt appellatus, quum poſitum eſſet priùs, thronus tuus, Θεὸ, ò Deus, &c. LXX. & Symmachus dixerunt in recto ὁ Θεὸς, *Deus*, Aquila verò Θεὸ, *ò Deus*, ſecutus Hebraicam dictionem quæ continet *Elohim*: ſed idem Aquila, nunc non dixit Θεὸ, *ò Deus*, verùm bis repetitum Elohim non tranſtulit primo loco Θεὸ *ò Deus*, ſed eodem pacto ſemel ac ſecundo ὁ Θεὸς ὁ Θεὸς *Deus Deus*; quum debuiſſet ſibi conſtare voluiſſet, loco priore exprimere Θεὸ *ò Deus*, ut ſic tota ſe haberet ſententia, διὰ τῦτο ἔχρισέν σε Θεὸς σου. *propterea unxit te ò Deus Deus tuus*. Recitavi quoque verſu præcedente quod Hieronymus *i* teſtabatur legiſſe Aquilam vocativo caſu Θεὸ, quòd ipſe propter intelligentiam ponebat *Dee*, etiamſi Latina lingua non reciperet. Notat idem de primo nomine præſentis loci, ſeque ſatis mirari cur Aquila non ut antea cœperat in vocativo hìc quoque prius nomen, ſed utrumque poſuerit in nominativo. Non rectè Bredembachius hoc loco & Ribera noſter *k* Euſebium refert affirmaſſe ab Aquila etiam nunc poſitum Θεὸ ὁ Θεὸς, *ò Deus Deus*, ſed & Euſebius fallitur, dicens hoc loco אלהים *Elohim* vocativi caſus eſſe אלהיך *elohecha* nominativi: nec verum eſt quod Hugo aſſerit, in Hebraica veritate apertè diſtingui vocativum & nominativum. Sunt indeclinabilia Hebræa nomina: & verſus 12. *quoniam ipſe eſt Dominus Deus tuus*, Hebraicè etiam eſt ארביה *adonaich*. in Pſ. 21. *l* vocativi caſus ſunt ὁ Θεὸς ὁ Θεὸ μῦ, אלאילי *eli eli*, *Deus meus Deus Deus*. Sic verò apud alios auctores tum Θεὸς, tum *Deus*, invocandi caſu paſſim uſurpantur. Hoc modo nunc quod primo ponitur loco abſque ulla dubitatione ſumendum eſt, juxta communiorem ſententiam, licèt ſi ad vices attendamus, poſſet ad majorem expreſſionem intelligi repetitio ejuſdem perſonæ ungentis, ità ut quæ ungitur vocetur & ipſa Deus. Ultimo oportet obſervare priuſquam de re diſputemus, particulam *propterea*, ſicut diximus verſu 3. *propterea benedixit te Deus in æternum*, vel accipi cauſſaliter, *propterea quòd*, &c. ut reddatur ratio quare dilexerit juſtitiam & oderit iniquitatem, quia ſcilicet *unxit* eum *Deus*, vel ſumi, ut denotat cur unxerit illum Deus, nempe quoniam *dilexit juſtitiam et odit iniquitatem*. Primo modo iniquitatis odium & dilectio juſtitiæ, cauſſa eſt unctionis; ſecundo, unctio eſt cauſſa priorum effectuum. Exiſtimat Ribera particulam iſtam redundare, ac tantùm præcedentia cum ſequentibus continuare, quemadmodum, *quia*, *quoniam*, & ſimiles. Expedita vocum enuclatione de quibuſdam quæ ad rem ſpectant dubitationibus, ut etiam priùs monui, breviter dicamus.

a *Eccl.* 10.1.
b *Pſ.* 119.63. *Prov.* 28.24. *Iſa.* 44.11.
c *Eccl.* 4.10.
d *Jud.* 20.11.
e *Cant.* 8.13
f *Iſa.* 1.23.
g *Cant.* 1.6.
h *Ioa.* 20.28.
i *Epiſt.* 140.
k *In c.* 1 *Ep. ad Heb.*
l *verſ.* 2.

A Ante omnia poſito quod verſibus præcedentibus oſtenſum eſt, Chriſtum, de quo agitur in Pſalmo, Deum eſſe, communiorem quoque opinionem ſequendo in iſtis verbis, *propterea unxit te Deus Deus tuus*, nomen *Deus* priore loco eſſe vocantis: ſequitur & confirmatio dicti dogmatis, Deum eſſe Chriſtum, & diſtinctionis perſonarum Patris & Filii, quibus tertiam Spiritus ſancti aliqui adjungi putant nomine *olei* & *unctionis*; quia Spiritum Sanctum appellat Eccleſia *m* ſpiritualem unctionem, & Petrus ait quòd Jeſum unxit Deus *Spiritu ſancto* n, & ipſemet apud Iſaiam *o*, *Spiritus Domini ſuper me eo quòd unxerit me*. hoc valere etiam poteſt *doctens unctio p*. Idemmet præterea Chriſtus Deum ſuum vocavit Patrem, tum in cruce *q*; tum poſt reſurrectionem *r*. Sed *ſ* Athanaſius innuit Dei nomen geminatum eſſe in recto caſu, & deſignare perſonam Patris, & Spiritui Sancti, à quibus dicatur unctus Chriſtus, qui ſimul homo, ſimul filius Dei ac Deus eſt. De priore ſententia lege Damaſcenum *t* (qui tamen etiam videtur in recto caſu nomen utrum ſumere) & Irenæum *u*, Hilarium *u*, Tertullianum *y*, Novatianum *z*, Ambroſium *a*.

m *Hymn. Veni creator*
n *Act.* 10.38
o *c.* 61.1.
p 1. *Ioa.* 2. 27.
q *Matth.* 20 42.
r *Ioa* 20.17.
ſ *de unita deitate*.
t *l.* 3. *c.* 4.
u 4 *c.* 6.
x *l* 3. *c* 6.
y 4 *de Tr.*
z *cont Prax. c.* 13.

B Quæ ſit unctio ſeu oleum quo Chriſtus eſt unctus, magis dubium: conſtat autem non eſſe materiale ac externum, quo legimus unctos prophetas, reges, ſacerdotes, quæ Chriſto dignitates perfectiſſima quadam ratione conveniunt, ut in Commentario primæ Joannis Epiſtolæ docui, & hoc loco Thomas oſtendit. Chriſtos Chryſoſtomus in Pſalmo 104. *b* putat hoc loco Patriarchas intelligi, ut Abraham, qui ſpirituali oleo inuncti erant. Cyrus etiam à Deo ipſo Chriſtus vocatur *c*, ob regiam ſolam dignitatem: & quia deſignatus ab eo ad opus quod volebat. In Parabola demum lignorum quæ ſcribitur in libro Judicum *d*, habeatur ea iviſſe, *ut ungerent ſuper ſe regem*, quum ante Saulem nemo populi Hebræi Rex aut Judex oleo unctus fuerit. Unde & Chaldæus Paraphraſtes ibi, pro למשח *limſchoach*, *ad ungendum* reddit למכאה *lemannaah*, *ad præficiendum*. Immo qui dicitur ab Ezechiele *e cherub extentus*, rex nimirum Tyri; appellatur Hebraicè ממשח *mimſchach*, κεχρισμένος, quaſi dicas, *unctus*: nempe ad regnum, ut Chaldæus exponit, & ad maximam dignitatem evectus, & ſub typo dicti regis intelligitur de Lucifero, qui excellat inter Angelos dignitate, quia qui poſtea materiali oleo uncti ſunt Reges, in viros alios mutabantur, ut Saul *f* & David *g*. Unctio deinceps de illis dicta eſt, qui ſpiritu replerentur abſque oleo externo, quemadmodum, & apud nos id ſacrum unctionis abſolutè nominatur, in quo magis peculiariter dicitur communicari Spiritus Sanctus, ut & olim communicatus erat in Pentecoſte. Qua de re dixi Actum 2. Nomen quoque Chriſti aliàs docui retentum potiùs quàm Hebræum Meſſiæ cum alio Hebræo nomine *keſu*, ut intelligatur idem Salvator Gentium & Judæorum: quemadmodum eadem de cauſſa tradit Auguſtinus *h* ſimul retineri *Abba* & *Pater*. Egi præterea de unctione in Pſalmo 22. *i* docuique nonnullis videri, oleo ex terno unctos reges ac ſacerdotes tantùm, ita ut quod de Eliſæo ſcribitur *k*, de ſpirituali ſit accipiendum. Denique oleum externum deſignabat dicatas & quaſi ſacratas Deo perſonas, quas tangere nefas eſſet: Deminentem earundem dignitatem ſupra alias: illas excellere debere miſericordia, cujus oleum eſt ſymbolum. Legendi Cyprianus *l* & Chryſoſtomus *m*. Item ibi monui ſentire aliquos eodem oleo materiali unctos utroſque, quod alii minùs approbante eo quòd ſacerdotale vetetur aliis communicari putant diſpenſatum à Deo cum David, qui *oleo ſancto unctus* dicitur *o*, & eum Salomone, quia Sadoceum unxiſſe ſcribitur oleo quod *ſumpſit de tabernaculo* p; ſed hę rationes non convincunt.

Jam verò unctio Chriſti ſpiritualiter ſumpta, intelligitur à nonnullis de ſola declaratione ac manifeſtatione divinitatis & gratiæ unionis hypoſtaticæ, quod in baptiſmo Patris voce appellatus eſt *filius dilectus*, et columba Spiritum Sanct. repræſentans deſcendit ſuper illum *q*: ex eo verò tempore poſt jejunium cœpit prædicare, ac miracula edere. Indicat hoc quod Chriſtus *plenus Spiritu Sancto*, poſt Baptimum *regreſſus à Jordane*, & poſt jeju-

Oleum quo Chriſtus unctus eſt, quale.

a *de Trin. c.* 2.9.
b 1. *de ſide*, *cap.* 2.
c *verſ.* 15.
d *Iſa.* 45.1.
e *c.* 9.8.
f *c.* 28.14.
g 1. *Reg.* 10. *c.*
h *c.* 16. Chriſti & Jeſu nomen Abba Pater, curioſa tenta.
i *de Spir. & littera c.* 32.
k *ſer.* 13. *de vir. Apoſt.*
l *verſ.* 5.
m 3. *Reg.* 19. 16. Oleum externum, qui deſignaret. Oleum miſericordiæ ſymbolum
m *Serm. de unct.*
n *Hom* 1. *in Ep. ad Rom.* & Ep. 4. *in Ep. ad Phil.*
o *Ex.* 30.32.
p *Pſ.* 88.21. 3. *Reg.* 1.39.
q *Matth.* 3. 10.

jejunium *in virtute ſpiritus veniens Nazareth*, dixit impletam in ſe ſcripturam Iſaiæ. *Spiritus Domini ſuper me propter quod unxit me* a: præterea Petrus illis verbis b, *vos ſcitis quòd factum eſt verbum per univerſam Judæam, incipiens à Galilæa poſt baptiſmum, quod prædicavit Joannes: Jeſum à Nazareth, quomodo unxit eum Deus Spiritu ſancto & virtute, qui pertranſit benefaciendo, & ſanando omnes oppreſſos à Diabolo, quoniam Deus erat cum illo*. In hac ſententia Chryſoſtomus, Hilarius c, Ambroſius d, ponendi ſunt, quum tempus unctionis Chriſti ajunt fuiſſe tempus illud baptiſmi: nam natum Chriſtum Angeli *Salvatoris & Chriſti* quoque nomine appellaverunt e. Simeon etiam reſponſum acceperat viſurum ſe *Chriſtum Domini* f. Per hoc teſtimonium, inquit Hilarius, ſanctificatæ in Chriſto carnis unctio ſpiritalis virtutis cognita eſt. Potuit auctores opinionis movere ne cogerentur dicere cecidiſſe ſub Chriſti meritum ipſammet unctionem hypoſtaticæ unionis, ſicut præ ſe ferunt illa verba, *propterea unxit te Deus*, &c. Itaque juxta iſtos unctio & oleum eſt gratia unionis hypoſtaticæ: quatenus declarata eſt divino teſtimonio propter merita Chriſti in diligenda juſtitia & odio habenda iniquitate. Concordant Græci multi ac Latini ferè omnes, videlicet, unctionem conſiſtere in unione hypoſtatica: quam unctionem præfiguratam docet Auguſtinus tum in lapide quem Jacob unxit; g tum in regibus & ſacerdotibus, Prophetis, Hebræis, qui ſoli inter omnes aliorum populorum reges, ſacerdotes, prophetas ungebantur. Lege Nazianzenum h, Origenem i, Optatum k, Vigilium l, Juſtinum, in Tryphonem (qui de lapide quoque meminit quem ritè Jacob oleo inunxit) Petrum Damianum m, Cyrillum Alexandrinum n Athanaſium o, Damaſcenum p, Gregorium q. Thomas præterea explicat, ideo operatus es juſtitiam, ut Deus ungat te, & meruiſti non unctionem, ſed manifeſtationem ejus: quaſi ungi Chriſtum, ſit nominis ejus odorem famamque ſpargi, ac *pleum effuſum nomen ejus* eſſe r. Operationem juſtitiæ attendit præſertim in paſſione, manifeſtationem unctionis in exaltatione apud omnes populos credentes in eum: hanc exaltationem ait meruiſſe per paſſionem: denique notat in Scriptura dici aliquid fieri, quando innoteſcit. Athanaſius ſ reſpondet idem quantum ad manifeſtationem in Jordane, ſed unctionem vult conſiſtere in gratia ſanctificante, de qua dixerit Chriſtus t, *Ego ſanctificabo me ipſum*: non quòd, ut objiciebat Arius, & Euſebius, revera meruerit, ut filius Dei fieret, nimirum adoptione, qui citra etiam Incarnationem, non eſſet nec ſit naturalis & conſubſtantialis filius Dei. Atqui *ſanctificare* eo loco Joannis eſt dedicare ſeipſum ac veluti conſecrare & offerre. Hieronymus in commentario ſumit oleum exultationis pro gloria reſurrectionis, aſcenſionis, dominationis, qua velut oleo fuerit Chriſtus delibutus. Idem facit Eligius u. Auguſtinus propterea unctum dicit ad hoc ut diligeret juſtitiam, & odio haberet iniquitatem firmiter, & immobiliter, ut Athanaſius x quoque loquitur, & y Cyrillus Alexandrinus, quia ceteri homines cum primis parentibus declinaverant à juſtitia, ita ut qui tali modo dilexit Verbum Dei juſtitiam & odit iniquitatem, unctum fuerit, ut ſic in Chriſto qui Deus & Homo eſt; natura humana perfectam de Diabolo victoriam conſequeretur. Iſidorus z hanc appellat cœleſtem infuſionem, & virtutem Spiritus ſancti, qua fuerit conſecratus. Mihi placet per *oleum* vel etiam *unguentum* ex pluribus rebus compoſitum omnia quæ dicta ſunt intelligi: quum facile ſit proprietates materiales de quovis iſto ſpirituali demonſtrare, ut Ruffinus facit ac Thomas, aliique præſertim de Spiritu ſancto gratiaque ipſius. Rectè autem *exultationis lætitiæque oleum* dicitur, quia Orientales tempore lætitiæ ungebantur, ita ut promittatur *oleum gaudii pro luctu* a, qua de re dictum in libro Sapientiæ b. Eſt verò *gaudium in ſpiritu ſancto* c, & unus de fructibus ejus d. Oleum lætitiæ Ambroſius e ait Spiritum ſanctum dici, ut intelligamus nulli creaturæ tamquam humori miſceri, neque creaturam eſſe: & non corpus ungere, ſed intima cordis illuminare. Tali oleo unctum Chriſtum, quia non eguit externo ad fomentum vulnerum ſuorum & corporis fatigationem, quum faciat exultare morituros; triſtitia mundum exuat, mœſtæ fœtorem mortis aboleat. Tamquam oleum Spiritus ſanctus extat, & ſuperfertur f, & ſunt *miſerationes ſuper omnia opera* g: *ſuavis* eſt h: diffunditur i & communicatio vocatur k: fovet ac nutrit calorem charitatis tamquam *lampas ignis & flammarum* l: *inſpiratio* ejus lumen accendit, *datque intelligentiam* m: dolores lenit curatque: tali unguento inunctus alios tangendo ungit, ſubit ac penetrat, exhilarat & roborat. R. Salamon ſcribit cum R. Kimhi, *oleum exultationis* vocari, quia totus Mundus exultaturus eſt, quando Rex Meſſias unctus, electus, miſſu in Mundum à Deo fuerit. Id Angeli gaudium nato Chriſto annuntiaverunt n: ſic verò in Cantico o poſt *nomen effuſum ſicut oleum*, dicitur, *exultabimus & lætabimur in te*. Cyrillus Hieroſolymitanus p *oleum exultationis* dici docet Spiritum ſanctum quo Chriſtus unctus eſt, quoniam eſt auctor & cauſſa exultationis. Aio deinde, ſi *oleum* ſumas pro gratia ſanctificante & inhærente, Chriſtum præter unionem hypoſtaticam ea præditum fuiſſe, quamvis ad ſanctitatem & juſtitiam neceſſaria omnino non fuerit, ſed ſufficere potuerit dicta unio, ut communior habet ſententia, multoque minùs eguerit illa ut aſſumeretur humana natura ad unionem hypoſtaticam, ſed ut magis connaturali modo denominaretur ſanctus, & per connaturalem quaſi potentiam, opera gratiæ operaretur. Locum quidem iſtum Patres fere declarant, ſicut & Iſaiæ q quem expoſuit Chriſtus r, *Spiritus Domini ſuper me, propter quod unxit me*; & Danielis ſ, *Ungetur ſanctus ſanctorum*: & Petri t, *Unxit eum Spiritu ſancto & virtute*, de hypoſtatica unione, ſeu de divinitatis præſentia. Citat multos noſter Suarez u, qui etiam affirment nomen Chriſti impoſitum eſſe ex oleo quo formaliter unctus eſt; conſtat verò præcisè concepta unione hypoſtatica nomen id illi convenire; fuiſſe verò gratiam in Chriſto creatam habitualem & inhærentem, colligit ex hoc loco Athanaſius x, ut priùs dixi, dicens, Chriſtum gratiam accipere ut homo eſt, dare ut Verbum; & Cyrillus y Alexandrinus qui ſcribit hoc ſenſu nos, quod ait Joannes z, unctionem habere à ſancto, & hanc in Chriſto fuiſſe certum eſſe propter præſentem locum, & alios Petri in Actibus Apoſtolicis a, nos ea de cauſſa vocari poſſe Chriſtos, illum qui abſolutè nominatur Chriſtus, non eſſe tantùm Chriſtum, ſed etiam Deum. Eadem habet Euſebius b, Ambroſius c, Hieronymus, d, Auguſtinus e, & confirmat Ambroſius verbis Pſalmi myſticè acceptis de unguento, quod *ex capite Aaron deſcendit in barbam & in oram veſtimenti ejus* f, ideſt, ut placet Hieronymo g, de divinitate ad virtum perfectum Chriſtum, inde ad alios. Auguſtinus oleum inviſibile quo unctus eſt Chriſtus, non ætatis anno trigeſimo quum baptizatus eſt, ſed quando caro in utero Virginis eſt Verbo Dei copulata, quum famulus & præcurſor *ab utero matris Spiritu ſancto repletus ſit* h, tradit eſſe donum gratiæ, idque viſibili ſignificari unguento, quo baptizatos ungit Eccleſia. Plura idem Suarez i, ſtatuens hoc tamquam de fide, quod ſanè mihi quoque perſuadeo. Ex dictis ſequitur juxta valde communem ſententiam, propter unctionem tum hypoſtaſis divinæ, tum gratiæ infuſæ & actualis auxilii ſeu providentiæ divinæ, quæ debetur naturæ ſic ſuſtentatæ, ut nihil nunc dicatur de viſione beatifica, redditum Chriſtum impeccabilem: atque hac in re inter alias unctum fuiſſe *præ conſortibus ſuis*. Athanaſius & Cyrillus antea citati colligunt argumentum ex hoc loco, explicando de conjunctione divinitatis cum humanitate, negabat Apollinaris eſſe in Chriſto animam & voluntatem, ne cogeretur concedere peccati capacem: reſpondebat ei Athanaſius k, timendum non eſſe, quia per ipſam aſſumptionem naturæ humanæ ad hypoſtaſim divinam voluntas impeccabilis reddita eſt, Epiphanius l ait, ſi culpa inveniretur in humanitate Chriſti, refundendam in divinitatem, vel hanc in illa non habitare perfectè. Idem Apollinari quod Athanaſius, reſpondet Ambroſius m, Hilarius n tam id repugnare dicit, quàm ut Chriſtus non ſit Chriſtus. Plura colligit aliorum ad hoc teſtimonia Suarez o, aliique exponentes quæſtionem

a *Luc.*4.18. *& ſeq.*
b *Act.*10.37. 38.
c 11.*de Trin.*
d *in c.*1. *Ep. ad Hebr.*
e *Luc.* 2 11.
f *Ibid.* 26.
g *Gen.*28.18
h *Or.*2.*de fil. & alibi*
i 2. *Priarc. c.*5. *& l.*4. *c. ult.*
k *l.*4.
l *l.*4.
m *Serm.*34. *de S. Chryſ.*
n *Anath.* 7. *& theſ. c.* 2. *&* 30 *c. Iul.*
o *Or.*2.*c. Ar.*
p *l.*4. *c.* 60
q *l* 7.17. 61.
r *Cant.*1.3.
ſ *Or.* 2. *c. Arian.*
t *hom.*17.19
u *Hom.* 3.
x *Supra.*
y *Theſ. c.*1.
z *de Nat. c.*15.
Apud Orient. tempore lætitiæ ungimus.
a *Iſa.*61. 3.
b *c.*2.7.
c *Ro.*14. 17.
d *Gal.*5.25.
Oleum lætitiæ Spiritus ſanct.
e 1. *de Spir. S. c.*8.

15. tertiæ partis. Ratio eſt quam indicat Epiphanius & Ambroſius, quia peccatum tribueretur Chriſto, & denominaretur, peccans Deus, ſicut moriens. Et quamvis mors Deo repugnet formaliter, tamen per communicationem idiomatum non cenſetur abſurda prædicatio mori Deum, quia mors in ſe mala non eſt, poteſtque propter honeſtum finem quodammodo aſſumi à Deo, approbari, deificari: quæ dignitas non poteſt culpæ, quæ per ſe mala eſt, convenire. Accedit quòd quando plures naturæ, appetitus, voluntates componunt veluti eamdem naturam, pertinet ad ſuperiorem ut in officio contineat inferiorem, & ad id quod eſt honeſtum dirigat, ſi poſſit: ſicut in nobis ad appetitum rationalem, ut ſenſitivum. De peccato habituali non per proprium actum relicto, ſed originali etiam, ſi Chriſtus more ceterorum hominum conciperetur, idem ſentiendum, propterea quòd eo naturæ momento Verbum intelligeretur ſuſtentare naturam humanam, quo nunc quivis intelligitur ſubſiſtere: nemo autem peccatum originale contrahit, niſi jam in priore momento naturæ intelligatur ſubſiſtere. Tandem ſive loquaris de Chriſto, qui ordinario ceteris modo conciperetur, ſive de Verbo, quod ſuſtentatam ſuo creato ſuppoſito naturam, & habituali peccato infectam aut originali aut alio, aſſumeret, diſtruendo præcedens illud creatum ſuppoſitum, hypoſtaſis divina per ſuam præſentiam ſanctificaret ac deificaret dictam naturam, proindeque peccati maculam expelleret, afficeretque hominem illum Deo gratiſſimum, & cui deberetur gratia & gloria: atque, ut antè dictum eſt, repugnat etiam talem peccati maculam aſſumi, approbari, deificari; & cum tanto Dei amore talique gratia ac dignitate ſumma repugnat naturam habere in ſe unde ſit digna odio & cenſeatur Dei inimica. Immo quum ſpectet ad perfectam ſanctitatem alicujus perſonæ, non admittere ullam culpam, ſed expellere ſtatim ſi poſſit, quia non eſt expetenda per ſe, nec ad honeſtum finem poteſt referre, utpote intrinſecè mala, neceſſariò fit ut nec venialis quidem peccati maculam ſecum pati poſſit divinum iſtud oleum hypoſtaſis increatæ, quo natura humana ungatur. Sed & de habitibus vitioſis licèt formaliter non ſint peccata, multo longe probabilior opinio eſt quæ negat, quia nulla ratio bonitatis vel appetibilitatis in iis eſt: item quæ de qualibet ignorantia tum actuali, tum habituali, & de fomite, ſaltem quantum ad inclinationem in actus ita inordinatos, ut voluntariè haberi non poſſint abſque peccato. At de his magis accuratè in ſcholaſticis; abundè nunc ſatis pro inſtituto.

Mors Deo repugnat formaliter.

Si Chriſtus more ceterorum hominum conciperetur quid ſentiendum de peccato habituali.

Aliud eſt quod hinc etiam infert Damaſcenus *a*, citans Gregorium Theologum, Cyrillum Alexandrinum, Athanaſium, Chriſti nomen quod *unctum* ſonat, non convenire menti ſeu animæ, quæ, ut ſentiebat Origenes *b*, ante carnem ex Virgine aſſumptam, copulatam fuerit Deo Verbo, quia non ſunt antiquiores corporibus animæ, ſed quum in ejuſdem Virginis utero carne divinitate perfuſa ac delibuta eſt. Abſurdior hæreſis Photini ac Neſtorii, priùs hunc hominem fuiſſe, quàm fuerit Deus ſive unitus Deo; unde ſequitur, non veram incarnationem ſed unionem tantùm accidentalem fuiſſe. Refellit iſtam hæreſim inter alios Gregorius ad Epiſcopos Hyberniæ ſcribens *c*. Quòd autem hic tempore præterito dicatur, *unxit te Deus*, reſpondet Damaſcenus eſſe loco futuri, ut loqui ſæpe ſcriptura ſolet; ut *d*, *in terris viſus eſt & cum hominibus converſatus eſt*: item *e*; *ſuper fluminа Babylonis illic ſedimus & flevimus*; nec dum enim, inquit, hæc contigerant. Auguſtinus *f*, Maximino idem reſpondet. Idem produnt hiſtorici, ſuis duces in concionibus uſurpare, ut excitent milites; *Vicimus*, *ſi animo forti ſtrenuoque fueritis*. Porro etiam Auguſtinus refellit Maximinum, qui quum vereretur ne Spiritus ſanctus quo unctus eſt Chriſtus, major videretur homine Chriſto, quia qui ſanctificat, eo qui ſanctificatur major eſt, volebat *oleo exultationis* eam lætitiam ſignificatam, quia Filius exultaſſet cum Patre quando eſt condita creatura. Ipſemet Chriſtus, ut Deus, unxit ſeipſum ut homo erat, quovis modo ſumas unctionem pro dono creato. Sed non arbitror id bene probari verbis illis *g*, *Egoſanctifico meipſum*, ut contendit Martinus à Carcere; ſignificant enim quod ſe offerebat ſponte tamquam ſacrificium pro aliis. Refert Hieronymus *h* opinionem exiſtimantium complendam hanc prædictionem in mundi occaſu; quod videtur item Origenes *i* ſenſiſſe. Legendus quoque Fulgentius de unctione Chriſti ſecundùm humanitatem. Eamdem innuit Chryſologus *k*, & Cyrillus Hieroſolymitanus *l*: ſed ſecundùm divinitatem Athanaſius quem citat Euthymius *m*, ita etiam declarans *dilectionem juſtitiæ odiumque iniquitatis*, nimirum immobiliter; & ab eo qui Deus eſt, Verbum Patris, judex. Quæri poteſt, an quia *dilexerit* Chriſtus *juſtitiam & oderit iniquitatem*, unctus fuerit oleo illo, de quo hactenus egimus, poſito videlicet particulam *propterea* accipi ætiologicè & cauſaliter, non ut finaliter ſumitur; quaſi propterea ſit unctus ut diligeret juſtitiam, odioque haberet iniquitatem.

Utrum meruerit Chriſtus Incarnationem.

Senſus demum Quæſtionis eſt de merito. Utrum meruerit Chriſtus Incarnationem: quæ quæſtio extendi poſſet ad gratiam habitualem ſanctificantem. De gloria enim corporis, exaltatione nominis, ſalute noſtra, concedunt omnes ſub Chriſti meritum cecidiſſe. Uno verbo ſatisfaciendum Quæſtioni ſcholaſticæ, quòd anima Chriſti, vel humanitas, nec potuit etiam mereri electionem ſive prædeſtinationem ad Unionem hypoſtaticam: quia voluntas Dei & electio de unione hypoſtatica vel de gratia ſanctificante, quæ manat veluti ex illa, tamquam radix & cauſſa meriti, præſcientiam meriti ipſius antecedit: quemadmodum nulla perſona Angelica, vel humana totam prædeſtinationem ſuam poteſt mereri, immò propriè humanitas, vel anima meriti capax non eſt, niſi ut ſubſiſtens; nullaque forma accidentalis, potiſſimùm extrinſeca, nec habens intrinſecam & neceſſariam connexionem cum ſubſtantia, præcedit ordine naturæ ſubſiſtentiam, ſubſiſtentia autem animæ & humanitatis Chriſti à ſubſiſtentia Verbi, ideoque prius concipitur Chriſtus ſubſiſtens, & unio hypoſtatica jam facta, quam concipiatur meritum animæ, aut humanitatis. Nihilominus eſt probabile, Deum potuiſſe velle conferre humanitati gratiam unionis hypoſtaticæ, non abſolutè, ſed tamquam ſub conditione, atque cum quadam dependentia à futuris operibus, & ut in præmium eorum: & dicta unio quamvis præcedat tempore aut natura, non fit per modum gratiæ gratis aut ſine meritis, datæ; ſed per modum ſolutionis anticipatæ, quo pacto merita ut futura & prævisa executionem Incarnationis præcederent, & Chriſtus revelatam ſibi talem ordinationem acceptare potuiſſet, ac referre opera ſua ad illam implendam, & ad Incarnationem non obtinendam ſed ſolvendam. Valet exemplum Regis qui militi tribuat equum, & arma velut ſtipendium futuri laboris, præmiumque meritorum quæ ſunt futura, dicti equi & armorum adminiculo. At reipſa & de facto non meruit Chriſtus unionem hypoſtaticam per ſe ullo modo. Etenim ſcripturæ hoc donum ſimpliciter adſcribunt amori, pietati, gratiæ, benignitati, viſceribus miſericordiæ Dei *n*; & Gabriel nuntiavit Mariæ, fore ut *quod ex ea naſceretur ſanctum vocaretur Filius Dei o*. Communis quoque de re ſententia eſt, quam præcipuè Auguſtinus *p* explicat & probat. Si objicias verba præſentis loci, *dilexiſti juſtitiam, & odiſti iniquitatem propterea unxit te Deus*, &c. jam pridem reſpondi, exponendo etiam de incarnatione ipſa in ſe non de ſola manifeſtatione, non ſignificare cauſſam meritoriam, ſed finalem, ſcilicet ideo ſic unctum eſſe ut odio haberet iniquitatem & juſtitiam diligeret. Hilarius *q*, meritum quidem in verbis hujus loci agnoſcit, ſed ſine dubio intelligit de merito quod jam exiſtens Chriſtus habuit, ac ſecundùm ea quæ cadere potuerunt ſub meritum ipſius. Conſequens & poſterior inquit *r* cauſſa numquam refertur ut prior ſit, quia meruiſſe, aliquid poſterius eſt, quam eſſe qui poſſit mereri: mereri enim ejus eſt qui ſibi ipſe meriti acquirendi auctor exiſtat. Illum alium ex Apocalypſi *ſ* locum, *Dignus eſt Agnus qui occiſus eſt accipere divinitatem*, quaſi cauſſam denotet occiſionem ob quam divinitatem accipere meruerit, exponunt paſſim quantum ad manifeſtationem divinitatis quam per paſſionem Chriſtus meruit. Quamquam textus Græcus pro *divinitate* habet *divitias*, πλοῦτον, exceptis paucis libris.

Reipſa & de facto non meruit Chriſtus unionem hypoſtaticam per ſe.

De

a l. 4. c. 6.

b 2. Pet. c. 6. Non ſunt antiquiores corporibus animæ.

c lib. 9. epiſt. ep. 61. Præteritum pro futuro.

d Bar. 3. 38.

e Pſ. 136. 1. f 3. conf. Maximin. c. 16.

Maximinus ab Auguſtino impugnatus circa unctionem Spiritus ſancti in Chriſto.

g loa 17. 19. Loci Joannis expoſitio.

h l. 1. conf. Celſum. *i* 3. ad Thraſymund. c. 13. & 14. & lo. ad Ferrandum Diac. reſpon. 3. *k* Serm. 150. *l* Catech. myſtag. 3. *m* 1. p. par. to 2.

n Joan. 3. 10. Ep. 2. 4. Tit. 3. 4. Lu. 1. 78. *o* Luc. 2. 35. *p* de prad. ſa. c. 15. de bono perſever. c. ult. de cor. & gra. c. 11. 13. de Trin. c. 17. l. 15 c. 16. Ev. c. 36. & 49. tr. 2. in Ioa. 94. de Trin. l. 11.

q in Pſ. 118. Reſ. 18. *r* l. 3. de Trin. c. 11. *ſ* c. 5. 12. Loci Apocalypſis expoſitio.

De gratia habituali ſanctificante in Chriſto.

De gratia habituali ſanctificante, quam nonnullos dixi per *oleum lætitiæ* accipere, videtur æquè certum, ut de unione hypoſtatica, de facto ac de re ipſa, non eſſe Chriſto datam propter meritum ipſius, ſed ut connaturalem proprietatem ex ea manantem: ſive propter valde congruentem rationem ut una cum illa adeo magna & hæc efficienter communicetur à Deo. Hieronymus *a* citans Francofordienſe *b* Concilium, docet differre nos à Chriſto, quòd hic per naturam, quia in illo plenè fuit divinitas; nos per gratiam uncti ſumus. Baſilius *c*, naturalem ait Chriſto unctionem olei Spiritus ſancti gratiæque, & proprietatem ad boni proſecutionem atque ad iniquitatis fugam: ceteros labore ac exercitatione hæc aſſequi. Denique omiſſis plurimis tum ſcripturarum aliarum, tum Patrum teſtimoniis, perſuadet paullo antè indicata ratio quoniam Dei Filio debetur maxima perfectio participatioque ſummorum donorum Dei, qualis eſt gratia, & habitus operativi virtutum, ſcientia, gloria, &c. præterea quia non ſolum unio hypoſtatica, ſed gratia quoque habitualis in Chriſto principium meriti fuit, ideoque non magis ipſa ſub meritum Chriſti cecidit, quàm illa; ne actu ſupernaturali operatus eſt umquam, niſi per proportionatum, ut ita dicam, & connaturale principium ejus qui eſt habitus ſupernaturalis, & idcirco non meruit per talem actum qui eſſet prior tali habitu. Ad oleum gratiæ revocantur habitus alii infuſi, tum verò ſcientiæ, quam Joannes *d* appellat unctionem docentem; quod oleum conferri poſſet cum eo quo clypei ipſi ungebantur, ut colligitur ex clypeo Saul *e*: & quod Iſaias *f* dicit, *ſurgite arripite clypeum*. Hebraicè eſt, *ungite*: ut ibi notant Vatablus, & Clarius. Spectari demum poteſt in hoc epithalamiali Pſalmo uſus olei non infrequens nuptiis.

Alia reſtat dubitatio loci hujus qui propter celebritatem ac difficultatem nos tamdiu detinet, quos intelligat David participet ſive conſortes, præ quibus aſſerit *oleo lætitiæ unctum* Chriſtum: quæ verba Paulus *g* etiam recitavit. Satis communis expoſitio eſt comparare voluiſſe cum iis qui ungebantur in vetere Teſtamento materiali oleo & externo, præſertim cum regibus, quia rex appellatus erat paullo antè Chriſtus, qui & κατ' ἐξοχὴν nomine Κριστὸς & משיח *meſchach*, vocatur, & ut Lactantius *h* teſtatur, in quibuſdam Græcis ſcripturis quæ malè de Hebraicis interpretatæ erant ἠλειμένος, ideſt, ungendo curatus, ſcriptum inveniebatur, ἀπὸ τῶ ἠλεῖφθαι, quamvis utrolibet nomine rex ſignificetur. Sed placet potiùs cum Hieronymo *i* & aliis, ut ſit comparatio cum omnibus qui habeant cum Chriſto communionem, non modò naturæ humanæ, ſed etiam gratiæ, quam ejuſdem rationis per ſe eſſe multo probabilius eſt. Participes Chriſti factos nos Apoſtolus *k* ſcribit; *ſi tamen initium ſubſtantiæ ejus uſque ad finem firmum retineamus*: & unctionis ſuæ vocabulum nobis Chriſtus tribuit, inquit idem Hieronymus, ut ab *uncto* vocemur *uncti*, ideſt, à *Chriſto Chriſtiani*. Homo ſimilis nobis *& in ſimilitudinem factus* l; & qui *quia pueri participaverunt carni & ſanguini, & ipſe ſimiliter participavit eiſdem* m; dedit de ſpiritu ſuo, fecitque ut *de plenitudine ipſius* acciperemus *n*, cui non *ad menſuram* datum fuerat *o*. Dicere Chriſtum poſſis in candelabro Eccleſiæ aureo lampadem ſuper caput ipſius, unde infundatur oleum ſeptem lucernis & infuſoriis ipſarum, atque juxta lampadem duas olivas ſpicalve illarum *p*, ideſt, duplicem dignitatem regalem ac ſacerdotaſem. Sicut David ter unctus eſt, ſic quodammodo Chriſtus, quemadmodum in Pſalmi 26. titulo declaravimus. Major gratia Chriſti abſque comparatione quàm omnium fuit, at à primo conceptionis inſtanti ſimul totam accepit, poſtea illius dumtaxat manifeſtatio major & major ſucceſſu temporis, ac ut ſe varia obtulit occaſio, facta eſt. Hieronymus *q* de oleo loquens leproſi *r* & prophetæ, ſacerdotis regis, dicit qui ungatur illo quod *exultationis* hic dicitur, unum cum Deo ſpiritum effici: & ubi Pater ac Filius eſt, ibi etiam illum eſſe futurum: hoc tamen rarum eſſe, & in hujuſmodi Chriſtorum ſalutem egredi de loco ſuo Deum. Propria quadam ratione hominis Chriſti participes conſorteſque dici poſſunt, & Chriſtus propter homines etiam exteriùs unctos vocatur, *Rex regum & Dominus dominantium f*, & non tantùm quia præſtantiſſimus omnium qui materiale regnum habeant. Unde quod Pſalmo 109. 3 legimus, *Tecum principium*, &c. vertunt alii, *populus tuus princeps ſpontanei, in die virtutis*, ſeu fortitudinis, ideſt, crucis, ſicut Cineas Pyrrho dixit de Roma vidiſſe ſe civitatem regum, & Iſaias *u* *negotiatores* Tyri eſſe *principes*. Quum autem gratiæ Angelorum idem Chriſtus cauſſa fuiſſe credatur, quæ pariter ejuſdem rationis cum noſtra eſt, poteſt de Angelis quoque intelligi, quum dicitur Chriſtus unctus *præ conſortibus* ſive participibus ſuis. Innuit id ſanè Paulus *x*, dum ut ante ferat Angelis Chriſtum, profert hunc locum, & de Angelis alium ex Pſalmis *y*, ubi habetur, *qui facit Angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos flammam ignis*. Hugo Cardinalis in epiſtolam ad Hebræos, explicat per *conſortes* tum homines tum Angelos, qui partem gratiæ accipiant, Chriſtus plenitudinem, Cajetanus hoc loco exponit de univerſis creaturis intellectum habentibus, quamvis *oleum* ſumat pro unione hypoſtatica. Placet etiam Eugubino, & Agellio extendi ad Angelos, favetque Athanaſius *z*. Hoc pacto dici poteſt omnes *in odorem unguentorum* Chriſti cucurriſſe *a*. Sicut ergo ait Origenes *b*, aliud eſt unguenti ſubſtantia, aliud odor ejus, ita aliud eſt Chriſtus, & ejus participes. Alluſio eſt ad electos in reges inter plures alios, ut Sauli contigit & David. Ritus porro uſurpandi olei in inauguratione regum viget apud aliquos Chriſtianos ſacramque de cœlo ad Francorum unctionem ampullam miſſam nemo eſt qui ignoret. *Electus* eſt hic *dilectus ex millibus c*, aut juxta verſionem aliam ex Hebræo, *Vexillifer*, ſeu vexillatus, hoc eſt, adeo inſignis ac ſi vexillo demonſtraretur, vel præ ſe ferret vexillum. Idcirco etiam ſolet appellari *puer Dei electus d*, *& Chriſtus Dei electus e*, quaſi elegerit Deus in ipſo cunctos non homines modo ſed Angelos etiam; quos, & Paulus *f* nominat *electos*. Hinc infert Virgilius *g* Verbi naturam unctam non eſſe, quia conſortes ſecundùm ſe habere non potuit. Quod Argumentum facit etiam Hieronymus *h* & Ambroſius *i*. Cyrillus Alexandrinus *k*, colligit conſortes, & participes intervallo penè immenſo, differre ab eo qui excellenter Chriſtus dicitur, ita ut etiam dicatur Deus, quum alii Chriſti vocari poſſint, & eorum matres χριστοτόκοι, at non θεοτόκοι. Lege quoque Rupertum in Apocalypſis initium. Cyrillus *l* Hieroſolymitanus chriſmatis ſacramentum docet eſſe hoc *oleum exultationis*, quo nos qui Chriſti ſumus conſortes participeſque, ungimur: & quemadmodum panis Euchariſtiæ poſt Sanct. Spirit. invocationem non ampliùs eſt panis communis, ſed eſt Corpus Chriſti, ſic & ſanctum hoc unguentum non ampliùs eſſe unguentum nudum neque commune, poſtquam jam conſecratum eſt, ſed eſſe chariſma Chriſti, quod adventu Spiritus ſancti per ipſius divinitatem energiam habet; quo frons & alii ſenſus ſymbolicè inunguntur; & corpus quidem iſto viſibili unguento perungatur, anima verò ſancto vivificoque Spiritu ſanctificetur. Optatus *m* innuit hoc oleo deſignatum oleum chriſmatis, quemadmodum & per deſcenſum Chriſti in aquam, baptiſmum, illud aliud ſacramentum per teſtimonium Patris ungentis, & ſpirituale oleum in imagine columbæ mittentis, ex quo inſidente ſuper caput, & eum perfundente, cœperit dici Chriſtus, & pro manuum impoſitione vox ejuſdem Patris fuerit. Ad eumdem modum poſt aquæ lotionem, olei Ezechiel *n* unctionem ſubjungit, tum ornamenta alia ſimilia his quæ adduntur etiam in hoc Pſalmo. Cyprianus *c* item locum iſtum eadem ratione accipit, multa differens de oleo, appellanſque omnes Chriſtianos propterea quodammodo ſacerdotes: præterea Hilarius *p*. Poſſet vero vitta linea qua frons cingitur, videri diadema, quod nil aliud olim propriè erat. Aliud eſt oleum infirmorum, de quo Jacobus *q* & Marcus *r* narrant eo uſos diſcipulos ad curandos infirmos: Chriſtus quia totus unctus manibus unguento divino delibutis ac ſacratis, immediatè curabat, is quem inveniens Deus, ideſt, eligens, *oleo ſancto ſuo* unxit *ſ*: & ut *olivam fructiferam* poſuit *in domo ſua t*: & *olivam ſpetioſam u*: alios ut *olivas novellas* x: & *quaſi olivam* conſtituit *gloriam ejus y*: ſecundùm dignitatem prophetalem, regiam, ſacerdotalem. Macarius *z* ſenior Ægyptius ſcribit quemadmodum ab igne accendantur

a *ep.* 140.
b *ep. ad Epiſc. Hiſp.* Chriſtus per naturam, nos per gratiam uncti ſumus,
c *hoc loco*.
d *Isp* 2.20. c2. *Reg.* 1.21
e 1.22. 5.
f 1.22. 5.
g *Hebr.* 1.9.
h *l.* 4. *c.* 7.
i *ep.* 140.
k *Heb* 3. 14.
l *Phil.* 2. 7
m *Heb.* 2. 14.
n *Ioan.* 1. 16.
o 1 3. 34.
p *Zach.* 4. Chriſti gratia à primo conceptionis inſtanti tota fuit: ſed ſucceſſu temporis major ac major manifeſtata.
q *in* 2. *Mar.* 1. *Levit.* 14.
r
ſ *Apoc.* 19. 16. 1.
t *Verſ.* 3.
u *cap.* 73. 8.
x *Heb.* 1. 6. *& ſeq.*
y *Pſ.* 103. 4.
z *Ser.* 2 *cont.* Arian.
a *Cant.* 1. 4.
b 2. *Periarc. cap.* 6. Ritus uſurpandi olei in inauguratione regum.
c *Cant.* 5. 10
d *Iſa.* 43. 10
e *Luc.* 23. 35
f 1. *Tim* 5. 21
g 4. *cont. Eutbym.* Verbi naturam non eſſe unctam ex hoc loco illatio.
h *huc.* 61. *Iſ.* 11. *de fide c.* 2
k *Ep. ad Solitariam vitam agentes.*
l *Catech. myſtag.* 3. Nudum ſanctum unguentum poſt conſecrationem quale.
m *lib.* 4.
n *cap.* 16 9.
o *unde unctione chriſmatis.*
p *in Pſ.* 131. Oleum infirmorum.
q *cap.* 5. 14.
r *cap.* 6. 13.
ſ *Pſ.* 88. 21.
t *Pſ.* 51. 10.
u *Eccl.* 24. 19
x *Pſ.* 127. 3.
y *Oſe.* 14. 7.
z *Hom.* 43.

duntur, & lucent multæ lucernæ, & lampades ardentes: ita Christianos accendi, & splendere ab unica natura ignis divini Filii Dei; & causam cur cognominetur *Christus*, ait esse, ut eodem oleo, quo ipse unctus est, nos etiam uncti, fiamus Christi ejusdem substantiæ, unius que corporis, quoniam, ut scribit Apostolus *a*, *qui sanctificat, & qui sanctificantur ex uno omnes b*, nempe ex Adam (ut etiam idem dicit in Actibus Apostolorum *c*, quod *fecit Deus ex uno omne genus hominum,*) & ejusdem naturæ, ac ex eadem stirpe, quo pacto fratres Christi sunt homines, non Angeli. Subdit Macarius idcircò Christianos esse similes lucernis habentibus in se oleum, hoc est, fructus justitiæ; ac nisi accendantur in eis lucernæ à lucerna Numinis divini, nihil esse; Dominum fuisse ardentem lucernam propter spiritum divinitatis substantialiter in ipso manentem, & incendentem cor illius secundùm naturam humanam.

Christus cur id cognomen assumpserit.
a *Heb.* 2. 11.
b *Heb.* 2. 11.
c 2. 17. 26.

Christianismi definitio.
d *Hom.* 10. *in Hexam.*

Christianismum definit Basilius *d* similitudinem Dei, quantum possibile est humanæ naturæ per omnes virtutes, & maximè per charitatem (hujus oleum symbolum est) quam super omnia Dominus Jesus Christus docuit, & commendavit.

Oleum charismatis symbolum.

Clemens *e* Alexandrinus adversus unguentorum, & coronarum disputans abusum, negat Christianos olere unguenta debere, sed vitæ probitatem: fœminas spirare oportere Christum, qui est regalis unctio, divinam pudicitiæ unctionem, sanctum unguentum Spiritus: hoc unguento ipsum quoque Dominum unctum, sicut hic scribitur. Vultures, & scarabæi sunt, quibus hæc non placent unguenta, sed eorum odore pereunt. Scribit etiam Hilarius, oleum istud, quod Græca voce *myron*, idest, *unguentum*, vocat, & de sacramento chrismatis videtur intelligere, omnes fœtentes odores, & immundos cordium spiritus extinguere, & per hoc Sacramentum unctionis infusæ omni terrenorum, ac sordentium ultionum nostrarum (aliàs, vitiorum nostrorum) fœtore deterso, Deo jam quod suave est, nos spirare, atque *Christi bonum odorem esse Deo, in omni loco f*. *Oleum* cavendum *peccatoris ne impinguet caput* nostrum *g*, ut admonet Hieronymus *h*, comparans cum isto, *numquam deficere debet oleum*, & pinguedo *de capite* nostro, & anima *i*, lætitiæ spiritualis, & devotionis: unde etiam sequitur; ut *labia exultationis* in laudes Dei esse applicent: non id quo unguentis nos Christi ungamus caput pedesque, per opera misericordiæ. Hoc oleo impinguatum Joannis Apostoli caput erat *k*, cujus in alios charitas tanta, *oleum* illud *peccatoris*, idest, adulatio, & quævis profana sapientia, non potest *exhilarare faciem l* intellectus nostri, nos etiam pugiles, & aliptas fortiores alacriores reddit. Eo delibatus Laurentius tamquam sacrificium simile in craticula *m* præ plurimis consortibus martyribus hilarior in tormentis fuit. Abusi sunt Lutherani hoc similibusque locis, ut confirmarent, omnes Christianos esse sacerdotes, quoniam dicuntur omnes consortes participesque Christi uncti, & unctionis oleique ipsius, omnes fratres ejus qui Sacerdos erat. At *unctio*, & *oleum* spiritualiter, ac invisibiliter hic sumitur, & fratres non naturales, sed adoptativi, Christi sumus.

Unguentorum & coronarum abusus.
Fœminæ unguenta spirare debent. Vultures bonorum unguentorum odore pereunt.
e 2. *Ped.* c. 8
f 2 *Cor.* 2. 15
g *Ps.* 140. 5. *Prov.* 16 *Eccl.* 9. 8.
h *Ep. ad Eustoch.*
i *Ps.* 62. 6. *Eccl.* 9. 8.
k *Ps.* 22. 5.
l *Ps.* 103. 1.
Laurentii martyrium.
m *Serm.* 7. *in Levit.*
Lutheranorum abusus ex hoc loco

Apulchrum ut sponsum. Confer descriptionem istam cum Aetonis pictura, de qua Lucianus *q*, in qua scitè admodum expressit nuptialem thalamum Alexandri cum Roxane astante uxore, cumque multis formam Cupidinis gerentibus, & Hephæstione qui nitebatur Hymenæo. Deprehendes longè meliorem, & honestiorem diviniorem nostri vatis descriptionem. Sub hac figura intelligitur multiplex virtutum, doctrinæ, miraculorum, gratiarum Christi odor spirans, ac manans ab assumpta natura humana, quæ divinitatem ejus tantam vestis circumdat, & prodiit ex Virginis utero tamquam ex eburneo candidissimo vel palatio vel vasculo. Comitatus quoque filiarum regum, sive easdem dicas odoramentorum vascula custodivisse, & regis vestes iis infecisse, sive non, sed secùs sim quod de illis dicitur à priore versus parte accipias; fideles animæ sunt, nec non provinciæ, regnaque ad Christi fidem aggregata, & quasi regenerata per prædicationem Apostolorum, & aliorum, quæ ad condecorandum regis hujus regnum præsto sunt, ut ejusdem jussa omnia exequantur. Primatum verò tenet tamquam specisior, magis amata, proximè conjuncta, regni maximè particeps, Gentilium Ecclesia, exornata pulcherrimo vestimento charitatis ardentissimæ, qua libens pro rege oppetat mortem, atque egregiis virtutum ceterarum ornamentis condecorata.

Aetonis pictura flo xanes cum Alexandro nuptię.
q *in Heroëto.*

Accommodantur & ista ad B. Virginem, nec uno etiam modo ad id quod diximus, ut singula perpendendo videbimus. Sed nego Origeni *r*, ista dici ad sponsam sensu litterali: ad sponsum namque dicuntur, ut antecedentia, & consequentia demonstrant. Illam quoque sequuntur alii sententiam, ut Soto major *s*, qui tamen *t* aliquando affirmat de sponso. Enumeratio tot aromatum, quibus imbutæ vestes essent, & delectationem afferrent, explicat quid sibi voluerit *oleum lætitiæ* antea commemoratum. De vario genere unguentorum egi aliàs, legique Pradus noster potest in c. 23. Ezechielis.

Sensus accommodatitius.
Origenes refutatus.
r *Hom.* 2. *in Cant.*
s *in c.* 1 *Cant. tit. & in c.* 4

Myrrha.) Chaldaicè, *myrrha tenuis* מוראכיא *morachia*, quamvis Nebiensis legat simplex, ac solum *myrrha* nomen. In odore myrrhæ Didymus, Basilius, Theodoretus, Hesychius, Chrysostomus, Euthymius, Nicephorus, Hieronymus, Cassiodorus, aliique tum Græci tum Latini mortem Christi observant, eo quòd condiendis myrrha cadaveribus inserviat; simul, & mortificationem carnis atque passionum nostrarum. Nomen Hebræum מר *mor* reddunt aliquando LXX. σμυρνη, quæ hic ponitur secundo loco, ut in Cantico *u*, *fasciculus myrrhæ*, &c. ἀποδεσμὸς τῆς σμυρνης, licèt, ut ibi testatur Theodoretus, *myrrham* dixerint Aquila, & Symmachus. Ibidem exponunt aliqui, *olfactoriolum myrrhinum*: alii meliùs, juxta vim vocis Hebreæ צרור *tseror*, *panniculum*, *quo quid involvitur*, quam explicans eumdem locum, vocat *colligationem* Ambrosius *x*: *fractem* verterunt LXX. quæ Latinè *gutta* est, quia myrrha distillata, & colliquescens ceu in guttas, guttæ generale alioqui nomen per excellentiam retinet. Quocirca existimant nonnulli *y* hoc loco *myrrham*, & *guttam*, non res specie differentes significare, sed myrrhinam guttam. Refellit *z* R. Aben-Ezra meritò illos, qui nullum statuebant *myrrhæ* discrimen à *musco*, quam opinionem non refutat Valentia, sequiturque Arias. Basilius (qui, errore, Dydimus in catena dicitur,) docet, *guttam* esse myrrhæ tenuissimam partem, & fluidam; quæ crassior pars remanet, *myrrhæ* retinere nomen: & descensum Christi ad inferos (dicerem potiùs in sepulchrum, quoniam gravitas animæ nulla, sed corporis) *gutta* designari, quia omnis gutta ad imum descendit; *myrrha*, crucem. *Myrrha guttam*, gummi veluti pinguedinem, & lacrymam appellant Physiologi, quæ ex arbusculæ illius in Arabia nascentis aut sponte, aut ex corticis quasi vulnere defluit, maximè Theophrastus *a*, Plinius *b*, Dioscorides; *c* ac de eodem præterea legendi Athenæus *d*, Beroaldus *e*, Baronius *f*, qui Michaelis Mercati citat opus de fossilibus, in quo affirmet etiam videri, eamdem esse myrrham cum eo quod vocabularia, voce *benzui* nominant, vel *benivi*. Copiosiùs disseruit noster Raderus *g* de murrhinis seu myrrhinis, Gretseri quoque nostri citans de argumento eodem nondum evulgatum tractatum, ut vasa sunt, non ex arbore, sed lapide myrrha, vel murrha. Verùm nil hoc ad

Didymi & aliorum observatio in odore myrrhæ.
u c. 1. 13.
x *in Ps.* 116.
y *Soto major supra.*
z *in Can.*
Myrrhæ discrimen à musco.
Myrrhæ gutta.
a 9. *hist. plant. c.* 4.
b 12. *c.* 15. & 16.
c 1. *c.* 72. & 74. 75. 77.
d *l.* 15.
e *in l.* 2. *Apuleji. tom.* 1. *ann. gin* 14 *Mar. pag.* 103.

Vers. 9.) Myrrha, & gutta, & casia à vestimentis tuis, à domibus eburneis; ex quibus delectaverunt te.

Vers. 10.) Filiæ regum in honore tuo.

Astitit regina à dextris tuis, in vestitu deaurato, circumdata varietate.

LAudatur idem Rex à vestium ornatu, splendore, fragrantia, ob omnis generis aromata pretiosiora: (est enim *odor unguentorum* illius *super omnia aromata n*) & ab obsequio regiarum puellarum; inter quas una præ ceteris magis chara, aliarumque regina, & primaria Regis conjux, ad ejus locata dexteram in aurea veste variè elaborata. Debentur nuptiis ornamenta pulcherrima jucundissimaque ita ut ipsamet solis pulchritudo eximia quum sponsi comparata sit ornamentis *o*, & montem Sion Paraphrastes in Psalmo 47. *p* appellet

n *Cant.* 4. 10
o *Ps.* 18. 6.
p v. 3.

ad rem noſtram. Hac arboris lacryma mulieres pendula pretioſa vaſa à collo geſtantes ad ubera implebant, quæ vocabantur nomine Hebræo ביהנפש *beth nephes*, *domus animæ*, ab interprete, *olfactoriolum*, a Græcè καδοφυλάκιον: proderat namque multùm cordis imbecillitati teſte Athenæo *b*, ſi ea pectus inungeretur. Ait quoque tam multa ex ea, unguenta olim facta, ut omnia in genere appellarentur μύρα καὶ σμύρα. Convivas etiam conſtat coronaſſe myrrhino caput unguento. Tantus odor, adeoque fragans myrrhæ erat, ut labia ſponſi comparet ſponſa cum liliis (non albis, ut nec alba labia, ſed ſanguineis purpureiſque qualia in Syria ſcribunt naſci Dioſcorides *c*, Plinius *d*) quæ diſtillent myrrham primam, Hebraicè, tranſeuntem, ideſt, probatiſſimam, (quo pacto pecuniam nominant, aut currentem) vel quia ſe citò valdeque diffundat in omnem partem, propter ſubtilitatem. Equidem non facilè credo myrrhatum vinum propinatum Chriſto dulce fuiſſe, multominus ex pretioſo myrrhino vaſe, quidquid contradicat Baronius *e*; quam quæſtionem breviter, ſed ſatis exactè attingit in ſpeculo Mariano noſter *f* Delrius. Nec forſan verum quod quidam de more tradunt apud Hebræos, morituris reis præbendi conditum vinum, quia Joſephus, Philo, quiſpiam vetuſtior Hebræus aliuſve de Patribus orthodoxis meminiſſet: nec ſi mos hic fuit, Chriſto præbitum potiùs eſſet, quàm latronibus: aut in Chriſto ſervatus non eſt, qui conſolantem ſe nullum invenit *g*, diriuſque præter morem tractabatur: aut incorruptum aliis ad roborandum, illi ad vexandum oblatum amaricatum. Præſtat dicere, vinum myrrathum, de quo Marcus *h*, non id cenſendum quod vaſe myrrhino ſeu murrhino admodum pretioſo calefacto contineretur; quis credat adeo exquiſitè habitos cruciarios? non quod myrrhina dicebatur, inter delicata dulciaque numeratum; Illud ipſum myrrhatum quod obtulerunt Chriſto, ſentiunt amarum fuiſſe, qui ſcribunt in Matthæum Hilarius, Hieronymus, Euthymius, hicque etiam in Pſal. 68. & in Marcum Theophyl. Beda, & in Lucam Ambroſius: præterea Auguſtinus *i*. Injecta in potum vini cum felle *k* myrrha eſt, ad amaritiem illa, hæc ad conciliandum ſoporem, & hebetandos ſenſus, ac obtendendum dolorem; qua de vi myrrhæ catapotorium medici *l*. Guſtavit Chriſtus propter amaritiem, non accepit ſeu bibere noluit, hoc eſt, in ſtomachum dimittere, ut vividiores dolori ſenſus conſervaret: non etiam labris, & lingua delibaturus, ſi dulcis potus fuiſſet. Et ſunt qui dicant ebibere noluiſſe, quia fel quod Pſalmo 68. *m* מאר *ros* vocatur, venenatum erat, & cruce non veneno mori volebat: Hoc obiter de graviore quæſtione: inſtituto noſtro ſervit ſolus myrrhæ odor, qui haud ita ſemper in aromatibus eſſe cum ſuavi ſapore gratus ſolet. Qui in myrrha Chriſto à Magis oblata, ſepulturæ ipſius myſterium obſervant, quod omnes fere faciunt, notant etiam, ut nominatim Chryſoſtomus *n*, odorem ſuaviſſimum, ac divinum, quo fragravit illa toto orbe. Auctor Eccleſiaſtici *o* *myrrhæ electæ* tribuit *ſuavitatem odoris*. Ferunt, reflantibus, veris initio, Aquilone Auſtroque, myrrham ſponte exſudare, quam vocant *myrrham primam electamve*, ut dixi, deinde agricolas eamdem ferire, & convulnerare, aut circum ignem accendere, ut copioſius fluat; quam *ſecundam* appellant *myrrham*. Belle id Chriſtum quadrat, quem ſponſæ invitavit in hortum amor *p*, vere ineunte, & fluxit, ac manavit ultro ſudor ſanguineus, quum irruit velut geminus in eum ventus vel peccatorum Mundi, atque iræ Patris, vel peccatorum populi Gentilis, & Judæi. Vincula, raptatio, flagellatio, ſpinea corona, impoſita humeris crux, renudatio ad crucifigendum, clavi, poſtremo lancea, quaſi injecto igne impactiſque vulneribus, uberiores adhuc myrrhæ iſtius guttas elicuerunt, & expreſſerunt: ut non ſolæ manus diſtillaverint, & digiti myrrha pleni fuerint, ſed corporis partes omnes nulla dempta. Innuuntur hæc ſatis à Valentia. Eamus nos, veſemurque jugiter in monte myrrhæ, hoc eſt, in Calvariæ monte, quem poſſumus nominare Moria, quæ vox poteſt ſignificare myrrham Domini.

Et gutta.) Hieronymus, *ſtacte*: quo Lucretius *q* nomine utitur, ut & Plinius *r*, *ſtacten myrrhæ*: Hebraizantes, *aloe*, *Stacte* è voce Græca στακτὴ ſumpta: *aloe* ex Hebræa אהלות *ahaloth*, cui Chaldæa ſimilis אקסיאלואין *akſo aloin lignum aloes Gutta*, & στακτὴ generale nomen eſt, ut antea docui, à στάζω, *ſtillo*, ſumiturque pro lixivio etiam colato è quovis cinere, quaſi ſtillatitium dicas: præterea pro calce, ſed accommodatur ad id quod in myrrha liquidiſſimum eſt poſt confuſionem, & reſolutionem, quem *florem* appellat *myrrhæ* Hieron. *f*, ita ut quod ſubſidit *myrrhæ* nomen habeat: ex arbore item id quod decidit in ſubjectam arenam, concreſcitur inſtar thuris in grumos, *myrrha* nominatur. Vocant aliqui *ammoniacum* ferulæ guttam, quaſi ab arenis, quæ ἄμμοι dicuntur, vel à Jove Ammone. Eſt etiam aloe, gutta, liquorque lentus. Unde fortaſſis per *guttam* ſeu *ſtactem* LXX. *aloem* intelligi voluerunt, ut omnino diſtinguerent à myrrha, idque ut differt ab ea quæ ad medicinas vulgo adhibetur. Nominatur quoque Græcè ξυλαλόη, quam vocem Chaldæus antea citatus imitari videtur, aliter ἀβαλλοχὸς. Putant R. David, & R. Himmanuel, & Valentia, eſſe genus aromatis, quod Arabicè vocant צנדל *tſandal ſandalum*, non autem farris Gallici genus, de quo Plinius *s*. R. Abraham refert alios exiſtimantes genus aromatis quod in mari, ac inter piſces reperitur. *Ambram* fortaſſis dicere volebant, R. Mardochai confundit cum myrrha. Alii, ut refert Bredembachius, vocant *citrum*: vel apud Trevetum, cinnamomum, vel reſinam; Nebienſis vertit *ſtoracem*, quem *ſtyracem* vocat Dioſcorides, & alii. Stapulenſis alios ſcribit intelligere picem, ſuccumve balſami, qui & opobalſamum dicitur. In c. Cantici *u* pro duabus vocibus cum conjunctiva particula מר ואהלות *morus ahaloth*, *myrrha*, & *alo*. Græcè habetur, σμύρνα ἀλόη. Chald. *myrrha munda*, & *ligna aloes*. Sed acquieſcamus hic pluribus, in re maximè, quæ, ut Hieron. *x* univerſè præcipit, nihil immutat de ſenſu.

Et caſia.) Idem Nebienſis, *caſſia lignea*, ſed geminari conſonans (*s*) non debuit, ſicut nec in Pſalterio Gallicano, niſi ſcriptoris mendum eſſe dicas, tam ſyllabam primam corripit Virgilius accipiens pro herba.

Tum y caſia atque alii intexens ſuavibus herbis.

& *z*, *Nec caſia nitidi corrumpitur uſus olivi.*

& alibi *a*, & Juvenalis *b*.

Nec ſibi corrupto caſiam diſſolvit olivo.

quamvis Græcè ſcribatur etiam κασσία: ſed ſæpius κασία. Hebræam dictionem קצועות *ketſihhoth* aliqui *c* vertunt flexuras, aut plicas, ut ſit ſenſus, has omnium veſtimentorum flexuras plicaſve circumquaque redolere myrrham, & guttam, ſive ſtactem. Significat קצע *katſahh*, *abradere*, & *decorticare*: Plinius *d* autem Caſiam ſcribit eſſe fruticem aromaticum, cujus cutis cortexve abradatur. Coſtum de quo idem Plin. *e* Qui circa modum eam inveniendi atque colligendi, Herodotum *f* reprehendit velut fabuloſam. Hebræi nonnulli aut ambarum putant eſſe, aut zimziberem, vel zygerem vel canellam: Aliter eadem cauſſa nominatur Hebraicè קדה *kidahh*, & ejus ſpecies tres diſtinguit Dioſcorides *g*, & ſchaliaſtes Matthiolus, nec non Iſidorus *h*. Ligneam rectè vertit is quem initio dixi, & à recentioribus Græcis appellatur ξυλοκαττύα: alia enim eſt συριγγώδης, *fiſtularis*, quam vocant prætere: κάλαμοι, ideſt, *arundinem*, & medica eſt. Tradunt παρὰ τὸ κάσσαι dictam κασίαν, quod eſt, *ornare*, ac *decorare*, quaſi ornet, & decoret ſenſus διὰ τῆς εὐοσμίας ob odorem bonum, præcipuè cerebrum, ut Athenæus *i* prodit ex Alexi, & Maſſario aſſerentibus, ſenſus noſtros, qui ſunt in cerebro, excitari ſuavibus odoribus, ut puriores, ac ſuaviores efficiantur: & ſanitatis maximam partem boni odores crebro concedant. Idipſum de cerebro affirmat Clemens Alexandrinus *k*; & corroboratione ventriculi, & de virium languentium excitatione, & ad catarrhos, refrigerationes, faſtidium arcendum.

Porrò Baſilius per *caſiam ligneam* notat myſticè indicari carnis Chriſti circa lignum crucis diſpenſationem, & paſſionem: quemadmodum, ut eſt dictum, per *myrrham*, ſepulturam: per *guttam*, deſcenſum ad inferos. Heſychius convenit in *myrrha* myſterio pro ſepultura, ſed *gutta* ſeu *ſtacte*, aut deſignari aquâ, quæ de latere Chriſti fluxit, ac proinde Baptiſmum: *caſia*, quod ejuſdem tormenta nobis boni odoris, & verè ſanitatis commoda detulerint: ſicut, & medicis in uſu frequenti eſt. Atqui, ut dixi,

Ammoniacum unde dictum.

Myſticæ ſignificationes.

a *Iſa.3.20.*
b *l.ult.c.14. & 15.*
c *lib.3.*
d *lib.21.*
e *tom.1.ann. 1 de paſſione Dom.lect.10*
Reis moriturus conditum vinum præbitum.
g *Pſ.68.v.21.*
h *c.15.23.*
Vinum myrrhatum Chriſto oblatum
i *3.de conſenſu Ev. c.11.*
k *Mat.27.34*
l *Gal. 15. ſimp.medic. c. 9. Dioſcor.l.1. c.76.*
m *v. 12.*
In myrrha Chriſto à Magis oblata myſterium.
n *Hom.1. ex variis in Matth.*
o *c.24.20.*
Myrrha prima, & ſecunda.
p *Cant.4.16*
q *lib.2.*
r *l.22.c.25.*
t *l.28.c.7.*
u *v. 14.*
x *ep.104.*
y *Eclog.2.*
z a *Georg.*
a *l.3. & 4.*
b *Satyr.2.*
c *apud Vat.*
d *l.12.c.20.*
Caſia quid ſit.
e *c.12.& 19.*
f *l.3.*
g *l.1.c.12.*
h *17. Etymol.c.8.*
i *l.15.*
k *2.pædag. c.8.*

dixi, non eſt hìc de medica caſia mentio, quæ grati etiam odoris non eſt. Ruffinus, Bruno, Ludolphus, mortificationem, myrrha: gutta, humilitatem: caſia, vult deſignari fidem. Hieronymus idem de myrrha dicit: guttam, contra venena accipi: in caſia, hominem, qui ſæpe arbor dicitur, demonſtrari. Valentia martyres in odorem myrrhæ ſequi Chriſtum alios, in odorem guttæ, quæ denotat ſanctitatem vitæ: doctores, in odorem caſiæ, quæ ſuavitatem doctrinæ, Cyrillus notat ex his aromatibus legitimam unguenti compoſitionem olim in vetere Teſtamento factam fuiſſe, qua tabernaculum, & ſacra vaſa, & qui ad ſacrificandum vocari fuerant, ungebantur *a*. Tamen Chryſoſtomus obſervat, non eſſe olim factam unctionem ex his, ſed ex aliis unguentis: hìcque indicari differentiam operationis. Sumus quidem, & nos quodammodo reges, ſacerdotes ſacri: at vetus illud unguentum conſtabat myrrha, cinnamomo, odorato calamo, caſia hìc nominatur gutta, non ibi. Lege poſtea diſſertationem Martini à carcere non ineruditam.

a Exo. 30 25

A veſtimentis tuis.) Hieronymus, *in cunctis veſtimentis tuis*. Meminit Chryſoſtomus alterius verſionis εἰς τὸν ἱματισμόν σου, *in veſtimentum tuum*: & πάντα τὰ ἱμάτιά σου *omnia veſtimenta tua*. Chaldæus verbum ſuppievit perficiuntur, aut, ſuffumigantur, vel in futuro, perficientur, ſuffumigabuntur, nimirum omnia indumenta dictis aromatibus. Hebraicè deeſt præpoſitio; quaſi dicti, myrrha, & gutta, caſia, ſubaudi (&) omnia veſtimenta tua, ſcilicet adeò ſunt odorata, & odorifera, ut nihil aliud videantur eſſe quàm recenſita aromata. Fragrantia magna veſtimentorum, quæ Jacob induerat, compulit demum patrem Iſaac ad ei benedicendum *b*, & Chriſtus dum Salomonis laudavit indumenta, *liliorum agri* mentionem fecit *c*, quorum ſuavis odor, non pulchritudo ſolum. Luxum hac in re Clemens *d* reprehendit Alexandrinus, videlicet veſtimenta veſteſque ſtragulas ſuffumigandi, & aſpergendi. Rectè illos feciſſe qui harum rerum artifices à civitatibus expuliſſent atque lanarum floridarum infectores. Tritum illud Martialis *e*, quòd,

b Gen. 27. 27
c Matth. 6. 28. 29.
d 2. Paed. c. 8. Artificum genus è civitatibus expulſum.
e l. 2. ep. ad Poſthum.

Non bene ſemper olet, qui bene ſemper olet.

Et Plauti *g*, atque Cicer. *g*, *Mulier rectè olet ubi nihil olet*. Tamen moderatus hac etiam in re laudatus uſus in ſponſa *h*, *odor veſtimentorum tuorum ſicut thuris*: & in Jacob *i*, ut antè dixi, Chriſti veſtimenta paſſim ſumunt allegoricè pro humanitate, ut præmonui, proque carne, in qua ſola, ut ait Heſychius, fuerunt Chriſti tormenta, nimirum externa; triſtis namque fuit, & anima, & multos angores tulit ſecundùm partem inferiorem, quàm fortaſſe nomine *carnis* intelligit Heſychius. Poſſet eadem ratione odoris ſuavitatis accipi pro virtute quæ dicitur de Chriſto exiſſe *k*, ad impertiendam ſanitatem. Quod in Cantico *l* legimus. *Nardus mea dedit odorem ſuum*, in editione 70. habetur *odorem ejus*, αὐτῆ, nimirum ſponſi, quaſi ſponſa denotet, ubi primum attigit nardo ſua ſponſum, illico inde contraxiſſe odorem ſuaviorem. Obſervavit id Origenes *m*: Nyſſenus *n* autem treſque apud Theodoretum Patres, & Pſellus, quod nullo alio valeat odore ſatis divinus odor Chriſti exprimi, ſed exigua fit dumtaxat ceu particula ipſius. Non auſim aſſerere de ipſa Chriſti carne, ſicut proditum eſt de Alexandro *o*, & de ſanctorum nonnullorum etiam cadaveribus gratum odorem efflatum, ut & ſuavem gratumque anhelitum ex Galeno *p*, quamvis proveniat jucundus odor ex concoctis bene humoribus, ut propterea terræ optimos ferant odores, quæ aridiores, ac fervidiores: tamen convenienti temperamento, quaſi præditus Chriſtus fuit, non convenit ariditas, ac fervor tantus. Idem Origenes *q* per hæc eadem quæ de Chriſto affirmantur, tum verò de gutta, vim in diminutione liquoris, ac ſtillæ faciendo, ait ſignificari Majeſtatis divinæ exinanitionem, & demiſſionem ad humilitatis noſtræ conditionem, ut nos liberaret, ſtillæ ſitulæ ſimiles, momento ſtateræ, pulveri exiguo *r*. Adjice parabolam ſinapis fermentique *ſ*. Gregorius *t* veſtimenta odorata ſanctos adhærentes Deo, ac veluti ornantes, & vitæ ſanctitate fragrantes interpretatur, tamquam bonum odorem Chriſti, Deo in omni loco *u*, Iſaiam *x* profert ſcribentem no-

f in Myſtel. g 2. ad At. ep. 5
h Can. 4. 11.
i Gen. 27. 27
k Matth. 9. 21. Marc. 5. 30. Lu. 6. 19
l c. 1. 12.
m Hom. 2. in cant.
n Hom. 3.
o Plucar. in Alexan. De Alexandro prodita
Odor ex cadaveribus ſanctorum nonnullorum.
p Rhod. lib. 30 c. 12.
q ſupra.
r Iſ. 40. 15.
ſ Matt. 13. 31
t in Pſ. 44. pœnit.
u 2 Cor. 2. 15
x c. 44. 18.

mine Dei, *Vivo ego*, *dicit Dominus*, *quia omnibus his* (congregatis) *velut ornamento veſtieris*, *& circumdabis tibi eos quaſi ſponſa*.

A domibus eburneis.) Hieronymus, *de domibus eburneis*. Pſalteria Romanum, & Ambroſianum Auguſtinus. Gregorius *y*, *à gradibus eburneis*. Idem Hieronymus *z* docet meliùs in Hebraico ſcribi, *de templo dentium* מִהֵיכְלֵי שֵׁן *min hechle ſcen*, legit forſitan ibi in ſingulari היכל *hechal*. Felix vertit, *ex temporis eboris*, Cajetanus, *u palatiis eboris*, Nebienſis, *de prætoriis eburneis*, Alii, *ex tabernaculis*, &c. Campenſis, & Folengius, *in repoſitoriis*. Rurſum Felix explicat præpoſitionem (מן *min*, *à*) ut ſit idem, ac *præ*, & *pluſquam*, ſicut alias non raro *pluſquam templa eboris*, &c. Significat היכל *hechal palatium*, amplam ædem templi partem exteriorem, templum totum: quomodo exponitur verſu 16. & Græcè per ναὸν, *baſilicam regiam aulam*, *atrium* Paraphraſtes explicat, *à palatiis quæ ſternuntur dente elephantino*: vel juxta verſionem textumque Nebienſis, *à palatiis quæ conſtruentur dentibus elephantorum de Armenta*. Putant Campenſis, Janſenius, Vatablus, Peregrinus, Herus, Folengius, Crucius noſter, Arias, Hieronymus, Oſorius, Buchananus (malus, & hæreticus auctor) de paullo antiquioribus Michael Aiguanus, hactenus incognitus, & innominatus, Lyranus, Panigarola (complectens ſimul veras domos) *domos* hìc ſignificare loculos, thecas, arcas, repoſitoria, ſed paullo majora; ita ut idcircò per amplificationem vocentur palatia, ſeu templa, quum etiam locum omnem quo quid reciperetur, *domum* Hebræi dicerent, ut Bethlehem *domum panis*; eo modo quo Romani Siciliam *Cellam penuariam reipublicæ Romanæ*. Reliqui propriam *domorum* retinent notionem, vel palatiorum, baſilicarum, templorum. Ex translatoribus præter citatum Chaldæum refert Chryſoſtomus alium reddentem ἀπὸ ναῶν ἐλεφαντίνων, *à templis eburneis*: Theodoretus id tribuit Aquilæ, & Symmacho: Scholiaſtes utrique iſtud ἀπὸ ναῶν ὀδόντος, *à templis dentis*, qui hoc loco Hebraicè שֵׁן *ſcen*, dicitur (videlicet elephantini, quod proprie nominatur *ebur* quaſi à *barro*, quæ altera eſt elephanti appellatio:) Euſebius ſoli Aquilæ. Apollinarius quoque in carmine dixit, ἐκ νηῶν ἐλίφαντος, *ex templis elephanti*, hoc eſt, ornatis ebore elephantino, Septuaginta verterunt ἀπὸ βάρεων, quod quia propriè ſignificat *à gravibus*, ſi notetur accentu in penultima βαρέων, & deducatur à βαρύς, quidam, ut Hieronymus *a* refert, tranſtulerunt, *à gravibus eburneis*, alii autem hunc alio errorem correxerunt, & auxerunt, ut ſuſpicatur Agellius, reponendo, *à gradibus eburneis*. Quocirca non admodum conſiſtit quod ex gradib. eburneis quidam *b* inferunt per ebur, ut poſtea dicitur, caſtitatem intelligentes, altiorem in Eccleſia gradum cultores caſtimoniæ conſcendere: nec quod Gregorius *c* de opinione virtutum in electis ex veri, ac ſolidi operis aſcenſu. Teſtatur idem Hieronymus, βαρὺς eſſe verbum ἐπιχώριον Palæſtinæ, quaſi dicas regionale, ac in uſu illius regionis ſuoque tempore domos ex omni parte concluſas, & in modum ædificatas turrium, ac mœnium publicorum βαρεῖς appellatas. Sed perperam apud illum hæc ſcribuntur, ſicut, & genitivus βαρίων eſt ſcribendum βάρις per jota, & in plurali βάρεσιν, & γάρεων. Significat βάρις, ἰδι, vel ἴγος *navigium* apud Herodotum, Lycophronem, Euripidem, alios: & βάρις Heſychio, ac Suida teſte, non ſolum πλοῖα navigia, verùm etiam τειχηρεῖς, αὐλὰς, πυργοὺς, σφαῖρας, (muros, porticus, aulas, ſive atria, turres, ſphæras, ſive globos; & hoc loco Athanaſius, Baſilius Cyrillus, Euſebius docent, βάρεις eſſe maxima ædificia, ſive domorum, ſive turrium, ſive templorum: Auguſtinus, domos magnas, & regales. Adhùc Hieronymus *d* exponens Jeremiæ *e* verba, *devorabit domos Jeruſalem*, quæ nunc Græcè ſunt ἀμφοδα bivia, docet LXX. Aquilam, Symmachum βάρεις, (quod rectè eo loco apud eum ſcribitur) interpretatos: hoc eſt, ut ipſe declarat, *turritas domos*, quas appellat ibidem Propheta ארמנות *armenoth*. In Oteæ *f*, & Amos *g* Commentario idem ferè repetit, docens quæ in Amos ipſe *ædes*, & LXX. *fundamenta* explicant, & Theodotio *habitatores*: Aquilam, & Symmachum tranſtuliſſe βάρεις, ideſt, *domos magnas*, ac in modum turrium ædificatas. Eſt ארמון *armon*, ædes domuſque magna, & alta, palatium.

y 33. Mor. c. 13.
z ep. 140.
Sicilia cella penuaria Reip. Rom.
a ep. 140.
b Jacobus Antonius.
c 35. Mor. c. 23. vol. 13.
d in c. 17. Jerem.
e c. 17. 27.
f in c. 8.
g cap 1.

Initium, & aliquando templum, nonnumquam turris: A tio fiat: & numerò multitudinis domos eburneas Amos *t* commemoret, non ſectos *u* tantum: & Ezechiel *x* agens de Tyro, & ſponſæ collum comparatur cum turri eburnea *y*: Horatius, qui *Perſicos oderat apparatus* *z*, de ſe ipſo teſtis eſt.

t c. 3. 15. *u* c. 6. 4. *x* c. 27. 6. *y* Cant. 7. 4. *z* l. 1. carm. ode. ult.

a *non ebur, neque aureum*
Mea renidet in domo lacunar.

Et de domo eburnea inquit,

b *Quis devium ſcortum eliciet domo*
Lyden eburnea.

a l. 2. Ode. 18

b ibid. Od. 11.

Virgilius *c* verò de templis,

Et mœſtum illacrymat templis ebur,

c 1. Georg.

Ut nihil dicam de ſiniſtrorum ſomniorum eburna porta, de qua ijdem poetæ poſt Homerum, de foribus, & portis ornatis ſolido elephanto *d*. Denique Hieron. tractans in cap. 3. Amos ultimis fere verbis in domibus eburneis, ut oſtendit juxta hiſtoriam ſtare poſſe, confirmat tum ex domo eburnea Achab *e*, tum ex præſenti loco. Itaque, quod hoc loco dicitur *hunc habet ſenſum*, à domibus eburneis veſtimenta bonis imbuta odoribus promi ſolita, quæ quum corpori imponerentur, & aptarentur, propter ſuaviſſimam fragrantiam, ſingulari regem oblectatione afficerent. *Domus* verò, ſpatioſæ quædam ſunt apothecæ, atque cellæ affabrè exornatæ, ac veſtitæ ebore, quæ domus, & ſuomet ornamento iſto, & rebus quas continebant, regem valdè lætificabant, hoc eſt, ob veſtes pretioſas optimèque olentes. Euthymius, ac Nicephorus docent, indicatque Baſilius, *eburneas*, ſive *elephantinas* domos dici tamquam epitheto ſignificante pretioſas, præclaras, ornatas; quas, ut antè retuli, exponit Auguſtinus magnas, & regales. A candore Fabium Feſtus *f* cognominavit eburneum: & Virgilius *g* Alcanii cum ebore nitorem pulchritudinemque compiravit: ſoletque dici *facies eburna*: & ſicut, quod priùs dixi, ſponſæ collum cum turri eburnea comparavit Sapiens; ita Ovidius *h* vocavit,

d Virg. 3. Georg.

e 3. Reg. 22. 39.

f l. 14.

g Æneid. 10.

h 3. metam.

Imbubeſque genas, & eburnea colla, Item epiſt.
Hoc faciunt flavi crines, & eburnea cervix.

Auctor dictionarii hiſtorici poeticique notatus.

Baridos e, *& contis roſtro Liburna ſequi.*

e Prop. l. 3.

Itali vulgo *feretrum* appellant *la bara*, Galli *la biere*. Tam multa dixi ſemel de uno nomine, quia proderunt intelligentiæ Pſalm. LXVII. *f*. ubi repetitur, & aliarum rerum. Illud adde *ebur* Hebræos שן *ſen* appellare, quia viget opinio elephanti dentem ebur eſſe. Contradicit Pauſanias *g* multis argumentis probans non dentem, ſed cornu eſse, maximè quia decidit, renaſciturque elephanto etiam provectioris ætatis: & quæ dicitur eboris materia; quod dentibus non accidit: quia eadem illa materia, non autem dentis cedit igni, ac in varias ducitur figuras. Tradit Plinius *h* Jubam quoque; quem Philoſtratus *i* confutat, *cornua* nominaſſe, quamvis Herodotum antiquiorem, & conſuetudinem, ut dentes appellentur *o* præferat. Varro *k* tamen etiam præterea de cornibus conſentit, & affirmat Rhodiginus *l*. Non audeo reniti communiori ſententiæ, ac Patrum quoque præſertim Græcorum, qui ut videbimus, myſterum ſcrutantur hìc in iſto dente elephantino. *Dentem* præterea nominat Tertullianus *m*. Quamquam ſi de nomine agitur, in threnis *n* *ebur* legimus, quod eſt Hebraicè עצם *bhetſem*; *os*. Non credo quemquam ſuſpicari hìc eſſe ſermonem de ebore foſſili, quem *oſſeum lapidem* nominari à Theophraſto Plinius *o* ſcribit. Quod verò attinet ad id, quod agimus, communiorem ſequor opinionem, de omnibus, & palatiis ebore incruſtatis: nam quoties vocum propria ſine incommodo retineri ſignificatio poteſt, non eſt ad figuras recurrendum. Nullibi autem reperitur תיכל *hechal*, pro receptaculo, loculo, vaſe: tametſi כות *beth*, & Hebræa phraſi *domus* non rarò eum uſum habeat. Deinde quamvis thronum ſolum ex ebore factum legamus à Salomone *p*, non ſequitur defuiſſe domibus ejus dictam incruſtationem eburneam. At nec de loculis, & arcis eburneis ejuſdem aliud afferre contrariæ ſententiæ auctores valent, quàm conjecturam ſuam: nec Salomoni neceſſe eſt ad litteram congruere Pſalmum iſtum. Accedit, quòd amplis in locis, & quaſi gazis, cum pretioſioribus veſtibus, vaſiſque unguenta, pigmenta, & aromata condita, & cuſtodita conſtat ex Ezechiæ hiſtoria *q*, qui domum aromatum, & aurum, & argentum, & pigmenta varia, unguenta quoque, & domum vaſorum Babylonii regis legatis oſtendiſſe narratur. Eam verò domum ad pulchritudinem, & elegantiam ebore veſtitam fuiſſe credi facilè poteſt, quum Plinius *r* regias domos memoret ebore adornatas; domus eburnæ ab Achab ædificatæ in iiſdem Regum *ſ* libris men-

Ebur dens elephantis an cornu.

f v. 4.

g l. 5. in Eli.

h l. 8. c. 3. § 2. vita Aſp. c. 6.

i 6. de lingua Latina, l. 13. c. 18.

k de reſur. carnis c. 6.

l c. 4. 7.

m l. 36. c. 18.

n Prov. 18.

o 3. Reg. 10. 18.

p 4. Reg. 20. 13.

q l. 35. c. 6. § l. 3. 22. 39.

Theocritus etiam vocabat pulchritudinem eburneum detrimentum *i*. Una de notionibus dictionis Græcæ *βάρις* pro *ſphera*, poſſet orbicularem ex ebore pyxidem ſignificare: at exemplum nullum reperio; eſtque longè uſitatior alia ſignificatio. Chryſoſtom, Athanaſius, Euthymius Nicephorus, Theodoretus, Baſilius, volunt innui prædicationem Evangelii perventuram non ad privatos dumtaxat, ſed etiam ad reges, qui Chriſto regum regi magnificas ædes extuerent. Eboris honorem tradit Plinius à Deorum ſimulacris initium ſumpſiſſe, feruntque, comprecante Phidia, ſi abſolutum ex animo videretur opus egregium illud ex ebore, ſigno in quopiam Deus aperiret, confeſtim de cœlo tactum pavimentum eſſe *k*. Baſilius rurſum, qui in catena citatur, ut Didymus, per *domos elephantinas* accipit ſublimes theologias, quia dens elephantinus eſt ſermonis nota, quemadmodum *dentes* vocis inſtrumenta: per ſermonem verò adeò magnificum prædicatorum, qui dici reget poſſunt; ita, ut domus maxima ſpeculationum de Chriſto fieret: multas ſilias, ideſt, nobiles, ac generoſas animas, aut Eccleſias, lætitia Chriſtum affeciſſe, in fide, & charitate perfecta illius divinitatem. Cyrillus exponens *κάρως* de turribus, Eccleſias turres vocari aſſerit, vel turritas potentia, & gratia Chriſti, ſupra quem, ut ſupra firmam petram fundatæ ſunt: eburneas ob ſplendorem divitiaſque ſpirituales. Euſebius præterea quæ Baſilius dicebat, addit, domos elephantinas, & ornamenta ex elephanto animali mortuo, ſymbolum eorum eſſe, qui in Eccleſia clari, & ornati habentur, nec aliter tamen ſplendent niſi ex Apoſtoli *l* ſententia mortua reddiderint membra quæ ſunt ſuper terram. Hieronymus *m* idem dicit, videlicet, ebur, & dentes inſigne eſſe mortis, & vocis. *Hoſtiam viventem* requirit Paulus *n*, ut offeramus Deo: cujuſmodi vitæ non repugnat mortificatio. Quare non placet hac in re Plato *o* dum aſſerit, quòd *ἐλέφας ἀπολελοιπότος ψυχὴν σώματος ἓν χειρὸς ἀνάθημα*, *ebur cum corpus animam deſtitutum dicat, non eſt donarium diis gratum*. Caſſiodorus, Arnobius, Remigius, (qui etiam de ſermonis nitore) Haimo, Thomas,

i Lucr. l. 4.

Eboris honor unde ſumpſit initium.

k Rhodig. l. 13. c. 17.

Domus elephantina, dens elephantinus.

l 1 Col. 3. 5.

m ep. 140. & in c. 27. Ezech.

n Rom. 12. 1.

o 12. de leg.

mæs, Valentia, docent, eburneas domos non ornamentum dumtaxat, pretiumque innuere, sed pudicitiamque qua elephas insigniter præstat inter quadrupedes, ita ut *in domo corporis casti*, quod, ait Arnob. *tinea non faciat ullam libidinem peccati*. Hac de caussa venter sponsi dicitur *eburneus*, *distinctus sapphiris* a, πυξίον ἐλεφάντινον ἐπὶ λίθοις σαπφείροις *pyxis eburnea in lapide*, aut *super lapide sapphiri*, Hebr. מעלפת *mehhullepheth*, *opertus*, tectus, velatas obductus, variegatus, suppunctus, quo se habent modo venulæ coloris sapphirini cæleſtive in humano corpore meliusque si sit candidum existunt: nisi malis zonæ balteive ornamentum per *sapphiros* intelligere. Creditur autem etiam vim sapphirus habere comprimendi libidinem. Haimo scribit adeò frigidum ebur esse, ut impositum super ebur pannum carbo non urat. Potest, & Mariæ venter *eburneus* dici, ex quo Christi caro tamquam divinitatis vestimentum ornatissimum prodierit. Hi qui nomine insigniuntur Hieronymi, ac Ruffini expositores Psalmorum, nec non Haimo, *domos eburneas* eos volunt intelligi in quibus habitat Deus, & Christus, præcipuè Apostolos candidos simplices, forteſque præterea diversis tormenti; incisos, sculptos, perforatos, rasos, elimatos, ignitos tamquam limis, ferris, subulis, scalpellis, flammis. Idem Valentia, & Thomas *eboris* soliditatem, colorem album, & nonnumquam quando inveteravit rubeum, ut est in Threnis b, referunt ad constantiam, castitatem, martyrium,

Elephantis pudicitia inter quadrupedes.

a *Cant.* 5. 14

Eboris frigiditas.

Ejusdem soliditas, albedo, rubeus color ad quid referantur.

b c. 4. 7.

Ex quibus delectaverunt te filiæ regum in honore tuo.) Sic nectit Hieronym. locis quoque citatis antea in cap. 27. Ezechielis, & in c. 3. Amos: Præterea Psalterium Romanum, Eamdem dictionem videntur sequi Græci, Augustinus etiam, & alii: sed, & in officio divino Ecclesia. Nec pauci tamen cum Hebræo, atque Chaldæo textu, inde versum novum inchoant, *filiæ regum*, &c. Ad sensum parum refert, qui est, ut filiæ regum dicantur obsequium regi præstitisse quum in comitatu honorifico, & aliis rebus, tum in componendis unguentis, & vestimentis odore inficiendis. Dum jus regis, Hebræo populo Samuel diceret, inter alia hoc posuit quod filias eorum faceret sibi *unguentarias* c. Paraphrasis Chaldæa mystica nec spernenda, cui absimilis interpretatio quàm antè attuli, ut filiæ regum sint Ecclesiæ (*regiones regnorum venient: ut suscipiant faciem tuam.*) Delectatio quæ regi afferenda dicitur, ad litteram, ut dixi, est ex odoratis illis vestimentis, & domibus exornatis cura, custodia, opera regiarum puellarum, unde proveniat eidem honor, decus, dignitas magna. Qui filias istas rejiciunt in separatam periodum, interpretantur *ex quibus delectaverunt te*, hi nempe qui res priùs enumeratas regis dederunt. At juxta communiorem sententiam oblectant regem filiæ regum, vel revera, & propriè sanguine regio natæ, tum vario virtutum ornamento, tum excitatis in ejus honorem templis, ut exemplis ostendi multis posset, docentq; Patres hoc loco: vel fideles animæ regentes carnem, subjugantes sibi turbas humanarum affectionum, castigantes corpus, & servituti subjicientes, ut ait Augustinus: deniq; filiæ Apostolorum, quia Christus *rex regum* est d, & ipsi suscitaverunt semen illi tamquam fratri e, qui post morrem, ac resurrectionem hinc abiit. Hoc sibi velle dicit Pater idem verba illa *in honore tuo*, ita ut Apostoli quotquot genuerunt, non Paulianos, aut Petrianos, sed Christianos nominaverint f. Quærit item ostendi sibi Romæ in honore tanto templum Romuli, in quanto ibi ostendat ipse memoriam Petri; licèt in hoc honoretur qui pro nobis defunctus est, quia sumus non Petriani, sed Christiani. Libet, & mihi, citra reprehensionem aliorum, qui Benedictini, Dominicani, Franciscani, Hieronymiani, Augustiniani dicuntur, modestissimè idem de ordinis mei hominibus pronuntiare, ipsomet istius nominis Auctore, qui ordinis Auctor fuit, Ignatio, non Ignatianos nos esse, sed de Jesu societate minimos, quos minùs periti Jesuitas cognominant.

Ex. Reg. 8. 13

d Ap. 19. 16.

e Deut. 25. 7

f 1. Cor. 1. 12.

Tales filias fœminino potiùs, quàm genere masculino, ut observavit Bruno, propter humilitatis studium, propriæq; imbecillitatis cognitionem, ac professionem, utque se majore prædicationis cultu egere cognoscant, & magis præpositis obediant, ac subjaceant g, multo plures habet Rex iste, ac nubiliores, quàm Salomon, cui reginæ septingentæ cum concubinis trecentis h. Erant hæ ipsæ, ut & adolescentulæ, nimis diligentes sponsum i, nostrarum typus: quemadmodum, & ex epithalamio alio k, *sexaginta reginæ cum octoginta concubinis*, & ancillarum numero infinito, quum unam tamen sponsus habere se profiteatur *columbam*, & *perfectam* l: sicut hìc paullo post de una regina sermo est. Satis constat, plurimis Persas, & alias Gentes, uxoribus concubinisque usos esse, ut docet historia Esther, & Brissonius m, præsertim reges, quod de Mauris prodit Sallustius, quem citat Servius n. Qua de re plura Tiraquellus o. Carnales Hebræi carnaliter interpretantes hunc locum, ut R. David Kimhi de Messia, significari volunt, fore, ut omnes reges glorientur, benèque secum agi putent, si in ipsius mittant aulam filias, ei jungendas matrimònio; ceterum unam Israelitidem illius individuam, ac inseparabilem conjugem, absoluto perfectoque jure futuram, de qua scilicet sit id, quod sequitur, *astitit regina à dextris tuis*, &c. Quidquid sit de Polygamia, deque secundariis uxoribus, quas concubinas vocabant, pro flagitio habitum, & ut scelus, nequitiaque singularis, nudas mulieres inter epulas adhibere, quod Dionysius prior fecit, ac Nero p. Constat verò Messiæ, seu Christi uxorem spiritualiter dumtaxat accipiendam, sicut, & filios paullo infra q, & semen r. *Sacramentum* vocat *magnum* Apostolus s, *in Christo, & Ecclesia*, quod de conjugio dicitur in Genesi t, de Patre relinquendo, & matre. Id fecit Christus absens à Patre, quoad vixit nobiscum, & veluti matrem synagogam relinquens, ut Bernardus u explicat. Ex latere CHRISTI in cruce, sicut ex Adam dormiente, Eva, educta est Ecclesia uxor. Hac de re multis eruditè differit Barradius noster x.

h 3. Reg. 11.

i Cant. 1. 3.

k Cant. 6. 7.

l v. 8. Plurimarum apud Persas & alias Gentes uxorum & concubinarum usus

m de regno Persarum

n in 1. Æneid

o in legem y connubia. 22 & in Al. ab Alex. l. 1. c. c. 24. Nudas mulieres inter epulas adhibere pro flagitio habitum,

p Tacit. l. 15

q v. 10.

r Ps. 88. 30. Is. 53. 10.

s Ebr. 5. 32. t c. 2. 24.

u Ser. 2. de n. in Can.

x Tom. 1. con l. 2. c. 15.

Ex quibus.) Hieronym., *quibus*, Hebraicè est מני *minni*: declarat Felix, *ex me*: *ex templis eboris ex me*, id est, quæ mea sunt: aut pro me, aut propter me, aut de me, *lætificaverunt te*. Item suspicatur *Mini* esse nomen Provinciæ, *ex templis eboris Mini lætificaverunt te*. Vatablus exponit, ut, ut te exhilararent. Campensis addit huic aliam expositionem, *in quibus*, in quibus jucundè victitas: vel de quibus prodis. Euthymius. ἐξ ὧν synonyma facit cum δι' ὧν, *propter quæ*. Quod antè dixi, placet, referri has particulas, *ex quibus*, ad aromata, vestimenta, domos eburneas; ex quibus, sive propter quæ; oblectaverint regem, aut quicumque illa dederunt, apparuerunt, &c. aut filiæ regum quæ in ejus aula degebant, & res illas accurabant. In Jeremia y lego מני *minni*, quàm *meuni*. Interpres vertit, & Armeniam minorem dicunt esse. Proculdubio hanc provinciam intellexit Chaldæus textus Nebiensis antea recitatus, *à palatiis quæ construuntur dentibus elephantorum de Armenia* ubi est etiam מני *minni*. Ferax elephantorum fortassis optimique eboris fuit. Atqui deserenda non est opinio communis; & מני *minni* significare potest *unde*, vel *inde*: si verò sumatur pro, *ex me*, non ita commodus sit sensus. Non etiam, ita sensus aptus, *ex quibus*, hoc est, præ quibus, nempè, ut vestimenta dicantur odoratiora, quam sociorum, & amicorum, qui nuptias regis exhilarant, & concelebrant.

y v. 51. 27.

Delectaverunt.) Dudum jam prius docui ab unguentis odoribusque oblectationem percipi, ac eadem de re Dregi Commentario Ecclesiastis z. Id ipsum disertè asserit in Proverbiis a Salomon, Unguento, & variis odoribus delectatur cor. Mysticè *delectare* dicuntur Christum *à domibus eburneis*, qui castitate delectantur, & eum honore summo afficere; quia nihil honestius, & honorabilius illa.

z c. 7. & 10. a c. 27. 9.

Apostoli, & Apostolici viri, *reges & principes* dicti.

Filiæ regum.) Dixi quoque antea *reges* appellari Apostolos, & Apostolicos viros, qui infra b nominantur principes, & eis attribuitur *principatus*. Psalmo CXXXVIII. c. Generaliter præterea, qui ex rationis, & legis divinæ vivit præscripto, *rex* vocari potest, & ita omnis Christianus aliquando appellatur, sicut, & Sacerdos d ob devotam Deo vitam. Nunc porrò non quæram, possit ne propriè Pontifex rex nuncupari, licèt tale nomen non sit in usu illud certum, ad denotandam excellentiam potestatis spiritualis, illum, & alios sacerdotes in capite inungi, reges in brachio, ut Alvarus Pelagius e annotavit.

b v. 17.

c v. 17. *Regis* nomen quibus, & applicetur.

d 1. Petr. 2. 5 9. Ap. 5. 10. Sacerdotis in capite inunctio, regi in brachio.

e 1. de plac. Eccl. c. 55.

In honore tuo.) Si sententiæ principium sumatur ab illis verbis, *filiæ regum*, sensus, erit de honorifico comitatu obse-

g Heb. 13. 17.

obsequioque puellarum seu adolescentularum regiarum, & virginum nobilium nubiliumque, quæ habitent in gynæceo intra domos eburneas ad majestatem, splendorem, gloriam, dignitatem familiæ aulæque regis. Quum Petrus *a* hortatur viros, ut impertiant uxoribus honorem *tamquam infirmioribus vasculis*, venit in mentem dubitare, an de uxoritio hic sicut ibi, ut in Commentario ejus loci expoſuimus, ſermo ſit. Nihil affirmo.

a 1. *Ep.* 3. 7.

Sed, & quod legimus, *in honore tuo*, vertunt alii, *filiæ regum inter honorabiles tuas*: vel, *aderunt inter reliquas puellas nobiles*, vel, *in magnificentiis tuis*, vel *in pretioſis tuis*, vel, *in palatiis tuis*. Hebræi explicant pretioſas Meſſiæ fœminas, & aulicas, comitesque nobiliſſimas maximè inclytas, glorioſas, inſignes tamquam nymphas formoſiſſimas, heroidas, deas. Cajetanus credens Rabino ſuo, legit *in caris tuis*, & interpretatur de obſequio in iis rebus quæ priùs, ut regi charæ numeratæ ſunt. Hebraicè legitur ביקרותך *bikerothecha*, quod Græci, ac Latini, Hieronymuſque ipſe legiſſe videntur numero ſingulari בקרותך *bikeruthecha*, ut Eugubino placet. Sed hujus ego vocis, aliud exemplum nullum reperio. Potius ergo dicerem commodius judicaſſe interpretes, uti numero ſingulari. Singulare יקרח *jekarah* vertit Jnterpres *gloriam* apud Danielem *b*: ab hoc plurale eſſet יקרות *jekaroth*. Porro ſuprà dixi cum Auguſtino quid ſit *in honore Chriſti quidpiam facere*, ut nempe qui tamquam reges regi regum filias filioſve generant, illius procurent honorem, & ab eo denominent quos convertunt, non autem ſe ipſos quærant vel alios cognomen à ſe recipere velint. Gregorius *c* eodem fere pacto explicat; nimirum, quòd ſanctæ animæ ab antiquis Patribus ad cognitionem veritatis editæ redemptorem ſuum in ejus honore delectant, quia ex eo quod bene agunt, ſuæ laudi nihil vendicant.

b Gen. 37. c. 5 28. 20.

In honore Chriſti quidpiam facere. quid ſit.

c 35. Mor. c. 13. *vel* 23.

Aſtitit regina.) Pro παρέστη refert Chryſoſtomus alium tranſtuliſſe ἐστάθη, *erecta ſtetit*. Arbitror præſentiam regi proximam verbo נאצה *nitſhah* indicari, & propriũ dignitatis apud eum locum ſtationemque habere: firmum, & perpetuum conjugium. Ad confeſſum cum rege admiſſam reginam non dubito, ad quem Salomon admiſit matrem *d*. In ſtatum myſticè ſimilitatem fidei, ac virtutis Didymus, & Chryſoſtomus obſervant, denique connubialis vinculi, quod nihil valeat diſſolvere. Magis id exprimit verbum ἔστηκεν, quo uſus eſt Aquila, quaſi appellare voluerit cum Paulo *e columnam, & firmamentum veritatis*, & ad *columnam* alludere, quam faciet cum Deus eſſe *in templo* ſuo *qui vicerit f*, & ad geminas templi Salomonici columnas, Booz, & Jachin, ita, ut quod hic etiam addit Chryſoſtomus, *portæ inferni nequeant prævalere g*. Aſſiſtere regi per honorificum: ideo, ut Thomas notat, nobiliſſimi Angeli aſſiſtentes, & excellentiſſima *ſedium* Dei *aſſiſtrix ſapientia h*, ut dixi in Commentario libri Sapientiæ. In Nahum *i* pro *milite*, Græcè eſt ἐπόχωσις Hebraicè רואן *hutſau*, Chaldaicè מלכתא *malchetha regina*. Volunt Hebraizantes ibi Hebraam dictionem, aut cujuſpiam reginæ nomen proprium eſſe, quæ tunc eſſet in Ninive: aut commune, quod ſignificet aſſiſtentem regi, ac proinde reginam. Melior opinio quam Ribera ſequitur, ſignificare, munitionem firmiſſimam, ac militare præſidium, quem *militem* Latinus Interpres rectè dixit, LXX ἀπόχωσιν *ſubſtantiam*, & *fundamenta*, per quod civitas ſtat. Regina etiam poteſt dici Ninive, ut ibidem ancillæ minores Urbes. Ruffinus paratam ad aliis ſerviendum Eccleſiam in *aſtandi* obſervat verbo: Hugo paratum nobis à Virgine patrocinium: ſicut, & erat Stephano Chriſtus, quando, viſus eſt ab illo *ſtans k*. Chryſoſtomus minus quid *ſtare notet* eſſe quàm *ſedere*: hoc eſſe Chriſti, in quo, & per cujus gratiam datur aliis conſidere *l*. Ait Cajetanus ideo, *ſtetit*, dici vult, quia deſcribitur ſponſa, & Eccleſia militans, ut ingreſſura domum, cui rex ſponſus occurrat extra in atrio: Hugo, quia erecta eſt per ſpem, & ad ſerviendum Deo parata.

d 3. *Reg.* 2 19 Myſtica obſervatio.

e 1 *Tim.* 3. 15 *Gal.* 29.

f *Apo.* 3. 12.

g *Matt.* 16. 15. 18

h *Sap* 9. 4. Loci Nahum expoſitio.

i *c.* 2. 7.

K *Act.* 7. 55.

l *Eph.* 2. 6.

Regina.) Hieronymus, *ſtetit conjux in dextera tua*. nomen Hebræum שכל *ſchegal* propriè id ſignificat, ab actu conjugali quid ſignificatur verbo שכל *ſchagal*, & quum ſit paullo inverecundius, ubi extat, Maſſoretæ honeſtiùs adſcribunt ad murginem *m*. Quamquam ad horrorem, & exaggerationem ibi Scriptura tale verbum adhibet: ut verò Chryſoſtomus *n* monet, ſi quid reverenter dicatur, non poteſt ita perſtringi auditor, ſed ad hoc neceſſe eſt aperta nudaque oratione rem deſignare. Nihilominus nomen ex eo verbo tractum, honeſtum eſſe. *Reginam* quoque Latinus interpres reddidit Nehemiæ 2. *o* licèt Græcus verterit παλλακὴν, quæ à Latinis *pellex* vocatur mutuato vocabulo Hebræo פלגש *pilegeſch*, quod etiam ſcribitur per ס *tod*, & pro *concubina* lumitur ſeu ſecundaria uxore, de qua priùs dixi, licet *pellex* apud Latinos, multo ſæpius *concubina*, non rarò in malam partem ſumatur, & loco hujus Latinæ vocis *concubina*: & Hebraæ modo dictæ, Græca γυναικὸς, ponatur in hiſtoria Eſther *p*. Tradunt Hebræi peculiariter deſignare שכל *ſchegal* concubinam regis, licet non primariam uxorem quæ ritu, & cum inſtrumentis tabuliſve nuptialibus atque ſubarratione ducatur. Omnino legitimam uxorem, & reginam quæ βασίλισσα Græcè nominatur, hoc loco, accipere hic etiam oportet, ut antecedentia, & conſequentia convincunt, quia filiabus regum opponitur, & hæ velut honorariæ comites ejus regiſque dicuntur, & ornatus eidem peculiaris aſſignatur. Denique Catholici omnes, iis exceptis qui hebraizant, & ſequuntur hac in re Aquilam, qui συνοίκῳ *concubinam*, & Symmachum atque V. editionem, qui παλλακὴν *pellicem* verterunt, de vera regina uxoreque intelligunt, explicantes de Eccleſia vel de ſingulis, quos Paulus *q* ait deſpondiſſe ſe uni viro Virginem caſtam exhibere Chriſto. Ceteras provincias, ac ſectas exotica quædam regi munera offerre, unam Eccleſiam potiri conjugali dignitate, ac jure. Theodotio, & VI. editio tranſtulerunt eodem pacto quo LXX. βασίλισσαν *reginam*. Sic verò etiam in Cantico *r ſexaginta reginæ* ſponſi diſtinguuntur ab *octoginta concubinis*, & *ab adoleſcentulis ſine numero*, & Salomon habuiſſe narratur *ſuxores quaſi reginas ſeptingentas*, id eſt, quæ regio jure ipſi conjunctæ forent, non quæ regibus natæ omnes, & *concubinas trecentas*, licèt una, hoc eſt, filia Pharaonis, abſolutè regina, & non quaſi regina diceretur, ac intra uxores primatum teneret. Abulenſis *s* putat Salomoni regum filias ſexaginta pro uxoribus fuiſſe, ut eſt in Cantico, ceteras ex numero trecentarum quaſi reginas vocatas, quia tractabantur ab illo regiè atque magnificè, (quemadmodum regali cultu ornatuque Q. Curtius *u* trecentas ſexaginta pellices Perſarum regi fuiſſe ſcribit,) licèt præcunctis filia Pharbonis, quàm videntes filiæ Sion, & reginæ, & concubinæ, & puellæ, *beatiſſimam* prædicabant, *x*, quod ſanè ad laudem eximium eſt, quum adduci mulieres peregrè ſoleant, ut aliis forma concedant, præſertim thori rivalibus. At difficile adhuc eſt; tot regum filias fuiſſe, niſi reges pro regulis, viriſve principibus accipias. Volunt etiam alii nec de Salomone in Cantico propriè mentionem fieri, & numeros *octoginta*, & *ſexaginta* pro infinitis poni. Perfectos in Eccleſia deſignat *reginarum* nomen, & *ſexagenarius* numerus perfectus, qui docuntur amore ſolo, domitis paſſionibus: *octoginta concubinis*, medii proficientes, imperfecti denotantur, quæ ſerviunt mercedis amore, ac nec dum penitus carnem exuerunt; ſiquidem, & numerus hic imperfectus habetur, conſtans denario perfecto, imperfecto octonario: per *innumeras adoleſcentulas* planè novitios in virtutis via intelligimus, odientes pœnarum timore peccare, crebrò tabentes, ac reſurgentes. Omnes in eadem *domo eburnea* Eccleſiæ continentur, extra quam nullum verum cum orthodoxa fide atque virtute initium ſalutis, De conjuge iſta ſpirituali attigi nonnihil antè, citans multa diſſerentem Barradium noſtrum *y*.

n *Iſ.* 13. 16. *Ier.* 3. 2. *Zac.* 14. 2.

o *verſ.* 6.

p *c.* 2. 14.

q 2. *Cor.* 11. 2

r *c.* 6 7.

s 3. *Reg.* 11. 3

t *Ibid.* 9. 10.

u *l.* 3. Sexaginta pellices Perſarum reg i. x *Cant* 6. 8. Adduci mulieres peregre ſolent, ut aliis forma concedant. Sexagenarius numerus perfectus.

y *Tom.* 1. *com.* *cor. l. a. c.* 15.

A dextris tuis,) Honoratiſſimo loco ſituque poſt regem comparatione ad locum ſiniſtræ. quia medius in quo Rex ſedet honoratiſſimus eſt, de qua re diſputavi non ſemel exponens Apoſtolicam hiſtoriam. Legit Cyprianus *z*, (ad dexteram tuam.) Collocat ad dexteram ille alium qui primo loco ſecundùm ſe ipſum habet, quo pacto matrem Rex Salomon ſtare juſſit *ad dexteram a*, & ita intelligitur quod Moſem Deus eduxit *ad dexteram b*, & quod Chriſtus ſedet ad dexteram, ſive *à dextris Dei c* & quod Paulus pingitur ad Petri dexteram: & hac de cauſſa Darii uxor Siſigambis indignata receſſit

z *l.* 2. *c.* 29.

a 3. *Reg.* 2. 19
b *Iſ.* 63. 12.

c *Pſ.* 109. 1. *Marc. ult.* 19

m *Deut.* 28.

ab

Singambis Darii uxor indignata cur ab Alexandro recesserit. *Dextrum* pro eoquod est charissimum.

a *Gen* 35.18

b *Pr.* 27. 16. Orta ex Christi latere vulnerato Ecclesia.

c *Cant.* 4. 3. Stare ad dextram Regis quid sit. Pellicum, greges à Persarum regis nimis cupide tolerati.

d *l.* 13.

e *Heb* 12.22

f *Apoc.* 23.

g *Hom.* 1. in *Ps.* 3. *Ps.*

Est. 4. 16.

K Tract. de laud. Virg. to 1. *Bib. Patr.*

l Ser. de Deipara.

m *Serm.* 1. *de Assumpt.*

n *l* 7. *c.* 10.

o *in c.* 6. *Cant.*

p *c.* 6. 8.

q *Erud. theol.* 2 *c.* 125. Deiparæ privilegia decem.

r *Ser. de Assumptione.*

s *in* 1. *Reg. l.* 6. *c.* 1.

t 1. *de Virg.*

u *l.* 7. *Ep. Ep.* 18. *ad Pancam.* Charitatis Virtutum regina.

x *Ep.* 22. & 140.

y *Annot. in Ps.* 44.

ab Alexandro quòd non se hic, sed Hephæstionem constituisset ad dexteram. *Dextrum* præterea dicitur quod charissimum, ut Beniamin *filius dexteræ a*, & *oleum dexteræ b*. Ergo hic significabitur maximus honor Ecclesiæ post Christum quòd sit ei charissima. Potest idem allusio fieri adortam ex latere Christi vulnerato Ecclesiam, quod latus aliqui volunt fuisse dextrum, sicut Christus natus est Rex, ita & Ecclesia, & qui nascitur in ea, statim Rex est: ideo comparatur Ecclesia cum malis punicis, in quibus corona visitur *c*. Tandem *stare ad dextram regis*, est summis cum eo bonis gaudere, ac veluti ab eo protegi, ita ut gaudium adhuc sit in spe, donec detur sedere. Pellicum gregem toleratum à reginis Persarum Athenæus *d* docet, non modo quia despoticè in uxorem rex dominatur, sed etiam quia submissè venerabantur pellices Reginam, & adorabant. Hæc secunda certè ratio ubique locum habet.

Ceterum quia locantur ad dexteram beati, Eusebius mavult Ecclesiam triumphantem hic intelligi, & Jerusalem cœlestem matrem nostram *e*, & sanctorum hominum, qui sunt in terga, & conscripti sunt in cœlis *f*, & *reginam* dici quia cum sponso regnat. Sectatur eumdem sensum Cæsarius Arelatensis *g*. De Ecclesia una præter enarratores explicat quoque Antonius *h* copiosè, quamvis etiam simul de B. Virgine, & cujusvis fideli anima. Ait reginam Ecclesiam esse, quia regis regum sponsa, & ei promissum est regnum cœlorum, & benè se regit in actionibus, nec superatur passionibus: adstare ante Deum, ut ei obsequatur, & non labatur lethaliter, ut semper illum in mente habeat, & quidvis coram eo faciat, etiam dum peccat, quatenus non vult fugere, sed ad pœnitentiam redire, ut oret pro suis; sicut Esther *i*: *à dextris*, quia non respicit, ut synagoga, temporalia, sed spiritualia, & æterna; quia rectam intentionem ad cœlestia directam habet; quia electi ejus in judicio statuentur ad dexteram regis; *in vestitu deaurato*, propter claritatem Sapientiæ aliorumque donorum intellectus, quibus habetur notitia divinorum, & agendorum cum gustu, usu, fructu, ob adeo multa documenta, tam præclara sacramenta, tantam in tormentis constantiam: *circumdatam varietate* quæ in tot statibus, officiis, gratiis, locis, temporibus, personis consistit. Verùm de singulis nonnihil postea magis distinctè.

De Christi matre, præsertim in assumptione, Arnoldus *k* etiam explicat: item Athanasius *l*, Alphonsus *m*, de recentioribus Galantinus *n* Eodem pertinere vult Psellus *o* verba Cantici *p*, quibus vocatur sponsa una *columba*, & *perfecta*, quia inter tot animas omnium hominum qui salvantur, inquit, ut electa columba est una illa sola; quæ Christum genuit Virgo mater puella Maria, quæ puritate profectò Cherubim, & Seraphim antecellit. Hugo S. Victoris *q* inter assumptæ Deiparæ privilegia decem, nonum quòd ad dexteram filii singulariter sedeat, probat hujus loci testimonio. Petrus Damianus *r* usurpat eumdem locum ad idem propositum. Item hoc loco istum Gregorius *s* accipit: vestitum aureum ipsarum esse decorem, & honorem corporis virginalis foris fulgentem, ac præcellentem dignitatem: omnem gloriam ab intus, quia eadem Virginitas corporis etiam est in mente: in fimbriis aureis circumamictas aut circumdatas varietatibus, seu varietate, quia plurimis aliis virtutibus ornatæ sunt: quæ quia numquam deficiunt à mente, ac usque ad finem deducuntur, *fimbriæ* appellantur. Ambrosius *t* item Virgines hìc innui docet, quæ sponsi talis decore se jactent, qui *speciosus* est *præ filiis hominum*, cujus sedes *in sæculum sæculi*, quæ sint reginæ, quia sponsi æterni sponsæ, invictum animum gerentes: ab illecebris voluptatum non captivæ habeantur, sed quasi reginæ dominentur: auro vestitæ: quoniam species virginalis spiritu consecrata divino, formæ acquirat augmentum, sicut illa materies examinata igne; pretiosior est. Eadem Petri *u* Damiani mens, & Hieronymi *x*. Ricardus S. Victoris *y* reginam virtutum charitatem dicit esse, virtutis non mereri nomen quæ illi non famuletur: *à dextris Dei stare* quia bonis æternis innititur: *vestitu deaurato circumdari*, quoniam in summo pretio habetur, & Deo charissima est, & justitiæ operibus virtutumque variarum exornatur. Ricardum consectatur A Michael Aiguanus, & Philippus Greverus (sermo integro 94.) Certè multò magis ornari anima decet quàm corpus, quemadmodum principem civitatis quàm civitatem, ut argumentatur Chrysostomus *z*; id etiam hoc loco Basilius admonet.

Rursum quod ad Ecclesiæ spectat unitatem, ita quoque Cantici locum de una electa, formosa, columba, perfecta, sponsi *a* plures interpretantur, præterque illos Cyprianus *b*, Optatus *c*, Augustinus *d*, Concilium Africanum *e* sub Bonifacio I., Pacianus, *f* Ruffinus *g*. Utrumque Philo *h* Carpathius jungens locum, & Cantici, & præsentem, quod Pacianus item facit, aliique, confirmat ex alio Psalmo *i*, in quo canitur *bonum esse, & jucundum habitare fratres in unum*: & quia unus Deus, unus spiritus, una fides, unum baptisma, unus finis, cor unum, & anima una. Paulinus *k* adhuc in unitate Ecclesiæ varietatem virtutis multiplicis, & in una compage corporis membra varia hìc spectat. Isidorus *l* id ipsum asserens, illustrat exemplo Reginæ Sabæ, *m*, quæ in judicio quoque condemnatura sit *n* Judæos. Ponit id quoque, ut certum Bernardus. *o* Non dissident ab hoc sensu qui de cujusque fidelis anima locum præsentem interpretantur, ut præter non paucos ex enarratoribus, etiam Origenes *p*, & Basilius *q*. Hic jubet ne animam velut sponsam inornatam sponso Deo offeramus, ne ille vultum avertat, despiciat, complexum neget, sed ut omnia quæ hic dicuntur ad animæ decorem traducamus. Præterea *r* monet, ut quæ nunc pro Christo Virgo pannosa est, servilique habitu vilis habetur, certa sit, fore ut cœlestibus regnis Regina, & nobilis, & honesta ornatu vario Regi assistere inveniatur: perquam iniquum esse, ac indignum quum sponsus nimia vi amoris impulsus nobilitatem, & divitias spreverit, ignominiaque calcata extremam quoque sit passus inopiam, ut nos illius paupertate ditaremur, sponsam immortalitatis consequendæ causa nolle pro se mortuo paria reddere, sed affluere deliciis, &c.

In vestitu deaurato.) Hieronymus, *in diademate aureo*. Alii, *in auro Ophir optimo*, (in mundo auri nobilissimi: cum massa vel pondere vel varietate auri Ophir: in splendore auri ex Ophir.) Aquila, ἐν βαλλατιῷφείρ, *in tinctura Ophir*: Theodotio, ἐν διαδήματι χρυσῷ ἐκ σωφείρ, *ex diademate aureo de Suphir*. Symm., ἐν χρυσῷ πρωτείῳ, *in auro primo*. Cyprianus *f*, *in veste inaurata*, Patianus, *in veste aurata*. De auro Ophir hìc nihil dicam, de quo nonnihil in enarratione hujus Psalmi ad Principiam Hieronymus, aut à loco Indiæ, aut à colore nomen accepisse. Alibi egi plutibus, ac de nominibus auri septem, quod idem Hieronymus apud Hebræos ibidem ait esse. Hoc loco legitur Hebr. כביתם אופוי *bechethem ophir*. Existimat Genebrardus *deauratum* hìc sonare purè aureum: cujusmodi solet esse diadema quod Hieronymus transtulit. Agellius non tam vestes quam cultum aureum qui supra vestes ponitur, ut monilia, torques, armillas, annulos. Satis communis opinio כתם *chetem*, *aurum* significare ex arte ad formam redactum, quasique pictum, maculatum, insignitum, quod Itali vocant, *smaltato*. Accipitur aliquando pro *colore* t, *mutatus est color optimus* כתם הכבי *chethem hattou*, *non conferetur tinctis India coloribus*: ut epithetum denotans fulgorem הקד בתם *chali chetem*, *margaritha fulgens*: aut pro mundo ave ornatu, מכתם אשופו *micchethem ophir*, *mundo obrizo* u. Tuccius *x* reprehendit versionem Græcam hujus loci ἐν ἱματισμῷ διαχρύσῳ: vultque reddi, ἐν τῷ χρυσῷ τῷ ἡματισμῷ *in vestimento aureo*, additque nomen δάμαρ *conjux*, Nimia mihi semper displicuit novandi libido, maximè præter venerabilem editionem vulgatam nostram. Rationem quoque reddunt nonnulli Patres cur non aureus, sed *de auratus* dicatur vestitus. Diadema aureum quod Hieronymus ponit, seu *corona aurea* y, est insigne regium, & *corona vitæ* z, *& de lapide pretioso* a, ideſt, de multis, designans simul essentialem quam vocant beatitudinem, quæ cingit caput: ideſt, animam, & præcipuam partem ejus rationalem: daturque vincenti, & convivanti, & ad complexum sponsi admissæ reginæ, idque etiam hoc ipso quòd regina est stellarum duodecim. Joannes *b* attribuit coronam, sicut profani duodecim velut radios coronis Regum affigebant, aut totidem lapides pretiosos, præsertim Apollini. *c* Sic etiam Latinus describitur coronatus *d*:

cui

e Animam multo magis ornari decet quam corpus.

e in Ps. 5. & *hom.* 70 *in Matth.*

a *Cant.* 6. 8.

b *Ep.* 70. & *de unit. Eccl.* c 2 & 4. *co. Parmen.*

d *Tract.* 5. *in Ioan*

e *Can* 24.

f *Ep.* 1.

g *in symbol.*

h *in Cant.*

i *Ps.* 132. 1. *K Ep.* 2 *ad Severum.*

l *in* 3 *Reg.* c. 5.

m 3. *Reg.* 10. 4.

n *Matt.* 2. 42

o *Apol. ad Gulie Apha*

p *Hom.* 2. *ex. pos. secund. in Cant.*

q *Hom. in divites av.* 1 *de Virgin.*

l, 2. *c.* 29.

Nomina auri septem.

t *Theren.* 4. *ti. lib.* 18 16.

u *Is.* 13. 12.

x *in Cant; annot. Patrix. loc.* 22.

y *Eccl.* 45. 14

z *Apoc.* 2. 10

a *Ps.* 29. 4.

b *Ap.* 12. 1. Duodecim radii seu lapides pretiosi in coronis Regum.

c *Plerius lib* 41.

d *Epicid.* 12

—— cui tempora circum
Aurati bis sex radii fulgentia cingunt.

Solis avi specimen. Numerus duodenarius indicat perfectionem, radii splendorem virtutum. *Vestitus deauratus* designat vel immortalitatem gloriosam corporis, ut asserit Eusebius, & Hugo, affirmans de ea quam jam consecuta sit Maria, licèt Thomas de dignitate maternitatis Dei: vel ornamentum virtutum præsertim Theologicarum, ut Athanasius, & Cyrillus *a*: vel ipsummet Christum, ut idem Athanasius, Chrysostomus, & Didymus (monens alia atque alia ratione eidem Christo convenire, ut sit sponsus, & vestimentum) quem baptizati dicuntur *induere b*: vel Evangelium, ut Hesychius: vel dogmata spiritualia in genere, ut Basilius: vel baptismi gratiam, ut Euthymius: vel Spiritum Sanctum, ut idem: vel sapientiam, ut Augustinus, Ruffinus, Hugo, & alii nec non Ricardus Victorinus *c*, vel peculiariter fidem, ut Hieronymus in commentario: vel intelligentiam scripturarum, ut idem ad Principiam, & in Zachariam *d*, atque Remigius, ac Thomas: vel charitatem, ut Cassiodor. Beda, Haimo, Thomas, Valentia, quæ deauret quodammodo atque fulgorem det virtutibus ceteris, sitque vestis nuptialis, qua carens projiciatur *in tenebras exteriores e*: vel decorem, & honorem corporis virginalis, ut Greg. *f*, & quod omnis pudicitia decori virgineo, comparari non possit, & Ambrosius *g*, quia Spiritu consecrata divino inde tamquam ab igne aurum, formæ augmentum sumit, vel novum hominem, qui renovatur in cognitionem juxta imaginem Creatoris *h*, ut Hieronymus in Ezechielem *i*: vel merita cum quibus justus comparebit in judicio, ut Cæsarius Arelatensis *k*. Vestimentum hoc *salutis est l* tunicaque lætitiæ: felix qui tanti meriti est, ait Hieronymus in Isaiam *m*, tantæque virtutis, ut ornamentum dicatur Ecclesiæ, & quo Christus velut ornamento vestiatur (ut enim Christo induimur, sic ille indui dici potest nobis ipsis) atque circumdet sibi eum *quasi sponsa* n. Crebrò etiam in scriptura dicitur quis *indui* vel vestiri *justitia*, & aliis virtutibus, ut alias docuimus: sic Job *o* de se ipso, *Justitia*, inquit, *indutus sum, & vestivi me sicut vestimento, & diademate judicio meo*. Hortatur Paulus *p*, ut induamus nos *sicut electi DEI, sancti, & dilecti viscera misericordiæ*, &c. Bernardus, & fratres, sororem non antè ad colloquium admiserunt quam cultum corporis in quo venerat deponeret. Jucunda utilisque narratio in Bernardi vita continetur *q*: cui non dissimilis de non admissa à Benedicto Papa XI. matre nisi conditione eadem. Antea domus ornamentum ab ebore positum est: aptissimè congruit eboris candori fulvi nitor auri. *Vestivit Salomon thronum de ebore grandem auro fulvo nimis r*. Plato autem docet, ebur, & aurum quum decent, pulchra omnia reddere, contra verò cum dedecent, propterea Phidiam Minervæ oculos non aureos fecisse, non vultum, pedes, manus, sed eburnea reddidisse.

In vestitu deaurato.) Aurea non modo mediocritas, sed etiam paupertas Christiana. Illustre in Catharina Suedica exemplum: cujus attritæ confutæque manicæ ab honestis, & nobilibus matronis Romanis visæ sunt purpureæ & Baroni Ludovico stramineus lectulus cum operimento item consuto, nulliusque pretii, aureo, & purpureo tectus operimento *s*.

Circumdata varietate.) Omisit ista Hieronymus desuntque in textu Hebræo: & notat Eusebius nec apud ullum Interpretem haberi, sed obelo notata esse. Leguntur tamen à Basilio, Didymo, Euthymio, præterea à Clemente Alexandrino *t*, & à Latinis omnibus, nec non in Psalterio Arabico, & Æthiopico. Sed in Ambrosiano, & Romano atque apud Augustinum, Cassiodorum, item Arnoldum *u*, Cyprianum *x*, Isidorum, *y* Ambrosianum *z*, *circumamicta* vel *amicta* est *varietate*. Græcè περιβεβλημένη, πεποικιλμένη.

Varietas est multiplicis virtutis denique gratiæ in Ecclesia, vel in unoquoque fidelium: diversitas Ecclesiarum, particularium rituum, & ceremoniarum, graduum, statuum, dogmatum, sacramentorum, meritorum, præmiorum, locorum, personarum, officiorum, dignitatum, linguarum, morum, miraculorum, A cum unitate unius generalis Ecclesiæ integrique mystici corporis ejus sub eodem capite Christo, & sub mortali visibilique pro hominibus mortalibus Pontifice Romano. Augustinus, Ruffinus, Hieronymus, Beda, Cassiodorus, alii linguarum varietatem annotant. Augustinus adhuc *a* alibi, ceremoniarum. Cassiodorus attendit eam in sanctorum distinctis ordinibus, appellans aurum Apostolorum, argentum Prophetarum: gemmas Virginum: coccum Martyrium: purpuram pœnitentium. Haimo in clericis, conjugatis, & aliis gradibus statibusque. Thomas in aureis martyribus, roseis per gemitum pœnitentibus, &c. Basilius variegatos veluti, ac interstinctos accipit dogmatum plurium flores moralium, physicorum, epopticorum, qui de spectandis ceremonialibus mysteriis sunt conscripti: in quibus tamen quod, & alii notaverunt priùs citati atque Chrysostomus *b*, spectatur deauratio sapientiæ, charitatisque. Divisiones gratiarum, mensuram donationis Christi, ejusdem corporis membra varia vocat Apostolus *c*, unde gratia seu decor augetur, dum multiplex virtus, ut scribit Paulinus *d*, in una compage numeratur, ut *stet Regina circum amicta varietate. Multiformem sapientiam* Paulus *e*, Petrus *f*, *multiformem gratiam* πολυποίκιλον, & iterum Paulus *g*, differentiam resurrectionis, ideſt, beatitudinis, ut inter stellas discrimen cernitur: varietatem vasorum *h*. Clemens *i* Alexandrinus varietatem considerat in doctrina quam Ecclesia non sacram tantùm, sed profanam quoque usurpat, propter eos qui de Græcis, ideſt, de Gentilibus ad eam se aggregant; quos nominat etiam superfluas aureas fimbrias: de quibus paullo post Hieronymus *k*, Cyrillus *l*, Chrysostomus, & Ricardus Victorinus indicari volunt opera variarum virtutum ultra charitatis aureum vestitum: sic autem verum esse quod Augustinus ait, *Habe charitatem, & fac quidquid vis, quia probatio charitatis, exhibitio est operis*. Cyrillus Alexandrinus *m*, Christo ipsi ornat Ecclesiam, tribuit varietatem præfiguratam in byssо torta, in hyacintho, in purpura, in cocco, in depictis Cherubim similibusque aliis rebus pertinentibus ad tabernaculum *n*. Hieronymus *o* ait, gratias spirituales, per quas sponsæ ornatur ambitio, ideſt, dignitas majestatque, esse istam varietatem, Bernardus *p* multa repetit ex dictis de veste polymita Josephi, sed quæ simul inconsutilis tunicæ Christi conditionem habeat, & de divisionibus gratiarum, & de ordinata charitate, & de pluralitate unita, unitate plurali, discordi concordia, concordi discordia; & de mansionibus multis in Patris domo, multisque ordinibus in Ecclesia. Adde castrorum aciem ordinatam vocari Ecclesiam, regnum, civitatem, domum, corpus. Varietas omnium quæ dicta sunt per aureas *muranulas* sponsæ *vermiculatas argento q* exponi magis potest, atque per collum ejusdem sicut monilia (de quibus etiam Isaias *r*,) hoc est, monilibus plenum *s*, ac si turturis aut columbæ imitaretur collum, in quo distincti emicant colores: quod Nyssenus *t* de multiplici virtutum genere declarat: ait enim idem Salomon *u*, Qui disciplinam patris, & legem matris audiat, imponendam illius capiti gratiam, torquem collo ejus. Non potest obedientiæ jugum collo ferre qui virtutibus id aliis non exornat. Possumus huc præterea *polymitam* πολυποίκιλον Josephi referre vestem *x*, & Aaronicam seu Pontificiam *y*. De utraque ad idem propositum Hieronymus *z* proferens cum hoc nostro loco etiam Petrum. Philo *a* eadem asserit designari solertiam, prudentiam, industriam variam, quam in rectore populorum oportet esse. Mundum universum idem *b* cum eleganti pictura meritò, comparat, in eoque, arte usum Deum variegandi: alii, cum musico instrumento, qualem, quàm pulchrum; quot quasi coloribus existimabimus adornatum, quàm suavi concordia constantem, alium veluti mundum supramundanum gratiæ gloriæque? De vario vestitu pictarum genere Attalicarum, Phrygionicarum, Barbaricarum, polymitarum, scutulatarum, acu pictarum, opere plumario factarum, Babylonico, Alexandrino, Damasceno, Gallico, reticulatarum, legendus Plinius *c*, & Pradus noster *d*. Hieronymus *e* hinc etiam probans meritorum, ac præmiorum discrepantiam, congerit alia de dicta veste Joseph, & diversis donationibus Dei ac membris Ecclesiæ, de variis formis animalium in ar-

a 1. de ador. in Spiritu.
b Gal. 3. 27.
c Annot. in Ps. 44.
d in c. 14.
e Matt. 22. 23.
f in 1. Reg. l. 6. c. 1.
g 1. de Virgo h Ephe. 4. 24 i in c. 16.
k Hom. 1. l Is. 61. 10. Felix qui ornamentum dicitur Ecclesiæ, & quo Christus velut ornamento vestiatur.
m in c. 49. n Is. 49. 18.
o cap. 9. 14.
p Coloss. 3. 12. Bernardus & fratres quo modo sororem ad colloquium admiserunt.
q lib. 1. c. 6. Benedicti Papæ simile Bernardo exemplum in matre.
r 3. Reg. 10. 18 s in Hippia majore. Phidiæ simulacrum. Paupertas Christiana aurea. De Catharina Suedica, & Barone Ludovico quæ narrentur.
t Surius in vita c. 11. & 22. 22. Martii.
u 6. Str. c. 5. x tract. de laud. Mariæ y lib. 2. c. 29. z in 3 Reg. c. 5.
a 1. de Virg.
b Epist. 16.
c Hom. de virtut. to 5.
d 1. Cor. 12. 4 Rom. 12. 3. Eph. 4. 16.
e Ep. ad. 2.
f Ephe. 3. 10
g 1. epi. 4. 10. 1. Cor. 15. 12 12. Tim. 2. 20
k 6. Strom. c. cap. 5.
l in Isa. 18. m 1. de ado. in Spiritu.
n 9. deado. in Spiritu.
o Exod. 26. & seq.
p in c 49. Is.
q Apolog. ad Galic. Abbat.
r Cant. 1. 10 scap. 61. 10.
t Cant. 1. 10.
u ora. 3. in Cant.
x Prov. 4. 1.
y Gen 37. 9.
z Exo. 28. 2.
a 1 conc. lev. & in cap. 16. Ezech.
b lib. de Ios. seu de viro civili.
clib. de som. lib. 8. c. 48. lib. 11. c. 24. Meritorum, & præmiorum discrepantia.
d in Ez. c. 1. versio
e Aucup. Ievi

a Gen.7. 14. b Ioan.14.2. c Ex. 16.10. d Gen.30.32 e 1.Cor.9.22 f Rom.12.15 g Gen.28.12 Exod.19.14. h 2.Cor.5.13 i Exod.25.25 k Ps.67.14

ca *a*: de mansionibus multis in domo Patris *b*, &c. vestit Deus suos *discoloribus c*: oves, & capræ Jacob erant variæ, sparso vellere, fulvæ, *maculosæ d*. Apostolicus vir *omnibus omnia fit e, cum flentibus flet, gaudet, cum gaudentibus f*: ascendit ac descendit *g* per contemplationem, & praxim: mente excedit Deo, sobrius est aliis *h*: est corona *interrasilis* i, habet pennas columbinas deargentatas *k*, non tantum vestitum deauratum, de quo supra. Nec incommodè aliqui Christum ipsum appellant aureum Ecclesiæ paludamentum: ornamentum aurium prædicatores: cingulum, arctioris vitæ legibus adstrictos: calceos, qui religiosas obeunt peregrinationes: armillas, patratores miraculorum: coronam, Patriarchas, Apostolos, Pontifices, Episcopos, Presbyteros, & sic de aliis.

Hæc adeo bene ordinata unitaque varietas Ecclesiæ Catholicæ, denique rectus ordo, sic illius propria nota est, ut eam optimè discernat à sectis aliis, in quibus nil nisi Babylonica confusio, quum rejiciunt differentiam quæ oritur ex obligationibus ad vitæ genera diversa, exque varia vel gratia, vel potestate, quam ad functiones diversas in Ecclesia obeundas distribuit Deus. Conjugati sola communi tenentur obligatione servandæ legis divinæ: Episcopi, & presbyteri ob officii ac dignitatis rationem; religiosi, propter vota tria, diversasque regulas perfectionem majorem, ejusque studium profitentur. Eidem Ecclesiæ necessaria prædicatio, sacramentorum administratio, gubernatio, quas Dionysius *l* appellat purgationem, illuminationem, perfectionem, Prosper *m* docet, Ecclesiam quæ est corpus Christi, ita multimoda varietate contextam esse, ut in unum decorem, etiam quæ non sunt paria, concurrant, & de omni genere hominum, & de omni gradu officiorum, de omni mensura operum, de omni qualitate virtutum fiat totius ædificationis inseparabilis connexio, & indifferens pulchritudo, nec desit soliditati quod non defuerit proportioni, tantaque ibi sit pax, tantaque concordia, ut non possit esse nisi omnium quod est etiam singulorum. Tum subdit copulatricem, & confœderatricem multiplicis istius unitatis, & speciosæ diversitatis esse humilitatem. Tribuitur id ab aliis charitati, & suo utrumque modo verum est. Omnino elegans, pulchraque varietas de qua Poeta Italus,

Che per tal variar natura è bella.

id sibi quoque vult hymnus ille *n*,

Noctem diemque qui regis,
Et temporum das tempora
Ut alleves fastidium,

Quid artes adeo multas enumerem? quid inter ipsos homines simillimis formis dispares mores, & moribus iisdem figuram dissimilem *o*? Nec ineptè quis hæc transferat ad Mariæ omnis generis ornamenta virtutum. Hæc illi sponsus dedit: ipsa iisdem sponsum oblectavit, eidem referendo obtulit multo chariora quàm quæ Salomoni Regina Saba *p*.

Cassiodorus *q* Theodorici nomine scribens formulam commentalem ad tempus, de omni hac in rebus varietate præclarè isto sermone, Nemo dubitat homines sua varietate recreari, quia in continuatione rerum magnum mentibus constat esse fastidium. Dulcedo mellis si assiduè sumatur, horrescit: serena ipsa quamvis magnopere desiderentur, jugiter adepta sordescunt; non immeritò, quia quum sit homo commutabilis, naturæ suæ desiderat habere qualitates. Et ideo festinanti tibi provinciali oblectatione refoveri, copiam tot mensium in supra dicta provincia concedimus immorandi (quia penè reclusus advertitur, cui mutare solum, liberum non videtur) ita tamen, ut quum promeritas inducias Domino juvante transegeris, ad urbanas sedes redire festines. Nam si tædium est, continuatim vivere in Urbis celebritate, quanto magis in agris diutina tempora peregisse? Libenter ergo damus inducias discedendi, non ut debeat Roma deseri, sed ut magis commendetur absenti. Huc usque formula. Et variatum satis in varietate; revertamur veluti ad urbaniora. Chaldæa Paraphrasis variat non parum, *regiones regnorum venient ut suscipiant faciem tuam*, addit textus Nebiensis, (& *gloriosa erit regina tua, & exarabitur in exemplari splendor tuus velut obrizo ex Ophir.*

Vers. 11.) Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliviscere populum tuum, & domum patris tui.

Vers. 12.) Et concupiscet rex decorem tuum, quoniam ipse est Dominus Deus tuus, & adorabunt eum.

Vers. 13.) Et filiæ Tyri in muneribus vultum tuum deprecabuntur: omnes divites plebis.

COnvertitur nunc sermo ad reginam, de qua proximè antè dictum est, atque David velut νυμφαγωγος, νυμφοδοκος παράνυμφος pronubus sponsæ monita dat, ut observavit Chrysostomus *r*. Necesse erat, inquit ille, si tamen ille, sicut in nuptiis dotalia scribi sponsæ, &c. Prolixè tractat auctor ille de nuptiis istis, & mysticè de celebratis in Cana, sed nimis simplici tum stylo, tum sententia. Nuptiarum præsides, ait Cyrillus, Reginam sacris instituunt, & ea illi narrant quę efficiant sapientissimam, ac sponso gratissimam. Sed ad rem. Quæritur hìc quodammodo consensus puellæ laudatæ priùs à dignitate regia, & cultu nuptiali, deinde etiam à pulchritudine, à nuptialibus muneribus amicarum sodalium, à fœcunditatis omine, quemadmodum olim Rebeccæ *s* & Penelopes quum tradenda esset Ulyssi. Hæc in Cantico *t* vocatur dies quando alloquenda est sponsa. Jubet David sponsam attentis auribus quæ monet excipere, ac animum de ea advertere, nimirum grave molestumve ne ducat sodales relinquere, populumve, apud quem nata, & educata est, ipsam postremò paternam domum. Hoc si faciat, à maximo rege adamandam, qui idem sit etiam Dominus ac Deus ejus, ita ut decorem suum, ac se ipsam totam ipsi debeat, non alium amatorem quærere, magnive facere ea quæ deserere admonetur, quum etiam ipsum omnes adorent, & colant, ac nominatim filiæ Tyri civitatis opulentissimæ, atque celeberrimi emporii, unde nomine tributi pretiosissima ferunt munera, ut nuptias ejusdem cohonestent; quod in sponsæ quoque honorem redundat, quam propterea, & dictæ Tyri filiæ, & ditissimi quique summa veneratione prosequentur, ac in ejus se societatem admitti suppliciter flagitabunt. Ecclesiæ de Gentibus convocandę dicuntur ista, quemadmodum Abram quum de regione idololatrarum educeretur, jussus est egredi *de terra sua, & de cognatione sua, & de domo patris sui u*: Ruth verò sponte sua maluit cum populo socrus suæ Noemi morari, & Deum, quem illa colebat, colere, quam reverti cum Orpha ad populum suum Moab, & ad Deos suos *x*. Allusio quoque videtur ad præceptum Dei quod mysticè de Christo, & Ecclesia Paulus *y*, accipit, ut relinqnes homo patrem suum, & matrem suam *adhæreat uxori z*: æquè enim intelligitur etiam de uxore respectu viri: sed id de viro dictum, quod majus ac difficilius videbatur. Eusebius ac Theodoretus probant, hæc Judæis nullo modo convenire, quia de majorum suorum cultu ac pietate gloriantur, propterque illos plurima beneficia consecuti sunt; sed Gentilibus, qui parentes habuerunt idolorum cultores, immo, & diabolum ipsum, & erant *filii iræ a*. Observat præterea Eusebis eodem spectare, quod ab accedentibus ad cognitionem veritatis, & baptismum exigitur, ut abrenuncient Satanæ, & omnibus operibus ejus, & omnibus Angelis ejus, & omni pompæ ejus, & religioni ejus.

Multo minùs intelligi locus hic potest de Salomone filiaque Pharaonis, uxore Salomonis, ut sentiunt Hebræi, & Hebraizantes, aut de Bersabee uxore Davidis, ex Hethæis, ut Nicolaus Trevetus, aut de Michol filia Saul, ut accommodationis saltem sensu Drogo Cardinalis *b*, quia non erat Salomon, vel David; Deus uxoris, ut omittam alias rationes, quæ partim peti possunt ex antecedentibus, partim ex his quæ dicentur postea. Ad animam cujusvis, & ad B. Virginem aptiùs accommodantur ista, ut etiam videbimus. Postremò aut inducitur persona loquentis reginæ, alteriusve matronæ, quæ alliciat ad serviendum Domino tam speciosę, & glorioso,

l Eccl.hier.c. 5. & 6. m ep.ad Demetriadem. n ad land. adminia. o Cic.1. de nat. Deor. p 1.Paral 9. 1. & seq. q liv.7. variarum ep. 36. r Homil.de virtute to.5. s Gen.24.58. t Cant.8.8. u Gen.12.1. x Ruth.2.15. 16. y Eph.5.31. & sc. & 32. z Gen.2.24. a Eph.2. b Ser.de passione Domini.

so, aut Dei Patris adhortatio est ad sponsam Filii: aut prævidens David in spiritu, alloquitur sponsam Christi, sive sponsam dicamus esse Mariam, sive omnem fidelem animam, sive Ecclesiam, quod erit quoque discipiendum, Sed is quem posui sensus, optimus censetur. Integro Joannes Avila docto pioque opere Hispanicè scripto locum istum tractavit cui titulum fecit, *Audi filia*.

Audi filia.) Ambrosius *a*, *aspice*. Hieronymus *b* ac Didymus ajunt, personam Patris hìc induci, loquentis ad sponsam Filii sui, & cohortantis eam, ut veteris Gentilitatis, & idololatriæ errore contempto, primùm hiis quæ dicuntur attendat, & propter quod, de alienigena, filia nominetur, quum patrem priùs haberet Diabolum. Augustinus, & plerique de Latinis aliis Græcisque, allocutionem volunt esse Davidis tamquam unius de Patribus, quia Patres nostros, nos qui sumus de Ecclesia, vocamus Prophetas, & Apostolos. Cassiodorus, & alii laudes sponsæ, vel conditiones quibus pervenerit ad adeo gloriosas nuptias hìc poni tradunt. Cajetanus docet haberi respectum ad morem illum, ut adveniens moneatur sponsa de moribus domus mariti, relinquendo mores, & patriæ suæ, domus Patris sui; has autem admonitiones dari à senioribus, seu à parentibus sponsi, qui sunt patres Christi, prophetæ, sanctique Veteris Testamenti, ut audiat per fidem; videat discernendo credenda à non credendis, speranda à non sperandis, diligenda ab odio habendis, operanda ab omittendi, &c. inclinet aurem, humiliando caput, ac redigendo in captivitatem intellectum: obliviscatur populum, & domum patris tum Diaboli, tum etiam carnalis, quatenus is carnalia sapit, ut sic ametur à conjuge rege: incurvet se, sic namque legit pro *adorabant*) debitum honorem illi exhibendo tamquam subdita, ut vicissim honoretur ab aliis. Potuit, & *filiam* David appellare Mariam, quæ de familia illius erat. Chrysostomus, & Euthymius dici à Davide notant Ecclesiam *filiam* non suam, sed ejusdem Christi, cujus est sponsa, seu quam ei despondet, nec enim id in Christo repugnare, sicut apud homines, quia spirituali modo hæc fiunt. In Scriptura is qui alium instituit, appellat *filium*, ut Psal. XXXIII. *c Venite filii audite me*: eaque de caussa inventores artium vocantur *patres d*: & *filii prophetarum e*, discipuli eorum: & Paulus *f* ac Joannes *g filiorum* nomine aut *filiolorum* nuncupant suos discipulos. Parentes propriè dicti solum corpus producunt: doctores videntur attingere, animam, & procreare, ut Plato loqui solet. Idcirco quas Latinè Abraham *feciſſe animas* dicitur *in Haran h*, Chaldæus exponit quas subjeceret legi, hoc est, verum Dei cultum, & scientias quoque naturales docuerat. Ex illis creduntur fuisse 318. vernaculi, quorum opera reportavit victoriam *i*. quia vox Hebræa sonat, כ, *doctos* sive *discipulos*. Nec desunt qui *Cariath Sepher* confundentes cum *Cariath arbe*, & *dabir* putent à litteris quas Abraham docuit denominatam; & eamdem esse cum *Tetrapla*, in qua Xenophon tradit Phœnicum scholas floruisse. Rabbi Aben Ezra si de Messia sit Psalmus, per *filiam* docet cœtum, congregationem, Ecclesiam קהלה *kahalab* intelligi, ut *serviant ei omnes humero uno h*, & R. David Kimhi *filiam Tyri* pariter accipiunt pro cœtu, ad eum modum quo dici solet, *filia Juda*, *Sion*, *Edom*, &c. multitudo talis aut talis populi gentisve. Chaldæa paraphrasis hoc loco de congregatione Israel interpretatur, ut audiat legem oris Dei: Rabbi Eleazar apud Galatinum *l* idem dicebat, & eumdem vocatum præterea nomine *sororis* in Cantico *m*, & *matris* apud Isaiam *n*, ubi legatur אמי *immi*, non אמי *vmmi*, *mater mea*, non *populus meus*. Primarius de Ecclesia sensus, est, qui quoque traditur à Firmiliano apud Cyprianum *o*, Justino *p*, Auctore operis imperfecti *q*. Chrysostomo *r*, Cyrillo Alexandrino *s*, Hieronymo *t*, Augustino *u*, vel alio qui confert cum loco ex Genesi *x*, de Abram, Isidoro *y*: De Maria, & de cujuslibet fidelis anima, præsertim Virginis, satis etiam commodus, licèt non adeo litteralis: facilius autem, est, ut ipsummet prophetam loquentem faciamus, qui pro Deo tamen loquitur. Quamvis David idem loquens intelligi possit sub typo uxoris filii Salomonis quoniam socer, & socrus vocare solent nurus *filias suas*, ut Noemi *z*. Sunt, & qui dicant nocte nuptiarum sponsum appellatam *filiam*, deinceps non item, postquam sponsus illam feciſſet matrem. Id legi deinde Pinedam non sine caussa rejicere in suo Salomone lib. c. 4. ubi il Psalmum istum totum explanat. Dignus qui audiator Deus, ad quem accedi non nisi per fidem potest *a*, cui nemo sine fide placere potest *b*; *fides autem ex auditu c*. Ecclesiæ dicitur, ait Fulgentius *d*, *audi filia*, *& vide*, quia iste est in homine ordo divinæ redemptionis, ac remuunerationis, ut nunc justificatus, credat, quod tunc glorificatus accipiat. Id sibi vult in baptismo ritus is, quo catechumeni baptizator in aures mittit digitos, ut pateſcant fidei ac obedientiæ divinæ, atque perficiantur *e*, aut perforentur Deo velut mancipii Domino suo *f*: sirenarum verò ad voces, hoc est, Diaboli, Mundi, carnis, occludantur, amaras, vanas, blandas. Væ illis, qui in aures idolo consecrant *g*, non ornant divinis discipulis aures. Petri gladio ferenda illius auris dextera *h*, quæ sese ad sinistra applicant nec obedit Deo sed mavult, quum sit Malchus, idest, ad regiam vocatus dignitatem, Dei servire inimicis. Septæ spinis Christi aures nostræ, nihil alienum admittunt: veloces sunt ad adiendum verbum Dei cum silentio, juxta præceptum non Jacobi *k* dumtaxat, sed etiam Mosis Deive; dicentis *l*, *audi & tace*. Aspis imitanda contra incantationes noxias *m*, ut liberiores, ac patentiores ad carmina divina sint aures. Quærenti Catharinæ Senensi cur non tot Deus nunc suis, ut olim, revelaret mysteria, fertur respondisse, quoniam paucissimi accederent tamquam ad magistrum, sed potius adeo multa loquerentur, ut locum sermoni vino minimè relinquerent. Secus pedes Christi stans Magdalena audiebat, & nostermet David, *audiam* dicebat *quid loquatur in me Dominus n*. Confert cum hoc loco Theodoretus Cantici *o* locum quem declarat: *veni de Libano sponſa mea*, *veni de Libano*, *veni*, *coronaberis de capite Amana de vertice Sanir*, *& Hermon*, *de cubilibus leonum*, *de montibus pardorum*, &c. quasi hoc sit quod hìc sequitur, *obliviſci populum*, *& domum Patris*. Quemadmodum, inquit Chrysostomus *p*, in nuptiis non sponsa sponsum petit, sed contra, etiamsi regis filius vilem ancillam duceret, ita non in cœlum humana ascendit natura, sed ipse Deus ad hanc descendit, quamvit contemptam, Ergo & hìc meritò dirigitur ad sponsam sermo, ut sese ad excipiendum comparet sponsum. Ambrosius ad Virginem scribens lapsam *q*, redigit ei in memoriam solemnem ritum quo velata fuerat in divino altari, resurrectionis Dominicæ die solemni conventu Ecclesiæ, inter lumina splendida, inter candidatos regni cœlestis, quasi nuptura procedens regi: & quo pacto tunc illa sit recitata verba, & facta ipsi allocutio (alludit ad formulam nuptarum) *aspice filia*, *intuere Virgo*, &c. ubi omnis populus dotem ipsius subscribens non atramento, sed spiritu pariter clamavit, *Amen*. Chrysostomus *r* accommodat locum ad animam pœnitentis: seu peccatoris quem ad pœnitendum invitat *s*, item ad mulieres regulares viris cohabitantes. Hieronymus hinc Epistolæ sumit exordium ad Eustochium *t*, scribens Deum loqui ad animam humanam verbis istis. Gregorius *u* Thaumaturgus verba hæc scribit Davidis esse ad virgam, quæ ex ipso pulcherrimi illius fructus florem germinata erat *x*. Sic autem exponit, *audi filia*, quæ antea in te prædicta sunt, ut & cognitionis oculis res ipsas contempleris: audi me tibi præsignificantem, & Archangelum perfecta tibi mysteria desertè annuntiantem. Chrysippus *y* presbyter Jesolymitanus imitari videtur Thaumaturgum, usurpans eodem modo hunc locum, sicut & ex Psalmo CXXXI. *z Surge Domine in requiem tuam*, *tu*, *& arca sanctificationis tuæ*. De isto autem loco sic fusiùs tractat, quasi per paraphrasim, quam omittere non debeo. *Audi filia*, hoc est, de cetero sermo meus dirigatur ad te, quæ à me ortum accepisti, sermo in quam ad te, per quem etiam evangelizzo Ecclesiæ Gentium: sermo meus ad te, quæ desponsanda es Regi magno, sermo est ad te, quæ Deum Verbum, prout ipse novit, conceptura es. *Audi filia*, *& vide*: adeo diligenter ausculta, ut etiam ipsis notitiæ oculis intuearis effectum (experimento quodam quod in se factum est, percepit ac perfectissimam incarnationis cogitationem habuit, sed infra visionem claram) audi etiam hæc mecum inclinatione prædicentem, atque Gabrielem eadem

a *ad Virgin. lapsam c. 1.*
b *Epist. 140.*
Patres nostros vocamus Prophetas & Apostolos.
Mos circa novas sponsas observatus.
c *vers. 12.*
Artium inventores *patres* dicti
d *Gen. 4. 21.*
e *4. Reg. 2. 3.*
Parentes corpus producunt doctores animam attingunt, & procreant, Loci Genesis expositio.
f *1. Cor. 4. 14. Gal. 4. 6. ad Philem. v. 10.*
g *1. Ioa. 5. 2.*
h *Gen. 12. 5.*
i *Gen. 14. 14*
Cariath Sepher
k *Soph. 3. 9.*
l *3. c. 26.*
m *c. 5. 1. 2.*
n *c. 5. 6. 1.*
o *Ep. 75.*
p *in Tryph.*
q *Hom. 48 in Matth.*
r *Hom 41. ad pop. & hom. 14. in Ep. ad Heb. & hom. 3. in Matt.*
s *2. de ad. in spir. & l. 2. in Ioa. c. 62 & in c. 23. Is.*
u *Serm. 11. de imp.*
x *c. 12. 13.*
y *in Gen. c. 26. & in 3. Reg. c. 5. & de voc. Gen. c. 1.*
z *Ruth. 1. 12 13.*
a *Hebr. 11. 6*
b *ibid.*
c *Rom. 10. 17*
d *1. ad Mon. l. c. 11.*
Ritus baptizantis, in aures digitos mittenti.
e *Ps. 29. 7.*
f *Exod. 21. 6*
g *Ex. 22. 2.*
h *Ioa. 18 10.*
i *Ecc 28. 29*
K *Matt. 27. 24.*
l *c. 1. 19.*
m *Deut. 6. 34.*
n *Ps. 57. 5.*
Catharinæ Senensi responsum.
o *Ps. 84. 9.*
p *c. 4. 8.*
q *Hom. 17. in* Comparatio sponsi regis vilem ancillam ducentis, & Dei ad vilem animam descendentis.
r *c. 5.*
s *Hom. 41. ad popul.*
t *Ser. quod regulares fœminæ viris cohabitant. To. 5.*
u *Ep. 22.*
x *Ser 1. de annunt. a.*
y *Is. 11. 1.*
z *Serm. 2. de S. Deipara, vers. 1.*

dem tibi indicaturum, *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam*, hoc enim fauſtum eſt nuncium de redemptione Mundi; *inclina aurem tuam*, & auſcultatio diriget cor tuum, *& obliviſcere populum tuum, & domum Patris tui*: populus enim à quo cognationem contraxiſti, nequam eſt ignominiam tibi affert: populus imprudens tibi irreprehenſæ natura propagini familiaritate junctus eſt, & cultura ſpinarum ferax roſam tuam producit. Obliviſcere autem una cum populo etiam ipſam domum paternam: Audi pauliſper dignitatem quam adeptura es è conceptione indicibili. Etenim propheta, & Rex ſum ego qui tibi ſemen ſuppeditabo: tu verò declarabere mater Regis, qui Dominus eſt ſceptrorum non terrenorum, ſed cœleſtium (non tantùm illorum, ſed etiam iſtorum, illorum autem uſum in mortali vita non exercens) *& obliviſcere populum tuum, & domum Patris tui*, ne poſt hac attendas animum huic inferiori cognationi, quoniam in Reginam tranſmutaberis: & audi quanto te amore proſequetur is, qui, & Conditor omnium eſt, & poteſtatem habet: *concupiſcet enim*, ait, *Rex decorem tuum*. Ipſe Pater te ſibi ipſius deſponſabit Spiritus ſanctus, coefficiet ea quæ ad deſponſationem pertinent, & Filius ipſum templi tui decorem aſſumet. Itaque ne exiſtimaveris te parituram infantem humanum, *quoniam ipſe eſt Dominus tuus, & adorabis eum*,) utitur diverſa lectione, de qua deinde agetur,) Ipſe formator tui, ipſe etiam infans, ipſum concipies, & cum ceteris (alludit noſtram lectionem, *& adorabunt eum*) adorabis ut Dominum. Tum ſubdit Chryſippus: Animadvertite quodnam epithalamium David obtulit Deiparæ dum velut modulator quiſpiam hymnum decantat, quo etiam velut Pater congratulatur tantæ puellæ beatitudini. Tot verbis retuli hujus auctoris ſententiam, & quia non ita obvius eſt, & quia continent explanationem uberiorem præſeptis loci.

a Hom. 3. ſupra Miſſus eſt.

Bernardus *a* meritò docet à Verbo æterno decorem concupitum Mariæ, qia fecerat quidquid longè antea prænonita fuerat à patre ſuo David; audiverat quippe & viderat credendo, & intelligendo: inclinaverat aurem ſuam ad obedientiam corquo ad diſciplinam: oblita populum ſuum, & domum patris ſui, quia nec populum ſuum augere prolis ſucceſſiones, nec domui patris ſui relinquere curavit hæredem, ſed quidquid honoris in populo, quidquid de paterna domo rerum terrenarum habere potuiſſet, omnia arbitrata eſt *ut ſtercora, ut Chriſtum lucifaceret* b. Athanaſii epiſtola Interpretatione Pſalmorum ad Marcellinum, luculentam valde loci hujus in ſenſu eodem expoſitionem continet. Similia dicit hæc Gabrielis verbis quibus Mariam ſalutavit: Angelum ſuo eam nomine appellaviſſe, quia genere alienus erat: Davidem ut ex ſuo ſemine uriundam, nominaviſſe *filiam*.

b Phil. 3. 8.

Filia.) Præter ea quæ dixi, memini me in Joannis Epiſtolarum commentario annotaſſe, fœminas fideles in novo teſtamento molli hoc *filiarum* vocabulo minimè appellatas, ut appellati tamen ſunt viri *filii*, & *filioli*, *Filia* Eccleſia vocatur propter gratiam adoptionis, nec non quævis anima fidelis, de qua Hieronymus *c*, Bernardus *d*. Antonius *e*.

c ep. 12.
d Serm. de S. Martino.
e 4. p. tit. 15.

Vide.) Ambroſius *f*, *intuere*. Viſionem Chaldæus refert ad inſpectationem mirabilium, operum Dei noſtri, vel eamdem Chriſti miraculorum cognitionem: vel ad perfectionem ac veluti experimentalem practicam rerum, & myſteriorum fidei notitiam, & diſcretionem atque animadverſionem, & attentam conſiderationem, cujuſmodi ſcilicet habetur per dona Spiritus Sancti ad intellectum pertinentia, nec non per aliqua dona gratis data. Surdos Iſaias *g* ad audiendum, & cæcos ad videndum provocat. *Auditio* innuit peculiariter veteres prædictiones, figuraſque de Chriſto: *viſio* complementum earum. Hanc Euthymius extendit ad ea quæ ſponſus Chriſtus pro ſponſa fecit miranda, & propter eam paſſus eſt. De oculorum cuſtodia rectoque uſu, tum de ſui ipſius dijudicatione, quod examen vocant conſcientiæ, de moderatione judicii proprii, de utili notitia ſui ipſius, de contemplatione rerum divinarum, apta ſatis tractatio inſtitui poſſet cum Joanne Avila. Scribit quoque Bernardus *h* videndi verbum poſt verbum *audiendi* denotare viſionem Dei concedi poſt fidem. Poteſt præterea viſio innuere attentam conſiderationem eorum quæ audita fuerint, & à ſponſo imperata, vel propoſita, vel quæ de illius qualitatibus dicta. Eſt etiam *videre* interdum idem quod oblectari; ſicut ibi *i*. *Videbis & afflues: & mirabitur & dilatabitur cor tuum*, oblectatio autem aliquando eſt de parta victoria, & ſtratis inimicis. Prius autem de ſponſo dictum eſt, quòd *ſagittæ ipſius in corda inimicorum penetrarunt, & populi ſub illo ceciderunt*.

f Ser. 42. in fin.
g Iſa. 42. 18.
h Ser. 41. in fin.

Et inclina aurem tuam.) Addit Parapraſtes *ad verba legis*, de phraſi num plus cenſeri debeat inclinare aurem quàm audire, vel contra, vel utrum ſint hæc ſynonyma, dixi Pſalmo XVI. *k* & XXX. *l*. Facilitatem poteſt, innuere ad audiendum, & obediendum inflexionem, humiliationem, applicationem, pronitatem, promptitudinem, ad juſſa capeſſenda: demiſſionem totius capitis, aurem pro toto capite ſumendo, ut placet Cajetano, ut captivetur intellectus in obſequium fidei *m*, totiuſque legis ac voluntatis divinæ. Aures homini ſunt immotæ, ut ſit velox ac ſemper paratus *ad audiendum* n, & tamen dicuntur inclinari quando homo ſe totum demittit. Didymus denotari dicit cupidiorem ejus qui audit credendo, videtque conſiderando, animum, ad magis, & accuratiùs eadem audiendum atque excipiendum: Baſilius, flexum colli ſublato jactantiæ faſtu. *Collum ſponſæ ſicut monilia* o, ὁμοιωτοὶ, nimirum ornatum jugo Chriſti *ſuavi* p. Ipſummet collum non tam ornatur hoc jugo, & monili quaſi exteriùs impoſito, quam quodammodo ipſummet collum jugum eſt, ut annotant Theodoretus *q*, Bernardus *r* Origenes *ſ*. Sed Nyſſenus *t* arbitratur ſimilitudinem eſſe ab equo condoce facto, qui collum inflectit in gyrum, & ſuorum aſpicit inceſſum pedum; ſicque tuto & abſque offenſione currit: ſponſam enim deſignari docilem, morigeram, flexanimam, habilem, ac promptam ad omnium virtutum, & præceptorum divinorum τοῦ κύκλου, in eo procedentem currentemque ſine impedimento. Hoc *u* M. T. ait eſſe in gyrum rationis, & doctrinæ duci domi torum exemplo equorum: qua utitur etiam ad diem ſimilitudine Auguſtinus *x*, ſcilicet quum inquit, equi in gyrum ducti flexuoſis greſſibus membra componunt, & ſub unius habenæ retinaculo ita laxare ſe conſentiunt ut, & currendi & ſtandi modus ſub quadam legum diſpoſitione ſervetur. Imperium Chriſti *ſuper humerum ejus* y: corona ſpinea caput premebat ac deprimebat: aures fortaſſis ipſas perforabat, quas jam tamen perforatas à Patre z propter promptiſſimum parendi animum habebat. Cervicem ſponſæ prius inobedientia deturpatam obedientiam fidei ſpecioſam reddidit, inquit Origenes *a*, *& ſicut per unius inobedientiam peccatores conſtituti ſunt multi, ita & per unius obedientiam juſti conſtituti ſunt multi* b. Bernardus *c* in *inclinatione auris* obſervat veluti applicationem ad excipiendas *inaures*, & *murænulas* d, propriaque aurium ornamenta, hoc eſt, fidem & obedientiam, quod eſt gaudium atque lætitia *auditui* e Symbolum obedientiæ. Oro ac Pierio teſtibus, bovis auris erat, quia facilè aure tractus regitur. Non finit natura viro præeſſe fœminam, inquit Athenæus *f*, & ſi dominetur, *ſummum viro deducus* g: & *mulier ſi primatum habeat, contraria eſt viro ſuo* h. De ſubjectatione uxoris ſub viro egimus in commentario Epiſtolæ Petri primæ. Salutata Maria ab Angelo mater Dei, vocavit ſe *ancillam*.

k verſ. 6.
l verſ. 3.
m 2. Cor. 10. 5
n Iacob. 1. 19.
o Cant. 1. 10
p Matt. 11. ult.
q in Cant.
r Ser. 14. in Cant.
ſ ibid. hom. 2.
t ibid. or. 3.
u 1. offic. x de bono. diſciplinæ cap. 5.
y Iſ. 9. 6.
z Pſalm. 39. juxta unam edit.
a Supra.
b Rom. 5. 19
c Ser. 41. in Cant.
d Cant. 1. 11
e Pſ. 50. 10. Symbolum obedientiæ
f l. 3.
g Stobæ. Ser. 42.
h Eccl. 25. 30.

Et obliviſcere populum tuum, & domum patris tui.) Parum refert quod alii legant, *populi*, & *domus*, ut Cyprianus. Chaldæus explicat, obliviſcaris operationes malas impiorum populi tui, & domus idolorum quibus ſerviſti in domo patris tui. De te dictum antea ſatis, videlicet hunc *populum*, *domum patremque*, cenſeri omnem alienum à cultu vero Dei, & fide orthodoxa: quem cultum celebrent, & quem ſectentur errorem, quotquot patre diabolo ſunt, ac filii iræ: Judæi etiam qui Chriſtum non recipiant, quum priorem ſuam religionem ſynagoga rectè antea obſervaverit, ita ut jam præcipiatur obliſci, quod rectè quondam tenuit. Sed extendendo ſententiam, poteſt intelligi de quolibet peccatore, qui gerit inimicitias cum Deo; de Deigara autem juxta alium ſenſum, quem cum nonnullis patribus priùs quoque attulimus. De patre diabolo præter alios Origenes *i* etiam locum iſtum explicat, & Cyril. Jeroſoly-

i Hom. 9. in Iſ. & Hom. 6. in Ier.

folymitanus *a* idem dicens de Idolo, Juſtinus *b*, aſſerens præterea de patriis moribus Judaicis, ut etiam Hieronymus ad Principiam, Chryſoſtomus *c* de ſimulacris, & *d* de variis deſideriis & voluptatibus quibus irretit diabolus, Ambroſios *e* qui etiam *f* appellat *populum* vitia & peccata, *domum* mundum in quo regnat Diabolus per fallas divitias, & Iſidorus *g* qui adventum Reginæ Sabæ ad Salomonem de hac oblivione accipit *h*, & cum diabolo Babylone populum Filiorum Dei, & diaboli meminit Joannes *i*, Divinus amor ſimilis *vino* dicitur quod inebriando priorum oblivionem inducit, ut advertit Auguſtinus *k*. Animum ac rum probum ſcribit Plotinus *l* oblivioſum eſſe harum humanarum, & mundanarum rerum, ſolùmque meminiſſe altiſſimarum ac diviniſſimarum: id etiam retuli Pſ. XXXV. *m* & alia his ſimilia diſputans de ſpirituali ebrietate. Noxiæ vitandæ ſodalitates tamquam peſtes, ipſimet domeſtici quatenus inimici *n* & adverſantes rationi, Deo, ſalutari; ipſimet noſmet deſerere debemus amoremque proprium quem Babylona ſuadet ac fovet, perducitque ad contemptum Dei, cujus amorem tuetur civitas contraria inchoans ab odio contemptuque ſui ac perveniens ad amorem & honorem illius. Nil niſi confuſio in Babylonia; in Ægypto tenebræ & afflictio; in Tyro contritio anguſtiave, omne mali genus in Sodoma, Chaldæa Edom; apud Gomorrhæos, Cethæos, Chananæos. Ibi fames, in domo patris veri abundantia panum *o*, *gloria & divitiæ* p. *Totus in maligno mundus* q nihil præter *concupiſcentiam carnis & oculorum atque ſuperbiam vitæ* continet *r*. Generis ſanguiniſve ſplendor & nobilitas, non æſtimanda tanti, ne parentes quidem ipſi, ſed unum genus pietatis contra tales eſſe crudelem, ſi obſtent pietati. *Perfectio tua*, inquit Moſes benedicens Levi *ſ*, & *doctrina tua viro ſancto tuo, quem probaſti in tentatione & judicaſti ad aquas contradictionis, qui dixit patri ſuo & matri ſuæ, neſcio vos, & fratribus ſuis, ignoro vos, & neſcierunt filios ſuos, hi cuſtodierunt eloquium tuum, & pactum tuum ſervaverunt*. Conſecraverunt Levitæ manus ſuas unuſquiſque in filio & in fratre ſuo cædendo idololatrarum quaſi viginti tria millia, ut idcirco Moſes benedictionem illis precatus ſit. *Obliviſcendi* verbum κατα μελότητα excitationem includit, ut nec nominare quid velimus, & ſi occurrat memoriæ, ex ea illico ejiciamus, *nec memor ero* ait noſter *u* alibi, *nominum eorum per labia mea*, & *x*, *non loquatur os meum opera hominum*. & Paulus *y* quædam *nec nominari* præcipit in nobis. Majus eſt, ut Chryſoſtomus *z* perpendit, nec memorem eſſe, nec mente concipere. Magno diſtare nos intervallo vult à malitia qui oblivionem injungit, & exigit. Nam qui non meminerit, non ratiocinabitur, qui vero non ratiocinabitur, neque loquetur, qui non loquetur autem, nec aget. Deinde patet idem remedium ejuſmodi oblivionis, memoriam perpetuam Dei ac ſaltem *ſuper ſtratum* & *in matutinis a* atque *in cubilibus* ubi compungamur *b*, & cum pœnitudine peccatorum recordemur. Sic oblivio quædam mala, quædam bona: quemadmodum non totus Manaſſes Jordanem tranſiit, inquit Bernardus *c*, nec totus citra ſibi elegit manſionem. Manaſſes oblitus Babylonis bonus; malus, qui Jeruſalem; bonus, qui ſua, præſentia, quæ ſuper terram, quæ videntur, malus, qui cœleſtia, futura, quæ non videntur, quæ ſunt Jeſu Chriſti. Idem Bernardus *d* contineri hoc etiam loco vult exhortationem, ut ponamus contumaciam, diſcamus obedientiam, apprehendamus diſciplinam, vitia genuina deſeramus, cœleſtia ſapiamus, ſuperna quæramus, anterioribus inhiemus decorem domus Dei concupiſcamus, ut ille noſtrum ſpiritualem. Item *e* terram de qua ſit exeundum, cogitationem ait eſſe ſpectantem ad voluptatem carnis; cogitationem, cogitationes curioſitatis: domum Patris, cogitationes ſuperbiæ & vanitatis. Euſtochium ſuam Hieronymus *f* convenit iiſdem verbis, exemploque Abrahæ *g*: neque ſufficere Chaldæos reliquiſſe, qui *quaſi dæmonia* interpretantur, oportere carne contemptor, quod oblivio denotat populi ac domus patris, ſponſi jungi amplexibus, non *reſpicere retro*, nec ſtare *in omni circa regione b*: non ab aratro reſilire apprehenſo *i*: non de agro reverti domum, poſtque Chriſti tunicam, ad tollendum aliud veſtimentum tecto deſcendere *k*: ſed oblitos *qua retro ſunt, ad anteriora extendi l*. Auguſtinus *m*, cum eodem exemplo Abrahæ adhibet præceptum Dei ad Hebræos *n*, ne umquam cum habitatoribus terræ Chananæorum, quos redigiſſent in poteſtatem, jungerent amicitias quæ ſibi eſſent in ruinam; & aliud Chriſti paralytiço datum jam ſanato *o*, ut non peccaret, *ne quid ei deterius contingeret*. Eoſdem Hebræos jubet hoc loco ſive David ſive Deus obliviſci, nec non Gentiles, priorum aut umbrarum, aut traditionum, ne quod priores reſpondiſſe Jeremias *p* refert, facere pergant velle, quod hactenus fecerunt & patres eorum & Reges & Principes. Definitio communis perfidiæ, ait Auguſtinus *q*, eſt Patrum perfidorum perfidia, ſerieſque ſucceſſionis confirmat errorem. Et Arnobii *r* eadem ſententia vel Minutii de Gentilibus, quod malunt fieri alieni erroris acceſſio, quàm ſibi credere: atque defenſio communis furoris eſt, furentium multitudo. Non excuſabat ſed accuſabat magis Deus apud Jeremiam *ſ* eumdem Iſraelitas, quòd abirent poſt Baalim: nam ut in ejuſdem commentario monet Hieronymus, nec parentum, nec majorum error ſequendus eſt, ſed auctoritas Scripturarum, & Dei docentis imperium. Itaque quum objicimus Hæreticis traditionem & antiquitatem doctrinæ & ſeriem doctorum ac paſtorum, ſimul oſtendimus magis nos cum auctoritate divina conſentire, & illa in medium teſtimonia vetera proferimus, quæ rejici nec ab ipſis quidem poſſunt. Quare frigida ratio eorum qui quòd ex Hæreticis aut infidelibus nati ſunt, populi ſe ſui ac parentum ſequi legem atque ſuperſtitionem profitentur. Auctorem religionis noſtræ nullum aſſignare Adverſarii poſſunt, niſi Chriſtum, & Deum, nec ex eo numquam tempore quo primum cœpit, defecit, ſed auctore Chriſto complimentum accepit & continuam in Epiſcopis rite ordinatis ſucceſſionem retinuit. Denique quod ſapienter Theodoſius Imperator hæreticis reſpondit, concedentibus, ante præſens diſſidium antiquos Patres, qui rexerant Eccleſiam, rectè conſenſiſſe, ac verè ſanctos Apoſtolicoſve fuiſſe, ut examinaretur doctrina ad illorum ſcripta, & ſi cum illis conſentiret, retineretur, ſin minus abjiceretur *r*. Verùm, de his plura in diſputatione de Eccleſia.

Inducit oblivionem proprii quoque nominis lethæus liquor perverſæ cupiditatis, & nimiam corporis quod *oblivioſam* Boetius *u molem* vocat. Acerba de populo ſuo Moſis querimonia *x* qui Deum qui eum genuerat, derelinqueret, & obliſceretur Dei Creatoris ſui, *Adhæreat lingua faucibus*, & *obliviſcare* potiùs *dexteræ tuæ y*. Tuimet obliviſcere, ne immemor ſis Dei. Faſciæ pectoralis oblivici nequit *z* ſponſa, pluris tibi ſine comparatione ſponſus: quem ſi amas, in eo magis anima tua, quam in corpore, quod animat. Fabulam eſſe non dubito, quam ut hiſtoriæ ſcholaſticæ *a* Magiſter narrat de annulo, quem uxori Æthiopiſſæ Regis Æthiopum filiæ Moſes dederit cum gemma in eo immiſſa, cujus vi, patriæ illa, unde exire antea nolebat, obliviſceretur. Efficacior profectò Margarita, Evangelica *b* & aureus variuſque veſtitus de quo priùs actum eſt ad conciliandum in ſponſa ſponſi perpetuum amorem Æthiopiæ verò, hoc eſt, teterrimarum voluptatum vitiorumque odium ſummum, atque ſempiternam oblivionem.

Domum Patris tui.) Magis quodammodo à parentum domo per ſe ſeparata videtur filia, quàm filius. Soror enim, Labeone teſte, apud Gellium *c* dicitur quòd ſeorſim naſcatur, ſepareturque ab ea domo in qua nata eſt, & in aliam familiam tranſgrediatur, velutique aliena poſſeſſio ſit Patri, ut etiam ſcripſit Epictetus. Unde & *duxi uxor* dicitur, in alienam nempe domum. Quin etiam Romani, ut prodit Plutarchus *d*, nuptam non patiebantur limen domus tranſcendere, ſed ſublatum pronubi tranſportabant: & Bœoti, axem plauſtri ante fores cremabant in nuptiis, innuentes ſponſæ manendum eſſe, ſublato avehendi inſtrumento.

Et concupiſcet Rex decorem tuum.) Ambroſius *e*, Gregorius *f*, Auguſtinus, Caſſiodorus, is qui Commentarii auctor Hieronymi nomen, & alius qui Arnobii gerit, Iſidorus *g*, Pſalterium Romanum, & Ambroſianum, *quoniam concupivit Rex ſpeciem tuam*. Firmilianus *h*, & Cyprianus *i*, *quia deſideravit Rex ſpeciem tuam*. In

1 Matt. 24. 17.
m Phil. 3. 13
n Ser. 51. de temp.
o Deut. 7. 2.
p Jo. 5. 14.
q c. 44. 15. Definitio communis perfidiæ in Deum.
r in Pſ. 67. 18. con. Gen. Non parentum non majorum error ſequendus eſt, ſed auctoritas ſcripturarum & Dei docentis imperium. Frigida hæreticorum ratio. Religionis Catholicæ auctoritas. Theodoſii Imperatoris reſponſum.
t c. 9. 14.

a Catech. 7.
b in Tryph.
c Hom. 14. in ep. ad Hebr. & Hom. 41. ad pop.
d Hom. de virt. tom. 5.
e in c. 3. Luc.
f Serm. 44.
g in Gen. c. 26.
h in 3. reg. c. 5.
i de vocat. Gent. c. 1.
k 1. ep. 51. Divinus amor vino cur ſimilis dictus.
l in Pſ. 22. & 35.
m l. 3.
n verſ. 9.
o Mich. 7. 6.
p Luc. 15. 17
q Pſ. 1. 1. 2.
r 1. Jo. 5. 19.
ſ 1 Jo. 2. 1 6.
u Exod. 32. 28. 29.
x Pſ. 15. 4.
y Pſ. 16. 8.
z Ephe 5. 3.
a Ho. 14. in ep. ad Hebr. & Hom. 41. ad pop. Oblivionis injunctio quanta ſit.
b Pſ. 62. 7.
c Pſ. 4. 5. Oblivio quædam bona, quædam mala.
d Serm. 6. in vig. Nat.
e Serm. 8. de S. Martino.
f Ser. de cute carne & oſſib. anim.
g ep. 22.
h Gen. 12. 1.
i Gen. 19. 17
k Luc 9. 62.
l Matt. 24. 17.
m Phil. 3. 13
n Ser. 51. de temp.
o Deut. 7. 2.
p Jo. 5. 14.
q c. 44. 15. Definitio communis perfidiæ in Deum.
r in Pſ. 67. 18. con. Gen. Non parentum non majorum error ſequendus eſt, ſed auctoritas ſcripturarum & Dei docentis imperium. Frigida hæreticorum ratio. Religionis Catholicæ auctoritas. Theodoſii Imperatoris reſponſum.
t c. 9. 14.
u Sor. l. 7. c. 12.
x 3 de conſ. metro. 10.
y Deu 12. 18
z Pſ. 36. 5.
a Jer. 2. 32.
q in l. Exod. c. 9. De annulo, uxori Aethiopiſſæ regis Aethiopū. filiæ traditō à Moſe, fabula.
c Mat. 13. 46 Filia magis ſeparatur à parentūdomo quam filius. Soror, unde dicta.
d l. 13. c. 10. Duci uxor cur dicitur.
e quo Rom. 9. 29. Romanorum & Bœotorum circa nuptas.
f l. de Virg. 235. Mor. c. 14. vol. 23.
g de voca. Gent. c. 1.
h apud Cypr. ep. 7.
i l. 2. c. 27.

emendatis Græcis ὅτι ἐπεθύμησε, *quoniam concupiuit*, quod regii, Complutenſes, & alii libri, καὶ ἐπιθυμήσει, *& concupiſcet*. Ita etiam habet Pſalterium Æthiopicum, & Arabicum, Didymus, & metaphraſis Apollinarii.

Οὐκοῦν σὺ βασιλεὺς γεραρῆς ἠράσατο μορφῆς,
Quia tuam rex honoratam amavit formam.

Chryſoſtomus refert aliam lectionem ἵνα ἐπιθυμήσῃ, *ut concupiſcat*. Lectionis noſtræ, quam plures amplectuntur, magiſque congruit Hebræo Chaldæoque textui, ac verſioni Hieronymi, ſenſus quoque communior eſt, ſi ſponſa quæ ſunt dicta fecerit, fore ut alliciat amorem ſponſi, quod ſcholaſticè intelligendo, verum eſt, quatenus amoris quo proſequitur nos Deus, effectus, eſt munus pro illa præſtemus, ita ut quia concupiſcit nos eſſe tales, faciat ut ſimus tales: & quum jam tales ipſius munere evaſimus, talem in nobis concupiſcat, deſideret, amet ſpeciem decoremque, ac magis adhuc & magis eumdem adaugeat pro meritis noſtris, quibus cum auxilio gratiæ priori jam accepto muneri gratiæ reſpondeamus. Conditiones requirebant in uxore quatuor Germani, ut Tiraquellus *a* refert, expeti ab eleganti ac divite viro, veſtes pretioſas indui, prolificam eſſe, curam domus bene gerere. Hìc eadem deſcribi videntur in ſponſa iſta. Primum continetur poſitis jam verbis quæ gratiæ decorem deſignant. Quum Paulus ſcribit quod nos Deus *gratificavit*, ἐχαρίτωσεν, *in dilecto filio ſuo*, Chryſoſtomus *b* obſervat feciſſe nos amabiles, adeoque pulchros, ut Angeli, Archangeli, omnes ſancti, eorum caput & principes, tales videre animas concupiſcant. Utitur comparatione, ſi quis acceptum quempiam ſcabioſum, & peſte ac morbo ſenioque, & paupertate, ac fame confectum, & perditum, ſtatim formoſum fecerit juvenem, omnes homines pulchritudine vincentem, è genio quidem ſplendorem valde emittentem, & micantium oculorum ejaculationibus fulgores occultantem: deinde eum conſtituerit in ipſo flore ætatis, & poſtea eum purpura induerit & diadema impoſuerit, & omni ornatu ornarit: ſic à Deo noſtram inſtructam, & ornatam animam pulchramque factam, deſiderabilem, & amabilem. Magnum profecto privilegium quod Petrus *c* vel de Spiritu ſancto vel de Chriſto dixit, Angelos & Chriſtum ipſum in eam proſpicere. Efficit in peccatore pœnitentia pulchritudinem tantam, inquit idem Chryſoſtomus *d*, ut à Rege concupiſcatur. Propterea ſponſæ faciem ab ea oſtendi ſibi flagitat ſponſus, affirmans eſſe *decoram*, *e* & ipſa quamvis *nigra* ſit, ait ſe eſſe *formoſam* *f*. Chaldæus autem paraphraſtes, exponit poſcere ut oſtendat illa cum aſpectu ſuo etiam opera recta. Amant artifices, mirificèque delectantur & gloriantur opificiis ſuis, ut ſcribit Ariſtoteles *g*, & lætatur Deus *in ſuis h*, approbans *ut bona i*, ut etiam Plato *k* ſcripſit. Bis pulchram nominavit ſponſam ſponſus *l*. *Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra*, nempe ſecundùm animæ ſubſtantiam, multoque magis ſecundùm gratiam quæ facit ut pulchra tota dicatur ab eodem ſponſa, *& ſine macula* vel *ruga*. Dicit quoque cum admiratione *m*: *Quam pulchra es & quam decora chariſſima in deliciis*: tandem in libro Cantici quindecim vicibus nominatur *pulchra* vel *pulcherrima*, vel *decora* vel *formoſa*, vel *ſpecioſa*.

De Mariæ pulchritudine externa interna diſputari hìc poſſet. Externam oportuit eximiam eſſe, quum pulcherrimi Chriſti ut antea ratiocinati ſumus; quum agemus de illo, mater eſſet: atque idem argumentum facit Cajetanus *n*, Albertus *o*, Henricus de Haſſia *p*. Ejus tantum κάλλος *q* extitit animæ quidem præſertim quàm latè patet immenſitas quædam gratiæ ipſius, de qua obiter nunc dicere nequimus, ſed & corporis quoque, ut Deum ipſum καλεῖν, ideſt, *vocare*, quod etymon Dionyſius tradit, & invitare, atque juxta notationem aliam καλεῖν, hoc eſt, *mulcere*, potuerit. *Quid eſt homo quia magnificas* (& magni facis) *eum? aut quid apponis erga eum cor tuum*? ſi gloriatur Apoſtolus *f*, quòd ſi *vinctus Jeſus Chriſti*, quid erit Chriſtum ipſum ac Deum eſſe vinctum noſtrum *Species digna imperio* ſicut in ſponſo Rege, ita & in Regina ſponſa, plerumque etiam arguit cum corporis bona conſtitutione, idoneum rationalium facultatum uſum, quo qui præſtat, aptior item eſt ad imperandum, ut rectè in hac ipſa quæſtione Abulenſis *r* argumentatur. Inter pudicas, pulcherrimas, venerandas primam Nazianzenus *u* vocat. Sed qui dixi de Chriſto ſatis videri poſſunt ad inſtitutum. Lege de noſtris Barradium *x*, Suarez *y*, Maſſellum *z*, Caniſium *a* Viegam *b*, præterea Rutilium Benzonum *c*, & enarratores Cantici Canticorum. Huc facit quod iidem plurimis docent teſtimoniis, tantam illam pulchritudinem aſpicientibus eam conciliatricem pudicitiæ fuiſſe. Eidem libri Sapientiæ aptari verba poſſunt *d*, *hanc amavi & exquiſivi à juventute mea, & quæſivi ſponſam mihi eam aſſumere, & amator factus ſum formæ illius*. Erat Sara præſtanti forma, Rebecca *puella decora nimis Virgoque pulcherrima e*, Rachel *decora facie & onuſto aſpectu f*, Judith *eleganti aſpectu nimis*, g, *conſiderabant* h *faciem ejus, & erat ſtupor in oculis eorum, quoniam ejus pulchritudinem mirabantur nimis, dicebantque* i *quod non eſſet talis mulier ſuper terram in aſpectu, & in pulchritudine*: Dominus etiam naturalem & ab externis aſcitam ornamentis *pulchritudinem ampliavit, ut incomparabili decore omnium oculis apparerer* k: *captus* item *eſt Holofernes in ſuis oculis* l, & cenſuerunt ſatellites ejus pro tam decoris mulieribus meritò pugnari debere contra populum Hebræorum *m*: Eſther *formoſa valde, & incredibili pulchritudine, omnium oculis gratioſa & amabilis videbatur* n. Hìs typis, figuris, umbris, craſſioribus lineamentis quanto prototypum ac vivam imaginem cenſebimus pulchriorem? Pictor neſcio quis ex pulcherrimis quinque decerpſit quod in unius imaginis pulchritudinem conferret. Si placeat corporis pulchritudo, multo placet magis animæ, deformiſque potius velis eſſe, cum Euripide, *quàm pulcher & malus*. Demetrium audi: *ſi pulcher es, bene fac: ſi deformis, naturæ defectum bonis actibus inſtaura*. Pare Socrati: contemplans fortè vultum in ſpeculo, pulcher tibi videris, vide ut probè vivas, quia nimis dedecet pulchrum eſſe & malum: deformis, & rectiùs te gerito compenſans probitate defectum. Crede Sapienti *o*, *circulus aureus in naribus ſuis* (ὗς porci) *mulier pulchra & fatua*. Perſuadere exemplis vel Spurinæ gentilis adoleſcentis, qui oris decorem vulneribus confudit, malens deformitatem ſanctitatis ſuæ fidem eſſe quàm formam libidinis irritamentum alienæ *p*, vel Brigidæ Scotæ, quæ ad amovendos procos Chriſtianos, oculo ſe altero damnavit, Deo precibus annuente ne virginitatis pateretur jacturam *q*: vel etiam Angadriſinæ quæ nuptias pro virginitate vitavit, impetrata lepræ fœditate, quæ mox ut attigit, Virginum cœnobium evanuit *r*. Non potes oculos mentis in redemptorem Chriſtum conjiciens, liberis oculis corporis cujuſquam creaturæ formam inhoneſtè contueri. Sic memorat Xenophon *ſ*, Armeniæ Regis filium Tigranem cum uxore Cyrus ubi cepiſſet, quæreretque quo pretio vir uxorem redimeret, reſpondiſſe, *vita ipſa*, poſtquam verò receptam vir perconctatus eſſet, quid ei viſum eſſet de Cyri forma, reſponſum dediſſe, non ſe in illum oculos conjeciſſe, ſed in ipſum, qui dixerat, *ſuamet eam vita redempturum* *t* Atqui, ut ante dixi, Redemptor idem decorem non reperit in nobis, ſed contulit, idque pretio tanto ſuo ſi recordaberis, ut ſuggerit Chryſoſtomus *t*, aquæ illius quæ faciei tuæ circumfuſa eſt (in baptiſmo:) Sacramenti quod labia tua ornavit, & ſanguinis qui linguam tuam, coccineam effecit; etiam ſi valde ornatum externum ames, non audebis tamen, nec ferre poteris pulverem aut cinerem ſuper faciem tuam imponere: ſi memor fueris, Chriſto te adaptatum, deformitatem quæ ex aſcita forma eſt, abominaberis, quia non gaudet is coloribus, ſed ſublimiorem pulchritudinem flagitat, animæ ſcilicet, quam etiam valde diligit, prout videlicet hoc loco David canit. Idem Chryſoſtomus *u* invitans ad amorem Pauli, egregie diſcrimen ponit inter eum qui fertur in ornamenta corporis, illumque qui in animi. Tandem docet, qui cumque amet animam ſanctam, formoſam, claram, pulchramque, etiamſi ipſe ſit turpis, ingratique aſpectus, immo ſi omnium fœdiſſimus, modo perduret in amore Sanctorum, continuò talem futurum, qualis eſt quem amat, & ex pulchritudine animæ, tanta licere bona lucrari, quanta congruè poſſidet qui Deum habet

Conditiones quatuor in uxore à Germanis requiſitæ.
a in l. 3. connub.
b Ep. 1. 6.

Elegans ex Chryſoſtomo comparatio. Magnum anima pulchra privilegium.
c 1. Pet. 1. 12.
d Hom. 14. in ep. ad Heb. & Hom. 41. ad pop.

Pœnitentia quantam in peccatore pulchritudinem efficiat.
e Cant. 2. 14.
f Can. 1. 5. & 9. Eth. c. 7.
h Pſ. 103. 31.
i Gen. 1. 31.
k in Timæo.
l Cant. 1. 15. 16.

m Cant. 4. 7. Ep. 5. 27.
n Cant. 7. 1.
o ep. de ſpaſmo Virginis.
p apud Dio. Car. 1. de l. Virg. a. 34.
q apud eundem l. 2. a. 2.
r Job. 7. 17.
ſ Ep. 31. & ad Philem. verſ. 19.

Species imperio digna cum corporis bona conſtitutione plerumque & arguit idoneum rationalium facultatum uſum.

t Paradox. 2. c. 101.
u Trag. de Chriſto patiente.
x To. V. concord. l. 6. v. 9.
y Tom. 2. in 3. p. diſp. 2. ſect. 2.
z l. 7. de B. Virgine.
a l. 1. de dei par. c. 13.
b in Apoc. 12. commen. 2. ſec. 2. & ſeq.
c l. 3. ſuper. magnificat. c. 34. dubio 8. & ſeq.
d c. 2. 2.
eGen. 24. 16.
f c. 29. 17.
g Jud. 8. 7.
h c. 10. 14.
i c. 11. 19.
k c. 10. 4.
l ib. verſ. 17.
m verſ. 18.
n Eſter. 2. 15.

Corporis pulchritudini præſtat animæ pulchritudo.

Deformis potius eſto, quam pulcher & malus.

Demetrii & Socratis elegantia dicta.
o Pr. 11. 22.

Caſtitatis mira exempla.
p Vale Maxi. l. 4. c. 5. Ambro. 3. de Virgin.
q Surius t. 1.
r Idem to. 1. item in vita Ansberti.
ſ in pacta.

Tygranis reſponſum ſuper uxoris redemptione.

Cyro datum Vxoris ejuſdem caſtum reſponſum.

t Hom. 3. in Matth.

u Hom. in Iſ. 2. Cor. 11. utinam ſuſtineretis, &c.

Diſcrimen inter amorem qui fertur in ornamenta corporis, & illum, qui in animi.

bet amatorem, & quod hìc ſcribitur, concupiſcentem ſpeciem ipſius, nempe ſecundùm animam, cujuſmodi virtute ac pietate contingit. Bernardus *a decorem* pro decoro & honeſto ſumens, quòd intus foriſque ornet animam, quum ait concupiſci ab eo qui regnans, illum *induere* canitur *b*, utpote imagini ſuæ pariter & ſponſæ ſimile cupiens indumentum.

a Ser. 85. in Cant.
b Pſ. 92. 1.

Quoniam ipſe eſt Dominus Deus tuus.) Deeſt Hebraicè & Chaldaicè nomen *Deus*, nec poſuit Hieronymus, ut eum recitat Trevetus, & biblia regia, licèt Victorius addit *Deus*. Hebræum ſolum eſt nomen אדני *Adonai*: Græcum quoque Κύριος dumtaxat. Tùm Latinis tum Patribus etiam Cypriano *c* & ad Principiam Hieronymo, tum bibliis, legunt utrumque & Arabicum & Æthiopicum Pſalterium. Baſilius Latinè quidem habet, ſed non Græcè, ſicut & Perionii Latina converſio dialogi Juſtini cum Thriphone, quod à Græco abeſt ejuſdem textu. Inde antea probabamus de Salomone vel Davide non poſſe iſta rectè accipi, quia neuter ſponſæ ſuæ dici Deus poteſt propriè; quamvis nonnumquam alter alterius vocetur in ſcripturis Deus; ut Moſes Pharaonis *d*, & magiſtratus; principeſque ſubditorum, quod auctores profanos is etiam qui confert in alium beneficium, ut Pſalmo 55. dicam, ac paſſim vir uxoris herus dominuſve. Conjicit Bredembachius ex vi nominis Hebræi, quod habet formam pluralem, & Trinitatis perſonas denotat additum, præterea Latinè nomen Dei. At, ut Lucas Burgenſis rectè notavit, eadem forma tribuitur iis qui Deum repræſentaſſe non videntur *e*. Quo fit etiam, ut non idcircò tali formæ dicatur de Chriſto, quod Martinus à Carcere voluit, quia deſignet duas in eo naturas, cum perſona unica. Legit nonnumquam Auguſtinus *f*, *quoniam ipſe eſt Deus tuus*. Patres Græci Dominum abſolutum intelligunt, ſuperiorem omni creatura & verum Deum. Chryſoſtomus autem obſervat vim rationis cur oporteat ut ſponſa obliviſcatur *populi ſui*, *& domus patris ſui*, quia rex qui concupivit aut concupiſcet *decorem ejus*, ſi velit ſic obliviſci dictarum rerum, eſt Dominus. Hæc ratio inquit magis ferit quam dixiſſet, quoniam ipſe eſt Pater tuus: ſummæ namque benignitatis eſt atque clementiæ, ſervam Dæmonum & conculcatam ab errore velle ſuam eſſe non ſolùm ancillam, ſed filiam & ſponſam. Dominium non poteſt ſeparari à Deo in creaturam, & paternitas ut non ita preciſè ſumitur, ſed pro efficiente cauſſa, quemadmodum quum pluviæ pater dicitur *g*, nec fortaſſis de Paternitate per gratiam intelligit Moſes *h*, quum inducet Deum loquentem; *numquid non ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit te & fecit & creavit te?* Ergo perſuadet David eo argumento quòd quum effugi dominium tanti domini non poſſit, præſtet ſpontanea ſubdi obedientia, tyrannicum reſpuendo dæmonis imperium, carnis, mundi: hoc enim ſi faciat, præter liberalem dominum, eſſe quoque experturum Deum ut benigniſſimum ſponſum. Porro quamvis filiationis quoque adoptivæ ac per gratiam titulum juſto tribuat Deus, tamen quadam ratione arctior perfectiorque conjunctio eſt inter conjuges, ex quibus unum quid magis efficitur quam ex parentibus & liberis *i*. Deinde, licèt in eamdem perſonam reſpectu Dei concurrere valeat ſponſæ filiæque dignitas; ut hoc loco Chryſoſtomus notat, & alibi Anaſtaſius Synaita *k*, non ita honeſtè intelligitur, diciturque à patre filiam in ſponſam & uxorem aſſumi. Barbarorum fuit ut Indorum, Arabum, Perſarum, Maurorum, Magorum, Babyloniorum, Parthorum, Medorum, Phrygum, Galatarum, Scytharum, Hyberorum ſeu Hybernorum, Scotorum, Ægyptiorum, Aſſyriorum, Æthiopum, Nomadum, ac ſimilium, ut Tiraquellus *l* & Thomas Sanchez *m* noſter oſtendunt certis probatiſque teſtimoniis, nullo delectu modove copulari affinium & cognatorum conjungiis.

c l. 2. c. 29.
d Exo. 7. 1.
e Gen. 39. 10 Exo. 21. 4. & alibi.
f 1. cont. Fauſtum c. ult.
Summę benignitatis Dei eſt ſervam dęmonum non ancillam ſuamſolum ſed filiam & ſponſam facere.
g Job. 38. 28.
h Deut 32. 6
i Gen. 2. 24.
k 9. hexam. ſum finem, & lib. 10. circa princ.
l in l. 7 comm. num 30. & multis ſeq.
m. de mat. diſp 51. Barbarorum mixta nullo delectu connubia.
n Gen. 19 32

Τοιοῦτον πᾶν τὸ βάρβαρον γένος.
Πατήρ τε συγατρὶ, παῖς τὸ μητρὶ μίγνυται
Κόρη ἀδελφῷ.
Tale omne barbarum genus;
Paterque filia, filiuſque matri miſcetur,
Sororque fratri.

Exemplum inebriati à filiabus patris Loth ad commiſcendum *n* demonſtrat jure naturæ id nefarium eſſe:

A idem lege quoque divina cautum Levitici teſtatur liber *o*, Socrateſque apud Xenophontem *p* aſſerit legem à diis poſitam unam eſſe, μήτε γονέας παισὶ μίγνυσθαι, μήτε παῖδας γονεῦσι, *neque parentes liberis miſceri, neque liberos parentibus*. Ambroſius *q* denique connubium patris cum filia pugnare ſcribit cum lege naturæ in ſingulorum cordibus ſcripta. Sed & matrimonii ſubſtantiæ ipſi hoc repugnat, quod extrema deſiderat adeo diſtincta, ut unum non ſit quid alterius, copulari verò poſſint: ſunt autem liberi pars parentum quædam. Adam etiam Dei auctoris naturæ inſtinctu excluſit parentes à liberorum conjugiis; *propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori ſuæ r*. Verùm, ut dixi, alia ratione inter Deum & creaturam rationalem; patiturque Chriſtus ut quis etiam ipſius *frater, ſoror, mater* dicatur *f*, ita ut cuivis animæ juſtæ convenire illud poſſit, ut ſit, quod de B. Virgine canitur, alio licèt modo:

o c. 18. 7.
p l. 3. de dictis & factis Soc.
q ep. 66. ad Paternum.
r Gen. 2. 24. Chriſtus frater, ſoror mater dici patitur. f Mat. 12. 60

Una Dei pariter filia, ſponſa, parens.

Voluit ergo David ſignificare eam quæ invitatur ad regales nuptias, eſſe conditionis inferioris ſecundùm naturam, quamvis *filia* priùs vocata ſit, quemadmodum & in Cantico *t filia principis* Apollinarius expoſuit in præterito, quia ipſe antea dominabatur:

t c. 7. 1.

Αὐτὸς γὰρ καὶ πρόσθεσθεν κρατόεσκεν ἀνάσσων.
Ipſe enim etiam antea tui dominabatur, imperans.

Domini nomen attribui peculiariter ſecundæ perſonæ *u*, aliàs docui, aſſeruntque Hieronymus *x*, Oecumenius *y*, Theodoretus. Sed non eſt verum, non ita in Evangelio vocatum niſi poſt reſurrectionem, a Marco *z*, quum data *eſt ei omnis poteſtas in cœlo & in terra* a, quod hoc tamen loco Martinus à Carcere affirmat. Plura talis appellationis extant ante Chriſti mortem exempla, non ſolùm ab aliis uſurpata, etiam à Petro *b* & aliis Apoſtolis *c* & ab Angelis *d*; ſed ab ipſomet Chriſto loquente de ſe ipſo *e*, præterea ab Evangeliſta Luca *f*. Quod ſi fortaſſis de Marco Martinus intelligit, verum quidem dicit: ſed nil inde ſequitur, ſicut quod & Joannes non utatur eo vocabulo in ſuamet loquens perſona.

u Act. c. 6. 23
x in c. 1. Iſa.
y in c. 1. ep. ad Hebr.
z c. ult. 19.
a Matt. ult. Martinus à Carcere refutatus.
b Matt 14. 28. 30. c. 16. 21. c. 17. 4. c. 39. 21.
c c. 13. 51.
d Luc. 2. 11.
e Mat. 12. 8. c. 21. 3. c. 22. 44.
f c. 7. 13. 31. c. 2. 140. c. 13. 15. c. 16. 5. c. 18. 6. c. 22. 31. 61.

Et adorabunt eum.) Hieronymus, *& adora eum*, ſic etiam Hebraicè והשתחיל *veſtibha chauo*; ſed ſi ſecunda littera ſit (ת) erit futurum tempus; utrovis autem modo ſecundæ perſonæ fœminini generis. Chaldaicè eſt futurum תסגיד *tbiſoedin*. In imperativo quoque legiſſe Aquilam, Theodotionem, Symmachum προσκύνησον, vel προσκύνει, teſtis Theodoretus. Sed LXX. legiſſe προσκυνήσατω vel certè docuiſſe reginam quod non ſolùm ſponſus eſt Dominus, verùm etiam eos qui ſunt auſi contradicere ſervitutem oſtenſuros. Refert idem illud de Symmacho Euſebius: Aquilam verò tranſtuliſſe, *adoravit*, niſi mendoſa eſt Catena Barbari. Apud Chryſoſtomum homilia quadam de virtute, lego, *& adora eum*, ſicut & *Dominus Deus tuus*. Prodit etiam Hieronymus ad Principiam lectum à LXX. *adorabunt*. Exponit porro ſi legamus hoc pacto Deum eſſe juſtum qui ſit adorandus ab omnibus: ſi *adora*, vel *adorabis*, adorandum à Regina, ne putet more aliorum regum & dominorum, ejuſdem ſecum eſſe naturæ. Codices Complutenſes, Regiique habent προσωπήσουσις, *adorabis*: ſed emendati Sixtini προσωπήσατι, juxta fidem aliorum manuſcriptorum ac impreſſorum etiam, ac prout legerunt Baſilius, Chryſoſtomus, nec non Juſtinus *g*, ubi Perionius ait in noſtris exemplaribus bibliorum eſſe προωπήσεις: fortaſſis προσωπήση voce media: erat quod idem valet ac προσωπήσεις. LXX. verò ישתחון *iſthachauu*, *adorabunt*, ut Ricardus Cenomanus admonet. Futurum pro imperativo ſumitur perſæpe: tertia perſona ſingularis collectivè pro pluribus. Sic omnes editiones concordari poſſunt præter eam quæ habet in præterito, *adoravit*: quo etiam tempore uſus eſt Apollinarius, ut paullo poſt dicam. Thaumaturgus *h*, & Chryſippus *i* legentes προσκυνήσαι, *adorabis*, interpretantur de matre Chriſti, quo, ut etiam canit Eccleſia, *quem Virgo genuit, adoravit*. Adoratio vel incurvatio honoris cauſa ſit etiam homini ab homine. At ſi quis de Salomonis aut Davidis intelligant ſponſa, Auguſtini *k* redarguendus gra viſſima ſententia ſic ſcribentis: Non opinor quempiam ita deſipere, ut hic aliquam mulierculam

g in Trypho.
h Ser. 1. de Annunciat.
i de land. Virginis.
k 17. de civ. c. 16.

prædicari credat atque deſcribi, conjugem videlicet illius, cui dictum eſt: *ſedes tua Deus in ſæcula ſæculorum*, &c. *Adorare*, in ſcripturis, eſt non externam tantùm corpore exhibere reverentiam, ſed ſi agatur de Deo, quidquid ad ejuſdem cultum pertinet ſacrificando gratias agendo.

Adorare, in Scriptura quid ſit.

Et filiæ Tyri.) Pſalterium Vaticanum & Ambroſianum, præterea Auguſtinus, Caſſiodorus, Hieronymus in commentario qui ei tribuitur, Arnobius, Gregorius demendo conjunctionem, & priora iſtis nectunt, atque ſequentibus hoc modo, *& adorabunt eum filiæ Tyri in muneribus*: ſic item nunc extat in Sixtinis bibliis καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ θυγατέρες Τύρου δῶρον: ſic Apollinarius (ſed in præterito)

καὶ μὴν δὴ προσεκύνησαν Τύριοι μεμιγμασπέραις,
Et eum adoraverunt Tyri, muneribus, filiæ.

Æthiopicum autem Pſalterium in ſingulari *& adorabit eum filia Tyri*. In textu Hebræo eſt in ſingulari atque cum particula conjungente ובת *uſatb*, &c. non minus in eo quem ponit Nebienſis, in quo tamen Gulielmus Scepræus ait eſſe (filias) numero plurali, quàm in illo qui eſt in bibliis aliis. Eodem idem pacto vertit Hieron. in ſingulari, *& filia fortis*: ſcribens verò Principiæ legit, *filia Tyri*, ita ut ſponſæ, de qua fuit hactenus mentio, dicatur ò filia Tyri in muneribus vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis, monet צר *tſor*, à LXX. Aquila, Theodot. V. editione redditum nomine proprio *Tyri*: à VI. relictam vocem Hebræam *ſor*: (affirmant aliqui etiam de Aquila & Theodotione) Symmachum expoſuiſſe κραταίων, ideſt, *fortiſſimam*, aliqui dicunt vertiſſe κραταιὰν *fortem* Approbat demum hìc ſponſam cognominari *filiam fortiſſimi*, quod eſt unum de Dei epithetis; vel *fortiſſimam*, quia ſit imitata fortem patrem, & illius vultum divites plebis deprecari in diverſis muneribus, dum Eccleſiæ aggregantur qui bonis operibus abundant & ſcientia: vel qui divites habentur in hoc ſæculo, ſapientes ac Philoſophorum diſciplinis eruditi: vel quod maximè recipit, qui antea habebant eloquia Dei, & teſtamenta, & prophetas *a*, ideſt, de populo Iſrael. Ego non dubito, *filiam Tyri* numero ſingulari, quo legit modo textus Bibliorum Complutenſium & Regiorum, collectivè ſumi pro *filiabus*, ut nos legimus (quam lectionem noſtram priori Agellius immeritò poſtponit) nec deſignare filiam illam ſponſam regis, ſed Tyri habitatores atque circum Tyrum verſantes, de quibus poſtea. Deinde retinendo particulam, &; puto idem valere quod, *etiam*, atque ut quod universè antea dictum erat, & *adorabunt eum*, ſcilicet omnes, indefinitè de Tyriis ſpeciatim exprimatur, propter cauſſam quæ deinceps quoque reddetur. Sic, *& filia Tyri*, aut filiæ Tyri, (quæ ſupplendo ex priore membro *adorabit*, ſive adorabunt, aut *veniet*, ſive venient, aut *ferent* (Symmachus, θυγάτηρ κραταιὰ δῶρα οἴσει, *filia fortis dona afferet*: Chald. *habitatores arcis Tyri cum munere venturi ſunt*:) Gentiles deſignabunt ad Eccleſ. venientes: idque in muneribus, ſive iſta externa ſumantur, ut Majorum *b*, ac deinde Imperatorum, Regum, &c. ſive interna naturæ, hoc eſt, doctrinæ, ſapientiæ, &c. ſive gratiæ, quæ ſponſus ipſe Eccleſiæ communicabit, & per ea multos attrahet ad ſe. Quamquam parum refert ſi ſe jungas, quod alicubi facit Auguſtinus, aliique ut diſtinctum membrum verba illa, *in muneribus*: referaſque ad alia, *vultum tuum*, (in muneribus vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis,) aut, ut dixi, nectas.

a Rom.3.2.

b Matt.2.11. Pſ.72.10.

Communis eſt hæc omnibus Patribus interpretatio à qua non licet recedere; maximè verò exponendo de mulierçula, ut Auguſtinum reprehendentem retulimus, conjuge Salomonis, aut Davidis. Jam ſcribit idem Auguſtinus *c*, tenere caſtam virginem Eccleſiam hoc propheticum promiſſum, & quidquid *d* tropicis locutionibus in hoc Pſalmo ſubobſcurè dictum eſt, quoquo modo intelligatur, debere his rebus manifeſtiſſimis, ad Eccleſiam nempe ſpectantibus, convenire.

c 15. *c. Fauſt. c. ult. d* 17. *de civ. c.* 16 *leg. enn. l. de ſide rerum inviſib. c.* 3. *e v.* 15.

Filiæ Tyri.) *Filias* intelligere poſſumus aut puellas, fœminaſque omnes, quæ in Tyro habitant, ut ſexui Reginæ ſponſæ reſpondeat ſexus, aut quoslibet habitatores, ut retuli ex Paraphraſte: aut præterea villas, oppidaque Tyro ſubjecta, velut Metropoli, de qua phraſi egi Pſ. 9. *e* Priùs quoque memini hoc ipſo Pſalm. id interdum valere *ancillarum* nomen, ut apud Prophetam *f* Nahum *ancillas* videlicet Ninives quo pacto & amiſſa libertate Jeruſalem appellatur *ancilla* in hiſtoria Machabæorum *g*, & profani ſcriptores *Roma ſobolem* pro populo Romano uſurpat *h*. Quare non arbitror ſatis ſolidum quod Aiguanus notat, *filias* dici ſexu fœminino propter imbecillitatem virtutis, Gentiles idololatras. De Tyro (quæ & παλυντύρος, à celebri calamitate ſub Alexandro *i*) nonnihil in Commentario Actuum Apoſtolorum *k* dixi. Emporium ditiſſimum erat, notiſſimumque Hebræis: idola colebat, ac impiiſſima erat inter omnes alias Chananæorum regionis civitas, ut annotant Didymus, Athanaſius, Theodoretus, Euthymius, Baſilius, Chryſ. Hìc etiam optimè advertit & à parte totam Gentilitatem deſignatam, & à civitate maximè dedita luxui atque impietati, ceterarum luxum Gentium & impietatem (ſic Theodoretus ait per *Libanum* omnis prædici ceſſationem ſuperſtitionis apud Iſaiam *l*) quemadmodum Hebræos ipſos cognominant ſcripturæ propter morum pravorum ſimilitudinem, *Principes Sodoma, populumque Gomorrha* m: præterea eorum *patrem Amorrhæum, matrem Cethæam* n: ſed & ſerpentes *& genimina viperarum* o, *ova aſpidum rumpentes, telam aranea texentes* p, *filios Æthiopum*, &c. Auguſtinus ceterique Latini ac præterea Iſidorus *r*, qui rem aliis illuſtrat exemplis, monent idem de Tyro pro univerſa Gentilitate, cujus fuerit *mulier Chananæa* typus veniens à finibus Tyri ad Chriſtum *ſ*. Vim quoque Ruffinus facit, Remigius, Beda, Thomas, in etymo, ut ſignificat *Tyrus* צר *tſor*. (aliter *ſer*, Latinè etiam *Sarra*, unde *Sarranum oſtrum* u, vel *Sarrana pictura* x, ſicut & à Tyro color Tyrius, ideſt purpureus perfectiſſimus: quamvis non à ſar piſce ex quo purpura) *angu ſtiam*, quia peccatores diabolus comprimebat, arctiſque vinculis angebat: (quo pacto Ægyptus Miſraim ſignificat angustias & exitus Hebræorum inde hujus rei typus fuit) Hieronymus, quia qui ſunt in anguſtia, Chriſtum adorant. Sic verò veniebant olim ac Hebræorum ſynagogam Proſelyti de Gentilibus, ut vernaculi, Abraham *y*, Jethro *z*, Raab meretrix *a*, Ruth *b*, Achior *c*, ut omittam alios qui celebrabant templum etiam muneribus, de quibus paullo poſt. Eſt vero ad hùc alia ratio cur *Tyri* mentio nominatim ſit facta *filiarum*, quoniàm, ut produnt hiſtoriæ, urbes plurimas diverſis in regionibus Tyrii conſtruxerunt, ut Carthaginem & Uticam in Africa, in Hiſpania Gades, Thebas in Græcia, Venetias (ſi tamen vera narrant qui hoc tradunt) in Italia: Trypolim in Syria, in Sicilia, Sardinia, & in aliis alias.

Ancillarum nomen in Scriptura, ut interdù uſurpatur.

f c. 2. 7.
g l. 1. 2. 11.
h Hor. l. 4. *ode.* 3.
Minus ſolida Aiguani expoſitio.
i Q. Curtius l. 4.
k c. 12, 20.
Tyri emporium.

l c. 10. 34.
m Iſ. 1. 10.
n Ezec. 16 3.
o Matt. 23. 33.
p Iſ. 59. 5.
q Amos 9. 7
r l. 1. *ſent. c.* 19.

ſ Mat. 15. 21
Tyri etymon.
t Genl. l. 14. *c.* 16.
u Virg. Geor. 2.
x Inven 5 *ai tyr.* 10.

y Gen. 14, 14.
z Exo. 18. 11 5. 6.
a Joſ 2. 3.
b Ruth, 3. 9.
c Jud. 14. 6.
Diverſis regionibus urbes à Tyriis conſtructæ.

In muneribus.) Hebraicè numero ſingulari במנחה *beminchach*; niſi fortaſſis loco (ה) in fine erat (ת) quaſi במנחת *beminchoth*) vertit enim etiam Hieronymus in plurali. Utrovis autem modo ſenſus idem; collectivè ſumendo numerum ſingularem. Quid autem ſit מנחה *minchach* dictum aliàs. Putant deſignari ſacrificium Euchariſtiæ in nova lege, quod in veſpere Paſchæ inſtituit *d* Chriſtus: ſumitur enim vox illa ſæpe pro ſacrificio veſpertino: reddit autem panis ille Angelorum ſive fortium illos qui eum ſumunt, filios Tyri, hoc eſt, עורים *tſurim fortes*: ſic proditur Numa belli audito rumore hoc unum reſpondere ſolitus: *Ego ſacrificabo*. Quod Iſaias *e* Latinè redditus ait, *in bellis præcipuis expugnabit eos*. Hebraicè eſt, *in bellis agitationis*, & quidem attolluntur, quo pacto Euchariſtiam Sacerdotes attollunt ſuper caput, & agitant variis motibus.

d 1. *Cor.* 11 13.

Numæ reſponſum belli audito rumore.
e c. 30. 32.

Dixi ſupplendum vel (adorabunt) vel (erunt) vel (venient) & Symm. quamvis numero ſingulari *filia* nomen ponat, expreſſiſſe verbum φέρουσιν *ferent* Iſ. *f* poſt deſcriptum Tyronius clademq; pollicetur *g* fore, ut poſt *Lxx. annos à Domino reducatur ad mercedes ſuas; & poſtquam rurſus fornicata fuerit cum univerſis regnis terræ, negotiationes ejus & mercedes ejus ſanctificentur Domino; non condantur, neq; reponantur, ſed his qui habitaverint coram Domino ſit negotiatio ejus, ut manducent in ſaturitatem, & veſtiantur uſque ad vetuſtatem*. Impleta hæc vaticinatio ex parte, quando initio Eccl. poſſeſſionum venditarum pretia fideles ad pedes ponebant Apoſtol., diſtribuenda in cibos pauperum, *nec aliquid quiſquam ſuum dicebat, ſed erant omnia communia h*: poſtea multò copioſiùs adjunctis ad eamdem Eccleſiam regibus regniſque, tamquam *nutritiis* ac *nutricibus* i; atque omnibus Gentibus quas

f c. 23. 1. & *ſeq.*
g v. 17. 18.

h Act. 4. 32.
i Iſ. 49. 23.

fecit

fecit Deus, ad eum venientibus, & adorantibus coram illo *a* ac de loco ſuo omnibus Inſulis Gentium *b*, reges Tharſis & inſulæ munera obtulerunt, reges Arabum & Saba dona adduxerunt, aurum & thus detulerunt, omnes reges adoraverunt, omnes reges ſervierunt *c*, cui rei Magi venatores Chriſti *d* principium nonnullum dederunt.

Eleemoſynas Auguſtinus & alii hoc loco *numerum* nomine intelligunt, quas Chriſtus in judicio nonnullis imputabit *e*. Nefas erat vacuum apparere coram *f* Deo, coram quoque Perſarum Rege ſine munere *g* (quo more & Magos, Chriſtum adorantes ei munera obtuliſſe *h*. Lyranus *i* notat) id etiam feciſſe canit Æneam Virgilius *k*, quum Latino legationem deſtinavit: & fratres Joſeph quando ad eum adhuc ignotum tamquam ad Ægypti Præfectum venerunt, prodit hiſtoria Geneſis *l*, & ea quæ eſt Regum de regina Saba veniente ad Salomonem *m*. Hodie hìc quoque viget mos apud Japonios. Euſebius *n* idem prodit de legatis Gentium diverſarum ad Conſtantinum advenientium, & vocantur in hiſtoria *o* Regum *filii Belial* hi qui deſpicientes Saulem, non attulerunt ei munera. Hieronymus *p* argumentatur, ſi concupivit Rex pulchritudinem Tyriæ pœnitentis, & variarum habentis ornamenta virtutum; quanto magis merces ejus, & negotiatio, non in Tyro permanentium, ſed eorum erit qui habitant in conſpectu Domini, qui poſtquam egerint pœnitentiam, audient à Domino Salvatore *q*, *Comedite amici mei, & bibite, & inebriamini chariſſimi*.

Porrò Gregorius *r* interpretans myſticè munera quæ obtulerunt Job amici *ſ* poſt calamitatem ejus, de converſione Judæorum ſub mundi finem, uſurpat etiam præſentem locum, docetque, Judæos tunc ſua illa converſione & oblatione completuros quod cernimus magna ex parte jam factum, & adhuc credimus ex magna parte faciendum. In Pſalmo 86. gratulans canit David *t*; *Memor ero Rahab & Babylonis ſcientium me. Ecce alienigenæ & Tyrus, & populus Æthiopum hi fuerunt illic*; & in 67. *u*: *A templo tuo quod eſt in Jeruſalem, tibi offerent reges munera*, ideſt, plura & majora quàm olim afferentur in templum Jeroſolymitanum, ſive à Judæis ſive etiam à nonnullis Gentilibus & ibidem *x*, *Venient legati ex Ægypto, Æthiopia præveniet manus ejus Deo*.

Vultum tuum deprecabuntur. Hieronymus *y* alibi *faciem tuam precabuntur*. De formula iſta deprecandi, ſive precandi, quærendi, requirendi vultum faciemve Dei, dictum aliàs *z*. Hoc loco Græcum verbum ἐξιλάσονται, unde *litania*, ſignificat hoc loco placare & conciliare ſibi favorem, & benevolentiam, eo modo quo Jacob placare ſtudebat muneribus præcedentibus, & poſtea videre fratrem Eſau *a*: & dicuntur multi *requirere faciem potentis b*, hoc eſt, deprecari Chaldaicè, & *faciem tuam mane quærent ad domum ſanctuarii tui*, ſignificat Paraphraſtes de Deo ſermonem eſſe, cujus faciem quærant, & cujus eſt ſanctuarium. Atqui ſi de ſynagoga intellexit ut Hebræi, quoque aliqui ſenſus eſſet, proſelytos multos futuros qui ſynagogæ aggregari expoſcerent, & admitti ad ſanctuarium templi ejus. Sed plures de noſtris exponunt de vultu ſponſæ Eccleſiæ, cujus proximè dictum eſt à rege concupiſcendum decorem, & decorandum illum eſſe ac muneribus honorandum: vel quod etiam dici poteſt fore, ut filiæ Tyri in muneribus deprecaturæ ſint vultum ejuſdem, omnes, inquam, qui in eo emporio divites ſunt. Adoratio quidem, ut monet Baſilius, non convenit Eccleſiæ, ſed capiti ejus Chriſto. Vult autem vultum iſtum Eccleſiæ ſponſæ Chriſtum eſſe, qui videlicet caput eſt, & cui adoratio munera, deprecatio maximè defertur. Idipſum aſſerit Euthymius, Nicephorus, Theodoretus. Addit tamen præterea ultimus, ſacerdotum ordinem cenſeri Eccleſiæ faciem veluti majore dignitate inſignitumque, nunc autem hujus nos eventum prophetiæ videre, quum homines divitiis affluentes & in maximarum dignitatum excellentia conſtituti Eccleſiæ faciem iſtam honore proſequantur. Doceri plurimis exemplis poteſt ex hiſtoriis Eccleſiaſticis & aliis, quantis honoribus principes ſummi proſecuti ſint Eccleſiaſticos viros, quàm magnis muneribus exornarint. Theodoretus *d* idem prodit, leges à Conſtantio conſcriptas de conſtruendis Eccleſiis, & provinciarum præfectis mandata data, ut ſacerdotes honore afficerent, quo ipſe illos maximè afficiebat *e*. Nec profana de profanis, hoc eſt, Gentilium perſonis quas putabant ſacras, deſunt exempla. De ſacerdotibus Ægyptiorum, teſtis liber Geneſis *f*, quod exaggerat valde Chryſoſtomus *g*: de Alexandro Magno cum capta Tyro de aqua paullo ante dixi, Jeroſolyma bello peteret, Zonaras *h*, quo pacto Jaddum vel Joadam Pontificem vel invitus venerari coactus ſit, & ingreſſus templum, victimas Deo ex præſcripto Pontificis immolaverit. Prior eadem Joſephus *i* narravit.

Ceterum Athanaſius *k* locum totum jam inde ab illis verbis, *aſtitit regina*, &c. de B. Virgine exponit. Colligit eam Reginam eſſe, quia ex ea natus Rex eſt: *aſtare nunc à dexteris Filii, in veſtitu deaurato* incorruptibilis corporis, ut dudum quoque prius dixi: *variegatum* quantum ad oſſa. Tum tandem orat, ut audire dignetur & *inclinare aurem* ad preces, nec *obliviſcar noſtri*, qui ſumus de familia & domo patris ejus: filia verò noſtra eſt, quia ejuſdem natura ex nobis genita. Subdit vultum ipſius *deprecari omnes divites plebis*, ditatos nimirum bonis atque contemplationibus ſpiritualibus. Eccleſia quoque verba hæc uſurpat de B. Virgine in Miſſa votiva tempore Adventus, licèt etiam de qualibet alia Virgine. Beatus qui *obſervat ad poſtes* l *oſtii* Reginę iſtius, & colit perſonam adeo *potentis* m θεραπεύει πρόσωπα βασιλίδος more aulicorum. Tropologicè, ut Auguſtino placet aliiſque, *vultum ſponſi deprecatur*, qui bonorum operum non alium requirit teſtem: quòd ſi exterius etiam operetur, optat, ut propterea glorificetur ille qui videt etiam in abſcondito *n*.

Omnes divites plebis. Non eſt, *omnes*, in textu Hebræo & Græco, omiſitque Hieronymus hìc & alibi *o*, nec non Auguſtinus & emendatus Græcus habet, πλοῦτος τῆς γῆς, *plebis terræ*, ita quoque eſt in Pſalterio Arabico & Æthiopico, ſed in priore *univerſæ terræ*. Apollinarius vertit ἀφενεῖς χθονὸς, *divites terræ*. De divitiis dixi vel eſſe ſpirituales, quas Chriſtus vocatis ad eccleſiam communicat, vel munera naturæ tum corporis & animi, tum quæ dicuntur bona fortunæ, quibus qui abundant, ad Eccleſiam ſeſe adjungunt. Phraſi Hebræa *divites plebis* vel *terræ*, ſunt ditiſſimi: ſic enim inter alios modos, circumloquuntur ſuperlativa quibus carent. Auguſtinus, Caſſiodorus, aliique volunt *divites* epithetum eſſe *filiam Tyri*, ideſt, habitatorum Tyri ditiſſimorum, ut antea vidimus, includendo ſub iis omnes alios Gentiles: nec repugnant voces Græcæ πλούσιοι, in genere maſculino. *Divites hujus ſæculi* præcipit Paulus *p*, *divites operibus bonis*, & *facile tribuere*, nec rarò abſolutè poſitum hoc nomen in pejorem partem accipitur, quum ſolæ illæ ſint veræ divitiæ quas Iſaias *q* vocat *ſalutis*, nempe ſapientia, ſcientia, timor Domini.

Verſ. 14.) Omnis gloria ejus filiæ Regis ab intus, in fimbriis aureis.

Verſ. 15.) Circumamicta varietatibus.

Adducentur Regi virgines poſt eam; proximæ ejus afferentur tibi:

Verſ. 16.) Afferentur in lætitia & exultatione, adducentur in templum Regis.

QUia dixerat de pulchritudine ſponſæ, deque futuro ad eam concurſu, ne quis externis alliciatur dumtaxat rebus, falſus ſpecie recti, ambulanſq; tantùm in circuitu, impiorum more *r*, monet Propheta longè potiorem haberi rationem decoris ac ornamentorum internorum: eam quoque à Rege intimam familiaritatem intra regiæ interiorem partem introducendam, ut ſecretorum conſcia efficiatur. Præterea quod attinet ad ornamenta externa, repetit nec iſta defutura, ſed circumamiciendam variegata veſte, de qua priùs quoque nonnihil dictum eſt, adjectis etiam fimbriis aureis, quæ ſcilicet deſignant, ſicut ibi multiplicis gratiæ dona, & opera virtutum, quæ ſplendorem decuſque accipiant à charitate, cui ita ſint virtutes intertextæ, quomodo in pretioſis veſtibus aptè ac eleganter diverſi colo-

a *Pſ.* 85. 9. b *Soph.* 2. 11. c *Pſ.* 71. 10. *Iſ.* 60. 12. d *Mat.* 2. 1 e *Matt.* 25. 35. *& ſeq.* f *Exo.* 23. 15 Coram Perſarum rege ſine munere non comparendi mos. Mos cum muneribus ad reges accedendi. g *Senec. ep.* 17. *Aelia.* 1. *var. hiſt.* c. 32. *Plut. in Artaxer. & in Apophth. Rhoadig. l.* 12. *c.* 16. h *Matt.* 2. 1 i *Ibid.* k 7. *Aeneid. l.* 43. 11. *& ſeq.* l *c.* 10. 4 m 3. *leg.* 10 n 4. *de Vit. Conſt. c.* 8. o *l.* 10. 27. *in c.* 23. *Iſ.* p *Cant.* 5. 1. *Mor. c.* 15. *vol.* 10. q 130. 1 *Joh.* 4. 2. 9. *& ſeq.* r *v.* 4. t *v.* 30. x *v.* 32. y *in c.* 23. *Iſ.* z *Pſ.* 3. 6. a *Pſ.* 26. 8. b *Gen.* 32. 10 c *Pr.* 29. 26. Honores à principibus delati viris Eccleſiaſticis. d *Hiſt. c.* 2

e *Idem ib. c.* 11. f *c.* 47. 22. g *Ibid. hom.* 66. h *Tom.* 1. *an.* i 11 *Antiq. c. ult.* k *Serm. de Deipara.* l *Prov.* 8. 34. m *Pro.* 19. 6. n *Mat.* 5. 18. o *in Iſ. c.* 23. Divites hujus ſæculi quales eſſe debeant. p 1. *To.* 6. 18 q *c.* 33. 6.

loris fila conſpicimus aureis intertexta; & ſicut fimbriæ ornando terminant, ad eumdem modum à charitate illæ ornabuntur atque terminabuntur. Hoc ornamento ſic poſito & intellecto, redit ad id quod ultimo loco dixerat de multis ad ſponſam honoris cauſſa convenientibus, & confluentibus, dicitque fore, ut poſt ſponſam adducantur ad regem Virgines, quæ comitentur ei honorificè, & ſint eidem chariſſimæ, idque cum ſumma lætitia & exultatione uſque ad intimum palatium cum Eccl. tum cœleſtis manſionis. Nam de vocatione Gentium & electorum ex omni orbe, poſt primitivos illos, quos ita vocat Apoſtolus *a*, hic ſicut & ſuperior ſermo eſt, verùm per partes magis explicandus.

a *Hebr.* 12. 23.
b *Hic & in* c. 23. *Iſ. & c.* 72. *Ezech. & in* c. 10. *Dan.* c 1. 6. *in* 1. *Reg.* c. 15. d 35. *Mor.* c. 14. *vol.* 24.

Omnis gloria ejus filiæ regis.) Pronomen, *ejus*, *b* Hieronymus non expreſſit, nec Pſalterium Gallicanum. Auguſtinus verò, Caſſiodorus, Gregorius *c*, Ricardus Pampolitanus *d*, & Pſalterium Italicum, ſeu Vaticanum habent, *omnis gloria ejus filiæ regum*. Quo pacto videri poſſet, *ejus*, pertinere ad regem ſponſum, cujus gloria eſſent filiæ regum, de quibus verſu 10. quamvis adhuc de ſponſa reſponderi poſſet, id dici, quæ ſit filia regum, utpote cujus majores, non pater ſolus, reges fuerint. Certè in genitivo caſu numeri ſingularis eſt nomen Græcum θυγατρὸς. Pronomen autem, *ejus*, redundat per pleonaſmum, quod & Græci Codices Complutenſes, Regii aliique non habent, ſed pro αὐτῆς, quod eſt in emendatis, articulum τῆς. Attamen mendum cenſeri non debet, ut Eugubinus vocavit, quum ſimilia extent alibi redundantis pronominis exempla, ut *mons Sion in quo habitaſti in eo* e; *miſit Moyſen ſervum ſuum Aaron quem elegit ipſum* f. Nec tamen improbabile quod videtur pronomen redundare, ſuam emphaſim habere, perinde atque ſi nomen idem geminaretur: & hoc quidem loco, ut exprimatur magis quanta ſit quantique fieri debeat ſponiæ pulchritudo, ac in quo potiſſimum æſtimanda. Valet etiam *omnis gloria*, idem quod tota, vel excellentiſſima; ſicut quum in Eccleſiaſte *g* dicitur *hoc eſt omnis homo*, ſignificat in ea re de qua ibi agitur, conſiſtere ſummam humanæ perfectionis. Eamdem vim habet omne bonum oſtendendum Moſi *h*; omnis eſca quam abominabantur Hebræi *i*, nempe manna; & fortaſſe quum dicitur *omnis homo mendax k*, ſenſus eſt, etiam perfectiſſimum quemque talem eſſe. Idem ſibi vult *omnis patientia* l, *omne gaudium* m, Hieronym. ad Principiam, retinuit pronomen. Legerunt qui pronomen retinuerunt non כבדה *chebudach*, quod eſt participium abſque pronomine, ſed כבודה *thebodah*, quod eſt nomen כבוד *chabod* cum affixo pronomine tertiæ perſonæ fœminini generis numeri ſingularis. Prout nunc extat Hebraicè, vertendum *tota glorioſa*, vel *inclyta eſt*, aut, *eſt filia regis intus*, non foris tantum, quum prodit in publicum ornata; vel perfecta gloria ſeu potiſſima eſt intus: denique *alia regis* idem valet Hebræo quoque idiotiſmo, quod Regina, vel ex teneriore amore ſic appellatur, tum etiam quia purior & verecundior. Notat porro acutè Hugo Cardinalis, vel Aylenſis, dirigi ſermonem ad tertiam perſonam, poſt eum qui fuerat ad ſponſam, quaſi occurratur objicienti cavendam aſſentationem in laudem ſponſæ, ac reſpondeatur non id verendum, quia gloriatur illa intus, & in teſtimonio conſcientiæ *n*.

c Redundantis pronominis exempla, etiam cum emphaſi.
e *Pſ.* 73. 2.
f *Pſ.* 104. 20.
g *Eccl.* 12. 13.
h *Exo.* 33. 19.
i *Pſ.* 106. 18.
k *Pſ.* 115. 11.
l 1. *Tim.* 1. 16. 2. *Ep.* 4. 2.
m *Jac.* 1. 2.
Acute Aylenſis obſervatio.
n 2. *Cor.* 1. 12.

Ab intus.) Hieronymus *o* & Auguſtinus, *intrinſecus*, ſed Hieronymus noſtra verſione *p* alibi utitur, & meminit utriuſque *q*. Refert præterea idem Hieronymus in quibuſdam exemplaribus inveniri, ἐξ ἐννοιῶν, *ex cogitationibus*: quam Didymus ait eſſe interpretationem alterius vocis quam hìc legit, videlicet Eſebon. Ita, inquit Didymus, gloria filiæ Tyri (nam *filiam* Tyri numero ſingulari uſurpat) quæ laudatur, non aliunde naſcitur, quàm à Rege cogitationum. Quaſi nempe ita conſtruas orationem, *omnis gloria filiæ* (nempe eſt) *Regis Eſebon*, hoc eſt, à Rege Eſebon, ſeu illa ipſa, quæ Regis Eſebon, Hieronymus *r* illud ἐξ ἐννοιῶν, docet oſtendere omnem gloriam Eccleſiæ eſſe in interiore homine, & circumciſione non manu facta, ſed ſpiritu, habente conſcientiæ fiduciam apud Deum, & tota pulchritudine poſita magis in ſenſuum nomine, quàm in flore verborum. Cyrillus *ſ* Alexand. *Eſebon*, item ex iſto citans loco, aſſerit ſignificare *intrinſecus*, quia Eccleſiæ, quam pulchrior adumbravit Rachel, poſt Liam lippis oculis, ducta à Jacob, ſpecies non oculis corporis percipitur, ſed puræ Amentis acie conſpicitur. Retinuit editio Sixtina LXX. ἐσεβὼν, & in Pſalterio Æthiopico eſt (hesbon,) reliqui libri Græci habent ἔσωθεν: unde fortaſſis deflexit error aliquo in ἐσεγὼν, quæ quum ſit vox Hebræo, non video quorſum hìc poneretur, ubi conſtanter omnes codices Hebr. habent id quod Græca ἔσωθεν ſignificat, פְּנִימָה *penimah* Nomen etiam proprium loci eſt חשבון *Chesbon* ſive *Heſebon*, quod juxta etymon auctor notationum in biblia Sixti ex editione LXX. notat ſignificare quoque opus textile, & variegatum, hoc eſt, magna velut excogitatione artis confectum. Eſt enim à חָשַׁב *chaſchau*, *cogitare* excogitare, &c. & de illo nomine dixi c. 7. Eccleſiaſtæ *t*. Verùm retentis vocibus Hebræa & Græca, quibus Latinæ noſtræ, *ab intus*, reſpondent, *gloria filiæ regis ab intus*, ad litteram poteſt his modis explicari. Primo quiddam eſt inſertum ac immixtum ſolidè intra veſtes, ut in aulcis aurum non in ſuperficie nuda panni ornamentum. Id innuit Guilielmus Scepræus. Deinde ornatur ſponſa *ab intus* & ab intimis, hoc eſt, à gemmis, margaritis, rebus pretioſioribus, non Bvidelicet foris, ac in publico dumtaxat ad oſtentationem, more ſuperbarum fœminarum, ſicut antè dicebamus, quæ intra domeſticos parietes minùs ſollicitæ ſunt de veſtibus ornatu, cultu elegantiore. Sic deſcribi ſolent hæ res pretioſæ, ut dicantur intimæ & abſconditæ, vel quia erutæ de ſecretis locis, vel quia recondi ſolitæ in theſauris. Quod in Job *u* legitur Latinè, *trahitur ſapientia de occultis*, extat Græcè, ἕλκυσον σοφίαν ὑπὲρ τὰ ἐσώτατα, *trahe ſapientiam plus quàm intima*: Hebraicè מִפְּנִינִים *mippeninim*, *præ margaritis*. Aquila γλυκὺ σοφία παρὰ πὸ περιβλέπτα, *dulce eſt ſapientia ultra ea quæ ſunt ſpectabilia & illuſtria*. Eamdem vocem Hebræam reddit Latinus interpres *x* alibi *opes* LXX. *lapides*; item *y* ille *gemmas*, hi etiam *lapides* λίθους, aut, ut alii legunt, πλῆθος ἐσωτάτων, *multitudinem penitiſſimorum*. Sic facile credi poſſet hoc loco pro פְּנִימָה *penimach*, fuiſſe פְּנִיִּים *peninim*. Probabilis Agellio videtur iſta ſententia; licèt nihil attingat de hac conjectura. Alio item Pſalmo *z* docui de abſconditis Dei ſaturati ventrem, eſſe de pretioſis, & tamquam ex apotheca penuve ipſius. Favet Paraphraſtes, nominans facultates regionum, & theſauros regum, qui repoſiti ſunt interiùs, offerendi verò in oblationes coram Rege, & in munera pro ſacerdotibus. Senſus tertius gloriam omnem, hoc eſt, præcipuam, *ab intus* eſſe, quia ſponſa ut honeſta frugique mulier, continebat domi ſeſe intra intimas gynæcei patres, ſive *in lateribus domus*, ut eſt in alio Pſalmo *a*. Agellius maximè hoc probat. Sed addere potuit cum Rabinis Aven-Ezra & David: quos Eugubinus memorat, innui palatium thalamumve intimum & arcanum penetrale, quod majorem in modum ſit adornatum in clytis, aureis, pretioſiſſimis periſtromatis laquearibus ſuppellectile.

o *Hic & in* c. 23. *Iſa. & c.* 22. *Eze.*
p *in* c. 10. *Dan.*
q *Ep.* 140.
r *Ep.* 140. *u*
ſ 2 *de ador. in ſpir.*
t v. 22.
u c. 26. 18.
x Pr. 3. 15.
y c. 20. 15. *quamvis in edit. Sixtin. LXX. non extet hic locus.*
z *Pſ.* 16. 14.
a *Pſ.* 225.

Quartus Vatabli, Clarii, Gagnei, Janſenii, privilegium ſponſæ hoc eſſe, ſummumque decus, ut in interiore regia aſſideat ſemper regi proxima, & intus in ſecretiore cubiculo, quod ornatius inſtrui ſolet, id quod aliis non licebat, niſi certis temporibus adire, aut non ita certè propè ſponſum regem. Quintus, ut lateat ejuſmodi comparatio; quamvis interno cultu Dgloria ſponſæ ſpectetur potiſſimùm: attamen prodit foras exteriùs perornata & honorariis fœminis comitata ſtipataque, ut ad ſponſum deducatur. Sic noſter Crucis carmine:

Major in interno quamvis ſit gloria cultu.
En formoſa tamen procedit filia Regis,
Errantis variè redimita laboribus auri,

Sextus Ariæ, ut *ab intus*, valeat penitus, ſignificeturque omnem gloriam ſponſæ ac ipſammet ſponſam, eſſe penitus mirandam, celebrandam magnam. Tota, ait ille, miranda ac celebranda regis filia & magna eſt penitus.

Septimus Villalpandi *b* noſtri ut פְּנִימָה *penimah*, denotet intimum templi locum, ut ſumitur quandoq; vox iſta *c*. Sic eſſet alluſio per antitheſim ad id quod priùs dictum eſt, atque cum quadam paronomaſia *d vultum tuum deprecabuntur*. פְּנִיָּה *penaich*, quod Chaldæus exponebat de domo ſanctuarii, ut ſcilicet gloria ſponſæ ab ipſamet procedat interiore ſanctuarii aula, ubi fimbriæ aureæ erant, de quibus poſtea.

b *c.* 2. *In Ez. p.* 2. *l.* 4. *c.* 7.
c *Lev.* 10. 18. 3. *Reg.* 5. 19.
d v. 13.

Nul-

Nullus ex his dicendi modis caret ſua probabilitate, facileque poſſet unus ex omnibus integrari; nihilominus illi ad rem faciunt magis qui ſunt de ornamento, quod ipſammet ſponſam afficiant, & ſpiritualia gratiæ dona, ut initio dixi, clariùs denotent: quæ Patrum planè communis præſentis loci expoſitio eſt: ac proinde maximè litteralis quam recitatæ ſub figurata quadam orationis forma illuſtrare atque confirmare poſſunt. Præter tractatores Pſalmorum ita declarat Nazianzenus *a* Variegationem, quæ hìc ſubditur, docens conſiſtere in actionibus & ſpeculationibus. Pulchritudinem internam Plato *b* à diis poſcebat: inducitque *c* Socratem removentem à reipublicæ adminiſtratione Alcibiadem, corpore tantùm, nondum animo pulchrum. Aureis laminis arcam non foris modo, ſed etiam intus ornari jubebat Deus, licèt cilicinis exteriùs operiretur ſatis *d*, duaſque ſacerdoti ſtolas attribuebat *e*, aras duas, exteriorem ad victimas, ad ſuffitum interiorem; his namque ſignis docebat, inquit Philo *f*, virum ſapientem intus in anima & in externis actionibus ornatum eſſe debere prudentia, pretioſiore omni auro. Profectò turpe eſt eſſe

Introrſum g *turpem, ſpecioſum pelle decora.*

Poſt admirabiles ſponſæ laudes introductæ in cubiculum *h* ipſemet ſponſus adjecit (*abſque eo quod intrinſecus latet*) &, *abſque oculis tuis*, Græcè ἔμος σιωπήσεως σω ideſt, *præter ea quæ involvuntur ſilentio*, cujuſmodi eximiæ virtutes animi, quas capere & comprehendere difficile ſit, ut in Canticum explicant Nyſſenus, Pſellus, Philo Carpathius, Gregorius. Pulchrior in eo eſt homo quod videtur, inquit Ambroſius *k*. Charmidem eleganti corporis forma, ſed pulchritudine animi præſtantiorem. Chærephon apud Platonem *l* ait ſi nudare ſe vellet, vultum præ illa quæ intus latet forma, deformem judicandum. De Socrate idem *m* refert, Alcibiadem dixiſſe figura externa Sileno ſimilem, intus mira caſtimonia & integritate. Egi hac de re aliàs, dum Petri *n* verba enuclearem de abſcondito ut cordis homine. Adde Nazianzenum in præceptis ad Virgines.

Detritas etiam veſtes venerare caputque
Deliciis vacuum & luxu, non ſerica fila,
Quam decor occultus decorat, quam tecta venuſtas.

Transferri hæc ad Virginum Virginem poſſunt, de qua ſupra quoque diximus, nec non ad quamlibet Virginem, ſicut & quòd ſit *hortus concluſus* ac *fons ſignatus* *o*. Hoc Ambroſius *p* de omni Virgine. De noviter autem nupta Hebræi, in ritu ſponſaliorum *q*. Utrumque Nazianzenus *r* de virgine. Quin etiam ipſe, licèt, ut antè dixi, latentium & occultarum laudem partium corporis propter decorum omittere ſe dicat, deinde nonnihil de illis attingit honeſtè, ut de juncturis fœminum *ſ*, hac ratione ſignificans pulchram eſſe ſponſam exteriùs, ita ut nihil in ea ſit non pulchrum, quodque nudè oculis omnium poſſit exponi, ſicut veteres illi τὰς χάριτας nudas repræſentabant. *Ab intus* eſt, non intus dumtaxat gloria ſponſæ. Nazaræi candidi ac nitidi ſunt *t*, ſed eorum ſanctificatio conſiſtit potiſſimùm in cæſarie nutrienda, quæ denotat bonarum cogitationum germinationem. Conveniunt hæc etiam omni animæ juſtæ, cujus *gloria*, à teſtimonio *conſcientiæ* *u*, & ſtrictæ foris templi feneſtræ ſimilis eſt, intus latæ, quæ *obliqua feneſtra* dicitur *x* ad majorem excipiendum è Cælo ſplendorem. Salutare monitum illud,

Ne y te quæſiveris extra.

Mihi pro minimo ab aliis *judicari*, aut *ab humano* z *die*: *ſecura mens juge convivium* a: *ſecretum meum mihi* b, *ſecretum meum mihi*, nam ſi.

c *Populus me ſibilat, at mihi paludo*
Ipſe domi ſimul, ac nummos contemplor in arca.

Chryſoſtomus, demonſtrans Virginitatis Hæreticorum nullam eſſe mercedem, docenſque parum referre corpus incorruptum eſſe, animæ quæ pars potior eſt, corrupta conſilia: adhibet verò hæc egregia exempla, dejectum templum, porticibus ac ſeptis permanentibus: purum ſolii locum, quum ſit ipſum ſolium ſordibus inquinatum: oris pallorem, membrorum gracilitatem, ſimplicem ſtolæ cultum, aſpectum humilem ac verecundum nil prodeſſe, ſi ſit elatus & inverecundus oculus animæ: perverſum ordinem eſſe gloria extrinſecus circumfluere, omnem intrinſecus habere infamiam; hominibus maximam præ ſe ferre modeſtiam, in Deum adhibere inſaniam: adduci non poſſe virum aſpicere, in Dominum omnium impudentibus oculis intueri, jactareque voces in ſublime nefarias: ex angue buxi inſtar os eſſe mortuique ſimillimum, tantum autem ærumnarum non modò fruſtrà, ſed ad perniciem ſuſcipere. ſicut neque philoſophum coma, baculo, tunica, ſed moribus & anima metiri ſolemus; neque militem ex chlamyde, balteoque, ſed ex robore & virtute ſpectamus, ita neque virginem definire ſqualore capilli, oris mœrore, pulli veſte, &c. Similia ſunt Anſelmi carmine de Mundi contemptu, & vita monachorum; cujus initium;

Quid deceat monachum vel qualis debeat eſſe; &c. Idem uno verbo Gregorius *d* tradit, dicens quòd *omnis gloria intus eſt*, quia foris ſola, intus ſola non eſt: nec aurea Virginitas eſt, ſi foris eſt, & intus non eſt; monet etiam *e* occultanda quæ agimus, ne hæc in hujus vitæ itinere incautè portantes latrocinantium ſpirituum incurſione perdamus. Lege adhuc de interna pulchritudine ac ornatu animæ procurando Chryſoſtomum *f*, cum reprehenſione veſtis aureæ ſericeæque. Non videt Deum ni- B ſi *mundus corde* *g*, & qui ſuumet priùs cor inſpicit. Daniel Angelo reſpondit *h*, *Domine mi, in viſione tua diſſoluta ſunt compages meæ*; quo reddit Theodotio, *converſa ſunt interiora mea*, & LXX. τὰ ἐντός μου, ἐνέμοι. Ubi Hieronymus ait hoc eſſe quod habetur Pſal. 102. *benedic anima mea Domino, & omnia interiora mea* (quæ intra me ſunt) *nomen ſanctum ejus*. Priùs enim quàm viſionem Dei videre mereamur, inquit, interiora noſtra foras aſpiciunt: quum autem viderimus viſionem Dei, convertuntur in nos interiora noſtra, & toti in illis ſumus, de quibus & in alio loco, hoc eſt, in iſto, *omnis gloria ejus filiæ regis ab intus*. Homines à foris vident, & iidem parent à foris juſti; *Deus intuetur cor* i. Natura format viſcera interna, non ſolam externam, ut ars exhibet figuram formamve. Curandum non ut videaris, verùm ut ſis optimus, inquit Nazianzenus *k*, cujus eſt illa ex arte naturaque comparatio, ac ex nave etiam extrinſecus tantùm inaurata & depicta, ſed rimis plena: eos verò facit navi ſimiles, & exteriùs or- C natæ & benè compactæ, qui tum ante Deum juſti ſint, tum ante homines. Hoc eſt omni *conſcientia bona converſari ante Deum* l, & *ſine offendiculo conſcientiam habere ad Deum, & ad homines ſemper* m. Viro pio dies omnis feriatus ac feſtivus & ſabbatum eſt; quod etiam Diogenes de viro ſapiente ferebat dixiſſe. Sabbato lex quemque præcipiebat manere apud ſeipſum, nec egredi de loco ſuo *n*, nempe ad negotia externa; & myſticè, ut placet Hieronymo *o*, vacare ſibi ac rebus divinis. Poſtremo, in homine Chriſtiano, intrinſecus eſt beatitudo noſtra, ut ſcribit Auguſtinus *p*, ſicut de anima Eccleſiaſtica ore prophetico dicitur, hoc nimirum loco quem citat: nam extrinſecus maledicta, perſecutiones & detractiones promittuntur, de quibus tamen magna merces eſt in cœlis. Malum pictorem Apelles reprehendit, ſicut meminit Clemens Alexandrinus *q*, quòd auro multo pinxiſſet Helenam ornatam, dicens feciſſe divitem quum pingere neſciret pulchram. Unde natum fortaſſis ut peritiores artis pingendi omnino vel non niſi admodum parcè picturis ad- D hibeant aurum. Sic ſanè non in externis per ſe ac præſertim conſiſtit ſponſæ Dei pulchritudo, ſed in vivorum colorum naturalium que ornamentis, quæ ex interna quaſi bona conſtitutione proficiſcuntur. Mulier fortis invenit *lanam & linum* *r*: hoc quod interius geritur; illam quæ exterius, ut philoſophatur idem Auguſtinus *ſ*: ſed byſſinum, quod è lino conficitur dicuntur juſtificationes Sanctorum *r*, quod vocatur etiam *indumentum juſtitiæ* *u*. Origenes *x* explicat locum iſtum ad latentem intra litteram myſticum ſenſum. Sed adhuc topologicè maximè indicatur, juxta ſenſum tertium allatum, laus ſponſæ, continere ſe domi ejuſque curam habere *y*, Græcè eſſe ἐνεργῆ; & ſicut vitem abundantem in lateribus *z* domus. Sed Xenophon *a* inter alia ſcribit; à natura factam mulierem molliorem viro pulchrioremque ne proditet in arrem foras, & illius læderetur injuriis. Galenus *b* propterea carere barba, quæ virum cui egrediendum eſt domo, arcet à frigore: Plutarchus *c* ne ſibi putarent mulieres effe- rendos domo pedes, Ægyptio eis calceorum uſum negaviſſe, ideoque Venerem à Phidia pictam pede

a or. in id. Mat. 19. cum conſum maſſet Jeſus &c. Pulchritudo interna expoſcenda. Alcibiades, corpore tamquam pulcher nondùm animo, remotus à reipubl. adminiſtratione. *b in Phædro.* *c Al. ib.* *d Exo. 26. 7.* *e Gen. 45. 11.* *f de temol.* Vir ſapiens qualis eſſe debet. *g Hor. l. 1. ep. epo. 16.* *h Cant. 1. 4.* *i Cant. 4. 3.* Pulchior in eo eſt homo quod non videtur. *k in Pſ. 118. Serm. 10.* Cherephontis de Charmide dictum; & Socratis de Alcibiade. *l in Charmide.* *m in convio.* *n 1. ep. 3. 4.* *o Cant. 4. 12.* *p de inſtit. Virg. c. 17.* *q Gen. in Chron. Heb. 19.* *r or. in laud. Cyprian.* *ſ Cant. 7. 1.* *t Thren. 4. 7.* *u 2. Cor. 1. 12* *x 3 Reg. 6. 4* *y Perſ.* *z 1 Cic. 4. 310.* *a Pro. 15. 15.* *b Iſ. 24. 16.* *c l. 1. Ser. Satyra 1.* Viginitatis hæreticorum nulla merces. Aſpectus humilis & verecundus nihil prodeſt ſi ſit elatus & inverecundus animæ oculus. Philoſophus ex moribus & anima metiendum. *d l. 6. in 1. Reg. c. 15.* *c l. 8. mor. c. 30.* *f Hom. 28. in ep. ad Heb.* *g Mat. 5. 8.* *h Daniel. 10. 16.* *i 1. Reg. 15. 7. Matt. 23. 25.* Curandum non ut videaris, verum ut ſis optimus. *k Carm. 8. de virtut hum.* *l Act. 24. 16.* Viro pro dies omnis feriatus ac feſtivus & ſabbatum eſt. *n Exp. 16 29* *o in c. 58. Iſ.* *p 1. de Serm. in Monte c. 9* Malus pictor ab Apelle reprehenſus. *q 2. Strom.* A peritis artis pingendi cur aurum parce adhiberi credatur. *r Pr. 31. 13.* *ſ Serm. 217. de Temp.* *t Apo. 19. 8.* *u Iſa 61. 10.* *x 4. Perſe.* *y Tit. 2. 5.* *z Pſ. 127. 3.* *a in Oecon.* Cur mulier facta mollior viro & pulchior. Cur barba careat. Barba cur viris conceſſa. Calceorum uſus mulieribus ab Aegyptiis cur negatus. Venus à Phidia picta. Puellas recens natas ut tractent Sinæ. *b de uſu par.* *c de præcep. connub.*

ſuppoſitam ceſtudinem prementem. Eadem de cauſſas Sinæ puellis recens natis pedes diſtorquere dicuntur, Hebræis puella עלמה *bha'm'h* vocatur, ideſt, *abſcondita*, ſicut *viduam vocant* אלמנה *almanaa*, hoc eſt, mutam. Sponſa in Cantico *a* comparatur cum *horto concluſo, fonteſque ſignato*. Egregium Claudiæ epitaphium: CASTA VIXIT, LANAM FECIT, DOMUM SERVAVIT.

a c.4.12.

In fimbriis aureis.) Hieronymus, *faſciis aureis veſtita eſt*. Alii, *ex veſtibus auro ocellatis indumentum ejus*: vel, *ex texturis auri*: vel, *ex intexto auro*; quaſi dicas, ejuſmodi veſtem fuiſſe ut ex ocellis ac veluti feneſtris diſpici potuerit intus latens aurum. Opere Phrygionico aut plumario conficiuntur in veſte de filis auri quædam velut receptacula, quibus lapilli ſparſim includantur, ut Cajetano placet. Hebræa ſic habent לבושה מסשצות זהב *mimmisbetſoth zahau louuſah*. Verbum שרץ *ſavats*, unde nomen משבצה *misbetſah*, ſignificat, facere oculatim opere phrygionico, quod vulgo dicunt (*recamare à occhi*) ſive etiam theſſellatim ac fruſtulatim intertexere, & quaſi ocellis diſtinguere. In Exodo *b*, lapides incluſi auro in tunica, dicuntur משבצים *meſubbalſim*, & aliquando vocantur *catenulæ* *c* משכצות *misbetſoth*: aut *uncini d*; interdum tunica ſtricta nominatur תשבץ *thaſbets*. Sed fimbriæ veſtium & fimbriatæ veſtes quas LXX. nominant κρασπέδους, nimirum ut epithetum relatum ad χιτῶνας, denotant veſtes tunicalve prætextas villis, & conſtantes fimbria ſeu limbo, & ora, quæ, ut Hieronymus vertit, faſciæ ſimilis eſt, non ad adſtrigendum quidem corpus, ſed ad cingendam undequaque in extremis partibus veſtem, quas vulgus *frangias* vocat. Sed quia hæ faſciæ ad ornamentum adhibitæ ſolent dicto opere phrygionico, & ocellato ſive oculato, & oculeato, effici ex auro, tum etiam ex ſerico, inditis nonnumquam lapillis, propterea commodè ſatis cohærent quæ de vocum Hebræarum notionibus attigi cum iſta Græca. Poſſit forſan de hoc genere veſtis intelligi quod Ezechiel *e* ſcribit: *omnis lapis pretioſus operimentum tuum*: Refert Chryſoſtomus alium vertiſſe διὰ συσφιγκτήρων χρυσῶν, *per faſcias aureas*: ſed nectit ille auctor ſequentibus, ἡμφιεσμένη ποικίλα, *amicta*, ſcilicet per dictas faſcias, *amicta*, inquam, *varia*, ideſt, varias res, & ut eſt in ſcholio, ἔνδυσις αὐτῆς εἰς ποικίλτα *indumentum ejus in variegata*. Sic verò quod ſequitur, *circumdata varietate*, pertinet ad fimbrias, illo modo intellectas quem dixi. Explicant alii quoque σισφιγκτῆρας quaſi dicas *conſtrictoria*, pro fibulis, aut laqueolis, aut catenelis, quibus veſtis adſtringebatur: vel etiam pro colligationibus auri, quibus quæ dicta ſunt τὰ ἔσωθεν *ab intus* nimirum gemmæ lapillive, juxta unam expoſitionem includerentur. Sumit Euthymius pro zonis cingulíve, à quibus fimbriæ quædam dependent. Forſitan eaſdem intellexit Hieronymus nomine *faſciarum*. Inter principum munera purpureas faſcias pueris datas fœminiſque Principum munere. Purpureæ faſciæ pueris datæ fœminiſque Principum munere. Inter principum munera purpureas faſcias pueris datas fœminiſque in Caligula meminit Suetonius, & in Scriptura memorantur quandoque mulierum faſciæ pectorales. Qui *omnem gloriam filiæ regis ab intus* interpretatur Villalpandos *f*, hoc eſt, Synagogæ ab interiore ſanctuarii aula; vult etiam hic exprimi Dei majeſtatem ibi inſediſſe *in fimbris aureis*, ideſt, ut ipſe item intelligit, in faſciis, haſque eſſe laminas aureas craſſiores, quæ cameram totam veſtirent, ſicut & *circumamictum in varietatibus* denotare dicit, aulæa omnis generis pulchritudinem, operæ pretii quæ contegerent ſanctuarii portas; myſticè autem per iſta deſignari quod glorioſiſſimum ſit, id omne una Chriſti præſentia contineri, inde opes, decorem, gloriam, honorem ſempiternum eſſe.

b c.25.20. c v.14. d c.39. 16. e c.28. 35.

f Tom. 3. in Exech. p.2. lib. c.6.

Pradus *g* differens ſanè eruditè de multiplici veſtium artificio, quod & nos attigimus antea *h*, per *fimbrias aureas* intelligit telas aureas ac intexas diverſi coloris, ſed uniformes ac totas ſibi ſimiles; his verè ſuperinductum opus phrygionicum vel plumarium ſignificari per verba ſequentia *circumamicta varietatibus*, ita ut veſtis Reginæ ex tela aurea verſicolori dicatur facta רקמות *lirkamoth*, quod vulgò appellant Itali & Hiſpani *opus recamatum*, & iterum Hiſpani Gallique *bordatum* vel *brodatum*, ſeu *broſlatum*. In Pſalmo 148. *i*, illud, *ſubſtantia mea in inferioribus terræ*, eadem voce Hebræa dictum declaratur de formatione fœtus intra uterum (ſic exAplicat Chaldæus & Hieronymus, imaginatus ſum, paſſivè: Symmachus ἐτοιχάσθω) velut opere Phrygio, propter adeo multas partes diverſas in tantilla materia *k*, cujuſmodi vel apis *l*, vel formicæ *m* paullo grandioris magnitudo. Ex analogia porro talis operis, quod variegatur; multiplicium colorum ſegmentis telæ aureæ, argenteæ, ſericeæ, traductam vocem Hebræam ad plures modos veſtium pictarum filis, licis, ſcrutulis, nunc exprimendo, & deprimendo, nunc ſubducendo, & exinanitione vacuationeque filamentorum maculas formando, ſeu plagas inanes in modum retis, quæ Phrygionicæ, Trojanæ, Attalicæ, Babylonicæ, Damaſcenæ, polymitæ, plumariæ, Alexandrinæ, Gallicæ, aliiſque nominibus, veſtes appellantur. Probabile hoc judico, at non item quod alius de laminis aureis tradebat, ſub nomine *fimbriarum*; nec quod poſterior ait, has nihil aliud eſſe, niſi telam auream, *Fimbriæ* & κρασπεδωτὸ) extremas oras limboſque veſtis ſignificant. Reſponderi tamen poſſet ſegmenta telæ aureæ, ut & argenteæ ac ſericeæ, ex quibus coagmentatio artificioſa exiſtit, pictæ ſeu recamatæ veſtis, ſumi ex partibus extremis, quas fimbrias oras, limbos vocant, & quodammodo etiam *faſciæ* dici poſſunt, ut Hieronymus eſt interpretatus & ut monuimus, *frangiæ* vulgo, ac præterea *bandæ* nominantur. Paraphraſtes Chaldæus putat indicari hoc loco per *gloriam* quidem *ab intus* theſauros repoſitos, qui ſacerdotibus eſſent offerendi: per ea quæ continentur iſto membro, eorumdem ſacerdotum veſtes auro optimè intextas variiſque coloribus diſtinctas. De *veſte poderis* Aaron dixi libro Sapientiæ *n*, in qua erat totus orbis terrarum deſcriptus, & parentum magnalia in quatuor lapidum ordinibus inſcripta: cortinæ item tabernaculi erant depictæ imaginibus Cherubim *o*. De fimbriis Phariſæorum ſcribarumque in veſtibus meminit Chriſtus *p*, quas illi magnificabant, ſeu majores gerebant, quàm ceterorum eſſent, quas ab omnibus Deus *in angullis palliorum* portari præceperat, ponendo in eos funiculos vel *vittas hyacinthynas, ut quum viderent eas, recordarentur omnium mandatorum Domini q*. Verùm fimbriæ de quibus hìc agitur, ſunt alterius generis, & ad ornamentum.

k leg. Rhod. l Macrob. de ſomno Scip. Hippoc. 1. de nat. fœtus. m Ariſt. 7. de hiſt. anim.

n c.18. 28.

o Exod. 26. p Mat. 23. 5.

q Nu 15. 30. Deut. 22. 12.

Spectari myſticè poſſunt in aurea veſte, diſcolore, uniformi, ſimilique per totum texturæ, munera varia naturæ, quam ſponſa accepit à ſponſo Deo, ſive Eccleſiam intelligas, ſive Deiparam, in opere picto quod ſuperinductum eſt, dona gratiæ. Baſilius texturam veſtis ait, innuere doctrinæ conſentientem vitam, quemadmodum ſubtegmen ſtamini ſubtexitur: Fimbrias aureas à veſte pendentes, redundantem doctrinam ad actionem: Theodor. fimbrias, quæ ſunt inter ſe diviſæ, varia Spiritus ſancti dona ſive gratiarum diviſiones, ſed invicem quoque connexas, ut ab eadem veſte fimbriæ pendent. Didym. eaſdem fimbrias variam & multiplicem doctrinam veſti attextam virtutum: Heſychius, doctrinam etiam myſticam de miraculis Chriſti, de cruciatibus & aliis rebus, quæ ſub integumento quodam adhuc perficiuntur, ſed ex quo poſſumus æſtimare de magnitudine pretioque iplorum, ſicut ex fimbria judicium fertur de veſtis ornatu, juxta parœmiam, qua utitur etiam Nyſſenus *r* ἐκ τοῦ κρασπέδου τὸ ὕφασμα γινώσκω: Hieronymus *ſ*, ut in ſtamine ex quo dependent fimbriæ, ſubtegmen intexitur, & tota veſtimenti virtus in ſtamine eſt, ita in variis ſenſibus ſcripturarum, in quibus veſtis Eccleſiæ omnis intexitur, miſceri aliqua de natura, de moribus, & hoc ipſum ſignificari veſte Aaron, quæ auro, purpura, cocco, byſſo, hyacintho contexta erat, factaque à mulieribus, quibus Deus ad texendum dederat ſapientiam *t*. Auguſtinus, varietatem linguarum, ac doctrinæ decus, quarum rerum typus in extrema ſacerdotis veſte campanulæ cum malogranatis *u*, ut obſervat Thomas: Ruffinus miracula juncta virtutibus: Caſſiodorus & Remigius, Haimo, Bruno, Beda, Hugo, extremum vitæ ac perſeverantiam in charitate perfecta, ita ut idcirco non deauratæ, quemadmodum prius dicebatur veſtis; ſed aureæ totæ, dicantur fimbriæ. Gregorius *x* eodem fere pacto *gloriam ab intus cum fimbriis aureis*, & *varietate*, ſcribit eſſe innumeris virtutibus adjunctam integritatem; quæ uſque in finem deducatur. Clemens *y* Alexandrinus, doctrinam litteraſve Græcorum per ſe ſuperfluas, cujuſmodi fimbriæ ſunt

r in Vita Greg. Thaumat. ſ Ep. 140.

t Exo. 35. 35

u Exod. 28. 33. 35. c. 39. 24.

x lib. 6. in 1. Reg. c. 15.

y 6. Strom.

quibus

g in c. 16. Ezec. v. 10. h v. 14.

v. 24.

quibus tamen etiam ornatur Ecclesia, Euthymius, zonas cingulaque interpretans, tropologiam affert de temperantia & modestia, quæ concupiscibilem animæ partem coercet, à qua multæ aliæ virtutes, nempe, ut
a 19. Mor. c. 9 à cingulo fimbriæ dependent. Rursum Gregorius *a in fimbriis aureis* attendit externa bonorum operum exempla, non solùm pulchritudinem internam, secundùm
b l. 8. c. 30. quam hoc quod *b* agit, inquit, in ostentationis jactantia non habet. Addi potest multiplicitas virtutum ex una charitate pendentium; sicut cortina cortinam trahebat in tabernaculo
c Exod 36. 10 *c*, proprer fibulas quibus jungebantur, quas fibulas dixi nonnullos hìc intelligere per fimbrias. Præterea *fimbriæ* denotant ceremonias externas Ecclesiasticas, quæ valdè conducunt ad ornamentum, conservationem, incitamentum religionis. Minora etiam quædam præcepta fimbriæ censeri possunt, ut Hieronymus
d in c. 14. Matth. *d* docet, quæ qui solvit, minimus vocatur in regno cœlorum
e Matt. 5. 19 *e*. Inter hæc annumerari debent sacræ ceremoniæ quos abutentes Hæretici verbis præcedentibus, *omnis gloria ejus filiæ regis ab intus*, respuunt. Item fimbriæ sunt opinio, nomen,
f Luc. 3. 44. & 8. 47. 2. Cor. 2. 16 fama bona: tactu istius fimbriæ sunt opinio, nomen, sæ sanguis *f*, seu bonorum exemplorum odore, qui nonnullis est ad vitam, licèt aliis etiam ad mortem *g*. Magnificant fimbrias, quibus deest vestis, videlicet hypocritæ, ostentant manicas, quum indusio, vel tunica carent. Denique fimbriæ aureæ in Ecclesia, sunt humilioris conditionis homines, sed justi vel qui elegerunt abjecti esse in domo Dei, ut Bernardus
h Serm. de quatuor modis orandi. *h* notat, ad quos unguenti spiritualis descendens à capite copia tota decurrit *i*.

i Ps. 132. 2.

Circum amicta varietatibus.) Hieronymus, *fasciis aureis vestita est, in scutulatis ducetur ad regem*, &c. Alii ex Hebræo etiam, *in vestibus Phrygionicis adducetur regi*, &c. vel, *in vestibus acupictis*. Dictum latis antè de re ipsa quidque sibi velit Hebræa vox cum servili littera לוקמרת *lir Kamoth*, Græca eadem sunt hìc quæ versu 10. ubi Latinè est *circumdata varietate*, περιβεβλημένη, πεποικιλμένη. Sed hinc illuc translata ista esse innuit Eusebius, quum ibi nihil in textu Hebræo respondeat: propterea que obelo ibidem notata esse. Quamvis Apollinarius eo loco expresserit, hìc omiserit. Placet quod Agellius monet, secundo vocabulo jota subscribi esseque in dandi casu ac suppleri aliud nomen hoc pacto, ἱματίοις πεποικιλμένοις, nempe περιβεβλημένοις, *circumamicta*, seu *circumdata*, *veste variegata*. Id verò etiam priore loco fieri debet, prout satis indicat in Latina versione nomen *varietate*, vel *varietatibus*, in ablativo casu. Eadem vis alterius interpretationis Græcè ex scholio, de qua priùs quoque memini, ἐνδυσιχύτῃ εἰς ποικιλτά, *indumentum ejus in variegata*, respondet enim Hebræo לרקמות *lirkamoth*. Nec improbabile in versu 10. *vestitum deauratum cum varietate* denotare talem auream totam ex qua sponsæ integrum paludamentum confectum esset: in hoc versu per *varietatem fimbriasque aureas*, intelligi opus Phrygionicum super inductum dictæ telæ. Vel ibi *varietatem cum vestitu deaurato* spectare ad varia sponsæ monilia ex auro: hìc ad aliquam vestem vario opere, materiaque confectam.

Adducentur Regi virgines post eam.) Hieronymus ut jam retuli, *ducetur ad Regem*, ex Hebræo תובל *thuual*. Quasi de sponsa intelligatur in dicto vestis ornatu ad-
Sponsas reginas portandi mos. k Esth. 2. 5. 6 7. l Briss. de ritu nuptial. ducenda ad Regem, & ad honorem illius, portandaque (ut reginæ solebant, ac Esther portata est *k*, & sponsæ sellæ insidentes, curruve vectæ vel à pueris patrimis & matrimis manuductæ *l*) non ut satisfiat aliis, eorumve pascantur oculi. Deinde sejungunt, ut sententiam novam, *Virgines post eam*, &c. Testatur tamen idem Hieronymus ad Principiam *m* scribens, ita legi Hebraicè, *in scutulatis ducentur ad Regem*, nisi dicas mendum in ea Epistola esse. Vatablus reddit, *pedissequæ*, *quæ dicuntur esse post eam*, ideſt, eam sequentes. Græcè autem, ut refert Chrysostomus, legit alius ἀκολουθήσουσι, *sequentur*; est præterea qui legat pro ἀπενεχθήσονται, quo utuntur LXX. ἀνενεχθήσονται, quasi dicas, *sursum adducentur*, aut *redecentur*. Paraphrastes exponit non de Virginum comitatu, sed de oblationibus, quas offerant plurimi in vestibus acu pictis, coram Rege orbis, Animales Judæi, ut dudum antea monui, concubinarum greges comminiscuntur. Ancillarum comitatum intelligimus, ac famularum Ecclesiæ, hoc est, primarium illum nobilissimumque Virginum sexus utriusque ordinem. Jam quodammodo
n 2. Reg. 3. 2. 3. 4. seni Davidi *n* mystico, inquit Beda, quia diu antè cœpit Ecclesia scilicet ab Abel, adducuntur Virgines, quę veluti calefaciant, foveantque novo fervore fidei, &
o Ep. 140. boni operis. Eadem Hieronymi *o* sententia, Ruffini, Augustini, Cassiodori, aliorum; notantque Ruffinus, & Cassiodorus in verbo, *adducentur* necessitatem gratiæ, ac prædicationis, quodque ad tantam dignitatem perveniri non possit, nisi Pater sponsi trahat *p*. *Virginitatis* consilium statim initio Ecclesiæ dedit Paulus *q*: Christus prior jam sub Eunuchorum sese castrantium propter regnum cœlorum, vocabulo, hortatus erat, ut qui posset adeo arduum ac perfectum capere vitæ genus, caperet *r*. Illis unis conceditur, agnum
s Matth. 19. 12. qui idem sponsus est, sequi quocumque ierit, & cantare quasi canticum novum *ante sedem* ejus *s*; quidni ergo adducantur, sive sequantur post sponsam ad sponsum
f Apoc. 14. 1. Regem? si sponsa est quævis anima perfecta, Virgo erit, ut notat Euthymius, nondum perfectionem consecuta; proxima, quæ non tam longo intervallo distet. Sed & quivis fidelis *Virgo* dicitur, quatenus orthodoxus, præsertim si operibus cum fide consentiat; fornicatio enim adulterium ve tribuitur ei, qui à fide deficiat. Sic *virginem castam* voluit *exhibere Christo* Paulus *t*, quibus
t 2. Cor. 11. 2. prædicabat, & sæpenumero propter idololatriam populum Hebræum Scripturæ accusant, ut adulterum, ac ipsemet Christus *u*. In Evangelio per parabolam Virgi-
u Matt. 22. 39. c. 16. 4. nes dicuntur exisse obviam sponso & sponsæ, illo scilicet hanc domum deducente, eo quòd cum lampadibus *x* sub vesperam sponsis tradebantur sponsæ tum apud
x Matth. 25. 1. & seq. Judæos, tum apud Gentiles: eas verò comitabantur puellæ puellique. Plato *y* quidem amicos quinque, ac totidem amicas ad nuptiale convivium convocari solitas tradit, (*quinque puella ierunt cum Abigail tamquam pedissequæ*, quando ille pergebat ad nuptias David *z*,) quoniam primus ex pari numero imparique compositus numerus, fœminæ conjunctionem designat cum ma-
y de leg. 10. z 1. Reg. 25. 42. re: Plutarchus *a* autem totidem faces numerat ex more prælatas. Paullo uberiùs hoc de ritu è nostris duo tractant Salmeron *b*, & Roa *c*. In Cantico *d* sponsa duci se petens à sponso, ait; *trahe me post te, curremus in odorem unguentorum tuorum*; nempe cum meo Virginum comitatu, illecta odoribus, quibus delibutus es. Exponit eum locum Origenes *e* per istum. Si sponsam hìc dicere velimus Deiparam virginem; illa sola sine exemplo quum dicatur placuisse Domino, virginitatem devovendo, merito ad sponsum virginem Christum, alios aliasque virgines adduci dicemus, quotquot talibus exemplis virginitatem suam consecraverunt. Ita hoc loco Thomas, & Aiguanus. Nicetas orationis Nazianzeni de nativitate prima fere verba interpretans, *Christus ex Virgine*, *mulieres virginitatem colite*, *ut Christi matres fitis*, ait, quòd quæcumque virginitatis amore correptæ fuerint, quodammodo sanctam Deiparam imitantur. Id probat loci præsentis verbis, subditque, omnem animam maris juxta ac fœminæ, quæ ab omni fœdo atque obscœno affectu virginis instar, puram se & incorrumptam tuetur, virtute verbum concipere, ipsumque progignere. Eumdem istum locum nostrum Bernardus *f* eodem
f 2. de B. Vir. c. 14. refert; nam primatum, inquit, sola vendicat sibi. De hoc virginis voto ac primatu voti ejus lege Canisium *g*, & Suarez *h*. Indicat Ambrosius *i* exemplum Mariæ alias virgines sequi, tamquam tympanum manu pulsantis, ac ut signum vexillumve levantis. Ideo Sophronius *k* ait, electam à Christo virginem matrem, ut esset omnibus exemplum castitatis. Refert Epiphanius *l*, consuetudinem fuisse veteris Ecclesiæ, vovendi virginitatem Deo in honorem, & imitationem B. Mariæ; & Virginis absolutè positum nomen de illa intellectum. Porro in genere loquendo, perfectionem sectari minùs perfectus debet; nec quod Nazianzenus *m* cavet, docendi munus assumere, qui ad spiritualis & corporeæ perfectionem ætatis non pervenit.
g 3. p. Tom. 2. disp. 6. sect. 3. h 2. de Virg. i orat. 10. de Assumpt. K Haer. c. 78. l or. in sanct. lumin. & or. de baptis. m hic & Ep. 140.

Proximæ ejus afferentur tibi.) Hieronymus "amica *ejus adducentur illuc*, fortassis *illuc* vertit quia intellexit de rege, de quo jam erat dictum. Genebrardus ibi, *adducen-*

ducentur regi, vult ſuppleri, *tibi*, videlicet *tibi regi*, ſicut infra, *in templum regis*, nempe tuum; eſt enim oratio perpetua ad illum uſque ad finem Pſalmi. Hieronymus juxta Hebræum textum docet omnia eſſe de ſponſa. Ambroſius *a* priora videtur accipere, ut de Chriſto dicta in tertia perſona; hæc ut per apoſtrophen ad Dominum Patrem. Editio V. habet αἰφ'ὑμας. Campenſis eaſdem putat Virgines & Proximas, nimirum virgines quæ cognatæ eſſent reginæ ſponſæ. Alii Sodales interpretantur iſtas priores ancillas. Tuccius *b* רעותיה *rehhotheha* exponit *paſtrices ejus*: contendens intelligi de Virginibus paſtricibus comitantibus ſponſam, quæ ſint ovium ejus magiſtræ, ac propterea amicæ, ſodales, cognatæ etiam; quemadmodum gener Moſes ſoceri Jethro *c* paſcebat gregem; Jacob avunculi ſocerique *d* Laban, David patris ſui *e*, Rachel item ſui *f*: & apud poetas in Trinacria ſeptem boum armenta oviumque totidem greges Solis filiæ ipſius ac Neæræ Phaetula, Lampetiæque nymphæ *g*. Fateor in Cantico paſtoritiè bucolicèque dici multa de ſponſa, & frequens ac familiare ſcripturis eſſe paſtoris nomen, *paſcendique* verbum pro Eccleſiaſtica gubernatione, nec ineptè, ſicut princeps paſtorum Chriſtus *h*, ac magnus paſtor *i*, & abſolutè paſtor à ſe ipſo quoque nominatur *k*, poſſe Eccleſiam, & Mariam, nec non ſuo modo alias Virgines *paſtrices* appellari: tum nominatim Catharinam, cujus, & Euthymius mentionem facit, quæ multos ſapientes aggregavit Eccleſiæ. Sed quorſum recedere ab aliorum omnium interpretatione? Profectò malè facit, dum negat Hebræam vocem ſignificare etiam τὰς μλησίον, & *proximæ*, nec veretur figmentum appellare. Minores quoque urbes vel provincias deſignari nihil vetat, ſicut pridem dicebamus de nomine *filiarum*, Apollinarius in commentario *proximas* de Judæis accipit, qui poſt gentiles convertentur ita ut qui primi erant, *fiant noviſſimi*. Affinitatem hic habet locus cum loco Canticil, ut obſervat hoc loco Didymus, & in Epiſtola Hieronymus *m*, noſque antea monuimus de *ſexaginta reginis*, *octoginta concubinis adoleſcentulis*, *abſque numero*: Origenes *n* idem aſſerit de alio illo, *introduxit o me Rex in cubiculum ſuum; exultabimus & lætabimur in te*; & eruere adoleſcentulas quaſdam tardiùs, nonnullas velociùs. Hieronymus ad Principiam, proximas minus perfectas, viduas nempe ac in matrimonio continentes interpretatur. Alii contra majorem perfectionem in poſterioribus conſtituunt. Iſaias *p* quidem Abbas maximam conjunctionem innui vult vocabulo *proximarum*. Primæ favet opinioni quod quidam *adduci* dicunt, qui libentiùs *afferri* qui quaſi trahantur exponunt: ſecundæ dicentes *adduci* activos ſuis veluti pedibus terram attingentes, *afferri* contemplativos, tamquam terra elevatos. Sed Hebraica Græcaque verba eadem ſunt, nullo diſcrimine: Varios electorum ordines nomine ſponſæ virginum *proximarum* Theodoretus, Baſilius, aliique notatos volunt. Illuſtrari hic præterea locus poteſt Iſaiæ *q* teſtimonio, prædicentis ex Gentibus converſos adducendos *donum Domino in equis & quadrigis, & in lectiis & mulis & in carrucis ad montem ſanctum Jeruſalem*, ideſt, in Eccleſiam. Legunt aliqui & in officio Eccleſiaſtico legitur aliquando verbum *offerentur*.

Afferentur in lætitia & exultatione.) Hieronymus, *ducentur in lætitiis & exultatione*, quaſi feſtivè comitantes ſponſam cum Canticis & choreis: de quo more Heſiodus, in ſcuto Herculis. Statius, in Epithalamio Stellæ & Violantillæ, ut Feſcenninos omittam procaciamque Feſcenninam & carmen, de quo præter profanos ac parum honeſtos auctores quos citat Briſſonius *r*, Hieronymus *ſ*,

t Applaudunt alis manibus, choreaſque ſonantes
Ad numeros alia ducunt, ad tympana ſaltant.

Exemplum, ne requirantur externa, in hiſtoria Machabæorum *u* extat, procedente ſponſo (nempe ad ſponſam ducendam) *amicos una & fratres, obviam eſſe eum tympanis & muſicis*. Lætitia ac exultatio comitum redundat in ſponſam Eccleſiam, quæ videns aſſurgit, *miratur & dilatatur cor ejus quando convertitur* ad eam *multitudo*, *fortitudo Gentium venit* ei *x*, dicitque in corde ſuo, *quis peperit mihi iſtos? ego ſterilis & non pariens, & iſti ubi erant y?*

Baſilius ſecundùm tropologiam Virgines in lætitia & exultatione adduci docet, in templum regis, non quæ virginitatis voto ſe ſubſtraverunt vi adactæ, non item quæ ex triſtitia aut neceſſitate vitæ Virginalis ſanctimoniam ſuſceperunt, ſed quæ in lætitia & exultatione gaudent, & ſe exhilarant tali officio perficiendæ virtutis addictæ: nam ut Euthymius notat, docuit Paulus *z*, quòd mulieres quæ matrimonium virginitati præponentes, nupſerint, afflictionem carnis habituræ ſint, ſollicitæ nimirum de viro, de liberis, de ſervis, de domo, deque tota re familiari: è quibus ſollicitudinibus hæ virgines immunes ſunt quum ad unicum & cœleſtem ſponſum ſolum ſpectantes ſpiritualiter oblectentur. Gaudet, ait Cyprianus *a*, in virginibus gloriosæ matris Eccleſiæ immaculata fœcunditas hunc fœtum abſque dolore enixa. Hic eſt theſaurus & margarita quam qui invenit, gaudet *b*.

Adducentur in templum regis.) Hieronymus, *ingredientur in thalamum regis*. Alii, *venient in palatium*; vel, *penetrabunt uſque in intimum palatium*, *uſque in regiam*: Chaldæus exprimit regem orbis *Templum*; ita ſumi teſtis Iſidorus *c*, nempe pro loco quovis magno, ut ſit quaſi tectum amplum: vel dicatur à tuendo, ideſt, contemplando, locus ad orientem deſignatus. Varronis *d* ea eſt derivatio templi à tuendo, ſive, ut hoc eſt aſpicere, ſive, ut eſt defendere & curare: id enim niſi qui aſpicit videtque, præſtare non valet: certum verò eſt, locum Deo ſacrum, ipſimet Deo curæ eſſe, ibique peculiariter nos in ejus tutela eſſe, ut etiam Philo *e* docuit. Docet præterea Varro dici templum ab natura in cœlo, ab auſpicio in terra, ab ſimulitudine ſub terra. Exemplis demonſtrare nil opus: nam & de cœlo *palatii* nomen dici ab Ennio teſtis Cicero *f*. De Hebræa voce היכל *hechal*, jam egi Pſalmo X. ſignificare quoque *palatium* qua ratione non ſemel exponitur Latinè *g*, ſicque ſuperiùs *h* vocabantur *domus eburneæ*. Dixi præterea de Græca τὸ ναὸς, cujus alium quàm ſacrum uſum vix reperias. Eidem ſponſo convenit ut Deo templum, ut regi palatium, thalamus ut ſponſo. Conſummatio nuptiarum perfectaque ac omnino indiſſolubilis conjunctio erit in cœlo, de quo eadem etiam vocabula rectè dicuntur. Inter orbis miracula cenſetur theatrum apud Heracleam Lacedæmoniorum, quod de uno monte marmoreo ita ſculptum erat, ut omnes cellulæ, manſiones, muri, antra ex uno ſolidoque lapide facta eſſent, ſuper ſeptem cancros de eodem lapide ſculptos totum penderet: nemo ibi tam ſecretè aut ſolus aut cum alio loqui poſſet, quin audiretur ab omnibus *i*. Multò mirabilior Eccleſia in uno lapide Chriſto conſtructa, & in qua omnes idem ſapiunt, dicunt, audiunt, cum communione ſanctorum. Hieronymus *k* explicans parœmiam illam, *cæcus* l *& claudus non intrabunt in templum* (quod ſuperſtitiosè hodieque in ſacrilegis templis ſeu ſynagogis ſuis obſervant) docet primum Jebuſæos ita de David locutus, *non ingredieris huc*, ideſt, in Jebus, quæ & Jeruſalem, *niſi abſtuleris cæcos & claudos*, ideſt, nos quos inermes & imbecilles ſicut cæcos & claudos eſſe arbitraris, & quos bello aggreſſurus, ſicut cæcos & claudos, te triumphaturum putas. Tum verò monet, Hebraicè haberi *non intrabit domum*, hoc eſt, & cæcus & claudus, ſubaudi dicunt: non intrabit quilibet domum cæcorum & claudorum, quamdiu cæcus & claudus intus fuerint. Nomen Hebr. eſt כית *baiith*, & Chal. כיחא *betha*: licèt Hebr. accipiatur quandoq; pro interiore templi parte: & quòd ibi Latinè templum dicitur Græcè eſt οἶκος Κυρίε. Sic *templum* opinione Hieronymi pro quavis domo ſumeretur. Quamvis quia templum conſtructum eſt, & arca illata in Hieruſalem à David, videri poſſit perſeveraſſe proverbium ita ut de templo intelligeretur. Sed eadem de re ſcripſi *m* alibi. Porro proprie *templum* pro loco ſacro accipiendo, de Virginibus rectè Baſil. notat, adduci non in unum plebejum & vulgarem locum, ſed in templum, ut vaſa ſacerdotalia, quæ humanus uſus non commaculavit, & ubi contaminati pedes non ambulant. De laude Virginitatis in lib. ſapientiæ *n* diſſerui. Ad rem facit quod retuli,

a de inſtit. Virg. c. 1.
b in Cant. annot. paſtr. præm. 1.
c Exod. 3. 1.
d Gen. 29. 20 et 31. Reg. 16. 21
e Gen. 26. 6.
f Hom. Odyſſ. 29.
g Hom. Odyſſ. 29.
h 1. Pet. 5. 4
i Heb 13. 20.
k Joan. 10. 2.
l c. 6. 7.
m Ep. 140.
n Hom. 1. in Cant.
o c. 1. 4.
p or. 25. 10.
q bibl. patrum. c. 66. 19. 20.
r de ritu nuptiali
ſ Ep. ad Demetriad. & Ep. ad Ger.
t Crucius noſter in paraphraſi.
u l. 1. 9. 39.
x Iſ. 60. 5.
y c. 49. 21.
z 1. Cor. 7. 28
ad diſcip. & habit. virg.
a
b Matth. 13 46.
c l. 15. c. 4. Templum unde dictum.
d 6. de lingua Lat.
e l. 6. de reſpiſc.
f 2. de natu. Deor.
g Dan. 1. 4. Joel 3. 5. Iſ. 39. 7.
h v. 9. Inter orbis miracula theatrum apud Heracleam Lacedæmoniorum.
i Ant. 1. p. hiſt. a. c 1. 55. 21. ex Helinando l. 16. K. In quæſt. Heb. ex lib. reg.
l 2. Reg. 5. 8.
m Act. 31, 23
n inc. 3. 14. c. 41.

retuli, Conſtantinum Imperatorem, ut narrat Euſebius *a*, virginem chorum tantum non adoraviſſe, iſthic arbitratum Deum cui ſe puellæ devoviſſent, inhabitare: præterea quòd Tertullianus *b*, ædituum ac antiſtitem templi Dei vocet pudicitiam. Adjice Hieronymum ſcribentem Euſtochio *c*, vaſis templi ſimilem eſſe, & ſacrario Domini, & arcæ, & propiatorio, & in Virgine quaſi ſuper Cherubin ſedere vellę Dominum. Vocatis *d* etiam Virginem altare Dei. Idem Tertullianus *e* teſtis eſt Virgines ſolitas à fratribus omni honore ob charitatis operatione cumulari: & Cyprianus *f* earum petebat precibus adjuvari, quum in illis à Deo cœpiſſet honorari Virginitas. Athanaſius, *g*. Virgines ait ut exemplar Angelicæ Sanctitatis vocari ab Eccl ſia Catholica ſponſas Chriſti; Ethnicos verò conſpectas venerari & admiratione proſequi, ut templum Verbi: nuſquam enim alibi feliciter Virginitatem adimpleri quàm apud nos; atque in eo magnum documentum eſſe, planè apud nos eſſe veram religionem, Clemens *h* Romanus, vel apud eum Apoſtoli, præcipiunt haberi honorem Virginibus ut thuribulum, & odoratum thymiama repræſentantibus, viduis & pupillis, ut altare; nempe quia Virgines orationes cum ſanctitate corporis & ſpiritus offerunt Deo: Viduæ ac pupilli tamquam ſoli & derelicti preces quoque fundunt aſſiduè. Hoc loco Auguſtinus obſervat *in templum regis* adduci Virgines, quia nihil prodeſt Virginitas extra Eccleſiam, quæ in unitate eſt non ruinoſa, non diſciſſa, non diviſa, quia junctura lapidum viventium charitas eſt. Idem affirmat Hieronymus *i*, dicens, hæreticos Virginale vocabulum ſcienter eſſe glorioſum, ſub ovium pellibus lupos tegere. Meminit *k* denique tanto honore Romanum populum Virgines habuiſſe, ut Conſules, Imperatores, & in curribus triumphantes, & omnis dignitatis gradus eis de via cederet. Alii templum hoc beatorum domicilium interpretantur, ut Ruffinus, & Caſſiodorus. Illuc, ait Ruffinus (ex ſcriptum eſt hoc ex Hieronymo *l*, quod Ruffinus non faceret. Idem verò etiam habent Euſebius ac Didymus) adducentur Virgines quaſi ſacerdotes Dei, & in thalamum quaſi ſponſæ Regis, & ſponſi. Exponis is etiam adduci in templum, ideſt, ad hoc ut ſint templum regis. Euſebius, & Caſſiodorus dicunt adducto. res vel deductores fore Angelos, cum lætitia & exultatione Virginum quæ deducentur, quòd viceriut graviſſimas corporum paſſiones; tum vero quando *rapiemur in nubibus obviam Domino* *m*. Lætitiam refert Heſychius ad animum: exultationem ad corpus: quam utramque partem Virgines immaculatam conſervant veluti templum.

A Coſtantino Imperatore honor delatus virgineo choro.
a l.4. vita. de culto fœmin.
Pudicitia ædituus ac templi Dei antiſtes.
b Ep. 22.
c Ep. 8. *ad Demetr.*
Virgo, Dei altare.
d de lan. Virg. c. 14.
e de habitu Virg.
f Apol. ad Conſtant.
Veræ religionis apud Catholicos documentum.
g 2. *conſtit. c.* 26.
h Ep. 22.
i t. cont. lovi.
Virgines quanto in honore apud pop. Rom.
K Ep. 140.
1 *Theſſ.* 4. 17.
m lib. 10. *in Ioan. c.* 23.

Verſ. 17.) Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii: conſtitues eos principes ſuper omnem terram.

Verſ. 18.) Memores erunt nominis tui in omni generatione, & generationem.

Propterea populi confitebuntur tibi in æternum & in ſæculum ſæculi.

POſtremo loco ſubjicitur mentio de prolis propagatione; qui ſponſalium matrimoniique finis eſt; ut eo etiam libentius parentum relicta domo, copulari ſponſa velit tali ſponſo, ut ait Baſilius, Athanaſius, Euſebius, Euthymius, ex quo ſuſceptura ſit loco illorum tam copioſam prolem, eamque patentibus, & avis longè præſtantiorem. Hos intelligit Apoſtolos viroſque Apoſtolicos qui ſunt orbi univerſo præficiendi, ut cunctos convocens ad Eccleſiam ſponſam & Eccleſiæ ſponſum, ut erudiant & regant, ut per ſucceſſiones perpetuas celebrent ac prædicent nomen utriuſque, ſponſi maximè ac Dei, ut eorum opera idem quoque faciant omnes populi tum in præſenti vita, tum hi qui ex ea ad beatam tranſibunt abique ceſſatione in ſæcula ſæculorum. Didymus & Cyrillus putant dirigi ſermonem ad Chriſtum: ceteri ad ſponſam Eccleſiam. Videtur autem in Commentario Hieronymus membrum primum verſus 17. ad Eccleſiam, ſecundum referre ad Chriſtum, Id eo modo expreſsè declarat Euthymius, favetque Remigius & Cyrillus *u*. Sed Hebræus textus affixis pronominibus maſculini generis, prorſus indicat orationem totam eſſe de ſponſo Chriſto; & ita quoque intellexit Irenæus *o*, Beda, & alii. Promittitur aliis locis multis adeo numeroſa iſta Eccleſiæ multitudo, ut ſit locis ac perſonis verè Catholica & univerſalis, quemadmodum Pſ. XVIII. *p* vidimus, tractantes illa verba: *non ſunt loquelæ, neque ſermones, quorum non audiantur voces eorum: in omnem terram exivit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum*. *Aſcenſum* illum *purpureum media charitate conſtratum* *q* Almonacirius *r* exponit de geniali lectulo gemmis effigiato, conciliatricibus charitatis, cum imaginibus candidiſſimarum columbarum duarum: quod eſt etiam Symbolum fœcunditatis numeroſæque ſobolis.

Exemplum; ait ille *ſ*, *junctæ tibi ſint in amore columbæ. Maſculus & totum fœmina conjugium.*

Columbam verò & prolis amantiſſimam, & fœcundiſſimam conſtat eſſe; ſiquidem aliquando etiam quater decies in anno pariunt *t*. Nomen quoque dicti *lectuli* Hebræum *apirion*, *fructificationem* ſonat & *columbam*. Ut meritò columba quoque ſit Hieroglyphicum Spiritus Sancti, cujus gratia generatur & multiplicatur copiosè familia Chriſti.

u ex. 36. 22.
x Rom. 2. 29. *Apoc.* 2. 9. c. 3. 9. *Rom.* 9. 6.
y Matth. 3. 9.
z in c. 2. *a Ep.* 140. *b Ep.* 9. *c.* 4.
o verſ. 4.
p Cant. 3. 10.
q Ibid. Symbolum fœcunditatis.
r Plin. l. 10. *c.* 58. Columbæ fœcunditatis.
ſ Propert. l. 2.
Columba Sancti Hieroglyphicum
t l. 4. *c.* 11.

Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii.) Hieronymus *erunt*, quomodo vertit Aquila ἀντὶ τῶν πατέρων σου ἔσονται σοι υἱοί. Symmachus autem ἐγένοντο *facti fuerunt*. Videlicet quod certò futurum prædicitur ut jam factum dicitur. Id LXX. expreſſerunt per ἐγενήθησαν. Chaldæus addit *epitherum* juſtorum צדיקיא *ſaudikaia*, *in loco patrum ſuorum juſtorum*. Irenæus *u*, *facti ſunt tibi filii tui*. Similis huic Ezechielis *x* cenſeri locus poteſt, prout extat Græce κ. γενήσομαι φ' ὑμᾶς ἀνθρώπους ἀντὶ τοῦ λαοῦ μου Ισραὴλ καὶ κληρονομήσουσιν ὑμᾶς, *& generabo ſuper vos homines pro populo meo Iſrael, & hæreditabunt vos*. Vulgatus reddit, *& adducam ſuper vos homines populum meum Iſrael, & hæreditate poſſidebunt te*. Intelligi poſſunt tum majores Judæorum qui coluerunt Deum, tum Gentilium, qui Idola. Illud magis congruit Apoſtolis, quorum patres fuerunt Judæi, licèt non Judæi ſoli, ſed etiam qui ſecundùm ſpiritum ſunt Judæi & Iſraelitæ, *y*, nimirum ex Gentilibus quoque Chriſtiani, eoidem illos veteres Judæos Sanctos *patres ſuos* nominare poſſit. *Potens eſt enim Deus de lapidibus ſuſcitare filios Abrahæ* *z*. Exponens Amos propheta Hieronymus *a*, demonſtrat ſæpe dici populum Judæorum *patrem noſtrum*. Idem ad Principiam *b* pro *patribus* filios interpretatur, ita ut quos Eccleſia gignit, vertantur in patres ipſius, quum de diſcipulis fiant magiſtri, & in ſacerdotali gradu conſtituentur. Remigius poſt Auguſtinum, Ruffinus & alii, ut licèt non ſuperſint patres, quos conſtituit Chriſtus, non decreſcat Eccleſia, quia pro Apoſtolis, ut ait Remigius, nati ſunt. Gregorius, Auguſtinus (nominat Beda Hilarium, & Martinum) & ceteri plures: de prole enim Eccleſiæ crevit eidem paternitas, inquit Auguſtinus, ideſt, Epiſcopi quos illa genuit, & patres appellat, & conſtituit in ſedibus patrum. Idem ſcribit Carolus Calvus Imp. ad Johannem Papam VIII. ſive pro illo Hincmarus Epiſcopus Rhemenſis *c*. Rurſum Auguſtinus *d* ait, ex qua Eccleſia filii regenerati ſunt, ut diſcerent ejus patres factos eſſe, ut eadem docerent, Auguſtini ſententiam quæ hoc loco eſt, citat Urbanus II. *e* ad idem propoſitum. Lego apud Chryſologum *f* his affinia. Pro duodecim Patriarchis, inquit Arnobius hoc loco nati ſunt Deo filii alii duodecim ſcilicet Apoſtoli, quos conſtituit Principes Jeſus ſuper omnem terram. Tales filii, ut ἀντὶ πατέρων, *propatribus*, *loco patrum*, magis quàm patres valeant ſapientia, ſanctitate, auctoritate, ut non ſolùm, convertant *corda patrum*, in ipſos alioſque, *& incredulos ad prudentiam juſtorum* *g*, ſed *parent* etiam *Domino plebem perfectam* *h*, ac ſine comparatione multo perfectiorem quam quæ præceſſit adventum ſponſi Chriſti, quando ſolùm in ſpe ac expectatione adventus ejus gaudebant *i*, & deſiderabant videre & audire *k*, quæ jam impleta ſunt. Irænеus *l* videtur intellexiſſe præferendos teſtamenti novi homines hominibus veteris, ita

u l. 3. *c.* 33. *l.* 4. *c* 11.
c. 2. *d d.* 68. *e ult. e Serm* 130.
f Luc. 1. 17. *Malach.* 4. 6.
g Luc. 1. 17.
h Ioan. 8. 56.
i Luc. 10. 24.
Kl 3. *c.* 33.
l Matth. 10. 31.

ita ut hæc ratione eſſent *noviſſimi primi & primi noviſſimi* a, ac proinde Lucas b initium generationis Chriſti retulerit in Adam, ſignificans quoniam non illi hunc, ſed hic illos in Evangelium vitæ regeneravit. Infert præterea c, Chriſtum eſſe non vivorum tantùm, ſed mortuorum etiam Deum, quia iidem ſunt filii ejus, qui dicuntur patres, hoc eſt, ex quibus proceſſit ſecundùm carnem. Proſper d allegoricè docens, filiam Pharaonis adoptavit e. Moſem, eſſe de Gentibus Eccleſiam, ait, iſtam filiam effici ejuſdem matrem, ac ita impleri quod hìc habetur, *propatribus tuis nati ſunt tibi filii*. Cyrillus f Alexandrinus explicat præſentem locum, ut filii Synagogæ ſecundùm carnem, qui erant Apoſtoli, futuri eſſent Patres ejuſdem Synagogæ, origine minorum filiorum vocatorum per fidem ad cognitionem Dei. Patrem poſſumus appellare Chriſtum, etſi non ita ſolemus, quum tamen Vicarius ejus vocetur abſolutè *Papa*, *pater patrum*, *ſanctus pater*; fortaſſis ut diſtinctio à perſona Patris magis exprimatur: & quia ut homo licèt immediatum patrem non habuit, dicitur verè ex Patribus uſque ad Adam deſcendere, ac idcirco frater noſter, & ipſemet dixit g, *Aſcendo ad Patrem meum*, &c. eſſe. Semel dumtaxat lego diſcipulos appellatos à Chriſto *filiolos* h, ſæpius *fratres* i, etſi hoc poſt reſurrectionem vel in parabola de Judicio. Paulus autem k Iſaiæ verba l ad Chriſtum transfert, *Ecce ego, & pueri mei* דולדים *geniti*, παιδια. Dum juſſit Chriſtus orantes dicere, *Pater noſter* m, patris vocem tum eſſentialiter accepit, quæ ſic eumdem ac Spiritum S. cum Patre comprehendit; tum notionaliter pro prima perſona, quæ eſt origo ceterarum, & cui per attributionem aſſignatur potentia, gubernatio, largitio bonorum. Sic in ſolemni prece numquam orans Eccleſia Chriſtum compellat Patrem: tametſi, ut dixi, rectè ſic orari, & nominari poſſit, tum voce illa eſſentialiter ſumpta, tum ut homo magiſter, doctor, legislator noſter, & qui nos per ſacramenta ſua regenerat, & adoptivos filios conſtituit, & *Pater futuri ſæculi* dicitur n, unum idem præcepit vocari abſolutum nempe in Cœlis Patrem o. *Magiſtrum* quoque vetuit eodem pacto alium appellari præter Chriſtum p, unde fit ut magis approbare videatur ut nomen *Patris* non ita de ipſo abſolutè dicatur. Petrus Faber q, refellit aſſerentes Patris nomen tribui Chriſto.

Conſtitues eos principes ſuper omnem terram.) Apertus de Chriſto locus; nec enim Salomon habuit filium qui æquaret Davidem patrem ditionis amplitudine, ac ne Salomon quidem Princeps fuit ſuper omnem terram. Omnium Apoſtolorum par fuit in omnem orbem juriſdictio, ſalva primatus prærogativa in Petro, poterantque ubivis ordinare ac ſacramenta omnia miniſtrare: qua in re non ſucceſſerunt eis Epiſcopi, quorum à Pontifice Romano, diœceſes ac juriſdictio poteſtaſque limitatur, ut aliàs docuimus. Hi ſunt qui etiam vocantur in Pſalmo LXVII. r *Principes Juda*, *Zabulon*, & *Nephthalim*, & in XLVI. ſ. *Principes populorum congregati cum Deo Abraham*: & in CXXXVIII. t, *nimis confortatus*, dicitur *principatus eorum*, & in CXII. u. *ſuſcitati à terra ut inopes, & erecti de ſtercore ut pauperes, collocatique cum principibus*, hoc eſt, tamquam principes populi, & apud Iſaiam x, *judices reſtituti ut priùs & conſiliarii ſicut antiquitus*, per quos principes qui facti ſunt in ea y, nimirum Eccleſia, narret Deus non tantùm in ſcripturis populorum, ideſt, pertinentium ad legem ſcriptam, quod Pſalmo citato CXXXVIII z, dicuntur *nimis honorati amici Dei*. Vertunt alii pretioſas fuiſſe cogitationes illius, apt raros paſtores, aut raros afflictos ejuſdem. Omnia congruunt Ap. ſuper quos tamquam amicos intimos paſtores gregis Dom. afflictos pro Domino, potuit Dominus pretioſas cogitationes ſuas, ut pretioſis ac præſtantiſſimis donis ornaret. Varia expoſitio naſcitur ex רעיר *rehhecha*.

Hinc intelligitur perpetua ſucceſſio Pontificum, & prælatorum legitimè electorum ordinatorumque in Eccleſia. Deinde principatum ac regimen Eccleſiæ non pertinere ad Laicum magiſtratum: principes enim de quibus hoc loco eſt ſermo, vidimus Epiſcopos eſſe ac Doctores Eccleſiæ. Nec Apoſtolus inter eos quibus convenit regimen Eccleſiæ a, nominavit umquam reges, ut obſervavit Damaſcenus b, ut indicaret non eſſe Eccleſiæ magiſtratus, ſed tantùm ſæculi. Plura noſter Bellarminus c, quique hoc tempore reſponderunt Jacobo Angliæ Regi, tuum illum in regno ſuo uſurpatum Eccleſiaſticum primatum defendere, ac aliis Catholicis Pricipibus, ut etiam ipſi eum uſurpent, perſuadere per litteras editas conato. Tertiò ſequitur, Eccleſiæ propriam notam aliam eſſe, ut ſit Catholica, ideſt, univerſalis, complectendo loca, & perſonas omnes. Hoc hinc argumentatur Auguſtinus contra Donatiſtas d. Quartò colligitur, Eccleſiaſticos rectores rectè nominari *Patres*, nempe ſpirituales, quod nomen ipſemet Paulus e de ſeipſo tacitè uſurpat. Sed & uſus obtinuit, ut etiam doctores Eccleſiæ veteres appellemus *Patres*. Juxtà quam rationem, quod paullo antè admonebamus, multo potiore jure nomen *Patris* tribui Chriſto etiam ut homini poteſt. Verùm in publico ſermone conſuetæ formulæ habenda ratio; nec ab ea ſine moderatione aliqua recedi debet. Unde quod pluribus olim *Papa* nomen tribuebatur; uni Romano Pontifici datur ex Decreto Gregorii VII. Quintò, quòd conſtituendi principes dicuntur monet opus eſſe aliena electione, & ordinatione, ne quis *aſſumat ſibi honorem* f. Sextò, probat Chryſoſtomus g ex hoc loco, Apoſtolos cum auctoritate prædicaviſſe, ac regibus potentiores fuiſſe; quia regibus quoque viventibus eorum leges irritantur: illorum etiam poſtquam mortui ratæ & immobiles adverſus totam potentiam Mundi & Diaboli & Carnis.

Memores erunt nominis tui in omni generatione, & generationem.) Hieronymus, *recordabor*, & in Epiſtola ad Principia & putatus Ruffinus hoc loco (addens *Domine*) Remigius, Bruno, Ludolphus, Rickelius, Pelbartus, Herentalenſis, *memor ero*, quomodo legitur in Bibliis Latinis Complutenſibus, & Regiis. Sic etiam eſt in Hebræo textu אוכירה *aſchirah* (quod reddi præterea poteſt, *memorare faciam*, *commemorabo*, &c.) & in Græco μνησθήσομαι, teſtaturque Theodoretus tres alios Interpretes, nempe Aquilam, Theodotionem, Symmachum, reddidiſſe ἀναμνήσω τὸ ὄνομά σου, *hymnis efferam nomen tuum*. In emendatis Bibliis Græcis habetur μνησθήσονται, *memores erunt*: quem numerum pluralem ſectatur Pſalterium Arabicum, & Æthiopicum: præterea Latinum Vaticanum & Ambroſianum (addit hoc, *Domine*, ſicut & Caſſiodorus item Arnobius cum Caſſiodoro & Gregorio h & aliis Latinis, nec non cum Chaldæa paraphraſi apud Nebienſem Didymus, Haimo, Lombardus, Thomas meminit utriuſque lectionis. Juxta ſingularem numerum primæ perſonæ indicitur ut Euſebius, Baſilius, Euthymius, Nicephorus, Hieronymus, *i* docent, Eccleſia ſponſa ſponſo gratias agens, propter beneficia tanta. Idem confirmat Thomas, præferens iſtam lectionem: Chryſoſtomus verò (qui addit etiam *Domine*) vult, Davidem ipſum loqui, prædicendo perpetuitatem prophetiæ ſuæ, quia littera ſit ſemper manſura, lexque. Eugubinus conſentit, Davidis eſſe verba, tum pro ſe, quod inſpiciet divinitatem Meſſiæ, tum pro poſteris, quibus quaſi præeat carmine iſto. Poſt Eccleſiæ judicium non præferret Thomas, nec etiam Janſenius, Brugenſis, Bredembachius, Lindanus k, quod tamen adhuc facit Martinus à Carcere noſtræ aliam lectionem.

Quod ad ſenſum pertinet, ſignificat David, fore ut conſtituti principes à ſponſo Chriſto, & eodem auctore ſuccedentes prioribus, celebrent nomen ejus, ac perpetuò conſervent orthodoxam fidem, de ipſo, & veram religionem, & quod notat Beda, non ſuum quærant nomen, nec à ſe diſcipulos denominari velint, ut Hilarianos Hilarius, Martinus Martinianos, ſed à ſponſo Chriſto ut dicantur omnes Chriſtiani. Simile quid jam longè ſuperiùs ab Auguſtino dictum retuli, ut non denominentur Petriani aut Pauliani, &c. ſed Chriſtiani. Conſiſtit hæc perpetua memoria tum in traditione tum in ſcriptis præſertim ſacris quæ ſunt ab Apoſtolis aliquibus & ab Evangeliſtis, edita, ut obſervat Valentia, tum in prædicatione de qua Arnobius.

Memoria porro iſta in generatione, & generationem (de qua voce & de Græca γενεὰ, & de Hebræa דור *dor* deque phraſi ipſa dictum aliàs) demonſtrat fidei ac religionis Chriſtianæ perpetuitatem. Idem confirmant ſequentia verba, *populi confitebuntur tibi in æternum & in ſæculum ſæculi*. Similis extant ſententiæ aliis in Pſalmis

a c. 3. 23. & b *ſeq.* l. 4. c. 11.
c 1. *de prom.*
d *& erad* c. 33. in c. 62.
e *Iſ. & l.* 10.
f *in Ioa.* c. 25.
g Ioan. 20. 17.
h Ioa. 13. 33.
i Matt. 25. 40. 28. 10. *K* Io. 20. 17.
l Heb. 2. 13.
m Matt. 6. 9.
n Iſ. 9. 6.
o Matt. 23. 34.
p *Ibid.* 8.
q *dedecam c.* 1.
r *verſ.* 28.
ſ *verſ.* 10.
t *verſ.* 17. & 1. Reg. 2. *ubi Gregor.*
u *verſ.* 8.
x c. 1. 26.
y Pſ. 86. 6.
z *verſ.* 25.
a 1. Cor. 12. 28. *& ſeq.* Ep. 4. 11.
b Or. 2. *prot. magi.*
c l. 1. *de Rom. Pont. c.* 7.
d l. *de unit. Eccl. c.* 8.
e 1. Cor. 4. 15.
Nomen *Patris* olim tributum, nunc uni Romano Pontif.
f *Hom. quod Chriſtus ſit Deus.*
Apoſtoli quo regibus potentiores.
g *in* 1. Reg. l. 1. c. 2.
h Ep. 140.
i *de optigenere interp. c.* 13.
K 3. *de opt. genere interpr. c.* 13.
Perpetua ſucceſsio Pontificum & prælatorum. Principatus ac regimen Eccl. non pertinet ad Laicum magiſtratum.

a Pſ. 47. 15. Pſ. 74. 10. Pſ. 88. 2. Hæreticorum ſectæ inconſtantes & parùm durabiles.

b c. 97. c. 33 10. c. 54. 10. c. 59. 21

c c. 6. 26. c. 9. 20.

d c. 4. 5

e c. ult. ult. Hæreticorum controverſiæ, volentium defeciſſe Eccleſiam Catholicam.

f c. 13. 8.

g Ev. c. 1- 32. Act. 5. 19 c. 31. 36.

h in Pſ. 57.

i Luther. in Com. VVormat. a. 1522. K. Luth. art. 1551. in rep. confeſſ. Aug.

l Luth lib. cont. Papat.

m Luth. l. de c. Caby. c alcain in plap mino. & Ep. ad Sadolet. Melanct. in loc. cum primum edieis & alii.

n Melanc. in locis comm. poſt. editi s

o Luth. l. de ſerv. Arbit. & Calv. & Melanct. & Magd. ſæp. reprehend. illius temp. patres

p Idem dum reprehe n do ipſoſmet Apoſtoles.

q de uti. c redendic. 17.

r Cont. Luc. Meſſalæ Corv. poſt ægritud. proprii nomin. obliv. Chriſtian. obliv. Chriſti, magna veſania.

ſ Luc. 1. 32. 33. Hebr. 14. 20. Ap. 146.

t to. 1. conc. l. 1 c. 11.

u Pſ. 102. 18.

x Plin. l. 7. c. 24. Sol. c. 7.

y Pſ. 136. 5. 6

z Verſ. 4 6.

a Pſ. 83. 5.

b Sap. 8. 11.

c Ecc. 49. 1.

d Pſ. 62. 6. Ier. 31. 14 Iſ. 55. 12 Tropologia

e Ier. 48. 11

f Eccl. 10. 16

miſs *a*. in Iſaia *b*, Daniel *c*, Michea *d*, Matthæo *e*, Epiſtola ad Hebræos *f*, Luca *g*, Jeremia *h*, & aliis. De Hæreticorum ſectis conſtat latis quàm fuerint ſemper inconſtantes parumque diu duraverint. Multæ hæreſes jam emortuæ ſunt ait Auguſtinus *i*: cucurrerunt in rivis ſuis quantum potuerunt: decurrerunt, ſiccati ſuut rivi, vix eorum memoria reperitur, vel quia fuerint. Ipſimet non ſibi cohærent Hæretici quo tempore velint Eccleſiam Catholicam defeciſſe, nam Lutherus variis in ſcriptis ſuis docuit, & quidam alii, defeciſſe tempore Concilii Conſtantienſis *k*: tum ante trecentos annos *l*: poſtea ante ſexcentos *m*: deinde poſt ſexcenteſimum Chriſti annum *n*: vel poſt trecenteſimum *o*: vel etiam ſub Apoſtolorum tempora *p*, vel tandem adhuc illis viventibus *q*. Dubitabimus nos illius Eccleſiæ concedere gremio, inquit Auguſtinus *r*, quæ ab Apoſtolica ſede per ſucceſſiones Epiſcoporum fruſtra hæreticis circumlatrantibus, culmen auctoritatis obtinuit? Hieronymus *ſ* etiam ſcribit brevem apertamque animi mei ſententiam proferam: in illa Eccleſia permanendum, quæ ab Apoſtolis fundata uſque ad diem hanc durat. B

Quod attinet ad legem ac teſtamentum vetus, ceſſavit ſecundùm figuram, typum, umbram: & noſtrum vocatur *æternum t* ſecundùm rei veritatem & expreſſionem cujus ratione illud poſſet dici ſemper manere; qua de re interpretes Epiſtolæ ad Hebræos, & præterea Barradius noſter *u*. Aliud efficitur ex hac Eccleſiæ principium perpetua memoria, ut Epiſcopi omnes numquam ſimul ab orthodoxa doctrina poſſint deficere, ſicut nec populi omnes qui confeſſuri dicuntur *in æternum & in ſæculum ſæculi*. Porro phraſi ſcripturæ quam alibi vidimus, *memores* eſſe ad praxim pertinet, & quod ad rem facit, memores eſſe mandatorum Dei, ad faciendum ea *x* in Dei nomine, continentur omnia quæ ſpectant ad cultum ejus. Valde immemor qui proprii obliviſcitur nominis, ut accidit Meſſalæ Coruino poſt ægritudinem *y*. Chriſtianum obliviſci Chriſti magna veſania: Dicat quivis ex animo *ſi oblitus fuero tui. oblivioni detur dextera mea: adhæreat lingua mea faucibus meis ſi non meminero tui z*.

Propterea populi confitebuntur tibi in æternum & in ſæculum ſæculi.) Chaldaicè עממיא דמתכידין *hhamemata demithgaierin, populi peregrinantes*, vel *converſi*, ideſt qui convertentur: nimirum præcipuè de Gentilibus. Confeſſio iſta laudis eſt, atque gratiarum actionis, (Symmachus. enim, Theodotio, Aquila verterunt ὑμνήσουσιτὲ, *laudabunt te hymnis*) ut & Pſalmo LXVI, *a*. *Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes*. De confeſſione peccatorum non intelligi probat Didymus, quia in hoc ſæculo tantùm pœnitentiam agere ac confiteri licet. Heſychius verò vult innui duplicem confeſſionem peccatorum; præſentem, ad expungenda debita peccatorum; alteram, ad examen & pœnam: hac præſenti præveniendam futuram, ut ſupplicium benignitate lucremus. Is etiam qui dicitur Hieronymus, in Commentario, de confeſſione delictorum accipit; Caſſiodorus, de confeſſione fidei, ſymbolique ipſius. Sed allatus ſenſus communior meliorque, quamvis & beatis concedi poſſit confeſſio peccatorum, quatenus laudant Deum; quod ab iis liberati ſunt, aut præſervati, ſed non ſecundùm propriè dictam rationem pœnitentiæ, quum jam omnino ſatisfecerint. Perpetuitas laudis non ſolùm accipienda eſt cum Ruffino ſecundùm intentionem & devotionem, quia ſi ſemper viverent, hìc ſemper laudarent; ſed propter æternitatem beatitudinis electorum: quam non minus denotant voces *in æternum* quàm *in ſæculum ſæculi*. Unde & Hieronymus vertit, *in ſæculum & in æternum*, quod eſt Hebraicè לעלמועין *lehholam vahhed*, Græcè εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνος: quod alii tres reddunt εἰς αἰῶνα διηνεκῶς *in ſæculum continenter*: & poſſent Hebræa verti *in æternum, & ultra*. Gratiæ maximæ jugiter debentur ſponſo Chriſto; & qui ſemel admittentur in templum ac domum ejus, *in ſæcula ſæculorum laudabunt b* eum. *Facies principum mirabuntur eum* c. *Memoria Joſiæ noſtri*, hoc eſt, Jeſu, *erit in compoſitionem odoris d*. Si Principes ac Prælati memores fuerint, populus confitebitur, laudabitque Deum: inebriatis animabus ſacerdotum pinguedine (*adipe & pinguedine repleta anima, labiis exultationi laudatos os* c) & *populus bonis adimplebitur f*: dum *montes & colles* cantant *laudem*, omnes regiones *plaudunt manibus g*, hoc eſt, operibus reſpondent. Annotatio eſt hæc Hugonis Cardinalis, aut Alenſis. g Iſ. 55. 12

Tropologia

Affert porro aliam lugubrem tropologiam ultimorum verſuum iſtorum, quòd in Eccleſia nunc pro patribus venerabilibus filii ſint, ideſt, parvuli pueri, fatui, requieſcentes *in fecibus ſuis h*: Conſtituti Principes ſuper Eccleſiam, cui proinde *væ* quum *mane comedant i*, antequam in vinea Domini laboraverint; & quia non ſunt memores nominis Domini, nec populus etiam eſt memor. h Ier. 48. 11 i Eccl. 10. 16

PSALMUS

QUADRAGESIMUS QUINTUS.

1 In finem, filiis Core pro arcanis, Pſalmus.

2 DEus noſter refugium, & virtus: adjutor in tribulationibus, quæ invenerunt nos nimis.

3 Propterea non timebimus dum turbabitur terra: & transferentur montes in cor maris.

4 Sonuerunt, & turbatæ ſunt aquæ eorum: conturbati ſunt montes in fortitudine ejus.

5 Fluminis impetus lætificat civitatem Dei: ſanctificavit tabernaculum ſuum Altiſſimus.

6 Deus, in medio ejus non commovebitur: adjuvabit eam Deus mane diluculo.

7 Conturbatæ ſunt gentes, & inclinata ſunt regna: dedit vocem ſuam, mota eſt terra.

8 Dominus virtutum nobiſcum: ſuſceptor noſter Deus Jacob.

9 Venite, & videte opera Domini, quæ poſuit prodigia ſuper terram: 10. auferens bella uſque ad finem terræ.

Arcum conteret, & confringet arma: & ſcuta comburet igni.

11 Vacate, & videte quoniam ego ſum Deus: exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra.

12 Dominus virtutum nobiſcum: ſuſceptor noſter Deus Jacob.

TITULUS.

Verſ. 1.) In finem filiis Core pro arcanis, Pſalmus.

IN Titulo ſolæ dictiones *pro arcanis* requirunt expoſitionem nonnullam ſed breviorem, quum jam declaratæ ſint in titulo Pſalmi IX. Hebraicè legimus על עלמיות *hhalhhalamoth*, Græcè ὑπὲρ τῶν κρυφίων, nam quòd ſit *Pſalmus* Latinè & Græcè pro שיר *ſchir*, ideſt, *canticum*, ut etiam vertit Hieronymus, non tanti refert: nec quòd, ut Euſebius refert, legant aliqui ὑιῶν *filiis*, quo pacto habet editio Latina vulgata, vel τῶν, *filiorum* ut Aquila, & Symmachus: vel, ὑπὲρ υἱῶν *pro filiis*, ut eſt nunc in emendatis Bibliis. Non item quod Ambroſius & Auguſtinus loco *arcanorum* poſuerint (occulta) quæ idem valent. Majus diſcrimen eſt quod Aquila reddiderit, ὑπὲρ τῶν νεανιοτήτων, *pro juventutibus*, quemadmodum & Hieronymus: (uſus mendoſo codice Thomas Hieronymo tribuit) pro *viventibus*: Symmachus autem ὑπὲρ τῶν αἰωνίων, *pro æterni*. Eadem ratione in titulo Pſalmi IX. abſque particula על *hhal* tamquam diſtincta, quaſi eſſet integrum nomen שלמות *hhalmoth*, quum ſi modò על מות *hhal muth*, *ſuper mortem*, ut ibi Hieronymus

quo-

quoque interpretatur ; exponebat Aquila , ut vidimus, νεανιότητος, *juventutis*. Et VI. Editio ac Theodotio , νεανιόητς, *juvenous*: & Symmachus, ὑπὲρ ἀμμῆς, *pro vigente ætate*. Exiſtimavit hoc loco Symmachus à עלם *hholam*, quod ſignificat *ſæculum* ac *æternitatem*, pluraliter dici עלמות *hhulamoth*, *pro æternitatibus*. Ego aliud iſtius notionis exemplum non invenio. Hebræi putant eſſe nomen inſtrumenti muſici ; vel initium carminis, ad cujus modulum cani Pſalmus hic debeat ; vel hymnus, *juvenculas virgineſque*, quod placet Cajetano ac Bredembacchio, & alia , de quibus dixi ſatis Pſalmo IX. ut ſupervacaneum ſit repetere , quum in translatione noſtra hærendum ſit. Rectè porro monet Baſilius ac Didymus *arcanorum* vocabulo ſignificari, non eſſe cujuslibet iſta intelligere , ſed qui ſeſe diſponat velut organum aptum in morem Pſalterii, ad recipiendum Spiritus Sancti motum per laborem, & exercitationem. Illuſtrat id Ambroſius exemplo Moſis ad arcana in montem evocati cum Joſue *a*, Petri , Jacobi, Joannis, in Tabor *b* , multaque juxta tropologiam de *occultis* ſive de *arcanis* diſſerit. Nec ineptè titulum hunc pſalmique noni applicaveris ad clericos, qui filii Core dicuntur, quia decalvati, & raſi ac detonſi , & quaſi cryſtallini , quod etiam valet vox eadem Hebræa קורח *Korah*, ideſt, *ſolidi*, lucentes, tranſparentes doctrina & vita: & quibus arcana conveniunt peculiariter, hoc eſt, myſteriorum tractatio , ſacramentorumque adminiſtratio : & ſunt præterea עלמות *hhalamoth*. Virgines ob profeſſionem caſtitatis.

a *Ex.* 24. 13.
b *Matt.* 17. 1.

ARGUMENTUM.

TItuli voces illæ *pro arcanis* indicat ſermonem eſſe in Pſalmo de rebus minimè vulgaribus. Talem R. Salamon arbitratur liberationem filiorum Core, quando eorum pater cum ſeditioſis aliis hiatu terræ periit, quod & *grande miraculum* nominatur à Scriptura *c*. Id exprimit Chaldæa Paraphraſi in titulo : faventque verba quædam Pſalmi, ut *d* , *propterea non timebimus* , *dum turbabitur terra*. Sed quod addit Core abſconditum aliquando à filiis fuiſſe, neſcio quid velit, niſi quòd terræ hiatu abſorptus non comparuerit ampliùs. Bredembachius explicans titulum , *pro Virginibus*, contendit de illis agi quarum priore Pſalmo facta mentio eſt, & interim donec in regis thalamum admittantur, tentationibus variis oppugnatæ , magna conſtantia reſiſtunt , utque moram ſponſi tolerant , quum certæ ſint, Deum , qui ſponſus ipſarum eſt , opitulari , atque in ipſarum conſiſtentem medio , non ſinere, ut commoveantur, nec deſinere aut diſcedere priuſquam cunctis profligatis hoſtibus , arcubus contritis, confractis armis, ſcutis combuſtis, bella penitus auferat. Non eſſet alienior ab iſta ſententia vox *arcanorum* & *occultorum*, quia עלמות *hhalamoth*; *Virgines* ſunt *velatæ*, tectæ, abſconditæ. Cujus ſingulare עלמה *hhalmah*. Deiparæ tribuitur in præclaro *e* illo Iſaiæ vaticinio : *Ecce virgo concipiet* , *& pariet filium* &c. Videtur eum Cajetanus jam prior attigiſſe ſenſum quum docuit juxta aliam quoque poſteriorem prædictionem Iſaiæ *f*, eidemque planè ſimilem Micheæ *g*: denuntiari civitati Meſſiæ , nimirum Eccleſiæ , ſummam lætitiam , & quaſi flumen pacis (conflatis gladiis in vomeres , & lanceis in falces, ita ut non levet gens contra gentem gladium, nec exerceantur ultra ad prælium.) Intelligit Cajetanus de pace quoque externa quam Eccleſia ſit conſecuta tempore juventutis ſuæ : & hac de cauſſa vult in titulo poni , *pro juvenculis*. Orto quidem Chriſto pax in orbe maxima erat. Deinde in perſecutionibus fideles patiendo ſuperabant, non reſiſtendo; qua ratione interpretantur Patres Iſaiam, Juſtinus *h* maximè atque Origenes *i* ſenſu ſaltem allegorico, ſub typo victoriæ inſignis, quam retulerit populus Hebræus in deſerto , aut potiùs in Jeruſalem adverſus Aſſyrios ſub Achaz aut Ezechia, alioſve, ut ſentit Theodorus . Theoderetus autem refert , contineri hìc gratulationem pro Eccleſia militante , cui adhuc occultæ & juveni præſertim , eximia collata ſint gratiæ dona. Quæ ipſa dona meritò *arcana* vocantur, & in ſe & ob arcanum providentiæ divinæ judicium , quo Deus gentes vocare dignatus eſt , reprobare Judæos. Spectat ad unumquemque præterea juſtum eadem Pſalmi materia, qui colluctari deſcribitur cum mundo & perſecutionibus, fiducia & auxilio Dei fretus. Quod quia non ita percipiunt paſſim homines , ſed ſoli ſecretorum divinorum contemplatores, rectè etiam in titulo de *arcanis* expreſſa mentio eſt. Aptum judicat Athanaſius *k* iſtum Pſalmum ei qui ad Deum confugiens ereptus ſit à tribulationibus circumſtantibus, ipſique gratias agere velit, & enarrare illius in ſe beni gnitatem. Ad Antichriſti item tempora & diriſſimam perſecutionem ejus aptari Pſalmus poteſt : quem pe Gog & Magog ſolent intelligere. Cujus opinionis me minit Theodoretus. Utitur Eccleſia Pſalmo iſto in of ficio divino Epiphaniæ : de B. Virgine , de Virginibus, de Martyribus, dedédidatione.

c *Gen.* 16. 32 33. *c.* 26. 10. 11.
d *verſ.* 3.
e 7. 14.
f *c.* 23. & *ſeq.*
g *c.* 4. 1. & *ſeq.*
h *Apo.* 2.
i *Hom.* 11. *in Exod.*

Fidelium victoria qualis.

pſalmus hic quibus aptus.
k *ad Marc.* Ad Antichriſti tempora aptari poteſt per Gog & Magog intellectus Antichriſtus.
Hoc Pſalmo quando utitur Eccleſia

Verſ. 2.) Deus noſter refugium & virtus, adjutor in tribulationibus quæ invenerunt nos nimis.

PErpetua oratione Propheta loquitur præterquam in verſu penultimo, in quo Deus loquens inducitur. Agit gratias, incipiens nomine vel ſuo , vel populi, vel Apoſtolorum, vel cujuſvis fidelis, honoris cauſſa, tutiſſimum vocare refugium roburque firmiſſimum & validiſſimum auxilium adverſus incidentes tribulationes.

Deus noſter refugium .) Hieronymus, *noſtra ſpes*, ex Hebræo diceres; *Deus nobi ſpes* , protectio , aſylum , hoſpitium, refugium לכוזמחסה *lanu machſeh*. de מחסת *machſeh*. dixi aliàs in Pſ. LXXIX. nec non de ratione refugii , prout Deo tribuitur , in Pſ. LXXXIX. *Domine refugium factus es nobis* , habetur idem nomen Græcum, καταφυγὴ quod hoc loco , ſed Hebræum eſt מעון *mahon* , *habitaculum*. Perpendit Ambroſius Deum ſuum nominare dumtaxat eum poſſe qui in ſolius Dei præſidio ſuæ conſtituit ſpem ſalutis : Judæos illum negaviſſe nec recepiſſe à populis nationum receptum eſſe, iiſque factum *virtutem* ac ſapientiam *l*, quum eſſet eiſdem Judæis crux Chriſti , ſcandalum ; gentibus infidelibus *ſtultitiam*. Refugium verum non eſt, ubi non eſt virtus (de qua mox) & ſecuritas, ſed infirmamur potiùs quam confirmamur , ut Auguſtinus, Ruffinus, & alii obſervant , ſed *virtutem* non propriè ſumunt, ut Hebraicè Græcèque ſonat, ut paullo poſt conſtabit.

l 1. *Cor.* 1. 18 *m ibidem.* Refugium verbum ubi eſt.

Et virtus.) Hieronymus, *fortitudo*. Sæpe antea vidimus ſic uſurpatam *virtutis* vocem, quæ Hebraicè eſt עז *hhoz*, Græcè , δύναμις , & non pro morali virtute. Talis illud , *Dominus fortitudo plebis ſuæ* n, עז *hhoz*, κραταίωμα : & o, *Diligam te Domine fortitudo mea* חזקי *chizki*, ἰσχύς μου, *Refugium* eſt ad mala vitanda : *virtus* ad reſiſtendum malis & ad perſeverandum in bonis. *Adjutorium*, quod hìc ſubditur, etiam ad vincendum, ut notat Haimo, Hugo Cardinalis, *Omnia poſſumus in eo qui nos confortat* p. *Domini eſt ſalus* q ; *ipſe Deus ſalvos faciendi* r : *deque virtutem & fortitudinem plebi ſuæ* ſ, δύναμιν καὶ κραταίωσιν. עז ותעצמות *hhoz vehhatſumoth*, *& virtutem* t *laſſo Vana ſalus hominis* u : *Turris fortiſſima nomen Domini* : *ad ipſum currit juſtus & exaltabitur* x : Fruſtra confugitur, Deo deſerto, ad humana præſidia, ut in morbo ad incantatorem vel medicum : ſi quis inimicus ingruat, ad alium hominem : ad conjectorem, ſi fortè ſollicitet aliquod inſomnium . His utitur exemplis Baſilius, longiorque adhuc inductio fieri poteſt. Eſt ad rem tropologia per accommodationem ſumendo *virtutem* pro ea quæ nos reddit bonos, reperiri refugium poſſe in aliis, virtutem in ſolo Deo, quia ſolus vim communicet gratiæ internam , non externa tantum adminicula . Illud quoque verum, alterum alteri nonnumquam concedere, vel etiam offerre adjumenta, quibus ſcilicet calamitatem redimat ; paucos rationem virtutis habere ac honeſti. Acutè Chryſologus *y* de Chriſti tractans fuga in Ægyptum *z* , quærit , & ubi eſt illud *a* *Domine refugium factus es nobis* , *& Deus noſter* , *refugium & virtus* ; ſi refugium fugit ; ſi timet virtus ; ſi præſidium migrat, quæ vita? quæ ſpes? quæ ſecuritas? quod munimen , &c. Chriſtus ſola fuga fit ſalvus?

n *Pſal.* 27. 8.
o *Pſal.* 17. 2.
p *Phil.* 4. 13.
q *Pſal.* 3. 9.
r *Pſal.* 67. 21
ſ *Ibidem* 30.
t *Iſ.* 30. 29.
u *Pſ.* 59. 13.
x *Prov.* 18. 10
y *Serm.* 15.
z *Matt.* 2. 13
a *Pſal.* 59. 1.

Adjutor in tribulationibus quæ invenerunt nos nimis.)

Hie-

Hieronymus, *auxilium in tribulationibus inventus eſt validum*. Alii ex Hebræo, *auxilium in anguſtiis invenimus*, aut *inveniemus valde*, ſive, *abunde*. Textus Hebr. hic eſt עורת נמצא מאד *hezrah vetſaroth nimza meod*. Prima vox fœminini generis *auxilium* ſignificat; ſecunda, præcila littera prima ſervili, quæ indicat præpoſitionem, in plurali, tribulationes anguſtiaſve; tertia, poteſt eſſe tum præteritum tertiæ perſonæ generis maſculini in paſſiva conjugatione Niphal (*inventus eſt*) vel prima perſona pluralis futuri temporis in Kal. primæ conjugationis habentis activam ſignificationem, *inveniemus*: ultima ſolet uſurpari ad exprimendum quod Latinè dicimus *valdè*, *multum copiosè*, *abundè*: Et non raro ab interprete redditur, *nimis*. Verſio ex Hebræo adhuc poſſet eſſe, *in tribulationibus*, ſupplendo relativum אשר *aſcher*, *quibus inventum eſt valdè*, quod clariùs LXX. expoſuerunt, ut annotavit Ricardus Cenomanus, βοηθὸς ἐν θλίψεσι ταῖς εὑρούσαις ἡμᾶς σφόδρα. Chryſoſtomus, quem Euthymius quoque refert, Nicephoruſque ſequitur, vult τὸ σφόδρας, ſpectare ad βοηθὸς, & ſenſum eſſe, quod non leve, ſed inſigne fert auxilium Deus, plus præbens ſolatii ex ope lata, quàm ſit ſuſceptæ moleſtia ex afflictionibus: neque quantum malorum conditio poſtulas, tantum præbet auxilium, ſed longè majus. Probat ex eo quod ſequitur, *propterea non timebimus dum turbabitur terra*: &c. Ita videlicet, ut non ſolum non capiamur, & non cadamus, ſed ne id quidem patiamur, quod eſt naturæ proprium, terrorem nempe ac timorem, quia copioſum eſt auxilium. Huic expoſitioni addi debet, ut *inveniri dicatur Deus adjutor*. vel Deus, ut auxilium, propter opportunitatem & celeritatem; ut præſto ſit: ſicut & quum alibi *a* dicitur, *adjutor in opportunitatibus*, *in tribulatione*. Eodem quoque pacto *ad Deum orat omnis ſanctus in tempore opportuno b*. Hebraicè לעת מצא *lehheth metſo*, *in tempore inveniendi*; aut legendo מצא *motſe*, *tempus inveniens*. Poſſumus etiam in textu Græco retinere ſententiam eamdem, ſicut fecit auctor Græcus Chryſoſtomus: ac proinde item in Latino. In ſcholio recitatur alia verſio Græca εὑρεθεὶς ῥισκόμενος, *inventus eſt dum invenitur*: nihilominus ceteri enarratores methaeſim remotiorem cenſere ac duriorem videntur: & idcirco nimias tribulationes deſignari volunt, quæ nos invenerint. Nimias Auguſtinus tribulationes tropologicè peccatorum eſſe affirmat, quas ſola poſſit indulgentia gratiaque Dei tollere, quam compunctis, corde prædicabat & proponebat Petrus *c*, inveniens ipſorum peccata, quæ non ipſi adhuc invenerant. Tribulationem & dolorem invenit *d*, qui ſine alicujus admonitione conſiderans factum ſuum, rogat Deum: ſimile illud, *tribulatio*, *& anguſtia invenerunt me* e. De eadem dicendi formula lege Pſalmum XX. * fortaſſis non differunt *invenire* & *inveniri*, ſed improviſam & inopinatam tribulationis doloriſve perpeſſionem denotant. Verus pœnitens affligitur, & *humiliatur* f *nimis*, juſtus etiam quandoque gravatur ſupra modum *g* corporalibus tribulationibus. Invenit tribulatio juſtum, ut Baſilius docet, ac ſi perſona quædam animata eſſet, quærens cui poſſet commodum afferre: reperienſque in arcta & in anguſta virtutis via incedentem, quaſi videlicet effugere nequeat. Invenit etiam quemlibet quaſi improvidum: aut quando perſecutor aſſequitur, quem quærit, ut Diabolus qui *circuit quærens* h, *quem devoret*. Præterea juſtum, quum immeritum vexant tribulationes, nec eas veluti accerſit peccatis, ut impii mortem *manibus ac verbis* i. Denique invenit expoſitum juſtum paratumque ad tolerandum: quemlibet aut obnoxium ex conditione humanæ imbecillitatis omnium caſibus calamitatum, ut inquit Auguſtinus. Ambroſius complexus eſt utrumque ſenſum. Bene (nimis) inquit, ad utrumque reſpondit, & ut in tribulationibus quæ nos nimis invenerunt, & adjutor nimis poſſit intelligi. Quanto enim majores tribulationes fuerint, tanto majora nobis & vehementiora adjumenta ſunt neceſſaria. Et ideo plerumque fit, ut in gravioribus & aſperioribus certaminibus coronemur, qui lacrymis & gemitibus, & orationibus frequentioribus æternæ opem nobis divinitatis adſciſcimus. Multæ tribulationes juſtorum *k*, *multa flagella peccatorum l*: *Vita* tota tentatio & *militia* m repleta *n multis miſeriis o*.

Verſ. 3.) Propterea non timebimus dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris.

MAgna fiducia ex refugio adjutorioque divino, ut quod antea dicebat Chryſoſtomus, hac ratione videri poſſit nimium, quia ne timor quidem concutiat animum tali fiducia præditi, etiamſi tota concutiatur terra motu gravi, & in maris medium transferantur montes loco ſuo avulſi, vel ob ingentem eluvionem occupet montes mare. Similem fiduciam exprimit Pſal. XXVI. & alibi relege dicta Pſalmo XXVI. Fiducia ex refugio adjutorioque divino quanta.

Dum turbabitur terra.) Hieronymus, *quum fuerit translata terra*. Alii: *etiamſi permutaret terram*, ſcilicet Deus: Auguſtinus, *dum conturbabitur*: Ambroſius, *dum turbatur*, ſic reddi potuerunt Hebræa מיר כה *behamir*, & Græca ἐν τῷ ταράσσεσθαι. Agellius credit lectum à LXX. non המיר *hamir*, ſed סהר *chamar*, quia hoc alterum verbum *turbationem* ſignificat, illud *translationem* ſeu *mutationem*. Myſticè interpretantur de perturbatione timoris ob exiguam fidem fiduciamque *p*, quem timorem Chriſtus expulerit: vel de ruina templi pacis nato Chriſto *q*, quod Baronius ait non eſſe verum: vel de everſione Judæorum per Romanos *r*: vel de perſecutione quam commoverint Judæi & alii deinceps perſecutores *ſ*: incipiente Herode turbato ceteros contra Chriſtum turbare *t*: & illis toties contra Chriſtum conſilia ineuntibus, poſtque aſcenſionem ipſius contra diſcipulos ejuſdem: vel de fragilitatibus carnis *u*. Ad litteram deſignatur iſta figurata oratione, maxima quædam perturbatio ac tumultus, ac ſi omnia ſurſum & deorſum ferantur, ut loquitur Baſilius; quam Paraphraſtes exprimit migratione in exilium, ſimile illud Horatianum *x*.

Si fractus illabatur orbis
Impavidum ferient ruinæ.

p Aiguanus q Lyran. r Hieron. Ruffin. ſ Matth. 2. 3 t Ambroſ. u Ambroſ. x 3. Carm. ode, 3.

Terram hìc & *montes* & *cor maris*, inquit Chryſoſtomus, non dicit elementa, ſed eorum nomine intolerabilia pericula ſignificat, ut ſi omnia videamus confuſa, perturbationem, plane intolerabilem, ea omnia evenire quæ numquam facta fuerunt, ipſam creaturam quum ſe ipſa collidi, ipſius naturæ terminos moveri, omnia ex ipſis convelli fundamentis, prima elementa confundi, omnium rerum maximam fieri perturbationem, non modo non vincamur, ſed ne timeamus quidem. Poteſt hujuſmodi commotio, perculſio, perturbatio declarari ſimili ex Pſalm. LIX. * ſententia, *commoviſti terram & conturbaſti eam: ſana contritiones ejus, quia commota eſt*. Dicitur etiam aliquis *y conturbare terram*, *concutere regna*, hoc eſt, habitatores eorum: quæ poſtea dicuntur conturbatæ gentes, & inclinata regna. Idem valet quod eſt apud Iſaiam *z concutientur fundamenta terræ*, *confractione confringetur terra*, *commotione commovebitur terra*, *agitatione agitabitur terra ſicut ebrius*, *& auferetur quaſi tabernaculum unius noctis*. Timorem porro dum negat Chryſoſtomus vel David, exceſſum illum paſſionis intelligunt, qui ſternit ac deſperationem inducit; non autem qui aliquo modo concuti ac turbat, caditque etiam in ſapientem, qui, Stoicè, non ſit prorſus ἀπαθὴς, & ejuſmodi motus Chriſtus ipſe admiſit in ſe pavoris, triſtitiæ, mœroris *a*, tædii, *Non timei mala qui Deum habet ſecum b*, quia non diffidit, ſed certus eſt de auxilio. Adverſus ἀπάθειαν Stoicam Gellius *c* ex Tauro Philoſopho, & de reſponſione cujuſdam Philoſophi cauſſam reddentis ob quam maris tempeſtate palluiſſet, non item alius prædives *d*, nempe quod Ariſtippus ad ſimilem quæſtionem percunctanti ſimile reſponſum reddiderat, quia nequiſſimus nebulo dives pro anima ſua nihil ſollicitus, ipſe pro ſua foret, hoc eſt, Philoſophi. Medetur Deus timori, timore ſanat, ut dixi; contritionem cordis contritione, ſeu commotione terræ: pavidis namque diſcipulis miſit Spiritum ſanctum, cum ſpiritu, hoc eſt, vento vehementi *e*, & concedens cum fiducia loqui verbum Dei *tremefacit terram f*. Referunt Hebræi iſta ad hiatum illum terræ quo Core abſumptus eſt; ita ut filii eo tunc timore liberati, nihil ſe deinceps formidare profiteantur. Nimis anguſtè id dicitur.

y Iſ. 14. 16. z cap. 24. 20 21. a Matt. 26. 37. b Pſal. 22. 4. c lib. 12. c. 6. d lib. 19. c. 1. e Auct. 2. 2 f cap. 4. 89.

Et transferentur montes in cor maris.) Hieronymus, & con-

k Pſal. 33. 5. l Pſal. 31. 10 an Iob 7. 1. m cap. 14. 1. n Auguſt.

& concussi montes in corde maris. Ambrosius, *transferuntur.* Procellæ magnæ vi tempestatisve rupes nonnumquam ipsæ avelluntur montesque in profundum maris: & impetu maris promontiora cadunt interdum. Græcè *corda* plurali numero dicuntur: licèt Eusebius utatur singulari: Aquila usurpat σφάλλεσθαι *labi*. V. editio σαλευθῆναι *commoveri*. Placuit Christo hic idem dicendi modus de translatione ac transitu montis ex uno in alium locum, atque in mare ipsum ad fideles imperium *a*. Eumdem Paulus adhibet ad exaggerandam quoque fidei magnitudinem *b*. *Cor* pro medio sumitur. Sicut & de eo quod est in terra *c*, sive intelligas sepulchrum, sive potius infernum, ut notat etiam Hieronym. *d* Hoc pacto Jonas projectum se canebat *in profundum in corde maris*, * quod LXX. explicant *profundum cordis maris* βάφος καρδίας θαλάσσης. Tyrus quoque sita fuisse dicitur in corde maris *e*, quia insidebat rupi rotundæ forma tamquam insula circumcincta mari, quamvis postea fuerit aggeribus injectis continenti adjuncta ab Oriente, sicque peninsula evaserit.

a *Matt.* 17. 19. *cap.* 21.
b 1. *Cor.* 13. 2
c *Matt.* 12. 40
d *In cap.* 27. *Ezech.*
* Jona. 2. 4.
e *Ezech* 27. 4. Tyrus contineri adjuncta.

Montes translatos in mare dæmonas Eusebius, Didymus, Athanasius, Origenes, Ambrosius, mysticè accipiunt, missos in abyssum à Christo *f*. Latini, duce Augustino, præteraque Gregorius *g*, declarant turbatam Judæorum terram propter adventum Christi, adeo ut montes, idest, Christus ipse Apostolique inde transferentur in cor maris, hoc est, ad Gentes, prout; & Paulus potestatus est se ac Barnabam converti ad Gentes, quod reppelleretur à Judæis verbum Dei *h*. Glossa ordinaria exponit, Judæorum Principes à Romanis sic absorptos ac si fuissent in mare demersi. Sed quod attinet ad litteralem sensum, voluit inter alia Christus maris tempestatem compescere *i*: simul volens docere fidei exercitium probationem esse *k*; peritiam gubernatoris probari procellosa tempestate *l*. *Mare mortuum* vocandam securam, ac sine ullis incursionibus vitam: & in otio inconcusso jacere con tranquillitatem, sed malaciam esse *m*; spem constituendam in altissimo refugio Dei, quo non accepit *malum n* quod scilicet non cooperetur *in bonum o*. Promittit enim Deus *p quod quum transieris per aquas, tecum erit, & flumina non operient te*. Quamquam ut ante cum Chrysostomo dixi figuratæ locutiones sunt istæ, cujusmodi & illa hyperbole, *Cœlum* q *& terra transibunt* (ideſt, prius hoc erit, quod tamen non erit) *verba autem mea non transibunt* (quam ut transeant quæ revera nullo umquam tempore transibut. Itaque trepidanre mundo toto, populis cunctis, gentibus & hominibus omnibus: paventibus ac fatiscentibus principibus regnisque potentissimis, inuixi Deo consistente firmissimè, ac ne nutabunt quidem. Exeadem sermonis norma oritur ut in libris prælertim Josue *r*, Judicum *s*, Paralipomenon *t* sublato bellorum tumultu, scribatur, *terram quievisse à præliis*.

f Luc 8. 31.
g *lib. 9. mor. c. 5.*
h *Act.* 13. 46.
i *Matt.* 8. 26
k *Ambros. in c. 8. Luc.*
l *Chrysolog. ser.* 20.
m *Demet. apud Senec. epist* 67.
n *Ps* 90. 10.
o *Rom.* 8. 28
p *Isai.* 43. 2.
q *Matt.* 13. 31.
r *cap* 11. 23.
s *c.* 3. 11. 3. *c.* 31. *c.* 8 28
t *lib.* 2. 14. 1.

Vers. 4.) Sonuerunt & turbatæ sunt aquæ eorum: conturbati sunt montes in fortitudine ejus.

FRemat licèt mare, ac immanes attollat fluctus; etiamsi cooriantur horrendæ tempestates: quamvis motibus altissimi montes tremefacti horrendum fragorem edant; ob ingentem illam vim, quam indidit Deus mari, & inclusis intra terræ cavernas spiritibus, fide stabilitus nihil commovebitur aut perturbabitur.

Sonuerunt & turbatæ sunt aquæ eorum.) Hieronymus, *sonantibus & intumescentibus gurgitibus ejus*. In Psalterio Romano & apud Ambrosium, Augustinum, Arnobium, *aquæ ejus*: quam quoque lectionem Thomas Hieronymo tribuit, ac eam meliorem esse affirmat. Hieronymus quidem expressit pronomen singulare, ut modo retuli, sed aliter convertit. Est autem clarior versio quæ pronomen id singulare habet, quod ad mare refertur. In priore versu erant Hebraicè & Græcè *maria* numero multitudinis, ימים *iamim &* θαλασσῶν. Quare pronomen (*eorum*) spectat ad nomen *maris* collectivè sumptum, non verò ad *montes* nec enim fatis intelligitur quæ sunt aquæ montium, quamvis alicubi dicatur quod *super montes stabunt aquæ*, ideſt, fluctus attollentur altiùs quam montes. Symmachus absque pronomine utitur genitivis absolutis ἠχοῦντων καὶ ταραττομένων ὑδάτων, *sonantibus & turbatis*, seu intumescentibus *aquis*, quo pacto etiam vertebat Hieronymus ut retuli; nec in paraphrasi Chaldæa extat pronomen. Timorem ac horrorem maximum marini fluctus incutiunt, ut Psalmo XLI. *x* vidimus; potentiæ Dei tribuitur *conturbare profundum maris sonumque fluctuum ejus*: Confirmari furor Dei super aliquem dicitur, omnes *fluctus suos inducendo super eum z*. Quod etiam Jonas *a* ipsimet absorptus externis fluctibus cecinit. Job suum illum timorem summum declaravit, dicens, *Semper enim quasi tumentes super me fluctus timui Deum b*. scilicet, ut Gregorius *c* notat, veram vitam desiderando, cuncta despicio. Hic timor Justo affert magnam tranquillitatem liberum faciens à procellis mundi. Illi quamdiu perseverat in eo timore, omnes dies halcyonii sunt. Si avis minusculæ (Halcyonis) contemplatione, & insurgit mare, ait Ambrosius *d*) quando namque maximè inturgit mare, littoribusque vehementior fluctus illiditur, medio ferè hyemis, partus fovet, quo magis repentinæ placiditatis solemnitate ejusdem eluceat gratia) & repente reprimitur, atque aspera hyemis inter ingruentes procellas tempestatesque ventorum, detergit nubila fluctusque componit elementis omnibus subito infusa tranquillitas (ubi enim undosum fuerit mare positis ovis subito mitescit, & omnes cadunt ventorum procellæ flatusque aurarum quiescunt, ac placidum ventis stat mare, donec ova foveat halcyon sua, septemque sunt dies fœtus, ac totidem nutritionis fœtus) quantum præsumere debeas ò homo ad imaginem Dei factus, agnoscis (*passeribus* namque sive avibus *pluris sumus* e nos) si tu aviculæ istius fidem studio devotionis imiteris. Basilium *f* ut solet Ambrosius imitatus est. Docet per hæc, nos admoveri à Deo semper ut postulemus quæ ad salutem pertinent; & nihil non sciamus à Deo etiam præter omnium spem, exorari posse quandoquidem alitis tam exiguæ gratia mare tam vastum, sævumque, tranquillum esse media bruma jubetur. Plura Physiologi, Aristoteles, Plinius, Ælianus, alii, & ex his aliisque accuratiùs Ulysses Aldrovandus *g*. Quod huc facit maximè est dialogus Halcyon, adscriptus Luciano, aut Leoni Academico, aut Pausaniæ, aut Platoni. In eo quisquis ejus auctor sit, docetur à Socrate, Deo possibilia omnia esse; nos operum ejus effectuumque causas intellectu consequi non posse: facere Deum facilè multà, quæ nobis impossibilia videantur: inde cognosci, quod maximas turbulentissimasque tempestates subito convertat in summam tranquillitatem & serenitatem: Jobi dialogo dedit occasionem Alcyon avis, & nomen. Verumtamen fuerunt diebus Alcyoniis maximè suspecta sapientibus marina monstra, ut nec in tanta illa tranquillitate dormiendum sit in utramque aurem.

x *vers.* 8.
y Ps. 64. 8.
z *Psal.* 87. 8.
a *cap.* 24.
b *Iob*, 31. 23.
c *Ibidem.*
d 5. *hex. c.* 13
Halcyonum pratus.
e *Luc.* 12. 7.
f *Hom.* 8. *in hexa.*
g 20. *Orat. cap* 60.

Marina monstra quando nautis maxime suspecta.

Mystice *sonitus aquarum*, atque *turbatio* designans populos perterritos Apostolorum prædicatione, qui ut *montes translati* dicuntur *in cor maris*, inque medium aquarum istarum. Præterea *montes conturbati* denotant tum dæmones, tum principes mundi concitantes persecutiones, vel istos tandem vi prædicationis conversos; vel ipsosmet Apostolos commotos in fortitudine ac vehementia persecutionis. Denique sæpe *aquarum* nomine tribulationes accipiuntur: ac nos vita rota fluctuare censemur, quibus anchora spei sit opus tuta & firma *h*; atque firmamento quod inter aquas resideat superiores tribulationum, quas immittit Deus, & inferiores quas diabolus, caro mundus; affigenda solido saxo anchora spei, hoc est Christo, arque valido rudente colliganda charitatis. Eusebius ac Theodoretus ex Actibus Apostolicis proferunt exempla *turbatarum aquarum*, ideſt, populorum contra prædicationem Apostolorum, ut Lystris *i*. Philippis *k*, Thessalonicæ *l*. Athenius *m*, Ephesi *n*, Corinthi *o*, Adjice Hierusalem *p*; Damascum *q*: sed *va*, ait Isaias, *r multitudo populorum, ut multitudo maris sonantis, & tumultus turbarum, sicut sonitus aquarum multarum.*

h *Hebr.* 9. 1.
i *Act.* 14. 6. 16 1. 2.
k *cap.* 16 12
l *cap.* 17. 13.
m *cap* 17. 15
n *cap.* 19. 7 17
o *cap.* 18. 1.
p *cap.* 9. 2.
q *cap.* 7 12.

Conturbati sunt montes in fortitudine ejus.) Hieronymus, *& agitatis montibus in potentia ejus*. Significat בגאותו *begaauatho*, *in superbia*, vel *magnificentia ejus*. Symmachus, ἐν τῷ ἐνδοξασμῷ αὐτοῦ, *in glorificatione ejus*:

ejus: Aquila & V. ac VI. editio, ἐν ὑπερηφανείᾳ, *in elatione atque ſuperbia*. Vulgo etiam vocare ſolemus mare, de cujus fortitudine ſermo eſt, *ſuperbum*, quando intumeſcunt ſonantque fluctus ejus. Dicunt Poetæ θάλασσαν βαρύγδουπον, ἠριγδουπον, σχίσσαν, εὐώδινα, ἐρισμάραγον, πολυσμάραγον, δυσηχέα, αἰσίγητον, & aliis epithetis, ingentem, inconditum, horribilem ſonum ſtrepitumque ſignificantibus: talia & Latina epitheta denotantia ſuperbiam, iram, inſaniam, truculentiam, exaſperationem. Mugitus maris taurino ſimilis cognomen Neptuno dedit μυκτῇ δ' ταυρίῳ: eique taurus immolabatur, tantaque vi elevantur fluctus à vocibus aquarum multarum; ac tam ſunt mirabiles elationes maris. Unde dicitur Deus ipſe *mirabilis* a, ut ipſimet alliſi fluctibus montes impetu detrahantur in mare. Quare ſenſus eſt, ob articulum maſculinum ἀνδρῶ, in fortitudine ac potentia Dei conterritos adverſarios, compatos cum aquis ſonantibus & montibus conturbatis: & pergit David dicere ſe quamvis reſonent aquæ furentes, & concutiantur montes, Deo permittente, qui ſe tamquam Dominum dicit *conturbare mare*; ſicque *immeſcere fluctus ejus* b. nihil tamen vereri, hoc eſt, licèt aut irruant adverſarii, aut alii timore percellantur ob vehementiores perſecutiones: vel ſi de fortitudine Dei intelligas, erit ſenſus Chryſoſt. nil timendum, Dei nutu illa omnia concitantur, eademque facilitate ſedari poſſunt. Arnob. priora exponens cum iſtis conficit ſenſum iſtum, quod quando in lacrymis, & animi tribulatione fundis orationem Deo, ſecurus debes eſſe, Deum tibi refugium ac virtutem effici: quod incipis non timere, dum conturbatur terra corporis tui: quod transferuntur montes Apoſtoli, prædicantes altitudinem Domini in corda hominum ſæculi, quantumvis & hæc ſonent ac turbentur, & ipſimet Apoſtoli, in fortitudinem, ideſt, in paſſione ejuſdem, & quantavis peccata ſint quæ conturbent animas. Hoc loco eſt סלה *ſelah*, & διάψαλμα, quod Hieronymus reddit *ſemper*, Paraphraſtes, *in ſæcula*. Dictum de his alibi ſatis.

Cognomina Neptun. & eidem tauri immolatio.

a *Pſ.* 92. 4.

b *Iſa.* 51. 15.

Verſ. 5.) Flumina impetus lætificat civitatem Dei: ſanctificavit tabernaculum ſuum Altiſſimus.

NOn turbantur Dei civitas etiamſi turbentur maria, monteſque terreantur, & quamvis fremant, ac minitentur irrituras ſe in eam aquarum malos, & montium. Eam ſibi Deus ſanctificavit, ac proinde firmiter atque turò ſtabilit, & cuſtodit: præterea placidi fluminis ruinis recreat, exhilarat, fœcundat, munit, ſecuram facit contra ſæviſſimos quoſque tempeſtuoſiſſimi fluctus maris: tabernaculum fixit in medio Deus, ut ſuorum preces exaudiat, & auxilium quoties opus fuerit, afferat. Poteſt fluvius parvulum exundare, & validiùs rupes hoſtiles dejicere quàm maria maxima. Illuſtrati hoc poteſt fonte, quem ſomnians Mardochæus creſcere vidit *in fluvium*, & *in aquas plurimas redundaſſe* c. Denique plus auxilii divini gutta valet, quàm integra maria impetu irruentia. Eccleſiam Patrem interpretatur quæ dici ſolet *Civitas* d, quam Spiritus ſanctum gratiæ fluentis ſuis lætificet: ita ut *flumina* etiam de credentis *fluant ventre aquæ vivæ* e, ideſt, anima illius omni gratiæ copia abundet, ac nihil ei deſit, ſed aliis etiam communicare valet.

c *Eſther.* 10. 6. c. 11. 10.
d *Pſal.* 86. 3. *Apoc.* 21. 2. *Matth.* 5. 14.
e *Ioan.* 7. 38.

De cœleſti quoque Civitate locus hic noſter intelligi myſticè poteſt, ſicut & in ea deſcribitur flumen eſſe cryſtallinum *f* propter beatorum copioſam voluptatem. Paraphraſtes exponit adventum populorum in civitatem Dei & in Sanctuarium orationis cauſſa, unde magna lætitia civitatis habitatores afficiantur. Videlicet influere dicitur multitudo, aquarum in morem, ut Iſaias *g* loquitur, & *aquæ multæ* ſunt *populi multi* h, & omnes *quaſi aquæ dilabimur ſuper terram* i. Alludi vult Agellius ad Gihon *k*, ubi Salomon unctus narrantur, & unde poſtea Ezechias *l* derivavit aquas in Hieruſalem propter metum Regis Aſſyriorum. Ita ut Pſalmus totus ſit de victoria mirabili reportata ex Sennacherib. Putat idem, quod prior nota verat Janſenius & Clarius, judicari flumen Siloe, cujus lenes aqua opponit Iſaias aquis fortibus, & multis, prædicens fore, ut qui regnantis in Ieruſalem Ezechiæ præſidium contemſiſſent, obruerentur ab Aſſyriis *m*. Trevetus ita exponit, ut quia Deus voluit eos habitare in civitate quieta, & abundante aquis, ad lætitiam, non ad terrorem, benè ſperare debeant, quamvis in morem terribilium fluctuum hoſtes irruere videantur. Lyranum aſſerit de Jordane ſermonem eſſe, civitatem Dei populum totum: hunc illamque pro hoc ſumptam, lætificatam quando ſicco populus tranſivit veſtigio Jordanem, & iſte curſum ſuum poſtea repetiit *n*. Vatablus putat indicari auxilium præſens Dei per *flumen*, ut etiamſi undique cingant hoſtes, & obſideant, ſuppetias ferat Deus. Certè magna in condendi civitatibus habetur ratio, ut ſint juxtà flummina, iiſque alluantur. Minus probabile quod de Sennacherib. affertur, & de Jordane: cetera recipi poſſunt, ſed ita ut communis expoſitio Patrum, præſertim de Eccleſia militante retineatur, ac præferatur. Nec ſane diſplicet per *flumen* cum Gulielmo Scepræo intelligere gurgites marinos, aut verum aquæ dulcis flumen, quæ in marinis commotionibus reflecti coguntur, ac intumeſcere, & humiliora loca invadere, atque obruere: tales tamen impetus noxam nullam allaturos Eccleſiæ. Favet Græca *o* vox ὁρμήματα, quæ iram denotat, ac per illam, etiam alibi exprimitur, ut Hieronymus *p* notavit. Placebat ſibi Paulus *in tribulationibus, & ſuperabundat gaudio*, quaſi tunc maxime quum tribulationes exundarent. Sic hoc loco dicitur quod ob præſentem Dei opem ipſi fluctus tribulationum lætificant, & gaudio exultare faciunt exultando, ut quondam diluvii aquæ arcam, & efficiendo *in ſpe gaudium*.

m *cap.* 8. 6. 7

n *Ioſue* 3. 15. *cap.* 4. 20.

o *Oſea* 5. 10.

p *Ibidem*

Fluminis impetus lætificat Civitatem Dei.) Hieronymus, *fluminis diviſiones lætificant civitatem Dei*. Eodem pacto in plurali V. editio, Aquila, Symmachus, Theodotio, τὰ ποτεμὸ αἱ διαιρέσεις εὐφραίνουσι τὴν πόλιν τοῦ Θεοῦ; ſed etiam LXV. numero multitudinis expreſſerunt τὰ ὁρμήματα, Ambroſius quoque, & Auguſtinus, Ruffinus (quiquis hic eſt, Auguſtinus tranſcribit) in commentario eumdem numerum pluralem uſurpant. Hebræum nomen פלגיו *pelaugau* (mendosè recitatur à Chryſoſtomo φαλαγὰν) cum pronomine affixo, quod idiotiſmo Hebræo redundat, ſignificat diviſiones ejus, *fluminis diviſiones ejus*: diviſiones hæ ac rivi fluminis lætificantes Civitatem Dei, præter ea quæ dixi, denotare poſſunt ſenes Rempubl. adminiſtrantes quaſi derivationes legum, præceptorum, decretorum abſque cujuſquam injuria, ſimul tamen cum impetu, atque efficacia; quæ dici quoque queat *diſpoſitio ſuavis, & fortis*. Juxta ſimilitudinem hanc *Regis cor in manus Dei eſt; ſicut diviſiones aquarum, ut quocumque voluerit inclinet illud* *; is vero non opprimat per calumniam pauperes ut *imber vehemens* & damna *q* inferens. *Fluvium pacis & torrentem inundantem gloriam Gentium* pollicetur apud Iſaiam *r* Deus, de Meſſia loquens. *Flumen* hoc Arnobius Jordanem ſcribit eſſe, qui remiſſam det peccatorum, videlicet baptiſmum quem in Jordane dedicavit Chriſtus. Conſentit Hieronymus. De civitate cœleſtium habitatorum Baſilius accipit, ubi ſit congregatio conſtabilita, legibuſque adminiſtrata cum ordine & ornato, qui ſuperat captum noſtrum. Iſtius fluminis fons eſt gratia ſaliens *in vitam æternam* ſ, ut ſit inter utramque proportio, & flumen vitæ æternæ contineatur virtute in fonte gratiæ: de quo gratiæ fonte lege Auguſtinum contra Creſconium *t*.

* *Prov.* 21. 1.

q *cap.* 28. 3.

r *cap. ult.* 12.

f *Ioan.* 4. 14.

t *lib.* 2. *c.* 13. 14.

Civitas illa Jeruſalem, inquit Ambroſius *, meatu alicujus fluvii terreſtris non alluitur, ſed ille ex vitæ fonte procedens Spiritus ſanctus, cujus nos brevi ſatiamur hauſtu, redundantiùs in illis cœleſtibus ſpiritibus videtur affluere pleno ſeptem virtutum ſpiritualium fervens meatu, Joel *u* prædixit *fontem de domo Domini egreſſurum*, ideſt, de loco beatitudinis, & *irrigaturum torrentem ſpinarum*, ideſt, beatorum, qui ſimiles erunt lignis Sethim imputribilibus, ex quibus, & Arca confecta eſt, ac perpetuò virebunt: Eodem pertinet *fluvius aquæ vivæ* x, de quo dixi, *ſplendidus tamquam cryſtallus, procedens de ſede Dei & agni*, ideſt, de meritis Chriſti: & is, qui egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradiſum *y*, & torrens de templo *z* egrediens, de quo etiam dictum Pſalmo XXXV. a *Torrente voluptatis tuæ potabis eos, quoniam apud te eſt fons vitæ*. Sed *ædificandi* verbum, hoc

* *5. de ſpiritu ſanctо c.* 20.

u *c.* 3. 18.

x *Apoc. ult.*

y *Gen.* 2. 6.
z *Ezec.* 47. 1.
a *verſ.* 9.

g *cap.* 2. 3.
h *Apoc.* 17. 15.
i 2 *Reg.* 14. 14.
k 3. *Reg.* 1. 45.
l *Eccl.* 48. 19.

hoc loco plura importat, non tantum voluptatem guſtus, ſed oculorum, aliorumque ſenſuum & facultatum. Flumen hoc Bernardus ait affluere, non influere, vel effluere. Civitas bonorum malorumque de quibus Auguſtinus *a*, commixtionem hìc habet, donec ultimo judicio ſeparentur, & altera conjuncta Angelis bonis cum rege ſuo vitam conſequatur æternam: altera conjuncta Angelis malis in ignem cum rege ſuo mittatur æternum. De cœleſti beatorum domicilio, ubi flumen, quod eſt Verbum, (procedit enim à Patre, ut à fonte) tribuit beatitudinem, Procopius *b* locum etiam præſentem interpretatur, ut & illud Iſajæ *c*, de rivis currentium aquarum *ſuper omnem montem excelſum & collem elevatum*, quas etiam ait diverſas *in domo Patris manſiones eſſe* d. Impetu fluit fons flumenve gratiæ, quia, ut Thomas notat, repente ſubit, ac vehementer, quemadmodum *ſonus* ille *ſpiritus vehementis* e in Pentecoſte, quem nominat Iſajas *f fluvium violentum*: & ſponſus, *puteum aquarum viventium, quæ fluunt impetu de Libano* g. Impetu fluunt aquæ propter copiam, ſi de alto cadant, etſi anguſta tranſeundum facere debeant. Gratiæ congruunt proprietates hæ atque gloriæ. *Nihil paluſtre, nihil moroſum curſus ejus ſuſtinet* (inquit Caſſiodorus) *cuiſe potentia divinitatis infuderit*: Aqua iſta, ut ait Ruffinus, concupiſcentias & ardores carnis extinguit, & illius impetui nihil reſiſtit. Gregorius *h*. *fluminis impetum* docet eſſe ſcientiam ſcripturarum, quæ ſcientia tanto fluat impetu procedens de Libano, hoc eſt, de dealbatione Baptiſmi, ut electos dum tangit, ab hujus vitæ amore ſubmoveat, & ad æterna gaudia vi impetus ſui quoſque adhærentes trajiciat, & per donum Spiritus Sancti fortiter inundans ex Sapientia Sanctam Eccleſiam, vel cujuslibet capientis mentem infuſione ſua exhilaret. *Flumen* quoque *verbi* Anaſtaſius *i* Sinaita interpretatur, quo irrigetur Eccleſiæ paradiſus. *Velociter currit ſermo Dei* z, ima petit, humilitatem docendo. Fœcundat aridam animæ terram *l*, quadam, *m* velut alluvione corrodit & conſumit quod in corde terreum *n* eſt. Sitim extinguit peccandi: expletque appetitum *o*, ſubmergit profunda ſcrutantes *p*, munit & circum vallat tamquam muro *q*.

Quod attinet ad vim gratiæ, de qua communior eſt expoſitio, quam tradit quoque Procopius *r*, & Cyrillus *ſ*, & Hieronymus *t*, qui profert etiam ex Pſalmo LXIV. *u Flumen Dei repletum eſt aquis*, & ex LXVII. *x benedicite Dominum Deum de fontibus Iſrael*: & Ambroſius *y*, qui diſertè tractat *z*, de vario genere fluviorum juxta myſticum ſenſum: innuit Carthuſianus *a* illius impetu lætificatam Civitatem Dei, quæ eſt Maria, ita ut ab ea fugaret Originale peccatum, nec impetum illum fortiſſimum ferre poſſet, ignavum timidumque peccatum videlicet quo etiam non præveniretur. Hugo Cardinalis aut Alenſis de eadem Deipara interpretatur, ſed ratione incarnati verbi in ipſa, ſimul ac protulit ea verba, *fiat* b *mihi ſecundum verbum tuum*, unde maxima lætitia ſit affecta quam teſtificata eſt, dicens, *exultavit* c, *ſpiritus meus in Deo ſalutari meo*. Favet non obſcure Thaumaturgus *d*. Addunt Hugo & Alenſis præterea *flumen lacrymarum*, quas item vocat David *exitus aquarum* e. Jeremias, *fontem* f & *torrentem* g, ex qua cordis amaritudine gaudium liquidum naſcatur, in quo *extraneus non miſceatur* h. Innuit eumdem ſenſum Auctori *i* operis imperfecti, probans hinc fieri poſſe, ut triſtantes carnaliter, ſpiritualiter gaudemus in ſpe *K*. Crebra mentio admodum in divinis litteris myſticarum aquarum ſeu myſteriorum aquis deſignatorum. Eſt hæc aqua effuſa ad mundandum *l*: ſunt *fontes ſalvatoris* de quibus haurire cum gaudio licet *m*, & ſuper eos educari *n*. Ad iſtas aquas invitantur omnes, ut gratis deguſtent, *o*, quia *patens eſt fons domini Davivid, & habitantibus in Hieruſalem* p, *& per omnes rivos Juda erunt aquæ egrediente fonte de domo* q *Domini*.

Verùm de proprietatibus *aquarum* ſecundùm ſenſus myſticos plura dixi alibi. *Fluminis* demum *diviſionem* Theodoretus hoc loco docet eſſe propagatum per multas regiones Evangelium, quomodo fons Paradiſi diviſus eſt in quatuor flumina irrigantia univerſam terram, juxta cantici Habacuc *r* verba, *fluvios ſcindes terra*. Attigit Ambroſius in Commentario eamdem comparationem, & fontem facit fluxiſſe de latere Chriſti, ſimul-

a 11 Gen. ad litt. c. 25.

b in c. 30. Iſ.
c cap. 30. 25.

d Ioan 14. 2.
e Act. 2. 2.
f cap. 59. 19.
g Cant. 4. 15

h in cap. 4. Cant.

i lib. 3. in Hexam.
k Pſ. 147. 15.
l Pſ. 142. 6.
m Iob. 14. 19
n Ioa. 4. 13.
o Prov. 25.
p Nahum. 1. ult. 14.
q in c. 55 Iſ.
r lib. 5. in Iſ. & 43. & 65 & in 29. Exech. & 47. & in Eccleſ. c. 10. & in c. 2. Nahum. & in Nabac. 3.
ſ in c. 2. Iſ.
t verſ. 10.
u verſ. 27.
x de Paradiſ. c. 1. & Epiſt. 16. edit. Rom.
y Epiſt. 19.
z 2. de dignitate Virg. a. 8.
a Luc. 1. 36.
b ib. 47.
c Serm 1 de Annunc.
d Pſal. 118. 136
e Ier. 7. 1.
f Thren. 1. 10.
g Hom. 15. in Matth.
h Rom. 12. 12.
i Ezech. 36. 25.
K Iſa. 12. 3.
l Pſal. 22. 2
m Iſa. 55. 1.
Apoc. 21. 6.
n Zach. 13. 1
o Ioel. 3. 18.
p cap. 3. 9.
q Pſal. 47. 2.
Pſ. 86. 3.

r c. 60. 14.
6. 64. 10.

A que *diviſiones* accipit de variis virtutibus & donis gratiæ. Eccleſiæ tum triumphanti, tum militanti nomen *Civitatis Dei* tribuitur, non hìc modo, ſed aliis præterea in Pſalmis *ſ*. & in Iſaia *t*, & in Ezech. *u* & in Evangelio Matthæi *x*: Paulus *y* *cives ſanctorum* nos nominat, & Joannes in Apocalypſi *z* deſcribit Civitatem iſtam. Lege Turrecrematam *a*. Hæc civitas, inquit Thomas, eſt liberorum, abundat copia rerum neceſſariarum, habet conjunctionem civium, concordant habitantes in ea, ut ait Ruffinus, muniunt illam virtutes, lex, Rex. In iſta Civitate in cujus deſcriptione immorari non vacat, & de qua tot ac tam *glorioſa dicta ſunt* b, dicitque magis poſſunt, *imaginem* adverſariorum *in nihilum* Deus & Chriſtus *redigit* c, & *iniquitatem* atque *contradictionem* d. Eccleſia ad matutinum Epiphaniæ utitur iſtis verbis antiphonæ loco ante & poſt Pſalmum iſtum in primo nocturno; & ad hymnum trium puerorum ſimili illa [*maria & flumina benedicite Domino, hymnum dicite fontes Domino*) quia eo die Magi primitiæ gentium venerunt ad Chriſtum, *aquæ* vero *multæ populi multi* e: eodem memoria de baptiſmo Chriſti, quo aquæ ad baptiſmum noſtrum conſecratæ ſunt: & de converſa in vinum aqua. Sed hic puteus *f* altus, & excedit, *talos, genua, renes*, aqua iſta nec *poteſt tranſvadari* g, abripitque nos impetu ſuo, ac profunditate mergit.

ſ cap. 40. 1.
t cap 5. 14.
u Eph. 2. 19.
x cap. 21. 2. & ſeq.
y Summa de Eccleſia lib. 1. cap. 23
z Pſal 86. 3.
a Pſ. 72. 20.
b Pſ. 5. 10. Horum verborum uſus in Eccleſia.
c Apoc. 17. 13
d Ioan. 4. 11.
e Exech. 47 3. 4. 5.

f Luc. 1. 35.
g de Fide ad Theodoſ.

Sanctificavit tabernaculum ſuum altiſſimus.) Hieronymus, *ſanctum tabernaculum altiſſimi*. Alii, *ſanctum tabernaculorum altiſſimi*, *vel habitaculorum*, ideſt, ſanctiſſimum. Ut omnis quidem terra Iſrael ſit habitaculum Dei, ſed Jeruſalem ſanctior locus, & in illa is in quo conſtitutum tabernaculum. Paraphraſtes, *orabunt in domo ſanctuarii Domini in tabernaculis altiſſimi*. Symmachum videtur imitatus Hieronymus, niſi quod iſte poſuit nomen *tabernaculi* obliquè τὸ ἅγιον τῆς οκηνώσεως, vel καταοκηνώσεως τῦ ὑψίς vel *ſanctam tabernaculi*, ſive *habitaculi altiſſimi*. Legerunt LXX. verbum קדש *kadaſch*, aut קדש *Kiddeſch*, non autem nomen in regimine קדש *Kedos*, prout nunc legitur, item non משכבי *miſchene*, ſed מתכבו *miſchano*. Senſus eſt, ut dixi, certum præſidium in tabernaculo collocatum à Deo iis qui orationis cauſſa ſeſe ad illud conferrant. Præterea, ut locum ſacrum vererentur hoſtes lædere, Deus vero, ut ſuum tutaretur. De voce *altiſſimi* aliàs actum; circa quam Chryſoſtomus obſervat dignitatem Dei, ut adeo altus, nullo loco comprehenſus, ineffabilis ſubſtantiæ civitatem noſtram ſuum vocet *tabernaculum*.

Myſticè *ſanctificatio tabernaculi* divini denotat Eccleſiam, vel juſtum in quo dignatur Deus habitare per gratiam, & ſpirituali gaudio replere. Obdiverſas enim cauſſa eidem rei convenit *civitatis* nomen ac *tabernaculi*. Præterea Baſilius, Ambroſius, Thomas, Caſſiodorus, Didymus, Gloſſa, Gregorius (hom. ult. in Ezech.) incarnationem planèque ſanctum Chriſti corpus innui volunt; de quo Gabriel, *quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur filius Dei* h. Appellat quoque Chriſtum templum à muliere in lucem editum Cyrillus Alexandrinus *i*, quem citat Damaſcenus *K*. De matre quoque Chriſti exponit Hugo Cardinalis, aut Alenſis & Thomas: quia ſanctificata eſt in utero matris, & de qua illud etiam uſurpatur, *qui creavit me* l, *requievit in tabernaculo meo*. *Sanctificandi* verbum in conceptione rectè conſiſtit, quemadmodum etiam in Chriſto, quem in conceptione ſanctificatum idem Thomas docet hoc loco; non quod aliquando non fuerit ſanctus: ſed quia, inquit, in ipſa conceptione ſanctum Deum formavit. Quid igitur horrent quidam nomen *feſti Conceptionis*, & pro eo ſubſtituunt vocem *ſanctificationis*? Eorum quidem Doctor de ſanctificatione Virginis eumdem iſtum locum accipit, etiam in ſumma: & quo argumento utitur, ut probet in utero fuiſſe ſanctam, qui celebrat Eccleſia nativitatem ejus, eodem nunc pro Conceptione ſi viveret, uteretur, & ut mihi perſuadeo, ſui ordinis hominibus perſuaderet ne ſoli celebrare ſe negarent Conceptionem, quam omnis Eccleſia præter ipſos celebrat ſub hoc ipſo nomine Conceptionis, & non tantum ſanctificationis. Jacobus de Valentia copiosè diſputat de hac immaculata Virginis conceptione, docens *fluminis impetu lætificantis* innui maximam gratiam: *ſanctificatione tabernaculi*, ſanctitatem uteri virginali ad exci-

h lib 4. c. 6.
i Eccl. 24. 12
Pro nomine feſte conceptionis vox ſanctificationis ſubſtituta
K 3. p. q. 2. art. 1.
l art. 2.

pien-

piendum filium Dei una cum gratia quæ animam ejuſdem ſanctificavit: quod *in medio ejus non commovetur Deus*, confirmationem in gratia, & ut à ſua virginitate mentis & corporis numquam recederet, quod *adjuta mane diluculo*, ipſomet inſtanti quo creata eſt anima gratiam recepiſſe, nec originali peccato ſubjacuiſſe. De Maria quoque locum iſtum exponit Damaſcenus *a*, Athanaſius *b*, Methodius *c*. Idem Damaſcenus *d* inducit Apoſtolos & alios fideles hæc inter alia ex Pſalmis verba ſuper mortuæ cadavere concinentes, & ipſemet e illam vocet *templum tabernaculumque*, ſed Athanaſius videtur loqui de ſanctificatione per adventum illum Spiritus ſancti, quem ei Gabriel promittebat *f*. Arcum de lignis Sethim Lyranus *g* figuratè interpretatur de Maria: ea & divino conſilio nata eſt menſe Tiſri ſive Septembri, quo celebrabatur feſtum tabernaculorum *h*. Tabernaculi partes omnes ad eam applicat idem Lyranus, & copioſiùs noſter Barradius *i*. Quod Joannes *k* ſcribit, *Verbum carnem factum habitaſſe in nobis*, Græco verbo σκηνοῦν putat Toletus *l* dici, propter brevem moram qua vixit Chriſtus inter nos, ſed verba Pſalmi denotari breviorem moram, qua diverſatus eſt in ventre matris, ut idcirco voluerit hoc ſuum tabernaculum ſanctificare. Thaumaturgus *m* ait ſalutatione illa *n*, *Dominus tecum*, ſignificatum adventum ſanctificatoris, qui jam prius eam ſanctificaverat, ſicut ex terra virgine creaverat Adam; in qua profectò ſimilitudine innuitur omnino immaculata conceptio, non tantùm virginitatis ejuſdem perpetua. Poteſt *ſanctificatio* demum *tabernaculi* de ſacro altari aptè prædicari, deque ſancta Euchariſtiæ theca, quam appellamus vulgo *tabernaculum*, & de Eccleſia ſive templo toto, quod ritè benedicitur, conſecratur, deducitur, & veteri tabernaculo ſucceſſit, ut Auguſtinus *o* docet: ita ut ſingulis conſecratis altaribus aſſignetur Angelus proprius, quemadmodum in Prato Spirituali *p* Leontius Abbas teſtatur de uno.

a *in Carm.*
b *Tract. de Deipara.*
c *Hom. quadam.*
d *Orat. 1. de dormit B.V.*
e *Orat. 1. de Nativ.*
f *Luc 1. 35.*
g *in c. 25. Ex*
h *Levit. 23. 34*
i *Tost. harm. lib. 6. c. 5.*
k *cap. 1. 14.*
l *ibid. annot. 43.*
m *Ser 1. de annunc.*
n *Luc. 1. 28.*
o *lib. quæſt. in lib. Judicum cap. 36.*
p *cap. 4*

Verſ. 6.) Deus in medio ejus non commovebitur; adjuvabit eam DEUS mane diluculo.

ET ſibimet Deus civitatem iſtam ſanctificavit, ut eſt dictum, & in ipſius quaſi meditullio verſatur. Quocirca tali cuſtode nullum vereri hoſtilem incurſum debet, nullam cladem, nulla mala, non eſt quod perturbetur aut commoveatur. Si quando autem opus fuerit, opem illico afferet, & ſummo mane, & ante auroram. De Eccleſia hoc accipitur, cujus Deus & Chriſtus conſiſtit in medio, tamquam ſol, æquales, ut Baſilius ait, undique ad circuli extremitates, radios emittens, numquam ab ea ſe removens, ſed cum ea permanens *uſque ad conſummationem ſæculi* q, ac in medio verſans *congregatorum in nomine ipſius* r: non ſinens ut concutiatur firmiter fundata Eccleſia *ſ*, illam illuminans & juvans, quum opportunum eſt; quod fuit quando Chriſtus adventu ſuo, qui & *oriens* nominatur *t*, tenebras diſpulit, noctemque præcedente dies appropinquavit *u*. De reſurrectione quoque Chriſti ſummo mane, Didymus, Baſilius, Ambroſius, Beda, Remigius interpretantur, per quam civitatem ſuam, hoc eſt, diſcipulos in quorum deinde medio ſeſe conſtituit, juvit.

Rurſum Didymus & Ambroſius *civitatem vel tabernaculum*, ſumunt pro Chriſti corpore & humanitate, in qua numquam commotum ſit verbum, quam nullum in ea peccatum fuit, nec ab iis partibus quas aſſumpſit, receſſit, neque corrumpi potuit corpus: Deus vero ab iis qui peccant, dicitur *commoveri*: quomodo deambulabat poſt Adæ peccatum *x*. Stephanus vidit *Jeſum ſtantem* y. Hieronymus z explicans locum Proverbiorum, *Bene a conſurgit diluculo, qui quærit bona*, dicit quod *adjuvit Deus diluculo* ideſt, præſentia incarnationis ſuæ, tum per prædicationem, tum per miracula; ſed magnopere reſurrectionis tempore, ne Eccleſia fidem amitteret, Euſebius transfert ad cœtus conventuſve illos Eccleſiaſticos antelucanos, & matutinales, ſimulque arbitratur ad matutinas preces nos excitari, & compelli, ut eas tamquam vitæ noſtræ primitias Deo offeramus: animum enim eo tempore quietum in primis & purum tamquam ſacerdotem Deo ſacra facere conſueviſſe. Hoc eſt *prævenire ſolem ad benedictionem*, *& ad ortum lucis Deum adorare* a. *Mane aſtare Deo* b: *in matutinis meditari* c, quia fuit adjutor, ut hoc item loco Thomas innuit. Idem porro de B. Virginis ſanctificatione in utero, poſtquam formatum fuit corpus & creata anima, exponit, ita ut numquam peccaverit, nec venialiter, ac ita Deus eam *adjuverit mane diluculo*, ideſt, adhuc ea exiſtente in utero, nec in illa *commotus fuerit* etiam veniali peccato. At Joanni Baptiſtæ cum ſanctificatione in utero, quæ Jeremiæ præterea, Jacobo minori, & quibuſdam aliis tribuitur, idem privilegium ſatis multi concedunt, ut venialiter numquam peccaverit, & extendunt nonnulli ad aliquos alios. Decet ergo pro honore Chriſti matrem eximere ab originali peccato, ut eo numquam infecta fuerit, quum idem filius iſto modo adjuvare eam potuerit, *mane diluculo*, ideſt, jam inde à primo inſtanti conceptionis ſuæ matris, præveniendo gratia dicti peccati adventum.

Auguſtinus accommodat ſententiam præſentem ad quemlibet, ut dicatur Deus *in medio*, quia æquus omnibus, perſonas non accipit, ſed æqualiter, ideſt, nullo excepto conſulit omnibus, videlicet nemini negando ſufficientis gratiæ auxilia. Thomas vero adhuc obſervat Deum *jurare mane diluculo*, hoc eſt, communicando ipſum principium boni, quia *non ſumus ſufficientes cogitare aliquid à nobis ſed ſufficientia noſtra à Deo eſt* d, *à quo & velle ac perficere* e. Hoc intellige de cogitatione, perfectione, intellectione operis ad pietatem & ſalutem pertinentis.

Deus in medio ejus non commovebitur.) Ante *non commovebitur*, legunt Codices Complutenſes ac Regii tum Latini, tùm Græci, particulam *& γὰρ*, itaque etiam recitat Theodoretus. Nil intereſt ad ſenſum, qui eſt, vel quod ſit Deus in medio cingens undique ac muniens civitatem tabernaculumve, ac nos ipſos: ut proinde non commoveamur, juxta *f* illud, *Qui confidunt in Domino, ſicut mons Sion: non commovebitur in æternum qui habitat in Hieruſalem; & montes in circuitu ejus & Dominus in circuitu populi ſui:* vel quod Deus ipſe non commovebitur, non inde movebitur, non recedet, *non dormitabit, neque dormiet cuſtodiens ac protegens* g. Hebræus textus habet primum dumtaxat ſenſum, quia verbum eſt generis fœminini, tertiæ perſonæ, ac refertur ad præcedens nomen, cum pronomine affixo ejuſdem fœminini generis indicante civitatem vocatam עיר *khir*. Sic autem ſe habet בקנבח בלחמות אשחים *elohim bekirbah bal thimmoth*: ſed & multo facilior ſenſus eſt ut dicatur quod *civitas non commovebitur*; quæ dicendi formula ſimili ratione de hominibus crebro repetitur *h*; non autem quod ſciam de Deo; etſi dicatur is *non mutari* i. Poſſet quoque idem verbum eſſe ſecundæ perſonæ maſculinæ: ut per aſtrophen intelligeretur de Deo, *Deus in medio ejus non commoveberis*. Sed ea de Deo phraſis ut monui, non videtur uſitata. Placet ille de civitate ſenſus Didymo, Apollinario, Baſilio, Auguſtino, Caſſiodoro, Hieronymo (qui applicat quoque ad Mariam, cui dictum eſt, *Ne timeas*) Remigio, Ruffino, Haimoni (hi dicunt *in medio* eſſe ſicut columnam, ne corruat ædificium) Thomæ (qui ſpectat Deum medium ut eſt in animali cor) & aliis pluribus. Sic porro diſtinguenda eſſet oratio virgula; *Deus in medio ejus*, nimirum, civitatis eſt; *non commovebitur*, eadem nempe civitas. Exiſtentia *in medio* denotat præterea quæ dixi, Deum paratum ac promptum eſſe ad auxilium ferendum: habere omnes in conſpectu tum lædere volentes, tum lædi timentes, ita ut mirificam opitulandi rationem cuncti perſpiciant. *Cras faciet Dominus*, ait Joſue *k*, *in medio veſtrum mirabilia*, ideſt, vobis videntibus. Chriſtus *medius* ſtabat *l*, ſæpeque *in medio* ſuorum erat, *tamquam qui miniſtrat* m, & cunctorum commodis inſervit. *Mediator* appellatur *Dei & hominum* n, *ſequeſter & medius* inter Deum & nos, ut de ſe loquebatur Moſes *o*, velut is quem vidit Ezechiel *p* medium inter ſex, qui volebant occidere populum: aut quemadmodum Aaron *ſtans inter mortuos & viventes* q, aut ſicut *lignum vitæ in medio paradiſi* r, aut ut Sol in medio planetarum, qui ſtetit quoque *in medio Cœli*, donec populus ſub-

a *Sap. 16. 27.*
b *Pſal 5. 5.*
c *Pſal. 5. 5.*
B. Virgo etiam ſine peccato veniali.
Joannis Baptiſtæ & aliorum ab utero ſanctificatio.
d *2. Cor. 3. 5.*
e *Phil. 2. 13.*
f *Pſ. 224.*
g *Pſ. 120. 5.*
h *Pſ. 15 8 Pſ. 20. 8. Pſ. 124. 1. & alibi.*
i *Malac. 3. 6*
k *c. 3. 50.*
l *Joan. 1. 26.*
m *Luc. 22. 27*
n *1. Tim. 2. 5*
o *Deut. 5. 5.*
p *c. 9. 2.*
q *Nu. 16. 45. Sap. 18. 21.*
r *Gen. 2. 9.*
ſ *Matt. ult. 20.*
t *Luc. 1. 78. 20.*
u *Mal. 4. 16. 18*
x *Zach 8. 7.*
y *Rom. 13. 12*
x *Gen. 3. 8.*
y *Act. 7. 55*
z *in c. 11. Prov. 27.*
a *Prov. 27. 14*
Loci proverbiorum expoſitio.

a Joſue 10.13 b Hieron. in Pſ. 56 c Zach. 2.4.5

ſubverteret civitatem Hai *a*. Beata civitas, ait Hugo *b*. Victorinus, quæ Regem habet Deum, quia quum foris bella patitur, pax ejus intus non conturbatur. Felix ille, qui talem habet animam, ita in amore Dei ſolidatam, ut quæcumque foris moleſtiæ perſtrepant, tamen uſque ad ſilentium internæ quietis non irrumpant, quia Deus, qui pacis amator eſt, cor conturbatum inhabitare non poteſt: *Lætare Hieruſalem*, ait Deus, *quia habito in medio ſuo c.*

Adjuvabit eam Deus mane diluculo.) Hieronymus, *auxiliabitur ei Deus in ortu matutino.* Alii (apparente mane;) vel magis ad verbum, ex Hebræo לפנות בקר *liphnoth boker*, *ad aſpiciendum mane*, vel, *auroram*, hoc eſt, dum ipſa aſpiciet terram, aut dum quivis alius illam: aut, ad proſpectum auroræ, ſive ad proſpectus auroræ, nempe quoties nova exſurget aurora, ſingulique diebus. Geminatur Græcè in multis codicibus τὸ πρὸς πρωὶ πρωὶ *ad mane mane*, ideſt, bene mane, valde mane, valde cito, quam primum. Symmachus περὶ τὸν ὄρθρον *circa diluculum*. Aquila τῷ γοῦσαι πρωΐαν, *quum vergit ad diluculum tempus*. In Pſalter. Ambroſiano, *à matutino in matutinum*. Tempore quidem diluculi ac auroræ oppugnari ſolent urbes, & iniri pugna *d* ut idcircò tunc oppurtunum ſit auxilium Dei: tamen uſurpatur eadem formula ad quovis tempore obiatum, ſed citò, maturè, opportunè, tempeſtivè: & quod ſic fit, cujuslibet ſit generis, dici ſolet tali tempore fieri; ut *repleri mane miſericordia* e: *In tribulatione mane conſurgere ad Deum* f. *In matutino interficere peccatores terræ* g; *Caſtigaris in matutinis* h: Deus ipſe *mane conſurgere* ſcribitur, & *loquii*. Oratur etiam ut ſit *brachium noſtrum in mane* k. Denique Baſilius & Theodoretus exponunt velociſſimum auxilium, monent autem Euthymius atque Nicephorus denotari ſummam celeritatem & comparationem unius diluculi ad aliud diluculum, veluti ſit quoddam diluculum alterius diluculi. Id indicat verſio Pſalterii Ambroſiani, ſeu Gallicani, recitata. Similis quoque phraſis qua ſperare dicimur *à cuſtodia matutina uſque ad noctem* l. Beda hoc loco vult ſignificari ſedulum auxilium; quoniam qui mane ſurgunt, ſeduli ad opera ſua videntur. Neſcio unde Nebienſis acceperit, quod in paraphraſi Chaldæa ponit, *adjuvabit eam Deus propter meritum Abraham, qui oravit pro ea in tempore matutino*. In emendatis Græcis Bibliis extat, βοηθήσει αὐτῇ ὁ θεὸς τῷ προσώπῳ αὐτοῦ; *Adjuvabit eam Deus vultu ſuo*. Meminit de eadem verſione Arnobius, Ambroſius, Thomas, Beda, Haimo, & de Græcis Cyrillus, illamque ſequitur Auguſtinus, Caſſiodorus, & Pſalterium Romanum: & Eccleſia in officio divino eadem utitur. Complexus eſt utramque Apollinarius in paraphraſi, & in Commentario, ſi tamen eſt idem auctor. In illa ſic habet:

d Joſue 6.15 e 8.10. 4 Reg. 6.15.
e Pſ. 89.14. f Oſea 6.1. g Pſ. 100.8. h Pſ. 72.14. i Jer. 7.13. Iſa. 33.2.
l Pſa. 129 6. Mane ſurgentium ſedulitas ad otius denotata.

Ἐ' ξηὼς ἐπ' ἰχουρον ἔχει παντὶ σκοπον ὄμμα.
Ex aurora auxiliarem habet providum oculum,

In commentario *diluculum* interpretatur de lumine ſpirituali, *vultum*, Apoſtolos, & qui poſt eos conſequenter Eccleſiæ præfuerunt, quibus Deus vires ac nervos addidit, ut conſtanter prædicationis munus ſuſciperent. Cyrillus pronomen *ſuo*, refert ad civitatem, quæ adjuvatur quaſi vultum habeat, cujus Deus pulchritudinem intactam & incorruptam ſervet per fidem & alia virtutum ornamenta. Ambroſius explicat *ſuo Deum vultu adjudicare*, ideſt, favere: hoc pacto dici Deum *reſpexiſſe ad Abel & munera ejus* m, & Chriſtum ad Petrum poſt negationem *n* orari, ut *oſtendat faciem ſuam* o, quia aſpectus Dei ſalus noſtra eſt. Eodem ſpectat expoſitio Auguſtini & Bedæ *adjuvare vultu*, hoc eſt demonſtratione ac præſentia per opus quod adjuvat. Caſſiodorus, Haimo, Aiguanus hoc referunt ad Incarnationis præſentiam, quando vultus Dei ſalutaris illuxit, quem *deprecantur omnes divites* p *plebis*. Thomas ad futuram viſionem Dei, quando oſtenſa facie illius *ſalvi erimus* q, *& latificabit nos in gaudio cum vultu ſuo* r.

m Gen. 4.4. n Luc. 22.61 o Pſ. 79.4.8. p Pſ. 44.13. q Pſ. 79.4.8. r Pſ. 20.7.

Verſ. 7.) Conturbatæ ſunt Gentes, & inclinata ſunt regna, dedit vocem ſuam, mota eſt terra.

SEnſerunt vim divini auxilii, civitatis Dei hoſtes, contra ſe: corruerunt enim ac eorum regna collapſa ſunt. Ad ſolam divinæ Majeſtatis vocem contremuit, viribuſq; diſſoluta eſt terra, & habitantes in ea, ſeu calcantes eam hoſtes; hoc eſt, quod ſupra obſcuriùs dictum fuit *f*, *non timebimus dum turbabitur terra & transferentur montes in cor maris. Sonuerunt & turbatæ ſunt aquæ eorum, conturbati ſunt montes in fortitudine ejus.* Turbatio terræ & conturbatæ gentes, idem ſunt: translatio montium & inclinatio regnorum, ſonitus conturbatioq; in fortitudine, & quod quum vox data eſt, mota ſit terra. Tale quod Pſ. xvii. 8 dicitur, *Intonuit de cœlo Dominus, & altiſſimus dedit vocem ſuam, grando & carbones ignis: miſit ſagittas ſuas & diſſipavit eos; fulgura multiplicavit, & conturbavit eos.* De gentium converſione, una cum dæmonum & Tyrannorum perſecutione quam vox prædicationis vicerit & miraculorum potentia, ita ut *vultu in terram demiſſo*, etiam *Reges adoraverint* Chriſtum *u*, & *gentes ſervierint* ei *x*, paſſim locum præſentem enarratores declarant. Baſilius ſimilitudinem affert petitam à duce ſtrenuo, invictoq; Imperatore, qui ſubito adveniens in auxilium civitatis obſeſſæ, obſidionem diſſolvat, copias hoſtiles diſſipet, reges in fugam vertat, atq; hoc quidem propterea quod vocem cum virtute in adverſarios edat, & vocis vehementia eorum corda conſternat, qui fugati per vicos & civitates clamore ac vociferatione omnia compleant, commoveantq; Hoc ait Heſychius factum præſertim tempore Pentecoſtes, ingenti voce de cœlis audita, quum Gentes percepta in Apoſtolis varietate linguarum, conturbatæ ſunt; & inclinata ſunt Regna Judæorum, colla Evangelio ſubmittentium *y*. Addit Ambr. vocem clamoremq; Chriſti in Cruce *z*, ad quem univerſa elementa tremuerunt, omnis terra commota eſt. Sic vero *commotio & inclinatio* tum in bonam partem accipiuntur, tum in malam. Poteſt etiam adventus Chriſti in carnem intelligi eo modo quo Aggæi *a* vaticinium, ut hoc loco notat Carthuſianus, *adhuc unum modicum, & ego movebo cœlum, & terram, & mare, & aridam, & veniet deſideratus cunctis gentibus*; quod re ipſa quo pacto ita contigerit, oſtendit idem auctor, & hi qui eumdem Prophetam interpretantur. Juxta litteram putant quidam hic innui victorias Joſuæ *b*, vel David contra Ammonitas *c* vel Ezechiæ *d* adverſus Aſſyrios, vel totius populi contra Ægyptios aliosq; donec pervenirent ad poſſeſſionem promiſſæ terræ.

f v. 3.
t v. 5. u Iſa. 49 23 x Pſ. 71.11
y Act. 2.37 z Matt 27. 2 c. 27. a c. 2. loc. 12 1. b c. 5. loc. 12 c ſ. R. c. 10. 13 d 4. Re. 19. 35

Conturbatæ ſunt gentes. Refertur alia lectio in Scholio & apud Chryſoſt. συνήχθησαν, aut συνήχθη ἔθνη, ἔθνη *congregatæ ſunt gentes congregatione*, videl. cum conturbatione ac tumultu. Paraphraſtes, *quando dabat legem populo ſuo, conturbatæ ſunt gentes.* *Conturbatio* ſumi quoque in bonam partem poteſt. Nimirum in conſcientia, & per compunctionem, & gentes, גוים *goiim*, tam de Judæis intelligi quam de Gentilibus, ut aliàs non raro: ſicut Pſ. 11. vidimus. Talis conturbatio cum compunctione contigit, quando legem promulgavit Chriſtum in Pentecoſte per Apoſtolos, trium millium baptizatorum à Petro *e*.

e Act. 2. 41.

Et inclinatæ ſunt regna. (Hieron. *concuſſa*. Alii, *infremuerunt*, vel *commotæ ſunt*. Aquila ἐσφάλησαν, *prolapſa ſunt*: Symmachus περιετράπησαν, *everſa ſunt*. Hebr. מוטו *matu*, ſignificat *nutaverunt*, ceciderunt, lapſa ſunt, perverſa, mota, deniq; etiam inclinata. Et idem valet נטו *natu*, unde forſan *nutare* noſtrum: Bene etiam Latinè dicimus, *domum inclinare*, vel *inclinari rem, fortunam, ſpem, aciem*, Remp. Chald. *tremuerunt* אורעוו *izdahhzahhu*. Accipiunt nonnulli *inclinationem* & *commotionem* bonam quam voluntates inclinentur ad recipiendum Chriſtum. Verior ſenſus de caſu & prolapſione ac, ſi de Chriſto intelligatur, eorum Regnorum, quę nolint recipere Chriſtum. Id initio factum ſcimus: mirificè vero propagata regna, quæ ſe legi ejus ſubdiderunt: Rurſum ipſimet non majores aviq; noſtri tantum infelicem conſpicimus caſum regnorum provinciarumq; quæ vel penitus defecerunt à Chriſto, vel ab ejus orthodoxa fide, vel à pietate moribuſq; Chriſtianis. Ceterum rectè conturbaris gentibus, inclinata regna

gna dicuntur, quia *omne regnum in ſe diviſum deſolabitur* a: quum ſoli ſcilicet concurrunt alii adverſus alios, & pugnat *vir contra fratrem ſuum & vir contra amicum ſuum*. *In multitudine populi dignitas regis* (regnique) *& in paucitate plebis*, deſciſcentis & diſcordantis) *ignominia principis* c, συντριβή, מחתת *mechithath*, *contritio*, vel *terror*. Ex quo loco Auguſtinus *d* Donatiſtas refellit aſſerentes in Africa ſola Eccleſiam remanſiſſe. Idem porro ſcribit *e* quod per omnes terras innumerabiliter pro fidei veritate morientibus ipſa perſequentia regna ceſſerunt, & ad Chriſtum cognoſcendum atque venerandum fracta ſuperbiæ cervice converſa ſunt.

Dedit vocem ſuam, mota eſt terra.) Hieronymus, *proſtrata eſt*. Alii, *defluxit*, aut *contremuit*. In codicibus Complutenſibus regiis & aliis tum Græcis, tum Latinis, *dedit vocem ſuam altiſſimus & mota eſt terra*. Ita etiam eſt in Pſalterio Romano & Ambroſiano, & in Æthiopico, & apud Ambroſium, Auguſtinum, Caſſiodorum. Exponunt nonnulli de clangore tubarum à ſacerdotibus facto juſſu Dei, ad quem corruerunt muri Hiericho *f*, quidam de tonitruo, fulmine, fulgure, quibus terrefacta ſint hoſtium caſtra, eorumque corda tamquam calore diſſoluta inſtar ceræ, quod importat Verbum חמוג *chamug*, ſic Pſalmo XVII. *g* *Intonuit de cœlo Dominus, & Altiſſimus dedit vocem ſuam, grando & carbones ignis; miſit ſagittas ſuas & diſſipavit eos, fulgura multiplicavit & conturbavit eos*. Plures accipiunt pro divino imperio, cujus effectus veluti ſola vocis extiterit prolatione, quo etiam modo dicitur mundum creaviſſe *h*. In eo ſenſu intelligitur quod eſt Pſal. LXXV. *i* huic ſatis ſimili, *de cœlo auditum feciſti judicium, terra tremuit & quievit, quum exurgeret in judicium Deus*. Magna vis vocis Dei, de qua egimus Pſalm. XXVIII. tum vero quando vocat, ut expertus eſt Saulus *k*: ſed non ſemper dare vult Deus virtutem voci ſuæ, hoc eſt, efficaciam abſolutè, verùm exigit clamando, ut qui habet aures audiendi audiat *l*, & ne ſi vocem ejus audiat quis *obduret cor ſuum* m. Vox alarum, myſticorum animalium, & Evangelicorum Prædicatorum, quaſi *ſonus aquarum multarum* & *ſonus ſublimis Dei* n. Vox etiam Dei evocabit mortuos ad judicium & reſurrectionem.

a *Mat.* 12. 25
b *Iſ.* 19. 2
c *Pr.* 24. 28
d 1. *cont. ep. Parm. c. ult.* Donatiſtæ aſſerentes in Africa ſola Eccleſiam remanſiſſe refutati.
e *de Cat. rud. c.* 24
f *Joſue* 6. 5
g v. 15
h *Gen* 1. 6
i v. 9.
k *Act.* 9. 4
l *Mat.* 13. 9
m *Pſ.* 94. 8
n *Ezec.* 1. 24. c. 43. 2

Verſ. 8.) Dominus virtutum nobiſcum, ſuſceptor noſter Deus Jacob.

EXclamat gratulando, & more triumphantis geſtiendo, atque in Deum Victoriam transferendo. Qui quum ſit *Sabaoth*, ideſt, *exercituum Dei*, & in ejus poteſtate armorum bellique omnis, quam vocant *alea* poſita, exituſve, & quem præſertim propitium Jacob expertus eſt, quia religioſiùs ipſum coluit, dignatus fuerit ad ſe confugientes tueri, & ſuſcipere ac præſentiæ ſuæ favore hoſtibus reddere ſuperiores. Profitentur fideles novi teſtamenti ejuſdem ſe cultores Dei, quem qui ad vetus pertinebant, colebant, nominantes *Deum Sabaoth*, nec non *Deum Jacob*, etſi etiam *Abraham* & *Iſaac*.

Dominus virtutum nobiſcum.) Hieronymus, *exercituum*. Hoc valet צבאות *tſeuaoth* & κύριος δυνάμεων, ut aliàs docuimus, maximè Pſal. XIII. exercitus vero intelligo tam humanos quàm Angelicos. *Exercitum* ſuum vocat Deus *o* populum ſuum: & Angelus allocutus Joſue *p* nominavit ſe principem exercitus Domini, & viſi ſunt equi curruſque ignei auxiliatores Eliſæi *q*. Denique omiſſis aliis teſtimoniis ac exemplis militia cœleſtis exercitus *r* de Angelis dicitur, ut nihil etiam de ſtellis dicam. Chryſoſtomus & Caſſiodorus Angelos innui volunt numero prope infinitos, præſtantes potentia, & potentes virtute *ſ*: ita ut unus nocte una *centum octoginta millia* t ſuſtulerit Hieronymus Angelis jungit homines. Aiguanus omnes Angelos per unum ordinem virtutum deſignari dicit. Non ergo virtutes, ut indicat Ruffinus, dona ſunt habituum bonorum, quæ Deus communicet. Porro Dominus hic nobiſcum eſt quidem ſemper, ſed tunc peculiari quodam modo, quando, quod non ante faciebat, juvat, vel novo quopiam beneficio afficit. Exprimit Chald. אמערנא *beſahhdana*, *in adjutorium noſtrum*. Videntur Baſilius, Ambroſius, Thomas, Remigius, Hieronymus, Beda, Bruno, proprer עכוג *himmanu*, quod hic eſt, ſignificans, *nobiſcum*, & *nomen Domini* vel *Dei*, licèt non אל *el* ſit, ſed יהוה *Johovah*, velle hoc loco alludi ad incarnationem, in qua ortus eſt Emanuel, quod ſignificat, *nobiſcum Deus*, quamvis Bruno fallatur dicens Hebraicè hoc loco eſſe nomen ipſum *Emmanuel*. Idem illud indicat Auguſtinus, & alii, hinc inferentes nullam creaturam ſufficere potuiſſe ad conferendam nobis ſalutem. Quamvis de vocabulo *Emmanuel* non meminerint. Athanaſius *u* hinc argumentatur pro divinitate Chriſti. Addit Thomas familiarem converſationem *x* Chriſti; & inhabitationem per fidem gratiamque *in cordibus noſtris*, nemo diffidit, ſi habeat Deum proſe, & juxta *z* ſe, & ſecum *a*. Non alia melior ſalutatio apprecatioque quàm, *Dominus vobiſcum*, quam ſolemnitet frequentat Eccleſia, de qua ritualium ſcriptores, maximè Jo. Stephanus Durantus *b*, & proprio tractatu Petrus Damiani. Salutavit ſic Angelus Gedeonem *c*, mirantem qui fieri poſſet ut apprehenderent mala eos quibuſcum Dominus eſſet: ſic Gabriel *d* Mariam: ſic Booz metores *e* ſuos. Præterea Deus frequenter dum aliquem animaret ad aggrediendum aliquod opus, dicebat, *quia ego tecum ſum*, vel pollicebatur Angelum cum ipſo futurum *g*: id etiam alii aliis promittebant *h* aut optabant. Dicta relege ad alterius verba Pſalmi *k*, *non timebo mala quoniam tu mecum es*. Sub Imperatore Juſtino terræmotus Antiochiæ compreſſus hac ratione *l* proditur, quum Chriſti nomen pro toribus omnes inſcriſiſſent, quia Religioſo cuidam præceptum divinitùs fuerat hæc toribus verba inſcribi, *Chriſtus nobiſcum ſtate*. Quod attinet ad *Emmanuel*, & ſi non ita ſit vocatus Chriſtus ſufficit quod ei conveniat res ſignificata, ſicut & aliorum vocabulorum, quibus vocandum idem Iſaias prædixerat, ut *m*, *Accelera, ſpolia, detrahe; feſtina prædari*. Nec refert quod apud * eumdem Hebr. habetur, *Vocabis nomen eius Emmanuel*, verbo ſeminini generis קראת *Karath* Græcè καλέσεις, & apud Matthæum *n* *vocabant*. In editione Latina Iſaiæ *vocabitur*. Nam ſic vocatus etiam eſt à Matre ipſa, ad quam perſona ſecunda ſemina pertinet, non autem ad domum, ut voluit Origenes *o*, quia domus Hebræum nomen איח *beth*, eſt maſculinum, quippe Mater bene conſcia Filii ſe Matrem Dei dicere poterat, & dixiſſe credi poteſt apud ſe, & apud nos Deum eſſe. Rem porro ſignificatum in Emmanuele ſpectandam, non ſonum vocis, Juſtinus *p* ac Tertulli anus *q*, monent. Lege Leonem Caſtro in Iſaiam, & Tertulliani Scholiaſtem Pamelium. Multo ſine dubio melius acclamatur de Chriſto à Chriſtianis, *nobiſcum Deus*, qui dixit *r*, *tanto tempore vobiſcum ſum, ecce vobiſcum ſum* ſ *uſque ad conſummationem ſæculi*, hoc eſt, hominum aliorum more, cum hìc viveret, & nunc ſacramentaliter; quam de Alexandro Magno, ut eum ridens docet Lucianus, in dialogis mortuorum, 13 & 14.

Suſceptor noſter,) Hieron. *Protector*, de vocibus ὑπερασπιστὴς & משגנו *miſgau* & *ſuceptor*, actum ſatis aliàs. Hebræa valet etiam *exultationem* s aut *arcem altam*. Ægrotum Auguſt. qui curatur à medico, *medici* vocari *ſuſceptum* dicit, præterea *infantem parvulum* qui non exponitur, ſed nutritur à parentibus; Deum utroq; munere fungi erga nos. Caſſiodorus, Thomas, Remigius, Ruffinus, Haimo, Beda, Bruno, Valentia, Turrecremata, ſuſceptionem naturæ humanæ à Chriſto factam intelligunt. Addit Thomas quod ſuſceperit nos in curam ſuam quod Bruno & Hugo Cardin. exponunt per officium patroni. *Suſcipere liberos* & *cauſſam* Latini dicunt, Juriſconſulti quoq; *ſuſceptos* nominant clientes qui ſe & bona ſua tuenda & defendenda potentiorib. addicunt. *Suſceptores* autem annonis & tributis ærarii recipiendis prepoſitos. Uſu Eccleſiaſtico iidem ſunt, qui & patrini, fide juſſores, ſponſores, ἀνάδοχοι, ſpiritales patres baptizatorum & compartes patrum carnalium. Aptari notiones hæ propoſito poſſunt. Ad litteram nil aliud *ſuſceptor* ſignificat, quàm adjutorem & auxiliatorem.

Deus Jacob.) Lege Pſal. XIX. *t*. *Protegat te nomen Dei Jacob*. Mentio fit Dei, ut Dei Jacob, quum agitur de illo tamquam de auxiliatore, quin opitulatus eſt Deus Patriarchæ illi, colluctatus cum ipſo per Angelum *u*: quod nobiſcum Deum futurum per incarnationem deſignabat, ut ait Euſebius, Theodoretus, Euthymius, quia, ut duo poſteriores adhuc notant, atq; Valentia, pri-

o *Exo.* 7. 4 *c.* 12. 41
p *Joſ.* 5. 14
q 4. *Reg.* 6. 12
r *Luc* 2. 13
ſ *Pſ* 102. 20
t 4. *Reg.* 19. 35. Alluſio ad incarnationem in qua ortus eſt Emmanuel Nullam creaturam ſufficere potuiſſe ad conferendam nobis ſalutem un. deinferatur
u *Or.* 3. *cont. Arian.*
x *Bar.* 3. 38 *Ep.* 3. 17
y *Rom.* 8. 31
z *Job.* 17. 3
a *Pſ.* 22. 4 *Jer.* 20. 11 Salutatio optima & apprecatio.
b 2. *de rit. lib. Eccleſ.* 15
c *Jud.* 6. 12 13.
d *Luc.* 1. 28
e *Ruth.* 2. 4
f *Gen.* 21. 22 *Exo.* 3. 12 *Deut.* 31. 23 *Joſ.* 1. 5. 9 c. 3 7 *Jud.* 6. 16
g *Gen.* 24. 40 Terræ motus ſub Imp Juſtino Antiochiæ compreſſus.
h *Exo.* 18. 19 *Deut.* 20. 1 *c.* 31 8. 1. *Reg.* 10. 7
i *Joſ.* 1 17. 1. *Reg.* 17. 37 *c.* 20. 13. *Jud* 6 18 *c.* 7. 34
k *Pſ.* 22. 4
l *Nat. l.* 17. *c.* 3
m *c.* 8. 3
* *c.* 7 14
n *c.* 2. 23
o *Eſa.* 2. *in Iſ.*
p *in Typho. & q.* 135. *Marc. c.* 12 & 13
r *Joan.* 14. 9 *Mat ult.* 20
t *verſ.* 1
u *Gen.* 32. 24 *c.* 49. 10.

primus Jacob prædixit Gentium vocationem *a*; *non auferetur ſceptrum de Juda; & dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio Gentium*: quia monemur, ut obſervat Didymus, Ambroſiuſque, imitari Jacob odorem, virtutem, certamina, exercitia, luctam, ſicque filii ejus eſſe, ſicut qui fidem Abrahæ imitantur, ejuſdem *filii* appellantur *b*. Nam ſi opera Jacob, ait Ambroſius, vel quia illum æquare non poſſumus, ſtudia operis ejus ac fidei, non agnoſcat Deus in nobis; quomodo quaſi Deus Jacob *c* nos juvare dignabitur? Attingit aliam cauſſam Caſſiodorus, quia Jacob fuit devotus, ut conſtat ex voto quod fecit Deo, & ex lapide quem ritè conſecravit *d*, ideoque tanta Deus ei contulit beneficia: ſimilia collaturus ſimiliter credentibus atque colentibus eum; ne veteris putetur dumtaxat Deus teſtamenti: quod etiam annotavit Baſilius, Thomas, Hugo, Remigius: quæ ratio idem valet, quando in teſtamento novo nominatur præterea *Deus Abraham & Iſaac*. In nomine *Jacob* ſupplantationem vitiorum attendunt Hieronymus, Ruffinus, Beda, Ricardus Pampolitanus, Aiguanus, Carthuſianus, Ludolphus: Haimo autem quod ſicut ſupplantavit Jacob benedictionem fratri, & dignitatem emit primogenituræ; ſic Eccleſia gentium ſupplantavit promiſſam priori populo benedictionem, & præſentia dans, cœleſtia comparat: ſcilicet per elemoſynas & cetera bona. Pertinet eodem quod Jacob typus fuit non ſolum populi minoris, ſed etiam electorum. *Jacob enim dilexit Deus, Eſau autem odio habuit* e. Denique peculiariter in domo Jacob regnaturum Chriſtum prædixit Gabriel *f*. Sed citato Pſalmo XIX. ut dixi, de hoc eodem cognitione *Dei Jacob* actum eſt. In fine verſus iſtius iterum ponitur סלה *ſelah*, quod quum Hieronymus reddat, *ſemper*, ut & Paraphraſtes, *in ſæcula*, putant quidam indicari perpetuitatem regni Chriſti prædictam ab eodem Gabriele in domo Jacob.

a *Joan* 8.33.

b *Gen.*28.10 Jacob devotum ingenium.

c *ib.*18 33. Jacob quatis typus fuerat.

d *Rom* 9.13

e *Luc.*1.31.

f *c.*2.4.

Verſ. 9.) Venite & videte opera Domini, quæ poſuit prodigia ſuper terram.

Verſ. 10.) Auferens bella uſque ad finem terræ. Arcum conteret, & confringet arma, & ſcuta comburet igni.

CAnit modo epinicion, cunctos lætus invitans ad rei adeo ſtupendæ ſpectaculum, cupiens plures victoriæ tantæ conſcios habere, miratores, laudatores; quod nempe Deus ille virtutum & adjutor fortis, funditus hoſtes deleverit; bellis planè ſilentium ac finem ubique ac in perpetuum impoſuerit; effeceritque ut quieſceret terra à præliis; omne armorum genus utrinque & vincentium & eorum qui victi ſunt, comminui præceperit; ac in domeſticos paciſque uſus converti, vel ad hos uſus arma inutilia, flammis abſumi. Quo autem hæc cumque modo velit, quis ad litteram intelligi de hoſtibus Hebræorum, negari non poteſt quod communis habet Enarratorum ſententia, longè meliùs ac veriùs victoriis Chriſti convenire. Hoc enim eſt quod Iſaias *g* prædixit, eumque imitatus Michas *h*, *conflandos gladios in vomeres, & lanceas in falces, non levaturam gentem contra gentem gladium, nec exercendos ultra ad prælium*: quod Ezechiel *i*, *ſuccenſuros, & combuſturos arma, clypeum, & haſtas, arcum & ſagittas, & baculos manuum & contos*: quod Zacharias *k*, veniente rege juſto, & ſalvatore, & paupere, *diſperdendam quadrigam ex Ephraim, & equum de Jeruſalem, & diſſipandum arcum belli, & locuturum pacem gentibus*, & futuram *poteſtatem illius à mari uſque ad mare, & à fluminibus uſque ad fines terræ*: quod iterum vates noſter *l*, *oriturum in diebus* Chriſti *cum juſtitia abundantiam pacis*; & Criſtum *m confracturum potentias arcuum, ſcutum, gladium, bellum*. Nato quidem Chriſto pax erat in orbe univerſo poſt adeo multa bella; quorum exempla quædam profert Ambroſius: ſed hæc portendebat illam, quam hominibus bonæ voluntatis denuntiabant Angeli *n*: irrita quoque deinceps futura contra Eccleſiam arma omnia, ipſaſque non prævalituras inferni portas *o*: impietatis bella, ut Auguſtinus ait, & arma externa nihil nocitura his, qui non de ſe confidant, ſed exuendo ſeſe armis propriæ præſumptionis, eaque conterendo, confringendo, comburendo in ſuſceptore, atque adjutore Deo, nec aliis armis muniant ſeſe, quàm Evangelicis veritatis, continentiæ, ſalutis, ſpei, fidei, charitatis, & ferveant illo igne, quem Chriſtus venit *mittere in terram* p, à cujus calore non eſt, *qui ſe abſcondat* q. Certè vix natus eſt Chriſtus, quum ſævijit Herodes in pueros, & fugit Chriſtus ipſe. Poſtquam prædicare cœpit, contradictum eſt ei multis modis; denique dira ei illata mors: diſcipuli delituerunt metu ante Pentecoſtem, poſtea flagellati ſunt Jeroſolymis: deinceps ad unum fere omnes trucidati cum infinita fidelium multitudine; quod magiſter tantò ante prænuntiaverat, ſe ſeque glaudium ac ignem, non pacem huc attuliſſe r. Integræ militum Chriſtianorum legiones armis ultro poſitis ſe ſe pro Chriſto necari tulerunt, quum tueri poſſent; incredibili patientia in tot tentationibus perſecutionibuſque confeſſores; hi qui ſe non ſinunt *vinci à malo, ſed vincunt in bono malum* ſ, atque *carbones* beneficiorum *congerunt in capita* inimicorum t, nonne liquido demonſtrant & nulla ſibi eſſe arma ad vindicandum atque offendendum & perſequentium arma hebetia, irritoque ictu obſervatam patientiam, conſtantiamque ferientia; ſuæ verò militiæ arma *non carnalia* eſſe, ſed *potentia Deo ad deſtructionem munitionum, & conſiliorum, & omnis altitudinis extollentis ſe adverſus ſcientiam Dei* u? &c. Quamquam pacem illam, vacationemque à bellis externis tantam in Imperio Romano, eo profeciſſe Ambroſius obſervat, ut rectè, poſtea per totum orbem Apoſtoli mitterentur, illiſque etiam interclusa Barbaricis montibus regna paterent, ut Thomæ India, &c. & iidem diſſidia quoque donata pace componerent. Sed hoc religionis Chriſtianæ fructu ſane magno, quem Chryſoſtom. quoque conſiderant, malorem ait ex ſpirituali pace adverſus bella nequitiæ ſpiritualis, ignita Diaboli tela, ſcuta perfidiæ. Arma piorum ſunt lacrymæ gemituſque, neque cuſtodienda Eccleſia more caſtrorum, ut Cantuarienſis Thomas dixit x, ſecutus, ut puto, exemplum Ambroſii, qui baſilicam tradere noluit, nec tamen pugnare, dicens arma ſua eſſe in Chriſti nomine. Nec ſequitur tamen Chriſtianis non eſſe licitum bellum; qua de re aliàs egimus; ſed ſummum quod ad Eccleſiaſticis viris exerceri non debet immediatè; ſed hoc ipſum poſtea monebimus.

g *c.*24.3. h *c* 30.9. 10. i *c.*9.10.

k *Pſ.*71.7.

l *Pſ.*75.4.

m *Luc.*2.14

n *Mat.*16.18

o *Luc.*12.49

p *Pſ.*18.7.

q *Luc.*12.52

r *Rom.*12.21

ſ *Ibid.*20.

t *2. Cor.* 10. 45.

u *in vita ep.* 14. *ad Rom. ad Marcell.*

x *Pſ.* 35. 12.

Venite & videte.) Loco primi verbi Paraphraſtes ponit אולו *exilu, ambulate*. Illo ait Baſilius abſentes longius à verbo veritatis ut propius accedant ad agnitionem idque per bona opera, invitari, tamquam paternis vocibus, cujuſmodi ſunt etiam, *Venite* y *filii audite me: venite* z *ad me omnes, qui laboratis*. Didymus, eos qui reſpicaciter cernunt: ſcilicet qui cum lumine divino, cui reſpondere poſſunt, id efficere magis valent. Quo pacto intelligo id quod tam crebro uſurpatur in Evangelia *a*, & in Apocalypſi *b*: *qui habet aures audiendi, audiat*; hoc eſt, qui divina verba percipit, ad ea animum, & voluntatem applicet, atque obediat. Sic guſtans videt *c*, qui quod approbat conſentiendo gratiæ, magis per eamdem contemplatur: veniens videt, qui per lumen gratiæ accedens magis illuminatur. *Venire*, ac *videre* interpretatur quantum ad finem Auguſtinus, non pedibus, navibus, pennis, equis; ſed ipſomet ad nos veniente Deo & Chriſto, qui ex lapillo evaſit *mons magnus* implens *univerſam faciem terræ* d, ad quem montem hortatur Iſaias omnes venire & aſcendere, hoc credere ac proficere.

y *Matth.*11.28 z *Mat.*13.9. 43.

a *c.*2.17. b *Pſ.*33.9.

c *Dan.*2.37.

d *cap.*2.3.

Opera Domini, quæ, poſuit prodigia ſuper terram.) Loco pronominis *quæ*, putant aliqui poni poſſe, *qui*: ut referatur ad Dominum; & ita volunt eſſe in textu Chaldæo; quo item pacto Latinè textum illum convertunt. Ad ſenſum nihil refert, utro legamus modo, nec minus Chaldæum ר deſeruit utrique generi (*quæ* & *qui*) quam Hebræum אשו *aſcher*. Hieronym reddit, *quantas poſuerit ſolitudines in terra*: ſignificat שמות *ſchammoth ſolitudines*, deſolationes, vaſtationes: item mirabilia & admiratione digna: & eſt elegãs paronomaſia שם שמות *ſcham ſchammoth*. In deteriorem partem ſumuntur à Chaldæo vaſtationes in impios terræ ארין בירתעי ארעא *tſadiã birſcihhe arrha*, & hæ profecto mirabiles fuerunt, ſtupendæ, inſolitæ, prodigioſæ circa principium & idolorum

rum deſtructionem, & everſionem. Præterea miracu-A addit, de Emmanuele, ſive de Chriſto prophetam iſtam
loſis, & ſupra naturæ vires, captumque intellectus hu- non intelligi, quia nihil habuit, quod comburi opor-
mani, Deus operibus per Chriſtum ac diſcipulos ejus tuerit, vel debuerit, quum ab hora conceptionis ſuæ
mundum ſoperavit, convertitque, quamquam voces, omnem plenitudinem accipiendo in omni bono con-
ſuper terram, non indicant, ut Thomas tamen obſer- ſummatus & confirmatus fuerit, ſignificat creviſſe per
vat, & ante illum Hugo *a* Victorinus (quaſi ſint ope- intervalla gratiam in Maria, & quoniam ſupervenit
a *annot. in Pſ.* 57. ra, quæ huc in terram deſuper è cœlo attulerit Deus, Spiritus ſanctus in conceptione Filii Dei, fomitem ei
ut Incarnatio) ſuper omnem naturalem virtutem; nec, prorſus extinctum, quemadmodum is effectus unus eſt
ut Ambroſius in terram, ideſt, contra terram; nec ut Originalis peccati, ac indecentiam magnam dicit, &
Ruffinus, ac Beda, ſuper terrenos: ſed idem quod *in* ad peccatum diſponit, & moraliter difficillimum eſt,
terra, quemadmodum tranſtulit Hieronymus, ſive in eum, qui tales motus patiatur, non peccare ſaltem ve-
mundo ut exponit Haimo. Opera Domini Ambroſius, nialiter. An autem ligatus fomes dici debeat ſolum,
quem ſequitur Remigius, & Beda, *prodigia* dici Græcè an etiam extinctus jam inde à prima ſanctificatione in
τέρατα, declarat admiranda, & plena miraculis, in ipſa conceptione, pertinet magis ad quæſtionem de mo-
quibus magnarum ſunt ſigna virtutum; nec accipienda do loquendi, quàm de re ipſa. Satius eſt extinctum di-
quaſi prodigialis horroris ſed quaſi plena admirationis. cere, licet in cauſſa hujuſmodi extinctionis, ideſt, in
Adde nec proprie hìc ſumi quod aliquid portendant in virtutum perfectione majoreque providentia Dei, &
futurum, etſi nonnulla ex miraculis id habere poſſint; auxiliis gratiæ acceſſio facta ſit in Filii Dei incarnatio-
quod Auguſtino concedimus, Ruffino, Hieronymo, ne eo modo quo in privatione, quam dicit extinctio,
Caſſiodoro, Haimoni, Thomæ, & aliis. Quid ſint concipi major acceſſio poteſt. Legatur *x* Suarez noſter, x 3 p. tom 2.
prodigia, docui Commentario hiſtoriæ Apoſtolorum B *Auferens bella uſque ad finem terræ.*) Hieronymus, diſp. 3. ſect. 4.
b. Conſtat quæ uſitato naturæ curriculo fiunt, prodi- *compeſcet bella uſque ad extremum terræ*, ita verti po-
b *c.* 6. 8. gia dici non debere; ut Auguſtinus *c* etiam docet. Po- tuit, ſed fallitur Vatabulus eſſe Hebraicè futurum; eſt
c 12. *de civ.* *cap.* 26. tius prodigia hìc dici notant Chryſoſtomus & Baſilius enim participium משבית *maſehhith*, in hiphil, *ceſſare* in ſcholio, quàm victorias, & trophæa; quia quæ fie- aut *quieſcere faciens*; quod verbum in ejuſdem conju-
bant, non ex certo ordine fiebant, & quadam conſe- gationis infinitivo cum littera ſervili להשבית *lehaſ-*
quentia: nec armis & virtute corporum decernebatur *chhith*, *quieſcere facias*, redditur Pſalmo VIII. *y ut de-* y *verſ.* 3.
prælium, ſed Dei nutu, & potentes vincebantur ab *ſtruas*, τὸν κατακλύσαι, Legunt alii, *uſque ad fines*, ut co-
imbecillis, multi à paucis, qui dominatum obtinebant, dices regii, & Complutenſes, Pſalterium Romanum
ab iis, quibus parebant, & res præter ſpem ſuccede- & Ambroſianum, Auguſtinus, Ruffinus, Caſſiodo-
d *Jud.* 5. 8. bant. Hæc *nova bella quæ elegit Dominus* d, In his *ope-* rus, item Caſſianus z: Græcè quoque pluralis nume- z *Col.* 12. *c.* 12.
e *Pſ.* 76. 13. *ribus* meditandum *e*, exercendum *in mirabilibus* iſtis a- rus extat λέγει τῶν πειράτων (ubi paronomaſia eſt ad
f *Pſ.* 118. 27. animus *f*, & *in adinventionibus* g, ſcrutando diligenter priora πέρατα) at Hebraica vox קצה *ketſeh*, in ſingulari
g *Pſ.* 70. 18. *h*. *Opus Domini* non reſpicit peccator *i*: *vir inſipiens non* numero. Notat Heſychius in participio αγχιναυρῶν, op-
h *Pſ.* 108. 6, 9 *cognoſcit*, *& ſtultus non intelligit hæc* k. Anima juſti *mi-* poſitionem contra improbitatem Diaboli, qui è cœlis
i *Iſ.* 5. 12. *rabilia opera Dei cognoſcit nimis* l, maximè ut perpendit deturbatus (ubi præliatus Michael contra *a* illum) ini-
K *Pſ.* 91. 7. Caſſianus *m*, quæ Deus in ſanctis ſuis operatur quoti- micitias, & bella in terris ſeminavit: Chriſtus vero a *Apoc.* 12. 7
l *Pſ.* 118. 14. die, ac ſpeciali munificentia effluenter effundit. De- pacem afferens, bella ſuſtulit, non de uno tantum lo-
m *Col.* 12. *c.* 12. ſcribit opera illa eſſe compreſſam inſatiabilem ventris co, ſed de omni terra uſque ad eos, qui ultimas terræ
ingluviem, & ſumptuoſam gulæ, pernicioſamque lu- partes habitant, ut ait Didymus, & per totum mun-
Prodigia Dei ſuper terram maxima. xuriam, extinctum penè ignem libidinis, ſummam ma- C dum, ut Hugo Cardinalis, Beda, & alii, nempe ſub
gnanimitatem & lenitatem poſt truculentæ ac diræ iræ poteſtatem ſuam redigens omnes gentes abſque armis,
furorem: qui rapaciſſimus erat, liberalem evaſiſſe: qui non ſicut olim paucas illas regiones cum armis, quas
prodigus, continentem: humilem, qui ſuperbus: Hebræus tradidit. Hieronymus, *uſque ad finem terræ* ſqualidum hirſutumque qui delicatus, & egeſtatem at- explicat, *uſque ad finem ſæculorum*, ideſt, quamdiu du-
que anguſtiam præſentium rerum etiam voluntariè rabit mundus, vel etiam quia pax divinitus communi-
perferentem. Iſta ſunt, inquit, *prodigia*, *quæ poſuit ſu-* cata, niſi per nos ſtet, numquam admittitur. Alludit
per terram, quæ Propheta conſiderans ad admirationem Ambroſius ad πέρατα verbumque παρὰν, quaſi denote-
eorum cunctos populos advocat. Quod enim majus po- tur, pacem illorum eſſe, nec amplius dicere *b*, *foris* b 2 *Cor.* 7. 5.
teſt eſſe prodigium, quàm ſub momento breviſſimo ex *pugnæ*, *intus timores*, ſed *c*, *noſtra converſatio in cœlis* c *Phil.* 3. 20.
rapaciſſimis publicanis (qualis Matthæus Apoſtolos fie- *eſt*, qui terrena tranſeunt, mundumque, ac incipiunt
ri: ex perſecutoribus truculentis (cujuſmodi Saulus) eſſe ſupra mundum: περάσαι enim, inquit, *tranſire* eſt,
prædicatores Evangelii patientiſſimos reddi, ita ut eam, vel, ut dicam expreſſius *tranſfetare*.
quam perſequebantur fidem, etiam effuſionem ſui ſan- Beda myſticè quoque *uſque ad finem terræ*, declarat,
guinis propagarent? Narrat vero *n* de quodam ſene, ideſt, inquit, in tantum in illos qui prius rebellabant,
n *c.* 13. Senis Chriſtiani pium & prudens reſponſum ad infideles qui cum apud Alexandriam turbis infidelium circum- facerent Apoſtoli finem eſſe terræ, ſcilicet, ut omnem
fuſus, non ſolum maledictis, verum etiam graviſſimis terrenitatem in ſe finirent. De bellis tum externis, tum
impellentium urgeretur injuriis, eique à ſubſannanti- interenis dixi priùs, quæ ſufficere propoſito videban-
bus diceretur; Quid miraculi Chriſtus veſter, quem tur. Diſtinguit Hugo Cardinalis bellum quadruplex,
colitis, fecit? ille inquit, Ut his ac majoribus, ſi in- quod Chriſtus abſtulit princeps pacis, & Rex Salem,
tuleritis, non movear, nec offendar injuriis. Totus D inter Deum & homines, propter præcepti tranſgreſſio-
o *c.* 8. 18. Chriſtus *ſignum*, prodigium, *portentum* eſt cum ſuis, ut nem: inter Angelos & homines, propter Adæ & Evæ
p *Iſ.* 61. 9. ipſemet dicit Iſaiam *o*. Mirantur omnes tale hominum ejectionem: inter homines & homines, propter diver-
q *Deut.* 4. 58 genus, ita ut qui vident eos, cognoſcant illos, & di- ſarum legum æmulationem: inter carnem & ſpiritum, Abuſus ex hoc loco peritus.
r *Joan.* 17. 21 cant, *hi ſunt ſemen*, *cui benedixit Dominus* p: *en populus* propter mutuam altercationem. Abutuntur hoc & ſi- d *Aug.* 22.
f *Apoc.* 12. 8 *ſapiens*, *& intelligens*, *gens magna*, *& inclyta* q. Hoc milibus locis quidam, ut probent illicitum belli exter- *c. Janſ. c* 74.
t 2. *de Emm* idem Chriſtus velut miraculum ſummum videtur exi- ni uſum Chriſtianis. Error vetus Manichæorum fuit *d*, *& ſeq.*
p. 2. *c.* 26. ſtimaſſe, quando Patrem oravit, ut crederet unum & recentis auctoris Eraſmi *e*, præterea Cornelii Agrip- e *in c.* 3. *&* 22. *Luc.*
eſſent, ſicut ipſe cum illo unum erat, *ut mundus crede-* pæ *f* Anabaptiſtarum *g* Oecolampadii *h*, & reperitur in f *de Vanit.* *ſcien. c.* 79.
ret, *quia miſiſſet eum Pater* r. Maria vero etiam *ſignum* ſcriptis Joannis *i* Feri. Prædicitur tantum hoc & aliis *apud Mela* *in loc theol.*
magnum eſt, & inſigne prodigium. Ricardus *t* S. Vi- talibus locis altiſſima pax Chriſto, qualem antea dixi- *c. de Magiſt.*
ctoris de illa præſentem locum interpretatur, nimirum, mus, vel de pace ſpirituali ſermo eſt: vel non firman- g *apud Cadr* *vero Bellum*
eſſe terram, de qua bella omnia penitus ablata ſint, & dum Regnum Chriſti, armis & bello ſicut Judaicum. h *in cap.* 26. *Matth.*
plena pax reparata. Per arcum contritum cum ſagitta, Immo hoſtes ipſos poſitis armis, ad Eccleſiam ventu- i *Scorp c* 10.
cujus percuſſio non tam virtuoſa (ſic ille loquitur) eſt, ros, ſicut Paulus, ut ſcribit Tertullianus *k*, gladium K *Tract. de* *incar. Verb.*
quam artificioſa, tentationes fraudulentas: per arma ſtylo mutavit: denique Chriſtianæ ſtudio pacis bella l *Rom.* 11. 18
confracta, hoc eſt, gladium & haſtam, quorum non conquietura, ut ait Athanaſius *l*, & quod in ſe eſt m *art.* 34.
tam artificioſa, quam virtuoſa percuſſio tentationes Chriſtianos pacem cum omnibus habituros, quod
violentas: per ſcuta combuſta, excuſationes, quia nul- Romanis Paulus *m* ſcribit, qui ditionem ſuam ſem-
lus erat in ea locus accuſationi ſuper eminentem, & ſu- per armis proferre ſtudebant. De bello contra Tur-
u *cap.* 30. pra modum æſtuantem amoris ignem. Sed quod *u* idem cas negavit Lutherius nobis permitti, & Theodo-

rus Bibliander *a*. Reſellit adeo craſſos errores Bellarminus *b*.

Arcum contaret, &c.) Ricardus *c* Victorinus legit hoc & ſequentia cum participio, *conterens confringens comburens*. Deſignans verò iſta pacem, ut dixi, ut vel arma diripiantur adverſariorum, quod fortis armatus Chriſtus fecit *d*, vel hebetia invalidaque reddantur, vel nos adeo fortes efficiamur, ut illorum ictibus non lædamur, ſed *ſagittæ parvulorum fiant plagæ eorum* *e*. Atque hæc ipſa quoque antea vocabam *nova bella*. Sunt iſta Deboræ verba in Cantico triumphali *f*, ubi ſubdit illa, quod *portas hoſtium ipſe ſubvertit, clypeus & haſta ſi apparuerunt in* XL. *millibus Iſrael*: hoc eſt, propterea fuit mirabilis vincendi ratio, quod ſine armis quæ Rex Jabin ademerat Iſraelitis, victoriam reportaverunt iſti de hoſtium XL. millibus, vel inermes Iſraelitæ numero XL. millium vicerunt hoſtes ſuos. Adempta id temporis à Philiſthæis arma Iſraelitis. Argumento poteſt eſſe Samgar, ex iis percutiens vomere ſexcentos *g* viros. Jael malleo clavum deſigens in cerebrum Siſaræ *h*: Samſon aſini mandibula interficiens mille *i* viros: tum præterea quod ſub Samuele caverent Philiſtæi, *ne faber terrarius inveniretur in omni terra Iſrael, ne forte facerent Hebræi gladium aut lanceam*, ita ut *quum veniſſet dies prælii, non ſit inventus enſis & lancea in manu totius populi, qui erat cum Saule & Jonatha*) idem vero eſt de aliis armis, quæ ferro conſtant) *excepto Saul & Jonatha filio ejus* *k*. Occupatis opportunis locis, præſidiiſque Paleſtinis, Joſephus *l* addit, omni prorſus ferri uſu Hebræis interdixiſſe. Factitant id victores, ut quos in poteſtatem redegerunt, iis adimant arma.

Victorum mos arma victis adimendi.

Porro Baſilius advertit eximiam Domini virtutum pacificationem & benignitatem, quod habens ſecum inviſibiles potentias Angelorum nuſquam aliquem hoſtem ſauciet, nullum proſternat, nullum attingat, ſed arcus conterat, ut non amplius ignita per ipſos tela emittantur: arma, quibus cominus pugnatur, ut nequeant ii qui prope ſunt, inſidias patientes, vulnera recipere: ſcuta adverſarios nudans ſuis munimentis & omnia in beneficium inimicorum faciens. Retuli etiam prius ex Ricardo Victorino *m* ſimilem tropologiam; cui item refert ſimilem ſodalis ejus Hugo *n*, ut bellorum ablatio ſit pacificatio intus & extra, atque carnis, tamquam terræ ſubjectio ſub animæ dominio: *contritio arcus & confractio armorum*, annihilatio verſutiarum, & machinationum Diaboli: *ſputorum combuſtio*, emollitio cordium durorum per ignem Spiritus ſancti. Idem fere tradunt enarratores de *arcu* inſidiarum, de *armis*, publicæ impugnationis, de *ſcutis* vanæ præſumptionis, excuſationis, perfidiæ; de igne Spiritus ſancti. Hoc modo præſertim ii, qui nomen geſtant Ruffini, ac Hieronymus, Ambroſius quoque Caſſiodorus, Thomas, Hugo Cardinalis, & alii. Hic in *arcu* inſidias Diaboli; in *armis* bona temporalia: in *ſcutis* defenſiones peccatorum conſiderat, per excuſationem, verecundiam, imminutionem, comparationem. Ait opera prædicatorum *arcum conteri*, qui non ignorant cogitationes Diaboli *o*; *arma confringi* contemptu divitiarum, ad quem Chriſtus provocat *p*; *ſcuta comburi* amore ignis divini, ut etiam qui benefecerint, *ſervos* ſe nominent *inutiles* *q*. Valentia docet deſignari per *arcum* poteſtatem tyrannorum: per *arma* omnia genera peccatorum, in quibus confidebat Diabolus: per *ſcuta* inanem Philoſophiam, ritumque ſuperſtitioſum Gentilium, vel ſacerdotium Judæorum & regnum eorum, & muros Jeruſalem, quæ opera Romanorum Deus contrivit, confregit, combuſſit. Caſſiodorus autem *arcui* inſidiarum infidelium opponit virtutem conterentem: *armis* ſuperſtitionis Gentilitiæ, certamina fidelium: *ſcutis* defenſionum perfidorum, ignem cœleſtem. Gregorius *r* paullo aliter explicat *arcum conteri*, quum occulta inſidiantium machinamenta diſſolvuntur: *arma confringi*, quum ea quæ contra Deum eriguntur patrocinia humana comminuuntur: *ſcuta igni comburi*, quum peccantium mentes obſtinata ſe durities defendentes ad pœnitentiæ & confeſſionis ardorem ſancti Spiritus calore ſuccenduntur.

Confringet arma.) Hieronymus, *concidet haſtam*. Felix, *detruncabit lanceam*. Id valet חנית *chanith*, ſed quum derivetur à חנה *chanah*, *caſtramentari*, & מחנה *machaneh*, *caſtra* ſint, poteſt extendi ad omne genus, armorum, quorum in caſtris uſus eſt. Hìc tamen dumtaxat reperio ſic redditam vocem iſtam per ὅπλα & *arma*; ubique alibi per *lanceam*. Sic in Pſalmo LVI. *filii hominum dentes eorum, arma, & ſagittæ*. Hieronymus exponit, *lanceæ & ſagittæ*. Hebraicè vero primum nomen eſt, חנית *chanith*, Græcè in plurali ὅπλα, vel ὅπλον: licet Theodotio ponat τόξον *arcum*; Symmach. δόρατα *lanceas*. Aquila δόρυ *lanceam*. Refert Chryſoſtomus alium vertiſſe συνέκλασε, *confregit*, pro σαυβλάσε, *confringit*. Euthymius ac Nicephorus ὅπλον hìc dicunt eſſe omne telum quo pugnatur cominus, quum videlicet eminus arcu pugnetur.

Scuta comburet igni.) Hieronymus, *plauſtra*, quod & Chryſoſtomus refert Græcè alium poſuiſſe, ſcilicet ἁμάξας. Alii exponunt *quadrigas*, carros, curruſque bellicos. Hebraicè dicuntur hìc עגלות *hhagaloth*, *plauſtra*, ob rotunditatem. Attamen Chaldæus etiam interpretatur *ſcuta rotunda* תריסו עגילין *therisim hhaghilin*. Scuta & alias belli machinas incendendi Romanorum mos. Secuta vel etiam plauſtra non ſufficit conterere, & frangere, quia fracta refici poſſunt & compingi, non ita commode arcus, armorum alia genera. De ſcutis, atque clypeis dictum aliàs. Scuta colligi poſt victoriam ſolebant, incendique. Patrium Romanis morem vocet Appianus *t*, Scipionem id feciſſe ſcribens, Martique ac Minervæ ſcuta, machinas, naves inutiles ſacratas, ſuccinctum cremaviſſe: Vulcanum nominat ex vetere hiſtorico Sabellicus *u*. In Tarquinium Priſcum prima refertur origo, qui Sabinis victis, in honorem Vulcani, eorum arma ſuccenderit. Ego Virgilium *x* alluſiſſe vult Servius *y*, ita canentem,

O mihi præteritos referat ſi Juppiter annos,
Qualis eram tum primam aciem Præneſte ſub ipſa
Stravi, ſcutorumque incendi victor acervos.

Nicetas *z* Choniata hoc applicat ad hæreſes igni theologiæ combuſtas, & exſiccatas.

Verſ. 11.) Vacate, & videte, quoniam ego ſum Deus: exaltabor in Gentibus, & exaltabor in terra.

INducitur nunc loquens Deus cum hoſtibus populi ſui, poſtquam de peccato omni tumultu, profundaque pace conciliata dictum eſt. Uſquequo tandem non ceſſatis, ac non potius animum applicatis, tot edocti exprimentis, ut intelligatis & conſideretis eſſe me verum unicum Deum, qui pugnem pro populo meo, ac, ut feci, faciam adhuc, efficiamque, oppugnatis vobis & deletis; ut omnes ubique nationes cognoſcant, ac profiteantur, celebrentque, quod vos non vultis, invictiſſimam & inexpugnabilem potentiam meam? Vel convertitur oratio ad populum ipſum Dei, quem jubeat Deus pacato animo eſſe, non immodicè anxièque turbari adverſus hoſtes, apparatus magnos belli conquirendo, quaſi ſic eos debellaturus ſit; ſed attendere diligenter ac memoria repetere vetera beneficia, & auxilia, quæ adhuc tanta poſſit velitque conferre, ut nationes cunctæ magnitudinem potentiæ ipſius, cui reſiſti nequeat, percipiant ac ſuminis laudibus, velint, nolint, efferant.

Vacate & videte.) In Regiis, Complutenſibus, & aliis libris, & apud Cyprianum *a*, & innuit eamdem lect. Ambroſius, *vacate & cognoſcite*. Auguſtinus libro de vera *b* religione, *agite otium & cognoſcetis*. Hieronymus, *ceſſate, & cognoſcite*. Alii, *deſiſtite, remittite*, in ſcholio refertur alia interpretatio. Græca ἱλατεύετε, *propitiamini*, nimirum vobis ipſis, ò vos efferatiores hoſtes populi mei, alioqui perdam vos; vel ò populo mi, ne nimiis vos curis diſcrucietis. Præterea ἱλάσκεσθε γνῶτε *ceſſate, ut cognoſcatis*. Denique apud Chryſoſtomum ἀσθητε, *curamini*. Hebræa ſunt ורעו הרפו *harpu vahhu*. Primum verbum ſi eſſet à רפא *rapha*, per aleph in fine, reſponderet ei poſtremum Græcum verbum, & ſignificaret, curamini animis veſtris, curate vos ipſos, curate perturbationes veſtras, remittite ac lenite anxias curas, medemini ſuperfluis ſollicitudinibus, ſumite otium ab externis occupationibus, leniùs ac remiſſiùs agite circa hujuſmodi negotia, dimittite, & abire illa ſinite, relaxate, & quieſcere facite animum,

a Chronol. tab. 13.
b l. 4 de laicis c. 14. 15. 16.
c 2 de Emm p. 1. c. 29.
d Mat. 12. 29
e Pſ. 63. 8.
f Jud. 5. 8.
g Jud. 3. 2.
h c. 4. 21.
i c. 15. 15.
k 1. Reg. 13. 19. 20. 21. 22.
l 6. antiq. c. 7. vel 6.
m 2. de Emm p. 1. c. 29.
n Annot. in Pſ. c. 57.
o 2. Cor. 2. 11
p Luc. 14. 33
q Luc. 17. 10
r l. 35. Mor. c. 29. vel 30.
a 2. con. Jud. c. 6.
b c. 35.
t de bellis punicis.
u emend. 5. l. 5.
x Æneid. 8.
y Ibid.
z 5. Theſ. c. 20.

mum, liberioremq; eſſe, à talium rerum cogitatione, nolite his mordicùs adhærere, ſed permittite, ut decidant effluantve. Eadem vis verbi רפה *taphah*, per *he*, niſi quod non ita ſumitur pro medicinæ cura. Potius quam ab hoc, quàm à priore deduci videtur הרפו *harpu*, quia eſt ſine א *aleph*; tametſi hoc nonnumquam excidat. Certè cum א in conjugatione hiphil exempla non reperi. Chald. *diſcedit ab acie belli* פסקו מסדרי קרפא *peſuku meſaddere keravа*: quamvis in textu Nebiensis omittatur penultima dictio. Græcum verbum σχολάσατε, propriè ſignificat *otiari*, *feriari*, *vacuum eam à negotiis*. Unde adeo tritum ſcholæ nomen, quæ,

——*Grajo a ſchola nomine dicta eſt.*
a *Auſ eid.* 33 *Juſta laboriferis tribuantur ut otia muſis.*

Transferunt omnes fere Patres iſtam ſententiam ad otium ſanctum, ut *nemo militans Deo implicet ſe negotiis ſæcularibus* b; ne ſpinis Dei verbum ſuffocari ſinat mundi ſollicitudinum c; vadat, ut videat *viſionem Dei* d: vacet, ut ſacrificet Deo, non autem occupetur in paleis, & lateribus e: ſedens ad pedes Chriſti audiat uno hoc maximè contentus, non autem ſollicitus turbetur *erga plurima*, f (uſurpat Auguſt. g in ſermone de Martha & Maria locum iſtum noſtrum) item ſedeſis ſolitarius taceat, ut levet ſe ſuper ſe h ad Deum: renuntiet omnibus quæ poſſidet, ſeſeq; illis evacuet, ut ſit *Chriſti diſcipulus* i; vacans, ut ait Baſilius, ab operibus nuptialibus (ſic enim non diviſus cogitabit, quæ Domini ſunt, quomodo *placeat Deo* k) à ſtudiis divitiarum, à gloriosa cupiditate, ab invidia, ab omni in proximos pravitate, ut ablq; perturbatione tenebriſq; purum tamquam in ſpeculo nitido Dei ſplendorem fulgoremq; contempletur. Vacandum ab erroribus, ait Ambr. à petturbationibus, à peccatis, à terrenis operibus, ab occupatione & effuſione ſæcularium negotiorum, ut vacetur ſtudio cognoſcendæ divinitatis, & cultui ſacro. Ceſſationem Hebræi petebant tribuit, ut ſacrificarent Deo, ſacrificio addicti perpetuo, clerici perpetuo feriantur, ut propter ea Sylveſter dies omnes *ferias* appellari voluerit. Addit Auguſt. vacationem à præſumptione ſui ipſius, ut videl. cognoſcatur quod ſit Deus bonorum omnium auctor, & adverſus cujus judicia nullus reſiſtendo armetur. *Mundus corde ſolus videt Deum* l, non eſt verò cor mundum quod permixtione mundi redditur immundum: non diſcit *benefacere*, qui non quieſcit *perverſe agere* m: pia fidei affectio, remotiorq; vitiorum ad fidem cum fructu excipiendam neceſſaria eſt, ſicut ægri lucem oculi non recte cernunt. Innuit hoc Ruffinus reprehendens nominatim perniciosum otium Religioſorum, ne derideant hoſtes noſtri maligni ſpiritus *ſabbata noſtra* n: ne quod eſt apud Baſilium, iidem ſemel ejecti, redeant in domum vacantem; ſicq; reddantur *noviſſima pejora prioribus* o: ne ut idem ſcribit Athenienſibus comparemur ad nihil aliud vacantibus, *niſi aut dicere*, *aut audire aliquid novi* p. Syneſius q longa oratione docens Epiſcopo vacandum tantum ſpiritualibus muneribus, non item, ut Andronicus faciebat, etiam temporalibus, neganſq; θεωρίᾳ καὶ πρᾶξιν συγχωρεῖσθαι (contemplationem & actionem ſimul verſari) citat præſentem locum, & concludit; quod σχολὴν δεῖ τῷ μετὰ φιλοσοφίας πράττεσθαι, *vacatione opus eſt ei qui cum philoſophia*, (ideſt, ſapienter ac rectè (*Sacerdotio fungi velit*. Subdit illuc, *ſerviri duobus Dominis non poſſe* r, Auguſt. ſ à populo vacationem tandem impetravit, Eradio presbytero deſignato ſucceſſori, commitens negotia quæ prius perferebantur ad ipſum, ut ſe in divinis ſcripturis exerceret: quod otium magnum dicebat habere negotium. Hac ipſa de re dixi, tractans Apoſtolorum decretum de Diaconis eligendis, ne miniſtrando menſis *derelinquere* compellerentur *verbum Dei*, ſed *orationi & miniſterio verbi inſtantes* eſſent t. De ſancto iſto eodem otio plura qui abundet otio, afferre adhuc poterit; ſed præſtat illo ad alia uti, reqipſa potius, quam ſermone illius commoda demonſtrare; *ac ſapientia* quę tam latè patet ſcribere pergere in hoc tempore ocii, quia *qui minoratur actu, percipiet eam* u; (quamvis in emendatis legamus *ſapientia ſcribæ* σοφία γραμματέως) & *mare* negat ſecum eſſe x, ut exponit Gregorius y, noſtrum locum ad idem

A propoſitum afferens. In illa felicitate perficientur, inquit Auguſt. z, *vacate & videte*, *quoniam ego ſum Deus*; ibi vacantes in ſabbato requiei (*ſabbatiſmum* Paulus a nominat, & Iſaias b *ſabbatum de ſabbato*) videbimus, quoniam ſuavis eſt Deus, quoniam eſt Deus, quo pleni erimus, quando ipſe erit *omnia in omnib.* c Addit etiam in beatitudine eſſe ſabbatum illud, de quo dictum eſt d, *& ſabbata mea dedi eis in ſignum inter me & inter eos*, *ut ſcirent quia ego Dominus*, *qui ſanctificabo eos*. Hoc perfectè, inquit, ſciemus, quando perfectè vacabimus & perfectè videbimus, (Origenes e quoq; ſic iſta ſumit de felicitatis ſtatu) quoniam ipſe eſt Deus. Interim licet ab hac vacatione vacari numquam debeat, feſtivis diebus magis propriè vocatio hæc plus exigitur, quæ idcirco *ſabbata* rectè nominamus, quemadmodum Hebræi ſua feſta. Opinio veterum Theologorum fuit cuivis peccatori vi præcepit de celebrando feſto, pœnitendum eſſe. Contraria communior eſt: ſicut & quod nemo teneatur qui mortalis peccati ſibi conſcius non ſit, elicere actum amoris Dei. Certè valdè conveniens eſt, Buti iſta fiant, & Deo vacetur non exterius tantum, ſed etiam interius hujuſmodi actibus.

Eugenio Pont. ſcribens Bernardus f, de conſideratione, nunc quoniam dies mali ſunt, conſiderationi aliquid ſui & cordis & temporis ait convenire ſequeſtrare in partibus autem conſiderationis præcipuum eſſe vacare & videre, (quoniam ſuavis eſt Dominus, quoniam ego ſum Deus.) Tractat idem g de Magdalenæ vacatione deq; impedimentis contemplationis divinæ in hac vita: monachos ſuos hortatur nutriendorum liberorum cura liberos, ſollicitudine vacuos, quomodo placeant uxoribus, non de nundinis, non de negotiis ſæcularibus, non de ipſo victu & veſtitu cogitare coactos, à quibus magna ex parte ſit procul diei malitia, & ſollicitudo vitæ abſconditis in abſcondito tabernaculi Dei, *vacare & videre*, *quoniam ipſe eſt Deus*, ſtudere furari aliquando ſe ipſos, & à peſſimis occupationib. iſtis ſurripere vel ad horam, jaculari animos, vibrare corda id quod ſuum eſt, & quod quanto naturaliùs (ideſt, magis conveniens naturæ rationali) tanto ſuavius eſt: Cyrillus Jeroſolymitanus h hoc teſtimonio vetat curioſitatem in rebus vanis, ne quis quærat quid fecerit oppidum, quid Rex, quid Epiſcopus, quid Sacerdos, ſed ſurſum reſpiciat, qui a tempus (nempe quo Catechumenus ad exorciſmos accedit. Idem autem de quovis tempore dici poſſet) hoc ipſum expoſcit. Monet etiam i idem ſcriptor, atq; hoc cum exprobatione, ut qui tot annorum circulos trantegit, mundo fruſtra operam navans, vel quadraginta diebus vacet pro anima ſua. Poſſet id ad ſeceſſum illum quem pii quandoq; viri, ut ſpiritualibus quas vocant, vacent exercitationibus, uſurpant, accommodari: cujus rei ſi non auctor, certè inſtaurator B. noſter Ignatius, dici non poteſt quantum omnium ordinum hominibus in Eccleſia utilitatis attulerit. Hoc Auguſt. k appellat ocium non deſidiæ, ſed ocium cogitationis, ut à locis, & temporibus vacemus. Totum locum illum perlege. Rupert. l diſſerens de lege ſabbati carnalis, docet quod homo ſpiritualis non uno die hebdomadis, ſed omni tempore ſabbatizare ſatagit, ſemper intentus verbo Dei, juxta Pſalmiſtam, qui de hoc ſabbato loquitur, immò per quem loquitur, inquir, ipſe ſabbatorum Dominus, *vacate & videte quoniam ego ſum Deus*. Vacate namq; à ſæculi actibus, & in ſancto, & quieto ſtudio videte quoniam Dom. eſt Deus. Illius inchoatio ſabbati eſt, quam & *contemplativam vitam* dicimus, quam optimam partem eſſe teſtatur ipſa veritas m. Ait propterea hanc eſſe illam, quam Chriſtus ad ſe venientibus, ac jugum ipſius ſuper ſe tollentibus, permitti *requiem animarum*.

De ſabbati ſpirituali requie Auguſt. n etiam explicat eadem iſta verba: & Dominicis * diebus ac ſanctorum ſolemnitatibus otium haberi docet, vacationemq; à terreno negotio ut paratiores promptioreſq; ſimus ad divinum cultum: ſed quod à veſpera diei ſabbati vult dictam vacationemq; à rurali opere, omniq; negotio incipere, non eſt in uſu. Gelatinus o refellit Judæos contendentes ad religionem ſabbati propriè dicti obligare Chriſtianos, & ceteros omnes: & inter alia reſpondet argumento de ſabbatico fluvio, cujus mentio apud Joſephum p, & Plin. q qui ſeptimo die ſiccabatur. Alter Cyrillus, nempe Alexandrinus, probat hoc

b 2. *Tim.* 2. 4
c *Luc.* 8. 7
d *Enxo.* 3. 2.
e *Ibid.* e 5. 7
f *Luc.* 10. 41
g *Ser.* 26. *de verb. Dom.*
h *Thr.* 3. 28.
i *Luc.* 14. 33.
k 1. *Cor.* 7. 32
l *Matt.* 5. 8
m *Iſ.* 1. 16.
n *Thr.* 1. 7.
o *Mat.* 12. 45
Athenienſium ingenium.
p *Act.* 17. 21
q *Ep.* 57. Epiſcoporum vacationes.
r *Mat.* 6. 24
ſ *Ep.* 110. Otium presbyterorum magnum habet negotium.
t *Act.* 6. 2. 3. 4
u *Ecc* 38. 25
x *Job* 28. 14.
y 18. *mor.* c. 28.
z 22. *de civ.* c. 30.
a *Heb.* 8. 9.
b *c. ult.* 23. ℣
c 1. *Cor.* 15. 28.
d *Ezc.* 20. 12
e *in c.* 20 *ep. ad Rom.*
f *l.* 2. *c.* 6.
g *Serm.* 5. *de Aſſumpt. B. M. & in al. de Ob. Patr. & Sep.*
h *in pro catechiſi* Egregia Bernardi & aliorum patrum de vacatione & otio religioſorum monita.
i *Cate.* 1.
k *de vera relig. c.* 35.
l 1. 2 *in Gen. c.* 19. Homo ſpiritualis omni tempore ſabbatizare ſatagit.
m *Lu* 10. 41
n *Mat.* 11. 29
o *ep.* 119. *c.* 13
* *Ser* 251. *de temp.* Vacatio à rurali opere omniq; negotio à veſpera diei ſabbati ab Auguſt. præcepta, nec in uſu.
p *l.* 11. *c.* 9. Judæi à Gelatino refutati.
q 7. *de bello c.* 55.

hoc ex loco in diſputatione cum Juliano Apoſtata *a*, otioſa mente; quæ mundanæ curæ renuntiaverit, utendum his, qui ad veram Dei contemplationem ire volunt. *Quid enim* ut argumentatur, Gregor. *b* agens de ſilentio iſto & quiete ſpirituali, *de Deo mens occupata obtineat, quæ de illo apprehendere aliquid etiam votans laborat?* Tum prolato hoc Pſalmi teſtimonio, colligit, qui vacare Deo negligit, ſuo ſibi judicio lumen ejus viſionis abſcondere. Sed legendus idem Pater cum ocio *c*, & Auguſt. in lib. de vera virginitate *d*. Demonſtrat hic quæri hoc modo Deum in ſimplicitate cordis per ocium non deſidiæ, ſed cogitationis, ut à locis etiam & temporibus vacemus, iſta non diligamus quæ diligi ſine labore non poſſunt, Theophylactus *e* obſervat Chriſtum à reſurrectione diſcipulis pacem denuntiaſſe, & aperuiſſe iis ſenſum, ut intelligerent ſcripturas, quaſi his illos præſentis loci verbis alloqueretur. Niſi enim ait, quieta fuiſſet illorum anima, quomodo in tanta turbatione & inquietudine cognoviſſent? Hoc, opinor, volebat Chriſtus, videl. peccatores & vacuos reddere animos eorum, dum dixit pacem præfatus; *Quid turbati eſtis & cogitationes aſcendunt in corda veſtra?* Eadem de cauſſa juſſit initium prædicandi fieri ab his verbis *g*; *pax vobis:* & toties inculcavit illud *h*, *Qui habet aures audiendi, audiat*. noſtrum non ſolitus loqui ad cor niſi in ſollitudine *i*. Scribit Romaniano Auguſt. & quod pacatior & tranquillior rerum temporalium adminiſtratio recipiendorum æternorum meritum gignit. Sed adhibet cautionem; ſi nempe non teneat quum tenetur; nec implicet quum multiplicatur, ſi non quum pacatur, involvat: laxatis curis mutabilium rerum bona ſtabilia, & certa quærenda; ſupervolandum terrenis operibus; nam in mellis copia non fruſtra pennas habere apiculam, nectere enim hærentem. Ejuſdem Nebridio datam epiſt. lege 156. Et vero illud compertum eſt, quod ſcribit in Pſalm. XLI. nulli vacare audire in tribulatione, idcirco audiendum, quum nobis eſt bene, dicendum cum tranquillitate, ſed conſtat etiam doctores ortri clariùs cœpiſſe, omnemq; ſapientiam Dei diligentiùs inveſtigare, quum egreſſa eſt Eccleſiæ tranquillitas à perſecutione. Non bene toga convenit cum armis. In *videndi* verbo nemo cunctetur vel hæſitet, etiamſi de cognitione vitæ mortalis accipiatur, quæ de rebus fidei obſcura eſt. Sumitur enim in verbum generaliter pro quavis notitia, & fidei aliquando tribuitur ſcientiæ vox, tum propter certitudinem, tum propter evidentiam credibilitatis. Poſtremo quod Judæi, ſi de peccato ſuo pœnitentiam agere vellent, perfidiamq; deponere, illico redempti eſſent, atq; à captivitate liberati, & Meſſiam Salvatorem haberent, comprobat Galatinus *l* teſtimonio R. Joden. qui ſic exponebat iſta verba: *Vacate ab operibus malis, & agite pœnitentiam, quantum eſt ictus oculi: & ſcietis quia ego ſum Deus.* Ibidem oſtendit Chriſtum Deum eſſe, & ex aliis hujuſmodi locis, ex iſto confirmat hoc ipſum Cyprianus *m*.

Quoniam ego ſum Deus.) Divinitatem Chriſti hinc probari modò dixi. Etſit verò Hebr. nomen ſit אלהים *elohim*, quod creaturæ quandoq; communicatur; tamen antecedentia & conſequentia, ſatis docent de vero Deo ſermonem eſſe. Paraphraſtes in textu Nebienſis expreſſit nomen Tettagramaton. Alicubi poſuit Auguſt. *n* vocabulum, *Dominus*.

Exaltabor in Gentibus, & exaltabor in terra.) Pſalterium Ambroſianum, & Ambr. *inter gentes*. Chald. *advertite quoniam ego ſum altus inter Gentes, altus ſupra incolas terræ*. Baſilius, palàm hæc ait dici de paſſione propria à Chriſto ipſo, qui etiam recitatur apud Jo. *o* dixiſſe; *cum exaltatus fuero, omnia trahans ad me ipſum*; & crucifixionem ſuam contuliſſe, cum ſerpente, quem exaltavit Moſes *in deſerto* *p*. Ambr. propterea exponit de data Chriſto poteſtate *ſicut in cælo & in terra* *q*. (Hugo Card. de aſcenſione aſſerit) & quod qui erat ſublimis Dominus *in excelſis*, ideſt, in Angelis & Archangelis, in Patriarchis, & Prophetis, qui de illo ſublimia ſentiebant, ſit etiam ſublimis futurus in populis nationum qui Deum ſuum in antris & ſpelæorum latibulis requirere videantur. Arqui colebantur quoq; ſatis frequenter idola in excelſis, altiſq; locis. Hieron. per *terram* terrena ſapientes Judæos intelligit: Ruffinus poſt Auguſtinum idem ſentit, hancq; *terram* eſſe, de cujus turbatione priùs dictum eſt *r*: Gentiles, mare, in cujus Acor montes transferendi eſſent. Litteralis eſt ſenſus, quem initio dixi, ut mirificis operibus ubiq; ac ab omnibus Dei potentia cognoſcatur, celebretur, colatur, tum Gentibus, tum Judæis, ut Caſſiodorus præterea facit, Thomas, Beda, Haimo, Bruno; ſive ut quid ſynonymum eum gentibus, nempe pro quibuſcumq; nationibus, & habitatoribus terræ, quemadmodum Paraphraſtes exponebat.

Verſ. 12.) Dominus virtutum nobiſcum; ſuſceptor noſter DEUS Jacob.

HIc idem eſt cum octavo, verſus, licèt Hieron. ibi verterit *Protector noſter*, hìc autem, *fortitudo noſtra*: cui fiat hujuſmodi repetitio nonnumquam in Pſalmis, docui Pſal. VIII. ubi verſiculus idem Pſalmum inchoant, & claudit. Cauſſam hìc dici Haimo eſſe, quia in hoc totius Pſalmi ſumma continetur: Baſilius, quia continet exultationem ob auxilium divinum, cum inſultatione in hoſtem ob confidentiam quòd nullum ab eo detrimentum vereatur, ſicut jam ſuprà dictum eſt: Ambroſius confirmationem, & quia non ſolùm quando Chriſtus natus ex Virgine eſt, factus eſt nobiſcum Deus; ſed etiam poſt reſurrectionem ipſe dixit *ſ*; *ecce ego vobiſcum ſum uſque ad conſummationem mundi*. Bruno, ut intelligatur, eum qui dixerat, *vacate*, &c. eſſe Dominum virtutum, dignamq; eſſe vocem illam, quæ credatur & memoriæ infigatur: Hugo poſitum dici primo loco (nec enim rationem habet tituli, ita ut inter verſus numeretur) ut ſignificetur Dominum eſſe nobiſcum in plenitudine gratiæ, quum Septenarius ſit numerus univerſitatis: & in ultimo loco, ut intelligamus nobiſcum futurum *uſq; in finem ſæculi*: item ibi denotare applauſum hìc gratiarum actionem.

In fine eſt *ſelah*. Quocirca rectè aliàs probavimus non eſſe notam connexionis antecedentium, & conſequentium, quia poſt finem nihil eſt, quod ſequatur. Potiùs monemur ea nota attentiùs meditari, quod jam eſt dictum.

PSALMUS
QUADRAGESIMUS SEXTUS.

1 In finem, pro filiis Core Pſalmus.

2 OMnes Gentes plaudite manibus: jubilate Deo in voce exultationis:
3 Quoniam Dominus excelſus: terribilis: Rex magnus ſuper omnem terram.
4 Subjecit populus nobis: & gentes ſub pedibus noſtris.
5 Elegit nobis hæreditatem ſuam; ſpeciem Jacob, quam dilexit.
6 Aſcendit Deus in iubilo: & Dominus in voce tubæ.
7 Pſallite Deo noſtro, pſallite: pſallite Regi noſtro, pſallite.
8 Quoniam Rex omnis terræ Deus: pſallite ſapienter.
9 Regnabit Deus ſuper gentes: Deus ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuam.
10 Principes populorum congregati ſunt cum Deo Abraham: quoniam dii fortes terræ vehementer elevati ſunt.

TITU-

a l. 5. item l. 2. de ador. in ſpiritu.
b 2. Mor. c 6 ult. & 8.
c ib. & l. 33. c. 27. vel 37.
d cap. 35.
e in c. ul. Luc
f Luc. ult. 38
g Mat. 10. 13
h Mat 11. 15 c. 13. 9 43. i Oſ. 2 14. Rep. l. 13.
k l. 9. c. 11.
m l. 2. c. 6.
n Ser. 26 de ver. Dom & libr. de vera Virg. c. 35
o c. 12. 32.
p c. 3. 14.
q Mat. ul. 18
r Auguſ. 37.
ſ Mat. ul. 20

TITULUS.

Vers. 1.) In finem. pro filiis Core Psalmus.

IN titulo nihil est quod non jam priùs in aliorum titulis Psalm. declaratum sit, qui filios Core gerunt, cujusmodi & ex sequentibus aliqui Sola differentia est, quòd hìc addatur præpositio, *pro filiis Core*, quamvis in quibusdam quoq; ex ceteris exprimatur, ut vidimus. Eusebius videri sibi dicit non ὑπὲρ ὧν sed τοῖς *filiis*, aut τῶν *filiorum* inscribi debuisse, juxtà priores inscriptiones: atq; quia hìc; quoq; reliqui habent interpretes, & Hebraicus textus eo modo, quo in præcedentibus titulis. Certè utrovis modo, sensus idem est; nempe, ut Cyrillus docet, *fieri pro filiis Core*, quoniam per eos fit, quibus cantandi munus injunctum est. Quia vero Psalmi sermo apertus est, ac nihil occultum habens, idcirco ait idem Eusebius in inscriptione nos nec ad intelligentiam compelli, neq; in ea de occultis arcanisve mentionem esse.

ARGUMENTUM.

QUod attinet ad argumentum, putant Hebræi quos Lyra sequitur, decantari victorias Josue contra Gentes barbaras, de quibus priore Psalmo tacita mentio fuit. Vel, ut Jansenius etiam existimat, pompam qua David, aut Salomon induxit arcam in templum, hocq; dedicavit: vel rursus victorias David qui debellasse scribitur omnes Gentes per circuitum: quam sententiam Trevetus amplectitur; vel, quod Peregrino Hero placet, victoriam Ezechiæ de Sennacherib; vel ut sentit Theodoretus Mopsuestiensis, illas quas Machabæi retulerunt. Quicquid sit de istis opinionibus, quum tandem etiam R. Abraham profiteatur se nescire quod sit Psalmi argumentum, & referat nihilominus eumdem ad Messiam, possumus affirmare sub dictarum aut similium rerum typo (qualis, quam affert Arias, calamitas, aliqua in qua populus per Gentes oppressus liberaretur (quod nostri omnes tradunt, in hoc Psalm. agi de victoria & triumpho Christi ascendentis in Cœlum, ac de potestate quam tunc maximè declaravit & exercuit tum in Cœlo, tum in terra, Ecclesiam suam altissimè propagando per suos principes Apostolos, ac deinde per successores illorum, atq; eamdem semper fovendo & protegendo. De typo Josue Jacobus de Valentia bene disserit, aptans Apostolis duodecim totidem Principes tribuum, quos elegit post ingressum in terram promissam: collocationem arcæ in Silo cum jubilo ac tympanis, ubi dicebatur Deus sedere, Christo realiter existenti & veluti sedenti in tabernaculo sive sacrario in quo est Eucharistia, quæ circumfertur in festo corporis Christi cum cantu, & instrumentis musicis.

Probat Burgensis ad ascensionem Christi Psalm. ad litteram esse. Non enarratores tantùm fere omnes, verum etiam qui de ascensione sermones conficiunt, de illa usurpant Psalmum istum, Ecclesiaq; ipsa in officio divino. Id Cyrillus in Joannem *a* differtè tradit: Gregentius *b* verò Archiepiscopus Tephrensis validè hinc argumentatur contra Herbanum Judæum. Athanasius *c* ait apertè hunc Psalmum esse de ascensione. Totum Eusebius *d* recitat de eadem. Quia verò simul etiam de propagata post ascensionem Ecclesia per Apostolos nonnihil attingitur in Psalmo, recitari quoq; solent in officio de Apostolis: sed & in die Epiphaniæ quo recolitur vocatio Gentium.

a l. 9. b *Disp. cont. Herbanum com. 4. Bibl. Patrum.* Psal. hic de ascensione. Recitatio hujus Psal. in officio de Apostolis & in die Epiphaniæ. c *Epist. ad Narecl. de interp Psal.* d 6. *de Demonstr. Evang.* c. 2.

Vers. 2.) Omnes Gentes plaudite manibus: jubilate Deo in voce exultationis.

PRovocatio hæc ad plausum applausumq; ad jubilationem, ad exultationem, magnum profectò quoddam indicat bonum, magna gratulatione dignum, A magnos honores, magnam dignitatem, tantis lætitiæ signis cohonestandam, ut Regi fieri solet, alìsve summo Principi, quum recens creatus procedit cum pompa in publicum, vel victor triumphansq; atq; summis & faustissimis bombardarum fragoribus, tripudiantium saltationibus, vociferantibus cantantium, acclamationibus gratulantium, musicorum instrumentorum sonis harmonicis excipitur deduciturq; Factitatum id historiæ docent sacræ in Arca, vel quum produceretur ad bellum; vel quum reduceretur parta victoria; vel quum transferretur in commodiorum locum, sed & in inauguratione regum ritus quadam ex parte similis adhibebatur ad collætandum & bene apprecandum. Ad eumdem nunc modum Christo regi & victori, & regiam cum triumpho ineunti, ut gratularentur omnes, quasi præconis voce, noster indicit vates, exigens ordine tria illa, quorum posterius priore perfectius est, *plausum manuum jubilationem*, hancq; non qualem qualem, sed in voce *exultationis*. De his porro sigillatim agendum.

B *Omnes gentes.*) Hieron. *omnes populi*, comprehendi possunt tam Judæi quàm Gentiles, non solùm per vocem Hebræum עַמִּים *hhammim*, sed etiam per Græcam ἔθνη: immò & per aliam Hebræam גּוֹיִם *goim*, quæ magis tamen propriè de gentilibus usurpari solet, ut & dicta Græca τῶν ἐθνῶν, ut jam aliquoties monuimus. Nihilominus maximè invitantur gentiles, ex quibus potissimùm constat Ecclesia, & in quibus victoriæ Christi fructus maximè constitit. Unde dicitur hìc Rex subjecisse populos & gentes, sed *regnasse super gentes* e, ideſt, Judæos & Gentiles in potestatem redegisse præcipuè autem regni potestatem apud istos exercuisse. Quocirca nimis anguste Lyra *gentes* hìc accepit pro duodecim tribubus. e v. 4. & 9.

Plaudite manibus.) Hoc refert Chrysost. alium reddidisse numero singulari, χειρὶ, *manu*; quo etiam pacto est Hebr. Chaldæus addit *cum gaudio*, בְּחֶדְוָא *bechedia*. Rectè verò idem Chrysost. admonet non esse hoc procœmium indignum Spiritus S. cohortatione, quamvis meminerit earum rerum quæ conveniant potius iis qui in scena & conviviis versantur, aut qui instructa C acie prælio sunt decertaturi, viris autem qui docentur à gratia Spiritus, conveniat quies, ordo, moderatio; non plausus, strepitus, jubilatio. Docemur, inquit, per hæc victoriam & signum victoriæ Christi, quantaque voluptatè debeat res tanta excipi: Nam & simili de causa flumina ipsa dici *plaudere manu* f, & lingua sive arbores g: montes exaltare & colles sicut *arietis agnoscve* h: præterea juberi nos faciem lavare caputq; ungere quum jejunamus i: Item prædici lupos ovesq; simul pascendos k; istis autem, & similibus figuratis orationibus lætitiam spiritualem designare, aut summam quamdam tranquillitatem & pacem. Itaq; *plausus* hìc significat vehementem lætitiam: & *manus* exprimuntur illæ, ut idemmet adhuc Doctor observat, quas gentiles prius polluebant execrandis sacrificiis: filios occidebant, turpia patrabant, & adversus naturam ipsam contendebant Comprehendunt alii cum Didymo & August. *manuum* nomine opera omnia bona, ut non sit inane gaudium, cessentq; ab opere manus. Exprimit Cassiodorus largitionem eleemosynarum a gris ministrare, & opera talia quæ manibus perficiuntur. f *Ps.* 97. 8. g *Isa* 55. 12. h *Ps.* 113 *l.* 4. 6 i *Mat.* 6. 17. k *Is.* 11. 6. & 65. 2.

Cajetani improbata expositio. *Plausus manuum* quid sit proprie. D

Sed ad litteram *plausus manuum* non est quod Cajetanus vult, pullus musicorum instrumentorum, qui manu fit, ut Psalterii, citharæ, violæ, organorum, &c. ita ut *jubilare*, quod vertit ipse clangere, sit sonare flatu, quemadmodum tubæ, buccinæ, &c. *in voce laudis* seu *exultationis*, cantu vocis humanæ; sed elisio manuum inter se, ut Cassiodorus docet, atq; Chrysostomus, passimq; omnes. Profectò non intellexit instrumenta pulsasse musica stultum Salomon *l*, quum scribit *plaudere manibus quum sponderit pro amico suo*; sed edere signum lætitiæ complosionem manuum, quasi re bene gesta. Nec Ezechiel *m* musicè tractanda instrumenta, Deusve apud illum voluit, quum dixit, *Ego plaudam ad manu manum, & implebo indignationem meam*. Non etiam hi de quibus Jeremias *n*, *plauserunt super te manibus omnes transeuntes viam*. Non ille quem Auctor *o* Ecclesiastici describit, simul *moventem caput, & laudantem manu, & susurrantem*. Non illi quos Nahum *p*, *compressisse manum super alium*. Non Eunuchus Holoferl Pr. 17. 18. m *Ez.* 21. 17. n *Thr.* 2. 15. o *Ecc.* 12. *ul.* p *c.* 3. 19.

fer-

fernis *plausum faciens manibus* a, etsi Græcè dicitur quod ἔκρουσε τῷ αὐλῷ τὴν σκηνῆς, *pulsavit aulam tabernaculi*. Non Tyrus quæ *plausit manu*, & *percussit pede gavisa ex toto effectu super terram Israel* b. Non Balac, qui benedicente Balaam, populo Dei, *complosit iratus manus* c. Non rursus, apud Ezechielem d, *complodens Deus manus suas super avaritiam & sanguinem* populi. Denotant ista potiùs gestum pulsantium manus præ ira, indignatione, insultatione, vindicta. Qua propter est hoc ἀδιάφορον, & pro congratulatione etiam usurpatum ab iis qui plaudentes manu dixerunt, *vivat Rex*, quando productus est Rex Joas, positum *super eum diadema*, & unctus e: & à sacerdotibus, quos ait adhuc Jeremias f, *applausisse manibus*: ad Prophetarum mendacia. Attamen eo modo non reperi formulam istam usurpatam quem tradidit Cajetanus per *plaudendi* verbum, & per Græcum κροτεῖν, aut ἐπικροτεῖν, aut συγκροτεῖν, (licèt quoddam instrumentum sit nomine *crotalum*) aut παράσσειν, & per Hebræum קעה *Kahhah* vel יפה *iachah* vel ספק *saphak*; vel ורה *radah*. Noti sunt plausus theatri, & fori, illudque, *valete & plaudite*.

a *Jud.* 14. 22.
b *Ez.* 25. 6.
c *Nu.* 23. 10.
d c. 22 13
e 3. *Reg.* 11. 12
f cap. 5. 31

hunc g plausus hiantem
Per cuneos (geminatur enim plebisque Patrumque)
Corripuit.

g *Virg.* 2 *Geo.* Acclamationis populi & plausus apud veteras ritus.

& dicebatur populi favor, de quo plures *h* meminerunt. Sed ritum ipsum describit Lipsius ex professo, simul & assurrectionem honoris causa, atq; acclamationem, de qua ultima noster etiam Raderus *i*, post Brissonium *k*, & Fabrum *l*, ut ovationem prætermittam. Caussas omnes propter quas plausus & acclamationes excitabantur seu Poetæ, seu Oratori, seu Principi, seu triumphanti, non est difficile omnes in Christo invenire, qui fabulam quodammodo in morte peregit, persuasit doctrina, vita, miraculis, princeps est, atq; triumphator. Non tulit Augustus nepotibus prætextatis assurgi plaudiq; in theatro *m*: & Justinianus Theodato Regi pacem concessit hac lege, ut populos pro more in plausu & acclamationibus Imperatoris in primis nomen pronuntiaret, Theodati deinceps idq; sive in theatris, sive in triviis, sive alibi locorum *n*. Si qui honor homini communicatur, at secundùm Christum semper Deumq; Mentionem *acclamationis* in Episcopi creatione reperio apud Ambrosium *o*, qua dignus ac justus acclamabatur: & in probando voto designationis ab August. de successore Eradio factæ acclamasse populum proditur Epistola quædam inter eas quæ sunt August. *p*, & appellasse August. dignum, justum, bene meritum, bene dignum.

h *Homer.* *Iliad.* 21. *Aeth. Cicer. Philip.* 1 & *tuit. in Sextiana.* 2. *ad Att. Ep.* 19. *Virg.* 5 *Aen. Hor. l.* 1. *ode.* 20 *l* 1. *Sat.* 2 *Papinianus* 6 *Thibard. Proper. lib.* 3. *eleg.* 8. *Seneca ep.* 29. *Pl. l.* 25. *c.* 5 *Pro eop. de bello Goth Tacit.* 19. *Annal. August* 1. *de musica c.* 5. & 6. Theodato regi pax quibus conditionibus concessa à Justiniano. Acclamario in Episcopi creatione.

Jubilate Deo in voce exultationis.) Hieron. *in voce laudis*. Alius interpres Græcus apud Chrysostomum σημάνατε; *signum date*: *in voce laudationis*, ἐ φωνῇ αἰνόσεως ἀποστείλατε καὶ πῆς quod non addit collector notationum in Biblia Sixti, ex editione LXX. licèt sit in homilia Chrysost. quem nec nominat etiam. Meminit autem alterius versionis εὐφημήσατε *benè* seu *latè celebrate*, aut *acclamate*. Cajetanus, ut antea retuli, elangorem instrumenti cum humanæ vocis cantu interpretatur. *Vox exultationis* ἀγγαλιάσεως, & רבה *rinnah* potest designare ovationem, ἢ ἀλαλάξατε, atq; הריעו *harihhu*, clamorem festivum, nominatim verò, ut velle Chrysost. docui, ad victoriæ signum dandum, quando inclinante jam exercitu hostium, concordi voce & clamorem fractos & abjectos eorum animos hi qui superant, conquassant in claræ victoriæ & trophæi maximi argumentum, ita ut bellum non manibus, sed clamore decernatur, isq; loco manuum & armorum sufficiat. Subdit ejusmodi victoriam fuisse quam retulit Christus, & qui nobis ejus tribuat fructum sine labore, jubens clarissima & significantissima voce clamare, *ubi q est mors stimulus tuus? ubi est inferne nunc contentio tua?* (victoria) & quod paullo post hìc sequitur *ascendit Deus in jubilatione*: & quod est in alio Psalmo *r*, *ascendisti in altum, captivam cepisti captivitatem, accepisti dona in hominibus*: item illud usurpare, *Cantemus* s *Domino: gloriosè enim glorificatus est*, magnificatus est.) Illi enim offerenda gratiarum actio, inquit, illi victoria, illi trophæum, non est bellum humanum, nec pugna sensilis, nec pro aliquo eorum quæ ad hanc vitam pertinent decertatur, sed pro cœlis ipsis, & iis quæ sunt in cœlis. Ipse suis auspiciis, suoq; ductu, hoc bellum confecit; nobis autem victoriam impertiit, prout nempe Paulus *t* quoq; scribit. Voces istas præsentis loci Latinas, Græcas, Hebræas, & quid sit jubilus aut jubilum, videor alibi suprà nonnihil satis declarasse *u*. Deniq; quod ad *jubilum* spectat, est gaudium voce incondita sine verbis expressum Varrone *x* teste: qui rusticorum docet esse (id verò etiam Festus tradit) sicut quiritare urbanorum. Joann. *y* Goropius negat à Varrone probè intellectas has voces, & jubilare quidem vult derivari, ab, io, voce lætantium, præcipuè militum, & triumphantibus aggratulantium, dicendo, *io triumphe*: præterea inde factum ut summam lætitiam & pretiosiores quasdam res ut annulos, lapillos, &c. vulgo Cimbricè, adde Gallicè & Italicè *jotas* vocemus; immo & ut *Jovem* quasi voluptatis patrem Latini dixerunt, & apud Græcos ἰὼ gaudentium vox sit: At sunt hæc ut cetera fere istius auctoris propter nimium acumen parum solida, nec fortassis etiam quod Cassiodorus & Bruno Herbipolensis ait, à *juvo*, quod est delectio, jubilare derivatur. Ita verò descriptum jubilum ab Augustino aliàs dixi, sicut Gregorius *z* ait esse, quum tantam corde lætitiam concipimus, quantam sermonis efficacia non explemus, & tamen mentis exultatio hoc quod sermone non explicat, ore sonat. Item *a*; cum cordis lætitia oris efficacia non expletur, sed quibusdam modis gaudium prodit, quod ipse qui gaudet, nec tegere prævalet, nec explere; ut idcirco laudare Deum Angeli dicantur, qui claritatis ejus latitudinem in sublimibus vident: jubilare homines, videlicet mortales, qui adhuc in interioribus oris sui angustias sustinent.

i 2. *Ele. c.* 10.
k *in Mart. l.* 1. *Epig.* 4 *vel* 3 & *in* 5. *vel* 4. & *in l. de spect. Epig.* 3 *in Formulis* m 2. *Augustus* c 11. & 30.
n *Suet. in August.*
o *Proco.* 1. *de bello Goth. p de dignit. Sacerdot. c.* 3
q *Epist.* 110
r 1. *Cor.* 15. 55
Osea 13. 14.
s *Psal.* 67. 19.
Eph. 4. 8.

Nihilominus & accommodationis saltem sensu beatus canitur populus etiam electorum, qui scit jubilationem *b*, quia sic videt & laudat, ut incomprehensibilem & inenarrabilem esse Deum sciant. Non verbis jubilatur, ait August. *c*, sed solus gaudentium sonitus redditur, quasi parturientis & parientis cordis lætitiam in vocem rei conceptæ quæ verbis explicari non potest. Exemplum *d* profert illorum qui cantant in messe, sive in vinea, sive in aliquo opere ferventi, qui quum cœperint in verbis canticorum exultare lætitiam, veluti impleti tanta lætitia, ut eam verbis explicare non possint, avertunt se à syllabis verborum, & eunt in sonum jubilationis. Docet *e* scire *jubilationem* illum, qui scit unde gaudeat, non in se & superbia sua, sed in Domino, & in gratia ejus gloriando, cui lingua explicandæ non sit idonea. Adjicit *f* soli Deo convenire ut jubilemus, quia solus ineffabilis est. Concludit *g* demum, quum jubilent alii de gaudio terreno, nos de cælesti jubilare debere quod verè verbis explicare non possumus. Hunc jubilum Thomas ait signare Ecclesiam, quando in eadem dictione multiplicat notas. Habent quæ hactenus dixi vim in Latino verbo maximè non ita in Græco & Hebræo, ut Hilarius *h* optimè monet. Nam scribit, quantum ad eloquii nostri Latini consuetudinem pertinet, jubilum (quod Varro etiam Festusq; innuebant) pastoralis agrestiq; vocis sonum nuncupari, quum in solitudinibus aut respondens, aut requirens, per significantiam ductæ in longum, & expressæ in immensum sonus vocis auditur: sed ἀλαλάξατε & ἀλαλαγμὸν significare vocem exercitus præliantis (quod Chrysostomum dixisse notavi, & *barritus* ac *ululatus* etiam vocatur, qualis militum vociferorum sub Josue *i* ante Jericho; nec non *clangor victoriæ* k, de quo etiam *barritu* Gellius *l*, ac plus Lipsius *m*:) aut in concursu protrentis hostem, aut successum victoriæ exultationis voce testantis. Postea subdit, in hoc nostro Psalmo absolutiùs expressam dictam notionem, vocemq; *exultationis* licèt differentiat ab jubilo pro translationis conditione, quia propria exultantis vocis nuncupatio non reperta est per id quod *jubilum* dicitur, ostendi. Postremò documentum colligit, ut positi in vitæ istius præliis, & in hoc carnis & sanguinis nostri certamine adversus diabolum exercituq; ejus, armis spiritualibus dimicantes Deo *in voce exultationis* jubilemus: terreri omnem adversantem, & bellari adversus diabolum, vinciq; resurrectionis fide mortem tali exultantis vocis nostræ jubilo; hoc Deo placitum esse: hoc spei nostræ testimonium publicas victricesq; exultationis nostræ voces personare: id sibi voluisse *n* alibi Prophetam

t *Exod.* 15. 1
u 1. *Cor.* 15. 57.
x *in Ps.* 32. 3 & *in* 26. 6 *Jubilum* quid sit, unde ductum de nomine controversia
y 5. *de ling. Lat.*
z 11. *Hieroglyph. & lib.* 4. *Gallic.* Varro refutatus. Gallicum *joias* unde. Jovè quasi voluptatis patrem à Latinis dictum. *Jubili* descriptio ex August.
a 8. *mor. c.* 31
b *l.* 28. *c.* 7.
c *Ps.* 88. 16.
d *in Ps.* 32. 65. 80. 88. 94 99. 102
e *in Ps.* 32.
fin Ps. 88.
g *in Ps.* 99.
h *in Ps.* 94.
i *in Ps.* 69.
k *Josue* 6. 10
l *Num.* 23. 21
m *lib. c.* 1.
n 4. *de milit Rom. dial.* 11

per

per hoſtiam jubilationis (*vociferationis* vocat noſter Interpres; & ne inanem jubilationis hujus doctrinam, atq; obſervantiam crederemus, proteſtatur quod *a beatus* eſſet *populus qui ſciret jubilationem*. Tantum clamor in bello habet momentum, ut excitatiorem crebriorem q; victoriæ indicium fuiſſe Livius *b* teſtetur Volſcorum contra Romanos, quum horum eſſet diſſonus, impar, ſegnis, ſæpè iteratus, pavorem prodens; Joſephus *c* ſuos juſſerit ad clamores legionum aures obſtruere ne percellerentur. Noti etiam ſunt Panici clamores apud Polyænum *d*. Deniq; proditur Cato ille priſcus dixiſſe, verba plus quàm gladium, & voces quàm manum hoſtes territare, & in fugam vertere.

a Pſ. 26.6 Pſ. 88.16 Clamor in bello quantum habent momenti.
b lib. 4.
c 3. de bello c. 18.
d l. 1. Strat.

Verſ. 3.) Quoniam Dominus excelſus, terribilis, Rex magnus ſuper omnem terram.

CAuſſa plauſus, jubili, exultationis, hæc eſt ſanè juſtiſſima maximaq; quia Deus, cui ut hæc omnes faciant, invitantur, ſummus Dominus eſt, tremenduſq; ac Rex potentiſſimus, univerſam ſibi ſubjectam terram habens, proq; arbitrio & nutu gubernans, cunctos homines quemadmodum vult judicans, & coercens ita ut ei reſiſti non poſſit. Iſte Chriſtus eſt, qui accepit à Patre *Gentes hæreditatem, & poſſeſſionem terminos terræ*; cui *data eſt omnis poteſtas in cœlo & in terra* f; cui *omne genuflectitur cœleſtium, terreſtrium, infernorum* g. De terra mentio nominatim facta, non quòd ſit dubium an in ſupernis regnet Deus, ſed quia dubitant nonnulli, ut notat Didymus, an etiam dominetur in terra: & alii providentiam illius circumſcribebant uſq; ad Lunæ globum, quæ infra ſunt, providentia regi negantes. *Dominus* tuus eſt, ait Hugo Cardin. ſi ſervis: *excelſus*, ſi credis: *terribilis*, ſi times: *Rex*, ſi militas: *magnus* ſi te humilis: *ſuper omnem terram*, ſi non repugnas, ſed caro ſubdita ſit ſpiritui. Rectè ſecundùm tropologiam. Sed adhuc de ſingulis nonnihil diſtinctè attingendum.

e Pſ. 2.8
f Mat. ul. 11
g Phil. 2. 10

Dei providentia ut nonnullis circumſcripta.

Dominus excelſus.) In Pſalterio Vaticano, & apud Caſſiodorum, & Arnobium, *Deus ſummus*. Aliàs verti ſolet *altiſſimus*: quod & Græcè hoc loco ὑψιστος, & Hebraice עליון *hhelion*. Videtur autem nunc, *Dominus excelſus* poni pro ſubjecto, de quo, quæ ſequuntur (*terribilis*, &c.) prædicentur, & Hebræum primum nomen & Tetragrammaton Euſebius ita expoſuit, nempe quòd qui priùs in Cœleſtibus fere tantùm regnabat, evaſerit per Filium ſuum terribilis dæmonibus, & iis qui ſuper terram illos colebant. Theodoretus ad ſubjectum refert præterea vocabulum *terribilis*, ut is qui excelſus ac terribilis eſt, demonſtratus fuerit Rex omnibus, idq; innotuerit non Judæis tantùm, ſed omnibus Gentibus. Nihilominus cenſeri etiam potèſt *excelſus* prædicatum ſive attributum. De nominibus iſtis dictum ſatis aliàs. *Excelſi* Epithetum de aſcenſione Chriſti plures accipiunt, qui quaſi arriſibilis deſcendendo, factus ſit, ut Hieron. Beda, Bruno, Auguſt. loquitur, aſcendendo in Cœlum terribilis: Ruffinus & Haimo de potentia & efficacia voluntatis: Caſſiodorus, Thomas, Hugo de altitudine ſeu excellentia naturæ; quia Chriſtus altiſſimus eſt ex Divinitate, ut ait Baſilius, Euthymius, Nicephorus: Athanaſius de dignitate ſublimi Chriſti in Eccleſia propterq; Eccleſiam. Probat hinc Baſilius divinitatem Chriſti, ſimulq; quòd *Rex* paullo poſt *magnus* appelletur, ac monet quando paſſiones ejus audimus, ne concidamus animo, quoniam natura excelſus eſt; quod autem tale eſt, ſublimitatem ſuam numquam amittet. Denotatur etiam eodem epitheto, eum, qui adeo excelſus eſt, poſſe, ut obſervat Hugo, exaltare ſibi ſervientes. Adde quod aliquoties antea vidimus, eſſe tutum ad ipſum refugium, tamquam ad altiſſimam munitiſſimamq; arcem.

Chriſti divinitas ex hoc loco probata baſilius.

Terribilis.) Contra hoſtes Eccleſiæ, inquit Athanaſius, per ſigna & miracula, quæ ſingulis etiamnum diebus operatur, ut ait Euthymius & Nicephorus; quia venerandus, ut qui eum contemplantur, reverentiam illi præſtent, ut Didymus Hugoq; quia terrorem in cuſſurus in futuro judicio, ut Heſychius, Remigius, Caſſiodorus, Bruno, qui videl., ut hic poſtremus notat, vilus eſt in hoc mundo perterritus, quando cum homines perſequebantur: propter ipſammet aſcenſionem Chriſti, quæ ſanctum diſcipulis horrorem, adverſariis trepidationem incuſſit, ut Hieron. Auguſt. alii: quia licet ſit excelſus, non proinde noſtra non conſiderat *h*, ſed proſpicit & punit, ut Thomas: & quamvis ſit excelſus, ideſt, quaſi excelſi animi, & benignus, abutentes bonitate caſtigat, ut Ruffinus. Similis Pſal. LXXXVIII. *i Magnus & terribilis ſuper omnes qui in circuitu ejus ſunt*; & intelligit fortaſſis Deo alios, quibus miſeri mortales fidebant: quod clariùs exprimitur in XCVIII. *k.* quum terribilis dicitur ſuper omnes Deos. Deniq; *ſanctum & terribile nomen ejus* l.

h Job. 22.14.
i verſ. 8
k verſ. 3
l Pſ. 110. 9.
m Pſ. 85.10
n Pſ. 47. 2 Pſal. 94. 3. Pſ. 95.4. Pſ. 98.2. Pſ. 334 5. Pſ. 144. 3. Pſ 146.5 Judit. 16.6. Exo. 18. 11.2 Par. 2.5.1. Eſd. 5 8.1. 2.9 32. Tob. 13.1.
o Pſ. 76.14. Pſ. 94 5. Job. 36.26. Dan. 9.4 c. 14.40. 2. Mat. 2.8. c. 5.20. Tit. 2 13.

Rex magnus ſuper omnem terram.) Vocatur adhuc alibi abſolutè *m magnus*; *Dominus magnus* n, *Deus magnus* o, *Rex magnus* p, *Deus magnus & terribilis* q *magnus & potens* r, *magnus & laudabilis* ſ. Qui dicerentur *Dii magni* apud Gentiles diſputavi cap. 19. num. Act. Apoſtol. ubi magna Diana cognominatur. Deus ſolus verus revera magnus ac περιμέγιστος, multo ſine ulla comparatione magis, quàm qui dicebatur Mercurius, Triſmegiſtus, & quilibet alii, quos indicavi, dii magni, & Perſarum Rex magnus, Regumve Rex *t*, μέγας βασιλεὺς βασιλέως. Hoc Epithetum Regis Perſarum produnt etiam ſacræ litteræ *u*, & Regis etiam Babyloniorum *x*: hocq; tempore Turcarum tyrannus magnus Dominus vocatur, & Hetruriæ Dux magnus. Sicut ſolus Deus verè magnus, ita ſolus *altiſſimus ſuper omnem terram* y. Bruno Herbipolenſis & Caſſiodorus, *Regem magnum*, explicant Regem regum, Dominumq; dominantium. Thomas, magnitudine univerſitatis dominii, quia regnum omnium ſæculorum habet; duratione, quia in æternum: auctoritate, quia Rex omnium regum. Magnitudinem regiæ iſtius dignitatis Chriſti egregiè Chryſoſtomus exaggerat dignus omnino lectu.

m Pſ. 47. 2.
n Pſ. 94. 3.
o Pſ. 76. 14.
p Pſ. 47. 3. Pſ. 94. 3.
q Deu 7.21. 2. Eſd. 9. 14.
r Deu 10.17
ſ Pſ. 47. 2. 1. Par. 19. 25.
t verſ. 27.
u Citat autoris Briſſ. l. 1. de regno Perſarum.
x 1. Eſd. 7. 12
y Dan. 2. 37 Judith 3. 2.
z Ep. 82. 19.

Dii magni apud Gentiles. Quis vera magn. dicendus & quibus nomen applicatum.

Magnitudo regiæ Chriſti dignitatis.

Super omnem terram.) Non tantùm Judæorum, ſed etiam Gentium: ideo tantum pretium ex latere dedit, inquit Auguſt. & Ruffinus, ut emeret orbem terrarum. Hoc autem exprimendum fuit, ut antè dictum eſt, quia de regno cœleſti, non dubitabatur; Abſurdi ſunt, ait idem Auguſtinus *z*, qui putant, eum in Africa ſola regnare.

Terrarum orbis à Chriſto emptus pretio ex latere dato. Abſurditas credentium Chriſtum in Africa ſola regnare. *Tr. 13. in Jo.*

Verſ. 4.) Subjecit populus nobis, & gentes ſub pedibus noſtris.

Verſ. 5.) Elegit nobis hæreditatem ſuam: ſpeciem Jacob, quem dilexit.

DE populis Chananæis, quos Hebræi ſubegerunt, de Ægypto venientes; aut de iis quos multo poſt David redegit in poteſtatem: ſed ſub hiſtypis multo magis intelligit fore, ut opera Hebræorum, ſeu Judæorum & Iſraelitarum ſecundùm ſpiritum, hoc eſt, Apoſtolorum, qui videntur loquentes hìc induci, totus ubiq; orbis ex Judæis & Gentibus conſtans, Deo & Chriſto ſubjiciatur: &, ut quemadmodum Deus, ejectis Chananæis, illorum terram pulcherrimam optimamq; quam velut hæreditatem ſuam cenſebat, dedit Hebræis, ita in eodem ipſo loco, tum in eo qui princeps eſt regionis totius, nimirum in Hieruſalem ac in Sion, Eccleſiæ fundamenta prima jaciat, indeq; faciat, ut illa per univerſorum orbem propagetur. Ex perſona hæc Apoſtolorum dici Græci probant, quia compertum ſit non fuiſſe gentes populoſve filiis Core ſubjectos, nec ſub eorum pedibus ſtratos, quantumlibet antea reſtiterint prædicationi, ut hinc perſpicuè cognoſcatur, quàm ſit excelſus, terribilis, magnus Rex Deus & Chriſtus, prout proximè priùs dicebatur. Nam, & ante Apoſtolorum ſepulchra, inquit Theodoretus, qui ex omnibus gentibus crediderunt, proſterni videmus, & puſillum pulverem illum ardore multo venerari. Idem eſt ſi facias loquentem Eccleſiam, ut Latini faciunt.

Subjecit populos nobis.) Hieron. *congregavit populos ſubtus nos*. Auguſtinus, *ſubjecit plebes nobis*.

Sym-

Symmachus, ut refert Theodoretus, βασιλέας, *Reges* Hebræum יִרְבֶּר *radber*, vertunt alii *ducet*, deducet aget, ordinabit, comprimet, interimet. Omnes has notiones habet: & ultimam sequitur Paraphrastes קְטֹל בְּמוֹתְנָא *iiktul bemothana*, *occidet internecione*. Possemus interpretari de occisione spirituali, ad eum modum quo Petro dictum est *a*, *occide & manduca*, nempe prædicatione verbi & sermone, quem primaria significatione denotat Hebræum hujus loci verbum, & quasi subjicere per sermonem, qui dicitur *gladius verbi*

a Act. 10.13

Populos pro Judæis multi sumunt, quorum statim post pentecosten tria, paulloq; post, quinq; millia *b*, ut annotat Chrysost. sed hac de re dictum vers. 1. Ubi pro vocabulo *Gentes*, reddit Hieron. *populi*, quum esset Græcum ἔθνη, quod est hìc in sequenti membro. Hebr. utrobiq; עַמִּים *hhammin*.

b Isa. 41. 4.4

Et gentes sub pedibus nostris.) Hieron. *tribus*, φυλὴν & לְאֻמִּים *leummim*. Gentiles multi ut distinctos à Judæis accipiunt. Defendi potest. Sed verisimile quoq; synonymas voces esse. Phrasis autem ista jam occurrit priùs aliquoties *c*, *esse sub pedibus*, & *subjici subpedibus*. Ne autem videantur arrogantiùs Apostoli loqui, si intelligantur ipsimet dicerè subjectas gentes sub pedibus suis, videlicet illas quæ credunt, quum sint omnes, etiam cum Apostolis, sub pedibus Christi, explicat Augustinus nondum credentes in Christum, sub pedibus jacere Christianorum, rogantes, temporaliter etiam, sibi subveniri. Nil verendum tamen interpretari sic Apostolicos viros cum Apostolis, & Ecclesiam ipsam gratulari quòd subdantur imperio Christi, & iis quos constituit ipse principes in Ecclesia ex Gentibus accedentes ad lumen fidei. Voluit Dominus, ait Ruffinus, alios in Ecclesia esse prælatos, alios subditos, & imponi *homines super capita* aliorum *d*. Nolunt prælati aliorum sub se subjectionem, nisi vice Domini: redarguunt cum Paulo, volentes sibi subjici tamquam hominibus, quum non alius crucifixus sit pro aliis nisi Christus, nemo sit baptizatus in alterius nomine, quàm Christi *e*, & Petrus *f* subjectionem istam exigat propter Deum. Non ergo in hoc verbo, subdit Ruffinus, seipsos appetunt commendare, sed illum potiùs, cujus auctoritas erat in ipsi, cui magis obediebatur per ipsos, quàm ipsis. Cassiodorus *Gentes sub pedibus populosque* appellat eos, qui extra Ecclesiam latitantes, omnibus justis spiritualiter subjecti sunt, quòd eorum merita æquiparare non possint: aut illos, qui à Prædicatoribus, quorum *speciosos* seu pulchros *pedes* Itaias *g* vocat, subduntur, & certis regulis tenentur adstricti. Hugo Cardinalis aut Alensis *populorum subjectionem* refert ad illos qui rationabiliter ac humiliter viventes, tractandi sunt humaniter: alios, qui sunt superbi, ac male viventes, pedibus conculcandos, juxta illud *h Conculcat anima mea robustos*; & *pedibus* i *conculcabitur corona superbiæ ebriorum Ephraim*, ideſt, superbi, gulosi, luxuriosiq; & avari, quasi secundùm etymologiam vocis Ephraim dicas, fructibus deditos. Prædicatores Apostolos, & eorum factores *k* Gregorius *pedes* nominari docet *egentis homines*, de quo Job *l*, nempe Christi, qui *propter nos egenus factus est* *m*, & per illorum præsentiam Gentilitatem circuiens mundum perambulavit universum: qui legatione fungebantur pro ipso *n*. Adde summam venerationem quam potentissimi quique Christi Vicario exhibent, coram ipso procidentes ac veluti *terram lingentes* *o*, *vultu in terram demisso adorantes*, & *pulverem pedum* ejus *lingentes* *p*, cujus præcessit in Josue *q* typus præcipientis ut ponerent pedes super colla regum: qua de re aliàs egi, legique Suidas potest in Leontio, & quæ affert Thomas Bossius in signis Ecclesiæ *r*, & Joseph Stephanus, tractatu de osculatione pedum Pontificis. Accedat præterea pretium possessionum venditarum quod primi illi fideles ponebant ante pedes Apostolorum *s*, in signum summæ submissionis atque venerationis, ut hoc etiam loco Chrysostomus observat: alia præterea multa subjectionis istius addens signa. Denique prædixit Itaias *t* futurum ut *reges ministrent* Christo & Ecclesiæ, ut *asseratur* ad eam *fortitudo Gentium & reges earum adducantur*, *ut Gens & regnum quod non servierit ei, pereat*: & *gentes solitudine vastentur*: *ut veniant* ad eam *carnis filii eorum qui humiliaverunt* eam, & *adorent vestigia pedum* ejus, *omnes qui detrahebant ei*. Cyrillus *u* Alexandrinus visus est hæc intellexisse de beatis, quos etiam Sapiens *x* dixit *dominaturos populis*, & *judicaturos Gentes*. Ita quoq; Sapientem exponens docui de iisdem beati accipi posse *gladios ancipites in manibus*, *ad faciendam vindictam in nationibus*, *increpationes in populis* y, *potestatem super gentes* dandam *ei qui vicerit & custodierit usque in finem opera Dei* z: *calcationem impiorum*, *quum fuerint cinis sub planta pedum* justorum *a*.

Juxta tropologiam *populi subjecti* sunt motus rationis qui debent regi & foveri in bonum, ut explicat Hugo Card. *gentes*, motus brutales qui debent esse sub nobis, & conteri. Addit Origenes datam esse *potestatem calcandi serpentes & scorpiones*, *& super omnem virtutem inimici* b.

Elegit nobis hæreditatem suam.) Hieronymus, *elegit nobis hæreditatem nostram*. Meminit etiam Eusebius pro ἑαυτῷ vel ἑαυτῶ, vel ut habent emendati codices; ἑαυτῷ, alios legisse, ἡμῶν, & pro κληρονομίαν, posuisse κληρονομίαν, Chaldaicè, *complacebit sibi in nobis ut jure hæreditario possideamus hæreditatem nostram*. Eadem vox, paucis mutatis, duobus dictis modis reddi potuit בְּחִלְתֵּנוּ *nachalathenu*, *hæreditatem nostram*, & בְּחִלָּתֵנוּ *nachalathenu*, *hæreditatem suam*. Porro *nobis*, dictum est, non *nos*, quemadmodum Psalmo XXXIII. c *populus quem elegit in hæreditatem sibi*, ut significaretur, quòd elegit Deus nobis hæreditatem, ut eam illi acquireremus, & ut per nos fieret quod promissum est Christo (*dabo* d *tibi Gentes hæreditatem tuam*, &c.) idq; ea ratione, quam ipsemet, postquam secutus esset prædicando præceptum Patris *e*, præscripsit nobis, injungendo ut *prædicaremus Evangelium omni creaturæ* f, & *doceremus omnes gentes* g. Itaque Apostoli, sicut hactenus, ita etiam hic loquentes, dicunt Deum voluisse, ut opera ipsorum Ecclesia, quæ Dei Christique hæreditas est, congregaretur, & eadem ipsimet traderetur tamquam pro Deo & Christo gubernantibus, quasique possidentibus. Sic, *nobis*, idem valebit quod *per nos*, nec non quod *propter nos*. quamvis hoc non primariò. Si suppleas præpositionem, *in*, cum Euthymio erit sensus alius, *elegit in nobis hæreditatem suam*, ideſt, ut non essemus hæreditas ipsius. Sensum istum efficit versio Psalterii Romani, *elegit nos in hæreditatem sibi*, & Ambrosiani, *elegit nos hæreditatem suam*. Ecclesia tota dicitur hæreditas Dei, sicut de Synagoga sæpius vidimus, maximè verò qui primatum in ea tenent Apostoli & Apostolici viri: & nos Dei Christique ille nostra hæreditas, est, ut hoc quoque loco docet Hieronymus. Ecclesia commissa Prælatis hæreditas illorum quodammodo est, propter curam, ita ut dicantur ejus Principes & Patres: at absolutè dicitur *hæreditas sua*, hoc est, Dei, sicut & Petro pascendas dedit Christus oves suas & agnos *h*, reprehenduntur-que illi qui *hæreditate possidere* volunt *Sanctuarium Dei* i. Ipsimet Hebræi tametsi immissi in possessionem terræ promissionis, *advenas* sese ac *peregrinos* appellabant *k*. In *eligendi* verbo Christostomus pùtat occurri quæstioni de Judæis, qui fiat ut modò non credant: quod enim attinet ad Christum, illos elegisse, nec ullum exclusisse, verùm, quod mox innuitur, non omnes qui sunt ex Jacob, seu Israel, esse Israel, *sed in Isaac vocari semen*, & in Jac. qui prælatus est fratri Esau *l*. Quocirca *eligendi* verbum, ut alibi monuimus, non ad prædestinationem pertinebit, sed ad vocationem legis Evangelicæ, cui obediatur credendo, eamque profitendo, quamvis non omnes qui hoc faciunt, sint etiam prædinati. Hieronymus *m*, Isaiam declarans, præsentem locum de illis accipit, qui se Deo virtutum operibus sponte obtulerunt.

Non video quo pacto ex quod eligat Deus, libertas in eligendo nostra colligatus. Bruno Herbipolensis & Hugo Card. supplent, *dare*, *elegit nobis dare* &c. Vel exponit Hugo quòd more boni patris non permisit Deus ut nos per nos ipsos eligeremus, sed tamquam in partitione hæreditatis pro nobis quos magis diligit, eligit meliorem portionem, facitque ut eam eligamus, malam per nos ipsos electuri. Expositio de Apostolis, quos Christus electurus esset de stirpe Jacob seu Israel, ut convocarent & regent Ecclesiam, longè communior est. Placuit eadem Gregentio *n*: Quoniam, ibiqui, erant Apostoli ex Israele, & semen Jacob secundùm carnem, & supra omnes Israelitas delegit, illos Jesus Chri-

x *l.* 5. *in Ps.* 118. *in c.* 60

y *Sap.* 3.8

z Ps. 149. 6. 7

a *Apoc.* 2. 26

b *Mal.* 1. 4. 3

c Luc. 10. 19

d *vers.* 12

e Ps. 28

f *Ibid.*

g *Mar. ult.* 15

h *Mat. ult.* 19

i *Joan.* 21. 15 16. 17

k Ps. 82. 13.

l Ps. 36. 13

m *Rom.* 9. 6 7. 8. 13.

n *in c.* 77. *contra Herbat.* 4. *bibl. Patrum.*

a Act. 10.13

b Isa. 41. 4.4

c Ps. 8. 17. Ps. 17. 39.

Alios prælatos in Ecclesia, alios subditos voluit Deus.

d Ps. 65. 12 Subjectionem prælati qualem admittant.

e 1. Cor. 1. 12 & seq.

f 1. Ep. 2. 13.

g cap. 52. 7. Rom. 10. 15.

h Jud. 5. 21.

i Isa. 28. 3.

k 18. Mor. c. 19.

l cap. 28. 4.

m 2 Cor. 8. 9

n 2. Cor. 5. 20. Eph. 6. 20

o Ps. 71. 9

p Isa. 49 23.

q Isa. 49. 23

r c. Jos. 10. 24 Typus in Josue venerationis quæ Christi Vicario à regibus exhibetur.

s l. 20. c 5

t Act. 4. 35

u c. 60. 10. 11 12. 14.

Chriſtus Deus noſter in hæreditatem ſibi, tamquam ſpeciem Jacob, hoc eſt, florem, reliquo populo perfido, & incredulo ut inutili, deſerto ac diſperſo.

Speciem Jacob, quam dilexit.) Hieronymus *gloriam Jacob quam dilexit*, & alibi *a*, *pulchritudinem*. Chald. *domum ſanctuarii, gloriam fortitudinis Jacob, quam amabit*. Alii *hæreditatem* priùs memoratam per appoſitionem intelligentes appellari ſpeciem, pulchritudinem, gloriam, præſtantiam, ſplendorem, magnificentiam, decorem, florem præcipuum (pro καλλονὴν habet Aquila τὸ ὑπέρφερὲς, vel ὑπερὴ φανον *excellentiam* & *elationem*: Symmachus τὸν ἐνδοζασμὸν, *glorificantem*. V. editio τὸ καύχημα, *gloriationem*,) relativum fœmininum referunt ad dictam ſpeciem, ſive ad ſpecioſam hæreditatem Jacob, ideſt, populi Hebræi, qui tribubus duodecim conſtabat, quarum Jacob auctor fuit, ut populus eam dilexiſſe dicatur, eaque gloriatus, ſcilicet regionem quam accepit à Deo. Quidam interpretantur illum ipſum Deum qui elegit illam hæreditatem ſuam dicto populo, deditque eamdem dilexiſſe ac magni feciſſe, utpote ſpecioſam terram, optimam, & quæ populo, cujus caput Jacob, ornamento, & commodo magno eſſet. Poſſet etiam ſumpto relativo אשר *aſcher*, omnis generis, in maſculino genere de Jacob explicari, quem dilexiſſe Deus intelligatur. Quidam codices habent, *quem*, quos Hieronymus in Commentario, Bruno Carthuſianus, Beda, Pampolitanus, Lyra, Hugo RicKelius, Turrecremata, Valentia, Genebrardus ſequuntur: Haimo autem & Lombardus Thomas, eamdem una cum lectione illa quam ſequimur, & ceteri autores omneſque Græci, legentes conſtanter (ὃν) ut mirum ſit in textu Latino verſionis ex editione LXX. emendata, eſſe *quem*. Alibi dicitur Deus elegiſſe tribum Iuda, & *montem Sion, quem dilexit* b & *dilexiſſe portas Sion ſuper omnia tabernacula Jacob*, deque civitate illa Dei *glorioſa dicta eſſe* c. *Species* item *domus* appellatur *d* ſpecioſiſſima Eccleſia, ut expoſui in Commentario Pſalmi LXII. jam dudum evulgato, quæque toties in Cantico vocatur *ſponſa, ſoror ve* ſpecioſa, pulchra, formoſa, perfecta, integra, pulcherrima, immaculata, ſine macula, columba deſcriptione adjecta pulchritudinis & formæ partium ſingularum. Eamdem quoque Paulus *e* dilectam ſcribit à Chriſto, & exhibere eum ſibi voluiſſe tradendo ſe pro ipſa, ſanctificando, mundando lavacro aquæ in verbo vitæ glorioſam, non habentem in maculam, aut rugam, aut aliquid hujuſmodi, ſed ut eſſet ſancta & immaculata. Docui etiam antè, Apoſtolos ipſos hìc loquentes, de ſeipſis intelligere, quos elegit Chriſtus & dilexit, & primitiis ſpiritus, ac præclarioribus gratiæ muneribus exornavit: quaſi repudiatis aliis ad eum modum quo Jacob fratri Eſau antelatus eſt. Quam comparationis vim hoc loco expendunt Patres de Eccleſia loquentes, quæ ſynagogæ præclara eſt, & quidquid præclarum in ea fuit, quaſi hæreditate tranſlata accepit. Euſebius verò attendit vaticinium quod peculiariter Jacob edidit de Eccleſia *f*, ita ut decori obnoxius fuiſſet niſi veritas conſecuta eſſet, ac idcirco ipſa Eccleſia cenſeatur gloria & exaltatio ipſius, ὑνδοξασμὸς καύχημα, ut ex aliorum Interpretum verſione retulimus. Athanaſius ipſammet prophetiam Jacob de Gentium vocatione putat hìc vocari ſpeciem Jacob, pro qua vocatione poſuerit Chriſtus animam. Cyrillus peculiari quadam ratione ultra Apoſtolos omnes illos Judæos comprehendi putat, qui moribus pulchris & candidis eſſent, ac, ut de Nathanaele dicebat Chriſtus *g*, *ſine dolo*, & prudentiores tum ex Prophetis, tum ex lege, tum ex miraculis, tum ex ſermonibus Chriſti credebant illi. De his affirmari poteſt: illud, licèt de Gentibus dictum, (qui ſecundum ſpiritum Judæi ſunt ac Iſraelitæ) h *crediderunt quoquot erant præordinati ad vitam æternam*: ſicut & Lydiæ *cor Dominus apperuiſſe* ſcribitur, *ut intenderet hìc quæ dicebantur à Paulo* i. De quibus locis Actuum Apoſtolorum conſule noſtrum Commentarium. Bruno Herbipolenſis, poſt Auguſt. & alii conſiderant in Jacob, quòd pro vili eſca comparaverit ſibi primogenituram fratris; quæ ſpecioſa pulchraque prudentia fuit: quòd à ſimplicitate ſimul cum ſollerti ſimulatione laudatus, quòd ei nomen mutatum. De his tropologicè Philippus Grevæus *k* diſputat, & quidem accommodatè ad viros religioſos, qui ſi legent, proficient & oblectabuntur. Non vacat recitare, & jam quoque alibi attigimus nonnnullas tropologias de Jacob. Sed quod Thomas explicat, *ſpeciem Jacob* pro eo quod eſt repræſentatum per Jacob, nempe ſpiritualia bona, quando ſcalam vidit, non congruit cum voce Græca καλλονὴς, & Hebraica צאון *gheon*. Arnobii ſingularis explicatio eſt hujus & totius ferè Pſalmi de nativitate Chriſti. Sicut in adventu diaboli omnibus Gentibus, inquit, planctus indictus eſt *l*, *væ terræ & mari, deſtendit diabolus ad vos*; ita in adventu Domini Jeſu, *in voce exultationis* dicitur, *Omnes gentes plaudite manibus*, &c. Tum ſubjicit quòd ea *ſubjectio* de qua Apoſtoli loquentes inducuntur *Gentium populorumque*, & *electio in hæreditatem*, facta eſt in ſpecie Mariæ; quam dilexit Spiritus Sanctus. Poſtea ſequentia in Pſalmo declarat, quòd tunc aſcendit Chriſtus in ſtrepitu & in tubæ, quia Herodes turbatus eſt, territi paſtores, Magi fugerunt, occiſi infantes, cecinerunt Angeli *gloriam Deo in excelſis*, & paſtoribus dixerunt *regnare Deum ſuper omnes gentes*, ac *ſedere ſuper ſedem ſanctam ſuam*, hoc eſt, Mariam, ob illibatam Virgitatem ipſius: principes populorum, nempe Angeli, iidem cum Deo Abraham, convenerunt ad Mariam quando dictam gloriam cecinerunt: cauſſa nativitatis Chriſti, & conventus Angelorum fuit, quoniam dii fortes terræ in ſuperſtitionibus, & in templis ſuis nimiùm elevati ſunt; iis autem expulſis atque dejectis, regnare oportebat Chriſtum ſuper omnes gentes. In hoc totus Arnobii Commentarius conſumitur his ipſis ferè verbis ejusdem recitatis à me, propter acumen & pietatem Auctoris, ſi non illius qui contra Gentes ſcripſit, Lactantiique præceptor fuit, quum ſtylus admodum diſcrepet, & in Pſalmum CIX. meminerit Photini illius Arnobii recentioris & in CVII. refutet opinionem quæ Auguſtini ætate agitabatur, prædeſtinaſſe alios Deum ad benedictionem, alios ad malectionem reprobaſſe, certè, valde antiqui nec indocti, ex quo & citat Beda teſtimonia in Commentariis Pſalmorum, videlicet quo tempore, ut non malè conjectat Poſſevinus noſter in Bibliotheca, vivebat Auguſtinus, quia quum Ruſticus & Laurentius Epiſcopi, quibus opus dicat, interfuerint concilio Carthaginenſi cum Auguſtino, & hìc idem Arnobius in Pſ. CXXXI. legit *floriet* pro *florebit*, & in CXXXVIII. *oſſum* pro *os*, ſicut & Auguſtinus lectum teſtatur ſuo tempore, tum in 2. de doctrina Chriſtiana c. 13. tum in Pſ. Sed de hoc ipſo auctore lege præfationem noſtram. In fine eſt סלה *ſelah*, quamvis in codicibus Complutenſibus, Regiis & aliis dicit διάψαλμα.

a *in cap. 4. Zach.*

b *Pſ. 77. 67.*

c *Pſ. 86. 2.*

d *Pſ. 67. 13.*

e *Eph. 5. 27.*

f *Gen. 40. 10*

g *Ioan. 1. 47.*

h *Act. 13. 48*

i *c. 16. 14.*

k *Serm. 97.*

1 *Apoc. 12. 12*

Lactantii præceptor

Verſ. 6.) Aſcendit Deus in jubilo, & Dominus in voce tubæ.

LItteraliter videtur ſenſus eſſe ad aſcenſum Dei in arca, ſive de illatione arcæ in Sion, in quo, ut priùs dictum eſt, elegerat habitationem ſibi, & ædificari voluit *ſanctificium ſuum in terra*, m, cum jubilo populi & clangore tubæ, denique cum pompa atque lætitia ſumma, idque primùm opera Davidis, deinde magnificentiùs celebriuſque opera Salomonis. De Davide ſcribitur *n*, quòd ipſe & omnis domo Iſrael *ducebant arcam teſtamenti Domini in jubilo & in clangore buccinæ, & tubis & cymbalis, & nablis, & citharis concrepantes*. De Salomone quoque proditur *o*, quòd jam illata arca tam Levitæ quàm cantores *veſtiti byſſinis, cymbalis pſalteriis, & citharis, & tubis, & voce, & organis, & diverſi generis muſicorum*. Quocirca ſicut per *jubilum* intelliguntur omnes melodiæ, ita per *tubam* omnia inſtrumenta muſica, ut Abulenſis *p* notat, qua de re adhuc poſtea.

Verſum iſtum conſenſu maximo ennarratores ac præterea Cyrillus *q* Jeroſolymitanus, Cryſoſtomus *r*, Cyprianus aut Ruffinus *ſ* Cyrillus Alexandrinus *t*, Nicetas Choniata Eccleſiaque ipſa de Angelis comitantibus aſcendentem Chriſtum interpretantur, quorum aliqui reviſerint diſcipulos defixos in Cœli aſpectu *virorum Galilæorum* nomine compellando *u*: quidam *attolli portas æternales* imperaverint *x*, & hymnis triumphantem proſecuti ſint, juxta noſtrum loquendi modum. Addi poſ-

m *Pſ. 77. 69.*

n *2. Reg. 6. 15. 1. Paral. 15. 28.*

o *2. Paral. 12. 13.*

p *in 2. Reg. 6. 9. 18.*

q *Catech. 14.*

r *in Pſ. 50.*

ſ *in Symbol. t lib. 10. in Ioan. c. 9*

u *in Theſa. fol. 108.*

x *Act. 1. 11. Pſ. 23. 7. 9.*

poſſunt animæ juſtorum, aut etiam ſi qui cum corpore aſcenderunt, ac forſan etiam voce laudes Chriſti celebrarunt. Sed *jubilum* Caſſiodorus, Auguſtinus, Ruffinus, Remigius, Hieron. (cujus tamen etiam prior expoſitio) Bruno Herbipolenſis referunt ad diſcipulos ineffabili cordis lætitia repletos ac ſtupefactos ob tale miraculum aſcenſionis; *vocem tubæ* ad illud reſponſum datum diſcipulis ab Angelis. Sed non credo Caſſiodoro atque Brunoni Herbipolenſi, tam magno ſtrepitu percuſſi aeris fragoreque formatas ab illis voces, quum juxta diſcipulos aſtitiſſe dicantur. Reverſos ab aſcenſione Chriſti cum gaudio diſcipulos Lucas *a* prodit, & Leo *b* confirmat ipſo aſcendentis aſpectu mirificè lætatos. Chryſoſtomus air, in nubilo aſcendiſſe Chriſtum, quia in victoria, quum mortem viciſſet peccatum dejeciſſet, dæmones fuga, viſſet, errorem expugnaſſet, omnia in melius mutaſſet, in antiquam patriam, immo in longe meliorem noſtram naturam deduxiſſet, denique rebus rectè geſtis ut voluit: *jubilum* enim ἀλαλαγμὸν vocem eſſe quæ triumphum ac victoriam deſignet; de Chriſto autem ſcribere Paulum quod expoliavit principatus & poteſtates traducendo, ac triumphando eas in ſe ipſo, *delendoque chirographum contrarium nobis, & cruci affigendo* c. Vocem etiam *tubæ* ſignificare vult præclaram victoriam, & claram, quę poſtea per prædicationem Apoſtolorum, qui fuerunt tamquam tubæ, ſed unica propter concordiam, tubæ unius vox mundo facta eſt, de illa deque aſcenſione Chriſti notitiam: quemadmodum enim in caſtris, quando cum ſignis in aciem prodeunt, præcedunt tubæ, quæ præientes excitent; ita veluti tubas ſonaſſe ingredientibus Apoſtolis in unamquę civitatem, & ad audiendum omnes effuſos fuiſſe. At non ita placet quod negat aſcenſioni alios præter undecim diſcipulos interfuiſſe, & ſilentio clanculumque peractam aſcenſionem, ut propterea illo modo exponi debeat jubilus ac tuba. Figuratum loquendi modum admitto: ſed ſpectatam à pluribus aſcenſionem Chriſti docui Commentario Actuum Apoſtolorum. Non tum omnino certus Commentariorum in Pſalmos qui tribuuntur Chryſoſtomo, Chryſoſtomum auctorem eſſe, tum aliis de cauſſis, tum quia ſtilus à ceteris ejus ſcriptis differt; & Hebræa citat variaſque aliorum Græcorum interpretationes ſive verſiones, quod alibi non facit. In libro quod *Chriſtus ſit Deus* eodem pacto explicat jubilum ac vocem tubæ de clara ipſius aſcenſione. Hieychius in catena, de eadem cum victoria. Didymus magis univerſè de Deo qui aſcendere cenſeatur, quatenus cognitionem captumque noſtrum ſuperat, nec exprimi verbis poteſt quod innuit jubilus, & tamen dogmatum ejus vis magna & ſonora eſt, quod tuba indicat. Rectè Hugo jubilationem diſtinguit Angelorum, Apoſtolorum, redemptorem omnium, Chriſti.

Aſcendit Deus.) Chriſti divinitatem hinc probant ferè omnes: ſimul vero Chryſoſtomus & Hugo ex *aſcendendi* verbo: quodque non dicatur aſſumptus, vel deductus, vel portatus, quia nimirum nullo alio eum ducente ſicut de Elia traditur *d*: idcirco ſcripſiſſe Lucam *e*, quod eum diſcipuli *euntem intuebantur in Cœlum*. Majus momentum in Dei nomine, quia ut ibidem docui, quandoque dicitur aſſumptus Chriſtus *f*, ἀναλημφθεὶς. Humanitatem ejuſdem Chriſti per *aſcendendi* verbum demonſtrat Cyrillus Alexandrinus *g*: aſcendit enim certe, inquit, cum corpore, nec in nuda deitate: Deus enim erat incarnatus. In catena Barbari, ait innui aſcendiſſe illum qui & deſcenderat, prout Paulus *h* etiam; nempe per incarnationem & realem animæ deſcenſum ad inferos, corporis in ſepulchrum. Simile argumentum Gregentii *i*: nam de Deitate verbum *aſcendit & deſcendit* non enunciatum eſt. Enunciatur quidem utrumque verbum nonnumquam abſolute de Deo ratione cujuſpiam effectus, ut exemplis facile oſtendi poteſt. At poſitis aliis, ejuſmodi ratio vim nonnullam habet. Ratione arcæ, quum de ducebatur Deus ipſe quaſi ei inſidens aſcendere cenſebatur, & exurgere, ut dixi in Pſal. LXVII. quem ſuperioribus jam annis ſeparatim commentariis editis explanavi. Didymus univerſe ſumit aſcenſionem Dei in jubilo quum ſupra cogitationem captumque noſtrum invenitur.

In jubilo.) Dictum ſatis quid ſit, paulloque ante, vel de Chriſto, vel de Apoſtolis, vel de Angelis intelligi. A Vulgo Eccleſia canendo uſurpat, *in jubilatione*, itaque legitur in Pſalterio Romano & Gallicano, & in textu Auguſtini, Caſſiodori, præterea à Cypriano vel Ruffino in ſymbolum. Præpoſitio, *in*, hic & in ſequenti membro id valet quod, *cum*, ſicut alibi ſæpe.

Et Dominus.) Non quod alius, ait Cyrillus, Dominus, & alius Deus, putandus ſit, ſed unus & idem eſt. Illum enim omnino quum Deus ſit, imperii gloria ſequetur; quemadmodum exiſtentem natura dominum, ſequitur natura Deum eſſe. In textu Hebræo hic eſt nomen יהוה *iehovach*, prius autem אלהים *elohim*. Deſiderantur autem in eodem atque in Græco particula, &.

In voce tubæ.) Hieronymus, *buccinę*, vox per catachreſin dicitur etiam de inanimatis, ut vidimus Pſal. XXVIII. Uſum hujus inſtrumenti conſiderat hoc loco Chryſoſtomus ad excitandos in bello milites, applicans Apoſtolorum prædicationi. Favet *i* Didymus, confirmans verbis illis *k*, *Quum facies eleemoſynam, noli tuba canere ante te*, hoc eſt, inquit ille, ne manifeſtaveris. Quo modo exponit eum loco etiam Chryſoſtomus, Auctor *l* operis imperfecti, Theophylactus, Euthymius, Auguſtinus, & Euthymio teſte aliqui, B quos poſta ſecuti ſunt Lyranus, Abulenſis, Cajetanus, Janſonius, Salmeron *m* (confirmans inſtituto Montis Caſſini, ubi certis diebus campana evocantur peregre pauperes ad eleemoſynam) Sanctotitius, alii, & Gloſſa interlinearis putat probabile: exiſtimarunt revera Judæos olim tubis uſos ad elemoſynam dilargiendam, idque ad tollendam certam vagationem mendicantium, & ut nullus à beneficio excluderetur. Sed probabilior prior ſententia merito viſa Maldonato, quòd nec tam liberales eſſent Judæi; nec talis mos probari queat ullo vel exemplo, vel teſtimonio: alluſionem tantum eſſe ad conſuetudinem congregandi populum tuba, quum orandum vel aliquid publicè faciendum aut edicendum *n* eſſet; qua de re Sigonius *o* agens de Hebræorum concione, & prior illo Joſephus *p*, vel ad modum tragœdiarum & commœdiarum, quarum initio monebatur populus tubæ ſonitu, hiſtrionem exire quem & hypocritam vocant, quo ipſo nomine fictos eleemoſynæ largitores, ut ejus prætextu colligant auram popularem, Chriſtus appellat, & in textu Græco quòd Latine dicitur, *ut videamini*, πρὸς τὸ θεαθῆναι, quod Theatro ſpectaculoque convenit. Acutè Chryſologus *q* de tuba in ſermone de hujuſmodi eleemoſyna ſermonem fieri notat: quia talis, inquit, eleemoſyna hoſtilis eſt, non civilis, non miſericordiæ dedita, ſed clamori: ſeditionis vernula, non alumna pietatis: oſtentationis nundinatio, non commercium charitatis. Ubi mihi videtur indicare tubæ uſum ad prælium, & ad ea quæ veneunt ſub haſta. Cyprianus aut Ruffinus *r* hoc utens loco pro Chriſti aſcenſionis triumpho, ait in voce tubæ moris victorum eſſe redire de prœlio. Horas etiam ſcribit Joſephus *ſ* tubæ ſigno deſignatas apud Hebræos, & ſacerdotem ex eminenti turri populo ſabbata indicare *t*. Omittam profani claſſici, tubæ, buccinæ, litui, cornu, tympani, uſum, de quo in militia Romana Lipſius *u*. & Valtrinus noſter. Illud proprius ad nos facit, quòd Varro ſacris tubam aſſignat propriè, Feſtuſque feſti meminit, cui nomen *armiluſtro*, quo res divinas armati faciebant, ac dum ſacrificabant, tubis canebant. Varro *x* *tubiluſtrum* appellat: Suidas *y* σάλπιγγαι ἱερατικὸν ὄργανον, quia ἱερεῖς ἔχρῶντο τῇ σάλπιγγι: Artemidorus *z*, ἀράν, nec non Euſtachius *a* inter tex ejus genera quæ enumerat, aitque ad ſacrificia illa Ægyptios uſos. Apud Hebræos tubis argenteis clangebant ſoli ſacerdotes *b*, qua de re diligenter diſputat Abulenſis *c*, explicans eo clangore convocatam multitudinem, aut principes; indictum bellum pugnamve: celebrata feſta, vel epulas ſolemnes. In neomenia, ut in inſigni die ſolemnitatis buccinatum Pſalmus teſtatur LXXX. *d* Nec mirum ſi ſacerdotes ipſi tuba canerent: proprium enim liberorum hoc inſtrumentum vocat Artemidorus *e*, Norbanum Conſulem ſcribit Dio *f* in ea re multum fuiſſe. Quare non immerito per *tubam* prædicatorem deſignari hoc loco volunt; cui etiam dicitur *g*, *ut exaltet ſicut tuba vocem ſuam*. Poſſet huc demum referri tubarum feſtum in Leviticо *h* & in Numeris, præſcriptum, ut recoleretur beneficium illud quo Deus liberavit Iſaac, ne immolaretur à patre, arietem

ſub

a *Act. cult.* 52.
b *Serm.* 1. *de aſcenſ.*

c *Coloſſ.* 2. 15.

A pluribus Chriſti ſpectata aſcenſio.
Controverſia ſuper Chryſoſtomi in Pſalmos Commentario.

Ex verbo aſcendendi argumentatio ſumpta.
d 4. *Reg.* 2. 11.
e *Act.* 1. 10, 19
f *de Inc.* c. 9.
g *Eph* 4. 10.

h *diſp. contra Herlan. Indæ ſom.* 4. *bibl Patrum.*

i *Matt.* 6. 2.
k *Hom.* 10. 1 *To.* 5. *tr.* 14
Campanæ uſus ad evocandos ad eleemoſynam pauperes. Tubæ apud Judæos, ut volunt nonnulli.
Controverſia Judæorum populus illiberalis.
m *Ioel.* 2. 15. *Nu.* 10. 2.
n 6. *de repu. Hab.* c. 3.
o 3. *Antiq.* 9. *vel.* 11.
p *Serm.* 9. Hoſtiis eleemoſyna.

q *in ſymbol. t in vita ſua.*

Tubæ ſigno hora deſignatæ apud Hæbræos.
ſ 5. *de bello Iudic.* 9.
t l. 4. *dial.* 10.
In ſacris tubæ uſus, Armiluſtrum.
Tubi luſtrum.
u *de lingua Lat.*
x verbo σάλπιγξ
y l. 1. cap. 5.
z In Iliad.
Tubi argenteis ſoli clangebant ſacerdotes apud Hæbræos.
a *Nu.* 10. 2. 2. *Par.* 16. 6. *Ioſ.* 6. 5.
b *in l. Nu. c.* 10. 9. 12. & *ſeq multis.*
c *verſ.* 4.
d *l.* 1 c. 57.
e *l.* 57.
f *Iſ.* 58. 1.
g c. 23. 24.
h c. 20. 1.
i *Gen.* 22. 13.

ſuſtituendo pro illo, & proinde tubæ corneæ eſſent. Tale feſtum, ait Origenes, *a*, ritè celebrari ab eo, qui mandet Scripturas memoriæ, meditans in iis die ac nocte, noveritque in Pſalmis jubilare. Lege Riberam *b* noſtrum. Oportuit ſemel paucis perſtringere futuris aliis Pſalmis profutura circa tubas.

Ad extremum placet Hugonis tropologia, ut *aſcendere* dicatur Deus, & *Jeruſalem* (cœleſtis) *in corde* hominum *c*, *in jubilo*, per Eccleſiaſticum officium recitatum, cantatumve, ad quod invitamur primis fere verbis illius *d*; *jubilemus Deo, in voce tubæ*, per prædicationem ſaltem in neomenia dieque inſigni ſolemnitatis *e*, ideſt ſolemnioribus feſtis, ita ut ille fieri cenſeatur, quando vox varias format melodias, ſeu, ut antea Thomam dixiſſe retuli, notas, ab incipientibus inter ſyllabas ejuſdem dictionis: à proficientibus in fine verſiculorum: à perfectis in fine antiphonarum.

a *Hom. 23. in Nu.*
b *5. de temp. 9. & 10.*
c *Ier. 51. 52.*
d *Pſ. 94. 1.*
e *Pſ. 80. 4.*

Verſ. 7.) Pſallite Deo noſtro, pſallite: pſallite Regi noſtro, pſallite.

Verſ. 8.) Quoniam Rex omnis terræ Deus: pſallite ſapienter.

QUum aſcenſus ille, de quo dictum eſt, quo Chriſtus cœlum repetiit, tam feſtivè fuerat exceptus omnique ſignificatione lætitiæ tum vocis, tum inſtrumenti muſici, hortatur quater omnes, ut pſallant Deo ac regi tanto; non noſtro tantum, ſed univerſæ terræ, & quatuor partibus ejus, idque non bacchantium more, inconditè, incompoſitè, negligenter, irreverenter; ſed intelligenter, clarè, diſtinctè, attentè, devotè, utque mores ipſi apti ac benè compoſiti veluti concinant, & armonicè reſpondeant, nec alii quam Deo ac regi verò deferatur hic honor, non idolis, ut amentes Ethnici faciunt, ut Auguſtinus notat, & alii cantantes iterant, repetuntque ſæpius eaſdem nonnullas voces, ut majorem auditorum attentionem & voluptatem excitent, in quo rationem jubili poſitam à nonnullis prius dixi: propterea David tamquam præceptor eodem ſæpius replicato verbo ad id faciendum cunctos invitat. Heſychius monet merito præcipi ter pſalli Deo, ut lingua & mente, & ſpiritu pſallamus. Atqui verſu ſeptimo quater idem verbum repetitur, & in octavo adhuc ſemel. Deinde quum Paulus *f* exigit ut pſallatur & oretur *ſpiritu & mente*, non tantum *lingua* per *ſpiritum*, intelligunt multi eum quem ore ſpirando, formamus, voces, ut Chryſoſtomus, Theophylactus, & ſatis colligitur ex verbis ejuſdem Pauli *g*; *ſi orem lingua, ſpiritus meus orat, mens autem mea ſine fructu eſt*. Didymus quidem etiam repetitionem eo refert, ut non lingua ſolum juxta legis umbram, ſed & ſpiritu ſecundum Evangelium pſallatur, ſed etiam ſignificari, ut inceſſanter ac perpetuo, & quod pertinet ad ſpiritum, id eſt, ut ſpiritualiter, potiùs cum aliis accipit denotari per, *ſapienter*, utique vim eorum quæ dicuntur percipere curent hi qui pſallunt. Citat Dymus neſcio quem Scripturæ locum in illos qui non ita pſallunt: (diſcede à me; ſonum viarum tuarum, & Pſalmum organorum tuorum non audiam.) Remigius Patris perſonam notari putat quum dicitur *pſallite DEO noſtro, pſallite*: Chriſti, *pſallite regi noſtro*: Spiritus Sancti, *pſallite*. Ruffinus in repetito quinquies verbo, *pſallite*, præter excitationem tardorum & nimiæ inculcationem jucunditatis, obſervat quinque ſenſus (id Ludolpho quoque placet) vertendos in bonum uſum. Hoc etiam apud Hugonem lego, in hymno quinque exprimantur, *os, lingua, mens, ſenſus, vigor confeſſionem perſonent*. Addit innui, ut pſallamus corde, ore, opere, conſuetudine, finali perſeverantia. Ayguanus in quaternatio qui ponitur verſu 7. annotat obſervationem, orationem, poſtulationem gratiarum actionem, de quibus Paulus *h*. Hugo Victorinus *i* docet, omnem Pſalmum duci orationem poſſe, quamvis nihil in quibuſdam petatur: ſatis eſſe quod ſemper aliquid contineatur, quo mens elevetur in Deum, quæ orationis definitio eſt, & varios in quoliber affectus excitari ſentiamus. Singularis, nec, ut opinor, vera opinio Agellii, nunc invitari pro-

f 1. *Cor.* 14. 15.
g *verſ.* 14.
h 1. *Tim.* 2. 1. *Phil.* 4. 6.
i *l. de virtute orandi, vel de modo c.* 4. & 5. *in fin.* 2.

A priè Levitas tamquam præſtantiores & ſapientiores ad pſallendum, & laudandum: quum omnes initio Gentes fuiſſent ad plaudendum & jubilandum invitatæ.

Pſallite.) Hieronymus, *canite*, & ſic quinquies vertit hoc loco. Quocirca non eſt neceſſarium de inſtrumentis muſicis intelligere, cum Genebrardo, quamvis זמר *ziumer*, ψάλλατε, *pſallere* illum pulſum denotent; & *canendi* etiam verbum, quo utitur Hieronymus, ad concentum transferatur muſicorum inſtrumentorum. De utraque vocis humanæ atque concentus ſive armoniæ organorum laudatione locus hic intelligi commodè poteſt.

Pſallite DEO noſtro, pſallite regi noſtro.) Peculiari quodam modo Chriſto, ut homini convenit nomen, *regis*; ideoque indicatur humanitas illius cum Deitate. Vel per *DEUM* Pater, Chriſtus per *regem* intelligitur, ſimul tamen etiam verus Deus Patri conſubſtantialis, *ut omnes honorificent Filium ſicut honorificant Patrem* K. Priore autem modo Thomas notat eodem honore honorari humanitatem & divinitatem in Chriſto, quia idem ſuppoſitum eſt: Indicans profecto precisè ac ſecundùm ſe ſpectatam humanitatem B Chriſti, ut concipitur abſque dicto ſuppoſito, non honorari illo ipſo honore quo divinitas honoratur, ſive humanitas propter unitatem cum ſuppoſito divino.

K *Ioan.* 5. 23.

Quoniam rex omnis terræ Deus.) Non quomodo quarumdam provinciarum certa quædam Numina, ut Paphi, Venus; Cretæ, Juppiter; in Thracia, Mars, &c. ut notat Bruno Herbipolenſis, Caſſiodorus, & alii, nec Judææ unius Deus, ſed orbis totius; quamvis ſuper omnium Dominus, dici peculiariter voluerit Hebræorum; & hac forte de cauſſa tantopere jubilet nunc David. Optima ratio, cui tanto adeoque magno DEO pſallendum ſit, & quidem *ſapienter*. Eadem affertur Pſalmo XCIV. *Venite, exultemus Domino, jubilemus DEO*, &c. *quoniam Deus magnus Dominus, & Rex magnus ſuper omnes Deos*. Quemadmodum, ut voveant, & vota reddant, redditur cauſſa, quia *terribilis* eſt, *auferens ſpiritum principum, terribilis apud reges terræ* l. Sacerdotis in ſacræ veſtis imo, malogranata, ſi- C ve punica *m* ſymbolum erant erant ampliſſimæ ditionis ac regni Chriſti, cui ſubdita regna eſſent, quum ad quidpiam tale deſignandum ſiniſtræ manu Junonis malum punicum Gentiles imponerent, dextræ ſceptrum, diadema capiti *n*. *Regna terræ cantant & pſallunt huic Domino* o, qui habet *in capite diademata multa* p: quorum celebritatem intermiſta malogranatis in eadem veſte tintinnabula indicant.

Ter pſalli Deo cur præcipitatur.

l *Pſ.* 75. 12. 13 *m Ex.* 28. 33 Malogranata in Sacerdotis veſte cujus rei ſymbolum. n *Pauſa. l.* 2. o *Pſ.* 67. 33. p *Apoc.* 19. 12

Pſallite ſapienter.) Hieronymus, *eruditè*. Alii, *omnis intelligens, quotquot intelligitis, intelligibiliter* (quomodo Auguſtinus) hìc & tractatu 13. in Joan. *prudenter, ſcitè, concinnè*. Sic videntur convenire & invitari periti pſallendi canendive, ſicut & in Pſalmis, quorum titulus continet משכיל *maſchil*, quæ vox habetur hoc loco. Paraphraſtes appellat intellectum bonum שכלא טבא *ſicla taua*. Apollinarius pſallendum canendumve interpretatur τινυσσόμενος ἐν καρδίᾳ χέφρονι μύθῳ, *conſulto corde & prudenti ſermone*. Ultra igitur canendi pſallendique peritiam, requirunt noſtri, ut quæ canuntur & pſalluntur, intelligantur, nec vox ac ſonus externus edatur tantum, verum etiam mens adres vero bis, & ſono ſubjectas intenta ſit: quod *pſallere*, ac *orare mente* Paulus *q* vocet. *Nemo* enim *ſapienter facit*, ait Caſſiodorus, *quod non intelligit*. Pſallendi, & canendi quidem artem Levitæ callebant præ ceteris, aut callere debeant, quorum id munus magis proprium: at non de his modo ſolis intelligere Davidem ſentiunt communiter omnes; nec tam de tali peritia, quam ut cantata bene intelligantur, & venuſtè ac decorè cantetur; quod illius artis periti plerumque ſanè non conſequuntur, ſcilicet ut percipiant ipſi quæ cantat. Adhibet Eccleſia non Levitici ordinis Eccleſiaſticique dumtaxat homines ad contentum, ſed alios præterea, non adeo laborans, ut ſciant quæ proferunt, ſed ut bene proferant: utrumque ſi adſit, tum demum *Deo noſtro jucunda decoraque laudatio* r, de qua etiam alio prius Pſalmo diſputatum contra inconditos boatus & vociferationes bacchantium, vel Coribantum ſimiles. *Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris* t. Et peccatori dicitur *s*, *quare*

q 1. *Cor.* 14. 15.
r *Pſ.* 146. 1.
s *Eccl.* 15. 2.
t *Iac.* 5. 12.

tu enarras justitias meas? ei etiam *qui æquo animo est*, convenit *psallere* a, hoc est, qui non perturbatur ira, vel alia passione: *sumere citharam, bene tanere, frequentare canticum* debet *b*, qui recolit beneficia divina. Ruffinus, insipientes psallere docet, qui laudem humanam inde & ex bonis operibus, quæ designatur Psalterio quod manibus pulsatur, quærunt, more virginum futurarum *c*. Indicant idem Bruno Carthusianus & Haimo, Augustinus, & Beda, Valentia, Eusebius *d*, explicant, ut vero Deo, & non idolis hic honor habeatur. Dionysius Carthusianus, ut cum mentis sapore cordialique gustu, vim nimirum faciens in *sapientia* Latina voce, quasi sit saporosa scientia; & ne solis labiis honorantibus Deum, *cor longe sit ab ipso* *e*. Basilius *f* rem spectans, non etymon vocis quod in lingua Græca idem non est, tradit, respondens quæstioni, quid sit *psallere σωφρόνως*, *sapienter* aut *intelligenter*, quod est in cibis sensus cujusque cibi, hoc in verbis sacrarum litterarum esse σύνεσιν intelligentiam: *guttur* enim *escas gustu* g *dijudicare*, mentem intelligendi verba discernere: itaque si quis ad vim verbi cujusque animo etiam simul efficiatur, quemadmodum gustatu ad qualitatem cujusque cibi, prorsus hunc illi mandato satisfacere, quod est, *psallite sapienter*. Similia sunt apud Bernardum *h*, qui quod bis primum dicitur, *psallite*, Angelos invitari ait; quod toties mox repetitur pro ab illis: & subdit, cibum in ore, Psalmum in corde sapere, teri hunc debere à fideli & prudenti anima dentibus intelligentiæ, mel in cera, devotionem esse in littera, hanc occidere si absque spiritus condimento glutiatur. Augustinus *i* ait, non oculis corporis quærendum Christum, sed mentis: psallendum quidem *linguâ*, quia caro est, sed etiam *mente*, quia *Verbum caro factum*. Magna proculdubio in orando contingere ignorantia potest. Apostoli postulaverunt à Christo, *k*, ut *doceret eos orare*: Christus nonnullus arguit, quòd *nescirent quid peterent* l: Jacobus *m* ait, *petere aliquos & non accipere, eo quod male petant*: Paulus *n* spiritum postulare pro sanctis secundum Deum, & pro nobis *gemitibus inenarrabilibus*, adducendo infirmitatem nostram; quia quid oremus sicut oportet nescimus, effundit Deus *super habitatores Jerusalem spiritum gratiæ & precum* o. Unde accepto hoc spiritu narrantur discipuli quotidie perduraſſe *unanimiter in templo* p. Prudenter discipulus unus, ut cessantem vidit ab oratione Christum, postulavit, ut doceret te & condiscipulos *orare*, *sicut Joannes docuerat suos* q: nec gravatus est Christus quod jam semel antea docuerat alios r, vel in unius gratiam repetere quum tanti momenti esset. *Inenarrabiles gemitus*, quibus spiritus *postulat pro nobis* i. dest, in nobis & per nos, ita vocantur, quia nobis ipsis occultum est, quid per eos impetrare nos faciat, quum contingat, ut iis contraria impetremus materialiter loquendo, quæ petimus. Scrutatoris cordium Dei est scire quid desideret spiritus. Universum bellum inter nos & dæmones. Nihil non de alia reſcribit esse quàm de oratione, ait etiam *t*, quod qui est Theologus, verè orat, & qui est Theologus, & vere orat, Theologus vere est. Meritò igitur ab orante ac psallente sapientia exigitur, & ut quod agit juxta veterem formulam, hoc agat, atque cor sursum habeat ad Dominum, & si possit, etiam quæ promit, voce intellecta percipiat. De attentione orantis Cassianus *u*, qui recitans Ambrosii sententiam *x*, quod perfecta oratio non sit, in qua se monachus vel hoc ipsum quod orat intellegit, recte cœlestem & plus quam humanam nominat. Hac interim omissa sententia, cavandi Hæretici abundantes præsenti loco ad usum solemnium etiam precum idomate vulgari. Sufficit, si qui verborum non assequuntur sensum, quod sane deberent huic muneri, deputati, dirigant in DEUM intentionem, divinaque mysteria quorum ex meditatione saporem ac gustum spiritualem degustent. Plura *y* Sixtus Senensis, Joannes z EcKius, & de nostris Jacobus *a* Ledesma, & Bellarminus *b*. In Concilio Tridentino *c* decretum est ne missa vulgari lingua celebretur.

Vers. 9.) Regnabit Deus super Gentes; Deus sedet super sedem sanctam suam.

EST inquam is cui psallendum sapienter ac sedulò, Rex omnis terræ ac Deus Dominusque universorum, quoniam qui visus est atque cognitus hactenus regnare super Judæos à quibus cultus est, regiam suam in omnes dignitatem ac potestatem declarabit, & scient omnes eum cœli habitatorem esse, ibique quum sit alioqui in omni loco, tamquam in sancto throno suo venerando, & ab omni injustitia alieno, præsidere veluti regem ac judicem omnium, quem circumstant beati præsentia illius clara fruentes, & unde veluti administret universa, tempore demum suo sententiam de cunctis pronunciaturus. Appolinarius de adventu Christi ad judicium interpretatur: simul etiam quod Angelis dominetur & hominibus justis, qui vocari solent *sedes ac throni Dei*.

De judiciaria sessione ac potestate ceteri fere declarant. Videtur hæc fausta acclamatio vel præscripta psallendi formula, ad quam toties versibus præcedentibus invitavit, & ad litteram fortassis sensuque crassiore de subactis Chananæis in populi gratiam, vel & de illis Gentibus quas David subjugavit locus hic intelligitur; sed meliore ac veriore de regno dicto Christi. Non modo regem facere Judæi Christum voluerunt *d*, sed ingredienti Jerusalem cum triumpho acclamaverunt *e*, *benedictum quod venit regnum patris nostri David benedictus* f *qui venit rex in nomine Domini*. Talis acclamandi ratio, illo *clangore audito buccinæ* g; *regnavit Absalom in Hebron*: & h, *vivat rex Salomon*, quod etiam de aliis dictum scribitur *i*. Sic vero etiam supra hìc mentio facta de *ascensione in jubilo & voce tubæ*.

Regnavit Dominus super omnes Gentes. Non modo Hieronymus vertit in præterito, *regnavit*, prout est in Hebræo textu מָלַךְ *malach*, & in Græco ἐβασίλευσεν, sed etiam Psalteria Romanum & Ambrosianum legunt eodem pacto, multique codices Latinorum Bibliorum. Petrus Laodicenus & Germanus Patriarcha Costantinopolitanus in expositione petitionis illius ex oratione Dominica, *adveniat regnum tuum*, notant præterito tempore Prophetam hìc uti pro futuro: atque ita peti, ut *adveniat regnum* Dei etiamsi jam sit Rex, ut sit etiam in nobis, opem ferendo ac redimendo. Augustinus & plures de Latinis videntur legisse in futuro, dicentes Prophetam esse, ut qui quum hæc dicebantur, jam regnabat super unam Gentem, regnaturus esse aliquando super omnes. Cassiodorus, de quo regno prorsus pacato in cœlesti Jerusalem interpretatur, & de omnino quieta habitatione in sanctis suis. Consentit etiam Haimo. Et Græcis Auctor operis imperfecti *k* ita etiam videntur legisse, nam explicat de futuro Christi dominio per fidem. Quamquam quod eadem ratione accipit illud Matthæi *l*, *Quum sederit filius hominis in sede majestatis suæ sedebitis & vos super sedes duodecim*, &c. non autem de judicii die, ita ut de regeneratione loquatur Evangelista, qua per baptismum efficimur ex filiis hominum filii Dei: non adeo probabile censetur. Nec ratio concludit, quia non scribit ibi Matthæus, quum venerit filius hominis sedens, sed quum federit, quod facere cœpit, ex quo Gentes credere cœperunt: non item, quoniam alibi idem Evangelista *m* de judicio scribens, ait quod tunc *sedebit super sedem majestatis suæ*: in Psalmo autem isto vocatur *sedes sancta*, quasi denotetur nos hic sanctificari, ibi glorificari. Communis utriusque loci Matthæi expositio de judicio est: & discrimen inter sedes allatum nullum est, quia in utroque loco nominatur (sedes majestatis) θρόνος δόξης. Denique regeneratio, παλιγγενεσία, optime convenit resurrectioni ac statui beatorum & renovationi mundi exterioris, quæ tunc fiet, de qua dixi in Epistolam 2. Petri; non tantum sanctificationi baptismatis, ut eam vocat Paulus *n*. Favet nihilominus etiam illi auctori Hilarius *o*. Verum prævalet reliquorum sententia quamvis verum sit, nunc quoque regnare Christum, & regnasse Apostolos *constitutos principes super omnem terram* p: & Psalmi nostri locum de regno hoc melius intelligi: de quo etiam Nicetas *q*.

Deus sedet super sedem sanctam suam.] *Sessio* pacatum regnum & possessionem significat: *sedes* vel eam que dicitur

a *Isa* 23. 16.
b *Matth.* 25. 3.
c 6. *de Demonstr.* c. 2.
d *Matth* 15. 8. *Isa* 29. 13.
e *reg.* 279 *ex breviore*
f *lib.* 34. 3.
g *Serm.* 7. *in Cant.*
h *Traff.* 13. *in Ioan.* Non oculis corporis quærendus Christus sed mentis
i *Luc* 11. 1.
k *Matt.* 20. 22.
l cap 4. 3.
m *Rom* 8. 26. 27
n *Zach* 12. 10.
o *Act.* 2. 46
p *Luc.* 11. 1.
q *Matt.* 6. 9
r *Rom* 8. 26
s *l. de orat. cap.* 47. Quis vere Theologus,
t *Coll.* 23.
u *Coll.* 9. c. Attentio orantis.
x *S. Bibl. ann.* 172. & *l.* 6. *ann.* 263
y *in loc. tit.* 37.
z *Tract de script. quavis lingua pessim non legendis; & de missa ac divinis pssim. his Heb. tantum Græca aut Latina lingua celebrandis.*
a 2. *de Verbo Dei. c. ult. &* 2. *de Sacr. in genere c.* 31. *&* 2. *de missa c.* 11.
b *Sess.* 12. *c. ult.*
c *Ioan.* 6. 15.
d *Ioan* 6. 15.
e *Mar.* 11. 10
f *Luc.* 19. 3.
g 2. *Reg.* 15. 15.
h *l.* 5. 1. 25 34. 39.
i 4. *Reg.* 11. 1.
k *Hom.* 33. *in Matth.* & 54.
l *c.* 19. 28.
m *c.* 25. 31.
n *Tit.* 3. 5.
o *in cap.* 19. *Matt.*
p *Ps.* 44. 17.
q *in Thes.* 105. 6.

citur ad Patris eſſe dexteram : vel juſtos, tum hìc, tum præſertim jam beatos: vel Cœlum ipſum; ut omittam typicam ſeſſionem ſuper Cherubim & Arcam, quæ innui quoque hìc poteſt, & de ea Lyranus explicat. Sed de Davide legimus *a* quod *ſedit in domo ſua : & dedit ei Dominus requiem undique ab inimicis :* & de Salomone *b*, quod *ſedit ſuper thronum Davidpatris ſui, & firmatum eſt regnum ejus nimis* : quaſi duobus illis locis poſterius membrum ſit prioris explicatio. Hoc autem loco Trevetus Deo *ſeſſionem* tribui vult, quia dicto modo fecerit Davidem ſedere, collata ei victoria. In Pſal. xxvi i i. *c*, dictum de Deo vidimus, quod *ſedebit Dominus rex in æternum*, ideſt, ſecurus: & in cii. *d*, quod *in Cœlo paravit ſedem ſuam, & regnum ipſius omnibus dominabitur*, ut ſicut eminet Cœlum ſuper terram, intelligatur ſuperior ſedes ac poteſtas Dei quacumque alia. Sublime conſpicuumque ſolium erat ſymbolum Ægyptiis perennitatis, æternæ quietis, regiæ dignitatis, divinæ majeſtatis *e*: Et apud Jeremiam *f* ipſemet Deus appellatur *ſolium gloriæ altitudinis*; nec Deus jurans interdum per ſemetipſum *g*, ſanctitatem ſuam *h*, vitam ſuam *i*, in anima ſua *k*, per ullam aliam creaturam jurat quàm per Cœlum *l*, dumque Chriſtus vetat jurare per alias creaturas, primo loco ponit Cœlum tamquam thronum Dei *m*, quem Job *n* vocat *vultum ſolii ejus*.

a 2. *Reg.* 7. 1. b 3. *Reg.* 2. 12 c *v.* 10. d *v.* 19. Conſpicuũ & ſublime ſolium cujus rei ſymbolũ apud Aegyptios. e Pierius *l.* 43. *hieroglyf. c.* 17. 12. f *Gen.* 22. 16 h *Amos* 4. 2. i *Eze.* 18. 3. k *Amos* 6. 8. l *Exo.* 17. 16. *maxi. juxta thargum Onkeli & Jer. & Deut.* 31 40. m *Mat.* 5. 34 n *c.* 26. 9. Loci accommodatio.

Accommodare poſſumus ad templa noſtra in quibus præſertim aſſervatur Euchariſtia, ſententiam iſtam : in ea namque Deus & Chriſtus modo magis proprio ſedet excelſus, terribilis, magnus, ita ut non ſinat inultos abire, qui qualibet ratione violant, injuriamve faciunt ſacroſanctis locis illis. Ad Amos miſit Amaſiam pſeudoprophetam Rex Jeroboam, aut is pro ipſo reſpondit ei, ne in Bethel prophetaret, quia ſanctificatio regis erat, & domus regni, nempe quod regni ſui fundamentum conſtitueret ille in templo illo, in quo colebat idola. Sic profecto eſt: cum religione ſummam conjunctionem habet regia dignitas poteſtaſque: & Deus & Chriſtus regnat ſuper Gentes, apud quas fixit ſedem præſentiæ ſuæ per Euchariſtiam. Juxta tropologiam *ſedes Dei*, ut dixi, juſtus eſt : quia, ut notat Auguſtinus, *anima juſti, ſedes eſt ſapientiæ*. Deus in ea ſedet, & ipſe jubet, obtemperat anima ſedenti in ſe Deo, & ipſa jubet membris : non poteſt inferiori ſe benè imperare, niſi ſuperiori ſe non fuerit dedignata ſervire. In epiſtola 15. ex his quæ tribuuntur Hieronymo docetur, Deum ſedere potentialiter *ſuper omnem creaturam*, regnando & præſidendo, quod hujus loci confirmatur teſtimonio : *ſuper Cherubim*, ideſt, ſuper mentes ſpiritualium virorum, qui ſcientia ejus & dilectione pleni ſunt : ſapientiam Dei Patris Chriſtum eſſe, cujus dicatur *ſedes anima juſti*.

Verſ. 10.) Principes populorum congregati ſunt cum Deo Abraham, quoniam Dii fortes terræ vehementer elevati ſunt.

QUia Deus Rex tantus, tamque excelſus, ac in edito ſedens throno, &, ut dictum etiam eſt, dominatur ſuper gentes, ne quis de plebeis ac vilioribus tantum ſuſpicetur, etiam ſuper primores ac principes Gentium tribuumque diverſarum, dominium exercet, qui ſeſe ad illius adjunxerunt cultum, quem Abraham præ aliis unicè ac eximiè coluit, credentium nempe ſeu fidelium ac multarum Gentium pater (qui relicta patrum idololatria, Deum adoravit verum coluitque ac poſteris idem præſcripſit) quæ ſectantur fidem ac pietatem ipſius. Cauſſa eſt, quia hi quorum opera Deus in terra uti voluit, ac Deorum habentur loco, illius unici veri Dei ope adjuti, longo intervallo majores & ſuperiores evaſerunt omnibus inimicis : quod animadvertentes illi qui inter primos tenebantur & Principes habebantur, ipſis ſeſe adjunxerunt, & in eamdem ſocietatem venerunt, ut eumdem ipſorum Deum Abraham una venerarentur, & ſuum profiterentur. Dii iſti *fortes terræ* vehementer elevati non à ſe, verum à Deo Chriſtoque Apoſtoli ſunt, & Apoſtolici viri ſecundùm communiorem explicationem, quæ melius ex his quæ deinceps dicentur, conſtabit. Alluſio poteſt eſſe typuſve translatæ arcæ, quando David propterea *omnes electos ex Iſrael triginta millia o* : & Salomon *omnes majores natu Iſrael, cum Principibus tribuum & Ducibus familiarum p*, qui prius quoque larga obtulerant ſuperſtite Davide ad templi ædificationem munera *q*, convocavit. Lyranus intelligit etiam duodecim tribuum principes congregatos in Silo cum arca. Sed nec licuit regem creare, niſi populi principibus accitis, vel ut ad comitia *r*, quod in Davide obſervatum conſtat *ſ*, & exponit Trevetus de illo. Significat ergo, communi quaſi conſenſu, approbatione, fœdere principum etiam virorum, receptum Deum in regem ac dominum : quo præterea modo Moyſes *t*, Joſue *u*, Joſias *x* religioſum ejuſdem cultum ſanxerunt, atque confirmarunt.

o 2. *Reg.* 6. 1. p 3. *Reg.* 8. 1. q 1. *Par.* 29. 6. 7. 8. r *Deu.* 33. 4. 5. ſ 2. *Re.* 5. 13. 1. *Par.* 11. 1 3 t *Exo.* 24. *in* 5. 6. 7. 8. u *Joſ.* 24. 1. 15 x 4. *Reg.* 23. 1. *& ſeq.*

Principes populorum congregati ſunt cum Deo Abraham.) Pſalterium Romanum & Gallicanum, Arnobius, Auguſtinus, & Caſſiodorus, *convenerunt*, Hieronymus, *populus Dei Abraham*, ideſt, ut alii ex Hebræo עם *hham* per patach, ut modo eſt, vertunt, *congregati ſunt ut ſint populus Dei Abraham*. Vel ſupplendo (&) *Principes illi adjunxerunt ſe, & populus Dei Abraham*, nempe in unum coierunt utrique, una conflata Eccleſia eſt ex principibus populorum Gentilium, cum populis ipſis, & ex populo Dei Abraham, videlicet ex Judæis. Vel principes populorum congregati in una fide, ſpe, charitate, ut explicat Cajetanus, ſunt populus Dei Abraham; qui quod ante dixi, *pater credentium* nominatur, *pater fidei noſtræ*, primus ſeparatus à cultu idololatriæ ad colendum verum Deum, & cujus *excipi ſinu* dicuntur animæ juſtæ, cui promiſſio facta de Meſſia, qui, ut ait Nebienſis, *principium fuit credendi Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum*, quod eſt myſterium Chriſtianorum magis expreſſum, qui caput eſt populi dilecti, ſed multo magis ejus qui ſecundùm Spiritum ac benedictionem in ſemine Iſaac, qui Chriſti typus fuit : Denique ſic indicari debuit eumdem Deum eſſe veteris novique teſtamenti, ut obſervant Euthymius, Baſilius, Chryſoſtomus, Cyrillus, Nicephorus; & Chryſoſtomus confirmat aliis teſtimoniis Jeremiæ *y* & Baruch *z*, quibus adhuc afferri plura poſſunt. Legerunt quoque cum patach עם *hham* Symmachus ac Theodotio : prior vertit ἄρχοντες λαῶν ἠθροίσθησαν, λαὸς τοῦ Ἀβραάμ, *principes populorum collecti ſunt, populus Dei Abraham* : poſterior differt ſolùm in verbo συνήχθησαν, quo ſunt etiam uſi LXX. Hi autem legerunt עם *hhim* cum chiric, quod ſignificat μετά *cum* : ſed עם *hham* cum patach, λαὸς *populus*; quemadmodum annotavit Euſebius appellans miram illam aliam interpretationem, qua nimirum ſignificatur, populorum quoque principes in unam Eccleſiam coiviſſe, factoque populum Dei Abraham : illos inquam idolorum cultores & omni ſuperſtitioni addictos. Paraphraſtes exponit, *Principes populorum congregati ſunt populus fidelium Dei ipſius Abraham*. Vel, *Principes populorum congregati ſunt populo, qui fidelis eſt Deo Abraham*. Eumdem afficere ſenſum poteſt vulgata editio, *Principes populorum congregati ſunt cum Deo Abraham*, hoc eſt, idololatræ illi, conjunxerunt ſe cum Deo Abraham, & cultores evaſerunt Dei veri, quem coluit Abraham. Conſentit Theodoretus, Baſilius, Chryſoſtomus, Origenes, Nicephorus, Euthymius, volentes *principum* nomine intelligi ex Gentilibus, non idiotas dumtaxat, privatoſque homines, ſed principes etiam & reges ipſos Evangelicæ prædicationis viribus attractos, quod maximè ſub Conſtantino enituit, ut monet Cajetanus. Eadem de Gentilibus expoſitio Auguſtini, qui confirmat Joannis teſtimonio *a*, dicentis de lapidibus, ideſt, adoratoribus lapidum, *ſuſcitare* poſſe Deum *filios Abrahæ* : & Chriſti negantis *b* eſſe *filios Abrahæ*, qui opera ejus non facerent, & exemplo Centurionis gentilis, cujus fide laudata, prædixit Chriſtus fore, ut *venientes ab Oriente & Occidente recumberent cum Abraham, & Iſaac, & Jacob in regno cœlorum c*, filii autem regni, hoc eſt, Judæi ſecundùm carnem infideles, ejicerentur in tenebras exteriores, cui ſimilis locus in Baruch *d*. Idem placet Hieronymo, Caſſiodoro, Ruffino, Remigio, Bedæ, Haimoni, Brunoni Carthuſiano, Ayguano, Hugoni, Thomæ; Valentiæ, qui valdè urget hoc argumentum contra Judæos, allatis aliis locis, maximè verò Zachariæ *e*, quibus adde nominatim de regibus & reginis

y *c.* 31. 31. 32. 33. z *c.* 3. 36. 37. 38.

a *Matt.* 3. 9. b Jo. 8. 39. c *Matt.* 8 10. 11. d *c.* 4. 37. e *c.* 8. 20. 21. 22. 23.

ginis *a* Isaiam. Dionysius Carthusianus mavult exponi de Apostolis, qui corporaliter, inquit, cum Deo Abrahæ, ideſt, cum Filio Dei incarnato conversati sunt, tamquam filii sponsi cum sponso *b*, beati visione & auditione eorum quæ tot ante illos alii *videre ac audire voluerunt*, nec valuerunt *c*. Probat id quoque, quoniam in natalitiis Apostolorum cantantur ista verba loco antiphonæ. Amplectitur eamdem etiam sententiam, simul tamen cum præcedente, Valentia, Hieronymus, Bruno Herbipolensis, Folengius, atque de Græcis Didymus, & Cyrillus, ut Apostoli congregati dicantur, nec non Apostolici viri in Ecclesia, & in Cœlo ad regendum nunc, & ad suo tempore judicandum, qui & studuerunt adducere ad Deum Abraham, omnes Gentes. Jam supra memini Arnobium *principes populorum* accepisse pro Angelis, qui cum Deo Abraham ad Mariam convenerint quando gloriam cecinerunt. Didymo videtur idem, nec solum de Apostolis Ecclesiæque præsidibus. Hugo tropologicè de iisdem declarat qui præesse regionibus dicuntur apud Danielem *d*: & *administratorii Spiritus nostri e*, sed propter peccata compelluntur interdum deserere (*congregari* aut *colligi ad aliquem* est, ad eum abire) ut prodit Josephus *f* de auditis in templo vocibus, *migremus hinc*, & illud usurpare *g*, *curavimus Babylonem*, *& non est sanata*, *derelinquamus eam*. Proculdubio *Angelos* ad litteram non ita incommodè possumus intelligere.

Mera etiam tropologia est Aymonis ut principes dicantur qui seipsos benè regunt in virtutibus, & alios ad benè agendum admonent. Jansonius excogitavit novum dicendi modum, ut sint Patriarchæ, Prophetæ, justique omnes, qui non in Judæa solum, sed & in Gentibus fuerunt ante Christum, ut Job & similes, atque virtutis ac bonæ conversationis quemdam principatum gesserunt: ex sinu autem Abrahæ ubi congregati erant in limbo, una cum Abraham ab ascendente Christo in cœlum evecti sunt, datique velut *captiva captivitas h*, ac tamquam *dii fortes*, ideſt, deificati & excellentes elevati. Non displicet mihi & nonnihil favet quod Ecclesia in ascensione Psalmum hunc recitat. Alii duo primi sensus, aut de principibus Gentium, qui communior, aut de Apostolis, juxta saltem sensum mysticum, potius recipiendi sunt. Nec qui de Apostolis est, præferri propterea debet, quod Ecclesia in natalitiis eorum verbis his utatur pro antiphona: posset id enim quoque facere propter sequentia, *quoniam dii fortes terræ vehementer elevati sunt*. Deferri porro plurimum hac in re judicio Ecclesiæ debere: quando sic usurpat locum quempiam Scripturæ, docet egregiè *i* Bernardus, quia secum, inquit, habet consilium & spiritum sponsi ac Dei sui, illic *dilectus inter ubera* commoratur, ipsam cordis sui sedem principaliter possidens & conservans: vulneravit illa cor ejus, & in ipsam abyssum secretorum Dei oculum contemplationis immersit, ut & illi in suo, & sibi in ejus corde perennem faciat mansionem. Quum ergo, subdit idem Pater, ipsa in script. divin. verba vel alterat vel alternat, fortior est illa compositio, quàm positio prima verborum; & fortassis tantò fortior, quantum distat inter figuram & veritatem, inter lucem & umbram, inter dominam & ancillam.

Quoniam dii fortes terræ vehementer elevati sunt.) Pro *vehementer*, Psalterium Vaticanum & Ambrosianum, atque Cassiodorus, *nimium*. Augustinus, *valde*: Hieronymus totam sententiam sic transfert, *quoniam Deo scuta terræ vehementer elevatus est*. Quamvis in editione Victorii & apud Trevetum, qui exponit versionem Hieronymi, legatur, *elevati sunt*, *quoniam dii scuta terræ elevati sunt*. Alii item ex Hebræo textu *quoniam Dei scuta terræ* (nempè sunt) *vehementer elevatus est*, hoc est, defensio eorum qui sunt in terra, Dei est, Deoque accepta ferri debet, is autem vehementer exaltatus est. Vel quia protectio Dei ad terram totam extenditur, vehementer exaltatus est. Vel rectè dictum est quod principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham, quoniam hi sunt vice scutorum suis subditis, sicque illos secum adducent ad eum, & ita Deus vehementer elevabitur, exaltabitur, celebrabitur. Vel idcirco principes illi collecti sunt ad Deum Abraham, quoniam dii, seu qui habentur dii alii, coluntur quidem in terra tamquam protectores; sed ille ultra modum altior ac potentior est, atque in eos ipsos quamvis fortes potestatem exercet. Cajetanus legens, *quoniam Deo protectores terræ valde elevato*, explic. *quoniam Deo valde elevato*, ideſt, Christo, qui ascendit, & sedet ad dexteram Patris, *protectores terræ*, hoc est, principes quibus ex officio incumbit protegere terram (supple) se subdiderunt, vel dediderunt: ut quia hoc isti fecerunt, ideo congregati in unitate fidei sunt populus Dei Abraham. Trevetus explicat de judicibus terræ qui vocantur *dii* in Scriptura, & sunt velut scuta & protectores ac defensores populi, & vehementer elevatos, quia non solum exercebant potestatem judicii super populum proprium, sed etiam super alios Regi David subjectos. Notat tamen, Hebraicè non esse *dii*, sed, *Dei*, vel Deo: ita sensum esse, ipsi Deo scuta terræ vehementer elevata esse, quia proteget vehementer tamquam scuta multum elevata, ad defendendum caput pugnantis. Vel Dei esse scuta terræ vehementer elevata, quia boni protectores terræ sunt Dei, *quoniam Domini est protectio & salus*. Favet prioribus sensibus, Chaldæus *quia Domini sunt clypei terræ*, *& supra illos omnes vehementer elevatus est*: ultimò, eadem etiam ex interpretatione Nebiensis, *quoniam coram Deo scuta terræ vehementer exaltata sunt*. *Protectores* vocat Isaias & Oseas reges principesque, & David per *clypeum fortium* Saulem intellexit ac Jonatham *l*, & Moyses *m* appellat Deum *scutum auxilii*: Isaias *n* etiam jubet ut principes *arripiant clypeum*. Græci Codices habent, ὅτι τῶν θεῶ κραταιοὶ τῆς γῆς σφόδρα ὑπῆρθησαν, quod in Complutensibus & Regiis bibliis redditur, *quoniam Dei fortes terræ vehementer elevati sunt*. In scholio Græco notatur, aliam scripturam esse κραταιοὶ τῆς γῆς τοῦ θεοῦ Ἀβραάμ, *fortes qui terræ Dei Abraham*: & οἱ τοῦ ὑψίστου κραταιοὶ τῆς γῆς, *ipsius Dei fortes terræ*. Explicat autem Cyrillus, eos qui sunt fortes gratia divina, valde à terra sive super terram elevatos esse, vitam agentes cœlestem. Athanasius, in terra quæ mitibus assignatur auctos gloria, & judicaturos tribus Israel: Didymus rectè institutos, & elevatos quatenus quæ sursum sunt, sapiunt Basilius, Chrysostomus, Theodoretus, Nicephorus, Euthymius, item Cyrillus, Apostolos & eorum successores, nec non fideles omnes, quos addit Chrysostomus, qui sunt fortes Dei, hoc est, fortissimi, ac à Deo fortitudinem acceperunt, & pugnaverunt, ut idem Chrysostomus loquitur & Cyrillus, contra mundum, dæmones, populos, civitates, gentes, tyrannos, tormenta, supplicia, sartagines, fornaces, adversus consuetudinem, naturæque tyrannidem, & omnia diruerunt, superioresque evaserunt, à nullo victi sunt; neque à tribulationibus, neque à voluptatibus: vita & sermone semper claruerunt: & terrenis omnibus spretis ad superiora nimium animo elevati sunt: mundo crucifixio, extraque mundum constituti in terris cœlestem viam agendo & *conversationem in cœlo* habendo *p*, eorumque verba quovis adamante duriora, nec ea tempus ullum abolevit, sed quotidie majus incrementum suscipiunt. Theodoretus meminit, Aquilam vertisse θυρεὸς *scuta*, Theodotionem & Aquilam, ὑπερασπισμὸς *propugnacula*: sic autem ostendi Apostolorum potentiam nemini mortalium subjectam & inexpugnabilem: prout κραταιοὶ LXX. eos nominant: præterea illis aliis vocabulis, quod velut quædam scuta & propugnacula credentium facti, phalangem in calamitatum impetu infringere non siverunt; verùm hostes conterendo adhortantur, ut sint ejusdem fidei participes, Deum decantantes dicant; *omnes gentes plaudite manibus*, &c.

Eamdem explicationem de Apostolis tradit Ruffinus legens cum reliquis Latinis, *dii fortes terræ*, docensque, *Deos* vocari per gratiam: *fortes*, per fidem; *vehementer elevatos* insignis & virtutibus. Remigius etiam exponit Apostolos *fortes* per constantiam; *terræ*, quia de mundo electi sunt; *vehementer elevatos*, quoniam signis glorificati sunt: ex iis unum scripsisse *q*, quod Evangelium suũ non fuisset ad alios *in sermone tantum*, *sed in Spiritu sancto & in plenitudine multa*. Idem sentit Hieronym. Haimo, Beda, Bruno uterque, Thomas, Hugo, Pampolitanus, Dionysius Rickelius Ludolphus, Valentia, Turrecremata, & alii. Dii dicuntur hi ad quos sermo Dei factus est *r*: *principes* ac *judices*: hi qui, ut Moyses respectu Pharaonis, cujus Deus constituit illum Deum *t*,

præ-

a c. 40. & 23.
q Mat. 9. 15.
c Luc. 10. 23.
In natalitiis Apostolorum cantata verba.
d c. 10. 13. & seq.
e Heb. 1. 14.
f de bello Jud.
g Jer. 52. 9.
h Ps. 67. 19. Eph. 4. 9.
In ascensione Psalmi hujus usurpatio ab Ecclesia.
i Serm. 1. de vigil. nativ.
k c. 4. 18.
l 2. Reg. 1. 21
m Deut. 33. 29.
n c. 21. 5.
in caten. & l. 11. in Joa. c. 29. & l. 1. & 3. de ador. in spirit.
o Gal. 6. 14.
o Phil. 3. 22
q 1 Thess 2.
r Ps. 81. 6. Joan. 10. 35.
s Exod. 22. 8. 28.
t c. 7. 1.

præpollent auctoritate in alios: Apoſtolis collata poteſtas clavium *a*: judiciaria *b*: nominati *lux mundi*, *ſalque terræ* *c*: acceperunt poteſtatem calcandi *ſuper ſerpentes & ſcorpiones*, *& ſupra omnem virtutem inimici* d: *& ut mortuos ſuſcitarent*, *infirmos curarent*, *leproſos mundarent dæmones ejicerent* e: illis prædicantibus *Dominus cooperabatur*, *& ſermonem confirmabat ſequentibus ſignis* f: & omiſſis iis, quæ libro continentur Actuum Apoſtolorum, quem aliàs enarravimus, ac propriis ſingulorum hiſtoriis, Paulum Barnabamque Gentiles habuerunt pro diis: *g Elevationem* præterea iſtam Valentia *h* in Apoſtolis ſumit peculiariter, ut in Pentecoſte factam, quod tunc forſan ad tertium uſque Cœlum elevati fuerint, ſicut poſtea Paulus *i*, & quemadmodum prius viderat Moſes Deum; vidimus viſionem talem eſſentiæ divinæ neceſſariam fuiſſe officio Apoſtolico. Quapropter videtur hìc reddi cauſſa cur principes alii congregati & aggregati ſint ad Deum Abraham, quia multo majores principes magiſque elevati, ita ut pro diis haberi potiori potuerint jure, quàm dii Gentilium, à vero Deo, à quo gratiam & participatam quantam divinitatem acceperunt, miſſi ſunt, ut idololatras dedecorent, ne amplius colerent plures, velut veros Deos, ſed unicum, propter illum, veneratione alia inferiore, etiam illos. Id etiam Eccleſia facit in commune, & certos ſibi provinciæ, populi, civitates tamquam tutelares patronos devotos, ut loquuntur, aſciſcunt vendicantque. Clemens *k* Alexandrinus obedientes Deo, à Deo diſcere, ut ſint & ipſi quodammodo dii hoc ſermone docet. Quemadmodum ſi quis in Iſchomacho ſtudium poſuerit, eum faciet agricolam: & ſi in Lampridio, nautam: & Charidemo, imperatorem: ut in Simone equitandi gnarum; & ſi in perdice, cauponam: & ſi in Crobylo, obſoniorum conditorem: & ſi in Archelao, ſaltatorem: & ſi in Homero, poetam, & ſi in Pyrrhone, contentioſum: & ſi in Demoſthene, oratorem: & ſi in Chryſippo, dialecticum: & ſi in Ariſtotele, Phyſicum; & ſi in Platone, Philoſophum; ita qui paret Domino, & per eum datam ſequitur prophetiam, efficitur ad magiſtri imaginem Deus qui in carne verſatur. De principibus viris qui ſunt reducti ad Chriſti jugum, interpretatur quoque Valentia: ita ut hi qui & more ſcripturæ, quem attigimus, dii dici poſſunt, & à ſuis perinde, ut dii veri obſervabantur, per fidem gratiamque vehementer elevati fuerint, ac ad ſublimiorem dignitatem evecti. Eumdem tradit ſenſum Hector Pintus *l*. Auguſtinus & de Latinis citatis major pars declarant etiam de Judæis, qui aliorum comparatione quaſi dii cenſeri poterant, propter legem, Prophetas, totque alia privilegia, ſed prælumpſerunt, ac ſeſe nimis extulerunt, nec recipere Chriſtum voluerunt; ita ut propterea principes populorum, cum ſuis, nempe Gentiles, opera principum quos conſtituit Chriſtus, ideſt, prædicatorum, DEUM Abraham, & Chriſtum filium conſubſtantialem Dei ejuſdem Abraham, & ſecundum carnem ex eodem Abraham deſcendentem receperint, atque religioſè coluerint. Arnobius vult Deos iſtos terræ, eſſe falſos Deos in ſuperſtitionibus ſuis, & templis ſuis nimium elatos, & hac de cauſſa natum filium Dei, de quo myſterio Pſalmum totum, explanat, ut ante dixi, ut his expulſis, atque dejectis, regnaret ſuper omnes Gentes. Videtur Apollinarius in carmine idem ſentire, quamvis nihil exprimat de ullo certo myſterio.

a Jo. 20. 22.
b Mat. 19. 28
c c. 5. 13. 14.
d Luc. 10. 19.
e Mat. 10. 7.
f Marc. ult. 2.
g Act. 14. 10. 11. 12.
h *Hic, & in Pſ. 67.*
i 2. Cor. 12. 2
k 7. *Strom.* c. 9.
l c. 24. Ez.

Ἅγια Θεῷ δώρηχθεν ὑπερθύμοις ἐν χθονὸς ἀρχοί.

Coram DEO (vel *contra* DEUM aut *perindo ac ſi divinitatem uſurparent ſibi*) *armati ſunt ſuperbia terræ Principes.*

Exaggerari multum poteſt iſta elevatio deorum falſorum, quod noſter *m* Oſorius nonnihil facit, ita quoque locum præſentem interpretans, agenſque de deſignatis à Chriſto *n* diſcipulis, & comparans cum Aſſuero, (qui vocatis omnibus ducibus, & bellatoribus ſuis, habuit cum eis myſterium conſilii ſui, dixitque cogitationem ſuam in eo eſſe, ut omnem terram ſubjugaret imperio *o*.) Janſonius, de quo antea meminit, ait, Deos terræ vehementer elevatos, animas juſtorum eſſe, quas in aſcenſione ſua in Cœlum CHRISTUS evexerit ſecum, ac veluti per apotheoſin divos Deoſque reddiderit.

m Tom. 3. ſer. de S. Mar.
n Luc. 10. 1.
o Jud. 2. 283.

Multitudine Auctorum ac probabilitate prævalent primi duo dicendi modi de principibus, vel in bonam partem elevatis, qui ſunt Apoſtoli virique Apoſtolici; & in malam qui ſunt Judæi. Nec diſplicent alii duo de diis falſis, & de animabus juſtorum evectis in Cœlum.

Sed maximè placet, ut Apoſtolos intelligamus, tum quia plures ita ſentiunt: tum quia eo propendet in officio divino Eccleſia, tum quia contextus Pſalmi hoc magis requirit. Illos quoque Hieronymus *p* à Chriſto vocatos Deos argumentatur, quum poſtquam interrogaſſet *quem dicerent homines eſſe filium hominis*, ad eos converſus vos autem, ſubjunxit *q*, *quem me eſſe dicitis?* Vicedeos, aut Prodeos liceret appellare, ut ſolemus Vicereges aut Proges. Scuta clypeive, ac protectores ſunt, juxta interpretationem Hebræi nominis מונבי *maghinne*.

Ferri nunc non debent ii qui nos jubent legere in editione vulgata non *Dii*, *ſed Dei*, ut Agellius, Lindanus *r*, Janſenius, Varlenius, Salmeron *ſ*, & quotquot verſiones proprias ediderunt, & Burgenſis in notationibus. Repugnat hoc omnibus enarratoribus Latinis; quamvis in commentario Caſſiodori, cum alio quin legat, *dii*, in textu ſic habeatur; *quia fortes terræ*, *qui erant populus Dei*, *nimium elevati ſunt*, ideſt, Judæi, &c. Genebrardus defendens lectionem noſtram, arbitratur lectum à LXX. *οἱ θεοί* in nominativo plurali: præterea in לאלהים *leelohim*, litteram ſervilem (ל) indicare nominativum, ſicut apud Iſaiam *t* לשרים *leſarim* teſte R. Kimhi, quod vertitur ἄρχοντες *Principes* (ubi Foreirus id approbat & indicat Pagnus *u*;) & non tantum genitivum, dativum, accuſativum, de quibus Grammatici ferè tantum tradunt. Denique nomen hoc plurale vult deſignare tres perſonas, nec tam appoſitè per *Deos elevatos* intelligi Apoſtolos, & Apoſtolicos viros, quàm Deum in perſonis trinum, unum in eſſentia. Nolim equidem à communi Patrum recedere ſententia, quorum nullus ita intellexit. Et quamvis *elohim* nomen multitudinis de Deo dicatur cum verbo numeri ſingularis, ut primis verbis Geneſis, & velit idem Genebrardus, idem ibi myſterium innui; negant id tamen alii; ſed magis eſſe in uſu eam formam pluralem ad unum & ſingularem ſignificandum adjuncto verbo ſingulari, quemadmodum idiotiſmo Hebræo idem nomen plures, ſed falſos DEOS denotans, jungitur numero ſingulari, ut Exod. 20. *x* Hebraicè, *non erit tibi dii alieni*, quod non legimus, *non habebis Deos alienos*, & Iſaiæ 19. *y* *Tradam Ægyptum in manum dominorum crudelium*; Hebraicè; *in manum dominorum crudelis*. Joſuæ *z* ultim. quod habemus, *Dominus enim ſanctus eſt*, extat Hebraicè, *quia dii ſancti ipſe eſt*. Rurſus in capit. 24. Geneſis *a*: *Poſuit ſub femore Abraham Domini ſui*; Hebraicè, *dominorum ſuorum* אדניו *adonau*: & Exod. 21. *b*. *Dominus dederit uxorem illi*; Hebraicè: *Domine dederit*. Et 1. Reg. 28. *c* *Deos vidi aſcendentes in terra*; Hebraicè *Dominos aut Deos aſcendentes*: interrogavitque Saul *d*, *qualis eſt forma ejus?* Poſtremo, ut conſisteret opinio Genebrardi, non eſſet dicendum, *elevati ſunt*, ſed, *elevatus eſt*, quia verbum plurale nimis apertè indicat pluralitatem naturarum. Eſt quidem nunc בעלה *nahhaleh* ſingularis numeri, ſed non eſt recedendum à vulgata editione, cum qua Græca quoque in hoc concordat, & erat fortaſſis olim בעלו *nahhalu*: legit enim etiam Hierom., *elevati ſunt*, immò & *dii*, ut antea retuli. Non ſolent Græci aut Latini vocem *Dei* pluraliter efferre ad ſolas perſonas deſignandum, ſed naturas: multò minùs eamdem conjungere cum verbo plurali; quod faciunt etiam interdum Hebræi de uno & ſolo Deo vero intelligentes; videlicet ex idiotiſmi conſuetudine, non daturi aliqui ullo modo errori, de pluribus diis occaſionem. Exemplum eſt in hiſtoria Regum *e*; *quæ eſt autem*, *ut populus tuus Iſrael gens*, *propter quam ivit Deus*, *ut redimeret eam?* Hebr. *iverunt Dii* הלכו אלהים *halehu elohim*. Hæc & his ſimilia benè notavit Gabriel Vaſquez *f* noſter. Thomas Malvenda diſputans de paradiſo *g*, ut frigidam ſatis paronomaſiam מבן *maghen*, quod *ſcutum* ſignificat, oſtendat, longiùs digreditur in hujus tractationem loci noſtri. Plures interpretationes profert; quòd *diis ſcutis* valde prælatus ſit Deus; nempe falſis

p *in c.* 16. *Matt.*
q *Matt.* 16. 15. Lectio improbata.
r 3. *de opt. gen. interp. fol.* 123.
ſ *To.* 1. *proll.* 13.
t c. 32. 1.
u 2. *inſtit.* c. 19.
Hebræa phraſis.
x *verſ.* 3.
y *verſ.* 4.
z *verſ.* 19.
a *verſ.* 9.
b *verſ.* 4.
c *verſ.* 13.
d *verſ.* 24.
e 2. Reg. 7. 23.
f *p.* 1. *diſp.* 108. *c.* 2.
g *lib.* 2. *c.* 2.

diis, aut principibus: quod Dei ſint protectiones terræ, ideo Deum valde excellere, nempe ob beneficium creationis & gubernationis: quia Deo verè ſunt vel adhæſerunt: vel apud eum ſunt clypei terræ, ideſt ſancti orbis tutelares patroni, propterea valdè elevatum eſſe, videlicet unum quemlibet eorum, quod aliter
a Pſ.138.16. dicitur *nimis honorificatos amicos Dei* a: quod ad Deum, hoc eſt, contra illum, ſcuta terræ, ideſt, principes ac potentes, valdè elevata ſunt, ideſt, receſſerunt, principes nimirum, per apoſtaſiam & atheiſmum: quòd à *diis clypeis*, hoc eſt, ab iſtis impiis, vel à diis falſis, valdè elevatus eſt Deus verus: ideſt, receſſit: quod dii ſcuta terræ, valdè in ventum evanuerunt, & abolita eſt idololatria: ut accipiendo iſta per modum juramenti, ac iraſcendo, affirmetur per Deum, quòd clypei terræ, vehementer elevati ſunt, ſcilicet amici Dei: ut etiam cum juramento & admiratione aſſeratur quòd clypei terræ, ideſt, inimici Dei, nimis extulerint ſeſe contra ipſum: quòd diis munimentis terræ valdè aſcendit Deus, hoc eſt, judicibus ac potentibus, quaſique ſcutis ac præſidiis terræ, ob eorum pietatem, valdè honoratur & extollitur Deus: Hoc etiam Pintus
b in c. 3. Dan. *b* ſecutus eſt. Favent expoſitiones hæ, ut ipſemet Malvenda fatetur, Hebræum textum: nec hoc nomine accerſita illius diligentia omni caret laude, ſed Latiniorem voluiſſem ac Græciorem, magiſque Eccleſiaſticum, ideſt, faventem potiùs Eccleſiæ Doctoribus ac editioni, quam amplexa eſt Eccleſia tum Latina, tum Græca.

PSALMUS
QUADRAGESIMUS SEPTIMUS.

1 Pſal. Cantici filiis Core ſecunda ſabbati.

2 MAgnus Dominus, & laudabilis nimis in civitate Dei noſtri, in monte ſancto ejus.

3 Fundatur exultatione univerſæ terræ mons Sion, latera Aquilonis, civitas Regis magni.

4 Deus in domibus ejus cognoſcetur, quum ſuſcipiet eam.

5 Quoniam ecce reges terræ congregati ſunt: convenerunt in unum:

6 Ipſi videntes ſic, admirati ſunt, conturbati ſunt, commoti ſunt: tremor apprehendit eos,

Ibi dolores ut parturientis, S. in ſpiritu vehementi conteres naves Tharſis. 9. Sicut audivimus, ſic vidimus in civitate Domini virtutum, in civitate Dei noſtri: Deus fundavit eam in æternum.

10 Suſcepimus Deus miſericordiam tuam, in medio templi tui.

11 Secundùm nomen tuum Deus, ſic & laus tua in fines terræ: juſtitia plena eſt dextera tua.

12 Lætetur mons Sion, & exultent filiæ Judæ, propter judicia tua Domine.

13 Circumdate Sion, & complectimini eam: narrate in turribus ejus.

14 Ponite corda veſtra in virtute ejus: & diſtribuite domos ejus, ut enarretis in progenie altera.

15 Quoniam hic eſt Deus, Deus noſter in æternum, & in ſæculum ſæculi: ipſe reget nos in ſæcula.

A

TITULUS.

Verſ. 1.) Pſalmus Cantici filiis Core ſecunda ſabbati.

QUid in titulo valeat *Pſalmus cantici c*, quidve *laus cantici d*: quid *canticum Pſalmi e*, quid ſeorſim ac per ſe *canticum f*, quid *Pſalmus*, qui ſint *filii Core*; quid *ſabbatum g*, ejuſque prima *h* & *quinta i*, & proinde etiam *ſecunda*, dictum ſatis priùs. Quamquam in Hebræo textu voces poſtremæ duæ deſiderantur. Euſebius legit, ὠδὴ ψαλμὸς, *canticum Pſalmus*, Auguſtinus, *laus cantici*. Idem ac reliqui ferè Latini myſticè *filios Core*, ut ſolent alibi, *Calvi* hoc eſt, in Calvario crucifixi Chriſti, ſumendo: ajunt eſſe quoque filios firmamenti, quod ſecunda ſabbati factum *k* eſt, & de firmitate Eccleſiæ cantari hoc Pſalmo, quæ tamquam corpus capiti Chriſto aptatur: cujus Pſalm. XXIII. reſurrectio declaratur, & pro titulo gerit primam ſabbati: qua ille reſurrexit: Eccleſiam vero *firmamentum*
B Paulus *l* etiam nominat. Favet Nyſſenus *m*. Videtur Ambroſius cum præcedente, in quo celebrata ſit aſcenſio Chriſti hunc ita nectere Pſalmum, ut contineat de ipſiuſmet reſurrectionis die celebrationem, ideſt, de die Dominica, quam putat hic vocari ſecundam Sabbati, licèt Evangelia primam ſabbati appellent. Ait porrò dici *ſecundam*, quia ſabbatum ſequitur, quod apud Judæos erat anterius ſecundùm legem ſanctificationis, quamvis dierum ordine poſterius: primam propter ſanctitatem ex Domini reſurrectione, quia reſurrexit Chriſtus, propter juſtificationem *n* noſtram. Docet etiam hoc ſibi velle apud Lucam *o*, ſabbatum δευτερόπρωτον *ſecundum primum*, ut cœperit quod primum erat, ſecundum haberi à primo, ideſt in minore honore: Præterea veteres qui ſabbati ſecundùm legem, ſolemnitatem cuſtodiebant, unam ſabbati nuncupaviſſe, quaſi unum eſſet ſabbatum, & non aliud: nos primam dicere cum Evangeliſtis, aſpirantes & feſtinantes ingredi in Beatam aliam *requiem p*:
C Denique Davidem ſub lege poſitum, & modulationem tenuiſſe debitæ cantionis, & myſterium non repreſſiſſe, ut ſecunda ſabbati diem Dominicam declararet, quo Judæis ordinem numeri putaret eſſe ſervatum, & ſpiritale ſacramentum agnoſceret revelatum. Videtur eadem ſententia Bedæ in Lucam *q* de dicto ſabbato ſecundo primo: meminitque Eucherius in quæſtionibus novi Teſtamenti. Heſychius conſentit ſecundam ſabbati eſſe Dominicam diem, quæ eſt poſt ſabbatum. Michael Ayguanus ſabbatum non pro die ſed pro requie ſumens, primamque populi requiem fuiſſe dicens tempore Joſue diviſa terra promiſſionis poſt bellatum multa, ſecundam ſub Salomone pacifico, qui templum conſtruxit, putat de hac ſecunda, quaſi die ſabbati, Pſalmum præſentem eſſe.

Rationes myſticas iſtas equidem veneror, ſequor potiùs tamen Auguſtinum ac alios adeo multos ſectatores ipſius, quod pertinet ad ordinem dierum, ut ſit ac intelligatur revera ſecunda ſabbati, quæ in ſeptiD mana ſecundum tenet locum, ſcilicet, qua, ut Auguſtinus myſticum ſenſum hic exponens, tradit, firmamentum factum eſt. Nam etſi *ſabbatum* & hebdomadam & diem ſeptimum ſignificet, qui eſt poſtremus in hebdomada: tamen denominatio primæ, ſecundæ, & ſic deinceps, ut dicatur prima; ſecunda Sabbati, &c. numquam reperietur fieri à die ultimo, ſed ab hebdomada, ut ſcilicet in ea ſit prima, & ſecunda, &c. quæ denominatur prima ſabbati, ſecunda ſabbati, &c. Deinde quum Pſalmus XXIII. gerat in titulo primam ſabbati juxta ſententiam communem, ſenſu ſaltem myſtico, eſt de reſurrectione etiam Chriſti, quæ ſi conſequenter loqui vellet Ambroſius, ibi non in Dominica die, ſed in ipſa die ſabbati priore facta intelligi deberet. De ſabbato ſecundo primo nunc non agam, quod explicatu difficillimum eſſe Nazianzenus præ ſe tulit Hieronymo *r* teſte. Ratio certè illa Ambroſii non minùs omni Sabbato, quàm ei convenit, quod appellatur à Luca δευτερόπρωτον. Aliis omiſſis opinionibus quas expendunt de noſtris Ribera *ſ*, Maldonatus *t*, Salmeron *u*, Toletus *x*, Barradius *y*, Azor *z* ſpeciem habet probabilitatis

citem Pſ. 66. & 67 & 74. & 91.
d Pſ 90
e Pſ. 64. & 82. & 87. & 107
f Pſ. 38. & 94.
g Pſ. 37. & 91.
h Pſ. 23.
i Pſ. 80.
k Gen. 1. 6.
l 1. Tim. 3 15
m tract. 2. in Pſ. c. 12.
n Rom 6. 25
o c. 6. 1.
p Hebr. 4. 3
q in c. 6.
r epiſt. 2. ad Nepot.
ſ 5. de templo c. 1.
t in c. 12. Matt. 12. 8 *ſr.* 14.
x in c. 6 Luc.
y to. 2. harm. l. 6. c 9
z to. 2. inſtit. l. 1. c. 3 §. 9.

tatis, cujus Barradius meminit, eamque sequi Azor videtur fuisse sabbatum primum secundi mensis Hebræorum, sive de septem hebdomadis numerari solitis à secundo die Paschæ, usque ad Pentecosten, primum, primæ sabbatum, quod à die illo secundo *secundo primum* cognominaretur. Vellem respondisset Barradius, quomodo spicæ, quas velliſſe discipuli narrantur, & confricuisse, id temporis erant maturæ, ipso die sabbati, qui tunc erat septima dies azymorum, quasi festum secundum à primo, nempe à primo die azymorum seu Paschate. Eamdem difficultatem patitur Azor, etiamsi non dubitet asserere maturari potuisse, idque ut certum ponere Josephus *a* videatur, quod negant alii ut Maldonatus, prætereaque Abulensis *b*, qui observat diebus azymorum, quando præcipiebatur afferri manipulum spicarum, virides dumtaxat fuisse, postea in Pentecoste, quum panes primitiarum offerendi erant, ad maturitatem perveniſſe. Verùm non est loci præsentis hæc quæstio.

a 3. antiq. c. 13. vol. 10.
b in Levit. c. 23. post. q. 12.

Simpliciorem tituli rationem, quam Euthymius, & Nicephorus afferunt, nosque aliàs, designari per secundam sabbati diem illam hebdomadæ, qua Psalmus peculiariter decantari debeat: nempe, quem appellamus *diem lunæ* feriamve secundam, quam diem, ut Genebrardus notavit, quemadmodum & quintam sabbati, sive feriam quintam quæ & *dies Jovis* dicitur, Judæi post sabbatum præcipuè celebrant.

ARGUMENTUM.

ARgumentum tradunt iidem Græci duo atque Chrysostomus gratiarum actionem ex eorum persona, qui è Babylonica captivitate reverterunt in Jerusalem; tametsi omnibus etiam fidelibus aptari possit, qui ab idolorum, ac Dæmonum captivitate ad cognitionem Dei cultumque redierint. Incertus auctor Græcus in Catena Barbari, vult prædici victoriam Ezechiæ contra Assyrios, & provocari omnes ad gratias: Alii nominant solutam obsidionem tempore Achaz vel Josaphat: quidam victoriam quam obtinuit Asa: nonnulli quam David ipse contra Syros, & Ammonitas; Basilius, insignem aliquam victoriam tractari dicit, nullam exprimens definitè: Lyranus refellit Hebræos, arbitrantes Psalmum esse de constructione civitatis elegantiore Templique per Salomonem facta; & interseri mentionem de navibus, quas Josaphat confecerat, sed ob initum fœdus cum Ochozia, tempestate confractæ fuerunt: præterea opinionem aliam de Messia venturo, ac reædificanda Jerusalem, temploque magnificentiùs, quam priùs fuerit, nihil proficientibus regibus Gog & Magog adversos dictam civitatem. Sequitur autem idem Auctor sententiam, quæ traditur à Patribus Latinis, & de Græcis ab Eusebio, Athanasio, Didymo, Hesychio, Theodoreto, sermonem esse de Christo, qui suo adventu civitatem Jerosolymitanam illustrarit, ac templum, prout prædixerat Aggæus *c*, & Ecclesiam ibi erigere cœperit, quemadmodum vaticinatus erat Isaias *d*. Et nobis hæc placet opinio, quam optimè declarant, confirmantque Valentia, & Cajetanus: prior verò collationem aptam facit cum materiali Jerusalem, atque variis nominibus ejusdem. Utitur hoc Psalmo Ecclesia vel partibus ejus in præcipuis mysteriis Nativitatis, Pentecostes, Trinitatis, præterea officio de communi Virginum, & de dedicatione Ecclesiæ: item in Missa de Præsentatione Christi; sive de Purificatione B. V. Ac de B. quidem V. molitus est tomos tres Italico sermone Vincentius Gilibertus Clericus Regularis ex his quos nominant Theatinos, sub inscriptione *Civitatis Dei*, profitens hunc se Psalmum explanare: quod admodum facit exegeticè, & concionatorio more.

c cap. 2. 8.
d cap. 2. 20.

In Ecclesia hujus Psalmi quando usus.

A *Vers.* 2.) Magnus Dominus, & laudabilis nimis in civitate Dei nostri, in monte sancto ejus.

EPiphonema hoc est admirationis, lætitiæ, gratitudinis, zeli plenum, & ipsiusmet Prophetæ prolatum nomine, & quasi dictatum gentibus; ut Eusebio placet, quas priore Psalmo convocaverat invitaveratque ad plaudendum, jubilandum, psallendum. Egregium verò laudandi principium, laudabilem nimis profiteri, quem laudare susceperis, majorem ac superiorem omni laude. Exagerat hoc verbis multis auctor Ecclesiastici; & Augustinus *e* confessiones suas hinc exorditur. Repetuntur eadem epitheta ista *magni & laudabilis nimis Domini* Psal. XCV. *f*, & CXLIV. *g* Additur in CXLIV. quòd *magnitudinis ejus non est finis*, non modò secundùm durationem, sed præterea secundùm perfectionem, cum qua cujusvis creaturæ comparata perfectio instar est puncti ad quantitatem infinitam, immo quum exacta proportio esse non possit, minùs quodammodo quàm nihil: ita ut creatura nullam propriè facere accessionem ad Creatorem, nec majus quid censeri debeat constitui ex mundo & Deo, quàm ex Deo solo. Magnitudo hæc incomprehensibilis æstimari poterit utcumque facta inductione per omnia, quæ habentur magna in rebus creatis ordinis utriusque, tùm naturalis, tùm supernaturalis, & per attributa, quæ pro modulo nostro distinctè concipimus in simplicissima illa & infinita essentia divina. Denique rectè tres in fornace pueri *benedictum*, laudabilem, glorioſum, *superexaltatum* vocant Deum *in sæcula h*. Chrysostomus monet hìc magnum dici, sed non quam sit magnus, hoc enim neminem scire, ideoque additum *& laudabilem nimis*.

e c. 43. 29. & seq.
f v. 4.
g v. 3.
h Dan. 3. 53.

Magnitudinem refert Hesychius ad Christum, quatenus per ipsum creata omnia: *laudabilem* dici, quia homo fieri dignatus est, ac, ut ita dicam, parvus nimis de magno per humiliationem, & exinanitionem sui ipsius. Ceteri spectant in eodem Christo magnitudinem secundùm opera mirifica, & effecta redemptionis nostræ. Cyrillus, quoniam à magno Deo, & Patre ortus, dixitque *i*, *Pater meus quod dedit mihi majus omnibus est*; ita ut qui *magni* quoque vocati sunt, sola quadam imitatione, ac participatione ita dicti sint. Magnum Joannem oportet fuisse sicut eum Angelus prædixerit futurum *k*, quem maximus Christus tantis extulit laudibus, is qui falli non potest, & à quo qui commendatur, verè probatus est *l*, *Magna est gloria ejus in salutari suo* m, hoc est, in Jesu, ut observavit Guerricus Abbas *n*. Sed hac de re dictum quoque præcedenti Psalmo, ac de iis, quos vocabant magnos majoresve, antithetos majoribus minutis senioribus medioximis minorum gentium, super quos videlicet *magnum Dominum* nostrum & *regem* David alio etiam loco *o* appellat. Numerat Ennius *p* apud Apulejum *q*, deos majores duodecim, Junonem, Vestam, Minervam, Cererem, Dianam, Venerem, Martem, Mercurium, Jovem, Neptunum, Vulcanum, Apollinem; senos ex utroque sexu. Apulejus *r* idem tamen Osirim Deum appellat, deorum magnorum potiorem, & majorem summum, & summorum maximum, & maximorum regnatorem. At Deus noster *Deorum Dominus* est, *non est similis ei in Diis s*. Solus *altissimus super omnem terram u*. Cassiodorus *magnum patrem* dici notat hoc loco Filium quoque sive Christum à Paulo *x*, Spiritum *y*, denique Sanctum. Quo pacto dominium conveniat Deo ita perfectè ut comparatione aliorum solus mereatur absolutum Domini nomen, alibi dixi. Gregorius Papa II. Altisaxonibus scribens, ut Idola deserant, usurpat hunc locum, quia unus Deus noster, *magnus*, *laudabilis*, *terribilis super omnes Deos*.

i Jo. 10. 29.
k Luc. 1. 15.
l 2 Cor. 10. 18.
m Ps. 20. 9.
n Serm. 3. de S. Joan. Baptista.
o Ps. 94. 3.
p 5. Annal.
q de doct. Plato. Duodecim majores dii.
r lib. 11. Metamor. Osiris Deus.
s Ps. 49. 1.
t Ps. 85. 8.
u Ps. 82. 19.
x Tit. 2. 13.
y 3 Reg. 19.

Laudabilis nimis.) Alius apud Eusebium pro αἰνητὸς habet ὑμνητός, hymnis celebrandus: pro *nimis*, Augustinus, *valde*, quod est σφόδρα & מאד, *meod*, quæ crebrò interpres reddit, *nimis*. Hebræum מהלל *mehullal*. (laudatum) significat, sed talia participia vim habent apud Hebræos nominum substantivorum. Sic etiam Hebraismum Græcè redditum, *in faciem ei restiti*, quia κατεγνωσμένος erat, Latinus interpres, evolvit dicens, *quia reprehensibilis* z. Ita quoque *a amabilis*, & *b mirabilis*, aliaque simi-

z Gal. 2. 11.
a 2. Reg. 1. 23
b Ps. 138. 14.

lia ponuntur loco participiorum passivorum. Videntur porrò in scriptura *magnus* & *laudabilis* synonyma, sicut & *magnificare*, & *laudare*: nec enim illud est magnum facere, sed ut Psal. a XXXIII. vidimus, magnum celebrare, prædicare, laudare.

a *vers.* 4.

In civitate Dei nostri.) Exprimit Paraphrastes Jerusalem. Ibi sine dubio maximè laudabilis & laudatus erat Deus propter sanctitatem loci & singularia beneficia. *In pace* b sive *in Salem locus Dei & habitatio in Sion, Civitas regis magni* vocatur postea & priore Psalmo c & in aliis. Eodem quo hìc modo civitas *civitas Dei*, item paullo post *Civitas Domini virtutum*, & *Dei nostri*, ab Isaia * præterea *civitas justi* & *sancti*, quæ sunt Christi epitheta peculiaria: à Paulo d civitas Dei viventis. Intelligunt nostri mysticam Jerusalem, idest, Ecclesiam, extra quam qui sunt ignari doctrinæ quæ à Deo est, inquit Eusebius, nesciunt eum pro dignitate laudare. Addit civitatem quoque Jerusalem cœlestem, de qua & nos dicto alio Psalmo. Potest etiam civitas Jerusalem externa sumi, quam eleganter vocat Hesychius metropolim miraculorum Domini. Ac tamen idem, Bethlehem civitatem Dei hoc loco dici ubi natus Christus; montem sanctum Golgatha in quo mortuus. Arnobius Bethlehem quoque interpretatur; Psalmum fere totum, sicut præcedentem applicans ad Nativitatem Christi, ad Magorum adventum, terrorem Herodis cœlos infantes, naves ejusdem Herodis jussu vaxatas, quibus credebantur Magi fugisse, &c. Secundùm allegoriam appellatur præterea Deipara *civitas Dei*, de qua *gloriosa dicta sint*, ut est in LXXXVI. e Psalmo, à Damasceno f & aliis, nec ineptè quæ dicuntur in isto ad eam applicaveris, nam revera fecit illi magna, magnus & potens g, & laudabilis in sanctis aliis, multo majores in ea meretur laudes. Fundata verò, concepta, nata est civitas hæc exultatione universæ terræ. Mons Sion, velut altissima specula versus Austrum, cœlestibus radiis, & ardoribus exposita: latera Aquilonis, tamquam ex altera parte vergens ad Aquilonem, ob frigefactum, immo penitus extinctum calorem fomitis, & propter niveum nitorem totius sanctitatis. Mons item speciosо germine, ut Hieronymus reddit, præditus, ipsam denotat cujus omnis à germine filioque suo Christo species ac pulchritudo existit. Denique pulcher mons est climate, ut quidam vertunt, ut postea videbimus, & Symmachus ab initio præ definito splendore, quia nulla nubecula ullius peccati adumbratur, sed serenissimè & splendidissimè collucet. Quemadmodum autem fundata est exultatione universæ terræ, ita, *latantium omnium habitatio est* in ipsa h quia causa extitit salutaris lætitiæ: ut proinde meritò concinnat Ecclesia, *conceptio vel nativitas tua, gaudium annuntiavi universo mundo*.

b *Psal.* 75. 3.
c *vers.* 3. *c.* 2. 26. *c.* 51. 1.
d *Heb.* 12. 22
e *v.* 3
f *orat.* 2. *de dormi. B.V.*
g *Luc.* 1. 49.
h *Ps.* 86. 7. Ecclesiæ contentus.

Sed ut Ecclesia *civitas* appelletur multo frequentius apud Prophetas i, & in Evangeliis k, atque in Apocalypsi l, fundavit eam Deus super *lapide summo angulari* m; *qui est Christus*, super Petrum secundarium fundamentum n, super alios tùm Prophetas tùm Apostolos o. Ipsemet stravit *per ordinem lapides*, & fundavit *in Sapphiris* & posuit *Jaspidem propugnacula & omnes terminos in lapides desiderabiles* p. Ut autem intelligamus mysticè tantùm dici civitatem de Ecclesia, Hieronymus q observat scribere Ezechielem r, se *super montem excelsum nimis* vidisse *quasi ædificium civitatis*, & in quodam Psal. f, cani de Jerusalem, quòd *ædificatur ut civitas*. De hujus ejusdem civitatis mysticæ ædificio Hieronymus t Jeremiam u interpretatur vaticinantem, *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & ædificabitur civitas Domino à turre Hananeel usque ad portam anguli, & exibit ultra norma mensura*, ubi describitur amplitudo civitatis tanta, quanta externa materialisve Jerusalem numquam habuit, & in locorum nominibus etymologiæ sunt ad idem mysterium facientes, de quibus idem Doctor, & alii, tùm ex recentioribus Andreas Capella. Etsi verò quidam reædificatam ab Ælio Adriano velint Jerusalem, impositо ei novo nomine Æliæ, juxta illam amplitudinem, nec hoc satis exactè constat. Et videntur obstare capitis 31. extrema verba, quibus vocatur *sanctum Domini* dicta civitas, *quod non evelletur, & non destruetur ultra in perpetuum*.

i *Isa.* 60. 14. *c.* 62. 12. *Ezech.* 40. 2.
k *Mat.* 5. 14.
l *c.* 12. 2.
m *Eph.* 2. 20.
n *Mat.* 16. 18.
o *Eph.* 2. 20.
p *Isa.* 54. 12.
q *in c.* 40. *Ezech.*
r *c.* 40. 2.
s *Ps.* 121. 3.
t *in c.* 31. *Jerem.*
u *c.* 31. 38. *& seq.*

Placet postremò allegoria Hugonis de religione, in qua est, inquit, civium unitas, corporum & mentium victus & vestitus: mons quoque sanctus per eminentiam sanctitatis: ibi magnus Dominus habetur, qui magni fit, reliqua omnia, *ut detrimentum*, & *stercora* x: *laudabilis nimis*, quoniam benedicitur in omni tempore semperque laus ejus in religiosi ore orando, legendo, prædicando, bene operando. Vocari potest tùm Ecclesia tùm religiosus ordo, Theopolis & Christopolis. Theopolim Justinianus vocavit, quæ Antiochia nominabatur post terræ motum y, angustiore profectò vocabulo quàm quo cognominabantur post terræmotum aliæ à conditoribus hominibus quamlibet magnis; aut à falsis Dijs, ut Diospolis, Athenæ, &c.

x *Phil.* 3. 8.
y *Niceph.* 17. *hist.* c 3. *Leon Byzan. qui vixit sub Iust.* 3. *cont. Nest. & Euthym.*

In monte sancto ejus.) Aliquoties occurrit antea z mentio *montis sancti*, aut, *Domini* a, & *loci sancti* b: appellatur præterea *mons sanctificationis Dei* c, & *quem dilexit* d, *quem acquisivit dextera ejus* e, item *mons Dei coagulatus, & pinguis* f, in quo *beneplacitum est ei habitare* g, in quo *habitavit* h. Rursum infrà Psalmo Balio i nominatur *mons sanctus*, & ab Isaia tum isto modo k, tum *mons Domini* l, *mons domus Domini* m, *mons & locus nominis Domini exercituum* n, *mons testamenti* o, Prætereo alia scripturarum testimonia: cur etiam *sanctus* cognominetur, satis aliàs dictum, & per se constat, nec non de mysticis variis notionibus ejusdem. Per anagogen Eusebius interpretatur de cœlesti habitatione, sicut & civitatem cum Paulo p: per allegoriam de verbo divino & Christo, qui ex lapillo q præciso sine manibus magnus evasit mons, quem idem Apostolus r appellat *fundamentum*: Theodoretus de insigni ac illustri dogmatum altitudine: estque exultatio nostra liberans nos de circumdantibus nos s, de qua re postea. Ecclesiam Christus t *civitati* comparavit *supra montem posita*.

z *Psal.* 2. 6. *Ps.* 2. 5. *Ps.* 14. 1. *Ps.* 42. 3.
a *Ps.* 14. 1.
b *Ib id.*
c *Ps.* 77. 54.
d *ibid.* 68.
e *ibid.* 54.
f *Ps.* 67. 16.
g *ibid.* 17.
h *Ps.* 73. 2.
i *Ps.* 98. 9.
k *c.* 11. 9. *c.* 17. 13.
l *c.* 2. 3. *c.* 30. 29. *c.* 57. 13; *c.* 65. 25. *c.* 66. 20.
m *ib. c.* 21. 5.
n *c.* 18. 7.
o *c.* 14. 13.
p *Heb.* 12. 22 *Gal.* 4. 24.
q *Dan.* 2. 45
r 1. *Cor.* 3. 10
s *Ps.* 1. 7.
t *Mat.* 3. 14.

Vers. 3.) Fundatur exultatione universæ terræ mons Sion, latera Aquilonis, Civitas Regis magni.

MAgnus Dominus idemq; Rex, & laudabilis in sua potissimùm civitate censetur, ac in monte sancto suo, qui est Sion, quia mons iste ad Aquilonarem Civitatis Jerusalem plagam situs firmiter quoque & eleganter fundatus est, cum eximio gaudio ad illam ventitantium, tùm visendi caussa, tùm religionis gratia, non solùm Judæorum ex omni Palæstina, exque aliis orbe toto locis per quæ dispersi erant, sed externorũ aliorum præterea ex omnibus orbis provinciis. Id quidem suo sanè modo verum de materiali Jerusalem, cum florebat maximè post constructum à Salomone Templum: *alienigenæ* namque *& Tyrus & populus Æthiopum hi fuerunt illic, & sicut latantium omnium habitatio in ea* u, ut aliàs demonstravimus, tractantes de Eunucho Candacis Reginæ Æthiopum x: significari quoque liberationem à captivitate Babylonis, & post reditum, ab aliis multis bellis, Chrysostomus, ut eum quidam Barbarus citat, vult. Omittimus hìc agere de ritu quo natalem diem civitatis veteres olim celebrabant; quod modò fit in templi dedicatione, quam usurpaverunt quoque priùs Hebræi. Tractat Boa noster hoc argumentum in libro de die Natali tùm sacro, tùm profano. At multo veriùs in Ecclesiam Catholicam conveniunt hæc omnia, ad quam quum cœpissent etiam in Jerusalem, & in cœnaculo montis Sion, quam ipsam Regiam Davidis priùs fuisse putant, & inde disseminatum esset verbum Dei, & diffundi velut è fonte, de quo Ezechiel y; adeo multi tam alacriter confluxerunt, eique ac domui spirituali tamquam lapides vivi superædificati sunt z. Ad hunc explanant Patres modum, ex quibus Chrysostomus, hoc dictum valde obscurum, id vero etiam affirmat Basilius, & cursim ac perfunctoriè legenti dubium dicit esse; qui autem diligenter persequatur, videre consequentiam, & pulcherrimam sententiarum connexionem, videlicet, sicut dictum est, quadrat meliùs mysticæ civitati isti, quàm materiali, ut dicatur *urbs perfecti decoris, gaudium universæ terræ* a: & quemadmodum *urbis* nomen absolutè Romam significat, sic & ejusdem seu civitatis Ecclesiam, cujus participatio

u *Ps.* 86. 4. 7.
x *Act.* 8. 27.
y *v.* 47. 8. *& seq.*
z 1. *Pet.* 2. 5.
a *Thren.* 2. 15.

patio idipſum *a*, tamquàm communis patriæ, ut olim Roma vocabatur: appellabatur item Jeruſalem *porta populorum b* velut metropolis caputque populorum, arx, & præſidium, & Plinio *c*, Strabone *d*, Joſepho *e*, ac Tacito *f* teſtibus, omnium Orientis Urbium præclariſſima. Quæ conditiones vocabulaque bene adumbrabant Eccleſiam & gaudium commune pertinentium ad ipſum. Epithetum autem etiam ex Deo ſumptum deſignat ſummam excellentiam.

Regnum Dei non eſt eſca & opus, quibus potiſſimùm rebus gaudent ac nituntur carnales, *ſed juſtitia & pax, & gaudium in Spiritu ſancto* g: *in charitate radicamur & fundamur h*: proximus poſt charitatem Spiritus ſancti fructus *gaudium* cenſetur *i*: primùm ſuſcitato Chriſto, ſurgere cœpit Eccleſia, *gaviſi ſunt diſcipuli* videntes eum *k*: ejuſdem habitu in Cœlum, non triſtitia, ſed *gaudio magno* completi ſunt *l*: Eunuchus ſtatim à Baptiſmo rediit gaudens *m*: converſis Samaritanis gaudium magnum ſecutum eſt *n*: longè poſt alii *replebantur gaudio cum Spiritu ſancto* o: narratio de converſione gentium *faciebat gaudium magnum fratribus* p: converſos à ſe nominabat Paulus *gaudium ſuum* q: omnes Apoſtoli gaudebant, contumeliam flagellaque pro nomine Jeſu patientes: tandem ipſum nomen Evangelii lætum includit nuncium quem nato etiam Chriſto Angeli evangelizarunt, appellantes *gaudium magnum toti mundo* r: gaudebant multi in nativitate Joannis *ſ*: ipſe *exultavit in gaudio intra uterum* t: & ad vocem ſponſi *u*: diſcipuli quia ſubjiciebantur eis Dæmonia, & quamdiu erat cum eis ſponſus, non jejunabant *x*: promittitur juſtis intrare *in gaudium Domini y*: viri quoque ſpirituales vitæ ſpiritualis fundamenta jacienti ac proficere magis magiſque cupienti gaudium hoc in primis commendunt & inculcant: quod eſt manna ſoli notum qui accipit *z* guſtatque, & per magnum indicium Orthodoxæ veritatis, atque inhabitantis in eo qui illud habet Spiritus ſancti. Dixi de eodem non ſemel in Actibus Apoſtolorum. Quo pacto Tropologicè religioſi ordines fundati ſint cum exultatione univerſæ terræ, Hugonem ſive Alenſem lege. Certè Gregorius *a* ait in Urbe tria millia Monaſticarum fuiſſe; quarum lacrymis, & abſtinentia crederet Urbem ſubſiſtere; ut ſi iptæ non eſſent, nullas jam per tot annos inter Longobardorum gladios ſupereſſe potuiſſet.

Fundatur exultatione univerſa terra.) Hieronymus non utens verbo exponit per appoſitionem, quæ nectat hæc ſuperioribus, *in monte ſancto ejus ſpecioſo germine gaudio univerſa terra*, quæ Aquilæ quoque Græca interpretatio eſt, καλῷ βλαστήματι χάρματι πάσης τῆς γῆς. Thomas tamen ex Hieronymo recitat, *germinet gaudio univerſa terra montis Sion*: in bibliis Græcis, Complutenſibus, Regiis, & aliis habetur, εὐρίζωσαγαλλιάματι πάσης τῆς γῆς, & in Latinis, *bene fundata exultatione univerſa terra*, quam lectionem jungit pariter Euſebius præcedentibus, *in monte ſancto ejus, bene fundato*, ſeu radicibus nixo, *& exultatione univerſa terra*, addit enim (καὶ) & vertit quoque Theodotio εὐρίζω. V. editio ςύκλαδω, quaſi dicas *bene ramato*, ideſt, bene ramis, aut germinibus prædito. Symmachus, ἀπ' αἰῶνος ἀφωρισμένῳ ἀγαλλίσματι, *ab initio præfinito ſplendore*: Dionymus copulat dativum εὐρίζω ſequentibus, *bene radicato* ſeu *fundato gaudio univerſa terra montes*, Græcè ὄρη, *Sion*, nempe ſunt, &c.

Refert Scholion aliam lectionem εὔριζον ἀγαλλίαμα, vel ἀγαλλίασις, ἥτινος Ambroſius, licèt in emendato Ambroſio legatur ſicut retuli extare in Complutenſibus & Regiis bibliis *bene radicato exultatio*, nimirum eſt, *civitas Dei, monſque ſanctus ejus*: exponunt præterea illud epithetum εὔριζον per alia βέραιον, ἕδραιον, ἀτεραλίντου, *firmum, ſtabile, immobile*. Poteſt porro εὔριζον, vel accipi ut epithetum ἀγαλλιάματος, vel, ut *montis*, qui Græcè eſt etiam neutrius generis ὄρος. Varlenius quoque arbitratur ſenſum eſſe, quod magnus Dominus ſit laudabilis nimis, ſive laudandus ſolida, & continua exultatione univerſæ terræ. In emendatis bibliis Græcis eſt εὐρίζων quod alii legunt ab εὐριζόω, vel εὐριζέω, *bene radicans*, nempe Dominus, ut exponit Chryſoſt., καλῶς ριζῶν, & καλῶς πηγνύς, *bene figens*, καλῶς κεραιῶν αὐτὸν ἐν χαρᾷ καὶ εὐφροσύνῃ πάσης τῆς οἰκουμένης, *bene firmans eam*, nempe civitatem Dei, *in gaudio & lætitia univerſi orbis terrarum*. Theodoretus, καλῶς θεμελιῶν, ſolide fundans. Refert Thomas legiſſe quoidam *fundator*. Participio quoque maſculino relato ad Deum uſus eſt Apollinarius, ſed alio, videlicet εὐρύνων,

Πάντοθεν εὐρύνων χάριν ἐν χθονὶ πολυθρόφον ὄρη.
Undique dilatans gaudium in terra multos nutriente.

Eodem pacto Ambroſius & Arnobius, *dilatans exultationem*: ſed in plurali numero exultationes, Auguſtinus, Caſſiodorus, Pſalterium Romanum, & Gallicanum. Fieri poteſt, ut qui εὐρίζων, & *dilatans*, interpretati ſunt, legerint Hebraicè pro יפה *iepheh*, quod nunc eſt יפת *iapheth*, *dilatet*, ſicut legitur in Geneſi *b* alludendo ad Japheth qui vocatur eadem lingua יפת *Jeshet*. Japeti genus Romani meliorque pars Gentium. Symmachus fortaſſis pro נוף *noph* quod eſt poſt יכה *iepheh*, & pro נוף *noph*, legit חגופה *lenuphah*, quaſi montem illum ſanctum intelligeret conſecratum cultui divino. Hebræum præſentes loci textum reddunt, *pulcher termino, tractu, climate, regione pulchrum clima, pulcher locus, amœna regio*, Vatablus, Campenſis, Felix, Pagninus, Flaminius, Tyroboſcus, Genebrardus. Pagninum credo intellexit Barradius *c* noſter, cujus verſio tomis Bibliorum Regiorum annumeratur, quum dixit in iſtis verti *pulcher climate*: nam in textu vulgatæ editionis Thomas Aquinas, ait Hebraicè extare, *decorus nimis exultationis*, neſcio quis id eum docuerit. Deprehendi ſicut & priùs ita ſæpius in hujuſmodi citationibus mendoſis codicibus uſum, vel in ejus poſtea codices mendas irrepſiſſe. Cajetani Rabbinus tranſtulit, *pulchra ſponſa*: Felix iterum & translator apud Campenſem, formoſa & ſpecioſa Nympha, pro qua Paraphraſt. genere maſculino, *pulher ut ſponſus* שפיר חיר חפנא *ſchaphir hech thathnh*. Nebienſis, *pulcherrimo frutice*. Eodem alludunt, qui carmine Latino Pſalmos converterunt, ideſt, ad elegantiam ſitus, amœnitatem, ſalubritatem, fertilitatem. Joannes in Apocalypſi *d* civitatem Jeruſalem deſcendentem de cœlo vocat paratam ſicut ſponſam, ornatam viro ſuo. Ricardus Cenomanus interpretationes iſtas cum noſtra conciliat, quia נוף *noph*, ſignificat hæc omnia, *levare, germen ſponſam, regionem, favum mellis*: primam notionem placuiſſe LXX. quia non levatur niſi quod ſolidè fundatur: ſubdit autem Eccleſiæ convenire, ut ſit bene fundata, ut frondeat vernantibus ramis, floreatque fragrantibus roſis: ut ſit formoſiſſima ſponſa Chriſti: ut regio ſpiritualis: adde, ut deliciis ſpiritualibus affluens multo ſanè magis quàm corporalibus Judæa, de quibus ac de puritate atque ſalubritate climatis aeriſque illius multa Pagninus ex Rabbinis in theſauro in radice *e*. Exoſculos ego Ricardi modeſtam doctrinam, quam imitari Genebrardus videtur, nec tam velim ſeverè agere, quàm agit Agellius, temeritatis arguens recitatas interpretationes, neganſque quas ejus linguæ bene periti afferunt vocis נוף *noph*, notiones, ut ob elegantiam nominetur Civitas ſponſa: non abhorret ab uſu aliorum ſcriptorum: atque in Apocalypſi *f* Joannes loquitur, ut dixi. Sed neque ſatis ruetur editionem vulgatam, Latinam, & Græcam. Nam vult legi εὐρίζω, quum ſit in emendatis, εὐρύνων, ut dixi. Deinde exponit mentem LXX. *de monte pulchro radicibus, ac proinde ramis*, κεκλῶσθαι καὶ παραφυάσι, quum Latinus interpres *fundandi* uſurpet verbum. Et hic & illi verterunt ad ſenſum, ſignificareque voluerunt, bene radicatum & fundatum Sionem montem, ſive in eo arcem, civitatem, templum, & ſub iſto typo Eccleſiam, unde mundo toti proveniat exultatio gaudiumque verum ac ſolidum, quod nemo ſi volumus tollere poſſit à nobis *g*, Id ſibi quoque vult *dilatandi* verbum, quo uſos Patres nonnulos dixi, & ulla Pſalteria, & partim radicibus congruit, unde propagines, rami, palmites dilatantur ac extenduntur (quam ſimilitudinem alius Pſalmus *h* accommodat ad ſynagogam, vel potiùs ad Eccleſiam) partim gaudio, quod in dilatione cordis & quadam diſtenſione ſanguinis conſiſtit. Deus verè magnus Dominus Chriſtus, quia iſtius terræ, ait Ambroſius, in qua intolerabilium peccatorum germina pullulabant, ubi erat mœror, triſtia & gemitus, exultationem toto orbe diffudit per indulgentiam

& re-

a Pſal.121.3
b Ezech.26. Mach.1.9. Abdia 1.11.
c lib.5.c.14.
d lib. 15. c 8. de bello Iud c.1.& 5. f 5. Hiſt.
g Rom.14.17
h Eph.3.17.
i Gal. 5. 22.
k Ioan.20.20 Luc ult.41.
l Luc.ult.52
m Actu.8.39
n Actu.8.9. o cap.13.52. p c.15.31.
q Philip.4.1 1.Theſ.2.19. 20.
r Luc.2.10.
ſ Luc.1.14.
t ibid.44.
u Ioan.3.29.
x Matt.9.15
y Matt.25. 21.
z Apo.2.17.
a ib.6.ep. in 23.vel.c.187 Lacryme & abſtinentiæ monialium quantum poſſint.
b c.9.27.
c tom.1. Harmo.lib.6 cap. 3.
d cap.21.2.
e in radice נוף nuph.
Agellius ſe, vere & male aliorum interpretationes arguens.
f c.21.2.
g Ioan.16.22
h Pſal.79.12

& remissionem peccatorum metu absolutis hominibus. Bona etiam radice fundatam Pater dedit exultationem veram & fœcundissimam vicem *a* Christum: id innuit quoque Didymus, de qua, sacramenta, inquit, fluxere cœlestia, in quibus est perpetua & diuturna lætitia, quum sæculi lætitia temporalis, perpetua sit ejus qui gaudet in Domino. Origenes, montis radices, ut Christum designat mons, in Patre constituit. Sed communior allegoria de Ecclesia, cujus fundamentum Christus *b*, qui est exultatio nostra, liberans nos *à circumdantibus* nos *c*, & auferens *omnem lacrymam ab oculis* nostris *d*, *præcipitando mortem in sempiternum e*.

a Ioan. 15. 1.
b 1. Cor. 10. 4.
c Psal. 31. 7.
d Apoc. 21. 4.
e Is. 25. 8.

Universa terra.) Ut de celebritate civitatis templique materialis intelligitur hic locus, *universa terra* sumitur accommodatè pro Palæstina tota, vel circum regionibus aliis, vel præterea pro multis etiam remotioribus, non tamen exactè omnibus, sed mysticè intelligendo Ecclesiam, omnis terra, finesq; illius ad eam pertinent, & in ea exultant: non desunt exempla quum *universa terra* priore accipitur modo; inter quæ affertur illud de tenebris, *super universam terram*, Christo crucifixo *f*, & de descriptione universi orbis sub Augusto *g*, quia nec erat hic omnium partium Dominus, nec ubique tenebræ illæ eliplisque videtur facta.

f Mat. 27. 45
g Luc. 2. 1.

Mons Sion.) De illo alibi mysticè pro Judæo populo, sicut *Aquilonis latera*, quæ statim hic subjiciuntur pro Gentili, quibus Ecclesia componitur, satis communiter interpretantur Græcè plurali numero sunt montes ὄρη, atque ita legit Augustinus, & Ambrosius admonuit, alludens in Etymo *Sion* pro *specula*, & servos Christi, *montes* appellans *in circuitu Sion*. ideſt, Ecclesiæ. Dicit id præterea Euthymius, Theodoretus, Didymus, Nicephorus, quasi viri hi sancti tamquam montes oppositi sint Aquiloni, hoc est, Diabolo atque persecutoribus, qua de re mox. Sed Euthymio non credo, dicenti juxta Hebraicum idioma *montes* numero plurali dictos pro monte. Hebraica vox הר *har*. hoc loco singularis est. Observat Beda legi à nonnullis, *montis Sion*, & hac ratione construi: *Civitas fundatur exultatione universæ terræ montis Sion*, ideſt, ab iis qui de Judæis conversi exultant.

Sion. etymo.
Euthymii expositio improbata.

Latera Aquilonis.) V. editio, ὀι μηροὶ, *femora*, ipsemet mons Sion appositivè vocatur *latera Aquilonis*, quatenus ad Aquilonarem plagam civitatis Jerusalem situs erat, constitutus scilicet in meridie, & inde habens partem Civitatis inferiorem, quæ & *filia Sion* dici poterat, velut ex ea nascens, ad regionem Aquilonarem oppositam. Quare mons Sion *latera Aquilonis* intelligi potest, ut disertè admonuit Euthymius, prout erat appositus Aquiloni, non quòd esset in Aquilone. Vel, ut placet Genebrardo, ac post eum Villalpando *h* nostro, quem communis moriendi necessitas nobis nuper sustulit, per latera Aquilonis accipi debet dicta pars Civitatis inferior quæ & Salem imposita colli Arca, per montem Sion superior. Expetens Nabuchodonosor occupare Civitatem Jerosolymitanam dixisse scribitur *i*; *sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis*: Et in Psalmo LXXV. *k* ut omittantur testimonia Josephi *l*, Nicephori *m*, Calixti aliorumque, qui descripserunt, loca sacra, dicuntque Sion fuisse in meridie, quod & hoc loco affirmat Augustinus, innuitur duplex civitas, Salem, & Sion; factus est in pace locus ejus, hoc est, in Salem, cujus interpretes etymologiam posuerunt, & habitatio ejus in Sion. Postea sejunctæ illæ duæ civitates coaluerunt in unam, præsertim occasione templi, quod in Moria monte medio, vel parte Sionis, constructum est à Salomone, atque communiter Beniamitæ cum Judæis, ideſt, tribu Juda, cohabitaverunt, quum adhuc hi in Sion Superiore Civitate, illi habitavissent in Salem, quæ & Jerusalem, inferiore: quia verò multitudinis numero *latera Aquilonis* exprimuntur, præter Arca montem Salemque Civitatem in eo ædificatam, adjungi potest Bezeta, & Cœnopolis, ut proinde meritò paullo post nominetur *Civitas regi magni* à tanta amplitudine. Indicantur aliis Psalmis ista *n*. *Jerusalem quæ ædificatur, ut Civitas, cujus participatio ejus in idipsum*, שתכרה לה וחדיו *schechubberah lac iachdau*, *quæ associata, & quasi coagmentata est sibi simul*. Item, *illuc o enim ascenderunt tribus, tribus Domini, testimonium Israel ad confitendum nomini Domini*, hoc est, exemplo

h Tom. 3. in Ezech. p. 1. lib. 1. cap. 11. & lib. 2. c. 18
i Is. 14. 13.
k vers. 3.
l de bello Iud. c. 6. & lib. antiq. 25. cap. 14.
m Hist. c. 3.
n Psal. 121. 3
o Psal. 121. 4

A Beniamitarum. & Judæorum de tribu Juda; cetera tribus sive familiæ reliquæ Jacob, eapetierunt adeo celebris & sanctæ civitatis habitationem. Favent præterea Isaiæ *p* verba, *Descendet Dominus exercituum, ut prælietur super montem Sion & super collem ejus*, hoc est super inferiorem Civitatem in colle sitam, qui collis quia in alios minores subdividebatur, & in plura juga, eo loco LXX. *colles* seu *montes* ὄρη pluraliter transtulerunt. Hæc verò appellare possumus, quæ hìc dicuntur *latera Aquilonis*, quamvis, ut pro numero numerus ponatur sit satis frequens: minùs probabile, quod Cajetanus, ait ad litteram designari excellentiam Jerosolymitanæ Urbis, ut sit veluti collateralis Aquiloni, hoc est, Babyloni Regiæ Regum Aquilonis, & illi par atque certans cum ipa de gloria, & divitiis tempore David & Salomonis.

p cap. 31. 4.

Minus probabilis Cajetani expositio.

Sensu mystico per *latera Aquilonis* multi duci ex Latinis Ambrosio, & Augustino præsertim, Gentiles frigidiores & obscuriores ob infidelitatem atque superstitionem, & quasi collaterales Diaboli, ejusque lateri B adhærentes, qui *Aquilo* interdum vocatur, vel in Aquilone sedem ponere dicitur *q*, interpretantur, sed *ad Civitatem regis magni* aggregatos, hoc est, ad Ecclesiam. Videtur Ambrosius Didymus *r* transcripsisse: ac uterque Ruffinus atque Bruno Carthusianus, illud ex cantico *s surge Aquilo*, exponit, ut abeat, diabolumque intelligit, vel ut exturbetur præfidiæ glacialis asperitas, *ne fuga* nostra *fiat hyemet*, & invitetur australis verna temperies: velut surgat qui dormit populus nationum, & exurgat à mortuis *u*; & illuceſcat ei Christus. Refellit verò Didymus interpretantes de monte Calvario: quam dixi esse opinionem Hesychii. Eusebius & Euthymius amplectuntur eumdem illum sensum de Gentilibus, qui diabolum antea sectabantur. Profert Augustinus ex Job *x*, *ab Aquilone nubes coloris aurei, in his est magna gloria, & honor omnipotentis*: quoniam magna gloria medici est, inquit, quando ex desperatione convaleſcit ægrotus: ab Aquilone autem non nigræ terræ, caliginosæ, sed aurei nubes coloris per illuminationem Christi sunt. In vulgata editione ibi legitur *y*, *ab Aquilone aurum venit, & ad Deum formidolosa laudatio*; & primum membrum ad litteram sumi solet de serenitate cœli, aeriſve instar auri puriſſimi & nitidiſſimi, cujus nomine Deo laus deferri debeat cum formidine, ne tonet, fulguret, excitet tempestatem. Theodoretus, Basilius, Chryſostomus, volunt celebrari hoc loco montem Sion quod optimè munitus & à Deo Rege magno defensus esset contra hostes Aquilonares, ut Persas, de quibus & similibus, Prophetæ vaticinati sunt *, *ab Aquilone pandetur omne malum*, sed multo magis contra hostes invisibiles, & adversus persecutores Ecclesiæ; ita ut hæc reddatur inexpugnabilis. Unde apud Isaiam *z* minantibus, quod ab *Aquilone fumus veniret & non esset, qui effugeret agmen ejus*, respondetur, *quia Dominus fundavit Sion, & in ipso sperabunt pauperes populi ejus*.

q Isa. 14. 13.
r Hac & in Ser. 12. in Ps. 118.
s cap. 16. Aquilo pro Diabolo.
t Matt. 24. 20.
u Eph. 5. 14.
x cap. 37. 22.
y vers. 22.
* Ierm. 1. 13. 14.
z cap. 14. 31. 32.

Mysticus sensus.

Cyrillus per *latera Aquilonis* intelligit altare holocaustorum, in quo jussu Dei *a* mactabantur hostiæ ad latus Aquilonare; ut quemadmodum (sic equidem ratiocinatum conjicio) quisquis pro peccatis hostias ibi D offerebat, lætus redibat bona spe fretus adeptæ remissionis, ita significetur post immolationem Christi factam in Judæa, Christum ad Aquilonis orbis partes convertendum, & in posterum ad ipsas concessurum, & sui conspectum illis daturum, juxta id præsertim ex Psalmo, *Oculi Domini in pauperem respiciunt b*. Gentiles quoscumque accipi vult sicut alii Patres, non exactè solos Aquilonares. Sic varò creditur Christus facie ad occidentem conversa voluisse deinceps à Judæis averti, & quod Paulus *c* postea dixit, *converti ad gentes*. Ayguanus, nato Christo, ex Sion, ideſt, Judæis, pastores, & ex lateribus Aquilonis; hoc est ex Gentilibus. Magos, ad eum convenisse, mystico quoque sensu interpretatur.

a Ex. 26. 20. 35. Lev. 1. 11.
b Psal. 9. 38.
c Act. 13. 46

Aliqui *d* Ecclesiam nominari dicunt *latera Aquilonis*, quia Petrus primùm Antiochiæ sedit, deinde Romæ, quæ vergunt ad Aquilonem. Hugo aut Alensis in Sion religiosos contemplativos attendit, activos in lateribus Aquilonis. Ex his primus optimus sensus, alit coactiores.

d Fabr. Petrus primùm Antiochiæ sedit, deinde Romæ.

Civitas Regis Magni.) Quo modo *Rex magnus* dicatur Deus,

Deus, etsi de David alii quoque intelligant, aut de Salomone dictum prius. *Civitatulam* reddit Hieronymus, quod nomen diminutivum, vel, ut solent alia similia, teneriorem quemdam amorem Dei erga illam significat: vel tametsi magna per se Civitas esset, sicut alibi *magna* vocatur *domus Dei*, & *ingens locus possessionis ejus* a, nempe terra promissa tota, vel per anagogen viventium, ac beatorum terra, respectu hominum; si comparetur cum immenso Deo, esse admodum parvum omnem locum, immo universum mundum, ac infinitos si essent, habere instas puncti, immo nihili: vel sic forsan intelligitur Bethlehem, ubi natus Christus: quæ nequaquam *minima* b æstimari debebat ob istam causam, licèt reipsa exteriùs parva esset. In responsorio 2. primi nocturni Dominicæ 3. Adventus, vocatur Bethleem *Civitas Dei summi*. Est קריה *kiriah*, hoc loco in principio Psal. עיר *hhir*, & pro *magno* ibi כרול *gadel*, hic רב *rau*. Jerosolymam Christus vetans c jurari per eam, vocat *civitatem Regis magni*.

a Baruch. 3. 24.

b Matt. 2. 6.

c Matt. 5. 35

Vers. 4.) Deus in domibus ejus cognoscetur, quum suscipiet eam.

REgis magnificentia potentiaque perspicietur in suæ illius Civitatis non ornatis dumtaxat, sed munitissimis quoque domibus, palatiis, basilicis, turribus, arcibus, idque tum præsertim, quando ipsam defendendam suscipiet contra hostes impugnare molientes: licèt & aliàs præterea, præsentiæ, inhabitationis, protectionis multa sit signa daturus, cùm honorificè à suis suscipietur vicissim, ad eum modum quo patrem familias domum advenientem digno familia honore suscipit, eo regem subditi, ac ab illis utrique multis favoribus, & beneficiis afficiuntur, ornantur, munerantur. Tandem verò potissimum suscipiet in resurrectione mortuorum, æterna Ecclesiæ fideli gaudia concedendo, ut ait Cassiodorus. Domus hæ multæ, plures Ecclesiæ sunt particulares; ex quibus una ceu Civitas componitur Ecclesiæ universalis, quamvis hanc etiam ipsam Paulus d appellet *domum Dei*, & ampliore præterea vocabulo nominetur satis sæpe *regnum*. *In mundo erat* Deus Deique filius, *sed non cognoscebat eum mundus* e; sed & quum *in propria venit sui eum non receperunt* f, donec ipse per gratiam dignatus est eos suscipere, ac domum, civitatem, regnum suum, immo fratres & filios efficere, seseque cognoscendum præbere etiam externis sermonibus virtutum, & miraculorum, passione morteque propria, & aliis modis permultis, ac demum Spiritu sancto misso, & discipulis per orbem missis tamquam vicariis atque oro regibus, quasique à latere, quod Tertullianus dicit, ut Ecclesiæ domum, civitatem, provinciam, regnum, in ditionem redigerent, & gubernarent. In medio Ecclesiæ *non commovendum* Deum, sed adjuturum eam *mane diluculo* vidimus Psalmo XLV. g per *domos* istas intelligere nos quoque Apostolos, Apostolicosque prædicatores, & rectores ac virtute præstantes volunt Athanasius, Cyrillus, Didymus: etsi Græcam vocem de qua postea, postremus pro navibus interpretetur. Singuli fideles, singulæ sunt etiam *domus Dei*, ut Ruffinus docet: innuit item nomen *domus*, ut idem tradit post Augustinum copulatos parietes Judæorum, ac gentium h, quos intelligere licet muros Jerusalem, de quibus precatur David Psalmo L. i ut pro benignitate ac *bona voluntate* sua Dominus ædificare velit. Non cognoscebatur Deus antea in domibus, inquit Thomas, sed in schola & apud paucos: jam impletur vaticinium, & promissio k: *me omnes cognoscent* l *à minimo usque ad maximum*, & m erunt omnes docibiles Dei, hìc quidem per cognitionem obscuram, in specula & in ænigmate, in cœlo *facie ad faciem* n. Ubi *mansiones diversæ* o, & distincti gradus (legunt hoc loco *in gradibus* nonnulli, ut dicemus postea) ordinesque sanctorum, sicut *differt stella à stella in claritate* p. Hugo Deum cognosci dicis Christumque in domibus religiosorum, quia pauperes debent esse ac humiles repræsentantes aliqua ex parte Christum, qui non habuerit, *ubi caput reclinaret* q: dicere etiam posse debent qui vident Aillas: Verè Dominus est in loco isto; *non est hic aliud nisi domus Dei & porta cœli* r.

d 1. Tim. 3. 15

e Ioan. 1. 10. 11. id. 11.

f vers. 6.

g

h Eph. 2. 12. 13.

i vers. 20.

k Ier. 33. 34.

l Is. 54. 13.

m 1. Cor. 13. 12.

n Ioan. 14. 2.

o 1 Cor 15. 41 Deus Christusque in domibus religiosorum cognosci debet.

p Matt. 8. 20

q Gen. 28. 17

r vers. 9. & cap. 17. 27.

In domibus ejus,) Ἐν βάρεσιν αὐτῆς Hoc nomen Græcum erat etiam in Psalmo XLIV. / ubi latis de eo dictum. Et de Latina interpretatione, quæ (*gradibus*, vel *gravibus*) ponit Hebræum nomen, prius hoc erat הכלי *hechale*, in regimine, hìc autem ארמנות *armenoth*, pro quo ibidem notavi esse etiam βάρεις apud Jeremiam s. Legitur hoc loco, *in gradibus*, in Psalterio Romano & Ambrosiano, ab Ambrosio (qui tamen in Commentario attingit editionem nostram) & Cassiodorus, & à Hieronymo in Commentario; & à Gregorio t; meminitque hujus lectionis Thomas. Arnobius legit, *in gravibus*, & innuit etiam in Commentario Ambrosius, Hieronymus u alibi, *in turribus*. Quinta editio, vel Symmachus habent ἐν λαοπλέοις, *in Regiis*, sive, *palatiis*, aut *basilicis*. Eamdem Hebræam dictionem præsentis loci vertit numero singulari apud eumdem Jeremiam y Hieronymus, *templum*, nempe ארמון *armon*. Igitur etiam *templa* hoc loco intelligi possunt, quæ item solent appellari *domus Domini*, vulgatibus quoque multorum linguis, ut alibi docui. *Civitatis magnæ*, idest, Ecclesiæ (pronomen enim, *ejus*, est fœmininum *eurus*, & in Hebræo affixo ארמנותיה *armenotheah*, *domus*, templa sunt: vel certè particulares Ecclesiæ sive diœceses, paroeciæ, &c. Didymus docet vocabulum βάρεις non tantùm *domus* & *turres* significare, quæ in mœnium præcinctione continentur, sed etiam nonnullas naves, quæ scitè & artificiosè contextæ sunt: istis comparari sanctos, qui ad omnes fere partes adnavigarunt, pietatisque merces ad universas gentes asportaverunt, ut Paulum ab Jerusalem ad Illyricum z: & has esse naves, quas David a pertransisse scribit draconem illudendo, diabolumque vincendo. Nyssenus b priorem communem notionem vocabuli ponit de *turribus*.

s Hom. 15. Ezech.

t in c. 40. Ezech.

u cap. 30. 18.

x

y Rom. 15. 19

z Ps. 103. 26.

a 2. in Ps. 18.

b Supra.

Omitto autem sensus mysticos aliarum editionum, *gravibus*, idest, gravitate conspicuis, ut exponit Arnobius de Maria, & Joseph in nativitate Christi, dicens; ubi videas levem & vanum, ibi te cognoscere Diabolum: & *gradibus*, idest, ut Gregorius c. explicat, variis virtutum meritis & incrementis, juxta illud d, *per singulos gradus meos pronuntiabo illum*; & e, *ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus Deorum in Sion*. Ambrosius quoque *graves* in Commentario appellat Petrum, Jacobum, Joannem, columnas Ecclesiæ, turreseve; Augustinus in gradibus ordinum ministerii Ecclesiæ cognosci Deum dicitur à Valentia f nostro exponere. Sed ego non reperio. Non displicet quod ait Cajetanus, innui per *domos regias palatiaque*. Deum cognoscendum à Magnatibus & Potentibus, qui habitant ejusmodi domos. Romanos, quorum tot sunt Senatores, tot Reges Cineas Pyrrhi legatus vocabat. Hac in re primatus tribui meritò potest, quorum bene perfecta erga Christum fides tam insignis quàm erant eorum amplissimæ domus. De his Bonifacium (Augustinus per familiarem) dixisse scribit Photius g omnia intra se habuisse quæcumque mediocris urbis habere potuit, hippodromum fora, delubra, fontes balnea varia.

c Iob 31. 37.

d Ps. 83. 8.

e Tom. 1. disp 9. qu. 2. punct. 2.

f Bibl. num. 114.

Cognoscetur.) Hieronymus, *Agnitus est*, Arnobius *cognitus est*, Romanum & Ambrosianum Psalterium, Ambrosius & Cassiodorus, *dignoscetur*, Regii & Complutenses codices, *cognoscetur*, Græcum verbum est præsentis temporis γνώσκεται. Quinta editio habet γνωσθήσεται. Meminit Chrysostomus, sed nomine tacto; prætereaque alterius, in qua est præteritum ἐγνώσθη. Sæpe perturbantur tempora, & ut priùs indicavimus, potest hic locus mysticè saltem intelligi de futuris, mansionibus, & gradibus Beatorum. Hebraicè est vel præteritum, vel participium נודע *nodahh*. In domibus Ecclesiarum ac templorum cognitus est, cognoscitur, cognoscetur, ac dignoscetur verus Deus. Cognoscitur ac recipitur verbum, *non ut verbum hominum, sed* (*sicut verè est*) *verbum Dei* h: & *infidelis* intrans in conventum fidelium prophetantium, idest, scripturas interpretantium, valdè divinis rebus loquentium, *convincitur ab omnibus, dijudicatur ab omnibus, & sic in faciem suam cadens adorabit Deum pronuncians quod Deus in illis sit*. Sicut in operibus suis conditor, ait Ambrosius, & in ædificationibus suis ædificator agnoscitur, ut etiam si nomen non audias, tamen ex operum qualitate ar-

g Theff. 2. 13

h 1. Cor. 14. 24. 25.

ce artificem deprehendas; ita in excelſis & magnis domibus (indicat editionem noſtram ſimulque notionem τῶς βάρεων) quæ domus nos ſumus, ſi libertatis & gloriæ fundamentum uſque ad finem firmum tenuerimus, Deus habitator agnoſcitur.

Quum ſuſcipiet eam.) Hieronymus, *in auxiliando*, alii Hebræo, *in arcem ſublimem*: vel, *ad elevationem & protectionem*: vel, *ad exaltandum & protegendum*; vel, *tamquam tutum refugium*: vel, *dum auxiliatur*, nempe quod non tam arcibus, & præſidiis externi fidat civitas Dei & Eccleſia, quàm Deo ipſo. Eſt ἀντιλαμβάνεσθαι, ut ſæpe vidimus, *tueri*, defendere, protegere, ſuſcipere curandum, ac fovendum, ut medicus ægrum (quod eſt exemplum Auguſtini) & clientem patronus, ſive oppreſſum, quo exemplo utitur Bruno Carthuſianus (architectus domum (tradit hoc Hugo) ſuſcipit. De auxilio etiam explicant Remigius, Thomas, Pampolitanus, Hugo, & alii: qui ſenſus maximè proprius omniumque Græcorum & Hebræorum, ac Hebraizantium. Id valet למשענ *lemiſgau*; & verſio Aquilæ εἰς ὑπερύψωσιν *in elevationem*: Quintæ editionis εἰς ὀχύρωμα, *in munimentum*: alterius de qua Chryſoſtomus εἰς τὸ ἐξελέσθαι αὐτήν, *ad eruendum eam*. Cognoſcitur maximè Deus quando ſubvenit & auxilio eſt in tribulationibus, & perſecutionibus, tùm ab his quibus id auxilium præbet, tùm ab illis qui perſequebantur. *Suſcepiſſe Iſrael puerum* [a] *ſuum Deus* canitur *a recordatus miſericordiæ*: & tritum illud Auguſtini, *Quum cœpi videre, tum me aſſumpſiſti ut viderem*: ſequenti alio Pſalmo canitur, *In quacumque die invocavero te, ecce cognovi quoniam Deus meus es*. Accommodatitio tantùm ſenſu, quem Latinum verbum *ſuſcipiendi* patitur, *ſuſcipere* dicitur *Deus Eccleſiam*, aut quemlibet, quando gratum, & acceptum habet; vel naturam humanam per incarnationem: quem attingit quoque ſenſum Thomas & Remigius. Improbi cognoſcunt ac ſciunt Dominum nonnumquam etiam inviti, quando punit, ſicut minatus eſt ipſe Ægyptiis [b]: minùs perfecti tunc fere, quum beneficiis afficit: qui ſunt verè juſti utroque tempore. Eliæus noſter Chriſtus eſt. Deus, Salvator quum pertranſierit *benefaciendo* [c], totque pergat nos afficere beneficiis; dicat ergo quivis noſtrum eadem cum Sunamitide, *animadverto quod vir Dei* (ἄνθρωπος *homo Deus Sanctus, Sanctus, Sanctorum*) *ſit iſte qui tranſit per nos, benefaciendo* [e], *frequenter* [f]. Huc ſpectat etiam, quod paullo antè dixi, teſtimonio Pauli ad Corinthios, in domibus ſacris & conventibus Eccleſiæ cognoſci Dominum propter res ac ſermones ſanctos, & ob loci ſanctitatem quæ Domino accepta grataque eſt. Sic meritò, quod ſum etiam præfatus, neq; non propter ſequentia inferius verba, *ſuſcepimus Deus miſericordiam tuam in medio templi tui*, recitatur hic Pſalmus in dedication. Eccleſiæ.

[a] Luc. 1. 54.
[b] Exo. 14. 4.
[c] Act. 10. 38
[d] Dan. 9. 24
[e] Act. 10. 38
[f] 4. Reg. 4. 9.
In domibus ſacris & Eccleſiæ conventibus Dominus ut cognoſcatur.

Verſ. 5.) Quoniam ecce Reges terræ congregati ſunt: convenerunt in unum.

Verſ. 6.) Ipſi videntes ſic admirati ſunt, conturbati ſunt, commoti ſunt.

Verſ. 7.) Tremor apprehendit eos.

Ibi dolores ut parturientis.

Verſ. 8.) In ſpiritu vehementi conteres naves Tharſis.

PRopterea Deus ſuſcipiet protegetque ac tutabitur civitatem ſuam, & ſic eum cognoſcent in domibus & arcibus ejuſdem, à quibus arcebit hoſtes, tùm defenſi tùm oppugnantes, quoniam futurum eſt ut initio inter ſe Reges conſilio pactoque, contra civitatem iſtam Dei conſpirent, coeant, concurrant, irruant cum ſubditis, & copiis ſuis. Verùm ubi viderint ac ſenſerint Dei noſtri nos protegentis vires roburque, ſtupore quodam defixi hærebunt ob inopinatum & plane divinum auxilium, ingenti pavore conturbabuntur, toti trepidabunt & contremiſcent: præterea tam vehementibus doloribus corripientur quàm pati parturientes ſolent; ac ſicut iſtas ſui ubicumque ipſas apprehenderint, detinent, ita quos illi patientur, fugiendi facultate ademApta, conſiſtere coget, & in manus noſtras devenire. Tandem tu ò Deus iræ tuæ vehementi validoque impetu tam facilè vires eorum atteres, & animos franges, quam nullo negotio ventis concitatioribus experimus maximas, & onuſtiſſimas mercibus naves maris diſcerpi, & comminui. Perſpicua ſatis ex his quæ adhuc dicta ſunt ſententia de infidelium & perſecutorum Eccleſiæ compreſſione, & de prævalente adverſus illos orthodoxa fide ac ſincera religione frementibus licèt atque obſtupeſcentibus illis & diabolis ipſis. Diverſis tamen modis id exponitur, & à quibuſdam quoque in partem meliorem pro converſione illorum. Hos modos attingemus inter explicandum ſingulas partes præpoſiti textus. Certè ad litteram de Salomone Pſalmum non intelligi Lyranus, Valentia, Cajetanus, aliique hinc docent, quoniam non leguntur Reges convenientes ad Salomonem conturbati, ac tremores affecti, ſed magno deſiderio cupiviſſe audire ſapientiam ejus, & munera obtuliſſe: nec illa navium Tharſis contritio Salomonis tempore contigit; imo nec Joſaphat: quamvis claſſis ejus, quæ in Tharſis tendebat, contrita ſit [g]: vel alterius Regis, ſaltem quæ Reges veherent: præter quam quod non debet ſine cauſſa in tam brevi Pſalmo tranſitus concedi ab uno in aliud argumentum.

[g] 2. Par. 20. 37.

Princeps Eccleſiam oppugnantium miſerabilis exitus.

Porrò Euſebius vaticinii hujus eventum vidiſſe ſe oculis teſtatur, ut omnes quotquot Eccleſiam oppugnarunt Principes, Tyrannique, divinis plagis contumeliosè affecti ſint, & aliis corpora computruerint, ac vermes ſcaturiverint cum fœtore intolerabili: aliis ablati oculi, & ſuccenſi, ita ut palinodium canerent, & Eccleſiæ Deum magnum & verum, & ſolum eſſe Dominum profiterentur, & magno ſtudio impetrarent oppugnatam olim à ſe civitatem inſtaurari, & coli. Catalogum hujuſmodi exemplorum texunt, qui de notis Eccleſiæ diſputant, Thomas Boſſius & Bellarminus, ac in Annalibus Baronius. Thomas Aquinas profert in exemplum Conſtantinum, Carolum Magnum, Juſtinianum: *Regum* quoque nomine ſapientes ait intelligi Ambroſius cum Didymo qui ſui corporis rectores ſint.

Ecce Reges terræ.) Deeſt *terræ* in textu Hebræo & Chaldæo. Hieronymus [h] teſtatur ſe ſuſtuliſſe ſicut & pronomen *ejus*, αὐτῆς, quomodo tamen etiam extat in Pſalterio Arabico, *Reges ejus*, quia pronomen ſuperfluum eſſe, ipſe, inquit, rectionis textus oſtendit: nomen *terræ* nec in Hebræo, nec in ſeptuaginta reperitur. In editione LXX. correcta duæ illæ voces τῆς γῆς relictæ ſunt, ſed per errorem, quibus Pſalterium etiam Æthiopicum utitur.

[h] ep. 135.

Congregati ſunt, convenerunt in unum.) Hieronymus, *venerunt ſimul*: quo pacto etiam Symmachus ἦλθον ὁμοῦ. Sed primo loco συνήγαγον *ordinaverunt*, vel *diſpoſuerunt* nempe ſe: Ambroſius, *tranſierunt*, ut & in quibuſdam libris Græcis διῆλθοσαν, in quo verbo facit Ambroſius vim magnam. Pro *congregati ſunt*, Auguſtinus *collecti ſunt*. De Regibus non ad Eccleſiam oppugnandam congregatis & convenientibus Græci fere interpretantur, Euſebius, Athanaſius. Theodoretus, Chryſoſtomus, Euthymius, Nicephorus: ex Latinis Remigius, Haimo, Beda, Bruno Carthuſianus, Valentia, Cajetanus, Genebrardus, Janſenius, & recentiorum plurimi, nec diſplicet Thomæ Aquinati, & Hugoni, ac Titelmano. Eidem ſententiæ favent qui nominatim interpretantur de Herode cum principibus Judæorum, qui conſpiraverunt contra recens natum Chriſtum [i]. Arnobius, Caſſiodorus, Gloſſa ordinaria, Bruno Herbipolenſis, Arguanus, Bartholomæus Borra: & meminit etiam Thomas.

[i] Mat. 2. 16.

Alia expuſitio ſumens in meliorem partem de converſione Regum ac Principum qui etiam priùs Eccleſiam perſecuti fuerint, eſt Ambroſii, Auguſtini, Ruffini, Hieronymi, Thomæ, Hugonis Pampolitani, Ludolphi, Turrecrematæ. Et hi favent etiam, qui tres magos adoratores Chriſti cunabulorum accipiunt, ut Lyranus. Universè autem idem regibus placet Didymo. Habent hæc probabilitatem ſuam: & quod ultimo dicitur loco de tot Regum in religionem noſtram coitione, quod alteri umquam nulli contigit, illuſtrari adhuc aliis teſtimoniis poteſt [k], beneque demonſtratur à Thoma Bozio [l]. Primus dicendi modus probabilior videtur: & non ſolum ipſamet Hebræa dictio cum magis præ ſe fert,

[k] Pſ. 1. 10. 11. 12. 71. 110. 21. 101. 16. 23 Iſ. 49. 23. c. 60. 3.
[l] l. 20. de ſig. Eccl. c. 4.

nec

nec non Hebræi Doctores, ac Hebraizantes noſtri, declarantes de tyrannis adverſus Jeroſolymam congregatis tempore Davidis *a*, aut Aſa *b*: ſed Chryſoſtomus etiam & Baſilius, nam ajunt hi duo narrari hoc loco bellum difficile conflatum undique, & victoriam illuſtriorem, ex qua intellectum ſit divinitus perculſos hoſtes terroribus ac doloribus vehementiſſimis, perindeque proſtratos, ac ſi claſſem ingentem validus ventus contriviſſet atque demerſiſſet. Typus hic perſecutorum quos compreſſit Deus, ſive hi ad meliorem redierint mentem, ſive non redierint, quum Pſalmo II. *c*. dictum eſſet, *aſtiterunt Reges terræ & principes convenerunt in unum adverſus Dominum & adverſus Chriſtum ejus*, admonitio cum comminatione ſubditur *d*, *& nunc Reges intelligite*, &c.

a 2. Reg. 10. 6
b 2. Par. 14. 23. & ſeq.
c verſ. 2.
d verſ. 10.

Ipſi videntes ſic admirati ſunt.) Hieronymus, *ſic obſtupuerunt*, quo modo Aquila ἐθαμβήθησαν. Particulam (ſic οὗτως, כֵּן *chen*,) jungit Ruffinus, Remigius, Genebrardus, participio, *videntes*, nempe videntes Reges civitatem Dei ſic bene munitam, tutam, firmam, conſtructam, fundatam, decoram, à Deo defenſam, cognoſcenteſque ſe non poſſe illam delere, admirati ſunt miraculorum ac potentiæ Dei magnitudinem. Legit Caſſiodorus, *tunc admirati ſunt*, nec non Pſalterium Romanum, & hac ratione Bredembachius & Agellius exponi volunt, ſed ante illos Haimo, ac ſi eſſet ſenſus, tunc demum illico, ſtatim admirari ſunt, nempe quamprimum viderunt quod dictum eſt. Id in vulgari lingua valet, *così & così*, &c. Ad Reges Eccleſiæ perſecutores aut ad Herodem cum principibus Judæorum aut ad tyrannos converſos accommodantur iſta pro variis dicendi modis priùs allatis.

Conturbati ſunt.) Addit Paraphraſtes propter ſigna & miracula. Talis locus cantici Moſis *e*, *tunc conturbati ſunt Principes Edom*, &c. Mirati multi docentem Chriſtum, poſteaque diſcipulos ejus, converſi ſunt. Sic narratur quod Sergius Paulus *credidit admirans ſuper doctrina Domini f*: & Simon Magus *videns ſigna, & virtutes maximas fieri, ſtupens admirabatur g*. Obſervat Thomas ordinem in verbis quæ hic ponuntur ad eos pertinentem qui convertuntur, nam videre ſpectat ad fidem *h*, *videbunt gentes juſtum & cuncti reges inclytum tuum*: admiratio ſequitur cognitionem mirabilium myſteriorum *i*; *videbis & affluues*, & *mirabitur & dilatabitur cor tuum*: conturbatio eſt pro peccatis: commotio pro pœnitenti abſque deſperatione: tremor ſeu timor Dei facit ne quis præſumat: talis timor ac dolor non eſt inutilis, ſed ut parturientis ſpiritum ſalutis *k*: naves Tharſis contritæ in ſpiritu vehementi, ſunt cupiditates mundi, quas pœnitens abjicit, & conterit. Hugo præter iſta quæ fere affert, eadem paucis mutatis exponit etiam de religioſis qui corpus bebe regunt, de nationibus congregati, & convenientes corporum ac mentium conjunctione ad unius honorem, & quum vident priorem cæcitatem & peccatum, Dei bonitatem ac ſeveritatem, mundi vanitatem admirantur, nec contra in eis manet præ ſtupore ſpiritus *l*, &c.

e Ex. 15. 15. 16.
f Act. 13. 12
g c. 8. 13.
h Iſ. 62. 2.
i Iſ. 60. 4.
k cap. 26.
l 3. Reg. 10. 4.

Commoti ſunt.) Hieronymus, *admirati ſunt*, Symmachus, ἐξεπλάγησαν, *obſtupefacti*, ſeu perculſi metu, ſunt attoniti ac ſtupidi facti. Alii ex Hebræo נחפזו *nechpazu*, *fugerunt*, feſtinaverunt, præcipitati ſunt, præcipites acti, in præcipitem fugam adacti. Hæc atque ſtuporem metumque vehementem denotare verbum id Hebræum poteſt; quemadmodum & in Pſalmo CXV. *Ego dixi in exceſſu meo* בחפזי *bechophzi*, reddunt alii *in pavore*, ſeu *ſtupore*, *in præcipiti fuga mea*: & pro *in ἐκστάσει*, Aquila, *ἐν τῷ δαμβῶδαιμέ*, *intimere me*, Symmachus, *ἀδημονῶν*, *quum anxius ac mœrens eſſem*. In præſenti loco Chaldæum verbum ערקו *hharaku* ſignificat *fugerunt*. Commotio, ſicut & tremor contigit multis audientibus verbum Dei ſtimulante illos conſcientia, & partim cohorruerunt, partim horrorem divinum in amorem converterunt. Agrippa prædicante Paulo *tremefactus eſt m*, ſed nihil præterea profecit. Comparari locus hic poteſt cum Pſalmo LXXV. ab initio per aliquot conſequentes verſus.

m Act. 24. 25

Tremor apprehendit eos.) Emphaſis eſt quam Bruno quoque Carthuſianus obſervavit, quaſi fugientes præ timore, tremor apprehendat, & præ inopia conſilii, fugiendi facultatem velut injecta manu prehendendo adimat. Tale illud, *irruat* n *ſuper eos formido & pavor*, & *o*, *diſſoluta eſt. Damaſcus, verſa eſt in fugam, tremor apprehendit eam: anguſtia & dolores tenuerunt eam quaſi parturientem. Corripi timore* aut dolore latiniùs forſan diceretur.

n Ex. 15. 16.
o Ier. 49. 24.

Ibi dolores ut parturientis.) Summi, & propter quos neceſſario conſiſti debet, nec fugæ locus datur: porro adverbium loci nectitur à quibuſdam prioribus verbis, *tremor apprehendit eos ibi*, id parum refert. Frequens hinc ex parturientium doloribus ad alios dolores exaggeratio in divinis litteris, & eam Chriſtus etiam uſurpavit *p*, *Væ etiam* dicens *prægnantibus q*, & Paulus comparans ſe ipſum cum parturiente, ac Deus, cujus terribiles minæ ſunt hæ contra hoſtes populi ſui quæ quadrant propoſito. *Hodie r incipiam mittere terrorem, atque formidinem tuam in populos qui habitant ſub omni Cœlo, ut audito nomine tuo pareant, & in morem parturientium contremiſcant, & dolore teneantur*. Mulieri quàm ceteris animalibus difficiliorem partum eſſe (& aliis enim eſſe difficilem non dubium, conſtatque de cervis, de quibus Job *ſ* noſque Pſalmo XXVIII. *t*) docet Ariſtoteles *u*. Inter pœnas poſt peccatum inflictas mulieri dolor partus fuit *x*, quam deplorat Plinius *y*. Deſcribitque idem ille Philoſophus *z*, tametſi non ut pœnam, naturale id mulieri ſic parere, quum ut Baſilius *a* ſcribit, ad tumorem ventre inſurgente mulier extra fœtum pellit: partes verò genitales divexatæ & circum prodeuntem ex utero fœtum diſtentæ, convulſionibus, ac fibrarum contractionibus acutiſſimos dolores, & vehementes cruciatus gignunt. In innocentiæ ſtatu, (in quo generationis naturalis modum, qualis nunc eſt per conceptionem, & ſexuum commixtione futurum fuiſſe, multo veriſimilius, ac prope certum) ſingulari quadam Deus ratione à labore, & dolore partus liberaſſet, immo & à moleſta concept. geſtandique uteri, ut egregiè adnotavit Auguſtinus *b*. Quædam periculum vitæ experta in partu, ex quo Rachel *c* periit, & illæ de quibus Plinius *d* aliique, malle dixit decies ſub armis vitam cernere, quàm ſemel parere. Mirantur & rem divinam Galenus *e*. Avicenna *f*. Zoar, Rabbi Simeonis Ben *g*, inſignem illam uteri apertionem ad partum, ita ut quod Avicenna ait ſeparatæ junctura adjutorio Dei excelſi ſuſtententur præparante vel diſponente eas ad illam, deinde reducente eaſdem ex proximo ad continuationem naturalem. Hoc examinant Medici utrùm oſſa pubis diſjungantur, an in parte tantum poſtica ubi dolores acutiſſimi oſſa ilii ſive femoris, ſive coxendicis diſtrahantur ab oſſe ſacro; ac nominatim ſtudioſorum Romanorum noſtri ordinis medicus eruditus ſollerſque Marſilius *h* Cognatus & Andreas Laurentius *i*. Quod nonnullæ mulieres partus laborem non pluris faciunt, quàm quem vel in conficiendo pane, vel abluendis ponunt veſtibus; immo quod Varro prodit de Illyricis uxoribus paſtorum, & Strabo, *k*, quum venit pariendi tempus non longè ab opere diſcedere, ibique enixas, pueros referre, quos non peperiſſe ſed inveniſſe putes, non præjudicat communi neceſſitati naturalis doloris, ac indicat Strabo virilem animum talibus ineſſe; non vacuitatem doloris, quæ ſolius Deiparæ prærogativa eſt, de qua Suarez *l*, Barradius *m* Salmeron *n*. Certum eſt præterea pro regionum diverſitate alias alii mulieres aut ægriùs, aut leviùs parere, quod Hippocrates *o* quoque obſervavit: & quod de Helvia Ciceronis matre traditum Plutarchus *p* teſtatur, facili partu edidiſſe ac dolore nullo, interpretor de minore, non de omnino nullo.

p Iſ. 13. 8. Ier. 13. 21. c. 22. 23. c. 30. c. 48. 41. c. ap. 49. 22. 24. c. 50. 43. & Ez. 30. 10. Oſ. 13. 13. Mic. 4. 9. 10. c. 5. 3. & alib.
q Iſa. 16. 21
r Mar. 24. 21
ſ Deut. 2. 25
t cap. 39. 4.
u verſ. 9.
x 7. do hiſt. anim. c. 4. & 9.
y Gen. 3. 16.
z 7. hiſt. c. 6. & 7. 27. hiſtr. a. c. 9
a Hom. in Pſ 114.
b l. 14. de civ c. 26.
c Gen 35. 18
d hiſt. c. 9. Mulieris parientis dictum.
e l. 15. de uſupar. c 7.
f l. 3 ſen. 21. in 1. c. 2.
g in c. 1 Ex. Uteri in partu apertio, res divini miraculi.
h in c. 1 Ex.
i diſp. de mor. cauſa partus.
k 8. anot. qu. 23. Nonnullorum mulierum faciles partus.
l l. 3. virilis animi fœminę. Deiparæ prærogativa.
m 30. tom. 2. diſ. 13. ſect. 2
n to. 1. har. l. 8. c 5.
o l. 3. hiſt. 33 Pro regionum diverſitate nulieres levius integrius parientes.
p l. de aure aquis & locis
q in Cicer. Helviæ Ciceronis matris partus ſine dolore.
r Iſ. 26 17. 18
ſ cap. 37. 3. Allegoriæ de ſummis doloribus Chriſti.
t l. 8. c. 10. c. 8. 5.

Secundùm Tropologiam dolores parturientis ſunt ii, quos verus pœnitens experitur, dolens, *clamans in doloribus, parturiens & pariens ſpiritum q*, veniunt tamen aliqui *uſque ad partum & virtus non eſt pariendi r*, quia non ſeriò pœnitet. Allegoriam de ſummis doloribus Chriſti, ex hoc ſumtam loco & ſimilibus *ſ*, Galatinus affert citando Rabinorum teſtimonia in libro Siphre. Verba Cantici *t*, *ſub arbore mali excitavi te, ibi corrupta eſt mater tua, ibi violata eſt genitrix tua*: Hebraicè & Græcè, *peperit te*, continere poſſunt ſenſum iſtum: ſub ligno crucis à morte excitavi te: ſed & ibi B. Virgo videtur te denuo parturiviſſe præ dolore. Ita ut loco doloris partus ille fuerit. Sed quod attinet ad figuratum iſtum docendi modum, eo Chriſtus diſcipulorum de mor-

morte ipsius dolorem significavit *a*, & quidem masculi partum exprimendo, qui majorem incutit, quia vehementer dolituri erant, nec sine periculo scandali, licèt brevi tempore, tùm vero ex resurrectionem ejusdem summum gaudium percepturi, quæ secunda quædam generatio censetur, ut declarat perspicuè Toletus *b* noster. Docet is verò etiam *c* valere hoc exemplum ad explicandam pœnæ, quam Deus infligit, gravitatem, quæ nulla potentia humana vel consolatione possit tolli, ut hoc loco: ad indicandum quanto dolore ac labore pate spiritualis filios parturiat, ut de se testabatur Paulus *d*, nec non Gregorius *e* ostendit, & Cyrillus Alexandrinus *f*. Hieronymus *g* Chrysostomus *h*; quàm hos quoque magnos experiatur vir justus, dum quod mente concepit, laborat, ut exequatur opere, quod Ambrosius *i* monet (agens etiam hoc loco de ratione qua censeamur Christum ipsum parturire, quem B. Virgo, non parturiviſſe, sed peperiſſe dicta sit) ac Origenes *k*: tandem ut intelligatur impii plures molestias, labores, difficultates esse *lassarique in via iniquitatis* l, *concipere dolorem*, *parere iniquitatem* m.

In spiritu vehementi conteres naves Tharsis.) Hieronymus, *in vento uredinis confringes naves Tharsis*. Cassiodorus *conteres*, Augustinus, *in spiritu violento*, Græcè, ἐν πνεύματι βιαίῳ, quemadmodum in Actibus Apostolorum πνοὴ βίαιος, *spiritus vehemens* dicitur: est Hieronymus, ἐνπνευματικαύσωνος, sed tempore præsenti dicit συντρίβεις, *conteris*. Symmachus, δι' ἀνέμου βιαίου κατάξεις, *per ventum violentum confringes*. Refert Haimo quosdam legere, *Tharsi*, ac de Pauli civitate in Cilicia intelligere.

De Tharsis acris apud interpretes disputatio, sed præterea quæ dixi Commentario Actuum Apostolorum *o*, & attingit hic etiam Genebrardus, postque alios Goropius *p*, Delrius *q* noster, & Villalpandus *r* ex Hieronymo quem Augustinus innuit, nominat verò Rufinus & ideo non Aquilejensis antagonista illius. Nil addendum censeo; sed monendum pro quolibet *mari* sumi, idque à רשׁשׁ *rasas*, *depauperare*: scilicet naufragos. In genere pro *mari* Theodoretus etiam intellexit ac Thomas & Hieronymus *s*. Commode quoque accipi posset pro ea regione Indiæ ad quam Salomon *t* & Josaphat *u* classem itinere triennali mittebant ut inde adveherent aurum, argentum, ebur, simias, pavos: Minùs probabiles opiniones sunt quas recitat Euthymius de Carthagine, aliove loco, ubi conspicuæ atque excelsæ naves fabricari consueviſſent. Causſa cur omne mare Judæi vocarent, Tharsis, illa censeri potest, quia nullum fere agnoscebant, præter id per quod tendebatur in Tharsum; sicut Pontici Pontum vocabant quodvis mare. Ventus vehemens ac violentus Hebraicè קדים *Kadim*, & addito eidem voci epitheto Chaldæa תקיף *thakkiph* est orientalis, ac forsan qui Eurus latinè nominatur, diciturque in Juda præsertim valentiſſimus, urens, tempestuosus, talemque immiſit Deus ad mare rubrum siccandum *x*.

x *Statius 1 Thebaid.*

—— hinc x *gelidus Boreas, hinc nubifer Eurus*
Vela trahunt: nutat media fortuna carinæ.

Et,

* *Seneca in Agamemn. act. 3.*

—— undique * *incumbunt simul,*
Rapiuntque pelagus infimo eversum solo
Adversus Euro Zephyrus, & Boreæ notus,
Sua quisque mittunt tela, & infesti fretum
Emoliuntur.

Naves ab Herode in Tharso Ciliciæ contritæ.

Cassiodorus refert opinionem, quòd quum ad Herodem non revertiſſent Magi adorato Christo, is vehementi spiritu iræ commotus naves contrivit Tharso Ciliciæ, quæ illos occultè in suam provinciam transposuiſſe credebantur. Arnobius vetustior idem prodidit; sicut & per *dolores parturientis* interpretatus est matrum dolores de suorum nece, jussu ejusdem Tyranni; sed Tharsum Ciliciæ non exprimit. Idem cum nomine Tharsi Ciliciæ refert Thomas, & admirationem, de qua prius dictum est, infidelibus Judæi adscribit, commotionem iis, qui tunc crediderunt. Meminit etiam Hugo, Glossa ordinaria (quæ transcribit Cassiodorum) Lyranus, Aiguanus, qui citant historiam z scholiasticam, in qua traditur combustas naves illas ab Herode, Ludolphus, Dionysius Carthusianus (qui admirationem, commotionem, tremorem tribuit etiam Magis, videntibus stellam nunc apparere nunc disparere, ac demum summa reverentia Christum adorantibus) Haimo, Franciscus de Puteo, Petrus de Harentals, Bartholomæus Botta & alii; Antonius *a* præterea retulit, idem in historiam suam ex auctoritate Comestoris, quod fecerat prior Antonino Vincentius *b* Bellovacensis, quem ille sæpe transcribit. Sententiam eamdem de loci præsentis interpretatione Ludolphus iterum in opere de vita Christi *c*, Joannes quoque Major *d* in Matthæum & Christophorus Sanctotisius, Petrus de natalibus in Catalogo sanctorum *e*, & Nauclerus *f*, sed & Anselmus meminit, exponens Matthæum *g* navium combustarum Tharso Ciliciæ.

Non dubito sententiam istam affirmare minùs probabilem. Primùm quia *Tharsus* Ciliciæ civitas nominatur non *Tharsis*, non recipi potest editio, quæ hic habet *Tharsi*, cujus mentionem Haimo faciebat. Deinde idem Haimo, Cassiod. Anselmus, Thomas, & fere ceteri recitant potiùs quàm sequantur dictam opinionem. Haimo etiam scribit de hac historia non legi, scilicet apud satis idoneum auctorem. Ad hæc quidquid sit de reipsa, *Tharsis*, vel *Tharsum*, Arnobius non nominat, & si recipienda esset historia, sufficeret per Tharsis mare quodvis intelligere. Accedit quod verba ista, *in spiritu vehementi conteros naves Tharsis*, de Deo dicuntur, qui etsi facere diei possit pœnæ malum, quod per alium facit, vel permittit, non debet ad ejusmodi figuram recurri, nisi gravis cogat ratio; quemadmodum nec oportet *spiritum vehementem*, pro ira, *contritionem* pro inflammatione facilè sumere. Postea, ut argumentatur acerrimè Abulensis *h* mare Ciliciæ est occidentale Judææ, non hinc ergo in orientem navibus revertiſſent Magi, nec mare mediterraneum, quod etiam dicitur occidentale, seu contra solis occasum magnum Palæstinorum *i*, vel rubrum ad effugiendum redeundumque commodum satis erat: Tharsus quoque Ciliciæ non est juxta mare.

Ad extremum loci hujus litteralis & vera expositio est, Deum ita superbos divitesque attriturum qui persequuntur Ecclesiam, ut validior solet ventus quaslibet magnas maris naves dejicere, confringere, submergere, illas etiam quæ tendunt in Tharsis remotam regionem, ad comportandas pretiosas merces, ut ante dixi. Nam & classis quam Josaphat initio fœdere cum Ochozia Rege Israel eo miserat juxta prædictionem Eliezer contrita est *k*. Tales naves talibes onustæ mercibus & contritæ optimè vim exprimunt præsentis sententiæ, qua significantur confringendæ, & comminuendæ potentum opes Dei vehementi ira potentiaque. Confutant eamdem illam opinionem Salmeron *l* & Barradius *m*. Allatum litteralem sensum Eusebius, ac rationem simul ejus paucis verbis ita comprehendit. Animadvertes diligenter, inquit, quod naves Tharsis dictæ sint magnas olim Salomoni divitias attulisse, quemadmodum ex Regum historia didicimus *n*; quare & nunc per contritas naves Tharsis, Regum divitias & potestates abolendas esse significavit. Idem Athanasius asserit Græcique ceteri. Theodoretus vero per *Tharsis* mare generaliter accipit. Chrysostomus ait, vel innui locum, unde hostes veniant, vel quod quemadmodum naves Tharsis vehementior ventus irruens sæpe contrivit, ita etiam multitudinem illam Deus conturbavit. Sed quum videatur de Judæis interpretari, non video quo pacto possit probare, ex provincia Tharsis classem contra illos venisse. Quamquam non videri Chrysostomum homiliarum in Psalmos auctorem, aliàs monui. In Commentario Basilii qui sola brevitate differt ab homilia Chrysostomi, eumdem reperio sensum. Augustinus Latinique eamdem ineunt viam; etsi *contritionem* accipiant in meliorem partem, ut divino timore fortissimo correpti, velutique contriti, superbi ac potentes convertantur. In deteriore sensu sumitur pro gravi calamitate *o*: licèt etiam in bono accipi doceat Ambrosius *p*. Illustrat sensum istum litteralem, quod est apud Jeremiam *q*, *sicut ventus urens* קדים *Kadim* ut hoc loco, *dispergam coram inimico*.

Mysticè *naves Tharsis*, Didymus alibi *r* notans secundùm historiam, ideſt, litteralem sensum, per *spiritum*

Commentarius Basilii, sola brevitate ab homilia Chrysosto i.

a *Ioan.16.21*
b *Ioannes 26 c.annot.27.*
d *Gal.4.19.*
e *30.Mor.c.10.*
f *in c.26.Is.*
g *Ibidem.*
h *Hom.10 de pœnit.*
i *1.de interp. c.5.l.1. de C. e.10. & hoc loco:* Christum quo modo parturire censeamur.
k *Ho.10.in Exo.*
l *2.Sap.2.& eq.*
m *Ps.17.5. Isa.59.4*
n *cap.2.2.* De voce Tharsis controversia.
o *5.& 7 disp. p Cant.5. sect.5.*
q *in Ez.c.27 & in c.2.& 13. Is.*
r *3.R.10.22. 2 Par.9 10.*
s *3.Reg.22. 49.2.Par 20 36.*
t Cur omne mare Judæi Tharsii vocarent.
u *Ex.14.21.*
x *Statius 1 Thebaid.*
* *Seneca in Agamemn. act. 3.*
Naves ab Herode in Tharso Ciliciæ contritæ.
y *in hist. Evang.c.11.*
z *1.p.hist.tit 1.c.1 para.4*
Kto.3.tr.40
l *Tom.1.Har l.10.c.10,*
m *3.Reg.10. 21.*
n *Is.53. 10. Ier.4.6.*
f in cap. 2.
g *Matt.27. 56.*
h *Exo.23.31 Nu.33. 10 Deut.1.4. Ios.1.4.*
i *2.Par.20. 37.*
o1.de interp. cap.5. c.12.17. l. de Spiritu Sanct.

spiritu

πνεῦμα, hoc loco *ventum* significari docet, corpora nostra esse quæ Deus quum contriverit, insuscitabit, reddens in corrupta fortia, illustria, spiritalia, unde gaudii exploratio existet, quam tradit vocabuli *Tharsi* etymologiam Ambrosius *a*, imitatus Didymum: naves de corporibus dici probat, ut ille verbis alterius Psalmi *b*, *qui descendunt mare in navibus*, quia vago diversarum passionum fluctu moventur, & cito mergantur, nisi habeant gubernatorem, navigantibus autem præferenda Christi crux, sicut arbor, ut inde explorentur flabra ventorum dirigi etiam corpora debent ad Sancti Spiritus gratiam, salutisque portum, ut dissoluta possint cursus suos resurrectione reparare, absque naufragii metu. Sed contritionem harum navium, id est corporum nostrorum, in spiritu vehementi ac valido vult fieri, commacerando, castigando severiùs, redigendo in ministerium servitutis, idque per spiritum consilii & virtutis sive fortitudinis *c*. Hoc ait esse nimia abstinentia dissolvere corpora, omnes evacuando voluptates: sic autem faciente mereri, ut ipsis dicatur *d*: *convaluescite manus remissæ, & genua dissoluta*: præterea indicatum hoc à Paulo dicente *e*, *dissolvi & cum Christo esse, multo melius* esse, & *tempus resolutionis suæ instare f*, denique quum solutus quis fuerit ab ista compage terrena, tunc fortiorem ad vitam resurgere æternam. Tandem ex eodem etymo *Tharsis*, jubet nos esse speculatores, circumspectores, exploratores hujus gratiæ, ut fiant corpora nostra naves Tharsis: imitari Jonam hac in parte qui festinabat *in Tharsis* g; & Salomonem sapientem ac pacificum habentem cum rege Hiram sacræ negotiationis spirituale commercium, & mutuæ gratiæ concertantis affectum *h*, non autem Josaphat, qui Ochoziæ impio Regi sociatus est, propterea que *contrita sunt naves*, nec referre merces ex Tharsis quiverunt *i*: quod est propter prævaricationem mandatorum Dei, licèt quis comprimat corporis voluptates, ad consummationem gratiæ pervenire non posse. Ruffinus vehementia Spiritus Sancti destrui docet omnes elationes hujus mundi, quas naves designant; omnes auras tentationum expelli: omnes nebulas cogitationum dividi: omnia in mente serenari, ubi vult spiritum hunc spirare *k*, & quem vult immutare: vitia conterere, virtutes nutrire, eidem Spiritui Sancto attribuunt. Haimo, Remigius, uterque Bruno, Hugo, Thomas, contritionem navium, hoc est, voluptatum vel curarum aliarum quibus homines agitantur & circumferuntur. Nyssenus *l* autem notans *Tharsis* modò in bonam, modò in malam partem accipi, hunc ait hoc loco esse spiritum, qui Apostolis cum sonitu vehementi in linguis igneis apparuit *, ad abigenda mala omnia. Gregorius * Papa scribit, contritione navium Tharsis in spiritu vehementi, prout *Tharsis explorationem gaudii*, κατὰ τὸ ῥυμὸν significat, denotari quòd vis compunctionis valida mentes nostras huic mundo quasi mari deditas, salubri terrore confundit. Hieronymus *m*, allata notione Tharsi pro omni mari & aliis, præterea pro Tharso Ciciliæ, vel India; conteri naves Tharsis ait non tantùm Josaphat propter fœdus cum Ochozia *n*, sed Salomonis quoque ob commixtionem cum fœminis externarum Gentium: typum istum appellans ethnicorum, & hæreticorum, quia in utrisque nihil est aliud nisi fulgor eloquenti: sensus dialectica arte constructus: sermo mortuus, similitudo rationis, quæ designantur per merces quas advehebant Salomonis naves, aurum & argentum, ebur, & simias, adde pavos *o*, qui fastum arrogantiamque indicant. Naves autem *bonas* appellat in quibus descendentes mare ac facientes opera in aquis multis, vident *opera Domini & mirabilia ejus in profundo* p, scilicet qui in sæculi hujus fluctibus non sunt ociosi, sed operantur, & merces portant dominicas, & ad portum quietis venire festinant, atque perveniunt ad profundam scientiam, & universa scrutantes, hoc est, profunda Dei & mirabilia ejus aspiciunt. Sed alii eadem illas merces rebus bonis applicant indicandis nempe divitiis veræ pœnitentiæ, ut fit aurum, charitas; argentum, cœlestis sapientia; ebur, castitas: pavones, pulchra varietas virtutum; ipsæ simiæ, sagax secundùm Deum prudentia studiumque sanctos imitandi. Rursum naves Tharsis, ut vox ista *explorationem gaudii* sonat, illi sunt qui quidquid sensus oblectat, diligentissimè scrutantur, ut inductione demonstrat Greveus *q* in gulosis, luxuriosis, avaris, & singulis sensibus; Præterea navium illarum Salomonis aurum sumit pro mundi prudentia: argentum, pro eloquentia: ebur, pro adulatione: simias, pro simulatione: pavos, pro imperitia, quia capite parvo sunt, & in cauda pulchritudinem habent.

a Hier. & Ruf. de interr. c. 5
b Ps. 106. 23
c Is. 11. 2.
d Is. 35. 3.
e Phil. 1. 23
f 2 Tim. 4. 6
g Ion. 1. 3.
h 3. Reg. 10. 22.
i 2. Par. 20. 37.
Vehementia Spiritus S. quæ destruuntur,
k Ioa. 3. 8.
l in c. 5 Can. hom. 14. item tract. 2. in Ps. c. 12.
* Act. 2. 8.
* 4. Mor. c. 18. vel 20.
m in c. 2. Is.
n 2. Par. 20. 37.
o 3. Reg. 20. 22.
p Ps. 106. 24.
q Ser. 98.

Vers. 9.) Sicut audivimus, sic vidimus in civitate Domini virtutum, in civitate Dei nostri: Deus fundavit eam in æternum.

OMnino ita est, nec ambigi ullo modo potest, quod hactenus dixi de singulari providentia curaque Dei erga suos & civitatem suam contra hostes ejus. Quemadmodum priores nomine ejusdem Dei prophetæ prænuntiaverant & promiserant: nec non prout olim etiam Deum fecisse narraverant: sic reipsa impletum factumque nostris met oculis intuemur, civitatem videlicet hanc Dei nostri potentissimi fundatam, firmatam, stabilitam adeo esse ut numquam in æternum periclitatura sit, nec ab hostibus capienda vel prosternenda. De impletis vaticiniis omnium veterum Sanctarum scriptararum, quæ pertinent ad adventum Christi cunctamque redemptionis humanæ œconomiam, & Ecclesiæ fundationem, propagationem, conservationem inter persecutiones ac tentationes Catholici passim declarant, ita ut adversus tam solidè fundatum nec *portæ inferi* valeant *prevalere* r. Hoc maximè poterant Apostoli dicere, ut Eusebius notat, quorum Christus beatos prædicavit oculos, aureisque, quibus videbant ac audiebant, quæ non alii ante ipsos, reges, justi, prophetæ *f*. Sic etiam iidem Apostoli deprehendebant ita scriptum fuisse, quemadmodum fieri cernebant: & Christus tum illos tum adversarios ad scripturas quæ erant de ipso rejiciebat, quod & Apostoli postea urgebant argumentum vehementer præcipuè contra Judæos, ut aliquoties admonui commentario in Actus Apostolorum. Sponsa priùs ad audiendum invitata est quàm ad videndum *t*, Thomas tùm propriè de Judæis interpretatur, quando convertuntur: tùm de aliis, qui plura etiam vident & intelligunt, quàm quæ initio quum convertentur proponerentur. Quod contingit Jacob dicenti, *u*, *verè locus iste sanctus est, & ego nesciebam*, & reginæ Sabæ, quæ plura se vidisse professa est, quàm quæ de Salomone audiverat *x*. Communem istum sensum tradit etiam alibi Hieronymus *y*, & Nyssenus *z*.

Origines exponit de iis, qui quæcumquæ audiverint de Deo per fidem, ea per vitæ puritatem cognoscant, creditorum probationem per affectuum carentiam accipientes; adde per affectuum bonorum perfectionem, & quamdam quasi experimentalem scientiam: & in nonnullis clariùs quoddam lumen, licèt intra terminos præsentis status, qui adhuc obscurus est. Unde Christus *a*, *si quis voluerit voluntatem ejus facere, cognoscet de doctrina utrùm ex Deo sit, an ego à me ipso loquar*. In omni etiam fideli evidentia credibilitatis facit ut illud dicere possit *b jam non propter tuam loquelam* credo, ipse enim audivi & scio, sic & Apostoli dixerunt *c*, *nos credidimus & cognovimus quia tu es Christus filius Dei*. Incredulorum est dicere *d quod ergo facies signum, ut videamus & credamus? &e*, *nisi videro, non credam*: quod exprobat Christus *f*, *nisi signa & prodigia videritis, non creditis*, lege Augustinum *g*, Prosperum *h*, Gregorium *i*.

Ad ordinem religiosum eadem sententia aptè accommodatur ab Hugone. Cassiodorus, Arnobius, Aygnanus restringunt ad Magos, qui sic ut à Judæis acceperant, invenerint Christum in Bethlehem Cyrillus Basilius, Theodorus, Theodoretus hæc ut illorum dicta nomine accipiunt, qui frustra prosequentes Ecclesiam, & inexpugnabilem experientes, quod antea credere noluerant, sic de ipsa prædictum etiam inviti fateri coguntur, & exclamare cum stupore.

Id multo meliùs usurpant beati videntes facie ad faciem quæ hìc tantum per speculum & ænigmate *K*, atque per fidem dum in hac vita sumus, ait Didymus de

q Ser. 98.
r Mat. 16. 18
s c. 13. 16. 17. Luc. 10. 23. 24.
t Ps. 44. 11.
u Gen. 28. 16
x 3. Reg. 10. 7.
y in c. 54. Is.
z Hom. 5 in C. & Ser. de na. Dom.
a Ioa. 7. 17.
b Ioan. 4. 42.
c Ioan. 6. 70.
d cap. 6. 30.
e c. 20. 25.
f Ioan. 4. 48.
g tr. 7 & 29. in Ioan.
h 1. de vita c. templ. c. 19
i 2. mor. c. 25
K 1. Cor. 13. 2

cœlesti civitate Dei, deque spiritalibus bonis, quæ in illa sunt, è sermonibus Prophetarum, atque aliis divinitus inspiratis scripturis audivimus. Quum vero à terris in illam cœlestem Jerusalem ascenderimus, collatis iis quæ in ea videbuntur cum illis quæ olim audiverimus, dicemus, *Sicut audivimus sic & vidimus*. Ambrosii eadem expositio præcisis verbis istis: *Audivimus extra civitatem, videmus in civitate cui Deus est lumen aternum* a. Fulget enim dies sine sole mundano: luna non quæritur: fundamentum ejus non temporale, sed æternum est. Hieronymus *b* in Epitaphio Paulæ scribit; *Saturatur quia esurivit, & læta decantat; sicut audivimus ita & vidimus*, &c.

a *Apoc. 21. 11.*
b *ep. 27.*

Placet hìc quoque sensus anagogicus Hugoni, & Petro de Harentals: præterea Francisco *c* Horantio. Prius etiam juxta istum sensum, audire jubemus, quàm videre *d*, & nisi credamus negatur nobis intelligentia *e*, quærere oportet prius quàm inveniamus *f*, & vitam æternam consequamur, quæ est ut Deum cognoscamus, & Christum *g*, ut Augustinus *b* annotat: sicire vis ubi sponsus pascat, cubetque in meridie, idest, in clara luce, *murenulis aureis vermiculatis argento* in auribus *i*; nimirum fide opus est, quæ est ex auditu *k*, ut scribit Bernardus *l*, addens quod jam dixi de sponsa jussa prius audire, postea videre, item verba Job *m*, *Auditu auris audivi te, nunc autem oculus meus videt te*, & David *n auditui meo dabis gaudium & lætitiam*. Ad hæc in Cantico *o* ante illa, *Ecce iste venit saliens in omnibus, transiliens colles*; quibus nempe verbis ostenditur sponsus, præcedit, *vox dilecti mei*, cui videlicet priùs credatur, quemadmodum advertit idem Bernardus *p* post Origenem *q*, & Nyssenum: sed adjicit Bernardus *fide mundari corda* seu purificari *r*, ut scilicet videant Deum, & in Pentecoste antea sonum vehementem auditum, quàm visæ fuerint igneæ linguæ *s*. Deniq; sicut Deus multifariam præloctutus multisque modis in Prophetis, novissimè locutus est in Filio *t*: & viam disciplinæ tradidit Jacob puero suo, post hæc in terris visus est, & cum hominibus conversatus est *u*: ad eumdem modum ab hominibus audiri per fidem hic prius debuit, quàm clarè cognosceretur per beatificam visionem. Narrat Petrus de Harentals ex nescio quo scriptore, quum inter duos Monachos convenisset, ut qui prior evolaret in Cœlum, superstiti renuntiaret de gaudis illius, hoc unum dumtaxat dedisse responsum qui prius decesserat: *sicut audivi sic vidi in civitate Domini virtutum, in civitate Dei nostri*. B. Thomæ Aquinati Romanus qui in prælectionibus ei successerat Parisiis, quum ille quæreret ex eo post mortem apparente sibi, an in anima separata permanerent scientiæ hìc acquisitæ, nec ad hoc respondisset, nisi hoc se scire quòd videret Deum; ad aliam quæstionem, utrum videret Deum sine medio aut aliqua re interposita, hoc unum respondit, quod hisce verbis nostris continetur *x*.

c *l. 3. loc. Cath. c. 10.*
d *Ps. 44. 11.*
e *Is. 7. secundo LXX.*
f *Matt. 7. 7.*
g *Ioa. 17. 3.*
h *2. de Inorb. cap. 2.*
i *Cant. 1. 10.*
k *Rom. 10. 17.*
l *Cant. & 53.*
m *c. 42. 5.*
n *Ps. 50. 10.*
o *c. 2. 8.*
q *Ser. 53. in Cant.*
q *ibid.*
r *Act. 15. 9.*
s *Act. c. 2 3.*
t *Heb. 1. 2.*
u *Baru. 3. 38*
Inter duos monachos convenit.
Thomæ Aquinati quæstiones factæ à Romano, cui post mortem apparebat.
x *Sup. in vita.*

Sic vidimus,) Interserunt & codices Complutenses, ac Regii, Ambrosius quoque, Arnobius, Augustinus, Cassiodorus, præterea Psalterium Vaticanum, & Gallicanum: & pro *sic* legunt, *ita*, sed Hieronymus *y* ait, & redundare: Hebraicè quidem non habetur, quamvis extet Græcè. Supplet Chaldæus ante priora verba, *sicut audivimus*, hæc alia, dicent omnes simul. Si locum de fidei cognitione accipiamus per quam magis explicitè res prædictas intelligimus, velutique gratiam pro gratia *z* sic recipimus, dicemus (*videndi*) verbum de fide hujusmodi comparata cum priore, quæ obscurior erat, ac umbræ similis.

y *ep. 135.*
z *Isa. 1. 6.*

In civitate Domini virtutum.) Hieronymus, *exercituum*, quod valere vocem Hebræam צבאות *tsevaoth*, & Græcam τῶν δυνάμεων, sæpe monuimus. Rectè *Dominus exercituum* nunc nominatur, quum sermo est de liberatione ab hostibus beneque munienda, & defendenda civitate ac populo Dei, quem etiam tuetur Angelorum opera immittendo *in circuitu*, & in morem castrorum; qui dicuntur item *Dei milites* a, *castraque* ipsius *b*. Qui Angelis, Archangelis, Thronis, Dominationibus, & cunctis cœlorum agminibus tantus Dominus dominatur, non dedignatur, ait Ruffinus, regnare in nobis, ita ut una civitas sit Angelorum & hominum. Posset præpositio *in* esse loco præpositionis *de*, & sensus esse, sicut audivimus de civitate Domini virtutum, sic

a *Ps. 33. 8.*
b *Gen. 32. 2.*

A vidimus. Ea tamen mutatio non valde necessaria.

Deus fundavit eam in æternum.) Illa ipsa civitas de qua versu dicebatur 3. *fundari exultatione universæ terræ*. Non est quod metuat adeò bene fundata civitas, quæ in potestate tanti Dei est Dominique exercituum, qui & ipse *fundamentum* ejus est *c*. *In vanum laborant ædificantes sine illo domum*, ut qui turrim Babel *d*, *frustra vigilant custodientes illo non custodiente civitatem* e. Ecclesiam ædificavit super petram tam solidè immobiliterque, *ut portæ inferi adversus eam prævalere non possint* f. *Fundamenta* enim *æterna super petram solidam* g. Si ergo enim Deum fundavit in æternum, quid times an cadat firmamentum? Gaudeant Christiani; ait Cassiodorus, & tota mentis exultatione lætentur, quando audiunt à Domino esse fundatam, in qua se firmiter consistere posse non dubitant. Errant vehementer hæretici, qui Ecclesiam, ex quo à Christo fundata est, aberrasse dictitant, ac apud se unos diliteścere, quæ Donatistarum fabella vetus fuit apud Augustinum locis multis. Hoc est *sanctificium* illud *sicut unicornium*, B quod *ædificavit* Deus *in terra, quam fundavit in sæcula* h. Ecclesia periisse dicunt, qui in illa non sunt, ait Augustinus *i*, exclamans, ò prudentem vocem! illa non est, quia tu illa non es? Vide ne tu ideo non sis: nam illa erit, etsi tu non sis. Hanc vocem abominabilem & detestabilem præsumptionis & falsitatis plenam, nulla veritate suffultam, nulla sapientia illuminatam, nullo sale conditam, vanam, temerariam, præcipitem, pernicioſam, prævidit spiritus Dei, &c. Ejusdem tempore Augustini sexcentis dumtaxat annis Ecclesiam duraturam Pagani jactabant. In fine versus est סלה *selach*, sive διάψαλμα, de cujus usu dictum alibi.

c *1. Cor. 3. 2.*
d *Gen. 11. 4. 5.*
e *Ps. 126. 1.*
f *Matt. 16. 18.*
g *Eccl. 26. 24*
Donatistarum fabella.
h *Ps. 77. 69.*
i *in Ps. 101.*

Vers. 10.) Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui.

EXperti inquam sumus tuam, Deus, adversus nos C curam, benignitatem, misericordiam, quam prius crebro sermonibus usurpaveramus; & piis meditationibus conceperamus, præsertim in templo, qui opportunior locus est ad id faciendum, ac de te cogitandum, tuamque opem implorandum. Athanasius, Theodorus, Cyrillus, Theodoretus, *suscipiendi* verbum æstimare interpretantes, vel cogitare, sibi persuadere, contemplari, gratias innunt agi verbis pro futura conversione omnium. Latini exponunt de Christo incarnato, & ejus sacramentis, quæ sunt vasa misericordiæ & gratiæ, pertinetque ad templum quod est Ecclesia, in qua gratiam & misericordiam recipiunt proprium sacramentorum effectum & meritorum Christi, illi qui dignè sacramentis vivunt, & non in vacuum, inquit Augustinus, gratiam Dei suscipiunt *k*, & ut loquitur Remigius, Bruno Herbipolensis, Thomas, non in extremis versantur, sicut improbi, sed in medio non solùm per consensum doctrinæ [*in medio* enim *Ecclesiæ* D *aperuit labios ejus*] sed etiam vitæ. Alii, in quorum isti medio sunt, tamquam *lilium inter spinas* m granumve inter paleas, portans sacramenta sine fructu. Hoc pacto dici etiam illi possunt *in medio templi suscipere misericordiam*, quia in medio cordis, qui sicut templo veneranter eam custodiunt, ut Turrecremata innuit. Hieronymus susceptæ misericordiæ in medio templi exemplum dat discipulos, super quos descendit Spiritus Sanctus in Pentecoste *n*, ac deinceps alios, nosque ipsos. Indicat id quoque Ricardus Pampolitanus, & Bruno Charthusianus & per *susceptionem in medio templi* denotari tantæ gratiæ manifestationem ac propagationem. *Medium templum* Cassiodorus Synagogam vult esse, & Christum vocari nomine *misericordiæ*, sicut & *salvator* dicitur Hebraicè *Jesus*: venisse enim in medium Judæorum, ex quibus propterea *salus est* o, & ipse ex iisdem *secundùm carnem* p, sed quia noluit Synagoga liberari, nec scire ac recipere illum qui *medius* eorum *stabat* q, vocatas gentes misericordiæ munera suscepisse. Ambrosius, *misericordiam* accipit pro gratia incarnationis quæ facta est *medio templi Dei*, hoc est, in corpore Christi, quod ipse vocavit *templum* r, qui in eo est nostrorum purificatio peccatorum; nullum in eo pec-

k *2. Cor. 6. 1.*
l *Eccl. 15. 5.*
m *Cant. 2. 2.*
n *Act. 2. 2 4.*
o *Joan. 4. 22.*
p *Rom. 9 5.*
p *Ioan. 1. 26.*
r *c. 8. 19.*

cati

catipſtuit eſſe contagium, ſed pro delicto mundi totius fuit ſacrificium: in eo Dei imago fulgebat, & corporaliter plenitudo divinitatis habitabat *a*, quoniam ipſe Chriſtus eſt plenitudo. Indicat videlicet cauſſas propter quas templum materiale ſanctum cenſetur: quia in illo purgantur peccata; conſecratur Deo, ei denique ibi ſacrificatur piæ quædam in eo imagines venerandæ præponuntur: Dei præſertim & ſanctorum etiam: ibidem peculiari quadam ratione præſens eſt Deus, ac propter Euchariſtiam ſubſtantialiter Chriſtus: quo modo non eſt extra in aliis locis. Addit Ambroſius, referendo ſermonem iſtum, non ad Chriſtum, ſed ad Patrem, in medio templi non miſericordiam illius ſuſcepiſſe, quia *Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi* b, multoque magis caro ejuſdem *templum* nominari meretur quàm homines juſti *c*, quia ſemper Spiritu Sancto plenus fuit Chriſtum & ſentiebat de ſe virtutem exire *d*. Denique *templum* ſumit pro Eccleſia, quam fundavit & ædificavit Chriſtus atque propagavit in æternum; ſive, quod idem eſt, Pater cum Filio, & per illum, de quo apud Iſaiam *e*, *Ego ſuſcitavi eum ad juſtitiam & omnes vias ejus dirigam, ipſe ædificabit civitatem meam*. In interiore templi Salomonici oraculum erat, arcaque Domini *f*, quæ deſignabant cœlum & Chriſtum, in quo fœdus pacis habemus apud Patrem apud quem ille carnem ſuam collocavit in dextera ejus. Ergo miſericordiam invocamus eò in ſpiritu aſcendentes, & gratulamur ſuſceptam, certi quidquid petierimus, impetraturos per advocatum Chriſtum, *g* multo magis quàm certus erat Salomon *h*. Orat Eccleſia in oratione de dedicatione templi, ut quiſquis illuc ingreditur petiturus, cuncta ſe impetraſſe lætetur. Hujus rei præludium quoddam promiſſione præceſſit, quæ die illatus in templum ac oblatus puer Jeſus eſt; ut idcirco in introitu Miſſæ ordiatur Eccleſia tunc ab iſtis verbis, *Suſcepemus Deus miſericordiam tuam in medio templi tui*. Quamvis eodem utatur introitu in Miſſa Dominicæ Octavæ poſt Pentecoſten, de qua re Durandus *i*, qui etiam interpretatur *medium templi* de Maria. Thomas etiam hoc loco, Haimo, Harentals, Hugo, Valentia, Ayguanus, Gloſſa ord. & Lyrani, Bernardus *k*, Vitriacus *l* *ſuſceptionem* iſtam applicant Simeoni, quum ſuſcepit in templo Chriſtum in ulnas ſuas *m*. Eodem ipſectant Malachiæ *n* verba recitata in ejuſdem feſti epiſtola, *ſtatim veniet ad templum ſanctum ſuum dominator Dominus, quem vos queritis, & Angelus teſtamenti, quem vos vultis*. Propter eamdem Chriſti præſentiam docentis etiam quotidie in templo *o*, major cenſetur gloria domus noviſſimæ pluſquam primæ, ubi & pax data *p*, in quam ſe dimitti Simeon poſtulavit vel gratulatus eſt *q*. Ad idem proferri poteſt illud *r*: *exulta & lauda habitatio Sion quia magnus in medio tui ſanctus Iſrael*. Ruffinus in medio attendit Chriſtum, qui non modo miſericors eſt dimittendo peccata, ſed vitam quoque tribuendo æternam immeritis. Ipſamet miſericordia, æqualiter ad omnes ſe habere tam ad nobiles quàm ad ignobiles: tam ad idiotas quàm ad ſapientes; quia quicumque invocaverit nomen Domini *ſalvus erit* l, & *quotquot receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri* t. Attingit idem Haimo. Quidquid omnibus commune eſt, inquit Auguſtinus *u*, in medio eſt ut tantùm diſtet ab omnibus, & tantum propinquet omnibus, & quod non in medio eſt, quaſi privatum fit. Longè eſt hæc gratiarum actio, ait Bernardus, à voce illa *x* gementis. *Domine in cœlo miſericordia tua*, &c. ideſt, apud ſolos cæligenas. Quamvis locus ille alium litteralem ſenſum habeat, ut ſuo tempore diximus. Volunt alii *y* *medium templi* deſignare medium annorum quod expreſſit Habacuc *z*, ut in eo venerit, ſuſceptaque ab hominibus fuerit miſericordia Dei, nempe Chriſtus. Hugo accommodat locum ad pœnitentes, quibus obvia parataque eſt miſericordia Dei: ſed ad religioſos præterea, qui vocationis beneficium, ſingularem reputant miſericordiam; ita ut apud quoſdam qui recipiendi adducuntur in capitulum, poſternant ſe in medio, qumque ab eis quæritur quid petant, reſpondent; *miſericordiam Dei, & veſtram*. Diſtinguit idem Auctor templum materiale, ſpirituale (quæ eſt congregatio fidelium) ſacramentale paleas & improbos vult eſſe, indignè ſacramenta ſuſciipientes: cœleſte, ſingulare, quem ait eſſe Chriſtum.

A Paullo aliter Victiacus *y* enumerat myſticas notiones templi, docetque præterea, ſuſcipi miſericordiam in oſtio templi ab incipientibus: in medio, à proficientibus; in ſacrario, quod *ſancta ſanctorum* dicitur à perfectis: in altari holocauſti, per carnis macerationem: in altari thymiamatis, per devotionem: item à quibuſdam in principio, ut à filio prodigo, cui pater dum adhuc is longè eſſet, occurrit: in medio, ab illis qui poſt lapſum recolendo divina beneficia & peccata, reſurgunt: in fine vel mortis vel Judicii. Plura idem ſenſu myſtico certè piè ac erudite. Tum etiam de ornatu templi Salomonis, accomodatè ad mores.

Suſcepimus.) Hieron. *æſtimavimus*, alii, *conſideravimus* putavimus animo, concepimus: vel conjecimus; quod aliquos Græcè dicere hìc εἰσχάσαμεν Chryſoſtomus teſtatur quidem, præterea, expectavimus, ſperavimus, cognovimus; quibus modis idem Chryſoſtomus: Athaſius verò exponit, contemplati ſumus; Cyrillus ac Theodorus, cogitavimus, conſtanter affecti ſuimus. Euthymius explicans eo modo quo noſtra editio Latina habet, ac Theodorus etiam declarat, meminit, τὸ ὑπελάβομεν ab aliis reddi, *exiſtimavimus*, aut *cognovimus*. Neſcio cur Agell. aſſerat parum aſſecutos LXX. Interpretum ſententiam, qui aliter intellexerunt, quàm quod ſignificatur verbis Latinis *exiſtimandi*, putandi, ſuſpicandi: credi debuit Latinum interpretem rectè aſſecutum ſententiam Græcorum, & omnes Latinos ennarratores, ac de Græcis Euthymium ac Theodoretum. Immo prima ſignificatio verbi ὑπολαμβάνω eſt *ſuſceptio* tamquam onus, vel humeris excipio, quod Simeoni geſtanti Chriſtum aptè convenit, traslatitia ſuſpicior, *exiſtimo*, *puto*, &c. Sed & Latinum *ſuſcipere* nunquas interpres noſter aliter uſurpavit quàm pro eo quod eſt accipere & ſumere. Denique non ita commodus ſenſus, qui placet Agellio, eſt autem Cajetani & Placidi, exiſtimavimus miſericordiam & gratiam tuam Deus in medio templi tui contineri, nec ultra ſe porrigere alibique celebrari. Vel in eam cogitationem venimus, ut putemus veluti ſedem habere in templo tuo miſericordiam tuam, ac quicquid ibi petierimus. Vel te ideo nobis miſericordiam largiri, quia ibi habitas. Janſenius contendens etiam *ſuſcipere* hìc eſſe reputare, declarat dici quod in templo tamquam in opportuniore loco expenditur bonitas Dei. Multo melior ſenſus communis quem præ ſe fert omnino Latinum verbum *ſuſcipiendi*, & patitur Græcum ὑπολαβεῖν, de quo prius actum eſt, nempe ſuſceptam, ideſt, acceptam jam, & obtentam divinam miſericordiam.

Hebræum רמינו *dimminu*, à רמם *damam*, vel רום *damah*, vel רום *dum*, ſignificat, *expectavimus*, aſſimilati ſumus, aut aſſimilavimus, quod εἰκάσαμεν valet apud Chryſoſtomum, & exponi poſſet per *conjectare*, animo fingere, imaginari, exiſtimare. Idem Chaldæum כאשיב *aſuinama*, redditur in biblis regiis, *coæquavit nos*, à Nebienſe, *exiſtimavimus*. Confirmat Janſenius ex Pſalmo XVI. *z* ubi quod habemus, *ſuſceperunt me ſicut leo paratus ad prædam*, legitur Græcè, ὑέλαβόν με, & Hebraicè רמוכו *dimiono ſimilitudo ejus*, ut vertit Hieronymus, & ſi mutatis punctis legatur דסינו *dimminu*, eſſet idem vebum quod eſt hoc loco. Sed conſule quæ ibi diximus. Quidquid autem ſit LXX. verbo ὑπελαβομεν pro *ſuſcepimus*, voluerunt ſignificari, Davidem alioſque quos ſecum ſequentes facit, non fruſtra, ſed efficaciter expectaviſſe, nec opinione ac ſpe ſua deluſos, aut fruſtratos fuiſſe, ut Genebrardus, notat, vel, ut Titelmanus, cum æſtimatione, atque omni veneratione, & cultu honoris debiti ſuſcepiſſe oblatam miſericordiam tantam: vel, ut Tyroboſcus, prius cogitatam animo miſericordiam & expetitam in vetere nimirum teſtamento, re ipſa ſuſceptam in novo. Laudandum ſtudium tuendi editionem Latinam vulgatam.

In medio templi tui) In Pſalterio Ambroſiano, *in medio plebis tuæ*. Apud Auguſtinum, & in bibliis Complutenſibus regiiſque, *in medio populi tui*, & in editione Græca, ἐνμέσῳ τῷ ναῷ σου, apudque Apollinarium, Theodoretus, Euthymium, ſed modum optantis, Apollinarius exprimit.

Σῶν λαῶν ἀνὰ μέσον ἄναξ ἐλεητὺν ὀπάζοις.
Tuorum populorum in medio, Rex, miſericordiam præbeas.

a Col. 2. 9.
b 2. Cor. 5. 19
c Cor. 9. 19.
d Luc. 8. 46.
e ſ. 45. 13.
f 3. Reg. 6. 19
g 1. Ioa. 2. 1.
h 3. Reg. 8. 29.
In introitu miſſæ verborum exordium in Eccleſia, & in miſſa Dominicæ octave.
i l. 6. retien. div. eſſ. cap. 122. & l. 7. c. 7.
K Ser. 1. de purific.
l Serm. 8. in Dom. 8. poſt. Pent.
m Luc. 2. 28
n cap. 3. 1.
o Mat. 26. 55
p Agg. 2. 10
q Iſa. 12. 6.
r Rom. 10. 9
Ioa. 1. 12.
t in Pſ. 75.
ueſ. 35. 6.
u Janſenius
x cap. 32.
y ſupra.
z verſ. 12.

Eamdem lectionem sequitur Psalterium Arabicum, & Æthiopicum. Facilis contingere mutatio potuit ex יאש in ראש; vel quum fortasse quispiam exposuisset, יאש significare figuratè seu mysticè מאש, alius glossema correctionem arbitratus, inseruit in textum loco יאש. Testatur Hieronymus *a* non de Hebraico tantum vertisse *se in medio templi tui*, sed etiam de LXX. interpretibus, quia est היכלך *bechalocha*, & יאש σῶ. Ita etiam transtulisse testatur scholion, Symmachum, Aquilam, Theodotionem, V. & VI. editionem, sic demum habetur in paraphrasi Chaldæa.

a epist. 135.

Vers. 11.) Secundùm nomen tuum Deus sic & laus tua in fines terræ: justitia plena est dextera tua.

Misericordiam illam tuam proba nobis perspectam *in medio templi tui*, hoc est, vel Jerosolymis, unde lex ac verbum tuum exivit *b*, & filius tuus per se ac deinde per Spiritum Sanctum præcones suos instruxit; hi præcones latè per orbem universum divulgaverunt, & laudibus celebrarunt, non se continentes intra unius Hebræi populi angustias, prout nominis tui amplitudo & infinitas misericordiæ ejusdem, aliorumque attributorum tuorum requirebat, & quia cognitum est facta ipsa respondere prædicationi, famæ, nomini tuo, quod aliis diis non contingit, qui inania soli deorum gerunt vocabula. Quin etiam deprehentum atque compertum est, cuncta fieri absque æquissimo quodam jure, absque personam acceptione, præstando quam promisisti misericordiam, ac repetendo justam de injustis vindictam, tum vero de generis humani capitali hoste Satana. Colligit hinc Augustinus & alii amplitudinem Ecclesiæ per mundum totum. Hieronymus autem eam ait tum incipisse, quando accepto Spiritu Sancto cunctarum gentium linguis discipuli loquebantur. *c*

b Isa. 2. 3.

c Act. 2. 4.

Secundùm nomen tuum Deus sic & laus tua in fines terræ.) Potest hic etiam sensus esse, sicut audivimus à majoribus nostris & à Prophetis adeo multa de laudibus tuis, tamque celebre nomen tuum pervenit ad hos, & fama perpetuò quasi per manus tradita, sic ipsi cernimus tantis te laudibus dignissimum, quæ perenarent etiam longe ad omnes nationes. Percipimus præterea nihil de te dici, nulla laudem pronuntiari, quam non exæques, ac superes. Certi sumus quocumque perveneret nomen tuum, non sine laude futurum; intelligent enim quàm te potenter ac liberaliter gesseris erga nos. Ipsimet nomini, quod est Deus ac plura alia quibus pro modulo nostro conamur infinitam illam naturam, & perfectionem circumloqui, respondent effecta quæ proficiscuntur à te: quod præse ferunt voces ac pollicentur, efficir cumulatissimè, ita ut hac ratione re vera sit justitia plena dextera tua, hoc est, dum potenter exequitur tam multa, efficitur ut justè censeamur talibus te nominibus appellare atque describere, nec possit ullus nos mendacii ac injustitiæ convincere, quasi tribuentes tibi, quod tibi non convenit; non etiam te ipsum, cui videntur gratę honorificæ istæ quas attribuimus tibi appellationes. Mendaces, injustique, qui vocantur, sed non sunt dii, nec non multi homines gloriosiùs loquuntur de aliis, ac nimias, & indebitas laudes aut arrogant sibi, aut delatas acceptant. Denique dextera eorum, dextera iniquitatis, *quorum eos locutum est vanitatem* d; hoc est, qui præstare vel nolunt, vel non valent quod magnificè ac effusè pollicentur. Sunt *qui dicuntur Dii sive in Cœlo sive in terra, nobis tamen unus Deus* e, dignus videlicet hoc nomine, & qui ignorant Deum, nempe verum, *iis qui natura non sunt Dii*, serviunt *f*. Describebatur apud Hebræos Deus, ut Deus *omnes* & *universa terræ* g.

d Ps. 143. 8.

e 1. Cor. 8. 5. 6.

f Gal. 4. 8.

g Josue 3. 11. 13.

Magis mysticè, secundùm seu juxta nomen Dei laus ejus dicitur ubique esse, ut ex Cassiodoro elicitur ac Thoma, quoniam nomen Dei nulli penitus ignotum, nemo non aliquod Numen veneratur, licèt in certo designando errare possit, omnibus innatum & in animo quasi insculptum esse Deos, quales sint, *varium*, ait Cicero *h*, *esse nemo negat*: Sed quo verior majorque de Dei nomine, hoc est, de ipsomet DEO vero cognitio habetur, hoc laus etiam de eodem perfectior celebratur. Insinuat Ambrosius eamdem Patri laudem hìc dici esse, nec majorem quàm quæ filios, qui Filius, est nomen & expressa notio Patris, splendor characterque substantiæ illius, justitia, virtus, dextera, sapientia, nihil habens divinæ majestatis diversum, totius in Patre, sicut hic totius in illo, *qui videt me, videt & Patrem*, inquit Christus *i*.

h x. de natura Deorum.

i Ioa. 14. 9.

Hugo nomen accipiens *Christi* quod est ab unstione, ait unctuosum esse ac dulce illum laudare, & dulciora *eloquia* de ipso *super mel ori* K laudantis eum; sed hac lege si sint fines terræ, hoc est, si sit in iis finitus & consumtus amor terrenorum, & ad ejus dexteram pertinentes justitiæ virtutibusque ceteris studeant. Paullo durior profectò, tametsi pia secundùm tropologiam interpretatio, quia equidem, & his similibus, auctore me nullus utetur. Nec placet vero magis quod affert Valentia de nomine Jesu, quod simul vult esse Tetragrammaton, & litteris (י) & (ה) & (ו) & (ה) denotari quatuor principales perfectiones ac effectus Dei, omnipotentiam, sapientiam, misericordiam, justitiam; quibus redditur *admirabile nomine* idem *in universa terra* l, & quum sint illa infinita, manifestata vero in mundo à Christo, sit etiam infinitum nomen hoc per totum Orbem diffusum. Melius Vitriacus *m* (nam litterarias ego atque caballisticas observationes non tanti facio) de eodem nomine Jesu interpretatur, cujus notio est *Salvator*; quamvis quod subdit de Christo uncto, ad eumdem prorsus modum quam Hugo, tam parum placet, nempe laudem ejus esse usque in fines terræ, idest, in eis, in quibus finitur terrena cupiditas, item qui habeantur in terra extremi, quia *elegit Deus infirma, ut confundat fortia* n, & Isaias *o* invitat ut cantent *Dominum canticum novum*, atque *laus ejus sit ab extremis terræ*. Accommodatitii sensus sunt, sed ita seriò propositi pro propriis, merito rejiciendi, nec ferri facile debet si quis quæ Deo proprie conveniunt, attribuat hominibus: quo pacto Varadatus Monachus Leonem Imperatorem *p* non solum *divinitatis* vocabulo compellat, sed docens, sicut nomen est Imperij ejus, quem terræ marisque, & totius generi humani Dominum dicit, ita & prædicari in toto mundo debere, ad illud propositum applicat præsentem locum. Reprehendit quadam epistola Gregorius *q*, eos qui gratulantes electionem novi Episcopi decantabant *r*: *Hæc dies, quam fecit Dominus*, &c. quoniam in creaturæ laudem, inquit, vox illa dari non debuit, quæ soli convenit Creatori. Permitti potest si quis de Stephano different aut Laurentio, ac in eorum piè nominibus ludens, usurpet etiam hoc, *secundùm nomen tuum*, quod coronam sonat aut aurum, *sic & laus tua usque in fines terræ*; quoniam *conveniunt rebus nomina sæpe suis*. Recte Tertullianus *s* dixit, quod, *fides nominum salus est proprietatum*.

m Ser. 1. in Dom. 8. post Pentec.

n 1. Cor. 1. 27.

o c. 42. 10.

Varadatus monachus.

p in conc. Chalc. inter epist. Illust. personarum.

q l. 6. ep. 7.

r Ps. 117. 24.

s l. de carn Christi c. 18.

Sicut Psalmo VIII. ita hìc mittendam censeo tractationem de nominibus Dei, maxime *Jehovah*, & *Jesu*. Figmentum Hebræorum est, de quo Burgensis aliquoties, Galatinus *t*, Porchettus *u*, Valentia *x*, Sylvester *y*, infinitæ cujusdam virtutis fuisse nomen Tetragrammaton, & id in lapide pretioso insculptum, gestando Mosem, tot portasse miracula, posteaque Salomonem tanta præditum sapientia fuisse. Simile delirium, cujus Abulensis *z*, facit mentionem, virgam quam gerebat Moses, appellatam *virgam Dei* a, quia nomen illud Tetragrammaton erat in ea inscriptum, quum constaret quatuor lateribus, in quorum singulis litteræ singulæ essent; & ortam in viridario Jethro in Madian solus evellere Moses quivisset, frustra id aliis antea conatis. Nec veriti sunt Hebræi in miraculorum Christi admittant veritatem, ea dicti nominis cognitioni adscribere, quam haberet. De Catholicis preterea Valentia existimavit Jesu nomen contineri in *Jehovah*, quasi dicas Jesuah, ac proinde dici *nomen super omne nomen*. Bene refellit eum Barradius *c* noster Salmeron *d* Osiandrum hæreticum, ac Reuclinum.

t l. 8. c. 5.

u l. p. vitæ c. 11.

x in Ps. 7. & 117.

y in rosa aurea tra. 3. p. 55.

Nominis Tetragrammati virtutes.

z in Exod. a 4. post q. 10

b Exod. 4. 20 virga Mosis

c in Ps. 8. Jesu nomen contentum in Jehovah.

d 2. 1. harm. l. 9 c. 3.

Justitia plena est dextera tua.) Cur non potius plenam dixit misericordia dexteram, quum illa dixerit alibi *plenam terram* e? Certè parcet in justitia quodammodo Deus, nec ita plena manu illam sicut misericordiam effundit, quæ est *super omnia opera ejus* f, & *superexaltat*, hoc est triumphat & excellit, *supra judicium* g. An spectatur justitia vindex & remuneratrix, ut coercean-

e tom. 3. fo. 30. & 37.

f Psal. 32. 5.

g Ps. 144. 9. Jacobi 2. 13.

ecantur qui juſtis nocent, juſti beneficiis cohoneſtentur ubi miſericordiam manifeſtatur? Id præ ſe fert Chryſ. An *juſtitiam* hìc intelligit eam veluti legem & neceſſitatem, quam ſibi Deus impoſuit quæ promiſerit perficiendi? Aliis placet *plenam juſtitiam dexteram Dei* ſignificare multos eſſe quos juſtificet propitiatio Dei, quiq; ad dexteram Chriſti collocandi ſint in judicio tamquam Beniamitæ *filii dexteræ* a: *dexteram* item eſſe Chriſtum ipſum (qui dici poteſt *vir dexteræ* b, & Spiritus ſanctus *digitus Dei*) c *plenum juſtitia*, hoc eſt, omni virtute. Qui voluit *implere omnem juſtitiam* d, & ut abundaret *juſtitia* noſtra *pluſquam ſcribarum & Phariſæorum* e. Omnia facit Deus & Chriſtus juſta, & juſtè, atq; juſtitię ſemper favet. Sic plus eſt plenam dexteram juſtitia eſſe, quam ſi dictus eſſet, quod eam facit, ſicut eſt dictum, quod *virtutem* f, in alio Pſalmo. Affert ultimos duos tresve dicendi modos Uritiacus *g*, ex Auguſtino ac aliis expoſitoribus colliguntur, præſertim Hugone, qui applicat etiam ad ordinem religioſorum, qui plenus eſt jejuniis, vigiliis, aliis auſteriratibus, per quas, inquit, religioſi faciunt juſtitiam, & ſumunt vindictam de peccatis præcedentibus. At peccatorum dextera, eſt *dextera iniquitatis* h, & *repleta muneribus* i iniquè acquiſitis, *plena ſanguine* K, abutens fortitudine ſua, & robore. Filii Jemini tametſi *filii dexteræ* nomine tenus dicantur, ſæpè in ſcripturis reprehenſi ſunt, ut Saul, Semel, &c. utpote qui reſiſtant *dexteræ Dei* l, ac digni potius quos appellas *Benonis* doloris filios, doloreq; ac ſupplicio dignos, quàm Beniamin *filios dexteræ*. *Juſtorum* quippe *animæ in manu Dei ſunt* m, proculdubio in dexcera in qua ſunt *delectationes uſque in finem* n, quia juſtos Deus ſuſcipit o, atq; amplexatur p, & ad quam in judicio collabuntur q, ut hoc loco Auguſtinus obſervat, & in Pſalmum LIX. r ubi erat David, *ſalvum fac dextera tua*, quia in ipſa parte inquit ſtaturi ſunt, qui perpetua felicitate gaudebunt.

a *Mat.* 25. 33
b *Pſ.* 79 18.
c *Luc.* 11. 20
d *Mat.* 3. 15.
e *c.* 5. 20.
f *Pſ.* 117. 16.
g *Serm.* 1. in *domin.* 8. *poſt Pentec.*
h *Pſ* 143. 8.
i *Pſ* 25. 10.
k *Iſ.* 1. 15.
l *Pſ.* 16. 7
m *Sap.* 3. 1.
n *Pſ.* 15. 11.
o *Pſ.* 62. 9.
p *Cant.* 2. 6. c. 8. 3.
q *Mat.* 25. 23 *verſ.* 7.

Verſ. 12.) Lætetur mons Sion, & exultent filiæ Judæ, propter judicia tua Domine.

LÆtandum ergo merito habitatoribus montis Sion, & exultandum his qui civitatis Judææ incolunt, quoniam celebris ubiq; laus tua, nota cunctis juſtitia &, judiciorum tuorum æquitas, ſecundum quam, ſervando quam promiſiſti fidem, liberaſti nos confidentes in te, ab iniquis oppreſſoribus. Sæpius idem David hac ipſa de cauſſa provocat alios ad lætandum, quia judicat Deus in *juſtitia*, *æquitate*, *veritate* ſ; ait etiam, quod *exultaverunt filiæ Juda propter judicia Dei* r. Nil accidere lætius poteſt viris juſtis, quam Deum ac judicem habere talem, qui neminem per calumniam & iniquè damnet; nullum relinquat impunitum; perſonas non accipiat, non gratiæ concedat, non vincatur cujuſquam potentia, non eum decipiat ullus aut corrumpat. Per *montem Sion*, atq; *filias Juda* intelligitur Eccleſia, quæ prodiit ex Sion, ac propagari cœpit in aliis oppidis Judææ, ſive Catholica cum particularibus Eccleſiis, ut ait Euthymius ac Nicephorus: præcones Evangelii & auditores, ut Theodoretus. Auguſtinus, Beda, & alii magis reſtringunt, ad juſtos & electos qui verſantur velut grana inter zizania paleaſq; ſuntq; *filii Juda*, ideſt confeſſionis, nec *in manifeſto*, ſed *in abſcondito* Judæi gloriantes de circumciſione non *carnis*, ſed *cordis* u. Ruffinus, Haimo, Beda, Bruno Carthuſianus, Hugo, Aiguanus populum Judæum volunt *montem Sion* deſigari: filiabus *Juda*, gentilem, quia videlicet ſalus ex Sion ſive Jeruſalem prodiit, ſicut ex Metropoli, & regni capite. Caſſiodorus *in Sion* Eccleſiam totam in ſpeculatione agentem attendit: *in filiabus Juda* ſexum fœmininum, quem Hugo ad Monachos, & Monibles accommodat: Euſebius ac Ambroſius *in Sion* Chriſtum ipſum, in quo fundata eſt Eccleſia, & in quem aſcendere jubetur evangelizator x, & confidere y. *Benedicat tibi Dominus*, ait Jeremias z, *pulchritudo juſtitiæ mons ſanctus*, alibiq; nomine *montis* Chriſtus denotatur. Judicia Domini præter ea quæ indicavimus de prædeſtinatione ac reprobatione, de providentia,

u *Ro.* 2. 28. 29
x *Iſ.* 40. 9.
y *Pſ.* 134. 18.
z *c.* 31. 23.

& juſta diſtributione pœnarum atq; præmiorum, de promiſſorum ſolutione, ſeu præſtatione, ſunt vel mandata ipſius, quæ ſervata gaudium pariunt, ut innuit Hieronymus & Beda: vel, ut iidem ac Remigius & Haimo illa occulta ſecundùm quæ Judæos reprobavit, Gentes autem elegit, vel, ut Beda, judicia damnationis evaſæ: vel inicrutabilia alia omnia, ut Ambroſius, vel pœnæ & tentationes, quibus exercentur juſti, quod Hugo applicat ad correctiones in capitulis religioſorum, Cajetanus ad Apoſtolos qui flagellati gaudebant a, quod *judicium* cœpiſſet *à domo Domini* b, hoc eſt, ab ipſis. Thomas de ſolis Judæis interpretatur, accipiendo *judicia* pro executione promiſſorum, quæ ipſis dumtaxat ſunt facta; ita ut Gentes ex mera magis miſericordia vocatæ cenſeantur, quam cecinit paullo ante c David ſuſceptam *in medio templi*; extendiſſe ſe *in fines terræ*. Sic poſſet illud quod ibidem dicitur, *plenam juſtitia dexteram Dei* eſſe, pro eorumdem promiſſorum, quæ ſunt facta Judæis executione, accipi, quaſi id ut quid anguſtius contineatur intra magnum. Paulus d quidem certè Chriſtum Jeſum ſcribit miniſtrum fuiſſe circumciſionis propter veritatem Dei ad confirmandas promiſſiones Patrum, Gentes autem ſuper miſericordia honorare Deum.

a *Act.* 5. 41.
b 1. *Pet.* 4. 17
c *v.* 10.
d *Ro.* 15. 8.

Gratulatio ad populum Judæum.

Cyrillus, ait verbis iſtis contineri gratulationem ad populum Judæum, qui & ipſe tandem redibit ad Chriſtum; atq; ut eſt apud Oſeam e, *poſt hæc revertentur filii Iſrael, & quærent Dominum Deum ſuum, & David Regem ſuum* (Chriſtum, David enim jam pridem exceſſerat) *& pavebunt ad Dominum, & ad bonum ejus in noviſſimo dierum.*

e *c.* 3. 5.

Lætetur.) Hebræum futurum ישמח *iiſmach* ſervit imperativo, ut aliàs ſæpenumero alia verba. Emendati codices Græci habent præſens tempus indicativi modi, εὐφραίνεται quo pacto ſcholium Græcum teſtatur poſitum à LXX. Symmacho, Theodotione.

Et exultent.) Particula, &, deſideratur Hebr. & Græcè; tamen rectè adjecta.

Filiæ Judæ.) Græcè τῆς Ἰουδαίας, *Judææ*, ut etiam legit Ambroſius. Eadem ratio de verbis Pſ. XCVI. *f exultaverunt filiæ Judæ*, τῆς Ἰουδαίας. Utrobiq; tamen Hieron. dixit etiam *Judæ*. In LXVIII *g* autem *ædificabuntur civitates Judæ*, quod idem Græcè habetur τῆς Ἰουδαίας. Hieron. *Judæ* dixit indeclinabiliter, ſed idem explicans Matthæus *h*, quum ex Michea *i* citat *& tu Bethlehem terra Judæ*, monet librariorum errore ibi legi *Judæa* pro *Judæ*, ac apud Prophetam eſſe *Juda*, quod etiam Græcè eſt Ἰούδα. In Pſal. CXIII. *k* quod legimus *facta eſt Judea, ſanctificatio ejus*, Hieron. transfert, *factus eſt Judas*, Ubiq; eſt Hebræa vox יהודה *ithudah*, quod eſt nomen unius de Patriarchis primatum tenentis inter alios filios Jacob. Ante reditum ex captivitate Babylonica non reperiuntur Hebræi appellati vocabulo *Judæorum*, nec eorum religio nomine Hebræo & fœmininо: quum, ut dixi יהודה *ithudah* ſit proprium viri. Docui autem alio Pſalmo *l*, *filias* poni pro oppidis & villis principi ac metropolitanæ civitati ſubditis. Hoc loco *filiæ Judæ* deſignant omnia loca ſub ditione tribus Juda, & per ſynecdochen etiam reliquos Judæos. Ut autem per hos deſignantur qui pertinent ad Eccleſiam, notant *filias* potius fœminino genere, quàm *filios* dici, Haimo, Bruno Carthuſianus, Hugo, quia magis ornari ſolent filiæ quàm filii, majoreq; cultu & diligentia; magis autem Deus exornavit Eccleſiam gratia virtutibuſq; quàm ſynagogam.

f *verſ.* 7.
g *v.* 36.
h *in c.* 2. 6
i *c.* 5. 2
k *v.* 2.

Ante reditum ex captivitate Babylonica Hebræi. Judæi dicti non reperiuntur.

Propter judicia tua Domine.) De judiciis dictum ſatis Ultimam vocem merito addiderunt ad Hebræum textum perſpicuitatis cauſſa. Porrò Ambroſius *m*, *exultantes filias Juda propter judicia Dei*, ait eſſe; quum non in ſecundis tantùm, ſed in adverſis laudant Deum, & confitentur Chriſtum: nec ex aliquo ſecundorum proventu, ſed ex cognitione rationis induunt lætitiam: taleſq; in exultatione perpetua conſtitutas eſſe.

l *Pſ.* 17. 46.

Cur filiæ Juda potius dictum fœminino genere.

m *in Pſ.* 118 *Serm.* 10.

*Vers.*12.) Circumdate Sion & complectimini eam: narrate in turribus ejus.

POstquam descripsit beneficia Dei, curramq; peculiarem & providentiam quam gessit de populo suo, præsertim in civitate Jerusalem super alias dilecta, sub hoc autem typo de Ecclesia, provocat & invitat illos de eodem populo & Ecclesia, qui minus fortassis in Deo confidebant; sed verebantur ne ab illo desertam hostes everterent, penitusq; delerent, & sic eos alloquitur: Vos ò modicæ fidei ispeiq; venite, jam circuite civitatem nostram, diligenter contemplamini, oculis animoq; totam complectimini, comprehendite, lustrate, cingite, vel numerate quot sint cincta, vallata, circumsepta turribus, arcibus, propugnaculis altissimis, fortissimisq; quàm sit benè munita, & inexpugnabilis; narrare etiam conscendendo loca illa editiora, proculq; spectando versus Babylonem unde rediistis, ac ubi quodammodo desperaveratis: sic quidem Chrysost. Euthymius, Basilius, vel alio quocumq; oculos conjicere, quantis è periculis liberati præter omnium opinionem, in quantam restitui amplitudinem sitis, priore multis partibus majorem. Potest præterea spectare hæc oratio ad omnes, qui convocentur in Ecclesiam, ut eam summo amore complectantur, nec ab ea se umquam divelli sinant, unde salutem expectant, contenta etiam & clara voce advocent alios quasi prædicantes super tecta, & laudes ipsius publicè, ac palam celebrantes. Id pastoribus Ecclesiæ potissimùm convenit quos Deus constituit *super muros custodes* a, ut Didymus exponit, Ambr. Theodoretus, Cyrillus, qui ultimus narrationem in turribus accipit de scriptis divinis, ex quibus prædicatio conficiatur. Eusebius arbitratur dirigi sermonem ad Angelos, ut Ecclesiam cingendo, circumdando, vallando custodiant, & veluti numerato accipiant omnes istius civitatis turres, ut eumdem numerum plenum & integrum reddant: tales turres Apostolos, & hrs similes esse, quorum Christus capillos numeratos dixit *b*, & illis assignatos Angelos colligi tùm ex ejusdem Christi verbis *c*, tùm ex eo Angelo, quem in Actibus Apostolorum *d* fideles appellabant Angelum Petri, deniq; ex verbis P. XXXIII. *e imitet Angelus Domini in circuitu timentium eum.*

a Is. 62. 6.

b Mat. 10. 30 Luc. 12. 7
c Mat. 18. 20
d c. 12. 15.
e v. 8.

Circumdate.) סבו *sobbu*, κυκλώσατε. Pertinet hoc ad obambulationem, circuitionem, lustrationem, inspectionem, visitationem, ut circumobeatur civitas tota, & in gyrum circulumq; consideretur. Idem valet περιέλθετε, de quo meminit Chrys. idest, *circuite* vel *obite*. Hoc non ineptè applicari potest ad Ecclesiarum, aut regulariu quoq; vesitationes. Applicant Theodoretus, Euthymius, Nicephorus, Hugo, ad Prælatos, & ad prædicatores, sed & Hugo ad religiosos ipsos, qui animo lustrent, atq; meditationibus & piis affectibus cœlestem patriam, prout, inquit, cantat Ecclesia de Confessore, quod in hac peregrinatione solo corpore constitutus cogitatione & aviditate in illa æterna patria conversatus est; cogitatione circumdabat Sion, aviditate complexus est eam.

Complectimini eam.) Hieron. *circuite*, Campensis, *diligenter complectimini*. Hebr. הקיפו *hakiphu*, *circumdare* & *cingere* significat; de lustratione autem, & contemplationem oculorum nullum exemplum reperi. Nec rejicienda propterea hujusmodi formula si congruat propositio. Eam Chrysost. Basilius, Euthymius, amplexi sunt, exponentes de circumspicienda attentissimè pulchritudine, & munitione civitatis. Græcum verbum, περιλάβετε, putat Agellius legi corruptè pro περιβάλετε, & hoc esse *manibus cingere*, sicut περίβολος, *muri* veluti *cinctus* & *circuitus* est (*peribulum* Latini quoq; dicunt) *loricam muri*, *septum*, & *coronam domus*, ideo extructam ne quis delabatur; quod nomen Chrysost. in Commentario usurpaverit, quasi verbum quoq; illud legerit, sicut Symmachus transtulit περιτειχίσατε, *muris cingite*, & in paraphrasis Apollinarius ἀμφιβαλέσθαι,

Σπεύσατέ μοι Σιὼν περιαδὸν ἀλφιβαλέσθαι.
Properate mihi Sionem in circuitu cingere.

Non debet corruptio concedi absq; gravissima causa, præsertim quum in emendatis Bibliis Sixtinis, cui rei A & Agellius operam dedit, vetus communiorq; illa lectio relicta sit verbi περιλάβετε, non obstante nescio quo Vaticano codice in quo erat περιλάβετε. Deinde jam jam descripta fuerat prius amplitudo civitatis Dei, & fundatio: non igitur nunc invitantur homines ad eamdem construendam. Ad hæc etiam si hoc demus, complecti, & περιλαβεῖν civitatem, rectè intelligimus esse illam obire circumquaq; ad eumdem finem. Postea Chrys. περιβόλως nominat sicut & πύκνῳ, non exprimit tamen verbum περιβαλέσθαι. Deniq; optimi auctores περιβάλλειν τῷ νῷ, usurpant: nec non, ut *amplexari* significat. Sic sensus esset, circumdate, ac oculis lustrate, amate etiam & ampleximini eam, tenete, nec dimittatis eam: complectimini sensibus, brachiis charitatis, devotionis lacertis, ut loquitur Ambros. & alii passim ferè in eamdem sententiam, nominatim Augustinus, qui exprimit, ut Chrystum (sicut Simon fecit *f*) & corpus ejus mysticum charitate complectamur. Arnobius ut duorum testamentorum plena lactibus ubera sugamus. Minus aptè *g* nonnulli locum istum tropologico etiam sensu accipiunt de militia spirituali, ut obsideamus civitatem cœlestem ac *violentè* rapiamus *h*. Invitamur, ut dixi, ad oblectandos oculos aspectu civitatis, B non ad eam capiendam.

f Luc. 2. 28.
g Dict. tom. 20 conc. 4. in festo omn. S. & Oser. fer. de S. Marco & in 2. de omn. sanct.
h Mat. 11. 12

Narrate in turribus ejus.) Hieron. *numerate turres ejus*, sed perperam citatur apud Thomam, *mirate*, Aquila ἀριθμήσατε πύργους αὐτῆς, *computate turres ejus*: Symmachus ἀρθμήσατε *numerate*, alius apud Chrysost. ἐπαινέσατε, *laudate*, & Chrysost. ipse, ut Euthymius testatur, exponit, mensuratè ad quantam altitudinem perductæ sint. Est ספרו *siperu* in piel *narrare*, in Kal ספרו *siphru numerare*: Et præpositio Hebr. hoc loco non est, at si esset, idem valeret, quod casus accusativus, ut in similibus verbis aliis numerari jubentur turres, ut narrari & celebrari melius apud alios possint. Sic Latinè *recensere* utrumq; significat. Quocirca non significatur, ut quis intra suprave turres, & super tecta prædicet; quamvis Latina constructio eum præ se ferat, tradaturq; à Patribus quibusdam. Non item hortatur David, ut numerent turres computando quantis cingi civitas debeat ad præsidium ornatumq; vel ut exquirant consultentve quomodo extrui illas oporC teat & quo numero, quod Agellius contendit. Jam ædificata civitas ponitur, non proponitur ædificanda, ut dixi. Convenit propositio alia similis dicendi formula in Psalmo LXIII. i *narraverunt*, *ut absconderent laqueos*, διηγήσατο ספרו *isapperu*, quę verba sunt hoc ipso loco. Sic Apollinarius carmine declarat.

i v. 6.

Καὶ οἱ ὑπὲρ πύργων ἀγγείλατε μύθους,
Et ipsi (Sion) *de turribus acutè nunciate sermones.*

In Psal. XXI. *k turres* vocant LXX. πυροβάρεις. Topographis relinquo descriptionem Urbis Jerosolymitanæ, quam post alios diligenter confecit Villalpandus noster in apparatu ejus ac templi. Demonstrat is *l* totam quadrato schemate constructam in circuitu, continuisse stadia quinquaginta, hoc est, sex milliaria & insuper duo stadia, turres nonaginta, portas duodecim ac turDres quidem murorum quadratas vicenum cubitorum fuisse. Agit de maxima Urbis amplitudine quæ longè post Davidem fuit; etsi eam ille fortassis animo præviderit, ac fortassis designaverit saltem magna ex parte, sicut constat de templo. Inter turres notatissimæ celsissimæq; erant, Psephinos, Hippicos, Phasaelos, Mariammes, sed ab Herode excitatæ, ut Josephus *m* memorat, in edito colle.

K v. 7. Urbis Jerosolymitanæ descriptio.
l p. 1. l. 3 c. 2.

Mysticè per *turres* Eusebius interpretatur Apostolos, discipulosq; Christi: Didymus, Athanasius, Cyrillus, Origenes, Hieron. Hugo, Arnobius alios etiam custodes Ecclesiæ, quibus Dei magnalia narrent Apostoli, nimirum per sua scripta: Theodoretus quoviscumq; summarum virtutum laude præstantes, & Angelorum vitam in terris imitantes, qui Ecclesiam præcingant, custodiantq; tamquam turres & propugnacula: Clemens *n* Alexandrinus, eos qui verbum altè susceperint, futuros altos, ut turres, & firmiter ac stabiliter staturos in fide & cognitione: Euthymius ac Nicephorus diversa tem-

Turres ejus celebriores m 6 de bello Jud. c. 5. & 6
Mysticè turres quid designarent.
n 7. Str. c. 8.

templa diversis in locis Deo dicata. *Ego murus*, ait sponsa *a* (quia Ecclesia firma est, *firmamentumque veritatis* b) *& ubera mea sicut turris*, quoniam illi per quos ipsa pascit populos potestatis sublimitate turriti sunt, quemadmodum & officio providendi, ac speculandi, ut insinuat Ambrosius *c*. Ejusdem sponsæ *genæ turribus* comparantur *d*, & *collum turri David e* ac *eburneo f*, & *nasus turri Libani* g. Sponsi autem *crura* similia dicuntur *columnis marmoreis fundatis super bases h*: videntur quoq; sponso tribui *ubera i*, sed forsan figurato sermone; quamvis virorum interdum quoq; uberibus lac esse scripsit Aristoteles *k*. Cajetanus hoc loco *turres* vult esse divina nomina, & notitias, atq; præsertim articulos fidei pronuntiatos ab Apostolis in symbolo. Locus hic totus rectè ad Ecclesiæ universalitatem accommodatur, quam Gretserus *l* noster nuper in hoc sensu benè vindicat à calumnia hæreticorum.

a *Cant.* 8. 10
b 1. *Tim.* 3. 15.
c *de Bono mori* c. 5. *& Hex.* s. 8. *Apolog. David* c. 17.
d *Cant.* 1. 10
e c. 4. 4.
f c. 7. 4.
g *Ibidem.*
h *Cant.* c. 5. i 15. 1. c. 1. 1.
k 1. *de hist. anim.* c. 1. *& l.* 3. c. 20.
l *Tom.* 1. *pro Bellarm. ad* c. 13. l. 2. *loc.* 13.

Vers. 14.) Ponite corda vestra in virtute ejus: & distribuite domos ejus, ut enarretis in progenie altera.

HOrtatur eosdem Ecclesiæ cultores, maximè illos qui præcellunt potestate (sub illo semper typo Hebræorum ac synagogæ, quem Psalmus totus continet) ut attentè serioq; applicent animum ad considerandam excellentem fortitudinem munitissimæ Ecclesiæ, & ut non tantum turres, de quibus ante dixit, sed domos etiam sigillatim percenseant, atq; contemplentur, sicq; earum, sive regiarum basilicarum, palatiorum splendorem, & apparatum posteris narrare valeant, & hi consequenter suis, aliiq; aliis de generatione in generationem. Agellius litteraliter exponit, ut curent firma reddere propugnacula, & antemurale, murumq; qui sublimiorem circumdat turrem, præterea diducere, laxare, aperire spatia in medio ædium, præsertim regiarum; & magis adhuc ædis divinæ, sive templi, ut frequentiam populi maximam capere queat, ibidemq; per futura sæcula celebrari Dei laudes possint. Verum quem tradidi sensus melior, propter allatam prius caussam.

Mystici sensus his quoq; quos priore versu protulimus, similes sunt, de Ecclesiis particularibus, hisq; qui in illis, ordine quodam, præsunt ac sublunt. Sed in enucleatione particulari magis distinctè ista exponemus.

Ponite corda vestra in virtute ejus.) Hieron. *ponite cor nostrum in mœnibus*, (vitiosè citatur apud Thomam *in manibus*, addito pronomine, *ejus*.) Alii, *ad antemurale ejus*, vel ad *murum*, *murosve*; vel applicate animum, considerate, commendate cordi vestro; &c. Symmachus, θέσθαι τὰς καρδίας ὑμῶν εἰς τὴν περιβολὴν αὐτῆς, *ponite*, aut *ordinate corda vestra in periculum* quo nomine utuntur etiam Latini Architecti) ut prius dixi, ideſt, in ambitum, quam vocant etiam loricam, septum, coronam, ambitum, mœnianum, pinnam, ne quis de superiore illius parte declarabatur: per synecdochen vero mœnia ipsa tota, propugnacula, domos significare potest. Et quia virtus, robur, munimentum, præsidium, & quam etiam vulgo appellant fortitudinem, (*la fortezza*,) inde pendet; idcirco LXX. δύναμιν appellaverunt. Quæ vox comprehendere simul potest εὐπορίαν, *opulentiam*, quam hic posuit Aquila: quoniam robur belli, ac præsidii, præter loci opportunitatem ac firmitatem, pendet etiam ex abundantia commeatus. In Psalm. CXXI. *m* quod habemus, *fiat pax in virtute tua*, Hieronymus reddit, *sit pax in muris tuis*, alius auctor Græcus, teste Chrysostomo, ἐν τῷ προτειχίσματι, *in antemurali*; vel ἐν τῷ περιβόλῳ *in ambitu*. Utrobiq; eadem est Hebræa vox חיל *chail*, & similis Chaldæa in Psal. CXXI. ubi interpres Paraphrastis vertit exercitum, quem dictum nomen Hebraicè & Chaldaicè quoq; significat: quamvis in præsenti loco exponat, *ponite cor vestrum ad cetum qui est super palatia ejus*: quod tamen vertit Nebiensis, *ponite cor vestrum in exercitibus ejus*. Vidimus etiam prius aliquoties δύναμιν, & *virtutis* nomen, ut quum appellatur *Deus Dominus virtutum*, positum pro *exercitu*. Porro quia *urbis Dei* (vocatur quoq; *urbs fortitudinis nostræ Sion* n, designans Ecclesiam) murus & antemurale Christus est ac Salvator *o*, & apud Isaiam cujus verba sunt ista, ultimum Hebraicè est חיל *chel*, idem valens quod חיל *chail*, Græcè περίτειχος, *circummurale*, & ex Symmacho refert Hieronymus *firmamentum*, idcircò juxta figuratum vel mysticum sensum, sumunt in declaratione præsentis loci *virtutem* Patres pro Ecclesiastica seu Evangelica doctrina, ut Didymus & Athanasius: pro reliqua potentia Ecclesiæ, ideſt, pro re qualibet qua roboratur, & pro illa Christus pugnat, ut Theodoretus & Arnobius: pro Christo ejusq; potentia & miraculis, ut Cyrillus & Hugo: pro unione, robore, ac viribus quas Ecclesiæ præsides, quod in se est, ei adjungere debent, studendo eam perficere, ut Euthymius, Nicephorus, Hugo: pro charitate quam nemo vincit, *& fortis est sicut mors* p, ut August. Ruffinus, Hieronymus, Cassiodorus, & alii Latini multi: pro Spiritu sancto, de quo Christus *q*, *sedete in civitate donec induamini virtute*, ut Thomas. Extendit hunc etiam locum Gretserus *r* ad quemlibet, ut sese ad quamcumq; virtutem consequendam applicet per conatum, exemplum, affectum, vim sibimetipsi afferendo; aliis exemplo præeundo, quod Prælatorum est præsertim ex animo & serio virtutis opera exercendo: Hæc ille pluribus amplificat.

n *Isa.* 26. 1.
o *Ibidem.*
p *Cant.* 8. 6.
q *Luc.* ul. 49
r *Serm.* 95

Et distribuite domos ejus.) Hieronymus, *separate palatia ejus*. Alii, ex Hebræo פסגו *passegu*, *aspicite*, exaltate, extollite, videl. oculos erigite, & rem magnam ducite, ac admiramini palatia ejus, aut turres: vel, elevata sunt palatia turresve illius: vel, extruite ædes ejus: vel, considerate diligenter, ut quàm sint admiratione digna palatia ejus, describere possitis, & (quod sequentia continent verba) relinquere posteris. Symmachus, διαμετρήσατε τὰ βασίλεια αὐτῆς, *dimetimini regias ejus*; quas vox ארמנות *armenoth*, ut etiam vers. 4. vidimus, significat. Quia verò mons unus Moabitarum appellabatur פסגה *pisagh*, s *Phasga*, (idcirco quidam Rabbini exponunt, *exaltate*, aut aspicite palatia ejus, quæ sunt alta & fortia sicut Phasga, vel, sicut colles) qui etiam פסגת *pisgah* dicitur. Est præterea פסס *pisseg* velut per gradus, saltus, intervalla construere. Propterea Hieronymus *separandi* verbo usus est, licèt arbitretur Ricardus Cenomanus legisse LXX. & Hieronymum non פסגו *passegu*, sed פלגו *pallegu*, quod *dividere* ac *separare* significat. Latini aliqui legunt, *distribuere gradus ejus*, ut Psalterium Romanum, & Ambrosianum, item Ambrosius, Cassiodorus, Arnobius, & in commentario Hieronymus, ac Bruno Herbipolensis, Gelasius Papa *t*. Græcum vocabulum est βάρεις, pro quo verticul. 4. *domos*: in Psalmo autem XLIV. *u*, etiam *gradus*. Interpres posuit, licèt non ארמנית *armenoth* sicut hic, sed היבלי *hechele* ibi esset. *Excelsas turritasque domos* hodieq; à Græcis dici notat Ambrosius, quod Psalmo XLIV. docuimus. In Psalmo CXXI. *x* pro, *abbundantia in turribus*, est quidem nomen pluralem ארמנות *armenoth*, sicut hoc loco, sed Græcè πυργοβάρεις compositum ex πύργος *turris*, & βάρεις, *quasi palatia turrita* dicas. Ibi Chaldaicè vocantur בירנית *biraniath*, *prætoria*. *Ex distribuendi* verbo, & nomine *graduum* colligit Arnobius unumquemq; pro suo merito debere in Ecclesia ad gradum accedere, ut illi justè Episcopatus sedes, illi justè presbyteri gradus tradatur; idq; gratis & ex justitia distributiva, sine pecunia, sine acceptione personæ. Cassiodorus idem inferens, enumerat lectores, subdiaconos, diaconos, presbyteros, Episcopos, Hieron. & Bruno Herbipolensis quoq; gradus ordinationum canonicè & sanctè distribuendos interpretantur, ne præmiis corrumpantur, ne personarum acceptione per adulationem decipiantur, qui tales ordines conferuntur. Thomas, & Hugo legendo *gradus*, idem notat de diversis gradibus Apostolorum, Prophetarum, Evangelistarum, Doctorum, Pastorum *y*, &c. Gregorius de Valentia, ut memini versic. 4. tribuit eamdem expositionem Augustino ad illa verba, *Deus in gradibus* (in domibus) *ejus cognoscetur*. Nondum licuit hoc apud Augustinum legere. Gelasius *z* Papa subordinationem in Ecclesia sub supremo capite Romano Pontifice probat ex hoc loco, quem totum citans usq; ad

s *Nu.* 21. 20. c. 23. 14. *Deut.* 3. 27.
t *Ep. decret. tom.* 3. *conc.*
u *vers.* 9.
x *vers.* 7.
y *Eph.* 4. 11.
z *Sup.* c. 11. Subordinatio in Eccl. sub supremo capite Romano Pontifice ex hoc loco probata.
m *vers.* 7.

ad Pſalmi finem, ſic ait: Hic proculdubio qui in Ecclesiasticarum narratur altitudine dignitatum (dicitur namq; ſupra, *narrate in turribus ejus*) & in cujus virtute bonis operibus corda ponenda ſunt, gradibus utiq; diſtributis, cunctis Deus noſter, & rector populis prædicandus eſt Chriſtianis; ubi nemo ſibimet aliquid jam exiſtimet imminutum (propter diſtinctionem graduum) quum & de uniuſcujuſq; gradus perfectione nihil deperit, & convenienter retinendo quod cœleſti diſpenſatione collatum eſt, pariter nobis, & cognoſcibilem Deum fieri, & tribuit eſſe rectorem.

Diſtributionem *domorum* quam litteraliter interpretor, ut diſtincte obſerventur ac notentur ſigillatim, & diſtributim, utq; melius conſideretur decor civitatis Dei, amplitudo, firmitas, elegantia, Latini, maximè Auguſt., Ambroſius, etſi *gradus* legat Ruffinus, ſumunt de particularibus diœceſibus, Eccleſiis, provinciis, quas inter ſe partiri deberent Apoſtoli & Apoſtolici viri, earum gerendo curam (quod Euſebius ad Angelos præſides transfert, ad quod valet id ex Deuter, *a* ſecundum LXX. *Conſtituit terminos gentium, juxta numerum Angelorum Dei*: ſeu de diverſis congregationibus, ordinibus, meritis, quibus ultimis diverſæ in domo *Patris manſiones* reſpondeant *b*, ut ſicut ſunt modo diverſæ domus gratiæ in una civitate, ita tunc diverſæ manſiones gloriæ in eadem æternitate: vel, de duplici domo Judæorum & Gentium, quarum poſterior Paulo aſſignata eſt, prior aliis *c*: Remigius conſiderat diviſiones gratiarum donorumq; *d* in Eccleſia: Hugo, ut non eidem perſonæ plura beneficia Eccleſiaſtica conferantur: Addit Auguſtinus, *diſtribuere* ac diſtinguere *domos* illum, qui, ut antea dicebatur, ponit cor *in virtute* & ſpiritualis quum ſit, non offenditur quod ſint in Eccleſia mali ſola pietatis forma præditi, quaſi bonis obſint. Ambroſ. item in hoc diſtributionis attendit rationem, ut pro captu uniuſcujuſq; doctores occulta myſteria, theoremata ſermonum cœleſtium, ſublimia, & alta præcepta, & quantum poſſit unuſquiſq; ingenio proprio comprehendere, diſtribuant dividantq; doctores; quemadmodum Paulus non omnibus eadem diſputabat; ſed aliis nihil aliud prædicabat niſi *Chriſtum Jeſum & hunc crucifixum e*, non in perſuaſione ſapientiæ verbi, ſed in oſtenſione ſpiritus atq; virtutis: inter perfectos autem ſapientiam loquebatur, quia non quibat univerſus populus percipere *ſapientiam in myſterio abſconditam f*. Lac etiam potum dabat interdum, non ſolidum cibum *g*: ſpiritualibus comparabat *h*, *omnibus omnia* fiebat, *ut omnes lucrifaceret i*. Egregius Pauli ut cultor, ſic imitator hac in re Chryſoſtomus, narrat Metaphraſtes, quum dictionis ejus mulier altitudinem reprehendiſſet, quam aſſequi non valuiſſet, eam temperaviſſe, faciliùſq; ac apertiùs deinceps concionatum eſſe.

Ut enarretis in progenie altera.) Hieronymus, *in generatione noviſſima*. Gelaſius *k* & Julius primus *l*, *in progenie altera*. Symmachus, *ἐν γενεᾷ μεταγενεστέρᾳ in progenie poſt futura*. Poſteriorem ſignificat אחרון *acharon*, & potuit omitti præpoſitio, quæ non eſt Hebraicè, ſicut nec ibi, *narrate in turribus ejus*, oportet enim, inquit Theodoretus, quæ accepimus à priore, poſteriori ſæculo tradere, ita ut ad omnes ætates prædicatio ſalutis pertinere poſſit. Hoc depoſitum diligenter cuſtodiri debet, ac per manus aliis tradi: *mandavit ea* enim *Deus patribus noſtris nota facere filiis ſuis, ut cognoſcat generatio altera* m אחרון *acharon* (poſterior) *si natura ipſa de immortalitate animorum tacitè judicans, facit ut omnibus cura ſint, & quidem maxima, quæ poſt mortem futura ſint; ſeritque arbores diligens agricola, quæ alteri ſæculo proſint, ſpectans etiam poſtera ſæcula ad ſe pertinere: vir magnus*; ait Cicero n, *leges, inſtituta, rempublicam non ſeret?* De ſemine curandum præcipuè divini ſeminis, ut benè altas in poſteris ſincera doctrina, vitæq; innocentia radices agat, & integram in poſteris quam accepimus à Deo pro nobis illiſq; hæreditatem tranſmittamus. *Generationem* porro alteram ſimplici ſenſu pro poſteris intelligunt plures, quia Chriſtus oravit pro his etiam qui credituri erant per verbum Apoſtolorum o, ſeq; manſurum cum illis promiſit uſq; ad conſummationem ſæculi p, qui certè victuri illuc uſq; non erant. Sed alteram Ambroſius explicat, quæ futura erat ſpiritus virtute perfectior, quia ſuper illa Judæorum ſignum quærebat, veritatem repudiabat q. Eodem fere modo Caſſiodorus, quia populus, inquit, Chriſtianus, ab Hebræo, quem primum Dominus elegit, ſecundus eſſe dignoſcitur, *populus qui creabitur, laudabit Dominum* r. Hugo ac Thomas alteram accipiunt quaſi diſcrepantem: explicant enim de peccatoribus, & ritu diverſo viventibus, ut ſcilicet convertantur.

Verſ. 15.) Quoniam hic eſt Deus, Deus noſter in æternum, & in ſæculum ſæculi: ipſe reget nos in ſæcula.

VEl hoc eſt quod enarrare debet generationi alteri, quo pacto (*quoniam*) continuabit verſus iſte priorem orationem, non vero reddet cauſſam; ut Auguſt. & Latinis multis placet, ac Euthymio; ſicq; reſpondebit hic finis principio Pſalmi per modum aſſertionis, *magnus Dominus*, &c. Vel affertur cauſſa præcedentium, cur tot laudibus Deus celebrandus, & quare ſit ejus civitas adeo pulchra, ornata, munita, & cur tantopere poſteris hæc inculcanda, & commendanda, quia ſcilicet non alius nobis & omnibus aliis, quàm tanta potentia præditus, tamq; beneficus habendus Deus eſt, qui ſicut eſt æternus, ita nullo umquam tempore regere ſuos deſinet, ac in tutelam curaq; ſuam recipere. Secundùm ſenſum alii ſectantur; putantq; Athanaſius ac Theodoretus redditionem cauſſæ attingere ipſoſmet qui enarrare debent, nempe paſtores, ut intelligant ſe à communi & ſuperiore paſtore paſcendos regendoſq; quis non oves tantum, ſed ipſos etiam paſcat, non hìc dumtaxat, ſed in æternum in vita futura. Indicatur præterea, ut obſervat Cyrillus doctrinam ab illis traditam à Deo ipſo confirmandam, tamquam ſemper & in æternum veram, quia ipſe perpetuo nobis imperabit. Baſilius ait, ſignificari, ut doctores auditores certos reddant, quemadmodum ipſimet atq; majores hactenus recti ſunt à Deo, ſic fore ut illos & eorum poſteros idem regat ſumma potentia, & providentia Deus. Hæc ſumma prædicationis de Deo & Chriſto, ut notat Thomas, oſtendere illius magnificentiam, fidem ſeu fidei articulos docendo (*hic eſt Deus Deus noſter*, &c.) & annunciare beneficia ejuſdem, ut accendatur amor in ipſum, *ipſe reget nos in ſæcula*.

Quoniam.) Dixi bifariam ſumi poſſe, cauſſaliter, & aſſertivè, ſeu continuativè, ut Grammatici loquuntur,

Hic eſt Deus, Deus noſter.) Sic etiam in Baruch *s*, *hic eſt Deus noſter, & non æſtimabitur aliis adverſus eum*, &c. *poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus converſatus eſt*. Repetitio cum demonſtratione vim habet magnam, ac veluti digito deſignat incarnatum Deum & viſibilem factum. Græcè ſemel tantùm nomen Dei exprimitur; & in Latino Pſalterio Romano atq; Ambroſiano, & apud Hieronymum in Commentario. At Hebraicè bis repetitur אלהים *elohim*, Deus. Julius Papa *t* I. citat *Deus Dominus*. Thalmudiſtæ in Midras thehillim, exponentes prima verba Pſalmi XXXIX. ut ibi quoq; meminimus *expectans expectavi Dominum*, docent, ex iſtis quoq; Pſalmi præſentis verbis, & ex Iſaia *u*, & ex aliis, quæ Galatinus *x* refert, colligi, Deum aliquando viſibilem futurum, digitoq; oſtendendum, ita ut non exprobrent amplius Gentiles, qui colunt viſibiles Deos, *ubi eſt Deus eorum?*

In æternum & in ſæculum ſæculi.) Hieron. *in ſæculum & in perpetuum*. Reddi etiam poteſt *in ſæculum*, ſeu, *in æternum*, & ultra עולם ועד *hholam vahhed*, ſignificat, Deum iſtum per ſe immortalem, ac æternum eſſe, quod falſi Dii non ſunt, & perpetuò colendum, nullius umquam alterius admiſſa religione.

Ipſe reget nos in ſæcula.) Promiſit *y* quoq; Chriſtus futurum ſe nobiſcum uſq; ad conſummationem ſæculi, Symmachus hoc loco vertit ὁ ποιμανῶν, perpetuò. Regimen ad hanc quidem propriè vitam ſpectat vel paſtoris officium, quòd τὸ ποιμαίνειν ſignificat; ſed refertur ad conſecutionem æternæ vitæ, ubi adhuc Rex noſter ac paſtor erit alia quadam ratione idem Chriſtus. Perpetuitatem Eccleſiæ hinc videntur probare quos antea

a Deut. 32.8
b Joan. 14.2
c Act. 13. 48. Gal. 2.8
d 1. Cor. 12.9
e 1. Cor. 2.2.
f 1 Cor. 2.7.
g Heb. 5.12.
h Gal. 6.1
i 1. Cor. 9.19. 20. 21. 22
De Chryſ. ſcripta circa dictionis temperationem.
k Ep. decr. c. 11.
l Epiſt. 1.
m Pſ. 77. 6.
n Tuſcul. 1.
o Joan. 17. 20.
p Pſ. 17. 20.
q Mat. ad. 26
r Pſ. 12. 39.
s Pſ. 102. 29 & 3. 36. 38
t Epiſt. 2.
u c. 25. 9. & 35. 4.
x l. 3. cap. 27
y Mat. ult. 20

tea citavimus, Julius & Gelaſius ſummi Pontifices. Hieron. transfert, *ipſe erit dux noſter in morte*, aut, recitat Lyranus, *uſque ad mortem*. Alii, *ipſe deducet nos uſque ad mortem: vel, juxta mortem:* vel, pedetentim ut pueri diriguntur matribus: vel, in diebus noſtræ percuſſionis: vel juvenili ætate nos præcurrabit: vel ducet ductu occulto, ideſt, præſtantiſſimo; & ſuaviter, ut Lyranus de Hebræis refert, nempe ut pueri tractari ſolent: vel ſicut à pueritia, ideſt, à principio, quando eligit nos ac in ſuam accepit protectionem. Chaldæa Paraphraſis exponit, *in diebus pueritiæ noſtræ*, ſupplendo (ſicut) כביומי טליותנא *chiviome taliuthana*, Hebræa modo ſic ſe habent נהגנו על מות הוא *hu ienaghenu hhal muth*. Verbum נהג *nahag*, eſt *ducere* ac *deducere*, ut pecus paſtor minitre, mater nutrixq; infantem dirigere ſolet, & ad gubernationem transfertur, ſicut & paſcere: quod hoc loco Græcè ποιμαίνειν dicitur.

Ultimæ duæ dictiones ſignificant propriè *ſuper, iuxta, in, ad uſque, ad* (quod aliter dicitur עד *hhad*) *mori*, ideſt, uſque ad mortem. Agellius עד *hhad*, lectum ſuſpicatus, interpretatur de Chriſto qui uſq; ad mortem propriam rexerit nos, ideſt, hac de cauſſa mori voluerit. Nec opus id ſuſpicari quum על *hhal*, idem valere poſſit quod סר *haad*, nec ita benè de morte regentis exponitur ac eorum qui ad illam uſq; reguntur. Quia verò totum vitæ ſpatium quandoq; per ſæculum, & æternum etiam circumloquimur, præterea quia poſt mortem ſupereſt æternus ſtatus immortalis animæ, idcirco etiamſi LXX. legiſſent cum disjunctione על מות *hhal muth*, rectè vertere potuerunt, *in ſæcula*. Significat integrum vocabulum על מות *hhal muth*, *pueritiam*. Fortaſſis legerunt LXX. עלמים *hholamim*. Aliæ interpretationes minus probabiles ſunt, quia recedunt magis ab Hebræo textu, ſive voces diſtinctæ retineantur, ſive componant unicam. Hoc tempore codices Hebræi emendati habent ſejunctas dictiones, quamvis Lyranus Hieron. reprehendens, affirmet in omnibus Bibliis Hebraicis quæ vidiſſet, unicam fuiſſe. Quod etiam *hhalmuth*, ſæcula ſignificare, equidem non invenio, quamvis R. Abraham id aſſerat de עילמת *hholamith*, vel potius עולמות *hholamoth*. Eximium & palmare beneficium regere uſq; ad mortem, regere in ſæcula, in morte non deſtituere, perſeverantiæ donum largiri, unde pendet poſt mortem æterna felicitas. *Domini Domini* ſunt felices iſti *exitus mortis*, utpote qui Deus etiam eſt *ſalvos faciendi* a.

a Pſ. 67. 21

Pſalmum totum myſteria omnia Chriſti continere commodè poſſe ex dictis elicitur. Per ſe magnus fecit ſe parvum incarnatione ac nativitate, hacq; de cauſſa laudabilem nimis, quem laudarent aſtra, tum Angeli, tum novæ ſtellæ atq; paſtores & Magi: fundata eſt Eccleſia ab ipſo qui eſt ſimul *fundamentum*, ut Apoſtolus *b* loquitur, *exultatione univerſæ terræ*, quando evangelizarunt Angeli gaudium magnum pro *omni populo* c: cognitus in domo præſepii quum id ſuſcepit ſeù ſuſcipi eo dignatus eſt ab iis quos dixi, & à bove aſinoq; *d*: *Reges congregati & convenientes in unum*, Magi fuere, nec non Herodes cum Principibus Jeroſolymitanis, & urbe tota, Magis viſa ſtella, & perturbatione aliorum mirantibus, & aliquantulum conturbatis commotiſq; ſed aliis multo magis ac Herode prætertim: *dolores parturientis* fuerunt, & in eodem Herode, & ob ſævitiam illius in matribus, quarum occidit infantes, ſed *in ſpiritu vehementi* contrivit Deus *naves Tharſis*, ideſt, conſilia Herodis, diùque poſteà omnium Chriſti & Eccleſiæ perſecutorum, miſſo etiam Spiritu Sancto Per hunc, & antea per Chriſti præſentis vitam, doctrinam, mores, miracula, mortem, reſurrectionem, aſcenſionem, quæ prius prædicta erant, viſa ſunt aut magis expreſsè cognita, licèt per fidem: ſuſcepta miſericordia Dei eſt *in medio templi* à Simeone, & Anna: ſecundùm nomen Jeſu quod eſt impoſitum in circumciſione, & ſic & laus ejus tamquam *olei effuſi in fines terræ*: *juſtitia plena* fuit *dextera* ejus quum legem circumciſionis & alia quæ injungebat, obſervavit: lætata eſt Eccleſia univerſa propter judicia ipſius in univerſo redemptionis, & gubernationis ejuſdem opere: circumdederunt, & complexi ſunt Eccleſiam tum eorum qui audientes variis linguis loquentes diſcipulos, mente confuſi ſunt, tùm deinde prope infinitorum qui

b 1. Cor. 31. 11

c Luc. 2. 10.

d Iſai. 1 3.

aſeſe aggregaverunt ad eam; id autem facta eſt opera narrantium prædicatorum tùm primorum, tùm conſequentium, ita ut omnes admirantes tam egregium, magnificum, inſtructum ædificium Eccleſiæ, prorumpant in lætum epiphonema, *quoniam hic eſt Deus Deus noſter in æternum & in ſæculum ſæculi, ipſe reget nos in ſæcula.*

PSALMUS
QUADRAGESIMUS OCTAVUS.

1. In finem, filiis Core, Pſalmus.

2 AUdite hæc omnes Gentes: auribus percipite omnes, qui habitatis orbem.
3 Quique terrigenæ, & filii hominum: ſimul in unum dives & pauper.
4 Os meum loquetur ſapientiam: & meditatio cordis mei prudentiam.
5 Inclinabo in parabolam aurem meam: aperiam in pſalterio propoſitionem meam.
6 Cur timebo die mala? iniquitas calcanei mei circumdabit me.
7 Qui confidunt in virtute ſua: & in multitudine divitiarum ſuarum gloriantur.
8 Frater non redimit, redimet homo: non dabit Deo placationem ſuam.
9 Et pretium redemptionis animæ ſuæ. & laborabit in æternum, 10. & vivet adhuc in finem.
11 Non videbit interitum, quum viderit ſapientes morientes: ſimul inſipiens, & ſtultus peribunt.
Et relinquent alienis divitias ſuas. 12 & ſepulchra eorum domus illorum in æternum.
Tabernacula eorum in progenie, & progenie: vocaverunt nomina ſua in terris ſuis.
13 Et homo quum in honore eſſet, non intellexit: comparatus eſt jumentis inſipientibus & ſimilis factus eſt illis.
14 Hæc via illorum ſcandalum ipſis: & poſtea in ore ſuo complacebunt.
15 Sicut oves in inferno poſiti ſunt: mors depaſcet eos.
Et dominabuntur eorum juſti in matutino: auxilium eorum veteraſcet in inferno à gloria eorum.
16 Verumtamen Deus redimet animam meam de manu inferi, quum acceperit me.
17 Ne timueris quum dives factus fuerit homo: & quum multiplicata fuerit gloria domus ejus.
18 Quoniam quum interierit, non ſumet omnia: neque deſcendet cum eo gloria ejus.
19 Quia anima ejus in vita ipſius benedicetur: confitebitur tibi quum benefeceris ei.
20 Introibit uſque in progenies patrum ſuorum: & uſque in æternum non videbit lumen.
21 Homo, quum in honore eſſet, non intellexit: comparatus eſt jumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.

TITULUS.

Verſ. 1.) In finem, filiis Core, Pſalmus.

NIl nos moratur titulus, tot aliorum titulis præcedentium Pſalmorum ſimilis.

ARGUMENTUM.

PAræneticus eſt hic pſalmus, ad inſana vitanda vanitatis ſtudia, opumq; deſerendam comparandarum nimis anxiam curam, quas non liceat hinc ſecum auferre, neq; per eas mortem effugere, moriendive neceſſitatem redimere, quin poſt diſceſſum ex hac vita, vix etiam ſepulchrum pro ædibus obtinendo: ſed poſt abitum ex hac ipſa, ſuperſit miſeris illis damnatio; his qui dum vixerunt, virtutem ſectati fuerunt, fœlicitas æterna. De judicio quidem finali Pſalmum eſſe concedi poteſt, non propterea tamen, quod Græci volunt, quia ſint in titulo voces illæ, *in finem*, vel, *victori*, nempe Chriſto, quoniam hæc alium uſum habent, extantque in plurimis aliis Pſalmis, quorum conſtat non eſſe argumentum. Admittimus item cum Auguſtino ex occaſione reprehendi reprehenſores providentiæ divinæ. quòd ſinat Deus in hac vita vigere, & florere improbos & bonos opprimi. Poſtremò eſt etiam verum inſeri mentionem de infœlici conditione totius generis humani propter peccatum, ita ut brutis homines evaſerint ſimiles; & quòd malo tanto remedium, niſi per Chriſtum Redemptorem adhiberi non potuerit. Innuit Latini materiam iſtam Pſalmi, præſertim Ruffinus, Caſſiodorus, Arnobius, Beda, Haimo. Idem tamen Beda tradens argumenti rationem primam, ait, vocem Eccleſiæ iſto Pſalm. contineri ſuper Lazaro, & divite purpurato; congruit ſanè Pſalmus totus utriq; peraptè.

Verſ. 2.) Audite hæc omnes gentes: auribus percipite omnes, qui habitatis orbem.

Verſ. 3.) Quiq; terrigenæ, & filii hominum, ſimul in unum, dives & pauper.

DIvitiarum contemptus, judicium, futuræ ſtatus æternus vitæ, humanæ naturæ generalis corruptio redemptioq; quibus de rebus hic agitur, exigit profectò magnam omnium, ad quos iſta pertinent, attentionem; nullo prorſus à tam communi & neceſſaria doctrina excepto. Idcircò invitantur ad audiendum omnes, ſummi, infimi, pauperes, divites, nobiles, obſcuri *a*. Moſes de præmiis, ac ſuppliciis dicturis, cœlos, ut audiant, conteſtatur, terrarumq; Salomon etiam Eccleſiaſtem claudens *b* ſententia de judicio, Eum qui quum tam multi loqui, adeoq; multos ad audientiam poſcit, Baſilius paracletum ſpiritum veritatis ait eſſe, opera, utentem Prophetarum & Apoſtolorum; Chryſoſtomus ac Theodoretus, Apoſtolum aliquem, vel Evangeliſtam Auguſtinus, prædictionem indicari vult, orbe toto recitandum fuiſſe hunc Pſalmum. Quæ tandem ſpecula, inquit Baſilius, univerſæ terræ tantum ſuperveniet, ut ex ea cunctæ videri gentes è ſublimi arce, & univerſus orbis oculis luſtrari poſſit. Quis adeo exerta ac præpotenti voce præditus præco; qui inclamare queat, quod à tam multis auribus exaudiatur? Quis locus adeo capax eſt, ut recipere queat tantam ad concionem adventantium turbam? Quantus deniq; & & quali præditus ſapientia eſſe debet doctor, ut doctrinam excogitet, & invitat tanto cœtu nihil indignam? ſic ille. Unde colligat qui placet ſibi in turbis nationum Eccleſiaſtes, ſi ſuppetat quod tanta concione dignum proferre utiliter poſſit. Expalleat coram tam multis dicere, bonorum oratorum exemplo: dicere quoq; apud pancos paratus ſit, quum oportebit; quando, & Chriſtus ipſe Samaritanam ſolam ſolus inſtituere non dubitavit *c*, vicos & caſtella obire *d*, piſcatores: ac idiotas docere, & facilem, ſimplicem, obviam, intelligibilem per parabolas doctrinam cunctis proponere, ut ex hoc loco Chryſologus confirmat *e*. Bonus doctor, ait Caſſiodorus, ad audiendum omnium ſtudia concitat; Adde quod omnes, quibus perſuadere, ac prodeſſe vult, magnifacit, ſpernit neminem.

a Deut 31.12
b Eccl. ult. 13
c Joan. 4.7 & ſeq.
d Luc. 8.1.
e Ser 99.

Audite hæc.) Alius apud Chryſoſt. in numero ſingulari, *Audite hoc*, Chald. *nuncium iſtud* אחויתא הא *achauartha da*: *hæc* autem pronomine demonſtrativo dicit, quum nihil dixerit, quia ſolet ſcriptura quæ paullò poſt dicenda ſunt, tamquam jam dicta demonſtrare, ſic apud Matth. *f* habetur, quòd *ſolverit unum de mandatis iſtis minimis*, *minimus vocabitur in regno cœlorum*, non de mandatis legis veteris, de quibus proximè antè actum fuerat, ſed novæ de quibus paullò poſt. Scripturæ mos. f c. 5. 16

Notavit hoc Auctor operis imperfecti *g*, citans, quoq; præſentem locum. Porro quaſi Deus ipſe ad audiendum hìc invitet, Auguſt. auditores ſuos ſic alloquitur: ad quem Pſalm. quomodo intentam ego faciem ſanctitatem veſtram, niſi ipſe vos faceret omnes intentos? Simili exordio planè ſimplici uſus eſt David Pſ. LXXVII. Moſes *h*, Iaias *i*, Joel *k*, Micheas *l*. Sed divino ſpiritu loquente per ipſos certi erant, ſe fflatos, idq; ipſum præfabantur. Nos nec de nobis id experimur, nec tali valemus auctoritate, ut adeo jejunè, vel emphaticè loqui valeamus abſq; exordio, atq; inſinuatione. Omnium magiſtrum præcepit Pater, abſolutè, ut omnes audirent *m*.

g Hom 10. in Matt
h Deu. 17.1.
i c. 12.
k c. 1. 2.
l c. 1. 2.

Omnes gentes.) Hieron. *omnes populi* כל-עמים *chol hahhammim*, πάντα ἔθνη. Eodem fere pacto Micheas inchoat; *Audite populi omnes*, *& attendat terra*, *& plenitudo ejus*. Quamvis verò πάντα ἔθνη pro gentilibus, ac infidelibus diſtinctis à Judæis accipiatur quandoq; non ſemper tamen, ut aliquoties annotavimus. Immo nec גוים *goim*, quod eſt etiam talium nomen etiam magis ordinarium. At עמים *hhammim populos quoslibet* ſignificant, quocirca in vocibus ἔθνων, & *gentium* in illa magis anguſta notione non adeo vis magnam facienda. Nihilominus diſtinctio, quam obſervavit Euſebius, & Baſilius, notatu digna. Tria docent verſibus hiſce duobus vocatorum eſſe conjugata, in quibus omne hominum comprehendantur genus. Et quidem gentes eſſe illos qui ſunt alieni à fide (Paganos Caſſiodorus, idem de primo hoc ſentiens membro, vocat.) & tamquam peſſimos primo loco hìc cominari, honoreq; aliis præferri, & præ aliis utilitatem à medico accipere, qui deterius habebant. Auguſt. Ruffinus, Thomas, & alii, malos quoscumq; hìc deſignari volunt; ſed probabilius eſt, pes omnes Gentes intelligi omnes homines, ut nemo trepidet, nemo deſperet, inquit Ambroſius, ubi nullus excipitur, ſed omnis anima invitatur ad gratiam. Nyſſenus *n* vult innui concordiam Eccleſiæ, quæ ſit veluti *labii unius*. m Mat. 17. 5
n Tr. 2. in Pſ. 12

Auribus percipite.) Diſcrimen Ambr. Auguſt. aliiq; afferunt, quaſi hoc ſit plus, quàm audire, nempe non tranſeunter. ſed auribus cordis, & ſpiritalibus, quas exigebat Chriſtus, quum diceret *o*, *qui habet aures audiendi*, *audiat*. De his formulis jam *p* alibi prius egimus: negari non poteſt, quin, quod etiam Chryſoſt. notat, ἐνωτίσασθε non importet attentionem majorem, & quaſi applicationem aurium ad os loquentis. Eadem ratio de Hebræo האזין *haazin*.

o Mat. 11.
p Pſ. 5. 2. Pſ. 16. 2.

Omnes qui habitatis orbem.) Hieronymus in bibliis Regis, & apud Trevetum auctorem ſatis antiquum, *univerſi habitatores orbis*, ſed in editione Mariani Victoris & apud Thomam Aquinatem, *univerſi habitatores occidentis*: qua ratione vertiſſe Aquilam & Symmachum teſtis Euſebius οἱ κατοικοῦντες τὴν καταδυσιν, & Chryſoſtomus tacito nomine refert alium tranſtuliſſe, τὴν καταδυσιν, alium τὴν ἐγκαταδυσιν. Putat. Thomas juxta verſionem illam Hieronymi videri prophetiam eſſe, qua fides Chriſti præcipuè viget, inquit, in populo occidentis: in Aquilonari ſunt adhuc multi gentiles, in orientalibus multi ſchiſmatici, & infideles. Id nonnulli etiam indicatum putant, quum Chriſtus in cruce faciem converſam habebat verſus occidentem. Hebræa vox eſt חלד *cheled*, Græca, οἰκουμένη, De hac dixi Pſalmo XVIII. *q* ac retuli quæ hoc loco Ambroſius differit, ſcilicet, ὁ οἰκούμενος, quam Latinè diceremus, *inhabitatam terram*, eſſe ſanctam Eccleſiam, templum Dei, & habi-

q verſ. 5.

habitaculum Chriſti: orbem terræ Latinos nuncupare, eo quod vita ſanctorum qui habitantur ab ſpiritu, ſicut rota in orbem ſine nulla curſus ſui offenſione volvitur.

Myſtico quoque ſenſu Auguſtinus ejuſque ſectatores docent, ſpirituales hìc dici *habitare terram*, quia non tenentur, habitantur, poſſidentur, reguntur ab ea, nec habitant *in tabernaculis peccatorum*, ſed elegerunt *abjecti eſſe in domo Domini* a, ut in hac malint eſſe ſubditi, quàm regnare illis. Ad hunc modum habitatores orbis opponuntur gentibus, ſicut juſti injuſtis; aut, quod placet Baſilio, Chriſtiani infidelibus: aut, ut ait Caſſiodorus, utrique utriſque. Propius ad litteralem Chryſoſtomus accedit ſenſum, ut habitatores orbis comprehendant etiam illos, qui non referuntur in numerum gentilium, & nationum, quæ ſcilicet vulgo cognitæ ſunt tamquam certis in provinciis commorantes, ſed ſunt homines mixti, & diſperſi, ut Nomades. Hi ſunt homines vagi, paſcendis fere gregibus, quod eſt νόμων, intenti, deſertis in locis, ac depaſtis uno in loco herbis, tranſvehentes alio curribus papiliones ſuos, à quibus ſive à ſcenis cognominati ſunt etiam *Scenitæ* b. Favet Theod. docens nomine *gentium* deſignari manſuetiores, per *habitantes orbem*; agreſtiores: ut & per *terrigenas* poſteriores, priores per *filios hominum*: illos omnium agreſtiores, ait eſſe, quos *amaxobios* nominant, degentes in curribus, vel, qui pro domibus utantur umbraculis. Cum iſtis conjungere poſſemus quos appellant Cingaros vagabundum hominum genus, nec ullo conſiſtentium loco.

a Pſ. 83. 11.

b Pl. l. 6. c. 28

Simplicior ſenſus litteralis eſt, ut ſint iidem omnes habitatores orbis, & omnes gentes. Nam οἰκουμένη, eſt *habitabilis terra*, חלד *cheled* mundus, orbiſque qui inhabitari ſolet, ſeu tempus, & ſæculum, in quo vivunt homines quaſi voces illos temporales, ſæculares, & quia de mundo dicitur ſæculum, mundanos eo ſenſu, quo ſe Socrates appellabat mundanum, ideſt mundi totius incolam. Paraphraſis Chaldæa expoſuit *habitatores* ארעא *arrha*, *terræ*. Per illas alias voces Græcas καταδύσεως, vel καταδύσι, vel ἐγκαταδύσεως, ut vult collector notionum in biblia Sixtina, ex editione LXX. denotari civitates, pagos, domos, in quas homines καταδύσιν, ideſt, ſubeunt, ac ſe tegunt ii, qui in ipſis habitant. Latibulum, & receſſum ſignificat etiam, in quem quis ſe recipit, καταδύσις huc forſan reſpexit Chryſoſtomus, & ad agreſtiores homines. Occidens, etſi Græcè dici poſſet καταδύσις minùs propoſito convenit.

Quique terrigenæ, & filii hominum.) Hieronymus, ut habetur in bibliis Regiis, & apud Trevetum, *tam filii Adam; quàm filii viri*, vel, ut recitat Thomas, ac Bredembachius, & eſt in editione Victorii, *tam filii Adam, quàm filii ſingulorum*. Sic Hebraicè איש גם ב יאדם גם בכי *gam bene Adam, gam bene iſch*: Ubi Adam eſt nomen appellativum, ſicut homo & quemadmodum homo ab humo, ita dicitur Adam ab argilloſa, limoſa, rubra terra, ut aliàs docuimus. Vir autem eſt *iſch*, licèt ſynonyma periæpe ſint prioribus, & *iſch*, non raro ſit idem quod unuſquiſque: tamen in antitheſi ad illa denotant nobilitatem ac ſtrenuitatem; quam antitheſim verſio Hieronymi primo modo non præ ſefert. Significantur ergo hoc loco tùm plebei filiique hominum ignobilium, tùm nobiles, ac filii nobilium, ſive magnatum & potentum; denique imi, ſummi; quemadmodum oppoſiti *filiis hominum filii Dei* c, denotant juſtos contrarios injuſtis. Septuaginta per γηγενέως bene declaraverunt qui ſint hoc loco *filii Adam*, ſicut interpres Latinus per *terrigenas*. Vertunt iidem illi aliàs *d* υἱὸς ἀνθρώπων, quos hìc reddiderunt ſecundo loco; etiam ſi ibi Hebraicè בנו ארם *bene Adam*, ſicut in præſenti verſu. Ut fixum diſcrimen non ſit, nec *filium hominis* in bonam partem, *filios hominum*, in malam accipi: nec *filios hominum*, pro nobilibus ſumi; etiam ſi concedamus talem notionem nunc habere: lege dicta Pſal. IV. *e* ubi *filii hominum* υἱοὶ ἀνθρώπων dicuntur איש בני *bene iſch*. Paraphraſtes ut proprium nomen Adam interpretans, exponit, *tam filii Adam antiqui, quàm filii Jacob*. Nebienſis ex midras thehillim refert, per *filios Adam* intelligi filios Noe, qui vocatus eſt homo juſtus, vel Abraham, qui homo magnus; per *filios iſch*, filios Iſmael, aut ſeptuaginta populos, qui deſcendunt

Adam unde ſic dictus.

c Gen. 6. 2.

d Pſ. 8. 5. Pſ. 11. 2. 9. Pſ. 10. 4. Pſ. 13. 2. Pſ. 20. 11. Pſ. 30. 20. Pſ. 32. 13. Pſ. 35. 8. Pſ. 44. 3. & in poſterior. aliis. e v. 3.

A in gehennam, idem legi apud Galatinum *f*; ſed ad litteram ideſt, quod ante dixi. Chryſoſtomus, Euſebius, Baſilius, Theodoretus recitant Symmachum tranſtuliſſe, ἅτε ἀνθρωπάρεσκος, διὰ πρωτόπλαστον καὶ τοὺς ἐκείνου ἀνδρὸς, *ipſa humanitas, humanave natura, & præterea etiam filii cujuſque viri*, ita ut ſecundum ſit expoſitio primi, & ἀνθρωπάρεσκος *univerſitatem hominum omnium* deſignet. In libr. Sapientiæ *g* nominatur πρωτόπλαστος γηγενής, primus auctor aliorum paterque hominum Adam, at non is nunc Evaque hìc intelligitur, ut Theodoretus rectè monet; quia non, inquit, admonent Apoſtoli eos, qui jam mortui ſunt, ſed illos, qui adhuc vivunt.

f Gal. l. 6. c. 7

g c. 7. 8.

Porrò idem Chryſoſtomus, ac Baſilius, notant, tali nomine *terrigenarum*, revocataque in memoriam vilitate originis communis compeſci auditores, ut ad excipiendam ſapientiam accedant contriti, compoſiti, ab omni faſtu, ac tumore liberi, ceterum terrigenas auctor quum nominaſſet, quaſique *filios terræ*, ne quis credere ab initio è terra homines pullulaſſe, ac ſatos nonnullos fuiſſe, addidiſſe mox, tales eſſe filios hominum. Attigi nonnihil de hac fabula, erroreque ad c. 2. *h*. Sapientiæ. Lege etiam de noſtris Pererium *i*, & Conimbricenſes *k*. Tritum profanis quoque ignobiles ac plebejos, obſcuro ignotoque genere natos *terræ filios* nuncupare. Quamquam etiam gigantes velint intelligi, ut nonnullis teſtimoniis oſtendit hoc loco Bochius. Rurſum Baſilius in homilia vocatorum conjugationem ſecundam, videlicet myſticè agendo, tradit eſſe terrigenarum, qui terrena ſapiant; voluntatemque carnis mordicus retineant, & complectantur; filiorum etiam hominum, qui honeſtiores longè, diligentiam quamdam, & exercitationem rationis habeant, quia competit homini rationis capacem eſſe. Fratrem imitans Nyſſenus *l*, ait, primos eſſe carnales, alios electos, qui characterem humanæ naturæ in ſe continent: Idem fere Latini recipiunt, nempè *terrigenas filioſque terræ*, peccatores eſſe, qui requirunt hæreditates terrenas, *filios hominum*, juſtos, qui pertinent ad filium hominis Chriſtum, non ad Adam, qui, ut obſervat Auguſtinus, homo, ſed non filius hominis fuit, vel, qui ſunt, ut ait Remigius, imitatores prophetarum. Videtur Ambroſius, *terrigenas*, ac *filios hominum* eoſdem facere, opponit enim ſpiritalibus, atque filiis Dei, & ex Deo natis.

h v. 2.

i l. 8. *de rer. nat. princ. c.* 16.

k *in de calo, & 3. q 6. c. 3.*

l *Tr. 2. in Pſ. c. 11.*

Simul in unum dives & pauper.) Omiſit Hieronymus *in unum*: nec legit Chryſologus *m*: & Hebraicè tantum eſt יחד *jachad*, ſignificatque *in unum & ſimul*, unde quod alium Chryſoſtomus meminit ἅμα expoſuiſſe, quod eſt *ſimul*; irrepſit fortaſſe in textum Græcum, in quo dumtaxat habetur ἐπὶ τὸ αὐτὸ, quod verti etiam ſolet, *in idipſum*. Chaldaicè *ſimul mundus*, & *profanus*, myſticè magis, quàm litteraliter, ſicut & quod Rabini exponunt in midras, de peritis in lege, & de illis qui quum poſſent, nolunt eam diſcere. Ad eumdem ſpectat ſenſum tropologia de humilibus, & ſuperbis, quos, inquit Auguſt. in corde interrogat Deus, non in arca, & domo; & æquales eſſe poſſunt qui pecunia habent, iis, qui non habent, ſi non ſuperbè ſapiunt, juxta præceptum Pauli *n*. Documentum colligunt Baſilius, Theodoretus, Chryſoſt. Ambr. alii, ut in humilitatem quamdam, æqualitatem, nos provocet divitis, & pauperis facta vocatio, ut neq; dives faſtidiat inopem, neq; diviti pauper invideat, ſed utrumque ſibi gratia una connectat, quia & Dominus pauper factus eſt: *quum dives eſſet* o, ut idem pauperum ſalvator eſſet, & divitum. Idem eſt de divite pro peccatore, de paupere pro quovis juſto, ut explicat Caſſiodorus: pro libero, & ſervo, ut Hieron. & Bruno Herbipolenſis. Omnes unum ſunt in Chriſto, ac pro quibus æquè ille ſe tradidit, iis ex æquo remedia ſaluti neceſſaria exhibuit, nullo ſcilicet repudiato, qui ſalutem conſequi non poſſit. Celebre exemplum Oſualdi Mulſeri, qui quòd nollet communi laicorum hoſtia in communione contentus eſſe, ſed majorem qua ſacerdotes celebrantes utuntur requireret, miraculosè repreſſus eſt *p*. In eumdem Chriſtum conveniſſe divitis & pauperis conditionem propter conjunctionem divinæ ac humanæ naturæ in unam hypoſtaſim Verbi, ſenſu accommodatio interpretatur Caſſiodorus *q*, Petrus Damiani, & alii præterea nonnulli. Quòd ſi quis, ut litteralem ſenſum, proponeret, Cantapretenſis *r* mereretur

m *Serm. 99.*

n *1. Tim. 9. 17*

o *2. Cor. 8. 9*

Communi laicorum hoſtia quidam non contentus miraculoſè repreſſus.

p *Tilmam. Bred. colla. Sac. l. 1. c. 52*

q *Ser. de Ep. r 6. Hyp. c. 1. col. 419.*

repre-

reprehenſionem, qui alia ſimilia obſervat parum ſolidè & decorè à nonnullis producta. Nec inelegans tamen tropologia Hugonis, attribuentibus *Gentibus* luxuriam; avaritiam *habitantibus orbem*, *terrigenis* tamquam gigantibus, ſuperbiam; *filiis hominum*, ideſt Adam, & Evæ inobedientiam. Ferri quoque poteſt quod idem, & ante illum Haimo, Bruno, Carthuſianus, poſteaque Ayguanus, & alii notant, in unum convenire divini verbi auditores debere, non locum dumtaxat, ſed, ac multo magis in concordiæ unitatem, ſicut ſub Nehemia *congregatus omnis populus* dicitur *quaſi vir unus* ad audiendam legem *a*: nam qui concordiam non ſervat, non diligit proximum, & idcircò nec Deum, propterea verbum illius libenter non audit. Ad litteram *divitis* ac *pauperis* mentio nominatim facta eſt, quia de iſtis Pſalmo ferè toto agetur; ut Haimo annotavit.

a 2. Eſd. 8. 1.

Verſ. 4.) Os meum loquetur ſapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam.

Verſ. 5.) Inclinabo in parabolam aurem meam, aperiam in Pſalterio propoſitionem meam.

PRoponit auditoribus, magis dicturum ſe de rebus: quo ipſo modo Filius Prophetæ noſtri præfatur longa ſatis oratione, Sapientiam loquentem inducens. b Igitur profitetur ſe veræ ſapientiæ prolaturum verba, nec temerè: ſed ex accurata & attenta conſideratione, quæ ad prudentiam vitæ agendæ neceſſariam conducant; item ſe quæ locuturus ſit, ſedulo priùs, quaſi ſuggerente ipſomet Deo in aurem, excepturum, tamquam parabolicum, abſtruſumque ſermonem, aut ſibimet clara voce recitaturum, ut diligenter expendat: tùm demùm apud alios evulgaturum, & propoſiturum ænigma illud ſuum, ſeu problema, non formato dumtaxat per os, ac bene articulato ſono, verum etiam, quo jucundius percipiatur, cum inſtrumento muſico: aut certè ſe velut inſtrumentum, quod pulſatur, linguam Deo calamumque permiſſurum, nec niſi quæ ab illo acceperit, elocuturum. Conveniunt ferè omnes in hoc ſenſu, ſed aliquid de ſingulis verbis dicendum.

b Pr. 21. uſque ad 32.

Os meum loquetur ſapientiam.) Hieronymus, *ſapientias* חכמות *chochmoth*. Sed pluralem numerum non ita fert ulus linguæ Latinæ, & Græcæ. Alia exempla nominis Hebræi in numero plurali extant in proverbiis c. Chriſtum *qui factus eſt nobis ſapientia* d, Hieronymus, Caſſiodorus, & alii exponunt, quem ſe locuturum Propheta dicat. Sed & myſteria omnia per *ſapientiam* accipit Ruffinus, & Caſſiodorus, ut per *prudentiam* inſtructionem de moribus, quas res duas ſermo comprehendit divinus, ſive quam vocat ſapiens e ſapientiam, diſciplinam, verba prudentiæ, eruditionem doctrinæ, juſtitiam, judicium, æquitatem, aſtutiam, ſcientiam, intellectum. *Hæc eſt veſtra ſapientia*, dixit Moſes f, *& intellectus coram populis, ut audientes univerſa præcepta hæc dicant: En populus ſapiens & intelligens, gens magna.*

c 1. 3. 20. c. 9. 30. c. 24. 7.
d 1. Cor. 1. 30
e Pr. 1. 2. 3. 4.
f Deut. 4. 6.

Et meditatio cordis mei.) Nempe loquetur; dicitur enim, *& cor loqui & os meditari*, ut aliàs vidimus: poteſtque hoc loco meditatio הגות *haguth*, ἡ μελέτη, *ſermonem* ſignificare ſaltem ſubmiſſionem, ut etiam alibi diximus. Id in ſcholio quodam optimè declaratum eſt, καὶ μυνσίσει ἡ καρδία μου σύνεσιν, *& ſubmurmurabit ſuccinetve cor meum prudentiam*, ſive *intelligentiam*, interpretatur Auguſtinus de vena cordis manantem ſermonem, non labiis prolatum ſolis: *os* enim *ſapientis in corde ipſius* g. Admonemur, ait Ambroſius, non tumultuarium proferre ſermonem ſed exercitio quodam meditationis, & ſtatera mentis internæ examinare dicenda. Oratori Eccleſiaſtico longe magis neceſſaria dicendorum præmeditatio, & exercitatio, quàm politico, cui has duas res adeo neceſſarias eſſe dicendi magiſtri traditis præceptis multis docent: & ſuomet ſummi oratores confirmaverunt exemplo. Dat Deus quæ ſui loquantur, non in perſecutione tantùm, ſed etiam in docendi munere: ſed hoc præſertim, dummodo, quod in ſe eſt, doctor faciat. Chriſtus ipſe quaſi ſeſe compararet ad concionandum, non totos triginta ſolùm expectavit annos, ſed à baptiſmo ſtatim ſeceſſit in deſertum, ibique quadraginta integros dies rebus divinis meditandis dedit operam *h*, *Hominis eſt animam præparare*, & *Domini gubernare linguam* i. Illud tamen etiam cum Domini ejuſdem gratia, ut Auguſtinus *k* admonet, quamvis membrum alterum (legens in primo *cor* pro *anima*) ſic recitet, (& à Domino reſponſio linguæ,) intelligatque de lingua Domini, quæ cordi ad audiendum præparato, quid ipſo loquatur *l*, reſpondeat: ſed ſimplicior illius loci ſenſus, poſſe hominem quidem cogitare apud ſe, ac proponere quid ſit loquuturus, etſi non ſine gratia divina, at abſque ejuſdem auxilio Dei non poſſe quod loqui propoſuerit, ut oportet, eloqui. Baſilius hinc elicit qui ſapientiam corde conditam habeat, ore quoque promere ad aliorum utilitatem debere, quia *ſapientia abſconſa, & theſaurus inviſus, quæ utilitas in utriſque* m?

g Eccl. 21. 26
h Matt. 4. 1.
i Pr. 16. 1.
k 2. contra duas ep. Pel. c. 8.
l Ecc. 20. 32
m Ecc. 20 32

Prudentiam.) Hieronymus, *prudentias*, ut paullo ante *ſapientias* חכמות *theuunoth*: qui numerus pluralis paullo infrequentior Græcè Latinèque quàm nominis præcedentis, *ſapientia*; Sapientia præſentis temporis ad prudentiam, uſum, opus, mores ferri debet. Scripſit Sapiens *n*, quòd *Sapientia eſt viro prudentia*, πίκτει φρόνησιν, *parit prudentiam*. Sed in hoc Pſalmi loco ea συνεσις, quæ magis propriè dicitur Latinè *intelligentia*, ut legit etiam Auguſtinus. *Syneſim* o Ariſtoteles habitum à prudentia diverſum facit, ſed qui hanc comitetur, & per quem benè perſpiciamus, ac intelligamus judicando, quæ à prudentia jam ſunt inventa & præcepta, ut fiant: an juxta regulas prudentiæ, benè fuerit judicatum, vel præceptum. Nam habet ſe ſyneſis, ut ait idem Philoſophus, quemadmodum in diſcipulo perſpicacitas ad rectè intelligendum, ac judicandum ea, quæ magiſter docet, opponiturque tarditati, ſeu hebetudini. At voces confunduntur, nec ita ſubtiliter modò ſumitur συνεσις ſed abſolutè pro prudentia, partibuſque ipſius. Junctæ ſapientiæ prudentia ruminationi ſimilis dicitur ab Heſychio; & Didymus ait tunc ſine errore ſapientem ſermonem proferre nos poſſe, quum mentem per prudentiam excitatam habuerimus: Origenes, Euſebius, Theodorus innui hic Apoſtolos loquentes, quos Chriſtus pronuntiatis parabolis interrogabat, an intellexiſſent, & eas illi exponebat p: aperiebat ſenſum, ut intelligerent ſcripturas q. Videtur Baſilius prudentiæ meditationem referre ad utilitatem propriam illiuſmet, in quo eſt; ſapientiæ ſermonem ad alterius bonum: Chryſoſtomus r *prudentiam*, vel potius *intelligentiam* dicendi tribuitur *ad ſapientiam* docendi. Vult vates, ut eſt dictum, ſe, quæ docere velit, ſignificare divinitùs accepiſſe, ac didiciſſe.

n Pr. 10. 23.
o 6. Eth. c. 10
p Mat 13. 18
q Luc. 24. 48
r tom. 3. hom. de Spir. S.

Inclinabo in parabolam aurem meam.) Pſalterium Romanum & Ambroſianum, Gregorius ſ, Iſidorus t, *ad ſimilitudinem*. Caſſiodor. (in ſimilitudinem) Ambroſius, & Hieronymus, *ad parabolam*. Græca vox eſt παραβολὴ: Hebræa משל *maſchal*, quæ reddi etiam potuit, *proverbium*: ſicut Felix fecit. Pſalm. LXIII. u. *Poſuiſti nos in ſimilitudinem in Gentibus*, Græcè legitur, εἰς παραβολήν. Hebraicè משל *maſchal*; Inde repetas quæ huc pertinent: Chryſoſtomus, varias notiones *parabolæ* declarat, ſibique videri dicit hoc loco eſſe narrationem obſcuram, ænigmaticam, multum difficultatis habentem. Ego ex difficultate argumenti paradoxi, & alieni à ſenſu hominum, qui ſuis affixi ſunt commodis, obſcuritatem naſci credo, quum alioqui verba per ſe ſatis perſpicua ſint. Quo pacto, & ſermo Chriſti de ſua paſſione diſertus, & clarus, diſcipulis obſcuriſſimus erat x. Nam ut rectè Antonius y Guevara obſervavit, quia priſci ſententias graviores de moribus, vix umquam niſi ſub variis ænigmatibus & ſimilitudinibus evulgabant, ut Æſopi teſtantur fabulæ, ac ſymbola Pythagoræ, nec pauca in ſcripturis divinis exempla, factum eſt, ut omnis de re tali ſententia licèt parabolica, ſeu ænigmatica non ſit, dicatur tamen parabola, ænigma, proverbium, & ut videre eſt in libro parabolarum Salomonis, hujuſmodi de cauſſa, quæ olim *loricæ* à loco corioque dicebatur, nunc de ferrea dicitur: papyrus priùs ex arbuſcula, modò de contrito linteo, & ita de aliis. Ceterum idem valet, quod alius apud Chryſoſtomum vertit κλινῶ παραβολῇ τὸ ὖς μου, *inclinabo parabolæ aurem*. Similis phraſis Pſ. LXXVII.

s 3 non

q Luc. 24. 48
r tom. 3. hom. de Spir. S.
s Hom. 11. in Eccl.
t de Gen. ad loc. c. 20.
u v. 15.
x Luc. 8. 31. 34.
y Habac.

a verſ. 2.) *a*, non audientis, ſed loquentis; *aperiam in parabolis os meum*, loquar propoſitiones ab initio. Hoc autem loco priùs quàm ſeſe aperiat, loquaturve, ait audire velle quum priùs alios ad audiendum invitaviſſet. Pro doctore, ait Chryſoſtomus, nunc video auditorem; ne quis exiſtimaret eſſe humanum quod dicitur; & ſuſpectam haberet ejus inventionem, aſſerit ſe Deo aurem inclinaviſſe, audiviſſe ab illo, quemadmodum

b cap. 50. 4. Iſaias *b* dicebat, *Dominus dedit mihi linguam eruditam ut ſciam ſuſtintare eum qui laſſus eſt, verbo: erigit mane, mane erigit mihi aurem, ut audiam quaſi magiſter:* & ſecundum LXX. κύριος κύριος δίδωσί μοι γλῶσσαν παιδείας τοῦ γνῶναι καιρὸν λόγου δεῖ εἰπεῖν λόγον, ἐδωκέ μοι πρωὶ πρωί, προσέδωκέ μοι ὦτον ἀκούειν. *Dominus, Dominus dat mihi linguam diſciplinæ, ut ſciam quando oportet loqui verbum, poſuit mihi mane, mane addidit aurem ad audiendum.* Sic Prophetæ ceteri ſibi Domini proteſtabantur factum verbum: Chriſtus quòd, non loqueretur à ſe ipſo, ſed quòd qui miſerat eum pater, ipſi mandatum dederat

c Joa. 12. 48. d 2 Cor. 13. 3 e Act. 15. 28 f c. 3. 17. g Hom. 11. quid diceret, & quid loqueretur *c* Chriſtum Paulus *d* in ſe loqui ſcripſit. Apoſtoli omnes viſum eſſe Spiritui ſancto *e*, & ſibi: *Audies*, inquit Ezechieli *f* Deus, *ex ore meo verbum, & annuntiabis eis ex me:* ubi Gregorius *g* annotat, quòd qui rectè prædicat, priùs aurem cordis loquutioni intimæ inclinat, ut poſtmodum os corporis in propoſitionem admonitionis aperiat: priùs aurem cordis aperit voci Creatoris, & poſtmodum os ſui corporis aperit auribus plebis. Id autem etiam confirmat præſentis loci teſtimonio. Auguſtinus audire eum dicit, poſtea loqui, qui, quod docet, facit, & parabolam pro iſtius vitæ cognitione ſumit *per ſpeculum & in*

h 1. Cor. 13. 12. *enigmate* h. Alium innuunt ſenſum verba iſta, quem vidit Caſſiodorus, Thomas Aquinas, Cajetanus, & alii, ut David præter ea, de quibus dicere ſe velle dixit, cogitare ſe nunc dicat de modo ipſo dicendi, videlicet accommodatè ad captum auditorum; ita ut ipſe ſe priùs dicentem veluti audiat, & verba ipſa perpendat, & ſimilitudines, apertaque propoſitiones excogitet: ut intelligi melius poſſit, facilliuſque proponere. Sic, ut Cajetano placet, *inclinare aurem*, eſt inclinare rem auditam parabolæ atque ad parabolicum dicendi modum. Rurſum Caſſiodorium, magiſtrum ait, & cum illo, ut ſolet, Bruno Herbipolenſis, ſignificare nomine ſimilitudinis, ut quod ad exemplum datur devota æmulatione, Domino præſtante faciamus. Hieronymus vult innui adventum doctoris Chriſti, qui loquuturus eſſet in parabolis, ut proinde ad audiendum & intelligendum ſe David, alioſque ſpiritualiter præparet. Idem colligit ex hoc loco Iſidor. *i*. Chriſtus

i de Gen. voc. c. 20. k c. 13. 35. l verſ. 2. quidem inter alias cauſſas, propter iſtam ſine parabolis non loquebatur ad turbas: quod Matthæus *k* prædictum priùs fuiſſe à Propheta noſtro monet, Pſ. nempe LXXVII. *l*. Poſtremo *inclinatio auris in parabolam* eſt dijudicatio rerum, ac verborum, quæ proferenda erant; unde Job *m*: *nonne auris*, inquit, *verba dijudicat.*

m c. 12. 11. *Aperiam in Pſalterio propoſitionem meam*,) Hieronymus, *aperiam in cithara ænigma meum:* Thomas refert Hebræos interpretari, *divinationem meam*, nullos legi ſic exponentes, nec hujuſmodi notionem Hebræi nominis חידה *chidah*. Pro Pſalterio eſt כנור *chinnor*, poteſtque generaliter accipi pro quovis inſtrumento muſico, ut aliàs docui. Iſidorus legit *Aperiam in Pſalterio ænigmata mea*; Hebræum nomen cum affixo eſt חידתי *chidathi*, & ſi legeremus חידותי *chidothi*, eſſent numero plurali *ænigmata mea*. Vox Græca eſt πρόβλημά, quod Latini quoque *problema* nominant. Refert Chryſoſtomus alium interpretem Græcum ἄινιγμά με vertiſſe. In Pſal. LXXVII. *n*, *aperiam in parabolis os meum, loquar propoſitiones*, Græcè ἐν παραβολαῖς, & προβλήματα: Hebraicè numero ſingulari במשל *bemaſchal*, & in plurali חידות *chidoth*. Propoſitio non eſt enunciatio dialectica hoc loco, ſed obſcurior quæſtio, quæ proponitur ad ſolvendum, ſeu diſquiſitio rei obſcuræ, ac paradoxæ. Talia Reginæ Sabæ, quæ in hiſtoria Regum *o* Græcè Latinèque, appellantur ænigmata, Hebraicè חידות *chidoth*: tale quod Sampſon propoſuit, ut etiam Græcè ac Latinè dicitur problema *p*. Hebraicè חידה *chidah*. In Habacuc *q* præterea: *numquid non omnes iſti ſuper eam parabolam ſument, & loquelam ænigmatum ejus?* pro *parabola* etiam extat Græcè παραβολή.

n verſ. 2. o l. 3. 10. 1. p Jud. 14. 12. q c. 2. 6. A Hebraicè משל *maſchal*, ſed Hebraicè, pro *ænigmatibus* quæ vox quoque. Græca eſt חידות *chidoth*. Suppetunt & alia exempla plura *r*, in quibus interpres *ænigmata* reddidit pro חידה *chidoth* Et quamvis parabolicum quid, ac ſimilitudinis aliquod involucrum contineretur ſecundùm primariam vocem in dictis vocibus; tamen ut ante monui, translatæ & accommodatæ ſunt ad graviores difficilioreſque ſententias. Nam citato Pſ. LXXVII. dicetur populus fugere incredulitatem, ac mores Ephraim, nec non majorum ſuorum qui egreſſi ſunt ex Ægypto, ſed potius imitari alios, qui ſunt ingreſſi terram promiſſionis, & veſtigia David: quia porro doctrina illa ex aliorum deducitur eventis, exempliſque, ibi *parabolæ* vocantur, *problemata*, ſeu propoſitiones: quia rem continet reconditam, & obſcuram illis, qui dicuntur lumine ſolo naturali, & narrat nonnulla, quæ fidem humanam ſuperare videantur. Quæ ratio in præſentem locum ſuo modo quadrat. In Pſalterio autem, vel cithara, vel alio quovis inſtrumento muſico aperitur propoſitio, quando, ut B Enarratores docent, Græci præſertim, ut Origenes, Euſebius, Didymus, Theodorus, Baſilius, facta operaque reſpondent, & quaſi concinnunt ſermonibus, exemplum doctrinæ, praxis theoriæ, caro animæ, fidei vita, virtuti voluntas, & concinne ac apte, jucunde decore, libenter, ac ſine invidia tædioque quæ dicit quis, aliis communicat, ita ut ſit ſermo cum gratia ſemper *ſale conditus* ſ; quando, ut Ambroſius ait, aptum organum ſibi Dominus, & vas electionis invenit, & Spiritus ſancti plectro interiorem quis chordam, exterioremque pulſat, lingua, ſeu ſpiritu, & *mente orans pſallenſque*. Illius eſt pſallere, qui *æquo animo* eſt t; nec pſallitur canticum libenter *in terra aliena* u: & *muſica in luctu importuna narratio* x. Licet autem mœſtis quoque argumentis muſicæ forma quædam aptetur, & ſuos elegi etiam cantus habeant, ut videri poſſit de tali armonia hìc eſſe ſermo, ubi de judicio, & ob agitur contemptu; tamen hæc ipſa monita juſtis læta ſunt, qui diligunt *adventum Domini* y, & quibus nihil curæ aliud eſt, quàm Deus. Quod ait Auguſtinus z, de Cantico Canticorum, continere voluptatem allegoricis C tegminibus involutam, ut deſideretur ardentiùs, nudetur jucundiùs, hoc ipſum de parabolis, propoſitionibus, problematibus, ænigmatibus poſſumus aſſerere, tùm præſenti Pſalmo contentis, tùm Pſalmis aliis, & aliarum ſacrarum ſcripturarum libris. Ariſtoteles *a* à veteribus prodit νόμους appellatas, quòd homines priùs quàm litteras ſcirent, leges cantabant, ne eas oblivioni mandarent.

f Col. 4. 6. t Jacobi 5. 13. u Pſ. 136. 4. x Eccl. 22. 6. y 2. Tim. 4. 8 z 17. de civ. c. 20. Cantici canticorum ſcriptio, qualis. a Sect. 19. prob. in 28. Leges Cur νόμοι dictæ.

Verſ. 6.) Cur timebo in die mala; iniquitas calcanei mei circumdabit me.

POſt proœmium, quo cunctos, nullo dempto, invitavit; arrogantiam potentiorum compreſſit; pollicitus eſt, ſe aliquid magnum, & præclarum eſſe dicturum; dixit ſe nihil domo allatum proloqui velle, ſed à Deo ipſo audita; ſignificavit orationis obſcuritatem; promiſit ſe nos ſpiritualem docturum ſapientiam, D quam ſit perpetuò meditatus: poſt hæc, inquam, omnia, aggreditur tandem propere quæſtionem, de ſe ipſo loquendo, quum illa pertineat ad omnes, ut magis conciliet animos omnium ſibi. Quæſtio eſt; cur ego tandem id committam, ut mihi neceſſariò timendum ſit, quum dies ille advenerit formidandus, miſeriæque plenus, quo pronuncianda de me in privato primùm, deinde in generali etiam judicio ſententia eſt? timoris cauſſa potiſſima, ſi contigerit, me in calce, extremoque vitæ obſeſſum eſſe ab iniquitate, peccatiſque, tùm vero præcipue ab illis, quibus ego præſidens nimium, ac præſumens, invitenſque mihi ipſi, alios etiam ſupplantaverim ac ſiniquè vexaverim, ut mihi comparem facultates: quia verò in poteſtate mea eſt ne peccem, videlicet cum gratia Dei, & ſi peccavero ut emendem, nec moriar cum peccato; propterea excutere debeo nimium iſtum timorem, quia vitare poſſum hoc tantum malum: quod non licet ei, qui neceſſario malo obnoxius eſt, ſicut morti. Alius adhuc exiſtere ſenſus poteſt, ut ſibimet ipſi animum faciat percontando,

do, quid sit demum, cur extimescat potentes, qui alios iniquè opprimunt, malis afficiunt, conculcant. Quo pacto totus versus quæstionem unam continebit; vel certè geminam absque responsione. Psalmo toto eorum demonstratur miseria, qui placent sibi, felicesque se prædicant in divitiis, quæ nihil adversus mortem & judicium adjumenti afferre per se possint. Primum sensum vetustiores assignant, ut interrogationi responsio subjiciatur quæraturque de timoris caussa in die vindictæ divinæ, præsertim sub mortem, ac in judicio universali. Adhuc tamen varia disputatio apud nonnullos est, nec omnino exponendi ratio, ut separatim ac distinctè docebimus nunc in enucleatione particulari.

Cur timebo in die mala?) Hieronymus, *quare timebo in diebus malis?* Ex Hebræo בימירע *bimerahh, in diebus mali*, aut *militiæ:* quod substantivum, etiam Græcè à quibusdam exprimi notat Chrysostomus, vel per πονηρᾶ, vel per κακῶ, Symmachus reddidit, κακώσεως, *afflictionis*. Alia Psalteria, Latina, & Ambrosius, Augustinus, Cassiodorus, *ut quid*. Chaldaicè, pro *in die mala*, vel *mali*, ponitur *in die tempestatis malæ*, ביוסאסערות בישא *beiom sahharuth bischa*. Athanasius jubet, nos apponere interrogationis notam ibi, *cur timebo?* ut quæ sequuntur, spectent ad responsum. Alii ut priùs indicavi, & sentit cum R. Aben-Ezra Genebrardus, nec displicet Jansenio, duplicem quæstionem faciunt, *cur timebo in die mala? iniquitas calcanei mei* (supple cur) *circumdabit me?* quæ sit, dixi Psalmo XL. *a*, & XXVI. *b*, quæ *dies malorum*. Et tamen haud eadem omnium sententia de istis, & sequentibus verbis totoque versu, ita ut meritò dici potuerit Psalmus hic חירה *chidah, problema*, ænigma. Sumi hoc loco *dies mala*, ut etiam docui, potest pro die mortis, & judicii; simul pro die cujusvis gravioris calamitatis: sic enim, & *dies pauperis* vocantur *mali* *c*, postremo pro die temporeque senectutis; nam *dies* pro tempore sæpe accipitur, ut eidem illi Rabino videtur; quemadmodum, & istius ætatis dies in Ecclesiastis *d* libro dicuntur esse, de quibus, qui ad eos pervenerit, dicant, *non mihi placent*. Porro distpungendi ratio retinenda quam habemus, ut integra quæstio pertingat usque ad illa *in die mala*.

a *vers.* 2.
b *vers.* 5.
c Ps. 15. 13.
d cap. 12. 1.

Iniquitas calcanei mei circumdabit me.) Symmachus τῶν πτερνῶν μου *vestigiorum meorum*, pro τῆς πτέρνης μου, Hebraice עקבי *hhakeuai*, in plurali; sed & Hieronymus, & alii legerunt עקבי *hhakeui*, in singulari עקב *hhakeu*, unde ועקוב *Jacob* quasi *supplantator* e, & *calcator*. Chaldaicè referendo usque ad finem versus interrogationem, seu responsum ad interrogationem per modum interrogationis (*quare timebo in die tempestatis malæ, nisi quando reatus peccati mei circumdabit me?*) vel, *nisi quia reatus peccati mei in fine meo circumdabit me?* Hoc secundo modo Nebiensis, plura in Chaldæo legens textu, nimirum quibus respondent (*in fine meo* כסופי *besophi*.) Favent hæ voces expositioni illi satis communi, ut *iniquitas calcanei circumdans*, sit ea, quam quis in extremo, quod novissimum etiam vocamus, velutique in calce, secum habet tamquam vallantem hostem, videlicet in morte, ubi fertur privatim sententia; & in judicio generali, ubi publicè. Alter sensus erit, *si iniquitatem* concretè sumas pro iniquo, ut quum sui ipsum hostes, vestigia ejus insistendo, ac persequendo, circumstent; tunc timeat maximè, utpote jam evadere non valens. Galli de celeri, ac vehementi persequutore dicunt (*il me poursuit aux talons.*)

e Gen. 27. 36

f Virg. Æn. 5.

quo deinde sub ipso (ait ille *f*.)
Ecce volat; calcemque terit jam calce Diores.

Tertiò quum calcaneus, pars extrema corporis, imprimat humi vestigium, ideoque pro hoc pars illa sumatur: & quidem ad opera designanda, quæ quis veluti impressa relinquit: præterea si *dies mala* intelligatur calamitosa & periculosa; timoris in illa die caussa erit, quum quis iniquitate calcanei, hoc est, iniquis operibus, circumdatum & obsessum se deprehendet. Nulla certè nocet adversitas, si nulla dominetur in nobis iniquitas; nec diffidit quisquam, si priora non impediant peccata, quominus liberet eum Deus: quamvis vita superstite, quantalibet nulli spem eripere peccata debent. Quocirca vis interrogationis est qua quis urget se. Egone peccando in eas me conjiciam angustias, ut quum premat calamitate, quam *dies* denotat *mala*, totus expallescam, consternar, quodammodo desperem? Et qui negationem interrogatio nonnumquam denotat, Basilius eam expressit, ac si David vaticinetur quoniam in judicio nullus alius accusator erit, præter peccata, non timebo, quoniam peccatorum vestigia non circumdabunt me.

Quartò rursum iniquitate calcanei, calcantes iniquos interpretando, qui scilicet retro vestigia observent ad struendas fraudes, juxta illud *g*, *ipsi calcaneum meum observabunt*, sensus erit; cur istos ego trepidem quamlibet florentes, potentes, & (quod est sequenti versu,) *qui confidunt in virtute sua, & in multitudine divitiarum suarum gloriantur?* Nihil est quod tales reformidem, quorum paullo post, inanem esse, ac brevi casuram potentiam docebo. Attingit Agellius; prior magis disertè Gagnejus. Sed quid ipse possim aspero timere tempore ac sinistro; circum me insidias, ac retia pravitate pleni hostes tetenderunt mei; sed illi quàm modicum possunt, attendite. Favet præterea non parum Thomas Aquinas.

g Ps. 56. 7.

Quintò, quia de divitiarum, ut initio sum præfatus, agit hic Psalmus, contemptu, *si malam diem* velis esse ætatis effœtæ, in qua quo viæ minus, plus quærere viatici solent mortales *h*, castigabit seipsum Prophe-ta interrogatione acerba. Ecquid si forte illuc ætatis detur evadere; quæ molestior est, arbitror mihi nunc ad allevandam molestiam, timoremque, ne me necessaria vitæ tunc deficiant; anxiis curis conquirendas opes etiam per nefas, ut non dubitem vias iniquas ingredi, premere vestigiis iniquum mammona, totam occupare, atque circumvallare mentem talibus cogitationibus, & studiis.

h *Cicer. in Cat.*

Sextò, *iniquitatis* nomine per metonymiam, pœna illi debita significatur; *calcaneo* extremum vitæ: *die mala* illud ipsum tempus obnoxium summo periculo. Ergo, *cur timebo in die mortis?* quia pœna peccatis debita exigetur à me, ac omni ex parte ita circumdabit, & cinget, ut effugio locus esse non possit, sed contingat sic vitam terminare. Jacob, quum prior Esau ex utero egrederetur *plantam fratris tenuit manu* i, quo præfigurabatur fore, ut post labores primos, vitæ fœlicia Jacob habiturus esset, Esau vice versa.

Jacob supplantatio quid designaret.

i Gen. 25. 26

Septimò, addit Cajetanus: sub *iniquitate calcaneorum* ut Hebraicè legi monui, contineri argumentum à minori ad majus, quatenus talis iniquitas carnale peccatum innuit, utpote quum corporis infima pars calcaneus sit, & ejusmodi peccatum ex genere suo minimum, quamvis re vera mortale possit esse. Argumenti ratio in hoc est. Quantus occupabit me timor in die mali (sic etiam ex Hebræo) quod absolutè positum illud indicat, quod est maximum, nempe vitæ futuræ, ac æternum, propter alia peccata, quum, quod minoris æstimatur, tamquam partis infimæ, carnis peccata undequaque circumdaturum sit. Videtur hic dicendi modus ex parte placuisse Bredembachio; nam *timorem in die mala*, ob qualscumque præsentis etiam vitæ calamitates oriri explicat: inde, si quis peccati sibi sit conscius, quod propterea denominetur à calcaneo, quia Diabolus fretus infirmitate carnis, itaque *insideant calcaneo*, ut est in Genesi *k*, *mordensque ungulas equi, ut cadat ascensor ejus retro* l (docet id hoc loco Augustinus) in id hominem inducit: Deus autem sepenumero calamitates, non nisi propter peccata immittit. Aliqui *m* putant *iniquitates calcanei* leviora quoque venialia peccata indicare, quasi opponantur peccatis capitis, sive capitalibus.

k *c.* 3. 15.
l *c.* 49. 18.
m *Diez. 10. 3 conc. 1. de 3. Advent.*

Octavò, ex Clario, quid *in die mala*, ideſt, toto spatio vitæ, quæ plena est ærumnis, angor, discruciorque curis immodicis, ac operando fluxis bonis, quum in fine operum, quando scilicet definet occasio ultra operandi, nihil inde sim reportaturus, nisi iniquitate oneratam conscientiam, & sempiternarum reatum pœnarum?

Nonò nitens Trevetus, niti maximè pondus totius corporis humani super extremam pedum partem, qui sunt calcanei, ait, bonum calcaneum esse bonam fiduciam, malam iniquitatem calcanei. Tunc explicat, *quare timebo in diebus malis?* non debeo timere, quia talis

talis timor indicat hominem niti fiducia iniqua, & humana, non autem bona, quæ in solo Deo est. Huc spectat quod ait Vatabl. animi propositum, ac intensionem lumens per ultimam corporis partem; iniquitas intentionum mearum occupabit me, si ab alio pendeam, quàm à solo Deo; non aberit à me iniquitas, si quo tempore videro me destitutum opibus amicisque, animum abjecero, & si meliorem divitum conditionem mea existimavero, sceleris purus non ero.

Decimò, ex eodem Treveto, num aliquid in me est, quod debeam timere? an talis iniquitas in me est, ut propter illam timeam? quasi *calcaneum* nominet velut postremum quid, & consequens ipsum timorem, perturbationem, reatum pœnæ, qui est effectus peccati: quod hac ratione significabitur per *diem malam*, ideſt, per tempus quodlibet, in quo conscientiam quempiam accusabit.

Undecimò, Ambrosius Christum hìc loquentem faciens, explicat dicere, quòd in die judicii timere nihil possit, quia iniquitas Adæ, quem in calcaneo veluti momordit serpens, ac vulneravit: hoc est, Originale peccatum, de quo etiam exponit Hieronymus, ei nocere non possit. Davidem de se alibi dixisse *iniquitates meæ superposuerunt super caput meum* (*supergressæ sunt caput meum*) idcirco totos à Christo discipulorum pedes *a*. contra lubricum, seu pronitatem peccandi, ex veneno illo serpentis relictam; ut fida statio posset esse virtutum. Affinis expositio Cassiod. & Brunonis Herbipolensis, Christum negare sit timendum in die passionis: quasi cum interrogatione etiam dicat, *numquid iniquitas calcanei mei circumdabit me?* quemadmodum solet contingere peccatori, ut extrema ejus scelerato fine clauduntur.

a Ps. 37. 5.

Duodecimò, idem Ambrosius interpretatur de Judæ proditoris iniquitate, quoniam ipsemet Christus affirmavit *b*, *qui manducat meum panem, levabit super me calcaneum suum*; *suum*, quia Christus sine iniquitate, illaque iniquitas solius erat proditoris; *meum*, quia Judam quasi ultimum sui corporis appellat (cujus nos sumus corpus, & membra) serpenti obnoxium, & parentem vulneri; Apostolos alios, præstantiora & actuosa membra.

b Joan. 13. 5

Decimum tertium idem adhuc Ambrosius affert, synagogam esse calcaneum iniquè Christum circumdantem, prout scriptum est *c*, *circumdantes circumdederunt me, & in nomine Domini quia ultus sum in eos*, decorem & gloriam vultus Christi, Eccl. esse: quemadmodum etiam canitur: *Dominus* d *regnavit, decorem induit*.

c Ibid. 28.

d Ps. 117. 21.

Decimus quartus est Remigii; in Christo piè vivere volentem, non habere cur timeat in judicio, quia nisi velit, non offendet graviter: *iniquitas* autem *calcanei circumdans*, ideſt, carnalis infirmitas adhærens terræ, necessarium quoddam malum, propter quod vitari non potest aliqua ambitio, vana gloria, & similia leviora peccata.

Decimus quintus, de Davidis peccato, quo proditorie Uriam supplantavit, tractavit, & occidit eo modo, quo luctator socium evertit.

Decimus sextus, de ejusdem adulterio, quia, ut medici tradunt, à pedis planta inchoat vena, quæ concitat libidinem, ita ut ea de causa hieroglyphicè aut tymbolicè dixerint in solo calcaneo vulnerari Achillem potuisse *e*; & Orpheo teste princeps libidinis locus talus est *f*. De fabula Achillis Photius *g*, & Fulgentius *h*: tale quid innuit Cicero *i*, quum cavet de uno pede, quem daret consularis soror, Atticum conqueri, licet etiam alterum ipse tolleret. Lege Manutium, eodem spectare fortassis posset galli gallinacei castratio inustione calcarium, ac imorum crurum, ut e contrario Phlebotomia prolificationem juvat hominis adhibita, ut Fulgentius ait.

e Ps. 32. 1.
f Pierius lib. 35. Fulg. 3. mythol. c. 7.
g Idem ibid.
h Bibl. n. 152
i c. 13. Myth. cap. 7.
k 2. ad Attic Epist. 1.
Achilles in solo calcaneo vulnerari posse quo symbolo dictus.
Princeps libidinis locus, talus.
Ciceronis, de Attici sorore locus.
Galli gallinacei castratio.

Decimus septimus, de utroque peccato, quatenus id patravit David clam tectèque, ut idcircò dixerit *k*, *tibi soli peccavi*, hoc est, conscio te solo, quasi dicas, premere, atque sub calcaneo occultare voluisse.

Decimus octavus de iisdem, pro ut peccando visus est conculcare, nihilique facere Deum, à quo tot acceperat beneficia. Hoc est juxta paræmiam, *oculum habere in solea*: nec *respicere cœlum*, *ac Deum*, quod Daniel *l* scribit de senibus libidinosis. Affinis illa formula Filium Dei conculcandi *m*, calce abjiciendi victimas A Dei *n*. Insinuat ultimos quatuor sensus Petrus de Valderama *o*.

Phlebotomia hominem juvans ad prolificationem.
l Psal. 50. 6.
m Dan. 13. 8
n Heb. 10. 29
o 1 Reg. 2. 29
p Ser. Hisp. de ser. 2. D. 4 Quod seu exer. cap. 9.

Ex tot dicendi modis, quos aliquando, non sine labore colligimus, quum quilpiam locus illustrior est, illique moralem institutionem continent; in principio probabiliores duos proposui, quorum etiam prior melior, sicut communior, optimèque declaratus ab Augustino, Ruffino, Beda, Remigio, Haimone, Brunone Carthusiano, nimirum de finali impœnitentia: quamvis nonnihil discrepent: Beda *calcaneum* pro pede toto, hunc pro via sumit, ideſt, operibus malis: vel pro peccato, quo faciliùs ad interitum subruimur, quod vocat criminale, quemadmodum per *calcaneum*, cui innitimur, facilè dejicimur; vel pro finali, ut modo dicebam, impœnitentia, quam Diabolus curat maximè, isto modo insidians calcaneo *p*: vel pro humilitatis, & charitatis eversione, quibus virtutibus firmis consistimus tamquam calcaneo: vel pro carnali desiderio & peccato, quia calcaneus adhæret terræ, de quo peccato serpens etiam Diabolus magis tentat, B cujus observare, atque conterere jubemur *caput* q, ideſt, suggestionem ad petram *r*, qui est Christus *s*.

q Gen. 3. 15.
r Gen. 3. 15.
s Ps. 136. 9.
1. Cor. 10. 4.

Vers. 7.) Qui confidunt in virtute sua, & in multitudine divitiarum suarum gloriantur.

ISTius ex priore pendet versu sententia, nexuque. Videntur describi summa capita vel causæ iniquitatis, de qua eodem illo versu dictum est, ambitio, sive superbia, & avaritia, quæ impellunt ad iniquè vexandum alios, & iis præditos merito timere faciunt *in die mala*. Vult Basilius innui divites, & terrigenas nominatos versu tertio, præsumentes, & confidentes supra modum corporis viribus, & in incerto divitiarum spem locantes. Id transferri cum Augustino *r*, & aliis, potest in eos, qui propria nitantur virtute meritisque sine C gratia Dei, quod Ruffinus nominatìm accipit de Judæis confidentibus in justitia sua, non in Christo, de quo, quæ deinceps dicuntur, multi explicant. Ergo, ut persuadeat, sibi divitias, inique coacervandas non esse, sicut faciunt multi, affirmat, id si faceret, stultè facturum esse, quoniam qui hoc faciunt, quemadmodum sequentes continent versus, cavere, aut evadere *diem malam*, mortis judicii que minimè potuerunt, quæ prius quoque memorata est terrorem gravissimum incutere. Probat autem, ut bene Thomas ostendit, evitari non posse diem illam malam, nec viribus externis, nec divitiarum copia, nec per amicos, nec per quævis opera etiam bona, quæ quis faciat, dum est in peccato, quum nec pro offensa, nec pro reatu sufficere possint: nec per mortem temporalem, quia post illam restat supplicium æternum. Eumdem quoque sensum Rabini tradunt apud Galatinum *u*, ut probent, omnes, propter Originale peccatum descendisse in infernum ante Messiæ adventum; ita ut nihil ad hoc evitandum possint divitiæ. Vel certè, ne quem vereatur conculcatorem, aut fraudulentum, quique quasi calcaneo D ipsius insidietur persecutorem, & summa audacia præditus quidlibet aggredi non dubitat: idem de quovis tali homine pronuntiat, scilicet effugere non posse calamitatem illam extremam.

t Hic & Ep. 208.
u lib. 6. c. 7.

Nec improbabile, quod ait Genebrardus, sed post incertum Græcum auctorem, vel Originem quem citat Barbarus, & post citatum Basilium, nec non Theodoretum, Euthymium, Nicephorum, apostrophen esse indicatam littera (ה) *he* demonstrativa, ò, qui confidunt in sua potentia opibusque, audiant quæ mox dicam. Quasi non contentus provocatione, ac invitatione ad audiendum, quam posuit initio Psalmi; denuo audiri velit in re summi momenti. Ambrosius allegoricè interpretatur de Judæis persequutoribus Christi, tum verò de Juda proditore, qui sibi, inquit, validus, & dives apostolatus gloria videbatur. Tandem Augustini *x* salubris admonitio ad Palatinum, qui sæculo renuntiarat, sicut sprevisti, quod sperabas in sæculo, ne in abundantia divitiarum gloriareris, quas more filiorum sæculi hujus concupiscere cœperas; ita nunc ad tollendum *jugum Domini & sarcinam ejus*

x Epist. 208

[a] Jer.49.35. a, *in virtute* tua non confidas, & illud leve erit, & hæc levis. Pariter quippe improbantur in Pſalmo, & qui confidunt *in virtute ſua*, & qui *in abundantia divitiarum ſuarum gloriantur*, &c.

In virtute ſua.) Hieronymus, *in fortitudine ſua*, Chaldaicè, *in divitiis ſuis*, על רוכסיהון *hhalnichſebon*, non eſt δύναμις, virtus moralis, ſed *facultas*, vis, potentia, robur, ut ſæpe vidimus vel etiam *exercitus*, quemadmodum, & Hebræum nomen cum affixo חילם *chelam*, de quo dixi priore Pſalmo *b*.

[b] Pſal.14.

Et in multitudine divitiarum ſuarum.) In Pſalterio Romano, & apud Ambroſium, & Caſſiodorum, *quique in abundantia divitiarum ſuarum*, apud Auguſtinum, & in Pſalterio Gallicano, ſive Ambroſiano, & *in abundantia divitiarum ſuarum*.

Gloriantur.) Hieronymus *ſuperbiunt*, quod aliud participium Græcum cujus meminit Chryſoſtomus, importat, ἀλαζονευόμενοι: quod eſt etiam *jactantes*; & *laudantes ſeſe*; Hebraicè יתהללו *iithhallelu*, & Chaldaicè משתבחין *miſthabbechin*: *non eſt bona gloriatio* iſta *c*. Non enim debet gloriari *ſapiens in ſapientia ſua*, *nec fortis in fortitudine ſua*, *nec dives in divitiis ſuis*, *ſed in hoc*, *quod ſciat*, *& norit Deum* d, *non proderunt divitiæ in die ultionis*: *juſtitia autem liberabit à morte* e; *Qui confidit in divitiis ſuis*, *corruet* f. *Non exoraverunt pro peccatis ſuis antiqui gigantes*; *qui deſtructi ſunt confidentes ſuæ virtuti* g, præſumentes de Deo: benè ſperantes Deus non derelinquit: ſed *præſumentes de ſe*, *& ſua virtute gloriantes humiliat* h. Ridebitur à juſtis, qui non *poſuerit Deum adjutorem ſuum*, ſed prævaluerit in vanitate, ſperans *in multitudine divitiarum ſuarum* i.

[c] 1. Cor.5.6.
[d] Jer. 9. 23. 24.
[e] Prov.11.4.
[f] Ibid.28.
[g] Eccl.16.8.
[h] Judit.6.15
[i] Pſ.51.8.6.

Verſ. 8.) Frater non redimit, redimet homo, non dabit Deo placationem ſuam.

IN die mala ne chariſſimus quidem quiſquam & maximè illis neceſſarius liberare iniquos poterit; tantum abeſt, ut alius aliquis, aut iidem ſeipſos, alioſve: nec ullus omnino erit, qui dare quidquam poſſit, quantivis pretii, quo Deum placare valeat, atque apud eum efficere, ut à morte tùm corporis, tùm æterna eripiat. Quocirca neque ego talis eſſe, neque tales vereri debeo: quia nec ſi ſim talis, evadam: nec ſi amans juſtitiæ, & divitias malis artibus non conquirens, tales adverſarios experiar, multum hi nocere potuerunt mihi, qui evadere dicta pericula nulla ratione, niſi reſipiſcant, poterunt. Itaque videtur hæc ad litteram propoſitæ quæſtionis reſponſio, cur ſit in die mala timendum ob iniquitatem, quia vitam in ſolius manu Dei poſitam nullæ poſſunt opes redimere, quas mortales pro vita ipſa conſervanda, & proferenda expetunt, quæruntque nulla juſtitiæ ratione habita.

Transferunt hoc Patres ad neceſſitatem Redemptoris Chriſti, quod præter eum nullus alius naturæ noſtræ (idem vere de Angelo ſequitur) redimere hominem poſſet à captivitate Diaboli, nec ſeipſum ullus: quia, ut Baſilius ratiocinatur, oportet longè præſtantiorem Redemptorem eſſe eo, qui in ſervitute detinetur, (omnes autem peccaverunt, & egent gloria Dei k (& ejus qui ſit plus quàm homo, atque creatura, ſcilicet Deus, qui ut mediator eſſet, heret etiam homo: Tali Redemptore fretus, nec de ſeipſo præſumens, non timebit, ait Auguſtinus *in die mala*, *& ab ira ventura*, nec *iniquitate calcanei circumdabitur*. De eadem per Chriſtum redemptione Hieronymus in Jonam *l* conſentit, & Philo Carpathius *m*, & Paulinus *n*. Ambroſius *o*, & Paulinus *p* ſic aptant Chriſto, qui ſe neget *diem* timere *malam*; nihil enim nocere poſſe, qui non ſolum non indigeat Redemptore, ſed ipſe omnium ſit redemptor, vincens pietate germanos, & integritate ſeu innocentia, fundenſque ſanguinem pro alienis, quem nemo poteſt offerre pro fratre. Indicat præterea idem Ambroſius, nec non Caſſiodorus, Remigius, Ruffinus, non profuturam Chriſti redemptionem ei, quem *in die mala circumdabit iniquitas calcanei*, multo autem minus proprias ipſiuſmet peccatoris, aut cujuslibet etiam alterius ſanctiſſimi preces, & merita, quia *voluntariè peccantibus jam non relinquitur hoſtia pro peccato* q.

[k] Rom.3.23.
[l] in cap. ult.
[m] in Cant.
[n] Epiſt.4.ad Severum.
[o] Hic & in c.3.Luc.
[p] Epiſt.4.
[q] Hebr.10.26.

A *Frater non redimit, redimet homo.*) Hieronymus, *frater non redimens, redimet vir*. Alii, ex Hebr. ſed tranſpoſita negatione, *fratrem, redimendo, non redimet quiſquam*, vel, *frater redimens, non redimet quemquam*. Textus Hebræus eſt iſte אחלא כרהופרהאיש *achlo phadoh iiphdeh iſch*. Videtur Hieronymus, legiſſe פרה *podeh*, in participio. Chaldaicè, (fratrem ſuum captivum nequaquam redemptione redimet vir impius.) Putant Hebræi nonnulli, ut Ricardus Cenomanus, & Nebienſis refert, poſitum אח *ach*, pro אחד *echad*, unus, ſicut interdum ponitur חד *chad*, pro אחד *echad*, ſenſum verò eſſe, unus non redimit, redimet unuſquiſque ſcilicet non redimet: Omnes Latinè, & Græcè verſiones ferè conveniunt: Auguſtin. tamen, & Baſilius, legunt primo loco, *redimet*: ſicut & in ſecundo, in textu Caſſiodor. videtur cum mendo legi, *redimit*: quia in Comment. eſt, *redimet*. Non dubito, quin tranſpoſita negatione, ut dixi, poſſit eſſe ſenſus, quòd nemo ulla ratione redimet alium: quod idioti ſmo Hebræo denotat geminatio verbi, hoc B pacto, frater, ideſt, proximus, ſocius, unus, aliquis, redimens, aut redimendo, non redimet, & nomen homo אישׁ *iſch*, poni ſolet pro omni, & quolibet: ſine collectione pro cunctis; cum negatione, pro nullo. Talem negationem tranſpoſitionis legimus inferiùs verſu 18. *quoniam quum intellexerit, non ſumet omnia*: Hebraicè כי לאבמותו יקחכל *chi lo bemotho iikkach hacchol*, quoniam non moti ejus ſumet omnia. Sed recedere non licet à vulgata verſione, communique interpretatione, qua innuitur alius & alius, nempe quum is, qui frater eſt, non redimat, multo minùs alium redimere poſſe. Monet Caſſiodorus ſub admiratione legendum, *frater non redimit?* videlicet adhibita nota interrogationis: quaſi dicat: fieri ne poteſt, ut frater non redimat? nempe Chriſtus illum, qui obfirmato animo in iniquitate moritur, quæ dicitur propterea *iniquitas calcanei*. Hoc ſi eſt, immo quia ita eſt, non redimet homo, ideſt, quiſquam alius: prout antea in expoſitione diximus. Baſilius videtur oppoſitam diſtinctionem exigere, ut primum mem- C brum abſque interrogatione pronuntietur, *frater non redimet*, quod exempli cauſſa explicat de Moſe, qui frater erat Iſraelis, virque tantus: alterum per interrogationem, atque μετὰ δεινότητος, *cum gravitate*, *redimet homo?* videlicet nullo modo: ſed opus eſt, inquit Baſilius, alio, qui ſit plus quàm homo, quamvis etiam ſimul verè homo: frater quoque ſecundùm naturam humanam, ſed ſecundùm ſpiritualem fraternitatem, nos non reperiens fratres, verùm inimicos, & de talibus reddens fratres adoptione, ut proinde poſt reſurrectionem appellaverit nos *fratres ſuos* r, minimè ſic loqui confuſus ſ. Euthymio item placet interrogationis notam conſtitui in ſecundo membro. Philo autem Carpathius t de dicta fraternitate differens, obſervat à ſponſo appellatam ſponſam propinquam, ſeu proximam, poſtea ſororem, ſponſum à ſponſa fratruelem, deinde fratrem; ut oſtenderent ſibi invicem antea naturæ tantùm, & creationis lege, atque beneficio copulatos, poſtea tanto tamque ſingulari redemptionis munere, nempe ſacratiſſimo ſponſi ſanguine pro ſponſa effuſo, mirum in modum devinctos eſſe, atque conjunctos. Alii plus volunt ſignificari ſecundo, quàm primo membro, etiamſi proferantur aſſertivè; nimirum quòd frater quidem non redimit, aut non redimet; aut redimere non poterit fratrem ejuſdem naturæ principem, nec ipſe ſupra naturam alterius exiſtens: ac redimet homo, ſic κατ' ἐξοχὴν nominatus, quia non purus homo, ſed ſupra, illum, & naturam, Deus, propter hominem factus homo: quaſi dicat, quod unus hic homo reſtituit rem, caput, princeps, auctor, redemptor hominum omnium. Idem eſſet ſi legerentur interrogativè ultima verba, *redimet homo?* ideſt, non redimet? Hæc eſt Didymi, Heſychii, Ambroſii, Paulini *u* ſententia, quod ad rem ipſam pertinet, ut nempe ſignificetur quod eximius homo Chriſtus redimat, quum nullus naturæ nobiſcum ejuſdem ſimpliciter exiſtens, id poſſit, & ut ait Paulinus, quia Chriſtus non debet abſolutè frater noſter dici à nobis, ne plus nobis arrogemus, licèt pro humilitate cordis ſui, hoc famulis nomen indulſerit; quia in ipſo hominis ortu nihil habet commune nobiſcum, qui citra generationis noſtræ uſum caro factus, de Spi-

[r] Pſ.25.23. Mat.28.10.
[ſ] Joan.20.17
[t] Hebr.2.11. 12. 17. in Can.
[u] Epiſt.4.ad Severum.

ritu

ritu Sancto intemerata ſacræ Matris virginitate conceptus, & natus eſt. Probant autem *hominis* nomen abſolutè, ac ſingulari quodammodo de Chriſto uſu: pari ex Iſaia *a*, *mittet eis hominem, qui ſalvabit eos*, ut quidem reddiderunt LXX. ἀποστελεῖ αὐτοῖς ἄνθρωπον, quod Latinè legitur, *mittet eis ſalvatorem*, ſicut & Hebraicè ישלחלהם מושיע *iiſchelch lahem moſchiahh*. Præterea ex Jeremia *b* prout etiam habet editio ex LXX. *homo eſt, & quis cognoſcet eum?* ἄνθρωπός ἐστιν, καὶ τίς γνώσεται αὐτόν, quod Hebræa verba ferre poſſunt: ſi pro אנוש *anus*, legeretur ארוש *enos*, quod hominis nomen eſt, quamvis *ærumnoſum* denotans. Latinè legimus totam ſententiam, *parvum eſt cor hominis, & inſcrutabile, quis cognoſcet illud?* Ex eodem loco Cyprianus *c* confirmat Chriſtum ſimul eſſe hominem Deumque, denique, affirmat Chriſti verbis: Nunc autem quæritis me interficere hominem, qui veritatem vobis loquutus ſum, quam audivi à Deo.) Hac ſanè de cauſſa ipſemet ſe *filium hominis* vocabat, videlicet verum hominem. In hoc Pſalmi loco איש *iſch*, poſſet innuere virum egregium, & virum reddit Hieronymus, & apud Philonem *d* Carpathium exprimitur Adam, quaſi Chriſtus ſicut alter Adam, nempe de cœlo, cœleſtis. Tamen איש *iſch*, ſæpe quemlibet hominem denotat, Porro poſita dicta expoſitione de eximio homine Chriſto, non maledictus, *e* ſed benedictus, qui confidit in iſto homine *f*, maledictionem incurret qui confidit in illo, qui eſt dicitur que *inimicus homo* g, ad quem ſpectat omnis, qui naſcitur homo, ſi ſpectetur ut eſt ſimplex, ac nudus homo. Immo verò quantumvis homo juſtus ſit, Deoque charus, redimendi poteſtatem habere non poteſt; non Noe, Daniel, Job *h*, non Jeremias *i*, non Moyſes, & Samuel *k*: non Paulus, inquit Chryſoſtomus; nec ſemper exaudiuntur hominis, pro homine, preces. Occurrit illicò tamen errori, quo laborant noſtri temporis Hæretici, Quid ergo? ſunt ne ſupervacaneæ ſanctorum preces? nequaquam, ſed magnas etiam vires habent, quando tu quoque eis auxilium tuleris. De bonorum operum cooperatione intelligit, ſine qua contendit nihil prodeſſe ullam cum ſancti viri neceſſitudinem, vel conjunctionem; ſicut fatuis quidem virginibus nihil profuit, quòd prudentibus benè notæ eſſent *l*; nihil Sauli Samuelis deprecatio *m*; nihil Jeremiæ *n*, vel Pauli *o* pro Judæis; quum tamen utilis eleemoſyna ſit, ad comparandos amicos, qui recipiant in æterna tabernacula *p* & Tabithæ vitam reſtituerint orationes, quas pro eo fundebant quæ acceperant eleemoſynas *q*.

Eadem de re deque loco hoc, & aliis hìc indicatis diſſerit copioſè idem Chryſoſtom. in Matthæum *r*: Docet ahuc in Joannem *ſ*, & in epiſtolam ad Romanos *t*, nullius interceſſionem poſſe quempiam eximi ab æterna damnatione, in quam ſemel inciderit; ante judicium Dei, unum dumtaxat patrocinium eſſe operum, quo qui caruerit, aliunde nuſquam ſaluti locum futurum. At quicumque ſancti non ſibi ſed primogenito fratri Chriſto ſuſcitant ſemen, qui non germanus, & ſecundum germanitatem carnis ſolius frater erat, ſed mediator Dei & hominum: quo pacto eumdem Chriſtum Ambroſius *u* alibi negat *fratrem*, ſed *hominem* dici. Latiſſimè hìc pateret diſputatio de neceſſitate incarnationis, & homini homo miſereri quid poſſit, etiam cum gratia, & pro eo ſatisfacere, vel etiam pro ſe ipſo, tum præſcindendo ab incarnatione, tum illa poſita.

Non dabit Deo placationem ſuam) Hieronymus, *nec dabit Deo propitiationem pro eo*, ſcilicet vir, homo, quivis pro fratre ſuo: juxta verſionem ex Hebræo, *fratrem redimens, redimet vir*: ſecundùm noſtram (*frater non redimit, redimet homo*) ſive omnia iſta unam conficiant enunciationem, ſive prius membrum interrogando proferatur, alterum aſſerendo, aut vice verſa, aut utrumque cum ſua propria interrogationis nota; pronomen *ſuam* ſumi poteſt, tum reciprocè, ideſt, pro ſe ipſo valeat quid quis offerre, quo placet Deum ſibi, ne ſinat eum Deus mori; tum in tertia perſona, nimirum pro alio, ut nec frater nec alius placationem dare cum fructu poſſit, ad evadendam mortem, & exponendo de Chriſto, ſi non juvat propitiatio ejus, qui frater noſter eſt, illi, qui cum *iniquitate calcanei*, ideſt, in impœnitentia finali moritur, multò minus aliorum prodeſſe ſuffragia poſſe: vel quia nullus ad id idoneus frater noſter, hoc eſt, ſimilis nobis homo, eſt, neceſſarium ſit placari Deum ab alio cunctis hominibus ſuperiore, ac valde eximio homine, qui ſit idem ſimul Deus: Denique hominem iſtum Chriſtum, quia aliorum redemptio eſt, ut loquitur Paulinus *x*, & conſentit Ambroſius, non daturum pro ſe ipſo placationem, qua nullo modo indiget. Liquent iſta omnia ex dictis. Græcum pronomen eſt ἑαυτῷ, *ſui ipſius*: poteſt nihilominus intelligi placatio ſui ipſius, quæ ſit ipſiuſmet: ita ut vel pro ſeipſo, vel etiam pro alio illam det. In Pſalterio Gallicano; *non dabit Deo propitiationem ſuam*, apud Auguſtinum, *non dabit Deo de propitiatione ſua*. Caſſiodorus lectionem noſtram ſequitur omittens, *Deo*. Ceterum *placatio* vocatur hoc loco Græcè ἐξίλασμα, Hebraicè כפר *chopher*. Hebræum nomen aliquando exponitur μίτρα & *pretium* y, nempe pro anima; quod Chaldaicè ſicut etiam hìc eſt פורקן *purkan*, & פרקנא *purkana*, vel ממון *mammon* z pecunia: interdum *redemptio*, μύτρον, Chald. פורקנא *purkana*, quum etiam datur pro juſto impius *b* nempe velut victima, appellatur כפר *chopher*, περικάθαρμα, *purgatio*. Denique quiquid valet, datur que & offertur ad iram alterius, præſertim Dei, tegendam, quod propriè ſignificat verbum כפר *chaphar*, & avertendam, ſic Hebraicè nominatur, ſicut & כפות *chapporeth*, *propitiatorium*, tabula ex ſolido auro arcæ impoſita, ſuper qua fixi ſtabant Cherubin *c*, Græcè ἱλαστήριον quaſi etiam dicas *placatorium*, *reconciliatorium*, &c. In hiſtoria Machabæorum *d* recenſentur holocauſta & ſacrificia, & placationes ὁλοκαυτώματα, καὶ θυσίαι καὶ σπονδή, ſed interpres duas reddidit ſolum voces: poſtrema enim penultimæ interpretatio eſt. Nam ut etiam Pſalmo XXXIX. *e*, vidimus, præter holocauſtum, quod offerebatur, adolebaturque totum in honorem Dei, ſacrificium θυσίας erat, quod partim offerebatur Deo, partim cedebat in uſum ſacerdotis, ac populi, quibus licebat ex eo veſci; quatenus autem Deo litabatur, appellabatur προσθορὰ *oblatio*, tum pro peccato, tum ad agendas gratias, quæ dicebatur oblatio pacifica. Sacrificiis ultimis duobus convenit *placationis* nomen, ſive placabilium ſacrificiorum *f*. Græcè ἁγιάζειν, *in quibus homines* cenſebantur *ſanctificari*, gratique Deo fieri, ac ipſum pacatum ac propitium ſibi reddere. Nonnumquam nominatim hoſtia gratiarum actionis dicitur ſacrificium placabile *g*: item, & *placabilis hoſtia* illa, quæ eſt pro peccato *h*. Quum ex liquidis, comminutiſque & contuſis rebus conſtabat ſacrificium, ut ſimilia, oleo, ſale, thure, libamen Græcè σπονδὴ nominabitur *i*.

Verſ. 9.) Et pretium redemptionis animæ ſuæ: & laboravit in æternum.

Verſ. 10.) Et vivat adhuc in finem.

IDem aliis verbis dicitur, quod proximè præcedentibus: nimirum non eſſe, qui effugere mortis neceſſitatem queat, vel id impetrare pro alio: Deum placatum reddendo quibuslibet muneribus, nec ſolvendo quantumvis pretium, ut ab eo periculo redimat animam, ſeu vitam vel ſuam ipſius, vel alterius, Præterea licèt laboret quis quantum voluerit bene longo vitæ ſuæ ſpatio, non poterit continuis, & maximis laboribus obtinere, ut vivere ſibi aut alteri concedatur in hoc mundo in æternum. Vel repetendo negationem ἀπὸ τοῦ κοπιᾷ ſenſus eſt, quòd non *laborabit in æternum*, ideſt, non fungetur laboribus curiſque præſentis vitæ ſemper, & non *vivet adhuc in finem*. Vel per auxeſim; immo verò *laborabit in æternum*, ſemperque vivet in æternis cruciatibus, is quem circumdabit *iniquitas calcanei*: tantùm abeſt, ut juvet fratrem, aut alius quiſquam, vel munera, oblationes, pretii cujuſque ſolutio. Hi ſenſus literaliores videntur, quos attingit Genebrardus: perindeque eſt, ſi adhibeatur interrogatio: etiam ſi laboraverit quis toto tempore præſentis ſæculi, an putas evadere mortem poſſe, ſibique comparare vitam æternam? Sed ſingula videamus, & quid ab aliis de obſcuriore hoc loco aſſeratur.

Et pretium redemptionis animæ ſuæ.) Hieronymus, *eorum* prout extat in affixo Hebræo, in textu Treveti & Victorii habetur ex Hieronymo *neque pretium*, &c. ſcilicet repetendo negationem ויקר ברון כפשם *veiekar pi-*

dion

a cap. 19. 29.
b cap. 17. 9.
c lib. 2. n. 10.
d in Cant.
e Ier. 17. 5.
f Ibid. 7.
g Matth. 13 25.
h Ezec. 14. 14
i Ier. 14. 11.
k cap. 15. 1.
l Matt. 25. 3 4. 8.
m 1. Reg. 16. 1.
n cap. 14. 11.
o Rom. 9. 3. & 10. 1.
p Luc. 16. 4.
q Act. 9. 36.
r Hom. 5.
ſ Hom. 11.
t Hom. 15.
u in cap. 3. Luc.
x epiſt. 40.
y Exod. 21. 30. Num 35. 31.
z Num. 35. 31.
a Prov. 13. 8.
b cap. 21. 18
c Exod. 25. 18. & 26 15.
d lib. 1. c. 1. 47.
e verſ. 8.
f Exod. 29. 35.
g Levis 19. 5.
h Num. 5. 8.
i cap. 6. 15. cap. 22 29.

dion naphſcham. Quæ ſic alii vertunt, &, aut, *nam pretioſa eſt redemptio animæ ipſorum*: vel, *& erit pretioſa*, hoc eſt, nimii pretii eſt redimi à morte: rariſſimè, ſeu potiùs, numquam continget hæc redemptio. Quo pacto *pretioſus* tempore Samuelis *Domini ſermo* dicebatur *a*, quia tunc nulla edebantur oracula: *pretioſior homo auro obrizo* b, quia rarùs, aut etiam nullus. *Quis c eſt homo, qui vivet, & non* futurus *videbit mortem? eruet animam ſuam de manu inferi, velus, & furor viri* (Chriſti) *non parcet in die vindicta*, (in die judicii) *nec acquieſcet cujuſque precibus, nec ſuſcipiet pro redemptione dona plurima*. d *Argentum* e *eorum, & aurum eorum non poterunt liberare eos in die iræ furoris Domini. Quid dignum offeram Domino? numquid placari poterit Dominus in millibus arietum, aut in multis millibus hircorum pinguium? numquid dabo primogenitum meum pro ſcelere meo fructum ventris mei pro peccati animæ meæ* f? *Ne dicas, in multitudine numerum meorum reſpiciet Deus, & offerente me Deo altiſſimo munera mea ſuſcipiet* g. In Pſalterio Romano, & apud Ambroſium, Caſſiodorum, Gregorium *h*, *nec pretium* ſimiliter negatione repetita. Moraliter *pretium redemptionis* eleemoſynas eſſe Auguſtinus docet, dixitque Daniel *i* iis peccata redimi. Ambroſius poſt Baſilium exponit, Chriſtum non pro ſe dediſſe hoc pretium ſui ſanguinis, quia non eguit redemptione, ut pote filius, nec obnoxius didrachmo K ſolvendo: nos animam jam, nec aliud pretium debere, quia pro nobis dedit Chriſtus. Ubi cave Hæreticos, propterea tollentes invocationem ſanctorum, & operum neceſſitatem. Valor, ac pretium iſtis rebus à pretio Chriſti eſt; ac per illas ipſum applicatur nobis; à quo per ſe abſoluta redemptio nobis eſt, & ſanctitatis, meritorum, præmii, ſatisfactionis vis, & ratio. Gregorius *l* pretium hoc redemptionis ait eſſe opus bonum, quod prævenienti nos gratiæ reddamus: procul dubio hoc etiam ipſum non abſque gratia comitante, & adjuvante. Hæ *divitiæ* (cum Chriſti meritis, in primis, & gratiæ ceteris donis neceſſariis) ſunt *redemptio animæ viri* m, quæ *pretio* empta eſt *magno* n, & *pretioſo ſanguine agni immaculati Chriſti* o, ità ut nullam commutationem dare homo aliam pro illa poſſit *p*. Magno æſtimanda, quæ tanto conſtitit pretio, anima noſtra, ut non efficiamus *ſervi* q *hominum*: ſed longè minùs carnis, diaboli, peccati: *Pretium ſcorti vix eſt unius panis*: *mulier autem viri pretioſam animam capit* r: noli facere *animam* tuam, ideſt, vitam *pretioſiorem quam* ſ te. Deum vivis placare Deum potes *muneribus quæ præcedunt*, & poſt ea videbis eum: forſitan (immo niſi per te ſtet, omnino) *propitiabitur* tibi *t*, talibus hoſtiis promeretur (& placatur) Deus *u*, beneficentia & communione *x* ſive eleemoſyna *y*, ſacrificio Juſtitiæ *z*, corde contrito & humiliato *a*, oratione *b*, & ſimilibus aliis. Nemo quidem valet pro peccatis mortalibus placationem pretiumque redemptionis Deo dare, pro venialibus tamen, & pœna, quæ ſupereſt remiſſis, mortalibus, poteſt per opera, quæ dixi, Deo acceptante illa propter pretium ſanguinis Chriſti, & ob promiſſum ſuum: fidelis eſt, (implendo promiſſum & juſtus (compenſando id, quod acceptat, per rei æqualitatem) ut dimittat nobis *peccata noſtra* c, & *emendet nos ab omni peccato per ſanguinem filii ſui* d: Dicit Deus Angelo, vel Angelus Deo apud Jobe, *liberæ eum ut non deſcendat in corruptionem, inveni, in quo propitier ei*, ubi eſt Hebræa vox כֹּפֶר *chopher*, de qua priùs egimus.

Et laborabit in æternum) Hieronymus, & *quieſcit in ſæcula*, vel ut legit Trevetus, *in ſæculo*, Aquila, *καὶ ἐπαύσατο εἰς αἰῶνα*. Symmachus, *ἀλλὰ παυσάμενος τὰ αἰνιττόμενα, ſed deſinens ſæculo huic*. LXX. habent *καὶ ἐκοπίασεν εἰς τὸν αἰῶνα, & laboravit in ſæculum*. Et idem refert Euſebius *f* de V. editione *ſ* legitur præterea in præterito, *laboravit*, ſed abſque particula &: in Pſalterio Vaticano, ſeu Romano à Caſſiodoro, Ambroſio, Hieronymo cum illa, licèt etiam in commentario videatur ſimul legiſſe Ambroſius, *laborabit* in Ambroſiano Pſalterio ſine eadem ſed in futuro, *laborabit*. Omnino mendosè aliqui codices habent *liberabit*. Porro Arnobius ita ſic omia exponit, ponens quòd priùs agatur de redemptione per ſolum Chriſtum: Nullus veſtrum dabit Deo portionem ſuam, *placationem, pretium redemptionis animæ ſuæ, ut laboret in æternum* (ideſt, ut liceat hanc ſemper vitam vivere quemadmodum ante etiam declaravimus) & *vivat in finem* (hoc eſt, ſemper & ſine fine, & *non videat interitum, quum viderit ſapientes morientes*. Habetur id verſu ſequenti.

De ſenſu priùs egi, eumque multis placere, ut ſignificetur affligendum perpetuò impium ac ſempiternis cruciandum tormentis, quibuſcum quodammodo ſemper luctetur, *quærens mortem, & non inveniens, deſiderans mori, fugiente morte ab eo* g, quia in re illuſtre divitis eſt exemplum apud Lucam *h*: tamen videri alium liberaliorem, quem nunc quoque ex Arnobio retuli. Quod attinet ad verba, Hebræum חדל *chadel*, ſignificat *ceſſare*, deſinere, vacare, quieſcere: ſic autem ſenſus eſſet, vel quòd ceſſabit ab opinione perpetuò vivendi in hoc mundo, vel quod nemo conſequi poterit, ut numquam ceſſando & vacando quod eſt ſemper & in æternum labore, vivat adhuc in finem, ſive perpetuò. Ad iſtum ſenſum reſpicientes LXX. dixerunt *καὶ ἐκοπίασεν εἰς τὸν αἰῶνα*. Fortaſſis quod ſuſpicatur Agellius, idem tranſtulerunt *ἐκόπασεν*, quod idem valet atque *παύσασθαι*, quo uſos dixi Symmachum, & Aquilam, & ita etiam ceſſare, ut ſolet nimio labore fractus fatiſcenſque. Legentes quidam חלד *cheled*, per matheſim litterarum, quod ſignifiat ſæculum, vitæque ſpatium, vel mutatis tantum punctis חדל *chedel*, quod idem ſignificat, explicant quòd hoc ſpatium perpetuum nemo poterit impetrare, utque vivat ultra in ſæculum, nec videat interitum, foveamve, & ſepulchrum. Bredembachius retento חדל *chedal*, exponit; ceſſabit in æternum pretium redemptionis animæ, aut pretioſa redemptio animæ: hoc eſt, fruſtra ſuſcipietur cogitatio, & quum de illa re, quæ numquam obtineri poterit. Ambroſius poſt Baſilium interpretatur allegoricè de Chriſto, cujus redemptio, ac pretium ſolum profit, ſufficiatque humano generi. Laboravit ille, inquit Ambroſius, *uſque in finem*, laborem noſtrum ſuſcipiendo, & invitavit omnes laborantes *i*, & dixit de ſe, *laboravi* K *clamans*: & de ipſo dictum eſt ſub nomine Iſachar *l*, quòd *ſuppoſuit humerum ſuum* ad laborandum, & factus eſt vir agricola: adde illud *m*, *pauper ſum ego, & in laboribus a juventute mea*. Subdit tropologiam, ut homo, pro quo talis redemptio tantumque pretium Chriſti offertur, laboret nihilominus, ut ſervet præcepta vivendi, & à mandatis cœleſtibus non recedat; dum vivit in labore ſit, & perſeveret in eo ut vivat in finem, ne & ipſe morte moriatur, quum ſit jam redemptus à morte, ſed aliquando tandem requieſcat *à laboribus ſuis* n *dante requiem Deo* ab omni *labore, concuſſione, ſervitute* o: *labores ſuos manducet* p. Chaldæus Paraphraſtes verſum totum ſic narrat: *quòd ſi peccaverit*, aut apud Nebienſem, *quòd ſi duret*, nempe pretium redemptionis, *ecce pretioſa coram Domino redemptio animæ eorum*, aut *eſſet pretioſum in redemptione animæ ejus, & abolebit malum ejus punitionem eorum in ſæculum*, aut *auferet malum ejus & punitionem ejus in ſæculum*.

Et vivet adhuc in finem.) Hieronymus, *& vivet ultra in ſempiternum*. Symmachus, *ζᾷ ἔτι καὶ διατελέσει, vivens ſemper perſeverabit*. Aquila, *καὶ ζήσεται εἰς νῖκος, & vivet in victoriam*, quod de V. quoque editione refert Euſebius. Vincit qui perducit in finem quod intendit, & poſt finem nihil expectatur: ſic æternitas omni durationi ſuperior eſt, & ultra illam nulla alia eſt. Idcirco, *in finem*, idem eſt, quod in perpetuum, ut quibusdam quoque prioribus Pſalmis *q* vidimus, Omittitur *adhuc*, in textu Græco, in pſalterio Latino Romano, & Ambroſiano: apud Caſſiodorum, Arnobium, Auguſtinum, Ambroſius legit, *uſque in finem*, textus Hebræus habet עוד *hhod*, *adhuc*: cum interrogatione pronuntiat R. Abraham, & Genebrardus, *& adhuc vivet in finem*; hoc eſt, adeone deſipit, ut ſe tamdiu victurum putet? Fieri poteſt ut in æternum vivat? Minimè ita fiet; præſertim quum nec ſapientiſſimus quiſque (quod proximè hìc ſubditur) obtinere id valet. De pœnis æternis qui laborem æternum in priore membro intelligunt, volunt in iſto ſignificari, ſuperfore miſeris vitam, quæ numquam conſumatur, & in qua cruciatus experiantur. Auguſtinus & Caſſiodorus paullò duriùs declarant, & vivat, hoc eſt, vivat ſanè hìc, & vigeat, floreatque; ſed *in finem*, ideſt, finietur vita ipſius labor (de quo in præcedentibus verbis) non finietur. Exemplum afſert

a 1. Reg. 3. 1.
b Iſai. 13. 12
c Pſ. 88. 49.
d Prov. 6. 35
e Soph. 1. 18.
f Mich. 6. 6. 7.
g Eccl. 7. 11. Hyp. 3. Paſtor. adm. 22.
h Dan. 4. 14.
K Matt. 17. 23.
l 3. p. Paſtor. admon. 32.
m Pr. 13. 8.
n 1. Cor. 16. 20.
o 1. Pet. 1. 19.
p Matt. 16. 26.
q 1. Cor. 7. 23
r Prov. 6. 26.
ſ Act. 20. 24.
t Gen. 32. 20
u Heb. 13. 16.
x Ibidem.
y Dan. 4. 24 Pſal. 40. 6.
z Pſal. 50. 19
a Eccl. 35. 21
b 1. Joan. 1. 9.
c Ibidem.
d cap. 33. 24
e in Catena Barbara.
f Apoc. 9. 6.
g cap. 16. 22. & ſeq.
h Matt. 11. 28
i Pſal. 68. 4. K Gen. 49. 15.
l Pſ. 87. 16.
m Apoc. 14. 13.
n Iſa. 3.
o Pſ. 127. 2.
p Pſal. 12. 2.
q Pſ. 15. 11.

fert divitis, qui vixit dicto modo, ſed finita præſenti vita, laborat modo in æternum, & Lazari, qui nunc vivit in æternum, quum antea laboraverit in finem abſolvendo labores ſuos *a*. Videtur Euthymius oppoſitum ſenſum reddere, ut poſtquam pupugit propheta eos, qui non egerunt pœnitentiam in hac vita, nunc ad pœnitentes convertatur, & futurorum ſpe, pœnitentiæ moleſtias conſoletur, quia vivet ille, qui pœnitentiam egit, & quidem perpetuò, ita ut *vita* eam denotet, quæ propriè vita ſit, ac ſine labore; per *finem* intelligatur futurum ſæculum. Baſilius *b*, Theodoretus, Chryſoſtomus, Euſebius, non præcisè de pœnitente, ſed de quovis virtutis cultore, qui pro illa laboret: priora enim quoque verba, *laborabit in æternum*, ad illum referunt, ideſt, pro ſempiternis bonis; exponunt. Clemens Alexandrinus *c* exprimens *juſti* nomen, ait, quòd eſt longè veriſſimus ille Pſalmus: *Juſtus vivet in finem*, Refert Nebienſis hoc loco, atque Galatinus *d*, R. Moſem Hadarſan hinc probaviſſe Meſſiam pro humani generis ſalute, & præſertim propter ſalvandos Patres moriturum fuiſſe, poſtea victurum in ſempiternum, nec viſurum infernum (ideſt ſequenti verſu) quemadmodum ſapientes, qui moriuntur, ut ſcilicet in inferno diutiùs maneat, ſicut illi manebant. Chaldaicè ponitur *vita æterna*, quæ felicem ſolet deſignare.

a Luc. 16.

b *In ſcholio.*

c 1. Strom. c. 4.

d *lib.* 8. *c.* 20. Probatio ex hoc loco petita à R. Moſe Hadarſan.

Verſ. 11.) Non videbit interitum, quum viderit ſapientes morientes: ſimul inſipiens, & ſtultus peribunt.

Et relinquent alienis divitias ſuas.

Verſ. 12.) Et ſepulchra eorum domus illorum in æternum. Tabernacula eorum in progenie, & progenie: vocaverunt nomina ſua in terris ſuis.

FRuſtra qui ſæpe hactenus dictus eſt potentiæ divitiarumque amator, tantam in illis ponit ſpem, ut evitare ſe putet poſſe diem mortis, ac judicii malam perſiſtendo ad uſque vitæ calcaneum ſeu extremum iniquitate. Quicquid faciat, nihil efficiet, non valebit quibuſcumque laboribus, in quibus etiam ſemper hic verſari non dabitur, vitam perpetuare: fieri non poteſt (hinc inchoat paraphraſis propoſiti textus) ut non videat, experiaturque interitum, & non moriatur. Nam quotidiè cernit ſapientes, cautos, prudentes oppetere mortem, nec valere, qua valent etiam cura, diligentia, experientia, ſollertia, morti reſiſtere, quæ res abſque comparatione multo plus ad id conferunt quàm externæ illæ, quibus niti ſtultos, ac inſipientes, dictum eſt. Omnino falluntur iſti, morientur non minus, quàm ſapientes, immo etiam propter imprudentiam, aliaque peccata, fortaſſis citius. Sed & in hoc eorumdem deprehenditur ſtultitia miſericordiaque; quòd laboris, ac ſtudii tantum ponant in iis bonis, quæ velint nolint, relinquere cogantur, & quidem ſæpenumero his, qui minimè vellent, nimirum extraneis, ac forſitan etiam inimicis, qui mortuis inſultent. Porrò nil aliud ſupererit infelicibus, quàm ſepulchrum, loco tabernaculorum, ædium, palatiorum, arcium, civitatum, in quibus ampliſſimè ſuperbiſſimèque habitabant: & ſua illis quoque nomina indebant. Aut certè ſola teſtabunt inſculpta ſepulchris nomina, nullum præterea emolumentum, quum ſit illis æterna inhabitanda domus inferni mala in æternum. Paullò diſcrepantes alias expoſitiones perpendemus in explicando ſingulas partes.

Non videbit interitum.) In Pſalterio Romano, & apud Auguſtinum, atque Caſſiodorum præponitur cauſſalis particula, *quoniam*, & apud Clementem *e* Alexandrinum ὅτι. Pro *interitu* vertunt alii vocem Hebræam שחת *ſchachath*, *foveam*, ideſt, ſepulchrum, ut *non videre interitum foveamque & ſepulchrum* ſit, non mori, & quod conſequens eſt, non inferri in ſepulchrum, ibique corrumpi. Eodem prorſus modo dicitur Pſalm. XV. *f*. *Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem*, ubi cum dicto nomine Hebræo, extat etiam Græcum præſentis loci διαφθορὰ. Item XXIX. *g* *qua utilitas in ſanguine meo, dum deſcendo in corruptionem?*

e 1. Strom. c. 4.

f *verſ.* 10.

g *verſ.* 10.

A ſed & in aliis pluribus Pſalmis *h*, ut aliarum omittam teſtimonium ſcripturarum. Paraphraſtes hoc loco interpretatur judicium gehennæ דין גהנם *dim gehennam*: & de hac quoque ſive de inferno R. Moſes Hadarſan expoſuit, intelligens de Meſſia, qui non eſſet viſurus infernum, quemadmodum ſapientes videbant poſt mortem, videlicet, ut prius etiam dixi, diu in eo manentem. Citant illum Rabbinum Nebienſis & Galatinus *i*: Id ipſum Baſilius quoque analogicè ſenſu, ac Ambroſius de Chriſto affirmat. Ambroſius, Auguſtinus, Ruffinus, Hieronymus, alii damnationis æternæ interitum hìc intelligunt. Propoſito mors ſufficit, ſepulchrumve.

h Pſ. 9. 16. Pſ. 34. 7. Pſ. 54. 24. Pſal. 101 4.

i *lib.* 8. *t.* 20.

Quum viderit ſapientes morientes.) Dixi ſenſum eſſe: Fruſtra ſperari evaſionem interitus ab improbo, qui eſt inſipiens, ac ſtultus, quum negatur ſapientibus, ſed & hi & illi quotidie cernantur mori. Græci ferè omnes hoc loco, & Clemens *k* Alexandrinus per *ſapientes*, ſapientes ſæculi, & malos intelligunt, qui *ſunt ſapientes, ut faciant mala, benè autem facere neſcierunt* l, & *dicentes ſe ſapientes, ſtulti facti ſunt* m, quia *ſapientia hujus mundi ſtultitia eſt apud Deum* n, & Deus talium perdit *ſapientiam ſapientum*: reprobatque *prudentiam prudentum*, ac eorum *ſtultam facit ſapientiam* o, quos, ut ait Baſilius, conſuetudo ſic vocat, quòd incommoda & noxia, ab utilibus, in rebus, humanæ vitæ diſcernere noverint, & à Chriſto prudentiores appellantur *filii hujus ſæculi*, *filii lucis in generatione* p *ſua*, & tamquam prudentes villici iniquitatis laudantur *q*. Ambroſius etiam hujuſmodi ſapientes intelligit; exemplum dans in Scribis, & Phariſæis, vindicantibus ſibi cathedras in ſynagogis *r*, quaſi ſapientiæ principatum. Conſentit Caſſiodorus, In paraphraſi Chaldæa eſt, *quoniam videbit ſapientes improbos, qui moriuntur morte ſecunda, & adjudicantur gehennæ*: Ambroſius verò, ſi enim omnes illi, ait, magni, & opinati & ſapientiſſimi, mortui ſunt, quomodo non inſipientes peribunt, qui congregant divitias, & miſeri, dum poſſunt, egentibus dare nolunt? Auguſtinus, Ruffinus, Hieronymus, & alii explicant, dum vident improbi probos morientes, non videre, id eſt, non conſiderare, aut etiam non credere interitum æternum: qui ſcilicet, non probos manet, ſed improbos, quamvis communis hìc ſit utriſque moriendi neceſſitas; & idcirco vacant, quoad vivunt ac licet, voluptati commodiſque quaſi nihil opera virtutum poſſint. Gregorius *ſ* præterea ſic explicat, ut quos viſibiliter mori ſapientes, conſpiciunt improbi, inviſibiliter vivere poſſe non credant: atque eo reatum infidelitatis ſuæ cumulent, quo viſa morte fidelium de æternitate deſperant. *Hoc eſt peſſimum inter omnia* (ideſt, multorum, & magnorum occaſio peccatorum) *quæ ſub Sole ſunt, quia eadem cunctis eveniunt, unde, & corda fidelium hominum implentur malitia, & contemptu in vita ſua. Videbunt* (ſtulti) *finem ſapientis* (mortem) & *non intelligent quid cogitaverit de illo Deus* u. Oritur hoc ex errore de animæ mortalitate. Illum errorem dilemmate, quidam religioſus, ut Ayguanus refert, ſic refellebat, ſi mortalis eſt anima, nullum incommodum infligetur poſt mortem ei, qui crediderit immortalitatem; ſi immortalis, hoc ipſum credere melius eſt, nec opinione falli in re tanti momenti. Oppoſitum Chryſoſtomus ac Euthymius tradunt huic ultimo ſenſum, ut vir bonus mortem non æſtimet mortem eſſe; quia reputat apud ſe coronas, præmia, bona ineffabilia, vitam illam cum Angelis: quemadmodum agricola videns frumentum interire, tunc maximè lætatur ob ſpem fructus: & ſi videat *ſapientes mori* ſecundùm mundum qui de reſurrectione non ſunt philoſophati, non plangat, ſciens interitu iſto non interimi ſubſtantiam, ſed tantùm mortalitatem, nec perdi etiam omnino corpus, quod cum majore & ampliore gloria recipient boni. Ad ſenſum litteralem parum refert, ſapientesne ſint boni, an mali, vera & divina, vel humana, falsàque ſapientia præditi, quia vis argumenti eſt, quod non vitant ſapientes, non poſſe alios, qui nitantur opibus, & potentia; nempe quoniam ad mortem cavendam ſapientia, & prudentia prodeſt: hæc autem *in filiis ſæculi*, ut dictum eſt, valet ſæpenumero magis ad effectum talem, quàm verior ſapientia, quæ non tanti vitam facit, curatve.

k 1. Strom. c. 4.

l Jer. 4. 22.

m Rom. 1. 22

n 1. Cor. 3. 19.

o 1. Cor. 1. 19. 20.

p Luc. 16, 8.

q *Ibid.*

r Mat. 23. 6.

ſ 26. Mor. c. 15. vel 26.

t Eccl. 9. 3.

u Sap. 4. 17.

Simul inſipiens, & ſtultus peribunt.) Hieronymus, ſi-

mul inſipiens, & inoctus peribunt. Auguſtinus, *imprudens, & inſipiens*. Symmachus ὁτὲ ἀνόητος καὶ ἄνης, ὅτε ἀπολοῦνται, LXX. verò, ἐὰν ἀυτὸ ἄφρον καὶ ἄνης, ἀπολοῦνται. Vult Baſilius, hos ipſos eſſe, qui antea vocati ſunt ſapientes uno generali nomine. Diſtinguit autem ἄφρονα, ἄνουν, ἀνόητον, μῶρον, quòd primus prudentia ſit privatus, minùs ſollers, aut perſpicax ad obeunda communis vitæ iſtius officia. Secundus, qui & ἄνες, deſtitutus his, quorum cognitio mentem hominis præcipuè adornat, ut myſterium Trinitatis, & ſimilia, ſed invaluit conſuetudo ſacri eloquii, ut viciſſim, & promiſcuè duas voces ἄφρον καὶ ἄνες, uſurpet, idque pro eo, qui eſt ἄθεος, *dixit a inſipiens*, ἄφρων, *in corde ſuo non eſt Deus*. Tertius qui ſapit, ac verſatur circa illa quæ vitæ nocent quas appellat Paulus *b* ἐπιθυμίας ἀνοήτους. Addit præterea ſumi poſſe ἄφρονα, pro eo, qui gentiliter: ἄνουν, pro eo, qui Judaicè ſecundùm nudam legis obſervationem vivat: primo dictum, *Stulte, ſtulte c, hac nocte animam tuam repetent à te*. quia non credebat. Deum eſſe: ſecundum vocatum ſub nomine Ephraim, *columbam ſeductam, non habentem cor d*. De ultimo, quem dicunt, ἄφωνον, nihil dicit; conſtat enim eſſe rationis uſu planè deſtitutum: aliæ voces, ut obſervat Didymus, non ſignificant omnino mentis expertem, ſed pravæ mentis pravique animi; quemadmodum, inquit, qui non aptam vocem habet, ἄφωνον; qui turpi facie eſt, ἀωρόσκοπον; qui maleficia arte præditus, ἄτεχνον dicere conſuevimus. Theodor. interpretatur ἀνόητον, qui quod decebat coire noluerit; ἄμαθῆ, qui omnis ſapientiæ expers eſt, cum malitia tamen, & vitio vivit. Euthymius ait ἄφρονα eſſe, qui Deum non novit; ἄνουν, qui Deum quidem novit, ſed terrenis tamen rebus affixus, à cœleſtibus animum avocavit. Ambroſius definit *inſipientem*, qui mala ſapit, ut quòd non ſit Deus; ſicut *iniquus* eſt, non qui æquitatem neſcit, ſed qui improbitate cordis ſui iniqua committit, *improbus*, qui probitatem malitia ſua deſtruere vult, non qui probitatem ignorat: *ſtultum*, qui nihil ſapit, & ſtulta intelligit. Caſſiodorus docet, *inſipientem* eſſe, qui prædicationibus prophetarum acquieſcere non vult *ſtultum*, qui Chriſtum venientem recipere detrectat, videlicet Judæos intelligit. Hieronymo, *inſipiens* eſt, ad eum fere modum, quem tradebat Euthymius qui contemnit habere notitiam Dei: *Stultus*, qui non in Deum ſperat, ſed in divitiis. Ruffinus, & Haimo docent primum non credere futuram pœnam; ſecundum, licèt credat, non cavere. Remigius, & Beda, qui neſcit ſibi cavere in poſterum: & qui non attendit nihil eſſe in hac vita præter miſeriam. Hugo, non proſpicientem futura, non cavente quæ proſpicit. Thomas accipit pro eo, qui habens humanam ſcientiam, non conſiderat æterna: & pro illo, qui non conſiderat etiam præſentia: vel primum eſſe qui attendat futura, non autem præſentia: ſecundum qui attendit etiam hæc, ſed non notat. Bruno Carthuſianus definit *inſipientem*, qui penitus ignorat, ſed ex negligentia: *ſtultum*, qui non ignorat, ignorare tamen ex negligentia diſſimulat. Hugo rurſus, & Valentia, qui carent ſapientia, & prudentia. Auctor ſpeculi peccatoris apud Auguſtinum *e* aſſerit, *inſipientem*, qui ſe à paradiſi gaudiis peregrinum non eſſe non conſiderat, & ſe exulem in hoc exilio non attendit: *ſtultum*, qui licèt iſta cognoverit, liberari tamen à mundi miſeria per vitæ meritum non intendit. Item *inſipientem* eſſe, qui non credit futura ſupplicia reprobatorum eſſe perpetua, & gaudia juſtorum æterna: *ſtultum*, qui licèt credat, tamen ut mortem perpetuam evadat, & gloriam æternam caſtè vivendo piéque converſando acquirat, non intendit. Concedi poſſunt omnes hi dicendi modi, ſimileſque alii. In Pſal. XCI. *vir inſipiens non cognoſcet, & ſtultus non intelliget* hæc, ſunt eædem voces Hebrææ quæ hoc loco, ſed tranſpoſitæ נער *hahhar*, & כסיל *cheſil*, Græcè ἄφρων, & ἀσύνετος. Ceterum *perire ſimul* ἐπὶ τὸ αὐτὸ יחד *iachad*, *inſipientem*, & *ſtultum*, aut intelligitur unà perire omnes inſipientes, ac ſtultos collectivè ſingulari numero expreſſos: aut ſimul, atque mortis eadem neceſſitate, qua ſapientes. Prior ſenſus videtur aptiùs hærere ſequentibus, quæ contineant improborum divitum mala nonnulla poſt mortem: præſertim verò, ſi, quod aliqui ſentiunt, perire dicantur morte quoque ſecunda, æternaque damnatione, ſive in corpore, & anima, ut loquitur Gloſſa ordinaria: nec tamen refert ſi poſteriorem ſequare ſenſum, quoniam, ut antea dixi, & colligit Bruno Carthuſianus, nec poſſet inſipiens, ac ſtultus mortem ſapientum effugere; ac propterea neceſſe eſt, ut maximum ſibi miſeriarum cumulum, poſt communem ſibi cum ſapientibus bonique mortem, intelligant imminere. De communi omnibus moriendi neceſſitate multa auctores etiam profani, ex quibus colligit hoc loco aliqua Bochius. Ad rem eſt maximè Epictetus Arianif, quod ὁ θάνατος κοινὸ, καὶ τοῖς χειροῖσι: καὶ τοῖς βελτίσοις, *mors communis deterrimis & optimis*.

Et relinquent alienis divitias ſuas:.) Extraneos *alieni* ſignificant, & non legitimos hæredes, infenſos etiam, & inimicos, qui aliquando ineunt relictorum bonorum poſſeſſionem. Hoc eſt illud malum, & quidem frequens apud homines, quod ſe vidiſſe ſcribit Eccleſiaſtes*g*, ut *vir, cui dedit Deus divitias, & ſubſtantiam & honorem; & nihil deeſt animæ ſuæ ex omnibus quæ deſiderat, nec tribuit ei poteſtatem Deus, ut comedat ex eo, ſed homo extraneus vorabit illud*. Item deplorat *h* quòd *quum alius laboret in ſapientia, & doctrina, & ſollicitudine, homini otioſo quæſita dimittit*. Stultum præterea compellat Chriſtus eum, qui quæ paraverat, neſcire cujus forent poſt mortum *i*: cui ſententia ſimilis in Eccleſiaſtico *k*, qui nominatim etiam id aſſerit de acervante injuſtè *l*, ac de avaro dictum quoque Pſal. XXXVIII. *m*, quòd *homo theſaurizat, & ignorat cui congregabit ea*. Paraphraſtes juſtos exprimit, quibus relinquant improbi divitias. Et hoc etiam verum eſt nonnumquam, quod ſcribit Salomon *n*: *bonus relinquit hæredes, filios, & nepotes; & cuſtoditur juſto ſubſtantia peccatoris*, θησαυρίζεται δικαίοις πλοῦτος ἀσεβῶν: nam & *juſti tulerunt ſpolia impiorum*; de quo poſtremo loco, quæ dixi in Commentario, lege ſi vis. Auguſtinus, Ruffinus, aliique *alienos* accipiunt, etiam ſi alioqui ſint hæredes legitimi, de illis, qui ſunt inutiles, his qui reliquerunt ipſis opes, cujuſmodi fuerunt divitis illius fratres quinque *o*, qui nihil in inferno jacenti prodeſſe valebant, nec ſiquidem eſſent boni, quia is juvari non poterat. Caſſiodorus interpretatur divitias magis ſpiritualiter de divinis prædictionibus, Chriſtoque ipſo, quorum ad gentiles fructus pervenit, & quodammodo relictus à Judæis eſt, ad quos res pertinebat: Confirmari poteſt ſententia Pauli *p* affirmantis, delictum Judæorum, divitias mundi fuiſſe, & diminutione eorum, divitias gentium. Sed hæc ſunt myſtica. Aliena verò Cajetani expoſitio, quòd ſtudeant *ſapientes ſæculi* relinquere aliis celebritatem famæ, ob res præclarè geſtas. *Alienos* ceteri propriè recipiunt pro extraneis, & *divitias* pro bonis æternis, ut Hieronymus Trevetus explicat, res ſuas pretioſas, quæ ſolent intus in penetralibus cuſtodiri, & domos ſuas in ſæculo, quas ædificaverant pro ſæculo ſuo. Thomas recitat ex Hieronymo (*interiora eorum, domus illorum in æternum*) & declarat, domum interiorem conſcientiæ manere ſemper, non autem exteriorem, ac materialem.

Et ſepulchra eorum domus illorum in æternum.) Hieronymus abſque particula conjungente (*interiora ſua domus ſuas in ſæculo*) nempe relinquent; Quamvis concedi poſſit quod ait Euſebius, quicquid ſapientiæ, prudentiæ, litterarum acquiſiverunt impii, nil eis profuturum, ſed alios utilitatem perventurum. At ita verò hæc ſint etiam aliena futura illis tempore mortis, ut acquiſitos in anima habitus non retineant, quod ille innuit; nunc quia ſenſus, quem tradit, non eſt litteralis, non expendo; & eſt eadem quæſtio de juſtis, quæ Thomam torſit Aquinatem dum viveret, ut priore Pſalmo retuli. Alii, *intimum eorum domus illorum in æternum*, quod expunit Campenſis (quamvis penetralia ſua, ædes, & domicilia habitare in perpetuum decreverint) Vatablus, (intimè in animo cogitant, ſeu, intima cogitatio ipſorum eſt, quòd ſint manſuri perpetuò in domibus ſuis) Cajetanus, (fixum illis eſt perpetuare gentem, ac familiam: vel etiam ſectas conſtituere, illarumque dici capita.) Meminit & Chryſoſtomus Græcæ lectionis, τὰ ἐντὸς τῶν οἰκιῶν τῶν αἰῶνα, *interiora domorum eorum in ſæculum*. Vel LXX. legerunt קכרם *Kiuram* pro eo, quod nunc eſt קרבם *Kirbam*: vel hoc ipſum licèt propriè ſignificet *medium*, & *omne intimum*, ſumitur etiam

Mors ſecunda.

Thomas Aquinas circa quam quæſtionem torqueretur maximè.

a *Pſ.* 13.1. *Pſal.* 52.2.
b 1. *Tim.* 6.9
c *Luc.* 12.20
d *Oſe* 7.12.
e c. 8. *tome* 9.
f *lib.* 2. *c.* 6.
g *c* 9. 1. 2.
h *cap.* 2. 21.
i *Luc.* 12.19
k *Eccl.* 11.10.
l *cap.* 14. 4. 15.
m *verſ.* 7.
n *Prov.* 13. 22.
o *Sap.* 20.19
p *Luc.* 16.28 *Rom.* 11. 12.

Inſipientis, iniqui, improbi, ſtulti definitio.

etiam pro *ſepulchro*, quod non reſpuit R. Kimhi, & R. Abraham, qui ſic Hebræos etiam nonnullos de *ſepulchris* exponere teſtatur, & ita quoque vertit Nebienſis. Paraphraſtes eodem pacto interpretatus, *in domo ſepulchra ſua habitabunt in æternum* בבית קבורתהון *beueth keuurathon*.

Eſt porrò ſenſus tùm quod avidi famæ ſtulti, qui haberi ſapientes voluerunt, ſui relinquere memoriam in monumentis etiam voluerunt, animæ non credentes immortalitatem, ut Didymus & Chryſoſtomus notant, putanteſque ſplendida illa ſepulchra ſua ſemper duratura, quod falſum eſt, ut Thomas: tum quòd etiam ſi circa hoc non erraverunt, nihil poſt mortem ſint habituri pro magnificis ædificiis, quàm ſepulchra: unde quamdiu durabit hic mundus, numquam redeant ſuas repetitum divitias, quas reliquerunt, non denuo palatia habituri, quæ conſtruxerunt; tum quod ipſæmet ſplendidæ domus injuſtè conquiſitis plerumque divitiis excitatæ videntur ad ſepulchrum factę, quum brevi, poſtquam finitæ ſunt moriantur in iis auctores illarum. In libro Eccleſiaſtici *a*, quod habemus, *qui ædificat domum ſuam impendiis alienis, quaſi qui colligit lapides ſuos in hyeme*, εἰς χειμῶνα, *in hyemem*, legitur in Complutenſibus & Regius bibliis εἰς κῶματα φιλαυτῦ, *in tumultum ſepulchri ſui*. Digredi hoc loco liceret in immanes ſepulchralium pyramidum, & mauſolæorum ſtructuras moleſque.

Facilis b *jactura ſepulchri eſt*.

Nec viris fortis eſt (tametſi ſepulturæ religio negligi non debet) humi ne an ſublimè putreſcat *c*. *Cælo tegitur qui non habet urnam*. De moderatione ſepulchrorum Ciceronem *d*: de cura, Lactantium *e*, Auguſtinum *f*, Alcimum *g*, Thomam *h*, Bellarminum *i*. *Sepulchrum* domus æterna ſic vocatur hoc loco, quo modo in Eccleſiaſticis libro *k*, *domus æternitatis*, de qua re nos ibi; *ſolum mihi ſupereſt ſepulchrum*, ait Job *l*.

Myſticè Origenes, Ambroſius, Baſiliuſque, improborum, qui videlicet, ut Paulus *m* ſcribit, viventes mortui ſunt, dum hìc deliciantur, & à Chriſto *n* vocantur *ſepulchra dealbata, intus plena omni ſpurcitia*, & à Propheta noſtro *o*, dum loqui volunt, guttur habere ſimile ſepulchro patenti, quum *ex abundantia cordis os loquatur*, p *animas* vocant ſepulchra etiam poſtquam ſunt mortui. Quum dives in inferno ſepultus; Lazarus dicitur portatus ab Angelis in ſinum Abrahæ *q*, per anticipationem intelligi debet, quia poſt reſurrectionem, prioris corpus jacebit in inferno, velut in ſepulchro: poſterioris, in cœlo tamquam in palatio. Hoc eſt; ut Jeremias *r* loquitur, *in Topheth* ſepeliri, quæ erat vallis Ennon gehennæ nomen.

Tabernaculorum eorum in progenie, & progenie.) Alii *& progeniem*, ut codices Regii, atque Complutenſes. Pſalterium Romanum, *in omni generatione, & progenie*. Auguſtinus, *in generationem & generationem*. Alius Græcè apud Chryſoſtomum, ſemel tantum habet εἰς γενεὰν, & σκηνώσεις pro σκηνώματα. Chaldæus aliquid ſupplens, exponit, quòd & in domo ſepulturæ habitabunt in æternum, & non reſurgent de tabernaculis ſuis in generationes generationum. *Tabernacula* interpretatur ipſamet ſepulturas. Id velle etiam videtur Apollinaris.

ὑπνείως καλύβησι ἑὰς φθίσουσι γενήθλας.

Aſſiduè tabernaculis ſuas corrumpent generationes.

Agellius probat; quia *ſepulchra* videntur loco ſubjecti eſſe propter articulum οἰκίαφοι; *tabernacula* prædicari, quia non præponitur illis articulis, σκηνώματα. Indicat Baſilius *tabernacul.* ſumi pro corporibus. Quomodo intelligerent includi ſepulchris, ſed ipſe confundit eum ipſiſmet ſepulchris, myſtico quodam ſenſu. Simplicior ſenſus ab Euſebio traditus, Auguſt. Thoma, Hugone, Ayguano, Haimone, Brunone Carthuſiano, Beda, Cajetano, recentioribus fere omnibus; nec obſcurè inſinuatus, à Theodoreto, ſcholio Baſilii, relinqui ab improbis quibus poſt mortem ſolum ſupereſt ſepulchrum, inſana illa ædificia fruenda poſteris deinceps, quæ Hebraicè nominantur משכנות *miſchenoth, habitacula*, & nomen, *tabernacula* de talibus etiam grandioribus, fixiſque domibus, non rarò dicitur, ut alibi docuimus. Addit Thomas, & Hugo, improbos falli, quum putant eas domos ſemper duraturas, ideo hìc vocari *tabernacula*. Job ſ dixiſſe, *ubi eſt domus principis? & ubi tabernacula impiorum?* Chriſtum de magnis ædificationibus, quòd non relinqueretur *lapis ſuper lapidem, qui non deſtrueretur* t. Ratio illa Agellii parum firma, licèt opinio prima, quam ſequitur, probabilis ſit, quæ placet præterea Hieronymo, Caſſiodoro, Remigio, Ruffino, Brunoni Herbipolenſi, Euthymio, qui diſertè ait repeti verbis iſtis eamdem ſententiam, ut ſint *ſepulchra* pro tabernaculis, favetque nonnihil Chryſoſtomus, declarans immodicum ſumtum ſepulchri.

Vocaverunt nomina ſua in terris ſuis.) Hieronymus, *vocaverunt nominibus ſuis terras ſuas*: addidit quoque ultimo loco pronomen, quod Hebraicè non extat. Alius ciratus à Chryſoſtomo ὀνομάσαντες ἐπ' ὀνόμασιν αὐτῶν τὰ ςδάϊα, *nominantes*, aut *quum nomina eſſent in nominibus ſuis terras*. Aquila, ὀκάλησαν ἐν ὀνόμασιν ἐσπὶ χθονας, *vocaverunt in nomine ſue ſuper terras*. Theodotio, ἐπεκαλέσαντο τὰ ὀνόματα αὐτῶν ἐσπὶ γαιῶν αὐτῶν, in editione LXX. emendata ſic habetur, addito articulo τῶν ante γαιῶν. Codices Complut. ac Regii omittunt pronomen αὐτῶν. In Pſalterio Romano apud Auguſtinum *u*, & Caſſiodorum, *invocabunt nomina eorum in terris ipſorum*. In Pſalterio Ambroſiano, & apud Ambroſium, *invocaverunt nomina eorum in terris ipſorum*. Alii ex Hebræo, *vocaverunt nominibus ſuis in terra*: nomina ſua indiderunt terris. Paraphraſtes cauſſam vult aſſignari cur in ſepulchris ſuis improbi in perpetuo habituri ſint, nec reſurrecturi (neſcio an errorem illum innuat, de quo dixi Pſalmo primo, ſolos juſtos reſurrecturos, abſolutè loquendo) quoniam inquit, ſuperbi facti ſunt, & compararunt ſibi nomen pravum ſuper terram. Verior expoſitio eſt, ſtuduiſſe celebritati nominis, ac nomen ipſum ſuum, domibus, palatiis, arcubus, theatris, balneis, agris, villis, portubus, columnis, obeliſcis, pyramidibus, tumulis, arcibus, oppidis, civitatibus, regionibus indendo: quo etiam pacto Medis victis Cyrum gentis nomen ſuæ ſcribit Plato *x*, impoſuiſſe: & Saluſtius *y*, *victos omnes in gentem nomenque imperantium conceſſiſſe*: & Horatius *z* quoſdam quæſiviſſe *urbium ſubſcribi ſtatuis*. Tamen anguſto ſepulchro concluſos, nec ubique celebrari potuiſſe, immo, quod ait Chryſoſtomus, talibus monumentis proditam, quæ oblivione, temporis excurſu, poterat extingui, avaritiam eorum: piſcatorem Petrum, quoniam virtutem eſt perſecutus, civitatem maximè regiam occupaviſſe, poſtque mortem reſplenduiſſe ſole clariùs eodem pacto Apoſtolos alios, & Martyres. Sic alii Græci, Bruno etiam Carthuſianus, Thomas, Hugo, Ayguanus, Haimo, Ruffinus, Beda: Auguſtinus autem, Hieronymus, Caſſiodorus, Remigius, Bruno Herbipolenſis (meminitque Hugo, Haimo, Ruffinus, Beda, Thomas) putant innui conſuetudinem gentilium, qui conducebant ſub mortem alios, ut ſtatis diebus eorum invocarent nomina circa ſepulturam parentando, & adhibendo etiam, ut ait Auguſtinus, & panem & merum: & ut Hieronymus bibendo in eorumdem nomine, ac inania (nænias voluit forſan dicere) cum quodam modulamine cantando. Nos inquit Beda, tranſtulimus illum ritum in religionis obſequium, ut in anniverſario noſtrorum patrum non eos nominibus vocemus, ſed Deum pro ipſis per miſſarum celebrationes & eleemoſynas invocemus. Notandum de anniverſariis defunctorum teſtimonium, de quibus præterea Tertullianus *a*, Nazianzenus *b*, Ambroſius *c*. Equidem non ſperno ſenſum poſteriorem, ſed præfero priorem. Exempla proferre poſſum tituli. Abſolonis *d*, & molientium conſtructionem turris Babel *e*, ut conſtituerent ſibi monimentum nominis ſui, ſed fere cum Dominis ejuſdem rei variis, variat nomen eidem impoſitum, ut obſervat Theodoretus. Notatu verò dignum, non illos tantum, quos modò dixi, fuiſſe impios, ſed Cain quoque qui quam primus ædificavit civitatem, vocavit ex nomine filii ſui *Henoch f*, quidquid vani homines primas hac in re deferant Cecropi Cecropiæ, ſive Acropolis, & Athenarum conditori, vel Phoronæo, qui Argos excitavit; & alii Diſpolim Thebaſve, tempore omnes urbes anteceſſiſſe contendant *Henoc* Hebraicè dedicatio eſt, deſignabatque filius ille Cain, ut Gregorius *g* monet, reprobos in hac vita ſemetipſos ædificando dedicare, ſicut è contrario alius Henoch in ſeptima generatione natus, & pius, denotavit electos ædificationis ſuæ

d c. 21. 9.

Vulgorum famæ aviditas.

b Virg. 2. Æneid. Sepulturæ religio non eſt negligenda. De cura ſepulchrorum legendi auctores.

c Cicc. Tuſc. ubi de hac re plura, & Sen. ep. 29. & in excerpt.

d 2. de leg. ſub finem. Improbi viventes mortui.

e l. 6. c. 12.

f l. de cura pro mor. c. 1.

g 3. l. 1 de civ c. 12.

g l. ad Ser. hl. 2. 5. 31. n. 2. ad 1.

i 2. de par. c. ult.

k c. 22. 5.

l c 17. 1.

m 1. Ti. 5. 6.

n Matt. 23. 27.

o Pſ. 5. 10.

p Matt. 16. 22.

q c. 19. 11.

r c. 21. 28.

s Matt. 13. 2.

t Hie & 15. de civ. c. 21.

u in Menex. x de bello Auguſt. Victi in gentem & nomen imperantium concedere ſoliti.

y 3. carm. ode 24. Gentilium conſuetudo in parentationibus circa ſepulchra. Anniverſarii ritus circa defunctos.

z de monog. c. 10. & de exhort. c. 11. de coron. mil. c. 3.

a or. in Caſ. fratrem.

b or. 2. de obitu fratris c. & orat. de obitu Theodoſii.

d 2. Reg. 28. 18.

e Gen. 11. 4.

f Gen. 4. 17. Urbes tempore alias antecedere creditæ. Duorum qui nomen Henoch geſſerunt, deſignatio & denotatio.

g 16. Moral.

suæ dedicationem in fine temporis expectare. Cyrillus & Procopius idem notant de condita prima civitate in explicatione Geneſis, & Auguſtinus *a* in opere de civitate Dei. Non debeo plura dicere, vel de precibus ſolemnibus pro Defunctis ceteroque funeris religioſo ritu, nec de ſupervacanea ſeu in tumulis Epigraphe, Epitaphio, Epigrammate, Inſcriptione, titulo, ſeu in aliis generibus ædificiorum illuſtriorum, Sepulchrorum præſertim extabant nomina & quidem ſæpius in publicis viis ac militaribus apud Romanos, extra urbem, ut monerentur viatores mortalitatis, *b* Indicat Apollinaris alium adhuc ſenſum, omnem demum famam, nominiſque celebritatem, quam adeo ſtudioſè colligerant improbi, ortam è terra à qua ipſa domiti ſunt,

Nam mors lapidibus, nominibuſque venit.

ἐκγαίης γὰρ ἀπ' ὀνομαζὲ σχεδὸν τύχετο δαμέντες.

De terra nomen habuerant, unde gignebantur domiti.

Theophilus *c* etiam Alexandrinus interpretatur *vocare nomina ſua in terris ſuis*, qui, quod infrà hìc quoque dicitur, inſtar pecudum ad terrena declinant. Particularias herbas meritò voces iſtos nominis appoſitores ſui ad opera, quæ velint extare, ſicut à Conſtantino, qui ab hoc penitus abſtinuit, appellatum Trajanum, nomen ubique operi cuivis inſcribentem, proditum eſt ab Aurelio Victore *d*. Si perpetuam memoriam deſideras, inquit Chryſoſtomus, ne nomen, ò homo, ædificiis inſcribas, ſed trophæa rectè factorum erigas, quæ, & in præſenti vita nomen tibi conſervant, & in futura vita immortalem tibi requiem comparant: ſi ſis memoriæ cupidus, ego te doceo vitam veram & apertiſſimam. Virtutis curam gere; nihil enim facit nomen adeò immortale, ut natura virtutis, ſubjicit probationem ex comparatione Martyrum Apoſtolorumque cum tot aliis Regibus, Idem extat monitum apud Baſilium: Gregorius *e* verò ſcribit in memoria æterna juſtum eſſe *f*, quoniam eo ipſo, quo facta ſua ſolius Dei oculis imprimit, nomen ſuæ memoriæ in æternitate figit. Stultorum memoriam cineri comparari *g*, quia illic ponitur, ubi aura rapiatur, ventoque ſaltem mortalitatis, & eſt tamquam pulvis, quem projicit ventus *à facie terræ h*: alios bellorum titulis, alios altis ædificiorum mœnibus, alios diſertis doctrinarum ſæcularium libris inſtanter laborare, ſibique memoriæ nomen ædificare; ſed quum ipſa ad finem celerius vita percurrat, nihil in ea fixum ſtare. Gaudendum, quia nomina noſtra ſcripta ſint in *Cœlis i*, ait Ambroſ. hoc loco, adde in libro vitæ *k*, & reprehenſi à Chriſto ædificantes ſepulchra tumuloſque Prophetarum, quos occiderant, & exornabant *l* illa; & is qui patrem volebat ſepelire *m*, & quærentes in ſepulchro Chriſtum *n*: relinquenda ſepulchra, quæ reliquerunt, quia audita voce Domini in ipſius paſſione (prior tamen reſurrexiſſe creditur Chriſtus) ſurrexerunt *o*: obediendum voci reſuſcitantis Jeſu: *ſurge* p *qui dormis, & reſurge à mortuis*. Qui portaverint hic nomen Dei *q*, eoque uno gloriati fuerint, & illi uni gloriam dari voluerint *r*, & omnia in ipſo facere *ſ*. Denique *qui vicerit* in nomine, nimirum iſto, *ſcribetur ſuper ipſum nomen Dei, & civitatis novæ Jeruſalem, & nomen novum t*, ut ſcilicet glorietur in illo Deus, tamquam in fideli ſervo, militeque ſtrenuo, volens ſemper agnoſci ac dici ſuum ut appelletur legitimus, ac perpetuus civis cœleſtis, ut peculiariter denominetur à nomine Jeſu, qui confitebitur eum tamquam ſuum coram Patre Angeliſque ſanctis *u*. *Honorabile nomen eſt illorum coram* Deo *x*, qui non ſuum, ſed Dei nomen hic honorant, ac in ipſiſmet *manibus ſuis* deſcribit eos *y* noſcens quemlibet *ex nomine* ſuo *z*, vocans *nominatim a*, efficiens, ut *in omni ore quaſi mel indulcetur memoria* illorum, *& ut muſica in convivio vini b*, magnificans omen etiam in terra *c*, & *memoriam cum laudibus d*: qui ſecus faxint, non erit ille *memor nominum eorum per labia* ſua *e*: ſed delebit de libro viventium, cum juſtis non ſcribet *f*, verum in terra *g*, deſtruet memoriam eorum *ſuper terram h*. Reprehendit Apoſtolus *i* dicentes *ego ſum Pauli, ego Cephæ, ego Apollo*: Antichriſtus extolletur *ſupra omne, quod dicitur, & colitur Deus k*, Joannes Baptiſta Chriſti refutavit nomen, Eliæ, Prophetæ *l*, revera Joannes erat nomen ejus *m* quo nomine nemo vocatur in cognatione carnali, quia gratiæ Dei, nomini, gloriæ cuncta debent adſcribi; ſuſcitans fratri defuncto ſemen, huic imponit illius nomen *n*, nempè Chriſti primogeniti fratris noſtri, ut opus omne bonum illi acceptum fera imitati Jacob, qui cùm capere poſſet urbem aquarum ipſe per ſe, accerſivit Davidem, ut victoria adſcriberetur nomini illius *o*. Nomen induit baptizato, quia indignus nomine *filius ira p*, ſicut Judæis in circumciſione octavo die *q*, qui typus eſt reſurrectionis, atque beatitudinis, ubi nomen filiorum Dei confirmabitur. Nam *ædificatio civitatis* illius *confirmabit nomen r*. Attigit ex his nonnulla Philippus Grevæus *ſ* Pariſienſis Cancellarius ubi ſubtiliter præterea diſtinguit modos, quibus nomina communicantur in mundo: nunc præpoſterè ab ædificiis per titulos & cognomina, quum ſecus fieri oportere Seneca doceat. His omnibus acutè Auguſtinus *t* commemorato loco iſto ſcribit illud convenire. *Domine in civitate tua imaginem eorum ad nihilum rediges*. Eorum ridendam ſentit ſocordiam Tacitus *u*, qui fama præſentis potentiæ credunt poſſe extingui etiam ſequentis ævi memoriam. Interciderunt adſcripta ceterorum hominum locis certis nomina, nec Nero conſequi potuit, ut flammæ nomen auferent Romæ, quam inſtauratam à ſe ipſo cognominare geſtiebat.

Verſ. 13.) Et homo quum in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt jumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.

PLanè compertum videtur, hujuſmodi homines, qui nullam ævi futuri, cæleſtiſque ſuſcipiunt curam beatitudinis, à naturæ ſuæ nobilitate degeneraſſe, nec eam, ut par erat, æſtimaſſe: ſiquidem de rebus dumtaxat cogitare præſentibus, & caducis tantùm bonis ſtudere, nihil differt à pecudibus, quæ propoſitis objectis moventur ſolis, nullam futurorum inire cogitationem valent; quorum etiam quum intereant eorum animæ cum corporibus, capaces eſſe nullo modo poſſunt.

Patres porro arbitrantur ad caſum primorum parentum revocari nunc orationem, ſumptam ex his, quæ adhuc ſunt dicta de inanibus improborum ſtudiis, & curis circa hæc externa bona. Non habuerunt illi rationem plæclarè imaginis, ac ſimilitudinis Dei, ad quam facti ſunt *x*, ſed & poſteri, quibus tantum prodeſſe debuit exemplum, gratiaque poſtea tam copioſè à Chriſto communicata, non idcirco tamen à vetania tanta deſtiterunt, ut fluxas res præponerent æternis, Creatori, creaturam, vera & apta rationalis naturæ objecta, & belluinis & infra cœlum poſitis objectis, quæ non rationem mentemque ſed ſolos appetitum, & ſenſum paſcerent. Forteſſis confirmat hæc ſententia David, quod antea dixerat; inſipientem, & ſtultum ſimul perituram. Id Remigius admonet.

Et homo quum in honore eſſet, non intellexit.) Hieronym. (*& homo in honore non commorabitur.*) Citat eodem pacto hunc locum Marcellus Papa *y* I. quod ſicut de aliorum antiquorum epiſtolis Pontificum notavi, poteſt illas in dubium revocare, qui earum auctores longè ſunt antiquiores Hieronymo, ex cujus verſione proferunt Pſalmorum teſtimonia. Legunt *z* aliqui nonnumquam *homo in honore poſitus*, quidam *a*, *conſtitutus*, ſic quoque Paraphraſtes addens epithetum *peccatoris*, & nomina *filium hominis*: quum tamen Hebræum nomen ſit אדם *adam*, quod appellativè de omni homine dicitur, ſed rectè etiam ut proprium primi hominis Adam poteſt ſumi. Tota ſententia Hebr. ſic extat ואדם ניקרבל ילין *veadam bikar balialim*. Vertunt alii, *in magnificentia non dormiet, in ſplendore, claritate, pretio opulentia non durabit, vel conquieſcet*, vel, *diu erit*: quaſi dicat, fallitur, ſi ſe credat perpetuare nomen poſſe: de quo proximè præcedente verſu dictum eſt. Cajetanus autem exiſtimat eſſe ſapientum iſtius mundi verba, quibus nihil differre dicant hominem à bruto in morte, niſi quòd nonnulla famæ claritas perſeveret poſt mortem: In Hebræo verbum ילין *ialin* faciendo *lin*, & in nomine אדם *Adam* ut proprio Adami. R. Ahai in Thalmud ut notavit Genebrardus, alluſum putavit ad ultimam diei horam qua ille poſt peccatum pullus eſt è paradiſo, ita ut foris pernoctaverit. Quidquid ſit de hoc, de quo dixi aliàs: legerunt LXX. ינין *inin*, quod nunc eſt etiam verſu ultimo, qui eſt idem cum

a l. 15 *c.* 21. Sepulchrorum nomina in publicis viis & ad quid.
b Varro, de Legendo 3. Frontinus de jure limitum
c ep. 3 *paſch.*
Trajanus à Conſtantino quomodo appellatus.
d in Conſtan.
Perpetuandæ famæ ratio.
e 11. *Mor.* 6. 27.
f ep. 111. 61
g Job. 13. 13.
h Pſ 1. 4.
i Luc 10 20, *Exod.* 4 1. *Apoc.* 17. 8.
j Mat. 22. 24 *nec* 8 21. 22, *nLuc ult.* 1, *& ſeq.*
o Mat 27. 52
p Eph. 5, 14.
q Act. 9 15.
r Pſ 113. 1.
ſ 1. *Cor.* 10, 33.
t Apoc. 3, 12.
u Mat. 10. 32
x Pſ. 71. 14.
y Iſ. 49. 16,
z Exo. 33. 12,
a Joan. 10. 3.
b Eccl. 49. 2.
c Gen 12. 2.
d Pr. 10. 6.
e Pſ. 15. 4.
f Pſ. 68 29
g Jer. 17. 4.
h Exo 17. 14
i 1 *Cor.* 1. 12.
k 2. *Theſſ.* 2. 4
l Jo. 1. 21.
m Luc. 1. 63
n Deut. 25. 5. 7.
o 2. *Reg.* 12. 17. 28.
p Ep. 2. 3.
q Luc. 2. 2.
r Eccl. 40. 19
ſ Ser. 100.
t 15 *de civ.* c. 21.
u Pſ. 72. 20.
x 4 *concl.*
y Gen. 1. 25. 17.
z ep. 2. Antiquorum nonnullorum Pontificum epiſtolæ in dubium revocatæ.
a Auguſt. 6. *de gen. ad lib.* c. 12. l. 7. c. 9. & 10. 22. *de civ.* c. 24. 2. *de pot. orig.* c. 40. *Gaud. Bri. ſtract. vel Ser.* 9.

cum isto, & futurum loco præteriri, vel præsentis cre-A quia nullus meritis post mortem locus, aut de meritis. Denique similis factus est pecudibus; similes facti sunt, nimirum, & homo: & pecudibus, vel utrique sunt exterminati. Oritur æquivocatio ex radice verbi דמה *damah*, quod significat *assimilare*, *exterminare*, *silere*, quod ultimo versu poluit. Exterminatio eadem potest intelligi non ex insipientium solùm sententiam, sed absolutè, quatenus, ut ante dictum est, pereunt omnia præsentis vitæ bona hominibus illis non secus, quàm pecudibus, alia vero non consequentur; vel nec etiam esse credunt. In eadem quoque re posset exponi esse similitudo. Communis tamen opinio est significari similitudinem consistere in moribus malis, ac inordinatis passionibus, quas brutales bestialesve nominare possumus. Licèt Arnobius, & Apollinarius in commentario attendant eamdem conditionem morienti, quam non considerat affluens divitiis, honoribus, voluptatibus. Diximus ad Psalm. XXXI *p* quo modo ob morum similitudinem, bestiarum quandoque nominibus homines appellentur, quos certum est brutis rationis usu, quo ista carent, præstare, quidquid contra nonnulli sentiant, ut eodem loco monuimus. Chrysostomus in oratione de instituenda secundùm Deum vita quam Latinam fecit Achilles Statius, Lusitanus, demonstrat hominem bestia deteriorem, quoniam illam ipse curat, ipse exuit humanitatem. Vox Hebræa ברמית *beh moth* Psalm. XXXV. *q* declarata est, sicut & Græca ἀτίων. Hæc quia manuductiora significat animalia, Isidorus Peluſiota *r* notat scripturarum hic non acriter, & vehementer adversus homines declamare, genusque ratione præditum insectari, sed admodum parcè, atque indulgenter, quoni m potuit comparare cum truculentis feris (quæ vocat ἀτθασσαθηρία) quas etiam superat turpium affectionum, ac bidinum amator, qui servit omnibus vitiis, fera una uni tantùm, subjicit comparationem cum vario genere bestiarum. Refellit Tertullianus *s* errorem asserentium μετενσωμάτωσιν, quem vocant alii μετεμψύχωσιν hoc est, animas humanas migrare in brutorum corpora fierique, verbigratia, milvos, ex rapacibus; canes ex spurcis; pantheras, ex acerbis; aut oves, ex probis; hirundines, ex garrulis; columbas, ex pudicis. Pythagoram Platonemque, sic philosophantes ea ratione nonnulli excusaverunt, quòd intelligerent de similitudine in moribus. Etsi *homo*, inquit Augustinus *t*, *in honore positus, & non intelligens*, comparatus pecoribus, eisque similis fit, non tamen usque adeo similis fit, ut pecus sit. Comparatur namque per vitium, non per naturam, non pecoris vitio, sed naturæ: Tantæ namque excellentiæ est in comparatione pecoris homo, ut vitium hominis natura sit pecoris; nec tamen ideo natura hominis in naturam vertitur pecoris, appellat ludibrium hoc quorumdam philosophorũ, videlicet translationis animæ à pecore in hominem, de quo eorum posteri erubuerint, nec eos hoc sensisse, sed non rectè intellectos esse dixerint. Sic quoque idem videri scribit, ac ita præsentem locum intelligit, nec non alium *u*. *Ne tradideris bestiis animas confitentes tibi*, hoc est, improbis, qui moribus bestiis hic ipsas exprimunt: vel diabolo, & angelis ejus, quum & ille dicatur *Leo*, *Draconque*, & aliis nominibus. Non periit imago Dei in homine, & similitudo, inquit Bernardus *x*, sed alia superducta: non planè anima nativa se exuit forma, sed superinduit peregrinam: illa adhibita, non ista perdita est: & quæ supervenit, obscurare ingenitam potuit, sed non exterminare. Præter similitudinem illam pravorum morum, atque ignorantiæ, docet idem Augustinus *y* similem evasisse bruto hominem per peccatum in generandi modo, qui si non peccasset, absque libidinis deformitate fuisset: quamvis propter laborem in continendo, qui non est in pecore, gaudium habere possit in æternitate, ad quam non pervenit pecus *z* Nyssenus *a*, quasi generatio carere non possit indecora voluptate, in ea ipsa nunc hominem ipsum similem factum pecori, hoc loco dici intelligens, negat omnino futuram fuisse in innocentiæ statu, propagationem generis humani per sexuum commistionem, sed ad instar Angelorum multiplicationis per ipsosmet factæ. Idem innuit Chrysostomus *b*, & Damascenus *c*, refertque Turrecremata *d* de Almarico hæretico. Videtur idem Augustin. *e* removere ab eo statu violationem signaculi virginibus

a Ep. 135.

b vers. 6.

c Matt. 13. 25
d l. 4. c. 9. l. 5. c. 8.

e 6. in Gen. ad l. c. 12. d. 7. c. 9 & 10. l. 4 orig. 2. de pec. c. 40.

f in hom. epi. c. 17.
g l. de dign. condition. hum. c. 3. hc. 13. tom. 3
h l. de quant. anim. c. 28. Item Tr. 50. l. hom. 16.
i in de anim. & ejus orig. c. 10. v. 11.

Νήσιος, ὃδ ἐνόησε βροτὸς γεράσσασι μεμηλώς.
Stultus, neque intellexit mortalis dignitatibus studens.

Hugo morali sensu eleganter persequitur pericula, quæ proveniunt ex honoribus dignitatibusve hujus mundi.

Comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis.) Hieronymus, *similatus est jumentis, & exæquatus est*, omisit epitheton jumentorum, quod nec in Hebræo textu est. Pro *insipientibus* ἀνοήτοις dixit *insensatos*, pro *jumentis*, *pecora*. Augustinus *n*, Tertullianus *o*, irrationabilia jumenta, usurpans *assimilatus* pro *comparatus*. Hebræa sic habent נעמו נמשל ככהמות *nimscehal cahhehemoth nidmu*. Reddunt aliter alii, *similis est jumentis* (supple *qua*) intercunt, vel exterminata sunt. Idem ex Cajetano, qui hoc dici vult ex insipientium sententia solùm hic famam curantium: assimilatus est homo bestiis, sicut bestiæ æxæquatæ sunt in morte, sic homines inter se,

n citatis antea locis.
o de anim. 32. de resurr. c. 52.

p vers. 9. Homo quo modo bestiis deterior.

q vers. 7.

r l. 2. Ep. 135.

s de anima c. 32. Error à Tertulliano refutatus.

t 2. de pecc. orig. c. 40.

u 7. de gen. ad l. 11. c. 9. 10. 11.

x Ps. 73. 19.

y Ser. 82. in Can.
z 12 de c. q.
a Fragmento dialogi c. 5.
b de hom. opifi. c. 1. De propagatione generis humani futura in innocentiæ statu sententia.
c lib. in Gen. c. 4. de fide c. 25. 2. c. 30.
d Summa. de Eccl. l. 4. p. 2. c. 23. c. 3. de civit. c. 20.

bus cum libidinis morbo. At primum ac naturale est cuivis generationi animalis, ut nec tunc quidem negandum videatur futurum fuisse. Abfuisset turpitudo concupiscentiæ, pœnalisque passio, ut loquitur Bonaventura *a*, qui nititur Augustinum excusare, & voluntatis arbitrio moderatus extitisset, generandi facultatis, & organorum ejus usus lege etiam Thom. *b*, Pererium *c*, Valentiam *d*, & Molinam *e* nostros, & Sixtum *f* Senensem, qui citat Euthymium *g*, & Procopium *h* pro illa alia sententia, & Armenos apud Guidonem Carmelitam. Augustinus aliquot aliis in locis *i* veram istam sententiam tradit cui oppositam in Almarico damnato ab Innocentio III. quem dixi, Turrecremata narrat, ac retractat, quod alios *k* docuerat, affinitates, & cognationes futuras, non fuisse per generationem filiorum, nisi homo peccasset. Porro deterior conditio nunc hominis, quam bruti, quia hoc, ut philosophatur Chrysostomus *l*, quoniam irrationabile, nulli pœnæ obnoxium est, sicut homo ingratus post beneficia, & voluntarium crimen, Christum ait Bernardus *m*, fieri voluisse pabulum hominis, in jumentum, quodammodo mutati, nascendo in Bethlehem, & in itabulo; Videlicet, ut obscuratæ nitorem imaginis divinæ restitueret nobis, & ut scribit Ricardus *n* Victorinus, recuperaret honorem suum per illum, qui abstulit opprobrium ejus. Decet corpore in altum erecto, animam pronam habere ad ima instar asini, & equi, ut Chrysostomus *o* monet, in recto corpore curvam habere animam, ut Bernardus *p*, sursum caput habere, corde repere in terra; talibus bestiarum, quibus similes esse dicimur, exemplis, ait idem Chrysostomus *q* confusi, ad nostram aliquando redeamus nobilitatem. Quin & Olympiodorus *r* unam docet causam esse, cur noxia etiam quædam Deus animalia condiderit, ut verecundia afficiamur, quum comparari illis nos sentimus. Lege Origenem *s*, & Hieronymum *t* perpendentes, cum reduplicatione bis hominem appellari ab Ezechiele *u*, qui præter exteriorem gerat quoque interiorem hominis formam; rursum Chrysostomum *x* varias bestias aptantem humanis malis moribus: Hieronymum *y* item, qui confert adhuc cum eodem diversas in scena personas agente Menæum *z*. Sed & Bernardus *a* Eugenium suum jam ad Pontificiam evectum dignitatem non dubitat hortari, quòd *homo, quum in honore esset, non intellexit*, ideſt, honor absorbuit intellectum. Unumquemque autem hortatur *b*, ut jumentum Dei sit *c* portando Christum (sicut honoris caussa Mariam, inquit, appellabat Ignatius in Epistolis) per patientiam. Vox hæc non plangentis & succensentis esset, (homo quum sub onere Dei esset, non recalcitravit, ut jumentum factus est apud eum.) Loquitur de asello quo vectus intravit Christus in Jerusalem *d*, dicitque non esse, qui invideret illi, si quum tam pretiosi oneris gestatione intelligentiam quoque tam singularis haberet honoris. Clausulam imponat Ambrosianum monitum *e*.

Quapropter quisque diligentiùs attendat primæ conditionis suæ excellentiam, & venerandam in ipso, sanctæ Trinitatis imaginem agnoscat: honoremque similitudinis divinæ, ad quem creatus est nobilitate morum, exercitio virtutum, dignitate meritorum habere contendat; ut quando appareat qualis sit, tunc similis ei appareat, qui se mirabiliter ad similitudinem suam in primo Adam condidit, mirabiliusque in secundo reformavit. Sed & fabulamentum potest, illud prodesse de Actæone, quem fuimet cervina indutum pelle canes discerpsisse *f*.

a 2. d. 20. q. 4 *b* p. p. q. 98. art. 2. *c* l. 4. *in Genes. disp. de prop. hum. gen.* q. 4. *d* 1. p. disp. 7. q. 3. punct. 12 *e* 1. p. de opere sex dierum disp. 20 s. 5. *f* bibl. ann. 20. n. 1. 63 *g in Ps.* 50. *nunc* 4. *Jeu.* *h* 14. de civ. c. 22 23. 24. 26. *i* 9. de Gen. c. 10. *k* retra. c. 10 13. 29. *l* ad Gen. cont. Manic. c. 19. Hominis conditio in quo deterior quam bruti. *m* Hom. 7. in Gen. & ho. 9. de Ascens. in Ser. 35. in Cant. & ser. ad milites templi c. 6. *n* 1. de Enom. *p*. 1 c. 29. *o* Hom 1. de provid. *p* Serm. de prov. *q* Psal. 11. in Genes. *g.* n. 1. Eccl. Cur noxia quædam animalia Deus condiderit. *r* in Job. in c. 1. & Hie. 13 in Exe. *s* in 6. 14. Exe. *t* c. 14. 4. xitum. 24. in Matt. Ho. 6. in 2. ad Cor. 3 in c. 30 Is. *u* Ep. 18. *x* Ep. 227. *y* Ser. 7 super Ps. 90. *z* Ps 72. 23. d Mat. a. 17. *a* l. ac dign. cond. hum. c. 30

f Ovid. 3. Metamor.

Vers. 14.) Hæc via illorum scandalum ipsis: & posteà in ore tuo complacebunt.

ENumerat deinceps pericula malaque quibus viri divitiarum sese obnoxios reddunt. Hic ait, ea ratione, ac via, quam inierunt aggerendi opes; tendique perditionem sibi, ruinamque accersiviſſe, quas vocat Apostolus *g* tentationes, laqueosque Diaboli, desideria multa inutilia, & nociva, quæ mergunt homines in interitum: nihilominus in peccatis suis, quæ fecerint, vel in parandis opibus, vel earum ope sibimet ipsi met placituros, ita ut se circumspiciant, sibi plaudant, se commendent, glorientur; magnificis verbis, vel secum, vel aliis quoque loquentes palam, ac publicè celebrent. Istam laudationem Genebrardus, Vatablus, Bredembachius, Campensis, Pagninus, Folengius, & alii, nec non versio Hieronymi, quique illam sequitur Trevetus, & Athanasius juxta illam, quæ est Symmachi, attribuunt posteris, qui priores etiam imitentur. Non cohæret alter hic sensus cum LXX. interpretibus, & cum communi Patrum expositione, quo constabit magis ex vocum declaratione.

g 1 Tim. 3. 7

Hæc via illorum scandalum ipsis.) Hieronymus, *hæc via insipientia eorum*. Symmachus quoque vertit ἄγνοια, *ignoratio*, insipientia, quam significat etiam Chaldæa vox שְׁכוּתָא *schetutha*; Apollinarius explicat optantis modo.

Ὁ ἐλθὼν δὲ καὶ εὐθὺς ἐσπισθιπτύον εἴη.
Pernicioſum hæc via in ipsis recte ſit.

Viam sæpè vidimus idem esse, quod institutum, modum rationem vivendi, vel quidpiam agendi. Pro *scandalo* Ambrosius legit *offendiculum*. Utrumvis idem valet, ac propriè dicitur de via, in qua quis impingit, offendit, læditur. Legerunt LXX. non נָבָל *chesel*, quod nunc extat, redditurque *stultitia*, sicut versu 11. נָבִיל *chesil*, *stultus*, sed כְּשֶׁל *chescel*; quamvis non reperiatur ullum exemplum istius dictionis pro *offendiculo* מִכְשׁוֹל *muschol*, vel מִכְשֹׁלָה *machschelah* vel גִּשְׁלוֹ *chischalon*: stultitiam fortassis etiam interpretes exposuerunt in hoc esse, quòd non advertantur divitiarum pericula. Ergo vivendi, quam tenent divites avari ratio, & alii, qui bonis istis externis nimis oblectantur, parit illis ruinam, & interitum, ut ex Apostolo retuli, estque velut *muscipula pedibus eorum*, ut sapiens loquitur, seu rete, ut Apollinarius etiam citatus dixit, sic Psal. LXVIII. imprecatur David; *fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributiones, & in scandalum*: quod scandalum negat esse *diligentibus legem Dei* i. Arnobius aliter accipit hanc *viam*, pro monitis sanctis, quæ suggerantur in hac vita, à Deo, & hominibus, sed negliguntur ab improbis, donec nimis serò compelluntur eorum confiteri utilitatem, & ore benedicere, ac laudare, quod antea vituperabant, & nec tum quidem probant ex corde, serioque. Basilius in meliorem partem sumit *scandalum in via*, ut Deus impedimentum ponat improbis, & hi ab effera vita recedentes *complaceant in ore*, quo confiteantur ad salutem, quum crediderint *corde ad justitiam* k. Exemplum affert in Paulo qui prius persecutus Ecclesiam, deinde *complacuit in ore*, prædicans in synagogis, quia est Christus l.

h c. 14. 12. 9. 28.

i Ps. 118. 165

k Ro. 10. 10.

l Act. 9. 22.

Et postea in ore suo complacebunt.) Hieronymus, *& post eos juxta os eorum current*. Alii etiam ex Hebræo; *& tamen*) *posteri eorum in ore ipsorum ibunt*, ideſt, acquiescent dictis eorum, perficient quæ dixerint, grata illis erunt ipsorum consilio, facta, via omnis, & institutum vitæ Cajet. notat metaphoram à gregibus, qui observant ora ducum suorum in pastu, ut ubi explicant ora illi sua, currant ceteræ bestiæ. Dixit de hoc sensu prius, viderique Symmachi fuisse, referente Athanasio. Pro *postea*, Hebraicè est אַחֲרוֹרָם *acharchen*; quod verti potest, *posteriora eorum*, aut *posteriorum*, aut *postea ipsis*. Ultimum & sequuti sunt LXX. μετὰ ταῦτα, non autem οἱ μετὰ ταῦτα vel οἱ μετ' αὐτὸ. Apollinarius explicavit καὶ τότε, *& tunc*, Paraphrastes expressit secundum, *& in fine eorum* וּבְסוֹפְהוֹן *vusopheon*: Illud, *in ore suo complacebant*, dicto modo quo reddit Hieronymus quia legit (ב) pro (ב) ideſt, נְפִיחֶם *chephihem*, non בְּפִיהֶם *bephihem*, tametsi constat nonnumquam præpositionem (ב) (*be*) habere vim notæ sicut (כ) (*che.*) Item legit יִרְצוּ *jartsu* mutatis punctis, non וְרָצוּ *ijrtsu* à רָצָה *ratsa*, *voluit, complacuit*, &c. sed וְרוּצוּ *jarutsu* à רוּץ *runts cucurrit*, quamvis etiam רָצָה *ratsa* interdum usurpetur pro *ambulare*, ut Rabinis placet: fortassis per translationem, quia liberè ambulans placidè ambulat, ac fœliciter, sibique in ambulando placet. Quod attinet ad textum Græcum in codicibus Complutensibus, Regiis, & aliis, est εὐδοκήσουσι, *complacebunt*, itaque legitur in Psalterio Æthiopico, & à multis Græcis Patribus. Gregorius vero & Cyrillus in Catena Barbari agnoscunt utramque lectionem istam, & aliam, quam reponunt Sixtina Biblia εὐλογήσουσι, *benedicent*, prout etiam extat in

Pſal-

Psalterio Arabico, & interpretatus est Symmachus citatus ab Athanasio; nec non Apollinarius,

Καὶ τότε δὴ διδλώσσησαι ἐῦσαν.
Et tunc sane linguis laudabunt suis.

Quod attinet ad Latinas editiones, in Psalterio Romano, & apud Augustinum, Arnobium, Cassiodorum legitur, *benedicent*, in Psalterio Gallicano sive Ambrosiano *bene prosperabuntur*, fortasse, qui sic transtulit, legit Græcè εὐοδήσουσι. Observat Agellius, *in ore suo complacere* esse idem quod, secundùm viam suam: & ac si dictum esset, *in ore viæ suæ*, ita ut os hìc sumatur pro ratione, & pro portione. Confirmat sententia ex Proverbiis *a*; *adolescens juxta viam suam, etiam quum senuerit, non recedet abea* ubi quod Græcè dicitur κατὰ τὴν ὁδὸν αὐτῆς, habetur Hebraicè עַל פִּי דַרְכּוֹ *hhal pi darcho*. Concedo eam *oris* notionem, sicut & pro voluntate, ut quum dicitur *os misericordiæ* b, *os gladii* c, quod observat Ribera noster *d*. Præstat nihilominus alios omnes sequi *os* propriè accipientes pro parte corporis, & sermonis instrumento. Præter allatos verò dicendi modos, de approbatione rerum malarum, vel de sera inutilique pœnitentia, qua studere videantur Deo complacere, aut quod comprobabunt, verum fuisse quod iis dicebatur de ipsarum vanitate stultitiaque, ut Cyrillus notat, hic adhuc alius est, si *benedicendi* verbo utamur, & quidem ut more scripturæ significat execrari, & maledicere, futurum, quod idem cum Gregorio dicit, ut improbi seipsos execrentur, pœnitentia ducti, & pereant in illo die cogitationes eorum *e*. Melior expositio prima, ut nullis incommodis deterreantur, qui dant operam colligendæ famæ, opibusque, nec se malè fecisse præ se ferre velint, sed obstinato animo quæ fecerint, defendant, & commendent, in eodem instituto pertinaciter insistendo, gloriantes *in rebus pessimis f*, & in malitia, eo quòd *potentes* sint *in iniquitate g*. Eodem pertinet istiusmodi hominum blanda & artificiosa peccatorum palliatio, excusatio, laudatio, ita ut persuadere quoque velint his, quos fraudant, ac decipiunt, se præstare beneficium, ut Leo docet *h*, injustam idcirco, & impudentem avaritiam vocans.

Accommodat sententiam Augustinus ad fictos Christianos, & sub velamine religionis occultos malos, qui nomen Dei, & Christi usurpant ore, non habent in corde. Ruffinus, ad reprobos, qui dicent, mortis ac judicii tempore *i*, *Domine Domine aperi nobis*. Haimo, ad improbos, qui de prosperis successibus Deum laudant à quo corde recedunt. Erit tempus, quum spes hypocritæ peribit, & non placebit ei vecordia sua *k*, sed displicebunt sibimet, quæ fecit in universis *abominationibus suis l*; & displicebunt iniquitates ejus, & scelera *m*. Et apud Ezechielem, cujus ista verba sunt קִיט *kut*, quod valet tædio ac dolore dissecari, extimulari, quem dicendi modum habet Psalmus XCIV. *n quadraginta annis proximus fuigenerationi huic*, vel *infensus*, *o* & Lucas quum *cordis compunctionem* nominat *p*, *& dissecationem q*, quam indicat in Apocalypsi *r* commonducatio linguarum. Finis erit sine honore illi, qui putavit, sanctorum, quos vexavit, finem esse sine ipso *f*, & contempsit finem illorum *t*, nec judicavit honorem animarum sanctarum *u*. In fine istius versus est סֶלָה *selah*, quamvis autem in Græco textu codicum Complutensium, atque Regiorum desit διάψαλμα, extat in emendatis Sixtinis. Omisit tamen etiam Agellius.

a c. 23. 6.
b Ose. 10. 12.
c Exo 17. 15. Num. 21. 24.
d in c. 10. Oseæ 14. 37. Amos 6. 11. 20. Zach. 2. nu. 09.
e Ps. 145. 4.
f Prov. 2. 14.
g Ps. 51. 3.
h Ser. 6. de jeju. 10. mens.
i Mat. 25. 11
k Job. 8. 15.
l Ezc 6. 9.
m c. 36. 13.
n vers. 10.
o Heb. 3. 10.
p Act. 2 37.
q c. 5. 33. 6. 7. 54
r 16. Jo.
s Sap 5. 4.
t (ph. 17. 18.
u c. 2 22.

Vers. 15.) Sicut oves in inferno positi sunt, mors depascet eos.

Et dominabuntur eorum justi in matutino: & auxilium eorum veterascet in inferno à gloria eorum.

INfœlices illi, qui suis placent sibi in malis dum vivunt, sic in inferno damnatorumque collocabuntur, post mortem loco, ut oves bene pastæ solent in stabulo collocari, ut edantur, & mactentur ab æterna secunda morte, ideſt, perpetuo diris tormentis veluti vorentur, & crucientur. Mutabuntur tunc etiam vices, ut in impios, qui dura servitute, aut vexatione opprimebant pios, pii, postquam felix illud mane resurrectionis illuxerit, quum omnium communi Domino plenum, ac sempiternum dominium exerceant, eosdemque sententia probata condemnent: nihil amplius impiis valente quocumque & quantocumque robore, ac subsidio, quod hic ex gloria, & splendore opum suarum nanciscebantur, sed deficiente, ac putrescente, quum nullus etiam adjumento ipsis esse poterit, & nihil eos juvare post eam fœlicitatem, quam in præsenti vita, veræ illi, semperque duraturæ prætulerunt, exemplo divitis & Lazari *x*. Theodoretus confirmat. *x* aut 16. 22

Sicut oves in inferno positi sunt.) Hieronymus, *quasi grex in inferno positi sunt*: foveam sepulchrumque Hebraizantes intelligunt. Ac quod aliàs monui, non id significat ἅδης: quia Symmachus etiam voce utitur, quamvis שְׁאוֹל *scheol* significare possit. Non etiam gregatim & confertim, sicut oves conduntur in stabulo, divites ac potentes collocantur in sepulchro, sed quivis ferè in propria, & quidem, ut pius indicatum est, magnifico. Cavendum, ne in istius nominis Hebræi interpretatione illa faveamus Hæreticis, negantibus descendisse Christum ad alios inferos, quàm ad sepulchrum. Vertit Symmachus ὡς πρόβατα vel βοσκήματα ἔθετο αὐτούς, *sicut oves inferni constituet eos*. Sic quidem collector notationum in Biblia Sixtina editionis LXX. recitat ex Eusebio & Theodoreto; sed apud hos reperio ἔταξαν αὐτούς, *constituerunt seipsos*: & juxta hanc quoque lectionem exponunt, quòd hi ipsi sibimet supplicia alciverunt, & mortem vitæ pertulerunt. Augustinus vero legit, *sicut oves in inferno positæ, mors pastor est eis*, Ambrosius, *sicut oves in infernum deducentur*, in Psalterio Gallicano, *sicut oves in inferno positi*, absque verbo (sunt) Paraphrastes activè interpretatur de impiis & injustis, *sicut oves morti addicunt justos, & interficiunt eos, & conterunt pios, ut serviant sibi, & rectos insuper*. Comparatio ducitur ex ovibus, quas צֹאן *tson* significat, de quo nomine diximus Psal. VIII *y* quia gregatim confertimque numero magno colliguntur, & congregantur, in caulas, ac septa, & crebrò ceduntur. Unde illud, *facti sumus sicut oves occisionis, & congrega eos sicut gregem ad victimam*, sunt etiam imbelles, & ignavæ, nec evadere, nec effugere facilè possunt: præterea, ut antithesis exprimatur inter illos, qui se à bono pasci regique pastore sinunt Deo, & illos qui negligentes atque spernentes vocem illius pasci volunt, & deglubere veras, ac morigeras oves illius: sub optimo pastore esse noluerunt, sed proprium honorem abjecerunt, tamquam pecudes corpore corrupti sunt, stolidi facti, sine viribus ad repugnandum (hoc indicatum est suprà *b*, *frater non redimit, redimet homo*, &c.) inquit Athanasius, Eusebius, Theodoretus, Ambrosius: ita concidentur, ita funditus peribunt, tam facilè devenient ad inferos, tam breviter, tam expeditè, tam nullo negotio, quàm oves quæ mactantur, ait Chrysostomus, Euthymius, Nicephorus, Ruffinus, Ayguanus, Bernardus *c*, attendit expoliationem divitiarum tamquam velleris detonsionem, Cassiodorus, Haimo, Bruno Herbipolensis, quia sicut ovibus detrahitur lana absque detrimento substantiæ, sic in inferno perpetua damnatos cruciabit pœna. Addi potest loci angustia post resurrectionem, quum pressim confertimque sicut oves constituentur, immò tamquam in fasciculos colligabuntur *d*, &, ut ait Bernardus *e*: infelici collegio colligati tormentis pœnalibus sociabuntur, qui socii fuerunt in vitiis. Accedit maximus quidam numerus damnatorum, sicut & ovis præ ceteris animantibus plurimùm fœtificat, & prolem edit, ut id sensu alioqui bono sibi velit alter locus *f*, *posuit sicut oves familias*. Beda imbecillitatem spiritus interpretatur in *ovium* nomine, & carnalium voluptatum, velut herbarum perceptionem: in inferno cæcitatem mentis. Hoc ultimum dicit etiam Remigius.

Mors depascet eos.) Idem valet, quod simplex, *pascet*, activè actione in alium: si spectemus Græcam ποιμανεῖ, & id, quod Symmachus ponit νεμήσει, *distribuet*, aut *regei* & versionem qua usus est Augustinus, *mors pastor est eis* & expositionem Græcorum, qui mortem accipiunt vel ut pastorem: & Ambrosium qui sequitur Græcos, & mortem ipsam *pastorem* vocat oppositam pastori Christo.

y vers. 8.
z Ps. 43. 22. *a* Jer. 12. 3.
b ver. 8. Divitiarum expoliatio tamquam velleris detonsio.
c Ser. 2 in id regnum Dei non est esca & potus. Loci angustia & inferni conditio post resurrectionem.
d Mat. 13. 30
e Supra.
Ovium fœtificatio.
f Ps. 105. 41.
Mors *pastor* dicta oppositа pastori ad vitam Christo.

sto pascenti suos ad vitam. Diabolum auctorem mortis ait Augustin. plurèsque alii de Latinis, intelligunt per *mortem*, sicut ex oppositio idem Christus, & *pastor* & *via* nominatur. Idem ferè ceteri, præsertim Græci docent; Athanasius etiam infernum nomine *mortis* interpretatur & velut pascua diversa numerat ignem æternum, fletum, stridorem dentium, tenebras exteriores, aliis aliud ex his assignans, quæ puto cunctis eadem communia. Cyrillus mortis cruciatus exponit, credo, æternæ: nec enim præsentis minùs experiuntur boni quàm mali. Diabolus, igitur, infernus, damnatorum locus, ipsamet secunda mors damnationis considerari possunt, perinde ac si pastores essent, præbentes damnatis tamquam ovibus pascua variorum tormentorum: & in ingressu, & in egressu, ut mortem habeant, & abundantius habeant. Placet Rickelio sensus iste, quem confirmat Jeremiæ *a* verbis, *Ecce ego cibabo eos absinthio, & potabo eos felle.* Innuit Basilius, *infernum* sumere se pro limbo animarum justarum, quo ante adventum Christi detinebantur, donec illas post mortem, eorum obitum causas excitatas Angelis consigna vit, ut eas pascerent, sed quia feros, stolidos, carentes intellectu, absque viribus ad repugnandum vocat, voluit liberatas ex inferni custodia dicere animas, quæ illuc, nisi gratia prævenirentur, descenderent. Latini ferè omnes accipiunt verbum *depascet*, ut propriè significat pascendo absumere, sive passiva terminatione, depasci: quod Arnobius verbum videtur legisse *i*; & in Commentario ponit Hieron. Ruffinus, Bruno Herbipolensis; quem usum item potest habere Hebræum verbum cum affixo יִרְעֵם *iirrhem*. De utraque notione verbi Haimo meminit. Rectè sanè malus pastor Diabolus, infernus, secunda mors non pascere, hoc est, pastum præbere, & oves depascere, hoc est, iis pasci, dicitur ut apud Ezechielem *b* describuntur quidam pastores pascentes seipsos, & qui domini ovium esse voluerunt, meritò venient aliquando sub mortis jugum, & auctoris ejus Diaboli. Qui noluerunt, ut pasceret eos Christus, depascet eos mors, inquit Ambrosius, ac devorabit eos, quibus potest propter eorum flagitia prævalere. Sicut gladio *devoratio* tribuitur *c*, ita & morti. *Devoret*, ait Job *d*, *pulchritudinem cutis ejus*: *consumat brachia illius primogenita mors*, quem Diabolum interpretatur Philippus Presbyter, cujus *invidia mors intravit in orbem terrarum* *e*, *primogenita ex mortuis* oppositum *f*, sive *mortuorum* *g*. Potest etiam *primogenita* sumi pro primaria, & quasi præcellenti, qualis mors non ordine prima, cujus, ut dixi, non auctor Diabolus visus à Joanne *h*, sub figura sedentis *super equum pallidum*, *cum nomine*; *Mors*, *quem sequebatur infernus*; sed in genere mortis, secunda quæ gravissima nimirum damnationis æternæ, qua, ut philosophatur Augustinus, anima separatur ab æterna Dei visione, à cujus charitate gratiaque peccatum illam separaverat. Serpentis esca terra est *i*, *& cibus ejus electus* *k*. Petrus *l* Damianus de pravis agens doctoribus, *lupos rapaces* vocat, cum Christo *m*, scribitque simul victimas effici, quia dum innocentes quosque velut oves cruentis pravæ prædicationis dentibus mactant, ipsi quoque rapina facti, & in Diaboli devorantis intestina trajecti, insatiabilem ejus ingluviem recreunt. Tum prolato præsenti loco, docet, Diabolo *mortis* convenire nomen ex illo, quem de Apocalypsi protulimus. E contrario Christus salute se nostra tamquam cibo potuque refici significavit *n*, & Petrus jussit occidere, & manducare omnis generis bestias *o*, ideſt, omnium procurare hominum salutem. Cassiodorus, Haimo, Ayguanus, Bruno Carthusianus, Thomas, Hugo, Ludolphus, Pampolitanus, Glossa ordinaria ex Cassiodoro, & alii observant comparationem ductam, ex ove aliove pecore, quod summas herbas carpit: ut renascantur ad pastum, non stirpitùs vellit; ad eumdem enim modum renovari semper damnatorum pœnas, numquam terminari. Minùs aptum illud à quibusdam istorum adjectum, ut *depascere* denotet ex uno quasi pascuo, in aliud varii pœnarum generis deducere. Perennitatem supplicii ex versibus in inferni pictura inscriptis, Hugo hìc exprimit.

Hic qua vita? mori qua spes? superesse dolori;
Qua lex? flere licet: qua causa? superbia dicet.

Bernardinus *p* eamdem de renascentia carptæ herbæ similitudinem attingens, mortem quoque duplicem indicat, corporis & animæ. Quàm bene ait *sicut oves in inferno positi sunt*? quia detracto vellere (id etiam ante dixi) mundialium divitiarum, durè presèque detonsi, sempiternis nudi, (gulosi nominatim, & luxuriosi, de quibus loquitur) deputabuntur incendiis. *Mors depascet eos*, quia semper morientur ad vitam, & semper vivent ad mortem. Ergo hìc caro vermibus, illic anima ignibus deputatur, &c. Mors quidem prima communis bonis malisque; verumtamen, boni eam absorbent, mors absorbet ipsa: illis *amara est memoria* ejus *q*; istis *bonum* (& jucundum) *judicium* ipsius *r*, quia primi affixi opibus; secundi, egentes, infirmi, invalidi. In inferno *quærent homines mortem* reprobi, *& non invenient eam*; *& desiderabunt mori*, *& fugiet mors ab eis* *s*: dum hic sunt, vellent semper vivere, mori numquam: justis mors in optatis; vita in patientia: ubi ad æternam vitam pervenerint, nulla mortis memoria, nedum desiderium. Sic hi pasci vita beata verè dici possunt, illi morte infelici, quo pacto pascitur, aliturque desiderio, & ipse, qui quod non habet, expectat, etiamsi frustra expectet. Non displicet *mortem* sumere cum Jacobo Jansonio pro mortali peccato, quod frequentia præsertim sua, vitæ spiritualis, timoris divini, & cujusvis virtutis, ac humanitatis etiam reliquias ipsas, si quæ supersunt de peccatoris corde visceribusque depascendo, devastat non semel animæ vitam, semel etiam patratam eripit, quæ Dei gratia est. Tandem Treverus explicat *mortem depascere aliquos*, esse, quando pastus eorum vertitur in mortem; & ideo pascuntur, ut interficiantur, ut accidit animalibus destinatis occisioni, quales oves, de quibus dictum prius.

Et denominabuntur eorum justi in matutino.) Hieronymus, atque Symmachus in catena Barbari citatus ab Eusebio, *& subjicient eos recti in matutino*. Psalterium Romanum, & Cassiodorus, & Aquila apud Eusebium in eadem catena, *& obtinebunt eos os justi in matutino*: Psalterium Gallicanum, *& dominabuntur super eos*, *qui recto sunt corde*, *à matutino*. August. *& dominabuntur ei recti mane*. Ambros. *& dominabuntur eorum justi in matutinum*. Hieron. *t* ad Suniam, & Fretelam probat verti pro יודו, *recti*. Theodotio dixit κατακυριευσουσι, *deducentur*. Verbum quo LXX. sunt usi κατακυριεύειν importat despoticum dominium cum vi potestatis, & exactionis. Paraphrastes, ut prius retuli, exposuit contrario sensu de dominio impiorum contra justos: Basilius de quodam dominio politico, quod habeant Angeli assignati in custodiam singulis credentibus, ex durissima servitute liberatis. De custodia Angelorum communis opinio est, concessam cunctis hominibus, etiam infidelibus, saltem statim ab eorum nativitate: de qua re sine causa dubitavit Magister *u* sententia rum: nec recipiuntur opiniones, quas recitat Origenes *x* de solis prædestinatis, aut de baptizatis. Quamvis autem Chrysostomus *y* quoque, Cyrillus *z* Alexandrinus, Hilarius *a* de justis doceant, de aliis non negent, & idem Basilius absolutè de omnibus asserit, aliis *b* in locis, ut alios omittam Patres, qua de re dixi etiam in Psalm. XXXIII. Ceterum præsentem locum exponunt omnes de dominio justorum in improbos. Plures autem reservant in futurum tempus resurrectionis, quum veluti dilucesceat, & exorietur matutinum, noctem deinceps nesciens, & quando fulgentes *justi*, *& tamquam scintillæ in arundineto discurrentes judicabunt*, *& dominabuntur populi*, *& regnabit dominus illorum in perpetuum* *c*, subjectis sibi omnibus *d*, & positis inimicis *scabellum pedum* suorum *e*, in reprobos sententia tuncque erunt electi *supra quinque* veluti, aut *decem civitates* *f*. Calcabunt *impios* justi, *quum fuerint* illi *cinis sub planta pedum* ipsorum *g*. Nunc non est, ait Augustinus, non apparent merita justorum, & quasi nominatur fœlicitas impiorum; nunc hiems, in qua viget herba, arbor quasi arida est: ut mortui sunt modò justi; eorumque *vita abscondita cum Christo in Deo* *h*. Orietur mane, veniet æstas; apparebit vita nostra, nosque in gloria si justi fuerimus. *In tribulationibus* Deum exquiramus manibus bonorum operum, nec decipiemur *i*: nam apparebit labor noster mane, & erit fructus, ac vita mane cum gloria D. N. festinemus, dominandi avidi dominabimur, sed mane, Augustini commentarium totum si legeris non pœnitebit. Chrysostomus existimat τὸ πρωΐ matutinum, designare hoc loco, præsens

Boni mortem absorbent, mali à morte absorbentur.

Justorum & reproborum mors absimilis.

Treveti expositio.

De Angelorum custodia communis opinio.

a cap. 23. 15.

b c. 34. 3.

c Deut. 32. 42.

d Job. 18. 13.

e Sap. 2. 24.

f Coloss. 1. 18.

g Apoc. 15.

h c. 6. 8.

i Gen. 1. 24. Habac. 1. 16. Hier. 3. Epist. Epist. 13.

k Pravi doctores, lupi rapaces, dicti victimæ diaboli.

l Mat. 7. 15.

m Joan. 4. 32.

n Loci Actuū expositio.

o Act. 10. 13.

In comparatione ex ove, observatio. Damnatorum pœnæ.

p Ser. 2. in id Non est regnum Dei ca. & potus.

q Eccl. 41. 1.

r Ibid. 3.

s Apo. 9. 6.

t epist. 1. 36.

u 2. d. 11.

x Tr. 5. in Matth.

y Hom. 60. in Matth. 24. const. Jul.

a in c. 5. Matth.

b in Ps 33. & 3. cont Eun.

c Sap. 3. 7. 8. Dan. 7. 27.

d Ps. 109. 1.

e Luc. 19. 17. 19.

f Mala 4. 2.

g Col. 3. 3.

h 1. Ps. 76. 3.

ſens hujus vitæ, ac velox quidem tempus; & occurre- re Prophetam craſſioribus, qui de futuris non habent ſpem, ſed ad ſolam præſentia inhiant, explicat verò de dominio virtutis, quo ſubditus, ac ſervus juſtus domino ſuo injuſto dominatur, & ſuperior eſt, atque etiam ut talis re ipſa, & claro experimento cognoſcitur. Euthymius amplectitur utrumque ſenſum, ac poſteriorem de dominio quoque externo: exemplum proferunt in Joſeph, qui hera ſua potentior evaſit, & glorioſior, tùm, quando adhuc ſervus, ſervire abnuit in honeſtæ ipſius voluntati, tum paullo poſt in proximam regiæ dignitatem evectus. *Servus ſapiens dominabitur*
a Prov.17. 2. *filiis ſtultis* a, videlicet filiis familias legitimis, alioquin heris ſuis, aut quia pater jubet ei ſubeſſe filios, & parere, aut quia libertatem adeptus, & dominium conſequitur in eos, quibus aliquando ſervierat. Etenim
b Eccl.10.28 *ſervo ſenſato liberi ſervient* b, ἐλεύθεροι. Pluribus opus non eſt exemplis in re non infrequenti, quam potiſſimum in hoc orbis theatro, ideſt in orbe, conſpicimus creberrimè. Universè autem pronuntiat Sapiens c: *ſubſtantiam feſtinatam minuendam*. Scilicet *malè parta malè dilabuntur*, & quidem non rarò tam citò unum quàm
c Pro 13.11, & 20. 21. aliud. Porrò conſtat τὸ πρωΐ & לַבֹּקֶר *labboKer*, & *matutinum* vel *mane* interdum accipi pro repentino, improviſo, cito velocique tempore, mora brevi. Sic Pſal. V, B
d verſ. 5. d. docuimus *mane adſtare Deo*, & in c, e, *in matutino interficere peccatores*, intelligi poſſe, quamprimùm, quantocyus, celeriter, abſque cunctatione, citò, diligenter, primo oblata quæſitave etiam occaſione. Omitto
e verſ. 8. gloſſam R. Salom. & aliorum in Midras à Galatino recitatam, accipientis יורו *tirdu*, pro quo eſt (*dominabuntur*) non ut à דרה *radah*, *dominari*, ſed à ירד *jarad* deſcendit, perinde ac ſi eſſet יֵרְדוּ *jaredu*, & declarantis, quòd quum mors depaſcet omnes, ideſt angelus mortis (angelum namque Hebræi unum inferendæ morti præficiunt deſcent recti, ſeu Juſti ad mortuos, ut eos conſolentur.

Et auxilium eorum veteraſcet in inferno à gloria eorum.) Hieronymus, (& figura eorum conteretur in inferno poſt habitaculum ſuum.) Aquila eodem fere modo, χαρακτῆρα αὐτῶν καταπρίσαι ἅδης, ἐκ κατοικητηρίου αὐτῶν, *character eorum conterat infernum ex domicilio eorum*. nam character eorum, inquit exponens Aquilam Euſebius, quem in ſe impii efformarunt, characterem illum delevit, qui ad imaginem Dei factus erat (ſi nempè is de gratia intelligatur) figuras verò, ac formas brutorum, & reptilium per nequitiæ mores, qui imprimunt animæ, in inferni domicilio conterentur. Symmachus (τὸ κράτιστον αὐτῶν καλαιώσει ἅδης, *robuſtum*, ſeu *fortitudinem illorum antiquabit*, *vetuſtamque reddet infernus*) ſed Euſebius recitat ex Symmacho, ut refert in catena Barbatus, *fortitudo autem eorum olim tamquam infernus ab honorata domo eorum*. Declarat verò Euſebius, quòd quidquid impii roboris habere viſi ſunt, rediget infernus ad vetuſtatem in domibus, quas intra ſe continet. Videtur in Symmacho legiſſe pro παλαιώσει, παλαιώσει. In bibliis Complutenſibus, Regiis, & aliis, Græcè ac Latinè additur in fine ἐξώσθησαν, *expulſi ſunt*. Id quoque legit Græcè Chryſoſtomus, Euthymius, Nicephorus; Latinè Pſalterium Romanum, & Ambroſianum: Caſſiodorus, Arnobius, *& à gloria ſua expulſi ſunt*. Arabicè Pſalterium D ejuſdem linguæ. Quidam codices Auguſtini minùs correcti habent particulam *&*, *à gloria eorum*. Hieron. in
f 1.Cor.7.31. commentario, *à gloria ſua*. Ex Hebræo שְׁאוֹל מִזְּבֻלָה לוֹ צוּרָם לִכְלוֹת *veſſuram levalloth ſcheolmizeuul, lo*, vertunt alii (*& figura eorum*, ideſt, ſupple ita comparata eſt, *ut veteraſcat*) ſupple quod erat (*ſibi* vel figura, forma externa, characterve gloriæ nihil habens ſolidi (ſicut *præterire* Paulus *f figuram hujus mundi* ſcribit) omne robur, copia, theſaurus impii cujuſvis tendit ad vetuſtatem, interitumque, qui erit in ſepulchro, poſtquam illuc illatus fuerit de magnifica illa domo, & palatio ſuo. Denique theſaurus veteraſcet, & habitaculum erit fovea, ſive ſepulchrum. Putat etiam Fælix ſignificari æternitatem ſupplicii in inferno, quaſi dicas, figura & forma impiorum, ideſt ſubſtantia, & ipſum eſſe eorum tamdiu manebit, & perdurabit in tormentis inferni, ut priùs inveteraſcat, & conſumatur infernus, quàm ipſi. Item exponit ſumendo primam vocem pro dolore, anguſtia, afflictione; hanc tantam futuram, ut poſſit inveAteraſcere facere *infernum*. Præter initio poſitum ſenſum à nobis juxta vulgatam editionem, qui communior eſt, Agellius volens, βοήθειαν, & auxilium hoc loco deſignare firmitatem, vires, robur, bonam habitudinem corporis, quod Symmachus, ut dixi, κράτιστον interpretatus eſt; item δόξαν, & *gloriam*, docens hic eſſe pulchritudinem, decorem, ſplendorem, formæ venuſtatem, ornamentumque, quod amorem aliorum conciliet; his, inquam, ita conſtitutis, contendit iſtam eſſe præſentis loci veram intelligentiam, ut auxilium, ideſt, robur illud corporis & bona habitudo, veteraſcat, & deteratur in inferno, à gloria illa, pulchritudineque quam priùs habebant impii ſalva ſubſtantia, ut accidit veſti, calceoque quum deteruntur. Satis conſentaneus eſt modus iſte dicendi alteri communi, ſatisque commodè ab Agellio probatur, demonſtrando ſimiles vocum, quæ hìc ſunt, notiones, aliis in locis. Placet etiam annotatio Genebrardi, בלות *balloth*, *veteraſcere*, idem fere eſſe, quod בלות *calloth*, ut alii legunt, ideſt, conſumere, non ut pereat res, ſed reddatur impotens, ac inutilis: item צוּעַם *ſuram* ſumi pro *petra* eorum, hoc eſt, pro fortitudine, potentia, præſidio: quamvis alii accipiant pro *anguſtia*, quam poteſt ſignificare: aut per ſyncopem loco צוּרָתָם *ſuratham*, pro *imago*, *figura*, *character*, dicatur צוּרָם *ſuram*. Illud non ita recipio, quòd verba, *à gloria eorum* declarat (*poſt gloriam*) eo modo, quo Latinè *à cœna* ſignificat *poſt cœnam*. Præpoſitio מִן *min* traditur quidem hanc habere vim, præſertim ſi germinetur, nominique præponatur ſignificanti tempus: ſed id omnino rarum; & hìc nomen nullum quod ſignificet tempus. Frequentior eſt Græcè propoſitionis ἐκ uſus dicto modo, ut ἐξ ἀρίστου, *poſt prandium*, ἐκ τότε, vel ἐκ τότου *poſtea*: atque ſine gravi cauſſa recedi non debet à communi ſententia, quæ eſt, ut auxilium *veteraſcere* dicatur *in inferno à gloria*, ideſt, quod colligebatur ex gloria, item ex illuſtri, & magna facultatum copia. Alioqui liceat etiam explicare *auxilium eorum veteraſcet in inferno à gloria eorum*, ideſt, propter gloriam quia gloriati ſunt, ut Bruno Carthuſianus indicat & Remigius, aut plus quàm fuerit illa gloria; nam & iſtas habet מִן *min* acceptiones. Thomas præterea declarat, *à gloria eorum*, juxta gloriam, hoc eſt, quantum glorificaverunt ſe, & cet. *g* Chaldæa paraphraſis
g Apoc.18.7 C ſic enarrat, *propterea corpora eorum veteraſcent in gehenna, quoniam extenderunt manum ſuam, & deſtruxerunt habitationem domus majeſtatis vel divinitatis ejus*. Ubi Corporáda- ad Dei domum retulit gloriam: ad corpora, id quod mnatorum. latiùs reddidit auxilium ex Græco βοήθεια, & alii ex Hebræo צוּרָם *ſuram*, imaginem & formam; quaſi dicas: corpora damnatorum tametſi vera, viſum iri tamquam veras formas, & imagines externas, & larvas luridas, ubi *plurima* erit *mortis imago*, ut ſolet rerum inveteratarum, ac ſenum exterior forma viſu deformis, & horribilis eſſe, & ipſæ res, ſeneſque fratis, effetis, nullis pœnè viribus:

εἰς ἅιδην κενῶν ἀλφήσιος ἔσσετ' ἀρωγὴ h,
In orco illorum inutile erit auxilium,
h Apollinar. ſ.

Rectè dixit Poeta inutile, quia quod *ſeneſcit prope interitum eſt* i, *& oſſa invetetata* k, *inveteratus inter inimi-* i Heb.8.13. *cos* l *vetuſta pellis*, *caroque* m, hanc vim habent, ut KPſ.31.3. aliàs notatum eſt. Pertinet eodem comparatio, ad l Pſ.6.8. quam alludi putat Haimo cum vetere teſtamento, quod m Thren.3.4 nullam habet utilitatem.

---

*Verſ.*16.) Verumtamen Deus redimet animam meam de manu inferi, quum acceperit me.

Miſerabilis & infeliciſſimus reproborum in inferno ſtatus, quum ſit is, quem dixi, ſpero, ſi ut etiam volo dedero pietati operam, fore, ut quum ex hoc me Deus mundo evocaverit, non ſinat animam meam in damnatorum deſcendere locum, ubi eſurietur æternis pœnis, ſed in beatorum domicilium, ut ipſomet fruar Deo, *tunc*, ut explicat Chryſoſt., *accuratius eum videbo*, τότε ἀκριβέστερον ὄψομαι. Scribit quoque alibi n hinc probari, quòd mors aliquando ſolvenda ſit. Baſilius, Euthymius, n Hom.28.in ep. ad Rom. Nicephorus, docent contineri verbis iſtis vaticinatio-

tionem de deſcenſu Chriſti ad inferos, unde Davidis cum aliorum juſtorum animabus animam liberaret. Hac ratione (quum acceperit me,) declarabimus, vel infernus, ideſt, limbus ſecundùm animam, vel Chriſtus quaſi prehenſa manu liberans me de manu, & poteſtate dicti loci, & cuſtodis ejus diaboli, vel idem Chriſtus quum acceperit me, ſive aſſumpſerit naturam meam per incarnationem. Conſentit Ambroſius, Auguſtinus, Hieronymus, Ruffinus, Remigius, Beda, Haimo, Caſſiodorus, Thomas, Hugo, Bruno uterque: ceterique paſſim Latini vetuſtiores, quamvis non omnes expiimant deſcenſum ad inferos, & eductionem animarum, ſed liberationem de poteſtate diaboli, & de pœnis æternis, quibus obnoxii erant homines propter peccatum. Genebrardus meminit R. Calvenaki ſic expoſuiſſe iſtum locum: *non veniam in infernum: quòd ſi venero propter meum peccatum, ipſe miſericordia ſua redimet me poſt tempus aliquod, quoniam adſe me recipiet.* Hebræos quoque ſcribit conſtanter purgatorium credere. Galantinus *a* autem docet Rabinos hinc etiam incarnationem CHRISTI oſtendere, & liberationem de inferno. Primùm judicio aptiſſimum ſenſum de damnatorum loco tormentiſque: hanc enim in præcedentibus verſibus duobus habebat ſignificationem infernus, in quo *poſiti ut oves* dicebantur impii, & ibi auxilium eorum veteraturum. Secundus qui tam multis placuit, confutat articulum de deſcenſu Chriſti ad inferos, quam negant de noſtris Hæreticis non pauci. Baſilius manifeſtum vaticinium vocat, videtur Apollinarius per modum etiam deprecationis exponere, petere Davidem liberari, nempè ſaltem in certo quodam temporis articulo à moriendi neceſſitate. Vel mortem intellexit ſecundam, & æternæ damnationis,

Hebræos purgatorium conſtanter credere quis ſcribat.

a *lib.6,c.6, & 7.*

Incarnatio Chriſti & liberatio de inferno ex hoc loco probata.

De deſcenſu Chriſti ad Inferos ſententia.

ἦτορ ἐμὸν θανάτοιφ θεοῖ λύσειαν ἀναγκῆς,
Cor meum mortis Deus ſolvat neceſſitate,

Redimet.) Pſalterium Romanum, & Gallicanum, Ambroſius, Arnobius, Caſſiodorus, *liberabis*: ſed Hebraum יפדה *iphdeh*, & Græcum *χυτρώσεται*, meliùs exprimit *redimet*, videlicet quaſi pretio dato ſolutoque.

De manu inferi.) Hieronymus, Ambroſius, Auguſtinus, Caſſiodorus, Arnobius ponunt nomen *inferni*: quod, quamvis idem valeat, exprimit magis locum ſubterraneum, minùſque licet pro *ſepulchro*, quod Hebraizantes faciunt, Hæreticique accipere. *Manus* poteſtatem deſignat. Sic iterum Pſalm. LXXXVII. *b. manus inferni* appellatur; *quis eſt homo, qui vivet, & non videbit mortem: eruet animam ſuam de manu inferi?* Manus item iniquitatis *c*, conſilii *d* plagæ *e*, gladii *f*, mali *g*, linguæ *h*, mortis *i*, & ſimiles formulæ liberum efficaxque dominium important. Simile promiſſum, vaticiniumque in Oſea *k*, *de manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos:* in carcere conſtitutus, dicit, *Deus redimet animam meam*, inquit Auguſtinus: in catena, in mari, &c. hoc refert, *liberari de manu inferni*, hic labor, preſſura, tribulatio, tentatio, nihil aliud ſperandum: gaudium in ſpe futura: nunc *quaſi triſtes* ſed *ſemper* verè *propter ſpem gaudentes l*, ut habeat triſtitia quaſi gaudium; idque habeat, quia in ſpe certa eſt: ſicut ſomnus triſtitia, tranſiet, & dominabitur mane, ſive in matutino: impiorum fœlicitas eſt quaſi, verùm ipſorum pœna eſt.

b v. 49. Manus poteſtatis deſignatio.

c *Iob.4.Iſ. c.4.7.*

d *Eccl.13.14*

e *Iob.23.2. Sc, 5. 10. Pſ.62 11.*

f *Hab. 2.9.*

g *Pro.18.21,*

h *Oſe.13.14.*

i *Ibid.*

k *1.Cor.6.10*

Quum acceperit me.) Ambroſius, *quum acceperit eam*: ſcilicet, animam meam. Hunc antea dixi unum eſſe verba hæc exponendi modum. Paraphraſtes, *quoniam docebit me*, inquit, *legem ſuam, & inducet me in partem ſuam in ſæculum venturum.* Hic vero eſt סלה *ſelah*, & διάψαλμα, cujus ille uſus unus, hìc opportunus, ut exigat meditationem, vel denotet deſiderium ac votum, vel approbationem dictorum.

Verſ. 17.) Ne timueris quum dives factus fuerit homo, & quum multiplicata fuerit gloria domus ejus.

QUia ſpes, quæ differtur, nonnihil affligit animam *m*, interimque fœlicitas improborum conturbat etiam juſtos, paullulum, ut jam aliàs de Job *n*, noſtro quoque auctore *o*, & Jeremia *p*, quos videt impunè malis artibus diteſcere, ſe quum liceret eadem ratione divitias comparare, propter verò legem Dei abſtinuerunt, in ærumnis verſari opportunè admonet David, ut non vereantur juſti, vel potentiam illorum, vel ne fraudentur ſpe abſtinentiæ, atque patientiæ ſuæ quaſi nec juſtus, nec providus ſit Deus: *vanus*, autem omnis, *qui ſervit Deo, ac ſine emolumento qui cuſtodiunt præcepta Domini q.* Futura promiſit, ait Auguſtinus, qui reſurrexit, pacem in hac terra, & requiem in hac vita non promiſit. Omnis homo requiem quærit: bonam rem quærit, ſed non in regione ſua illam quærit. Non eſt pax in hac vita, in cœlo nobis promiſſum eſt, quod in terra quærimus. Ambroſius deſcribit omnium opum vanitatem, quam nominat vacuitatem: mundum ſine Chriſto vacuum fuiſſe; ab illo impletas ruinas *r*: ubi ruina, illic & aquilas eſſe (quod in editione noſtra *corpus ſ*, Græcè *πτῶμα*, *cadaver*, ideſt, reſurrectionem, cujus ad animal thypus ob renovationem juventutis *t*, multo magis vacuos nos facere amiſſionem gratiæ ſpiritalis, quæ de plenitudine Chriſti *u* replet, quàm corpora noſtra vitalis abſentiam ſpiritus ſive animæ, improbos in vacuum laborare *x*, juſtorum odorem eſſe ſicut agri pleni *y*. Juſti dicent aliquando ſuper hujuſmodi vanum hominem ridentes: Ecce *z homo qui non poſuit Deum adjutorem ſuum, ſed ſperavit in multitudine divitiarum ſuarum, & prævaluit in vanitate ſua.*

n *Cap 21. 7.*

o *Pſ. 72. 2. & ſeq*

p *c.12 1. & ſeq*

q *Mal.3.14.* Futura promiſit qui reſurrexit, quæ & ubi;

r *Pſ.109 6.*

ſ *Mat.24.28* Aquila, reſurrectionis typus.

t *Pſ. 102. 5.*

u *Ioan.1 14.*

x *Iſa.40.4.*

y *Gen.27.27*

z *Pſ.51.9.*

Ne timueris.) Etiamſi poſſent improbi ſua ſecum deferre, nihil eſſet ſuperſtitibus timendum, quia mortui non communicant cum vivis. Tamen jubet, ne timeamus, quia ſi tales ſua comitaretur poſt mortem gloria, meritò ambigi poſſet, ut Cajetanus notavit, ne deeſſent propria vitæ alteriùs præmia virtuti.

Homo.) Hieronymus, *vir*: hoc noto ne quis vim faciendam putet in hominis nomine, quaſi ſit indignus, qui dicatur *vir* is qui contra jus faſque conquirit opes, aut nihil niſi externa hæc curat bona. Nomen Hebræum eſt איש *iſch*, Græcum *ἄνθρωπος*.

Et multiplicata fuerit gloria domus ejus.) Tertullianus *a*, *& quum abundabit gloria ejus*, ubi omiſit *domum*. In Pſalterio Ambroſiano, ſive Gallicano pro, *&*, habetur, *aut*, ſic etiam in Bibliis Complutenſibus, & Regiis, atque in iiſdem Græcè ἢ. Homines etiam negotiatores, abjectique ditantur aliquando, non ita multi, honoribus, & poſſeſſionibus cum aliis hominibus, qui ad illum pertinent, quum celebritate, ac pompa magna floreant, ut notat Caſſiodorus. Chryſoſtomus jubet obſervari, quàm accuratè, quantaque cum philoſophia ſit *domus gloria* hìc nominata, non autem hominis, quia fontes, ambulacra, porticus, balnea, aurum, argentum, equi, muli, ſtragulæ, veſtes, & ſimilia ſunt gloria domus, non hominis, hujus autem ſola virtus.

a *4.con.Mar. c.15.*

Verſ. 18.) Quoniam quum interierit, non ſumet omnia: neque deſcendet cum eo gloria ejus.

CAuſſa non timendi eſt iſta, quia non eadem improbis poſt mortem contiget fælicitas, qui receperunt bona in vita ſua; cruciabuntur in alia; qui receperunt mala, conſolabuntur *b*: nec periculum eſt, ne quo modo hìc, ibi etiam liceat iniquis juſtos vexare. *Va divitibus*, dixit Chriſtus *c*, *quia habent conſolationem* ſuam (advocationem Tertullianus *d* legit *παράκλησιν*) *va qui ſaturantur, quia eſurient: va qui rident nunc, quia lugebunt, & flebunt: va, quibus benedixerint homines.* Serò tandem fatebuntur miſeri nil profuiſſe ſuperbiam, & divitiarum jactationem nil contuliſſe *e*, deprehendent, *quæ videntur temporalia eſſe f*: plorabunt divites, & ululabunt *in miſeriis* ſuis *g*: nudi huc ingreſſi, nudi revertentur in communem matrem terram *h*; quum dormierint nihil ſecum auferent; aperient oculos ſuos, & nihil invenient *i*, nihil intulerunt in hunc mundum, ſed nec auferre quid poſſunt *k*; ſola *ſequuntur* nos *opera l*: alioqui ſi aurum, & argentum veſtra ſunt; ait Bernardus *m*, tollite ea vobiſcum.

Juſtis non timendi cauſſa.

b *Luc.16.25*

c *Cap.6. 25.*

d *4.con.Mar nag. 15.*

e *Sap.5. 8.*

f *2.Cor.4.18*

g *Iac.5.1.*

h *Iob.1.21.*

i *Cap.27.19.*

k *1.Tim.6.7*

l *Apoc.14.13*

m *Ser. 4. de Advent.*

m *Pro.1 ; 32*

Divi-

Divitis a *ad manes nil feret umbra suos.*
Nec b *cura mordax deserit superstitem.*
Haud c *ullas portabit opes Acherontis ad undas;*
Nudus ad infernas stulte vehere rates.
Quid d *vici prosunt, aut horrea, quidve Calabris*
Saltibus adjecti Lucani si metit Orcus
Grandia cum parvis, non exorabilis auro.
Non e *illic auro potiti, nec thure sepulti*
Per veniunt.
Effigiem f *Rex Crœse tuam ditissime regum*
Vidit apud manes Diogenes Cynicus.
Constitit utque procul, solito majore cachinno
Concussus dixit: quid tibi divitiæ?
Nunc prosunt, Regum Rex ò ditissime, quum sis,
Sicut ego solus, me quoque pauperior?
Nam quacumque habui mecum fero, quum nihil ipse
Extantis tecum Crœse feras opibus.

a Ov. 5. Trist. eleg. 15.
b Boëtius cons. Philos. met. 3.
c Propert. l. 3. eleg.
d Hor. l. 2. epist. 2.
e Luc. 9. belli civil.
f Auson. in Epist. 53.

g in Auson. Recitat Eliasg Vinetus simile auctoris incerti Epigramma Græcum ex libro primo Græcorum Epigrammatum; in quo clausula ista Diogenis:

Πάντα φέρων σὺν ἐμοὶ Κροῖσε, σὺ δὲ γύμνα ἔχεις.
Cuncta fero mecum, at Crœse tu nihil habes.

De Constantino scripta. Constantinus, quum corporis humani perfectæ ætatis circumscripta mensuram haëta, quam manu tenebat, humi impressisset, Omnes inquit (fortassis Ablavio) vitæ divitias, & totius orbis opes si domi haberes, tamen plus hoc à me circumscripto agello non possidebis, si & illud fortasse possederis. Præfatus erat illi ex suis, quisquis tandem fuerit, ab se aliquando prehenso; *quousque tandem ò bone hanc inexplebilem avaritiam cumulamus h?* Uno verbo Christus: *stulte* i *quæ parasti cujus erunt?* sed nos hæc de re sparsim in Ecclesiasticæ Commentario, tùm verò ad geminam illam præsenti sententiam k: *sicut egressus est nudus de utero matris suæ; sic revertetur, & nihil auferet secum de labore suo.* Adjice aliam Psalmi LXXV. l *dormierunt somnum suum, & nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis*, Postremo *unus*, inquit Sapiens m, *introitus est omnibus ad vitam, & similis exitus.* Saladinum Sultanum Babylonis & Damasci, Ægyptique Regem Blondus n, Piusque Papa II. o Claudius p Paradinus, Paulus Æmilius q, Polydorus r, Jovius s memorant, in terulam, qua sola cadaver suum condendum statuerat, lancea sublimen, per compita, vicosque Ascalonis ferri jussisse, clamarique Saladinum Asiæ dominatorem nihil aliud ex tanta opum affluentia secum ferre.

h Eusebius de vita Const. c. 29. & 30.
i 12. 20.
k Cap. 5. 14.
l vers. 6.
m Sap. 7. 6.
n Lib. 6. dec. 2.
o in Epitom. Blondi l. 6. decad. 2.
p in Symb. qui. rogly. l. ex Enguirando Monstrelesio.
q Saladino Babylonis & Ægypti rege tradita 6. de gestis Franc.
r 14 hist. Ang. Lib. 10 sicilog.

Qui modo flectebat varias Orientis habenas,
Mortuus hoc tantum in tartara nigra tulit.

Vix vestem dives sumet moriens, ait Basilius, quæ pudenda tegat, idque fiet, si servis placuerit, qui illum a sepeliendum obtegunt, & componunt. Abundè illi fiet si pauxillum terræ sortiatur, si tamen per eos licebit, qui funus curant, qui hanc illi non tam charitate, quàm verecundia quadam communis naturæ permoti tribuent nec ipsi gratificantes, sed humanitatem verentes. Qui summos ipsos etiam hierarchas nostros mortuos vidit, non alia requiret exemplo. Et tamen insani olim homines thesauros condi volebant suis sepulchris, scilicet iis ibi posituri, ubi est cadaver non sentiens. Divitis in inferno Epulonis exemplum t urget Augustinus: & perinde dicit esse ornare sepulchrum, ac si dominus domus mittatur in exitium, & tu ornes parietes ipsius, quum is in exilio egeat, fame deficiat, vix cellam inveniat, ubi somnum capiat. Hieronymus profert Judam proditorem, qui pretium venditi magistri moriens non deportavit.

s Luc. 16. 12.
t 4. con. Mar. cap. 15.

Quoniam quum interierit, non sumet omnia.) Hieronymus, *nec enim moriens tollet omnia.* Tertullianus u, & Ambrosius, *quoniam quum morietur, non tollet omnia.* In Psalterio Vaticano, sive Romano, & in Italico, ac vetere; & apud Augustinum, *quoniam non, quum morietur, accipiet hæc omnia*; in Gallicano, aut Ambrosiano, *quoniam, quum morietur, non recipiet omnia*; Ambrosius, *quoniam non, quum morietur, accipiet omnia.* Cæsarius Arelatensis x, *non enim quum morietur, accipiet omnia* y. Leo *quoniam quum interierit, non accipiet omnia*; Cassiodorus, *quoniam, quum morientur perient hæc omnia. Non sumere omnia*, vel tollere, & accipere, & recipere (quod ultimum indicat, nullam esse ipsum recuperandi, quæ deserri non potuerunt) est nihil sumere, tollere, capere, recipere; non autem solùm aliqua, licèt Dialecticè, id importent illæ formulæ. Extant his alia similia exempla multa in scriptis, ut z, *non est impossibile apud Deum omne verbum: omnis qui peccat non vidit eum* a; *omnis, qui in eo manet, non peccat* b: *non dominetur mei omnis injustitia* c; *posuit Dominus in Cain signum, ut non interficeret eum omnis, qui vidisset eum* d, *ad omnem mortuum non ingredietur omnino* e, nec verò dumtaxat nihil secum dives sumet, sed quod antea dictum est f, *relinquet alienis divitias suas*, &, ut Chrysostomus docet, velut abscissa radice jacentem arborem invadunt oves, & capræ, ita multi sine delectu, res illius perdunt, & evertunt. Frequens scripturis μείοσις, qua minùs dicendo, plus dicitur, & significatur. Quamquam verum est, quòd sument, & tollent secum improbi morientes aliqua, videlicet peccata, quæ *sequentur illos*, sicut merita *justos* g. Divites his omnibus relictis, ut Chrysostomus h scribit, nudi migrant hinc, tantùm malitia vestiti, & peccatorum oneribus inde collectis. Ipsa est infælicitas hominum, ait Augustinus i, propter quod peccant, morientes, hic dimittunt, & ipsa peccata secum portant. Peccas propter pecuniam, hic dimittenda est; peccas propter villam; hic dimittenda est: peccas propter mulierem, hic dimittenda est; & quidquid est, propter quod peccas, hic dimittis, & ipsum peccatum, quod committis, tecum portas. Hortatus idcirco k, postque illum Isidorus l, ut quoniam transimus aliquid, quod transire non potest, operemur, ut quum transierimus, & illo venerimus, unde non transeamus, opera nostra bona ibi inveniamus, quæ sine fine possideamus. Reges ipsos Isidorus convenit, cavens ne gloriam qua in hoc sæculo sublimantur, aspiciant, sed opus, quod secum ad inferos portant, attendant, si amissuri sunt hujus temporis gloriam, illa, agant, quæ post finem sine fine possideant. Immo verò hæc ipsa externa bona transferri in aliam vitam possunt, thesaurizarique in Cœlo m, & recondi. Migrandæ sunt facultates nostræ, ut Augustinus n docet, ad locum veræ vitæ, ut hoc ibi inveniamus, quod hic damus: pauperes vocat o laturarios, idest, bajulos nostros, & Chrysologus p vectores, tutamque per istos esse transuectionem monet ad Deum; Deo ipso fidejussore: pro jumentis, camelis, curribus Chrysost. q esse affirmat, omnique alio vehendi instrumento. Idem Chrysologus r ita ratiocinatur, *O homo si hic permansurus es, quæ tua sunt hic repone; si illuc iturus es, hic, quæ tua sunt, cur derelinquis? Qui relinquenda servat, alienorum custos est, non suorum.* & Augustinus s: *In regione aliena & mox relinquenda, qualis terra thesaurum recondit insanus, cujusmodi Cœlum semper inhabitandum, transfert mente sanus.* Philosophatur ad eumdem modum Balaam apud Damascenum t exemplo Prætoris, vel Prætoris, qui defunctus officio, migraturus in exilium, ei facultates in magistratu acquisitas transferri curat. Leo u etiam rectè sanè infidelem, & iniquum vocat sibi, qui sanctum fœnus eleemosynæ non exercens, nec hac usurarum arte ditescens, minimè curat Dei creditor fieri, & fœnerator, illumque habere idoneum fidejussorem pauperum, & largissimum redditorem usurarum, & quod æstimat diligendum, non vult habere perpetuum. Sic ferunt Thomam Apostolum Indorum Regi palatia ostendisse in cœlis, eleemosyna constructa. Exempla suppetunt alia permulta, sed nullum illustrius, aptiusque proposito, quàm quod in Prato spirituali x. à Zonara y, & Hugone z, Ætheriano narratur de Synesio Episcopo, qui chirographum dederat Evagrio sive cautionem redditurum isti Christum, quæ in pauperes distribuenda ei dono dederat, deque Evagrii mortui re perta divinitus subscriptione, ita se comperisse, sicut Episcopus promiserat.

u Hom. 1.
x Serm. 6. de jeju. decimi Mensis. Phrasis scripturæ.
y Lev. 1. 37.

Neque descendit cum eo gloria ejus.) Hieronymus, *post eum*; In Psalterio Ambrosiano, *neque simul.* Tertullianus a, *nec descendet cum illo gloria sua.* Cassiodorus, Bruno uterque, Haimo, Ambrosius, Augustinus, Arnobius, Cæsarius Arelatensis, b, Leo, Pial. Rotmanum, *neque simul descendet cum eo gloria domus ejus.*

z 1. Ioan. 3. 6
a Ibid.
b Psal. 118. 133
c Gen. 4 15.
d Lev. 21. 22
e vers. 11.
f Apoc. 14. 13. Divitum mortuorum conditio.
g Hom. 23 in Gen. Hominum infælicitas propter quæ peccat moriendo dimittere, peccatum secum portare.
h l. 59. hom. 42 cap. 8.
i Serm. 32. de verb. Dom. k 3. de summo bono c. 47
l Matt. 6. 20
m Ser 5 de verb. Dom.
n Ser. 50. de temp.
o Serm. 7.
p Hom. 15. in & 48. in Gen.
q Serm. 12.
r Serm 5. de verb. Dom.
s in inst. Balaam, & Josaphat.
t Serm. 6. de jeju. decimi Mensis.
u Cap. 195.
x to. 3. ann.
y de regressu animæ c. 15. De Synesio Episcopo & Evagrio tradita.
z 4. cons. Marci c. 15.
a Hom. 1.
b Serm. 6. de jeju. decimi Mensis.

Ulti-

Ultimæ duæ voces adjectæ videntur, quia deſunt in textu Hebræo, & Græco; Retulit primùs Chryſoſtomum obſervaſſe, verſu præcedente nominatam *gloriam domus*, non autem hominis, eò quod hujus virtus, gloria ſola vera ſit: non tamen dubium, quin non modò negetur nunc deſcendere hujuſmodi gloriam, quia improbus virtutem, qua caret, ſecum non fert, ſed & aliam externam, ſive funeris, quam Remigius innui putat; ſive alterius cujuſvis rei, quam comprehendit additum nomen *domus*. Id verò etiam nomen expreſſit Apollinarius:

ὐδὲ οἱ ἀσπετον ὐχος ὁμως καταβήσεται οἶκον.
Neque ipſi ſimul immenſa gloria deſcendet domus.

Ceterùm, ſicut etiam prius dixi, κατὰ τὴν μείωσιν, non tantum non deſcendit gloria impii cum ipſo, & aufertur, ut de *gloria Moab & Cedar* ſcribit Iſaias *a*, ſed *perdit* quoque illius *memoriam Deus* b, *glorioſum terræ humilians* c, & *gloriam ejus ignominiam commutans d*, & pro *glorificatione hujus vitæ tormentum dans e*. Caſſiodorus, eumque ſolitus imitari Bruno Herbipolenſis, vim faciunt in verbo *deſcendi*, nempè tamquam in profundiſſimam foſſam. Vide vim Scripturæ, inquit Ambroſius, Gloria ſæculi non deſcendit cum peccatore, ſed gloria virtutis aſcendit cum innocente, & ut compendioſiùs dicamus, gloria hominis cum aſcendente aſcendet, cum deſcendente, non deſcendet: quod gratiæ eſt ac virtutis, aſcendet.

a c.16.14. c. 21. 16.
b Eccl.10.11
c Iſ.45.20
d Oſe.4.7.
e Apoc.18.7.

Gloria ſæculi non deſcendit cum peccatore; gloria virtutis aſcendit cum innocente.

Verſ. 19.) Quia anima ejus in vita ipſius benedicetur, confitebitur tibi quum benefeceris ei.

OMnis veræ felicitatis improbus expers poſt hanc vitam, in præſenti dumtaxat felix habebitur, prædicabiturque tùm à ſe ipſo, tum à ſui ſimilibus, vel ab aſſentatoribus, qui aliquod ab eo emolumentum expetunt, & expectant, aut etiam perceperunt: tum Deus in hac vita ei benefaciet, qui nullam credit, ſperatve futuram vitam. Sed & idum improbus viciſſim, te laudabit magnique faciet, quum aliquo eum beneficio afficies, & quum ipſum, ac res ejus, dicta facta complebis, atque celebrabis: vel iſte, ò Deus, benedicet, ac laudatione proſequetur, quamdiu cuncta ex animi ſententia ſuccedent, tuque muneribus tuis externis eum cumulabimus. Alioquin blaſphemabit, maledicet, execrabitur nomen, ac numen tuum proſcindet, & quod licebit, de medio tollet; Vel iterum logendo, *quia anima ſua in vita ſua benedicet, laudabunt te, quum benefeceris tibi*, ò tu quicumque es, laudabunt te, quando illos imitatus, tibi ipſi beneſeceris, & bonis iſtis temporalibus perfruitus fueris. Recipi ſenſus hi omnes poſſunt, ſed ultimus alienios eſt ab editione vulgata, quamvis cum Hebræa conſentiat.

Quia anima ejus in vita ipſius benedicetur.) Ambroſius, *quoniam animam ejus in vita ipſius benedicent*. Hieronymi ex Hebræo verſio illa eſt, quam antea retuli ultimo loco, & eam ceteri Hebraizantes recipiunt לרם נכצו כחייוכרך נידוד פיתיטין *chi napſcho bechai-iau ievarech veioaucha chithetiu lach*. Sed membrum primum ſi legamus בורך *ieuorech*, in voce paſſiva reddi poteſt *benedicetur*, & Chaldaicè extat תתכרכ *thithbarah* paſſivè. At Hebraicè quia verbum eſt generis maſculini, exponitur *ipſe benedicet animæ ſuæ*, & ſumendo paſſivè, ſupplendum erit aliquid, *ipſe in anima ſua benedicetur*, nempe à ſe ipſo, vel ab alio. In cap. 11. *f.* Proverbiorum, *anima quæ benedicit, impinguabitur*; Græcè εὐλογημένη, aut, εὐλογημένη, *benedicta*: fortaſſis olim erat ברוכה *beruchah* in participio paſſivo, quod jam eſt in activo בוכה *berachah*: vocis namque mediæ εὐλογημένα poſſet reddi, *benedicens*. Idem eſt, *benedicere ſe*, & *benediti à ſe*. Senſus autem eſſet, quòd impius quamdiu vivet, affluens præſentis vitæ bonis, æſtimabit ſe ac dicet felicem; blandietur ſibimet, ipſi, indulgebit genio, & affatim fruetur commodis ſuis. Hoc pacto ſtultus ille dives dicebat animæ ſuæ *g*, *anima habes multa bona poſita in annos plurimos, requieſce, comede, bibe, epulare*. Ita præterea ſcribitur in Deuteronomio *h* cavendum, ne quis præterito Dei fœdere, ac juramento, *benedicat ſibi in corde ſuo, dicens; pax erit mihi, & ambulubo in pravitate cordis*. Ergo *benedici animam* erit tùm ſibi in fruitione ſuavium rerum placere, ſe ſeque eo nomine beatum prædicare; tùm prædicari ab aliis; tùm eas ſibi res largiter indulgere: tùm eaſdem à Deo liberaliter accipere, qui animam *ſatiat bonis i*. Placet id Hugoni, qui confirmat illis verbis *k*, *recordare, quia recepiſti bona in vita tua*: Nam conſtat, *benedicere* ſumi etiam pro beneſacere, quod eſt in altero membro, & *animam* pro parte vegetante, ac nutriente, aut etiam pro ſenſitiva, & animali. Bruno Carthuſianus declarat, propterea *non deſcenſuram cum impio gloriam ejus, quia anima in vita ipſius benedicetur*; ideſt tantùm in hac vita ſenſualitas ejus exaltabitur in omnimoda voluntate. Valde probabilis expoſitio. Communior eſt de ſui ipſius laude, aut aliena, ut ſe prædicet beatum in hac vita, & ab aliis, qui *beatum dixerunt cui hæc ſunt*: non autem, *ejus Dominus Deus cujus l*, quod aut non curant, aut non etiam credunt.

Benedicere animam quid ſit.

i Pſ.106.9.
k Luc.16.25.

Benedicere pro benefacere. *Anima* pro parte vegetante & nutriente.

l Pſ.145.15

Quod ad alios attinet, hi rurſus intelligi poſſunt, & qui aſſentandi ſtudio laudant, ſive quod laudant, laude dignum exiſtiment, ſive non exiſtiment, & qui jam defunctum laudant. Hoc ultimum Auguſtinus voluit, quaſi de illo dicant, inquit Auguſtinus; quamdiu vixit, bene ſibi fecit, manducavit, bibit, ſplendidè epulatus eſt. Caſſiodorus, Remigius, Ruffinus, Haimo, Beda, Bruno Herbipolenſis, interpretantur de luxuriantium, adulantium favorabilibus vocibus, quum bene excipiuntur, ac paſcuntur ab aliquo: & vitam genialem commendat, ut apud prophanos quoque auctores, *vitæ* accipi nomen ſolet. Aſſeclas, & paraſitos nominat Ambroſius; addit tamen etiam, quòd ipſe impius beatum ſe putat, ſi agrum aliquem, quem deſiderabat, invaſerit. *Laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ, & iniquus benedicitur m*; gloriatur ipſemet cum malefecerit, & exultat in rebus peſſimis, ut illa, quæ glorioſè dicebat *n*; *ſedeo Regina, & viduæ non ſum, & luctum non videbo*, & alius *o*, *dives ſum, & locupletatus, & nullius egeo*, quamvis hic ſpiritualiter intelligeret, prior corporalirer.

m Pſ.9.25.

n Apoc.18.7.
o Cap.3.17.

Confitebitur tibi, quum benefeceris ei.) Pſalterio Romano præponitur &. Hieronymus, ut etiam prius recitavi, & alii Hebraizantes, *& laudabunt te, quum benefeceris tibi*: quamvis ex eodem Hieronymo Thomas recitet *ſibi*, quæ reddunt iſtum ſenſum, ut impius ad exemplum ſuum, imitationemque invitet alium, hoc eſt, ad genio indulgendum, ad bene ſe curandum, ſicut ipſe facit. Symmachus, ἐπαινέσασι σὲ, ἐὰν καλῶς σεαυτῷ ποιῇς, *laudabunt te, ſi bene feceris tibi*: & ſuſpicatur Agellius LXX. vertiſſe ἀγαθύνῃς σαυτῷ: quod nunc legimus αὐτῷ. Ricardus Cenomanus pro (לך) facili mutatione לך) ideſt, pro *lecha*) Poſſet item videri per mimeſim, ſeu imitationem dives ille, qui ſupra, juxta Hebræum textum animam ſuam in vita ſua benedicit, dicere ſibi ipſi, *confitebitur* quivis *tibi*, aut laudabunt te, *quum benefeceris tibi*, & voluptatibus indulteris. Paraphraſis Chaldæa ſermonem haberi exiſtimat de juſtis *& confitebuntur tibi juſti, quia benefacies colentibus coram te* ſed præterea Nebienſis textus, textus Chaldæus in præcedente membro habet Moſem: *quoniam anima Moſe in vita ejus benedixit te*, quemadmodum in XVII. (*ne timeas Moſe licèt dives ſit Core homo contentioſus*) videlicet perinde ac ſi antitheſis hìc eſſet inter juſtos, & injuſtos, nominatim inter Moſem, & Core, cujus filiis Pſalmus inſcriptus eſt.

Receptus ſenſus eſt per modum aſtrophes orationiſque ad alium converſæ, vel ad Deum, ut pluribus placet, vel ad hominem aliquem. Impius confitebitur tibi, ò Deus, & laudabit quamdiu beneficiis afficies, vel heus tu, quiſquis es qui talem celebras, beatumque prædicas: amicus habebis, ac laudatorem etiam donec illud feceris, aut munus aliquod contuleris. Nec Deo, nec tibi parcet, ſi lucri ceſſet ſpes; quin deſerat, calumnietur, blaſphemet. Baſilius, Ambroſiuſque idcirco Job ſpoliatum rebus ſuis docent, ut refelletur calumnia diaboli, quòd is non gratis coleret Deum *p*. Negat Auguſtinus benedicere Dominum *in omni tempore q*, qui benedicat ſolùm in ſecundis. Multos Chriſtianos tunc Deo gratias agere, quando illis accidit lucrum; ſi patiantur damnum, blaſphemare. Zacharias *r* conquerentem inducit

Impius dum beneficio afficitur laudat benefactorem ac Deum.

p Iob.1.9. & ſeq.

Non benedicit Dominum in omni tempore, qui ſolum in ſecundis.

q Pſ.33.2.
r 2 ai.4. 5.

f verſ.25.

Impius vivens & bonis affluens ut ſe gerit.

g Luc.12.18 19.

h cap.29.19.

ducit Deum de iniquis pastoribus, sacerdotibus, gubernatoribus, qui pecora occidebant, & vendebant, dicentes, *benedictus Dominus, divite facti sumus*. Eodem referre possum, qui quum Deus occideret eos, reverebantur, & *diluculo* veniebant ad eum *a*, ac solo, qui *primus in orbe Deos fecit*, timore colebant Deum. Nam (cujus hìc videtur oppositum dici fortassis, de imbutis vera religione) tum maximè à pluribus Deus ex memoria elabitur, ut Lactantius scribit *b*. quum beneficiis ejus fruentes honorem dare divinæ indulgentiæ deberent, numquam verò Dei meminerunt (quòd exemplis ostendit,) nisi dum in malis sunt. Illud etiam verum, quod Deus

c *Qui rogat ille facit.*

Et utiles quisque cudebat Deos,

Jam d sibi quisque deos avido certamine fingit.

Item pro vero habetur quod

Rara fumant felicibus ara.

Sic variis de caussis modo unum, modo aliud, quod priore videtur repugnare, veritatem continet. Adhuc aliter explicant Chrysostomus, & Theodoretus. Chrysostomus, noli ò dives, quum te laudari audis, efferri: tam diu laudabit te, vel confitebitur alius tibi, quàm diu accipiet à te aliquid: ubi dare desieris, & ille dare cessabit. Theodoretus; plerumque beatum divitem celebrant homines, dum ille vivit: miserum vocant mortuum. Ast tu ò dives si vis à morte etiam beatus prædicari, esto liberalis, confitebitur tibi quisque *ac in memoria æterna* eris, non timens *ab auditione mala*, non so ùm *jucundus* vives *e*, & ita censeberis tibi ipsi benefacere; ut Symmachi versio habet, atque aliorum ex Hebræo, Nihil tritius, quàm æstimari utilitate amicitias, beneficos laudari: amicos ollæ, mensæve perplures existere, quodque tempore felici multi numerantur amici, &,

Donec eris felix multos numerabis amicos:
Tempora si fuerint nubila solus eris f.

Sic quidam quum suas percensuisset opes, cecinit de se, quòd quamdiu extabant,

Quisque meus civis fieri cupiebat amicus,
Ad mea tendebat limina turba frequens:
Laudabar solus, solus celebrabar, amabar,
Egregio solus nomine dignus eram.

Verum commutata fortuna, desertum se queritatur;

At quia mensa brevis mihi nunc, & curta supellex,
Innumeri scindunt nec mea rura Syri:
Me fugiunt omnes amisso sordibus auro;
Pellitur amissa pauper amicitia.

Si qui tibi veri amici, apud illos, Alexandri exemplo *g*, & Crœsi *h*, tutissimè repones opes thesauroque qui reddant etiam cum fœnore. Dono dando tutissimos reddi, scripsit quoque Seneca *i*; Martialis *k* dixit, quòd

Extra fortunam est, quidquid donatur amicis:

Immo inquit;

Quas dederis, solas semper habebis opes.

Quod alius aliter de se ipso *l*;

Hoc habeo quodcunque dedi.

Tale quid respondisse Siliciæ Regem Alphonsum produnt *m*: proniores profectò ad terìò laudandum qui prompti ad reddendum.

a Psal. 45. 6.

b Lib. 2. c. 1.

Multi nisi in malis, Dei nummquam memores.

c Martial. l. 8 epig. 24.

d Petronius.

e Os. 111. 7.

Ollæ & mensæ & utilitatis amici.

f Ovid. 1. Trist. eleg. 8.

g Plutar.

h Xenoph. 8. Cyri ped.

Tutissimè opes & thesauri ubi reponantur.

i 6. de benef. cap. 3.

k l. 5. epig. 43

l M. Anton. apud Rabirium Perduellionis quem egit Senec. Alphonsi regis dictum.

m Lipsius in Senec. Radevus in Mart. leg. etiam Mutium in Senecam.

Vers. 20.) Introibit usque in progenies patrum suorum, & usque in æternum non videbit lumen.

LAudabitur quidem dives improbus dum vivet, ab aliis, & Deum confiteri, ac laudare videbitur pro acceptis externis bonis, at nihil secum auferet præterea, ut etiam dictum est versu XVIII. sed abibit post obitum ad patres suos, illos maximè, quorum impietatem, & iniquitatem in vita imitatus est *n*: reversus *ad iniquitates patrum suorum priores o*, implens *mensuram eorum p*, quibuscum etiam cruciatus paviſſimos patietur, habitans in crassissimis tenebris absque spe luminis umquam videndi, sive hujus, quo fruuntur homines, ad quos non redibit ampliùs, sive alterius materialis, quod apud inferos recreet damnatos, sive supernaturalis, increatique, qui est Deus ipse, quod beati lumen vident in ipsomet immediatè in objectivum conjuncto intellectibus illorum, & per lumen supernaturale creatum, quo intellectus eorumdem vim accipiunt ad videndum. Conveniens pœna, ut à tenebris ad tenebras transeatur, & qui veritati clausos habuit oculos, ipsam clarè contemplari veritatem numquam valeat: sed ab interioribus mentis tenebris, ad exteriores *q* migrare compellatur, ubi & interiores multo quàm prius majores: & ut luminis rebelles *r*, diligentesque magis tenebras, quàm lucem *s*, qui est Christus *t*, potestatibus, & *rectoribus tenebrarum u* perpetuò subjiciantur.

Conveniès pœna impiorum à tenebris ad tenebras transire.

q Matt. 8. 12

r Iob. 24. 13.

s Ioan. 1. 19.

t Cap. 1. 9

u Eph. 6. 12.

Introibit usque in progenies patrum suorum.) Hieronymus, *usque ad generationem*, Ambrosius, & Cassiodorus, *usque in progeniem*, & Ambr., *patrum ejus*. In Psalterio Romano ante verbum est conjunctio, & In bibliis Græcis habetur numero singulari ἕως γενᾶς, & in Hebræis עַד דּוֹר *hhad dor*, sed pro εἰσελεύσεται tertiæ personæ tres alii, quos Theodoretus refert, habent, *introibis*, in secunda persona. Symmachus ἐλεύσῃ, vr. editio ἥξεις: quidam codices interpretum LXX. εἰσελεύσῃ. Omissa paraphrasi Chaldæa de justis, *ingrediar memoria justorum usque ad generationem patrum eorum*. Hebraizantes quidam sic explicant nonnulla supplendo, & posito, quòd *thauo* generis fœminini de *anima* dicatur, & hæc de toto homine. Quamvis venerit improbus ad ætatem (hanc quoque significat דּוֹר *dor*, & γενεὰ) patrum suorum, qui videlicet diutissimè vixerunt: tamen non videbunt lumen in perpetuum, ideìt, non fruentur usura lucis, & vitæ hujus semper, sed morientur brevi, sicut & illi mortui tandem sunt. Si legas *introibis* εἰσελεύσῃ, quod *thauo*, ut est secundæ personæ masculinæ, potest significare, sensum. Theodoretus ait esse, ut cui dictum est versu 17. *ne timeat*, & cet. sit certus, visurum se divitem illum improbum obire eamdem mortem, quam ejus majores obierunt, non modo præsenti, sed sempiterno lumine privatum. Basilius præterea juxta eamdem personam secundam, *introibis*, declarat de Deo, idque duobus modis. Tu Deus, accedis tantùm, & quasi subis in animum stulti, ac impii hujus divitis, qui terrenus totus est, ac animo demersus, & appetitu in terrenas res; quanta, & cujusmodi cogitatio, mens, voluntas fuit, quo tempore ipsius vivebant patres, quos isti sectantur; homines nempe carnales, atque divinarum, & æternarum rerum planè rudes & incurioſi. Vel introibis Deus usque in progenies patrum lævi divitis, ut non illum unum dumtaxat punias, verùm etiam totum ipsius genus, gentem, nationem, quotquot ìstius illi auctores, duces, Suasores, adjutores iniquitatis extiterint. Hinc vim habet *introeundi* verbum aliquando, quam aliud Latinum (animadvertendi,) ut diligens inquisitio perscrutatioque fiat, & exacta cognitio habeatur; tale illud * *Introibo in potentias Domini*, etiam ad puniendum, si opus fuerit. Retenta interpretatione vulgata, illi optimi sensus, quos initio posui, etiam Apollinarius innuat ab hujusmodi homine majorum suorum nobile genus frustra celebrari, ac percenseri.

* Psal. 70. 16

Ἀρχαίων πατέρων γενεὴν μετελεύσεται αὐτοῦ.
Antiquam patrum generationem percurret frustra.

Quamvis autem *introire usque in progenies patrum* sit simpliciter mori, sicut & *apponi ad patres* vel *ad populum*, quod de Ismaele quoque impio scribitur *x*, nosque alibi *y* de his formulis egimus: tamen ex adjunctis intelligitur esse sermonem de morte, quæ sit via ad mortem æternæ damnationis. Eodem modo, licèt *in æternum non videre lumen*, possit exponi, numquam huc amplius redire ad potiendum hoc lumine, sive vita, quæ vocatur quandoque lux, & homo ipse φῶς, quo pacto, Job *z* ait: *non credit, quod reventi possit de tenebris ad lumen*: vel non amplius videre splendorem famæ, nominisque, quo tantopere delectabatur, ut Cajetanus innuit, vel non amplius letari, quum *lux* sumatur pro lætitiæ; Nihilominus contextio integra orationis de improbitate divitis, exigit, ut privationem æternam luminis de alio nobiliore, hoc est, de divino, ac beatifico lumine accipiamus, deque lætitia sempiterna, quæ super capita justorum erit *a*, ea autem mali privabuntur. Hinc demum colligitur immortalitas animæ, quæ, nimirum,

x Gen. 25. 17

y Act. 2. 41.

z cap. 15. 22.

a Isa. 35. 10.

Immortalitas animæ.

n Did. Basil. o Ier. 11. 10. p Matt. 23. 32.

intro-

a *Ps.* 62. 10. *introire* dicitur *in progenies patrum*, ſicut alibi a, *in inferiora terræ*, & animam hic degere tamquam in alieno, alium extra has terras proprium ei locum eſſe. Hugo, vel Alenſis, inferni pœnas non ineptè in iſtis verbis conſiderat, *introire pœnas* veluti recentes ſemper irruere: *progenies*, multitudinem ſociorum in iiſdem pœnis: vocabulum *patrum* dolorem de ſocietate propinquorum, & amicorum pœnis: dictiones, *uſque in æternum*, æternitatem pœnarum: illas alias, *non videbit lumen*, tenebras palpabiles: addere potuit maximam pœnam, quæ eſt privatio luminis atque viſionis divinæ.

Et uſque in æternum non videbit lumen.) Aquila, Theodotio, VI. editio, & LXX. ut ſcholion Græcum notat, οὐκ ὄψονται, *non videbunt*: Symmachus, ἀβλέπουτες, *non videntes*, morientur, ut Euſebius recitat, non videntes lumen: v. autem editio οὐκ ὄψεται, *non videbit*, ſicut nunc legimus, Hieronymus vertit, *uſque ad finem non videbunt lumen*. Hebraicè eſt plurale ראו *uru*; illa verò עד נצח *hhaa netſach*, valent, *uſque in finem*, vel *in ſæculum*, vel *in æternum*, ut aliàs vidimus Paraphraſtes hoc priori opponens membrum, & juſtis improbos, exponit, *improbi verò in ſæculaſæculorum non videbunt lumen*. Parùm refert numerus, pluralitne ſit, an ſingularis, quin hic ſumitur collectivè pro *multis*. Baſilius in explanatione videtur legiſſe in plurali, qui, nimirum, comprehendat, aut divites multos malos, aut unum cum patribus, majoribuſque jam mortuis, quos ille imitatus eſt.

B

Verſ. 21.) Homo, quum in honore eſſet, non intellexit: comparatus eſt jumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.

DE hoc intercalari verſu dictum eſt in 13. ex ſimilibus verſibus intercalariter repetitis, ut prius quoque accidit Pſ. VIII. & alibi, ut ibidem notavimus. Poſſet judicium fieri de numero ſyllabarum, pedumque ac de metro ſimilium aliorum in eodem quopiam Pſalmo. Et tamen diviſio lectionve verſuum non ita exactè ſit, vel à Maſoretis, vel ab iis, qui Græcos & Latinos C diſtinxerunt. In præfatione nonnihil hac de re diſputavimus. Vim habet repetitio deplorandæ miſeriæ humanæ, & exponendæ cauſæ, cur, quum ita, ut dictum eſt, agendum ſit cum divite improbo, rurſus hìc etiam iterata increpatione, bruto ſimilis appellatur, quod quæ hactenus exaggerata ſunt de vanitate externorum bonorum, deque infelici ſtatu alterius vitæ non percipiat: *gens* enim *abſque conſilio & ſine prudentia eſt*, quoniam non intelligit, non ſapit, *noviſſima* non provident *b*: caret intellectu, ideſt, uſu illius, & notitia primorum principiorum, ſicut *equus & mulus c*: videtur quæ habet bona adſcribere auctori Deo, ut pecudes auctorem ſuum nullum cognoſcunt, inquit Hieronymus. *Repellens ſcientiam repellitur* d, *ignorans ignoratur* e: *quia nullus intelligit, in æternum peribunt* f: *captivus* ſit *qui non habet ſcientiam g*: conticeſcit velut brutum; nec habet quod reſpondeat *h*. Minas Rabini has vocant, ut qui non dicet, D ac non advertet ad ea, quæ dicta ſunt, ſtupidus moriatur. Interitum quoque importat verbum נדמו *nidmu*, ut dixi dicto verſu 13. Paraphraſtes, *homo*, inquit, *ſceleratus in tempore, quo ſubſiſtit, nec intelligit, quum removetur gloria ejus, comparatur beſtiæ, & redigitur in nihilum*. Hieronymus vertit, *& ſilebit*, Trevetus, & Mariana Victorinus, recitant ex Hieronymo, *& non ſilebitur*, ſignificat נדמו *nimdu* etiam hoc, ſed numero plurali, *ſilebuntur*. Verùm collectivè ſumendo reddidit Hieronymus in ſingulari, *ſilebitur*, ſicut verſu 13. *exaquatus eſt*, pro, *exaquati ſunt*. Exponit Trevetus, *& ſilebitur*, quaſi per interrogationem: numquid debet hoc ſileri, & non redargui? Immo verò redargui debet, non ſileri. Ad extremum rectè Ruffinus: Sententiæ repetitio, inquit, confirmatio eſt. Vel ideo repetit, quia in hoc verſu maximè pendet intentio Pſalmi, & utilitas. Defende ò homo honorem tuum. Noli deſerere eum, quem tibi Deus dedit intellectum,

b *Deut.* 32. 29.
c *Pſ.* 31. 9.
d *Oſe.* 4. 6.
e 1. *Cor.* 14. 38
f *Ibid.* 4. 20.
g *Iſaiæ* 5. 13.
h *Matt.* 22. 46.

Ad hoc, ut divina percipias, æterna diligas, terrena contemnas. Utere intellectu, utere ratione, deſpice temporalia, ut pervenire merearis ad cœleſtia. Sic ille.

PSALMUS
QUADRAGESIMUS NONUS.

1 Pſalmus Aſaph.

DEus deorum Dominus locutus eſt, & vocavit terram.
A ſolis ortu uſque ad occaſum: 2 ex Sion ſpecies decoris ejus.
3 Deus manifeſtè veniet: Deus noſter & non ſilebit.
Ignis in conſpectu ejus exardeſcet: & in circuitu ejus tempeſtas valida.
4 Advocavit cœlum deſurſum: & terram diſcernere populum ſuum.
5 Congregate illi ſanctos ejus: qui ordinant teſtamentum ejus ſuper ſacrificia.
6 Et annuntiabunt cœli juſtitiam ejus: quoniam Deus judex eſt.
7 Audi populus meus, & loquar Iſrael, & teſtificabor tibi: Deus Deus tuus ego ſum.
8 Non in ſacrificiis tuis arguam te: holocauſta autem tua in conſpectu meo ſunt ſemper.
9 Non accipiam de domo tua vitulos: neque de gregibus tuis hircos.
10 Quoniam meæ ſunt omnes feræ ſilvarum, jumenta in montibus & boves.
11 Cognovi omnia volatilia cœli: & pulchritudo agri mecum eſt.
12 Si eſuriero, non dicam tibi: meus eſt enim orbis terræ, & plenitudo ejus.
13 Numquid manducabo carnes taurorum? aut ſanguinem hircorum potabo?
14 Immola Deo ſacrificium laudis, & redde Altiſſimo vota tua.
15 Et invoca me in die tribulationis: eruam te, & honorificabis me:
16 Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras juſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum?
17 Tu verò odiſti diſciplinam: & projeciſti ſermones meos retrorſum.
18 Si videbas furem, currebas cum eo: & cum adulteris portionem tuam ponebas.
19 Os tuum abundavit malitia: & lingua tua concinnabat dolos.
20 Sedens adverſus fratrem tuum loquebaris, & adverſus filium matris tuæ ponebas ſcandalum: 21 hæc feciſti & tacui.
Exiſtimaſti iniquè quòd ero tui ſimilis: arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam.
22 Intelligite hæc qui obliviſcimini Deum: ne quando rapiat, & non ſit qui eripiat.
23 Sacrificium laudis honorificabit me: & illic iter, quo oſtendam illi ſalutare Dei.

TITU-

TITULUS.

1. *Pſalmus Aſaph.*

Circa Aſaph controverſia.

LEX his quæ dixi ad titulum Pſalmi XXXVIII. qui haber *Idithun*, & XLI. quum aliquot aliis, in quibus eſt *Core*, ſatis perſpicitur, *Aſaph*, cui præterea inſcribuntur LXXII. uſque ad LXXII. (ita ut aliqui Euſebio teſte putaverint hunc extra ordinem poſitum in iſto loco) fuiſſe unum de præfectis Cantorum, cui canendi magis propriè traderentur quidam Pſalmi, non autem quod eorum eſſet auctor, quum omnium Davidi compoſitio, ſecundum probabiliorem ſententiam tribuatur. In Paralipomenis *a* ſcribitur impoſitum eidem *ut cymbalis perſonaret*: Davidem etiam illum principem feciſſe ad confitendum Domino & fratres ejus; tradito Pſalm. CIV. quamvis hic in titulo nullius nomen gerat. Quòd ſi *Aſaph* appellatur interdum *videns*, ſcribitque quod *Ezechias præcepit & Principes Lêvitis ut laudarent Dominum ſermonibus David, & Aſaph videntis*, *b*, non ſequitur ab Aſaph compoſitos iſtos Pſalmos, quia relati ſunt in pſalterium inter ſacros & canonicos, ſed alios aliquos. Verum de hac re ſatis in præfatione *c*.

a *Li.1.16.5. leg.etiam c. 15.17.19.*

b *2.Par. 29. 30.*

c *Cap.2.*

ARGUMENTUM.

TOtus in reprehendendo eſt Pſalmus iſte; quòd populus à recto virtutis tramite aberrans, tamen legem in ore ſemper haberet, uſurparet laudes Dei, ſacrificia faceret; multum in iis ſpei fiduciæque conſtituens, de præceptis adimplendis nihil curans, quod Deus maximè requirebat: alia illa non tanti æſtimans.

Patres ac fere ceteri enarratores noſtri arbitrantur de duplici adventu Chriſti agi in carnem, & ad judicium nec non de abrogatione cruentorum ſacrificiorum, & inſtitutione incruenti; & Euchariſtici, quo maximè ſit laudandus ac honorandus Deus, denique de inſtitutione novæ Congregationis, quam in etymo ſuo Aſaph continet; ut Heſychius aliique notant, & in verſu 5. invitat pſaltes ad congregandum nempe tum ad Eccleſiam tum ad judicium. Athanaſius Marcellino ſcribit quòd Chriſtus adventurus eſſet, in hoc Pſalmo proferri, juxta duplicem illum adventum. Hugo attributum docet Pſ. hunc Aſaph cantori, etiamſi agat de judicio, tùm quia in illo Sancti gaudebunt: tùm quia in præſenti vita videntur malis quaſi ludentes loqui *, qui loquuntur de Judicio. Lyranus merito refellit aſſerentes Pſalmum eſſe de lege data in monte Sina, quia illuc non ſunt vocati habitatores terræ ab ortu Solis uſque ad occaſum, ſed Hebræi ſoli: non fit hìc mentio de Sina, ſed de Sion, ubi data lex eſt Evangelii, & de reprobatione ſacrificiorum. Præterea confutat R. Samuel non quia de Meſſiæ mirabili adventu interpretatur, ſed quoniam fingit ob illa verſ. 5. *Congregate illi ſanctos ejus*: omnes Judæos per orbem diſperſos congregandos quaſi in momento ad Meſſiam in Jeruſalem.

* *Gen.39.14*

Verſ. 1.) Deus deorum Dominus locutus eſt: & vocavit terram.

A ſolis ortu uſque ad occaſum.

IS quis cunctorum Angelorum *d*, & hominum potentiorum, & ſapientorum, principum judicumque terræ, quos analogiam quamdam *Deos* appellat Scriptura *e*: præterea illorum qui mirifica patrant opera, propter quam rationem *Pharaonis Deus* Moſes vocatus eſt *f*: ad hæc eorum qui tales denominantur ob gratiæ munera *g* præſertim ſanctificantis: poſtremò qui hominum errore tales dicuntur, cujuſmodi ſunt Idola *h*; ille inquam qui horum eſt omnium verus abſolutuſque Deus, Creator, Dominus, Judex, quamvis nunc ad tempus diſſimulet, ſileat, conniveat; veniet aliquando tandem, & diſertè apertèque convocabit omnes, tùm ad

d *Pſ.8.6. Pſ. 95.8. Pſ.137.1. Dii qui dicantur in Scriptura.*

e *Ex.22.28.*

f *Cap.7.1.*

g *Pſ.81.1. Ioan.10.34.*

h *1 Cor.8.5.*

A Evangelii lumen gratiamque perſe ipſum, homo factus, & per ſuos, tum ad reddendam rationem in judicio, idque quam longè patet orbis ab Oriente ad uſque Occidentem, ac proinde quàm latè à meridie ad ſeptentrionem, denique à quatuor *i* ventis.

i *Matt.24.31*

Deus deorum Dominus.) Hieronymus, *fortis Deus Dominus*. Eodem pacto Paraphraſtes qui poſuit primo loco תקיפא *thakkipha*, quamvis tertio loco Nebienſis in verſione illius expreſſerit etiam nomen *Deus*, ſicut & ſecundo. Theodoretus refert, alios tres vertiſſe *ἰσχυρὸς θεὸς*, *fortis Deus*, duabus tantùm vocibus. Hebræa nomina ſunt, יהוה אל אלהים *el elohim iehovah*, quæ potuerunt reddi *Deus, Deus, Deus*, quum ſint nomina Dei, etiam ſecundum, quamvis habeat formam pluralis numeri. Diximus aliàs de iſtis nominibus cum Hieronymo *k*, primum LXX. θεὸν, Aquilam *ἰσχυρὸν fortem* interpretari: ſecundum eodem utroque modo: tertium eſſe maximè proprium & incommunicabile ac ineffabile. Rectè monet Janſenius genitivum *deorum* non cum nominativo *Dominus* jungendum, cujus rei nobis optio-

k *Ep.136.*

B nem Titelmanus facit, ſed *Deus*, ut ſit ordo, *Dominus qui eſt Deus deorum*, nam pro *Dominus*, eſt יהוה *tehouah*, nomen proprium *Dei*: hujuſmodi autem proprium nomen non ſolet admittere regimen. Vult R. Moſes Nahmanides, quem Genebrardus citat per אל *el*, Græcè *ἰσχυρὸν*, deſignari potentiam; per אלהים *elohim*, judicandi ac ulciſcendi vim ſive juſtitiam: per יהוה *iehouah miſericordiam* quæ ſunt conditiones tres proceſſuro ad judicium, de quo ſermo nunc eſt, neceſſariæ. Cajetanus vertens ter *Deus, Deus, Deus*, obſervat in primo facultatem roburve ad vincendum mundum & aereas poteſtates: in ſecundo vocationem ad judicium: in tertio verum Deum eſſe, de quo priora duo nomina dicuntur,

Trinitatis myſterium hìc agnoſcit Bredembachius, Peregrinus Herus, Faber, præterea Pintus in Ezechielem *l*, & in Danielem *m* Bredembachius, ſpectat in primo nomine omnipotentiam: in ſecundo pluralitatem perſonarum, quia pluralis numerus eſt, & quia Filius media perſona eſt inter Patrem & Spiritum ſanctum,

Trinitatis myſterium

l *in c.23.*

m *in c.1.*

C mediator Dei & hominum, & in illo deficiamur: in tertio incomprehenſibilem eſſentiam Dei. In midras thehilſim trinæ repetitionis cauſſa redditur, ut ſignificetur, Deum creaſſe *Sapientia*, ſcientia, intellectu, ut eſt in Proverbiis *n*: confirmatur ibidem ſimili repetitione in Exodo *o* & Joſue *p*. Non valde firmum arbitror ejuſmodi ex repetitionibus pro Trinitate argumentum, niſi Patres id colligant. Athanaſius *q* de ſolo Patre præſentem intellexit locum. Vetuſtiores enarratores iſtius Pſ. maximè Latini, volunt indicare Filium Dei, qui ſit Deus hominum eorum qui per gratiam ipſius participatione quadam fiunt dii filiique Dei: admonet etiam ut intelligamus verum Deum, qui, ut alibi dicitur, *eſt Deus deorum* *r*, אלהי אלהים *elohe elohim*, & אל אלים *el elim*, *Rex magnus ſuper omnes Deos* *ſ*, *terribilis ſuper omnes Deos* *t*, nimirum *Gentium*, qui ſunt *dæmonia* *u*, ut Auguſtinus *x* obſervat, docet autem idem dici *Deum terribilem ſuper Deos*, qui ſunt *dæmonia*, & ſub eo terrore dixiſſe hæc Domino: *Veniſti* y *ante tempus perdere nos*: verba vero quæ tractamus *Deus deorum*, non poſſe intel-

n *Cap.3.19.*

o *Cap.20.25.*

p *Cap.22.4*

q *de Synod. Arini.*

r *Pſ. 35.2. Dan.11.36.*

ſ *Pſ. 94.3.*

t *Pſ.95.4.*

u *Ibid.*

x *de civ. c. ult.*

y *Marc.1.24*

D ligi ut dicatur Deus dæmoniorum, nec illa, *Rex magnus ſuper omnes Deos*, ſed ſuper illos homines quos eadem ſcriptura *Deos* appellat *z*: *Ego dixi dii eſtis vos*: ſubdit etiamſi multo magis ita poſſit vocari *dii*, qui jam fruuntur Deo immortales nempe Angeli, expreſſus homines eo nomine nuncupari, ne propter illorum excellentiam aliquem eorum nobis conſtituere Deum infidelis auderet infirmitas: quod in homine facile eſt evitare: & ut certi ac fidentes fierent homines eſſe eum Deum ſuum qui dictus eſt *Deus deorum*; quia etſi appellentur *dii*, immortales illi ac beati qui in cœlis ſunt, non tamen dicti ſunt *dii deorum*, ideſt, dii hominum in populo Dei conſtitutorum. Non negat Auguſtinus, Angelos quandoque nominari *Deos*, ut ipſi etiam antea vidimus, dæmonia etiam; ſed hæc per errorem. Non negare *Deum deorum* dici etiam dæmoniorum. Placuit ita dici hoc loco Chryſoſtomo non tamquam dii ſint, inquit, ſed, ut qui ita exiſtimentur ab iis qui in errorem abducti ſunt. Rationem affert, quoniam craſſior erat animus Judæorum: & à cultu Idolorum non erant omninò liberi, ſed ſimulacra mirabantur, & multas iniquitatis habebant

z *Pſ. 81. 6*

reli-

reliquias; vel ex eo ipso eorum animos & spiritus extollit David, ostendens, illum eorum esse Dominum, videlicet secundum substantias illorum, quum ipsi ex sese malam mentem & omne vitium invexerint. Idem compendiosius dictum reperio apud Basilium, ut non satis queam persuaderi Basilii esse scholia illa, nisi velis posteriorem ipso Chrysostomum eadem amplificando transcripsisse. Itaque *Deus Deorum Dominus* est. Deus unus in substantia, trinus in personis, deorum inquam Deus omnibus illis modis, quibus, ut initio dixi, nomen id aliis tribuitur vel errore hominum vel beneficio ejusdem veri & vivi per se substantialiter, essentialiter unius Dei, quos modos Chrysostomus, & Euthymius benè distinguunt, nosque jam satis attigimus. Bruno Carthusianus *Deos* de Angelis quoque intelligit, non tantùm de hominibus, præterea Justinus *a*. Porrò Nabuchodonosor *b* Deum Hebræorum nominavit, *Deum deorum & Dominum regum*.

a *in Tryph.* b *Dan.2.47.*

De prærogativa filiationis per gratiam, atque de divinæ hæreditatis munere, quo donamur à Deo, ut filii Dei nominemur & simus *c*, atque quia filii etiam hæredes Dei & cohæredes Christi *d*, differit nonnihil nunc Augustinus, nos pluribus ad Epistolam Joannis primam *e*.

c *1. Joan.3. i.* d *Rom.8.17.* e *in cap. 3.*

Locutus est Christus.) ideſt, Filius Dei factus homo sive *Verbum caro factum f*, in quo Pater olim *multifariam multisque modis loquens Patribus in Prophetis*, Angelorum opera, & aliter, *novissimè locutus est g*. Ita quidem passim expositores Catholici. Sed fortassis ponunt principem sensum istum latere sub alio, quod Jansenius advertit, ut reprehensurus Judæos Propheta, præfari velit, ne se tutos arbitrentur in illo Judææ angulo, sibique plaudant velut Deo charis, cujus apud se legem ac religionem habeant; quum Deum ipsum contemnant: videant cum quo sibi Deo rem esse putent: tantum adeoque magnum & potentem, sapientem, justum esse, ut ad generale Judicium sit advocaturus omnes, priùs autem ad cognitionem & cultum sui vocaturus, minimè contentus angustiis unius populi, & quidem infidelis & ingrati.

f *Joan.1. 14.* g *Heb.1: 2.*

De judicio generali Valentia interpretans, ait, Deum locutum dici Angelis, præcipiendo, ut sonitu tubæ à quatuor ventis terræ convocent omnes mortuos ad judicium. Paraphrastes locutionem istam sumpsit de illa qua creatus est mundus à Deo, quum dicendo & vocando ea quæ non erant, omnia creavit. Sic enim enarrat, *fortis Deus Dominus locutus est à principio, & vocavit, ut faceret terram* &c.

Et vocavit terram à Solis ortu usque ad occasum.) Dixi, *vocationem* istam juxta nostros esse ad Evangelium & judicium; secundùm Paraphrastem, de creatione, sed illis prioribus duobus modis quos debemus sequi, licèt alterum dumtaxat aliqui tradant, ut Arnobius, Valentia, Jansenius, Panigarola, Genebrardus, item Cyprianus *h* secundum. *Terra*, more scripturæ, habitatores terræ significat: distantiam maximam ea quæ est à Solis ortu usque ad occasum, quod alibi *i* repetitur, quamvis etiam interdum illa quæ ab Aquilone & mari *k*, sive ab Austro usque ad Aquilonem *l* & utraque nonnumquam conjungitur: *dicant ii qui redempti sunt à Domino, quos redemit de manu inimici, & de regionibus congregavit eos à Solis ortu & occasu, ab Aquilone & mari*. Ipsa elementa Chrysostomus & Basilius hìc ad judicium vocari docent. Hæc prosopopœia non insolens divinis litteris *n*, ostendit maximè generalem sermonem, quo si fieri posset etiam commoveantur inanimata, & edant contra pervicaces homines testimonium, illoque ad nutum Dei puniant. Summam ejusdem Dei dignationem Basilius, & Chrysostomus notant, qui se adeo demittat, ut cum hominibus judicio contendat. Augustinus *o*, quem ceteri imitantur Latini, observat vocationis divinæ generale beneficium, & Ecclesiæ per orbem universum, non ut Donatistæ nugabantur, per Africam dumtaxat, amplitudinem.

h *de Sacram. passionis tract. 2. ad vers. Ind. c. 28.* i *Ps.102. 12. & Ps.110.3.* k *Ps.88.12. & Ps. 106.3. & Ez.20.47. c. 21.4.* l *Ps.106.8.3.* m *Deut.31.28 c.33.1. Mich. 2.2. Isa 12. Dei erga homines dimissio.* n *hic & de unit. Eccl. c. 8. & 10. & 1. cont. Cresc. c. 54. Donatistarum nugæ.* o *Cap.22.30 Homines terra se esse recordari debent*

Pertinet ad tropologiam, nomine *terræ* peccatores accipere, ut Ayguanus facit: quòd ut inter elementa minima est terra & frigida, & infernum continet, sic illi æstimentur minimi, amoris calore destituti, tendentes ad inferos, quibus obnoxii sunt. Eodem revocatur quod Hugo ex Jeremia *p* profert, invitante terram ut ad audiendum; *Terra, terra, terra, audi sermonem Domini*, ut se homines terram esse recordentur, & considerent ob continuam corruptionem naturalem, infirmitatem accidentalem, mortalitatem mortemque: non mereri excusationem, qui præ furore serpentino ad modum aspidis terra obturant aurem unam *q*, ideſt, amore terrenorum, alteram cauda, hoc est, vana spe pœnitendi in fine. Postremo Ayguanus ordinem prædicationis observat *à Solis ortu usque ad occasum*, quoniam fides in Occidentalibus viget regionibus, Orientales pœne deseruit: ad eum fere modum quo Sol remotior à nobis magis calefacit, quia magis directè radios projicit, ut quando est in Cancro & Leone: quo proprior, minùs, ut in Piscibus, vel Aquario.

p *Cap.57.5.* q *Is. 2. 3. Mich.4. 2.*

Fides ab Orientalib. ad Occidentales delapsa.

Deus deorum, &c.) Zeno in hunc Psalmum scripta, sermone, demonstrat eum esse de Christo. Patrem enim esse qui de suo loquatur filio tam honorificè, eique præcipiat immolare non detestabile Gentium, vel reprobum Judæorum, sed mundum Christianorum sacrificium.

Vers. 2.) Ex Sion species decoris ejus.

HIs paucis constat verbis integer secundus versus in editione Bibliorum. Sensus est, vel principium vocationis Evangelicæ sumendum ex Sion, ut alii quoque Prophetæ *r* prædixerunt, & Psalm. XLVII. *s* vidimus, nec non Actuum 2 *t* quæ plurium opinio est: vel illuc omnes ad judicium congregandos, ut Arnobius indicat atque Valentia, *in valle Josaphat u*; quæ est inter montem Sion, & Oliveti, ubi captus creditur, idque cum potestate magna & majestate *x*, vel ex Sion cœlesti, ut Jansonio placet, unde *rugiet Dominus, & de Jerusalem dabit vocem suam y*. Chaldæa Paraphrasis explicat, *perfectio & initium creationis sæculi de Sion, & inde est perfecta pulchritudo ejus*. Quidam de Hebraizantibus explicant quasi dicant Hebræi gloriantes Deum de Sion resplenduisse legem dando cum fulguribus, tonitruis, terræmotu, flammis *z*; & eum locum singulariter eligendo ad cultum suum ac ornando arca nobilique admodum templo, ita ut alia re non sit opus, quum tamen (quod deinceps additur) id non sufficiet, sed regulam Deus judicii à lege ipsa petiturus sit, quam ipsi minimè servant. Atqui lex non in Sion data, sed in Sina: & non satis percipitur quo pacto initium creationis sæculi fuerit de Sion; nisi fortè pro cœlesti beatorum sede accipiatur.

r *vers. 5.* s *vers. 1.* t *Joel.3.2.* u *Luc.21.27.* x *Isa.33. 16.* y *Exo.19.16* z *Cap. 10.*

Meliores opiniones de altero, aut utroque adventu Christi. Augustinus exponens in libro de unitate Ecclesiæ *a* præcedens membrum obscurius, per alia Evangelii verba *b*, prædicari in nomine ejus pœnitentiam & remissionem peccatorum per omnes gentes, & *non c veni vocare justos, sed peccatores* ad pœnitentiam: præsens membrum illustrat verbis illis *d*, *incipientibus ab Jerusalem*. Ipsa est enim, inquit, Sion quæ Jerusalem. Si nectas hæc prioribus, ut sit in psalmodia, ultimis verbis efficietur hic sensus, *à Solis ortu usque ad occasum ex Sion* cœpisse *speciem decoris Dei* spargi, perque Orbem universum.

a *Luc.ult.47* b *Matt.9.13* c *Luc.ult.47* d *vers. 1.*

Ex Sion species decoris ejus.) (De Sion perfecto core Deus apparuit.) Alii, *ex Sion perfectione decoris Deus resplenduit: ex Sion perfecta specie Deus speciosus apparuit, ex Sion veluti omnis elegantiæ quædam summa, illustris apparuit: à pulcherrima Sion loquetur, cum majestate veniens*. Sed jungunt his verbis alia sequentia, nempe Hebræa ista omnia simul, מציון מכלל יפי אלהים הופיע *mitsion michelal iophi elohim hophiahh*. Ultimum verbum est in Psal. XCIII. *e Deus ultionum libere egit*: ideſt, juxta vim Græci παῤῥησιάζεσθαι, libere aut audacter locutus est. Aliàs exponitur per *ostendere* f, *splendere* g, *manifestari h illustrari i*; est etiam יפעה *iiphhah*, *decor* k, *splendor, claritas*. Sed *michlal* significat perfectionem & universalitatem. Unde posset esse sensus, quòd Sion sit perfectus & quasi totalis decor terræ, quam proximè dictum est vocatam à Deo deorum Domino. Apud Ezechielem *l* pro *veste varia* Hebraicè sunt לכשי מלול *leuusce michlol*, *vestes perfectionis*, seu uni-

e *Isa 37.17* f *Ibid. c.10.3* g *Ps. 79 2.* h *Job.3.4.* i *Ez. 28.7. 17.* k *Cap.23. 1.* l *vers.3.*

univerſæ venuſtatis & pulchritudinis Pſalm. XLVII. dicebatur idem *mons Sion fundatus exultatione univerſæ terræ*. Conſule locum illum; hic enim, ſicut ille demiſſo in Pentecoſte Spiritu ſancto, rectè intelligitur, quum ex omni natione convenissent, & inde poſtea miſſio facta ſit ad omnes gentes. Apparuit quoque ſpecies decorque Chriſti in carne mortali agentis, de quo diximus Pſal. XLI. *a* in Sion, in Jeruſalem, in Judæa. Non enim tantummodo ibi paſſus eſt Chriſtus, inquit Auguſtinus *b*, ſed etiam ibi reſurrexit, inde aſcendit, ibi centum viginti homines congregatos die Pentecoſtes miſſo de cœlo de Spiritu ſancto implevit: ibi uno die tria, alio quinque millia credentium in ſuum corpus converſa ſuſcepit inde in totam Judæam, & Samariam, & in orbis terrarum ceteras gentes ſe fructificando diffudit, & diffundit Eccleſia. Magnus decor, ſpecies, pulchritudo iſta Sionis; *in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo* c; totque divina opera edere: quæ omnium optimè perſequitur Chryſoſtomus & Baſilius, facta collatione veteris & novi decoris atque ornamentorum. Sioni *decorem* ſeu filiæ Sionis, ideſt, Jeruſalem, tribuit Jeremias *d*, vocatque *urbem perfecti decoris* e כלילת יפי *elelilath iophi*, *gaudium univerſæ terræ*: Ezechiel autem *egreſſum* ſcribit *nomen* ipſius *in gentes propter ſpeciem* ejus, *quia perfecta* erat *in decore Dei*. Conveniunt hæc multo perfectiùs Eccleſiæ, ad quam transferri poſſunt quæ de Palatio Salomonis extant in Paralipomenis *g*, deque eam viſente Regina Saba. Qui volet de adventu Chriſti ad judicium interpretari, facilè animo reputabit pompam majeſtatemque deſcendentis de Sione cœleſti, de qua Euſebius, in terreſtrem ſeu vicinam ei vallem Joſaphat, cum ſenibus populi ſui, & Principibus *h*, cum Angelis *i*; cum poteſtate magna & majeſtate *k*, ſuper ſedem majeſtatis ſuæ *l*.

Myſticè *ſpecies decoris*, ut ait Hugo, Chriſtus eſt ratione humanitatis hic viſus, & immunis à peccato (adde infinita prope munera gratiæ) vel *ſpecies*, fides de Chriſto: *decor*, fruitio beata, quum videbitur rex in decore ſuo *, vel ex Sion, ut ſignificat ſpeculationem, *ſpecies decoris* procedit quando quis conſcientiam ſpeculando & examinando mundat: item, ut ſonat *ſemen* ejus quum bonorum operum ſemina jacit. Frigidæ ſunt ſæpe de etymologiis tractæ tropologiæ, potiſſimùm, ſi nec illæ ſint rectæ ac veræ. Sion certè ſeu ציון *tſion*, *ſpeculam* poteſt ſignificare ad locum aridum, cujuſmodi rupes eſt. Aliæ notationes haud aptæ. Moneo, ut caveas.

Verſ. 3.) Deus manifeſtè veniet: Deus noſter, & non ſilebit.

Ignis in conſpectu ejus exardeſcet, & in circuitu ejus tempeſtas valida.

IN priore quidem adventu de quo ſolo hactenus dicta multi accipiunt, etiamſi alii quoque de poſteriore, ac præterea Irenæus *m*, Chriſtus Jeroſolymitanus *n*, Gaudentius Brixianus *o*, venit Chriſtus occultè, tecte, abſconditè tamquam *Deus abſconditus* p abſque apparatu, ſtrepitu, pompa, tamquam agnus *non aperiens os* q, cum ſilentio ad injurias & accuſationes, ita ut miraretur præſes vehementer *r*. At in adventu poſteriore manifeſtus conſpicuuſque apparebit, ita ut videat eum *omnis oculus* etiam *qui pupugerunt illum* ſ: & tamquam parturiens loquetur *t*, ac *ſicut leo rugiet* u proferendo ſententiam in illos qui benignitate adventus primi abuſi ſunt. Veniet admodum terribilis. Etenim ante ipſum ignis præcedet quo mundus exuri incipiet purgarique, quemque reprobi etiam incipient experiri, inflammari in circuitu *x*, & ille ipſe ignis tamquam ab irato Deo efflari videbitur, & à facie ejus exardeſcere & carbones ſuccendere *y* fulminum fulgurumque. Tandem vehemens turbo horribiliſque procella & tempeſtas, ac mira rerum cunctarum immutatio & perturbatio ingenti pavore concutiet, ut deſcribitur in Evangelio.

De priore adhuc adventu quidam iſta declarant. Cyrillus Deum veniſſe manifeſtè docet, quum per incarnationem viſibilem ſe exhibuit: non ſiluit quando libere peccata, Patriſque annunciavit voluntatem: ignis ante eum præceſſit luminis fidei igneæ columbæ ſimilis, aut ardoris divini, quem venit *in terras mittere* z, & *igni baptizare* a, ut veluti exuſtis vitiis accenderemur operum bonorum deſiderio, de quo item igne Malachias *b* vaticinatus videtur: Jeremias *c* autem conqueſtus nihil Judæis obduratis profuiſſe: denique videbatur Chriſtus ignis ac procella contra eos qui doctrinæ illius reſiſtebant, omne robur Diaboli comburens; malignas poteſtates conſumens, ſic enim etiam alius Pſalmus *d* habet: *ſicut ignis qui comburit ſylvas, & ſicut flamma comburens montes, ita perſequeris illos in tempeſtate tua, & in ira tua turbabis eos*.

Eadem Euſebii Heſychiique ſententia, *ignem* deſignare doctrinam verbi Dei, qui malitiæ habitus exurat, approbet autem illos qui mundi ſunt, ſicut & valida tempeſtas, quoniam in mundo *preſſuram habent* e, ac piè vivere volentes in Chriſto, *perſecutionem* f *patiuntur*. Adde in miſſione Spiritus ſancti igneas linguas & ventum vehementem *g*. Idem porro Cyrillus *h* confirmat eamdem ſententiam de manifeſto Chriſti adventu in carnem, ex Iſaia *i*, & Baruch *k*. Juſtinus *l* id ſatis indicat, hinc probans abrogatione veterum ſacrificiorum per Chriſtum. Procli Epiſcopi Cyzici *m* eadem ſententia.

Deus manifeſtè veniet.) Hieronymus & alii, de quibus antea dixi, copulant iſta præcedentibus, *ex Sion ſpecies decoris ejus*, nimirum, Deus reſplenduit, ſpecioſus apparuit, liberè loquutus eſt הופיע *hophiahh*. Verbum autem futurum יאו *iauo*, *veniet*, faciunt initium novi ac diſtincti verſus.

In Pſalterio Romano & apud Auguſtinum & Cyprianum *n* (qui tamen etiam utitur lectione noſtra *o*) *Deus manifeſtus veniet*. Manifeſtationem iſtam docuit de duplici adventu intellige poſſe in carne viſibili, in majeſtate illuſtri. Sed magis favet ſecundo הופיע *hophiahh*, quod importat *ſplendorem*. Præſtat etiam ut reſpondeatur Judæis ideò negantibus Meſſiam veniſſe, quia venturum ſcripturæ prædixerunt in ſumma gloria & majeſtate, manifeſtationem interpretari de ſecundo adventu. Cyprianus *p* docet, Judæos errare, quia non attendunt ad duplicem Chriſti Adventum. Accepit Irenæus *q* hunc de judicio locum, ſed etiam de primo Adventu *r*, & deos quorum Deus dicitur eſſe, homines adoptione factos alios Dei. Item de adventu ſecundo intellexit auctor operis imperfecti *ſ*; & Chryſoſtomus, non hìc tantum, ſed alibi præterea *t*, confirmans Chriſti ſententia dicentis, *Ut fulgur coruſcans de ſub cœlo in ea quæ ſub cœlo ſunt, fulget*, ſeu *exit ab Oriente, & patet uſque in Occidentem, ita futurum adventum filii hominis*. Quod autem Chryſoſtomus ait ſignificari his verbis nullo præcone opus habiturum Chriſtum, quodque ipſe ſe ipſum annuntiabit, ſolùm facit ad exprimendum ſplendorem adventus ejus. Alioqui non deerit tuba voxque Archangeli, ut Paulus *u* meminit, & nos poſtea de illa nonnihil agemus. Docet id item Hieronymus in Iſaiam *x*, & Cyprianus *y*, dicens deſcribi ſeu prædicari hoc loco Dei judicis adventum cenſuræ ſuæ majeſtate venerandum: Cyrillus præterea Jeroſolymitanus *z*, terribilem adventum, & Alexandrinus *a*, quamvis hìc etiam de primo exponat *b*, nec non Nicetas *c*.

Deus noſter.) Emphaſim habet repetitio nominis, *Deus*, cum pronomine *noſter*, ſupplet Paraphraſtes, *dicent juſti in die judicii magni*. Tum addit, *veniet Deus noſter*, Pronomine Auguſtin. denotari vult Deum verum & Chriſtianorum, quia *dii Gentium dæmonia* d.

Et non ſilebit,) Addit Paraphraſtes, *ut faciat ultionem populi ſui*: ſiluit judicatus non ſilebit judicans: nunc etiam non ſilet loquens intus per revelationes, foriſque per ſcripturas, & Doctores ac prædicatores: ſi ſit qui audiat, nec ut multi faciunt præcepta ipſius irrideat; denique ſi *aures audiendi* habens *audiat* e. Tunc non ſilebit, inquit Auguſtinus *f*, quando vocem ejus agnoſcent, & qui modo contemnunt, nec dabitur quod maximè illo tempore obtabunt reprobi, iterum vivere, & quod contemſerant audire, & facere; non ſilet nunc à monendo, ſilet à vindicando: non ſilet præcepto, ſilet judicio. Iſidorus *g* hunc locum eodem pacto intellexit, & Gregorius *h*. Aliquoties Pſalmis præcedentibus vidi-

a *verſ.* 4
b 4. *cont. Creſc.c.*54
c *Pſ.*67.17
d *Thren.*1.6
e *C.*2.15
f *Cap.*16. 14
g *Lib.*2.9
h *l.*3.14
i *Mat.*25.31
k *Luc.*21.31
l *Mat.*25.32
Myſticus ſenſus.
* *Iſ.*33.3
m *l.*5.*c.* 18
n *Catech.*15
o *Serm.* 5
p *Iſ.*45. 14
q *Cap.*53. 5
r *Mat.*27.14
Adventus primus Chriſti & ſecundus quales.
ſ *Apoc.*1.7
t *Iſ.*42.14
u *Oſe.*11.10 *Joel.*3.16
x *Pſ.*96.3
y *Pſ.*17.9
z *Luc.*12.49
a *Cap.* 3. 16 Ignis bapt. ſmi.
b *Cap.* 3. 26
c *Cap.*26.30
d *Pſ.*82. 15 16
Ignis deſignatio.
e *Joa.*16.23
f 2. *Tim.*3.12
g *Actuum* 2 3.
h 10. *contr. Jul.& ep.ad an. & Al.& c.& de Incar c.*2 *hom.Ep. in Neſt.dict.*
i *c.*40.9.10
k *c.*3.37.38
l *in Typhd.*
m *Hode nat in tom.*6 *concl.Ep.c.*7
n *de bono patient.*
o 2. *teſtim n.*28
p *de idol. vanit.*
q *Lib.*5.*c.*18
r *Lib.*3.*c.*6
ſ *hom.*54
t *tr. quod Chriſtus ſit Deus.*
u *Luc.*16.24 *Mat.* 24. 27 1. *Cor.*15. 52
x *in c.*30. & 65
y *de bon. patien.& 2.teſtim n.*16
z *Catech.*15 *tract. quod unus ſit Chriſtus.*
a *in ſcholiis de Incar.c.*2
b 3. *Theſ.c.*2
c *Pſ.*95.5
d *Pſ.*95.5
e *Mat.*15.9
f *hic & ſer.* 220. *de Tem.* & *l.*50. *hom. in* 28
g *de Paſſ.D.* 135. & *de Judicio ult.*
h *in* 1. *Reg.c.* 3. *lib.*2

vidimus dici Deum *ſilere & tacere*, quando diſſimulat, non juvat, non punit; ergo è contrario veluti ſilentium abrumpit quum exerit efficaciter iram atque vindictam. Paulo inferius *a* dicit ipſummet Deus cuidam peccatori; *hæc feciſti & tacui*. Hoc ſilentio uſum ſe quoque ſcribit idem Auguſtinus *b*, pigrumque in excommunicando & projiciendo de Eccleſia fuiſſe, quòd timeret, ne ipſo flagello pejor fieret cæſus. Vox porro quæ profertur in judicio, aut ſub judicii tempus, comprehendit ſonitum maris & fluctuum, de quo Lucas *c* variumque fragorem mixtorum & elementorum; illam præterea vocem quam Paulus *d* nominat Archangeli, & tubam Dei, in qua & in cujus juſſu deſcendat Dominus Chriſtus, mortui autem reſurgant: denique ipſammet vocem prolatam ſententiam *e*. Idemmet Chriſtus dixit *f* quod *omnes qui in monumentis ſunt, audient vocem ejus*: & quadam parabola facit mentionem de clamore media nocte facto *g*.

a *verſ.* 21.

b *l.* 50. *hom.* 28.

c Luc. 21. 25

d 1. *Theſſ.* 4. 15.

e Mat. 25. 41 Joan. 5. 28

f Mat. 25. 6

Videtur hujuſmodi vox futura, ut vulgo etiam creditur, *Surgite mortui, venite ad judicium*, quæ verba extant apud Hieronymum in regula monachorum *h*, nec eſt improbabile in primis verbis efficaciam ſuſcitandi mortuos futuram, ſicut fuit in vocibus quibus quondam ſuſcitavit in hac vita *i*. Poſtrema jam ſuſcitatos ſuimet auribus excepturos, quos idem Hieronymus *k* ſcribit audituros auribus, pedibus proceſſuros. Propter hanc vocem Gregorius *l* appellatam docet *judicii diem tuba & clangoris* m, item *tonitrui* n: hunc tonitruum adventu Chriſti Pſalmiſtam verbis iſtis inſinuaſſe: ejuſdem cognoſci efficaciam inde poſſe, quòd una voce hoſtes ſuos perculit etiam quum judicandus venit o. Credo autem vocem dictam articulatam, & ſi quos ei adjungere placeat, raucos ſonos ſtrepituſve atque clangores, licèt Chriſto tribuantur, non illius ore formatum iri, ſed Angeli, quem Archangelum citatus Apoſtolus vocat, ſignificans ad hoc juſſu Dei edendam, quum Joannes *p* attribuat Filio Dei. Attamen qui ſecus ſenſerit, non contradicam. De ſententiæ prolatione externa nullus ambigere debet. Plura de priore voce diſputant ex noſtris Suarez *q* & Salas *r*, de alia quæ ſententiam continebit, prior *ſ*, & nos alibi.

h *cap.* 30

i Mare. 5. 41 Luc. 7. 15 Joan. 11. 44.

k *ep.* 61

l 1. 7. *mor. c.* 21. *verſ.* 19

m Soph. 1. 16

n Job 26. 14

o Jeſa. 38 25

p *c.* 3. 15

q 3 *p. diſp.* 50 *ſect.* 4

r *in* 1. 2. 49 5. *art. diſp.* 14. *ſect.* 5.

ſ *diſp.* 57. *ſect. ult.*, t *Iſbono patien. & 2. reſt. m.* 28

u *mo.* 65. *Iſc.* 2 *in Reg. c.* 3 *l.* 2

y *l. jud c. ult* z 20. *de civ. c.* 24

a *tract* 4

b *verſ* 3

c *Pſ.* 67. 8

d *Pſ.* 79. *verſ.* 13

e *Sup. de* S. *Fidele*.

Ignis in conſpectu ejus exardeſcet.) Hieronymus, *ignis coram eo vorabit*. Alia Pſalteria, & Caſſiodorus atque Arnobius, *ignis in conſpectu ejus ardebit*, Cyprianus *t* Hieronym. *u*, Gregorius *x*, Petrus Damiani *y*, Iſidorus *z*, Auguſtinus *a*, qui tamen hoc loco legit, & in Joannem *b*, *ignis ante eum ardebit*, *ignis ante eum præibit*, fortaſſis memoriæ quadam confuſione recitans verba Pſal. XCVI. *c*, *ignis ante ipſum præcedet*: & alioqui idem valet *in conſpectu ejus*, quod, ante, eum, & hoc quod præire ante eum, quemadmodum *egredi in conſpectu alicujus* d, ducem eſſe *e*. Eamdem lectionem reperio quoque apud Petrum Damiani *f*.

De igne qui ſub judicii tempus vel ipſo etiam de judicii erit, egimus in commentario Petri *g*, legique etiam Suarez *h* poteſt. Illius ignis mentio quoque fieri videtur ab Iſaia *i*, *Ecce Dominus in igne veniet, & quaſi turbo quadrigæ ejus, reddere in indignatione furorem ejus*: præterea citato Pſalm. XCVI. item apud Joelem *k*. *Ante faciem ejus ignis vorans, & poſt eum exurens flamma*: apud Danielem *l*, *Thronus ejus flamma ignis, rotæ ejus ignis accenſus, fluvius igneus rapiduſque egrediebatur à facie ejus*: apud Amos *m*; *Ecce vocabit ignem ad judicium*. Denique ſcribit Paulus *n*, quod *dies Domini declarabit, quia in igne revelabitur*: & *o*, *in revelatione Domini Jeſu de cœlo cum Angelis virtutis ejus in flamma ignis dantis vindictam iis qui non noverunt eum*. Qui loci & ſimiles quamvis propter ſplendorem, qui eſt in igne, adventus Chriſti manifeſtationem, de qua hoc loco eſt ſermo, ſignificent, & ita etiam Athanaſius hìc exponit & Chryſoſtomus *p*, nec non Cyrillus & Euſebius (licèt duo ultimi referant ad lumen doctrinæ, fideique in primo adventu) quo modo dicitur quòd *erit in die illa lux magna*, & comparatur, ut dixi, quum fulgure quod *exit ab Oriente & patet uſque ad Occidentem* q. Præterea etiamſi per *ignem* denotari poſſit ardor zelus, efficacia iræ judicis: quòd omnia fient aperta, clara, manifeſta atque ſubtiliter veluti diſcreta & ſeparata: item licèt ignis accipi queat de impreſſionibus quibuſdam meteorologicis: denique tametſi, ut hoc loco Chryſoſtomus etiam notat, ignis indicet Chriſtum Deum, nec mutationi obnoxium, & inacceſſum quid ſignificari per tempeſtatem validam dicit; nihilominus omnino concedi debet verum ac ſenſibilem ignem præiturum ante judicium *r*, quod Eccleſia quoque tritis illis verbis profitetur (*quum veneris judicare ſeculum per ignem*) Petruſque ſcribit quòd *cœli qui nunc ſunt & terra eodem verbo repoſiti ſunt igni reſervati in diem judicii & perditionis impiorum hominum; elementa calore & ardore ſolventur & tabeſcent; terra autem & quæ in ipſa ſunt opera exurentur*.

f. Bruno Carthuſianus *tempeſtatem validam* de multitudine malignorum Angelorum explicat; Aiguanus de permixtis initio bonis & malis, negans intelligi poſſe de materia tempeſtate. Euſebius, ut antea monui, refert ad tribulationes atque perſecutiones hujus temporis. De adventu quoque ſecundo locum totum Apollinarius intellexit,

ἀθάνατος μερόπεσσι θεὸς ἀναφανδὰ πάρεσται
οὐδ' ἔτι ἀγνώσσων θεὸν ἔσσεται· οὐ γὰρ ἐάσει.
Immortalis mortalibus Deus manifeſtè aderit.
Neque aliquis ignorans Deum erit: non enim ſinet.

Nimirum ut ignorantiæ habeat quiſquam excuſationem. Tum verò ſubjicit expoſitionem de igne ac turbine. Qui turbo, ut etiam priùs docui, poteſt de vento illo vehementi accipi, in quo cum linguis igneis deſcendit Spiritus ſanctus *g*.

Me-

q Scholiaſt 4 *diſt.* 47. & 48

p Mat. 24 27

r 2. *ep.* 3. 7. 10

f 3. *p. tom.* 2. *diſ.* 47. *ſect.* 1.

t *in Pſal.* 29 *ovar.* 1

u *c.* 18. 9

x *ep.* 80. & 20 *de civ. c.*, *ult.*

y *in c.* 9. *Dan* Lucerna regni ſymbolum.

z 2. *Reg.* 21. 17

a *Pſ.* 131 17

b *Act.* 2. 3

c 1. *de Spir. S. c.* 17

d *de bon. patient.* & 2. *ſect. n.* 28

In judicio futura diſcretio.

Tempeſtatis validæ interpretatio.

e 1. *Cor.* 15. 52.

Melior opinio de ſecundo adventu, atque *tempeſtatis validæ* nomine comprehendendi variam conturbationem elementorum aliorumque mixtorum ante judicium. Valentia omnia ſimul ſigna contineri verbis iſtis credit. Hæc numerari ſolent, præſertim quindecim, de quibus modo non agam, *Dominus in tempeſtate & turbine veniet*, inquit Nahum *a*. Reſtringit Cajetanus anguſtè ad mixtionem aquæ, venti, turbinis grandinis, vultque illam præceſſuram ante conflagrationem ignis. Ambroſius creditus Mediolanenſis in Apocalypſim *b*, ſentiens fore ut veniente Domino ignis ante ipſum præcedat ad puniendos quoque malos, & hos, inflammandos, dici *in circuitu* *c*, quia Eccleſiam circumſidendo impugnant, refellit præſentem verſum declarantes quod poſt ſucceſſionem pluvia deſcendet abluendos combuſtionis cineres, quia conſumtis ea conflagratione elementis extabit materia unde gignatur pluvia: & aliter poterit effici à Deo dicta inundatio creaturæ. Tandem poſt plura ad idem probandum argumenta, definit nihil aliud eſſe *tempeſtatem validam*, niſi ultimum interitum impiorum & repentinam calamitatem, quam Salomon *d* quum ingruerit quaſi tempeſtas, riſurum Deum ſcribit. Petrus Damiani *e* copiosè diſputans de die judicii, præſentem explicat locum de aeris repentina tempeſtate, tonitruis, coruſcationibus, fulguribus, quibus humana pectora terrore confundantur. Rurſus in ſermone de S. Fidele perpendens, quòd tortores illius mox à martyris cæde turbida tempeſtas, & nimia coruſcatio terruit, futuri ſymbola hæc Judicii fuiſſe obſervat, & confert cum Chriſti morte, in qua etiam elementa turbata leguntur *f*. Certè par eſt ut judex ac vindex creaturas armet in inſenſatos, quorum cauſſa tam diram ſuſtinuit mortem: nec erit difficile, per antitheſim ſigna ſignis opponere & componere quæ in Chriſti morte contigerunt, & in judicio contingent. Legatur etiam Clemens Romanus *g*.

Hugonis tropologia eſt de adventu Dei in animam, quod indicatum ab Ambroſio priùs docui, ut eam conſoletur, idque manifeſtè per illuminationem, tamquam Deus ipſius in ea manſionem faciendo *h*: ut non ſileat ſed loquatur in ea *i*; & ad cor ejus *k*: ut igni ſuo exardeſcat intra illam inflammando lampadibus & flammis charitatis, *l* ac ignito eloquio *m*: ut concutiat ceu tempeſtate valida ad pœnitentiam.

a cap. 1. 3 Ambroſius Mediolanenſis ad hunc verſum quid refellat.
b in c. 20.
c Pſ. 96. 2
d Pr. 1. 27
e l. 4. ep. in 5
f Mat. 27. 45
g 7. Con. c. 33
h Joan. 14. 23
i Pſ. 84. 9
k Oſe 2. 14
l Cant. 8. 6
m Pſ. 118. 140

Verſ. 4.) Advocabit cœlum de ſurſum, & terram diſcernere populum ſuum.

QUaſi in teſtes juſtitiæ ſuæ advocabit citabitque cœlum & terram Deus, ſive ſpiritus cœleſtes, ac terreſtres homines, ut coram omnibus dijudicet de populo qui ei nomen peculiariter dedit, quaſi alii jam judicati cenſeantur qui non crediderunt: ſive animas, quæque ſunt in cœlo, quæque in inferno, ut repetitis corporibus judicio divino ſiſtantur. Sive, ut placet Auguſtino, animas majorum ſanctorum qui judicabunt cum Chriſto, & minorum qui judicabuntur & ſegregabuntur à malis: & illi (cœlum) dicuntur ob renunciationem terrenorum, hi (terra) propter boni operis fertilitatem, inquit Ruffinus. Adde nominatim opus miſericordiæ, de quo dicetur peculiariter ſententia, ut qui hoc non exercuerunt re ipſa, propter abdicationem, judices ſint, alii judicati. Hoc ultimum ſatis innuit etiam Gregorius *n* per cœlum terramque ſe intelligere. Vel per proſopopœjam de qua prius quoque meminimus, inanimatæ res hæ cœlum, terraque veluti excitantur ad ferendum teſtimonium pro conſuetudine ſcripturæ in rebus majoris momenti. Stabilitas, firmitas, immobilitas horum corporum perpetuum arguit teſtimonium ac plane certum & ratum: præterea vim & efficaciam judicis Dei, utentis illis præcipuè, nec non reliquis quæ ipſorum complexu comprehenduntur adverſus improbos: item ferendum judicium & de illis qui clam quaſique ſub terra legem Dei violarunt, & apertè etiam & tamquam in lumine ſolis hujus, ut revelent cœli iniquitatem eorum, & terra conſurgat adverſus illos *o*: quoniam ut ait Gregorius *p*, & juſtis pariter nocuerunt hic & injuſtis illis obſtitit qui cæleſtia, eos preſſerunt qui ima ſapuerunt: ad hæc, & quia exAprobrentur beneficia quæ provenerunt ex cœlo terraque, iis autem abuſi ſunt peccatores neque cognoſcere Deum aut ſicut cognoſcant glorificare voluerunt. De judicaturis & judicandis an penitus omnes homines comparebunt in judicio, num etiam Angeli aliquo modo judicabuntur, diximus in Commentario Petri. Ad mores Hugo explicat facere Deum ut contemplativi de contemplatione deſcendant ad judicandum infirma carnis ſuæ, & activi à terrenis actibus ad judicandum ſemetipſos aſcendant. De judicaturis & judicandis quæſtio.

Advocabit.) Alii codices & Pſalterium Ambroſianum, nonnullique de veteribus Enarratoribus, præterea Gregorius *q* minus rectè, *advocavit*, & Cyprianus *r*, *vocavit*: qui tamen etiam utitur editione noſtra *ſ*, eſt enim Hebraicè, Græcèque קרא *iikla*, προσπαλίσεται. Senſus proinde non variat quum pro tempore tempus poni ſoleat.

Cœlum de ſurſum.) Ita etiam Hebraicè מעל *mehhal*, ſed Græcè abſque præpoſitione ἄνω ſurſum: quomodo legunt quoque Codices Complutenſes ac Regii: item Pſalterium Romanum & Ambroſianum: Auguſtinus præterea, Iſidorus *t*, Gregorius *u* legens plurali numero *cœlos*, & ſaltem in commentario Ruffinus. Exponunt autem cœleſtes advocari ut ſurſum ſedeant in ſolio cum Chriſto judice. Sed præpoſitio indicat cœlum de cœlo ſuo ſuperiore advocari, hoc eſt, metonymicè, cœli habitatores, aut myſticè, viros cœleſtes & ſanctos, quæ Judas *x* appellat *millia ſanctorum Dei*; Iſaias *y* *ſenes populi & principes*, Zacharias *z*, *omnes ſanctos ejus*, Chriſtus *a* *omnes angelos*: aut per proſopopœjam ipſummet materiale cœlum. Sic Deus quum factus eſt homo, de cœlis deſcendiſſe dicitur, & deſcendendo *inclinaſſe cœlos* *b*. Quare non eſt quòd vim faciat Auguſtinus *c* & Heſychius in eo quod abſolutè dicatur, *ſurſum*, quum ſecundum litteræ ſuperficiem, ut ipſe ſcribit, non poſſit cœlum non eſſe ſurſum: præpoſitio namque (*de*) importat deſcenſum de loco ſuperiore. Quem ipſum idem ſenſum dempta quoque præpoſitione aſſignat *d*, ut ſit, *advocare cœlum ſurſum*, advocare Angelos in ſupernis & excelſis locis, quum quibus deſcendat ad faciendum judicium. Poſtremo per *cœlum* etiam ait animas, per *terram* corpora poſſe ſumi, eorum qui rapientur obviam Chriſto in aera. Euſebius *cœlum ſurſum* ἄνω, explicat ſuperius cœlum. Simplicior ſenſus eſt de habitatoribus cœli Angelis hominibuſque ſive animabus hominum, & de horum item animabus, quæ erunt in terra ſive ſub terra. Hoc pacto quum in Apocalypſi *e* *mors mortuos ſuos dediſſe* ſcribitur & præter mare *Infernus*; Auguſtinus *f*, per *mortem* intelligit eos qui tum temporis à corporibus ſeparatis non erunt in inferno, &c. q 21. Mor. c. 16. vel 19 r 2. teſtim. n. 28. ſ de bono patien. t de jud. ubi u ſupra. x ep. verſ. 4 y c. 3. 2 z cap. 14 5 Mat. 25. 31. a Pſ. 17. 10 b hic & 20 civit. c. 24 c 20. de civ. c. 24 d c. 20. 13. e 20. de civ. c. 15. f ſupra.

Et terram.) Quid ſibi velit *terra* dictum ſatis quum de cœlo Auguſtinus ait ſub. udiri poſſe aut verbum dumtaxat (*advocabit*) aut cum verbo etiam (*ſurſum*) itaque diverſos effici ſenſus, de quibus dixi. Simpliciorem ſenſum per proſopopœjam ſic Apollinarius expreſſit.

ἀρανὸν ἀστερόεντα πέλας μύθοισι καλέσσει.
καὶ σχεδόνε πελυβότειραν ὄπως λαοῖσι δικάζοι.
Cœlum ſtellatum prope verbis vocabit,
Et terram multos alentem, ut populis judicet:

Si placet de primo adventu hic locus, quod ſanè ferri poteſt, exponemus, aut minas eſſe, ut adverſus contemptores Prophetarum, & aliorum verbi ſui miniſtrorum Deus exſurgat, velutique ſolium ac tribunal extollat, & illos in apertam lucem atque judicium proferat: aut benignas promiſſiones, ut cœleſtes poteſtates ac terreſtres advocet in auxilium eorum favoremque qui fide opereque ipſi in Eccleſia adhæſerint. Unus è duobus conflari poteſt ſenſus. Cui Vatablus, & Clarius favent. Cyrillus declarat Angelos cum hominibus eximiis quibus illi præſto eſſent advocatos, ut populum acceptabilem Deo congregarent. Plures declarant de ſecundo adventu, & Chaldæa Paraphraſis, Angelos excelſos ſupernè & juſtos terræ infernæ advocandos declarat, ut diffundat Deus judicium ſuper populum ſuum.

Diſcernere populum ſuum.) Hieronymus, *ut judicet populum ſuum*, hoc valet לדין *adin*, *ad judicandum*, ad cognoſcendum & diſceptandum, & ad ſententiam deniq; ferendum; quod fit deſcernendo, dijudicando, ſeparando

De opere miſericordiæ ſententiæ.

n 15. Mor. c. 16. vel 19

o Joh. 20. 27
p Ibid.

à falsis vera, & si sit opus, à sontibus insontes, ut hi absolvantur, illi damnentur, & alteri præmiis, alteri pœnis afficiantur. Quæ omnia etiam importat τὸ διακρῖναι, quod Idiotismo Græco causſalem includit, *ut discerneret populum suum* videlicet Deus, quod rectè Apollinarius reddidit ὅπως δικάζοι. In Psalterio Vaticano & Ambrosiano & apud Cassiodorum, *ut discerneret*, Cyprianus *a*, *ut superat*, vel, *ut separaret*. Congregandos electos Evangelia testantur ab Angelis, *à quatuor ventis, à summis cœlorum usque ad terminos eorum* b: colligenda *de regno* filii hominis *scandala, & eos qui faciunt iniquitatem*, & immittendos *in caminum ignis* c: quo tempore *fulgebunt justi sicut Sol in regno Patris eorum* d: *in consummatione sæculi separandos malos de medio justorum* e: à filio hominis ex omnibus ex omnibus Gentibus congregatis ante eum separandos *ab invicem sicut pastor segregat oves ab hœdis*, illas *à dextris*, hos constituendo *à sinistris* f. Hic est *mons divisionum, in quo stabit Dominus*. * Quemadmodum David in Baal Pharasim, percussis inimicis, nomen id loco indidit, dixitque, *Divisit Dominus inimicos meos coram me, sicut dividuntur aquæ* g: hæc *consolatio abscondita* (nunc) *ab oculis* nostris, *quia ipse inter fratres dividet* h. De primo adventu, aut etiam de tertio per gratiam animæ communicatam, nihil amplius dico. Porrectum filium illud utrumque teneat qui volet, nec ad finem usque dimittat.

a *de bono patien. & 2. testim. n. 28.*
b Mat. 24. 31
c c. 13. 41. 48. 49.
d c. 13. 43.
e c. 13. 49.
f 25. 32. 33.
* Isa. 28. 21.
g 2. Reg. 5. 20
h Osee 13. 14.

Vers. 5.) Congregate illi sanctos ejus, qui ordinent testamentum ejus super sacrificia.

AD Angelos & eximios homines prædicatores qui cœlum ac terra prius dicti sunt, orationem convertit ex sententia de primo adventu, vel propheta, vel Deus Pater, ut de cunctis nationibus cogant ad Christum quos ipse sibi gratia sua delegit veros cultores suos, toto incumbentes pectore ac studio, qua ratione legem exequantur, maximè quæ est de repudiandis superstitiosis, aut symbolicis sacrificiis & de vero offerendo tùm virtutum interno tùm etiam externo incruento Christi quod ipsemet instituit, de refutando veteri per sacrificia intellecto testamento, novo autem complectendo, quod absolutè testamenti meretur nomen, ut potè vim habens in morte testatoris Christi. Juxta opinionem de secundo quæ communior est, Angeli *i* conveniuntur ut convocent sanctos, justosque, quos electos nominat Christus *k*, quique maximi fecerunt ejusdem Christi Deique quasi testamentariam illam supremam gratissimam voluntatem de præceptis ac lege servanda, potissimùm quatenus ad charitatem pertinet misericordiamque, quod ipse omnibus holocaustomatis, oblationibus, sacrificiis semper prætulit *l*, nec non ad obedientiam, quam judicavit victimis meliorem, & *holocaustis arietum* m: Congregabuntur Domino soli sancti justi electi, reprobi *in fasciculo ad comburendum* n, qui ordinaverunt sacrificia super testamentum, pluris faciendo externas ceremonias, quàm voluntatem Dei: quo nomine Saul reprehensus à Samuele *o*, & alii, tùm ab Isaia *p* tùm ab Ezechiele *q*.

i *Matt.* 13. 41. c. 24. 31.
k *Mar.* 24. 22
l *Ose* 6. 7.
m 1. Reg. 15. 22.
n Mat. 14. 30
o 1. Reg. 13. 13. c. 15. 22.
p c. 1. 11. & *seq.*
q c. 44. 12. & *seq.*

Est autem quod attinet ad Adventum Christi opinio Eusebii, Theoreti, Euthymii, Nicephori, monemur mortales si velint in secundo tuti consisteri, interim dum primi tempus durat, sciant non sibi de sacrificiis externis tunc rationem reddendam; & hoc posse facilè cognosci ex sanctissimis viris veteris testamenti Mosè, Aaron, Eleazar, Phinees, qui si convocentur ac interrogentur, confestim respondebunt se Deo non propter sacrificia sola per se placuisse, sed propter internam mentis sanctitatem, & reliquorum præceptorum diligentem custodiam, quæ erant de virtutibus tùm Theologicis, tùm moralibus. Id ipsum in reliquo Psalmo magis disertè docetur. Eò spectat Chrysostomus, per ironiam & sarcasmum dici contra Judæos qui sacrificiis contenti erant, & gloriabantur etiam, enormibus se interim sceleribus profanando, nec hoc displicet Cassiodoro.

In secundo Christi adventu virtuti consistant homines, ut se gerere debent.

Moses objurgaturus populum, *congregari* ad se jussit *omnes majores natu per tribus atque doctores*, & loqui voluit *audientibus eis*, & invocare *contra eos cœlum & terram* r. Sanctos præterea intelligere peculariter licèt

r Deu. 32. 28

A Levitas addictos ministeriis sacris, unde & in benedictione Levi habetur, *Perfectio* * *tua & doctrina tua viro sancto tuo*. Dicebatur quoque sacrificii sanguis quo respergebatur populus, sanguis fœderis *s*, erantque sacrificia signum ac monimentum initi cum Deo fœderis & promissi de servandis præceptis ipsius, vel, ut placet Basilio atque Chrysostomo, Judæi nominatim vocantur in jus & ad judicium, tamquam daturi majores pœnas, & ut sic majore ceteri timore corripiantur, quum intelligunt nec illis parci qui sancti habiti sunt, Deoque peculiariter sanctificati & dicati; sed incipere judicium *à domo Domini* t & *iram, indignationem, tribulationem, angustiam fore in omnem animam hominis operantis malum, Judæi primum & Græci* u. At meliores primi allati modi. Multæ sunt causſæ generalis judicii, una, ut cognita tam varia adeo multorum Sanctorum inter tot tentationes periculaque victoria nullam se peccatores excusandi habere rationem percipiant.

* cap. 33. 8.
§ Exo. 24. 8.
t 1. Pet. 4. 16.
u Rom 2. 89

Quo timore ceteri mortales corripi debent, si nec parcitur illis qui sancti habiti sunt.

Congregate illi sanctos ejus.) Hieronymus, *congregate mihi sanctos meos*: legerunt LXX. pro (לי) (*li*) pro nomine primæ personæ pronomen tertiæ (לו) (*lo*) & pro חסידיו *chasidav*, eum affixo primæ: חסידי *chasidai*, cum affixo personæ tertiæ: sic etiam in scholio quodam Græco notatur legi à nonnullis Græcè συνβάγετέ μοι τοὺς ὁσίους μου. De nomine isto Hebræo aliàs egi, ac ex eo cognominatos Asidæos dixi, qui habebantur sanctiores inter Judæos, iidemque cum Essæis, quasi ὁσίοις, quod hìc nomen extat sive Ossæis, sive Essænis. Similes erant religiosis nostris ut idcircò dici posset hos congregari, tamquam magis propriè futuros cum Christo judices, prout ipsemet promisit *x*, vel quoniam Hebræa vox significat *misericordes*, videntur, quod etiam attingit August. & alii, denotari, qui exercuerint opera misericordiæ, de quibus peculiariter in judicio sententia pronuntiabitur *y*, & ut diximus, præferuntur sacrificiis à Deo *z*, & ab illis, qui Dei voluntatem probè noverunt & exequuntur. Sic autem non judices; sed judicandos potius intelligemus per hos sanctos aut justos, ut idem Augustinus legit, & Cyprianus *a*, apud quem est, Colligite illi justos ejus: Arnobius insigniores sanctos intelligit Apostolos, Martyres, Doctores, qui sicut hic prædicaverunt misericordiam, ita, in judicio annuntiabunt *justitiam Dei*, ut sequenti versu dicitur. Favet sententiæ, judices futuros ex variis ordinibus sanctorum magis insignes; qua de re diſseruimus alibi. Verosimiliùs est de omnibus justis esse sermonem, quamvis figurato quodam modo describantur persequentia verba. Thomas ait de omnibus fidelibus cum quibus solis disceptatio fiet in judicio, & videntur soli acceptasse sacrificia, idest, verum Dei cultum: alii enim jam judicati censentur. Porro congruit Hebræum אספו *issephu*, cum אסף *Asaph*, qui ponitur in titulo Psalmi, ut etiam præmonuimus.

Asidæi sanctiores inter Judæos habiti.
x Mat. 15. 28
y c. 25. 35.
z c. 9. 13.
a *de bono patien. & 2. testim. n. 21.*

Judices in generali judicio.

Qui ordinent testamentum ejus super sacrificia.) Hieronymus, *qui feriunt pactum meum in sacrificio*. Alii, *qui pepigerunt pactum meum super sacrificio*; vel, *cum sacrificio*, & *eo adhibito*. Hoc modo approbatur sacrificium non per se solum, sed ut effectus ac testificatio pietatis & totius pacti, voluntatis, legis, præceptorum divinorum. Rursus ex Hebræo aliter, *qui percutiunt fœdus meum*, aut *mecum super sacrificio*, vel *super sacrificium*; vel, *præter sacrificium*, idest, loco sacrificii externi, quod per se nihil erat, cultum meum in vera pietate omnique virtute constituunt: & intelligunt me, præter dictum sacrificium aliquid altius meliusque requirere in pacto, fœdere, testamento meo, præsertim novo. Huc accedit Chaldæa Paraphrasis, *qui pepigerunt pactum, & firmaverunt legem, & operam navarunt orationi, quæ similis est oblationibus*.

In Psalterio Romano, *qui ordinaverunt*. Augustinus, *qui disponunt*, Cyprianus, *b*, *eos qui disponunt testamentum ejus in sacrificiis*. Græca paronomasiam habeat τοὺς διαθεμένους τὴν διαθήκην ἐπ' αὐτῇ θυσίᾳ; item Hebræa excepta prima littera utriusque vocabuli ברתי בויתי *choretho borithi*. In Ps. LXXXII. *c*, quod Latinè habetur, *testamentum disposuerunt*, Græcè est διαθήκην διέθεντο: Hebr. יברתו ברית *berithii chorthu*. Quid autem sit ברית *berith*, & διαθήκη, & *testamentum*, non debeo repetere, quum alibi expoluerim, neque mentionem facere de ritu fœderis feriendo porcum, quem Trevetus arbitratur hic indica-

b *de bon. patien. & 2. testim. n. 28.*
c *vers. 6.*

Ritus fœderis inferiendo porco.

dicari juxta verſionem Hieron. ac vim Hebræi verbi. Poſtremo עלי *hhale*, & ἐπὶ, cum Dativo ὑπὲρ plu-lis numeri, quum ſit ſingulare זבח *zauach*, &, *ſuper*, non ſignificant neceſſariò idem quod, *pluſquam*, aut, *ultra*, *prater*, &c. ſed etiam *circa*, *in*, &c. quo ultimo modo Cyprianus legit; notatque illud Thomas, nempe vel per *ſuper*, exceſſum ſignificari vel ordinem cauſſæ materialis, nec *ordinare* & *diſponere* important per ſe comparationem plurium cum prælatione unius, ſed ſignificant paciſci, decernere, conſtituere, & ſimilia: quamvis in ea re ſoleat intervenire illa comparatio inter plura unum de illis præponendo. Verè dixit Bruno Carthuſianus, idque Auguſtinus innuit, Hugo & alii, illos ordinare teſtamentum ſuper ſacrificia, qui recto ordine reputant æternam beatitudinem, quæ promiſſa eſt in novo teſtamento, præcellere dignitate ſua bonas operationes & virtutes, quas Deo ſacrificant, pluriſque faciunt gloriam, quàm merita, quòd ſciant non
a *Rom.8.18* eſſe *condignas paſſiones hujus temporis* ad illam *a*, & *id quod in præſenti eſt momentaneum & leve tribulationis noſtræ ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus ope-*
b *2.Cor.4.17* *rari* b. Accommodatitius tamen magis hic quàm litteralis videtur ſenſus.

Euchariſtia recte teſtamentum dici poteſt. c *Mal.1.28*

Illud præterea concedi poteſt Aiguano Euchariſtiam *teſtamentum* rectè appellari ſeu ſacrificium *novi* c, & æterni *teſtamenti*, opponique ſacrificiis veteribus, quæ hoc unum præfigurabant, ita ut ordinatum cenſeatur (ordines verò ad Euchariſtiam referuntur ſive ſacramentum ordinis) à Patribus ſanctis utriuſque teſtamenti, præſertim novi, in quo poſita ordinatione Chriſti, quantum ad id quod eſt eſſentiale, ad Euchariſtiæ decorem, & ſolemnitatem multa ſunt adjecta. Hoc non eſt ſuperordinare, ut Hæretici nobis objiciunt, teſtamentum Dei in actionem contrariam, ſed præſcribere modum, quo teſtamentaria voluntas Chriſti majore cum decore ac dignitate adimpleatur. Sed hoc etiam fateor, teſtimonium commodè in hac re uſurpari, non probare veritatem ſacrificii Euchariſtici, ut etiam priùs
d *2.de miſſa ſacrificio cap.4.* faſſus eſt Valentia *d* noſter, reſpondens hæreticis, qui abuſi hoc loco Superordinatores, appellabant eos qui religioſas miſſæ cerimonias inſtituerant. Chryſoſtomus
Hæreticorum abuſus ſuper hoc loco. C e non abhorret, ſcribens ad Judæos pertinere verba iſta, & ſignificare, quòd Chriſtus adventu ſuo cultum victimarum rejecturus erat, ut non ampliùs ille acceptus eſſet, ſed noſtrum ſacrificium admitteretur. Turriani quoque noſtri *f* argumentum ex præſenti loco pro traditionibus probabile eſt, ſed magis ex verbis Pauli
e *tract quod Chriſtus ſit Deus.* f *1.pro cano. Apoſt c.27. ſive contra Magdeburg gl.Cor.11.34* g: *cetera quum venero diſponam*, διατάξομαι &, h *tenete traditiones quas audiſtis ſive per ſermonem ſive per epiſtolam noſtram*. Eadem pia licentia tractari poſſit idem
h *2.Th.2.15* iſte locus in ſynodali ſermone ad congregatos ſanctos, ideſt, ſacerdotes.

i *Serm.102. in Pſ.* Loci acuta accommodatio. Præterea Philippus de Greve *i* Cancellarius Pariſienſis acutè tranſtulit quæ hic dicuntur, ad fidei commiſſarios, & legatarios, teſtamentarios, executores teſtamenti Chriſti, ut ejus teſtamentum exequantur, quomodo teſtator ipſe ordinavit, ſcilicet priùs faciendo quàm docendo, antè incipiendo à ſe ipſo; æterna præmia intendendo, non temporalia per ſe; de labore tranſeundo ad quietem: de paupertate ad divitias, de labore ad mercedem: capiendo, quæ ſibi legata ſunt D non uſurpando, relicta ſcilicet Chriſto gloria, quam
k *Iſa 48.11.* alteri dare non vult *k*. Hugo etiam monet hoc eſſe poſſe thema in feſto omnium Sanctorum, & hoc fieri à nobis in Litania; in qua illorum interceſſione imploramus: ut impetremus quemadmodum ſolet impetrare conventus totus quidpiam petens ab Abbate: cives omnes aut Barones à Rege: & olim totus Iſrael congregatus Jonathan eripuit de morte, qui mel ſylveſtre co-
Thema in feſto omnium Sanctorum. l *1.Reg.14. 27.* mederat contra præceptum Patris *l*; quod peccatorem deſignat: oblectantem ſe contra voluntatem Dei.

Verſ. 6.) Et annuntiabunt cœli juſtitiam ejus, quoniam Deus judex eſt.

QUum fuerint congregati Sancti ad judicium ab Angelis, aut illo ipſo etiam tempore quo congregabuntur cœli, *annunciabunt juſtitiam* Dei, palamque manifeſtabunt illum eſſe juſtum judicem. Cœli ſunt vel materiales unà cum aeris ſpatio, *virtutes* namque *cœlorum* tunc *commovebuntur* m, & in aere impreſſiones exiſtent multæ ad horrorem tantæ Majeſtatis excitandum. Vel *cœli* ſunt Angeli, habitatores eorum, qui præcedent cum voce turbaque magna. Vel tandem primarii ſancti aſſeſſores judicis Chriſti cœli ſunt. Omnium tacito quodam vel expreſſo præconio, conſtabit juſtum eſſe Dominum, & *rectum judicium* ejus *n*: vera n *Pſ.118.13.* & juſta judicia ejus qui judicabit de meretrice magna *o*, o *Apoc.19.2* omnibuſque impiis, eadem annuntiatio juſtitiæ Dei cœlis tribuitur, Pſalmo XXI. *p*, & XCVI. modus an- p *verſ. 32.* nuntiandæ juſtitiæ per cœlos innuitur, quòd illuceſcent fulgura ejus (ſolito magis atque clariùs & terribiliùs) orbi terræ, ita ut videns commoveatur *q*: Chryſoſtomus & Baſilius adſcribunt hanc denuntiandi rationem q *ver.6.* per cœlos inanimatos, ſed conſpicuos ampliſſimeque prætentos præclaræ, ſplendenti, apertæ, quæ à nemine negari poſſit, juſtitiæ Dei, quæ tunc omnibus innoteſcet. Euſebius, Cyrillus, Athanaſius de cœlis B hoc ajunt dici, quaſi gratulentur his quos excipiunt, & juſtè conteſtentur ejectos alios, maximè verò Judæos ex hominibus, & ex Angelis Satanam cum ſuis; qui Judæi indignos ſe ipſos judicarunt æternæ vitæ, repellentes verbum Dei *r*; hominum genus paſſum erat r *verſ.4.* injuriam, Dæmones ex mera ſuperbia ſpontèque peccaverant. Ad hunc modum præcipuè philoſophatur Cyrillus. Hoc etiam eſſe confiteri cœlos *mirabilia Domini* aſſerere poſſumus, & *veritatem*, ideſt, juſtitiam, *in Eccleſia ſanctorum* ſ, illorum nempe, quos juſtos con- f *Act.15.46* gregari audivimus priore verſu.

Et annuntiabunt cœli juſtitiam ejus.) In Pſalterio Romano, abſque conjungente particula, *annuntiaverunt cœli juſtitiam ejus*. Poſſet quoque, ut ſæpe fit, pro imperativo futurum poni, *congregate illi ſanctos ejus*, &c. & *annuntient cœli juſtitiam ejus*. *Cœlorum* variam notionem quam dixi agnoſcunt hic plures Interpretum. Paraphraſtes Angelos exprimit: alii, ſanctos homines, & quidem Apollinarius cauſſam reddi vult cur juberentur congregari:

Ὅ φρα οἱ ἀγγελέωσι δικαιοσύνῃ ἐρατεινῇ,
Ut ipſi annuntient juſtitiam amabilem.

Vide quæ Pſalmo XVIII. dicta ſunt ad prima illius verba; *Cœli enarrant gloriam DEI:* & ad alia modò citata Pſalmi XXI. *t Annuntiabunt cœli juſtitiam ejus.*

t *Pſ.88. 6.* *Quoniam Deus judex eſt.*) Hebraicè pro verbo ſubſtantivo eſt pronomen demonſtrativum הוא *hu*, vel ætiologia eſt, cur cœli annuntiaturi dicantur juſtitiam *Cœlorum varia notio* Dei; vel etiam id ipſum eſt quod ſunt veluti dicturi, ita ut כי *chi* & ὅτι, (quoniam) ſit continuata particula. Sufficit hæc ratio, ut de juſtitia nemo ambigat, nemo evadere ſe putet poſſe, nullus fallere aut latere, quoniam qui judicat, Dominus & Deus eſt, qua de re Pſ. VII. *u*, u *verſ.12.* plura quum exponeretur illud, *Deus judex, juſtus, fortis & patiens*. Hoc ipſum prædicatum ab Apoſtolis interpretatur Thomas, ac proinde poteſt de primo Advento intelligi, fore, ut illius tempore de ſecundo prædicetur. Id Petrus *x* teſtis eſt prædicari præcepiſſe x *verſ.12.* Chriſtum. Rationes & cauſſas juſtitiæ veriſimile eſt expoſituros in judicio Apoſtolos & alios, qui judicabunt cum ipſis, quando diſquiſitio fiet de ſingulis. Repetitur eadem in alio Pſalmo *y* ſententia, ubi comprimi- y *Act.10.35* tur improbitas iniquorum atque ſuperborum exaltantium cornu, & loquentium adverſus Deum iniquitatem, quia neque ab Oriente, neque ab Occidente, neque à deſertis montibus (ideſt quod in Apoſiopeſi continetur, à meridionali plaga uſque ad Septemtrionem) erit evaſio, liberatio, auxilium: ſic verò etiam ſuprà hoc Pſalmo vocavit Deus deorum Dominus *ab ortu uſque ad occaſum*, ideſt, ex omni regione, ne quis excipi ſe putet poſſe, quoniam Deus judex eſt: non eſt iniquitas apud Deum, alioqui *quomodo judicabit hunc mundum* z? non concernet in judicio, ait Auguſtinus, ſed diſcernet à pa- z *Pſal.49.8* lea triticum, quia non quilibet ruſticus cum tridente, ſed Deus Trinitas judex eſt. Ipſe Chriſtus ut ſe probaret juſtum judicem, dixit *a*, *Non poſſum ego à me ipſo* a *Rom. 3.6.* *facere quidquam. Sicut audio judico; & judicium meum*

justum est, quia non quæro voluntatem meam, sed voluntatem ejus, qui misit me.

In fine versus est סלה *Selah*, & in correctis Græcis, διάψαλμα. Collector notationum in bibliis Sixtinis negat esse Hebraicè. Nullos Hebræos legi libros in quibus non esset.

Vers. 7.) Audi populus meus, & loquar; Israel, & testificabor tibi, Deus Deus tuus ego sum.

IAm loquitur Deus populo suo ante judicii diem, nunc etiam non silet, jubens diligenter attendere quid ab eo velit ac requirat. In primis in eum scire, eique maximè testatum vult, quòd ipse illius unicus Deus sit summa veneratione colendus, eximio amore prosequendus, ita ut præter eum, nullum prorsus alium agnoscat Deum: monita verò quæ dederit, antequam supremus ille adveniat decretorius dies, quanta maxima possit attentione & observantia excipiat, re autem ipsa exequi omni animi provisione, cura, contentione adnitatur. Similis ratio in Psal. LXXX. a. *Audi populus meus & conteſtabor te: Israel ſi audieris me, non erit in te Deus recens, neque adorabis Deum alienum.* Jam in Exodo *b* idem monitum præcesserat. Nunc audiri petit priusquam loquatur, ne *ubi non est auditus, effundat sermonem* c. Conqueritur enim apud Jeremiam *d*, *cui loquar? & quem conteſtabor ut audiat? ecce incircumciſa aures eorum & audire non poſſunt: ecce verbum Domini factum eſt eis in opprobrium & non ſuſcipient illud.* Ceterum licèt totam hominum conveniat universitatem Deus, David inducit proprium populum Hebræorum, tamquam ad se magis pertinentem, qui tamen typus est peculiariter populi, qui est de Ecclesia, vel ad eam invitatur, de quo Deus apud Oseam *e*, *Dicam*, inquit, *non populo meo, populus meus es tu; & ipſe*, ut ait Propheta, *dicet Deus meus es tu.* Nihil amabiliùs hac voce invitantis Dei, nihil efficacius; quasi plenus verborum, ac intolerabili ardens desiderio salutis nostræ, velit exponere, quo pacto possimus evadere judicii formidabilem sententiam, æternumque supplicium. Suum generali jure populum, peculiariter appellat suum, & Israelis vocabulo spiritu sumto *f*, sive, ut meminerit sibi oblatam visionem Dei, quod ei etymon donat multi, sive, quod est verius, ut in hujus vitæ lucta nitatur prævalere, ac fortior Deo esse *g*, ne hic vincat quum judicaverit *h* in judicio. Qui non flectatur, cornea non huic fibra, seu plusquam ferreum pectus & adamante cor durius. Christum hic loqui Gaudentius Brixianus *i* putat, nec non hoc loco Thomas, & alii. Benignitatem verò Chrysostomus, Basilius, Euthymius, & mansuetudinem observant: perinde ac si homo quispiam homini tumultuanti & turbas excitanti diceret: si audias, loquar; si attendas, dicant. Errant, inquit Chrysostomus, pigri ac negligentes, & ne tantillum quidem legum lectioni quietam præbebant audientiam. Sed erant interdum illis prophetæ quasi carmen musicum & *canticum oris k*, jubebant interdum prophetis ne prophetarent, immo etiam vexabant & agitabant, cordeque adamantino audire nolebant *l*.

Audi populus meus.) *Qui attendit*, Græcè, *qui vult, discet: qui accommodat animum, ſapiens erit: qui inclinat aurem, excipiet doctrinam: qui dilexerit audire, ſapiens erit* m; *qui* autem *ex Deo eſt, verba Dei audit* n, & obedit. *Audi Iſrael mandata vitæ; auribus percipe, ut ſcias prudentiam* o.

Et loquar.) Hoc illis respondet primis verbis, *locutus est.* Augustinus addit, *tibi.* Malim ad sermonem spectare habendum in judicio quàm ad præsentis temporis doctrinam totam, ut videtur tamen Thomæ, nisi, quod verum etiam arbitror, doceri affirmemus, quæ de re ratio sit tunc reddenda. Hoc ipsum loquitur modò & alia Deus intus, foris que per inspirationem & sermonem Prædicatorum, & divinas litteras; ac per semetipsum id facere Christus dignatus est. Dicat quisque *loquere* p *Domine, quia audit ſervus tuus*, & sibi ipsi; *audiam* q *quid loquatur in me Dominus Deus*, noli imitari Judæos nolentes sibi loqui Deum *r*.

Iſrael.) Attigit paullo antè vocis notiones, alibi autem susiùs declaravi, quid item sit *in ſpiritu Iſrael*, & materialiter ad Judæos omnes, an decem tantùm significet Tribus; utrum benè vel malè sonet. Hoc loco sonat malè, quia deinceps reprehensio subditur.

Et teſtificabor tibi.) Hieronymus, *in te* בך *becha*, sed Hebræo idiotismo idem valet quod, *tibi*, in Psalmo LXXX. *s* quod est, *conteſtabor te*, reddit idem, *conteſtor te:* quum sit eadem utrobique phrasis אעירה בך *ahhidah becha* διαμαρτύρομαί σοι, quamvis Græcum sit in præsenti, alia verba in tempore futuro. Posset reddi, *teſtem te ipſum citabo*, quòd nempe Deus tuus sim, ita ut negare non possit tot beneficiis & rationibus convictis. Testimonium Christo dant miracula *t*, Scripturæ *u*, Apostoli, nominatim verò quod sit futurum judicium *x*; quod idem Christus testis & judex *y*, is nempe de quo Deus Pater testimonio quod majus est omni alio, testificatus est. * Communicationem quamdam continet verbum *teſtificandi* seu *conteſtandi*, & διαμαρτύρεσθαι, aut simul etiam promissionem, denique probationem efficacem, liberam orationem, ἔλεγχον καὶ παῤῥησίαν, ut Nicephorus etiam notavit & alibi ostendimus *z*.

Deus Deus tuus ego ſum,) Addit Psalterium Romanum & Cassiodorus, *quoniam.* Non equidem nunc in substantivo verbo poluerim cum Thoma, Hugone, Cassiodoro, Hieronymo (qui tamen Hieronymus non esse vel hinc intelligitur) Augustino, Beda, Haimone, Brunone Herbipolensi, quasi respectus habeatur ad nomen Tetragrammaton, verbaque illa in Exodo *a*, *Ego ſum qui ſum*, non extat hìc Hebraicè verbum, sed solum pronomen אנכי *anochi*, *ego*. Minorem verò illud habet probabilitatem quod Cassiodorus & Bruno Herbipolensis notant, in unius syllabæ verbo *sum*, sanctæ Trinitatis latere mysterium. Athanasius, Cyrillus, Theodoretus repetitionem pertinere dicunt ad hoc ut qui sacrificia prohibiturus erat in testamento novo, intelligatur ille ipse esse qui priùs eadem injunxerat in vetere, ac proindè non dubitent eidem pro tempore diverso parere, quasi simplex aliquis homo aut Angelus hoc secundum præciperet; nec timeant ne si cetera sacrificia prætermittant, puniendi sint. Chrysostomus, Basilius, Euthymius, valere ajunt quòd bis repetatur Dei nomen ad majorem exprobrationem crassitudinis ac insensibilitatis, quasi surdi sint & cæci, quibus alius Propheta *b* clamat, *ſurdi audite, & caci intuemini ad videndum.* Latini ferè tradunt innui Deum verum, peculiari magis modo Deum esse populi sui electi sive fidelis & colentis eum, bono quidem proprio Deum existentem, malo autem populi, si Deus ejus dicto modo non sit, quum eo nihil ditius & pretiosius esse possit.

Vers. 8.) Non in sacrificiis tuis arguam te: holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper,

Vers. 9.) Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos.

TUus ego Deus, Dominus, Rex, Imperator, Judex, non indico tibi, non exigo, non repeto, non arguo, non damno, quòd non amplius offeras sacrificia, oblationes & holocausta, quæ satis libenter & frequenter in conspectu meo offers, prout lex imperat; nolo deinceps vitulos afferri à domo tua vel ex mandra hircos & animalia cetera ex præscripto legis offerri; nec existimes me, si non afferas & offeras, tantopere his delectari, adeòque concupiscere ut ipsemet rapturus sim de stabulo tuo, ne tanti facias, quod ego magni non æstimo; magis contentus intimo cordis devoti affectu, cetera talibus rebus nullo modo egens. Paraphrastes Chaldæus hæc exponit de tempore captivitatis, in qua non licuit sacrificare: non hoc nomine populum reprehendendum, quia quæ obtulissent antea Patres iplorum holocausta, jugiter essent coram Deo accepta nimirum & grata propter pietatem & alias virtutes eorum, quas etiam illos oporteat imitari, ac multo potiorem de his rationem ducere quàm de externis dumtaxat sacrificiis, quæ si desit interna pietas cum aliis virtutibus minùs placent, ac per se etiam non placent.

Catholicorum communis expositio est, paucis exceptis

Externa sacrificia sine interna pietate, non accepta.

a vers. 9.
b cap. 20. 5.
c Eccl. 32. 6.
d cap. 6. 10.
e cap. 2. 23.
f Rom 9. 6.
g Gen. 32. 28 Oseæ 12. 3. 4.
h Pſ. 50. 6.
i Serm. 19.
k Ezech. 33. 31. 32.
l Zach 7. 11. 12.
m Eccl 6. 33 34.
n Joan. 8. 47
o Baruc. 3. 9
p 1. Reg. 3. 10
q Pſ 84. 9.
r Ex. 20. 19. Deut. 5. 25. 26.
s vers. 9.
t Joan. 5. 36.
u cap. 5. 39.
x cap 5. 29. Act. 2. 20.
y Jer 29. 23.
z Joan. 5. 32.
a Act. 2. 40.
a cap. 3. 14.
Sanctæ Trinitatis mysterium in verbo *sum* qui velint,
b Iſa. 42. 18.

ptis de recentioribus, ut Janſenio, Titelmano, de abrogatione veterum ſacrificiorum legiſque antiquæ, quod attinet ad ceremonialia præcepta; quæ novæ ſtatum legis & unicum ſacrificium Chriſti tùm cruentum paſſi in cruce, tùm incruentum ejuſdem in Euchariſtia oblati & contenti præſignificabant, atque uſque ad tempus tantùm correctionis διορθώσεως, impoſita erant, ἐπικείμενα a, ut in lege nova corrigerentur, & in meliùs mutarentur, non quidem tamquam mala, ſed velut infirma, egena, imperfecta, typica, umbratilia, & tamquam onus pœnè importabile *b* ab auctore legis ejuſdem novæ Chriſto, qui ſe veritatem nominavit *c*. Deum adorandum *in ſpiritu & veritate*, omni in loco adorandum docui *d*; *jugum* tuum & *onus ſuave leveque* affirmavit *e*: veniſſe ſe profeſſus eſt *non ſolvere legem, ſed adimplere* f.

Abrogatio veterum ſacrificiorum & ceremoniarum.

a Hebr. 9. 10.

b Act. 15. 28
c Joan 14. 23
d cap. 4. 21.

e Mat. 11. 30
f cap. 5. 17.

De celebri quæſtione, utrùm Hebræis permiſſa ſolùm fuerint ſacrificia, ut minùs mala ad vitandum idololatriæ periculum, vel etiam injuncta ut verè bona, licet minùs perfecta; quemadmodum modo dicebamus, jam in alio Pſalmo *g*, quantum inſtituti ratio patiebatur, diſputavimus, & hoc ſecundum aſſeruimus, licèt concedamus priorem quoque rationem quæ indicatur in Levitico *h*, & quam dum ſolam patres aliqui urgent aliquando. ut hoc loco Chryſoſtomus & Heſychius, videntur illa aliam ſententiam ſequi. Lege Thomam *i*, de ceſſatione autem legalium, diximus *c*. 15. Actuum Apoſtolorum. Tractat quæſtionem iſtam in Scrutinio Paulus Burgenſis *k*, Pſalmum hunc noſtrum ex ea occaſione declarans. Docet in genere oblationem ſacrificiorum eſſe de jure naturali, ut ſcilicet ſuperiori Deo illo modo ſubjiciat ſe inferior creatura, & quidem ſenſibilis, per res ſenſibiles: refellit R. Moſem *l*, qui ſolam devitationem idololatriæ ſacrificiorum veterum reddebat cauſſam, quia etiam quo tempore idola non colebantur, nec omnino extabant, ritè uſurpabantur ab Abel *m* & Noe *n*; credit item ille & alii Hebræi ſub Meſſia futura, quum Gentes omnes ad legem Moſis convertentur. Præter tractatores Pſalmi, eum ita etiam intellexit Juſtinus *o*, Nyſſenus *p*, Procopius *q*, Irenæus *r*, Tertullianus *ſ*, Cyprianus *t*, Hilarius *u*, Auguſtinus *x*, Auctor operis imperfecti *y*, qui tamen videtur ſentire permiſſa ſacrificia eo modo quo libellum repudii, ad duritiam cordis, & idololatriæ quam in Ægypto diu viderant, vitandum periculum, quæ ſententia non eſt vera; Alia ratio quam hic affert Chryſoſtomus, ſic abducere noluiſſe ab occiſione brutorum, quam dæmones exigebant, ut ſic pellicerent ad cædes hominum quorum ſanguinem ſitiebant. Copioſè tractat eamdem controverſiam Caſpar Grajar *z*, Ribera etiam *a*.

Quæſtio. de permiſſo populo Hebr. ſacrificio.

g in Pſ. 39. & in 15.
h cap. 17. 7.

i 1. 2. q. 102. c. 8.
k 2. p. d. 3. c. 21. & 14.

l lib. 3. ductoris dubiorum c. 32. & 46.
m Gen. 4. 6.
n cap. 8. 20.
o in Tryph.
p hom. 9. in Cant.
q in Iſ. c. 44.
r lib. 4. c. 32.
ſ 2. cont. Mar c. 22.
t 1. teſtim. num. 16.
u in Pſ. 62.
x epiſt. 5.
y hom. 33. & 38.
z in cap. 6. Michæa
a in 6. 6. 8 ſeq.

Non in ſacrificiis tuis arguam te.) Hieronymus, *Non propter victimas tuas arguam te*. Pſalterium Romanum & Ambroſianum, quod addit &, Auguſtinus, Caſſiodorus, *non ſuper ſacrificia tua arguam te*, ſenſus eſt, quòd non erit opus ut arguat Deus propter ſacrificia externa, quæ populus Hebræus offerebat ſatis diligenter quum poterat, & quod attinet ad Chriſtianum, non tenetur, immo non debet ea offerre. Similes alios locos *b* aliàs attulimus: nec dubitari poteſt, quin alioqui Hebræi de peccatis in ſacrificando commiſſis quando ſacrificare debebant, rationem ſint in judicio reddituri, ut de rapina in ſacrificio, de uſurpato munere ſacerdotali, &c. quæ jam reprehenſa ſcribuntur *c*, ut indicat Bruno Carthuſianus. Significatur, ut Valentia docet, Judæos poſt adventum Chriſti quando ſacrificiorum lex abrogata eſt, de ſacrificiis arguendos in judicio non eſſe.

b Iſa. 1. 11. Jer. 6. 20. c. 6 4. Amos 6. 6 Reg. 15. 22.
c Mal. 2. 13.

Holocauſta autem tua in conſpectu meo ſunt ſemper.) Supplendam cenſent Valentia, Aiguanus, Lyranus, Cajetanus & Hebraizantes, præcedentem negationem, *& holocauſta tua in conſpectu meo non ſunt ſemper*, ideſt, non tanti facio ut etiam digner aſpectu, non ſunt mihi grata & accepta: vel, *nec arguam te quod holocauſta tua non fuerint aut non ſint ſemper*; vel, *non arguam quòd ſint ſemper*, ideſt, quod eſſe deberent, vel, niſi ſupplendo, *& holocauſta tua in conſpectu meo ſunt ſemper*, aut *circa me*, ideſt, faſtidio mihi ſunt: quod apud Iſaiam *d*, eſt *plenum eſſe*, & *incenſum abominationem*, *odiſſe calendas* e *& ſolemnitates* f, facta eſſe moleſta & *laboraſſe ſuſtinendo* g. Aiguanus aſſerit legere non poſſe Acum interrogatione, *holocauſta autem tua in conſpectu meo ſunt ſemper?* quaſi dicat, nullo modo, non ſunt grata & accepta. Hugonis expoſitio eſt de tædio: confirmatque illo dicendi modo *h*, *oculi noſtri non vident niſi Man*. Ubi pauciora ſupplenda, aut etiam nihil, ibi melior ſenſus, & cum particula adverſativa δέ, (autem,) non adeo bene cohæret alia negatio. Euthymius etiam exponit per ætiologiam; hoc modo qui placet mihi. Non hanc redarguitionem conſtitui ut acuſarem te de neglectis ſacrificiis: nam holocauſta tua (quæ ſunt præcipua ſacrificia, ut dixi Pſal. XXXIX. *i*) ſemper ſunt in altari meo. Et quantum ad ſacrificia pertinet, culpa cares; verùm alia ſunt in quibus te accuſem: ſic ille: nec non Thomas, eodemque pacto Chryſoſtomus. Hic autem rectè obſervat in prioribus verbis, *Deus Deus tuus ego ſum*, latere rationem, quaſi offenderent indignam eſſe ipſo hanc colendi formam per fumum & nidorem; quibus ipſimet ſacrificantes delectabantur. *Ecce gaudium*, ait Iſaias *k*, *& lætitia occidere vitulos, & jugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum*. Tales filii Heli *l*.

h Num. 11. 6
i verſ. 7.
K cap. 22. 13
l 1. Reg. 2. 12.

Senſus myſticus eſt quem tradit Auguſtinus & ceteri ferè Latini. *Non arguam te in ſacrificiis* carnalibus, quia *holocauſta tua* ſpiritualia *in conſpectu meo ſunt ſemper*, placentque mihi, ut incenſum ſive odor rectæ orationis ad me uſque directæ, inquit Hieronymus *m*: addens flamma charitatis cordisque contribulati excoquens vitia omnia, corporeo quoque ſi ſit opus adhibito cruciatu, ut Auguſtinus, Caſſiodorus, Ruffinus, Remigius, Beda, Haimo, uterque Bruno, Hugo, Lombardus, Thomas: obedientia, ut Arnobius & Hugo docent, mortificatio vitiorum, ut Nyſſenus *n*. Faciunt præterea vim quidam in pronomine, *tua*, quaſi illa placeant ſacrificia & holocauſta quæ ſunt noſtra juriſque ac voluntatis & arbitrii noſtri. Qui conſervat legem multiplicat oblationem: *ſacrificium ſalutare eſt, attendere mandatis & diſcedere ab omni iniquitate* o. Religioſos bene Hugo admonet qui illa ad quæ tenentur de præcepto regulæ vel prælati omittunt, & quædam faciunt ſingularia ad quæ non tenentur. Hæc inquit dicuntur ſacrificia non holocauſta, quia in faciendo illa, non ſe totos offerunt, ſed propriam voluntatem retinent, ideoque non placent aut non arguuntur, ſi talia omittant; non ſunt accepti eorum vituli, ſine jugo obedientiæ; nec hirci hypocriſis propter exterioris aſperitatem pellis: cogitandum quòd *Melior eſt obedientia quàm victima* p: cavendum ne *in die jejunii inveniatur voluntas propria* q: & ne quis *ad oculum* ſerviat, ſed *in ſimplicitate cordis* r.

m Pſ. 49. 8.
n ho. in Cant.
o Ibid. Pro religioſis admonitio ſingulariam quæ dam facientibus adque non tenentur quæ ſacrificia dicuntur non holocauſta.
p 1 Reg. 15. 22
q Iſ. 58. 3.
r Coloſſ. 3. 22

Non accipiam de domo tua vitulos.) Hieronymus, *Vitulum*: qui etiam Hebraicè eſt numeri ſingularis פַּר *par*, *juvencus*: Chaldaicè eſt חוּרָא *chora*, *tauri*, ſeu *boves* pluraliter, & pro, *de domo tua*, habetur *de manu tua*, quo pacto alicubi reperio legere Auguſtinum *ſ*. In editione Nebienſi additur, *à die deſtructionis domus divinitatis meæ, non accepi de manu tua boves*, quod videtur intelligere de prima deſtructione atque de captivitate Babylonica; multo autem magis convenit iſti ultimæ deſtructioni templi, & captivitati per Romanos, ut Heſychius notat. Senſus verò eſt, tum non acceptos Deo fore vitulos hircoſve & qualcumque victimas, niſi proveniant ex vera interna pietate: tùm futurum tempus, quo etiam ſit nefas talia offerre ſacrificia: ſicut antea ſatis dictum eſt: tùm nihil Deum opus iſtis habere. Deum Deum ſe dixerat *t* eſſe Deus ipſe, viciſſim de illo David *u*; *dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges*: quod Athanaſius exponit de ſacrificiis, de quibus Thomas locum quoque Job, ex quo illum Pſalmi ſumtum putat Hieronymus: *porro* x *ſi juſtè egeris, quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet?* Idem David eum multa templi ædificationi paraſſet, dixit Deo cuncta quæ de manu ipſius accepiſſet dediſſe illi, omnem quam paraſſet copiam de manu ipſius eſſe *y*. Rurſus *quid retribuam Domino* z, ſive quid redire faciam? *retribuetur* & Paulus *a*: *Quis prior dedit illi &*: Veterum abrogationem ſacrificiorum indicatam Auctor operis imperfecti *b* interpretatur in ejectis de templo columbis *c*, quòd ſcilicet una columba Spiritus Sancti replere debebat Eccleſiam: quia unus offerendus taurus: quia unus agnus occidendus: Chriſtum tunc iratum, quòd inobe-

f epiſt. 5.
t verſ. 7.
u Pſ. 51. 1.
x cap. 35. 7.
y 1. Paral. 29 11 14. 18.
z Pſ. 115. 3.
a Rom. 11. 25
Veterum ſacrificiorum abrogatio.
b hom. 38. in Matth.
c Mat. 21. 12

dientes videret in hostijs tollendis suo quidem tempore & negligentes in procurando sacrificio cordis contriti & humiliati *a*. Hugo benè observat vocari nunc templum, non Dei sed ipsorum Hebræorum templum quia fecerant domum negotiationis & *spelunca latronum* b. Theodoretus *c* hinc probat non egere sacrificiis Deum, vel musicis instrumentis.

a *Mat.21.12*

b *Ps.10. 19. c Luc.19 46 Mat.21. 13. Jer.7 11.*

Hugonis observatio. Non egere sacrificiis Deum vel musicis instrumentis. Theodoreti probatio ex hoc loco.

Mysticè *vitulorum* nomine sive indomitorum boum, taurorum, juvencorum, intelligit Judæos Helychius, factos Christianos, à quibus non exiguntur ampliùs victimæ tamquam superfluæ, immo perniciosæ, Didymus eosdem Judæos, sed non admissos, qui sicut *vituli & tauri pingues circumdederant* ac obsederant Christum in passione *d*. Hugo, ut jam dixi, religiosos qui sine obedientiæ vivant jugo. Aiguanus cum Gualfrido, sacerdotes avaros qui conflatorem aurei vituli Aaron *e* imitantur: Hieronymus, incontinentes & superbos.

d 7.de Grac. affect.

e *Ps.21. 13.*

Neque de gregibus tuis hircos.) *Quos* χιμάρους, textus nunc Græcus habet, Scholion dictos ait LXX. τράγους, ab Aquila, Symmacho, v. editione τραγεῖς aut potiùs B τραγετεῖς, *cornutos*. Sunt עתודים *hhatthudim* hirci majores mareique caprarum, & comprehendunt etiam aliquando arietes. Denique quod attinet ad quadrupedes, victimas lege præscriptas sub hircis istis complecti possumus minores, prætereaque oves, agnos, arietes, Apollinarius μῆλα usurpat *pecora*.

Secundùm tropologiam fœtentes peccatores accipit Hieronymus: Hugo hypocritas religiosos, austeriorem vitam habitumve præferentes: Aiguanus, luxuriæ peccatum quod cum avaritia per vitulos designata, maximè regnabat apud Judæos. Certè symbolum reproborum sunt hœdi, de quibus omitto quæ adhuc dici possent.

Vers. 10.) Quoniam meæ sunt omnes feræ sylvarum, jumenta in montibus & boves.

Vers. 11.) Cognovi omnia volatilia Cœli, & pulchritudo agri mecum est.

Vers. 12.) Si esuriero non dicam tibi, meus est enim orbis terræ, & plenitudo ejus.

Vers. 13.) Numquid manducabo carnes taurorum? aut sanguinem hircorum potabo?

PRobat Deus non esse opus sibi sacrificiis vitulorum, hircorum, aliorumve quorumlibet animalium, aut oblationibus rerum inanimatarum; quoniam in ditione ipsius cuncta sint animalia tum sylvestria, tum domestica, feræ quæ degunt in sylvis, pecudes, quæ errant in montibus, bovesque præterea quia novit exactè ubi volitant ac nidulentur aves, potestque quasi nominatim advocare ad se ut illico adsint; item quidquid fert adeo mira pulchràque varietate tellus in speciosi ac ornati floribus agri similitudinem sub ejusdem dominio est, ita ut si esurire ac sitire possit, non debeat ab ullo emendicare cibum potumque, totius Dominus orbis, & quæ ipso continentur: nimis autem stolidum esse affirmat qui inducat in animum credere se qui omnipotens & incorporeus sit, alimonia corporali vel egere vel recreari posse.

Quoniam meæ sunt omnes feræ sylvarum.) Hieronymus *omnia animalia*. In היתו *chattho* redundat (ו) vau, & est numeri singularis: esset verò pluralis היות (chaiioth) est item יער (iahhar) in singulari sicut δρυμὸς, quod nomen est in emendatis, quemadmodum ὕλης apud Apollinarium) vel ἀγρῶ, Augustinus, *bestia sylvæ*, legit generale nomen תיה *chatiah*, *omni animali & viventi*, accipitur quandoque pro *fera*, ut pro illa pessima à qua credebat Jacob filium Joseph devoratum *f*.

f *Exod.32.4*

De feris illis videtur hic intelligendum quæ ad humanam escam idoneæ sunt, vel argumento ex comparatione majorum & minorum, si feræ agrestes, sævæ bestiæ, non effugiunt Dei dominium, multo minus cicures magisque domesticæ. De piscibus nulla nunc mentio quæ fit Psalm. VIII. *g* quum amplissimum à Deo communicatum homini dominium quia non adhibe-

g *Gen.37.29*

A bantur ad sacrificium. Sed ordinariè de avibus, columbæ turturesque: de quadrupedibus, oves, boves, capræ utriusque sexus ob mysticas causas, quas *h* Philo reddat & alii. Videbant fere veteres venatu, & arcu quærebant victum sagittandive arte. Exemplo potest esse Isaac dimittens Esau ea de causa venatum *i*, nec non Nemrod *venator fortis k*. Sic fit ut antiquior venandi sit ars quam ut referri ad deos debeat à Xenophonte in Cynegetico. Distinguit Plato varia venandi genera *l*, & quod optimum judicet, tradit *m*, nempe quadrupedum, quæ fiat equis & canibus, & propriorum exercitatione corporum, capiendo feras cursibus, vulneribus, jactibus, manibus; sic enim fortitudini studeri. Quin & βίον dictum putant vitam ipsam vel ἀπὸ τοῦ βιᾶν, *ab arcu*, vel ἀπὸ τῆς βλάβης *à violantia*, nempe contraria primis illis qui terræ fructibus contenti, carnes non gustabant *n*. Superbiam humanam domuit Deus post primordiale peccatum privando majorum ac ferociorum dominio animalium, nec non minimorum & utilissimorum, ut annotavit Hugo S. Victoris *o*. Meritò suas Deus peculiariter feras dixit, quæ non nisi vel beneficio justitiæ originalis perfectè, vel peculiari nonnumquam gratis, quibusdam dato dono, vel aliquo etiam modo manuefieri, & curari per artem possunt: aut jure communi capi, de quo Aristoteles *p*. Cæterum dominium divinum ferarum ac orbis totius nihil præjudicat vero etiam dominio quod penes homines est sicut nec ratio primæ causæ causalitati propriæ veræque causarum secundarum: immo non potest vel ista ratio causæ primæ vel dominii primi omninoque absoluti, per se independentis, tolli à Deo, aut ad alium transferri, aut eo se ille abdicare. Valentia res has vocare suas Deum notat, quia non sunt ita in nostra potestate, sicut liberi actus interni virtutum, quos idcirco pluris facit Deus quàm sacrificia materialia. Idem indicat Arnobius. Laudari acumen potest. Ceterum quorum habemus dominium, ea dicuntur absolute nostra, quales quoque res externæ.

h *vers.* 9.

i *de Victimis* Veterum victus quo modo plerumque comparatus & qualis,

k *Gen.27.3.*

l *Gen.10.9* Venandi ars antiqua varia genera.

m *in Thæt.*

n *7.de legib.*

o *Eustach. Illiad. a.* Superbia humana ut à Deo domita post peccatum primordiale.

p *Annot. in Gen.*

q *1.Polit.*

Per *Feras* Helychius, Didymus, Hugo, mystico sensu volunt gentes agrestes moribus denotari, divina C doctrina edomitas, quæque in sylvis antea sterilibus degebant, ad Ecclesiam traductas. De sylvarum commoditatibus & qualitatibus omitto nunc dicere.

Jumenta in montibus & boves.) Hieronymus, *pecudes in montibus millium*. Alii, *millia jumentorum in montibus:* vel pecudes quæ errant in mille montibus, *jumenta* aut *quadrupes*, aut *bestia in montibus mille*, vel, jumenta in montibus boum, Chaldaicè, *& præparavi justis in horto deliciarum animalia munda & bovem accubantem, vel bovem sylvestrem & pascentem quotidie in montibus mille*. Hebræa sic habet בחמוה בחררי אלף *behemoth beharete aleph*, Græca hoc pacto, κτήνεσιν ὄρεσιν βόες. Quod attinet ad jumenta, בהמות *behemoth*. Psalmo VIII. *r* vidimus de feris dici sive belluis; & alibi etiam leo istis annumeratur; quum dicitur *fortissimus bestiarum* *s*, ἰσχυρότερος κτηνέων. בבחמת גיבן *ghibbor habbehemah*. Ultima dictio ut nunc scribitur אלף *aleph* propter accentum sive cum propriis punctis cum duplici legol אלף *eleph* significat *mille*, demta vero particula conjungente, quæ non extat Hebraicè, D potest explicari vel de jumentis mille, quæ sint in montibus, vel de mille montibus in quibus jumenta. Utrovis modo denotatur magnus jumentorum numerus. Paraphrasis autem Chaldæa quam recitavi, indicat fabulam illam receptam ab Hebræis, quin etiam utcumque indicatam in Esdræ apocryphis libro 4. *t*, sub nomine bestiæ Menoch, *behemoth*, quod apud Job *u* immanis ac velut ex pluribus compositæ bestiæ nomen est, montes mille quotidie depasci, montes autem illos etiam quotidie germen denuo ferre ad pastum ejusdem, ut sit maximè pinguis & ad dapes aptissima, quæ reservantur in extremum tempus; ad hanc verò hic bestiam Deum respicere quum suam dicit esse. Aliis videtur, *aleph*, nomen loci proprium esse, in quo dicerentur mille montes esse, hoc est, multi. Meminit Felix & Brodembachius. Si eadem præsentis textus Hebræa vox ultima scribatur אלוף *alluph*, inquit Ricardus Cenomanus, *bovem* significabit, itaque lectum putat à LXX. Etiam nulla facta mutatione *bovem* significat אלף *eleph*, quod collectivè pro *multis* accipitur quum in eadem significatione ponatur pluraliter in

r *vers.* 8.

s *Pro.30.30.*

t *c.6.49. 51.*

u *c.40. 15.*

Psal-

Psalmo VIII. *a* אבפים *alaphim*, nec refert quòd addita sit conjunctio *&* καὶ, sæpius enim alibi supletur.

a vers. 8. b 1. *Cor* 9. 9.

Mysticè *jumenta bovesque in montibus*, Didymus ait esse illos qui legis umbram supergressi in Evangelicis altissimis doctrinis versantur; ac de talibus unum de *b* illis bovem Paulum scribere, *numquid de bobus cura est Deo?* Hugo nominat Apostolos, & Prophetas, Thomas idem fere dicit de hoc & priore membro.

Cognovi omnia volatilia Cœli,) Hieron. *scio omnes aves montium*. Hebr. הרים *harim* sunt *montes*: Paraphrastes exposuit aerem cœlorum, Apollinarius, αἰθερα. Sed nulli non bene perspectum volucres cœli nominari *c*, quæ per aerem sub cœlo volant, & pro aere cœlum dici. Non assentior Ricardo Cenomano, accepisse LXX. in הרים *harim* primam litteram ut servilem, & רים *rim* tamquam à רם *ram*, *altus*, quasi dicerent volatilia excelsi, quod est cœlum. Legissent potiùs ipsummet רם *ram* רום *rom*, non enim רים *rim* extat in hac notatione. Basilius *d*, docens cœlum de aere dici, ac ita aves cœli, quòd volent per aera, caussam dat quia densus est aer, & ob continentem, coherentiam cum cœlo habet & sub aspectum cadit, perinde ac si cœlum ipsum videri censeatur, quod vocatur ὁρατὸς ab ὁρᾶσθαι idest, *videri*. Multa, & vaga sunt volatilia cœli, propterea q; difficiliùs cognosci, capi, in nostra esse potestate possunt. Datum nominatim homini dominium in principio, in pisces & aves *e*: dominii pleni argumentum fuit ea sic & alia cognoscere animalia, ut adductis ad se Adam nomina propria imponere *f*. Itaq; *cognosci à Deo* est habere in numerato, & in potestate, ut quando, quotiescumq; ubicumq; quantumcumq: libuerit, uti valeat, unde etiam colligitur esse in Deo notitiam, & providentiam de singulis rerum omnium individuis: sicut, & Christus de passeribus, idest, de avibus quibusvis loquens, dixit, non esse in oblivione apud illum, & pasci, ab ipso *g*. Propter columbas, & turtures quæ de avibus sacrificabantur, mentio hìc fit avium.

c Ps. 8. 9. *Dan.* 2. 38. *Gen.* 1. 30

d Ho. 2. Hex.

e Gen. 1. 28.

f ibid. c. 2. 19

g Mat. 6. 26

Mysticè autem designant animas in altum cogitationibus & rectis actionibus evecta, ut ait Didymus: eos qui Virginitatem, & continentiam colunt, ac superne circa cœlum tamquam Angeli intenti volant, ut Hesychius: Angelos ipsos, ut Hugo ac Thomas, nec non Anastasius Sinaita *h*. Similis Allegoria seu tropologia traditur à Beda, Cassiodoro, Brunone Herbipolensi; licet Haimo sibi non placere significet. Quibus modis cognoscatur avis attingit Hugo, ex volatu, penna, voce cantuve, rostro, pedibus, cibatione, prædatione: transferri autem ad mores possunt.

h l. 7. *anag. contempl. in hexa.*

Et pulchritudo agri mecum est.) Chrysologus, non solùm Augustinus, Cassiodorus, alia psalteria Latina, *species agri*.) Hieron. *& universitas mecum est*. Alii, *& fera agri mecum est*, vel feræ campi, omne animal sylvestre: aviculæ agri: quidquid animantium usquam, in ullis campis vivit, in mea est potestate, in animo & mente, non me latet, non valet me effugere. Cajetanus *mobile agrorum mecum est*. Chaldaicè, *& gallus sylvestris cantat coram me*; pluribus autem verbis in textu Nebiensi, *& gallus sylvester, cujus pedes quiescunt in terra, & cujus caput attingit cœlum, cantat coram me*. Putant obeso cerebro, Hebraicè cordeque inctassato ad illius celebris convivii dapes hunc signari gallum tam varii saporis, ut vox זיז *ziz* quæ hic habetur, sit quasi dicas מזה ומזה *mizzeh umizzeh*, ex hoc, & hoc nimirum sapore compositus; quod alii exponunt de motu vel reptatione ex uno in alium locum. Porro dictum nomen זיז *ziz*, cum שדי *sadai*, quomodo legitur hoc loco in Psalmo LXXIX. *i*, noster quidem interpres reddit *singularem ferum*: Hieronymus autem omnes bestias agri; ac est Græcè μονὼς ἄγριος, quasi dicas *fera quæ sola & singularis* vagatur, & est idem cum apro seu porco sylvestri, licèt codex Vaticanus habeat ὄνος ἄγριος, *asinus sylvestris*, & Cyrillus apud Hesychium putet μονὼν significare ὄνον *asinum*, nempè ἄγριον *sylvestris* ברב חרנגול *tharnegol barai*. Quis sit gallus sylvestris is ne quem vocant *Phasianum*, aut phasi-

v. 14.

Adem, an quem urogallum, an quem upupam, & Italli Gallum paradisi, an quem porphyriorem, herodionem, charadrium, picum, milvum, palumbem sylvestrem, otim, tetraonem, ardeam, accipitrem, &c. nec scio nec scire referre existimo: & si quis curat, Ulyssis Aldovrandi Ornithologiam legat *k*. Aptum cibatui humano animal Hebræi gulæ dediti volunt esse, ut dixi. Non mihi sanè diiplicet, ut per pulchritudinem agri sive speciem, ut legunt alia psalteria, Cassiodorus, Augustinus, Ambrosius *l*, intelligamus juxta Hebræam vocem זיז *ziz* cum Hieronymo in Psalmo LXXIX. quem citavi, omnes bestias quæoberrando per agros camposq; & gramina, pascua, fructus arborum, aliaq; carpendo, & diripiendo edulia, illos mirificè ornat, & speciosos pulchrosq: reddunt. Id sibi quoq; potest velle quam hic vocat Hieronymus universitatem agri. At tamen simplicior, communior, verior expositio est, ut *pulchritudo speciesve agri* seu campi, sumatur pro frugibus ad victum conβ ducentibus, ex quibus etiam fiebant oblationes Deo, quas verisimile omnino hìc innui cum sacrificiis, & holocaustis de quibus præcessit mentio: sicut & jam proximè dictum fuerat de animalibus comestibilibus. Significare hoc item potest *universitas agri* quam Hieronymus posuit, & quæ recitat Aquila, παντοδαπὰ χώρας, & ex Symmacho πλῆθος. Apollinarius ita etiam interpretatur.

k tom. 2. *variis locis*.

l 3. *Hex. c.* 8.

ἀλλὰ καὶ παντοφόρα με περιστέφει ὄλβος ἀρούρης.
Sed & florigera me circum coronat copia (seu felicitas terræ.

Non ideo tamen Agellio suspicandum lectum זיז *ziz* à LXX. quod nomen significet *splendorem*, unde Aprilis alias איר *iiar*, vocatur etiam זיו *ziu*, quòd in eo arborum conspiciatur splendor, nam זיז *ziz*, quoque, præsertim cum addito idem valere Cpotest, ut Bredembachius, Ricardus Cenomanus, Titelmanus sentit: & confirmatur ex Isaiæ *m* verbis, ut *mulgentis, & deliciis affluatis ab omnimoda gloria ejus* מזיז כבודה *miziz cheuodah*, ubi Hieronymus testis est pro *introitu gloriæ*, ut LXX. verterunt εἰσοδον δόξης, vertisse Symmachum *pinguedinem*; Theodotionem, *multitudinem*. Scio זן *zan* vel perpatach זן *zan* complecti varia eduliorum vel aromatum, & unguentorum genera; & species omnes hominem alentes. Quadrat propositio hæc vox (quod sibi placere Genebrardus indicat) quæ etiam extat Psalmo CXLIII. *n promptuaria eorum plena eructantia ex hoc in illud* מזון *mizzan*, quod explicat R. Kimhi, ex una specie in aliam propter maximam abundantiam frugum cujuslibet speciei. Verùm, sicut dixi, nihil oportet mutare quum זיז *ziz* rectè sit reditum, Græcè, & Latinè. Igitur *pulchritudinem speciemque agri* secum esse dicit Deus, argumento pariter utens ex majorum minorumque comparatione, sicut antea notavimus de animalibus, Dnon solùm sibi non deesse quæ solerent offerri ex agri frugibus, sed quid quid in agro pulchri sit, jucundi, delectabilis; secundum qualcumque species & formas florum, arborum, herbarum, frugum, præsto esse ad nutum, & usum. Ambrosius *o*, dicens deesse facultatem sibi ad agri speciem describendam, scripturæ adhibet testimonium in *p* Genesi hoc loco & Matthæi *q*. *Ecce odor filii mei*, dicebat Isaac, ut sensit vestimentorum filii sui fragrantiam, *sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus*. Expendens autem locum nostrum scribit Ambrosius, unde dignè Dominus ait, *Et species agri mecum est*. Cum ipso est enim quam ipse formavit. Quis enim alius artifex possit tantam rerum singularum exprimere venustatem: exemplum subjicit de liliis Cyrillus Alexandrinus *r* Juliano satisfaciens contendenti meliora sacrificia cruenta esse quàm incruenta, propterea que Cain rejecta, quia de frugibus erant; non hac de caussa rejecta sed quia malè dividebat: utraque verò licita fuisse, hoc ex psalmo probans, explicat ἀπαρχὰς ἀγρῶν, de fructibus maturis. Id Euthy-

m c. 66. 11.

n v. 13.

o 3. *Hex c.* 8.
p c. 27. 27
q c. 6. 28.

r 10. *contra Julianum*.

thymius etiam Nicephorusque annotant ; & confirmare possemus quòd initio credatur Deus plantas creasse cum fructibus suis ; & modo quum voluerit extra tempestatem, perfectos condere, ut fecit non rarò. Istos esurire fructus Christum, hisque pasci, sensu mystico, docent Eusebius ac Didymus, confirmantes petitione aquæ à Samaritana *a*, & quòd in judicio dicet, qui esurienti sitientiq; cibum ac potum dedit, sibimet ipsi dedisse censeri, & quòd per parabolam meminerit de terra ferente fructum trigesimum, centesimum.

a *Joan.* 4. 7. *Mat.* 25. 33. c. 13. 23.

Cum Deo est pulchritudo agri, & rerum omnium aliarum perfectio, saltem, ut scholæ loquuntur, secundùm eminentiam, absque ulla perfectione : præterea, ut Augustinus, & alii Latini docent, quatenus res cunctas ab æterno cognoscit, & sic etiam ab æterno cum ipso erant omnia futura, & cum eodem sunt omnia præterita ; item quia Deus ubique est *cœlum terramque implens* b. In Deo quod factum est *vita erat* c, scilicet perfectius quàm in se, sicut imago in mente artificis, quodam modo vivit, & quidem eadem ipsa vita artificis, ut ait Augustinus d, *Qui plantat aurem*, audire etiam debet, *qui fingit oculum*, considerare *e* : in ipso omnis via *vitæ*, *& virtutis* f : qui *ceteris generationem tribuit*, sterilis non est *g* : promisit Mosi ostensurum se ei *omne bonum* h : *ex ipso*, *& in ipso sunt omnia* i. Lege Thomam K. Cum sponso dixisset sponsa, *lectulus noster floridus* l, ideſt, pulcher, aut floridè depictus, colorum floribus variegatus, versicolor, aut veris etiam virens vernans, florens floribus elegantibus ad aspectum, fragrantibus ad odoratum cujusmodi quoq; cubile asperſum myrrha, aloe, cinnamomo *m* ; & Platone *n* teste ubicumque floridus ac odorifer locus est, ibi gratissimè amor requiescit, ad istum inquam invitatus modum sponsus respondit, sive synagogæ glorianti florere se multitudine, opibus, dignitate, religione ; sive Ecclesiæ quæ multo justius gloriatur, sed in Domino : sive Virgini Christianæ, sive cuivis ei adhærenti per charitatem, sive peculiariter animæ viri religiosi *o* ; *Ego flos campi*, *& lilium convallium*, quæ sponte proveniunt, absque cultura, nec septis hortensibus clauduntur. Quasi dicat, nil opus mihi lectulo florido floribusve, ò sponsa, ipse sum flos, ac pulchritudo agri ; habeo solus insitam, & innatam pulchritudinem, ideſt virtutem, & gratiæ plenitudinem sinceram, germanam, & puram instar agri pleni, seu floris, qui sua sponte in campo seu agro nascitur, & crescit, sum solus auctor cur tu sis pulchra, splendida, florida, beata, fælix, curque habeas lectum floridum. Hoc modo, & isto fere sermone Bernardus *p* dictum ex Cantico declarat locum. Præterea quum sponsa invitaret sponsum in hortum, dicebat ut veniret in hortum suum, & comederet fructum pomorum suorum : sponsus vicissim respondit se venisse in hortum suum, messuisse myrrham suam, cum aromatibus suis : comedisse favum cum melle suo, bibisse vinum suum cum lacte suo, scilicet declarat penes se perfectum illud absolutumque dominium esse, de quo priùs dixi : ita ut quod ait etiam Philo *q*, videamur usum fructuum dumtaxat habere. Id Chrysostomus *r* præterea tradit ; item Horatius *f* negat proprium quid propriè à quoquam possideri. Christus ipse omne hujusmodi bonorum externorum genus alienum vocat, in quo fideles nos oporteat esse *t* ; & rationem reddentes villicationis *u*, nam dominus universorum Deus nominatur *x*, sua dicit esse *omnia* y, suam universam terram *z*.

b *Jer.* 33. 24. *Ps.* 138. 8.
c *Joan.* 1. 4.
d *Ser.* 1. *in Jo.*
e *Ps.* 93. 9.
f *Eccl.* 24. 25
g *Is.* 66. 9.
h *Exo.* 33. 19
i *Rom.* 11. 36
k 1. *p.* q. 4. & 1. *contr. Gen.* c. 28.
l *Cant.* 1. 16
m *Pr.* 7. 17.
n *in Sympo.*
o *Cant.* 2. 1.
p *Serm.* 48. *in Cant.*
q *l. de cher.*
r *Hom.* 2. *ad popu.*
f *l.* 2. *Epist. Ep.* 2.
t *Luc.* 16. 12
u *ibid.* 2.
x *Est.* 13. 11.
y *Exo.* 13. 2. z 6. 19. 5.

Si esuriero non dicam tibi, meus est enim orbis terra, & plenitudo ejus.) Hæc dicit Deus, ut Chrysostomus κωμῳδῶν αὐτὸς, καὶ διασύρων, ὡσε πλεονεκτέραν γενέσθαι τὴν κατηγορίαν, *irridens, & reprehendens eos, ut sit magis pungens, mordens, percellens accusatio*, videlicet, nec esurit, nec si esuriet deessent ipsi hostiæ holocaustaque innumera, quum quod *a* Psalmo alio verbis similibus dictum est, ejus sit terra, & plenitudo ejus, orbis terrarum, & universi qui habitant *in eo*, non homines tantùm, sed quotquot vita fruuntur. Paraphrastes *esuriem* accipit non propriè, sed de tempore jugis sacrificii quod in captivitate positi non poterant celebrare. Si venerit inquit tempus oblationis perpetuæ : sive sacrificii continui, non dicam tibi, &c.

z Ps. 23. 1 Christi sitis paupertas, fames : è labore manuũ victus nonnullis cteditus.

Unde tacitè infert, si exigat, non sua id caussa facere ; quasi egeat, sed nostra, ut sic ad amorem suum alliciat, & à deorum falsorum cultu retrahat. Vim autem habet illud, *non dicam*, idne significabo quidem vel innuam, tantum abest ut sim petiturus, rogaturus, aut quodammodo exacturus, aut rapturus. Credibile est Christum qui revera Deus Deorum quum esset esurire dignatus est, sitire, pauper esse, mendicato vixisse interdum, & quum sub parentum cura esset, labore manum opificiove, non utendo potestate dominioque quod in orbem habebat, & creaturas, quòd fecit nihilominus quum opportunum judicavit, in vinum aquam permutando *b*, & panes multiplicando *c*. Angelos ministrantes esurienti sibi admittendo *d*, sicut opera uA nius per Habacuc prandium Danieli deferri præceperat *e* : non Angelis tunc dixit Christus, sed ipsi potius illi quid vellet, quid juberet. Citat Tertullianus *f* locum scripturæ ab hoc diversum, in quo sit, *Deus æternus non esuriet, nec sitiet*. Sed nusquam locus ille reperiri potuit.

b *Joan.* 2. 9.
c *Mat.* 14. 19 20. 22.
d *c.* 4. 11.
e *Dan.* 14. 33
f 2. *cont. Marc.* c. 22. Locus scripturæ à Tertulliano citatus nec repertus.

De mystica esurie ac siti nil opus dicere, quam declaravit requirens in ficu fructus *g*, quam à Samaritana *h*, dicensque in cruce, se sitire *i*, & discipulis cibum suum esse facere *voluntatem Patris* K. *Non dicere*, Hieronymus, quam sentit Deus esuriem, & tacere, interpretatur, quia peccatores expectat ad pœnitentiam. Posset addi quod innuit Cassiodorus, in pauperibus, & mendicis Deum esurire ac sitire sive Christum, & posse iis quidem aliunde subvenire ; tamen uti opera nostra ut nos bonorum acceptorum dispensatores faciat, & hoc ipso nomine præmia majora reddat tamquam bonis curatoribus. Plutarchus *l* jubet nos ita loqui ut deorum res habentes, dicamus eas curare : & EpicC tetus *m* ne in quavis jactura nos asseramus perdidisse, sed reddidisse, nimirum Deo, qui solus est αὐτάρκης, *sibi sufficiens*, Hebraicè, שד *schaddai*, ut Psalmo xv. vidimus *n*, & R. Moses *o* docet. Atqui nihilominus vera hominibus dominii ratio inest post peccatum, ut ante etiam monui, & ostenditur à B. Thoma *p*.

g *Mat.* 21. 19
h *Jo.* 4. 7
i *c.* 19. 28.
K *c.* 4. 34. Dei peccatorum ad pœnitentia expectatio. In pauperibus & mendicis Deus esurire dici potest. Plutarchi præceptum. Epicteti.
l *consil. ad Apoll.*
m *Ench. c.* 8
n *vers.* 2.
o 1. *duct. du. c.* 62.
p 2. 2. *q.* 66 *a.* 2.

Numquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo ?) interrogando negat, & nimis absurdum demonstrat, quod antea lingendo posuerat, & concedere visus erat. Quamquam CyD prianus *q* absque nota interrogationis legat, *non edam carnes taurorum, aut sanguinem hircorum bibam*, & Tertullianus *r*, *non bibam sanguinem taurorum*, nisi dicas, *non*, accepisse pro *nonne* : quo pacto sumi potest, μή, & ita illud vertit interpres Nysseni, *er*, *non*. At Hebraicè nota est interrogationibus האוכל *haochal* : apud Nyssenum verò, & Tertulianum caussalis particula, *enim*, innuit potiùs negationem simplicem, quàm interrogationem. Adipis, & sanguinis in esu usum populo interdixerat Deus *s*, nec taurinis carnibus vescuntur libenter delicatiores. Dii falsi seu dæmones, quamvis immateriales, nidoribus carnium, & sanguis effusione delectari præ se ferebant : cujus erroris occasio peti potuit ex eo, quòd, & verus *Deus odoratus* dicatur *odorem suavitatis*, quando Noe sacrificium post diluvium acceptavit *t*, & quod in præceptis victimarum nonnullæ traduntur esse *odor suavissimus* Domino sive *suavitatis* u, & quòd reprehenduntur qui sic offerent diis, *x*, aut qui non ritè, hoc est, cum vitæ sanctimonia, vero Deo *y*.

q *l. 1. test. nu.* 16.
r 2. *con. Mar. c.* 22.
f *Liv.* 3. 16. *c.* 7. 25.
t *Gen.* 8. 21.
u *Exo.* 29. 18 25. 41. *Lev.* 1 & 2. & 3. & 4. & 6. & 8. & 17. & 23. & 26. & 15 & 18. & 28 & 29.
x *Ez.* 20. 14
x *Ez.* 16. 19. *c.* 20. 18
y *Amo.* 5. 21 Sacrificia deorum inferiorum atriora. Dæmonum esus in assumptione corporum aut locutio qualis.
z *Virg. cum Au. & aliis in l.* 8. *de civ. c.* 13. *Euſ.* 4. *de prap. c.* 4. & *vers. Ap.*

Plenæ sive historiæ, sive fabulæ, sive alia scripta Gentilium, sacrificiis propriè delectatos, & placatos deos, & certis certos potiùs, ut dæmonas animalium sanguine, atque quo inferiores atrioribus tristioribusque hostiis : superos, fructibus, floribus, melle *z*, farina. Sutis vero constat, etiam si videantur interdum comedere in assumptis corporibus, id physicè vitaliter propriè non posse, ut nec loqui, nec

quid aliud eorum quæ requirunt utilitatem agendi. Testis de se Raphael bonus Angelus (eadem autem in hoc bonorum malorumque ratio) vi sum se manducare, & bibere quum uteretur cibo invisibili, & potu, qui ab hominibus videri non posset. Alius Angelus Manue facere sibi volenti hœdum de capris, respondit: *si me cogis, non comedam panes tuos.* a. Detexit Daniel impostoram sacerdotum Bel, qui persuadebant hunc quotidie similæ atrabas duodecim & oves quadraginta comedere, vinique amphoras sex bibere *b*.

a Jud. 13. 15.

b Dan. 14. 2. & seq. c 3. & 6. de cur. affect. Græc. Dæmonum voluptatem ex suffitibus nidoribus & similibus qui credunt Hebræorum sacrificia cur.

Theodoretus *c* propendere refert Porphyrium ut dæmones capiant voluptatem ex sacrificiis, suffitibus, nidoribus, libaminibus, & eorum corporea vis spiritualisque rebus illis reficiatur ac pinguescat. Id etiam Homeri confirmat testimonio poetarumque aliorum, apud quos testentur illi sibi hoc decus ac velut præmium reliquum esse. Ubi verò deteriores asseruit popinonibus, & coquinariis, quod putore quoque perustorum ossium delectari videantur; Hebræis docet injuncta nihilominus talia sacrificia, ne propter usum cum Ægyptiis, deos falsos eo ritu colerent, sed solum Deum verum illis ipsis animalibus quæ pro diis iidem Ægyptii colebant, sicut abstinere voluit suibus, quibus solis vesci licebat Ægyptiis. Profert autem accuratè præsentem locum totum, docens in eo æquè omnia repelli, quæ lege prius offerri jubebantur, terrestria animalia, & volatilia: & per pulchritudinem agri libamina vini intelligi, oleumque quod cum similagine ac placentis ferebatur templo; denique non sine quadam eleganti sed tamen utilitatis plenissima ironia ignorantiam eorum Deum redarguisse, suamque auctoritatem, & potentiam declaravisse. Addit locus Psalmi 39. *d*, & 68. *e*, & ex Isaiæ cap. 2. *f* & 43. *g*, & Jeremiæ cap. 6. *h* & 7. *i* De Porphyrio ita sensisse Cyrillus Alexandrinus *k* apertè testatur, nec non de Homero, poetisque aliis: & eadem propemodum hac de re, & sacrificiis Hebræorum habet quæ Theodoretus. Tribuit Porphyrio Augustinus *l* eamdem sententiam, & Eusebius *m*. Basilius *n*. scribit assidentes dæmones idolis ariisque gulæ deditos, ex sanguinibus, & nidore sacrificiorum voluptatem venari, & iis nutriri, sicut cupedia, & irritamenta gulæ canes invitant ad loca macellorum, aut in quibus sit sanguis, cruor, pus, sanies: ea de causa qui vescantur idolothytis, participes dici *mensæ dæmoniorum* o. Origenes *p* clarè satis, & affirmatè pronuntiat, dæmonas pasci sanguinibus, nidoribusque à victimis exhalantibus, ac retineri his illecebris in carceribus istis, quos vocant templa. Facilè hoc admitterent illi qui numero satis multi & auctoritate non parum graves existimaverunt Angelos corporeos esse, præsertim malos, quod citatus tenet Basilius, ut alios omittam, qui proferri solent disputatione de Angelis. Ex recentioribus Eugubinus *q* absque ulla tergiversatione docuit, dæmonas nidoribus sacrificiorum libaminibusque oblectari, putavitque eamdem esse opinionem non solum Porphyrii ac fortassis etiam Platonis, verum etiam Tatiani, Tertulliani, Athenagoræ, Lactantii, Eusebii. Credit præterea hac præsertim de causa immundos nominari, nec solum propter peccata propria, & quæ suggerunt aliis: idcirco, & in locis humidioribus habitare, nec ita in inaquosis aridisque requiem invenire *r*. Atqui Angelos omnes immateriales ac spirituales esse hic ut planè certum pono. Excusare aut interpretari Patres qui contrarium præ se ferunt, non vacat, illosque qui filios Dei congredientes cum filiabus hominum; unde gigantes extiterint *s*, volunt dæmones fuisse, quæ procul dubio falsa interpretatio est. Concedo quod Tertullianus *t* scribit, hoc errore deceptos ab illis homines ut à cogitatu veræ divinitatis accuratione ista pascua averterent præstigiis falsis *u*. Arnobius diligenter confutat existimantes alii Deos sacrificiis, quia sequeretur esse mortales: quia de rebus quæ admoventur altaribus nihil accedit, & ad numinum substantiam pervenit (occurrentur Babyloni sacerdotes quos ex Danielis *x* historia retulit, huic incommodo) quia incorporei: quia liberi affectu lætitiæ, ut & anxietate mœroris: quia nihil est quod in mactatione hostiarum gaudio queat afficere: potiùs semiferos ac feros homines nos censeri quos infælix necessitas, & malus usus edocuerit cibos ex his carpere, nec miseratione interdum illorum commoveri, ac nosmet damnare: quod humanitatis jure depositio, naturalis initii consortia rupetimus. Similia ratiocinatur Arnobii discipulus Lactantius *y*, nec immortalibus hæc grata esse posse, quia sunt fragilia; neque usui esse expertibus corporum, quia hæc ad usum corporalium data sunt: & tamen si ea desiderarent, sibi ipsis posse exhibere quum vellent.

Hominum feritas in esu carnium. Lactantii Arnobii discipuli ratiocinatio.

y l. 7. cap. 6

Adjiciam in extremo præclara cujusdam poetæ carmina, quæ recitantur à Cyrillo *z* ex Porphyrio *a*.

z 9. con. Jul. a 2. de abst. ba animal

τίς ὧδε μωρὸς, καὶ λίαν ἀνειμένος,
ξυνὶς δ' ἀνδρῶν, ὅστις ἐμπίζοι θεὸς
ἐσῶν ἀσάρκων, καὶ χολῆς πυρωμένης
ἃ καὶ κυσὶν πεινῶσιν, ἐχίβρώσιμα,
χαίρειν ἄπανευθε καὶ γέρας λαχεῖν τόδε.

Quis est adeo stultus, quis adeo credulus,
Et imperitus, ut deos ipsos putet
Fumante bili, & carne nudis ossibus,
Quæ vel laborans fame non esset (comedere) canis,
Latari, & ipsum ad accipere honoris locos?

Vel magis ad verbum,

Quis sic stultus & tam dissolutus
Persuasibilis vir (virorum) qui speret deos
Ossibus sine carne, & felle accenso,
Quæ & canibus esurientibus non sunt comestibilia,
Gaudere omnes, & honorem illum sortiri?

Longe immanior hominis victima, de qua Eusebius *b*, & nos alicubi quodam loco. Cur verò sanguinem hircorum, potui, carnes taurorum cibatui attributæ hìc sint, non est fortassis causa curiosè quærenda alia, quàm quòd non admodum apta censeantur ad eos usus, licet hircinus sanguis exilior, ad bibendum aptior videri posset. Taurinus inter venena recens *c* est, celerrimè namq; coit atq; durescit *d*, ejusq; potu Midas, & Themistocles mortem sibi consciverunt *e*. Caprarum sive hircorum non spissatur *f* sed horum etiam noxium sanguinem esse, testis Drusus tribunus plebis, qui caprinum bibit, cum pallore & invidia veneni sibi dati insimulare Q. Cęponem inimicum vellet *g*. De hircini sanguinis vi, ita ut etiam frangat adamantem, legatur Plinius *h*. Non bibit Christus talem sanguinem, sed suummet fudit, ac propinat, cujus vi nihil est quod nequeat frangi. Tertullianus *i* citans hunc locum, ita solùm legit *non bibam sanguine tuorum*. Nyssenus, sanguinem taurorum cum carnibus repetit. Proprietates hirci Hugo de hypocrita exponit moraliter, quæ sunt:

b 4. de præp. Hircinus sanguis exilis. Taurinus sanguis ad venenũ

c Plin. l. 20. cap. 9

d Plin. lib. 11 cap. 38. Aristoph. in Equit. ib.

e Rhodeg. l. 14. c. 18

f Plin. l. 11, cap. 38.

g Idem l. 28 c. 9. Hircini sanguinis vi.

h ibi & l. 20 in proœ. & l. 37. c. 4

i 2. con. Marc. 22. Hirci proprietates, de hypocrita.

Lana, cibus, visus, sanguis, caro, cornua, fœtus,
Hostia, mons, vitis, dens, pes, vox, barba, libido,
Cauda brevis, corium sotularibus utribus aptum,
Lacte caret, fœtet, emissus ruminat hircus.

Aliam

a Jud. 13. 15.

b Dan. 14. 2. & seq. c 3. & 6. de cur. affect. Græc. Dæmonum voluptatem ex suffitibus nidoribus & similibus qui credunt Hebræorum sacrificia cur.

d vers. 4. e vers. 23. f vers. 11. g vers. 24. h vers. 20 i vers. 21. k 4. cons. Jul. l 10. de civ. cap. 20. m 4. de præp. c. 1. & 5. n in c. 10. Is.

o Cor. 10 21. p 7. c. Cels.

Angeli præsertim mali corporei habiti.

q 8. de perem. philos. c. 30.

r Mat. 12. 43 Angeli immateriales & spirituales. Filios Dei cum filiabus hominũ congredientes, unde gigantes qui dæmones interpretentur.

s Gen. 6. 4

t Ap. c. 22.

u lib. 7. Sacrificiis Deos alii existimantes confutati ab Arnobio

x c. ult. 2. & seq.

Aliam Ricardus Pampolitanus tropologiam affert : numquid delectabor vitiis tyrannorum crudelium, vel mortuos in culpis suis mihi incorporabo ? Minimè ; odii enim ista. Quod hic quærit Deus, quærendo respondet Michæas. *Quid dignum offeram Domino ? curabo genu Deo excelso ? numquid offeram ei holocaustomata, vitulos anniculos ? numquid placari potest Dominus in millibus arietum, aut in multis millibus hircorum pinguium : numquid dabo primogenitum meum pro scelere meo, fructum ventris mei propeccato animæ meæ ?*

Vers. 14.) Immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua.

Vers. 15.) Et invoca me in die tribulationis : eruam te, & honorificabis me.

Quæ laus & gratiarum actio offerenda.

QUum dictis ego sacrificiis non egeam, sicque necessaria mihi forent, abundè valeam comparare ; vide ut in sacrificium offeras ipsemet potiùs laudem, & gratiarum actionem, quod is sim à quo tu cuncta, ego à te nihil acceperim, aut accipere propriè possim. Si quid pollicitus es, nuncupato voto, mihi fideliter, & quamprimum, Altissimo supremoque Numini reddas : nemini præterea ulli alieno Numini voveas, aut persolvas, quia unus ego cui accepta ferenda omnia. Si quod verò tempus inciderit afflictionis, me imprimis invoca ; quumque liberatum te senseris, quod sanè faciam, si è re tua fuerit, laude atque gratiarum actione celebrabis me apud homines. Alia sacrificia in externis victimis, & oblationibus consistentia, ipsa per se testari tatis honorem Deo vero proprium non possunt, quoniam ita fiebant, ut quibus fiebant, dii falsi, egere illis viderentur, non secus quàm homines quando similes iis re offeruntur. Ergo illa rectè sacrificia meritoque exiguntur, quibus testificemur cuncta nobis à Deo provenire, nosque muneribus ejus indigent, quod fit laudando bonorum omnium auctorem, gratiasque agendo pro perceptis vel percipiendis beneficiis, vovendo, votaque persolvendo pro calamitate aut quavis necessitate piè implorando. Hæc interna sacrificia sunt in potestate nostra, cum gratia tamen Dei, parabilia facilè absque sumptu, Deo ipsi pergrata, nobis honorifica, & utilia, similia his quæ suo modo Angeli ac beati offerunt, ita ut hac ratione censeri sacerdotes possint, & nos tùm hìc, tùm illis aliquando, propitio eodem Deo, iidem associari. Hi sunt *vituli labiorum confitentium nomini Domini* : hæ hostiæ quas in mari naufragantes immolasse dicuntur, ubi Jonas erat *a*, materiales enim certè, juxta litteram, inquit Hieronymus *b*, in mediis fluctibus non habebant : nil tamen vetat quin hostias tales aliquas tunc habuerint, & immolaverint, donec omnia quæ navem onerabant projecerint, quòd si priùs fecerant, quàm sacrificarent ; id forsan in portu executi sunt, majora polliciti, quum in patriam pervenissent, ut placet Theophilacto *c*. Adeps hìc, & pinguedo quibus anima repleta labiis exultationis laudat Deum *d*, loco scilicet materialium sacrificiorum, ut Hilarius *e* docet. Ambrosius autem *f* verbis istis aggreditur potissimùm divites, à quibus exigat Deus non quod ipsius est, sed quod de suo illi possint offerre, devotionem, fidem, laudem : Hæc itaque ratio est cur externa vetera sacrificia minùs hic probari videantur ac reputari, si nempe interna desint ista. Sed quia internus ac spiritualis homo ad novum pertinet testamentum, idcirco simul innuitur abrogatio veteris testamenti. Nec ideò tamen verum externum sacrificium negatur in novo quod celebravit in se immediatè Christus modo cruento, in Eucharistia incruento. Quia vero de sacrificio, & sacramento Eucharistiæ habuit Christus verba, *spiritus*, & *vita* sunt *g*, neque carnaliter omnino debent accipi, sed spirituali ac invisibili modo ibi Christus est, quamvis etiam realiter, substantialiter, corporaliter, & spiritualem gratiæ operatur effectum : & eo laudantur ; maximè Deus, eique gratiæ aguntur, ut propterea vocetur etiam εὐχαριστία ; *sacrificium laudis*, quo honorificari Deum in fine Psalmi dicitur, commodè potest de Eucharistia intelligi. De Christo in cruce sacrificato indicat Chrysostomus *h* illud ex Psalmo 39. *i* simul citans, *sacrificium*, & *oblationem noluisti*, *aures*, autem, vel, *corpus perfecisti*, aut, *adaptasti mihi* ; quod extendit etiam ad promptam fidelium obedientiam : Turrianus *k* autem noster hoc maximè contendit, & probat de Eucharistia. Consentit Barradus *l*, favet Zeno Veronensis *m*, posita distinctione sacrificii triplis, detestabilis Gentium ; reprobi Judæorum ; mundi, Christianorum, atque hoc esse non vituperationis Sacrificia rectè & merito quæ exiguntur.

Sed laudis. Loqui verò hìc Filium invitantem ad sacrificandum Patri. Etsi porro spirituale nominet sacrificium, & mores describat probos, tamquam sacrificia, tamen monet etiam ut unusquisque videat, quemadmodum sacrificium aut sumat aut offerat ; sicut enim indignè offerre, sacrilegium est, ita indignè manducare, mortiferum. Explicat apertè de Eucharistia ex enarratoribus Lyranus, Valentia, Ayguanus, Hetychius, Dionysius Carthusianus, Chrysostomus, qui nunc relatus est in glossa ordinaria nova. Idem præter istos, & de recentioribus Genebrardum, Agellium, Brendembachius, aliis in locis alii non obscure præ se ferunt, ut non solùm citans Zeno, sed etiam Franciscus Horantius *n*, & quod pluris refert, Augustinus, *o*, qui hoc *sacrificium laudis* immolari scribit ab Ecclesia, & umbris sacrificiorum singulare istud significatum ab Israele secundùm spiritum, non secundùm ordinem Melchisedek. Genebrardus Rabinos citat, nescio quid huc spectans, tradentes de cessatione ceterorum sacrificiorum Messiæ tempore isto excepto. Fateor priorem sensum communiorem, qui traditur quoque à Didymo *p*, sic Petrum declarante de spiritualibus hostiis, de laudando, & invocando Deo, cui adscribantur omnia, & placere studeatur vitæ sanctimonia, quę etiam apud alios redundat in laudem, & gloriam Dei. nec existimetur ille re ulla externa colendus, quasi aficiatur ea vel egeat. Satis id nos antè pro instituto confirmavimus quidem, sed Trimegistus *q* adhuc auctoritas non negligenda ; negat enim, thus & alios odores ad sacrificium adhiberi posse, absque maxima impietate : quia omnium quæcumque sunt, plenus est Deus, & omnium minimè indigens : sed actione gratiarum adorandum, hujus sacrificium solam benedictionem esse summum Dei colendi ritum, quam Lactantii *r* quoque sententiam recitat ex ore justi hominis ad Deum directam laudationem. Multa hac ipsa de re *s*. Non gaudet, ait *r* ille, heca tombus, Deus quum sit cunctarum rerum Dominus, nec ullus indigens. Malvult pias mentes & sanctitatis mediatores. Immo etiam si nihil afferant, ipsos complectitur absolutos in omni virtutum genere pro victimis opimis adducentes hymnos in servatorem suum, ac benefactorem, partim vocales, partim absque ore linguaque conceptos in animo, & sicq; penetrantes ad Deum, quantumvis non sentiantur humanis auribus. Quantum enim aurum præstat lapidibus, & adytum vestibulo, tantum acceptior est suffitus gratiarum actionis quàm mactata victima. Illud item Plauti ad rem est : hoc *in animum scelesti inducunt suum, Jovem placare seposse omnibus hostiis ; & operam, & sumptum perdunt*, atque ideo fit, quia nihil ei acceptum est à perjuris.

Sacrificium indigné offerre sacrilegium ; indignè manducare, mortiferum.

Immola Deo sacrificium laudis.) Hieronymus, *Immola Deo laudem*, quamvis Valentia tribuat aliam versionem, *sacrificia Deo confessionem*, interpretans de confessione fidei, laudis, peccatorum, ut prima justificetur homo (si adsint alia :) secunda satis fiat beneficiis Dei : tertia purificemur. De confessione quoque vocali peccatorum per Messiam instituenda, Rabinos locum istum accepisse testatur Galatinus *u*. Tertullianus *x* legit, *sacrificia sa-*

Sacrificium verum.

a Jon. 1. 10.
b Ibidem.
c Ibidem.
d Ps. 62. 6
e Ibidem, de Nabuthe c. 16.
g Jean. 6. 63
h tr. quod Christus sit Deus.
i vers. 17.
k 3. d. dog. haract. & 2. de 2. Euch. c. 10.
l Tom. 1. c. 1. 2. c. 20
m Ser. 15. vel 17. in hunc l. Ps. tom. 2. bib. patr. col. 1208.
Triplicis sacrificii distinctio.
n l. 3. loc. rum cath. c. 14.
o 1. cont. adu leg. & proph. c. 20. & l. 20 c. Faust. c. 21
p in 1. Pe. 2. 5
q in Piman. Sacrificii impietas.
r l. 6. c. 25
s l. de duob. vitt. & de vitt. offer.
u de vitt. off.

git, *ſacrificia ſacrificium laudis.* Significat תודה *thodah* *confeſſionem & laudem;* in Levitico *a* ſacrificium תודת *thodah* αἰνέ σεως, vocatur ab Aquila εὐχαριστίας, erat in gratiarum actionem; conſtabatq; panibus duobus azymis, quorum alter cedebat in uſum ſacerdotis, alter in offerentis, ſicq; laudes ſolæ gratiæq; Dei erant, quæ dum genus id ſacrificii fiebat, offerebantur illi. Hoc quoq; ſacrificium תורה *thodah*, aliis ceſſantibus non ceſſaturum R. Kimchi *b* ex Thalmudicis refert, Meſſiæ tempore, ut antè monui. Paraphraſtes hoc loco exprimit quum confeſſione nomen ſacrificii כנבסתחודתא *chenicſhath thodetha*. Frequenter nominantur in divinis litteris *c ſacrificium laudis, hoſtia laudis, immolatio in voce laudis, vituli laborum*, laudes ipſæ tamquam hoſtiæ victimæq; Philo *d* nullum Deo carius eſſe ſacrificium ſcribit poſſe πλεῖν τῆς ψυχῆς θεοφιλεῖς εὐσέβειαν, quam *animæ Deo caræ pietatem*. Plutarchus *e* hoc ait eſſe venerari deos recto & juſto ore, (ſicut à citharœdis exigitur, ut ore canant iſto) & non linguam in extis, ut ſit pura, & recta, luſtrare. Cicero *f*, ut ſemper pura, integra, incorrupta mente, & voce veneremur deos. Meminit Baſilius *g*, ex Eccleſiæ traditione, verborum invocationis, quum oſtenditur panis Euchariſtiæ, & poculum benedictionis: & liturgiæ partem conſtat majorem conſumi in laude atq; gratiarum actione. Placet quidem Deo ſacrificium ſpiritus contribulati, & confeſſionis peccatorum: hacq; gloriam illi dari Joſue dixit; invitans Achan ad confitendum *h*. Sed non ambigo de laudis ſacrificio ſermonem per ſe eſſe. Labia ſponſæ quibus colebat ſponſum, melle ac lacte manant, ſavumq; mellis diſtillant *i*; & qui laudat nomen Dei cum cantico, magnificatq; eum in laude, placet illi *ſuper vitulum novellum cornua producentem & ungulas* k, *bonus eſt Pſalmus, & Deo noſtro jucunda decoraque laudatio* l; *obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus* fieri ſuadet Paulus, quia hoc *bonum eſt & acceptum coram Salvatore noſtro Deo* m ubi de ſacrificio Euchariſtiæ loqui Chryſoſt. ait & Auguſt. *n*.

In *immolatione* Chaldæus Paraphraſtes repreſſionem concupiſcentiæ pravæ innui vult, quæ reputetur coram Deo ſicut ſacrificium confeſſionis. Hanc appellare poſſumus *hoſtiam viventem, ſanctam, placentem Deo* o, quemadmodum & quum virtutibus damus operam, ob quas laudatur Deus ab his qui earum lucem & opera vident *p*, ut Heſychius & alii monent.

Et redde altiſſimo vota tua. Auguſtinus, *preces tuas*. Has poſſunt εὐχαί etiam ſignificare, ſicut & εὔχεσθαι orare, pro locorum qualitate, ut docet Hieron. *q*, dicens hic εὐχάς reddi *vota* debuiſſe. In Pſ. 131. *r* εὔξατο *votum vovit*, non autem *oravit*. Debuit etiam Apollinarii interpres non *preces*, ſed *vota* exponere.

ὑψίσῳ δὲ πεῦ ἀποδος χάριν εὐχολάων.
Altiſſimo autem tuorum redde gratiam votorum.

Jungunt ſæpè tamen Latini *vota preceſque* ac interdum pro *precibus* accipiunt *vota*. Chryſoſt., ac Euthymius utraq; hìc intelligunt ſignificari. Arbitror accipi propriè pro iis rebus quas Deo religioſè promittimus, & ad præſtandum diſtinctè nos obligamus. Qua de obligatione dixi commentario Eccleſiaſtæ *ſ*, ubi etiam do cui quam in baptiſmo Deo dedimus fidem, tametſi patres *ſponſionem votumque* nominent, quod & in præſentis tractatione loci quidam faciunt, non habere propriam rationem voti.

Diſſerit hoc loco Chryſoſt. de voti obligatione id etiam verè dicens, etiamſi non promittatur, deberi Deo virtutem, poſſeq; quemvis vocari *ſervum inutilem*, quid quod facere debuerit, fecerit *t*. Non omnis tamen debetur Deo virtus, ſed quæ neceſſaria eſt ad legem implendam: conſilia & ſupererogationis opera non debentur, quæ qui facit, poteſt peculiari quodam modo dici *ſervus utilis*, ut qui præter ea quæ tenetur, domini rem auget. Bruno Carthuſianus interpretatur *reddi vota*, quum ſi laudes Deum aut quid aliud boni facias, non putes à te habere, ſed reputes te ex debito reddere non donare ex dono. Verum ſane hoc, ſed non ita propriè ad litteram dictum, ut nec quod ait Beda, ut ſe devoveat quis totum Deo. Nimis generalia hæc ſunt.

Hebræum nomen נדרים *nedarim*, ſola propriè dicta *vota* ſignificat: *reddere* quoq; indicat ex promiſſo debitum, ex promiſſo inquam quolibet, ſed nominatim de laudando Deo, juxta illa Prophetæ noſtri alia verba *u*. *In me ſunt Deus vota tua quæ reddam, laudationes tibi*; quo loco etiam Chaldæus expreſſit *ſacrificia confeſſionem* k *orthenet hodam*. Item *x*, *Sic Pſalmum dicam nomini tuo in ſæculum ſæculi, ut reddam vota mea de die in diem*. Jonas *y* deniq; laudibus vota copulat; *Ego autem in voce laudis immolabo tibi, quæcumque vovi reddam proſalute Domino*. Adhuc David in Pſ. 115. *z votorum* facit mentionem, & *hoſtia, laudis*, & Iſaias *a*, *colent eum*, inquit, *in hoſtiis & muneribus, vota vovebunt, & reddent*. In canone Miſſæ dicitur quòd populus circumſtans reddit vota ſua æterno Deo vivo, & vero. Chriſtus de hoc ſacrificio intelligens, interprete Auguſt. *b*, dicebat *c*, *apud te laus mea in Eccleſia magna: vota mea reddam in conſpectu timentium eum*, ideſt, ſacramenta corporis & ſanguinis mei reddam, ut Auguſt. exponit, coram timentibus eum.

Et invoca me in die tribulationis.) Addunt alia pſalteria & Auguſt. Caſſiodorus, Hieron. etiam qui auctor commentarii dicitur, pronomen, *tua*, omittitur in Romano pſalterio conjunctio &, in Complutenſibus, ac Regiis Græcis bibliis eſt σὲ, ſed in emendatis abeſt, nec non apud Juſtinum *d*, Arnobium, Cypr. *e*, qui legit *in die preſſuræ*, ut paullo recentiores omittam. In pronominæ primæ perſonæ & præcedentis orationis nomen *Dei*, & *Altiſſimi*, quum una perſona invitat ad immolandum alteri & ad reddendum *altiſſimo vota*, nunc ut ſe ipſam quis invocet, notat Theodoretus Trinitatis myſterium. Quamvis quælibet proprietas, ſed eſt perſona, ſit Deus, & altiſſimus, & bonorum largitor. Idipſum colligit hinc Nyſſenus *f* & Athan. *g*. Magnorum me iſtorum patrum movet magis auctoritas, quamvis argumenti. Caſſiodorus obſervat eximiam eloquentiam in ejuſmodi mutatione perſonarum, ut nunc Deus immediatè de ſeipſo; nunc loquatur tamquam de tertia perſona. Chryſ. Dei amorem ſingularem in eo ait eſſe, quod provocet ad invocationem ſui, & quodammodo dari ſibi poſcat, ut det viciſſim familiariùſq; nobiſcum agat, immo nos dando recipere quia non eget noſtris. Sed præmia reddit beatitudinis, quum interim fructu conſcientiæ bonæ ac virtutis lætemur voluptate, ſpeq; futuræ dictæ felicitatis gaudeamus. Crebriùs ac efficacius invitamur in novo Teſtamento ad invocandum petendumq; etiam cum exprobatione quòd nihil petamus *h*; ſed & in Pſ. 80. *i* Deus ipſe alloquens populum teſtificatur. *In tribulatione invocaſti me & liberavi te*. In 90. *k*: autem pollicetur ſe illum qui ad eum clamaverit, exauditurum; cum ipſo eſſe *in tribulatione*, ex qua *eripiat eum*, & ille *glorificet ipſum*. Ipſe ſibi teſtis eſt, ait Gregor. *l*, præſentem citans locum, quia invocantibus miſereri deſiderat, qui monet ut invocetur. *Dies tribulationis* totum peregrinationis hujuſce ſpatium eſt, ut ait Beda, ubi non tanti fieri debent calamitates externæ fortuitive caſus, quàm acerbi hoſtes ut monet Chryſoſt. peccatum; & qui hoc ſuggerit Diabolus. Tribulatio, uſtionis ac ſectionis loco torpentibus, putreſcentibus tabe peccatorum, ſine ſenſu remanentibus, eſt ait Auguſt. *tribulationem* enim *dolorem inveniens nomen Domini invocat* m; *ad Dominum quum tribulatur clamat* n: tribulationes illæ extrinſecæ inveniuntur: illam nos quærimus & inveniemus, qua exilium abſentiamq; patriæ cœleſtis plangimus in quavis mundi hujus felicitate, ac affluentia rerum temporalium, in quolibet exercitio virtutum. *Tribulationis diem* de die mortis Arnobius, & Caſſiodorus interpretantur, in quo pollicentur Deum erepturum ſe de poteſtate Dæmonum. Hunc verſum ait Caſſiodorus ingenti promiſſione ditiſſimum quidam volunt ad ultimum vitæ noſtræ tempus aptare, quum anima de hac luce tranſiens, ſpirituum immundorum contentione turbatur; ſicut corpus Moyſi legitur obviatum *o*. Ex omnibus tribulationibus ereptum ſe gratulatur alibi David *p*: & alios *q*: quamvis abſq; dubio mortis articulus tribulationem ſummam contineat, quam & *diem malam* vocari pridem vidimus *r*, & alias *ſ* etiam oſtendimus iſti calcaneo dæmones potiſſimùm inſidiari.

Eruam te.) Hieron. *liberabo te*: Idem in Commentario, & Cyprianus *t* præpoſita particula conjungente,

a c.7. 12.

b *in Pſ.* 100.

c Pſ.166.22. *pſ.*115.17.2. *par.*29. 31. *Tob.* 8 18. *Jo.* 2 10. *l. Mach* 4.16. *Heb.*13 15.

d 3. *de vita Moſis.*

e *de Superſt.*

f 2. *de nat. Deor.*

g *de Spir. S.* c.27

Sacrificium Deo acceptum.

h *Joſ.*7.19

i *Cant.*4.10

k *Pſ.*68.31.

l *Pſ.*146 1.

m 1. *Tim.*2.1 ep. 107.

n *Rom.*12.1.

o

p *Mat* 5.16

q p 135. *cum Pſ.*131 1 *verſ.* 2.

ſ *in c.*5.34.

t *Luc.*17.10. Supererogationis opera *Reddere vota* quid ſit.

u *Pſ.*55.22.

x *Pſ.*60.ult.

y *c.*2.10.

z *verſ.*14

a *c.*19.21.

b *in pſ.* 21.

c *Pſ.*21.

d *in Tryph.*

e 1. *cont. Jud. n.* 16.

f *In frag.t.*3 *bibl.gl.* 1. *de Vanit. Dei.* Eximia eloquentiæ obſervatio.

Quũ damus Deo, recipimus, quia non neget noſtris.

h *Joe* 16.24.

i *verſ.* 8.

k *verſ.* 8.

l *l.*11. *ep. in* 2.

Tribulatio uſtionis ac ſectionis loco inſeruit.

m *Pſ.*114.4.

n *Pſ.*119.1.

o *ep. Jul v.* 9, *Pſ.*33.5. *diſ.*53.9

p *Pſ.*33.7.18.

q *Pſ.*40.2. *Pſ.* 48.6.

r 1. *c. Jud. n.* 16.

gente, *& eruam te*. Alia Psalteria, & Arnobius, Cassiodorus, Gregor. *a*, Zeno *b*, *eripiam te*: August. *eximam te*, aliàs *c* et am cum conjunctione, *& eximam te*.

Et honorificabis me.) Hieron. & August. *& glorificabis me*. Alia Psalteria & Cassiodorus, Arnobius, Gregorius *d*, Zeno *e*, *& magnificabis me*, Cyprianus *f*, *& clarificabis me*. Magnum sibi Deus hinc honorem, gloriam, magnificentiæ laudem, claritatem acquirit, sicut & homines qui εὐεργέται σωτῆρες, benefici, salvatores, aut similibus aliis titulis ornantur. Eripiendo nos glorificat Deus *g*, decet nos vicissim erepti glorificemus eum, & hac quidem ratione ab invitis etiam quodammodo quos onerat beneficiis, extorquet laudem, hac illos infrenans ne intereant *h*, quod rectè Bernard. *i* perpendit, quasi diceret Deus, fræno te inhibendo indulgentiæ meæ & meis laudibus erigam, respirabisq; in bonis meis. Idem præterea docet comprimi tribulatione superbiam: per liberationem autem ab ea, effici ut negatus antea reddatur honor Deo, amorq; dum, experitur homo omnia se posse in illo, quæ posse profit sine autem ipso nihil. Quod legitur Ps. 55. *k in ira populus confringes*, legit August. & Hilarius, *deduces:* Græcè καθέξεις, licèt hoc etiam verbum Græcum significet *confringes* ab alio themate. Exponit ante August. irascitur Deus, deducere quum sævit, salvare: quum terret, vocare: facere ut in tribulationibus positi recurrant ad eum, ne deliciis, & securitate perversa seducantur. Exemplo utitur Patris qui contemptori præceptorum suorum filio iratus, eum colaphizat, cædit, aurem vellit, manu trahit, ad scholam ducit. Tunc dilectum filium vocavit Pater quando Spiritu suo illum ducturus, acturus, expulsurus erat ad tentationem *l*, quando de excessu mortis sermo habitus est *m*, tunc protestatus est se clarificasse atq; clarificaturum quum eadem ipse de se loquebatur ad populum *n*. Gloriosum est Duci strenuos ac fortes habere milites, & argumentum, à Deo ut imbellem & ignavum contemni, quod scripsit etiam Seneca *o*, cui nihil sinat evenire adversi. Unam de præcipuis caussis Cassianus *p* docet esse, cur tribulationes Deus immittat gloriæ suæ illustrationem. Affert exemplum cæci nati, ut manifestarentur opera Dei in illo *q*. Idcirco frequenter orari solet Deus ab ærumnosis, calamitosis, egentibus, ut propter gloriam nominis sui liberare dignetur, aut quidpiam concedere. *Doctrina patris filius sapiens* r: *quia docet filium*, *laudabitur in illo* s: *gloriam & coronam gloriæ* Paulus *t* obsequentes appellat discipulos: sicut belli dux coronatur post victoriam quam labore sanguineq; milites retulerunt. Ex hoc loco, in quo toties Deus nominatur Euthymius *u* in Panoplia colligit personarum distinctionem.

a l.11.ep.in 2 *b Ser.in hunc locum.* *c 10 de civ. c. 5.* *d ibidem.* *e Supra.* *f Supra.*

g Ps 90 15

h Is. 48.9 *i ser. 11. in Cant.* Tribulatio comprimit superbiam.

k vers. 8 Quum Deus irascitur, sævit, terret deducit, salvat, vocat.

l Mar.1.12 *Luc.4.1* *m Luc.9.35* *n Jo.12.23.* Hominis à Deo contempti argumentum

o l. de Prov. *p collat.6.c.11.* *q Ibidem.* Tribulationes à Deo propter gloriæ ipsius illustrationem.

r Jo 9. 3. *s Pr 13.1.* *t Eccl.30.2.* *u Phil.4.1et.* *Ephes.2.19.* Ex Dei nomine toties repetito personarum distinctio collecta ab hoc loco ab Euthymio.

v psal 8.

Vers.16.) Peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras justitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum?

Vers.17.) Tu vero odisti disciplinam, & projecisti sermones meos retrorsum.

NE quis arbitraretur, Deum, qui sacrificia externa visus erat refutavisse, quæ in victimis & oblationibus consistunt, laudis autem sacrificium probavisse, pollicendo se exauditurum illos, qui tali sacrificio utentes recurrerent ad ipsum, peterentq; liberationem à tribulatione, contentum esse etiam vocali sola externa laude, huicq; adeò se liberalem futurum promittere monet David Deo laudis id sacrificium gratum non esse, si labiis promatur dumtaxat & ore, sed iratum inducit Deum sic expostulare. Quæ isthæc tandem, scelerate, imprudentia? ut non vereare legem præceptaq; mea crebris ac splendidis usurpare sermonibus, gloriosè quoque tractare, jactare, tibi placere & plaudere in inito à me pacto, & in amplissimis promissis meis cum justis, à quibus tam longè abes, odio habens omnem bene vivendi rationem, admonitionem, correctionem, nihil minùs curæ habens quàm ut quæ sanctè loqueris, sciat sanctè exequaris, sed vita factisq; contemnens quæ oratione tanti æstimare censeris.

Dei expostulatio contra hypocritas.

Distinguit hic & in sequentibus Hugo atq; Ayguanus quinq; peccata quæ prædicationis officium impediunt. Præsumptionem sive superbiam: elationem & jactantiam: detractionem & malitiam: infectionem & nequitiam: abnegationem divinæ justitiæ. August. cum tremore ista se protulisse sententiam fatetur; tamen quæ prædicatores mali dicant bene, ab auditoribus facienda, non quæ faciunt malè *x*, sive per occasionem, sive per veritatem annuntietur Christus gaudendum *y*: Prædicatoribus curandum, ne se securos putent ob hoc quòd tanta bona dicunt, obdormiscendo in mala vita, sed qui volunt audiri, se ipsi priùs audiant: immo Deum, quid in ipsis loquatur, ut loquatur pacem per eos in plebem suam *z*, item ut castigent corpus ac in servitutem redigant, ne fortè quum aliis prædicaverint, reprobi efficiantur *a*. Exaggerat hoc ipsum valde Paulus; quædam quasi mutuatus hinc in epist. ad Romanos *b*. Eodem spectat illud Catonianum:

Turpe est doctori, quum culpa redarguit ipsum.

A

Quinque peccata prædicationis officium impedientia.

Quæ prædicatores mali dicunt bene, ab auditoribus facienda non quæ faciunt mala. Prædicatoribus curanda.

x Mat.23.3 *y Phil 1.18* *z Ps.84.9* *a 1.Cor.9.27* *b c. 1.21. & seq.*

B

Quæstio, utrum melius, dignè confecrare aut sumere Eucharist.

& Oratorem volunt non dicendi modo peritum, sed virum quoq; bonum esse. Quærit Ayguanus, accipiens ista de immolatione Eucharistiæ in qua recitantur etiam laudes Dei, utrum melius, digne consecrare aut sumere, atq; ex his quodnam deterius. Resp. primum, melius; oppositum, deteriùs; quia consecrandi potestas dignitasq; major, & majore prosequi reverentia solet Ecclesia consecrationis quàm communionis actum. Placet si cetera sint paria. Thomas movet aliam quæstionem, an qui in statu peccati mortalis prædicat docetve, mortaliter peccet. Ait si publicum peccatum habeat, non debere publicè prædicare vel docere: si non sit publicum, posse cum charitate occultè fratrem suum reprehendere de peccato etiam minore quàm sit suum, reprehendendo tamen se ipsum: si de peccato suo quamvis occulto, si sine pœnitentia, Deum provocare, quia videtur alium reprehendendo, simulare: si dolet de occulto, non peccare, etiam si publicè loquatur contra peccatum, quia sic detestando aliorum peccata, detestatur etiam suum. Non agam pluribus de scholastica materia, vel conscientiæ controversia, de qua tam multi differendo de correctione aut prædicatione, hocq; loco diligenter Ayguanus Doctr. Thomæ allata vera est, absq; distinctione Sylvestri *c* & Ayguani (quamvis hic quemlibet sentiat peccare) doceat ne quis & prædicet ex officio, an ex sola charitate, nam secluso scandalo, non est censendus peccare mortaliter etiam qui ex officio alterutrum facit, quoniam actus prædicandi & docendi non habet eam sanctitatem quam ille quo sacramenta conficiuntur, aut ministrantur. Hieron. *d* grande periculum ait esse in Ecclesia loqui, ne forte interpretatione perversa de Evangelio Christi, hominis fiat Evangelium; aut quod pejus est, Diaboli. Ego quoq; ipse, inquit de se ipso, qui loquor, si Christum in me habeo, non habeo Evangelium hominis: si autem sum peccator, dicitur mihi Peccatori, *dixit Deus*, &c. præcipit etiam Nepotiano, ne confundant opera ipsius sermonem, ne quum in Eccl. prædicaverit, tacitus quilibet audiens dicat: cur ergo quæ dicis ipse non facis? delicatum esse magistrum qui pleno ventre de jejuniis disputet: latronem quoq; acculare avaritiam posse. Epiphanius *e* narrat quum Origeni propositum esset, aut ut ejus Æthiops corpore torpiter abuteretur, aut ut sacrificaret Idolis, proclamasse, sacrificare se potius velle; & quum injecto in manum ejus thure, ad aræ rogum, illibens licet, adductus fuisset; propterea q; confessores eum ac martyres rejecissent, Alexandria Hierosolymam quòd ferre sannos ibi ex probrantium nequiret, perveniisse, ubi compulsus velut tantus enarrator, & eruditus vir à sacerdotibus in Eccl. docere, tandem surgendo sit prolocutus verba quæ modò tractamus: complicatum verò tunc librum deponens cum fletu, & lacrymis confederit, omnibus simul cum ipso plorantibus. Quamquam hæc Epiphanio afficta faliaq; Baronius *f* esse nititur persuadere. Ambr. concione de basilicis tradendis, refert, aptè præsentem locum in Eccl. recitatum, quo tempore Auxentius basilicas violentus invadebat.

Sed ut ad institutum revertamur, dedecet profectò, vitiis contaminatum in vita declamare, & paratum dicere in alium, ipsum non culpa vacare. Idemmet Origenes

C

Quæstio de eo qui prædicat docetve in statu peccati mortalis.

e ver.corr.n. 15.

Actus prædicandi & docendi & sacramenta ministrandi *d in c. 1. ad Gal.*

e hæres 64 Origeni optio iniqua facta.

f Hom.2.annal.a. Christ. 254.p 420. & seq.

Hominem vitiis contaminatum dedecet in vita declamare.

nes *a* observat, os leprosi obtegendum fuisse quoniam ei qui lepra peccati laborat, clauditur sermo & os, fiducia sermonis, & docendi auctoritas excluditur: & juxta præsentis loci sententiam, qui se ipsum docere non potuit, docere alium non potest, atq; malè agendo loquendi perdidit libertatem. Labiis adhuc pollutus prædicandi detrecta vit munus Isaias postquam cadenti calculo ei mundata sunt, ultro se obtulit; *Ecce ego, mitte me* b *non est speciosa laus in ore peccatoris* c, quem Augustd fictum intelligit ac mendacem, quemq; fugiat seu fuget Spiritus S. quamvis speciosa possit esse in auribus audientium. Talem præcipuè verbis istis hæreticum designari putat Athanasius *e*: de quo hæretico, Donatistas nominans, egregiè singula quę deinceps dicuntur in psalmo exponit August. *f*, quadrantq; aptissimè in ævi nostri hæreticos. Reprehendit autem idem Pater Donatistas, quòd ab Ecclesia discessionem facerent propter malos ac turpes mores aliquorum Catholicorum. Quo errore lapsus antea fuerat Tertullianus, quatenus ad pœnitentiam recipi vetabat mœchos, & fornicarios. Tractat hoc argumentum liber illius totus de pudicitia in quo *g* abutitur istius loci sententia, nominatim quum paullo infra portionem cum adulteris ponentes arguuntur. Cypr. *h* usurpat adversus illos communicabant cum lapsi in libellaticorum errorem in Episcopis Basilide & Martiali. Loquendi auctoritas perditur ait, Gregor. *i*, quando vox opere non adjuvatur, sermones Dei post se prædicator projicit, quum hoc quod dicit, facere contemnit: nec dictis ejus alter (facil. (obedit dum ipse respuit opere quod prædicat voce, & dissimulat audire quod narrat; minimus in regno cœlorum Eccl. *k*, in superno nec minimus. Hilarius, *verbum veritatis in ore* ejus auferri *l* declarat; quando liber à crimine non est doctrinæ cœlestis prædicator, quia vult Deus eloquia sua à casti corporis casto ore tractari: propterea monere Apostolum *m* ne Timotheus negligat charisma, sive gratiam, ne per negligentiam ac desidiam indigni prædicatione verbi Dei simus. Non antea rationale, sed prius humerale sacerdos induebatur, in quo erat *doctrina & veritas* n, quia non antè sapientia, tùm opera, sed hæc priùs habenda sunt, ut Origenes *o*, docet, nec antè manifestatio quàm rationale, quoniâ non antè alios docere debemus quàm nos instructi, & rationabile simus: seminare priùs oportet ad justitiam, ut deinde illuminemus nobis lumen scientiæ *p*, quæ dicuntur omnia latis accuratè à Hieron. *q*. Rectus ordo est, ut si beatus velis esse scrutando mandata beatus cures priùs esse, immaculatè vivendo *in via* r, ut Ambros. *s* observat, antè enim vita, inquit, quàm doctrina, quærenda est præterea ut non abeas *in consilio impiorum*, &c. sicq; in lege divina mediteris *t*. Vox esse dulcis debet, sed *facies decora* u: vanumq; est ante lucem surgere *x* charitatis, ut Bernardus *y* notat: deniq; Chrys. *z* amarissimè deplorans importunos ac præposteros istos prædicatores, majus hoc ait esse damnum, quando benè quis docet verbis, & operibus doctrinam impugnat. Quoniam si non habueris opus bonum, non solùm non proderis loquendo, sed etiam plus nocebis, utiliusq; foret tacere, quia opus mihi proponit ac si impossibile foret: cogito enim mecum: si tu qui tanta loqueris, non facis; multo magis ego venia dignus sum, nihil tale dicens. Sed & docere post peccatum aliquis potest si vitia pristina digna pœnitentia deleverit, ut nos animadvertere jubet Hieron. *a*, tùm exemplo David pollicentis docturum se iniquos *vias Domini* b post conversionem; observat id etiam Urbanus Papa III. in Ps. n. 50. & alii: tùm verbis Micheæ. *Confundentur divini & qui vident visiones, & operient vultus suos omnes*: Philosophus nescio quis interfuturus nuptiis elegantissimi juvenis, exornavit se præter mortem politius, respondens id se facere ut *pulcher ad pulchrum iret* c. Hac etiam de re dixi dum exponerem Lucæ verba in historia Apostolica *d*, quod *cepit Jesus facere & docere.*

Peccatori autem dixit Deus.) Hieron. *impio* Hebr. nomen רשע *raschahh*, significat quoque impium ut aliàs docuimus. Paraphrastes explicat de impio qui non agit pœnitentiam, & orat in prævaricatione. Rectè, nam ut antea dixi, non quis peccator hoc loco reprehenditur sed habens legis notitiam, profitens cultum veri Dei, scripturas recipiens, præsertim qui doctior habetur, quales Pharisæi, scribæ, sacerdotes Judæorum, ut Euthymius ac Nicephorus docent. Quare Trevetus non placet, accipiens de incredulo & idololatra, qui soleret narrare præcepta & mirabilia Dei circa legem datam Hebræis. Nescio ubi legerit Hugo Cardin. *Cupido dixit Deus*, idest, avaro, de quo etiam locum declarat. Porro in fine versus præcedentis emendati libri Græci habent διαψαλμα.

Quare tu enarras justitias meas.) Hieron. *quid tibi est cum narrationes præceptorum meorum* August. *ut quid tu enarras justitias meas.* Apud eumdem. Parmenianus Donatista, nec non Tertullianus *e*, *ut quid exponis justificationes meas?* Cypr. *f*, *ad quid exponis justificationes meas?* De Judæis per se sermonem esse constat, docetq; Chrysost. in Isaiag, qui huc illuc inquit se conferentes magnopere gloriabantur, sibiq; placebant audito legis nomine operibus legis vacui; Paulum *h* verò de illis scribere qui gloriosè cognominabant se Judæos: requiescebant in lege: gloriabantur in Deo: noverant voluntatem ejus: probabant utiliora instructi per legem: confidebant se ipsos esse duces cæcorum, lumen eorum B qui in tenebris sunt eruditores insipientium, habentes formam scientiæ & veritatis in lege, & tamen alios docentes, se ipsos non docebant, sed oppositum ejus quod dicebant & prædicabant & abominabantur, faciebant: & in lege gloriantes, per prævaricationem legis Deum inhonorabant, atq; per eos nomen Dei blasphemabatur inter gentes. Nihilominus extendi debet ad omnes sententia, qui sint Judæis hac in parte similes, *factis negando* quem *nosse* se *profitentur Deum* i. Ambros. *k* eadem dicens quæ retuli prius ex Hilario: addit, *tolli ex ore verbum*, quum dicitur ei hæc sententia: ipsam obmutescere facundiam, si ægra sit conscientia: quum tolli etiam de corde possit *l*, hoc loco dici *quare tu enarras*, non autem (cogitas:) item, *assumis per os tuum*, non (per cor tuum) quia sermo cohibetur indigni animi non obstruitur pœnitentia: prohibetur insolentia, non excluditur correctio: cavendum ne ipsa interius corda turbentur, & offundat tenebras malitia, ut cor vanis cogitationibus obcæcatum lucem veritatis amittat, fulgoremq; verbi capere non possit. Ad hæc optimè de C perfidis doctoribus hæreticis hæc interpretatur *m*. Aptari tamen eadem ista possunt magis peculiariter ad illos qui corpus Christi tractant vel recipiunt indignè: nam *testamenti* nomen convenit Eucharistiæ Christiq; corpori, quod, ut ratiocinatur Turrianus *n*, sumitur in os ad manducandum in commemorationem justitiæ ejus, quam fecit moriendo pro nobis, ut nos non per vim, sed, sicut ait Isaias *o*, *in judicio & justitia* redimeret, & est testamentum sive pactum substantiale nostræ hæreditatis, immo ipsa hæreditas ac vita nostra. Quod postea dicitur *cum adulteris portionem tuam ponebas*, vult ad eos pertinere, qui scientes cum iis communicant qui publicè sunt in peccato, cum quibus vetat Paulus *, nominans adulteros distinctè, etiam cibum sumere, multo magis μοιδὰ particulam hostiæ. Confirmat præterea ex ultimis verbis *illic iter*, &c. Quia vocatur Eucharistia *Viaticum*. De hoc postea. Favet interim etiam hoc loco Chrysost. item vox δικαώματα *justitia* vel *justificationes*, quæ quamvis pro quibuscunq; præceptis ut Hieron. vertit, & nos aliàs ostendimus, D accipiatur, quibus justitia, idest omnis virtus exercetur tamen magis propriè denotat Hebræa חקות *Curkkin*, ritus, mores certos cerimonias religiosas. Addit Chaldæus juramentum per nomen Dei.

Et assumis testamentum meum per os tuum.) Hieron. *ut assumas pactum meum in ore tuo.* Idem in epist. ad Galatas *p*, *& assumas in labiis tuis testamentum meum.* Cassiodorus, *& assumis testamentum meum in os tuum.* Quid sit aut intelligi debeat per *testamentum* priùs docui. Ambros. *q*, Evangelium seu doctrinam Evangelicam accipit. Vim habet eximiam *assumendi* verbum & ἀναλαβάνειν, & נשא *nasa* Hebræum latissimæ notionis, valet inter alia *tollere*, attollere, portare magna libertate, auctoritate atq; impudentia interdum quidpiam pronuntiare, & etiam vaticinari, loqui cum ardore quodam animi vel juramento, exacuendo se ipsum ac linguam comminando præterea malave ominando, unde nomen משא *massa* genus prophetiæ tale quam vocant onus; item simul promissa divina recitando & laudibus extollendo. Si *justitia* in priore membro essent præcepta de rebus agendis: *testamentum* contineret hic

omnia

a Is.6.5.

Docere] alii non potest qui se docere non potest. Male agendo loquendi libertas amittitur.

b ibidem 8
c Eccl.15.9
d 2.cont.Ut. par.c.12
e Ad. Synod.
f supra c.9
Donatistarū ab Eccl. discessio reprehensa. Tertulliani error.

g Ep.67

i 10 mor.c.26 col 5

k Mat.5.19
l in Ps.118 li. vau.

m Ps.118.43

n 1.Tim.4.14
o Levit.8.7.8

p Ps.6.in leu
q Os.10.12

r Ep. ad Fabiol. de vesta sacerdot.
s Ps.118.1.2
t ibid. ser.1
u Ps.3.4
x Cant.1.14
y Ps.126.2
z Ser.6 in c.

Importuni ac præposteri prædicatores.

a in c.3 Mic.
b Ps.50.15

c Ammian.l.22 Aff.1.1

d Ep.63
e de pudic.13
f Ep.63
g in c.1

h Rom.2.17 18.19.20.21 22.23.24

i Tit.1.16
k in Ps.118 octon.6
Obmutescit facundia, si ægra sit conscientia.
l Luc.2.18

m in ps.118 octon.11

n 3 de dogma charact.

o c.1.27.

* 1 Cor.9.9

Eucharistia viaticum dicta.

p in c.1

q in Ps.118. octon.11

omnia credenda & ſperanda, ut notavit Cajetanus. Indicatur ergo peccator de divinis præceptis, promiſſis, minis, loquens veluti pro poteſtate quam arrogarit, & aſſumſerit ſibi, ſeriò, graviter, ſeverè. Poſſet quoq; præpoſitio עלי *hhale* innuere ſuperos imponi tamquam, onus, vel etiam quaſi non ex abundantia cordis loqueretur os, ſed veluti de foris adveniens, imponeretur ei ac fictè & cum hypocriſi proferrentur quæ dicebantur. Hugo in *enarrandi* verbo ſimilem vim conſtituit, ſed non adeo aptè, ut ſit extra eum qui narrat quod narrat, non in corde vel opere. Rogavit David benè conſcius peccatorum ſuorum, aperiri à Deo labia ſibi ad annuntiandum laudem ipſius *a*, quia ſciebat interdictu eam annuntiare, quamdiu quis peccator eſſet, atq; *oppilaret iniquitas os* ejus *b*, & ſi iniquitatem aſpexiſſet in corde, non exaudiendum à Deo *c*. Solus Deus tollere valet hoc interdictum: ſolus parcendo, immittere in eos canticum novum, carmen ſibi *d*: ſolus replere os laude, ut cantet gloriam ipſius, *tota die magnitudinem* ejus *e*; ſolus *adipe & pinguedine replere animam, ut labiis exultationis* laudet os *f*. Quum improbi orta tempeſtate opem implorarent deorum, ſilentium iis Bias imperavit, ne illos ipſi navigare ſentirent *g*, ſed nec interroganti quid eſſet pietas impio voluit reſpond. quia de rebus ille ad ſe nihil pertinentibus, quæreret *h*: Simile fortaſſis de Pilato perconctanti quid eſſet veritas affirmari poſſit, quum reſponſum tulerit nullum à Chriſto *i*, videl. quia veritatem oderant potiùs quàm amabat. Hoc quæ ſequuntur exprimunt apertiùs.

Tu verò odiſti diſciplinam.) מוסר *muſar*, παιδείαν Chald. *caſtigationem, ſapientiam* טבפבנתארחכימיא *machaſenutha de chachimata*. Oportet quidem etiam ipſum doctorem & Epiſcopum eſſe *docibilem* k, ſicut & *ſapientiam quæ deſurſum* eſt, *ſuadibilem* l ideſt, ut exponit Thomas *m*, à quolibet corrigi paratum, &, Anſelmus, habilem, ut facilè doceatur; quamvis propriè διδακτικὸς ſit *ad docendum propenſus*, idoneus, potens. Refert Auguſt. *n*, Arianum Epiſc. Maximinum dixiſſe non ſe talem eſſe ut emendationem non acciperet, & juxta illud Apoſtoli præceptum, non quotidie diſcere & meliora diſcendo proficere paratus eſſet. Scribit præterea *o* S. Cyprianum non ſolum doctum, ſed etiam docilem quod in Epiſcopi laude deſignavit, ſic intellexiſſe, ut diceret hoc in Epiſcopo diligendum eſſe, non ſolùm ut ſcienter doceat, ſed etiam patienter diſcat. Cyprianus *p* verò id quibuſdam tradidit locis. Verùm diſciplinam hoc loco latiùs patere arbitror, quàm videl. latè patent ſermones Dei, de quibus mentio ſtatim ſit: adverſantur enim illi quemadmodum & legis doctrina, de qua Chryſoſt. concupiſcentiis noſtris abſq; ad vivum reſecant, velut gladius, quo quum comparari ſolent *q*.

Apollinarius explicat de odio honeſtarum cogitationum.

ἀεὶ δὲ πονηρὰς μελετήματα καλὰ νοῆσαι.
Semper quidem odiſti cogitationes honeſtas cogitare.

Latini Auguſt. ſecuti ferè accipiunt de correctione per tribulationes & res adverſas, aut etiam per verba corripientium, quæ odio habent improbi, dum corripiuntur *in porta* r. Quamvis autem non ſit gaudii ſed mœroris ejuſmodi diſciplina, exercitatis per eam fructum pacatiſſimum affert *ſ*, ita ut adulteri ac reprobi ſint qui extra eam ſunt *t*, vel rejiciunt: nec bonitas ſcientiaq; comparari ſine diſciplina poteſt *u*. Sed generalior illa ſententia plurium eſt. Nolunt aliqui diſciplinam renuuntq; *x*: quidam abjiciunt *y*: alii non perſeverant in ea *z*: nonnulli negligunt *a*, vel fatigantur *b*: deterrimi ſunt qui oderunt *c*; maximè verò ſi non modo ipſi illam exercentur, ſed ejus quoq; ſtudioſos impediant & perſequantur. Amatores diſciplinæ oportet eſſe prædicatores reminiſcendo priora peccata, metuendo futurum judicium: deplorando præſentem ſtatum, ſuſpirando ad æterna bona. Paulus exemplar prædicatorum primum faciebat, appellans indignum ſe Apoſtolatu, minimum, perſecutorem, blaſphemum *d*: ſecundum, caſtigans corpus ac in ſervitutem redigens, ne forte quum aliis prædicaſſet, ipſe reprobus efficeretur *e*: tertium cognoſcens ſe hic peregrinum *f* & infelicem in corpore mortis hujus *g*: quartum, conſiderans illud tempus quo videret facie ad faciem *h*.

Et projeciſti ſermones meos retrorſum.) Hieron. i, & *projeciſti verba mea poſt te*. Alia Pſalteria & Auguſt. Caſſiodorus, Gregorius k, & *projeciſti ſermones meos poſt te* Cyprianus *l*, & *abjeciſti ſermones meos retro*: rurſum Auguſt. *m*, & *abjeciſti ſermones meos poſt te*. Significat hæc formula oblivionem & contemtum, utpote quum quod non dignatur quis aſpectu, rejicere retro ſoleat. Temporalia retro eſſe Paulus *n* dicebat, quia oblivioni ſcebatur eorum. Projicit ſermones retro, qui poſt tergum monentis *o* verba & diſciplinam ſpernit: qui non vult intelligere ut bene agat *p*. Sermones Dei poſt ſe prædicator, ait Gregorius *q*, projicit, quum hoc quod dicit facere contemnit. Auguſt. quaſi dorſo quis imponat quos dicitur poſt ſe vel retro ſermones projicere declarat projici ubi non videantur, ſed onerent. Jugum ſuper nos tollere jubemur *r*, ſed hujuſmodi eſt ut præ oculis ſit ac videatur, non totum rejiciatur in humeros: crucem etiam qui bajulat *ſ*, manibus tenens videt. Voluit Deus legem ac præcepta eſſe *quaſi ſignum in manu, & quaſi appenſum quid ob recordationem* t ligari; quaſi *ſignum in manu*, eſſeq; & moveri *inter oculos* u. Projicit Deus *poſt tergum* ſuum *peccata* noſtra *x*, ſi ea ipſi cognoſcamus, & contra nos, ideſt, coram nobis ſemper habeamus *y*. Non projicit *à facie* ſua, à quibus Spiritum S. ſuum non aufert *z*, & *non recedit retro cor* eorum *a*, è contrario illis qui ſermones illius projiciunt retrorſum, arguendo *ſtatuet contra faciem* peccata ipſorum *b*.

Verſ. 18.) Si videbas furem, currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebat.

Verſ. 19.) Os tuum abundavit malitia, & lingua tua concinnabat dolos.

Verſ. 20.) Sedens adverſus fratrem tuum loquebaris, & adverſus filium matris tuæ ponebas ſcandalum.

HActenus magis in genere deſcriptus eſt peccator, tum etiam præſertim ut in Deum peccat; deinceps quatenus offendit proximum aut alienis peccatis cooperando, aut per ſe etiam eum lędendo. Recenſentur autem præcipua peccata quibus violatur juſtitia, furto, adulterio, dolo ſeu fraude, detractione, non habita ratione naturalis neceſſitudinis, qualis inter fratres. Hinc intelligitur ut elici poteſt ex Auguſt. *c*, quales peccatores ab *enarratione juſtitiarum Dei* rejiciantur, non qui ex infirmitate labuntur, ſibiq; diſplicent; atq; hoc nomine *juſti* poſſunt dici, quòd eſſe tales velint; & priores accuſant ſeſe *d*. Illi rejiciuntur, qui placent ſibi peccando & peccantibus conſentiunt *e*, eorumq; approbant peccata, ex certo animi judicio, & voluntatis deſtinatione quum priores illi ſolo libidinis alterius ve perturbationis impetu fortaſſis peccaverint, in peccato autem confirmentur & vehementiùs ad id incitentur, quum vident eſſe qui facilè ac placidè eos ferant, blandiantur, applaudant.

Præcipua peccata quibus juſtitia violatur.

Si videbas furem currebas cum eo.) Hieron. *conſentiebas ei*. Alii ex Hebr. אם-איח גנבוחרץ עפו *im rai tha gannau vathireis hhimmo, ſi vidiſti furem, & cucurriſti cum eo*, propter (ו) *vau*, cum pathah quod vertit futurum in præteritum, vel, *& voluiſti cum eo*, nempe ſociari, aut ut manus tua & opera eſſet cum illo. Vel, *complacuiſti cum ipſo, oblectatus es eo*, quod etiam Chryſoſt. exponit pro συνήλω, *condelectaberis*, συνευδοκεῖς *complacebas tibi*. Verbum חרץ *thireth*, ut modò ſcribitur, per detractionem litteræ (ת) eſt à חרצצה *ratſah, voluit, complacuit*. Legerunt LXX. חרץ *tharuts*, à נזץ *ruts, cucurrit*, quòd etiam Hieron. ita tranſtulit in Eccleſiaſtæ *f*, & *recurrat vita aurea*. Eamdem etiam hìc lectionem ſecutus eſt Paraphraſtes. In Pſalteriis aliis Latinis & apud Caſſiodorum, *ſimul currebas cum eo*, Tertullianus *g* *ſimul currebas cum eo*, quamvis aliquando *h* ſequatur lectionem noſtram: Cyprianus *i*, con-

Quales peccatores ab enarratione juſtitiarum Dei rejiciantur, juſti qui poſſunt dici.

curre-

a Pſ. 50. 17
b Pſ. 106. 42
c Pſ. 75. 18
d Pſ. 143. 9
e Pſ. 70. 8
Biantis imperium improbis factum orta tempeſtate. Impio Biantis reſponſum negarum.
f Pſ. 62. 6
g Laert. *h* idem, *i* Jo. 18. 38
k 2. Ti. 2. 24
l Jacob. 3. 17
m ad 2. Ti. 4
n l. 1. cont. Max. c. 4
Ariani Epiſcopi Maximini dictũ, *o* 4. de bap. c. 5. l. 5. c. 26
In Epiſcopo id probandum,
p Ep. 7. 4 & c. de pingued.
q Heb. 4. 12
r Amos 5. 10
ſ Heb. 12. 11
t Ibidem 8
u Pſ. 118. 66
x Jer. 5. 3
y Pr. 15. 32
z Heb. 12. 7
a Ibidem 3
b Ibidem 3
c hic & Am 5. 15
In Paulo prædicatorum exemplar.
d 1. Cor. 15. 9
e 1. Cor. 9
f 2. Cor. 5
g Rom. 7. 24
h 1. Cor. 13. 12
i hic & in c. 1. ep. ad Gal.
k 19. Mor. c. 5. vel 6
l ep. 63 & 68
m 2. c. Creſc. c. 29
n Phil. 3. 13
o Iſ. 30. 21
p Pſ. 35. 4
q ſupra, Prædicator ſermones Dei ut projicere dicatur.
r Mat. 11. 29
ſ c. 16. 24
t Ex. 13. 16
u Deut. 6. 8
x Iſ. 38. 17
y Pſ. 56. 5
z Ibidem 13
a Pſ. 43. 19
b hic pſ. 49. 21
Præcipua peccata quibus juſtitia violatur.
c 2. c ont. Creſc. c. 29
Quales peccatores ab enarratione juſtitiarum Dei rejiciantur, juſti qui poſſunt dici.
d Pr. 18. 17
e Rom. 1. 32
f cap. 12. 6
g de ſpect. c. 15
h de pud. c. 18
i ep. 63. & 68

currebas ei, quod valet σὺν ἕρπεις αὐτῷ. Augustinus *a*, Regiis, & aliis. Cyprianus *q*, *& inter mœchos particulam tuam ponebas*, licèt utatur quoque nostra lectione *r*. Tertulliani quidem probanda sententia *s*, nobis satis non esse si ipsi nihil tale faciamus, nisi & talia facientibus non conferamur. Sed cavenda pernicios severitas *t*, ne mœchos, adulterosve, & fornicarios ad pœnitentiam recipiamus. Separat istos aliquando Ecclesia percutitque anathemate, admittit tamen etiam ac recipit quum videtur opportunum. Nec aliud efficiunt, quæ idem auctor testimonia congerit; vel certè ut talium consortia vitemus ne inficiamur. Sub *adulterio* comprehendi vult Chrysostomus hoc loco etiam fornicationem: majora verò ait esse peccata quàm furtum, quia, ut ait sapiens *u*, *non grandis est culpa quum quis furatus fuerit, furatur enim ut esurientem impleat animam, deprehensus quoque reddet septuplum, & omnem substantiam domus suæ tradet: qui autem adulter est, propter cordis inopiam perdit animam suam: turpitudinem, & ignominiam congregat sibi, & opprobrium illius non delebitur, quia zelus & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquiescet cujusquam precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima*. Monet autem idem Doctor, ut qui videt aliquem fornicantem & ad sacramenta accedentem, dicat ministro distributionis eorum, hic est indignus Sacramentis, arce profanas manus: si enim ne justitias quidem enarrare dignus est, multo majore punitione futurum dignum, si sacram meniam ausus fuerit attingere. Nota hic obiter morem communicandi sumpta in manus Eucharistia, de quo differit Joannes Stephanus Durantus *x*. Quod jubet arceri fornicantes, intelligit de notoriis & publicis; nam nec Judas prohibitus est proditor ab Eucharistiæ perceptione, Christo quidem non ignotus sed aliis. Innuit porrò se per *portionem* μερίδα: particulam hostiæ intelligere: quod existimat etiam Turianus *y* noster, ut nuper admonui. Hugo declarat de communicatione in cibo potuque, quasi collata symbola. Generalior participatio est: quemadmodum ponentis sortem cum alio *z*.

De fornicatione suffecerint quæ dixi cap. 15. Actuum Apostolorum *a*. *Qui se jungit fornicariis, nequam* b *erit*. Tot id modis contingit quot de participante cum fure diximus, proportione servata.

Id autem tritum satis, *adulterum* nominari figuratè, vel fornicarium, qui veritatis fidei violat integritate. Cyprianus *c* affirmat etiam de illo qui exponat *justificationes Domini & testamentum* non faciat verò idem quod fecit Dominus: sunt qui adulterent *Verbum Dei* d, quod per se castum est, ac ut *argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septulum* e. Ambrosius *f* appellat adulterina talium compendia, dolo magis quàm veritate quæsita, qui miscent aquam vino tamquam caupones pessimi *g*, & sinceru proferunt quidquid perfido & tamquam ebrio ore depromserint. Adulter, in carnali coitu, inquit Gregorius *b*, non prolem sed voluptatem querit, & perversus quisque ac vanæ gloriæ serviens, rectè *adulterare Verbum Dei* dicitur, quia per sacrum eloquium non Deo filios gignere, sed suam scientiam desiderat ostentare: quem enim libido gloriæ ad loquendum trahit, voluptati magis, quàm generationi operam impedit. Pars horum erit cum hypocritis *i*, & vulpibus *k*, qui scilicet Deum renuerunt habere partem ac portionem suam *l*. De pœnis Adulterorum Pierius *m*, Petrus Gregorius *n*, Pererius noster *o*, Lucianus de mercede conductis, Petrus Victorius *p*, Nicephorus Baronius *q* agens de Saxonibus.

Os tuum abundavit malitia.) Hieronymus, *os tuum demisisti in malitiam*. Alii, *in malum*, nempe sermonem, quo læderes alium. Ambrosius *r*, *os tuum abundavit nequitia*, sicut & alia duo Psalteria Romanum & Ambrosianum sive Gallicum. Chaldaicè, *os tuum dipositisti ut loquatur lingua triplici*: quamvis aliter Nebiensis; *ut loqueretur loquelam iniquam*. Illum, ut ita dicam pleonasmum linguæ in malitia; quem denotat τὸ σῶμα σὺ ἐπλεόνασε κακίαν, triplex lingua exprimit melius. *Tripliciter* descripsisse sapientiam Salomon *s* dixit, omissis aliis expositionibus de Ecclesiaste, Proverbiis, Cantico, de tribus partibus præcipuis veteris Testamenti, lege, Prophetis, hagiographis, pro eo quod est multis ac variis modis, inculcando diligenter sæpiusque. *Sol* item *tripliciter exurere* quum dicitur *t*, idem est quod valde: & *funiculus triplex*, quod ex plurimis filis sparteis. Sed de vi-

a *hic & 2. contr. Crescon. cap. 29.* b *cont. liter. Petiliæ. c. 23.* c *epist. 3.* Argumentatio contra communicantes alienis peccatis. d *Isa. 16. 11. c. 24. 4. Jerem. 4. 28.*

Furti peccatum.

c *2. ep. 4. 15.*

f *Prov. 29. 24.* Donatistarum ad schisma

g *ep. 164.*

h *ep. 3.*

i *cap. 1. 23.*

k *tract. 8. in Matth.*

Peccatum quorum majus sit.

Mysticus de furto sensus.

l *ep. 63.* in *in Ps. 118. octona 11.*

n *cap. 1. 8.* Fures in supplicium venditi.

o *Iosephus 16. antiq. c. 1.*

p *17. Synt. ag. c. 1. & seq.*

q *ep. 63.*

r *ep. 68.*

s *de spectac. cap. 11.* Tertulliani proba sententia. Ejusdem severitas cavenda.

t *de pud. c. 18.* Adulteri & furis discrimen.

u *Pr. 6. 30. 31. 32. 33. 34. 35.*

Mos communicandi sumpta in manus Eucharistia.

x *2. de ritibus Eccl. cap. 55.*

y *3. de dogm. charact. 3.*

z *Prov. 1. 14.*

a *vers. 20.*

b *Eccl. 19. 3.* Adulteri figurata expositio.

c *ep. 63.*

d *2. Cor. 2. 17. Ps. 117.*

e *in Ps. 118. oct. 21. Is. 1. 22.*

f *19. moral. c. 25. vel 28. & lib. 22. c. 12. vel 56.* Adulterare verbum Dei ut quis dicitur.

g *Matt. 25. 13.*

h *Ps. 62. 11.*

i *Ps. 118. 57.* De pœnis adulterorum scriptores.

k *lib. 13. in hic regi. libri.*

l *36. Synt. cap. 6.*

m *16. in Dan.*

n *32. var. lect. cap. 13.*

o *12. hist. c. 22.*

p *10. 7. annal. anno Christi 745*

q *in Ps. 1. 18. octon. 11.*

r *Prov. 22. 20.*

s *Eccl. 43. 4.*

t *Eccl. 4. 12.*

Furtum ejus cordis placito accipere. Respondet etiam iisdem Pacianus *h*. Etsi verò socium esse furis, ut etiam loquitur Isaias *i*, majus sit eo modo quem dixit Chrysostomus, idemque est de partem ponente cum adulteris: nihilominus loquendo absolutè majus peccatum est illius, qui furti auctor est, quàm quitantum particeps: & ita Origenes *k* hunc exponit locum simul cum illo Isaiæ. Non video autem unde colligat Agellius Paulum oppositum sensisse illis verbis, οὐ μόνον αὐτὰ ποιοῦσιν, vel ποιοῦντες, ἀλλὰ καὶ συνευδοκοῦσι πράσσουσι, *non solùm, qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus*, quòd Syriacè est, *associantur iis qui ea faciunt*. Inde concedo inferri, peccatum illorum esse majus de quibus scribit Paulus; quia de sapientibus scribit, qui quos noverant secundùm leges naturales dignos morte, propter quædam vitia ipso jure naturæ vetita, ea tamen facientibus consentiebant, aut probando, aut dissimulando, quum illos oportuisset velut doctores & magistros docere alios veritatem, atque corrigere. Quamquam juxta editionem Latinam vulgatam, *qui quum justitiam Dei cognovissent non intellexerunt*, quoniam qui talia agunt, digni sunt morte non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus: sensus est non intellexisse hos qui traditi sunt in reprobum sensum, & in judiciis etiam multis universalibus cæcatos; quòd qui crimina hujusmodi committerent vel iis consentirent, morte digni erant, immo quòd verè pro criminibus habenda essent, quæ talia erant.

Omitto mysticum sensum de furantibus divina verba & facta ex Evangelica veritate, ut fallant. Tradit eum Cyprianus *l* & Ambrosius *m* de illis qui non ad utilitatem suam sed ad fraudem. Hesychius exponit de Juda proditore, quem Joannes *n*, *furem* nominat & *latronem*, eumque instigabat Satan verè peccator, & ei erat auxilio populus Judæus, cum eodem etiam peccator. Quæ furibus debeatur pœna, capitalisne etiam, disceptatur. Vendi statuit Herodes *o*. Plura Petrus Gregorius *p*.

Et cum adulteris portionem tuam ponebas.) Hieronymus, *erat pars tua*, quo pacto etiam Hebraicè solum est absque verbo ullo ועתמנאף תהלקך *vehhim menaaphim chelkecha*. Quidam libri Græci habent numero singulari, μετὰ μοιχοῦ, *cum adultero*, qua ratione nunc extat & Græcè & Latinè in bibliis Complutensibus,

de vitio linguæ loquentis potiùs usurpatur *os bilingue* vel *homo bilinguis* a. Malatiam qua os abundans nominatur, genericè sumit Eusebius pro verbis impudenter & apertè multa cum licentia de quavis re prolatis. Didymus vult innui ex cordis peccato pleni abundantia prodeuntes sermones: vehementem quoque malitiam peccantis post boni cognitionem, & non ex ignorantia. Theodoretus & Euthymius accipiunt os, abjecta veritate, mendaciis plenum. Cajetanus & Bruno Charthus. putant esse sermonem de maledicentia, quemadmodum de nonnullis alio in Psalmo scribitur *b*, quòd *os eorum maledictione plenum est*: & in Proverbiis, *c* quòd *os stultorum ebullit stultitiam*. Trevetus accipit de invocatione falsorum Deorum blasphemiaque veri Dei: item de mendacio falsi testimonii. Chrysostomus docet significari illum, cum fure currendo atque portionem ponendo cum adulteris mentiri si dicat ex humanitate quadam sed id feciſſe: feciſſe namque ex gravi magnaque malitia. Apollinarius videtur spectare malitiam turpis & incontinentis orationis, quia proximè de portione cum adulteris meminerat.

a Prov. 8. 13. c. 18. 8. Eccl. 5 17. c. 6. 1. c. 28. 15. 1. Tim. 3. 8.

b Psal. 13. 3. c cap. 13. 8.

ζυνός μαχλοσύνης μοιχῶν ἀνδφαίνεο μύϊρη,
καὶ τεόνως βέβεθθ' κακορ' ῥ' αφίνη, ὁμαλάβρον.

Socius impudicitiæ adulterorum videbaris portione,
Et tuum quàm abundavit improbitate os incontinens.

Malim *malitiam* pro quolibet nocendi per sermonem modo sumi: nominatim verò quum non modò non reprehendit qui fures ac adulteros, quod antè dictum est; sed benè perspectam horum improbitatem, pleno, quod dicitur, ore approbat laudatque: quod Augustino placet, aliisque: & ità laudatur peccator à peccatore *in desideriis animæ suæ* d; vel bonis maledicit & detrahit. Itaque Cassiodorum & Brunonem Herbipolensem non audio per *os* interpretantes cogitationem cordis: eo quòd linguæ mentio fiat distincta, solet enim eadem sententia repeti, ubi diversa sermonis peccata indicantur. Est porro animadversione digna formula, ut *os malitiæ* dicatur *abundare* in eo qui priùs dicebatur *assumpsisse testamentum per os suum*, hoc est, ut interpretabamur, velut ab extrinseco ac perfunctoriè & fictè. Abundantia hæc indicat radicem pullulantem ex corde, vel certè ex eodem malitiam tamquam laxatam liberiùs ex vinculis, claustris, repagulis. Valet ita verbum שחלת *schalachta*: Unde שלת *schelach*, pomarium, plantatio.

d Psal. 9. 24.

Tranfert locum istum Hieronymus ad Judam, quæque habentur deinceps, quando consilium fecit cum Judæis contra Christum. Quum à Daniele *e* leæna, urius, pardus, essent nominatæ, quarta absque nomine descripta est, *terribilis, dentes habens magnos & ferreos*, multoque *comedens atque comminuens*. Hanc alii quidem Romanum designare tradunt imperium. Glossa verò, detractorem, quia non potest uno nomine malitia ejus dici, comprehenditque malitiam aliarum bestiarum.

e cap. 7. 4.

Et lingua tua concinnabat dolos. Hieronymus in præterito & in singulari, *concinnavit dolum*: quo etiam pacto habent alia Psalteria, & Cassiodorus Ambrosiusque *f*: Augustinus verò, *amplexa est dolositatem*. Cyprianus *g*, *complectebatur insidias*. In emendatis Bibliis Græcis extat περιέπλεκέ δολιότητα. Apud Theodoretum collector scholiorum in Sixtinis bibliis LXX. extare dicit plurali numero. δολιότητας. Contrarium potiùs deprehendere videor. Sed parum refert. Hebræum nomen modò est מרמח *mirmah*, in singulari. Verbum הצטיד *tsatsmid*, significat *nectere*, conjungere, colligere, conglutinare, sociare, compingere, circumplectere, circumtexere, tamquam textoris, radium utrinque jactare, vel ut fila intra se contorquere, firmiter invicem jungere ac stringere, ut adhæreſcant, quod importat Chaldæum מדבקא *middabbeka*, ab Hebræo simili themate דבק *dauak*. Ab illo autem est צטיד *tsamid, armilla* & דבק *tsemed, par*, vel *iugum* sive conjungatio. Idcirco rectè poni potuerunt δολιότητες ac *doli*, numero plurali, quia complicatio, contextio, concinnatio inter plura fit: sicque vafritiei ac fraudis multiplex ars innuitur, ut sit difficile tamquam funiculum triplicem solvere *h*.

f in psf. 11. octoni. 11.

g epist 42. vel lib. 2. ep. 10.

h Eccl. 4. 12.

Ad fraudes hæreticorum hoc Didymus applicat, & Ambrosi*i*, dicens quòd eorum lingua quum velit astruere mendacium, dolum utique nectit assertis. Artificiosus omnis detractor & adulator, oleo meritò conferendus K, lenit oleum cutem, oculos mordicat guttur, exasperat, ventrem radit, fecessus sanguinolentos efficit, ut Galenus *l* tradit; ad ipsa usque ossa penetrat, ut est quodam Psalmo *m*: sic id hominum genus, quod dixi; externis lenes ac blandi, maximè necessariis minimè pareunt, intimisque amicis, ut verbis docetur sequentibus. Hoc sibi Martialem *n* velle Roa *o* notavit noster cum scripsit:

Narratur belle de te dixisse Marulle
Qui te ferre oleum dixit in auriculam.

Sed consule de nostris quoque Raderum bonum Scholiastem Martialis. Eamdem istam concinnationem in verbis & lingua deteriore quoque sensu alibi *p* adhuc lego; quamvis Græca & Hebræa verba non sint eadem. Præterea *manus injustitias concinnare* dicuntur Psalmo LVII. *q* ubi est quidem Græcum verbum συμπλέκειν simile nostro περιπλέκειν, sed Hebræum חפבסנן *rephallesun*, significat *appendere*, quasi videri velint quod iniquè faciunt, ac per vim, cum pondere ac æquitate facere. Ibi legit Hilarius, *complectuntur*, Augustinus, *connectunt*. Hoc est, *vestem ex lana & lino contectam* gestare contra præceptum Dei *r*.

i in Psf. 118. 11. Olei & artificiosi detractoris comparatio K Psf. 54. 22. Psf. 140. 5. Prov. 5. 3. l 2. de simp. medic. facul. cap. 2. m Psf. 108. 15 n lib. 5. epig. 78. o lib. 1. sing. cap. 5. p Job. 6. 26. Prov. 12. 19.

q vers. 3.

Sedens adversus fratrem tuum loquaberis. (Augustinus, Arnobius, Cassiodorus, alia duo Psalteria, Cyprianus *s*, Ambrosius, aliusve auctor libri de vitiorum virtutumque conflictu *t*, qui dicitur etiam Isidorus, vel Augustinus, vel Leo Papa, sed est potiùs Isidorus. Hieronymus autem versionem suam nostræ omnino similem defendit, scribens Suniæ & Fretelæ *u* putantibus bonam non esse sed illam aliam. Hoc vitiosum esse inquit, nempe *adversus fratrem tuum detrahebas*, & in lingua nostra non stare, etiam stultis patet, nec ignoramus, quòd καταλαλιά (ex verbo nempe quod hic est, καταλάλεις,) dicatur detractio, quam si voluerimus ponere, non possumus dicere *adversus fratrem tuum detrahebas*, sed, *de fratre tuo detrahebas*. Quod si fecerimus, rursus contentiosus calumniator verborum inquiret, quare non dixerimus, κατὰ τῦ ἀδελφῦ συ, hoc est, *adversus fratrem tuum*. Hæc superflua sunt, & non debemus putida nos verborum interpretatione torquere, quum damnum non sit in sensibus, quia unaquæque lingua, ut antè diximus, suis proprietatibus loquitur. Hoc retuliſſe, non tum superfluum putidumve arbitratus, etsi non nihil severior visa mihi censura Hieronymi.

r Deut. 22. 11.

s ep. 42.

t cap. 8.

u ep. 135.

De re constat, esse de maledicentia sermonem: quum alienæ felicitati invidet quis, ut ait idem Hieronymus *x*, quæ quantum sit malum non est opus pluribus ad demonstrandum. Locus valde communis & aliquando à nobis tractatus. Exponenda verba, nam omitto mysterium de Juda & Judæis contra Christum, qui *filius* dici potest, *fraterque Judæ*, ut Hieronymus explicat, Didymus, Cyrillus, Hesychius, qui etiam spectant maledicta contra Christianos, litteram secundùm spiritum accipientes quum utrinsque sit eadem velut mater Spiritus sanctus.

Maledicentiæ malum.

x in c. 5. ep. ad Gal.

Sedens) תשב *theschev*, *sedebis*, vel, *stabis*, καθήμενος, propriè, *sedens*. *Sessio* & *statio* sæpius confunduntur, nec tam positionem important, quàm moram, & perseverantiam. Ergo facilis & communis satis expositio esset de detractione facta ex animi deliberatione & animo sedato, obfirmato, pacato, ex contradicendi spiritu studioque. non obiter, non propter improvisam celeremque commotionem, non quia provocaverit alius. Rufinus præterea in sessione attendere videtur detrahentis auctoritatem & doctrinam. Innui etiam potest confessus in conviviis colloquiisque, in plateis, foro, templo, &c. ut notavit Trevetus, tunc enim linguæ laxantur præsertim ad maledicendum. Indicat Lyranus concessum judicialis fori ubi accusatio intendatur. Apollinarius faciens maledicum cum fratre ipso sedentem cui maledicit apertam in illius præsentia & procacem maledicentiam insinuat,

ἀμφὶ κασιγνήτοιο καθεζὸ μῦθος κακὸν ἔβαζες.
Cum fratre (vel è regione) *sedens mala effutiebat.*

Hebraicè *sedere in fratre*, ut hic habetur potest significare

care cum fratre. Eumdem uſum habet interdum τὸ ἀμ-φὶ, at non ita τὸ κατὰ, & alio præſente obloqui de illo non eſt detrahere, quum tamen paſſim de detractione hic locus intelligatur, & ſic eum etiam exponat Anterus Papa *a*. In ſimpliciore illa *ſedendi* acceptione quam poſuimus, dicitur qui ſedens cogitare ſumptus neceſſarios ædificio aut *b* bello. Frequenter autem *ſedere*, ut monui, eſt idem quod ſtare ac fixum manere.

a c. ex merito q. 1.
b Luc.14.8. 31.

Adverſus fratrem tuum loquebaris & adverſus filium matris tuæ.) Re ipſa non differt frater & filius matris, niſi quod hic eſt frater uterinus, & ea expreſſio δείγματι includit, ut ſignificetur non frater dumtaxat lædi, ſed mater quoque graviter contriſtari. Sic alibi *c* ſimul nominatur mater & Genitrix: frater & *ſurgens ubera matris d* vocantur item *filii matris e*. Amoris fraterni vinculum arctiſſimum, præcipuè quum ex eodem fratres utero prodeunt, ut aliàs oſtendimus, idcircò acerbior ac indignior injuria qua violatur, & ſævior pœna violatoribus aſſignatur à Virgilio *f* in inferno, graviſſimèque conqueritur ſponſa pugnatum contra ſe *à filiis matris* ſuæ *g*. Exaggerat Apoſtolus injuriam fratribus factam *h*: *vos injuriam facitis & fraudatis, & hoc fratribus*. Myſtico ſenſu Auguſtinus *i* & alii *fratrem* docent eſſe firmiorem ac doctiorem, de quo ſi alius doctus & gravis detrahat, offenditur ac damnum ſentit is qui eſt imperfectior & indoctior, ut idcircò caverit Chriſtus ne quis ſcandalizaret *unum de puſillis* K: Quidam, ut Caſſiodorus, *filium matris*, ajunt eſſe filium Eccleſiæ. Cavendum ſane etiam à domeſticis *l*, & cuſtodire nos debemus à proximis *m*.

c Cant.3.4.c. 8.a.
d Cant.8.1.
e Cant.1.6. Fraterni amoris vinculum.
f Aeneid.6.
g Cant.1.6.
h 1.Cor.6.8.
i hic & 2. Parm c.9.
k Matt.18.6.
l Eccl.41.18.
m Jer.9.4.
n & 1.Pet.2. 3. in 1.Jo.2.10

Ponebas ſcandalum.) Hieronymus, *fabricabas opprobrium*. Alii *calumniam*, vel, *infamiam*, quid ſit ſcandalum, σκάνδαλον, alibi *n* docui, nec vacat modo de ſcandali peccato vel ut genericè ſumitur, vel pro peculiari contra charitatem peccato differe, eſt רופי *dophi*, *convivium*, infamia, probrum, vituperium, delatio mala. Si vera eſſet notatio R. Joſeph Kimhi à דו *du*, vel ד *do*, ideſt, *duo*, פי *pi*, hoc eſt, *os*, ſignificaretur oratio duplici prolata ore, quod eſt detractoris, ut ſcilicet aliter dum adeſt, aliter loquatur dum abeſtis, de quo detrahit. Sed Hebræis puris vocabulis peregrina compoſitio interſeri non debet, cujuſmodi eſt ex דו *du*, aut דו *do*, quod è Latinis mutuantes uſurpant Rabbini. Volunt alii voce illa Hebræa ſignificari multum & magnum malum. Detractionis profectò tale malum graveque ſcandalum. Retardavit illa promiſſæ terræ iter ſeptem dies, quando murmuravit Maria *o*. Majus ſcandalum ſumere ſcribit is qui conflictum vitiorum virtutumque compoſuit *p*, illum qui ſibi detrahentem intelligit, quàm qui ſe corripientem cernit: idcircò fruſtra objicere eum qui corripere fratrem non vult, ſe vereri, ne exaſperatus non ſolum non proficiat, ſed magis ex correptione ſcandalum ſumat.

o Num.12.5 Scandalum detrahentis elicui & corripientis aliquem.
p cap.8.

Verſ. 21.) Hæc feciſti, & tacui.
Exiſtimaſti iniquè quod ero tui ſimilis, arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam.

Impii invitatio potius ad pœnitentiam quam ad peccati licentiam.

ALloquitur adhuc impium Deus, monens graviſſimo Epiphonemate, ne diſſimulatione ac dilatione vindictæ ad liberiùs licentiuſque peccandum abutatur, quum provocari potius deberet, ac invitari pœnitentiam & reſipiſcentiam, ne quod pejus quodammodo eſt atque magis impium, arbitretur Deum peccatum ignorare, vel ejus approbatorem eſſe, quoniam id ad tempus non vindicat: ſuo enim tempore graviter quemlibet peccatorem reprehenſurum & convicturum, ſingula illius peccata certo quodam ordine ante ipſiuſmet oculos objiciendo, ut quum illa cognoverit, intelligat ſimul quam juſtè inflictas pro iis æternas pœnas tolerare compellatur.

Hæc feciſti & tacui.) Chaldaicè, *has operationes malas operatus es: ego verò expectavi, quo te converteres. Diſſimulat Deus peccata propter pœnitentiam q*: ſed qui tacuit, ſiluit, patiens fuit, *ut parturient* loquetur *r*: *quia non profertur citò contra malos ſententia, abſque ullo timore perpetrant mala ſ*: ſed qui *patiens* eſt, etiam eſt *redditor t*: nec aliud interim faciunt peccatores, niſi *theſaurizant* ſibi *iram in die iræ u*. Initio Pſalmi dixit David

q Sap.11.24.
r Iſa.42.14.
ſ Eccl.8.11.
t Eccl.5.3.
u Rom.2.5.

A quòd veniet manifeſtè Deus, & non ſilebit; præſens tempus eſt ſilentii, ut ibidem docuimus. Liceat cui volet hoc loco cauſas proferre cur ſinat homines Deus peccare, curque ſæpenumero differat pœnas, aut nullas etiam exigat in præſenti vita. Colligit his ex verbis Ambroſius *x*, aut alius, nonnumquam delinquentium errata, ut aptiori tempore corrigantur, ſilentio tegenda eſſe: abuti tamen aliquos diſcreto iſto ſilentio, ut detractores, qui dum ſemper occultè derogare malunt, nunquam in apertam correptionem proſiliunt. Contra tales valere verba quæ ſequuntur.

x de conflictum vitiorum virtutumque c. 8. Detractores ſilentio diſcreto abutentes.

Exiſtimaſti iniquè quòd ero tui ſimilis.) Hieronymus, *exiſtimaſti me futurum ſimilem tui*. In Complutenſibus & regiis bibliis, & in Pſalterio Romano atque Ambroſiano, præterea apud Caſſiodorum & Ambroſium *y*, *exiſtimaſti iniquitatem, quod*, &c. Auguſtinus, *ſuſpicatus es iniquitatem aut iniquè*: ſic LXX. ὑπέλαβες ἀνομίαν. Omiſit mentionem *iniquitatis* etiam Aquila & Symmachus. Nunc Hebræa extant hoc modo דמית היות אהיה נמוך *dimmitha heioth ehheth chamocha*, quaſi dicas, *exiſtimaſti, eſſendo ero ſicut tu*: quem ſenſum reddidit Hieronymus omiſſa *iniquitate*, quemadmodum & Aquila ὑπέλαβες, ἐσόμενος ἔσομαι ὅμοιός σοι, *ſuſpicatus es, futurus ero ſimilis tibi*, & Symmachus, ἐνόμισας ἔσεσθαί με, ὡς σὲ, *exiſtimaſti me futurum ſicut te*. Poſſet autem verſio Aquilæ ſenſum iſtum efficere, ſuſpicatus es (nempe de te ipſo ac apud te ipſum dicens) *futurus ero ſimilis tibi* Deus, ita ut peccator illa perpetrans peccata quæ dicta ſunt, ipſimet Deo diceret, ero ſimilis tibi, non ſubjiciar Deo, quis eſt Dominus? &c. favet Chaldæus, *exiſtimaſti permanſurum te internum pacificum: dixiſti in corde tuo: ero ſimilitudo Dei*, vel in textu ac verſione Nebienſi, *exiſtimaſti permanſurum te in æternum pacificum, dixiſti in corde tuo, ero fortis ſicut tu*, legerunt LXX. & cum illis Theodotio pro היות *heioth*, infinitivo ab הרה *haiath*, eſſe nomen plurale הוות *hauoth*, *iniquitates*. Juxta iſtam editionem in qua nihil refert an *iniquitatem* dicas & *iniquitates*, an, aut *inique* in vocativo, aut adverbialiter *iniquè*, ſenſus eſt *s* opinatum de Deo peccatorem, quòd ignoret peccata, ſicut ipſe multorum neſcit: vel punire nolle quia ipſi placeant, quemadmodum placent ei: vel quòd non poſſit, ut certè nequit ille, injurias omnes ſuas ulciſci: vel quod non opportunè peccata puniat arguatque: quia ratione detractor clam maledicit de illo, quem potiùs apertè corripere debuerat. Ex his dicendi modis ultimum tradit Auctor aliquoties citatus de conflictu vitiorum virtutumque. Sed alii ſunt probabiliores quos Pſalmi enarratores aſſignant. Ad primum pertinet illud ex Pſalmo XCIII. *z*, *dixerunt non videbit Dominus, nec inſelligit Deus Jacob*: ubi ſubditur graviſſima ejuſdem Dei reprehenſio; mentio autem præceſſerat de improbis vexatoribus aliorum.

y ſupra.

Placet quod Cajetanus hìc monet, noſque jam antea notaſſe meminimus, eliciendo novum adhuc ſenſum, ut peccator veritati quam docet minimè factis reſpondens, exiſtimare videatur, eoſque qui illum audiunt, in eam opinionem inducere, quæ doceat, falſa eſſe; priſcos quoque prædicatores fuiſſe tales, hoc eſt, peccatores ac ſeductores, immò & Chriſtum ipſum, quaſi & is aliud dixerit, aliud fecerit. Longè peccator Deo diſſimilis, ſalva tamen ſimilitudine naturali in anima, ut hunc & ſimiles expendens locus docte demonſtrat Bernardus *a*, quia non dicta ſimilitudo deleta, ſed alia, inquit, ſuperducta: non planè anima nativam ſe exuit formam, ſed ſuperinduitur peregrinam: illa addita non iſta perdita, quæ ſupervenit obſcurare ingenitam potuit, ſed non exterminare, &c. manet in fundamento prorſus inconcuſſa ſimplicitas, ſed minimè apparet duplicitate operta humanæ doloſitatis, ſimulationis, hypocriſis. Idem *b* rectè inducit Deum verba quæ tractamus intorquentem illos de quorum erat numero ſuperbus Phariſæus *c*, qui gratias agunt Deo quando quidpiam peccando conſequuntur, ut furem, homicidam, adulterum, quaſi Deus more ipſorum lætetur, *cum male fecerint & exultent in rebus peſſimis d*. Quum autem de illis adeoque meminiſſet qui de bonis non integrè gratias agunt Deo ſed fraudulenter intorquent ſibi: ait illud aliud tam ſtultum eſſe, tamque ſeculare, ac quodammodo etiam beſtiale, ut neceſſe non habeat ſuos monere.

a ſerm.82. in Cant.
b Ser.13. in Cant.
c Luc.18.11.
d Prov.2.14.

Arguam te.) ἐλέγξω, importat argumentum convincens cui responderi non possit. Paraphrastes hoc refert ad præsens tempus mundumque, sequentia verba ad futurum, *ego verò in furore iræ ultionem summam de te: arguam te in hoc mundo*. Interdum in hac etiam vita Deus arguit, punitque. Sed sententiam totam ad futuram pertinere nostri expositores passim putant: licèt Augustinus *a* de illo etiam tempore declaret, ac in bono quidem sensu, ut reducat ad suimet ipsius cognitionem, pœnitentiamque. Theodoretus præterea in Ezechielem *b* idem innuit. *Arguet te malitia tua*, inquit Jeremias *c*, *& superbus suis insectationibus arguetur d*, ideſt, propriis consiliis suis.

a abi3 & l. 50 hom. in 22.
b sect. 5. sive in c. 16.
c c. 2. 19.
d Eccl. 32. 33

Et statuam contra faciem tuam.) Hieronymus, *& proponam te ante oculos tuos*. Alii, *ordinabo* aut *præparabo in oculis tuis*, aut *ante oculos tuos*, nempe quidquid fecisti: vel, *disponam ante oculos tuos*, videlicet, flagitia tua, vel *rationes contra te instruam*; vel *statuam me in oculos tuos*, nimirum ut adversarium, vel, *statuam contra faciem tuam*, te ipsum, omnes creaturas, armando contra insensatos *e*. In Psalterio Vaticano seù Romano atque apud Cassiodorum, & *statuam illam contra faciem tuam*, nempe iniquitatem. Arnobius, *& statuam hac ante faciem tuam*, nempe quæ prius etiam enumerata sunt. In Ambrosiano sive Gallicano, *& statuam contra faciem tuam peccata tua*. Sic etiam habent biblia Complutensia, & Regia etiam Græcè, καὶ παραστήσω κατὰ πρόσωπόν σου τὰς ἁμαρτίας σου. Legit sic etiam Latinè auctor conflictus vitiorum virtutumque, Græcè Chrysostomus, Euthymius, Cyrillus, Theodoretus *f*, Basilius, Auctor *g* operis imperfecti, Concilium Nicænum secundum *b*. In emendatione LXX. prætermissa sunt *peccata*, quæ quum etiam non sint in textu Hebræo, potuit facilè ex glossemate additio ad textum Græcum Latinumque fieri, sicut & ex pronomine *illam*, aut, *hac*. Augustinus habet, *constituam te ante faciem tuam*, ubi & pronomen, *te*, additum est. Theodotio vertit ἐμβάσω, *struam*, *stipabo*, nempe, ut explicat Apollinarius in Commentario, consertum actionum cumulum ante oculos tuos. Atque hic unus est sensus valde receptus inter alios quos attigi recitando varias versiones. Alii, quòd se ipse Deus constituat, & vicissim, ut loquebatur Job, peccatorem contrarium sibi: quòd creaturas ut adversarias, commodi etiam sunt. *Statuendi* verbum includit præsertim ut Hebraicè dicitur שערבה *ebberchah*, certum quemdam ordinem ac dispositionem, qualis est in acie castrorum ordinata: quod est peccata cujusvis peccatoris ipsimet peccatori pe specta futura, ac illi quoque repugnatura, quasi stando pede fixo cum vario armorum genere, vel ut in foro fit, contentione dicendi causam evictura contra reum. Sic Jezabel jussit ut sedere facerent accusatores adversus Naboth *i*, & in Job *k* legimus; *si potes, responde mihi, & adversus faciem meam consiste*. Alludit porro Propheta ad priora illa, *hæc fecisti & tacui*, quasi velut occulta secretaque peccata ignorarem; item ad alia *projecisti sermones meos retrorsum*. Meminerat fortassis minarum illarum divitiarum sibi factarum, & quas fuerat etiam expertus *l*, *tu fecisti absconditè, ego autem faciam verbum istud in conspectu omnis Israel, & in conspectu Solis*. Impœnitenti & ea quæ commisit non conspicienti, sed considerare refugienti, & tanto magis hoc modo conspectu Dei ea opponenti, cujus oculi *suber facientes mala* m, Deus terribiliter minatur, ait Gregorius *n*: quasi dicat, Tu peccatum non solùm non vis punire, sed & post tergum projicis, ne possis videre; arguam te de mendacio; & quia ipse te non vides, avertisque oculos tuos à peccatis tuis: & quamdam tibi vanæ spei securitatem promittis, & non vis attendere faciem tuam, faciam ut agnoscas miseriam tuam. Auctor præterea operis imperfecti *o*, locum istum usurpat, ut probet fore, ut in judicio statuantur ante oculos peccatoris peccata, & animam ipsæ cognitiones cordis accusent, excitetur-que conscientia quasi domesticus testis, ut Apostolus *p* indicat. Hoc erit constitui peccatorem ante se, vel contra faciem ejus tamquam in speculo faciem, ideſt, claram notitiam omnium suorum operum. Tristis ac lurida facies, ita ut non sit *pax* etiam *ossibus à facie* illius, hoc est *peccatorum q*: acerbius ipsa gehenna tormentum fœdissimam intueri suorum formam peccatorum, ut aliàs *r* docui, hunc ipsum versans locum ex occasione Stephani verborum, *Ne statuas illis hoc peccatum*. Memini quoque superiùs nescio ubi dixisse me, quum Christus *in terra* scriberet *s*, in illis notis quas exprimebat, veluti relegisse accusatores adulteræ quemlibet etiam invitum crimina propria, ad eum modum quo licet juxta cujusque voluntatem, percipiebat quicumque quemcumque voluisset saporem in manna *t*; & quivis linguam suam intelligebat loquentibus initio iis qui acceperant Spiritum sanctum *u*. Similes in Ezechiele *x* minæ: *Judicabo te juxta vias tuas, & ponam coram te omnes abominationes tuas*, &c. *vias tuas ponam super te & abominationes tuæ in medio tui erunt*. Manticam peccator nunc scelerum à tergo portat; reducet illam in morte ac judicio Deus ante pectus. Consultius esset, nunc *peccatum contra te semper y*, ideſt, coram esse, horribilique te illius aspectu brevis temporis, Megerearum illarum Tartareorum terrificos vultus in æternum vitare. Deformitatem istam peccati tantam repræsentavit Christus ad vivum in cruce, ubi non erat ei aspectus, sed quasi *absconditus vultus z*, aut *absconso vultus ab eo*, ita ut præ horrore non esset, qui figere oculos posset, sed si fortè videret confestim os averteret, faciem oculosque admota manu contegeret. Ipsa facies, os, oratio, confessio, conscientia rerum convincet in judicio; nullis erit opus aliis argumentis. Furor Dei arguet *a*, ac, ut alii exponunt, percutiet. Acre flagellum linguæ illius. *Quid faciam quum surrexerit ad judicandum Dominus? & quum quæsierit, quid respondebit illi b*? non est qui respondeat ei *unum pro mille c*: usque ad *novissimum quadrantem* reddenda ratio *d*, *de omni verbo otioso e*, *vias omnes nostras gressusque dinumeravit Deus f*: in judicio quum erunt *omnia nuda & aperta g*, *& libri aperti h*: & se se quilibet introspiciet, *agnitio vultus* ejus *respondebit ei* i, quod LXX. per ἀντιστήναι αὐτοῖς, *stare contra ipsos*, exposuerunt, & pro *agnitione*, αἰσχύνην, *pudorem*, posuerunt: & potest etiam verti *alienatio*. Magis propriè de detractore hic videtur sermo esse, ut etiam Bernardus *k* advertit, affirmans id esse certum, & quidem justè, inquit, ad se ille retorquendus, & se compellendus est intueri, qui avertens faciem suam à se, aliena potiùs mala, quâ sua solet curiosiùs perscrutari: nã, ut ait ille *l*,

Non videmus mantica quod in tergo est,

Id ex Æsopico natum figmento *m*. In manticam quæ à tergo sit, propria quemque vitia conjicere: in illam quæ ante pectus, aliena. Expresserunt idem alii adagium.

Respicere ignoto n discet pendentia tergo.

Item.

Ut nemo o, in se se tentat descendere, nemo?
Sed præcedenti spectatur mantica tergo.

Illius in commentario loci Nebrissensis annotat ad hoc alludere hìc Psalmographum. Hoc ego sanè secundùm rem concesserim; natum jam proverbium illud Davidis ævo haud ita certò asseruerim: Æsopus autem Davide junior fuit, quippe sub Crœso Lydorum Rege post captivitatem Babylonicam Hebræorum *p*.

a Sap. 5. 18.
f hic & in Ezec. sect. 5.
g hom. 40.
h actione 6. tom. 1.
i 3 Reg. 21. 9 & 2. 33. 5.
k c. 33. 5.
l 2. Reg. 12. 12.
Erga impœnitentes ut gerit Deus.
m Ps. 33. 17.
n in Ps. 4. pœnit.
o Hom. 40.
p Rom. 2. 5. 16.
q Ps. 37. 4.

Tormentũ gehenna acerbius, fœdissimam suorũ peccatorum formam intueri.
r Actuum 7. 59.
s Joan. 8. 6.
t Sap. 16. 20.
u Actuum 2. 6.
x c. 7. 3. 4.
y Ps. 50. 5.
z Is. 53. 2. 3.
a Ps. 6. 2. Ps. 37. 2.
b Job. 31. 14.
c c. 9. 3.
d Mat. 5. 26.
e c. 12. 36.
f Job. 31. 4.
g Heb. 4. 13.
h Apo. 21. 12
i Isa. 3. 9.
k Apolo ad Guliel. abbat.
l Catullus ad Varum.
m Stobæus. Æsopicum figmentum
n Hora. 2. Serm. Sat. 3.
o Persius Sat. 4.
Æsopus Davide junior.
p Euseb. in Chron.

Vers. 22.) Intelligite hæc qui obliviscimini Deum, ne quando rapiat, & non sit qui eripiat.

CEnseri & hæc Dei verba possunt, de seipso in tertia persona loquentis, tametsi Prophetæ Hieronymus velit vocem esse. Minatus antè, jam admonet, sibi quisque caveat, & id ea quæ sunt priùs dicta, diligenter attendat, ne hypocrita sit, simulatur, os malitia plenum habens, concinnator dolorum, abjector sermonum divinorum, osor disciplinæ, furis & adulteri socius, similem sui per maximum quemdam contemptum putans Deum, qui atheismus videtur, aut pernicioſa opinio cum peccatis delectari: Deum oblivioni tradere, ideſt, quod ille in primis cupit, exigitque, sola maximi faciens externa sacrificia, de interna animi cultura nihil curãs. Nam postquam Deus ad æternos paraverit cruciatus protruserit-que, nemo deinceps qui eripere inde valeat, erit: si rapiat alius, ut diabolus, eripere potest Deus: & de Dei, vel Christi manu rapere nemo valet *q*: si rapiat Deus & Christus, *quis eripiet r*? Hos verò demum est, quod intelligere maximè refert, atq; tam altè in memoria defigere, ut numquam obliviscaris, nullo tempo-

q Jo. 10. 29.
r Job. 10. 7.

re

re deponas cogitationem de tanto periculo, de tam ſingulari amore quo Deus ipſe conſulens tibi te de tuo illo prænonet periculo.

Intelligite hæc.) Hieronymus, *hoc*, eſt זאת *zoth*, numeri ſingularis pronomen fœmininum, ſed hujus generis vocabulis utuntur Hebræi pro neutro, quo carent, ut aliquoties notatum eſt. Interſerta particula בא *na*, obſecrantis eſt, pro qua eſt Chaldæa ברון *chedun*. Interpres Chryſoſtomi expreſſit, *obſecro* (*intelligite obſecro*) & hanc vim habet etiam δή, licèt non ita ſæpè ac ſeorſim, quam, agendum, age verò, age jam, &c.

Idem Chryſoſtomus ait verbo illo quo invitat Deus ad intelligendum, ſignificari obſcurum eſſe quod dicitur ac magna egens perſcrutatione, hoc autem eſſe mutationem in reipublicæ forma, ut proſacrificiis introducantur leges Evangelicæ, præterea docet innui profundo peccatorum obrutos excitari, extrahi, purgari, illuminari debere, quum longa peccandi conſuetudo magnam afferat animæ cæcitatem, amentes efficiat, perſpicaces oculos intelligentiæ eruat. Auguſtinus *a* vult ad eos dirigi nominatim ſermonem, qui non cogitabant de vita ſua mala, & id eſſe obliviſci Deum. Hac eadem provocatione ad intelligendum & ſapiendum ſæpius utitur Scriptura ac noſtri etiam Pſalmi *b*.

a lib. 50. ho. in 2.

b Pſ. 2. 10. Pſ. 93. 8.

Qui obliviſcimini Deum.) Addidit priore loco Chaldæa Paraphraſis *impii*. Maximè profecto deſcribi videntur hi, qui plurium quaſi ſcelerum gradibus pervenerunt ad eam impietatem, ut quemadmodum obliviſcuntur judiciorum Dei *c*, ſic obliviſci putant Deum peccatorum quæ ipſi fecerint, & hac in re ſimilem ipſis eſſe. Alioqui deſcriptio quædam eſt non infrequens eorum qui cultum Dei abjiciunt, ut ejus dicantur obliviſci, ſeu oblivioſi eſſe. *Populus meus*, inquit Deus *d*, *oblitus eſt mei diebus innumeris*: & Moſes conqueritur oblitum fuiſſe *domini creatoris ſui e*: crebroque hortatur, ne obliviſcatur illius, & pacti ejuſdem *f*. Cepit nonnullos in morbis oblivio nominis proprii, prœemialiter maximè bardos neſcire affirmamus an vivant *s* Gravior periculoſiorque oblivio lethæa, quum exulat non à memoria ſolum, ſed prorſus ab anima per peccatum Deus; eoque inſipientiæ procedit quis ut dicat, non eſt Deus. Verùm hac de re ſatis alibi. Audi tantùm querimoniam Dei apud Iſaiam *g* in eos qui ejus deſerta ope, alienam equirebant. *Pro quo ſollicita timuiſti: quia mentita es, & mei non es recordata, neque cogitaſti in corde tuo, quia ego tacens, & quaſi non videns, & mei oblita es. Ego annuntiabo juſtitiam tuam:* (ironicè dictum) *& opera tua non proderunt tibi*, vel ficta bona opera) vel idola, quæ fabricaverunt. Non placet mihi Cajetanus, obliviſcentes Deum, eſſe qui peccant ex paſſione, vel infirmitate.

c Dan. 13. 12. Deique dicantur obliviſci.

d Jere. 2. 32.

e Deu. 32. 28

f Deut. 4. 9. 23. 3. 46. 12. e. 8. 11. Oblivio periculoſa.

g c. 57. 11. 12.

Ne quando rapiat, & non ſit qui eripiat.) Hieronymus, *ne forte capiam, & non ſit qui liberet*. Hebræum, אטרף *etroph*, eſt primæ perſonæ. Legerunt fortaſſis LXX. יטרק *utroph*, in tertia perſona. Arnobius, *ne rapiat ſicut leo, & non ſit qui eripiat*. Auguſt. *ne quando rapiat ſicut leo, & non ſit qui eruat*. Leonis nomen irrepſit aut ex gloſſemate aliquo, aut ex ſimili ſententia Pſalmi VII. *h*, ubi exprimitur, *ne quando rapiat ut leo animam meam, dum non eſt qui redimat, neque qui ſalvum faciat*. Ipſummet verbum טיק *taraph*, ferinum ac ferarum proprium, eſt dilacerantium ac diſcerpentium; unde prædæ ſeu rapinæ nomen טיק *tereph*. Exclamat hic Chryſoſtomus & Eutymius; ò ineffabilem clementiam! ò longanimitatem incomprehenſibilem! piæ matris hæc verba ſunt, vel illam potiùs pietatem bonitate longè ſuperant. Etſi porro exponi poſſet Deum præmonere, cavendum illum diabolum, qui rapit, ne deſerente ac permittente Deo, non ſit qui eripere queat; nihilominus Deum ipſum de ſe ipſo loqui communis opinio eſt, nec juxta Hebræum primæ perſonæ verbum אמעך *etroph*, dubitari poteſt. Rapit Deus per Angelos modò bonos, modò malos, tamquam per vindices ac miniſtros juſtitiæ ſuæ. Docet Auguſtinus διάφορον eſſe *leonis* vocabulum, dicique & de Chriſto in Apocalypſi *i*, *propter ingentem fortitudinem*, & de Diabolo in Epiſtola Petri prima *k*, *propter immanem ſævitiam*. Oſtendimus id nos in ejuſdem Petri commentario. *Horrendum* proculdubiò *incidere in manus Dei viventis l*. Sed & comminans comparat ſe cum leæna;

h verſ. 3.

i c. 5. 5.

k c. 5. 8.

l Heb. 10. 31

A pardo, urſa, leone, beſtia agri *m*, interim dat ſignificationem ut fugiamus *à facie arcus n*; totiuſque judicii cauſas & ſententiam exponit *o*. Niſi rapias cœlum *violentè p*, diabolus inſidiator rapiet te *q*, & fies ei *in rapinam r*, & *devorabit ſ*: ſed & niſi rapiat Deus te de inimicis tuis *fortiſſimis t*, quaſique torrem *ab incendio u*, ne malitia mutet *intellectum tuum x*. In manus illius commenda *ſpiritum tuum y*, de quibus nemo rapere te poterit *z*; ne lupus quidem, qui oves rapere ac diſpergere nititur *a*. Rapientur electi ſimul obviam Chriſto in aera *b*, qui *non rapinam arbitratus eſſe ſe æqualem Deo c*; nec ſe rapi ſinens ab hominibus volentibus eum facere regem *d*. Raptus eſt ad Deum & ad thronum ejus, ne devoraret illum draco *e*, negligenda nobis hæc externa omnia, & eorum rapina ſi contingat, cum gaudio ſuſcipienda *f*, ut rapti à Deo, rapiamus regnum ipſius, teneamus, nec dimittamus: quantum vero in nobis erit, hìc alios etiam ſalvemus, de igne rapientes *g*. Hinc inferri poteſt, utcumque pœnarum inferni perpetuitas, unde nemo poſſit eripere, niſi B Deus videlicet, quem nolle conſtat.

m Oſea 13. 7. 8.

n Pſ. 59. 6.

o Mat. 25. 35. & ſeq.

p c. 11. 12.

q Pſ. 9. 30.

r Iſa. 42. 22.

ſ 1. Pet. 5. 8.

t Pſ. 17. 18.

u Amos 4. 11.

x Sap. 4. 11.

y Pſ. 30. 6.

z Joa. 19. 28, 29.

a verſ. 12.

b 1 Th. 4. 17.

c Philip. 2. 6.

d Joan. 6. 15.

e Apo 12. 4. 5 Rapina bona.

f Heb. 10. 34.

g epiſt. Jud. v. 23.

Verſ. 23.) Sacrificium laudis honorificabit me: & illic iter, quo oſtendam illi ſalutare Dei.

REpetit Deus Pſalmi totius præcipuum argumentum ac ſummam; illud ſacrificium laudis, ad quod priùs invitavit *h*, eſſe quo maximè delectetur, & propter quod honorem apud homines gloriamque conſequatur: in eo ſacrificii genere vim ineſſe per quam ſit oſtenſurus aliquando his qui verſentur nunc & occupentur in illo, æternam ſalutem, atque felicitatem, ſeu quòd per ipſam recta ſit perventum ad iſtam, in qua quæ inchoata hìc Dei laus eſt actioque gratiarum, perpetuabitur, quoniam *in ſæcula ſæculorum laudant Deum beati qui habitant in domo illius* i.

h v. 14.

i Pſ. 38. 5.

De ſacrificio Euchariſtiæ iidem interpretantur præ C ſentem locum, qui præcedentem 14. verſum, *immola meo ſacrificium laudis*, quod utrobique appellatur *ſacrificium* תורה *thodah*. Bredembachius urget Irenæi *k* teſtimonium, quum Malachiæ *l* teſtimonio quod idem affert. Exponit in hoc ſacrificio *iter* eſſe quo oſtenditur nobis *ſalutare Dei*, hoc eſt Chriſtus, qui offertur ac ſumitur, & ſe *viam* nominavit *m*, *& panem de cœlo vivum n*, Genebrardus, ait ibi oſtendi *ſalutare Dei*, non ſolùm dicto jam modo, ſed per exaggerationem nominis *Dei*, quod ſimiliter formulis adhibetur, eximiam ac divinam ſalutem & liberationem. Turrianus *o* colligit præterea vocatam Euchariſtiam nomine *Viatici*, nomen id extat in Concilio Nicæno *p* primo, Arelatenſi ſecundo *q*, Aurelianenſi tertio *r*, Carthaginenſi quarto *ſ*, Toletano primo *t*, & apud Chryſoſtomum *u*, & Paulinum ſcriptorem vitæ Ambroſii. Idem Turrianus *x* de eadem Euchariſtia ſcripſiſſe Paulum *y* putat: *habentes itaque fratres fiduciam, in introitu ſanctorum, in ſanguine Chriſti, quam initiavit nobis vitam novam & viventem per velamen, ideſt, carnem ſuam, &* D *ſacerdotem magnum per domum Dei, accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, aſperſi corda à conſcientia mala, & abluti corpus aqua munda*. Confirmat eam interpretationem loci Paulini ex liturgia Jacobi; & ex commentario in Paulum Theodoreti ac Thomæ; & ex opinione Nicolai Villagagnonis *z*, ita etiam intelligentis, nec diſplicuit Barradio *a* noſtro. Heſychius hoc loco diſertè ſcribit quòd hæc via eſt dominici corporis & ſanguinis communicatio, quam priùs Chriſtus pro nobis in Sion demonſtrare cœpit: videlicet inſtituens Euchariſtiam: quum ergo in redemptionem peccatorum accipientibus tradatur, meritò eſſe *ſalutare Dei*, ac viam quæ quemadmodum in cœlum ire oporteat, orantibus oſtendit. Chryſoſtomus *b* narrat narraſſe ſibi qui vidiſſet ac audiſſet, quòd qui de vita hac emigraturi ſunt, ſi myſteriorum cum pura ac munda conſcientia fuerint participes ſpiritum efflaturi, ab Angelis illorum corpora ſatellitum more ſtipantibus, hinc rectè in cœlum abducuntur. *Clavem paradiſi* vocat Hieronymus *c* ſanguinem Chriſti, dicentis ad latronem *d*, *Hodie mecum eris in Paradiſo*.

k l. 4. c. 32. & 34.

l c. 1. 8.

m Joa. 14. 6.

n c. 6. 35.

o de dogma. charact.

p can. 13. vel 13.

q can. 12.

r can. 24.

ſ can. 77. & 78.

t can. 14.

u 6. de ſacer.

x 2. de Euch. c. 10. De Euchariſtia Pauli locus.

y Hebr. 10. 19. 20. 21. 22

z lib. de veneran. Eccl. ſacrif.

a tom. 5. concord. l. 1. c. 5.

a 6. de Sacer. A Chryſoſtomo de hac vita emigrantibus tradita. Sanguis Chriſti clavis paradiſi.

c epiſt. 129.

d Luc. 23. 43.

Communior ſenſus, priore non repudiato, is eſt A clamare *triſagium hymnum* u, ubique gaudium & lætitia invenientur, gratiarum actio & vox laudis x. Quod attinet ad *ſalutari Dei*, Hebraicè ישע אלהים *teſchah Glohim*, R. Moſes Hadarſan, ut Galatinus y refert, inde, ac ex præſenti loco inferebat ſalutem humano generi contingere non potuiſſe; niſi Deus redemptionis pretium daret ſe ipſum. Vim faciebat in eo quod habetur *oſtendam ei ſalvationem meam*, non autem, *ſalvationem ſuam*: ut ab inimico profectum argumentum pro nobis, æſtimari poteſt: alioqui per ſe haud adeo validum, quum toties legamus eamdem dicendi formulam, vel à Deo de ſe, vel ab aliis de Deo uſurpatam: & ſalutare Dei ſaluſque commodè intelligatur, cujus ipſe ſit auctor, & quæ ſit ſingularis ac eximia, quamvis non ipſemet eam immediatè per incarnationem operetur.

u *Iſa.6.3.*
x *c.51.3.*
y *lib.6.c.1.*

Quod etiam Deus dicat oſtenſurum ſe *ſalutare Dei*, loquendo tamquam de diverſa perſona, non concludit neceſſariò perſonarum diſtinctionem, quam Theodoretus hic notavit, quia non raro de ſe quivis etiam ſic loquitur ut de tertia perſona. Ut omittam, quòd ante B dixi, nonnulos legere hoc loco, *ſalutare meum*, ſed ut aliquando finem imponamus, *iter* eſt ac *via ſacrificium laudis*, in quo oſtenditur nobis *ſalutare Dei*. Sive quia præguſtus hic nonnullus eſt divinæ beatitudinis ubi vacatur laudi Dei: ſive quia laudatus Deus vinci neſcius obſequiis noſtris, ſed *glorificantes ſe glorificando* z, majoribus gratiæ donis in hac quoque vita cumulat: ſive quia, cum affici ſoleamus magis ad ea quæ magis laudamus, cetera deſpicere, laudabilem Deum nimis celebrantes, quem cognoſcimus eſſe *magnum* a: & *omni majorem laude* b, facilè alia negligimus, minoraque bona ducimus: ſive quia ex hac magnifica Dei laude noſmetipſos ad nos reflectentes, deprendimus, quàm infinito intervallo abſimus ab iis bonis quæ ob participationem cum divino laudem merentur, quàm ſit demum tenuis & imperfecta in nobis virtus meritumque æternæ vitæ: quàm per nos magni peccatores egentes gloria Dei c, id eſt gratia quæ quoniam gratis datur, ſola Deo propter illam laus debetur. Quare C *obliti quæ retro ſunt*, extendamur ad ea quæ ſunt priora, ad deſtinatum perſequamur, ad bravium *ſuperna vocationis* d, atque ſic quidem curramus per hoc iter, viam, ſtudium, ut *comprehendamus* e. Audiant aures noſtræ verbum poſt tergum monentis; *hæc eſt via, ambulate in ea, & non declinetis neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram* f. *Via ſancta eſt & directa, ita ut ſtulti non errent per eam* g.

Theodoreti obſervatio.

z *1.Reg.2.30. Ex laude Dei quanta bona ad nos redundent.*
a *Pſ.47.2.*
b *Eccl.43.33*
c *Rom.3.23.*
d *Philip. 3. 13. 14.*
e *2.Cor.9.14*
f *Iſ.30.21.*
g *c.35.8.*

a *Hom.9.in Cant.*
b *Serm. 7. in Cant.*
c *Hom 1. in Euseb.*
d *Joa.14.6.*
e *Pſal.67.5.*
f *in c.56.*
g *1.cont. Jud. n.19.*
h *Hom 26. in Matth.*
i *lib.7. Non ſatis laudibus Deum beneficia nobis conferentem venerari, & quid addendum.*
k *hic & 20. cont. Fauſt. c.23.*
l *1.cont. Jud. num.10.*
m *in c. 56.*
n *Hom.1. in Ezech.*
o *ſupra.*
p *20. cont. Fauſt.c.21.*
q *Serm.1.de S. Benedict.*
r *2. dialog. c. 32.*
s *Pſal.28.9.*
t *Pſ.83.5.*

PSALMUS QUINQUAGESIMUS.

1 In finem, Pſalmus David.
2 Quum venit ad eum Nathan Propheta, quando intravit ad Bethſabee.

MIſerere mei Deus, ſecundùm magnam miſericordiam tuam:
3 Et ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum dele iniquitatem meam.
4 Ampliùs lava me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me.
5 Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco: & peccatum meum contra me eſt ſemper.
6 Tibi ſoli peccavi, & malum coram te feci, ut juſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cum judicaris.
7 Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum: & in peccatis concepit me mater mea.
8 Ecce enim veritatem dilexiſti: incerta, & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.
9 Aſperges me hyſſopo, & mundabor: lavabis me, & ſupernivem dealbabor.

10 Au-

10 Auditui meo dabis gaudium & lætitiam : & exultabunt ossa humiliata.
11 Averte faciem tuam à peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele.
12 Cor mundum crea in me Deus: & spiritum rectum innova in visceribus meis.
13 Ne projicias me à facie tua: & spiritum sanctum tuum ne auferas à me.
14 Redde mihi lætitiam salutaris tui: & spiritu principali confirma me:
15 Docebo iniquos vias tuas: & impii ad te convertentur.
16 Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ: & exultabit lingua mea justitiam tuam.
17 Domine, labia mea aperies: & os meum annuntiabit laudem tuam.
18 Quoniam si voluisses sacrificium dedissem utique holocaustis non delectaberis.
19 Sacrificium Deo spiritus contribulatus : cor contritum & humiliatum Deus non despicies.
20 Benignè fac Domine in bona voluntate tua Sion: ut ædificentur muri Jerusalem.
21 Tunc acceptabis sacrificium justitiæ, oblationes, & holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos.

Vers. 1.) In finem, Psalmus David.
Vers. 2.) Quum venit ad eum Nathan Propheta quando intravit ad Bethsabee.

CUm Titulo implicitum est argumentum vel occasio argumenti. Quatuor prima verba multoties jam priùs occurrerunt. Reddi diximus præterea duo priora *pro victoria*, seu, *semper vincenti*, danti æternitatem pro sanguinolento. Hæc omnia Christo quadrant, vicit enim sanguine suo, & meruit nobis æternitatem finemque beatum: aspersio hyssopi hoc denotat *a*, & quod translatum peccatum Davidis Nathan dixit *b*, quasi in eum qui pro peccatis omnium sanguinem fusurus erat. David etiam per pœnitentiam retulit de Deo ipso victoriam atque de sanguinibus peccatorum liber, æternitatis ac fœlicitatis viam aliis exemplo doctrinaque aperuit. Magna vis pœnitentiæ, ut prævaleat contra Deum *c*, & peccatum diabolumque depellat, qua de re Nyssenus & Chrysostomus *d*, tractans Davidis istam vincendi rationem eximiam: idem nos factitare oportet ac diligenter ut respiscamus neque peccemus amplius, respicere finem ante quem nemo ad veram pervenit laudem, quæ Paraphrastes in titulo (pro fine) vertit. Cetera quæ sunt in titulo innuunt adulterium David cum Bethsabea uxore Uriæ, & reprehensionem Nathan jussu Dei factam, non solum de adulterio, licèt id tantum tituli verba præseferant, sed absque dubio de Uriæ homicidio. Nota historia ex lib. Reg. secundo *e*.

a vers. 9. *b* 2. Reg. 10. 13.

Pœnitentiæ vis. *c* Gen. 32. in 4. tract. 2. in Psal. cap. 13 *d* hom. 77. ad popul.

e cap. 11. & 12.

ARGUMENTUM.

SCripsit ergo Psalmum istum David pœnitens in eo, deplorans peccata illa, & alia omnia quæ in duobus illis continebantur, atque supplex veniam petit, simul flagitans restitui sibi amissa gratiæ dona, pollicendo se in posterum, ut antè divinas laudes celebraturum, & impios verbo ac exemplo docturum, offerendo non externa dumtaxat sacrificia, sed multo gratius spiritus contribulati, cordisque contriti & humiliati sacrificium, orando tandem veniam, non per sua illa externa vel etiam interna sacrificia, sed per merita Christi, cujus sacrificium, exactæ futurum erat sacrificium justitiæ, ad placandum Jesum toti humano generi, & extruendam fidelium Ecclesiam, quod se vehementius optare significat, metuendo ne quod à peccatis suis hac in re oriatur impedimentum, nec non in aliis beneficiis, quibus Jerusalem civitatem Deus, cui ipse Rex præerat, decrevisset afficere, & jam conferre cœpisset. Quando præcisè sit Psalmus compositus, divinare non possum. Non dubito, licet agat de pœnitentia, post pœnitentiam compositum, atque à jam justificato Davide, sicut & reliquos etiam pœnitentiales. Unde Theodoreti parum necessaria notatio videtur, prophetiæ donum non amisisse, cum illos scriberet adhuc pœnitens: nec probo, in scribendo, quod idem ait, respectum habuisse ad futura populi peccata, & nominatim ut inserviret expiationi ejusdem in Babylonica captivitate: quamvis nullus ambigat illi & nobis ac omnibus peccatoribus usui esse.

Theodoreti parum necessaria notatio.

Non immorabor in exponendis peccatis David, nec dicam quare illius, ut & aliorum quorumdam peccata describi voluerit Deus in divinis litteris: non etiam quantæ capiantur inde ac ex Davidis nominatim peccatis & pœnitentia utilitates, tamen peccato abusi quidam ad exemplum pœnitentiæ negligant imitationem, ut Augustinus *f* admonet, Ambrosius in Apologia pro David, & Gregorius *g*, quum Zacharias *h* proponat illum velut exemplar pœnitentis, quem sub suam Deus recipiat protectionem, & Cyrillus *i* Jerosolymitanus typus pœnitentiæ nominet. Non pertinent hæc ad enarratorem & manibus teruntur plurimi, si de ullo alio, tractatus de hoc Psalmo fusiore atque concionatorio stylo conscripti vernaculis etiam linguis, inter quos Italici Cæsaris Calderari, & Julii Mazzarini nostri laudem merentur.

f hic. & lib. 50. ho. in 25 *g* 2. Mor. c. 7 *h* cap. 12. 8. *i* de Catec. 1

De hoc ps. tractatus plurimi.

Ad argumentum faciunt quas colligit secundus rationes 16. ex Psalmo, quibus causam suam David exorat, magna Dei misericordia, miserandi consuetudo in Deo mos ejusdem ad exitum & perfectionem inchoata opera perducendi: quòd ipse reus agnoscat culpam: eamdem puniat: confiteatur, Deum nocens ignoscere, qui solus potest, & mali gravitatem percipit: quoniam promisit veniam Deus ne insultent adversarii ipsimet Deo: quia humanæ naturæ infirmitas, & ad peccandum proniras magna est: ut non frustra tot videatur cum ipse priùs muneribus etiam gratiæ affeciisse: ut Divinæ potentiæ opus exstat illud eximium in homine novo instaurando & non interrumpat Deus de Messia ex semine suo promissum: si impetret, pollicetur aliis auctorem futurum ut respiscant, ac Divinas ubique laudes deprædicaturum offert externas victimas & oblationes, maximè autem spirituales: interponit postremò mentionem de nova Ecclesia, cujus cupiat esse membrum vivum. Attigisse satis: nam inter exponendum acuratius dicetur de singulis: quemadmodum & de multiplici quasi ratione atque conditione justificationis, tum ad removendum peccatum, quod important verba *miserendi, delendi, lavandi, mundandi, aspergendi, dealbandi, liberandi, avertendi, benignè faciendi*, tum ad conferendam ipsam justitiam, & virtutes pertinentes ad eam, quæ indicantur verbis, *creandi cor mundum, innovandi spiritum rectum, reddendi lætitiam, dandi gaudium & lætitiam*, tum ad satisfaciendum, quod fit *habendo semper peccatum contra se, docendo iniquos, annunciando laudem, & exaltando justitiam Dei*.

Rationes sexdecim hoc Psalmo quibus David suam causam exorat.

Rectè prætereà observat Mazzarinus incidere hìc mentionem de incarnatione, de vocatione, prædicatione, ejusque donis gratis datis, & sanctificantibus peccato tùm originali, tùm actuali, institutione Ecclesiæ, atque de aliis religionis nostræ præcipuis capitibus.

Laudes hujus psalmi.

Nec verò attinet dicere de laudibus Psalmi præcunctis in Ecclesia frequentatissimi: in feriali enim officio quotidie semel jejunii tempore, bis hebdomada sancta à feria 4. in singulis horis recitatur. In absolutione solemni pœnitentis, in funere ad orandum præ aliis accommodatissimum Gulielmus docet Parisiensis *k*, adjungens ei XXIV. & LXXXV. & in Synodo Salegustadiensi præcipitur, ut cum LIII. LVI. LXVI. recitetur pro universis ordinibus, nec non pro statu Papæ, & Antistitis propriæ sedis. Et in 8. Synodo *l* cum VI. & XXXVII. (qui sunt ex pœnitentialibus, de quibus egimus Psal. VI.) injungitur ejus recitatio admissis ad reconciliationem Photianis à nonis Octob. usque ad Natalem Domini propter alias abstinentias, & ut quotidie inclamarent centies, *Domine ignosce mihi*, genuflectentes quinquagies. Athanasius *m* jubet,

k de Reb. divin. c. 18.

l sessione 2.

m in r. de vir.

jubet, ut quum primùm Virgo media expergiſcitur nocte recitatis ſtatim verbis illis a *media nocte ſurgebam*, &c. integrum iſtum recitet. Facit ad commendationem quinquagenarius numerus, non temerè profecto illi aſſignatus, quum ſit aliquorum aliorumdem Pſalmorum præcedentium argumentum poſterius argumento iſtius, ut Pſalmi III. & VII. ſicut in eorum expoſitione oſtendimus, & LI. & LII. prius, ut videbimus. Lege Auctorem quæſtionum utriuſque teſtamenti *b*. Jubilæi & remiſſionis numerus eſt hic *c*, ut annotarunt *d* Origenes Hilarius *e*, Auguſtinus, Ambroſius *f*, Thomas, Didymus, Hugo, Caſſiodorus, Hieronymus *g*. Iterum Auguſt. *h* & lex quinquageſimo die data eſt, poſtquam populus exivit de Ægypto *i* & Spiritus S. poſtea miſſus, quum abiiſſent dies totidem à Chriſti reſurrectione *k*, aliquoties autem flagitatur Spiritus Sanctus in hoc Pſalmo. Confirmant Didymus & Ambroſius, quod in parabola Chriſtus debita peccatorum relaxata contulit cum condonatis denariis quinquaginta & quingentis *l*. Addit Ambroſius quinquaginta ſiclos quos violator puellæ patri dare debebat, eamque ducere uxorem *m*. Adjice quinquaginta juſtos ob quos parciturum promiſit aliis Deus *n*, latitudinem quinquaginta cubitorum arcæ *o*, & atrii quod ſcidit Ezechiel *p* totidem immunitatem Levitarum, à cuſtodia tabernaculi & miniſterio ejus qui compleviſſet annos quinquaginta *q*, tot anſulas & fibulas quibus ſaga ſive cortinæ tabernaculi nectebantur *r*. Quod anno Jubilæi præcipiebantur non ſerere, ſponte proventia colligere, vacare conviviis, clangere tubis, ſervos Hebræos manumittere, ad veteres poſſeſſiones redire, ad pœnitentiam ſatis commodè applicat Alphonſus *ſ* à Caſtro, Summa eſt, pœnitentia beneficio carnem non teri, quia non paſtu vel potu rigatur; non blandis mollibuſque veſtibus permulcetur, non conſentitur pravis naſcentibus, & noxiis cogitationibus: clangitur caniturque buccinis, & laudes Divinæ celebrantur, ob relatum de peccato ac diabolo triumphum: mens ac voluntas veluti ſuaviter convivatur, invicem provocando ſe ad prædicandam & amplificandam Dei miſericordiam: aſſeritur pœnitens in perfectam libertatem filiorum Dei: recuperatur ab eo jus æternæ fœlicitatis, eidemque reſtituuntur priora gratiæ dona & merita; benigne reddente Deo annos quos comederat locuſta, bruchus, rubigo, eruca *t*; hoc eſt quatuor illæ capitales perturbationes, ut exponit Hieronymus, triſtitia, lætitia, ſpes, metus, aut præcipua vitia ſuperbiæ, quæ fruſtra nititur pedibus ſuis, ut locuſta; gulæ, cujus bruchus edax ſymbolum; avaritiæ, quam rubigo ipſa depaſcens metalla deſignat: luxuriæ quæ repræſentatur ab eruca humi reptante. Plura Bongus *u*. Euſebius ita quum Pſalmo hunc nectit, quaſi territus his quæ ibi dicta ſunt, in futuri adulterii quæ participes, ac de judicio Divino, in eum proruperit ut illud confeſſione præveniret, denique totum toti Pſalmo aptè ſanè reſpondentem facit, ut cognoſces apud Barbarum. Hugo Card. haud abludit, dicens contra furtum uxoris Uriæ ſicut oviculæ, eſſe *dele iniquitatem meam*, contra adulterium, *à peccato meo munda me*: contra homicidium, *lava me*. Facit etiam non nihil ad laudem, quod in ſeptem pœnitentialibus Pſalmis, de quibus egimus in primo, qui inter omnes ſextus eſt, hic enumeretur quartus, & quaſi medius. Primus, ait Thomas, pertinet ad contritionem, quod lotione proditur lecti per lachrymas noctium ſingularum *x*: ſecundus ad confeſſionem *y*, tertius, ad ſatisfactionem *z*: hic ad effectum pœnitentiæ, qui eſt plena remiſſio peccatorum, & inſtauratio hominis ad perfectionem, totuſque in petenda verſatur miſericordia, nihil exigens quod moleſtia exterius afficiat, ita ut idcirco magis frequentetur in Eccleſia. Cujus quoque rei præter iſtam Caſſiodorus aliam cauſſam dat, quoniam quidquid habetur in iſto Pſalmo, convenire cuivis poteſt: in aliis etiam pœnitentialibus aliquid eſt proprium perſonæ Davidis, & quia, inquit Ambroſius, in omni fere circulo mentio fit de peccatis.

Quum veniet ad eum Nathan Propheta.) Poſt mortem Uriæ ac luctu pro illo, quum Bethſabeam introduxiſſet David *in domum, & facta ei eſſet uxor* a, *miſit Deus Nathan ad ipſum* b. Cavent canones in uxorem duci viduam ab illo qui virum ejus interfecerit: non ea opinor mente Uriam David interfecerat; ſed poſt factum, ex quadam fortaſſis pietate duxit illam, quum plures tunc licueret habere, & ad celandum adulterium, ac ſimul uxoris Uriæ damnum & infamiam, Uriam occidi præcepiſſet. Non eſt opus quid Nathan dixerit nomine Dei, quid reſponderit David exponere: petantur ex hiſtoria Regum. De Nathan notari debet, quod fuit opinio Ambroſii *c*, Auguſtini *d*, Lyrani *e*, Abulenſis *f*, Burgenſis *g*, unum hoc nomine fuiſſe qui Uriæ filius naturalis à Davide ſit adoptatus, cum aliis ejuſdem filiis Simmaa & Sobab. Ambroſius quoque, Auguſtinus, Lyranus, confundunt cum noſtro Propheta. Verùm ſcriptura *h* clarè ſatis illos ipſiſmet Davidi natos tradit ex Bethſabea, & Auguſtinus illam opinionem retractavit, quod refellunt etiam Salmeron *i*, Barradius *k*. Quocirca Nathan Propheta diverſus erat ab illo, ſive fuerit ille alius filius David naturalis ſive adoptivus: lege Abulenſem *l*. Refert ex Epiphanio de vita & interitu prophetarum Comeſtor, Nathan divinitus edoctum de Davidis adultera voluntate, accurriſſe ut prohiberet peccatum, priuſquam vocata Bethſabea veniret, ſed in via ſubſtitiſſe, Diaboli opera mortuum ei nudum objicientis. Id etiam extat apud Dorotheum in ſynopſi: ſed mihi valde dubium videtur, etiamſi Abulenſis *m* approbet ex hiſtoria Regum. Conſtat ſolùm quod venerit nato jam filio quem David ſuſceperat ex adulterio. Quo fit ut impœnitens per annum fere perſeveraverit David, ut aliàs etiam diximus, nec video quo pacto Nathan Davidis redargutorem vocet Cyrillus Jeroſolymitanus *n*: intelligit forſan juſſionem Dei. Mirum ſanè tamdiu in ſuo vitium tantum cœno hæſiſſe: ad Prophetam Propheta mittitur, medicus ad medicum, ſed ægrum, inquit Chryſoſtomus, qui ſibimet mederi non valebat. Notari præterea vult in verbis (*quando venit*,) candorem Nathan & facilitatem quæ ſanè fuit maxima. Ambroſius *o* gravem verecundiam pudoremque delicti, ut ab inferiore etiam in prophetia reprehenderetur David, & ſic dolore compelleretur. Ab eodem redargui peccatum, quo prophetante meritum ipſius fuerat prædicatum. Ego verò agnoſco etiam ſingulare beneficium, quod adeo bonum, ſapientem, charum & quod nonnullis vilum dixi, etiam affinem, deſtinaverit Deus ad accuſandum peccatum. De Nathan præterea quæ divinæ litteræ tradunt, Epiphanius, Iſidorus *p* & Dorotheus *q* ajunt ex Habaonitis fuiſſe, finemque obiiſſe, & ſepultum cum dignitate in Gabaon.

Quando intravit ad Bethſabee.) Additur in bibliis Complutenſibus, ac Regiis, *uxorem Uriæ*. Obſervanda cum Thoma, linguæ Hebraeæ ſanctitas, quæ rem turpem honeſtè effert; qua de re diſſerui alibi, & digreſſionem confecit noſter Pineda in Job *r*: & Cantapetrenſis *ſ*. Confirmat Thomas illis verbis *t*, *Eo quia Domini, eo quia caſta*. Genebrardus affert R. Moſis *u* teſtimonium, quod nos etiam eo loco citavimus. Similis formula in Geneſi *x* per verbum Latinum, *ingrediendi*. Abulenſis *y* confutat fœdam Thalmuditarum ſententiam, quod non peccaverit David cognoſcendo Bethſabeam ſuperſtite Uria. Ambroſius *z* Judæos refellit, aſſerentes, David eſſe filium Dei, *Deus*, inquit, *virtutum eſt, non criminum* quæ ille ſcilicet commiſit. Docet nos verecunda ſcripturarum oratio abhorrere à lectione, auditione, prolatione inhoneſtorum, ſicuti decet ſanctos: diſcamus exemplo Davidis abſtinentiam ab aliena, quæ neſcio qua ratione magis deſideratur, quia aliena vetitaque ac illicita. Non debent iſta nunc pluribus verbis exaggerari: Legatur Sebaſtianus Gomeſius. De homicidio expreſſa mentio non fit, tùm quia non vult nos Deus, inquit Thomas, in ſcrutandis & publicandis peccatis aliorum promtos, ſed valde parcos eſſe: velutique inſidiari ut quæramus impietatem in domo juſti *a*: ut proinde etiam Chriſtus diligenter enumeret merita bonorum, obiter ac ſtrictim demerita malorum attingat *b*, tum quia quando quis unum peccatum facit propter aliud, tranſit illud in ſpeciem alterius, ut furans propter adulterium adulter cenſetur potiùs quàm fur. Adde ex adultero facilè provenire potuiſſe in homicidii cognitionem, memoriamve. Mos autem hic eſt ſcripturæ, ut Chryſoſtomus *c* admonet, ut quum generaliſſima dicere cœperit, relinquat ſequentia ſtudioſis conſideranda. Bellarminus *d* noſter hoc Davidis exemplo cum aliquot patrum teſtimoniis de eodem, confirmat, etiam prædeſtinatos de quo-

Quin quagenarii numeri in hoc Pſ. commendatio.
a *Ibid.*
b *q.* 122. *ap. Aug. to.* 4.
c *Lev.* 25. 10
d *ho.* 5. *in N.*
e *q ut triuſq. teſt. in* 112.
f *Ap. Dav. c.* 8.
g *in c.* 3. *Iſ. c.* 42. *Zech.*
h 2. *de doct. c.* 16.
i *Ex.* 13.
k *Act.* 2. 2. 4
l *Luc.* 7. 41.
m *Deut.* 22. 28. 29.
n *Gen.* 18. 24
o *cap.* 6. 15.
p *Ez.* 42. 2.
q *Nu.* 8. 25.
r *Ex* 36. 16. 17.
ſ *Hom.* 8.
t *Ioel.* 2. 25.
Ibidem.
Symbolum avaritiæ.
u *l. de myſt. num.* 5.
x *Pſ.* 6. 7.
y *Pſ.* 31. 5.
z *Pſ.* 37. 18.
a 2. *Reg.* 11. 27.
b *cap.* 12. Viduam ab illo duci qui virum ejus interfecerit canonibus vetitum e
De Nathan controverſæ opiniones.
c *l.* 3. *in Luc.*
d 2. *de conſ. Evang.*
e *in Luc.* 3.
f 1. *p.* 3. *q.* 4.
g *in c.* 1. *Matt.*
h 1. *p.* 3. *& c.* 5
i 10. 3. *tr.* 28.
k *to.* 1. *con.* l. 5. *c.* 9.
l 1. *to* 7. *q.* 13.
Nathan Diaboli opera luſus cum ad Davidem properaret avertendi à Bethſabea periculi gratia.
ma. *R.* 12 *q.* 1
Davidis in pœnitentia per annum fere in peccato cum Bethſabea.
n *Catt.* 2. *ill.*
o 2. *Apol. David. c.* 11
Nathan Davidis affinis Nathan Gabaonita.
p *de vita, & mort ſan. c.* 52.
q *in Synopſi.*
Hebræ linguæ ſanctitas.
r *in c.* 31.
ſ 10. *hyp. re.* 23.
t *Pſ.* 11. 7.
u 3. *dir. dub. c.* 9.
x *c.* 29. 21.
y *in* 2. *Reg.* 11. 9. 8.
Thalmuditarum fœda ſententia de peccato Davidis cū Bethſabea.
Judæi ab Ambroſio refutati.
z 2. *Apol. David. c.* 4.
Deus virtutum eſt Deus, non criminum.
a *Pr.* 24. 15.
b *Matt.* 25. 35. *& ſeq.*
Scripturæ mos.
c *Hom.* 12. *in Gen.*
d *lib. de am. gratia c.* 7.

de quorum numero eumdem Davidem fuisse ostendit, à gratia & justitia excidere aliquando.

Vriam prædestinati excidunt aliquando à gratia & justitia.

Restat Bethsabee, cujus dumtaxat de nomine dicendum judicio. Hieronymus in versione sua, (ut quidem recitatur à Treveto & in Bibliis:) Victorinus etiam *Bethsabee*, ponit, multique alii *Bersabee*, & βηρσαβέ, quo pacto Symmachus etiam cum LXX. scribunt ac proferunt, quum Hebraicè בת שבע *bath scheuahh*, & Aquila Theodotioque verterint βεθαβεέ. Hieronymus in quæstionibus Hebraicis in Genesim *a*, docet, *puteum juramenti vocatum* באר שבע *beer scheuuah*: *ber* enim *puteus*: *scheuahh* tum *septem*, (tot enim agnas Abraham in juramento, quod cum Abimelech fecit, adhibuit,) tum ipsum *juramentum* significat *b*; Quòd si ante hanc causam, supra nomen hoc legatur, monet idem Hieronymus esse prolepsim, sicuti aliis nominibus contigit, ut Bethel & Galgala, quæ utique usque ad tempus, quo ita appellatæ sunt, aliter vocabantur. Quum denuo Isaac fodit alios puteos, unum denominavit eodem pacto *c*, sed ob aliam tertiam causam, ideſt, satietatem quam significat etiam שבע *seuachh* per ש ut habet ſonum litteræ ס, nempe cum puncto in sinistro cornu. Adhuc idem Hieronymus quæstionibus in paralipomena *d* observat matrem Salomonis in paralipomenis *e* בת-שוע *bath schuahh*, quod valet *filiam deprecationis*, vel præterea *exclamationis*, & salvationis, in lib. Regum *f*. בת שבע *bath scheuah*, quod significat *filiam septem*, *juramenti*, *satietatis*. Contendit Pagninus *g*, Galantinus *h*, Nebiensis *i*, legendum *Bathsheba*: Vatablus *k*, binomiam fuisse *Bathsheba*, & *Bathsua*. More suo Franciscus Georgius *l* comminiscitur Bersabee, ut significat *puteum septem*, innuere puteum septem superiorum influxum, de quo Salomon à Davide generatus, quia David *dextera*, vel *fortis Dei* exponitur. *Filiam potentis* Chrysostomus *m* interpretatur, & *puteum septimum*. Congruit ultima etymologia quòd uxor *putei* nomine describatur *n*, & uxor septima Davidis fuerit mater Salomonis *o*. Lege de hoc eodem nomine Augustinum *p*, Gregorium *q*, Ambrosium *r*, Isidorum *s*. De ipsa non de nomine tantùm dixerunt de nostris Mazzarinus in Psalmum L. *t* & Pineda in opere de Salomone *u*: probatque ultimus *x* ex legitimo Davidis cum illa matrimonio natum Salom. In Genealogia Christi scribitur *y* quòd David genuit Salom. *ex ea quæ fuit Uriæ*, non expresso nomine proprio Bethsebee. Non est causa quod esset notior ex marito quàm ex nomine suo: sæpius enim de ea mentio sit quàm de illo, eratque sine dubio celebrior uxor Regis, quam miles privatus; nec ideo quod homicidii mariti conscia fuisset *z*, minus namque verisimilitudinis hoc habet: & luxisse narratur mortuum *a*: non item quod propter peccatum indigna esset nomine quòd non fideliter Sanctitius Theophilacto adscripsit, simili namque de causa fileri alias debuissent. Est autem ratio Aquinatis *b*. Voluit Evangelista memoriam refricare adulterii David, sicuti jam priùs nominaverat meretrices, quæ benignum non impediverint Messiæ adventum, simulque innuere, Salomonem natum ex illa tamquam ex legitima Davidis uxore, quamvis antea fuisset uxor Uriæ: denique placuit exprimi nomen Viræ fidelis ac justi servi Davidis, & ut credi etiam potest, Dei, qui tam gravi damno injuriaque in indignissimè affectus fuerat.

a in c. 21.

b in Gen. 21. 22. & seq.

c c. 26, 32. 33

d in 1. c. 3. 5

e 1. 3. 5.

f 2. Reg. 11

g in interpr. nom. Hebr. h l. 12. c. ult. à hoc loco. i 1. Par. 3. num. 4. k 10. 1. sect. 9 probl. 474. & tom. 5. sect. 1 pr. c. 1.

l in Hom. 1. in Matth.

m Pr. 5. 5.

n 1. par. 3. 1. & seq.

o 2. 2. cont. Faust. c. 8.

p 3. mor. c. 21

q 2. Apo. David. c. 10.

r in 2. Re c. 2

s de sur. u 13

t l. 15. c. 4.

x cap. 5.

Locus Matthæi expositus.

z Remig. in Matth. Tho. 3. p. q. 31. a. 3 ad 5.

a 2. Reg. 11. 26.

b supra.

Vers. 3.) Miserere mei Deus, secundùm magnam misericordiam tuam:

Et secundùm multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam.

TUA quidem Deus amplissima per omnes versatur visiturque misericordia: in miseriis maximè, quæ per se misericordiam accersunt & exigunt magis veluti objectum proprium ipsius: miseriarum porro summa peccatum est, quo quis obstringitur animo saucius confectusque, à te longissimè abit, omnium bonorum fonte. Inter peccatores sceleratissimus ego, sive propter tot ac tam illustria naturæ gratiæque, animi & corporis A externa ac interna accepta beneficia, sive ob perniciosum exemplum, quem, ut me tuus parabola convincit Propheta *c*, oportuerat aliorum peccata, his ipsis quæ patravi similia, coercere atque punire: sive, quia sciens grandia nimis mala commisi, magna illa non se se contineat in ira misericordia tua *d*, quam fateor iram, & ut misericordiæ clausi sint mihi fontes, commerui. Miserationes tuas & *misericordias antiquas e* requiro, ut pro more, quem tantis tot retro sæculis ad te pro venia universi sunt experti, etiam supplici mihi condones: neque ipse ferre turpitudinem meam, quæ tibi displicet summo pulcherrimoque bono, plusquam dici aut cogitari possit. Ergo ne quid maculæ in anim meo resìdere sinas, unde mihi ipsi gravis, ingratus tibi existam, reatum solve ac tolle, ne debitas reposcas pro tantis criminibus pœnas, chirographum *f* mea ipsius quodammodo contra me scriptum manu, oblitera, dele, tolle, confringe.

c 2. Reg. 12. & seq.

d Ps 76. 10.

e Ps. 88. 50.

f Col. 2. 14.

Miserere mei Deus.) Nihil refert quòd legat Ambrosius, *g*, *Domine*, *miseros facit populos peccatum h*, pro, miseros, ἐλαττοῦσι, *diminuunt*, & pluraliter, Hebr. חסד *chesed*, quòd si misericordiam signent, ac variè declarentur, significant quoque probrum, legisse videntur LXX. חסר *cheser*, qui est defectus. Symmachus vertit ὄνειδος δέ λαοῖς ἁμαρτίας. *Miseria peccatoris in paupertate*, cæcitare, nuditate *i* consistens flagitat divinam misericordiam, quæ sola mederi tantis malis potest non remittitur pœnitenti peccatum ex justitia, ut contra Pelagianos Augustinus *k* demonstrat: sed ex Dei promisso gratia: misericordia gratiam includit. Hebræum verbum hujus loci cum affixo חנני *chonneni*, à quo verbo matris gratiæ mater Anna, & auctoris gratiæ præcursor Joannes nominatus est, quum nemo esset in omni priore cognatione qui tali nomine vocaretur *l*, hoc est, qui legem præsentem gratiæ demonstrare posset. Tam acris ac improvisa imploratio misericordiæ, absque distincta enumeratione miseriarum harum vehementiam indicat, multitudinemque peccatori benè perspectam, (qui enim non agnoscit, ignosci non petit, nec dolet) satis etiam innuit implorans magnam misericordiam, quæ plura prolonqui non sinat, silentio premit nomen proprium David, quia miseriis notissimum se putat, quia pudet adeo amicè ac familiariter agere, ut Urbanus IV. Bonaventura, & ante illum Hugo Victorinus *m* observat; quia indignum se sentit, cujus non modò Deus aliique, sed ipse etiam sit memor nominis *per labia sua n*. Non jam audet dicere: *Memento o Domine David*, non illud usurpat, *Ego p servus tuus & filius ancillæ tuæ*, nec oculos vult in cœlum levare, hoc unum curans ut percusso pectore propitium sibi peccatori Deum *q* faciat, indignum judicans vocari *filius r*: si Psalmum statim pronunciavit ac à Nathan est reprehensus, aut ad id tempus respiciens, eum composuit, nihil pro filio auditur petere, cujus comminatus morte propheta fuerat, vel quia non puras minas interpretabatur, sed certam prædictionem: vel quia satis erat pro se misericordiam poscere, quum esset peccato suo mortem filii meritus, vel quia res quædam patris filius est: quo pacto Chananæa orabat (Miserere mei) *s* quamvis filiæ flagitaret incolumitatem notatu verò dignum, quòd hæc exprimit nomen David usurpans *miserendi* verbum, *miserere mei fili David*, eodem præterea modo cæcus Bartimæus, *t*, *Jesu fili David miserere mei*: cui adjunctus alius cæcus ita quoque clamabat *u*: & de uno narrat etiam Lucas *x*. Credo versabatur in omnium sæpius ore formula ista, simul item Davidis misericordia: è cujus familia credebatur venturus Messias. Dei vocabulum, quod etiam post prolatum *miserendi* profert verbum miserabilis & ærumnis pressus pœnitens convictus à Nathan, & causæ defensionem nullam reperiens *y*, etsi hinc propter majestatem, peccatori horrorem incutit, ex altera parte spem excitat, quia novit figmentum *z* nostrum, quod etiam quoniam suum est, reficere vult non perdere, quia non facit furorem iræ, ut disperdat, quoniam inquit ipsemet *a* de se, *Deus ego & non homo*, quia remittit de suo jure, ac de rigore vindicis justitiæ suæ: cujus rei nonnullus typus haberi potest, ut Castro *b* quidem notavit, effractio tabularum, quando populus vitulum adoraverat *c* in radice montis, ideſt per merita Christi, cujus Divinitas culmen: media celsitudo, ani-

g 2. Apolog. David c. 12

h Pr. 14. 34.

i Apoc. 3. 17

k Ep. 106.

l Luc. 1. 61.

m Annot. in Ps. cap. 58.

n Ps 13. 4.

o Ps 131. 4.

p Ps. 115. 16.

q Luc. 18. 13

r c. 15. 19. 21

s Matt. 15. 22

t Mar. 10. 47

u Matt. 20. 30.

x c. 18. 38. 39

y Chr. Cass.

z Ps. 102. 14.

a Osia 11. 9.

b Hom. 3.

c Ex. 32. 19.

ma, pes, caro, crucifixa: Nomen Dei Hebræum hoc loco eſt אלהים *elohim* ſignificans fortem ac judicem, quaſi fortiorem imploret, ſuperatus à ſpiritu poteſtatem habentis, ideſt, uſurpantis ſuper *a* ſe, & illum cujus in creando (in creationis enim hiſtoria ponitur id nomen *b*) requiratur, in recreando atque juſtificando, & quadam quidem ratione, major omnipotentia, quæ parcendo maximè & miſerendo manifeſtatur. Ut Judex præterea invocatur, quia decrevit dum nobis vita ſupereſt, damnationis non ferre ſententiam, ſed pœnitentiæ locum dare. Talis autem eſt, ut Hugo *c* Victorinus notat, ut quia ſapiens non poſſit falli, non corrumpi, quia juſtus, non vinci quia omnipotens, non declinari quia ubique. Adde quòd ut bonus non poteſt non exorari. Tandem forma nominis pluralis innuit perſonas Trinitatis proprio quodam modo per peccatum læſas. Patris ſecundùm omnipotentiam, quia regia poteſtate David abuſus eſt Uriam occidendo: Filii, ſecundùm ſapientiam, fraudibus utendo: Spiritus ſancti, ſecundùm bonitatem, dum bonitate ac pietate Uriæ flecti noluit, & alienum thorum conſpurcavit. *Tempus* nunc *miſerendi* venit, *venit* d *tempus: Deus meus miſericordia mea* nunc es *e*: igitur ago jure meo: quoties à te officii tui partes edigo, & velut debitum, ſed in ipſa fundatum benignitate, ac miſericordia repoſco. Porro etiam ſi *miſericors* Deus, *patiens*, *multæ miſericordiæ*, *præſtabilis ſuper malitia f* ſit, quod perfidè negans Cain deſperavit *g*, nihilominus *quis ſcit ſi convertatur & ignoſcat h*, & ſi *de propitiato peccato* non debemus eſſe *ſine i metu*, propitiationem majore cum metu deprecari oportet. Profundum nempè divitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei ſcire non poſſumus, inquit Hieronymus *k*, optandum potiùs quàm præſumendum. Attamen verum eſt quod hoc loco Chryſoſtomus *l* ſcripſit, & aliquoties alibi repetiit. Peccaſti, pœnitere; millies peccaſti, millies pœnitere: millies pœnitet, adhuc etiam pœnitere. Hanc vocem reprehendit in Novatianorum Epiſcopo. Socrates ejuſdem hæreſis ſectator *m*, unicam enim à Synodis datam lapſis pœnitentiam. De publica tantùm Synodi pœnitentia loquuntur. Idem vero Chryſoſtomus monet, non id ſe dicere ut negligentes faciat; ſed ut ad fidem ſalutaris expectationis adducat, ne quis umquam deſperet, ſed de Dei ſemper miſericordia confidat. Lege Sixtum Senenſem *n*.

Secundùm magnam miſericordiam tuam.) In quibuſdam codicibus legitur *miſericordia*: in plurali: quod eſſet ſi haberetur cum (י) *jod* חסריך *chaſdecha*, omiſit Hieronymus *magnam*: nec eſt Hebraicè aut Chaldaicè, nec in verſione Aquilæ, δώρησαί μοι ἀθεὸς κατὰ ἔλεόν σου, *dona mihi Deus ſecundùm miſericordiam tuam*: nec Symmachi οἰκτείρον με ὁθεὸς κατὰ τὸ ἔλεός σου, *miſerere mei Deus ſecundùm miſericordiam tuam*. Theodotio conſentit cum LXX. ἐλέησόν με ὁθεὸς κατὰ τὸ μεγαλεῖός σου, *miſerere mei Deus ſecundùm magnam miſericordiam tuam*. Verbum ἐμεήσεται cetera complectitur, εἰ κτείρον miſerentis effectum, δώρησαι, ipſum effectum ac donum ſeu largitionem: ἐλεητον illa etiam duo ſignificat: ſed propriè reſpectum gratuitæ largitionis, quem importat Hebræum חפץ *chanan*. Sapienter LXX. epithetum addiderunt, ut ſimile ſequenti verbo hoc eſſet, ſicuti frequenter in aliis, & in hoc maximè Pſalmo eadem ſententia verbis aliis repetitur, ut omnem comprehenderent miſerendi modum de quo nunc dixi: ut alluderent fortaſſis ad verba Moſis *o*: *dimitte obſecro peccatum populi tui hujus, ſecundùm magnitudinem miſericordiæ tuæ* כגדל חסדך *chegodelchaſdecha*, κατὰ τὸ μεγαλεῖός σου, nec non ad attributum, quod idem de eodem protulit *p*: *Dominator Domine Deus miſericors & clemens, patiens & multæ miſerationis* רב חסד *rauche-ſed*, πολυέλεος *ac verax*. Eccleſiaſtici auctor hortatus ad pœnitentiam, ne ſi non egeris eam, incidas *in manus Domini, & non in manus hominum q*, ſubdit, *ſecundùm enim magnitudinem ipſius* ὡς γὰρ ἡμεγαλωσύνη αὐτοῦ, *ſicut enim majeſtas ejus eum ipſo eſt r*. Ubi allusum videtur ad noſtri Davidis verba quum ei propter aliud peccatum optio trium ſuppliciorum data eſt: *melius eſt ut incidam in manus Domini* (*multa enim miſericordia ejus ſunt*) *quam in manus hominum ſ*. Ad pœnitentiam promonet non ſolum conſideratio meruendæ Majeſtatis, ac magnæ potentiæ Dei ad puniendum, ſed amabilis quoque magnitudinis miſericordiæ ipſius ad parcendum, nam duo hæc ait *t*, *audivi*, *quia poteſtas Dei eſt*, *& tibi Domine* (quaſi dicat magis peculiariter) *miſericordia*. Novam conjunctionem iſtam ſermonis vocat Ambroſ. *u*, ut *magna miſericordia* dicatur, atque non facilè alibi lectum meminiſſe, & ideo quæ ſit magna miſericordia advertendum: eſſe potiùs animadverſione dignum, cur toties ita de miſericordia ſcripturæ loquantur, non de aliis attributis, ſaltem non adeo frequenter. Nam præter allata teſtimonia legimus magnificatam miſericordiam *x*, multam miſericordiam *y*; iterum magnam *z*, multitudinem miſericordiæ *a*, mirificatam *b* plenam illa terram *c*, multiplicatam *d*, meliorem ſuper vitas *e*, confirmatam, & corroboratam *f*, multitudinem miſericordiarum *g*, ſuper cœlos *h*, ſuper omnia opera *i*, Dei, ſuper exaltantem judicium *k*, extendentem ſe uſque ad mille, ideſt, infinitas generationes *l*, & his Synonyma non pauca imò in catalogo plurimarum creaturarum atque beneficiorum Dei, qui teritur Pſ. CXXXV. illud perpetuò reperitur (*quoniam in æternum miſericordia ejus*) appellantur quoque *viſcera miſericordiæ Dei m*, & Deus *pater miſericordiarum n*. Magnitudinem miſericordiæ Ambroſius æſtimat ex virtute, quam Deus dicitur habere magnam *o*, ac tandem vult miſericordiæ magnitudinem ſpectandam in Incarnatione: quæ nimirum perfectæ redemptioni noſtræ neceſſaria erat. Idem ſentit Caſſiodorus, Innocentius III. Hugo Cardinalis, Thomas, & de Græcis Origenes, Chryſoſtomus, Cyrillus, Petrus ipſe *p*, *ſecundùm miſericordiam ſuam magnam, regeneravit nos in ſpem vivam*, & Joannis pater *q*, quod ſuſcipiendo Deus *Iſrael recordatus eſt miſericordiæ ſuæ*. Caſſiodorus verò, Gregorius, Innocentius, & Drogo tract. de Paſſione Domini edunt peculiariter Paſſionem Chriſti vocari *magnam miſericordiam*. Hanc aliqui putant *miſericordiam* intelligi Pſalmo LXXXVIII. *miſericordiam meam non diſpergam ab eo*, ideſt, non privabo ſemen Davidis venturo Chriſto de carne ipſius. Idem Ambroſius *r*, & Athanaſius ajunt innui deſiderium futuri baptiſmi, qui exactam remiſſionem peccati, reatuſque collocaturus eſſet, cum gratia ſanctificante. Ceteri magnæ peccati magni miſeriæ ob varias circumſtantias flagitari dicunt magnam miſericordiam & perfectæ curationi ab omnibus peccati effectibus, & reliquiis quas vocant. Hoc deinceps magis adhuc exprimitur, ſicuti & per aſperſionem hyſſopi baptiſmus ut videbimus. Non eſt nomen quo delectetur, magis Deus, quàm *miſericordis* propter hoc nomen (quod Jeſus eſt,) propitiari peccato ſuo petebat David, quia multum illud eſſet *ſ*, quam vocat alibi *t miſericordiam apud Dominum, & copioſam apud eum redemptionem*. Poſſet etiam nomine *miſericordiæ magnæ* prædeſtinationis intelligi beneficium. Duobus aliis in Pſalmis LV. & LVI. qui eodem pacto quo noſter iſte inchoant, liberationem poſcit David ab externis adverſariis dumtaxat, à quibus conculcabatur aut à malis pœnæ corporiſve; idcirco non interponit obſecrationem magnæ miſericordiæ Dei, quum autem gratia agit pro impetrata venia, & æternæ damnationis liberatione, ait *u*: *Confitebor tibi Domine Deus in toto corde meo & glorificabo nomen tuum in æternum, quia miſericordia tua magna eſt ſuper me, & eruiſti animam meam ex inferno inferiori*. Remiſſum illico David peccatum fuit ut dixit *peccavi x*, veteri adhuc de hoc non nihil potuit & *de propitiato* non eſſe *abſque metu*, tamen deprecari pro pœna temporali, pro dictis reliquiis, ut fomite: pro reſtitutione quorumdam donorum gratis datorum: pro recuperatione ſuavioris amicitiæ ac familiaritatis cum Deo, aliiſque prioribus promiſſis divinis: ut de Meſſia ex ſemine ſuo, quæ promiſſa dubitare poterat conditionalia fuiſſe, ſi non peccaret.

Bernardus *y* illam communem cauſam tractans, cur *magna* hæc *miſericordia* dicatur ob magnum peccatum, docet, eumque imitatus Urbanus Papa IV. in Paraphraſi *parvam* & *mediocrem* quoque dici prout ſunt peccata: magnum peccatorem magna miſericordia opus habere ut *ubi abundavit debitum, ſuperabundet gratia z*, vocat *parvam miſericordiam* per comparationem aliarum, quando non ſtatim punit Deos, ſed expectat ad pœnitentiam, *mediocrem* quum quis reſpondet huic expectationi, & convertitur *magnam*, per quam deinceps cavet quis gravia ſive mortalia peccata, hæc Philippus *a* de

Greve,

a Eccl. 10. 4.
b Gen. 1. 1.
c Auguſt. in Pſal. cap. 38.
Perſonæ Trinitatis per Davidis peccatum læſæ.
d Pſ. 101. 14. e Pſ. 1. 58. al.
f Ioel. 2. 13. g Gen. 4. 13. h Ioel. 2. 14. i Eccl. 5. 5.
k in Ioel. c. 2. l Hom. 2.
m lib. 6. c. 21. Numquam deſperandum, ſed de Dei miſericordia fidendum.
n 5. bibliothec. epiſt. 173.
o Num. 14. 19
p Exo. 34. 6.
q c. 2. 22.
r verſ. 25.
ſ 1. Reg. 24. 24.
t Pſ. 61. ult.
u 2. Apo. David. c. 12
x 2. Reg. 12. 13. Eccl. 5. 5.
y Ser. de tri plici miſer. & 4. miſerationibus. Magnus peccator magna miſericordia opus habet.
z Rom. 5. 20
a Ser. 104

Greve, transtulit tacito nomine. Tam lata Dei misericordia est (uti namque nobis ad hoc iisdem nominibus licet, quibus & Paulus *a* usus est & post eum Dionysius *b*, Gregorius *c* Isidorus & Bernardus ad Bonaventuram) *d*, ut ad omnes se peccatores peccataque extendat: tam longa & alta, ut restituat peccatorem in gratiam Dei ac in ejus cœlestis hæreditatis, præmiando etiam ultra condignum; tam profunda ut eruat ex inferno æternaque pœna, illos etiam qui eam experiuntur, puniendo citra condignum quod mysticè est *pugillo metiri aquas*, ut è contrario prius est illud, *ponderare cœlos* *e*. Id attigit Alphonsus à Castro *f*, sed fusiùs prosequitur Mazzarinus *g*. Porro tanta ista misericordia Dei enitescit præsertim erga peccatores, quum benefacit male meritis, communicando solem *h* ipsis pluviamque, sed quod pluris refert, gratiæ quoque munera: sic commendat Deus potissimùm charitatem suam *i*, in nobis, & ut Psalmo *k* XL. hoc modo *abyssus abyssum invocat*. David qui talem jam diu antè misericordiam exercuerat aliquoties in Saule *l*, ita ut eadem videri dignus potuerit, de congruo saltem ut loquuntur, & liberè suggerebat illius memoriam Deo *m* loquens de Saulis ejusdem familia cui consultum volebat, dixit *n*, *putasne aliquis remansit de domo Saul, ut faciam cum eo misericordiam propter Jonatham?* sed veluti se corrigens, quod videretur humano tantùm moveri affectu, iterum interrogavit *o*, *Numquid superest quisquam de domo Saul, ut faciam cum eo misericordiam Dei?* quamvis hoc innuere potest juramentum initum cum Jonatha *p*, Psalm. VII. *q* imprecabatur sibi, *si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis.* Jam ergo *magnam misericordiam* Dei memorans, illam intelligit maximè sibi propriam, cujus imitationi tam diligenter studuerit. Quum Nathan utens parabola, rem veram narrare crederetur à Davide, iratus nimis dixit: *vir mortis est qui fecit hoc & reddet quadruplum* *r*, videlicet alienæ injuriæ vindex volebat esse non propriæ: in propria quivis remissus ac indulgens potest esse: in ea quæ alium attingit, reddere jus, princeps præsertim, cujus debet. Ipsamet in alios misericordia nostra crebrò in scripturis appellatur *s Justitia*, quia commune Dei munus sibi vindicare debet, sed quæ accepit, aliis etiam tribuere, ut monet Gregorius *t*, ejusdem particeps misericordiæ, qua prorsus caret, *qui dives est in misericordia* *u*, habetque divitias gratiæ, nec bonorum nostrorum eget *x*: adeo exigua omnis nostra misericordia est, ut compareturab Osea *y* cum *nube matutina*, & *rore mane transeunte*; quamvis videtur sensus, misericordiam atque beneficium quam demonstrare volebat Deus, impeditam peccatis, velutique oriente Solis exaruisse. Alterum, inquit Urbanus Papa, existimare debemus orando Deum, Alexandrum: qui non attendebat quid quis, sed quid ipsum deceret dare.

Et secundùm multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam.) Hieronymus omissa particula, &, ponit plurali numero, *iniquitates meas*, legerunt alii עֲוֹנֹתַי *peschahhi*, in singulari non autem פְּשָׁעַי *peschahhai* in plurali. Augustinus docet his verbis præcedentem sententiam repeti, ut *deleri iniquitatem* sit misereri, *multitudo miserationum* sit misericordia magna, significant *miserationes* effecta misericordiæ actionesve illius, nempe Dei & Christi & passionis; prædestinationis, baptismi, justificationis, ut antea dictum est. Sed Ambrosius *z*, misericordia, incarnationem, miserationibus injurias tolerandas in carne intelligit Voces item רַחֲמִים *rechamim*, & οἰκτιρμὸν ardentiorem, & concitatiorem important, & ut ita dicam visceralem misericordiæ actum, cum viscerum commotione, quemadmodum alibi notavimus. Utens ergo istis vocibus maximè se miserabilem ostendit esse, super quo commoveri si fieri possit, ipsius Dei viscera possint debeantque. *Delendi* verbum incisum veluti in ære chirographum mortis, cum causa, quæ sunt peccata, inauit, sive *peccatum scriptum stylo ferreo & unguc adamantino* *a*. Qui solus est auctor sententiæ & cognitor causæ, solus delet apices illos lethales. *Ego sum, ego sum*, ait ipsemet *b*, *qui deleo iniquitates propter me, & peccatorum tuorum non recordabor*. Qui autem ignosci aliquibus nolebat, nec debitas dimitti pœnas, dicebat *c*: *ne operiat iniquitatem eorum, & peccatum eorum coram facie non deleatur*. Diximus ad rem præsentem faventia nonnulla Psalmo XXXI. Non vult David deleri nomen

Asuum *de libro viventium* *d*, sed iniquitatem de libro in quo omnes scribuntur *e*, & omnia opera, ne Deus mala cognoscat, quod fit quando desinunt esse. Miserationes multæ arguunt peccata multa, adulterii, fraudis, proditionis, rapinæ, homicidii, tùm Uriæ, tum ejus occasione aliorum multorum ut Ayguanus notavit: dicere potuit se peccasse super numerum arenæ maris: etiam & ob pessimum scandalum, & varias circumstantias eorumdem malas, pluraque effecta ex iis relicta. Præter ea non tantum priores acceptas à Deo miserationes, sed etiam veterem Dei in miserendo mortem, quas *misericordias antiquas* nominat etiam David *f*, atque multæ misericordiæ Deum esse omnibus invocantibus eum *g*, & pater Joannis *h*, ad faciendam, ait, misericordiam, cum patribus nostris. Docui præterea priori membro quantitatem attribui misericordiæ, & miserationibus Dei, tùm magnam tùm multam continuam discretamque. *Fons hortorum est puteusque aquarum viventium* *i* misericordiæ, unde tot rivuli derivantur miserationum, impetu fluentes ac tamquam *emissiones paradisi* *k*, quum *stillis* justitia similis dicatur, seu ipsa *stillar*, *l*, unde & misericordiæ initium *stillari* dicitur *m*, quando adhuc parva nec dum magna misericordia est, multiplexque miseratio. Precatus est alibi Deum David *n*, *reminiscì miserationum & misericordiarum in sæculo* antiquarum, & *numquid* ait *obliviscetur misereri Deus, aut continebit in ira misericordias suas?* Denique *delendi* verbo convincitur, peccata, in justificatione penitus auferri secundùm malitiæ maculam, & reatum æternæ pœnæ non in superficie tantum radi, aut solùm non imputari: qua de re dicto etiam loco egimus. *Coronat* & cingit Deus ac circumdat *in miserationibus* *o* & *misericordia*. *Oleum effusum nomen* *p* ejus est, idest misericordia effusa, quo instar olei subdit ac penetrat & super liquores enatat, indignans Deus alicui, aufert faciem ab eo, *misericordiam & miserationes* *q*: rursus dum amat, desponsat eum *in misericordia*, & miserabundus *r* *in miserationibus magnis congregat* *s*. Cave primum peccatum diligenter, facile enim suo trahit pondere ad alia, & pœnæ cujusdam loco finit Deus, ut labatur qui unum admisit, in alia, apponendo sic *iniquitatem super iniquitatem* ita ut *non intret in justitiam* ipsius *t*. Lege Thomam *u*.

Verumtamen si *peccasti*: *non adjicias iterum, & deprecare ut dimittatur tibi*. Delet mercator de libro rationum vel si quid aliud remisit, vel si debiti solutionem recepit: delet scriptor errores aut maculas obliterando aut radendo: delet pictor ex imagine quæ minùs placent: delet judex rei quam absolvit, causam sententiamque jam scriptam: delet nubem Sol aut ventus: delet lutum qui calcat & subigit. Multis præterea modis aliæ res delentur quos ad propositum accommodare non erit difficile. Paulus *x* de deleto *chirographo decreti adversus nos* meminit: Isaias *y* de deletis iniquitatibus more nubis; Daniel *z* de delenda per Messiam iniquitate: David *a* de non delenda iniquitate parentum in posteris imitantibus eos: *scribis contra te Deum amaritudines* *b* quando peccas: dele tu illas amaris lacrymis, & merito amaræ passionis Christi, aqua & sanguine quæ fluxerunt de latere Crucifixi. Cæsarius *c* memorat, scripta cujusdam studiosi Parisiensis peccata quum ea ore fateri præ lacrymis & singultibus nequiret, nec ab Abbate S. Victoris legi potuisse, quòd omnino deleta divinitus essent, juxta paullo ante ex Isaia recitatam sententiam. Celebre item Theophili sanguine scriptum Chirographum: ope Divina eidem absque notis litterarum restitutum. Vis profectò magna contritionis atqui parendum Divinis præceptis, de confitendo & satisfaciendo. Quod autem Chrysostomus asserit, ubi misericordia flagitatur, interrogationem cessare: ubi misericordia postulatur, judicium non sævire: ubi misericordia petitur, pœnæ locum non esse: ubi misericordia, quæstionem nullam esse; ubi misericordia, condonatam responsionem esse; non evertit ut Calvinus eum perperam intellexit, satisfactorias pœnas, & Oecolampadius. Refellit istos Sixtus Senensis allatis apertis locis Chrysostomi pro satisfactione. Locus iste illius de publica pœnitentia intelligi potest & contentioso illo judicio, aut de reatu æternæ pœnæ, qui tollitur per misericordiam, quamvis remanere possit debitum solvendi pœnas temporales. Quo pacto unus David abstractè appellat Deum *misericordiam suam*, &

præ

a *Ephes.*3.18. b *de Div.nom. cap.* 9. c 10. *Mor.c.*6 d 1. *Thareſſ. c.* 1. & 5.

e *Is.*40.12. f *Hom.* 3. g *discurs.*24. & 25.

h *Matt.*5.45

i *Rom.*5.8. k *vers.* 8. l 1. *Re.*24.11. 12.c.26.9. & *seq.*

m *Ps.*131. 1.

n 2. *Reg.*9.1

o *vers.*3.

p 1. *Reg.* 20. 16.

q *vers.* 5.

r 2. *Reg.*12.6 In propriæ vindicta injuriæ remissus quivis & indulgens esse potest.

s *Matth.*6.1

t *cap.*6. 4.

u *Apo. David. c.* 12.

x *Ier.*17.1.

y *Is.*43.25.

z *Ps.*108.14.

a *Ps.*68. 29.

b *Ps.*138.16 Miserationes multæ arguunt multa peccata.

c *Ps.*98.50.

A *de libro viventium* d *Ps.*85.5. e *Luc.*1.72.

f *Can.*4. 15. g *ibid.*13. q 2. *Par.* 12. 7. 6.34.21.25 *Ez.*20.46. & 21. 2.

B i 2. *Matth.* 18.27.

k *Pr.*24.6. l *Ps.* 102. 4. m *Cant.*1.3.

n *Ier.*16.5.

C o *Os.*2. 19. p *Is.* 54. 7. Primum peccatum diligenter cavendum suo pondere trahens ad alia. q *Ps.*68.28. r 22.q.87. a. 1. s *Eccl.* 21.1. t *Ps.* 108.14 u *Iob.*13. 16.

D x *in l.*3.c 10 De studioso quodam Parisiensi tradita de peccatis ab ipso scriptis cum ore fateri nequiter præ lacrymis Theophili sanguine scriptum chirographum. y *Hom.* 2. z *c.*9. *Instit.* Contritionis vis. Satisfactoriæ pœnæ. a *In transl. sua operum Chrysost. ad marg. hom.*6 *in Gen.* b 5. *Bib. ann.* 26. & 164. & *l.*6. *ann.*261. c *Ps.*18.18.

præ ceteris *a* crebram de miſericordia facit mentionem. Vide quæ infrà Pſalmo LVIII. dicuntur à nobis *b*. Eccleſia in oratione pro gratiarum actione habet, *Deus cujus miſericordiæ non eſt numerus, & bonitatis infinitus theſaurus.*

a Pſ.143.2.
b verſ.18.

Verſ. 4.) Amplius lava me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me.

NOn ſufficit mihi remiſſio pœnarum, & obliteratio reatus æternæ damnationis: nec ſum contentus malitiam ipſam peccati deletam: velim præterea ablui reſidentes ſortes, condonari temporales pœnas, reddi animam plenè mundam. Nam etſi dimidiatè non fit à peccatis mortalibus juſtificatio, quidam tamen ſæpe ſuperſunt effectus quibus mederi oportet. Non continuò deletis fœdis characteribus de pariete, ita ut legi non poſſint paries immaculatus eſt Ablatis etiam maculis, prior non ideo nitor reſtituitur. Piacula, luſtrationes, lavacra, baptiſmata legis, animi ſordes non detergunt, inquit Cyrillus, ſed ſunt ad carnis emundationem dumtaxat *c*, opus perfectiore ſacerdotio remedioque fruſtra *nitrum* eſt *herbave* * *borith* atque omis facultas naturalis. Prævidebat David aquas baptiſmi mundas & mundantes, ut placet Ambroſio *d* & Caſſiodoro. Urbanus Papa utitur hac ſimilitudine, ſicut ſuper deletas litteras, quædam ex ipſis litteris remanet turpitudo, per quam adhuc perpendi poſſint ipſarum deletarum veſtigia, & ſignificatio litterarum, niſi ipſæ litteræ & litura penitus eradantur, ita & deletam à Deo iniquitatem in anima quamdam deformitatem relinquere, per quam à Deo qui ſolus eſt inſpector cordium, & conſcius ſecretorum, & ab illo, qui eſt animarum improbus accuſator: poteſt adhuc perpendi à Dæmone per externa quædam ſigna, quanta fuerit iniquitas niſi poſt deletionem à Deo amplius abluatur. Subdit lavandi modos, per lotionem myſticam illam pedum quam Chriſtus uſurpavi *e*: per lixivium calidum amarumque noſtrarum lacrymarum: per butyrum *f* devotionis; per ſacramenta, quæ continet pretium ſanguinis Chriſti, in quo lavamur *g*. Adde fidem purificantem corda *h*, verbum Dei ſive ſermonem *i*, eleemoſynam *k*, rectam intentionem *l*. Munditiam quoque comparat (quia quod ablutum eſt, inquit, remanet aliquando impurum, immundiumque) cum leproſi mundatione, qui ad ſacerdotes mittebatur, quod confeſſionem peccatorum deſignat. quemadmodum lepra peccatum: quia lepra debilitat, inficit, contagio corrumpit, horrori etiam ad aſpiciendum eſt. Quodlibet peccatum mortale maculam inurit *m*, inquinat *n*; denigrat *o*, abominabilem reddit *p*, ſive cum fumo compares ſuperbiam, ſive cum pulvere avaritiam, ſive cum tenaci liquore luxuriam, quod Caſtro *q* facit, ſed hunc effectum potiſſimùm luxuria operatur, ut de Ruben *r*, ac Salomone *ſ* cribitur, & hoc proprium iſtius vitii, ut una commaculet duos ut cum anima corpus; quod contumelia afficitur *t*, & in quod peccatur *u*: ut in lucta etiam ſi vincas, quodam tamen modo quaſi attactu inficiaris. Accedit peſſimum in regia perſona exemplum, ita ut ſubditis contemptui, ludibrioque, & eiſdem admirandum occaſio eſſet: diu in peccato David hæſerat, ſcilicet fere annum integrum, uſq; ad id tempus, quo ad eum Nathan miſſus eſt, ut antè diximus, propterea ut Didymus, ac Heſychius, docent, amplius lavari petit. Non ſine cauſſa quæſivit Chriſtus; quantum temporis eſſet ex quo quidam evaſiſſet Dæmoniacus, & quum reſponſum eſſet ab infanti, difficultatem curioſis oſtendit, docuitque, genus illud non ejici niſi in oratione & *x* jejunio. Item ſuper Lazaro mortuo quatriduano flevit Chriſtus, turbavit ſe, clamavit *y*. Tam difficile qui didicit malum, poteſt benefacere, quàm *Æthiops pellem, pardus mutare varietates z*: holocauſtum ſemel, iterum, tertiò aqua per fuſum cœleſtis accendit ignis *a*: ſepties lavari aqua leproſum Naamanem principem oportuit *b*: Hebræum totidem vicibus, ſed *ſanguine paſſeris c*: quæ videri poteſt novi à veteri teſtamento differentia: translato peccato ac deleto lavari vult amplius, quia impetrata venia exigit majorem gratitudinem: cicatrix, licèt obducta, majorem imbecillitatem ac difficultatem relinquit, pœnitens *A dignos pœnitentiæ fructus d* facere debet, ut ab his etiam abſtineat, quæ alioquin eſſent licita, ut monet Gregorius *e*, ſatagendum ut per bona opera certa fiat vocatio, & electio ſicque deinceps peccatum non admittatur *f*, incumbendum munditiæ animi facultatumque ipſius, quas peccati turpitudo infecit. Audiverat David adulterium ſibi condonatum homicidiumque *g*, ſed ab occultis aliis, de quibus ambigebat, mundari volebat *h*, ut obſervat Gregorius, nec non ab alienis: Chryſoſtomus, candoris priſtinam reſtitutionem, & roboris, Ambroſius & Innocentius petere Davidem interpretantur. Collegit Mazzarinus *i* rationes quatuordecim quibus David intelligi poſſit poſt remiſſum peccatum petere: ut Deus ampliùs lavet ipſum ab iniquitate, & à peccato mundet. Potiores attigi, nec improbabilis illa, ut reſpiciat futurum tempus deprecans ne in eaſdem recidere maculas ſinatur. Quid ſi reſpexit David ad aquas, quibus dum corpus lavabat Bethſabee *k*, ipſe animum cœno voluptatis, ac deinde corpus etiam conſpurcavit. Ceterum quamvis Deus imperet ut lavemur ac mundi ſimus *l*, & ut lavemur *à malitia cor m*, merito ipſemet oratur ut lavet, quia noſtrum quidem eſt cooperari gratiæ, ſed gratia tota Dei eſt. David lectum per ſingulas noctes lavabat, ſtratum lacrymis rigabat *n*. Quemadmodum cerò creſcere in quocumque gratia magis ac magis poteſt, ſic ampliùs quivis curare debet, niſi ſibi deeſſe velit, ut ejus comparet incrementum, & ut ſi juſtus eſt, juſtificetur adhuc *o*. Operum quoddam genus eſt, quod ſupererogationis, & conſilii & vocamus, quia lex Chriſti neminem per ſe ad ea obligat: alicui tamen ob pericula tentationeſve vitæ ratio aliis libera, poteſt eſſe neceſſaria, ut reſpondiſſe Dunſtanum Epiſcopum recordor.

Ampliùs lava me.) Hieronymus *p*, *multùm lava me*. Alii, *multiplica lavare me*, vel, multiplica, nempe miſericordiam, lava me: vel in multitudine, videlicet miſericordiæ, aut lavacri tui, lava me. Hebræum הרכה *harbeh*, imperativo ſignificat *multiplicia*, quamvis hìc notetur cum punctis ſegol, הרכה *herbeh*, aut ſine, (ה) הרב *hereu*, poteſt quoque nomen eſſe quomodocumque ſcribatur, & ſignificare *multum*. In Pſalterio Gallicano ſive Ambroſiano addita particula, &, *multùm lava me*. Auguſtinus, Fulgentius *q*, Pſalterium vetus, *magis magiſque lava me*. Eodem quoque pacto alicubi Hieronymus *r*, quem etiam ita citat Concilium Francofordienſe in Epiſtola ad Præſules Hiſpaniæ, eodemque modo Fulgentius *ſ* legit Ambroſius *t*, *in multum lava*, Caſſiodorus & Auctor quæſtionum utriuſque teſtamenti, *uſque quaque lava me*, Græcè ἐπιπλεῖον *in plus*: Chaldaicè סוגעא *ſughehha*, *admodum*. Non tam ſæpius quàm plenius lavari petit, inquit Ambroſius, quomodo plenius id fieri poſſit, præter rationem quam affert de baptiſmo, quo juſtitia omnis impletur *u*. (etſi revera non hoc dicebat Chriſtus de efficacia ſacramenti, non conferendam juſtitiam, nec de ſuo ideſt, à ſe inſtituto loquebatur, ſed de Joannis baptiſmo quem pro humilitate recipere volebat) jam prius docuimus. Quare ſæpius fieri ablutionem iſtam eorumdem peccatorum certum eſt: ut teſtatus pius ac ſalutaris uſus confeſſionum generalium, in quibus eadem ſpeciatim peccata, de quibus aliàs confeſſi abſoluDtique ſumus, repetimus, ut eorum abſolutionem denuo conſequamur. Ea repetitio facit ut quis à peccatis abhorreat, & recedat; magis ac magis ſatisfaciat pro pœnis temporalibus: magis confirmetur in voluntatis propoſito, circa emendationem vitæ: magis recordetur aliquorum obiitorum peccatorum, vel circumſtantiarum: magis deprehendatur ac progrediatur in via Domini aut contra; magis erudiatur à confeſſario de neceſſariis ad profectum ſpiritualem; novam gratiam recipiat remiſſivam peccatorum quantum eſt ex ſe; & juſtus magis juſtificetur *x*; ac priùs niger formoſior evadat *y*, ut ait Origenes *z* Benedictus Papa XI. *a* decrevis ſalubrem eſſe confeſſionem contra nonnullos, qui dubitabant; ut videre eſt apud Ricardum *b* & Rubionem *c*, ſed hac de re plura in ſcholis. Juſtitiæ noſtræ cum divina comparatæ ut *pannum menſtruatæ* d, ſi loti fuerimus *quaſi aquis nivis*, & *fulſerint velut munditſime manus noſtræ*, *tamen ſordibus intinget* nos *e* Deus; quamvis abſolute ac ſimpliciter & intrinſece coram Deo juſti eſſe poſſimus in hac vita, & aliqui ſint omnino tales.

Ab iniquitate mea.) Alia Pſalteria, & Ambroſius, Auguſ-

b Hieb.9.13.
* Ier.2.22.
d 2.*Apol. David c.*8. Urbani Papæ ſimilitudo.
e Ioan.13.5.
f Iob.29.6.
g Apo.1.5.
h Act.15.9.
i Ioan.13.10
k Luc.11.41
l Iſ.1.16.
m Ier.2.22.
n Pſ.6.26.
Apo.22.17.
o Thren.4.8
p Oſe.9.10.
q Hom.6.
r Gen.49.4.
ſ Eccl.47.22
t Rom.1.24.
u 2.Cor.6.18
x Marc 9.20
y Ioan.11.43
z Ier.13.20.
a Ro.3.18.38
b 4.Reg.5.14
c Lev.54.6. Impetrata venia exigit majorem gratitudinē
d Matt.3.8
e Hom.20.in Evang.
f 2.Petr.1.10
g 2.Reg.12.13.
h Pſ.18.13.
i diſcurſ.31. Mazzarini rationes quatuordecim quibus poſt remiſſum peccatum David lavari ampliùs petit.
k 2.Reg.12.2 I Iſ.1.16.
l Ier.4.14.
m Deus ipſe metut lavet nos curatur.
n Noſtrum cooperari gratia Dei tota eſt.
n Pſ.6.7.
o Apo.22.11. Operum genus quoddam ſupererogationis & conſilii.
p hic.& ep. 46.
q de remiſſ. piſc.c.12.
r in c.6.
ſ 1.de remiſſ. pec.c.20.
t 2.Apo.Da. c.17.& hoc loco.
u q.122.apud Aug.tom.4. pleniùs quam ſæpiùs lavari petit David.
x Matt.3.15
y Apo.22.11.
z Can.1.3.
a Ibidem.
b Extravag. 1.de privil.
c 4.d.18.a.2 qu.4.
d 4.d.16.q.2
e Iſ.64.6.

guſtinus, Caſſiodorus, Fulgentius; quem citavi, *ab injuſtitia mea*. Græcè erat prius ἀνόμημά, hìc ἀνομία: Hebraicè priori loco פֶּשַׁע *peſchahh*, poſteriore עָוֹן *hhaauon*. Equidem puto, ait Hieronymus eſſe voces *iniquitatis, peccati, delicti* a, alias quod aliàs demonſtravi. Joannes *b* enim ſcribit, quòd *qui facit peccatum, iniquitatem facit, & peccatum eſt iniquitas*: ſunt etiam *omnia mandata Dei æquitas* c. Quocirca omiſſo nunc delicto, quod hìc non extat, non eſt proprie iniquitas, ante baptiſmum hominumq; lege carentium: peccatum poſt baptiſmum legem habentium: iniquitas contra legem Dei, peccatum contra præſcriptum rationis & conſcientiæ: iniquitas pravus quaſi fœtus concupiſcentiæ, peccatum concupiſcentia ipſa: iniquitas, mala voluntas, peccatum actus malus ejuſdem: & quod attinet ad rem præſentem, non magis iniquitas homicidium ſignificat, & peccatum adulterium, quod aſſerit Athanaſius, quàm è contrario. Sic etiam ſentio de opinione Innocentii, qui ſumit iniquitatem prout David in ſemetipſum peccavit, peccatum quo in Deum proximumque; nam Gregorius oppoſitum dicit. Sic de Ayguano, qui pro culpe *iniquitatem*, *peccatum* pro pœna peccati. Hoc planè verum quod obſervat Ambroſius, Davidem tot verſibus peccatum ac tot vocabulis reſonando, & repetendo exaggerare: nos pro pluribus peccatis (unum Davidis nominavit alioqui multiplex, quia ſemel plura illa fecit nec repetiit) vix ſemel Dei miſericordiam credere obſecrandam; illud etiam concedo ex vulgari loquendi modo, plus & eſſe vocari iniquum quàm peccatorem: atque ita videri nomine *iniquitatis* Davidem ſignificaſſe ſi Latinè locutus eſſet, ſe acerbè deliquiſſe, ut ſcribit Auctor *d* quæſtionum utriuſque teſtamenti. At habenda ratio linguæ etiam Hebrææ, Græcæque, & vidimus promiſcuè in hoc ipſo Pſalmo, nunc antè, nunc poſt nomen iniquitatis & peccati collocari.

Et à peccato meo.) Alii priùs citati, *à delicto meo*, ſed ἁμαρτία generale *peccati* nomen eſt, ſicut & עָוֹן *hhaauon*, delictum pro omiſſione vel peccato ex ignorantia vocatur παράπτωμα, שְׁגִיאָה *ſcheghiah*, ut vidimus Pſ. 18. *e*

a *in Pſ.* 18. & *in* 1. *Ioa.* 3.
b 1. *ep.* 3. 4.
c *Pſ.* 118. 172.

Peccatum & iniquitas ut differant,

d *q.* 112. *ap. Aug. Tom.* 4.

e *verſ.* 13.

Verſ. 5.) Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco; & peccatum meum contra me eſt ſemper.

AD impetrandam veniam, præter illam cauſſam primam quam allegavit ex magna miſericordia Dei multitudinemque miſerationum ipſius, ſecundam nunc profert, quia quæ tamdiù diſſimulaverat ſcelera pervicaci quadam impœnitentia, jam tandem agnoſcat, ac præ oculis ſemper habeat, eorum gravem malitiam attentè conſideret, indeque continuo animo acerbiſſimum dolorem concipiat, apertè diſerteque confiteatur. In Judicio Divino reus confitens, dum tempus miſerendi eſt, miſericordiam reperit, ſi culpam agnoſcit, ſi non excuſet, ſi non elevet, *qui abſconderit ſcelera ſua, non dirigatur: qui autem confeſſus fuerit & reliquerit ea, miſericordiam conſequetur* f. *Juſtus*, ideſt, qui juſtificari vult, *prior eſt accuſator ſui* g, nec expectat dum alius accuſet. Quamvis juxta textum Hebr., *juſtus primus in lite ſua, venit proximus & inveſtigavit eum*; ſenſus ſit, quod is qui prior in lite ſua quam habet cum alio, loquitur, videtur juſtus, donec accedat alius: expectavit tamen David corripientem Nathan juſtum *in miſericordia* h, libenter audivit, & imploratam miſericordiam impetravit. Dicere jubet Deus priorem *iniquitates ſuas*, qui velit *juſtificarii*, ſeu ut habet vulgata editio, *narrare ſi quid habemus ut juſtificemur*: Hoc non poteſt qui non cognoſcit: tanto numero quandoque comprehendunt illæ, ut videri non poſſint, adeo multiplicantur, ut cor ipſum derelinquat k, & excors aut vecors non recogitet, aut non recordetur. Non mediocre eſt, ait Ambroſius, ut agnoſcat unuſquiſque peccatum ſuum. Ideoque & ſuprà dicebat, *lapſus* l ſeu *delictus quis intelligit*: aut *intelligit*: ideſt, quis eſt tantus ut intelligat? Qui enim poteſt agnoſcere, poteſt declinare, poteſt quid ſequatur eligere. Non qui gloriatur *quum male, fecerit*, & exultat *in rebus peſſimis* m, hoc poteſt dicere, ſed qui dolet quòd fecerit, qui condemnat quòd deliquerit, quem ſua vitia compungunt. Alium gloriantem & jactantem ſe in peccatis confert Ambroſius cum equis, qui quum ceciderunt, ſe jactare conſueverunt: & quos caſus non læſit, jactando ſe debilitant & frangunt, eum qui agnoſcat peccatum cum Græcorum equis, qui quum vel in certamine curuli eliſi fuerint, vel fortuitò ceciderint, nequaquam ſe commovere conſueverunt, & quamdam tenent quietis & patientiæ diſciplinam: ita ut ſi his caſus non nocuit, quies profit: certè non acerbetur offenſio. Ideo quaſi multo dici jumento *n*, *quieſce*. Adjicit præterea *o* ſalubre monitum de futuro judicio in quo nudabitur uniuſcujuſque pectus, ac teſtimonium reddet cuique *conſcientia ſua p*, prodetur omnibus quod putabatur occultum: qui deſpicabilis hìc judicabatur, præferetur. Non poteſt latere peccatum Deum, ut medeatur tamen tamquam medicus, detegi ſibi tamquam vulnus, vult, & homini, cui ſuas hìc in re partes commiſit. Incredibilis infania de vulnere non erubeſcere, de ligatura vulneris erubeſcere, inquit Auguſtinus. Saul deprehenſus in peccato à Samuele, fateri noluit *q*, & alius Propheta ut perſuaderet alteri, juſſit ſe vulnerari, aſperſioneque pulveris os, & oculos mutavit *r*. Flebat *ſ* Chriſtus ſuper civitatem non cognoſcentem peccata, Deus Adamum requiſivit, poſtquam peccavit ut ad peccati confeſſionem traheret *t*. Cognatum Petrus ſuum deploravit *u*, Magdalena *x*: latro *y*; prodigus *z*: Judæi quibus prædicavit Petrus *a*: Saulus *b*: At Sauli dicenti ſe peccaviſſe *c*, non ignovit Deus ut obſervat Bernardus *d*: non Antiocho *e*. Cognoſcit, ut par eſt, iniquitatem ſuam cui diſplicet ac dolet, qui pœnam ſubire paratus eſt: qui fert patienter arguentem & corrigentem: qui vitare omnino in poſterum ſibi proponit peccatum peccandique occaſiones, qui quanta ſit ejus malitia penſat, quantis bonis hominem ſpoliet: quàm graviter Deum lædat: quantis obnoxium facit ſuppliciis: quantam imbecillitatem ad opera virtutis inducat: quàm noceat aliis exemplo, quot quantumque hominibus ſatisfacere debeat: qui quæ cognovit diligenter idoneo etiam miniſtro Dei confitetur: ſed hæc proſequi non eſt hujus inſtituti: cauſam verò Chryſoſtomus hic aliiſque locis quos citat Sixtus *f*, & Caſſianus ex iſto loco inferunt, ſatis eſſe ſoli Deo confiteri: de publica pœnitentia intelligunt ſeu confeſſione, de cujus abrogatione Sozomenus *g*. Eſt qui per negligentiam tradit oblivioni peccata: qui refugit recordationem eorum, ne ſentiat conſcientiæ punitiones morſuſque: qui ſui amore obcæcatus, parva, levia, pauca æſtimat: qui ſpecie boni ac ſimulacro quodam virtutis, etiam quæ ſunt mala, credit bona eſſe: qui ob inveteratam peccandi conſuetudinem reputat quidlibet, fas, juſtum. Argumentum Seneca *h* in melius translati animi ſcribit eſſe, quòd vitia ſua, quæ adhuc ignorabat, videt: quibuſdam ægris gratulationem fieri, quum ſe ipſos ægros eſſe ſenſerunt. Diabolus, ut Naas *i*, ut Philiſtæi *k*, eruit oculos mancipiis ſuis. Is quem facti ſui pœnitet, ait Lactantius *l*, errorem ſuum priſtinum intelligit, & per μετάνοιαν reſipiſcit ac mentem ſuam quaſi ab inſania recipit. Nam aliud eſt, ut Gregorius *m* adnotat, videre & cognoſcere peccata, per judicium damnando, aliud per appetitum, iniquitatem. Hanc ſi iſto modo aſpexiſſet in corde, David ſe negabat exaudiendum *n* à Deo priore modo idem in Pſalmo 31. *o* dicebat Deo, *delictum meum tibi cognitum feci, & injuſtitiam meam non abſcondi: dixi confitebor adverſum me injuſtitiam meam Domino*, & in 37. *p iniquitatem meam annuntiabo, & cogitabo pro peccato meo*. Viciſſim Deus apud Iſaiam *q*, *iniquitatum tuarum non recordabor: tu verò memento*. Et tamen etiam verum eſt, quod Pinufius monet *r*, modum in memoria peccatorum tenendum, ne vel delectatio ſubrepat, vel antiquæ putredinis ſola contagio tetro mentem fœtore corrumpat, & ſpiritalem virtutum fragantiam, ideſt, ſuavitatem boni odoris, excludat: quod ſi memoria illa pulſet, ita ab ea reſiliendum, ſicut refugit vir honeſtus & gravis, ſi impudicæ, ac procaci fœminæ in publico aut colloquiis aut amplexibus appetatur. Idem obſervatum lego ab auctore libri de contritione cordis apud Auguſtinum *ſ*, multos in recordationibus malorum ſuorum dum etiam plorant, in ipſas eorum delectationes inſipienter incidere. Celebre Petri exemplum, ſemper tota vita peccatum deflentis, audito Galli cantu. Rectè Auguſtinus, *ô homo ſi te videris, tibi diſpli-*

Peccatorum cum equis Græcorum comparatio & cum aliis

n *Gen* 4. 7. *ſecund. LXX.* 02. *Apo. Do. c.* 12.

In futuro judicio pectoris uniuſcujuſque nudatio.

o *Rom.* 2. 15.

p

q 1. *Reg.* 15. 20. *c.* 15. 14.
r 3. *Reg.* 20. 38.
ſ *Luc.* 19. 41.
t *Gen.* 3. 9.
u *Matt.* 26. 75.
x *Luc.* 7. 13.
y *c.* 23. 42.
z *c.* 15. 19.
a *Act.* 2. 37.
b *c.* 9. 3.

Iniquitatem ſuam quis rectè cognoſcat.

c 1. *R.* 15. 24.
d *Ser. de ſan. Andrea.*
e 2. *Mach* 9. 13.

C

fl. 5. *an.* 175

g 9. *tr.* 1. 95.

Peccatorum confeſſio.

h *Ep.* 6.

Animi in melius translati argumentum.

i 1. *Reg.* 11. 2
k *Jud.* 16. 21.
l *l.* 6. *c.* 24.

m 22. *Mor. c.* 2. *vel* 3.

Peccata videre & cognoſcere; quid.

n *Pſ.* 65. 18.
o *verſ.* 5.
p *verſ.* 19.
q *c.* 43. *ſecu. LXX.*

r *apud Caſſ. coll.* 20. *c.* 9.

Modus in memoria peccatorum tenendus.

ſc. 4. *Tom. c.*

Multi in recordationibus peccatorum delectationes inſipientes incidunt.

D

f *Pr.* 28. 13.
g *Pr.* 18. 13.

h *Pſ.* 140. 5.

i *Iſ.* 43. 26. *ſecund. Lxx.*

k *Pſ.* 39. 13.

l *Pſ.* 18. 13.

m *Pr.* 1. 24.

diſpliceres, & mihi placeres: ſed quia te non vides, mihi diſplices, & tibi places. Multum prodeſt peccatribus ſcire quid fecerint, inquit Hieronymus a tractans Ezech. *b* illum locum, *Fili hominis notas fac Jeruſalem abominationis ſuas*, quo ſpectat etiam præceptum datum Iſaiæ *c*. annuntiaret populo ſcelera eorum, clamando abſque ceſſatione, & quaſi tuba exaltando vocem. Serpentis ænei aſpectus ſalutaris *d* fuit ſic propriorum conſideratio peccatorum, ut Cæſarius *e* Arelatenſis aſſerit, præſentis quoque teſtimonio loci, dicens quod eum bene proferimus quando benè reſpicimus illa, & ſic morſus ſanamus ſerpentis per ſerpentis aſpectus. Recogitabat Ezechias annos ſuos *in amaritudinem animæ ſuæ f*.

Iniquitatem meam ego cognoſco. Hieronymus *g*, *iniquitates meas ego cognovi*, eodem modo Cæſarius Arelatenſis *h*, etiam hic ut verſu 3. eſt פשעי *peſchahhi*, in plurali, ſed alii legerunt in ſingulari פשעי *peſchahhai*, (pro *cognoſco*) Pſalterium Gallicanum Caſſiodorus, Innocentius, Hieronymus *i*, etiam Fulgentius *k* habent agnoſco, Chaldaicè, *ſcelera mea coram me manifeſtè ſunt*; quod eſt Synonymum ſequenti membro.

Peccatum meum contra me eſt ſemper. Sic etiam in ſua verſione Hieronymus *l* tamen alibi legit *coram me* & *m* pro peccato, *delictum*, quo nomine delicti utitur etiam Pſalterium Gallicanum ſive Ambroſianum, Cæſarius *n*, Fulgentius *o*. In Romano eſt, *delictum meum coram me eſt ſemper*, quam lectionem ſequitur Auguſtinus, Innocentius, Auctor quæſtionum utriuſque teſtamenti *p*, Iſidorus *q* autem & Auguſtinus *r* alibi (legens etiam *facinus*) *ante me*. Paraphraſtes quoque reddit, *in conſpectu meo*, quod idem valet Hebræum נגדי *negdi* & ἐνώπιον μοῦ, quod verſu ſequenti redditur *coram*: ideſt, verſatur in oculis, geſto illum ante me, mihi præſens eſt, non abjicio retro me, non depono memoriam illius, recolo, recordor, recogito, objicit ſe mihi, è regione ſtat, ut ſe inferat in mentem meam, ſtatui illud *contra faciem*, ſicut & Pſalmo *ſ* priore dicebat Deus ſe facturum. Quo circa peccatum eſſe contra aliquem hoc loco non eſt eſſe contrarium & repugnans per ſe loquendo: ſicuti neque quum Caſtellum dicitur contra aliquos eſſe *t*, Tigris videre *contra Aſſyrios u*, quæri Deum *manibus contra eum x*, mulieres ſedere *contra ſepulchrum y*, poſitum altare *contra velum z*: quod Hebraicè לפני *lifbne* dicitur *coram*, *ante faciem*, &c. poſitæ abominationes alicujus *contra ipſum a*: humiliatus quis *contra alium b*, cujus generis extant plurima exempla: etiam apud prophanos: ut

Urbs c antiqua fuit, Tyrii tenuere coloni
Carthago, Italiam contra.
Contra d elata mari reſpondet Gnoſſia tellus.

Apollinarius ſic expoſuit,

Καὶ ἡμεν ἁζασθαλὶν πέλεται κατ' ἐναντίον ὄσσων,
Et meum peccatum eſt ante oculos:

Quia verò ſtat ex adverſo qui adverſatur, è regione qui reſiſtit ac repugnat: idcirco ſatis etiam commodè poſſumus interpretari, *peccatum contra nos*, quòd tamquam acculator teſtiſq; nos reos apud conſcientiam & Deum agat; ſicut Pſalmo illo 49. *e* ad verba, *Arguam te & ſtatuam contra faciem tuam*, docebamus exemplo eorum, quos ſedere fecerunt contra Naboth, *f* & ſenten-tia Pſalmi 38. *g Poſui ori meo cuſtodiam, quum conſiſteret peccator adverſus me*, & Geneſis *h*, *ſi male egeris, ſtatim in foris peccatum aderit*. Simili quadam dicendi formula Iſaias *i* dixit, *Multiplicatæ ſunt iniquitates noſtræ coram te, & peccata noſtra reſponderunt nobis: quia ſcelera noſtra nobiſcum, & iniquitates noſtras cognovimus*. Sapiens adverſum ſe judicat delictum ſuum eſſe, ut ſcribit Ambroſius, & tamquam hoſtiles aves, ita lapſus culparum ſuarum adverſantium modo ſibi arbitratur obſiſtere, ac ſine intervallo recordatio & ſpecies ipſa, ſui illum erroris impugnant. Speciem Nathan Davidi propoſuit ſub parabola *K*: & ea verſabatur in oculis, ut ait Caſſiodorus Brunoque Herbipolenſis, ceù triſtis ac terribilis imago. Sed & viciſſim licebit exponere *peccatum contra nos eſſe*, ut ei reſiſtamus, ut illud puniamus, ut in illud ſicut in infeſtiſſimum hoſtem ſæviamus. Sic videtur Auguſtino. Non Domine, ait ille, non erit impunitum peccatum meum, novi juſtitiam ejus cujus A quæro miſericordiam; non impunitum erit: ſed ideò nolo ut tu punias, quia ergo peccatum meum punio, ideò peto ut ignoſcas, quia ego agnoſco. Hic ait Urbanus eſſe nos non jam poſitos *contrarios nobis*, ſed peccato noſtro: quod quamdiu erat nobiſcum, non erat contra nos, ſed quando non eſt nobiſcum, contra nos eſt, hoc eſt *l*, ei non adverſamur.

Innuit Hieronymus tertium ſenſum, *peccatum contra nos eſſe*, quia ſeparat nos à Deo & bonis divinis, *Iniquitates veſtræ*, ait Iſaias *m*, *diviſerunt inter vos & Deum veſtrum, & peccata veſtra abſconderunt faciem ejus à vobis ne exaudiret*. Hæc eſt nubes quam opponit nobis peccatum *ne tranſeat oratio n*, Accommodatitiè licebit uſurpare ex eodem querculo Vate *o*: *vigilavit jugum iniquitatum mearum in manu ejus* (Dei me ad pœnitentiam revocantis) *convoluta ſunt & impoſita collo meo*. Item illud ex Job *p*, de libro *in humero* portato, & quem circumdemus *quaſi coronam* nobis, & *per ſingulos gradus* pronuntiemus illum, & *quaſi principi* offeramus eum: videlicet ei quem offendimus, & in cujus gratiam receptus ſumus poſt confeſſionem peccatorum. Chryſoſtomo *q* placet hic dicti loci ſenſus: qui diſcrimen obſervat forenſis judicii, ubi mors confeſſis imminet & divini tribunalis, in quo poſt confeſſionem datur corona: ſed à Deo ita coronatum circumgeſtare perpetuam peccatorum memoriam. Præcepit Deus nos lavari, mundos eſſe, *auferre malum cogitationum* noſtrarum *ab oculis* ipſius *r*. Ab oculis ſuis vult Deus ut auferamus, non autem noſtris: ut Chryſoſtomus *ſ* rectè monet, urgens præſentem locum Pſalmi: quia ſemper præ oculis habere peccata debemus. Job *ſi ſimplex* eſſet, hoc ipſum ajebat ignorare animam ſuam *: nec vidiſſe *ſolem quum fulgeret, & lunam incedentem* t *clarè*, quoniam, ut ſcribit Gregorius *u*, electi in malis præteritis & peccatis ſæpiùs oculos mentis figunt, quam in bonis operibus, & in conſideratione perpetua ſcelerum ſuorum ſibimetipſis vileſcunt. Affert exemplum Pauli, toties veterem perſecutionem Eccleſiæ commemorantis *x*, cum ſumma demiſſione. Ejectum hominem de paradiſo conſtituit Deus è regione illius: ut quidem importat τὸ ἀπέναντι τοῦ παραδείσου, collocans Cherubim cum gladio flammeo, atque verſatili ad cuſtodiendam viam ligni vitæ *z*, nempe ut oppoſiti conſpectu paradiſi jugiter cogitaret unde & cur excidiſſet, cautiorque in poſterum eſſet, bonum amiſſum amariùs lugens, odio in Diabolum mali auctorem ardentiore accenderetur. Hoc volebat Deus figmento illo etiam ſtatuæ, quam oſtendit Nabuchodonoſor, ſtatuitque ante ipſum *a*: hoc digitis manus ſcribentis, ſcripturaque quam vidit Balthaſar *b*. Cogitatio de peccato, quàm fœdum, malum, turpe, confitetur Deo: *reliquiæ cogitationis*, quum id execramur, deteſtamur, fugimus, *diem feſtum agunt ipſi c*. Quando Rachel idola furata eſt *d*, arbitrantur aliqui *e*, hæc feciſſe ut eorum crebro aſpectu, priorem magis idololatriam deteſtaretur; etſi alias alii cauſſas dant, ut patri occaſionem adimeret idololatriæ *f*, ne pater eorum oraculo cognoſceret quod iter iniſſet: quum verò *g* ut ablatam mariti mercedem & dotem compenſaret: quia & adhuc ipſa idololatriæ dedita *h* erat: etſi verò non erat, ſi tamen comprehenderetur à patre perſequente, confugeret ad ipſius Deos *i*, ſed ratio quarta melior. Præſens præteriti memoria adulterii cohibuit licitum etiam in Davide aquæ uſum *K*; & memor Petrus negaviſſe Chriſtum contra quem præſumpſiſſet, interrogatus ter an diligeret, non de ſe ipſo ſed de Chriſti reſpondit ſcientia *l*, ut obſervaverunt Ambroſius *m* & Chryſoſtomus *n*. Magna vis tum bonæ, tum conſcientiæ malæ. Vacare culpa magnum ſolatium ſcribit Cicero *o*: conſcientiam rectæ voluntatis maximam conſolationem rerum incommodarum *p*: aſſiduas impiis domeſticaſque furias eſſe, flammeas faces *q*, nihil tam miſeros facere quàm impietatem *r*: hujuſmodi Plato *ſ* vitam vocat ἀβίωτον: Plutarchus *t* carnificem, ſtimulum, crucem, tormentum, pœnam.

1 in c.16. Ezc. b c.16.1. c c.58.1. d Nu.21.8. Peccatoribus multum prodeſt ſcire quid fecerint. e *Hom.2.de Paſch.* f *Iſ.38.15.* g *in l.5 Michææ & hic in verſione & in comm.* h *Hom.2.de Paſch.* i Ep. 46. K 1. *de rem. pecc. c.12.*

l *in c.6.Ezc.* m *in c. 6. Machab.* n *ſupra*, o *ſupra*. p *qq.112.apud Aug.Tom.4.* q 2.*Sen.c.28.* r *in Pſ.122, & lib.50.ho. in 50.c.4.*

ſ *verſ.21. 2. t Matt.21.2*

u *Gen.2.14.* x *Pſ.26.3.* y *Matt.27. 61.* z *Exod.30.6* a *Ezech.7.3.* b *Eccl.6.10.*

Eneid. 1. c 3. Eneid. d *verſ.21.*

c 3.*Reg.21.19* f *verſ.2.* g *cap.47.* h *cap.59.12.*

Delictum ſapiens adverſum ſe ut eſſe judicat. i 2.*Reg.12, 2, & ſeq.*

K *Iob 7.20.*

1 *Matt. 12. 30.*

m *c.50.5.2.*

n *Thre.3.44 o c.11.14. p c.31.35.36 37.*

q *Hom.5. in id 2.Paral. 26. elatum eſt cor Oziæ; 2 Iſai. 1. 16.* Peccata ab oculis Dei auferenda, non à noſtris.

r *Homil.41. ad pop. & hom.5. de pœnit.*

ſ *Iob.9.21.*

t *cap.31.26.*

u *22. Mor.c.4* Electi in peccatis ſæpius mentis oculos figunt quàm in bonis operibus.

x *Actum. 22.4. & ſeq. c.26.9. & ſeq. 1.Tim.13. & ſeq.1.Cor.15 9.Gala.1.13*

y *Gen.3.24.*

z *Ibid.22.*

a *Dan.2.31.*

b *c.ap.5.5.*

c *Pſ.75.1.*

d *Gen.31.19* Rachel idola curſurata ſtatuitur.

e *Sebaſt.Gomez in hunc Pſal.*

f *Baſil. præam. in pr. Nazian. cr. de Paſcha Th.od.q.89. R. Salom.*

g *Abuſ. & Rabbi Abon Ezra.*

h *Gen.in Cæa Chryſoſt. ho. 57. Rup.7. in Gen.c.42. Cajet.ibi. & Oleaſt.*

i *Iſ.1.ante* K *2.R.73.15* l *Ioan.21.15 16. 17.*

m *hoc loco.*

n *Hom.2. in ep.ad Rom. ol.6.ep.3. p ep.4. & 6. q ora.in Piſo. & orat. pro Roſc.Amer. r 4. de finib. ſ 1.de rep. t epiſc. de ſora. Num. vind. & epiſt. impr. ſuſſic. ad Eccle.*

Verſ. 6.) Tibi ſoli peccavi, & malum coram te feci: ut juſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas quum judicaris.

COntinet hic verſus rationes duas, cur miſereri debeat Deus, & quia unus videatur ipſe læſus, quum tota tandem in ipſum redundet aliis illata injuria, qui pote ſolus cognoſcens, aut punire peccatum ipſius qui rex eſſet, nec ſuperiorem haberet, valens, & quia ſi parcat, intelligent omnes vera de ignoſcendo pœnitentibus Dei promiſſa eſſe, nec propter peccata, quæ promiſiſſet Deus illi de ſucceſſore regni, deq; Meſſia ex ejuſdem ſemine, irrita eſſe voluiſſe. Verùm exigit loci celebritas ut per partes accuratiùs tractetur.

Tibi ſoli peccavi.) A(verbum ex Hebr. *tibi*, vel, *ſolum tibi*, *ſoli tibi*, לך לבדך *lecha leuadecha*. Cypr. *a*, *tibi ſoli deliqui*: aliqui, *tibi ſolum peccavi*, quod reprehendit Lindanus *b*, quia לבדך *leuadecha* non poſſit eſſe niſi nomen caſus Dativi propter affixum. Prima expoſitio valde communis, Deo ſoli peccaviſſe Davidem dicere, quia ſolo conſcio Deo, propter magnas artes fraudeſq; quibus quod non caſtè, ſaltem cautè, ut dicunt, peccaverat. Refelli Heſychius, quoniam nec qui Bethſabeam advocarunt, nec ipſa potui adulterii negotium ignorare, Joab etiam ſcivit operam ſe ſuam regi præſtitiſſe in cæde peragenda: ſed quod attinet ad Joab, potuit ſuſpicare in Uriæ crimen, & quod per familiares fit, ſatis judicatur ſecretò tectèq; fieri. Diligenter demonſtrat & aliis exemplis confirmat Ribera *c* noſter, idem eſſe *peccare Deo* quod *coram Deo*. Sed cur dicatur *ſoli*, rationem non reddit. Similis formula *d* Chriſti, *ſi peccaverit in te frater tuus*, ideſt, te ſolo conſcio, quòd abſconditè feciſſe Davidem nomine Dei Nathan *e* dixit. Ex ea autem phraſi ſequitur, ut ſic peccare, ſit graviter peccare nempe judicium Dei, quidquid ſecus fortaſſe videntur hominibus, quemadmodum, quando dicuntur aliqui peccatores *coram Domino* f, vel *magni* g, hoc loco vertit Chald. קדבר בלהודך *Kodamoch bilehodoch*. Secunda etiam ſatis communis *h*, quam poſui in principio, non fuiſſe qui arguere auderet regem, qui poſſet accuſare, & punire, utpote cum quo nullus poteſtate par, nedum major eſſet. Non eſt qui audeat dicere Regi, *Apoſtata*: vocareq; judices *impios i*, niſi velit impius ipſe haberi, ut Chryſ. ac Nicetas, & hoc loco Cyrillus notant. Tertia Ambr. *k*, Gregorii Bedæ, Hieron. Auguſt. *l*, nullum eſſe qui abſolute dijudicare valeat, quum omnes ſub peccato ſint *m*, nec vim æſtiment offenſæ Divinæ: quemadmodum adulteram oblatam Chriſto nemo condemnavit, quia ſine peccato erat nemo *n*. Quarta elicitur ex eodem Ambroſio *o* & eam etiam attigimus, quamvis læſi ab eo quoq; ſint homines, præ offenſa Dei fere nihili ducere, quoſcumq; alios, ſed pro minimo eſſe judicari ab hominibus, aut ab humano die, ne ſe ipſum quidem judicare, quum Dominus ſit qui judicet *p*, ita ut quamvis vel damnent omnes vel etiam abſolvant nihil ipſius interſit: nec quietum animum habere poſſit, verum habere ſibi mundum totum videatur adverſum, quamdiu anceps de divina manet ſententia. Citat ex Job *q* Ambr. ſecundùm LXX. *quis qui judicio mecum contendat? tu ſolus manum tuam à me abſtine, à cujus conſpectu non potero me abſcondere, & timor tuus non me terreat*: hinc eſt, quod Magdalena non verita conviva ſolius vitabat vultum Chriſti, abjecta ad ejus pedes *r*. *Peccavi*, dicebat Job *ſ*: *quid faciam tibi ò cuſtos hominum*: nec damnum proprium tanti facio quanti injuriam tuam: de hac, prima cura mihi. Amplectuntur eamdem ſententiam Theodoretus, Janſenius, Flaminius. Quanta Baſilii, Chryſoſt. Theodoreti, affinis priori, beneficiis prope infinitis o brutum jacere, quibus tam ingratè indignèq; reſponderit, legem Dei violando, ut licèt homines affecerit injuria etiam ſe inferiores, tamen quia Dei hanc inhibentis injuriam, & præter legis vinculum, beneficiorum tantorum obligantis vinculo, rationem non habuit; illi uni peccaviſſe, cujus ſunt hi quoq; quos offendit, meritò cenſeatur. Peccaverat prodigus etiam in alios, & coram aliis, tamen dicebat *t*, *peccavi in cœlum & coram te*: ſentiens quantum ſit ſceleris, mali quantum in ipſo Dei peccare conſpectu ut obſervat Chryſologus *u*. Sextam excogitavit Brenz Abdembachius, eo quòd Paulus *x* poſtrema verba verſus, *ut juſtificeris*, uſurpat, ut probet omne peccatum cedere in Dei gloriam *y*: hoc loco, juxta mentem Pauli velle Davidem quum ait, *tibi ſoli peccavi*; Deo ſoli ceſſiſſe in occaſionem gloriæ juſtitiæ ſuæ peccatum ipſius: ut per hujus peccati juſtitiam, Dei juſtitia pateſiat, atque omnibus innoteſcat: quum ſcilicet adeò enormia ſcelera non immutaverit promiſſum Divinum, ut *de fructu ventris* ejus poneret *ſuper ſedem* ipſius Chriſtum *z*. Quare ſic videtur David ut placet Bedembachio, ratiocinari: eo libentiùs debes ò Deus mihi eſſe propitius, quod per hæc ipſa peccata mea, gloria juſtitiæ tuæ fiet illuſtrior. Hoc poſtremis potiùs verbis verſus innititur. Favet Auguſtinus *a*, quum ſcribit, quemadmodum ſubditur medico vulneratus, qui ut ſanetur ſe ſubdit manibus ejus, ita cenſeri peccare Domino. qui ſe ipſi ſubdat per pœnitentiam. Etiam ſi peccaviſſet David in Uriam & in Bethſabee, atq; blaſphemare feciſſet nomen Domini, dixit *ſe ſoli Deo peccaſſe*, videl. quia ſolus Deus medicinam peccato poterat adhibere: quemadmodum ſi æger aliquis, perito medico dicat, *tibi ſoli ægrotavi*, vult dicere, ab alio ſanari non poſſum, à te ſolum expecto ſanitatem. Septima poteſt eſſe ut ſe ſignificet ſoli Deo fateri peccatum, quia ante legem Evangelicam non erat confeſſio ſacramentum, nec obligatio confitendi alteri quàm Deo, ſaltem ordinariè, maximè peccatum in Deum, ut ait Genebrardus, ex R. Joſeph. Octava *ſoli peccaſſe* dicit *Deo*, quia cui ſatisfaceret Urias jam non ſupererat, placet Mazzarino *b* & Genebrardo. Nona, Cyrilli Alexandrini *c*, *peccare* quemlibet *ſoli Deo*, quia ſolus Deus peccata remittere poteſt, ac punire. Ad anilia verò commenta delabi, qui igni & aquæ tribuant eam facultatem, ut poſſe exiſtiment ipſos à culpis abſolvere, citat Iſaiam *d*, *Ego ſum qui deleo peccata tua*. Adde profiteri unicum Deum quo læſo alios adire non liceat Deos auxiliares, ut ethnici putabant. Decimam *tibi ſoli peccavi* qui *figmentum noſtrum* noſti *e*, nec oculi carnei tibi ſunt, & ſicut videt homo vides, *ut quæras iniquitatem meam*, *& peccatum* f *meum ſcruteris* g. Propterea veniæ magnam ſpem concipio. Callicratidas captivum pecunia oblata tradere renuit, his qui occidere volebant, dicentiq; Cleandro ſe ſi Callicratidas eſset, recepturum pecuniam, reſp. & ſe, ſi Cleander eſset *h*, Res nobis cum Deo non cum homine, qui neſcit *cujus ſpiritu* ſit, dum ignem & vindictam ſpirat *i*, & ipſe apud Oſeam *k*, dicit ſe *non hominem* ſed *Deum*, ideo nolle facere *furorem iræ ſuæ*. Undecima colligitur ex Hieron. *l* in Jeremiam, *peccare ſoli Deo* illum, qui habens Dei notitiam recedit ab eo: incredulum quaſi Deo non videnti & negligenti delinquere. Quod eſt contra Hæreticos negantes cum fide eſſe peccatum mortale, cum iſto fidem. Duodecima, præſertim ſi legas (*tibi ſolum peccavi*) non eſt quòd quis in te tranſcribat culpam ullam, tota mea eſt: nemo te accuſet. Indicat hoc Ambr. *m*, quòd me de gratia tua ſciveris excidere, qui miſericors ac liberalis, in gratiæ donis primis fuiſti cognoſceris (id in ſequenti membro) juſtus in lapſu meo. Cave autem in ea lectione Melanchthonem *n* & Brentium *o*, argumentantes, quicquid agat etiam qui dicitur juſtus, eſſe peccatum. Probabiliores judico duas primas, ſed quum circa ſecundam Caſſiodorus ait ſi quis de populo erret, & Deo peccare & Regi, ſi Rex delinqueat, ſoli Deo reum eſſe, admonet Turrecremata *p*, id verò eſſe, non quòd ſecularis magiſtratus dignitate ſit Eccleſiaſtico major apud nos, ſed quòd Rex in ſuo ordine non habeat ſuperiorem, quum tamen ſi conferantur ſecularis & ſpiritualis poteſtas, hæc ait, major quam illa: magis expedita ſolutio, quam Sixti *q* quod Caſſiodorus intellexerit de Judeis & Gentilibus, nam & univerſè loquitur, & oſtendi poſſe apud utroſq: illos præſertim apud Judæos, pluris exiſtimatam dignitatem Pontificiam, quæ ſpectabat etiam ſuo modo res cœleſtes ac ſpirituales, etiamſi ſubeſſet Regi Pontifex ex parte. Olim erat regnum ſacerdotale *r*, quaſi ſub regno ſacerdotum, nunc regale ſacerdotium *ſ*: hoc modo ſolus Pontifex dicere poteſt, *tibi ſoli peccavi*, quantum prima ſedes à nemine judicatur, ut Marcellino fertur reſponſum. Cetera exaggeratio peccati magna facere coram Deo, quod facere puduiſſet coram hominibus: pluris æſtimare vultus nominis, quàm conſpectum Dei, reputare apud ſe

quòd

---

a ad Novatianum.
b de opt. gen. interp. c. 15
c in c. 3. Joa. n. 3.
d Mat. 18. 1
e 1. Reg. 12. 12
f Gen. 15. 13
g Luc. 1. 15
h Sic etiam Hier. ep. 22 & 46. Caſſi. coll. 20. c. 8 Cypr. ad Novat. Ambr. Ser. 16. in Pſ. 118 Clem Al. 5. Str. c. 6 Job 34. 18
k hic & ep. 7 adit. veteris
l hic & Str. 7. de emp.
m Rom. 39
n Joan. 8. 10
o Epiſt. 7
p 1. c. 4. 4
q c. 13. 19. 20 21.
r Luc. 7. 38
ſ c. 7. 20
t Luc. 15. 18.
u Serm. 2
x Rom. 3. 4
y verſ. 6
z Pſ. 131. 11
a q. 55. in Deut.
b diſc. 44. 6 de ador. c Spiritu.
d c. 43
e Pſ. 102. 14
f Job 10. 6
Callicratidæ honeſtũ de captivo reddendo reſponſum.
h Plut. apop. Loco:
i Luc. 9. 55
k cap. 11. 9
l in c. 32 Hæreticorum doctr.
m in c. 9. Luc.
Melanchtonis & Brentii argumentatio.
n in Apolog. confeſſ. Witemberg.
o 1 ſumm. de Eccl. q. 92 ad 6.
p l. 5. annot. 176.
Sæcularis & ſpiritualis poteſtas.
q Ex. 19. 6
r 1. Petr. 2. 9
Peccati magna exaggeratio.
ſ Exc. 8, 12.

a Eccl. 23. 15 28.
b Jer. 29. 23
c Eccl. 1. 22
d de Repub. In Secreto non vult fieri publicè non possit. e 3. offi.
f Luc. 8. 13
g 1. Esar. 9. 6
h Sap. 6. 7
i q. 15. in Deut.

quòd non videat Dominus, sed reliquerit *terram a*, contentum esse quod nemo alius *b* videat, etiam si Deus videat, cujus *oculi lucidiores super Solem* c. *Faciebatis malum*, inquit *d* Deus in oculis meis *& ego judex & testis*, & ego sum, & ego vidi. *Beatus qui in sensu suo cogitabit circumspectionem e Dei*. Immo etiamsi habeas annulum, quo reddi valeas invisibilis, negat Plato *f* fas esse in secreto facere quod fieri publicè non possit: & Cicero *g*, ne siquidem Deos omnes celare possumus. Et Seneca, etiamsi sciret Deos ignorantes, & homines non visuros, affirmabat se non peccaturum. Erubescat non peccator tantùm publicanus, prorsus oculos ad cœlum levare *h*: sed sanctus Esdras pro alienis faciem levare ad Deum *i*: Præcipiebat Pythagoras:

Φρίξεις δὲ αἰχρόν ποτε μήτε μετ' ἄλλων
Μήτ' ἰδίᾳ.
Facies autem turpe umquam nihil, nec cum alio nec solus.

Verùm hac de re alibi quoq; dictum. Crescit præterea inde peccatum, si fiat ab eo cujus potestas tanta, ut nullam superiorem habeat in terra, sive de temporali loquamur sive de spirituali, *potentes* enim *potenter tormenta patiuntur exigua conceditur* k *misericordia*. Sed quod attinet rursum ad verba nostra, (*tibi soli peccavi*) Augustinus *l* dum exponit illa ex cantico Mosis *m* in Deuter. prout reddita sunt à LXX. *peccaverunt non ei filii vituperabiles* ἥμαρτοσαν οὐκ αὐτῷ τέκνα μωμητὰ, quasi qui peccaverunt tamen non peccassent Deo, docet non peccavisse Deo, qui non ei nocent sed sibi ipsius. Quum autem hìc dicitur, *tibi soli peccavi*, & alibi *n*, *sana animam meam*, *peccavi tibi*, &, *tibi o peccavimus*, *Patientia*, vel, *expectatio Israel*, docet, eos dicere se peccasse Domino qui piam pœnitentiam sui agunt, & glorificatur ignoscens Dominus, prout paullo post habetur in hoc Psalmo, *ut justificeris*, &c. è contrario dici in Deuteronomio, quòd non peccaverunt ei qui talem pœnitentiam minimè habuerunt. Equidem bona venia tanti doctoris, quam ipsemet, pro singulari modestia, dat, quamquamq; soleo perinde venerari, ut doctrina mirari censeo nihil subesse in Deuter. difficultatis, nisi ἥμάρτοσαν οὐκ αὐτῷ τέκνα μωμητὰ sic exponamus, non quod *peccaverint non ipsi Deo*, *filii vituperabiles*, aut *commaculati*, aut *vitiosi*: sed quòd non sint filii Deo, idest, ipsius Dei, hi qui peccaverunt & sunt vituperabiles. Id Symmachus vertit διέφθειραν πρὸς αὐτὸν οὐχ ὑοὶ τὸ συνολον, *corruperunt se erga eum non filii omnino*. Aquila διέφθειραν αὐτῷ οὐχ υἱοὶ αὐτοῦ, *corruperunt se ei non filii ejus*. Deinde puto idem esse dicere *peccavi Deo*, & *in Deum*, nec *in Deum peccare* præcisè magis significare in iis quæ ad Dei cultum pertinent, quàm quæ aliter quis peccet, & exprimi possint alia formula, qua dicatur *peccari Deo* Prophani quoq; doctores tali oratione veniam deprecantur, ut ille apud Ovidium,

Ad cœlum q; manus & splendida brachia tollens,
Da veniam Lenæe pater, peccavimus, inquit,
Sed miserere precor, spectosoq; eripe damno.

Item apud Virgilium alius *p*.

Ille humilis supplexq; oculos dextramq; precantem,
Protendens, Equidem merui, nec deprecor, inquit,
Utere sorte tua.

Et malum coram te feci.) Cyprianus *q*: *& nequissimum in conspectu tuo feci*: Augustinus. *& malignum coram te feci*: duplex esse potest sensus, vel malum fecisse in conspectu Dei & conscio illo, vel id quod erat malum in oculis Dei, divinoq; judicio, fecisse. Primus est communior, simpliciot, melior, cui Agellius secundùm licèt non improbabilem immeritò præfert, immo solum alio refutato recipit: nam etiam crebro sic loquuntur scripturæ, *ut malum* vel *bonum in conspectu Dei*, dicant, quod ei placet aut non placet, quemadmodum & ubi narratur peccatum David, displicuisse dicitur coram Domino *r*, ἐνὠφθαλμοῖς Κυρίου (in oculis Domini) quid incommodi habet quam ceteri cum tanto consensu tradunt, expositio, cur non potius admittitur, quæ magis obvia est, in qua nihil supplendum: sicut in alia supplere debet malum coram te:) ideſt, malum quod coram te est? Videor audire prodigum *s*: *Pater peccavi in cœlum*

k c. 33. 5
l Ps 40 5
m Jer. 15. 7. 8 Locus Deut. expositus.
n Æneid. 12
o Ad Rom.
p 2. Reg. 12. 13
q Luc. 15. 18
r Reg. 2.
s v. 7

A *& coram te*: quem locum cum nostra juxta sensum istum comparat Chrys. *t*, citans præterea ex Ps. 138. *u*. *Quo ibo a spiritu tuo?* &c. Deniq; repetitio prioris videtur hoc membrum; aliquoties accidit, eamdem sententiam in isto & aliis repeti diversis verbis. Nathan Dei nomine objecit David *x*, *quare contempsisti verbum Domini ut faceres malum in conspectu meo? ut fecisti abscondite, ego autem faciam in conspectu omnis Israel*. Memor David priorum verborum dixit, malum coram te feci. Si malum est, inquit de Cain Irenæus *y*, occidere fratrem, multo pejus sic audacter & irreverenter respondomnia scienti Deo *z*, quasi posset frustrari eum. Paremus Deo, ait Seneca, quid agis? quid machinaris? quid abscondis? custos te tuus sequetur: hæret hic quo carere numquam potes: quid locum abditum legis, & arbitrum removeas? Magna vobis est, inquit Boetius *a*, si dissimulare non vultis, necessitas indicta probitatis cum ante oculos agitis judicis cernentis. Hac solum ratione fieri Clem. Alexand. *b* scribit, ut quis numquam labatur, si Deum sibi ipsi adesse existimat. Meretrix adolescentem invitans dicit *c*, *non est vir in domo*, & adulter se ipsum urget ad malum, quidlibetq; peccator, *non* B *me* d *videbit oculus*, &, *quis* e *me videt*: & idololatriæ: *non videt* f *Dominus nos*: alii adhuc, *non videbit Dominus* g, *nec intelligit Dominus Jacob*. David accusat damnatq; impudentiam suam, quod provocarit *oculos majestatis Dei* h: cum non solum ut ceteri Deo præsente peccaverit, sed præsente secundum peculiarem quendam modum, quippe quum tamquam Rex ac Prophetas res Divinas magis arcanè sæpeq; tractaret, atq; oculis Dei propior veluti, & magis intimè subjectus esset, ac tamquam in regiam ipsam seu basilicam, & adyta Dei admissus, tamen in domo ipsius faciebat scelera multa & magna *i*, & abominationes tantas ut recederet Deus procul à sanctuario *k* suo ideſt ab eo quem sanctificaverat sibi. Deniq; *in faciem* quomodo benedicebat *l* ei, efficiebatq; ut blasphemaret populus nomen Domini *m*.

a Pr. 7. 19
b Job 24. 15
c Eccl. 23. 26
d Ez. 8. 12
e Ps. 93. 7
f Is. 3. 9
g Jer. 12. 4
h Ezr. 8. 22
i Job 1. 11.
k 2. Reg. 12. 22
l cap. 1. 18
m c. 18. 27.

Ut justificeris in sermonibus tuis.) Alii ex Hebr. *non loqueris tuo*. nam, ברבר mutatis punctis potest utrovis modo verti, aut *in loquite*: sicut nunc habent puncta, דברך *bedeuercha*, aut *in sermonibus tuis*, בדבריך *bediurcha*, addito jod, aut sine jod, *in sermone tuo*; Rursus exC ponunt alii, *ut justifices te quum locutus fueris* vel, *ut justifices me*, hoc ultimum paraphrasis Chald. sequitur, (*propterea mundabit me*, *quum locutus fueris*, aut, *in sermone tuo*.) Putant nonnulli à primis Psal. verbis adversum usq; quartum inclusivè pendere istud membrum cum sequenti, quintum & partem sexti priorem includendam parenthesi: hoc modo, *miserere mei Deus*, *secundùm magnam misericordiam tuam*, & secundùm *multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam*. *Amplius lava me ab iniquitate mea*, *& à peccato meo munda me*: *ut justificeris in sermonibus tuis*, *& vincas quum judicaris*: ita ut alia illa, *quoniam iniquitatem meam ego cognosco*, & *peccatum meum contra me est semper*, *tibi soli peccavi*, *& malum coram te feci*, sint inserta ut probaret necessitatem misericordiæ, quia ipse probè intelligeret gravitatem miseriæ suæ. Hoc non admodum refert. Illum magis scitu necessarium, particulam (ut) quòd aliàs monuimus, accipi nonnumquam causaliter, interdum consecutivè dumtaxat. Acceptio terra pro *utinam*, quamvis in Latino sermone sit vera, non tamen usum istum potest habeDre, ὅπως ἄ, & למען *lemahan*. Præterea notari debet, *justificari*, hoc loco, esse declarari, agnosci, haberi justum, hoc autem idem esse quod veracem ac fidelem in dictis, & promissis, ista nomine *sermonum* significari. Jam verò promissa vel intelliguntur. Davidi propriè facta priusquam peccaret de confirmando regno, posteritate propaganda, nascituro Messia ex semine ipsius: vel universalia & generalia de venia danda peccatori ad pœnitentiam redeunti, non quidem apud Isaiam *n*, qui circiter 300. nec apud Ezechielem *o*, qui posterior David annis 40. fuit, sed in pentateucho, *tunc* p *orabunt pro impietatibus suis*, *& recordabor fœderis mei quod pepigi cum Jacob*, *& Isaac & Abraham*: & quum q *ductus pœnitudine cordis tui reversus fueris ad Deum in toto corde tuo*, *& in tota anima tua*, *miserebitur tui*: quamquam quidam per *sermones*, non promissa, sed quidpiam aliud accipiant, ut quæ Dei nomen Nathan Davidi renuntiaverat. Postremo vincere Deum quum judicatur aut judicat,) dè qua re seD paratim postea) est si quis cum illo contendat judicio, vel

t 2. Reg. 12. 6
u lib. 3. c. 39.
x Gen. 4. 9.
y 5. de consol. prof. ult.
z 3. de pad. cap. 5.

n Lev. 26. 40
o Deut. 30. 1. 2. 3.

ille disceptare velit, evadat superior, victoriam reportet, causa ipsi adjudicetur, pronuntietur pro eo sententia, deprehendantur ac habeatur absque ulla dubitatione justis, quemadmodum Judas, qui compresserat Thamar, fateri coactus illam se justiorem *a*.

a *Gen.38.26*

Omissa interpretatione Paraphrastæ, quam posui, capitales expositiones sunt duæ, si pro tua singulari misericordia ignoveris, fiet ut appareas, & omnium ore dicaris justus, verax, fidelis in promissis tuis, tum quæ mihi fecisti quorumque jacturam peccatis merui, & jam à me factam credunt fortasse multi, tum quæ universè omni pœnitenti, ut ei parceres. Vel fateor peccasse graviter contra te, ac præ me libenter fero, scriptisque mando ut si agatur inter me, & te causa apud homines, intelligant te omnes in his sermonibus, quibus me per prophetam tuum condemnasti, & supplicia mihi comminatus es, justissimum esse, nec sit qui peccatum meum ignorans, meve innocentem arbitrans, de tua malè sentiat, aut obloquatur providentia justitiaque, quasi malè tractes immerentem: sed potiùs miretur & celebret rectum ac sine personarum acceptione judicium tuum, ut punias illos qui peccant, etiamsi adeo iis priùs faveris, & tamen multa prolixè primittens sicut mihi. Expositionem primam sequitur Gregorius, Beda, Lyran., Cajetanus, Titelmanus, Rupertus *b*, qui speciatim de promisso Messiæ, Primasius *c*. Favet Paulus *d* citant eadem hæc verba, ut probet Deum esse veracem & fidelem in promissis, nec incredulitatem aliquorum Judæorum, evacuavisse fidem eloquiorum ejus, idest promissorum, quia Deus quidem *verax, omnis autem homo mendax* e, sicut scriptum est (hoc nimirum loco & de dicta veracitate ac fidelitate Dei) *ut justificeris in sermonibus tuis & vincas quum judicaris*, hoc est, ne quis jure ac verè affirmare possit non stetisse Deum fideliter promissis, eo quòd aliqui fidem illis non adhibuerunt. Magnus hic honoris divini zelus, efficax ad persuadendum ratio: qualis, *ne quando dicant gentes* f *ubi est Deus eorum*: *ecce* g *quem amas infirmatur*. Non potest quis urgeri magis, quàm amicitiæ atque fidelitatis jure: *fidelis* Deus qui nobis *peccata* dimittet, si confessi fuerimus *b*, *non est alius Deus cui cura est de omnibus*: *ut ostendat quoniam non injustè judicat* i, *expectans ut misereatur*, & exaltabitur peccans *k*, & *omnes peccaverunt*, *ideo egent* l *gloria Dei*. Gloriam Deo magnam parit confessio peccatorum, ut dixit Josue *m* Achano, hortans eum ad confitendum, ut Deus videretur justè stragem tantam in exercitu ediditse. Secunda expositio est Chrysostomi, Theodoreti, Basilii, Euthymii, Arnobii, Arsenii, Auctoris *n* quæstionum utriusque testamenti Chrysostomi *o*, eamque Olympiodorus ad rationes omnium quæ fiunt à Deo quæ justæ sunt, licèt non intelligantur à nobis, extendit. Præter has præcipuas sententias, tertia est Didymi, Ambrosii, Hieronymi, Augustini *q* hic, & Gregorii, qui duo Apostrophen volunt esse ad Deum, nihil prorsus novum & incredibile dicere, confitendo peccatum, sic enim cognosci a se & ab aliis, verum esse quod ex Dei revelatione dixerit *r*, *omnes declinasse ac inutiles factos esse*, Christum solum innocentem. Quarta Eusebii, quòd permiseris me cadere justè admodum fecisti, atque etiam misericorditer; (nam & *justitia* ponitur pro misericordia) ut castigares ingratitudinem meam, & superbiam frangeres, quum in abundantia mea immemor tui dicebam me ac existimabam moveri non posse *s*, atque ita cautior quidem modestiorque fierem, tu verò cognosceris à me auctor eorum bonorum, quæ antequam peccarem, habebam. Quinta, Origenis *t* ex lapsu in peccatum cognosci, quàm etiam sit hominis justi exilis justitia comparata ad Divinam, & potiùs tamquam iniquitas ac tenebræ, ita ut, qui hoc diligentiùs longiùsque discutiat, non possit inflari. Sextam innuit Procopius *u* meritò peccati memoriam continuam haberi, doloremque perpetuum susci pi propter illud, ut aliquando re ipsa intelligamus, fateamus, nequaquam *condignas* esse *passiones hujus temporis*, ad æternam gloriam, nec satis posse nos videlicet detestari ac punire peccatum, unde tanti boni nobis jactura provenit, & adeo magnificorum promissorum Dei. Septima, Philippi Solitarii *x* ex Theodoreto vel (Theodoro) Episcopo Heracleæ, qui hyperbaton hic illud agnoscit seu parenthesim, de qua dixi. Differt autem in eo à secunda, quia quòd universè ibi dicebatur de venia pœnitenti data, ut staret suis promissis Deus, Theodoretus ac Philippus applicant ad tempus retributionis, judiciive: quasi diceret David, me propter pœnitentiam, misericordiam consecutum, tunc quum in medium produxeris, meritò judicabo eos qui pœnitentiam non egerunt, sed usque ad exitum vitæ peccatis inhæserunt. Octava Gasparis Graiar, ideo graviter me peccasse fateor, crimen divulgo, meipsum judico damnoque, quia tibi hoc placere video, tum verò, ut inde sequatur, quòd quum te aliorum subjicis judicio, (qua in re Hieronymus *z* bonitatem Dei nobis reddentis rationem, & agentis quasi cum paribus considerat) pro te judicent ac sententiam ferant, quum agnoscant me longè graviores meruisse pœnas, quàm sint illæ quibus à te punior, sed & sciant peccata te non impunita sinere nec parcere penitus delinquenti *a*. Nona, juxta sensum accommodationis, vel mysticum de Christo in sua passione, in qua quum fleret & damnaretur, justior & in causa superior judicabatur. Diabolum verò vincebat (qui usurpaverat potestatem sibi in innocentem) aliosque judices ac adversarios. Hoc modo Gaudentius *b* Brixiensis, Pacianus *c*, Isidorus *d*, Ambrosius *e*, Chrysostomus *f*. Eodem revocari potest quum de futuro judice Christo interpretatur, atque id Epiphanius *g* etiam tradit. Decima etiam per accommodationem traditur ab Ambrosio *h* simili ratione qua præcedens, de martyre: cujus victoria fuit judicium persequentis, & quum judicabatur atque condemnabatur, tunc vinceret ac prosterneret, quia tali judicio non erat addictus ad mortem sed absolutus ad requiem, quod est vicisse non periisse. Undecima liberior istis, quoniam *tibi soli peccavi*, quatenus es absolutus omnium Dominus, nec ulli omnino subditus, potes cognoscere ac remittere injuriam absque ulla prorsus satisfactione, ita ut salva maneat justitia tua, & commendabilior reddatur misericordia atque benignitas. Legi expositionem istam apud Salmeron *i* nostrum. Mazzarinus *k* innuit duodecimam, si quis conqueritur & causatur justitiæ repugnare, ut parcas & te vinci sinas peccatoris pœnitentia, fallitur. Vincere est ita vinci, quia pœnitens dono gratiæ tuæ vincit: & ex inimico reddere obsequentem verum, ex inferni mancipio Diaboli adversarium, ea reo patronum justitiæ, nobile & excelsum vincendi genus est. Propterea *exaltabit lingua mea justitiam tuam.* *l* Videtur decima tertia Ambrosii *m*: toties inculco, peccasse inquam, ut mihi unum tribuam peccatum, quoniam quæ per se sunt justa, tribui debent omnia Deo, qui vincit quum judicatur. Vincit semper Deus in omni justitia & judicio suo; & ejus providentia, in sui dispositione non fallitur. Fortassis ultimum in creaturis condidit hominem Deus, ne de aliis quum crearentur vel priusquam crearentur dijudicare curiosiùs vellet: & eadem de causa ex dormientis latere uxorem eduxit, ne formam & qualitates præscriberet.

Et vincas quum judicaris.) Ita etiam Hieron. in Bibliis Regiis, nisi quod habet *dum* pro, *quum*, ut & alia Psalteria, aliique, sed apud Victorium, *quum judicaberis*: apud Trevetum, *quum judicatus fueris*, sicut & in capite 23. Isaiæ. Alii & *sis purus quum judicas*, vel, *appareas mundus quum judicabis*, Chald. *purum reddes me quum judicaveris*. Quo item pacto sed per imperandi & obtestandi modum, Campensis Hebræum verbum תזכה *thizaccheh*, activè intensæ conjugationis in piel significat *valde mundabis*, vel si esset in niphal תזכה *thizacheh*, in passiva voce significaret *mundaberis*, &c. Quomodo sane LXX. & Hieron. legerunt, qui enim vincit in judicio, purgatur: quamvis teste Ricardo Cenomano in vocabulario editionis Hispanicæ & in haruch seu dictionario Chaldæo, idem verbum significat etiam *vincere* & posset esse in Kal, תזכה *thizcheh*: sic vincere quum judicatur Deum, sive quum quasi disceptat in judicio & contendit, erit synonymè idem quod in priori membro *justificari in sermonibus*, hoc est juxta expositionem secundam in iis quæ contra ipsum nomine illius, Nathan ei renuntiaverat. Aliud verbum Hebr. cum littera servili & cum affixo בשפטך *beschophtecha* propriè redditur *ei judicare te*, sed passivè declarando supplendum est, aliquem, idest, quum aliquis judicabit vel judicat, quod est quum judicaris ab aliquo, aut quum judicaberis vel judicatus fueris ab aliquo: & apud Hebræos quamvis activæ vocis habent interdum significationem passivã. Ali-

b *in c.6.Ose.*
c *in c.3. ep. ad Rom.*
d *Ro.5.1, 2.*
e *Ps.115.11.*
f *Ps.78.10.*
g *Joa.11. 3.*
h *1. Joa 1.7.*
i *Sap.12.23. Isa.30. 18.*
k *1 Rom.3.35.*
Gloriam Deo magnam parit confessio peccatorum
m *Ios.7. 19.*
n *q.112.apud Aug. 10,4.*
o *Serm.6.de pœnit.*
p *Ep.46.*
q *Hic & Serm.49. & 18. de temp.*
r *Ps 13. 3.*
s *Ps.29.7.*
t *Hom.9. in Ezech.*
u *in c.1. Is.*
x *2.Differt. cap.22.*
y *in Micheæ cap.5.*
z *in c.1. Jonæ & cap.11.*
a *Jo.9.28.*
b *Tr.12.*
c *Ser.de Baptismo.*
d *de pœn.Do. cap.25.*
e *Serm.49. vel 61.*
f *Hom.6. de pœnit.*
g *Hom.67.*
h *Ser.23.Rogeci. pro communis mart.*
i *To.10.tr.21*
K *Discurs. 47.*
l *infra v.16*
m *in c.9. Luc.*

bi Hieronimus *a*, *vincas quum justificaveris*. Chrysostomus *b* item activè sumsit de Christo qui quum judicabit, vincet, Latinè æquivocum est an *judicaris* sit pro judicaveris activè, an passivè in tempore præsenti: est etiam κρίνεσθαι mediæ vocis, & Symmmachus quidem activè usus est participio κρίνοντα: Aquila verbo passivo ὑπερκριθῆς. *Non intret*, ait *c* alibi David eidem Deo, *in judicium cum servo tuo, quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens*: & Job, *Verè scio quod ita sit, & quòd non justificetur homo compositus d Deo, si voluerit contendere cum eo, non poterit respondere ei pro mille*: quod per emphasim expositum hic Appolinarius.

Ἐν δὲ δίκῃ μόνος προφερέστερος ἔσσεται ἄλλων:
In judicio autem solus præstantior eris ceteris.

Varios porro modos, quibus hæc in judicando excellentia Dei possit intelligi, continet declaratio præcedentis membri.

Vers. 7.) Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.

RAtio hæc aliqua flectit Deum ad indulgentiam prona facilisque natura ad malum, ex peccato contracta, in quo concipimur, & est fomes ac seminarium aliorum, quæ propriæ deinde voluntatis adeo malè propensæ libertate committuntur; quia *sensus e & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia*, misericordiam Deus pollicitus. Huc aptant aliqui alterius Psalmi *f* verba, *miserere mei Deus quoniam conculcavit me homo*, scilicet primus homo Adam, veluti lordibus pedum suorum, fœdavit. Auctor *g* Ecclesiastici describens infœlicem hominum conditionem ac nequitiam naturalem, præsumtionem, subversionem, scribit propterea Deum patientem esse in illis, effundere super eos misericordiam suam, adimplere propitiationem, ostendere viam æquitatis, misericordiam ejus esse *super omnem carnem*: in Psalmo alio *h*, misertus Dominus canitur quoniam *cognovit figmentum nostrum*, Chaldaicè, *fomitem*. Simul etiam fortassis innuere voluit David, quod non solus Deus quando judicabit de humanis actionibus, vincet, sed infantes præterea, quos appellare solemus innocentes, quia licèt actu proprio non peccent, originali tamen peccato in conceptione inficiuntur, & cum illo nascuntur. Vel ut impetret pro peccatis actualibus misericordiam, redigit quodammodo Deo in memoriam, veterem illam misericordiam, qua etiam ab originali purgaverit. Locus hic pro celebriori est pro peccato originali ejusque effectu, qui est fomes, & manet adhuc illo remisso. Cuncti expositores Catholici ita hunc locum accipiunt, & aliis in tractatibus Patres, alii non pauci, nec non & Theologi, ita ut absque temeritate negari non possit: quamvis alioqui videri posset Davidem de unius mala propensione agere: quemadmodum naturalis quorundam malitia dicitur *i*, & nonnullos erraviſſe ab utero *k*, & parentes ipsi licet justi propter complexionem & crasim quam vocant, imprimere possint liberis in conceptione pronitates aliquas ad certa peccata, quia mores sequuntur corporis temperamentum. Paraphrastes Chaldæus videtur intelligere de parentum David peccato, quod ipsi habuerint, generando illum: sic enim interpretatur, *ecce in iniquitatibus cogitavit pater generare me, & in peccato fomitis pravi incaluit da me mater mea*. Tametsi Nobiensi alio textu usus vertat *ecce in iniquitate conceptus sum, & in peccato concepit me mater mea*. Cæsarius *l* Nazianzeni frater ut errori occurrat Origenis de anima existente ante corpus, & probet ex conjunctione cum ipso peccatum contrahere, hunc locum exponit sic, ut David dicat se infectum concupiscentia patrasse adulterium, & ob tristitiam de adulterio, addidisse homicidium: à matre in peccatis conceptum, quia suspicetur matrem coivisse cum viro ex jurgio & contentione. Apud eumdem Maximus docens conjugalem generationem non futuram fuisse in statu innocentiæ, quod hic præterea docet Euthymius, concipi nos vult in peccato, ideſt, sic generari propter Apeccatum primorum parentum, & in peccatis matrem concipere, quia Eva prima concupivit voluptatem. Cantacuzeni dixi dum eam exponerem, eamdem sententiam fuisse. Raro quidem actus etiam conjugalis, qualis fuit quo David conceptus est, absque nonnulla immoderatione libidinis fit, & aliquo peccato veniali, potestque, ut Francisci locius Ægidius dixit, non minùs in propriæ quàm alienæ mulieris usu peccari, sicut potest quis non alieno tantum sed proprio quoque vino inebriari: & hac item ratione Innocentius præter peccatum originale illius qui concipitur, intellexit de peccato illo parentum generantium. Quum tamen per se copula matrimonialis bona sit, nec habeat hoc opus castum culpam in conjuge, nec nuptiale fœdus, quod Deus ipse instituit, exorbitet à fide, ut Gregorius *m* hoc loco docet. Sed omisso errore nuptias damnantium, de quo Hæreseologi item rejecta opinione illa, quod non esset propagatio per generationem ex mare & fœmina in statu innocentiæ, licèt non cum inordinato fervore libinis, nostrum istum locum & similes de originali peccato Robini, quos citat Galatinus, acceperint ex patribus Origenes *n*, Cyprianus *o*, quem citant Hieronymus *p* & Augustinus *q*, rursus iidem Hieronymus *r*, ac Augustinus *s*, citant hìc etiam Ambrosium *t*. Gregorius *u* hoc item asserit de præsenti testimonio, atque Isidorus, *x* Hilarius *y*, Anselmus, *z* Bernardus *a*, Leo *b*, Auctor operis Hypognostricon *c*, qui negat quidquam apertius dici posse, Chrysostomus *d*. Leo *e* IX. Clemens *f* Alexander, qui respondet Tasianistis non ideo esse matrimonium, Fulgentius *g*, & alii. Non est otium nec opportunum de originali disputare justitia peccatoque. Pono justitiam originalem ut formaliter important, subjectionem partis inferioris sub superiore, cum dono quodam immortalitatis & impassibilitatis, ideſt, ut posset homo non mori, & non lædi agentibus contrariis, perpendisse maximè à speciali providentia curaque Dei, sicut philosophantur de dote impossibilitatis & subtilitatis: ut autem subjectionem sub Deo cui homo gratus redderetur, non fuisse differentem à gratia justificante, quæ nunc est in justis cum aliis virtutem habentibus. Deinde constitutum sit quod peccatum originale, quod vocant etiam parentale, hæreditarium radicale, impietatem, fermentum corruptionis primitivæ, legem membrorum, languorum naturæ peccatum mundi, generale, naturale, humani generis, ratione autem effectus, fomitem & concupiscentiam, morbum, mortem malam, præputium cordis, inimicum sive oſorem, scandalum sive offendiculum, lapidem, sive cor lapideum, ventum aquilonarem, sive id quod ab Aquilone est immundum, ex quibus nominibus ultima septem recitat R. Aben-Ezra *h*: hoc inquam peccatum non attingit formaliter carnem, sed animam prout rationalis est capaxque gratiæ: simul atque anima in corpus infunditur, quod per seminalem generationem concipitur, quicunque tandem sit, qui sic generatur, seu ex quibusvis parentibus generetur, aut fidelibus, aut infidelibus, aut justis, aut peccatoribus. Ad hęc ambigi non potest in esse originali peccato veram & propriam rationem peccati, ac per id reddi hominem filium & vas iræ, inimicum Dei, reum privationis æternæ vitæ, quia omnes in Adam peccaverunt *i*, quatenus pro omnibus accepit dictum gratiæ justitięque munus, & in ejus voluntate cunctorum voluntates tamquam in capite ac auctore naturæ censebantur esse propter peccatum Dei cum illo factum. Postremo peccati originali ratio formalis consistit in privatione gratię sanctificantis, et consequenter justitiæ originalis aliorumque donorum, quæ si Adam non peccasset, posteri ejus habuissent, & ex vi dicti pacti habere debuissent: unde quilibet evasit reus pœnæ damni æterni, & ob dictum defectum factus est obiectum inimicitiæ divinæ. Hoc peccatum, inquit Anselmus K, quod originale dico, aliud intelligere ne queo in ipsis infantibus, nisi ipsam quam suprà posui, factam per inobedientiam Adæ, justitiæ debitæ nuditatem, per quam omnes filii sunt iræ. Vocat autem spontaneam totius naturæ in Adam justitiæ desertionem, quæ nullum excusat. Ex his percipitur quo pacto se David in iniquitatibus conceptum asserat, & quòd sua illum mater conceperit in peccatis; verùm ubi singulas sententiæ partes excusserimus, res eadem clariùs intelligetur, & & difficultatibus quæ in iis occurrunt, meliùs satisfiet.

Ecce

a *a cont. Iov.*
b *6. Hom. 6. de Pœnit.*
c *Ps. 142. 2.*
d *c. 9. 3.*
e *Gen. 8. 21.*
f *Ps. 55. 1.*
g *c 18. 7. 8. 9. 10. 11. 12.*
h *Ps. 102. 14.*
i *Sap. 12. 10.*
k *Ps. 57. 4. Mores corporis temperamentum sequentes.*
l *Dial. 3. vel Nyss. apud illum.*
m *l. 6. c. 6.*
n *Hom. 8. in Lev. & in c. 5. ep. ad Rom. & c. 6.*
o *3. cap. Iud. n. 540*
p *1. c. Pela.*
q *4. c. duas ep. Pela. c. 10.*
r *in cap. 16. Ez.*
s *tr. 4 in Ioa. Enchir. c. 46*
t *4. c. duas ep. Pel. c. 11.*
u *1. de pœnit. c. 2. l. de arca. Noe adde 2. apo. Dav. c. 11.*
x *4. mor. c. 3. l. 11. c. 26.*
y *28. l. 18. c. 27. vel 35. l. 7. ep. in 54.*
z *2 de differ. spirit. c. 10*
a *in Ps 118. sub finem.*
b *de concep. Virg. & peccator. c. 4. 2. cur Deus hom. c. 16.*
c *ep. 175.*
d *ep. 48. vel 86.*
e *l. 5. cap. 1. apu. Aug. tom. 7. Hom. de Adam & Eva tom 1.*
f *ep. cont. Mi. Imp. c. 27.*
g *3. stre. c. 8*
h *de gratia Christi c. 4. & 15.*
i *in c. 14. Iob*
K *Ro. 5. 12.*

Actus conjugalis rare fine peccato aliquo veniali.

Peccatum originale.

Ecce enim. Particula causalis non est Hebr. omisitq; Hieron. Rectè adjecta est ad exprimendam vim orationis *in iniquitatibus*. Hieron. *in iniquitate*: sic etiam nonnumquam Augusᵗ. *a*, *in facinore*, citans etiam Cyprianum, quamvis apud hunc extet nunc in plurali, sicut nos legimus in editione nostra, Hebraica vox tum in nostro membro est numeri singularis עון *hhavon*, tum in sequenti חטא *chete*, quamvis Chald. primo loco sit nomen plurale עוין *hhavean*, secundo singulare חב *chob*. Hæc autem nomina omnia vera peccata propriè significant, ac in tali acceptione sæpiùs in isto eodem Psalmo ponuntur. Idem Augusᵗ. monet esse numerum pro numero, & ut quum parvulos ipsos dicimus baptizari in remissionem peccatorum. Confirmat aliis exemplis, quibus similia non raro antea notavimus. Ait præterea *b* unum posse censeri plura, si peccatum Adæ quod transit in posteros, in sua quasi membra dividatur, spectando diversas rationes malitiæ ut superbiæ, sacrilegii, homicidii, fornicationis spiritualis, furti, avaritiæ. Subdit *c* parentum quoq; peccatis parvulos obligari, non solum primorum hominum sed etiam suorum, de quibus nati sunt non improbabiliter dici, ut etsi non ita possint mutare naturam, reatu tamen obligent, nisi gratuita gratia & misericordia subveniat. Dubitat *d* etiam de peccatis aliorum parentum, quibus ab ipso Adam usq; ad patrem suum, pro generatoribus quisq; suis succedit, utrum omnium malis actibus & multiplicatis delictis originalibus qui nascetur implicetur. Non arbitror de hoc, si propriè loqui velimus, dubitandum, nec probabilitati hac in re ulli concesserο, salva tanti, & adeò modesti ac sapientis doctoris pace, imo & Leonis *e* Papæ primi, qui hoc ipsum strictìm iisdem illius verbis affirmat, & innuit Prosper *f*, quum ait quod quidam parentes aggravant originale peccatum. Cetera probo, quæ Urbanus quoq; Papa IV. transcripsit, omisso eo quod improbabile asseruimus. Thomas *g* non dubitavit docere hoc esse impossibile, Deum verò dici visitare iniquitatem *patrum in filios* h, etiam juxta doctrinam Augustini secundùm pœnam temporalem, quia filius est aliquid Patris secundùm corpus non secundum spir. nisi imitentur, quia animæ sunt Dei immediatè *i*, & sic filius non portat iniquitatem Patris *k*. Id ipsum prior dixerat Hugo S. Victoris *l*, facta tamen tacito nomine illius Augustinianæ sententiæ mentione. Anselmus *m* adhuc vetustior disertè probat, hoc argumento quod & Adam si nequivisset ad eos quos generaturus erat justitiam suam producere; nequaquam posset eis suam injustitiam transmittere: nullus autem post Adam filiis suis quivis justitiam suam servare. Favet quoq; Clemens *n*, urgens Ezechielis *o* indicatum antea locum, etsi eum Augusᵗ. exponat de filiis qui jam separati vivunt à parentibus & progenitoribus, non qui concipiuntur, & cum iis adhuc conjuncti videntur. Sed nec hoc approbo. Non etiam recipi loquendi modus Præpositivi debet, & Antisiodorensis *p*, quos Ariminensis *q* confutat, in eodem homine plura esse originalia peccata; tùm propterea quod hìc se David in iniquitatibus conceptum dicat, tùm quia plures in quolibet sunt ad peccandum pronitates: sed his argumentis abundè jam satisfactum: & pro instituto nimis fortasse multa diximus. In scholis aliàs plura. Deniq; originale peccatum quatenus origo plurium actualium, dici potest *peccata multa*, sicuti è converso Agnus dicitur tollere *peccatum mundi* r, juxta emendatiores codices Græcos: quum Latinè sint *peccata*, quia cetera ex uno nascuntur originali. Hugo Card. negat contra quem nescio Fr. Joannem, in confessione originale peccatum exprimi debere, nec Davidem hìc id confiteri, sed ostendere miseriæ suæ continuationem. Placet. Non illud certèsi peccet homo peccatum actuale redire & originale, quasi apud Isaiam *s* id velit Deus, *Pater tuus primus peccavit, & interpretes tui prævaricati sunt in me, & remetiar opus eorum primum in sinu eorum*, vel potius, *reddam & retribuam in sinum eorum iniquitates vestras & iniquitates patrum vestrorum simul*, & auctor Ecclesiastici *u*, *donec reddet hominibus secundùm actus suos & secundum opera Adæ, & secundùm præsumtionem illius*. Alius est locorum illorum sensus, constatq; *Adæ* nomen esse appellativum, pro quo Græcè est vox ἀνθρώπων: & multo communior ac verior opinio est, demissa non redire actualia peccata, sive demerita per subsequens peccatum.

Conceptus sum.) Hebr. חוללתי *cholalthi*, exponunt alii genitus, fictus, formatus, natus, in lucem editus cum dolore natus sum. Non placet Bruno Carthusianus ut sit quum adhuc esset in lumbis patris, in peccatis conceptum fuisse, & prinsquam conciperetur in utero matris. Patrum refert an de conceptione an de parturitione interpretemur. Certè non refertur ad actionem gignendi in qua peccatum esse potest: sed ad formationem corporis, quæ fit post concubitum, & quidem à Deo ipso, ut Machabæorum *x* dixit mater, vel ad parturitionem, quæ cum dolore fit. Suspicantur aliqui *y* quum hæc David flebili voce caneret, externa circumvolutione corporis id feciſſe, repræsentando situm pueri intra matris uterum de quo Hipocrates *z* & Aristoteles *a*, ubi conglobatus in semet, nasum habet inter genua, oculos super illa, aures exta: manus item ad eadem, caput pedibus proximum: quo fere etiam pacto se se aliquando Elias ad orandum *b* composuit. Suspicio non admodum certe verisimilis.

Et in peccatis concepit me mater mea.) Hieron. *& in peccato peperit me mater mea.* Alii, *in peccato calefacta est de me mater mea*: vel, *calefacit me*: vel, *calefecit se de me*. Rejiciendæ interpretationes istæ, quatenus quod etiam disertè habet paraphrasis Chaldæ & Campensis, obnoxiam faciunt peccato matrem, nec etiam id necessario contingit, quamvis delectatio percipiatur, quod Sapiens *c delectamentum somni* appellat, & quidem cum libidinosis involuntariis motibus, qui peccata non sunt etiamsi ex peccato nascantur originali, & in eo sensu posset ea interpretatio admitti. Ambr. certe de peccatis intelligit, tùm parentum, tùm eorum qui ex iis nascuntur, sed diverso modo, ut adhuc satis est dictum. Licèt autem immodicitas libidinis parentum in generando redundare possit in similem proclivitatem in prole; ego non ausim id asserere, Davidem hìc voluisse, ut nimis profecto exaggerare Sebastianus Genesius docuit, hinc digrediendi sumens occasionem, quod parentum filii mores imitari soleant, matris præcipuè quæ ardentius amat illos synonymum est hoc priori membrum, passimque de originali peccato intellectum, quo circa nec videtur locus accipiendus etiam de educatione, in qua præsertim matres peccare possunt. In Psalt. Romano, & Gallicano, apud Ambr. quoq; Cassiodorum, Innoc. Hilarium *d*, Fulgentium *e*, *& in delictis peperit me mater mea.* Augusᵗ. *& in peccatis mater mea me in utero aluit* Hieron. *f* alibi, *in delictis concepit me mater mea*, nec non Cypr. *g*, & Auctor quæst. utriusq; testamenti *h*, Isidorus *i*, & Gregor. *k*, *& in peccatis peperit me mater mea*. Thomas refert aliam lectionem, *aluit me mater mea*, sed emisit, *in utero*, & idcirco exposuit de educatione infantis; quod merito rejiciendum dixi: licèt non displiceat Mazzarino *l*. Synonyma sunt *iniquitates peccata delicta*, ut etiam notat Innoc. idemq; judicium de verbis *concipiendi*, *pariendi*, *in utero alendi*, Pro ἐκίσσησε, posuit teste Theodoreto Symmachus ἐσύλησε, *utero gessit*: Theodoretus in Catena Barbari tribuit Symmacho & Aquilæ, *cum dolore parturiit me mater.* Verbum Hebræum יחמתני propriè significat *calefacit me*, nec video quare R. Kimhi & alii exponant יחמהמני *iichamah mimmenni*, *calefecit se ex me.* Alibi *m* per *concipere* interpres quoq; reddidit quod cum calore fit. Etsi conceptio pro toto tempore sumi posset, quo fœtus in utero continetur, fovetur, alitur: quod Augustinus usurpat verbum toto hoc tempore, nisi fiat privilegium: immo & in prima nativitate, quousq; adhibeatur à Deo institutum remedium, originali peccato infectus manet fœtus, ita ut putent aliqui significare Davidem voluisse se & in conceptione & in nativitate peccatorem extitisse, quum aliqui ante nativitatem sanctificentur. Alioqui si de omnino prima conceptione ante animationem intelligas, non modo mater sed Pater quoq; calorem libidinis in coitu sentit, & ea ratione peccare censetur uterq; quam dixi, nempe si sit immoderatio voluntaria, dictus actus, vel ob insurgentes voluntarios motus, qui dicuntur peccata, non in se ac propriè, sed quatenus ex peccato originali provenit talis inordinatio: quo pacto videtur Gregorius loqui ad interrogationem decimam Augustini An-

a 4. *c. duas ep. Pela. c. 10*

b *c. 45.*

c *c. 46.*

d *c. 47.* Dubium, an homo qui nascitur, implicetur omniù progenitorum malis actibus.

e *ep. 84. vel 86.* *fl. Sent. ex Aug. in 306* Originalis peccati à parentibus aggravatio.

g 1. 2. q. 81. *ar. 2*

h *Ex. 20. 5.* Animæ Dei sunt immediate

i *Ez. c. 18. 4.* *K ibid. 19.*

l *de Sacr. l. 1 p. 7. c. ult.*

m *de concep. Virg. c. 23.* Si nequivisset Adã ad eos quos erat generaturus justitiam suam producere: nequaquam posset eis injustitiam suam transmitere.

n 2. *c. 14.*

o *b. 18. 19.*

p *1 tr. 27. c. 6*

q 2. 30. *q. 1. a. 3*

r *Joan. 1. 29*

Originale peccatum in confessione exprimi debere quis neget,

s *c. 43. 27*

t *c. 65. 6. 7*

u *c. 31. 24* Isaiæ & Ecclesiast. loci expositio.

x 2. *Mat. 7 23.*

y *Pineda in Job c. 15. v. 24* Infantis situs in utero matris,

z *l. de nat. pueri.*

a *c. 7. de hist. anim. c. 18* Eliæ in orando compositio.

b 3. *Reg. 18 42.*

c *Sap. 7. 2*

d *in Ps. 118 de gr. Chr. c. 4. 15 fin c. 16 Ex. g l. 3. n. 54*

h *q. 112. apud Aug. tom. 4*

i 2. *de disp. Spir. c. 10*

k *18. Mar. c. 27. vel 35 & in c. Luc. l. 3 pag. 10. 31*

l *disc. 48*

m *Gen. 38 c. 31. 19*

Angelorum Episcopi tractans hunc ipsum locum. Ex parte fœtus ante animationem non potest dici fœtus concipi in peccato, nisi prout illa materia per commixtionem seminum coacta obnoxia est, ut quum primum animabitur, anima peccatum contrahat, quæ sola est subjectum peccati, sive secundùm substantiam, sive secundùm voluntatem, & consequenter secundùm alias potentias, juxta opiniones quod gratia distinguatur à charitate, vel non distinguatur: peccatum autem consistit in privatione gratiæ per se, aut si non differt à charitate in privatione istius. Conceptio sumta pro toto tempore quo proles jam concepta formatur, & in utero confovetur calore materno, quod *alendi* verbo explicat Augustinus, facit ut locus hic melius intelligatur de peccato prolis, non verò de peccato parentum: nullum enim horum tunc peccatum intervenit. Sed nec in omnino prima conceptione peccari potest, quæ accidit post ipsam commixtionem maris & fœminæ. Porro quia mater sola propriè concipit fovetq; & calefacit fœtum interno calore, idcirco solam matrem nominavit David: etiamsi præcipua causa efficiens prolis sit Pater: &, si sola Eva peccasset non item Adam, originale peccatum in contractum non esset, ut omissis aliis Augustinus *a* apertè scribit, quia solus erat caput omnium hominum & uxoris Evæ, eratq; cum illo solo pactum Dei. Ex dictis sequitur, omnem ex Adam descendentem per viam seminulem & usitatum generationis modum, contrahere peccatum originale, aut certè contrahere debere, nisi divinæ gratiæ privilegio præveniatur, quod privilegium Deiparæ concessum prono assensu opinatur maxima pars, ferèq; tota Ecclesia; tametsi nondum voluerit ut fidei Catholicæ materiam proponere, sicut definivit, quod caruerit omni actuali etiam veniali peccato *b*: cui tamen quicumq; alii cum originali concepit secundum legem generalem sunt obnoxii *c*. Audent etiam quidam negare Mariam peccavisse in Adam hoc est, peccatum contrahere debuisse, ut Petrus *d* Galatinus, Joannes Viguerius *e*, Ambr. *f* Catharinus, quasi Deus in pacto illo cum Adam exceperit illam ob merita Christi prævisa, quamvis non ut redemptoris ipsius. Id temeritate non carere, absq; errore dici videtur Suari noſtro *g*, quum scripturæ & Patres Christum omnium omnino redemptorem nominent, & omnes affirment in quibus mors pertransiit peccavisse in Adam. Lege Antoninum Cordubensem *h*.

Si sola Eva peccasset, cur originale peccatum contractum non esset.

a 13. q. 2. 20

Privilegium Deipar. concessum ex sententia multorum circa peccatum originale.

b Conc. Trid. sess. 5

c Aug. de pec. merit. c. 37

Negantes Mariam peccavisse in Adam.

d l. 7. c. 10

e in inst. c. 8 55

f l. de pec. or. c. ult. l. de c. p. 2. c. 1

g 3. p. t. 2. disp. 3. sect. 2

h L. 11. q. 44 prac. ad 9 arg.

Senarius numerus Veneri dicatus

i disc. 48

k 2 Reg. 11. 2

Omittam hìc de senario dicere numero Veneri dicato, & prolificationi, multiplicationi, fœcunditati, creationi; item quod hora sexta, ideſt, meridie credatur Adam peccavisse, eademq; sit Christus crucifixus. Hæc Mazzarinus *i* attingit, numerans versum illum sextum: & ad rem prontius addi posset quod post meridiem eadem fere hora sexta conspectam Bethsabeam David concupivit *k*: nec numerorum admodum delector mysteriis, & hic versus licèt in recitando, sit sextus, septimus est in serie biblica, computato titulo; quem si demas tantum quintus.

Vers. 8.) Ecce enim veritatem dilexisti: incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.

OBjicio tibi quidem Deus naturæ infirmitatem, & pravam peccandi propensionem ex originali natam peccato, ut digneris benignius mecum agere, & quemadmodum ignovisti peccatum illud cujus tamen parvus resedit effectus in me, si placeat tibi admissa post illud alia peccata condonare. Sed quæ de vitio peccatoq; naturali dixi, nolim dictum à me ut excusem me ipsum. Cognovi omnem tibi fucum displicere, dissimulationem, excusationem, mendacium: veritatem autem, candorem, simplicitatem tibi placere, teq; constantem in promissis esse, quæ dedisti de parcendo mihi, tùm de decretis arcanis Divinæ sapientiæ tuæ: & velle etiam justitiæ tuæ satisfieri; tùm de Messia tuo fecisti, per quem remissio effet originalis & actualis peccati. Quocirca reprehendo meum aerius, nec peccatum valeo imputare imprudentiæ, sed profiteor peccasse per summam ingratitudinem, spem verò ac fiduciam ex dictis rebus magnam concipio, & confido, te quia tam familiariter me tractaveris, de præcedente tuo munere concessam innocentiam tantopere dilexeris, consilia tua secretiora communicaveris, etiamsi postea peccaverim, non denegaturum pœnitenti quæ sunt ad salutem magis necessaria, nec permissurum ut adeo præclara dona sine fructu omninò mihi pereant, quum ego etiam veritatem tibi tantopere gratiam retinuerim, si non probitatis & innocentiæ, certè fidei veræq; religionis & sinceræ, peccatorum confessionis ac integræ pro iis satisfactionem voluntatis. Comprexus tum hac paraphrasi modos omnes præcipuos locum præsentem interpretandi, singula dispiciamus.

Ecce enim veritatem dilexisti.) Hieron. demto etiam, *enim*, sicut & priore versu quod Euthymius Græcè vacare monet, *diligis*. Aquila ἐβουλήθης, *voluisti*: Symmachus, θέλεις, *vis*. Alii ex Hebræo interpretantes pro proximè sequenti Latina voce *incerta*, & Græca τὰ ἀδηλα, Hebr. בשטות *battuchoth*, nectentes non velut unicam sed tamquam conflatam ex nomine & littera ב *beth* præpositione declarant: *ecce enim veritatem dilexisti* aut *voluisti*, *in renibus*, vel *in interioribus* vel *in tectis*, vel *in crustatis*, nempe renibus qui sunt velut incrustati ac obtecti adipe: vel *intimis*, vel *in absconditis*, vel *in intentionibus*, vel *in cogitationibus*. Chaldæa paraphrasis nomen *renum* exprimit כבוליין *bechulian in renibus*. Ex Hebrææ linguæ magistris, quidam volunt idem valere posse nomen במחות *battuchoth*. Alii טחות *tuchoth*, quod etiam in Job *l* redditur nomine *renum*, & hoc melius quod ad sensum respicientes LXX. declararunt *manifestare incerta*, quasi diceret in incertis & occultis, ideſt vel intus in animo, vel res occultas, arcanas, secretas, tectas veluti obductas velo. Retenta interpretatione Hebræa, exponit Campensis, licèt se lapsum David carnis impulsu fateatur, tamen candorem ac fidem quæ sita est in cordis penetralibus maximè amare solere Deum, à qua quum non fuerit ipse alienus, non tam peccando malitia, quàm concupiscentia, sperare ac petere (sumendo quod in præterito est in futuro vel optativo) ut iterum non dedignetur Deus occultis ut solet inspirationibus, solidam docere sapientiam. Cajetanus veritatem in rebus ait esse, de qua scriptum est Psal. cxxxi. *m Juravit Dominus David veritatem, & non frustrabitur eam, de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.* Quidni si *renes* placent, alludere dicatur ad adulterium commissum; quia libidinis sedes in renibus est, qui *renes* usq; *ad noctem increpabant* eum *n*, & nullum vitium tenebras majores offundit menti: obestq; cognitioni veritatis (ut indicat Arias.) Quidam præterea, ut refert Titelmanus, declarant Deum *veritatem diligere* velle, requirere non exterius tantùm, secundùm simulationem operis, sed in intimis cordis, in intentione, in affectu: quarum rerum exigat munditiam rectitudinemq; ut suam doceat sapientiam, itaque se ingenuè fateri peccatum Davidem dicere, & quod tanto lumine divinitus præditus fuerit, agnoscere gravius peccasse. Hoc etiam est Jansenii. Atqui juxta nostram editionem *veritas* à Deo *dilecta* intelligitur in iis modis, quos posui in Paraphrasi. Augustino, Gregorio, Ruffino, Innoc. Bedæ, & horum sectatoribus, nec non Græcis fere, placet *veritatem* spectari in eo quod non finat Deus impunita peccata. Cassiodorus & iterum Ruffinus, Innoc. Euthymius, nec Græcorum discrepat sententia non delectari Deum pœnis nostris, attamen confessionem veram erroris quærere, pro quo, ut ait Innoc. occulta Deus manifestat. Adhuc Hieron. cum quo Remigius, veritatem esse illam quam Davidi nomine Dei reprehendendo denuntiavit Nathan: vel Christum quem diligit Pater. Cyrillus, id etiam intelligit: præterea integram vitam virtuti addictam, à qua qui abeunt *filii alieni* nominantur *o* & *mendaces in statera p*: Lyranus, fidelitatem Dei in promissis, Genebrardus, veritatem fidei, de cujus quoq; mysteriis fideliter differuerit: Ambrosius, veritatem sacramentorum novi testamenti, non umbram veteris legis

l Is. 33. 36

m v. 11

Libidinis sedes in renibus.

n Ps. 15. 17

Libidinis vitium maxime tenebras offundit menti obestq; cognitioni veritatis.

Deus non delectatur pœnis nostris, sed confessione veram erroris quærit.

o Ps. 17. 46

p Ps. 61. 10

legis ad remittenda peccata. Auctor operis Hypognoſticon *a*, communiorem illum ſenſum de ingenua peccatorum confeſſione diligentiùs tractat, &c. ſi quæ dam peccata mente excideriut, hanc quoq; veritatem diligi à Deo, quum generaliter dicis: Deus qui noſti cordis occulta, tu ſcis opera mea *& delicta mea à te non ſunt abſcondita* b, quibus veniam largiris. Valdè pœnitens doleníq; perturbatè ſæpiùs loquitur, ac ſe parvo momento in varias verſat partes. Quo fit, ut præciſis paucis verbis multa David intelligere potuerit, & *veritatis* nomine res adeò diverſas deſignare. Qui autem uſus erat præcedenti verſu nativam commemorando corruptelam, & proclivitatem in peccando, ſe ipſum excuſare, nunc vehementiùs acculando affirmat ſe inexcuſabilem, indicans ob priorem vitæ innocentiam charum ſe Deo fuiſſe, ita ut ſapientiæ myſteria ceteris incomptehenſa manifeſtaret, jam vero pro tam ſingulari beneficio nimis ingratum extitiſſe, ut qui non dubitavit gravíſſimis peccatis ſe obſtringere. *Peccatum peccavit Jeruſalem, propterea inſtabilis facta eſt* c, peccatorq; *circumſpectat undique gladium* d; quærit effugia varia magna veritas, ideſt, juſtitia Dei, non pepercit filio proprio, ſed pro nobis omnibus tradidit e illum, & propoſuit propitiatorem in ſanguine ipſius ad oſtentationem juſtitiæ ſuæ propter remiſſionem præcedentium delictorum, ut ſit ipſe juſtus & juſt. ficans eum, qui ex fide eſt f Chriſti, & *qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur juſtitia Dei in ipſo* g. Itaq; ſeverior declarata eſt in Chriſto Juſtitia: dum poſitæ ſunt in eo *iniquitates omnium noſtrum* h, quàm ſi quemadmodum Dæmones, in perpetuum nos omnes damnaſset. Hujus fortaſſis *incerta* etiam *occulta ſapientiæ* ſibi manifeſtata David intelligit, ita ut magis propterea timeat ac vereatur priora opera, ſciens quod non parcat Deus *delinquenti* i, atq; nec illi qui ſubeat delinquentis perſonam, nempe Filio ſuo; nam *ſi in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet* k? Sine dubio *diligit veritatem Deus*, quibuſcumq; modis illam velis accipere, in moribus abſq; hypocriſi, in doctrina ſine errore, in juſtitia & judicio, adverſus fraudes, calumnias temeraria judicia, in confeſſione contra ſuperbiam. Viam iſtam omnem veritatis elegiſſe ſe David *l* alibi cecinit, nec judicia Dei oblitum, ut nempe ſaltem poſt peccatum, faceret judicium & juſtitiam, ne traderetur *calumniantibus ſe m*. In Deo ipſo ſpectatur veritas ſecundùm eſſe ut dicunt, ſecundùm juſtitiam, ſecundùm fidelitatem. Odit Deus omnem mendacium *n*, nec mentiri poteſt, aut fallere, aut ad mentiendum inducere aut approbare mentientes, tametſi dum permittit, aut bene utitur alieno mendacio, ea ipſa quodammodo facere ac eorum eſſe auctor videatur, de qua re aliàs. Nil veritate pulchrius efficaciuſq; venit *plenus veritatis* o, ipſiſſimaq; *veritas* p, ut teſtimonium perhiberet *veritati* q, nec alios dixit Deo adoratores placere quàm qui in veritate id faciant *. Nota pro veritate lata ſententia, quod vinceret vivum, regem, mulieres, omnia *r*: de laudibus ejuſdem Auguſtinus *ſ*. Curq; nihilominus, & ament eamdem homines, & oderint ſimul *t*, ita ut oriatur odium veritatis ex immodico amore ejuſdem, ac ſuimet ipſius & ex ſuperbia: unde fit ut quum quod quis verum putat, ejus oppoſitum credere nolit, ac ſibi proponi oderit etiamſi re ipſa ſit verum. Summus Dei adverſarius mendax & *mendacii pater* u eſt, diſplicet ſectatoribus ejus arguens illos veritas, & odio habetur; ſicut ea de cauſa in odium Holophernis Achior incurrit *x*: Jeremias populi *y*: Micheas *z* & Zacharias *a* regum Iſrael: Joannes *b* Baptiſta Herodis: Paulus Galatarum *c*. Azymi ſyncerítatis & veritatis adhibendi ad epulas *d*, ſed cum lactucis agreſtibus *e*, *Amara eſt, veritas*, inquit Hieron. *f*, *& qui eam prædicant, replentur amaritudine, in azymis enim veritatis & ſyncerítatis, Domini paſcha celebratur, & cum amaritudinibus comeditur*. Pilatus ſola dulcedine vocabuli contentus veritatis: quum quid hæc eſſet quæſiviſſet à Veritate prima, reſponſum non expectavit *g*.

Incerta, & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.) Prius dixi quo pacto qui ex Hebræo vertunt primam vocem (in rebus) aut aliter, præcedentibus jungant excepto Hieronimo, qui etiam hæc reddit ſicut editio vulgata, niſi quod ſingulari numero utitur, & pro *in certo* ponit abſconditum, pro *occulto* arcanum: & omittit pronomen poſſeſſivum ſecundæ perſonæ, *abſconditum, & arcanum ſapientiæ manifeſtati mihi*. Trevetus tamen recitat *manifeſtabis*. Ait, *& in occulto ſapientiæ ſcire feciſti me*, vel, *in abſtruſo*, vel, *in penetrali*, ideſt, in corde, aut quæ latebant in abſcondito ſeu arcano ſapientiæ tuæ. Hoc placet Cajetano: Illud aliis Hebraizantibus & Paraphraſti, *& in abſcondito cordis ſapientiam docebis me*. Hebræa ſic habent תבמהתן רעני במחוזח בפחזם *batruchoth vuſathum egachmah rhodihhini, in intimis aut rentibus*, &c. *& in abſcondito aut obſignato & clauſo ſapientiæ ſcire feciſti me*. Hebræo idiotiſmo *ſcire facere* ſeu *manifeſtare in aliquo* dicitur pro quod eſt, aliquid, ſicut *videre in bonitate* h, idem eſt ac videre bonitatem. Quare ſenſum & vim phraſis optimè LXX. expreſſerunt τὰ ἄδηλά, καὶ κρύφια τῆς σοφίας σου ἐδήλωσάς μοι. Latinè, *incerta* dicta ſunt pro immanifeſtis & obſcuris. Myſteria fidei de quibus aliqui explicant, ut dicemus, obſcura ſunt: incerta non in ſe, quum ſint certiſſima, ſed quædam particularia reſpectu nonnullorum hominum, quibus expreſſa notitia fideſve neceſſaria non eſt, vel ratione illorum quæ pendebant etiam ex libera hominum voluntate, cujuſmodi erat, quod Meſſia ex ſemine David naſciturus eſſet; erat enim David liberum, uxorem ducere aut non ducere. *Incerta* Ruffinus ait reſpectu Judæorum qui legebant, & dubitabant: *occulta*, reſpectu Gentilium, qui penitus ignorabant. Caſſiodorus, prima quæ omnino diſcerni non poſſunt, ſed aliquibus ambiguitatibus colliguntur, ſecunda, quæ nec oculus conſpicit, nec mens humana dijudicat. Beda per ſecunda determinari prima, quia intelligit de incertis non in ſe: ſed quia occulta, plenè ignota. Verum quæ ſint hæ res incertæ & occultæ, quas manifeſtatas aſſerit ſibi David, variant ſententiæ. Ponendum autem omnis prophetiæ materiam per has res innui, quales futuræ contingentes liberæ, internæ animæ cogitationes, & voluntatis actus illæ res quæ ſunt in ſe ordinis ſupernaturalis. Quemadmodum occulta in videndo impedit objecta diſtantia, tenebræ, interpoſitio alterius rei, cetenim ſupernaturalia diſtant, cogitationes mentis ac volitiones clauſæ tenentur, futura contingentia libera ob indeterminationem cauſſæ jacent veluti in tenebris. Reducit Thomas hoc loco omnia impedimenta ad exceſſum & defectum. Atq; tria illa veluti removens Daniel *i* ſcripſit, quod *Deus revelat profunda & abſcondita, & in tenebris conſtituta*. Prima opinio de certiſſima ſpe peccatorum remittendorum per gratiam venturi Meſſiæ, atq; illius efficacia ſacramenta. Ambroſius ita omnino ſentit, idq; per veritatem de qua jam dictum eſt, & per id quod ſequenti verſu habetur, de lotione ac *dealbatione ſuper nivem* intelligi. Concordat Gregorius docens, Ninivitis exempli cauſſa hoc incertum fuiſſe; qui pœnitentiam agentes ſuper prædicatione Jonæ, hæſitando dicebant: *qui ſcit, ſi convertatur & agnoſcat* Deus? Vult Gregorius Davidem dicere ſe idcirco per pœnitentiam ſponte affligi, quia ſciat Deum nolle peccatum impunitum, quod eſt *diligere veritatem*, lapſis autem ſpem certam veniæ per gratiam venturi Meſſiæ prout didicit ex revelatione concipiat. Secunda Auguſt. applicantis ad revelationem de venia quam conſecutus eſſet ipſemet David: quando Nathan ei dixit, *dimiſſum eſt tibi peccatum tuum: ſive, Deus traſtulit peccatum tuum* l. Idem habetur in commentario Hieron. Urbani Papæ IV. Bedæ & aliorum.

Tertia Arnobii de manifeſtato per Nathan peccato, quod adeo tectè patraverat David ac fraudulenter præſertim contra Uriam.

Quarta, Ruffini, Caſſiodori, nonnullorum præterea ex citatis, & ſatis communis, tum Latinorum, tum Græcorum de Chriſto myſteriiſq; redemptionis noſtræ; quorum notitiam in Pſalmis contineri, allatis Ruffinus exemplis demonſtrat. Et his plura poſſunt adhuc afferri.

Quinta Lyrani de promiſſione ſucceſſionis regni in filiis, ut decenſus Chriſti ex ſemine ipſius. Ultima complectitur quamlibet revelationem generaliter. placet Thomæ, eamq; indicat Hieronymus *m*, & Philo Carpathius *n*, nec non hoc loco Heſychius, & alibi Ambr. *o*. Quam fuerit excellens Prophe-

a l. 5. c. 1. apud Auguſt. c. 7

b Pſ. 68. 6 Dolentis & pœnitentis geſtus.

c Thr. 1. 8

d Job 15. 22

e Rom. 8. 32

f Rom. 3. 28

g 2. Cor. 5. 21 Severa in Chriſtum juſtitia.

h Iſ. 53. 6

i Job 9. 28

k Luc. 23. 31

Veritatem Deus quot modis diligat.

l Pſ. 118. 30

m Ibid. 121.

n Pſ. 5. 7

o Joan. 1. 14

p c. 14. 6

q Job 18. 37

* Joan. 4. 24 Veritatis vis.

r 3. Eſd. 3. 12 & c. 4. 41

ſ 2. de l. arb. c. 12. & 14

t Gen. c. 23

u Joan. 8. 44

x Jud. 5. 26

y Ier. 28. 10

z 3. Reg. 22 26

a 2 P. 24. 22

b Mat. 14. 8 Veritatis amator.

d 1 Cor. 5. 8

e Exc. 12. 8

f 2. conf. Iov.

g Joan. 18. 38

i c. 2. 22

K Joan. 3. 9

l 2. Reg. 12. 13

m in Zach. c. ult.

n in Cant 3

o in Iſ. 45. principio.

a 2. Reg. 23 1. & ſeq.

ta David ipſemet de ſeipſo ſcripſit *a*, noſq; in Pro-legomenis diſputavimus, quem locum conſule, ut melius intelligas præſentem: ac ex recitatis opinionibus poſtremam quam ipſe approbo. Interalias minimè placet tertia: nec enim peccati manifeſtatio rei tam arcanæ cenſetur: non etiam dici meretur *occultum & incertum ſapientiæ Divinæ*: deniq; non erat occultum peccatum aliis nonnullis hominibus. Certè non Dæmonibus, ut Angelos ſanctos omittam, voce Hebr. שתום *ſathum*. Daniel utitur quum agit de prophetia aliqua obſcuriore ac poſt multum tempus complenda *b*, & velut de promerendo offerenda, aperienda: unde Regi Tyri loquens Ezechiel *c*, ait *ecce tu ſapientior es Daniele, omne ſecretum non eſt abſconditum à te*.

b Dan. 8.26 c. 12.49
c c. 28. 3

Myſteria unde dicta & quid.

Myſteria vocabulo Græco ἀπὸ τῆ μύειν ſunt propriè *arcana*, ſecreta, abſcondita; unde *myſtagogia myſtagogicique ſermones*: nec ulla umquam fuit adeo barbara gens, religione aut ſecta, quæ non aliqua profiteretur talia, & vulgo minimè communicanda, & paſſim non ſcrutanda. Abſcondi tegiq; myſterium quam fideliſſimè oportet, ait Lactantius *d*, maximè à nobis qui nomen fidei gerimus. Paulus *e* ajebat *ſe loqui Dei ſapientiam in myſterio*. Lege Mazzarinum *f* eruditè diſcurrentem de myſteriis & arcanis apud Gentiles Hebræoſq; & cur etiam apud nos Deus voluerit, & quo pacto eorum notitia poſſit obtineri, vel retardari. Conſulantur præterea Clem. Alexadr. *g*, Euſebius *h*, Nazianzenus *i*, Cyrillus *k* Jeroſolymitanus. Gentilium arcana, excitanda, fabuloſa, obſcena. Græcè Clem. μυστήρια dici vult, ἀπὸ τῆ μύσους à ſcelere & quaſi μυθήρια fabuloſa. Credo quod gemens ac ſeipſum valde deplorans proferrebat iſta verba David, memor prioris erga ſe Divinæ benevolentiæ, ſimulq; obtecrans per adeò mirificam familiaritatem illam, ut quodammodo revocans Deus illam, in memoriam, non pateretur in irritum abire. Revocabat Ezechias Deo in memoriam prima *l* merita: Jerem. præcedentem in pro populo orationem *m*: è contrario Deus quamvis populus deſpiceret juramentum; ut irritum faceret pactum, recordaturum ſe dicebat pacti ſui cum illo in diebus adoleſcentiæ ejus & ſuſcitaturum ei pactum ſempiternum. Hoc fortaſſis vult David, ut Deus meminerit veritatis quam diligit, id eſt promiſſorum, & priorum illarum revelationum, quas communicare dignatus fuerat aliquando. Arbitrantur nonnulli, poſt peccatum, fere per annum totum carniſſe Davidem prophetiæ dono: & hoc videri verbis iſtis indicare &, conqueri. Non habeo quid affirmem. Certum eſt, gratis data dona, è quorum numero prophetia eſt, non ſolum à peccatore quum deſinit eſſe juſtus, non tolli, ſed etiam peccatori denuo interdum concedi, quamdiu quoque peccator eſt. Inferunt *n* alii quum dicuntur, *incerta ſapientiæ tuæ*, ideſt Dei ſcientiam futurorum contingentium in nobis non eſſe certam, quia pendet ex certitudine objectorum ſecundùm ſe, ſed in Deo, quoniam ſcientia ejus pendet ex acumine altitudineq; intellectus ipſius, qui in objecto ſecundùm ſe incerto perſpicit certo quid futurum ſit, habetq; majorem certitudinem ſecundùm ſe, quàm ſit objectorum certitudo. Argumentantur hinc præterea quidam *o* de præſenti in ſe gratia ſanctificante ac remiſſione peccatorum, neminem abſq; peculiari revelatione certum eſſe poſſe. Bene ſequitur ex recitatis antea hujus loci expoſitionibus prima & ſecunda. Nihil, ait Auguſt. tam occultum, nihil tam incertum. Chryſoſt. *p*, ad poſtremum inſaniæ provectos colligit, qui quid ipſa Dei ſubſtantia ſit curioſè quærunt & perſcrutantur, ac invenire credunt poſſe ſolo ſuo naturali lumine, quum hic noſter Propheta incerta & occulta ſapientiæ ſibi revelata dicens, magnum aſſerat Dominum, & magnam virtutem ejus, negetq; *ſapientiæ* ejus eſſe *numerum* *q*. Eadem jutitur Ambr. *r* reprehenſione, tractans locum Job *ſ* & quia idemmet David aſſerat ſe, ut *jumentum* factum apud Deum *t*.

n Molin. in concor. diſp. 52. ad 3. & 2 p. q. 1. a. 5

o Bellar. l. 3 de juſt. c. 7 Valen. 1. 2 diſp. 8 q. 4 punct. 4

Ad poſtremum inſaniæ redacti curioſè quærentes quid ſit ipſa Dei ſubſtantia.

p ho. 1. de incompr. nat. Dei.
q Pſ. 146. 1
r l. 1. de inſtrp. c. 9
ſ c. 28. 7. & ſeq.
t Pſ. 72. 23

Licèt hoc etiam elicere, quantæ nobis agendæ gratiæ Chriſto, quod quæ audivit à Patre, non uni, aut alteri, aut paucis, ſed omnibus tamquam amicis *nota facit* u, quæ etiam Reges ac Prophetæ quantumvis vellent, videre & audire non potuerunt *x*; atq; theſaurum abſconditum aperuerit *y*. Nos potiore jure quàm Hebræi, gens inclyta, ut habeamus non ceremoniam, juſta judicia, univerſam legem veterem *z*; ſed ſimus populus *ſapiens & intelligens* a arcana myſteria: *non fecit taliter* Deus *omni nationi*, ne Hebrææ quidem: *nec ita judicia ſua manifeſtavit* b: *beati ſumus, quia Deo placent, manifeſta ſunt nobis* c. Illud veriſſimum ethnicum documentum eruitur, quod ſervus ſciens voluntatem Domini, & non faciens, *vapulabit multis* d, & cui plus datum fuerit, plus requiretur ab eo *e*: & melius erat non cognoſcere viam juſtitiæ, quàm poſt agnitionem retrorſum converti ab eo quod traditum eſt ſancto mandato *f*. Tandem ſequitur, Divinas litteras, quibus continentur incerta & occulta, obſcuras eſſe, quod negant Hæretici. Huc Hugo ſeptem aptat ſigilla ex Apocalypſi *g*, quæ ait eſſe conceptionis Chriſti, nativitatis, paſſionis, reſurrectionis, aſcenſionis, miſſionis Spiritus S. adventus ad judicium. Latinis res iſta patet. Præter vero myſteria communiter credenda, ſuggerit ſpiritus Eccl. alia *h*, & nonnullis aliquando grandia, & firma quæ neſciunt *i*, ſed omnium judex unus Pontifex Romanus.

y Mat. 13. 44
z Deu. 4. 8
a Ibid. 6
b Pſ. 147. 20
c Bar. 4. 4
d Luc. 12. 47
e Luc. 12. 48
f 2. Pet. 2. 21
g c. 5. 1
h Jo. 14. 26
i Jer. 33. 3

Verſ. 9.) Aſperges me hyſſopo & mundabor: lavabis me & ſuper nivem dealbabor.

JAm iniquitatem, & peccatum meum cognoſcere me profeſſus ſum, atq; præ oculis ſemper habere; convictum judicio tuo, & beneficiorum quibus abuſus ſum onere oppreſſum, deniq; turpiſſimè commaculatum; ſordes iſtas animi fœdiſſimas nolo Deus meus hyſſopi aſperſione, quæ corpori adhibetur tantùm, nec ultra penetrat intus, mundari & ablui, ſed ſanguine Filii tui, & aquis Spiritus S. quas res aſperſio præfigurabat legalis per hyſſopum interdum colligatam ligno cedrino cum filo coccineo, & intinctam in ſanguine victimæ, vel in aqua cui ineſſent occiſi cineres animalis *K*. Munditiam hoc pacto aſperſus perfectam conſequar, ipiaq; nive albior fiam, ſine ulla ſpiritualis lepræ macula, abſq; contagio morticini cadaveriſq; liber etiam ero poſt ejuſmodi aſperſionem, à reatu percuſſoris Diaboli, & poſt ablutionem deſignatam tot in lege præſcriptis Baptiſmatibus, veſtimentorum, vaſorum, locorum, totius corporis, ab omnium peccatorum turpitudinibus.

Aſperſionis legalis per hyſſopum præfiguratio.

k Lev. 14. 4 & v. 51. & ſeq. nu. 9. 4 Ex. 12. 22

Hic planè ſenſus communis Catholicis, qui præſertim baptiſmum hic indicari docent: Davidem autem ob futurum pretium ſanguinis Chriſti quod baptiſmus continet, aliaq; ſacramenta Eccleſiæ, veniam & ſanctificationem adeptum: & hanc etiam veritatem priori verſu intellexiſſe dilectam à Deo, hæc *incerta & occulta ſapientiæ* ſibi manifeſtata, nonnulli, ut ibi dixi, putant. Petrus Natalius *l* narrat, Savinianum Tricaſſinum martyrem quum adhuc gentilis verſum iſtum quem legi ſſet intelligere percuperet; eaq; de cauſſa in cinere & cilicio proſtratus jacens, malle ſe mori diceret, quam illius ſententiam non percipere, ab Angelo reſponſum accepiſſe, ſi baptizari vellet, nive candidiorem evaſurum, & quod quærebat intellecturum; poſtea quum baptizatus eſſet, denuo audiviſſe, tunc demum quod quæſiviſſet, inveniſſe. Quicquid ſit de narrationis veritate, multos Auguſt. *m* teſtatur propter ignorantiam hyſſopi omnino invenire non potuiſſe, quid ſibi hic verſus vellet.

l l. 7. c. 134 De Savinia-no Tricaſſino martyre tradita.

m 2. de doct. c. 17.

Aſperges me.) Addunt nonnulli, *Domine*, & Pſalterium Romanum; ſed Hebr. Chald. Græce, & apud veteſtiores patres non extat: quamvis in textu quorumdam exprimatur, ut Ambroſii, Hieron. Remigii, Thomæ, Gregorii. Innocentius etiam in commentario exprimit, atq; Urbanus. Sumi poteſt verbum hoc vel pro imperativo, ut ſit idem quod aſperge, ſive pro optativo aſpergas, quo pacto futura non raro accipiuntur, vel propriè pro futuro. Aſperſio non omnis facta ſcribitur hyſſopo, nec ſanguine, vel aqua, cineribus immerſa; ſed nonnumquam nihil de aſperſorio inſtrumento dicitur, mentio fit de liquore rei ſimul cum ſanguine

quibus

u Jo. 15. 15
x Luc. 10. 24

quibus ſacerdotales aſpergerentur veſtes *a*: Arbitror manu ipſa iſtam aſperſionem uſurpatam, ſeù digito qui alicubi *b* diſertè nominatur: fortaſſis etiam adhuc manante ex animali ſanguine, id Sacerdos manu tenens & circummovens aſpergebat, ut ſi columba eſſet *c*. Uſitatus nunc baptizanti ritus eſt per aſperſionem, quem olim quoq; fuiſſe in uſu, & non ſolum immerſionem, alibi docui *d*, hujuſq; monumentum rei eſſe æneum urceum, quo Laurentius baptizabat, ut in ejus baſilica extra muros urbis religiosè aſſervatum: Et hoc innuere Pauli *e* verba: *Aſperſi corda à conſcientia mala.* In aſperſione leproſi, & ejus qui mortuum tetigiſſet, nec non in alterius cujuſcumq; hominis ipſummet ejus corpus & caro liquore attingebatur: poſtea corpus ac veſtes abluebantur. Sanguine Chriſti aſpergimur, quia numero prope infinitos vix attingere gutta poteſt: ſimul etiam tamen lavamur, quoniam infinitus eſt valor cujuſvis guttæ & ita vocari poteſt inundatio breviata conſummans juſtitiam *f*, ſed & ſicut dum aſpergillo multi aſperguntur, aliquos aqua non attingit, ita nonnullis non profuit Chriſti ſanguis, nec omnibus quoq; conceſſus realis baptiſmus. Aliis placet, *aſperſione* denotari ſacramenta legis veteris externamq; mundationem, per *lotionem* qua dealbamur *ſuper nivem*, ſacramenta novæ. Innoc. de multitudine monet per aſperſionem. Quamquam fatendum eſt, *aſpergere* ac ῥαντίζειν Hebr. dici זרק *zarak*, נזה *nazach*, hoc autem loco eſſe verbum חטא *chitte*, in piel: quod propriè ſignificat *purificare à peccato*, expiare, mundare, tollere peccatum, luſtrare.

Hyſſopo.) Eamdem vocem ſonat lingua Græca ὑσσώπω & Hebr. אזוב *ezou*, quam R. Kimhi eamdem ſcribit eſſe cum origano, ſed hujus genera plurima ſunt. Adhibebatur in duplici purificatione, de qua dixi, leproſi, & immundi propter contactum cadaveris. Paraphraſtes poſteriorem hìc expreſſit, *infundes ſuper me ſicut ſacerdos, qui profundit ſuper immundum aquas aſperſionis cum hyſſopo de cinere vaccæ, & mundus ero*, non rejicio iſtam expoſitionem, quæ præterea eſt Helychii, Gregorii, Ruffini, Bedæ (qui memoria lapſus ſanguinem vituli ſive vaccæ nominat, loquens de purificatione leproſi, pro ſanguine paſteris) Haimonis (in quo eſt idem lapſus ſicut & de vitulo pro vacca) Thomæ quatenus *aquarum* nomen propius refert baptiſmales, & contactus morticini opera mortalia. Tamen purificatio leproſi melius repræſentat fœditatem adulterii, & homicidii David, ſicut & quod ſequitur, *ſuper nivem dealbabor*, nec enim ex contactu mortui ullæ maculæ neceſſario adhærebant; præterea ſanguinem Chriſti abluentem animas magis indicat illa purificatio, quæ fiebat ſanguine paſteris occiſi. In qua ſententia concordant Haimo & Beda, prout de leproſo loquuntur, Bruno item Carthuſianus & Caſſiodorus; item Ambroſius *g* Didymus, Theodoretus, Euſebius, Baſilius, Auctor *h* quæſtionum utriuſq; teſtamenti, Iſidorus *i* meminerunt de faſciculo hyſſopi, quo quum intinctus eſſet in ſanguine agni, aſpergebatur ſuper liminare, & uterq; poſtis ne læderet percuſſor *k*, ſed hæc non erat propriè mundatio, ſed ad mundandum inſtituta aſperſio. Cyrillus attendit in *hyſſopo* calefaciendi vim, quod; ad ſubducendam alvum ſumatur, & pituitæ concretiones, atq; craſſos humores acuat, & expurget, hujuſmodi eſſe ſpiritualem gratiam, quoniam ſpiritu ferventes efficit, ac ſordes omnes in nos latenter infuſas, tamquam ignis extenuat, ut idcirco dicamur, *baptizari Spiritu S. & igne*. Latini ferè omnes cum Auguſt. prætereaq. Bernardus *l*, & Eucherius *m*, Gullielmus *n* Durandus, medicam vim quoq; in herba iſta cum puritate conſiderant & adhærescentia ad petram, ita, ut eam quoq; penetret, quod item pulmones purget, Phthiriaſi reſiſtat, & prurigini in capite, tuſſim ſanet, enecet tineas pediculoſq; colorem in corpore foveat, medeatur ictibus ſerpentum, juvet comitiales, cibi appetentiam excitet, cieat urinam, & menſes, horrores febrium excutiat, acuat viſum; quæ humilitatis virtuti ſecundùm tropologiam, vel pœnitentiæ accommodant præ ceteris Hugo Cardin. & Urbanus Papa. Recitat ille proprietates hyſſopi, licèt non omnes.

Parva, calens, pectus purgans, petroſa, ſcreatrix, Juſ ſapidat, pleurę congrua, ſpargit aquam.

Nam pœnitentiam, inquit Hugo, humilem oportet eſſe, Charitate calentem, purgantem contritione; operibus duram ſatisfactoriis; confeſſione peccata veluti ſcreantem, ſapore quodam corpus ab intemperantia temperantem, pleuræ, hoc eſt lateri congruam propter flagella, ſpargentem aquam gratiæ eam acquirendo. Illuſtrat hæc ille teſtimoniis divinarum litterarum. Adhæſio ad Petram Chriſti merita ſunt & exempla. Legantur Phyſiologi *o*, quorum ſcientiam intelligendis ſcripturis neceſſariam hinc infert Auguſt. *p*, quod multi ob ignorationem intelligere nequiverunt hunc locum, ut prius etiam retuli. In conſecratione & uſu aquæ benedictæ recitat Eccl. verſum iſtum, de quo mentio fit in concilio Hannetenſi *q*, & Durandus *r* tractat, & in inſtrumento aſperſorio *aſpergillum* nunc vocamus, & Græcè πραῤῥαντήριον, (quod eſt nomen etiam vaſis aquæ luſtralis) prout conſtabat olim ligno cedrino, hyſſopoq; per coccineum filum collidata, poſſunt myſticè multa conſiderari. Ipſamet hyſſopus præter duo illa, quę dixi, humilitatem ac pœnitentiam, denotare, poteſt, ut Auguſt. *s* docet, fidem corda purificantem *t*. Lignum cedrinum procerum, imputribile, odoratum firmumq; ſpei firmitatem & celſitatem, quæ robur dat in diverſis & ſuo quaſi odore ſerpentinas fugat tentationes: coccineum filum, ardentem charitatem. Ad hæc humillimæ herbæ cum prælta arbore nexus (diſputavit Salomon *à Cedro* quæ eſt in Libano *ad hyſſopum* quę egreditur de pariete *u*) coccineo filo factus, deſignat divinæ perſonæ unionem cum humana natura, ex eximia Charitate coaleſcentem. Qui ſe ipſum hac aſpergit aqua, illi redit juxta parœmiam *x*, animus, eiq; revivilcit *y*, ut ſolet, cui examinatio, inſpergitur frigida. Prætera Cedrus crux eſt (creditur de Cedro fuiſſe, canitq; Eccleſia, Super omnia ligna cedrorum tu ſola excelſior) hyſſopus, Chriſtus ei affixus, coccineum filium ſanguis ejus, liberationis humanæ, & ſymbolum, & cauſſa, quondam Raab meretrix *z*. De Chriſto vaticinatur Iſaias *a*, *iſte aſperget gentes multas & ſuper ipſum continebunt Reges os ſuum*, videl. ſicut obſtupuerant antea quod inglorius erat aſpectus ejus, *inter filios hominum*. *b* En hyſſopum aſperſam ſanguine, illumq; ſuper alios efficaciter aſpergentem: En ſtuporem ex manifeſtatione incertorum & occultorum ſapientię tantæ divinæ. Obtulerunt Judæi crucifixo Chriſto ſpongiam aceto plenam, hyſſopo eam circumponentes *c*, quia ſe Chriſti humilitatem, quam innuit hyſſopus herba humilis ac pectus purgans, circumdederunt, inquit Auguſtinus *d*, & ſe circumveniſſe putaverunt cujus nos humilitate mundamur, quia humiliatus ſanguinem nos mundantem fudit. Iſidorus *e* idem attingit, atque hìc prædici, quod accidit Chriſto in cruce. Idem Auguſtinus *f* nihil hac miti & humili herba docens fortius ac penetrabilius eſſe, ait moneri nos ut ſimus in charitate radicati, & fundati, ut comprehendamus Crucis latitudinem, longitudinem, altitudinem; profundum, & ſupereminentem ſcientiam charitatis *g* Chriſti: Præterea, ut juxta vim aliam ejuſdem plantæ, non ſuperbè aliquid pulmo tumidus anhelet inflante *h* ſcientia, ſed exultent oſſa humiliata, ut eſt verſu ſequenti. Continentiam quoq; *hyſſopo* intelligi nihil vetat adverſus quam peccaverit David. Prodit enim Plinius *i* propter antipathiam hyſſopum dari, ubi acrior Raphani, qui Venerem ſtimulat, medicina admota ſit: eamdemq; de cauſſa Ægyptiorum ſacerdotes, ut ſcilicet continentiores eſſent, intritam pani quem rarò ſumebant, hyſſopum admiſcebant, eamq; ut eſcam graviorem, illius calore decoquebant *k*.

Et mundabor.) Munditiam iſtam, etſi quidam legalem ut externam intelligunt, propoſito non convenit, de mundatione namq; peccati loquitur David; nec legitur immunditiam legalem contraxiſſe. Priùs quoq; mundari ſe à peccato popoſcerat *l*.

Lavabis me.) Leproſus, poſt aſperſionem, bis lavabat veſtimenta & corpus, quum primùm omnes pilos raſiſſet:

a *Ex.* 29. 21
b *Lev.* 4. 6. 17
c 14. 16. c. 16
14. 19 n. 19
d *Lev.* 5. 9
Act. 2. 41
Urceus æneus quo baptizabat Laurentius.
e *Heb.* 10. 22
f *Iſ.* 10. 22
g *l. de init.* 2 c. 7
h *q.* 112
i *de Paſſion. Do.* c. 40
k *Ex.* 12. 22 23.
Hyſſopi pro prietates.
l *Ser.* 45. *in Pſ.* 50. *de ded.*
m *de Form. Spir.* c. 4
n 1. *rational.* c. 7. n. 20
o *Pl. l.* 25. c. 11. *Col. l.* 6. c. 10. *l.* c. 5 *Mat. in Dio. l* 3. c. 26
Verſus hujus in Eccl. recitatio.
p 2. *de doct.* c. 16
q c. 4
r *l.* 4. c. 1
s *q.* 33. *in n.*
t *Act.* 2. 9
x *Plautus in Tr.*
y *Gen.* 46. 27
z *Joſ.* 2. 18
a *c.* 52. 15
b *ibid. v.* 14
c *Joan.* 19. 29
d *Tr.* 119. *in Joan.*
e *de Paſſion. Dom.* c. 40
f 2. *de doct.* c. 42
g *Eph.* 3. 15 &
h 1. *Cor.* 8. 1
i *l.* 20. c. 4
k *Rhod. l.* 23 c. 25. *in Charemone Stoico.*
l v. 4
Leproſi lotio & aſperſio.

set: die septimo, etiam capillos capitis barbamq; & supercilia. Quum de vestimentorum ablutione sermo
a Lev.14 8.9 est in Levitico *a*, Hebræum verbum est כבש *chibbes*, cui simile hoc loco כבס *chibbes*, per samech. Græcum πλύσειν, quòd hìc etiam habetur: quum de corporis, ibi רחץ *rachatz*, cui synonymum שחה *sachah*, quod tamen potiùs *natare facere* significat, & λύεσθαι, cui synonymum νίπτεσθαι. Colligit Agellius duplicem peti expiationem à Davide, tùm corporis, tùm animæ, id-
b 1.Cor.6.18 est, ab iis peccatis, quæ licèt omnia committantur, & sint in anima, perpetrantur peculiari adjumento corpo-
c 1.Cor.7.1 ris, cujusmodi est luxuria, per quam peccari Paulus *b* ait in proprium corpus; hortans etiam *c*, ut mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus. Vult autem, aspersione, spiritualium peccatorum mundationem; lotionem corporalium intelligi, quum etiam corpus, velut quidam animi sit amictus. Atqui vers. 4. in illa sent. *amplius lava me ab iniquitate mea*, habetur כבסני *chabbeseni*, pro מ iamech, & πλύνον. Ubi profectò intelligit quodvis peccati genus. Deinde peccata Davidis carnalia erant, non per spiritualia ulla. Postremò Ps. 6. *d*, quum ait se lavisse lectum, usus est
d vers. 7. verbo שחה *sachah*, pro quo Græcum λούειν ponitur, quum tamen lectus ad vestimenti genus revocari debeat, certè à corpore nostro plurimum distinguatur. Accedit quòd *lavare aliquem*, non dicitur proprie is qui vestimenta solùm lavat *s* & tamen orat David, aut prædicit
e c.2.22. (*lavabis me*) & Jerem. *e*, *si laveris te nitro*, & *lava* f *à*
f cap.4.14 *malitia cor tuum*: & in Levitico *g* plaga lepræ dicitur
g c.13.55.56 lavari. Idem verbum כבס *chibbes*, vel *hucchabes*, est in omnibus istis locis: in ultimo πλυθῆναι apud Jer. ἀποπλύνειν. Fateor tamè apud profanos frequentiùs de vestimentis usurpari πλύνειν sicut νίπτειν de corpore, λούειν de manibus ac pedibus. Porro verbum *lavandi* magnam copiam sanguinis Christi demonstrat: ita ut aspersus in primo membro videri possit (juxta unum sensum) innuere legis veteris, in qua nullus præcipiebatur in sanguine lavari,
Infantum sanguine balnea plena curandæ lepræ, Constantini conversio. h 4. hist. or. i in Const. Nice. 2. act. 1 k lib 26. c. 1 l de perfect. Spir. c. 31 sed aspergi tantùm. Infantum sanguine balneum plenum ingrediebanaur in Oriente aliqui ut lepram curarent: idq; Constantinus ea laborans, dum cogitaret melioris medicinam sanguinis, videl. Christi, edoctus est. Meminit de Constantino Glycas *h*, & acta Sylvestri citata ab Adriano Papa I. *i*, de sanguinis humani remedio Plinius *k*.

Asperges me Domine hyssopo.) Diadochus *l* ait, in Cruce acetum gustatum à Christo cum hyssopo & spongia, ut per acetum doceremur jucundis potionibus aut cibis non utendum dimicanti adversus peccatum, sed acerbitatem pugnæ toleranter sustinendam: per hyssopum, ac spongiam, ut forma nostræ purgationis repræsentaretur: quoniam acetum acre proprium est certaminis; vis verò tergendi, perfectionis.

Et super nivem de albabor.) Aqua detergit sordes dumtaxat; simul substantiæ nonnihil abtumit, albedinem non confert aut pulchritudinem, sed qua sordibus obducta erat, velut producit, profert & extare facit. Gratia candorem secum affert, vel priorem auget per merita illius agni innocentissimi, in cujus sanguine dealbantur stolæ animarum *m*: ipsamq; illarum substantiam reficit, & corroborat. Non recipit ater tinctorem
m Ap. 7. 14 color arte humana; hoc efficit gratia, ut *Æthiops pellem* mutet, Pardus *varietates suas* n. *Sanguines* dicun-
n Jer. 13.23 Sanguinis fœminarum in lac mutatio post partum. o c. 1. ep. 2. 2 p Cant. 5. 10 tur peccata infra v. 16. & alibi, & sanguine tamen abluuntur, quo & nutriuntur justificati. Nam sicut fœminæ post partum sanguis in lac mutatur, ita postquam nos Christus in cruce parturivit, sanguis ejus nobis lac fuit, ita ut regeneratos Petrus *o* hortetur *lac* istud *rationabile* concupiscere. Sic amicus noster sibi rubicundus, candidus nobis est *p*. *Si fuerint peccata vestra ut coccinum* ait Isaias *q*, *quasi nix dealbabuntur*, & *si fuerint rubra quasi vermiculus*, *velut lana alba erunt*. Sensus est si peccata sanguine Christi rubuerint, ut innuunt. Tertullianus *r*, Cyprianus *s* Augustus *t*, Basilius *u*: Vel juxta communiorem expositionem, quamvis peccata difficilè valeant elui, ut solent hujusmodi colores. Hoc loco *dealbato super nivem*, ibi *sicut nix lana* dicitur. In Threnis *x* quoq; Nazaræi *candidiores* dicuntur *nive*. In commentario præsentis loci, Ruffinus, Gregorius, Cassiodorus, Beda, Innocentius, Haimo, Urbanus, Bruno uterq; Ayguanus ajunt animæ pulchritudinem significari omni corporea majorem, quia nihil sit in coq Gen. 49. 12 r 4. cont. Marc. c. 10 s l. 2. c ult. t l. 12 cont. Faust. c. 42 u in magnis æstat. inter. 10. x cap. 4. 7 Aporibus nive candidius; ita ut induatur *y* Christum, cujus *vestimenta sicut nix* z atq; colligentur aquæ *quasi in vestimentis a*, ut exponit August. *b*. Innocentius addit, *dealbari super nivem*, esse super candorem virtutis, bonis etiam operibus illustrari *c* præterea quoniam candor nivis, non intenditur, sed remittitur; candor gratiæ non remittitur (Theologicè loquitur quum tota simul pereat per peccatum mortale, per veniale non remittitur sed intenditur, quia crescere semper in hac vita potest.) Ambrosius *c*, rationem aliam, sed non
c 4. de Sacr. c. 2 dissimilem, reddit, quia nix quamvis sit candida, citò aliqua sorde nigrescit, atq; corrumpitur: gratia, si teneas eam, erit diuturna atq; perpetua. Hùc etiam spectare scribit *d* vestimenta candida seu alba quæ dantur baptizatis, qui dicere illud possunt, *nigra* e *sum sed decora* sive *formosa*, illud per fragilitatem conditionis
d de initiandis c. 7 e Can. 1. 5 humanæ, hoc per gratiam. Dicit *f* de pulchritudine tanta mirari filias Jerusalem, quærendo, *quæ est ista quæ ascendit dealbata* g λελευκασμένη, ut habent emendati codices. Quod item observat Orig. *h*, Theodoretus *i*, cum tribus paribus quos citat ibid. Hieronymus *k*, Augustinus *l*, Cassiodorus *m*. Adderem ex Ps.
f ibid. & in Ps. 118. Ser 14. 16. 19. & de Isaac c. 8 g Cant. 8. 5 h Hom. 1 in Cant. i ibidem. k ep. 22 l de grat. & lib. arbit. c. 6 & de fer. 4 cap. 5 m in Ps. 103 n v. 15 o Act. 23. 3 p Mat. 23. 27 B LXVII. *n*, *nunc dealbabuntur in Selmon*, juxta sensum unum. Comparatio ex nive lana, quæ intimè & extra sunt albæ, excluditur dealbationem in morem parietis *o*, & sepulchri *p*, ideſt hypocrisim, & ceremonialem solam justitiam, nec non extrinsecam tantùm, & per non imputationem vel denominationem à justitia Christi, quam comminiscuntur Hæretici: efficitur hinc præterea, concupiscentiam, quæ remanet, non esse peccatum. Quod item sequitur ex priori verbo *mundandi*, quoniam sunt de Catholicis nonnulli qui *dealbationem super nivem* ad futurum statum vitæ pertinere credunt. Ajunt item *mundationem* denotare detersionem peccatorum, *dealbationem super nivem*, niveum gratiæ virtutemq; candorem. Hugo Cardinalis, *aspersionem hyssopi*, vult esse humilitatem, mundationem, contritionem, lavationem, confessionem, *super nivem*, satisfactionem.

Posset adhuc *dealbatio super nivem*, intelligi super omnem virtutem quæ viribus comparetur naturalibus. Quo pacto interpretari licebit verba Job *q*, *si lotus fuero quasi*
q c. 9. 36. 31 32 *aquis nivis*, & *fulserint velut mundissima manus meæ* (judicio nimirum humano) *tamen sordibus intinges me*, & *abominabuntur me vestimenta mea*, *neque enim viro qui similis mei est respondebo*, *nec qui mecum in judicio ex æquo possit audiri*. Discimus hinc etiam peccati turpitudo maculaq; quanta sit. Hieron. ait ex piceo in lacteum candorem transferri: ex fuligineso ebeno in crystalli fulgorem converti: & alibi *r* Æthiopes verti in candorem
r in Ps. 86. & in Zach. c. 9 epist. 22 & ad Eustochium *s*, Æthiopissam ductam uxorem à mystico Mose. *Fuistis*, ait Paulus, *aliquando tenebræ*, *nunc autem lux in Domino abluti*, *sanctificati*, &c. Obscurationem auri & mutationem coloris optimi, vasa testea, denigrationem facierum *super carbones*, Jer. *t*: vasa *in contumeliam*, Paulus *u*: *Vultus combustos*, Is. *x*, Ose. *y*, abominationem similem rebus *quas dilexerunt* de peccatoribus affirmant. Ezechiel *z inquinamenta* nominat. Aliicum omni bestiarum ac ferarum genere cumq; Diabolo ipso comparant. Viguit opinio etiam apud gentiles ablutione corporis ablui sordes animi, ut prodit Macrobius *a*, & Cicero *b*: præterea castimoniam ea
t Thr. 4. 8 u 2. Tim. 2. 20 x c. 1. 8 y c. 9. 10 z c. 36. 25 Gentilium opinio corporis sordium ablutione, sordes animi ablut. a de leg. b in c. 9. Job vers. 30 Aquæ de nigro pecus album reddentes. c lit. 3 d 1. dist. 50 Aquæ sanctæ seu benedictæ proprietates. præstari dixit. Affert nonnulla de hoc testimonia Pineda *c* noster, & M. Anton. Marsilius Columna in sua hydragiologia. Egimus & nos prioribus Psalmis ea de re, ac de aquis illis, quarum potus de nigro pecus album reddebat. Persequitur quem ultimum citavi Marsilius & Mazzarinus *d* noster aquæ sanctæ seu benedictę proprietates, ut à venialibus culpis lavet & mitiget ardorem concupiscentiæ, ut demergat Diabolum, & fœcundet interiùs, & interdum exteriùs, ut nos compingat velut cum Deo: ut divinum ignem, ceù per antiperistasim magis incendat: ut molliores ac faciliores nos reddat: ut morbis medeatur & spiritualibus, & quandoq; corporalibus, ut per eam quod priùs attigimus de frigida naturali, quum inspergitur deliquium passis, reviviscat quodammodo animus. Legantur etiam Turrecremata *e*, Turrianus *f*, Joan. *g* Stephanus Durantus, & hoc loco Ayguanus.

De Baptismo nihil attinet dicere. De quo passim præsentem expositores intelligunt locum, prætereaq; Basi-
e tract. de aqua benedict in Clem. 2 const. c. 25 & 3. const. Lang c. 9 f de rith. Eccl. cap 22 g

Basilius *a*. Illum, quòd facit ad propositum, vocant Græci φωτισμόν, *illuminationem*, & Nazianzenus *b*, splendorem animarum, carnis abjectionem, Spiritus affectationem, vitæ in melius mutationem, figmenti instaurationem, lucis communicationem, tenebrarum depulsionem, peccati diluvium, mentis perfectionem, lavacrum, & aliis nominibus.

Facit quoque ad rem aliàs commemoratum exemplum Cassani Tartarorum Regis deformis planè filius, baptismo ad elegantiam subito redactus *c*, nec non Ambrosius Senensis *d* Ordinis Prædicatorum. De caussa coloris in nive albi (nugabatur enim negans esse albam Anaxagoras; de quo M. T. *e*) disceptant Physiologi: non constat ex albis principiis, ut Lucretius commentus est, sed spiritus, aerisque copia in corpore diaphano concluſi, ut Auctor libri de mundo *f* qui dicitur Aristoteles, docet, atque Apulejus *g*, qui videlicet spiritus aerque quum exhalat, nix rubescit, ut prodit Plinius *h*, plura in meteorologicis nostris.

Vers. 10.) Auditui meo dabis gaudium & lætitiam, & exultabunt ossa humiliata.

PArient mihi gaudium quæ dixi in animo & corpore ô mi Domine Deus, ad ipsa usque debilitatus ossa præ ingenti pœnitudinis mœrore ac iræ tuæ timore totus ad auxilium exultabo, alacer existam ad serviendum tibi; quum *auditam* feceris *mihi misericordiam tuam* i, & quum intus in corde animoque dixeris *remissa sunt tibi peccata tua* k; *nec ego te condemnabo* l, asperſus es, mundatus, lotus, *super nivem dealbatus; Salus tua ego sum*. Huc revocatur testimonium quod redditur spiritui nostro, & clamor in corde quod simus filii Dei, quum & dicere liceat Deo, *Abba Pater* m: omnes demum internæ locutiones ac inspirationes divinæ, audimus *quid loquatur* in nobis *Dominus* n, ut Innocentius quoque notat, nec nos excusando loquimur, sed vocibus cedimus divinis, quæ nos accusant, inquit Augustinus & Remigius. Magnam pœnitentiæ vehementiam ostendit virium omnium corporis prostratio & animæ facultatum quasi confractio, de qua dictum etiam Psalmo VI. *o quoniam conturbata sunt omnia ossa mea*, & in XXXVII. *p*, *non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum*. Innuit se David tristitia maxima propter peccatum fuisse affectum, cujus optet loco audire læta: unde illa *q*,

At hoc me facinus miserum macerat,
Meumque cor corpusque cruciat,

E contrario *secura mens quasi juge convivium* r. Aliam gaudii lætitiæque causſam ex auditu præter istam quæ communior est assignat Apollinarius, illum ipsum diem Christi, quem, *ut videret Abraham, exultasse* Christus dixit *s*, ita ut *auditus* ponatur hìc pro visu, *visum* autem David intelligat suummet, quum scilicet in inferno, hoc est in limbo videret Christum; sed & per resurrectionem exultaturum ossibus, corporeque ipso post humiliatam mortem & consepultum auctorem resurrectionis Christum. Euthymius meminit Sententiæ, de jucundissimo gaudio futuræ incarnationis. De eodem mysterio loquens dixerat Psalmo XXXIX. t *aures perfeciſti mihi*. Interpretanturque bonum nuntium de resurrectione Cyrillus, & Athanasius, Gregorius, Cassiodorus, Remigius, Urbanus, Innocentius de voce lætissima absolventis judicis *u*, *venite benedicti*, &c. Hanc è cœlo audiens Apronianus *x*, Commentariensis Christianus evasit Martyrque. Gaudet & exultat qui tantam mercedem audit & credit, & sibi videtur audire, *intra* y *in gaudium Domini tui*. Matth. 25. *hodie mecum es in paradiso* z, *dicite justo quoniam bene* a. *Tristitia* conversa est *in gaudium* b. *Secundùm multitudinem dolorum in corde, consolationes* lætificant *c*. *Convertisti planctum in gaudium, circumdediſti mei lætitia*. Chrysostomus, Thomas, Didymus & in orationem Nazianzeni de baptismo Nicetas, explicant de recuperanda divina scientia; nominatim verò Chrysostomus & Thomas, de prophetica: *Gaudium magnum* nato Christo evangelizatum *d* est: Joannes tamquam amicus sponsi, stans & audiens *gaudio gaudebat propter vocem sponsi* e. In sacrificio leprosi sacerdos de sanguine hostiæ immolatæ pro delicto ponebat *super extremum auricula dextræ ejus & super pollices manus dextræ, & pedis, & oleum fundebat super extremum dextræ, & super pollices manus ac pedis dextri & super caput* f. Videtur, ut Cajetanus notavit, hìc eo alludi per *gaudium auditui*, in auricula per *exultationem ossium humilitatorum*, & partes osseas tres in quibus ceteræ comprehenduntur, imam pedis, mediam manus, supremam capitis, & gaudium ac lætitia olei nomine designantur. Augustinus rursum de illa exponit lætitia quam mens percipit dum ei Verbum Dei intus illabitur, sollicitæ ad benè & fructuosè dicendum, sic autem corroboratur ut cum bona fiducia se vera & congrua dicturum interno sapore præsentiat, qui in effectibus pœnitentiæ ponitur; quia per hanc homo in templum Dei reformatur: templo autem Divina responsa conveniunt. Ruffinus comprehendit delectationem ex quavis auctoritate intus audita de remissione peccatorum, de promissione Salutis æternæ, de aliquibus conditionibus divinis. Hieronymus ac Thomas putant, Davidem renovare quodammodo lætitiam, & ad illam excitare seipsum, ex memoria verborum Nathan, quibus *translatum* dixit *peccatum* ejus *g*: sic amicus magis ac magis amari cupiens, amico inculcat, ama me, serva mei memoriam; etiam si de memoria & benevolentia illius non dubitet. Simili quadam ratione quum sanctæ hæmorrhoissæ Christus dixit, *esto sana à plaga tua* h. Solet etiam id quod jam factum scitur, ut fiat peti, ex quodam voluntatis affectu, & complacentia. Quo pacto aliqui nos liberari animas fidelium defunctorum de pœnis inferni postulare interpretantur, quia placeat liberatio de qua non dubitamus. Ita vero etiam in canone petitur post consecrationem ut quod sine dubio jam factum est, acceptum Deus habeat sacrificium, jubeatque perferri in sublime altare suum. Fulgentius *i*, de remissione peccatorum cap. 3. *exultare gaudio* dicit humiles qui libenter audiunt Verbum Dei. Maximè probabilis prima sententia cum qua convenit ultima: ille de amisso prophetiæ dono, præ ceteris magis improbabilis, ut aliàs dixi. Exprimi verbis non potest gaudium conscientiæ bonæ, tùm etiam illud quod accepta absolutione sensit is, qui paratus ad confessionem accessit. Cujus rei satis frequens experimentum ac penè quotidianum est. *Aqua frigida animæ sitienti* (lacrymæ pœnitentis Deo qui nostram sitit salutem) *& nuncius bonus de terra longinqua* k (testimonium conscientiæ bonæ pœnitentis, indeque consequens gaudium in Spiritu Sancto divinitus communicatum) *Gaudium est super uno peccatore pœnitentiam agente in cœlo coramque Angelis Dei* l; immo coram Deo cujus typus Pater, prodigum filium tam festivè recipiens *m*: pastor ovem, & mulier drachmam reperiens *n*. Haud dubium quin & pœnitens eximio gaudio afficiatur. Post jacturam recuperatio, post pugnam victoria, post mortem sanitas, post famem sitimque edendi & bibendi voluptas, post majorem molestiam gaudium majus consequitur, ut inductione ostendit Augustinus *o*. Aridum cor, siccum ac veluti osseum durumque, propter peccatum & impœnitentiam, hominem totum & omnium potentiarum ossa debilitat, sicut siccata medulla ossa dissolvuntur: Medulla divinæ lætitiæ corroborat, & exultationem restituit, nam *medullis ossa irrigantur* p.

Auditum porro cui lætitia datur divina, possumus adhuc intelligere fidei, est enim *ex auditu* q, atque obedientiæ, quum sponte utroque suscipitur veluti perforando subula auriculam in signum perpetuæ servitutis, qua quis Deo seſe addicit *r*: cujus auriculæ inauris fidei ornamentum est atque obedientiæ. Audire nunc oportet, ut videamus postea, & ex visione lætemur, & cum Job *s* dicamus, *Auditu auris audivi te, nunc autem oculus meus videt te*: & cum David *t*, *sicut audivimus sic vidimus: sonet vox* hæc *in auribus* nostris *dulcis & suavis u*. Hac etiam in vita exultat humilis, fidelis, & obediens, quemadmodum Maria exultasse spiritum suum cecinit, quia respexerat Dominus humilitatem suam *x*. Ad hanc vocem divini verbi exultant interdum justi & extra se rapiuntur: sicut ille ad solum nomen Paradisi: & anima liquefit ut dilectus loquitur

a *de S.S. c.15*
b *Orat. in sanct. Bapt.*
Cassani Tartarorũ regis filius deformis plane, baptismo ad elegantiam redactus.
c *B. Aur. 3 p hist. tit. 20. c. 8. & 9.*
d *20. Martii in Martyr.*
Caussa coloris albi in nive. Anaxagoræ nugæ negantis nivem albam
e *4. acad. q. f lib. 2. g cap. 4*
h *lib. 11. c. 35*
i *Ps. 142. 8.*
k *Luc. 7. 48*
l *Joan. 8. 10.*
m *Rom. 8. 15*
n *Ps. 84. 9*
Pœnitentiæ magna vehementia.
o *vers. 3.*
p *vers. 4.*
q *Plautus.*
r *Pro. 15. 15.*
s *Joan. 8. 56*
t *vers. 9.*
u *Mat. 25. 34*
x *Martyrol. 2. Februar.* De Aproniano tradita.
y *Mat. 25. 21*
z *Luc. 23. 43*
a *Isai. 3. 20*
b *Joa. 16. 20*
c *Ps. 93. 19.*
d *Luca 2. 10*
e *Joan. 3. 29*
f *Levit. 14. 14. & seq.*
g *2. Reg. 12 13.*
h *Mor. 5. 34* Defunctorum animas fidelium liberari de pœnis inferni ut postuletur interpretatio.
i *de remiss. pecc. c. 8.*
K *Pro. 25. 26*
l *Luc. 15. 7.*
m *ibid. 20.*
n *ibid. 8.*
o *8. conf. c. 3*
p *Job 20. 24*
q *Rom. 10. 17*
r *Exod. 21. 6*
s *cap. 42. 5.*
t *Ps. 47. 92.*
u *Cant. 2. 14*
x *Luc. 1. 48.*

quitur

quitur *a*; lætatur in his quæ dicuntur sibi *in domum Domini ibimus* b. Christus solus cantor, inquit Clemens Alexandrinus *c*, feras & lapides in homines transformat. Humiliata ossa per pœnitentiam cum fide atque obedientia: non frangenda, ne transiliatur in pœnitendo modus: exultabunt illa, non nimis curata caro, sed quæ sustentatur ad tolerandum vitam; cor namque & caro exultant *d*. Adeo humiliata Christi ossa fuerunt in passione ut dinumerarentur *e*, propter quod & Deus exaltavit illum *f*. Consopitus est Adam ut extraheretur os ad ædificandam Evam *adjutorium simile sibi* g: quoniam *quum infirmamur, tunc potentes sumus* h, & *quum humiliamur, liberamur* i, ac *vivificamur* k, & *in humilitate memor est Deus nostri* l.

Auditui meo dabis gaudium & lætitiam.) Hieronymus, *auditum mihi facies*, השמיעני *tahsmihhini*, quemadmodum in Psalm. CXLII. *auditam fac mihi mane misericordiam tuam* השמיענו *hasmihheni*, ubi Hieronymus *fac audire*: auditus non externus necessariò intelligi debet, multoque minùs objectum, quod gaudium afferat lætitiamque ipsi, sed ut dixi, bonum ac lætum nuntium cupit David non tam auribus corporis haurire quàm animi intelligentia percipere, ut animus ipse totus gaudio ac lætitia compleatur. Quocirca nec discrimen inter *gaudium lætitiamque*, nec non & in *exultandi* verbo, ut hoc ad corpus, illa pertineant ad animum: Augustinus namque *exultationem* legit & *lætitiam*. Sensibus suam quoque, post resurrectionem, propriam futuram perfectionem ac felicitatem dubitari non debet. Et in audiendo cantica Divina sermonesque divinos aures ipsæ afficiuntur magna voluptate. At ratio non est cur de auditu corporeo sollicitus David nunc potiùs, quàm de visu sit, qui nobilior est; per quem intraverat velut per fenestram, adulterii mortifera cogitatione *m*: unde *aquarum exitus* deducti propter prævaricationem legis *n* laborando *in gemitu* o. Spiritualiter accipiendus hic auditus illis modis quos attigi, præcipuè secundùm conscientiæ gaudium ex interno testimonio bono de condonatis peccatis. In hoc gaudio admitti possunt tres gradus quos Thomas distinguit: complacentia in affectu per ipsum nomen gaudii: per *lætitiæ* vocem, quasi dicas lætitiam, dilatatio ad plus percipiendum id quod amatur: Denique per *exultandi* verbum redundantia usque ad corpus. Cassiodorus verò refert gaudium ad absolutionem, lætitiam ad perpetua præmia possidenda: sed quod antè etiam dixi, fortassis respectum David habuit ad ritum, quod leprosi mundandi auricula liniebatur semel sanguine, postea oleo *p*. Præterquam quod exterior etiam auditus partes in peccato suas exercuerat, audiendo de Bethsabee, deque Uria, decebat præterea promtum in audiendo esse illum, qui per fidei actum redibat inter alias dispositiones ad justitiam; qui obedientiam vovebat Deo qui se docturum iniquos pollicebatur *q*, & laudes Dei annuntiaturum *r*, qui facilem audientiam ac responsa daturus erat subditis quos obedientes cupiebat sibi: Sanctificari priùs oportuit Hebræos, quàm legem audirent *s*. Aspergi David antea petiit, mundari, lavari: sed priusquam *exultent ossa*, vult audire, ut præcedat animæ salus salutem corporis.

Et exultabunt ossa humil.ata.) Hieronymus, *ut exultent ossa quæ confregisti*. Alii, *contrivisti*, *percussisti*, *vulnerasti*, *comminuisti*. Valet hæc omnia רביה *diechitha*. Sæpius alibi vertit interpres per *humiliandi* verbum; sic infrà *t Cor humiliatum* vocatur נרכה *nidcheh*. Psalmo X. *u* secundùm Hebræos, *in laqueo suo humiliabit se* רבה *iidcheh*: in XXXVII. *x humiliatus sum nimis* נרכתי *nidchethi*: XLIII. *y humiliasti nos in loco afflictionis* רכיתנו *diccqithanu*, in LXXXVIII. *z tu humiliasti sicut vulneratum*, *superbum* רבאח *dicchitha*, ex quo intelligitur humiliationem hìc sumi omnibus istis locis pro ea quæ sequitur ex vulneratione, percussione, contusione, confractione: quo item pacto dicitur *humiliari in laboribus cor* a. Unde aliàs redditur etiam idem Hebræum verbo *conterendi*, ut apud Isaiam *b*, ut *vivificet cor contritorum* נרכאיתח *nidchaim*. *Humiliatio* ista *ossium* & post humiliationem exultatio, quo pacto sumenda sit, satis antea dictum est, seu præsentis vitæ spectes statum seu futuræ, atque resurrectionis. Ad litteram designatur post acerbissimum dolorem restituta lætitia. Nam *spiritus tristis exsiccat ossa* c: *Mœror in corde viri humiliabit eum* d. Et *in mœrore animi dejicitur* e *spiritus*. *Videbitis*, ait Isaias *f*, *& gaudebit cor vestrum*, *& ossa vestra quasi ossa germinabunt*. Item, *implebit* g *splendoribus animam tuam*, *& ossa tua liberabit*. Sapiens etiam ait *h*, quòd *fama bona impinguat ossa*, nuncius bonus: quasi dicas, *auditio bona* אמועה טובה *semuhhah touah*. Auctor quæstionum utriusque testamenti, spectat humiliationem non solùm pœnitentiæ in cilicio & cinere, sed quia peccatum ipsum humiliat, & quod luxuriæ maximè, quod etiam ipso verbo *humiliandi* quoque dicitur, ut aliàs notavi. Superborum nequeunt ossa flecti, elephantorum instar, idcirco, nec ubi ceciderint, exsurgent. Tutiùs hinc Augustinus colligit esse audire quàm docere super ossa arida peccatorum interfectorum, & dissipata secus infernum *i*, quæ etiam placere studuerunt hominibus *k* Deo contempto, & quæ *sicut cremium* aruerunt *l*, humore ac medulla gratiæ destituta. Si audierint verbum Domini, vaticinante Propheta, ideſt, prædicatore aliove spirituali Patre, aut ipsomet intus loquente Deo, fiet Bjonitus & commotio, accedentque ad junctura suam nervi, & carnes ascendent, extendetur cutis & insufflabit spiritus: & *revivisc*ent m, & sic tandem exultabunt. Quem curavit Petrus paralyticum consolidatis basibus plantisque, illico ambulavit & exiliis laudans Deum *n*. Id spiritualiter curatis contingit, quæ præ gaudio continere se non valent, quin exclamant, *omnia ossa mea dicent Domine quis similis tibi* o? solius Christi ossa non sunt in cruce comminuta *p*; quia *agnus tollens peccata mundi*. Meritò hæc usurpat verba Ecclesia in officio defunctorum ad laudes pro antiphona Psalmi primi, qui est hic ipse in quo versamur; *Exultabunt Domino ossa humiliata*. Quos autem veneratur, ut sanctos, eorumdemque ossibus quæ custodit Deus, honorem defert, atque cultum religiosum propter humiliationem, vel illa pro Deo mortis obitæ, vel mortificationis quum eligit *suspendium anima* eorum, & *mortem ossa* q, ideſt, ut exponit Gregorius *r*, necaverunt in se omnem fortitudinem vitæ exterioris, mentis intentione ad alta se sublevando: quia vasa fuerunt ac templa Spiritus sancti, & ipsius Christi membra: quia instrumenta animæ ad sanctitatis opera: quia exultabunt in resurrectione & exaltabuntur: quia perennes nobis quasi fontes divinorum beneficiorum quæ per sanctorum merita & per illa velut instrumenta promanant. Audiatur unus pro multis Ambrosius *s*: nolo enim immorari. Quòd si dicat, inquit, mihi (Vigilantianos videtur convenire) quid honoris in carne jam resoluta atque consumta, de qua nulla jam Deo cura est? Honoro in carne Martyris exceptas pro Christi nomine cicatrices; honoro viventis memoriam perennitate virtutis; honoro per confessionem Domini sacratos cineres; honoro in cineribus semina æternitatis; honoro corpus quod mihi Dominum meum ostendit diligere, quod me propter Dominum mortem docuit non timere. Cur autem non honorent corpus illud fideles, quod reverentur & Dæmones; quod & afflixerunt in supplicio, sed glorificant in sepulchro? Honoro itaque corpus quod Christus honoravit in gladio, quod cum Christo regnabit in cœlo. Hactenus ex Ambrosio. Væ illi qui Dmoritur *robustus & sanus: dives & fœlix cujus viscera plena sunt adipe*, *& medullis ossa irrigantur* t humanæ consolationis. Beatus qui repletur *adipe & pinguedine* divinæ *u*, in cujus ossibus ignis mittitur *de excelso* quo erudiatur *x*. Sicut ignis cum aqua in baptismo *y* recte consistit; sic idem cum medulla spirituali bene cohæret.

Vers. 11.) Averte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele.

UT læter auditione nuncii boni *z* ac exultem ipsismet ossibus meis, post adeo acerbum mœrorem atque timorem, nec in posterum convertatur, gaudium, lætitia, exultatio, in tristitiam, sed hanc nemo tollat à me *z*, quæso Domine me quidem benignis ut oculis aspicere, faciemque illuminare super servum serenam tuam, digneris, ne si averteris, turbes *a*: hanc autem severam & vindicem avertere à peccatis meis, & de memoria tua, quasi è libro memoriali penitus delere,

a Cant. 5.6.
b Ps.121.1.
c *in paran.*
d Ps.83.3.
e Ps.21.18.
f Phil.2.9.
g Gen.2.18
h 2.Cor.12.10.
i Ps.114.7
k Ps.118.71.
l Ps.137.23.
Post resurrectionem sensibus propria futura perfectio ac felicitas.
m 2.Reg.11.3
n Ps.118.136
o Ps.6.7.
p Lev.14.14.
q *Infer. vers.* 25.
r *vers.*17.
s Exo.19.10.
t *vers.*10.
u *vers.*10.
x *vers.*9.
y *vers.*10.
z *vers.*11.
a Ps.106.12.
b c.57.15.
c Pr.17.22.
d c.12.25.
e c.15.13.
f c.ult.14.
g c.58.11.
h Pr.15.30.
i Ps.140.7.
k Ps.51.6.
l Es.110.4.
m Ez.37.10.
n Act.3.7.8
o Ps.34.10.
p Joan.19.36
q Job 7.15.
r *Ibid.*
s *Ser. de Nat. & Cels.* Vigilantiani Martyrum & sanctorum honori.
t Job.21.23.24.
u Ps.62.6.
x Thr.1.13.
y Mat.3.12.
z Joan.16.22
a Ps.26.9.

lere, obtilerare, expungere, eradere, non unam, non alienam, sed omnes iniquitates meas: deque anima mea ne displiceam ipse amplius tibi, ne pœnas de me adhuc repetas, ut reconciliet totus tibi vacuus omni liber reatu peto, ut peccata non numeres & consideres, ut *non quæras iniquitatem meam & peccatum meum scruteris* a. Ego iniquitatem meam cognoscere me profesſus ſum, & peccatum ſemper habere præ oculis; declina igitur tu oculos faciem tuam, ab *b* illis remove *virgam vigilantem* c, ut non punias quia vigilo ipſe ſuper iniquitatibus & peccatis meis. *Signaſti quaſi in ſacculo delicta mea* d, colligata eſt iniquitas, abſconditum peccatum; ne aperias obſecro ſaccum iſtum; ne inſpicias in eum. *In tempore vultus tui* noli me ponere, ut *clibanum ignis* e, noli *obfirmare faciem vultumque* f, vel ponere *ſuper me* g, ſed *firma oculos* h benignitatis tuæ. Ut me videas, non videas peccata mea *i*, quæ veluti obtendunt velum, nubem, murum, ne videri poſſim à te oculis favorabilibus, & ipſam imaginem quam formaſti in me, quodammodo obtenebrant. Abſit à me maledictio illa, ut in memoriam tuam redeat iniquitas mea, in conſpectu tuo, & peccatum meum non deleatur, vel *matris meæ k*: ipſe gratia tua fretus abſtuli malum *ab oculis tuis* l, magiſque ac magis auferre cupio. A conſcientiæ malæ maculis mundatus fiduciæ plenus dicere poteſt Deo, ut obſervat Euſebius, *faciem tuam Domine requiram, ne avertas faciem tuam à me*: à recentibus verò peccati vulneribus graviter affectus, ac turpitudinem, abſurditatem, fœditatem operum ante oculos ſuos intuens, & pudore opertus, non immeritò Deo tamquam magno Judici dicit; *Averte faciem tuam à peccatis meis*, non autem à me ipſo neque ab anima mea, quæ confitebitur tibi, ſed mei ægrotantis, & malè affecti cura ſuſcepta ſana me. Conſule loci prioris Commentarium noſtrum, & quæ iſtius Pſalmi vers. 3. dicta ſunt de deletione iniquitatum. Ut ſynonyma ponuntur, *avertere faciem ſuam à peccatis*, &, *iniquitates delere*, ſicut apud Jeremiam *m*, *Propitiari iniquitati*, &, *peccati non memorari*. Apud Micheam *n* eadem ſententia res hæc verbis multis exaggeratur cum exclamatione & admiratione, *Quis Deus ſimilis tui, qui aufers iniquitatem, & tranſis peccatum reliquiarum hæreditatis tuæ, non immittet ultra furorem ſuum quoniam volens miſericordiam eſt. Revertetur & miſerebitur noſtri: Deponet iniquitates noſtras, & projiciet in profundum maris omnia peccata noſtra.*

Aſſumus præter allatum ſenſum affirmare præſumma quadam reverentia Davidem hoc loco poſtulare ut *avertat faciem à peccatis* ipſius, eo modo quo rogavit Chriſtum Petrus *exire à ſe*, quia *peccator* erat *o*: Centurio, ne intraret *ſub tectum* ipſius *p*. Etſi enim mundatus, lotus, *ſuper nivem dealbatus* ſit, tamen ante Divinos oculos mundiſſimos, qui non vident, ideſt, quam vident, non approbant iniquitatem, veretur ne adhuc ſit ſordidus. Nam non juſtificatur homo compoſitus Deo *q*, & lotum quaſi *aquis nivis* ſordibus intingit eum Deus *r*, (qui repetit etiam in Angelis pravitatem *ſ*) hoc eſt, inquit Gregorius *t*, intinctum demonſtrabit. Oritur tanta reverentia & verecundia ex ſui ipſius majore notitia. Nam qui primum, numero ſingulari nominaverat peccatum & iniquitatem (plures expreſſerat loquens de originali, quæ origo plurium eſt; quamvis etiam Hebraicè ibi quoque ſingularis dumtaxat numerus habetur) nunc plures & omnes diſtinctè ponit; quaſi confitens adeo multiplicatas, ut quo plus videret minùs poſſet videre *u*; & quanto cognoſcendo proficiebat, tanto plures abominationes intra templum animæ ſuæ, tamquam alter Ezechiel *x* deprehenderet. Impletus *faciem ignominia* quærit nomen Domini *y*, Dominumque ipſum, ſed pudet ipſum, ac vellet, ut eam Dominus talem non cerneret, ideſt, ut pudoris tanti ruboriſque cauſſam removeret. Ad hæc quando flagitat David averti faciem Dei à peccatis ſuis, perſuadet id perfacilè Deo, ita ut ſit ſatis ad condonandum delendumque peccata, faciem avertere: Quam facile eſt autem deleri vento ac nebulam *z*, projicere quidpiam poſt tergum *a*, vel in profundum maris *b*: præterea in ſereno ſolvi glaciem *c*, lavare corpus *d*, auferre aliquid ab oculis alterius *e*: delere quod ſcriptum eſt, debita remittere, divinæ litteræ teſtantur *f*, & hoc ultimum in præſenti, ac vers. 3. penultimum in Evangelio *g*. Quæres quo pacto delere peccata poteſt qui avertit faciem? *Avertere faciem à peccatis* idem eſt quod delere, quatenus illud ſignificat ignoſcere, hoc eſt, non agnoſcere, videlicet ad puniendum & imputandum, ut vera peccata: delere eſt quaſi ex memoria ſeu ex memoriali libro divino, ut dixi, auferre ac veluti pœnitentiam agere ſuper malo, quod cogitave at Dominus *h*. Quamquam deletio etiam, ut pridem antè docuimus, habitudinem dicit ad animam, in qua peccata inſint in morem turpium characterum aut figurarum inſcripta & inſculta. Et quum Deus non agnoſcit, & non imputat; ideo facit quia omnino tollit peccata, ut oſtenſum eſt Pſ. XXXI. Myſticè verò dici poſſet Chriſtus faciem avertendo deleviſſe, ignoviſſe, texiſſe peccata noſtra, eo modo quo honeſti filii Noe patris verenda faciebus averſis incedentes, retrorſum pallio quod habebant in humeris injecto, operuerunt *i*. Nam *ſupra dorſum* Chriſti fabricaverunt peccatores *k*, & averſis greſſibus incedere, fuit quod filius Dei, Creatorque omnium pateretur pro hominibus; ſic diabolum ut ita dicam.

Quarentem l (*nos*) *nulla ad ſpeluncam ſigna ferebant*. Alio artificio uſa eſt Rachel: ſedendo namque abſcondit Deos Laban, *quos abſtulerat* m. Ad eumdem modum quoties peccaſti, toties præferens Deo creaturam, illi gloriam eripuiſti: non deprehendetur hoc furtum tuum, neque punieris, ſi ipſemet abſconderis & ſubduxeris ab oculis Dei, conculcando ea, quæ tanti priùs faciebas, etſi Dei antea hoſtes factos, in capite *n*, *ſcabellum* ponas *pedum* tuorum *o*; & operias *charitate multitudinem peccatorum* p; vel certe ſi oppoſuerit faciem Chriſti, ut in eum neceſſariò reſpiciat priùs Pater, quàm in peccata tua, & flagellis illius placatus vulneribuſque, avertat faciem ſuam à tuis. Hoc ora *q protector aſpice Deus, & reſpice in faciem Chriſti tui*. Quando Chriſtus digito ſcribebat *in terra* r, avertebat faciem à peccatoribus. Sed ad peccata ipſa convertebat. Quamvis in eo ipſo declarabat miſericordiam, quòd non in *ungue adamantino* ſ, nec in pariete *t*, ſed ubi facilè deleri poſſent ſcribebat, ſcilicet in ſolo & in pulvere.

Averte faciem tuam à peccatis meis.) Hieronym. *abſconde*, quod v. let הסתר *haſſcher*, vel *abſcondere fac*. Chald. *amove* סלק *ſallk*, & pro, *faciem tuam* ex eadem paraphraſi אפך *appach*, verti poteſt *furorem tuum*. Ludit Auguſt. in paranomaſia Latina. Peccatum unde ſe Deus, inquit, non avertit, advertit, ſi advertit, animadvertit, ideſt punit: avertendo delet, advertendo ſcribit: tu peccatum ante faciem tuam converte, ſi vis ut inde Deus faciem ſuam avertat. Item *u*: niſi Deus avertit, evertit, ſicut enim fluit cera à facie ignis, ſic pereunt peccatores à facie Dei. Ubi *faciem* ſumit pro ira, quo pacto ſæpius alibi accipitur. Rurſus *x*: Tu noli eſſe ante te, ut ſis ante Deum: ſi vis ut avertet faciem à peccatis, tu ipſe à te averte faciem tuam, à te leva oculos ad illum, non tibi ſed illi placere deſiderans. Præterea *y* tu agnoſce, ut ille ignoſcat: videre Dei animadvertere eſt, & punire: ideo ut judex quod punit animadvertere dicitur, ideſt animum illuc vertere, intendere utiq; ad puniendum: tu à peccatis faciem noli avertere, ſi vis ut Deus ab ipſis avertat faciem ſuam. Deniq; qua fronte impudentiæ inquit *z* tunc volet averti faciem Dei à peccatis ſuis, qui nunc toto corde non dicit, quoniam facinus meum ego agnoſco, *& peccatum meum ante me eſt ſemper*? Quo pacto, quæſo, Deus dignatur ignoſcere, quod in ſe ipſe homo dedignatur agnoſcere. Adde, illum ſecurè dicere Deo, *non tradas me calumniantibus me* a, qui poteſt dicere, *feci judicium & juſtitiam* b, & propitiationem apud Deum invenire, qui propter legem ipſius illum ſuſtinet *c*. Gregor. non hic quidem ſed alibi legit *d*, *averte oculos tuos à peccatis meis*, Cur numero plurali nominet David *peccata*, & infrà *iniquitates*, quum priùs numero ſingulari ſit uſus, cauſſas attigi antea. Non ſatis intelligo quomodo Hieron. exponat, ſive is qui nomine illius inſignitur, petere Davidem ut Deus deleat iniquitates præteritas, præſentes, futuras, niſi de futuris ita intelligat, ut ſi quando contingat alias admittere, illas tunc delere dignetur. Auctor quæſtionum utriuſq; teſtamenti *e* reſpondet, Davidem non ſuam ſolius cauſſam agere, qui etiam audierat peccatum ſuum translatum *f*, ſed ſub accuſatione ſine occa-

a *Job.*10.6

b *Greg.*3 *paſt.c.*30
c *Jer.*1.11
d *Job* 14.17

e *Pſ.*29.10
f *Lev.*17.10. *Ezech.*4.3 *Pſ.*33.17
g *Ezech.*24 8. *Jer.*44.11
h *Pſ.*31.8
i *Aug. in Pſ.* 31

k *Pſ.*108.14
l *Iſai.*1.16
Conſcientia pura, ut poſſit loqui apud Deum

m *Pſ.*26. 89
n *cap.*31.34

o *c.*7.18.19
p *Luc.* 5.8

q *Matt.*8.8
r *Job.*4.17
ſ *cap.*9.30
t *cap.*4.18

u 9. *mor. c.* 19
Exſui ipſius majore notitia oritur in Deum reverentia & verecundia.
x *Pſ.*39.13
y *cap.*8. 6
z *Pſ.*02.17
a *Iſai.*44.22
b *cap.*38.17
c *Mich.*7.19
d *Eccl.*3.17
e *Iſa.*1.16 *Jerem.*4.14. *hic ſupra vers.* 4
f *Iſai* 1.16
g *citat locis Matt.*6.12

h *Ezec.*18.21

i *Gen.*9.23
k *Pſ.*128.3

l *Virg.*8. *Æneid.*
m *Gen.*31.34

n *Threm.*1. 5
o *Pſal.*119.1
p 1, *Pet* 4 8
Facies Chriſti Deo opponenda eſt à peccatore pœnitente.
q *Pſ.*83 10
Chriſti ſcribentis in terra, interpretatio.
r *Joan.*8.8
ſ *Jer.*17.1
t *Daniel.*5.5

In paronomaſia *advertendi, avertendi, animadvertendi*, Auguſtini locus.
u *q.* 150. *in Exod.*

x *in Pſ.*122

y *in Pſ.*44.

z *in l.*50. *hom. in* 50. *cap.*4. Deuscur dignetur ignoſcere, quod in ſe homo dedignatur agnoſcere.
a *Pſ.*118.122
b *ibid.*
c *Pſ.*120.4.
d 3. *Paſt. adm.* 30

e *q.*112. *apud Aug. tom.*4. *ſa. Reg.*12.13

occaſione peccati ſui, totius populi miſerias narrare. Id credi poteſt; tùm vero intelligere de peccatis quæ idcircò *aliena* nominantur, quia noſtra aliqua culpa committuntur ab aliis. Talibus peccatis aliàs *a* parci ſibi flagitavit; & Nathan ei dixerat *b*, quòd *blaſphemare feciſſet populum*: nec eſt improbabile ſimilia iis quæ commiſerat David peccata ipſius exemplo alios poſtea perpetraſſe.

a *Pſ.18.14.*
b *2. Reg.12. 14*

Et omnes iniquitates meas dele.) Auguſtinus *c* legit, *& omnia facinora mea dele*. De *delendi* verbo dictum verſu 3. Ex eo autem colligitur *avertere* Deum *faciem à peccatis*, non eſſe tantùm diſſimulare, ut dicere ſolent Hæretici. Proximè diximus de pluribus peccatis ac iniquitatibus, Emphaſim habet *omnes*. Sanat Deus omnes infirmitates *d*, mortales ſimul. Juſſit pilos leproſi omnes radi *e*, idem Ezechieli *f*. Nec unus ex Ægyptiis evaſit in mari rubro *g*: Sauli præceperat Deus demoliri *univerſa Amalech* h, pueros etiam lactentes, id-eſt, peccata ex ignorantia, mulieres ex fragilitate, viros ex malitia: qui *unius*, *omnium* etiam *reus* dicitur *i*: non dimidiatur venia: plures ſunt iniquitates noſtræ quàm putamus: &, ſi deſcenderimus in profundum conſcientiæ, intumeſcant fortaſſis adeo, ut non poſſint *tranſuadari k* abſque valde peculiari gratia Dei.

c *l.50. Ho.in 27*
d *Pſ.102. 3*
e *Lev.14.8 & cap.5.1*
f *Exod. 14 28. Pſ.105 11*
g *2. Reg.15.3*
h *Senſus myſticus.*
i *Ezec.17 8*

Verſ. 12.) Cor mundum crea in me Deus: & ſpiritum rectum innova in viſceribus meis.

POſt remiſſionem ac deletionem peccatorum, de qua huc uſque, petitur deinceps altera quaſi pars, & terminus ad quem, juſtificationis, amiſſæ gratiæ reſtitutio. Hæc in eo conſiſtit, ut munditia concedatur in corde prorſus nova, contra peccati vetuſtatem: & rectitudo ſpiritus obliquitati ejuſdem appoſita, ſecundùm quam appetantur ſolùm quæ recta, bona honeſta ſunt, neque conſentiatur diſtortis & pravis appetitionibus & cogitationibus; ſed has corrigant & appetitum ſenſitivum cum reliquis facultatibus ejuſdem ordinis, intimæ potentiæ rationales divino recto ſpiritu gratiæ, rectæ ac gubernatæ. Innuit *creandi* verbum ſolum Deum hoc efficere poſſe, hoc eſt mundum de immundo conceptum ſermone *l innovandi*: quod vetus illa mala peccati forma abjiciatur, ſubſtituta bona, pulchra, efficaci forma ad rectè operandum, & ut dirigamus cor ad Deum, & cum eo ſit creditus ſpiritus noſter *m*, id-eſt firmiter ac fideliter operemur ad illius gloriam: ſitque ablato lapideo cor unum, in nobis carneum, & ſpiritus novus, ut ſimili apud Ezechielem *n* Deus ſententia præſtiturum ſe pollicetur: niſi æqua ſentiamus de Deo etiam quum fortè nos punit.

Cor mundum crea in me Deus.) Hieronymus & alii, *mihi ſcili*. Tertullianus *o*, *conde in me*. *Cor* pro anima rationali ſumi conſtat multis in locis, nec non pro triplici facultate ipſius; pro intellectu, quum dicitur exempli cauſſa *obſcuratum cor* p, *corde credi ad juſtitiam* q: pro voluntate, quum jubemur Deum diligere *ex toto corde* r, & David *ſecundùm cor Dei* vocatur *r*: pro memoria, quum idem ait abſcondiſſe ſe *in corde eloquia* t. Et Maria conſervaſſe in eo *verba* u. Toti animæ neceſſaria munditia ſecundùm tres iſtas potentias, ut eſſentia ipſa omittatur, in qua locant gratiam qui diſtinguunt à Charitate, omnique habitu ſupernaturali operativo. Excipi nequit hoſpitio Deus, niſi mundo, quia *in malevolam animam non introit*, *nec habitat in corpore ſubdito peccatis* x, ex quadam velut redundantia immunditiæ, quæ propriè in anima eſt: nefas item in cœleſtem Jeruſalem introire *coinquinato* y, & ſine ſanctimonia videri nequit Deus z, verum à mundis corde dumtaxat *a*. Solius quidam Dei tamquam principis cauſſæ eſt, ut dixi, *de immundo conceptum ſemine mundo facere* b: noſtrum tamen etiam eſt cooperari, ac nos emundare *ab omni inquinamento carnis & ſpiritus* c, ut efficiamur vaſa in honorem *ſanctificata & utilia Domino ad opus bonum* d. Judæ ſequi exempla mundantis templum *e*, confeſſione quam Judas ſonat, & pugna peracri continuaque, qua domantur & franguntur peccata, cupiditates: quam pugnam, alterum, nomen, ſaltem ſecundùm quemdam ſonum vocis relatæ ad idioma Græcum importat. R. Abraham citatus à Galatino *f* ait oratores Davidem ut juvet Deus contra figmentum malum & fomitem, ne iterum ſimile peccatum committat.

Ex *creandi* verbo Lyranus, ſecta Scotiſta, & Valentia deducit gratiæ productionem eſſe creationem, quoniam non educitur de potentia ſubjecti. Alii ex Thomiſtis dicunt concreari. Quod attinet ad rem ipſam, proprié ſumta *creatio* ſubſtantiarum ſoli productioni de nihilo convenit. Deinde gratia omniſque qualitas ſupernaturalis id habet cum quavis alia naturali commune, ut in produci, eſſe, conſervari, pendeat à ſubjecto, id-eſt, à ſubſtantia naturali, ſive ſit Angelus ſive anima humana; quæ ad eam recipiendam capax & apta eſt per potentiam, quam vocant vel obedientialem, vel remotam, fundatam non in ſolo reſpectu ad activam potentiam Dei, ſed etiam in dicta ſubſtantia quæ talibus qualitatibus intrinſecè ac ferè perficitur.

Creandi Verbum ſatis frequenter de quacumque productione uſurpatur, ut hominis de terra *g*, mulieris ex viro *h*, ciborum *i* quos quotidie ſumimus. Non cordis ſubſtantiam in ſe fieri precabatur, inquit Gregorius Bæticus *k*, ſed ut ipſe id ipſum, quod erat mundum, crearetur. Probat quandoque dici *creandi* verba etiam de divina perſona, ut ſcilicet ipſe etiam *creari* dicatur, quamvis non propriè creetur Baſilius *l*, *quod Deus non eſt Auctor malorum*, idem docet de notione verbi ejuſdem: Deum dici *creare mala* m, dum in meliorem ſtatum mutat, & ſi hoc loco peti, ut creetur cor mundum: non autem abſolutè dicere Davidem nunc crea, ſed ut in malitia inveteratum renovet, non ut ex non exiſtente faciat; ſed ut mutet atque renovet. Confirmat præterea quia in Deuteronomio *n*, poſt facturam creatio ponitur, *nonne ipſe eſt pater tuus*, *qui poſſedit te*, *& fecit*, *& creavit te?* id-eſt, inquit, renovavit. In Pſalm. CXVII. *o* orat David fieri *cor* ſuum *immaculatum*. Athanaſius *p* idem tradit accuratè. Ipſo modo dicendi voluit innuere ſe adeo corruptum ac depravatum habere cor, ut veluti penitus novo egeat, & mutari debeat in virum alterum. *Fornicatio*, Oſea *q* teſte, *aufert cor*: carebat igitur David corde, patrato adulterio. Ubi theſaurus, ibi cor: ubi amat anima, ibi potiùs eſt quàm ubi animat: ſine charitate nihil ſumus *r*: ſi Deus non ſit Deus cordis noſtri, vivamuſque ſine Deo, viventes mortui ſumus. Nihil hinc habent porro aſſertores prædeterminationis Phyſicæ in juſtificationis diſpoſitionibus liberis noſtris & aliis deinceps meritoriis. Nam *creationis creandique* vocabula vel ſummum, ut Suarez *ſ* notat, arguunt prædeſtinationis beneficium eſſe in qua ſolus DEUS nos creare cenſetur: in dictis operibus eſſe cauſſam principalem, & primam gratiam vocationis non gratis conferre. Creatur gratia ſecundùm æſtimationem moralem, quatenus de nihilo, hoc eſt, de merito nullo producitur, & omnino *gratis*, quod per accommodatitium ſenſum, eſt pro nihilo ſalvum *t* fieri, ut exponit Auguſtinus *u* & Hieronymus x *gratis & ſine argento* redimi *y*. Eadem de cauſſa creatos nos Paulus *z* ait in operibus bonis à Deo, ut in ipſis ambulemus, quoniam ipſius factura ſumus, & *novam* nos *creaturam* nominat *a*, & ſecundùm Deum creatos in juſtitia & *ſanctitate veritatis* b. Et David *c* aſſerit peccatorem ad nihilum redactum; & Ezechiel *d*, nihil factum. Et Bernardus *e*, nihil hominem eſſe ſine timore Dei & obſervatione mandatorum, in quibus conſiſtit *omnis homo* f, id-eſt, perfectus: ita etiam Auguſtinus *creatorem* de gratia ſumit, & hunc locum intelligit, diſputans ex profeſſo de vi gratiæ.

Ceterùm opportunè poſt poſtulatam deletionem iniquitatum omnium, ſeu deformium characterum, poſtulavit David, mundos, pulchros, nitidos, elegantes quaſi characteres manu illius exarari, qui *ſcriba* ſimilis eſt *calamo velociter ſcribentis* g, *& qui ſignavit ſuper nos lumen vultus ſui* h: quod per peccatum deinde obſcuravimus. Ambroſius *i* agens de libris aperiendis, conſcientiarum & cordium, *k*; ait hæc inſcribi ſpiritu ſancto, tamquam epiſtolam *in talibus carnalibus* l: Chriſtum in judicio dicturum peccatori; Ego ſcripſi tabulas tuas, cur deleſti apices meos? ego ſcripſi dona mea, quomodo deleſti munera mea, & ſcripſiſti opprobria tua? non legiſti quia ſcribo? non tibi dixi per os prophetæ mei, *lingua mea calamus ſcriba*, *velociter ſcribentis?* m Hæc ſunt quæ deleri opprobria David quum antè petierit, nunc flagitat reſcribi dona & munera

g *Eccl.17.1*
h *Ibid. verſ.1*
i *1. Tim.4.3*
K *de Trinit.* Creandi verbi uſurpatio.
l *Hom.9*
m *Iſai.45.7* Deus ut mala creare dicitur.
n *cap.32.6*
o *verſ.10.*
p *Serm.3. cont. Arian.*
q *cap.4.11*
r *1.Cor.13.2.*
ſ *3.epiſt.lib. c.15.*
t *Pſ.55.8.*
u *ibidem.*
x *in cap. 2. ep.ad Titum*
y *Iſai.52.3*
z *Eph.2.10*
a *Gal.6.15. 2.Cor.5.17*
b *Galat.4.24*
c *Pſ.72.22.*
d *cap.28.29.*
e *Serm.20.in Cant.*
f *lib. de gratia & libt arb.cap.8.*

1 *Joh. 14.4*
m *Pſ.77.8*
n *cap. 11.19*
o *l. de anim. c.15* Cordis acceptiones.
p *Rom.11.25.*
q *c.10.11*
r *Deut 6.5*
ſ *1. Reg. 13 14*
t *Pſ.118.11*
u *Luc.2.19*
x *Sap 1.4*
y *Apoc.21.27*
z *Heb. 2.14*
a *Matt. 5.8*
Solius Dei eſt de immundo conceptum ſemine, mundum facere.
b *Job. 14 4*
c *2 Cor.7.1*
d *2 Tim.2.21*
e *1 Machab. 4.57*
f *lib.6.c.6*

De Catharina Senensi tradita, de cordis proprii extractione à Christo postulata.

a *Vita lib. 2 cap. 16*

b *cap. 4.2*

c *Ps. 11.8*

d *Osea 10. 2*

e *Iosue 24.14* In peccatore cor non est.

f *Osea 4.12 Jerem. 5.21 Psal. 39.13*

g *Baruch. 2 3. Ezech. 11 19*

h *Isai. 46.8*

i *Ezec. 14. 3. 4*

k *cap. 5.8*

l *Job 1. 4. 3. Reg. 9.4*

m *Psal. 23.4*

n *Prov. 20. 9*

o *Prov. 13. 26*

p *Ps. 72. 26*

q *Ps. 72. 6a*

r *Prov. 4. 23*

s *in c. 10. Ecc.*

t *Ps. 18. 14*

u *Hier. ep. 22*

x *Ps. 139. 9*

y *Genes. 3. 15*

z *cap. 25. 25*

a *Psal. 39. 13*

b *2. Reg. 7. 27*

c *Gen. 15. 11*

d *Mat. 13. 24*

e *Cant. 2. 10*

f *lib. 8. cap. 8* Tribus elementis nominis *Cor*. Omnipotentis Cameram designari commenti nonnulli.

g *Ep. ad Amm.*

h *in Gen. c. 6* Judæorum precis solemnis citatio.

i *Gen. 49. in S. Bapt.*

k *1. Cor. 12. 14*

l *Ps. 113. 1*

nera divina. Quum aliquando Catharina Senensis, virgo mundissima, hunc ipsum recitaret Psalmi nostri versiculum, sibique cor proprium extrahi enixè oraret; quod judicabat immundum; sensit à Christo fieri quod optabat, & aliquot post diebus quibus sine corde vixerat, novum ab eodem restitui, quod suum Christus affirmabat: deinceps verò illa Christo ipsi in oratione commendabat, jam non suum sed ipsiusmet cor *a* Christi, dicens, *commendo tibi cor tuum*. Jacobus Apostolus *b* hortatur nominatim duplices animos ut purificent corda, quasi quilibet duplici constet, dum in corde & corde loquitur *c*, aut cor divisum habet *d*; non unum perfectum & verissimum *e*. Immo aliquoties negant scripturæ in peccatore cor *f* esse, & iisdem pollicetur Deus aliud *g* cor, & jubetur redire peccator *ad cor* h. Quidquid vilius corde est, si adhærescat cordi immoderatè, inficit & vitiat: privatio hujusmodi rei omnisque maculæ & immunditiarum quas in corde peccator ponit *i*, facit ut *mundum* dici *cor* queat, quo pacto *mundos corde* apud Matthæum *k* Hilarius, Chromatius, Chrysostomus aliique intellexerunt. Nec tamen esse tale possit quum sit etiam peccati capax absque positiva quadam perficiente qualitate quam vocant quoque *simplicitatem cordis* l; *& innocentia manuum* m, quæ fortassis hoc loco synonyma eadem est cum rectitudine. Nemo potest absolutè dicere *mundum cor suum* n. Adulterio & homicidio David commaculaverat & alios læserat: munditiam igitur meritò petit & rectitudinem, ut se totum Deo pœnitens offerat cor nominat ante omnia; sed mundavi prius vult quàm præbeat desideranti *o*; cor inquam unde exeunt cogitationes, verba, opera, ut sic affirmare verè possit, *Deus cordis mei* p: & omni propterea id custodia servet *q* ut rem non suam sed Dei.

Longam permitto aliis tractationem de cordis munditia immunditiaque, & de remediis ac mediis honestarum & turpium cogitationum, quàm sit istas dignoscere difficile, quanta facilitate in his peccatur, quomodo parvi soleant interna ista mala æstimari & curari, quum non prodant se foras. Hæc si nostri dominata non fuerint, ut exponit Hieronymus *r*, tunc *immaculati* erimus *s*, peccatique malitiam elidemus *insemina t*, & parvulos allidemus *ad petram* u: conteremur *caput peccati* x, *plantamque* illius apprehendemus *y*. Acuto Joseph Abbas apologo tem declarabat, cedros præcelsas inducens conquerentes quòd parva securi tam facilè exciderentur: propterea permittere non debere ut quidquam ligni ex sylva decerperetur, unde ferro manubrium conficeretur. Hoc lignum ajebat esse consentum, qui adhiberetur cogitationi. Diabolum illo quasi instrumento nos percutere atque dejicere, nostrum esse non consentire; Caveamus ne nos *cor derelinquat z*, distractos vanis & noxiis cogitationibus, inveniamus illud præsertim, ut rationi vacemus *a*; abigamus volucres, quæ inhiant ad sacrificium nostrum *b*, & bonum semen *c*: respondeamus importunis cogitationibus, jam occupatum cor esse à meliore hospite: Columbas imitemur, quo sponsam nomine compellat sponsus *d*, de quibus ille cecinit:

Aspicis ut veniant ad candida tecta columbæ:
Accipiat nullas sordida turris aves?

Quanto cultior locus, tanto lætior columba conspicitur, ut Columella *e* scribit. Cameram omnipotentis non ineptè aliqui tribus clementis nominis *Cor* designari commenti sunt. Athanasius *f* munditiam istam præsentis loci exponit adversus malas, & fœdas cogitationes, sed & R. Isaac *g* meminit solemnis Judæorum precis, *Deus animam mundam, quam dedisti mihi, fac talem tibi restituam*.

Nazianzenus *h* tractans de spirituali purgatione membrorum corporis, ventrem etiam, intestina, cor purgari docet debere isto testimonio Psalmi, designarique eam animæ facultatem, qua cogitamus, & hujus motus atque cogitationes: postremò minùs etiam honestis corporis partibus uberiorem honorem tribui *i*; quales lumbi & renes instrumenta Veneris congressus. Ad animi spectat munditiam si nihil usurpet sibi, sed totum deferat Deo Creatori, æstimando, nihil se per se præstare posse, & nomini Domini dando gloriam, non sibi *k*: & post victoriam inscribere aræ Dei: *Dominus exultatio mea* l. *Creatio* physicè sumta propria est Dei; nec non ut moraliter accipitur, pro rerum supernaturalium productione: quemadmodum sibi vindicat Deus, cordium renumque perscrutationem *m*: gloriam *n*, vindictam *o*, dici cognitorem judicii *p*. Læve ac tersum, politumque cor est, nec nisi forsan Hermogenis, Leonidæ *q*, Aristomenis Messenii, Lysandri, hirsutum *r* ac pilosum fuit: quod quasi pro monstro habetur aut præter naturam. Tale cor vani hominis nec situ modò siniſtrum sed etiam affectu: quum sit *cor sapientis in dextera ejus* s. Quamquam illud de corde piloso fabulosum alii credunt, & λάσιον κῆρ ab Homero quod est *prudens*, ἐξ ἔπι κεδνὰ βλασφέρει βουλεύματα, ut Eustachius exponit, civitas cœlestis est aurum mundum simile vitro mundo *t*. Auri utrique munditia igni bus acquiritur, & lapsu attrituve fractum vitrum si rejiciatur in fornacem, renovatur, & vitrarii exsufflatione. Amoris divini flamma & insufflatio divina, recreat & innovat cor mundum atque spiritum rectum: de quo paullo post Augustinus *u*, quum ei objiceretur contra opinionem, quam, licet timidè, sequebatur, animam esse ex traduce, quia aliter non poterat intelligere Deum non esse auctorem malarum animarum, dici creari *x* & fingi a Deo, respondebat verbis ejusmodi, nec sequi immediatè creari à solo Deo. Id autem confirmabat, quia cor mundum creari petens David, non optabat animam priùs fieri quàm aliquid esset, quum jam esset, sed quæ jam erat creari innovatione justitiæ, fingi confirmatione doctrinæ. Recipimus quod responsum continet de creandi ac fingendi notione: sed opinionem de productione animæ ex traduce nullo modo, verum de hac aliàs. Eumdem aliis locis *y* lege de hoc eodem sensum. Tertullianus *z* infert ex hoc loco esse in anima nostra summum gradum vitalem ac sapientialem, quod ἡγεμονικὸν appellant, id-est *principale*. Scribit verò etiam Augustinus *a* principale nostrum, nempe partem animæ rationalem spiritum dici. Colligit Ambrosius *b* capacitatem cordis nostri, grandeque creatum à Deo, ita ut recipiat ipsum, & idcirco non Angelum, sed illum poscat sibi David fieri creatorem cordis. Ostendit etiam cor cogitationibus pollui, multo magis factis, nihil prodesse externam lotionem manuum.

Et spiritum rectum innova in visceribus meis.) Hieronymus, *& spiritum, stabilem renova in visceribus meis*. Alii, *integrum, firmum*, &c. Auctor quæstionum utriusque testamenti *c*, *justum*. Probabile est hæc prioribus esse synonyma, ut etiam prius dixi: & נָכוֹן *nachon*, omnia illa significat. Unde Apollinarius exposuit, εἰς ἀδὲς πνεῦμα.

Νωτέρις ἴδυνον ἰυσαδὲς ἔγκασι πνεῦμα.
Nostris dirige firmum visceribus spiritum.

Quod ita rectum est ut non flectatur, est etiam firmum ac stabile *e*, qualis *virga ferrea* d & *directum* e. Augustinus interpretatur spiritum perfectum, quia inveterata erat atque curvata rectitudo spiritus, curaverantque animam *adversarii* f: videtur David velle dicere, quum peccaverit argumento esse quòd non amaverit firmiter Deum: jam id cupere. Idem valet *g* alibi *præparandi* verbum vel *firmitatis* nomen *h*, quorum loco est dictum Hebræum verbum. Addit Chaldæus id quo spiritus reddatur hoc modo rectus, firmus, stabilis, videlicet Dei timorem (*& spiritum rectum in timore tuo renova in corpore meo*) *Si non in timore Domini tenueris te instanter*, ait Auctor Ecclesiastici *i*, *citò subverteretur domus tua*. Configit hic timor carnes *k* nec diffluere permittit. De rectitudine cordis egimus Psal. XXXI. *l Spiritus* modis variis accipitur etiam in Scripturis, non pro substantia tantùm omnino immateriali, qualis Deus, & per attributionem persona tertia Trinitatis, Angelus, anima rationalis: & pro subtiliore corporea cujusmodi est ventus: Verùm præterea pro quodam animæ motu, impetu, impulsu, instinctu etiam divino ad aliquid agendum, seu pro ardenti desiderio ac fervente voluntatis actu, qui, ut benè dijudicetur, & spiritus probentur *m*, opus est dono discretionis spirituum, de quo dixi alibi *n*. Spiritus rectus si distingui placet à corde mundo, alios respicit facitque ut nulli noceatur, suum cuique tribuatur, & pax concordia teneatur. Unde justum verti à nonnullis dixi, & quod vocamus *facere amicitiam* o, dicunt Hebræi *facere rectitudines* מְיַשְּׁרִים *meschariim*. Posset item *rectitudo* junctam munditiæ rugam

m *Ex. 27. 15*
n *Jer. 17. 1*
o *1. Tim. 1. 17*
Isai. 42. 8
p *Rom. 12. 19*
q *Mat. 24. 44* Hirsuta ac pilosa pectora quorumdam. *Plutarc. in Parall. & de aliis Rhodig. lib. 4. c. 16*
r *Ps. lib. 12 cap. 37*
s *Eccl. 10. 2*
t *Apoc. 21. 18*
u *Epist. 28* Augustini opinio de anima *a*
x *Zach. 12. 1*
y *Euch. c. 32*
z *de anima c. 15*
a *de fide & Symbol. c. 10*
b *in Ps. 118 Serm. 10*
eg. 122
d *Ps. 2. 9*
e *Ps. 44. 7]*
f *Ps. 56. 7*
g *Ps. 23. 2. Ps. 88. 3. pr 8. 27 Osea 6. 4*
h *Gen. 42. 32*
i *c. 27. 4*
k *Ps. 118. 120* Cordis rectitudo.
l *vers. ult.* Spiritus variæ acceptiones.
m *1. Joan. 4. 1*
n *ibidem.*
o *Dan. 11. 6 23*

gam excludere cum macula, ita ut eò perfectionis aspirare se pœnitens David significet, qui Ecclesiam sponsam sponsus perducturus *a* sit. Sic verò etiam aptè connexa renovatio, creatio est, quia nova forma per creationem inducitur, eo modo quo creationis nunc vox accipitur ad veterem abigendam maculam. Renovationem spiritus mentis vocat Paulus *b* novitatem vitæ *c*, expoliationem veteris hominis *cum actibus suis* d. Aliàs item cum creatione jungitur renovatio, ut, *Emittes Spiritum tuum & creabuntur, & renovabis faciem terræ*. Dicitur etiam populus creandus, qui laudet Dominum *e*: opponitur *munditia* turpitudini contractæ ex conversione ad creaturam; *rectitudo* aversioni ac detorsioni à Creatore. Prior, ut etiam aure attigi, tollit fœditatem adulterii, posterior iniquitatem ejusdem atque homicidii quæ patraverat David. Ut etiam observavit Chrysostomus *f*, Augustinus *g*, *rectitudinem spiritus* vult esse, qua fiat ut anima in veritate quærenda deviare atque errare non possit: Davidem, divino afflatu, & prorsus ordinatissimè munditiam prius petiisse: nec enim animam in dicta veritate instaurari, nisi prius cor mundum fuerit, hoc est, cogitatio ab omni cupiditate ac fœce rerum mortalium sese cohibuerit & eliquaverit. Factus homo rectus *h* à recto Domino, *in quo est iniquitas* i, deflexit peccando si non corpore, cujus rectitudo curvitatem prohibere debebat animi, ut Bernardus *k* docet, animo ipso, & corde, quod jam non rectum cum Deo *l*: nec sursum habet, nec *quæ sursum sunt* quærit, sapitve *m*, & oculis quos declinat *in terram* n, similis *mulieri* o, *inclinatæ*, & incurvatus & *humiliatus usquequaque* p, ut aliis jam supra locis vidimus *q*. Inepti sacerdotio gibbi & qui naso torto *r*, nec intrare camelo similis per foramen angustæ celi portæ valet *f*, neque ingreditur per *callem rectum justi* t, sed ambulat *in circuitu* u. Non recto item spiritu dicitur, qui summo agit jure: non qui licèt rectè offerat non etiam dividit rectè *x*; anxia & quasi obliqua, flexuosa, sinuosa, scrupulosa præditus conscientia: non qui Jobo dissimilis recto & patienti *y* divinis non acquiescit patienter suppliciis, sed flectitur impatientia, vel desperatione corruit: non qui ambages vel tergiversationes quærit, ne Deo, & qui ejus regunt vice, rectè simpliciterque parat. Denique ipsummet spiritum sanctum, ut ait Augustinus *z*, iniquorum cupiditas, rectorum Charitas imitatur, videlicet qui spiritu recto præditi sunt. *Justitiæ Domini rectæ* a, si super lineam incidant obliquam perpendiculariter angulos non efficiant rectos, sed qui obliquus est affirmabit viam Domini *non esse rectam* b, & quod in se est obliquabit deceptus interdum specie recti: *declinantes* autem *in obligationes* (alias *obligationes*) *adducet Dominus cum operantibus iniquitatem* c. Hoc insigniendi in fronte signo qui persecutientem evasuri sunt Angelum *Thau* d, cujus forma lineis rectis sese contingentibus constat eo modo quem dixi. Merito prudentiam Christus, discere voluit hominem, post rectitudinis jacturam à vetere colubro sinuosoque serpente *e*, qui tanti causa damni fuerat surrigens corpus suum, damnatusque super pectus ingredi, terram comedere *f*, in suas revolvi spiras; quod ne & ipsi faciamus jubemur quasi *à facie colubri* fugere peccatum *g*, & Nicetas *h* Najanj; *i* scholiastes *rectum notat* dici, ut flexuoso & obliquo serpenti contrarium, & quia est justitia & veritas, digressiones ac deflexiones, in utramque partem non habens. Opus advenientis Christi fuit prava dirigere, aspera complanare *k*: deducere per vias rectas *l*, salvos facere rectos corde *m*, rectitudinem restituendo: Exuit pellem serpens, seseque renovat, hæc etiam est prudentia quam docemus ab eo, prætereaque ab Aquila *n*, ab Accipitre *o*, à Phœnice. Placent nova & sibi Deus ipse offerri præcepit *p*, & celebrari neomenias *q*. Spiritus rectus novus est, quia vetus, ac, ut ita dicam, senex, curvus. Bonus *Deus rectis corde* r, qui canticum cantant novum, *rectos* namque *decet collaudatio*; nec ab aliis laudari rectus Dominus vult & diligi *s* quàm à rectis, hoc est, à studiosis virtutis, quam significat nomen idem ישר *iosfer*, quo rectitudo quoque significatur: sicut definiri peccatum solet, privatio rectitudinis debitæ in se: si spiritus ac mens recta non fuerit nec rectè ambulaverit, reliquæ facultates tali quasi sub Regina claudicabunt, & pessundabuntur; quemadmodum sub Agesilao Claudo Lacedæmoniacum Regnum, juxta oraculum Apollinis *t*. Regina Saba contemplata opes & sapientiam Salomonis non habebat *ultra spiritum* u, nempè illam quam attulerat opinionem: hoc efficit de Christo & rebus divinis, ut induamus novos spiritus rectos ac directos in altum, non humiles, *servitutis* x, *mundi* y, *hominis* z, *erroris* a, *timoris* b, denique ut dirigantur viæ nostræ ad custodiendas *justificationes Dei* c, & in directum tendamus *ad Bethsames* d, domum solis gloriamque divinam; portantes aream divinæ legis, licèt immugiamus ac gemamus interim sub onere. Hoc est *perpendiculum* quod extendi debet *super Jerusalem* civitatem *e* animæ nostræ, ut reædificetur, & postea celebrentur encœmia ipsius, quasi dicas novalia seu innovationes. Huc alludit quoque Nazianzenus *f*, differens de nova Dominica & encæniis, sed scribit Davidem petiisse *in se creari cor mundum, & spiritum rectum innovari in visceribus suis*, non quòd non haberet (nec etiam quemquam habere posse, si tantus vir eo careret:) sed quod pro novo id duceret, quod nunc quotidie aceresceret; quod Paulus ait *renovari de die in diem* g. Est tamen expositio de omnino recenti novaque ei remissæ repetitione. Tribuit auctor libri Sapientiæ *h* ipsi sapientiæ omnia innovare, καινίζειν, transferendo se in animas sanctas, & amicos Dei & prophetas constituendo.

Nec longiùs abest à vero *spiritum rectum* interpretari ventum navigationis prosperum spiritualis post naufragium peccati, post quod pœnitentia, secunda tabula dici solet, adversum spiritum *procellarum* i, & *vertiginis* k. Multis præterea videtur postulari peculiare auxilium tertiæ Trinitatis personæ, idest, Spiritus Sancti, quem juxta id quod proximè dicebamus appellari fas est Æolum ventorum, cui venti obediunt *l*, & quo stante *fluunt aquæ* m, quique tamquam spiritus vehemens sive ventus super discipulos descendit *n*. Spiritus hinc intus alit, nec vivit spirituali vita, nisi qui eum spirat: idcirco postulat David viscera impuro calefacta igni refrigerari, os aperit ut adeò vitalem attrahat spiritum *o*, quibus ipsos naturales, animales, vitales, & ipsummet animæ omnino immaterialem spiritum peccatis quodammodo corruptos reficiat & instauret. Postremò defert spiritus aereus sive aer ventusve, quò tendit sonum. Adeo multi Quos percensent venti Plinius *p*, aliique non recta sursum feruntur aut sonum vocemque vehunt; spiritum David sanctum poscit qui sit rectus, suaque vota & suspiria in altum & cœlum ferat. Nec ut oportet, *dicere Dominus Jesus* quisquam *nisi in hoc spiritu potest* q. Imitemur animalia mystica quibus *pedes recti illucque gradiebantur, ubi erat impetus spiritus* r: Nam *qui spiritu Dei aguntur, hi filii Dei sunt* s, viceque versa Diaboli & mundi vel carnis qui horum se agi spiritu sinunt. Ceterum quum sequentibus versibus nominetur *spiritus sanctus & principalis*; Arnobius quidem Trinitatis, citra cujus personas tres peccatum à Davide sub initium Psalmi docui, designari personas putat, sed non distinguit. Cassiodorus autem, Haimo ac uterque Bruno, Bernardus *t* per *spiritum rectum*, filium; per *sanctum*, tertiam; per *principalem* primam personam, intelligunt. Didicerunt id opinor ex Hieronymo in epistolam ad Galatas *u*, ubi Lactantium aliosque qui asserebant Spiritum sanctum sæpe Patrem sæpe filium nominari, & personam tertiam auferentes, non substantiam ejus esse volebant, sed nomen, ait Patrem dici *spiritum principalem*, quia filius ex Patre & non ex filio filium: *spiritum rectum*, idest veritatis, & justitiæ quia *Pater omne judicium dedit filio* x: tertiam personam *spiritum sanctum* nomine alioqui communi ob naturæ societatem cum Patre & filio, ita ut nunc illius nunc istius vocetur spiritus, quipote etiam, ut addunt Haimo & Bruno uterque, ab illius duobus procedat. Meminerunt de ista opinione Ambrosius, & Augustinus. Quod verò patitur spiritus rectus renovari, Hypallagen Cassiodorus notat, quia inveteratum David potest innovare. Scio tamen Hilar. velle de tertia personam spiritum principalem sumi: & Basilium orat. de fide omnia hæc Epitheta eidem Spiritui sancto tribuere. Athan. *y* quoque legi ne videatur ipsemet Spiritus sanctus creari exponere hunc locum de nostro spiritu, qui in Spiritu sancto renovetur, & hoc modo dicere Zachariam *z* quòd finxit Dominus *spiritum hominis in eo*: quia quod priùs creaverat illum collapsum iterum creat, spiritus ipse in creatura consistens: & Ezechielem *a*, cum nomine jubet Dei ut faciamus nobis *cor novum, & spiritum novum*, quod se Deus daturum pollicetur apud eumdem *b*.

Ber-

a Ep.5.17
b Ep.4.23.1
c Rom.6.4
d Col.3.9
e Ps.103.30
f Ps.101.19
g Hom. de Spiritu S.
h l. de quant anim. c.35
i Eccl.7.30
k Ps.24.8
l Serm. 24 in Cant.
m Ps.77.37
n Col.3.1
o Ps.16.11
p Luc.13.11
q Ps.118.107
r Ps.43
Ps.11.2.3.&
Ps.37.9.
t Lev. 21.18
x Matt. 20
19.24
u Is.26.7
x Ps.11.9
secund. LXX.
y Gen.4.7
z Job 18
a 1. Secundi c. 18
b Ps.18.9
c Ez.33.20
d Ps.124.5
e Ez.9.4.6
f Mat.10.15
g Gen.3.14
h Eccl.21.2
i in or. 44
k Sap.1.5
l Is.40.4
m Sap.10.10
n Ps.7.11
o Ps.102.5
p Job 19.16
q Nu.28.25
x Ps.72.1
Ps.32.1
Sub Agesilao Claudo regnum Lacedæmoniorum.
t Just.l.4
u 3. Reg 10.4
x Rom.8.15
y 1.Cor.2.12
z Ibid.v.11
a 1. Tim.4.1
b 2.Tim.4.7
c 1.Ps.118.5
d 1. Reg.6.9
e Zach.1.16
f Or.42
g 2.Cor.4.16
h cap.7.27
i Ps.148.8
K Is.19.14
l Mat.8.27
m Ps.47.18
n Act.2.2.
o Ps.118.18
p l.2.c.76
q 1 Cor.12.3
r Ez.1.7.12
Qui Dei filii qui Diaboli.
s Rom.8.15
t Serm.3.de Pent.
u in c.6
x Joan.5.22
Ps.71.1
y l.quid Spir. S. non est creatura in z.1.10.1
z c.18.31
a c.36.26
c.11.19
b Serm.3.de Pentecost.

Bernardus *a* ait peti *Spiritum Sanctum* adversùs peccatum quod committitur à nobis contra nos ipſos; *rectum* contra proximum; *principalem* contra Deum, Item primum ad ſanctitatem corporis: ſecundum, ad rectitudinem cogitationum: tertium, ad charitatem. Aliis *b* placet doctori neceſſarium hunc triplicem ſpiritum, ut benè doceat, quod ſe David facturum promittit paullo poſt *c*, *rectum* ad intelligendas ſcripturas: *ſanctum* ad inflammandos auditorum animos; *principalem* ad eoſdem commovendos. Docturis Apoſtolis miſſus antè Spiritus eſt *d*, Joannem priuſquam Angelus diceret converſurum multos, aſſeruit replendum Spiritu Sancto *e*. Et Chriſtus priùs pabtizatus & ſuper ſe columbam recepit teſtimonium Patris, ac jejunavit, ac tentatus eſt quàm prædicaret. Nazianzenus *f*, purgari priùs oportere docet quàm purgare, ſapientia inſtrui, quàm inſtruere: lucem fieri quàm illuminare: ad Deum appropinquare quàm alios adducere: ſanctificari quàm ſanctificare: cum manibus ducere, quàm prudentia conſilium dare. Philippus *g* de Grave *cor mundum* opponit immunditiæ, *ſpiritum rectum* cur vitati cupiditatis, debilitati, *Spiritum Sanctum*, inordinationi, *ſpiritum principalem*. In Pſalmo CXLII. *h* appellatur *ſpiritus bonus*, ſed cum ibidem deducere dicatur *in viam* (aliàs *terram*, *rectam*, eum Ambroſius videtus aſſerere eſſe, qui hoc loco *rectus* vocatur, quem etiam ſpiritum nominat *veritatis*, ſicut dudum ſuprà monui Auguſtinum *i* nominaviſſe atque Spiritum Sanctum: quamvis præterea explicet priorem locum, aut de conſcientia recta nullis inflexa peccatis, aut de ſpiritu qui homine eſt. Tribuit alibi *k* præterea epithetum hoc recti tertiæ perſonæ; quod ſit etiam filii, cum dicitur *rectum verbum* *l*. De eadem perſona Nazianzenus *m* quoque interpretatur cum Niceta, Heſychius etiam & hunc & CXLII. Pſalm. locum.

In viſceribus meis.) Hebraicè, *in medio mei*, *in intimo meo* בקרבי *bekirbi* viſcera ipſius fœda & crudelia fuerunt per adulterium ac homicidium: nunc optat intus mundari, & ex præcordiis ipſius proximum diligere.

Verſ. 13.) Ne projicias me à facie tua: & Spiritum Sanctum tuum ne auferas à me.

POſcit enixè ne ſe ſupplicem repellat Deus, nec Spiritus Sancti eripiat dona, quale donum Prophetiæ, & illud ipſum, per quod ſalutarem pœnitentiam agat, ne abjiciat curam, cuſtodiam, favorem ſolitum: ne deſtituat Spiritu ſanctificante, quumque reddiderit illum, non aplius auferri ſinat: ne privandum cenſeat æterna viſione, in qua beatitudo conſiſtit: non juſtitia & ſanctitate quæ Deo gratum reddit: ne carere ipſum velit peculiaribus illis donis Spiritus Sancti, quæ conducunt etiam ad benè adminiſtrandam Rempublicam, cujuſmodi conſilii ac fortitudinis donum: ne tamquam Dominus ſervum, Pater filium, Rex militem amander, ac extorrem faciat ut Heſychius & Ambroſius *n* notant, ne Chriſtum, qui eſt facies Patris, prohibeat ex ſuo ſemine deſcendere. Denique, ut convertat & *oſtendat o faciem* ſi ſalvum ipſum velit. Non ſolùm Deus, ait Heſychius, nobis Pater Dominus, Rex eſt: ſed quidquid dicere poteſt ex iis quæ ad vitam, incolumitatem, ſalutem noſtram pertinere poſſunt: quare quum faciem avertit ſtatim Spiritum Sanctum amittimus, in quo omnis bonorum noſtrorum proventus jacturam & detrimentum facit. Hoc eſt quod alibi dicitur, qui *elongat ſe à Deo* p, perire & *longe* eſſe *à peccatoribus ſalutem*, *avertente faciem Deo cuncta turbari* q, hominem *conturbari* r, & idcirco ne illam avertat oratur *ſ*, & quod avertit, expoſtulatur *t*. Egimus hac de re pluribus aliis antea Pſalmis *u*, exemplo etiam Cain, qui graviſsimè querebatur, ſe *à Dei facie* projectum *x*. Urget id exemplum Ambroſius: item Adam ejecti de paradiſo *y* Abſalonem prohibitum Patris videre *faciem* *z*. Adjice, è contrario autem formulam tritam, *illuminandi vultum faciemque ſuper aliquem*, de qua aliquoties egimus, & *inveniendi gratiam in oculis alterius* a, vel ante coramve aliquo *b*. Si quis nos offenderit ſervulorum, inquit Ambroſius, avertere ab eo vultum ſolemus. Plerique autem divitum amandare conſueverunt mancipia ſua, & per agellos relegare: & hæc pœna gravior æſtimatur. Denique ſolent ſe magis offerre verberibus. Si apud homines hoc grande ducitur, quanto magis apud Dominum Deum noſtrum, &c. Ergo quaſi ultimus ſervus humiliat ſe, & quaſi in peccato deprehenſus, & offenſæ reus, obſecrat, ut flagelletur potiùs quam projiciatur à facie Domini & mittatur *in tenebras exteriores* c. Adhuc modum Ambroſius. *Cur faciem tuam abſcondis*, inquit *d* Job, *& arbitraris me inimicum tuum?* Satis frequenter *projectionem à Dei facie*, aut *projectionem* abſolutè, ſcripturæ *e* ut extremum ponunt malorum. Iraſcebatur Dominus contra Iſrael, & contra Judam, donec projiceret *eos à facie ſua*. Videor mihi videre ſupplicem mendicum, reumve abjectum ad pedes majeſtatis Divinæ intentis oculis demiſſiſſimè flagitantem Dei opem atque miſericordiam, & aviditſſimè expectantem, hiante veluti ore, tum benignum aſpectum, tum quaſi ſuavem auram favoris illius objicientem, & ſe quod faciat doctore facere atque poſtulatore ipſo Spiritu Sancto *per inenarrabiles gemitus* f: petiſſe quidem priùs, ut *à peccatis averteret faciem* Deus *g*: & optare, ut *projiciat poſt tergum h*, & *in profundum maris omnia peccata* i ſua; nulla autem omnino, ut à ſe quoque avertat, & à miſeriis ſuis; quod non ſolet, niſi quum quis deſperavit, id verò non facit, quem afflat Spiritus Sanctus. Perſeverantiam ſimul deprecatur, ne poſt pœnitentiam ſi opus ampliùs pœnitentia de novo peccato, ac propter abſentiam Spiritus Sancti, ſignificans æternum quoddam ſe habere melioris vitæ propoſitum ut ſi viveret ſemper, peccare numquam vellet, aut ſi mortuus revocaretur multoties ad vitam. Vinculo matrimonii votique moriens liber eſt, ita ut rediens ad vitam, illo non teneatur; obligationem non peccandi nemo ulla ratione deponere valet, voluntatemve perpetuò juſtitiam retinendi. Idcirco inter alias cauſſas æternam fælicitatis ſaturitatem, æterna juſti, ut ait Bernardus *k*, meretur eſuries. Ægrum quædam volueris intentè conſpicans, ei portendit valetudinem; ſi retrahit oculos, mortem *l*. Et alia nomine ictterus, aut galgulus prodeſt iſtericis, ſi videatur *m*, ut è contrario lupus obeſt ac baſiliſcus *n*. Colligit Ambroſius *o* & in oculis juſti eſſe virtutem; & illum ſanari cui intenderit Dominus Jeſus, quum illa quæ ejus fimbriam tetigit, ſanata fuerit *p*; hinc fortaſſis Petrus dicebat paralytico, *reſpice*, *in nos* q.

Facies Dei benigna eſt *ſicut olor*, omnes exhilarans, mirabilis, *plenaque gratiarum* *ſ*, quam omnis populus videre deſiderat *t*. Ab hac projectus experietur iratam, unde fluvius igneus rapidulque egredietur *u*. Quem deſpexerit DEUS, nemo corrigat *x*, ſed ulque *ad inferos erit peccatum illius*, *& obliviſcetur ejus miſericordia* y. A facie irati Domini turbatur peccator, & conſiderans timore ſollicitatur z, ſciens non poſſe ſe ab illa fugere *a*. Donec deficias, numquam recedas *ab innocentia tua* b, permane *in tentationibus Chriſti* c, ſic eas & fructum afferas, ut *fructus maneat* d, ad ea quæ ſunt priora ſemper *extende teipſum* e: iſta adverſus inſidias Diaboli, & *in die malo* perfectus * *memor eſto uxoris Loth* f, aſpice in auctorem fidei & conſummatorem Jeſum g, noli converti, id eſt, reverti *in die belli* h: recognita lapſus alienos & ruinam, ut quos Cyprianus *i* deflet in tormentis defeciſſe. M. Pulvillum ſcribit Auguſtinus K falſo ſibi ab invidis mortem filii nunciata, ut gloriam dedicationis ædis Jovis Junonis Minervæ abſcedente ipſo, collega ejus conſequeretur, ita contemſiſſe, ut etiam filium projici juberet inſepultum, inde verò argumentatur pro Evangelii Sancti prædicatione ſinere nos debere, ut ſepeliant mortui mortuos ſuos *l*. Plura non ſemel jam locis aliis dicta ſunt de perſeverantia illa, item celebris quæſtio pro inſtitui ratione ſatis tractata, verùm in hac vita ſic ullum projiciat Deus, ab eoque auferat ſpiritum & gratiam, ut etiam neget illam quę ſit ad ſalutem conſequendam, & ad recuperandam juſtitiam neceſſaria & ſufficiens. Videlicet negantes eam exhiberi à Deo, nullo modo audiri debere diximus, quidquid ſit an aliquam prætendere ſpeciem probabilitatis poſſint. Diſputat hoc etiam loco Mazzarinus *m* noſter controverſiam iſtam.

Ne projicias me à facie tua.) Paraphraſtes exponit ſimpliciores tenſus, *à preſentia tua* מלפניך *min kodomach.* Admiſſi veluti ad colloquium Dei dicuntur *aſtare coram Domino* & *in conſpectu* ejus etiam Satan *n*, & peculiari qua-

---

a *Ser. 3. de Pentec.*

b *Phil. Dict 1. p. 4. Ser. in Dom. paſſione. c verſ. 15.*

c *Luc. 1. 15.*
d *Act. 2. 2.*

f *Or. 1.* purgari priu oportet quàm purgare: inſtrui quàm inſtruere.

g *Ser. 105.*

h *verſ. 10.*

i *de quant. anim. c. 38.*

k *in Sym. c. 12.*
l *Pſ. 32. 4.*
m *Or. 44.*

n *Apol. Dav. cap. 14.*
o *Pſ. 79. 4. 8. 15. 20.*
p *Pſ. 72. 27.*
q *Pſ. 103. 29.*
r *Pſ. 25. 8. Pſ. 70. 9. Pſ. 30. 23.*
ſ *Pſ. 26. 9. Pſ. 68. 18. Pſ. 107. 3. Pſ. 142. 7.*
t *Pſ. 12. 2. Pſ. 29. 8. Pſ. 43. 24. Pſ. 87. 15. Pſ. 88. 47. Io. 13. 24.*
u *Citat. ſeu ſupra.*
x *Gen. 4. 14.*
y *Gen. c. 3. 24.*
z *2. Reg. 14. 24.*
a *Eſth. 7. 3. Ruth. 2. 10. Nu. 11. 15. 1. Reg. 1. 15. c. 16. 22. c. 20. 3. 29. c. 25. 8. c 27. 5. l 2. 2. 4. 22. c. 11. 25.*
b *multis locis.*

K *Tr. ad ſocorem.*
l *Ioan à S. Gem. l. 4. c. 34. qui vocat. Caladrium: ſed apud alium non reperio.*
Aves quædam valetudinem bonam aut malam portendentes. Animalia, conſpectu ſuo lædentia.
m *Plin. l. 30 c. 11.*
n *Idem l. 8. c. 22. l. 25. c. 4.*
o *in Pſ. 118. ſer. 10.*
p *Mat. 9. 21*
q *Act. 3. 4.*
r *Matt. 17. 2 Apoc. 1. 16.*
ſ *Eſth. 15 17*
t *2. Par. 9. 23*
u *Dan. 7. 10.*
x *Eccl. 7. 14.*
y *Iob. 24. 19. 20*
z *c. 23. 11.*
a *Pſ. 138 7.*
b *Iob. 7. 5.*
c *Luc. 22. 28.*
d *Ioan. 15. 16*
e *Phil 3. 13.*
* *Ep. 6. 15.*
f *Luc. 17. 32.*
g *Heb. 12. 2.*
h *Pſ. 77. 9.*
i *Ep. 104.* M. Pulvilli mortem filii nuntiata, conſtantia & ma datum aſperum.
k *5 de civ. c. 81. poſt Liv. l. 1. Valer. l. 3. Plut. in Publicol. Dion. Halic. & alii.*
l *Mat. 8. 22.*
m *Diſcurſ. 74 & 75.*
n *Iob. 1. 6 c. 2. 1.*

quadam ratione aſſiſtentes quidam Angeli *a*; ſicut & Principes primarii, atque à conſiliis Regis coram ipſo videntes *faciem ejus b*, Et pollicetur Deum non averſurum faciem ſuam Ezechias, ab his qui reverſi fuerint ad ipſum *c*: Deus Moyſi quòd eum *præcederet facies* ſuas, *& requiem daret ei d*. E contrario idem Deus minatur abſconſurum te faciem *e* ſuam, & projecturum *à facie ſua f*: David lamentatur projectum ſe *à facie* g *Dei*: Et ſaltem flagitat ne avertat & *declinet in iram b*, ne *diſcedat omnino i*. Jonas autem detrectans imperium Dei, fugiebat *à facie ejuſdem* *. Quid autem velit David petens ne illum projiciat Deus *à facie ſua*, dictum antea ſatis. Arbitratur Bernardus *k*, rogare Davidem ne projiciatur tamquam aliquid immundum, quia ſpiritus iſte odit ſordes. Illud maximè probabile, ut divinum auxilium ac favorem petat non denegari, nec oblivioni tradi, ne dicat Deus, *egredere & l abi*, *diſcede à me operarie iniquitatis m*, ito *in ignem æternum n*. Theodoretus explicat *faciem* de gubernatione; idemque habent Chryſoſtomus, Baſilius, Euthymius. Poſtquam Samuel unxit Davidem, dicitur *directus eſſe ſpiritus* B *Domini à die illa in David*, & deinceps *o*, *receſſiſſe* autem *à Saul p*. Caveat quilibet ne Dei abutatur familiaritate: *etiamſi fuerit annulus in manu ejus dextra*, *inde* q *evellet eum*. Jam crebro quaſi pulſu lugubri citharæ in qua confitetur *r* peccata, adeoque, frequenti petitione veniæ excitat memoriam divinam, tamquam obſequens illi monito Dei *ſ*. *Sume citharam*, *circui civitatem meretrix* (adulter fuerat David) *oblivioni tradita*; *benè cane*, *frequenta canticum*, *ut memoria tua ſit*. Sic paterfamilias recepto prodigo filio inter alia feſtiva lætitiæ ſigna, ſymphoniam adhibuit *t*: vivit *in conſpectu Dei u*, cujus curam habet Deus, & *oculos ſuos ſuper illum x*, Et vicißim curas ille omnes intentas habet in Deum quod eſt ambulare *in conſpectu Dei y*. At de his dicendi formis alibi.

Et ſpiritum ſanctum tuum ne auferas à me,) Obſervat Heſychius dici ἀναίλης, non ἀλέλης, quia ſemel ſunt experti efficaciam ſpiritus, qui erat ante Adæ inobedientiam, vel per propheticam gratiam, vel per virtutem morum hi qui mandata Dei cuſtodiunt. Chaldaicè *ſpiritum propheticum ſanctitatis tuæ*. Favent Theodoretus, Chryſoſtomus, Baſilius, Euthymius: dicunt enim Davidem orare, ut non privetur gratia quam retinebat: certum autem eſt juſtificantem perdidiſſe per peccatum, ſimul cum eo gaudio, ut idem Patres concedunt, qui proximus Spiritus ſancti fructus comitatur Charitatem, de quo petitio ſubditur, ut ipſi etiam volunt verſu ſequenti. Is etiam qui ſub Hieronymi nomine Commentarios edidit, apertè de prophetia explicat: item Caſſiodorus, Ruffinus, Innoc., Bruno Herbipolenſis, Ludolphus, Lyranus, (qui tamen Davidem ait eo tunc dono caruiſſe, ſicut & Valentia,) Trevetus, Cyrillus Jeroſolym. *z*, Chryſologus *a*, idem ſentiunt Hebræi, & Hebraizantes. Legimus etiam quum accepiſſent Septuaginta de ſpiritu Moyſis, prophetaviſſe *b*: & hic eſt *Spiritus ſancti*, ſive, ut interpres LXX. vertunt, *ſanctus*, quem *poſuiſſe* ſcribit Iſaias *c*, *Deum in medio populi ſui*. Ipſemet David ait *d*, *ſpiritus Domini locutus eſt per me*, *& ſermo ejus per linguam meam*. Nemo ambigat gratis datum donum cohærere cum peccato poſſe, & de ipſomet Adam & Lamec aſſerit Beda *e*: quoniam ille filiis myſtica nomina imponebat *f*, hic quum D imponeret filio Noe vaticinatus eſt, quòd conſolaturus eſſet (juxta nominis etymon) homines ab *oneribus & laboribus manuum ſuarum in terra g*. Quamquam quod attinet ad Adam, credibile eſt jam tunc gratia ſanctificante per pœnitentiam recuperaviſſe, ita ut non ſequatur donum prophetiæ per peccatum, ſubtractum ei non fuiſſe: ſuppetunt alia exempla in Balaam, Caipha & ſimilibus operariis iniquitatis, ut etiam Chriſtus *h* dixit. Non adeo placet, ut etiam interpretemur per ſpiritum ſanctum, quem rogat à ſe David non auferri, Angelum præſidem ſibi, quatenùs Rex erat *i*; etſi tales Angelos concedamus, probavimus etiam alibi *K*, Præterea licèt ſpiritus vox dicatur de Angelis: tamen vocatum Angelum nomine *Spiritus ſancti* non memini: ſed quam tertiam perſonam conſubſtantialem duabus fides proponit ſub nomine Spiritus ſancti. Angelum eſſe Valentius, Athanaſio *l* teſte, quidamque Ariano, ac noſtro tempore, ut ferunt Tranſilvani, Severiano, Fran-

a Tob. 12. 15. Apoc. 4.
b Eſth. 1. 14
c 2. Par. 10. 9
d Ex 33. 14
e Deu. 32. 20
f Ier 7. 15.
g Pſ. 30. 23.
h Pſ. 26. 9
i Pſ. 37. 21.
* Jon. 1. 3. 10
K Ser. 3. de Pente.
l Cant. 1. 8
m Mat. 7. 23
n c. 25. 41.
o 1. Reg. 16. 13
p Ibid. 14
Dei familiaritate nō abutendum
q Ier. 22. 24.
r Pſ. 42. 5
ſ Iſ. 23. 16.
t Luc. 15. 25
u Oſea 6. 3
x Pſ. 33. 16
y Gen. 24. 40 & 48. 15
z Cant. 16
a Ser. de qua.
b Nu. 11. 25 & c. 63. 11
d 2. Reg. 23. 2
e inc. 5 Gen.
f Gen. 5. 2
g c. 5. 29
h Mat. 7. 23
i Opin. Mag. diſc. 73.
K in c. 16. Act. verſ. 9
l Ep. ad Ser. ſanguine.

ciſcus David vim videtur facere; Athanaſius in duplici articulo τὸ πνεῦμα σου τὸ ἅγιον. Poſtremo quamdiu quis Regno præeſt quamvis peccator ſit, Angelum aſſignatum illi, ut Rex eſt, auferri non credo, ſicut ne particularis cuſtos cuiquam aufertur. Quum autem rogat David *ne auferatur ſanctus à ſe*, ſive de illo, ut ſanctificat, ſive de dono gratiæ ſanctificantis, cujus auctor per attributionem tertia perſonâ cenſetur, intelligamus, poſſumus exponere, *ne auferatur*, ideſt, ut Hieronymus creditus auctor Commentariorum in Pſalmos, exponit, ut impediatur, quominus peccata conſumat, ut iis conſumtis, ſuo Deus illum ſtatuat conſpectui, nec projiciat *à facie* ſua; verus autem Hieronymus *m* diſertè Spiritum ſanctificantem & peccata, quorum conſcientia David gravabatur: explicat: Item hoc loco Bruno uterque & Innocentius, Thomas. Certè non ſemper quod *auferri* dicitur, priùs in eo eſt à quo auferatur: ſed *auferre* idem aliquando eſt, quod negare, præſertim quod petitur: aut aliud dare deberet, aut vellet, & ſi res mala ſit, impedire ne accidat veniat- ve. Eſt item quandoque idem quod differre, quamvis in vulgari Proverbio, *quod differtur non aufertur*, differant. Ultimam acceptionem *differendi*, Philippus presbyter *n*, notavit eſſe in Job *o*; *vivit Deus qui abſtulit judicium meum*, alterius acceptionis exempla poſſunt eſſe, *ne auferas de ore meo verbum veritatis* p. *Aufer à me opprobrium & contemtum* q, hoc eſt, ne ſinas excidere de ore meo verbum, quod ſi non ſit verum; cave ne quis me afficiat probro nec me contemnat. Auguſtinus & Remigius declarant ne ſpiritum compunctionis & pœnitentiæ, quem tot hactenus & his etiam expreſſit verbis, Deus auferat: Caſſiodorus, Gregerius, Ruffinus, Remigius, Innocentius, Haimo, Beda, ne hoc ipſum donum prophetiæ & notitiæ divinæ, quod in cognoſcendis ac deplorandis quoque peccatis habere videbatur, auferretur. Hugo Cardinalis, ut jam reſtituta gratia ſanctificans conſervetur, quod item Dionyſius Carthuſianus ac Ludolphus indicant. Hinc porro quæ ex præcedentibus colligitur juſtitiam noſtram eſſe internam, & non conſiſtere in ſola remiſſione peccatorum, ut volunt Hæretici. Præterea gratiam Dei ab eodem Deo qui ſolus per ſe illam phyſicè producit, phyſicè quoque tolli, corrumpive ab homine moraliter ac demeritoriè. Quia verò demeritum abſque auxilio gratiæ actualis omnino vitari non poteſt; quum ſint multa interiùs ac exteriùs excitantia ad peccandum, idcirco rogatur Deus, ut occaſiones removeat & uberem gratiam concedat ad vincendas tentationes ne denuo poſt pœnitentiam recuperatamque pœnitendo juſtitiam, ſinat in peccatum cadendo, fieri dignos, quibus auferat gratiam ſanctificantem. Monet etiam Innocentius, caveamus magis ne nos Spiritui ſancto auferamus, quàm ſe Spiritus ſanctus nobis; quia prius naturaliter eſt culpam committere, quàm amittere gratiam, ſicut ſplendor Solis homini ſe non ſubtrahit, nec eſt in ſole qui ſemper lucet, ut non videatur ab homine, ſed eſt in homine, qui aliquando claudit oculos, ut tunc non videat ſolem; Occurrit etiam objectioni, non videri amitti Spiritum ſanctum niſi priùs ſit quis ab eo dimiſſus, quia nemo quod non habet amittit. Nam amittitur, inquit, vel aufertur, non tam quando haberi deſint, quàm quando incipit non haberi, nimirum etiam per cogitationes, quæ ſunt ſine intellectu, à quibus aufert ſe Spiritus ſanctus diſciplinæ *, quales impudicæ quum adhibetur illis conſenſus, ſive, ut delectent, ſive, ut opere compleantur. Meritò plorans lamentabatur pia fœmina, *tulerunt Dominum meum r*, & alius etiamſi ſuperſtitioſus, clamabat; *Deos ſ meos*, *quos mihi feci*; *tuliſtis*, *& ſacerdotem & omnia qua habeo*, *& dicitis*, *quid tibi eſt?* omnia dicebat, quia illa præ omnibus aliis etiamſi non ablatis æſtimabat, Unde ille *t*,

Nunc juga pauca boum, *& grex parvus equarum*.

Et pater armenti capto eripietur agello,
Ipſi deinde lares, *ſi quod ſpectabile ſignum*,

Si quis in edicula Deus unicus: *hæc etenim ſunt*
Proſummis; *Nam ſunt hæc maxima*.

m in c. 63. Iſ.
Auferri non ſemper dicitur quod priùs in aliquo fuit.
n in c. 34. Ioc. 27. 2.
o c. 27. 2.
p Pſ 118. 49.
q Ibid. 28.
Juſtitia interna.
Gratia Dei ut producatur, ut tollatur.
Magis cavendum ne nos Spiritui S. auferamus quam ſolus Spiritus ſanctus nobis.
Nemo quod non habet amittit.
* Sap. 1. 5
r Ioan. 20. 13
ſ Iud. 18. 24.
t Juv. Sat. 8

Scâ

Sed & Petrus sciscitanti respondit Christo, *Numquid & vos vultis abire? Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes* a.

a *Jo.*6.68.69

---

*Vers.*14.) Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me.

Nihil tristius amisso S. sanct. Deo, gratia ipsius.

NIhil, ut proximè dicebam, tristius accidere potest amisso Spiritu sancto, Deo, grata ipsius; nulla sine his lætitia gaudiave, ut sine aspectu luminis *b* cœli potest esse. Itaque simul cum dictis maximis bonis sive propter recepta ista, nec non restitutionem, denuoque præstitum auxilium & salutem, reddi ac redire lætitiam salutarem exposcit, & gaudium post charitatem primum Spiritus sancti fructum *c*, atque certiorem fiduciam & spem, quæ gaudentes facit *d*, tum de consequenda felicitate, quod est gratiæ complementum effectumque; tum de nascituro ex semine suo, juxta promissum *e*, Messia, omnis gratiæ ac felicitatis auctore. Vereri namque potuit ne promissum id hypotheticum foret, si ipse non peccaret, aut existimare, ad promissi, & de quo non dubitabat, complementum requiri pœnitentiam. Unde colligunt aliqui, Davidem, sicut & alios nonnullos veteres, meruisse de congruo incarnationem secundùm aliquas circumstantias. Deinde flagitat ne ubi amissa recuperaverit, iterum perdat; ut stabilire illum Deus munifico, regio, potenti, efficaci spiritu dignetur, donoque perliberali perseverantiæ, quo sic suimet juris homo, pravarum dominus cupiditatum, promtus & alacer ad quodvis opus bonum conficiendum; & à quo tamquam à duce, principe, adjutore, liberatore, directore, perpetuò regatur, & gubernetur: ipse etiam alios, ut Regem decet, quo si ab eo honore affectus, cuique tam indigne respondit, exemplo atque munificentia qualem in Deo summo Imperatore, expertus fuerit, non solùm auctoritate ac verbo regat & gubernet. Complexus sum præcipuas hujus loci expositiones, videamus nunc singula.

b *Tob.*5. 12.
c *Gal.*5.22.
d *Ro.*12.21.
e *Ps.*131.12.

Redde mihi lætitiam salutaris tui.) Hieronymus, *Jesu tui*, sicut & in editione nostra Prophetæ Habacuc *f*, *Exultabo in Deo Jesu meo*. Utrobique nomen idem Hebræum יְשׁוּעָה *teschahh*, extat: ibi Græcum σωτῆρος hìc σωτηρίου. Augustinus *exultationem*, Chale. *converte ad me legem tuam, ut gaudeam in redemptione tua*. Exponit Hieronymus, ut quemadmodum ante peccatum ita nunc exultet ob prævisionem de adventu Christi. Consentiunt Augustinus *g*, Ruffinus, Gregorius *h*, Cassiodorus, Remigius, Beda, Haimo, Innocentius Papa III. Urbanus IV. Latini fere ceteri: Ex Græcis Athanasius, Didymus, Cyrillus: sic Habacuc, quem citavi, canebat gravisurum se in Domino, & exultaturum in Deo Jesu suo: sic Mariæ spiritus exultabat in Deo salutari suo *i*: & in utero claudus Joannes *k*. Sic jam nato Jesu Angeli evangelizaverunt pastoribus gaudium magnum quod esset etiam *omni populo l*, de quo gaudio Leo *m*. Zacharias *n* quoque videbat, *ut exultare* satis, idest valde, *filia Sion, & jubilaret filia Jerusalem*: Isaias *o* vaticinabatur, *tunc videbis & affluës, mirabitur, & dilatabitur cor tuum: haurietis p aquas in gaudio de fontibus Salvatoris*. Verebatur Ezechias ne videret Dominum τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ *salutare Dei*, Christum *in terra viventium* dictus ad inferos *q*, explicat Hieronymus: Eusebius autem, quia filio adhuc carens timebat ne non nasceretur Christus ex semine suo. Id præterea sentit auctor de mirabilibus Scripturæ *r*, & Eucherius *s*. Hoc pacto excusat Ambrosius *t* Thamar, quæ dolens se sine liberis esse, dolum studio generationis commenta Judam consilio prævertit *u*. Voluerunt multi Reges ac Prophetæ videre & audire, quod postea viderunt & audierunt discipuli Christi: nec tanto gaudio potiri potuerunt *x*: viso in spiritu hoc die Abraham gavisus *y* & sponsa sub umbra sedebat illius *z*. Alii, ut Basilius, Chrysostomus, Theodoretus, Euthymius, Thomas præterea Hieronymus *a*, sumunt de gaudio ex remissione peccatorum, & post luctum de illis: quo pacto *beati lugentes quia consolabuntur b*, Et, *cor noscens amaritudinem animæ suæ gaudium consequitur, in quo non miscebitur extraneus* c: & *tristitia secundùm Deum, pœnitentiam in*

f c.3.18.
g *Hic & ser.* 35. *de Sanct.*
h *Hic & ho.* 20. *in Ez.c.*
i *Luc.*1.47.
k *ibid.* 44.
l c.2.10.
m *Ser.*1. *de nat.*
n *cap.*9.9.
o c.60.5.
p c.12.3.
q *Is.*38.11.
r *apud Aug.* 18.3.*l.*2.*c.*28
s *in* 4. *Reg.* c.27.
t *in* c.3. *Luc.*
u *Gen.*38.11. *& seq.*
x *Luc.*10.24.
x *Joan.*8.56
x *Cant.*2.3.
a 2. *t. Jovin.*
b *Mat.*5.5.
c *Tit.*3.4.10

A *salutem stabilem operatur d*, ac proinde vertitur *in gaudium e*, atque *secundùm multitudinem dolorum in corde consolationes* divinæ *lætificant animam f*. De gaudio hoc lætitiaque dictum versu 10. Estque commune cuilibet justo sicut charitas & alii fructus Spirit. sancti, & appellatur etiam *gaudium in Spiritu sancto g*. Certè argumentum valdè alienatæ à Deo mentis est, quando boni ipsius quod perdidit obliviscitur, neque per memoriam quidem videt, ut loquitur Gregorius, quod priùs per actionem tenebat *h*.

d 2. Cor. 7. 10.
e *Jo.*16. 20.
f *Ps.*93. 19.
g *Rom.*14.17
Mentis à Deo alienatæ argumentum.
h *Pr. dial.*

Aliud est gaudium quoddam suavius ex peculiari favore divino, ex inspirationibus ac motionibus internis, ex gustu spirituali & visitatione quæ nonnullis justis confertur à Deo; sed post lapsum & pœnitentiam non restituitur semper. Sic Bernardus *i* locum præsentem intellexit, ac de iis quæ possint dicere *k*, *osculetur me osculo oris sui*. Huc revocatur opinio de spiritu principali, quòd prophetam significet, sed præsertim ut versabatur circa Messiæ adventum, & ipsius mysteria; quod est principale objectum prophetarum. Paulus *l* præfert B prophetiæ donum aliis. David *m* autem jam dixerat *incerta & occulta sapientia Dei manifestata* sibi, & sequentibus versibus offert se alios docturum, si nempe recipiat prophetiam, & annuntiaturum laudem Dei, nimirum novis propheticis Psalmis: sed præcisè etiam prophetiæ dono. Magis probabile videtur *lætitiæ* nomine intelligi, saporem illum Divinum, quem quidam ex singulari privilegio degustant, propter præsentiam spiritus principalis, quæ hoc operatur, ut confirmatior, & constantior quis in Dei perduret obsequio, & à salutari denominatur lætitia illa, vel quia index est salutis salvationisque: vel à Jesu Salvatore, quoniam tale munus ut reliqua meruit & impetravit à Patre, ac misit etiam Spiritum sanctum dulcem hospitem animæ, dulce refrigerium, in labore requiem, in æstu temperiem, in fletu solatium, datorem præmia gaudii paracletum, consolatorem, cujus adventu totus in orbe terrarum mundus exultat: vel quia non decet aliud quærere quàm in Domino, quodque conferat ad salutem, ut perpendit, putatus Augustinus, *n* revera posterior quum citet Isi- C dorum, & fortassis Fulbertus Carnotensis Episcopus: vel quia convenit salutem consecutis, ac perfectè sanis; quum quidquid aliud in rebus creatis oblectet, ægri sit solatium potiùs ac malè affecti, & non tam intus recreet, quàm foris & veluti in superficie, quia non in spiritu, sed in carne: idque adhuc si sint inhonestæ voluptates, quas hìc innuit David memor adulterii: vel quia non est eo dignus qui exemplo Christi non prius crucem sustinet, quam ille, proposito sibi gaudio *o*, Christus noster Lamuel, idest, cum quo Deus *siceram dari mœrentibus & vinum* non vult *his qui amaro sunt animo* p. *Deliciis dissolvitur filia vaga q*; ut confirmetur eget lætitiæ salutaris, idest, ejus viri, quem *circumdedit mulier* r virgo. Primus Beati Francisci sodalium Bernardus, quum reddi sibi lætitiam istam flagitaret quam Deus dies ipsos octo subtraxerat, suavissimo instrumenti musici sono divinitus recreatus adeo est, ut se nisi conquievisset examinandum omnino crederet *s*. Subtrahit Deus se nonnumquam etiam à justis, quia dulcius accipi solet, quod sub aliqua dilatione præstatur, ut docent August. *t*, Cassiodorus *u*, Bernardus *x*, Nazianzenus *y*. Gaudium nostrum implebitur quum gaudium Dei erit nobis *z*, & quum intraverimus *in gaudium Domini nostri a*, gaudium nostrum *nemo tollet à nobis b*. Præguſtus beatitudinis in præsenti Divina consolatione est: Quid enim, ait Cassianus *c*, tam propriè veræ beatitudini, tamque potest esse conveniens, quàm tranquillitas jugis, & gaudium sempiternum? Aristoteles *d* μακάριον nominatum tradit à verbo χαίρειν, hoc est, beatum a gaudendo. Idem verò Cassianus *e* exactè rationes tres dat unde orietur interdum repentina commutatio mentium ab ineffabili lætitia, in mœstissimam animi dejectionem, & ex alacritate cordis magna, ineffabiliq; gaudio, subitò anxietate repleamur, & irrationabili quodam mœrore premamur. Caussas refert vel in negligentiam nostram, vel in impugnationem diaboli, vel in dispensationem ac probationem Domini. Illud item docet *f* quodammodo negligentiùs custodiri solere, quid quid creditur facilè posse reparari. Affluebat antea David lętitia ter unctus *oleo lætitiæ* g, *pleno cornu h*, quum semel tantùm Saul, idque lenticula *i*: post perditam pre-

d 2. Cor. 7. 10.
e *Jo.*16. 20.
f *Ps.*93. 19.
g *Rom.*14.17
Mentis à Deo alienatæ argumentum.
h *Pr. dial.*
i *Ser.* 3. *in Cant.*
k *Cant.*1.1.
l 1. *Cor.*14.1. 5. 39. Prophetiæ donū aliis. præiatum.
m *vers.*8.
n *Ser.*35. *de Sanctis.*
o *Heb.*12. 2.
p *Ps.*51.4.
q *Jer.*31.22.
r *Ibid.*
s *Chro. Fra. in. p. l.*5.*c.*6. Sanctißern. recreatio suavissimo musici instrumenti sono. Deus nonnumquam à justis etiam se subtrahit. Quod sub dilatione præstatur dulcius accipi solet. *tr.*9. *de Joan. Par.*108.
u *l.*9. *var.*
x *Ser.*17. *in Cant.*
y *or. de nat.*
x *Joa.*15.11.
a *Mat.*25.21 Beatitudinis præguſtus.
b *Joa.*16.22.
c *Coll.*1.*c.*13.
d 7. *Eth.*11.
e *Coll.*4.*c.*2. 3.4.5.6. Abingenti lætitia in repentinam mœstitiam lapsus unde gignatur interdum.
f *cap.*4. Negligentius quodammodo custodiunt quæ facilè reparari posse creduntur.
g *Ps.*44.8.9.
h 1. *Reg.*16.13 *l.* 20 *c.*2.4.5. 5.3. Spir. S. ter. Apostolis acceptus.
i 1. *Reg.*10.1

catur enixiſſimè, poſt jacturam pluris æſtimans bonum amiſſum. Apoſtolos etiam affirmari poſſumus ter Spiritum ſanctum accepiſſe quum baptizati ſunt à Chriſto, antequam moreretur, poſt reſurrectionem *a*, poſt aſcenſionem *b*, quando antequam veniret, credi poteſt hæc verba hiſve ſimilia Patri ſuppliciter protuliſſe: Redde nobis lætitiam ſalutaris tui (gaudium in Spiritu ſancto, qui eſt ſpiritus etiam Chriſti *c*: & promiſſus etiam nobis ab illo ſub vocabulo *Paracleti*, ſive *conſolatoris d*.) Ceterùm *reddendi* verbo videtur David exigere debitum, ſicut Paulus *e* reddendam ſibi coronam juſtitiæ ajebat à juſto judice; & Chriſtus *f* operariis quod juſtum eſt daturum ſe dicebat.

a Joa.10.22. b Act.2.2. c 1.Pet.1.12. d Joa.14.16. e 2.Tim.4.8. f Mat.10.9.

Et ſpiritu principali confirma me.) Hieronymus, *Spiritu potenti*. Alii qui vertunt etiam de Hebræo, quos non debeo ſemper nominare, *ſpiritu voluntario*, ſponta-neo, ultroneo, libero, libertatis, ut liberali, munifico, principe, digno Principibus, nobili. Quod autem quidam in tertia perſona vertunt *confirmet* aut *confirmabit*, referentes ad ſpiritum, ut ipſe confirmet, cauſſa eſt quia littera *Thau* eſt ſignum tertiæ perſonæ fœmineæ in futuro, & ſecundæ maſculæ, verbum cum affixo eſt תסמכני *thiſmecheni*, Chald. *ſpiritu munificentiæ*, quamvis in textu Nebienſis pro נדבותא *niduutha*, quod ſignificat illa omnia quæ Hebræum nomen נדיכה *nediuah*, legat נבואתא *neuuatha*, quod eſt prophetia. Valet autem נדב *nadau*, thema Hebræi nominis *aliquid ſponte largiri*, offerre de ſuo, liberalem ac munificum eſſe in donando; ſoletque paſſim ab interprete reddi *ſponte offerre*. Inde נדיב *ſpontaneus*, voluntarius, ultroneus, liberalis, & à liberalitate denominatus, Princeps pronus ad beneficentiam: & nomen *rhoar* ſive formæ, quod hìc habetur נדיבה *nediuah*, quod alicubi *g*, vertitur deſiderium; ab aliis, anima, vel principatus: & aliud ſimile נדבה *nedauah ſpontanea oblatio* h, *votum i*: & pluvia voluntaria dicitur נדבות *nedauoth k*, quaſi dicas voluntatum, & *principum l* pro principatu, Græcè ἀρχὴ נדבות *nedauuth*. Fortaſſis Chriſtus quos beneficos & εὐεργέτας legimus in Luca *m* nominavit Hebræo, ſeu Syrochaldæo vulgari ſermone נדיבים *nedivim*: potuit eodem Paulus alluſiſſe ſcribens, quod *hilarem datorem diligit Deus*. Princeps voluntarius eſt, quia ſui juris, & quia leges ſuas ſponte ſervat, ut de Ægyptiorum Rege quotidie ante aram ipſomet aſtante, magna ſacerdos voce ad populum prædicabat *n*; quod eſt velle auctoritatem Regiam de juris pendere legibus, ſubmittere principatum, alligatum ſe legibus profiteri; quod Theodoſius, ac Valentinianus lege quoque lata pronuntiaverunt, affirmantes vocem eſſe dignam majeſtate Regis *o*. Jam docui ſuperius quot hoc loco modis *principalem ſpiritum* accipere liceat, vel pro perſona una Trinitatis quam volunt plures eſſe primam, aliqui etiam tertiam: ut etiam Origenes *p* (quia in ſpiritus alios ita *q* principatum habet, ſicut filius Dei in eis qui vocantur quoque *filii Dei r*.) Præterea Irenæus *ſ*, dicens in Pentecoſte deſcendiſſe *t*. Et Ambroſius *u*, ut ſit Spiritus ſanctus princeps cauſſa ſecundùm dignitatem & efficaciam noſtræ ſalutis auctor qui regat, mentem confirmet, affectum quo velit trahat; cui ſimilia dicuntur à Cyrillo *x*, & Chryſoſtomo *y*. At quod attinet ad Origenis rationem, legimus, a Paulo *z*, nominatum principem ſpirituum, qui non magis tertia quàm prima perſona intelligitur, niſi quatenus magiſterium ac inſtitutio noſtra tribuatur Spiritui ſancto. Item accipitur pro interno quodam divinæ gratiæ munere per quod ἡγεμονικὸν quod hic Græcè eſt pro principali, pars animæ rationalis præcipua perficiatur & dirigatur, ut Nicetas *a* docet. Hac ratione vellet David, qui graviter Uriam læſerat, deinceps cunctis benefacere, prodeſſe, gratus & gratuitus eſſe: vellet non amplius mancipium peccati eſſe: & quod Alexandro objectum eſt, quum imperet aliis, cupiditatibus ſervire; nec enim libertas *b*, *niſi ubi ſpiritus Domini*: & non verè liber eſt, niſi quem filius liberat *c*, habetque caſtitasà David violata σεμότητα, pro qua is qui dicitur Hieronymus *d*, apud Paulum *e*, ubi *gravitatem*, interpres habet poſuit *caſtitatem*, quaſi hanc appellet majeſtatem. Explicat Chryſoſtomus *f*, de dono quo dominetur David affectionibus & cohibeat voluptates. Vellet pronus, facilis, alacer, hilaris reddi ad exequendum quæ præcipit Deus; vellet pro dignitate regere ſubditos, dignus ob peccatum & peſſimum exemplum abdicari regno. Vellet quaſi denuo initiari Rex, ac inaugurari manuum impoſitione: ſicut Joſue repletus *ſpiritu ſapientiæ*, quod Hebræo confirmandi verbo exprimitur סמך *ſamach*: unde videri poſſet manaſſe ritus ſacramenti quod appellamus confirmationis & impoſitionis quoque manuum, de quo aliàs egimus; ſed error eſt ob peccatum mortale amitti jus Regni & Principatus. Vellet in recuperata gratia & amicitia Dei ſtabiliri, ac in ſuſcepto novo propoſito, per modum jurantis, & ſtatuentis cuſtodire judicia juſtitiæ divinæ *h*; quod eſt principale, ideſt, inſigne quoddam donum, nec niſi eorum qui ſunt regnaturi cum Deo in æternum. Vellet non ampliùs nutare, nec de divina umquam miſericordia diffidere; ſed confirmari in verbis Dei *i*. Clemens Romanus *k* adhibet in oratione pro Baptiſmum petentibus ut reddita ipſis lætitia ſalutaris Dei, ſpiritu principali confirmentur non ampliùs fluctuent. Athanaſius *l* uti nos vult eadem prece ut quoties turbas creant animi motus, Dei ope tamquam baſi ſuſtentati, permaneamus immoti. Vellet, ex Auguſtino, certior & certior de venia reddi, nec ampliùs vultum ſuum quaſi in diverſa præ metu mutari. Voluntarios non vult Deus & ut ante dixi, *hilares datores m*, atque ſacrificatores *n*, & ut Hebraicè habetur Pſalmo CIX. *o* populum voluntatum aut devotionum aut populi Dei duces (pontaneos, pro eo quod legimus, *tecum principium*, עמך נדבות *hham meha nedauoth*, nihil violentum perpetuum: quod voluntarium non eſt, ne diuturnum quidem eſt, ait Nazianzenus *p*: citò ſolvitur quod neceſſitate fit; inquit Hieronymus *q*: quod voluntate arripitur, perſeverat; ſi invitum cogeret Deus hominem, ut ſcribit Bernardus *r*, aſinum haberet non hominem, regno ſuo propterea minùs capacem: Qui liberos conſtituit, multo magis attrahit, inquit Chryſoſtomus *ſ*, expendens Chriſti verba *t*; *ſi quis vult venire poſt me*. Soli qui ſe *propria voluntate* offerunt *diſcrimini*, invitantur ad benedicendum Domino *u* כעם רמיון תדכים *hamminath devim habham* ſe ſponte offerentes in populo, *princeps ea qua digna ſunt principe cogitat, & ipſe ſuper duces adſtat*, ubi eſt Hebraicè *princeps principalia cogitabit & ſuper principalia conſurget*, aut ſuper magnificentias, ſuper ſpontaneas oblationes, ſuper liberales largitiones: non autem cogitabat *fatua*, *iniquitatem x*, ſimulationem, fraudes. *Non vocabitur ultra is qui inſipiens eſt, princeps, nec fraudulentus appellabitur major y*. Talis fuerat contra Uriam David: pro Principibus verò LXX. εὐσεβῖας *pios* reddiderunt. Noti etiam in militia Romana voluntarii voloneſque & obſequentes, operam ſuam reipublicæ extra ordinem pollicentes, quamvis emeritis jam ſtipendiis eſſent aut ſervi loco liberorum, qui deerant *z*. Apoſtolos veriſimile eſt, ſicut lætitiam ſalutaris petiiſſe dixi, poſt aſcenſionem Chriſti promiſſum ab ipſo gaudium in Spiritu ſancto, ac ipſummet Spiritum ſanctum, ita ut ſpiritum principalem, ut liberè ac tamquam principes ſuper omnem terram memores eſſent nominis Dei *a*, & quum omni fiducia loquerentur verbum illius *b*. Decet hos quoque noſtræ memineriſſe dignitatis, ac principes conſtitutos per ſpiritum filii Dei, quem ille miſit in corda noſtra clamantem *Abba pater c*, quodque *qui ſanctificat, & qui ſanctificantur ex uno* d *omnes*, & *non confunditur* conſubſtantialis filius *vocare nos fratres e*. Quum Angelos faciat *miniſtros f* noſtros, qui hoc *contemnunt erunt ignobiles g*. Monemur ſimul non cum Deo tantum, ſed etiam cum proximo liberaliter agere, nec avaritiæ catenis illigari, quæ eſt *idolorum ſervitus h*. Jam pridem antè dixi per *ſpiritum rectum* ſecundam; per *ſanctum*, tertiam; per *principalem* primam perſonam deſignatam videri nonnullis: aliis eamdem tertiam: quibuſdam tertiam per principalem. Hoc ultimo modo principalis cenſetur ſpiritus, Spiritus ſanctus, quia ipſi attribuitur miſericordiæ excellentiſſimum attributum. Collector ſpeculi exemplorum *i*, narrat quum perdito cuidam adoleſcenti, primùm Pater, deinde Filius apparentes minati eſſent æternam damnationem, poſtremò Spiritum ſanctum veniam & beatitudinem promiſiſſe, atque conſtituiſſe. Lectu digna hiſtoria.

g Hom. de Spirit. S. h Nu.27.18. Deut.34.9. Ritus ſacramenti confirmationis & impoſitionis manuum unde manare videri poſſit. i Pſ.118.10. Kisiad 28.

l 8.Conſt.c.8

g Iob.50.15. h Deu.16.10 Amos 4.5. i Nu.15.3. k Pſ.67.10. l Pſ.109.3. m c.22.25.

n 2.Cor.9.7.

o Diod.l.8. pl.dign.voc. c. de leg. Spiritum principalem quot modis accipere liceat. q in c 8. Ep. ad Rom. r Dan.3 65. Rom.8. 23. Heb. 1. 6. ſ Theſ. 5. 5. & de malis. 1. Reg. 16. 23. l. 3. 22. Pſ. 77. 49. Jud. 9. 23. Pſ.81.6. t l.3.c.19. u Act.2.2. x de Apol. David. c.8. y in Jo.c 28. z Hom. 3. de Spiritu S. a Heb.12.9. b in or. 44. Naz. de Pent. Alexandro objectum, quum imperaretaliis voluptatibus ſervire. c 2.Cor.3.17 d Joan.8.36. e in c.2 ep. ad Titum. f Tit.2.7.

m ep. ad Ammia. n 2.Cor.9.7. o Pſ.53.8. p verſ 5. Nihil violentum perpetuum. q Or.37. Cito ſolvitur quod neceſſitate fit. r in Oſe. c.7. Quod voluntate arripitur, perſeverat. Si invitum cogeret Deus hominem aſinũ haberetnon hominem. ſ Ser.de dil. Deo. t Hom.de ad. crucis, & im. 56. in Mat. u Mat. 16. 24. x Iud. 5. 9. y Iſ. 38.8. z Ibid.5.6.7

a Ibid.5. b Lin.l.3.c 37 Matr.l.1.c. 1. Alex. ab Ale.l.6.c.22 c Pſ.44.18. d Act 4.29. e Gal.4.6. f Heb.8.13. g Ibidem.

h Ibidem 7. Pſ.103.4.

i 1.Re.2.30. Gal. 5. 20. Ep.5.5. diſt.10.ex d. 1. De perdito quodam adoleſcente tradita.

Verſ. 15.) Docebo iniquos vias tuas: & impii ad te convertentur.

UT reus judicem flectat, ſupplexque impetret cum venia priorem reſtitutionem numerum, ac perſeverantem in Dei ſervitio famulatum; non contentus ut aliàs fateri ſimpliciter culpam atque deprecari pœnam *a*, parce peccato meo, multum eſt enim, inſtruit libellum ſupplicem honeſta conditione. Pollicetur multa, nulla proferens vetera merita ut poterat, utque Job *b* legimus feciſſe, & Ezechiam *c*. At in iſto verſu ſe ut ſatisfaciat aliqua ex parte offenſæ divinæ, peſſimoque exemplo, propter quod *blaſphemare* fecerat *nomen Dei d*, deinceps docturum iniquos ac impios, ac effecturum, verbo etiam ſcriptoque, ut rectas Domini vias ineuntes revertantur ad ipſum, certi ſe conſequuturos miſericordiam, redituros in gratiam, recuperaturos ſi quæ priùs habebant divina dona, quemadmodum ipſemet poſt pœnitentiam ſit expertus. Sapientiſſimus inter tres David, ideſt, ut ita dicam, ſpiritum rectum, ſanctum, principalem, ſeſſurum ſe promittit *in cathedra e ſapientiæ*, qui prius *in cathedra* ſederat *peſtilentiæ f*. Hæc optima ſatisfaciendi ratio, & operiendi peccata propria, converti facere peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſicque *ſalvare animam* ejus *g*, quam traxerat malè vel vivendo, vel docendo in ruinam. Difficilis labor dicendi ut oportet, ac duplici propterea honore dignus, judice Paulo *h*, cui ut id faceret, & evangelizaret ac portaret nomen Chriſti, Chriſtus oſtenſurum prædixit quanta oporteret pati *i*. Inſigne victoriæ laureola vel laureola doctoribus æquè ſua, ut Martyribus & Virginibus aſſignatur. Dolores experiuntur parturientium, doctores *k*: omnibus illis *omnia fieri* oportet, ut *omnes lucrifaciant & ſalvos faciant l*, tot addita mirabilia ſigna non perſuaſerunt Pharaoni *m*, nec tot Chriſti miracula Judæis. *Inſciti bellum* grave *n*, quantum erroris, quam pravi confirmarint habitus & paſſiones! lege commentarium noſtrum in Sapientiam. Jeremiam dedit Deus *in civitatem munitam, & in columnam ferream & in murum æreum*, ut bellantes adversùs eum non prævalerent *o*. Ideò fugiebat Jonas, totieſque apud Prophetas vocatur *onus verbi Domini*. Et Paulus Evangeliſtam ſeù prædicatorem in omnibus laborare præcipit atque *in omni patientia & doctrina p*, ut ignis ardens *malleuſque conterens petras*. Debent eſſe verba doctoris Chriſtiani *q*, & ut gladius *r* qui manu agitandus eſt. Alias ex officio arguentem arguunt omnes niſi ab his quæ arguit alienus exiſtat. Si Arnobium ex infideli Catechumenum non recepit Eccleſia, priuſquam adverſus priſtinam religionem velut obſides daret libros à ſe conſcriptos *ſ*, quid par eſt ab iis exigi, qui ex hæreſi reditum cogitant ad Orthodoxam fidem? Berengarius quum toties relapſus in hæreſim, decepta fictis Palinodiis Eccleſia, morti propinquus eſſet, epiphaniorum die cum lacrymis dixiſſe fertur, memor quam multos infeciſſet hodie in die apparitionis ſuæ apparebit mihi Dominus meus Jeſus Chriſtus propter pœnitentiam ut ſpero ad gloriam: vel propter alios ut timeo, ad pœnam *t*. Quamquam Baronius *u* ſubdubitat an in Eccleſia Catholica vitæ periodum Berengarius clauſerit. Non temerè David recipit ſe docturum, recto, ſancto, principali jam ſpiritu præditus, ut antè quoque monui, ac mundatus, lotus, dealbatus, recuperata etiam incertorum & occultorum ſapientiæ manifeſtatione. *Rectitudo ſpiritus* ad prudentiam ſpectat: *ſanctitas* ad mores, *principalitas*, quam vocat Hieronymus *potentiam* ſive *fortitudinem*, ad vehementiam zeli. Talibus ornamentis decorati prophetæ alii, ut Iſaias *calculo* præmundatus *ignito x*, Jeremias *y in utero ſanctificatus* ac *in utero tactus z*: Elias ſpiritu & virtute munitus, eique poſtea ſimilis Joannes *a*; ante iſtos Moſes Aaronque *b*, alter ſapientia inſignis, alter eloquentia. Utrumque in noſtro David Ricardus obſervat: primum in manifeſtatione incertorum & occultorum ſapientiæ divinæ: ſecundum in uſu parabolarum & propoſitionum *c*: ambas ego in locutione ſapientiæ meditationeque prudentiæ, tum in parabola & propoſitione *d*. Ad Zorobabelem quem Hieronymus *e* inter alia magiſtrum in Babylone ſonare vult, ac reductorem eorum qui erant in Babylone in terram repromiſſionis. Zacharias *f* ſcribit *verbum factum* non in exercitu nec in robore, ſed in ſpiritu ad explanandum montem magnum. Paulus denique prædicationem ajebat eſſe in oſtenſione ſpiritus & virtutis *g*. Exemplo diſcitur diſciplina *h*, & probum patrem eſſe oportet qui gnatum ſuum eſſe probiorem quam ipſe fuerit, poſtulet *i*. Tunc juſſi ſumus audire doctorem Chriſtum, quando transfiguratus eſt; de exceſſu mortis locutus, teſtes habuit Moſem & Eliam *K*. Doctores agnoſcit Eccleſia præcipuos Petrum negatorem priùs Chriſti *l*, & Paulum blaſphematorem & perſequutorem *m*. Iſtos quaſi *Rhinocerotas ſervire* fecit Deus ſibi, *morari ad præſepe* ſuum, alligavit *ad arandum loro ſuo*, & *confringendas glebas*: *fiduciam habuit in magna fortitudine eorum* (quam ipſe contulit) *dereliquit eis labores ſuos*: *credidit illis quod ſe mentem reddent ei, aream ejus congregabunt n*. Nulli crebrius teruntur, leguntur, audiuntur, in Eccleſia quam David, Matthæus, Paulus, ut alias notavi. Et Innocentius III. hìc obſervat, doctores propterea iniquorum idonei, quia tales aliquando. Omnem Deus interdum patientiam oſtendit in aliquibus peccatoribus, ad informationem eorum qui crediturí ſunt illi in vitam æternam, ut de ſeipſo idem ſcribit Paulus *o*. O quam utilis, ait hoc loco Gregorius, peccatorum remiſſio, quæ converſos non ſolum à peccatis liberos, efficit, ſed etiam alios à via impietatis & injuſtitiæ retrahit, flammam charitatis accendit. Hæc eſt charitatis evidens probatio, ut cui per gratiam Dei contigerit à peccatorum vinculis eripi, ipſe ex zelo juſtitiæ ſtudeat ad ſpem veniæ delinquentes hortari. Nullum quippe tam gratum Deo eſt ſacrificium, quàm zelus animarum.

Docuit Theodoſium Imperatorem David. Nam Ambroſius objicientem, quum de homicidio Theſſalonicenſium reprehenderetur & David peccaſſe, juſſit, ut ſecutus errantem, pœnitentem ſequeretur; & hac ratione ad publicam agendam pœnitentiam induxit. Theodorus Scutariota apud Nicetam Choniatam *p*, iſtam doctrinam refert ad novum Teſtamentum: quia David alter erat à Moſe, poſtque Davidem Evangelica legislatio.

Docebo iniquos.) Nihil refert quod Auguſtinus *q*, & Caſſiodorus atque auctor quæſtionum utriuſque teſtamenti *r*, legât *doceam* pro docebo, ut contingit aliis nonnullis verbis ejuſdem conjungationis ſecundæ, quemadmodum & quartæ, ut *eam* pro ibo, &c. Putant aliqui nomen hoc reſpicere damnum aliis inferentes; *impiorum*, eos qui magis propriè ac immediatè lædant Deum. Atqui Hieron. ſecundo loco reddit *peccatores*, nec in Hebræis פשעים *peſchehhim* חטאם *chattaim* talis vis ineſt; ſed tynonyma videntur, ut Lyranus quoque monet, ac potius gravior primi ſignificatio quam ſecundi. Sed proprietatem diſtinctionemque retinendo; *iniquos docero* de his intelligetur, qui ſalva peccant fide; *convertere impios* de illis qui fide carent, nam & inter gentes *blaſphemare* fecerat David *nomen Dei ſ*. Et infidelium converſioni nocere non parum ſolet improbitas fidelium. Innuit Urbanus IV. hunc ſenſum, & apertius traditur ab Auguſtino, Ruffino, Beda. Thomas vero & Hugo exponunt de peccantibus contra proximum & Deum. Haimo hinc infert, quod illi qui propter peccata degradantur in Eccleſia, peracta pœnitentia poſſunt reſtitui, aitque canonem quemdam qui videtur contrarius, eſſe ſingulare ſecundùm ſimulariè, ideſt ſimulatè, pœnitentes magis, quam ſecundùm veritatem: generalem autem ſententiam eſſe habendam, ut ſi divino judicio pœnitentia peracta comprobetur, in ſuam dignitatem priſtinam perſona reformetur. Definitur hoc à Callixto I. *t* probaturque Davidis exemplo & Petri, & errare dicuntur qui oppoſitum dicant, atque contra traditas Eccleſiæ claves diſputare & agere videri: Davidem poſt pœnitentiam, & alios docuiſſe & ſacrificium DEO obtuliſſe, ac dediſſe exemplum Doctoribus ſanctæ Eccleſiæ, ſi lapſi fuerint & condignam pœnitentiam Deo geſſerint, utrumque facere poſſe. Idem affirmat, & hoc loco Hieronymus confirmat *u* ſcribit etiam, Davidem *x* tantum profeciſſe, ut dudum peccator, & pœnitens tranſierit in magiſtrum: confeſſionemque & pulchritudinem coram eo fuiſſe, & qui ſua confeſſus fuerat peccata, ac dixerat *y*, *putruerunt ac corruptæ ſunt cicatrices meæ à facie inſipientiæ meæ*, fœditatem vulnerum in ſanitatis decorem commutaſſe. Is qui creditur Chryſoſtomus auctor Commen-

a *Pſ.24. 11. b c. 31. 1. & ſeq.* c *Iſa. 38. 3.* d *2. Reg. 12. 14.*

e *c. 83. 8.* f *Pſ. 1. 21.*

g *Jacob. 5. 18. 19.*

h *2. Tim. 5. 17.* i *Act. 9. 16.* Doctoribus ut & martyribus & virginibus aureola ſua aſſignata. *K Gal. 4. 19.* l *2. Cor. 9. 22* m *Exo. 7. & ſeq.* n *Sap. 14. 22.*

o *Jer. 1. 18. 19.*

p *1. Tim. 4. 2* q *Jer 23. 19.* r *Ep. 6. 17.* Arguentem arguût alli niſi ab his quæ arguit alienus ſit. Arnobius ex infideli catechum. ut receptus. ſ *Hier. in add. ad chro. Euſeb.*

t *Guill. Mal. Burienſ. 3. ſer. Anglic.* u *To. 11. anno. pa. 610. anno Chri. 10. 88.* Berengarii morientis dictum. Circa eum controverſia.

x *Iſ. 6: 6.* y *Jer. 1. 5.* z *Ibidem 9.* a *Luc. 1. 17.* b *Exo. 4. 14. & ſeq.*

c *Pſ. 77. 2.* d *Pſ. 48. 4. 5.* e *inc. 1 Aggæ.* f *c. 4. 6. 7.*

g *1. Cor. 2. 4* h *Prov. 29. 32.* i *Plaut. in Pſeud act. 1. Scena 5.* K *Marc. 17. 3.* Doctores Eccleſiæ ut præcipui Petrus & paulus alter negator prius Chriſti alter blaſphemator & perſecutor fidei. l *Mat. 26. 72* m *1. Cor. 15. 9.* n *Job. 39. 10. 11. 12.* o *1. Tim. 1. 16*

p *4. Th. 6. 5.*

q *Hic & 3. conf. Creſ. c. 46.* r *apud Aug. tom. 4. c. 12.*

ſ *2. Reg. 12. 14.* Propter peccata degradati in Eccleſia, peracta pœnitentia poſſunt reſtitui.

t *Epiſtola ad Epiſc. Gallia, & habetur d. 50. c. ponderet.*

u *in c. 3. Michæa & habetur d. 50. c. cum enim diero.* x *Epiſt. 46.* y *Pſ. 37. 6.*

mentariorum in Marcum *a*, idem ferè dicit; sic etiam declarans mysticè, quod Petri socrus mox, ut à febre curata est, ministravit *b*. Addi potest Saulus illico post conversionem prædicans *c*, sed & in constitutionibus Apostolicis refert Clemens *d*, quod hinc probatur, pœnitentes in pristinum gradum dignitatis restitui, allato etiam prodigi filii exemplo. Denique Augustinus *e*, Donatistis detrectantibus Catholicos velut iniquos, & impios, objicit præsentem locum, & exemplum Christi, qui tanta Pharisæis imprudentibus loquebatur, quia multi possent ex aliis prudentes audire.

Vias tuas.) Alias vidimus nihil interesse inter vias viamque sed utrovis modo significare, rationem, institutum, modum, morem, consilium, voluntatem aliquid agendi, actiones ipsas & opera, sive bona sive mala. Hic vero possumus intelligere duas illas vias misericordiæ & veritatis, hoc est justitiæ aut fidelitatis in promissis, de quibus actum Ps. XXIV. *f* cuncta etiam opera Dei tum naturæ, tum gratiæ; cum legibus & præceptis: ad hæc virtutes & vitia, ut vitentur posteriora, priores adamentur. Docentur omnia ista in Psal. & quæcumque Scripturæ sacræ libris aliis continentur, ut post Dionysium *g*, Athanasius *h*, inductione etiam facta demonstrat, & in præfatione docuimus, partimque hinc inde in præcedentibus Psalmis, & satis diligenter Mazzarinus noster *i*, ostendens etiam quam apta iniquis impiisque multa Psal. contineantur: valet cognitio harum viarum omnium; nec non ea quæ liberabilibus comprehenditur artibus, suo quodam modo ad revocandos iniquos in viam rectam impiosque convertendos ad Deum. *Vias Domini* demonstrari sibi petebat David *k*, & semitas edoceri: hocque ipsum Messiam facturum prædixit Isaias *l*. Ministros Christi oportet non suas vias & adinventiones, nec seipsos prædicare, sed Christum *m*, & vias ejus: sicut præcursor faciebat, jubens parari; dirigi viam Domini, & dirigens alios ad ipsum, quem etiam extento digito demonstrat. In Pythagoræ littera *discrimine secta bicorni* Y, & *in Herculis bivio* non diu deliberandum quam sequi partem debeamus. *Ne declines ad dexteram neque ad sinistram; averte pedem tuum à malo. Vias enim quæ à dexteris sunt, novit Dominus, perversa vero sunt quæ à sinistris sunt n.* Quum prohibemur declinare ad dexteram, Augustinus *o* explicat, ne in ea, quam nosse, idest, approbare dicitur Deus, declinemus, eam nobis assignando. Simplicior sensus est, ut quum quis inierit viam bonam, recta semper incedat, nec in alteram partem, extremumve vitiosum, per excessum, aut defectum ob prosperitatem vel adversitatem; studio amicorum vel odio inimicorum. Denique non dexteram Dei tenere vetamur, qui statuet in judicio justos ad dexteram *p*, sed nostram. *Non enim via mea*, ait Dominus *q*, *via vestra*; & via nostra, *scandalum* nobis *r*, & non via *civitatis habitaculi s*, sed tenebrosa, ita ut nesciamus ubi corruamus *t*, *lubrica u*, complanata *x* lapidibus, & vias Domini ignorantes, non introeamus *in requiem Domini y*. Tanti refert qua quis gradiatur via, præsertim ab adolescentia, quam viam Salomon *z* sibi penitus ignotam affirmavit *s'weórurı*, quod alii minus correctè legunt *in adolescentula*. Attende ad viam quæ *a Christus* est, initium *viarum* b *Dei*; quibus bene creaturis & nobis facit, & ad eam quæ Behemoth, principium quoque *viarum Dei c*, quibus punit: *invidia* enim *Diaboli mors introivit in orbem terrarum d*. Behemoth sive Lucifer inter puras creaturas naturaliter perfectissimus, Christus gratiæ donis excellentissimus: uterque etiam propterea principium & initium *viarum* Dei.

Et impii ad te convertentur.) Huc tendit doctrina, ut moveat, & persuadeat: non, ut delectet solùm, quamvis qui hoc ultimum dumtaxat intendit, non docet quidem, & qui benè docet non potest quin etiam delectet, qui docet, inquam, vias illas Domini quas diximus. Iste omnis fructus, ut auferatur *peccatum e*, sicut in hoc apparuit Filius Dei, ut dissolveret opera *f* Diaboli. In Psalm. XXXIX. postquam David exauditas preces suas dixit, eductum se de lacu miseriæ & de *luto fæcis g* subdit *h*, Deum immisisse *in os suum canticum novum carmen Deo nostro*, quod est, ut habetur infra vers. 4. *Exultabit lingua mea justitiam tuam*, ait præterea *i*, *videbunt multi & timebunt, & sperabunt in Domino*, id vero est quod hic dicitur, *& impii ad te convertentur*. Proposuit item exemplum suum Psalmo XXXIII. *Accedite ad eum k*; &c. *Iste pauper l clamavit*, &c. ideſt, ergo ipse clamavi. Contendere doctor debet, ut alios non ad seipsum convertat, sed ad Deum, & persuadere, ne quæ declamat contra vitia, dicta putent auditores, non sibi ipsis, sed aliis. Expedita conversioni via vias peccatori suas cogitandas proponere obliquas, periculosas, malas, contrarias divinis. *Cogitavi vias meas*, inquit doctor *m* hic noster, *& converti pedes meos in testimonia tua*. Magna vis doctrinæ divinæ ac legis, ut convertat animas *n*, ut vitiosos commutet affectus, propositumque convertat, ut sacrilegis pectoribus studia pietatis infundat; ut hi qui sine lege vivebant, convertantur ad Dominum: ut qui ante avertebantur regalis quoque exemplo pœnitentiæ, & qui iniquitates & acerba exercebant flagitia, corriguntur, ut fide atque opere conversi doctrinæ remedium salutaris accipiant, ingrediantur Domini vias, in quibus nullos erroris anfractus, nulla diverticula præcipitis prolapsionis offendant. Hæc ferè sunt Ambrosii: & præterea quod sicut bonæ vitæ specimen & virtutis exemplar in iis viris est, qui inoffensa vitæ suæ tempora percurrerint; ita qui anteactis renuntiantes flagitiis vel incredulitatis erroribus emendaverint cursum posterioris ætatis, his ad imitandum propositi sunt, qui vel opere vel cogitatione labuntur. Observat etiam quod non dixit David: *Docebo justos quia noverunt vias Domini*, quemadmodum & auctor prudentiæ, inquit, & magister omnium dicit *o*. *Non veni justos vocare, sed peccatores s* &, *non opus est sanis medicus, sed infirmis*. Denique innuit posse ista verba, *docebo iniquos*, &c. ex persona illius intelligi qui gentes vocavit, hoc est, Christi, per suos videlicet discipulos *p*, quibus & per eosdem *notas* sibi *vias vitæ* factas *q* manifestavit. Cassiodorus ait, fortasse prævidisse Davidem per istum Psalmum sequentes populos copiosissimè pœnitentiæ munera perituros. Quin tamen justi doceri quoque possint, & sapientibus prodesse sapientes, ambigi nequit, probatque integra epistola Seneca *r*. Justis ipsis viæ Domini duræ videntur initio, eaque propter verba labiorum illius custodiunt *f* postea eadem currunt dilatato corde *t*. Postremo notatu dignum quod ait David, *impii ad te convertentur*, non autem impios convertam: conversio enim est opus Dei cooperante libero arbitrio ejus qui convertitur: Doctor seu prædicator proponit olùm, ac remotiùs disponit plantando veluti ac rigando, quod Paulus *u* ait parvi momenti esse, si conferatur videlicet cum Deo *qui dat incrementum*. Nihilominus magna boni ac pii Doctoris laus, honor, præmium: quia *fugebit quasi splendor firmamenti, & qui ad justitiam erudiverit multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates* x.

Vers. 16.) Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ, & exultabit lingua mea justitiam tuam.

NOn contentus tot antea modis veniam & sanctificationem postulare, veluti territus docendi sponsione quam fecit, nec non paratus celebrare divinas laudes, ut hìc etiam postque meminit, veretur ne adhuc non perfectè expiatus tam sanctas res tractare videatur: timet ne duplici quasi sorde contaminatus adulterii homicidiique qui *sanguines* vocari possunt, profanus ac pollutus tamquam ad sacra censeatur accedere. Quocirca deprecatur unicum salutis auctorem, se ut omnino liberum reddere reatu dignetur, sic, nec aliter, cum summa lætitia & jucunditate, laudaturum justitiam ipsius, quod de nocentibus innocentes efficiat, tùm seipsum, tùm opera quoque sua illos docturum quos promisit, unde simul constet, quam eos justè persequatur qui veniam petere noluerunt, nec emendari & corrigi.

Præter sensum istum communiorem & planiorem de criminibus homicidii & adulterii sub *sanguinum* vocabulo Athanasius docet potius innuere Davidem cupere se liberari à cruentis sacrificiis, quod adhuc magis in sequentibus exprimitur versibus 18. & 19.

Tertio Innocentius III. addit ad primum sensum, ut liberet Deus de suppliciis infernalibus, juxta illud *y*; *Inebriabo sagittas meas sanguine*: & quum se doctorem pro-

---

a *Hom.* 6.
b *Mat.* 1.13.
c *Act.* 9.20.
d *l.* 2. *c.* 41.
e *Aug. Cresc. c.* 44.
f *vers.* 10.
g *Eccl. Hier. c.* 3. *p.* 3.
h *Tract. de Ps. inte. p ad Marcell.*
i *Disc. ur.* 7. 9
K *Ps.* 24. 4.
l *c.* 2. 3.
m 1. *Cor.* 4. 1
n *Prov.* 4. 27
o *Epist.* 47. *& 7.* 48. *in Deut. & 2. de pecc. meri. c.* 35.
p *Mat.* 25. 23
q *Isai.* 55. 8.
r *Ps.* 48. 14.
s *Ps.* 10. 6. 4.
t *Prov.* 4. 19.
u *Ps.* 34. 6.
x *Eccl.* 21. 11
y *Ps.* 94. 11.
z *Pro.* 10. 19. Minus correcta lectio Pro.
a *Joan.* 1. 1. 6.
b *Prov.* 8. 22
c *Job.* 40. 14
d *Sap.* 2. 23. Christus & Behemoth principium & initium viarum Dei
e *Isa.* 27. 9.
f *Joan.* 3. 8.
g *vers.* 3.
h *vers.* 4.
i *Ibid.* 4.
L *vers.* 6.
l *vers.* 7.
m *Ps.* 118. 59. Doctrinæ divinæ vit.
n *Ps.* 18. 8.
o *Matt.* 9. 13
p *Matt. ult.* 19.
q *Ps.* 15. 11.
r *epist.* 119.
s *Ps.* 26. 4.
t *Ps.* 118. 32. Notatum dignu hoc loco Conversio opus Dei, cooperante arbitrio ejus qui convertitur Pii Doctoris præmia.
u 1 *Cor.* 3. 6. 7
x *Dan.* 12. 3
y *Deu.* 32. 42

profeſſus ſit David, vereri ne propter negligentiam, a ſanguis aliorum *de manu* ipſius requiratur *a*; quam ab eo Paulus mundam ſe habere dicebat. Quartum tradit Hugo, ſed myſticum ſenſum, ut petat liberari *de ſanguinibus*, ideſt, per ſanguinem Chriſti pretioſiorem omni alio ſanguine, à vilibus ac nefandis peccatorum ſanguinibus, quos innuit pronomen (*me*) nec obſtat præpoſitio (*de*) nec enim excludit ſemper, ſed includit aliquando, ut *c unde te poſſum ſalvare? de area? vel de torcular?* Quintus placet Agellio, velle liberari à *viris ſanguinum*, qui ſanguinem ac vitam ipſius petant, & quorum ſe furori, atque immanitati permiſſum timebat propter peccata: ſciebat enim homicidam ſecundùm legem plecti debere *d* morte, & *virum ſanguinum* abominabilem Deo *e* eſſe, nec *dimidiare dies f*. Hebræi & Hebraizantes, ut Arias, Clarius, Vatablus, Crucius noſter, præterea Hume rus *g* Peregrinus Herus amplectuntur hunc ſenſum, & favet Paraphraſtes, *libera me de judicio interfectionis* מדין קטול *midin ketol*. Huic affinis ſextus, deprecari domeſt cas cædes, quas Dei nomine comminatus ei fuerat Nathan *h*. Joannes Baptiſta de Navarete, perſequitur multis verbis iſtum ſenſum *i*, contra homicidium ſimul fusè diſputans. Septimus per anagogem traditur ab Euthymio: ſic enim ipſe loquitur; & à Nicephoro, ut ſanguinibus dæmones deſignentur, qui ſanguine gaudent, tam occiſorum hominum quàm immolatorum animalium. Lombardus cum Auguſtino indicat octavum, ut liberetur ab omni corruptione, non tantum culpæ, ſed etiam pœnæ, atque incorruptionem conſequatur futuræ vitæ. Nonus Alphonſi à Caſtro *k*, ut ſanguines ſint fomes peccati, ſive concupiſcentia, origo multorum peccatorum, quem fomitem tolli vellet David, aut ſaltem coerceri, ſicut Paulus *l* oravit à ſe auferri *ſtimulum carnis*, & ut diſcederet.

Mitto accommodatitium ſenſum, quo *ſanguineis* pro conſanguineis accipiendo, is dicatur liberius exultare & celebrare laudes divinas, qui illorum non teneatur amore immodico. *Væ qui ædificant civitatem in ſanguinibus m*: ſuffuſio ſanguinis quam vocant, oculis noxam affert, ne clare cernant. Lege poſtea ſenſum iſtum apud Cæſarem Calderarium in Italicis diſcurſibus, & apud Sebaſtianum Gomeſium. Ibi alium affert Calderarius de illo qui mercede fraudat operas: quem Scriptura vocat *n hominem ſanguinis*, qui ut purpura interdum induitur, ita ſanguine alieno. Ad tritiorem ſententiam de homicidio Uriæ Cajetanus addit magis Davidem timuiſſe ne prohiberetur templum ædificare, quàm quod ut acceperat reſponſo divino *o*, eſſet vir bellator, & ſanguinem fudiſſet, juſto nimirum bello. Timuit potius quum jam de non ædificando templo certus eſſet, ne quod etiam Cajetanus aſſerit, repelleretur à propagatione Regiæ gentis, & proinde ne non prodiret ex ejus ſemine Meſſias. Per *ſanguines* conſentio eidem, & Lyrano, aliiſque, intelligi maxime homicidium non Uriæ dumtaxat, ſed aliorum præterea qui juxta muros occubuerant obſeſſæ urbis in eo conflictu, quem Joab ut Uriam tolleret de medio, ſecundùm Davidis præceptum indixerat *p*. Præter hoc Uriæ, & aliorum conſequenter homicidium, adulterium David patraverat, & poſtea in recenſione populi peccaverat *q*: tamen ſcribitur de illo quod *fecit rectum in oculis Domini, & non declinavit ab omnibus quæ præceperat ei cunctis diebus, excepto ſermone Uriæ Hethæi r*. Cauſſa eſt, quia homicidii gravitas tanta eſt, ut alia, etiam id quod erat contra ſe, fileri Deus ſit paſſus. Quamquam per *ſermonem Uriæ* comprehendatur quoque, ſed rectè ac honeſtè adulterium adverſus uxorem illius; & numeratio populi gravius in ipſo populo, quam in Davide peccatum fuit: lege Abulenſem *ſ*. Vetitus guſtus ſanguinis *t* ſymbolum fuit tacitæ admonitionis, ne concupiſcentiæ aſſentiremus, & motibus concupiſcibilis, iraſcibiliſque aſpectus: in timore etiam ſanguis concurrit ad cor. Et quod attinet ad menſtruum ſanguinem cum quo peccata comparantur *u* abominabilem & horribilem fœditatem, ob indigeſtionem, ob ſterilitatem, ob ſympathiam quamdam cum curſu Lunæ: ob lethales morbos qui ſi retineantur, generant: hujus rei typus mulier hæmorrhoiſſa *x*.

Libera me.) Auguſtinus, *erue me*: fruſtra Hugo, ſeu Alenſis in Latino verbo *liberandi* libertatem notans a neceſſariam ad prædicandum. Nec Hebræum, nec verbum favet Græcum.

De ſanguinibus.) Omnes ferè Latini poſt AUGUSTINUM obſervant interpretem Latinum ex Græco expreſſiſſe, numero plurali *ſanguineis*, etiamſi Latinè non dicantur apte *ſanguines*, aut *ſanguinea*, à ſanguis vel ſanguen: Plurali autem numero qui fit Hebr. מדמים *middamin*, & ὀξαίμάτων, innui plura peccata, quoniam fiunt ex corruptione carnis & ſanguinis, quæ regnum Dei *non poſſidebunt y*. Nec tamen ſatis aptè Michael Ayguanus dictus quondam Incognitus, ait, data opera Interpretes aliquando ut Scripturam oſtenderent omnes alias excedere ſcientias, nec regulis grammaticæ ſubjici, regulas iſtas noluiſſe ſervare. Nec aliud exemplum quod affert, facit ad rem, ex Joanne *z*, *ſermonem quem audiſtis, non eſt meus*. Itaque Hebraiſmus hìc ſit, ſicut aliis locis ac in Evangelio Joannis *a*, *qui non ex ſanguinibus*. Lege Gellium *b* de nominibus quæ carent altero numero. Alibi *c* docuimus *per ſanguines* atrociora, & fœdiora peccata ſignificari, & hoc loco denotant homicidium & adulterium. Nec ſemper tamen plurale nomen pluraliter, ſeu Græcè, ſeu Latinè redditur, ſed numero unius dumtaxat. Non etiam perpetuum eſt numero multitudinis infauſtum quid indicari, ut hoc tamen loco aliqui obſervant *d*, quemadmodum aliàs oſtendimus. Et *homo ſanguinis* in ſingulari, ut ante diximus, appellator fraudator alienæ mercedis.

Deus Deus.) Idem nomen Hebraicè, Græcèque repetitur אלהים אלהו *elohim elohe*, & ὀθεὸς ὁ θεος: Chaldaicè יוי אלהים *Jehovah elohim*. Notat Euthymius in repetitione vehemens cordis deſiderium. Idem importat quod ſequentibus verbis dicitur.

Salutis meæ.) Animæ ſalutem potiſſimùm intelligit. Pronomen *meæ* ſingularem indicat affectum; ſicut quum Paulus *e* ait, *qui dilexit, & tradidit ſemetipſum pro me*. Admonet Euſebius Hebræam hujus loci vocem eſſe תשועה *theſchuhhah*, in verſu autem 14. ישע *jeſchahh*: ſicut Græcè ibi eſt σωτήριον, hìc σωτηρία quamvis in Catena Barbari legatur pro תשועה *thrſchuhhah*, ישועה *ieſchuhhah*, immo Latinis litteris *jeſuah*, quod tamen ibidem poſtea corrigitur. Satis frequenter *f* aliàs Deum ac Dominum ſalutis ſuæ nominat David (ſicut Paulus Deum, *ſpei g*, *pacis* & *dilectionis h*, totius conſolationis *i*, Manaſſes in oratione, licèt apocrypha, Deum Deum pœnitentium,) aut *cornu k* ſalutis, aut *ſalutem l* tuam, aut ſuſceptorem *ſalutis ſuæ m*, aut factum ſibi *in ſalutem n*. Ait Euſebius nomen quod extat hoc loco ſalutem quæ in hominibus eſt ſignificare; aliud eſſe ejus qui omnibus gentibus pronuntiatus eſt ac propriè vocatur Jeſus. Chriſto quadam peculiari ratione convenit dici *Deum ſalutis*, quum alioqui Deus abſolutè facere dicatur *ſaluteu o* & *dare p*, & ſalus illius eſſe *q*, quia ut homo redemit.

Et exultabit lingua mea.) Hieron. abſque conjunctione quam omiſerunt etiam Biblia Græca & Latini, Complutenſis Regiique, *laudabit*, Pſalterium Gallicanum ſeu Ambroſianum, *exaltabit*. Ita etiam Titelmanus de Romano teſtatur, & Faber in illo poſuit, ſed in eo quo nunc utitur baſilica ſancti Petri in urbe, eſt, *exultabit*. Recte idem Titelmanus notat ſupplendum aliquid verbo *exultabit*, intranſitivè poſito, nempe exultando laudabit vel cantabit: idem eſt in Pſal. LVIII. *r*. *Exultabo mane miſericordiam tuam*, eamdem etiam rationem dicit eſſe de verbo *jubilandi*. Tale demum eſſe illud Virgilii *ſ*. *Nec vox hominem ſonat*, ideſt, ſonando repræſentat. Innuere poteſt reticentiam exceſſu lætitiæ quæ non ſinit eloqui omnia, ſed abrumpit filum orationis. Certè ἀγαλλιάσεται & תרנן *therannen*, ſignificant alta & læta voce, & qua iam quaſi geſticulatione corporis & ſubſaltatione laudare, ut non ſemel vidimus, & laudibus efferre ac exultare. Chald. *ſtillabit laudem lingua mea juſtitia tua*. Symmachus διαλαλήσει, *prædicabit*. Innocentius infert ex *exultandi* verbo doctorem debere eſſe in docendo, non deſidem, ſed alacrem, ut proponat hilariter verbum Dei, & motu oris ac geſtu corporis attrahat auditores. Obſervat etiam ad exprimendum intentionis ardorem, & mentis affectum, loquendi omnia inſtrumenta commemorari, linguam, labia, os, ut nihil vacuum ſit in doctore, ab inſtructione proximi, & laude Dei, ore pronuntiari, lingua formari, labiis

a Ezec.3.18. b Act.20.18

c 4.Reg.6.27.

d Gen.9.6. Mat.16.52. Apoc.13.10.

e Pſ.5.7.

f Pſ.54.24. g in c.9.Gen.

h 2.Reg.12. 18. & ſeq.

i in c.4.Thr.

k Hom 20.

l 2.Cor.12.8.

m Abac.2. 15.

n Eno.34.25

o 1.Paralip. 28.3.

p 2.Reg.11. 16.

q 2.Reg.24. 2. 3.

r 3.Reg.25.5 Homicidii gravitas. Numeratio populi à Davide facta gravior populo quam ipſi. Veritas guſtus ſanguiniscujus rei ſymbolum.

ſ ib.q.3.& 4

t Lev 8.37. Peccatorum cum menſtruo ſanguine comparatio.

u Iſa.94.6. Zach 13.1.

x Mat.9.10.

y 1.Cor.15. 50. Michael Aiguanus notatus.

z c.14.24.

a c.1.13.

b l.9.c.8.

c Pſ.5.7.& 25.9.

d Matt. diſc.8.32.

e Gal.2.20.

f Pſ.17.47. Pſ.37.23. Pſ.87.2.

g Rom.15. 13.32.

h 2.Cor.13. 11.

i c.1.3.

k Pſ.17.3.

l Pſ.26.3. Pſal.34.3.

m Pſ.88.27

n Pſ.1117.14 45.

p Pſ.143.10

q Pſ.3.3.

r ved ſ.17.

ſ Aenei.1.

Doctor qualis eſſe debeat.

labiis verba concinnari. De labiis & ore verſu ſequenti.

Juſtitiam tuam.) Pro juſtitia quæ eſt δικαιοσύνη. Symmachus habet ἐλεημοσύνην *miſericordiam*. Hieronymus in commentario *juſtitias tuas*, aliqui textus Græci habent in dativo δικαιοσύνῃ, ut ſit *exultabit juſtitia*, ideſt, propter juſtitiam. Legit eo modo Euthymius. Caſſiodorus utens verbo *laudandi* pro exultandi, juſtitiam laudari notat, & non pietatem ſive miſericordiam, quia fuit juſtitia audire ad ſe clamantem, parcere ſupplicanti, ſuſcipere confitentem: & duæ res iſtæ in judicio Domini ſemper adjunctæ ſunt, *miſericordia* & *juſtitia*. Aliud item reſpondet liberatum *de ſanguinibus*, ideſt, de peccatis, juſtè loqui, nec ſubire reprehenſionem peccatori factam enarranti *juſtitias Dei* a. Hieronymus attendit *juſtitiam* in eo quod jam punito in ſe peccato præbuerit illi Deus miſericordiam. Sumit præterea *juſtitias* pro mandatis divinis. Idem affirmat Innocentius. Poſſet quoque *juſtitia* intelligi qua juſtificatur David, quæ ſcilicet Dei eſt, quia ex munere ipſius & gaudium & exultationem gignit. De quibus jam dictum prius (*b auditui meo dabis gaudium & lætitiam & exultabunt oſſa humiliata*) item, *c redde mihi lætitiam ſalutaris tui*; dicitur & *juſtitia Dei*, ut qua ſe veracem in promiſſis oſtendit: quod facit remittendo pœnitentibus peccata. Id Auguſtinus etiam & Gregorius aliique innuunt. Accipi *juſtitiam* pro miſericordia conſtat crebroque id antea monui, & hanc hujus loci notionem eſſe verſimile eſt. Placetque Theodoreto, Baſilio, Chryſoſtomo, Euſebio, Symmachi verſionem ſequentibus, & ex recentioribus Vatablo, Janſenio, aut certe habendo rationem meritorum Chriſti, quibus debetur peccatorum remiſſio, & juſtitiæ gratiæque inhærentis in nobis collatio, juſtitia vera cenſeri poteſt, quæ reſpectu noſtri eſt mera miſericordia, Cyrillus hoc præferet, exponendo de Chriſto qui factus eſt nobis *juſtitia d*: ſimul etiam de illa juſtitia & gratia, quæ nos formaliter juſtificat. Eſt non nemo *e*, qui propriè ſumendo *juſtitiam*, velit ſequenti verſu de miſericordia fieri mentionem ſub laudis nomine, & *os meum annunciabit laudem tuam*. Non eſt qui miſericordem Deum non laudet, ac extollat, juſtum præſertim in vindicando atque puniendo, non quidem alios ſed ſemetipſum, ratus. Videtur ergo David velle ut liberet eum Deus à peccatis & peccandi periculis, ceterum agat ut libuerit, puniendo, & vexando, ſe juſtitiam illius laudaturum, ac quantum in ſe fuerit etiam exaltaturum, & cum exultatione corporis celebraturum, ita ut placeat ſibi in tribulationibus ſuis *f*, tùm præſentibus tùm præteritis, quas lætatur ſe paſſum, ut peccatis ſatisfaceret, à quibus liberationem petiit, ac ſperat, vel magis ac magis confirmari concupiſcit. Sic naufragus liber periculo geſtit lætitia, & ſe Deo juſtus dediſſe pœnas lætatur. Mortuus eſt Davidis filius ex adulterio, nec receſſit gladius de domo ejus Abſalon & alii moverunt ipſi bellum. Quocirca R. Salomon errat, dicens Davidem non habuiſſe in animo, ut interficeretur Urias, & idcirco petere hìc liberari ab eo crimine cui credebant alii obnoxium eſſe: tum vero ſe juſtitiam Dei cum exultatione celebraturum.

Tam placuit Davidi juſtitia Dei, ſive pro miſericordia ſumas, ſive pro illa, quam exercuit CHRISTUS pro nobis ſatisfaciens, ut ſe profeſſus ſit introire in potentias Domini velle, & memorari juſtitiæ ipſius ſolius *g*: in qua ſcilicet juſtitia multiplicem potentiæ ſuæ rationem declaravit, & eam manifeſtavit tam admirabili modo parcendo & miſerando. Nec ſatis contentus reperit eodem *h* loco mentionem de potentia ſimul & juſtitia, vocans altiſſima quæ fecit Deus magnalia: denique exclamans; *Deus quis ſimilis tibi?* ſed & ut hoc generationi omni quæ ventura eſt, annuntiare poſſit, poſcit *i* ne ſe Deus derelinquat uſque ad ſenectam & ſenium. Hoc nimirum eſt quod in iſto pollicetur Pſalmo: *Docebo iniquos vias tuas*, vias, inquam juſtitiæ, atque miſericordiæ, quibus annexa eſt ſumma quædam potentia. Videtur Ezechias imitatus Davidem quum cecinit, *Pater* k *filiis notam faciet veritatem tuam. Domine ſalvum me fac*, & (Pſalmos noſtros cantabimus cunctis diebus vitæ noſtræ in domo Domini:) Pſalmo videlicet de laudibus miſericordiæ ac juſtitiæ divinæ, aptoſque ad alios convertendos. Non poteſt ſatis dicendo declarari magnitudo lætitiæ, quam liberatus *de ſanguinibus*, hoc eſt, de peccatis, ſentit, ut etiam dixi verſu 10. & 14. confer cum Magis gaviſis *gaudio magno valde*, ob ſtellam viſam ducentem ad Chriſtum *l*, cum diſcipulis reverſis ad eum gaudio, quod etiam dæmonia ſubjicerentur *m* ſibi: cum iiſdem regreſſis cum gaudio magno poſt aſcenſionem ejus in *n* cœlum. Cum populo poſt liberationem de Babylone in cujus perſona cecinit David *o*, *facti ſumus ſicut conſolati*, *repletum eſt gaudio os noſtrum*, *& lingua noſtra exultatione*, ubi illud *ſicut conſolati*, Hieronymus vertit, *ſicut ſomniantes* Chaldæus, *ſimiles dormientibus*, *qui evigilant à ſomniis ſuis*, qui ſcilicet præ magnitudine gaudii videntur ſibi ſomniare, vixque credunt, quod experiuntur: ſicut Petro contingit exiſtimanti ſe *viſum videre* quando de carcere liberatus eſt *p*. *Credentes*, ait idem Petrus *q*, *exultabitis lætitia inenarrabili & glorificata*. Quod ſi quis ordo ſervatus in his verſibus creditur, mirandum quod prius polliceatur David, ſe docturum alios quàm laudaturum Deum, quaſi Deo id gratius patet. Attamen laudatio Dei placet ei *ſuper vitulum novellum & cornua producentem & ungulas r*. Et Oſeas *ſ*, paratos ad propitiandum verbum hortatur *tollere* ſecum *verba*.

Hominis à peccato liberati, lætitia.

Verſ. 17.) Domine, labia mea aperies: & os meum annuntiabit laudem tuam.

LIberatus à ſanguinibus peccatorum meorum, ac geſtiens exultando laudes tuas celebrare, potiſſimum propter juſtitiam atque miſericordiam, tamen hoc mihi mininè arrogem, viribuſve tribuam meis. Quapropter, quæſo te Domine ut liceat mihi demum enarrare *juſtitias tuas*, & aſſume *e teſtamentum tuum per os meum r*, non amplius peccatori, ſed juſtificato. Non *oppilet iniquitas os* meum *u*, non abſtruatur os quod locutum eſt *iniqua x* contra Uriam: ne claudas clauſumve patiaris eſſe os te canentis *y*, ideſt canere ſummopere volentis. Ipſæ fores ori impegerunt mea peccata; dolor quoque maximus præpedit linguam & labia: horror nimius adimit loquendi uſum: non libet cantare conſtituto non *in terra z*, ſed alienato à te: in tenebris impii conticeſcunt *a*.

Ut queant laxis reſonare fibris,
Mira geſtorum famuli tuorum,
Solve polluti labii reatum
Sancte Redemptor.

Dic *ephphetha*, & quem gemitum editurus es mutum curando, ac ſolvendo vinculo linguæ ejus, ut loquatur rectè *b*, ipſe nunc edo, ut conſequar idem beneficium. *Repleatur os meum laude*, *ut cantem gloriam tuam*; *tota die magnitudinem tuam c*. Jubes aperiri os, ut id impleas *d*; aperio en illud, & hianter attraho ſpiritum tuum *e*. Poſui non ego *ori cuſtodiam f* nec tu illam, & *oſtium circumſtantia labiis meis g*, ut in loquendo modum tenerem, quia nolui, neque auxilia gratiæ tuæ reſpondi; ſed *in camo & freno maxillas* conſtrinxiſti, quia non appropinquavi ad te *h*: verum receſſi. Arrogavi mihi liberum loquendi quidvis uſum, quaſi labia mea à me eſſent, nec te Dominum agnoſcerem *i*. Clavem tibi trado ut aperias arbitratu tuo & claudas. *Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem propter inimicos tuos* r *ut deſtrueres inimicum & ultorem* k, & *infantium linguas diſertas* facies *l*, & muto ac ſtupido etiam jumento os aperis *m*, fac obſecro ut quaſi modo genitus infans *n*, fari laudes tuas incipiam; & quæ propter me gentes blaſphemaverunt nomen *o* tuum, id me laudatore ac doctore magnificent: redde *labium electum*, ut invocem *in nomine Domini p*, tange calculo labia mea, ut auferas iniquitatem meam, & peccatum meum mundetur *q*: da *linguam eruditam r*: fac ut ſic loquar quaſi *ſermones Dei ſ*. Auguſtin. *t* in ſoliloquiis, indignum ſe multis dicit qui laudet Deum, nec poſſe laudare eum ſine ipſo, niſi ipſum habeat, niſi ipſe adjuvet. Quamquam interdum tantis beneficiis Deus immeritos afficit ut lamentis, obtrectationibus, murmurationibus, blaſphemiis, ſilentium tamquam injecto fræno imponat, ut ipſo-

a Pſ.49. 16.
b verſ. 10.
c verſ. 14.
d 1. Cor. 2. 30
e Mazz. diſs. 8.
f 2. Cor. 12. 22.
g Pſ.70. 16.
h verſ. 19.
i verſ. 18. 19.
k Iſai. 38. 19. 20.
t Pſ.94. 16.
u Pſ.106. 42
x Pſ. 62. 12.
y Eſth. 13. 17
z Pſ.136. 4. a 1. Reg. 2. 9.
b Marc. 7. 35
c Pſ.70. 8.
d Pſ.80. 11.
e Pſ.118. 131.
f Pſ.38. 2.
g Pſ.140. 5.
h Pſ.51. 9.
i Pſ.11. 5.
K Pſ.8. 3.
l Sap. 10. 21.
m Num. 22. 28
n 1. Petr. 2. 2.
o 2. Reg. 12. 14
p Sopho. 3. 9.
q Iſai. 6. 7.
r Iſa. 50. 4.
ſ 1. Petr. 4. 11.
t c. 10.

ipſomet ſilentio laudent Deum, contra quem ne hiſcere quidem poſſint; convicti & obruti tanta benevolentia, & beneficentia, ac præ ſtupore non valentes proferre ſermonem, ita ut remaneat *ultra ſpiritus a*. Ita fit ut oppoſitis ex cauſſis idem exiſtat effectus, ex vehementiore dolore ſolutio linguæ, ut Crœſi filio contigit exclamanti adverſus occiſorem Patris, ex ingenti lætitia impedimentum, ne promi verbum queat. Auctoritas præterea major auditorum, obmuteſcentiam inducit, & pudorem metumque, quum liberati & abſoluti à peccato os pateat ac prædicet laudem judicis, inquit auctor quæſtionum utriuſque teſtamenti *b*. *Propter nomen meum longe faciam*, ait Deus, *furorem meum, & laude mea infrenabo tene intereat c*. Item *d*, *ſuſcitabo ego pactum meum tecum, & ſcies quia ego Dominus; ut recorderis & confundaris, & non ſit ultra aperire os præ confuſione tua, quumplacatus tibi fuero in omnibus quæ feciſti*. Hunc poſteriorem locum Paulus *e* videtur expreſſiſſe. Clauſum ob incredulitatem Zachariæ os apertum poſtea eſt, & rupit in laudes divinas *f*. Quum Philippus Macedo accepiſſet Nicanorem ſibi ſemper detraheru, conſiderandum reſponſiit, nequa penes ſe culpa eſſet, & gravi preſſum inopia dono affecit. Poſtea ſciens ſe laudari paſſim à Nicanore: *Videtis*, ait, *in noſtra eſſe poteſtate bene & male audire* g? *Confitebitur tibi*, ait ille, *quum benefeceris h*. Porro quum *ex abundantia cordis os loquatur i*: ſequaturque lingua cor, ut corpus umbra, ut rivus fontem, atque referat quæ in intellectu ſunt tamquam ſpeculum, ceù ignem fumus: pulſus, conſtitutionem internam corporis: horas quæ lingula vocatur: porticus, intimam domum: & eodem nervo cum corde nectatur: tanti refert intus munda omnia eſſe, ut foras hujuſcemodi prodeant ſermones. In Africa Orthodoxi Epiſcopi linguis radicitùs abſciſis adhuc tamen pro defenſione veritatis loquebantur, ſed unus in luxuriam lapſus, mox privatus eſt dono miraculi, ut qui caruis continentiam ſervare neglexerat, ſine lingua carnea non haberet verba veritatis, ut ait Gregorius *k*, Diſcipulis cum Spiritu ſancto igneæ in Pentecoſte linguæ datæ ſunt *l*, moxque cœperunt loqui *magnalia Dei m*, hoc eſt, magnas & mirabiles laudes ejus præcipuè de miſericordia, juxta illud: *Confiteantur Domino miſericordiæ, & mirabilia ejus filiis hominum*; qui verſus intercalaris tam feſtivè ſæpius in eodem Pſalmo repetitur. Hoc ſe diffidit canere poſſe luxuriæ commaculatus & homicidii ſanguinibus, idcirco ab his liberari antea poſtulavit.

Domine labia mea aperies.) Addit Chaldæus, *in lege tua*. Uſurpat Eccleſia initio matutini recitationem iſtius verſiculi ad implorandam opem, ne labiis ſolis, non item *n* corde, celebrentur laudes divinæ: ut cognoſcat Deus oris peccata, ut profiteamur, quia non eſt ſermo in lingua noſtra *o* dignus Deo, nec poſſumus dicere, Dominus Jeſus, aut Deus, ut oportet, niſi in Spiritu ſancto *p*: ut liberè alacriterque annuntientur laudes Dei, ac prolixius per omnes horas canonicas: hæc enim ſibi duo valere *apertionem oris* alias docui *q*, quam etiam *apertionem* Paulus *r* ſibi impetrari cupiebat. Auctorem ritus non reperio, ut exordiamus matutinas horas ab iſtis verbis. Guillelmus Durandus in Rationali *ſ* docet inchoari completorium per (*Converte nos Deus*, &c.) contra peccatum cordis. Matutinum, per, *Domine labia mea*, &c. contra peccatum oris: alias horas, per, *Deus in adjutorium*, &c. contra peccatum operis. Sed quia in peccato cordis & oris eſt aliquid etiam operis, ideo in omnibus horis dici, *Deus in adjutorium* contra peccatum operis. Notat vero, Monachos dicere primum in nocturnis, *Deus in adjutorium*, &c. Poſtea, *Domine labia mea*, &c. quia ſine adjutorio Dei, nec cor, nec labia ad ipſius laudem aperire valeant, nempe nec illud ipſum orent, ut aperiantur labia. Quidquid ſit de ratione, nam & propterea ceteris eodem pacto incipiendum eſſet divinum officium; & non minus imploratur auxilium Dei dicendo, *Domine labia mea*, &c. quam *Deus in Adjutorium*, &c. ſiquidem *aperies*, habet vim optativi, vel imperativi, & potius ducendum eſſet principium à venia de peccato cordis: eſt magis idonea ratio ut propter longius noctis tempus, clauſaque tamdiu labia, eorum apertio prima committatur, & commendetur Deo; quicquid ſit tandem de dicta ratione Durandi, qua non multo melior *t*, ut vocalem præcedat oratio mentalis: convenit namque cuivis alteri non ſoli matutinali; rectè ſcripſit Durandus univerſè morem illum ſervari à Monachis. Etenim non ſoli Benedictini id faciunt juxta regulam *u*, ſed præterea Carthuſiani, & alii. Smaragdus autem in expoſitione regulæ cauſſam dat, ut ſicut pro reverentia S. Trinit. ter dicitur *Sanctus*, ita & in hac ſupplicatione ter apertione labiorum ab ipſa ſancta precetur Trinitate, ut poſt labiorum apertionem dignè poſſit os ſervorum Domini annuntiare laudem Domino. Refert Genebrardus, veteres Hebræos decreviſſe *x* ut in cujuſcumque precationis principio verſus iſte commemoratur, tùm quia commodus eſt ad mentis præparationem impetrandam, tùm quia incipit ab אדני *Adonai*, quo nomine Abraham primus altiſſimum vocavit in oratione *y*.

Apta proculdubio precandi formula, quam quidlibet inchoantes loqui, adhibeamus, non de rebus tantùm divinis, ut Eligius *z* diſertè faciebat in ſermone ad populum, imitans Paulum *a*, ſimul depoſcentem impetrari ſibi aliorum precibus ſermonem in apertione oris. Idem uſurpat Deus dedit, Calaritanus Epiſcopus in quadam *b* epiſtola reſponſurus exprobrantibus Hæreticis, ſed in aliis quoq; in quibus facilis lapſus, & periculum: ſit ut Gregorius hoc notat loco, prius loquendo os operiamus, quam expediat non examinantes, ſi tacendum hoc, ſi dicendum, ſi tempus ſit ſermonis hujus, poſtremo ſi à virtute modeſtiæ non diſſentiat, Beatus cujus Deus os aperit, inſtruens quæ oporteat loqui *c*, ita ut non ipſe, ſed *Spiritus Patris* loquatur in illo *d*, ſicut Diabolus eſt mendax in ore pſeudoprophetarũ *e*. Gratiæ neceſſitatem argumentatur hinc Auguſtinus *f*, & ex Proverbiis *g*, quum ibi dicitur *Domini* eſſe *gubernare linguam*, quod legit ipſe, *à Domino reſponſio linguæ*, & exponit in eo quod præparato cordi ab homine, ſed non abſque adjutorio Dei, excitantis illud, lingua divina reſpondet, nihil operis habere hominem, ſed totum eſſe à Domino: ſic enim etiam intelligi, quod eſt in alio Pſalmo *h*, *aperi os tuum, & adimplebo illud*, quum ſit certum alibique dictum, in eodem libro Proverbiorum *i*, ſecundùm editionem LXX. quod præparatur voluntas à Domino, pro eo quod legimus, *& hauriet ſalutem à Domino*: hoc autem loco petatur ut Deus labia aperiat. Videtur optima explanatio Janſenii *k*, ut licèt ſit in poteſtate hominis, per gratiam excitati & prævenți, cogitare ac meditari piè quid loquatur; tamen ut id eloqui bene valeat, egere novo auxilio gratiæ, quo Deus linguam gubernet, atque moderetur. Addit noſter Vaſquez *l* requiri novam gratiam ſubſequentem, qua detur occaſio rectè utiliterque loquendi, ablatis impedimentis, tam ex parte loquentis quàm ex parte auditorum: atque propterea, Eſtherem *m* petiiſſe tribui ſermonem compoſitum in ore ſuo in conſpectu Leonis (hoc eſt, Aſſueri) & transferii cor illius in odium hoſtis Hebræorum. Aperit Deus aurem *n*, oculos *o*, cor *p*. Eſt præterea orationi perneceſſarium gratiæ auxilium, quum ſit res adeò ardua, ut quædam quaſi pugna cum diabolo, nobiſcum cum Deo ipſo; cujus rei typus colluctatio Jacob cum Angelo, qui repræſentabat Deum *q*. Et Climacus *r* teſtis eſt orationi diabolum maximè inſidiari. Quod porro labia ſibi aperiri petit labiis ipſis jam apertis, eſt, aut quia perfectiùs ac diutiùs aperiti vult, aut quia, tam promptè exaudit Deus, ut antequam clamemus exaudiat *ſ*, & *præparationem cordis* audiat *auris ejus t*. Idcirco fortaſſis tories *in igne* Deus legitur exaudiviſſe, qui velociſſimus & efficaciſſimus eſt.

Et os meum annuntiabit laudem tuam.) Variis Scripturæ utuntur verbis ad laudationem Dei exprimendam, exempli cauſſa, laudandi, benedicendi, magnificandi, exaltandi, ſuperexaltandi, confitendi, glorificandi, honorificandi, annuntiandi, exultandi, jubilandi, pſallendi, canendi, & cantandi. Vocalis utilitates orationis attigimus aliquando Pſalmis aliis, & ſacrificium laudis videri ad placandum Deum, eique ſatisfaciendum præcipuè Pſalmo præcedente. Illorum non *aperit* Deus *labia*, qui ſolis eum labiis honorant, *cor longe* habentes ab ipſo *u*: qui venalem tantùm vocem promunt. Utque populo placeant magis quàm Deo, qui ſervant conſonantiam vocum, ſed non concordiam morum, qui templum vertunt in theatrum.

23. Reg. 10. 5. Crœſi filio muto lingua ſoluta. Lætitia linguam impediens.

b q. 112. apud Aug. Tom. 4.
c Iſai. 48. 9.
d Ezech. 16. 62 63.

e Rom. 3. 9.

f Luc. 1. 4. Philippus Macedo contra Nicanorem detractorem ut ſe geſſerit.
g Plutarch. in Apophth.
h Pſ. 48. 19.
i Mat. 12. 54

Epiſcopi ſine linguis pro defenſione veritatis loquentes. Epiſcopus dono miraculi privatus.
k 3. dial. 32.
l Actuum 2. 3.
m Pſ. 144. 10

Iſtius verſiculi recitatio in Eccleſia.
n Iſa. 29 13.

o Pſ. 138. 4.

p 1. Cor. 12. 3

q Actuum 8. 35.
r Ephes. 19.
ſ l. 5. c. 2. f. 8
Circa hunc verſiculum obſervata.

t Mat. 27. diſcurſu 85.

cap. 9.

x in tractatu Berachdth.

y Gen. 15. 2. Precandi apta formula.
z Hom. 1.
a Eph. 6. 19.

b in concil. Lat. ſub Mart. 1. conſult. 4.

c Exod. 4. 15
e Mat. 10. 20
e 3. Reg. 22. 23.
Gratiæ neceſſitas.
f 2. cont. duas epiſt. Pel. c. 8.
g c. 16. 1.

h Pſ. 80. 11.
i c. 8. 35.

K. in c. 16. Prov.

l l. 2. diſp. 190. c. 14.

m c. 14. 23.

n Iſa. 50. 5.
o 4 Reg. 6. 17. 20.
p Act. 16. 14
q Gen. 32. 24
r Gradu 28. Orationi maximè inſidiatur diabolus.
ſ Iſa. 65 24
t Pſ. 10. 17
Scripturæ verba ad laudes Deo decantandas.

u Iſa. 29. 13 Matt. 15. 8.

a de anteriori domo c. 51 b 2. de Claustro animæ c. 22.

Contra iſtos Bernardus *a* poſt Hugonem *b* Victorinum ſcribit noſque alibi etiam egimus. Hugo autem ſubtiliter ac piè diſſerit de muſica diaboli, primi parentis, Chriſti.

Laudem Dei annuntiare ſe velle intelligit non ſolùm Pſalmis & Hymnis, verùm etiam doctrina & inſtitutione iniquorum atque impiorum, ſicut promiſerat verſu 15. Quo ſpectat etiam oris ejuſdem patrocinium in cauſa pupillorum, viduarum externarum, aliarumque miſerarum perſonarum, quæ videntur tamquam elingues & mutæ, non habere quid pro ſe reſpondeant, nec eis vel hiſcendi facultas datur. Inter præcepta quæ Samueli Regi filio dedit mater, hoc eſt *c*, *aperi os tuum muto, & cauſis omnium filiorum qui pertranſeunt* ideſt, peregrinorum, vel eorum, qui ſic injuria afficiuntur premunturque, ut tranſire videantur ex hac vita & morti proximi eſſe: *aperi os tuum, decerne quod juſtum eſt, & judica inopem & pauperem.* Hebræos vidua eſt אלמנה *almanah* quaſi obmuteſcens ac ſilens, videlicet quod non valeat pro ſe loqui & litigare, mortuo viro. Tales qui in oratione adjuvat, os dici Dei poteſt *d*, & *labium cuſtodiens ſcientiam* e, & *lingua erudita ſciens ſuſtentare eum, qui laſſus eſt, verbo* f: *In loquela labii, & lingua altera*, inquit Iſaias *g*, ideſt, veluti balbutiens, neque attemperans puerulis, ac iis elementa & rudimenta tradens prima *loquetur Deus ad populum iſtum cui dixit, hæc eſt requies mea*: hoc ut ſuaviſſimo refician ſacrificio, *refocite laſſum & hoc eſt meum refrigerium.*

c Prov. 31. 8.

d Jer. 15. 10. e Mal. 2. 7. f Iſa. 50. 4. g c. 28. 11. 12

Verſ. 18.) Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium dediſſem utique; holocauſtis non delectaberis.

Verſ. 19.) Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies.

NIhil melius poſſum gratiuſve offerre quàm laudem: nam quod attinet ad externa ſacrificia, ſuppetit mihi beneficio tuo facultas ea affatim offerendi pro expiatione peccatorum meorum, nec tam ſum irreligioſus ut ea negligere velim: nec adeo parcus ut ſolis verbis, quæ polliceor, ſim contentus. Non placent per ſe tibi ſacrificia illa, ita ut valeant ad te placandum. Illud approbas & acceptas à pœnitente ſacrificium, ac exigis etiam, ut ex animo doleat & intimè affligatur, ceſſabunt victimæ & oblationes aliæ aliquando corporales, nullum erit umquam tempus quo dicta contriti cordis & quaſi victimario gladio jugulati hoſtia non tibi vehementer placeat: teque penitus placet: *Anima quæ triſtis eſt*, ait Baruch *h*, *ſuper magnitudine mali, & incedit curva & infirma, & oculi deficientes, & anima eſurient dat gloriam & juſtitiam Domino*, & in Babyl. tres juvenes poſcebant *in animo contrito & ſpiritu humilitatis* ſuſcipi, *ſicut in holocauſto arietum & taurorum, & ſicut in millibus agnorum pinguium* i. Putant aliqui alludere Davidem ad legem veterem, quatenus indicta ſacrificia pro peccatis, pro illis dumtaxat fere erant quæ per ignorantiam vel negligentiam committebantur, quibus ille modis non peccaverat.

h c. 2. 18.

i Dan. 3. 39. 40.

Priore Pſalmo ſatis diſputatum eſt de ſacrificiis veteris legis, fueruntne ſolum permiſſa ut minùs mala, vel etiam imperata, & opprobata, quamvis minus perfecta & efficacia, atque ut umbræ ac typi ſacrificii quod ſemel obtulit in cruce Chriſtus cruentè, quotidie autem incruento modo in Miſſa offertur. Hanc poſteriorem opinionem docuimus meliorem eſſe: pro qua legendus præſertim AUGUSTINUS *k*: ubi ſcribit de hoc loco. Intueamur quemadmodum ubi DEUM dixit nolle ſacrificium, ibi DEUM oſtendit velle ſacrificium, &c. Nam ſi ea ſacrificia quæ vult, quorum hoc unum eſt cor contritum, & humiliatum dolore pœnitendi, nollet eis ſacrificiis ſignificari, quæ velut ſibi delectabilia velle putatus eſt, non utique de his offerendis in lege veteri præcepiſſet, & ideo mutanda erant opportuno certoque jam tempore, ne ipſi Deo deſiderabilia, vel certè in nobis acceptabilia, ac non potius quæ his ſignificata ſunt, crederentur. Legatur etiam hoc loco Innocentius III. & Nyſſenus in

Sacrificia veteris legis ut permiſſa.

K 10. de Civ. c. 5. Deus ſacrificium vult & non vult

A Cant. *l* qui ſic exponit *odorem unguentorum* ſponſæ eſſe *ſuper omnia aromata m*, ideſt, ſacrificium Eccleſiæ præ ſacrificiis antiquis. Irenæus *n* item hoc ex loco abdicationem colligit veterum Sacramentorum. In hiſtoria Regum nullum legitur à Davide ſacrificium pro homicidio Uriæ & adulterio factum, ut Heſychius etiam admonet. Athanaſius refutationem priſcorum ſacrificiorum, utpote quæ durare ſemper non deberent, indicatam dixit verbis verſ. 16. *Libera me de ſanguinibus*, ut ibi quoque vidimus: aliiſque Pſalmi præcedentis multis ſententiis. Nec tamen ſequitur nullum in Eccleſia ſacrificium verum ac proprium externum eſſe, ut adverſus veteres ſacramentarios abutentes hoc & ſimilibus locis Algerus *o* occurrit. Opus fuit viſibili ſigno, inquit, in quo Chriſtus corporis inviſibilis (ſecundùm nos) præſentiam exhiberet, ut ſic noſtram magis excitaret memoriam ad recolendam tantæ ſuæ pietatis gratiam: & ut qui corpore conſtamus, corporale quoque ſacificium offeramus.

l Hom. 9. m Cant. 4. 10 Sacrificium Eccleſia ſacrificiis antiquis magis odorum n l. 4. c. 32.

Sacramentarii veteres hoc loco abutentes. o 2. de Sacramento c. 2.

Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium, dediſſem utique.) Hieronymus, *non enim vis; ut victimam feriam*, alii etiam ex Hebr. *quoniam non eſt tibi acceptum ſacrificium*, ideſt, non vis, non deſideras, non oblectaris eo: *& dediſſem*, hoc eſt, alioquin darem, aut etiamſi dem non oblectaberis, non acceptabis, non placaberis. Ad verbum, *quoniam*, vel atqui, *non voles ſacrificium*, & vel etiam dabo, ideſt, darem, vel cum interrogatione quam Pagninus exprimit, *& dabo*, nempe, non dabo. כולא תחפץ ובה ואתנה *chilo tachpots zevah veethenah*. Particula, *utique*, jungi debet eo modo quem poſuimus; non autem cum ſequentibus, *utique holocauſtis non delectaberis*. Patet ex textu Græco ἐδωκα ἄν. Hebraicè autem nihil eſt quod reſpondeat. De vocabulo *ſacrificii*, ſicut & de aliis nominibus quæ ſequuntur *holocauſtorum* & *oblationum*, dictum ſatis priore Pſalmo. Ex verbis futuri temporis colligunt quidam reſponſionem ad illam quam dixi quæſtionem de ſacrificiis veteris legis, videlicet hìc ſignificari quod in futurum non placebunt, non autem quod prius minimè placuerint. Non convenit ratio propoſito Davidis: quemadmodum nec illa ratio congrueret, ſi ægrotus negaret ſe pharmacum nunc velle recipere, quia poſt aliquot ſæcula erit inutile. Idonea ratio eſſet: ſi eo ipſo tempore quo porrigitur, cenſeretur inutile. Ad hunc modum David paratum ſe ait ad offerenda ſacrificia ſi illa exigat Deus ad expianda peccata, ſed abſtinere, quod ſciat quamvis bona eſſent, & Deo grata, id ipſa non habere abſque interna pietate cordiſque contritione. Sed nec etiam operari per ſe peccatorum remiſſionem poſſe, ſed tantùm repræſentare ac præfigurare ſacrificium illud unicum Redemptoris. Inde autem ſequitur deſitura tandem talia ſacrificia. In quo ſenſu Hieronymus intelligendus eſt, aliique vaticinium hìc agnoſcentes iſtius ceſſationis. Valde ſe David promtum exhibet ad ſacrificia etiam externa, & quidem infinitè & abſque numero, quod aliqui putant innui per litteram primam nominis זוח *zevach*, quæ eſt (ז) zain, denotans ſeptenarium, qui eſt numerus univerſitatis. Quamvis tales notationes parvi momenti ſint apud me; nec probem illos, qui vertunt, *quoniam ſi voluiſſes mille ſacrificia, dediſſem utique*. Attamen dubitari non debet de dicta promtitudine Davidis ad citò, ſæpe, ac multa magnaque ſacrificandum, & offerendum, quod & feciſſe conſtat, & alios, ut id facerent hortatum; *vovete* p *& reddite Domino Deo veſtro omnes qui in circuitu ejus offertis munera*. Lycurgus & Socrates Diis exigui res valoris offerri volebant: ille, ut numquam deeſſet quod offerretur *q*: hic, quum noſtris non egeant, paucis exiguique pretii contenti ſunt, pluris æſtimantes animum & voluntatem quàm dona ipſa. Neutram rationem probo. Nam qui poteſt multa, debet multa: cui pauca ſunt, hunc multa velle oportet, quodque pluris facit Deus, nec multis, nec paucis egens, præbere cor. Ejuſdem vero etiam poſtquam donatum ſit renovare, ac ratam ſæpius ſæpiuſque habere donationem, Pilos caprarum *r* & æra minuta duo *ſ* ex ſumma devotione profecta præfert Deus optimis & opimis donis ſacrificiiſque. Vitaliano ſcribens Nazianzenus *t* filiorum nomine, quos ipſe oderat, objicit parum ei prodeſſe quod in martyrum honorem ſumtus multos faceret,

Sacrificiorum ceſſationis vaticinium.

p Pſ. 75. 12 Diis exigui res valoris cut offerri vellent Lycurgus & Socrates. q *Plutarc. Apophth. regum ac Imper. & in Laconicis.*

r Exo. 35. 23. ſ Luc. 21. 2. t *in Carm. Ad Vitalianum Nazianzeni ſcriptum.*

Nec

Nec pugiles tua torda movent, quos ipse quotannis
Muneribus donans amplis epulisque chorisque,
Ac multi vini dulcis cyathisque thorisque,
Hæc in re præcepta Dei, legesque resolvis:
Præstat pauca Deo pectus mactare ferentem
Quam sarra mille offerre, animus si sordeat ater:
Nil etiam dignum cœlesti numine, non si
Quæ mare, quæ cœlum, quæ fert humus, omnia jungas,
Omnia namque Dei: quid enim hac inveneris extra?
Una Deo est purum gratissima victima pectus:
In qua vincit inops opibus per sæpe tumentum.

a *l. 1. c. 9.* Recitat Galatinus *a* R. Jehosuas dixisse illum cujus conscientia humilis est, habere scripturam perinde ac si omnia sacrificia sacrificaret; juxta præsentis Psalmi sententiam. Mille, decem millia & decies centena millia, atque innumerabilia sacrificia exigit Deus pro animæ tuæ salute, ut nec oculis pareas, nec pedibus parcas, si b *Matt. 18.9* scandalizant te *b*, non vitæ ipsi, quum tamen ad vitam corporis conservandam non tenearis quemlibet maximum sumtum facere. *Quid enim prodest homini, si universum mundum lucretur, anima verò suæ detrimentum patiatur: aut quam dabit commutationem pro anima sua c?* liberaliter offert David materialia sacrificia, sed præter illa internum spiritus contribulati, cordisque contriti & humiliati, quod multo pretiosius est, aliisque communicat valorem, quem habent apud Deum, facitque, ut respiciat prius *ad offerentem*, tùm vero *ad munera* illius *d*: sicque offerens censeatur plurimam hostiam offerre, Abelis *e* exemplo. Accede ergo ad cor altum, inquit Bonaventura *f*, & in tuis actibus *exaltabitur Deus g*, hoc est, tanti fiet, ut quæcumque fiant propter illum, penitus nihili æstimentur, sed majora semper & majora conemur.

c *c. 16. 16.*
d *Gen. 4. 4.*
e *Hebr. 11. 4.*
f *Stimuli amoris p. 2. c. 5.*
g *Ps. 63.*

Holocaustis non delectaberis. Hieronymus, *nec holocaustum tibi placet*, ex Hebræo עולהלא תרצה *hholah le thirtseh*, *holocaustum non voles:* aut non placet: potest enim verbum futuri temporis esse tertiæ personæ fœmininæ, vel secundæ masculinæ. Abutuntur aliqui hac & priori sententia, quemadmodum ab Hugone notatum est, ut excusent ingressum religionis ad quam invitat & vocat Deus. Nihilominus Climacus *h* interpretatur de corporibus per jejunium immolatis, quibus non delectatur Deus, per se nimirum, &, si modus desit & aliud absit sacrificium spiritus & cordis, de quo postea. Philippus etiam Solitarius *i*, eodem pacto exponere videtur de immoderato dolore, qui mentem evertat, & inimicum in exitium præcipitet. Quid holocaustum sit, dictum alibi, legique Sigonius potest in republica Hebræorum lib. 4. toto, in quo de omni genere sacrificiorum apud Hebræos.

Abusus ex hoc loco petitus.
h *Grad. 25.*
i *1. Cioptr. c. 2.*

Sacrificium Deo spiritus contribulatus. Sic etiam Hieronymus, Tertullianus *k*, paraphrasticè declarans, vocat animam conquassatam cibi angustiis sacrificium; item *l*; cor contribulatum hostiam Dei, & *m* animum conflictatum jejuniis, sacrificium. Tamen Hebraicè numero plurali sunt sacrificia, & pro *Deo*, poni rectiùs videretur *Dei*, pro *contribulatus* autem, *contritus* seu *confractus*. Nam si extat אלהיסרוח בשכרח זנרה *zinche elohim ruach nisberach*, ultimum participium in masculino genere postea repetitur cum corde. *Cor contritum* לב נשבר *leu nisbar*, quemadmodum & Græcè appellatur πνεῦμα συντετριμμένον, & καρδία συντετριμμένη μένη. Magnum profectò sacrificium quotidiè mori & *mortificari n*, nec semel tantùm uno temporis puncto absolvi, quod Seneca dicebat. Melius esse semel scindi quàm semper premi. Hostia hæc vivens o *Rom. 12. 1.* est, sancta, Deo placens *o*, quodammodo magis quàm p *Mart. l. 2. Epi. in 70.* brevis, more Martyrum, & quod poeta *p* de illo dixit, qui hostem fugiens, se ipse peremit, & quadrat ei, qui valetudinem immodicè curans, privat se rerum suavium etiam moderato usu.

k *de jej. c. 3.*
l *cont. Jud. c. 5.*
m *de Jejun. c. 15.*
n *Rom. 8. 36 Ps. 43. 22.*

Hic (vel hoc) *rogo non furor est, ne moriare mori?* Convenit in pœnitentem atque in religiosum qui pœnitentiam profitetur, abdicantem se licitis quoque voluptatibus.

Idem valet *spiritus contribulatus*, atquæ animæ tota q *Deut. 4. 46* tribulatio, in qua quæri Moses *q* Deum præcepit; ita r *Ho. 3. in Lu.* ut in hac hostia pro peccato nihil admisceatur *olei lætitiæ* ut *r* Orig. annotavit. Rectè Gullielmus Parisiensis *de Sacram. pœn. c. 3* confundit sacrificium spiritus contribulati & cordis contriti. Nam, ut dixi, Græcè & Hebraicè idem utrique rei epithetum tribuitur. Intelligit autem de satisfactione quæ fit simul per contritionem; licèt pars pœnitentiæ diversa sit, contritio, & satisfactio, quum hæc potiùs, consistat in actibus externis & injungatur à sacerdote. Idem asserit Innocentius III. contrito corde contritionem, humiliato confessionem indicari docens. Addit contribulatione puniri operationem lascivam: contritione cogitationem iniquam: humiliatione oris locutionem superbam. Neque verò vim fieri puto debere cum Hugone, Thoma, Remigio, Cassiodoro, Gregorio, Haimone, Innocentio, Ayguano in compositione Latini vocabuli sive contribulationis sive contritionis, quasi denotet duplicem artem qua satisfiat animam corpusve, vel quia resistat anima carni, ut ait Remigius, quod non efficitur absque colluctatione. Cassiodorus interpretatur de frequenti tribulatione; perinde scilicet etiam, ac si eam compositio dicta innuat. Thomas & Ayguanus de tristitia quam pœnitens circa peccata omnia non unum dumtaxat, vel alterum, idque contra inane gaudium, per quod ad peccandum inductus est. Haimo de tribulatione, qua quodammodo tribuletur superbia & cetera vitia. Gregorius de mœrore interno, quem pœnitentiæ & cœlestis desiderii dilati gignat amaritudo, dum conferuntur culpæ cum beneficiis divinis: Innocentius de spiritu cum patientia tribulato, per quem contribulantur capita draconis, idest, superbiæ, potissimum in aquis *s* lacrymarum. Vera sunt hæc hisque similia; sed non ex vi sententiæ verborumque per se nata: ut nec quod alii comminiscuntur de tribulo aut tribula, quatenus sunt Latinæ voces spinam & instrumentum conterendis frumentis aptum significantes. Non etiam necessaria distinctio spiritus à corde, & illius contribulatio ab istius contritione atque humiliatione, ita ut spiritus partem animæ superiorem & veluti abstractiorem à carne; cor eamdem significet, quatenus tribuit corpori vitam & sensum *t* vel etiam spiritus, incitatiores animi motus in iracundis & superbis. Videntur Augustinus, Beda, Ruffinus, Hieronymus & alii nec non Græci, ut antea etiam ipse dixi, synonyma hæc omnia facere pro contritione una de pœnitentiæ partibus, quam Climacus *u humiliantis* nomine intelligit, sicut & Isidor. *x* Chrysost. *y*, & alibi Augustin. *z*. *Prope est Dominus tribulatis corde & humilibus* a, *spiritu*, medetur *contritionis corde b*, qui loquuntur ei *in amaritudine* c *animæ suæ*; in eadem *recogitatis* priùs *animis vitæ d*: parturiunt *spiritum salutis à facie*, seu *à timore Domini e*, faciunt plangendo & ululando planctum velut Draconum, & luctum *quasi struthionum f*, ex quibus illi, ut refert Hieronymus *, terribili sibilo personant, quando vincuntur ab Elephantis hi ovorum immemores, calcandos bestiarum pedibus in arena fœtus relinquunt. Quamquam de sibili & gemitus Draconum cauffis aliter Physiologi, quos noster citat Pineda *g*; nec non de struthionis; de quo & in nostris Delrius *h*. Postremò qui se per tribulationem offerunt Deo sacrificium, ut Fulgentius *i* docet atque Cyprian. *K*, applicant ad martyres, quemadmodum & Pauli sententiam *l*, de hostia vivente, &c. sive ad confessores pro Christi confessione patientes. Aponius *m* interpretatur mortificationem quæ dicatur quoque myrrha & thus, & cum contritione importet humilitatem. Hoc & quæ sequuntur Procopius *n* accipit de gravibus affectionibus atque tribulationibus toleratis, sed ad rem, pœnitenti perneccessarius de peccatis dolor, compunctio, corrigendi propositum, & satisfactio post confessionem. Profert sibi perspecta quorumdam Ambrosius *o* pœnitentium exempla, qui sulcarent vultum lacrymis, exararent continuis fletibus genas, sternerent corpus calcandum omnibus, jejuno ore semper, & pallido, mortis speciem spiranti in corpore præferrent. Confirmat præterea *p* obfirmatum in bono proposito animum & pœnitentis abnegationem, ac mutationem in totum. Fabula de adolescente qui post meretricios amores regressus peregrè, abolito jam amore, dilectæ dicenti, *Ego sum*, quum illa se miraretur prius non recognitam, nec interpellatam, responderit; *sed ego non sum*. E contrario ex meretrice pœnitentem Magdalenam Paulinus *q* scribit ipsos Christi pedes sacrarium & altare constituisse, in quibus libavit fletu, litavit unguento,

t *Ps. 73. 18.*
u *Grad. 25.*
x *in Ex. c. ul.*
y *Ho. 9. in Gen.*
z *in Ps. 130.*
a *Ps. 144. 18*
b *Is. 61. 1.*
c *Iob. 10. 1.*
d *Is. 39. 15.*
e *c. 26 18.*
f *Mich. 1. 8.*
* *Idem.*
g *in Iob. 30. vers. 29. & in c. 39. ve. 13. & seq.*
h *in c. 4. vers. 3.*
i *Ep. 7. c. 14.*
K *Epist. 77. & 81.*
l *Rom. 12. 1.*
m *lib. 6. in Cant.*
n *in c. 30. Is.*
o *Li. de pœn. c. 16.*
p *l. 2. c. 10.*

Adolescentis ad meretriculam egregium responsum.
q *Ep. 4.*

to,

a Luc. 7. 37.

to, ſacrificavit affectu *a* ſpiritus contribulati. Sed Chryſologus *b* in eadem pietatis non voluptatis agnoſcit convivium, pœnitentiæ menſam, fercula compunctionis, panem doloris, potum lacrymarum, ſymphoniam cordis & corporis, organi planctibus clamorem, citharam per ſuſpiria, fiſtulam in gemitu, cymbalorum ſonitum, dum pectus ipſam conſcientiam arguens ſæpe percutiebat. Ceterum quando *ſpiritus contribulatus* appellatur ſacrificium; non ſequitur pœnitentiæ virtutem non differre à Religione, ſicut Cajetanus *c* contendit: nam pœnitentia formaliter non intendit Dei cultum, ſed ſatisfacere injuriæ Dei ex debito quodam legali & rigoroſo. Quod ſi loqui placeat de religione, ut ſimul complecti concipitur plures habitus, affinitate quadam inter ſe ſimiles; poterit pœnitentiæ tribui nomen Religionis, prout pœnitentia reſpicit Deum, ad reddendum ei debitum, ſervando ei jus ſuum illæſum; & quia omnis redditio debiti quæ Deo fit, eſt propter cultum ejus, quum nulla utilitas aut dominium poſſit ei accreſcere. Denique Auguſtinus *d*, religionis etymon unum aſſignat à re eligendo Deum, quem peccando amiſeramus, quod eſt pœnitentiæ munus. Nec item ſequitur negligendam pœnitentiam externam, quæ valde ſatisfacit, ſicut neque confeſſio vocalis omitti poteſt, & olim etiam exigebatur publicatum confeſſio, tum ſatisfactio, ut Eccleſiæ ſatisfieret, ut idem Auguſtinus *e* obſervavit. Poſtremò nec argumentari licet nullum aliud in Eccleſia ſacrificium externum eſſe, quia ſub ſacrificii vocabulo commendetur hic ſpiritus contribulatus corque contritum & humiliatum. Qua de re priùs dixi.

b Ser. 95.

c 3. p. q. 85. art. 2.

d 10. de Civi c. 4.

Pœnitentia externa non negligenda

e Euch. c. 65

Cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies.) Eodem pacto Hieronymus. Græcè eſt tertia perſona ἐκ ἐξουδενώσει, *non deſpiciet*: atque etiam in Bibliis Regiis, Complutenſibus, & aliis, nec non in Fulgentio *f* & Hieronymo *g*. Præterea in Pſalterio Romano & Ambroſiano, item apud Ambroſium, Auguſtinum *h*, Caſſiodorum, Innocentium, Gregorium *i*, ſed per aliud verbum eſt in tempore præſenti, *ſpernit*. Hieronymus *k* autem alibi & Auguſtinus *l*, *ſpernet*. Cyprianus *m* etiam habet, *deſpicit*. Nihil refert quod verbum ſit: tempus etiam pro tempore ponitur; & *non deſpicies*, vel *ſpernes*, idem eſt quod, non ſoles deſpicere ac ſpernere, id autem præſenti tempore, rectè etiam exprimitur. Quod attinet ad perſonam, cohæret meliùs cum accedentibus & conſequentibus, in quibus eſt perpetua oratio Davidis ad Deum, perſona ſecunda. Hæc eſt quoque in textu Hebræo הכזה *thiuzeh*: & fieri poteſt, ut poſuerint LXX. ἐξουδενώσεις, vel in voce media ἐξουδενώσῃ, eſt autem non deſpicere ſive non ſpernere κτιτῶ λιπτόντζα, ut notavit etiam Hugo, qua minus dicens plus ſignificat; quia DEUS non ad alium reſpicit magis *quam ad pauperculum & contritum ſpiritu, & trementem ſermones* ſuos *n*. Joannes Carterius in translatione Procopii ſuper Iſai. cap. 30. quum is hunc locum citat, vertit ἐκ ἐξερεισθσει, *non deſtruet*: ferre quidem poteſt hanc ſignificationem Græcum verbum ſicut præterea, *non annihilabit*, ſed Hebræum הכזה *thiuzeh*, propriè valet *deſpicies*, *ſpernes*, & his ſynonyma. Satis antea docui quid ſibi velit *Cor contritum & humiliatum*: humiliatio etiam non tam humilitatis propriam virtutem hìc dicit, quam veluti confuſionem, concuſſionem, confractionem, contritionem, quæ gignit tamen humilitatem; & ipſummet *humiliandi* verbum, in hac notione ponitur; ut *o*, *humiliaſti*, *ſicut vulneratum ſuperbum*, ubi eſt דכאת *dicchitha* in piel, hoc autem loco participium conjugationis niphal נרכה *nidcheh*, & in alio Pſalmo *p*, *Afflictus ſum & humiliatus ſum nimis* הרגתי *venidchethi*, & apud Iſaiam *q*, *vivificet cor contritorum* לכגרכהם *lecanidchaim*, & Jeremias *r* appellabat cor ſuum *contritum in medio ſui* נשבר *nisbar*. Quare propriè ac per ſe non magis contritionem Theologicè ſumtam pro pœnitentiæ parte ſignificat præcedens participium quam iſtud: utrumque tamen ſynonymè acceptum, poteſt denotare dictam pœnitentiæ partem, quæ conſiſtat in quadam quaſi comminutione, ac in minutiſſimas partes redactione, quod ſine maxima humiliatione non intelligitur. Poſſet etiam contritio & confractio innuere graviſſimum dolorum, quem patiens fœtmina fracto & dirupto quaſi utero ſentit. Symmachus vertit, καρδίαν κατεαγῖαν, *cor confractum*. Comminans Deus & loquens in præterito pro futuro, *contrivi cor eorum fornicans*, inquit *ſ*, *& oculos eorum fornicantes*,

f Ep. 7. c. 14.
g in Iſ. c. 61.
h Hic & 2. c. Creſ. c. 12.
i 9. Mor. c. 16 vel 29. & 3. paſt. c. 31.
k in c. 2. Næ.
l 10. de Civ. c. 5.
m Ep. 77. & 81.

Idololatras intelligit: *oculos plenos adulterii*, ut Petrus *r* vocat, & adulterorum ſeu fornicatorum cor durum eſt. Inde ſequitur, nimirum ex vehementi dolore cordis & extractis quaſi attritu lacrymis, ut pœnitens diſpliceat ſibimet *u*, & quod importat vox Hebræa קיט *Kui* in niphal נכטו *nokotu* diſſecetur ac diſſerpatur, & compungatur corde *x*. Quo fit, ut ſit falſum quod Hæretici docent, non amplecti pœnitentiam odium peccati, ſed reſipiſcentiam ſolam. Hortantur Scripturæ ne obdurentur *y* corda, ſed molleſcant *z*: exprobrant duris *a* corde: male habiturum dicunt cor durum *in noviſſimo b*. Idem valet, cor grave *c* & ingravatum *d*, & induratum *e*. Eodem ſpectat, ut ſcindantur *f* corda. Quod fractum, ait Chryſoſtomus *g*, haud quaquam ſe in altum extulerit; quod contritum, haud quaquam exurrexerit: quod ſciſſum eſt, non inflatur, non ferit, ſed eſt paratum ad male patiendum, non concitatur ad vindictam. Magnam oportet contritionem eſſe ſicut mare *h*, hoc eſt, in quam omnes dolorum de aliis rebus cauſſæ veluti confluant (comparationes ex mari ad hoc propoſitum duodecim affert Mazzarinus *i*) ac ſecundùm æſtimationem, non tamen neceſſarium ſecundùm intenſionem ſive gradus major ſit omnibus, qui ex rebus creatis percipi poſſit. Demonſtrat idem Chryſoſtomus *k*, larvas & umbras eſſe alia quælibet propter quæ quis doleat, quæve pertimeſcat, ſi cum dolore ac timore de peccato conferantur, dolorem aptam dumtaxat huic malo medicinam eſſe; per eam tolli peccatum, non item incommoda alia, quæ potiùs acceſſione creſcunt doloris, & de ipſo tandem propter illa dolore nos pœnitet. *Qua lenim ſecundùm Deum triſtitia eſt, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur, ſæculi autem triſtitia mortem operatur.*

n Iſ. ult. 2.

o Pſ. 88. 11.
p Pſ. 37. 9.

q c. 50. 15. & c. 23. 9.

Hoc modo ex veneno remedium trahitur; vermis lignum rodit, de quo naſcitur, tineaque pannum, & *de peccato damnatur peccatum m*: Et ipſa ſtercora impinguant agrum animæ. Hic eſt *rugitus à gemitu cordis*, ut Pſalmo XXXVII. *n* vidimus; non carnis vel mundi, ut ibi notat Auguſtinus. Qui *o* alibi præterea, citans illud, *Prope p eſt*, *Dominus his*, *qui tribulato ſunt corde*, vel, ut ipſe legit, qui *obtriverunt cor*, vocat trituram cordis cum pietate humilitatem. Quum ergo Hieronymus hoc loco, & Gregor. *q*, qui citat illum, ſicut & Remigius (quamvis non eo modo quo nunc extat, ita ut, quod ſæpe monui, alii cenſendi ſint Hieronymi Commentarii, non iſti) ajunt eſſe poſſe cor contritum, & non humiliatum, proculdubio de vera contritione non intelligunt, ſed quum aliqui etſi peccata plangant, ad ipſa reverti deſiderant, & de præteritis nolunt pœnitere: vel pauperes dominatione opprimere non ceſſant, vel contra proximorum vitam ſuperbiunt: vel contra ordinem Conditoris eriguntur. Tales videri poſſunt Saul & Antiochus. Sic è contra Fulgentius *r* quoſdam ſcribit humiliter accuſare peccata, ſed contriti cordis humilitate non converti, quia eadem corde perverſo contumaciter cumulant. Contritio vera includit humilitatem, quemadmodum & amorem ipſum Dei, quia per ſe propter illum eſt, ſummè dilectum, animi dolor ac deteſtatio de peccato commiſſo, cum propoſito non peccandi de cetero; quem contritionis motum quovis tempore ad impetrandam veniam peccatorum neceſſarium fuiſſe definit Concilium Tridentinum *ſ*: poſt baptiſmum vero cum fiducia divinæ miſericordiæ includere votum præſtandi reliqua, quæ ad rite ſuſcipiendum pœnitentiæ ſacramentum requiruntur. Hinc intelligitur errare graviter Hæreticos, qui contritionem ajunt nihil aliud eſſe niſi terrorem & conſiderationem peccatorum, ac ſuppliciis eſſe coactam & extortam, non actionem ſed meram paſſionem illatam à Deo, qui velut malleo conterat: non pertinere ad Evangelium; non ſolùm bonam non eſſe, verùm etiam omni nos opere bono ſpoliare ac peccatis & maledictionibus replere. Talis terror qui & in dæmone reperitur, deſpicitur profectò à Deo, neceſſ Deus prope ſic tribulatis *t*, aut ſuper ita *contritum ſpiritu*, *ac trementem ſermones* ipſius *u*. Plura noſter Bellarminus *x*: Totius pœnitentiæ typus ac nominatim contritionis videtur fuiſſe

r Hic & 9. Mor. c. 19. vel 28. & 3. paſt. c. 31.

r de Remiſſ. pecc. c. 12.

ſ Seſſ. 14. c. 4.

Contritio hæreticis quid ſit.

t Pſ. 33. 16.
u Iſ. 66. 2.
x l. 2. de Pœn. c. 2.

con-

confractio vituli aurei, combuſtio & contritio uſque ad pulverem, atque hujus ſparſio in aquam, quæ bibenda populo data eſt *a*. Per *Spiritum contribulatum* ignis quodammodo applicatus intelligitur: confractio, & contritio nomine ipſo contritionis innuitur deſignat humiliationem ſparſio in aquam. Origenes *b* acutè opponit bonam iſtam contritionem illi peſſimæ qua quis conterit & confringit jugum Dei *c*, & ſupplicio maximo quo eadem contritionis voce cum infelicitatis vocatur *d*. Bona contritio ſatisfacit pro prima, & ſupplet locum ſecundæ. Non eſt hujus loci ſcholaſticè plura differere de contritione, quidque differat ab attritione, & an ad juſtificationem, etiam dum ſacramentum recipitur, ſufficiat attritio, quam ſe quis putet ſolum habere, & an plane ſit ad ſalutem neceſſaria pœnitenti contritio formalis ſaltem extra ſacramentum, & præceptum illius quando non obliget. Inter prodigia mali ominis recenſent Etnici abſque corde victimam. Deus ſibi præberi *cor* vult *e*; ſimul *totum f*, ſimul *contritum*; contritum eo modo quem diximus; totum, ut omnes partes illa ipſa ratione qua conteritur cor, non alii offerantur quam Deo, ut is quod ante dictum illud creat. *Diviſum* eſt *cor eorum*, inquit Oſeas *g*, *nunc interibunt*; diviſionem dicit in varia idola: unus Deus unum ac indiviſum totumque cor exigit. Id ſi conteratur, Deum quodammodo frangit & vincit. Nam,

Virga recens Zephyris, nervo curvabitur arcus h,
Igne calybs, adamas ſanguine, corde Deus.

Potens eſt Deus de lapidibus ſuſcitare filios Abrahæ i, multo melius ac verius quam fabulati ſunt profani auctores de excitatis hominibus ex jactis retro lapidibus à Pyrrha & Deucalione. *Malleus* eſt verbum Dei *conterens petras K*, ex comminuto lapideo corde carneum efficit *l*, hoc enim eſt auferre lapideum & pro illo dare carneum, quia minuatim contritum inutile eſt, ſed non datur aliud cor, niſi præcedens conteratur: quod autem eget contritione, *lapideum* merito appellatur, Vel quem pœnitet peccati, præ dolore ac mœrore rumpitur, facitque, ut Deus factus dolore cordis intrinſecus, pœnitentia moveatur *m* quod tam acerbam pronuntiaverit in illum ſententiam; nec ferens adeo amplius miſerandum ſtatum ejus ſanet contritum corde, alligando contritiones *n* & vulnera ipſius *o*. Poteſt præterea peti comparatio ex lineo panno, putrefacto, quale erat lumbare Jeremiæ *p*, nulli uſui aptum: quum tamen qui chartæ conficiendæ tenet artem, ad alios omnes uſus inutilem, non deſpiciat, ſed convertat poſt contritionem & contuſionem in candidiſſimam maxique perpolitam chartam *q*. Tam difficilis vera pœnitentia, ut ſe Ambroſius *r* facilius teſtetur inveniſſe qui innocentiam ſervaverint, quàm qui congruè egerint pœnitentiam. Auguſtinus autem illud frequenter uſurpabat Poſſidio *ſ* teſte, poſt perceptum baptiſmum etiam laudatos Chriſtianos & ſacerdotes abſque digna & competenti pœnitentia exire de corpore non debere: propterea que de pœnitentia Pſalmos, in ultima ægritudine proponi contra parietem legendos voluiſſe, ac jugiter, & ubertim legendo fleviſſe, idque per dies decem, quibus nullum admittebat niſi quibus horis ingrediebantur medici vel inferebatur refectio.

Pœnitentiæ totius typus vituli aurei confractio.
a Ex. 32. 19. 21.
b in c. 3. ep. ad Rom.
Contritio bona & mala.
c Ier. 5. 3.
d Rom. 3. 16. Pſ. 13. 3.
Mali ominis potiſſimum prodigium.
e Pr. 23. 26.
f Deut. 4. 29.
g c. 10. 2.
h Bapt. Mantuanus.
i Matt. 3. 9.
K Ier. 23. 29.
l Ezc. 11. 19.
m Gen. 6. 6
n Iſ. 61. 1.
Pſ. 146. 3.
Luc. 4. 18.
o Iſ. 30. 26.
Luc. 10. 34.
p c. 13. 7.
q Petrus de Veg. in hoc ve. diſ. 3. ſed ante illum Petr. de Val. 2. p. exercit. pro ſer. 6. poſt 2. Do. quad.
r 2. de Pœnit. c. 10.
ſ in vita c. ul. Ab Auguſt. in ultima ægritudine acta.

Verſ. 20.) Benignè fac Domine in bona voluntate tua Sion: ut ædificentur muri Jeruſalem.

Verſ. 21.) Tunc acceptabis ſacrificium juſtitiæ oblationes, & holocauſta: tunc imponent ſuper altare tuum vitulos.

HActenus pro ſe ipſo precatus David, tot allatis ad impetrandum cauſſis, in ultimum locum rejecit rationem iſtam, ſimul orando pro aliis propter conceptam ſpem remiſſionis peccatorum ſuorum, ne videlicet offenſus Deus peccatis ipſius, populum deſinat, & civitatem Jeruſalem benigno favore proſequi; ubi ejuſdem Dei ſingulari beneficio conſtitutus Rex fuerit, & cœptus quoque per illum cultus ejuſdem inſtaurari. Petit ut pro ſua benignitate, nec habita demeritorum ſuorum ratione, dignetur Deus civitati benefacere, muroſque ejuſdem excitare; ita ut mons Sion muris claudatur, & includatur intra Jeruſalem, & in eo ſit templum quod promiſerat conſtruendum ſaltem per ſucceſſorem filium. Id ſi fiat, certus eſt, meliùs religioſum cultum conſtituendum, & valde majori pietate offerendas oblationes libaminum & holocauſta, atque vitulo imponendos ſuper altare victimarum. Sub hoc autem, pio aliqui voto atque ſupplici prece, reſpectum procul dubio habebat David ad myſticam Jeruſalem, hoc eſt, ad Eccleſiam ex omnibus gentibus per Meſſiam ex ipſo naſciturum, perque diſcipulos illius congregandum: & loco ſacrificiorum illorum mere materialium, quæ per ſe non placebant Deo, ad ſpiritualia ſacrificia fidelium, qui dicuntur *vituli labiorum* cofitentium Domino, & conſiſtunt in juſta & ſancta converſatione ſecundùm ſpiritum & corpus humanum: denique etiam ad ſupernam Jeruſalem, quæ conſtruitur vivis ex lapidibus, qui hìc interim poliuntur per gratiam Dei; ut ſuis coaptati locis offerant perpetuum gratiarum actionis & laudis ſacrificium, ſicut dignum & juſtum eſt, & maximè acceptabile Deo, quia nulla pro peccatis propitiandi mentio erit, ubi ſola vigebit & regnabit juſtitia. Hic ſenſus communio verior que.

Illud minus probabile quod à Theodoreto, Baſilio, Chryſoſtomo, Euthymio traditur, ſpiritu prophetico Davidem loqui pro refactione & inſtauratione civitatis à Chaldæis evertendæ, quæ poſt captivitatem Babylonicam poſtea facta eſt ſub Cyro. Nec niſi per ſenſum accommodationis referri poſſunt iſta ad tempora Eudociæ Imperatricis, quæ multa ædificia in Jeruſalem erexit ac dotavit, ut placuit tamen Nicephoro Calixti *t*. Ad tropologiam quoque pertinet ut dicatur David antea profeſſus Deo non placere ſacrificia & holocauſta, ſed ſpiritum contribulatum corque contritum & humiliatum, jam poſtulare, ut juſtitiam recuperet per quam talia ſpiritualia grata ſacrificia offerre valeat, & ut ipſemet ſacerdos, ad templum altare. Verum perpendemus hoc ſeorſim cum aliis.

Eudocia Imperatrix.
t l. 14. c. 50.

Benignè fac.) Non ita commode verbo uno Latino exprimi poteſt Hebræum היטיבה *hetiuah*, cum (ה) paragogica & Græcum ἀγάθυνον majorem enim emphaſim habent. Eadem verba ſunt in Pſalmo CXXIV. *u*, Ubi tamen Latinè legimus *benefac*. Symmachus hoc loco habet εὐεργέτησον. In Apochrypho libro 3. *x*. Eſdræ interpres Latinus *benignantur* dicit, cujus oppoſitum *malignandi* frequentius eſt in ſcripturis divinis. Nimis anguſtè aliqui ſumunt iſtam benignitatem, ad ſoli fœcundationem, ut ex opimis redditibus conſtrui civitas & templum poſſit. Non etiam liberum eſt ſumere *benigne* pro nomine, ut ait Hugo; ſed adverbium eſt.

u verſ. 4.
x c. 4. 39.

Domine.) Supplevit hoc nomen Latinus cum Græcis quoniam parum ſolida notatio in hoc Pſalmo. Ter Domini nomen ſicut Dei & Spiritus repetitum ad indicandum Trinitatis myſterium. Idem dici magis poſſet de nomine *Deus*, quod etiam Hebraicè occurrit quater, quaſi una eſſentia denotet tres perſonas, ſed hæc non admodum ſolida ſunt.

In bona voluntate tua.) Hieronymus, *in voluntate tua*: nomen Hebr. רצון *ratſon* eſt à verbo רצה *ratſah*, ſicut *holocauſtis non delectaberis*: de his vocibus alibi dictum ſatis. Innocent. III. *in bona voluntate* interpretatur Spiritu ſancto, cui voluntas & bonitas attribuitur, ſicut Patri mens, Filio ratio. Nicephorus *y* Calixti, ut ante attigi, ſcribit quum Jeroſolimis ædificia præſertim ſacra conſtruxiſſet Eudociæ Theodoſii junioris uxor, viſum nonnullis de ea Davidem hìc locutum, ἀγάθυνον κύριε ἐν τῇ εὐδοκίᾳ σου, quaſi etiam nomen Auguſtæ expreſſiſſet Caſſiodorus & Bruno Herbipolenſis eumdem innuunt ſenſum. Hoc per accommodationem dici malo quam per litteram: licet lignis quibus crux Chriſti compoſita eſſet, Iſaiam *z* vaticinatum, & de freno Conſtantini quod ex uno clavorum confecit Helena, Zachariam *a* nonnulli dicant *b*, & alii de quibuſdam aliis. Hebraicè primum edita eſt ſcriptura vetus, in qua lingua nihil eſt commune cum Eudocia.

y l. 14. c. 50.
z c. 60. 13.
a c. 14. 20.
b Primum Alex. Monachus de inv. Crucis Secundo Geor. Ham. in Chr. Amb. de obit. Theo. Theod. 1. hiſt. c. 18. Zozom. 2. hiſt. c. 1.

Sion.) Ab hoc monte, & arce quam ibi David ædificavit,

eavit, deinde etiam à templo quod in eodem sive in parte ejus quæ dicebatur Moria, constructum est à Salomone, denominata est tota civitas Jerusalem, ac per Sion intellecta. Diximus aliàs. Quidam per *Sion* veterem Synagogam legemque, per *Jerusalem* intelligunt Ecclesiam & Evangelium: Davidem vero petere, ut synagogam Deus tractet benignè, nec eam penitus citove deleat, ut possit Ecclesia construi, quæ nimirum prodire debet ex ipsa. Non valde probo sensum istum.

Ut ædificentur muri Jerusalem, Ex hoc Hebræo absque particula caussali, *ædificabis muros Jerusalem* תִּבְנֶה חוֹמוֹת יְרוּשָׁלִָם *thiuneh chomoth Jerusalem*, Græcè cum conjungente particula in Imperativo καὶ οἰκοδομηθήτω τὰ τείχη: legit etiam Augustinus &, non autem *ut*, nec non Hieronymus *a*. Dixi de templo construendo ac intra muros includendo. Posset præterea nomine *murorum* civitas tota intelligi, & *ædificandi* verbo firmus civitatis in fœlicitate status. Sic dicitur misericordia DEI *ædificavit in cœlis in æternum b*, & Poeta *c* cecinit,

O fortunati quorum jam mœnia surgunt.

Deus autem, *muri tui d*, inquit, *coram oculis meis e: ædificabunt filii peregrinorum muros tuos f, occupabit salus muros tuos*. Dici multa possent de verbis ac de templi materialis ædificio, de spirituali animæ nostræ, de mystici Ecclesiæ, de cœlestis ubi dicunt beati gloriam DEO quo fruuntur, quanto labore nostro construatur templum animæ, & comparetur cœleste, quam fuerit opus, magnis immo infinitis Christi meritis ut utrumque consisteret, atque aliud Ecclesiæ; quam facili negotio excidamus ab adeptione cœlestis, excludi possimus ab habitatione Ecclesiæ, jacturam & ruinam pati spiritualis quod excitatur in anima per gratiam. Quid referam insanas molitiones Ephesini templi, atque Jerosolymitani uno propemodum dirutas puncto temporis? Una sufficit scintilla libidinis, flatus superbiæ; imber prosperitatis, procella fortunæ adversæ ad altissimam quoque deturbandam turrim sanctitatis, propterea que *qui stat videat ne cadat g, super custodiam* suam quisque stet, ac figat, *gradum super munitione h*, semper præ oculis habeat in vanum laborare, *qui ædificat nisi Dominus ædificet*, ædificiumve conservet atque custodiat *i*, sed trullam deponat non adjiciendo ultra superinducere seu linere, murum transire liniendo, ita ut stridant cardines ædificii *k* aut laquearia. Describit eleganter Mazzarinus *l* spirituale animæ ædificium per partes omnes, & ornamenta. Utinam audiamus dicentem Deum animæ nostræ tamquam mysticæ Jerusalem, *habitaberis & ædificaberis m*: utinam urbs nostra sit fortitudinis, ideſt, fortis; & salvator ponatur murus & antemurale; aperiantur portæ ut *ingrediatur gens justa n*, hoc est, virtutum turmæ ad sacrificandum sacrificium justitiæ, per *benignitatem & humanitatem o*, χρηστότητα καὶ φιλανθρωπίαν, ejusdem salvatoris, & per bonam voluntatem εὐδοκίαν illius, quam hìc prædici atque flagitari à Davide, Cyrillo placet, juxta illa quoque alia, *Dominus dabit benignitatem p, & memor esto nostri Domine in beneplacito populi tui q*, Hesychius id probat etiam ex Paulo *r*, ubi vocat incarnationem *sacramenti voluntatis* Dei *secundùm beneplacitum ejus*. Coædificemur & nos, atque coædificemus *s*, sed super firmam petram *t*, qui est *Christus u*: non liniamus *absque temperatura* & paleis, ne cadant muri per *imbrem* tentationum *inundantem lapides prægrandes* cogitationum superbarum *desuper irruentos, ventum procellæ dissipantem x*, cupiditatis, honorum, opumque. *Stet Dominus super murum adamantinum, & in manu ejus adamas*, ut vertunt apud Amos *y* LXX. ideſt, firmo proposito non peccare decernentem, contineat, confirmet, defendat. Postremo studendum semper ædificationi, quia non imponitur fastigium ante mortem: non solum cogitandum de sumtibus necessariis ad perficiendam turrim *z*, sed hi etiam procurandi: neque curare oportet etiamsi Sanaballat irascatur, & subsannet nos ædificantes *a*, sed una manu faciamus opus, & altera teneamus, *b* sed *Domini magni & terribilis* meminerimus *c*. Pertinet ædificatio hæc & instauratio murorum, ut placet Bernardo, *d* ad cœlestem Jerusalem; cujus propter casum hominum ruinamque semiruti sunt muri. Idcirco Bernardus petit ab Angelis, ut ante trhonum gloriæ DEI verbum hoc precis iterent: *Benigne fac Domine*, &c. ut eorum zelum experiamur nos vivi & rationales lapides qui soli in instaurationem domus DEI possumus ipsi coædificari. Quum ædificaverit Dominus Sion, *videbitur gloria e*. Innuit hoc loco eumdem sensum Bruno Carthusianus: alii *muros* pro populo Gentili accipiunt, & Judæo, quem vocat Paulus utrumque parietem: vel varias virtutes, præsertim Theologicas: Didymus & Hilarius *f* Angelorum excubias, aut dogmatum indissolubilium firmitatem: Athanasius patriarchas, & prophetas; qui ædificari videantur, ideſt, renovari, quum mysterium à se antea figuratum re perfici contuentur: Eusebius vel Angelos custodes, vel sacerdotes qui præsunt: Cyrillus hos, & CHRISTUM, & pias institutiones: Euthymius, & Nicephorus Blemmida fideles omnes, præfectos, quamlibet animam piam, firmas cogitationes: Hugo sacramenta. Terrena hac domo corporis nostri dissoluta manet nobis altera non facta in cœlis *g*, recipimurque *in æterna tabernacula h*, si justi sumus, post depositionem tabernaculi *i* corporei. Mirabilis architectura civitatis cœlestis à Joanne *k* describitur, & à Tobia *l*. Interim, ut dixi tamquam DEI ædificatio & structura præparandi sumus *m*, atque super ædificandi supra fundamenta Apostolorum & Prophetarum *n*: immo supra Christum, qui fundamenti dignitatem aliis communicavit, quemadmodum & *architecti*, quo se nomine Paulus *o* appellat. *Maledictus vir coram Domino qui suscitaverit & ædificaverit civitatem Jericho p*, qui est typus mundi & civitatem Babylonycæ, ut etiam sumitur tropologicè.

Hugo piè ac subtiliter quidem explicat ædificationem ac instructionem murorum Jerusalem, quæ à variis facta est: sed etymologiis vocum utitur parum veris. Ponit *reædificationem* quam fecit Salomon, quia perbene munit Ecclesiam. *Destructionem* quam Joas *q*, qui temporalitatem significat: aliam *reædificationem* per Oziam (quod tamen non reperio) qui sonat (videntem Deum) & fidem denotat: *destructionem* per Nabuzardam *r* principem cocorum, ideſt, per voluptatem: *reædificationem* per Nehemiam, qui *consolatorem* valet, designat vero virgam & baculum, quibus DEUS *consolatur s*, reædificatque, quod carnis destruit voluptas. *Destructionem* per Antiochum Regem Syriæ *t*, per silentium paupertatis perque sublimitatem, nempe per superbiam: *reædificationem* per Judam Machabæum *u*, hoc est, per confessionem propriæ fragilitatis vel pœnitentiam quæ bellat pugnatque contra superbiam: *destructionem* per Titum, qui exponitur (bonus) aut (lutum) innuit hypocrisim: *reædificationem* per Amazianos (nescio quos intelligat) ideſt, transitores sæculi: postremo perfectam destructionem per Adrianum equestrem, hoc est, per nobilitatem & militiam prælatorum. Similia interdum commemoro victus nonnullorum importunitate.

Tunc acceptabis sacrificium justitiæ.) Hieronymus, *tunc suscipies*, &c. vers. 18. dixerat: *si voluisses*, Hebraicè, *non voles* לאתתפץ *lothachpots*: quod verbum hic repetitur, sed pro Græco οὐδὲ ἤρεσας, habetur εὐδοκήσεις; quod eodem versu erat in fine ἐκ εὐδοκήσεις, *non delectaberis*, & Hebraicè לא תרצה *lo thirtseh*, ergo alia nunc sacrificia Hebræum enim nomen est plurale in regimine זבחי *zinche*, quemadmodum versu 19. ubi legimus in singulari *sacrificium Deo*, &c. David intelligit differentiam, ut Eusebius notat, innui ad dictum nomen justitiæ: ait autem per hujusmodi sacrificium piam vitæ institutionem significari: Didymus, justitiam quæ est ex fide Jesu Christi: Cassiodorus, passionem CHRISTI: Augustinus & alii, laudem quam beati dant DEO, jam perfectè justi, nec egentes contritione ac humiliatione cordis, quæ vitæ hujus est; immo nec exercitio aliarum virtutum Cardinalium: alii res externas, quas justo labore partas offerimus Deo. Cajetanus: verum sacrificium legale, nempe juxta legis præceptum, non satis adhuc observatum, ut fiat solum ante ostium tabernaculi *x*. Felix illud tunc in quo satiabimur *y*, in quo non confundemur *z*, in quo replebitur gaudio os nostrum

& lin-

a *Isa.* 12. *Is.* & *in c.* 16. *Ezc.* & *in c.* 3. *Joel.*
b *Ps.* 88. 3.
c *Virg. Æn.* 1
d *Is.* 49. 16. e *c.* 60. 10. f *vers.* 18.
Hierosolymitani & Ephesini templi uno fere temporis puncto destructio.
g 2. *Cor.* 10. 11.
h *Aba.* 2. 1.
i *Ps.* 126. 1.
k *Amos* 7. 8. 8. 5.
l *discurs.* 93.
m *Is.* 44. 26.
n *c.* 26. 2.
o *Tit.* 3.4.
p *Ps.* 84. 13.
q *Ps.* 105. 4.
r *Ep* 1. 9.
s 1. *Pet.* 2. 5.
t *Matt.* 7. 24
u 1. *Cor.* 10. 4
x *Ezc.* 13. 11 *y c.* 7.
z *Mat.* 21. 33
a 2. *Esd.* 4. 1. & *seq.*
b *vers.* 17.
c *vers.* 14.
d *Ser.* 1. *de S. Michaele.*
e *Ps.* 101. 17.
f *in Ps.* 54.
g 2. *Cor.* 5. 1.
h *Luc.* 16. 9.
i 2. *Pet.* 1. 14. *Act.* 20. 25. 10 & *seq.*
l *c.* 13. 21. 22.
m 1. *Cor.* 3. 9.
n *Ep.* 2. 20.
o 2. *Cor.* 3. 10
p *Ios.* 6. 26.
q 2. *Par.* 25.
r 4. *Reg.* 25.
s *Ps.* 22. 4.
t 1. *Mach.* 1.
u 1. *Mach.* 4.
x *Levit.* 17. 4
y *Ps.* 16. 15.
z *Ps.* 118.

& lingua nostra exultatione *a*, in quo accepta prorsus erunt opera nostra *b*, in quo laus unicuique à Deo *c*, in quo cognoscemus sicut & cogniti sumus *d*: in quo reddetur cuique secundum opera ejus *e*, in quo fulgebunt justi *sicut sol f*, in quo videbimus Deum *facie ad faciem g*: in quo apparebimus cum CHRISTO *in gloria h*. Hoc nunc momentaneum & leve tribulationis supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operabitur in nobis *i*. Omne gaudium hypocritæ (talis autem quisquis falsis delectatur ac veluti personatis & larvatis bonis) ad instar puncti *k* sive temporis sive lineæ.

Quod attinet ad *sacrificium justitiæ*, de quo dictum quoque in Psalmo *l* si tropologicè accipiatur, & comparetur cum oblationibus, holocaustis, vitulis, admitti potest Hugonis expositio, ut *sacrificium justitiæ* assignetur laicis: *oblationes*, clericis; *holocausta* Religiosis; *vituli*, Prælatis; dicatur autem primum numero singulari (quamvis Hebraicè pluralem numerum esse monuerim) quia plura requiruntur ab aliis quàm à laicis. Vel *sacrificii justitiæ* nomen generale est, idemque epithetum *justitiæ* oblationibus, holocaustis, vitulis tribui debet, ut Athanasius præcipit: *oblationes* in Ecclesia militante sunt eorum qui non se totos offerunt, occupati in actione sicut Martha, aut sunt sancti minores, cujusmodi confessores: *holocausta* contemplativorum qui Mariam imitantur, aut Religiosorum aut Martyrum, de quibus Euthymius: *vituli super altare impositi*, petulantium & lascivorum qui sine jugo legis divinæ vixerunt, & mactantur Deo, & Deum laudantium labiis suis, simul videlicet cum corde. Cyrillus per *oblationes* atque *sacrificia* quæ non tota cedebant in honorem Dei, sicut holocausta, interpretatur eos qui quasi divisim offerunt se Deo, quales conjugati, quos etiam Apostolus *m* divisos appellat: per *holocausta* perfectam sanctorum vitam, qui & *vituli super altare* dici possint: quos Hesychius pro Martyribus accipit, Spiritus sancti sumtu pastis, & inimicum petentibus confessionis cornibus. Idem habet Euthymius eosdemque *vitulos* designare perfectos actione & sermone: *oblationes* item iis convenire detruncatis quorumdam sanctorum pro Christo membris: *holocausta* innuere integra Martyrum incendia, cædesve. Non dissimilis Innocentii III. sed de Sion, Jerusalem, altari expositio, de regularibus laicis, clericis, quia primi sunt speculativi, quod *Sion* significat sive contemplativi: secundi infimi, in inferiori civitate Jerusalem: tertii medii, in templo & altari. Usurpat de iisdem gradibus, Noe, Daniel, Job, duos in agro, in mola, in lecto.

Non ambigo per istud *justitiæ sacrificium*, & *oblationes* quoque *holocausta*, *vitulos* etiam justè oblatos & sacrificatos, potissimùm intelligi sacrificium excellentissimum CHRISTI duplici modo factum: semel cruentè in cruce, & incruentè in missa quotidiè propè infinities. Hoc sacrificium reipsa unicum, est maximè acceptum Deo, quamvis in canone oretur, ut accepta habere dignetur quæ offeruntur in missa, sicut accepta habere dignatus est munera pueri sui Abel, & sacrificium Patriarchæ nostri Abrahæ, & quod ei obtulit summus sacerdos ejus Melchisedech sanctum sacrificium, immaculatam hostiam, & jubeat perferri per manus sancti Angeli sui in sublime altare suum, in conspectu divinæ majestatis suæ. Quæ comparatio non tam cum sacrificiis prioribus fit, quàm cum sacrificantibus hominibus, ut videlicet tanta sit fides & Religio nunc offerentium, nec sit aliquid in istis, quod fructum tanti sacrificii impediat. Acceptata quidem sunt illa priora sacrificia; sed quatenus hæc adumbrabant. Vetuit Deus mactari Isaac *n*: permisit occidi filiam Jephthe *o*: cujus etsi laudatur fides à Paulo *p*, non tamen factum, quod poterat ille doctus exemplo Abrahæ satis intelligere, non esse gratum Deo, ut Ambrosius *q* docet.

Obtulit se ipsum Christus oblationem & hostiam Deo *in odorem suavitatis r*, ubi venit *plenitudo temporis s*, quod nunc hic vocat David, postquam præcesserunt adeo multæ figuræ illius, ut idcirco rectè potuerit idem David de uno sacrificio, oblatione, holocausto Christi loqui in numero multarum oblationum, & holocaustorum, atque, ut malè extat Hebraicè, sacrificiorum. Panis olim oblatus, ut rectè observavit Mazzarinus *t* noster, post alios qui veteris ritus legis mysticè tractant, circa sacrificia in Levitico præsertim contentos, atque noster item Ribera libris de templo, carnem Christi designabat; vinum, sanguinem: oleum, gratiam, sal, sapientiam: thus, divinitatem; mel, morum suavitatem: spicæ denotabant magis tectè ac obscurè magis cognitum fuisse in lege naturæ Christum; farina, clariorem in scriptura de eodem notitiam: panis magis adhuc distinctam, & hunc quidem panem intra virginis uterum quasi intra furnum excoctum fuisse, in sartagine verò, tot vitæ totius ærumnarum; in craticula demum crucis. Rursus referebat farina puritatem & innocentiam: panis propositionis, munditiam: panis primitiarum dignitatem Christi. Jam agnus exhibebat mansuetudinem ipsis; hædus & capra caussam cur pateretur fuisse peccata nostra, vervex & ovis similitudinem cum carne peccati: aries principatum, vitulus sacrificium. Augustinus *u vitulum* de quo hìc agitur, numero licèt plurali, & *saginatum* de quo Lucas *x*, interpretatur Christum. Ad hæc in jugi sacrificio repræsentabatur efficacia hujus unius: in adipe, devotio: in vacca ruffa, effusio sanguinis: in bove, obedientia usque ad mortem: in passere mactato, humanitas: in altero qui liber dimittebatur, expers passionis divinitas: in turture, castitas, gemitus, lacrymæ: in columba, simplicitas, vel etiam anima egressura de arca corporis per mortem & per resurrectionem regressura in eamdem. Sed ut vastum illud lateri, vulnus sumi posset holocausti loco: plaga dexteræ manus, ut hostia pacifica: sinistra pro peccato: plagæ pedum tractationem victimæ ad immolandum indicant & quod immolatione facta descenderit in limbum & purgatorium. Denique *oblationes*, *holocausta*, *vituli* pluraliter exprimuntur, quoniam & foris intus in corpore & animo sacrificabat offerebatque Christus seipsum, & servorum suorum varias futuras oblationes atque sacrificia simul cum suo exhibebat Patri, quæ offerentur sanè etiam in justitia *y*, sed in ea quam se ab illo uno accepisse profiterentur, non ignorantes illam nec suam quærentes statuere, & ideo illi subjecti *z*. Quæ quantaque justitia Christi fuerit, satis constat & aliàs dictum est: item quàm exactè satisfecerit pro nobis; ita ut *exauditus* fuerit à Patre *pro sua reverentia a*, etiam illa quam ei sicut filio debebat pater *e* præterea quomodo amplissimè justitiam & gratiam nobis meruerit, ita ut dici debeat sacrificium ejus justificans non tantum sacrificantis justi, sicut *Deus justitia* dicitur *b*, quia justificat nos. Acceptaturus nihilominus prædicitur Pater sacrificium, quia non tenebatur, pro nostris peccatis, & satisfactione quam ipsimet debebamus, oblatam ab alio recipere: quam infinitis partibus melior & omnino condigna esset. Igitur quod id voluerit, & se pacto promissioneque obligaverit, summæ gratiæ beneficium fuit, & quòd filium dare dignatus fuerit. Qua ipsa in re declaravit maximè justitiam suam, & odium peccati summum, pro quo tantum exegerit à proprio filio pretium. Eodem præterea tempore justum se manifestavit, quum sic injustè tractatum in cruce filium tot prodigiis & innocentiæ testimoniis cohonestavit.

De sacrificio incruento Eucharistiæ locum hunc totum declarant Paulus Burgensis *c*, Genebrardus, Dionysius, Carthusianus, Valentia, Sebastianus, Gomesius, Petrus Vega, Sanctus Ambrosius. Salmeron *d*, Mazzarinus *e*. Convenit isti sacrificio vitali proprietas *novelli f*, *saginati g*, *de armento h*, extendit sua veluti cornua ungulasque. Christus per omnia impinguat prodigum pœnitentem & quem vis alium adipe devotionis: Est ex eodem quasi armento nostro propter participationem ejusdem naturæ humanæ. Quamquam eidem sacrificio aptari possint genera illa omnia vel animalium vel rerum, quæ prius diximus offerri solita secundùm legem, præcipuè agni, qui ad juge sacrificium adhibebatur, & sæpius *agni* nomine vocatur Christus, diciturque occisus ab origine mundi. Idem ajo de ratione hostiæ, holocausti sacrificii pacifici vel pro peccato & delicto oblationis. Denique τελετὴ τελετῶν nominat Dionysius, quemadmodum Christus ipse *Rex Regum* dicitur *Sanctus Sanctorum*, *Deus Deorum*, &c. Et Ecclesia in quadam oratione sic loquitur, *Deus qui legalium hostia-*

a *Ps.* 126. 5.
b *hoc loco.*
c 1. *Cor.* 4. 5.
d 1. *Cor.* 13. 12
e *Mat.* 16. 27
f *Mat* 13. 43
g 1. *Cor* 13. 12
h *Col.* 3. 4.
i 2. *Cor.* 4. 17
k *Ioh.* 20. 5.
l *vers.* 6.
m 1. *Cor.* 7. 23.
n *Gen.* 22. 12
o *Iud.* 11. 30. *& seq.*
p *Heb.* 11. 32.
q 3. *de Virg.*
r *Ephe.* 5. 2. *Heb.* 9. 14.
s *Gal.* 4. 4.
t *disc.* 95.
u *do tempor. Barbarico.*
x *c.* 5. 26. 27. *& 30.*
y *Malac.* 3. 3
z *Rom.* 10. 3.
a *Heb.* 5. 7.
b *Ps.* 4. 6.
Summæ Dei gratiæ beneficium.
c 2. *p. Seruti. script. d* 4. *c.* 1.
d *to.* 9. *tr.* 30.
e *disc. ur.* 99.
f *Ps.* 78. 32.
g *Luc.* 15. 23 27. 30.
h *Lev.* 9. 2.

ſtiarum differentias in unius ſacrificii perfectione ſan-A xiſti.

Oblationes & holocauſta.) Voces hæ prius declaratæ ſunt & litteraliter & myſticè. Alii codices Latini ut Complutenſes ac Regii habent *oblationem*; quæ Græcè quoque ſingulari numero eſt ἀναφορὰν. Hebr. vox eſt etiam ſingulari עולה *hholah*, ſicut & ſequens כליל *chalil*, atque priorem vertunt alii per *holocauſtum*, quamvis poſteriorem per *oblationem*: & ſanè prior ſæpiſſimè ſignificat *holocauſtum*, quamvis עלה *hhalah*, ideſt, aſcendere, poſſit ſumi pro quavis oblatione ſacrificiove quod altè ſuper altare imponitur. Eſt item כליל *chalil*, quaſi dicas totum & conſummatum, vel holocauſtum, vel incenſum thuſque quod incenditur totum & conſumitur. Quidam עולה *hholah*, volunt eſſe holocauſtum animalis, עויל *chalil* incenſi. Alii putant idem hic duplici vocabulo geminari. Sed credendum LXX. Interpretibus, nec facilè recipi debet quod Agellius docet ἀναφορὰν pro holocauſta ſumi, nomenque oblationum per *holocauſta* intelligi, ſacrificium ſacerdotum, quod cremabatur totum coramque populo imponebatur B altari.

Anagogico ſenſu poſſet addi *oblationes* innuere animas beatorum, quæ ſecundùm ſubſtantiam eædem perſeverabunt, ſicut accidit in oblationibus, poſtquam factæ ſunt: *holocauſta*, corpora, quorum erit ſubſtantialis immutatio, quatenus licèt in eadem ſubſtantia, etiam numero, tamen ſubſtantiali mutatione reproducentur & denuo animæ ſuæ vivificabuntur. De multiplici ſacrificiorum acceptione in ſcripturis differit Chryſoſtomus *a*, enumerans decem modos, nempe ſacrificii ſalutaris quod eſt Chriſtus *b*: martyrum exhibentium corpora ſua *c*: deprecationis quæ dirigitur ſicut incenſum *d*: jubilationis ſeu vociferationis *e*: laudis *f*: eleemoſynæ *g*, compunctionis ſeu contribulati ſpiritus cordiſque contriti & humiliati *h*: prædicationis *i*: juſtitiæ *K*: beneficentiæ *l*.

Multiplex ſacrificiorum acceptio.
a in Pſ. 95.
b Eph. 5. 2.
c Rom. 12. 1.
d Pſ. 140. 2.
e Pſ. 26. 6.
f Pſ. 49. 23.
g Iacob. 1. 27
Heb. 13. 16.
h Pſ. 50 19.
i Rom. 15. 16
K Hoc loco.
l Heb. 13. 16.

Tunc imponent ſuper altare tuum vitulos.) Hæc ſatis etiam priùs declarata de ſynagogæ tempore, quum templum eſſet ædificatum *s* de Eccleſia triumphante & militante. Dictum etiam quid ſibi velint *vituli* פרים *Parim*, quum pro *vitulis fructum laborum* citans Oſeam *m* Paulus *n* dixit, cum LXX. qui ſcilicet legerunt פרי C *peri* pro פרים *parim*. Quocirca non placet opinio Agellii per *holocauſta* & *oblationes* denotata ſacrificia propria ſacerdotum; per *vitulos* Principum, & ſub hoc duplici præcipuo genere comprehenſa reliqua omnia.

m Pſ. 14. 3.
n Heb. 13. 15.
Agellij improbata opinio.

Bernardus in ſententiis jubet nos immolare *vitulum novellum cornua producentem & ungulas o*, per novæ converſionis effectum; *vitutum de armento p*, per ſacræ Religionis profectum *vitulum ſaginatum q*, per conſummatæ virtutis affectum, imponentes ſuper altare vitulos, qui vel quilibet ſunt juſti vel ſacerdotes, vel Angeli, prout placet *altare vituloſque* interpretari. De vitulis dixi. *Altare* ſumitur aliquando pro cruce, corpore Chriſti, Eccleſia, corde animave cujuſque, ſublimi beatorum habitatione.

Bernardi præceptum.
o Pſ. 68. 32.
p Lev. 9. 23.
Luc. 15. 26.
q 7. 30.

PSALMUS QUINQUAGESIMUS PRIMUS.

1 In finem, Intellectus David.
2 Quum venit Doeg Idumæus, & nuntiavit Sauli: Venit David in domum Achimelech.

3 QUid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate?
4 Tota die injuſtitiam cogitavit lingua tua: ſicut novacula acuta feciſti dolum.
5 Dilexiſti malitiam ſuper benignitatem: iniquitatem magis quàm loqui æquitatem.
6 Dilexiſti omnia verba præcipitationis, lingua doloſa.
7 Propterea Deus deſtruet te in finem, evellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo: & radicem tuam de terra viventium.
8 Videbunt juſti, & timebunt, & ſuper eum ridebunt, & dicent: 9. Ecce homo, qui non poſuit Deum adjutorem ſuum:
Sed ſperavit in multitudine divitiarum ſuarum: & prævaluit in vanitate ſua.
10 Ego autem, ſicut oliva fructifera in domo Dei, ſperavi in miſericordia Dei in æternum: & in ſæculum ſæculi.
11 Confitebor tibi in ſæculum, quia feciſti, & expectabo nomen tuum, quoniam bonum eſt in conſpectu Sanctorum tuorum.

B *Verſ. 1.)* In finem, Intellectus David.

Verſ. 2.) Quum venit Doeg Idumæus & nuntiavit Sauli: Venit David in domum Achimelech.

De Titulo & Argumento.

PRiore Tomo ſæpius occurrerunt voces primæ duæ, *in finem*: reliquæ in Pſalmo XXXI. & *intellectus*, junctis aliis perſonis, in XLI. XLIII. XLIV. Quæ ſequuntur, pertinent ad argumentum, vel occaſionem propter quam ſcriptus eſt pſalmus. Continetur hiſtoria in libris Regum *r*: quo pacto perfidus Doeg fraudulenter detulerit ad Saulem, tum Davidem, tum Achimelechum ſacerdotem, qui eum exceperat. Unde poſtea ipſomet ſævissimo carnifice, quum ceteri tantum nefas exhorrerent, conſecuta ſit, Saulis juſſu, cædes ejuſdem ſacerdotis, cum familia tota, & aliorum ex eodem ordine, LXXXV. cum viris & mulieribus, & parvulis, & lactentibus, boveque, & aſino, & ove, civitatis ſacerdotum Nobe; uno evadente Abiathar, filio Achimelech, qui funeſtum nuntium perferret ad David. Sed obiter obſervandum, apud LXX. pro LXXXV. poni CCCV. quo pacto legit etiam Lucifer *f*: à Theodoreto *t* legi, CCCL. ab Antiocho *u* monacho, CCC. omiſſis forſan quinque, qui minor numerus eſt: ab Euthymio in argumento pſalmi CL. Vulgata vero conſentit cum textu Hebræo & Chaldæo, atque Complutenſes & Regii codices habent ἐγδοήκοντα πέντε.

Voces tituli priore tomo tractatæ
Occaſio & argumentum ſcribendi Pſalmi.
r lib. 1. 21. 22
Doeg perfidia.
Nefas tantum aliis exhorrentibus, in ſacerdotes ſævitia.
Obſervatio in occiſorum numero.
ſpro Athan. t in 1. Reg. 22 ut citatur ibi, in ſcholio ad ed. LXX u in Pandect. hemil. in 40.

Ergo continet pſalmus increpationem & imprecationem in adeo impium & crudelem hominem, qui, ne Regis gratiam perderet, ac facultatum jacturam faceret, non dubitavit tam atrox ſcelus perpetrare. Alia ex parte ſibimet ſalutem præſagit David, qui ſoli fidat Deo, ab eoque totus-totus pendeat. Hinc iſte intellectus à nobis elicitur cum D Vide, quanta ſit malignitatis perverſitas, & quàm, qui malignandi ſtudio tenentur, & id exercent, infelicem exitum ſortiantur, quanta ſit opus prudentia & intellectu his, qui afficiuntur injuria. Digredi liceret hìc in aſſentatores & adulatores, & in eos, qui, quæſtus cauſſa, jura omnia violant: poſſetque hiſtoria tota, ſecundùm tropologiam exponi, aut allegoriam. Hoc præſtant Auguſtinus, Hieronymus, Caſſiodorus, Hilarius, Nyſſenus *x*. De priore argumento dicetur nonnihil in explanatione pſalmi.

Pſalmi argumentum. Regis gratiæ & facultatum jactura quid poſit. In Dei præſidio Davidis ſpes.
Quanta ſit opus prudentia his, qui afficiuntur injuria.
Tropologica & allegorica expoſitio.
x Trall. 2. in Pſ. 6. 138

Extendunt pſalmi materiam Baſilius & Theodoretus, ut ſit quoque prædictio de furore Rabſacis, qui ex Hebræis profectus, poſtea in ſervitutem adductus, impietatemque diſcens Aſſyriorum, qui eum ceperunt, blaſphemis in Deum verbis uſus eſt, ac fallaci oratione conatus Judæorum exercitum perdere *y*. Monet Chryſoſtomus, ordo in diſponendis pſalmis ſi ſervaretur, hunc poſt XXXIII. collocari debuiſſe, cujus titulus erat,

Materiæ hujus pſalmi extenſio
y 4. Reg. 18. 19. Eſa. 37. 4
De Ordine Pſalmi.

erat, *Davidi, quum immutavit vultum ſuum coram Achimelech, & dimiſit eum, & abiit*, ſed nos ibi de Achis rege, ac de ſimulata inſania à Davide, ſermonem eſſe docuimus. Unde fieret, ut poſterior potius pſalmo XXXIII. locus deberetur.

Hujus exemplo pſalmi cum tertio collati, oſtendit Hieronymus *a*, ubi de laudibus dicitur Dei, quod ſcilicet pſalmorum generale argumentum eſt, hiſtoriæ ordinem non ſervari: ante enim de Doeg Idumæo, inquit, legimus in Regum volumine, (qui titulus eſt quinquageſimi primi pſalmi) quam Abſalon contra patrem ſurgeret *b*, quod in tertii pſalmi titulo prænotatur. Hilarius præterea notat, quinquageſimi argumentum poſterius eſſe: tamen præceſſiſſe, ut id quod *in finem intellectus* præſcribitur, perfectis undique & abſolutis ſacramentorum generibus poſſet intelligi, nempe poſt remiſſionem peccatorum, & ſanctificationem. Myſticè dictum, ſicut & quum nomen *Achimelech*, quaſi dicas, fratris mei imperium & domum, quam David ſcribitur ingreſſus, accommodat ad CHRISTUM, qui factus eſt corporis noſtri homo, & nos in ejuſdem corporis gloria cohæredes regni ejus: proditionem Doeg, ad Judam & Judæos, qui Pilato CHRISTUM tradiderunt *c*: panes Propoſitionis, quos David guſtavit, ad Paſcha inſtitutum à Chriſto *d*: gladium Goliæ oblatum, ad arma quæ fortior Chriſtus diripuit *e*. Obſervaverat Nyſſenus *f*, etiam præpoſterum ſecundùm hiſtoriam ordinem, meliorem tamen à Spiritu Sancto factum, ut poſtquam didicerimus in quinquageſimo pſalmo myſteria, quæ latent, tùm vero pœnitentiæ medicamentum, exerceamur melius ad victoriam, nempe patientiæ, quæ includitur præſenti pſalmo. Chryſoſtomus notat, priores fere, qui adhuc præceſſerant, pſalmos, de rebus triſtioribus eſſe: præterea Davidem ipſummet ſic pſalmos diſpoſuiſſe, ut in illis eſſent ii, qui peccatum ipſius continent, ut tali commemoratione, & ſe accuſaret in principio ſermonis *g*, & quæ rectè à ſe geſta erant, modeſtè obtegeret.

De myſtico iſtius pſalmi ſenſu, pro Antichriſto & adventu ſecundo Chriſti, Caſſiodorus, Hieronymus & Auguſtinus, de perſecutoribus Chriſti, eo fere modo quo Hilarius. Teſtatur vero Valentia R. Chami Birchinonenſem docuiſſe, quod David per ſuas perſecutiones prævidit in ſpiritu omnes perſecutiones Meſſiæ. Illud poſtremo Chryſoſtomus rectè ſuggerit, mœſto ac lugubri argumento, nec cantionem odamve, nec laudem aut hymnum, nec pſalmum, nec ejuſdem generis quidquam congruere, ac propterea nihil hujuſmodi in inſcriptione eſſe: quamvis poſtrema verba lætas res enuntient. Convenit iſte pſalmus iis ad patientiam communiendis, qui premuntur injuriis, inquit Baſilius, ut intellectu utentes, finem rerum lætum expectent; quod ſibi velle poſſunt tituli prima verba, *in finem, intellectus*. Annumerat Athanaſius *h*, iſtum pſalmum iis, qui objurgant impios, & eos, qui ſine lege vivunt, nimirum II. XIII. XXXV. & LII. ſuadet etiam, ut ſi calumniam patiatur quis apud malum regem, videatque calumniatorem inſultantem, ſecedendo recitet eumdem pſalmum: præterea, ſi quum parvus eſſet, ante alios delectus ſit ad uſus fratrum, ut non extollatur contra eos, ſed Domino qui elegerit, eam gloriam imputet.

Hanc ſecundam quinquagenam pſalmorum pertinere Thomas docet ad proficientes, ut priorem ad pœnitentes. Hugo ait iſtum reſpondere per antitheſin principio præcedentis, hoc eſt pſalmo primo, quoniam agitur de Antichriſto in iſto, in illo de Chriſto, & idcirco terminari quinquagenam iſtam judicio & damnatione.

Doeg Idumæus.) Alii legunt *Doec*, juxta textum Græcum Δωὴκ, ſed Hebraicè eſt דואג *Doeg*. Quare notatio nominis, quam tradit Auguſt., ut ſignificet motum, & emigrandum, non congruit, nec facile radix Hebræa ei aſſignabitur, ſed ut anxium atque ſollicitum, pavidum, diſcruciatum. Hæc aptè in Doeg conveniunt, & in quemvis proditorem, præſertim crudelem. Radix eſt דאג *Daag*, quod verbum erat in pſalmo XXXVII. *i cogitabo pro peccato meo*, אדאג *edag*; ubi Hieronymus, *ſollicitus ero*. Ceterum, qui nunc *Idumæus* cognominatur, Græcè etiam ἰδυμαῖος in hiſtoria Regum appellatur, juxta emendatos codices, Græcos, (nam Complutenſes, Regii, & alii retinent eamdem vocem) Σύρος *Syrus*, & Joſephus *k* natione Syrum facit, atque Antiochus *l* monachus, & hoc loco Chryſoſtomus & Nicetas *m*. Solo flexu unius litteræ idem Hebraicè *Syrus* dicitur, & *Idumæus*, ארמי *aromi* per (ר) *reſch* ſecundus, אד ומי *adomi* per (ד) *daleth*. Suſpicatur Agellius *Idumæum* vocari, non ex Idumæa, ſed quaſi Adumæum ex Adommin, ubi terminus erat Tribuum Judæ ac Beniamin, in cujus aſcenſu civitas ejus eſſet: Saulem enim de ſua tribu Beniamin *n* potiſſimùm principes habuiſſe, quos vocabat etiam filios Jemini *o*; & Doeg unum de iſtis fuiſſe. Cur *Syrus* præterea ſit dictus, cauſſam reddit, ut probro ei eſſet, tamquam fraudulento: quod eſſent Syri fraudibus ac dolis infames: hucque alluſum videri per vocabulum רמיה *remiiah*, qui *dolus* eſt. Quid ſi dicamus appellatum quoque ſimili de cauſſa *Idumæum*; quemadmodum propter improbitatem quidam Hebræi *ſemen Canaan p*; vel *patre Amorrhæo, ac matre Cethæa q*; vel *principes Sodomorum, & populus Gomorrhæ r*? ſignificat *Idumæus* hominem ſanguinarium. Quid ſi aut *Syrum*, aut *Idumæum*, quia apud illas gentes habitaverit, ſicut Obededom *Gethæus s*, qui quum Levita eſſet, Philiſtæus eſſe non poterat ſed Hebræus *t*? ſed nec obeſt, ſi Saulem alienigenæ quoque uſum opera affirmemus, ut læpe facere principes alios videmus. Abulenſis *u*, & & Caſſiodorus exiſtimant proſelytum fuiſſe, ex Idumæo gentili Judæum. Refert R. Salomon *x*, adoleſcentem, qui renuntiavit Davidi Saulem à ſe interfectum *y*, (qui tamen ea in re mentitus eſt, quum ipſe Saul ſe interemiſſe ſcribatur *z*), quoſdam exiſtimaſſe, fuiſſe hunc Doeg Idumæum. Refellit autem, quia non eſſet auſus venire ad Davidem, quem adeo, ut eſt dictum, offenderat. Andreas Gallus ordinis Prædicatorum, Lyranus, Hiſtoria ſcholaſtica, Gloſſa ordinaria, Abulenſis *a*, credunt fuiſſe filium Doeg, qui ſemetipſum interficiens, quum eſſet Saulis armiger, filio ad Davidem miſſo, cum tali nuntio, armilla regis & diademate, gratiam Davidis eidem filio conciliaturum ſe ſperabat; quemadmodum Cato Utienſis hortatus eſt filium, ut ad Cæſaris clementiam confugeret, in cujus tamen manus ne perveniret, ipſe proprias ſibimet conſciverat. Quum autem idem juvenis Amalecitem ſe eſſe dixit *b*, Abulenſis ait, vel mentitum, ſicut & in eo, quod ſe Saulem occidiſſe affirmavit; vel Amalecitas cenſeri quoque inter Idumæos.

Appellatur Doeg in hiſtoria Regum *c*, *potentiſſimus paſtorum Saul*: Græcè abſque *potentiſſimi* epitheto, νεμων τὰς ἡμιόνους Σαὴλ, *paſcens mulas Saul*: Hebr. אביר *abbir*, *potens paſtorum Saul*. Chaldaicè, רב *rau*, *magiſter*. Rejicit merito Abulenſis *d* dicentes, fuiſſe potentiſſimum paſtorem: quia princeps eſſet inter ſapientes, vel interpres Saul; qua in re videtur Hebræis Lyranus conſentire: negat etiam lectionem aliam Latinam, Græcè ſimilem, *hic paſcebat mulas Saul*, quoniam hoc, inquit, non eſt de textu, nec habetur in bibliis correctis, nec eſt verisimile, quod ille, qui erat primus inter ſervos *e* Saul, paſceret mulas, vel aliqua pecora. Ad hoc reſponderi poſſet, quod reſponderet ipſemet Abulenſis & Carthuſianus, quum *potentiſſimus paſtorum* vocatur, non ideo ſic vocari, quod paſceret, ſed quia princeps eſſet conſtitutus ſuper paſtores; & antiqui etiam Reges vacabant agriculturæ, (ut Ozias *f* præſertim) & pecori, unde majores proventus colligebant. Editionem illam de *paſtis mulabus* ſequitur Lyranus, & prodit Joſephus *g*: Rabbanus *h Camelos* nominat: Ambroſius *i*, autem, Græcos ſequi ſolitus, *mulas*. Nyſſenus *k* negans creatum à DEO mulum, mulamve, quum ex commixtione diverſi generis animalium gignatur, tropologicè infert Deum non eſſe ſterilis, & quod nihil boni profert peccati cauſſam: Deog eſſe Angelum malum, qui pertrahens nos ad ſcelera, quando viderit aliquem eſſe in domo veri ſacerdotis, eumque ſtimulis mulorum percutere nequiverit, tunc nuntiat id principi malitiæ ſpiritus operantis in filiis diffidentiæ.

Venit David in domum Achimelech.) Hoc eſt nomen ſacerdotis, non autem *Abimelech*, ut Græcè tamen habetur, niſi cum Theodoreto aſſeras, duplici eumdem nomine appellatum, quemadmodum Pſal.

a Amos c 2. Pſalmorum generale argumentum. In Pſalmis hiſtoriæ ordo non ſervatus.
b 2. Reg. 15. 9
Nomen Achimelech Chriſto accommodatum. Myſticæ adaptationes hujus pſalmi.
c Matt. 27. 2
d 1. Reg. 21. 6 Matt. 26. 18.
e Luc. 11. 22
Nyſſeni obſervatio.
f Tract. 2. in Pſal. cap. 13.
Chryſoſtomi.
g Pro. 18. 17.
De Myſtico Pſalmi ſenſu.
David per ſuas perſecutiones prævidit in ſpiritu Meſſiæ perſecutiones mœſtoæ lugubri argumẽto, quæ non conveniant Preſsis injuria ad patientiam communiendis pſalmus aptus.
Hujus pſalmi adaptatio, & cum quibus annumeratio.
Hæd Marcellinum de interpr. pſalm.
Hæc quinquagena ad proficientes prior ad pœnitentes pertinens.
De nomine Doeg & genere.
i verſ. 19.
De voce Idumæus.
k Tract. 2. in pſalm. 13.
Mulum mulamve inter animalia à Deo creata, minime eſſe. Tropologica ex eo Nyſſeni illatio.
l in pandect. in orat. 40 Nazian.
Doeg Syrus appellatus.
m 2. Antiq. cap. 13.
n Joſue 15. 7. c. 18. 17.
o 1. Reg. 22. 7
Syri fraudibus ac dolis infames.
p Dan. 13. 56
q Ezech. 16. 3
r Eſa. 1. 10.
Idumæus, de homine ſanguinario.
Obededom Gethæus unde dictus.
ſ 2. Reg. 6. 10
t Vatabl. opinio eſt hæc.
u in Reg. 21. poſt q. 18.
x in 2. R. c. 1.
Doeg iſtum, ad Davidem nuntium interfecti à ſe Saulis pertuliſſe, nonnullorum opinio; aliorum de filio ipſius.
y 2. Reg. 1. 10
z 1. Reg. ul. 5
a 2. Re. 1. q. 2
Catonis Uticenſis ad filium exhortatio, ad Cæſaris clementiam confugiendi.
b lib. 2 1. 5.
c Lib. 1, 21. 7
Abulenſis refutatio.
d in poſt q. 18
Lectio in textu Regũ rejecta.
e 1 Reg. 22. 9
Ad objectionem reſponſio.
Antiqui reges agriculturæ vacantes & pecori
f 2. paral. 26
g 6. Ant. c. 13
b 1. Reg. 21.
Ambroſius Græcos ſequi ſolitus.
i in c. 6. Luc.
k Tract. 2. in pſalm. 13.
De nomine Achimelech & Abimelech.

XXXIII. de Achis dixi, ubi pluribus egi de iſtis nomi-A bus, cognoſce ſi cupis à nobis dicta Eccleſiaſtis cap. decimo *f*. *Qui gaudet iniquitate denotabitur t*, ideſt, qui delectatur audire ac referre aliorum vitia, vituperabitur, & condemnabitur καζαγνωσθήσεται: quod Hugo *u* non ſatis aptè declarat de nota Chriſti deleri, ac de libro viventium, vel *x* notabilem fieri per characterem, ſive cauterium, ut ſolent fures.

f *verſ. ult.* t *Eccl.* 19. 5. u *in hoc pſa.* x *in Eccleſ.*

Quid gloriaris in malitia, qui potens es.) Auguſtinus, *quid gloriatur in malitia, qui potens eſt*. Integram ex his efficiens ſententiam; & à ſequentibus verbis, *in iniquitate*, aliam inchoans. Nicolaus *y*. Papa I. citat etiam hoc modo, *quid gloriatur in malitia, qui potens eſt in iniquitate?* Hieron., & alii ex Hebræo, *quid gloriaris*, vel *jactas te in malitia, potens*, aut *ò potens*. Poſſet etiam verti, מה *mah*, *quantum laudaris*.

y *Epiſt. ad Michaël. Imp.*

Eamdem lectionem Hieronymi ſequitur Teleſphorus *z* Papa & Marcellus *a* (licèt omittat, *in malitia*.) Quia porro Marcellus ac Teleſphorus Hieronymo ſunt antiquiores, videri poſſent illæ ipſorum epiſtolæ ſpuriæ eſſe: niſi quis contendat, quod perſuaderi diffi- B cile poteſt, ante Hieronymum, verſionem aliam fuiſſe, cui prorſus ſit ſimilis ea, quæ nunc Hieronymo tribuitur, ut ex Hebræo immediatè facta. Cajetani Rabbinus reddit, *quid gloriaberis*: quaſi dicere David velit: & ſi nunc gloriaris in potentia malitiæ tuæ, non ſubeſt tamen cur gloriaberis in futurum. Futuri temporis eſt תתהלל *thithallel*, ſed rectè per præſens expoſitum eſt, ſignificatque inveteratum in gloriando, & ſe jactando ac laudando, morem, qui porro adhuc perſeveraturus videatur. Chaldaicè, *Quid gloriaris in lingua iniqua?* vel, *quid laudaris lingua iniquitatis?* מה תשתכח כלישנא כישא *mah thiſthabbach heliſana hiſcia*. Unde ſequitur, non Sauli, ut quidam voluerunt, ſed Doeg hæc dici, qui lingua iniqua detulit Achimelechum apud Saulem. Significat autem Paraphraſtes laudari linguam iniquam à ſeipſa, & gloriari de iniquè dictis; Verbum enim quo utitur, ſignificat actionem in ſe ipſum. Quamquam verum ſit laudari peccatorem ab aliis, *in deſideriis animæ ſuæ*, & *iniquum benedici b*. Hilarius aliter diſpungit, *quid gloriaris in* C *malitia*, *potes in iniquitate*, *tota die?* ex ſequenti nimirum verſu dictiones ultimas huic nectens, quo etiam pacto reperio Ephrem *c* citaſſe.

z *in epiſt.* a *epiſt.* 2. *de Teleſphori & Marcelli epiſtolis controverſia.*

b *Pſ.* 9. 24.

c *Tom.* 2. *p.* 39.

Porro quum argumentatur, in Doeg perſona rationem querelæ hujus non convenire, quia nihil parumve potentiæ habebat mulorum cuſtos, & jus in animalia vectionis regiæ ſortitus, nec tota die in iniquitate gloriabatur; ſed ſub ejus perſona populum Hebræum intelligi, tantis potentem beneficiis, tanta ſemper iniquitate præditum, quod inductione oſtendit, uſque ad Crucifixionem Chriſti: hoc inquam Hilarii argumentum favet ſenſui myſtico, de quo meminimus in expoſitione tituli. Verùm negari non poteſt, quin ipſimet Doeg conveniat ad litteram, quem docuimus, non jumenta immediatè cuſtodiviſſe aut paviſſe, ſed unum de Saulis principibus, cuſtodibus & paſtoribus mulorum præfuiſſe, quibus præſertim in Palæſtina vehebantur reges ac principes, vel etiam aſinis, ut *d*, aliàs docui. Erat forſan talis magiſtratus tunc, qualis qui nunc *Comeſtabili*, ſeu *Comitis ſtabuli*, quem Cu- D propalata *e* & Gregoras *f*, voce à Latinis mutuo ſumta, vel à Francis, nominant μέγαν κονοσταῦλον, qui vel præſit copiis equeſtribus, vel equitatui aulico. *Stabulum* alii, pro palatio ſumentes, palatio præfectum putant. Lege Scholiaſten Curopalatæ.

Myſticus ſenſus.

Litteralis.

d *in c.* 10. *Eccl. v.* 7. De nomine Comitisſtabuli.

e *De officiis pala Conſtantinopol.*

f *Lib.* 3. Stabulum pro palatio.

Qui potens es in iniquitate.) Chaldaicè participio, *potens*, hæc reſpondent, *potens ad effundendum ſanguinem juſtum*, ſcilicet Doeg; deferendo & accuſando, & perſuadendo Sauli, faviſſe Achimelechum Davidi, contra ipſum. *Potens in iniquitate* eſt, qui quum poſſit iniquus eſſe, potentiam iſtam in auctum profert, & nocendi voluntatem re ac facto exequitur. *Ecce locuta es*, inquit Deus apud Jeremiam *g*, *& feciſti mala, & potuiſti*: & ad pſeudoprophetam in hiſtoria Regum *h*, *Decipies & prævalebis; egredere, & fac ita*. *Potens* eſt *in iniquitate*, qui de iniquitate potentiam ſibi comparavit, velut *mammona iniquitatis i*, qualis tyrannorum primus Nemroth appellatus *potens in terra* k, *qui potens eſt ad bibendum vinum*, *vir fortis ad miſcendam ebrietatem* l. *Potens in iniquitate* eſt, qui diabolo ſimilis, cujus *poteſtati non eſt in terra, quæ comparetur, & factus eſt, ut nullum timeret* m, *nec*

Potens in iniquitate quis dicatur

g *c.* 3. 5.

h 3. *R.* 22.

i *Luc.* 16. 9.

k *Gen.* 10. 8.

l *Eſa.* 5. 22.

Verſ. 3.) Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate?

VAlde mirantis, indignantis, conquerentis, exprobrantis epiphonema, de Doeg proditore ac delatore. Querela Prophetæ eſt, ait Hilarius. Nam etſi *gloriari ſapientem in ſapientia ſua*, & *fortem in fortitudine*, *divitem in divitiis d*, denique in alio quàm *in Domino* e, & *noſſe ac ſcire illum f*, reprehendi debet, multo tamen magis gloriari in re per ſe mala, ideſt, in malitia ipſa. Peccatum ex ignorantia vel infirmitate, nonnullam excuſationem habet, nullam quod ex malitia; multo autem minus, ſi *lateris quum malefeceris & exultes in rebus peſſimis g*. Hoc nomine ſeipſum accuſat Auguſtinus in confeſſionibus, ita ut puderet inter coætaneos minoris dedecoris eſſe, quando audiebat eos jactantes flagitia ſua, & tanto magis gloriantes, quanto magis turpes eſſent, ita ut liberet facere, non ſolum libidine facti, ſed etiam laudis. Deſcribuntur nunc mores iis contrarii, ut admonet Chryſoſtomus, qui in priore pſalmo commenti ſunt, ubi peccator ſcelus fatebatur, ac luctu & lamentis proſequebatur. *Gloriabuntur in Deo, qui diligunt nomen ejus h*, & *in laude ipſius i*, & *recti corde k*, quoque modo gloriantur *in ſpe gloriæ l*, & *in tribulatione* m, & *infirmitatibus n*, & in cruce Domini Noſtri Jeſu Chriſti. Viciſſim gloriabitur in talibus Deus *o*. Gloriam Chriſtus ſuam nihil dixit eſſe *ſi glorificaret* p *ſeipſum*, videlicet ſecundùm adverſariorum opinionem aut communem, ut dicunt, præſumtionem juris: quid erit tua, idque de re mala? Majus peccatum ceteris paribus, Ayguanus docet eſſe, delectari de peccato jam commiſſo, quàm ipſum committere, quia voluntatis majorem pravitatem arguit. *Non eſt bona gloriatio* iſta *q*, ſed peſſima. Occidere poſſe non magis glorioſum homini, quàm ſcorpioni, febri, fungo malo, inquit Auguſtinus. Quam ſimilitudinem fungi mali, Nicolaus quoque Papa I. *r*, ex Auguſt. proculdubio ſumtam, uſurpat, ut frangat ſuperbiam Michaelis Imperatoris. Non poterat ignorare Doeg Achimelechum ſimpliciter egiſſe, quum Davidem excepit, panes ei Propoſitionis dedit, gladiumque Goliæ, qui ſe ad Saulis ipſius proficiſci negotia ſimulabat, & quamvis non ignoraviſſet Achimelech fugere Davidem, non pertinebat ad ſacerdotem prodere illum, ſed neceſſitati ſuccurrere, atque pacem tractare inter eumdem; & Regem; ut idcirco non oportuerit deferri ad regem infenſum, & ſævientem, & mentiri, quod Achimelech conſuluiſſet Dominum pro David. Obſervat iſta Chryſoſtomus.

Contra delatores, qui multis aliis vocantur nomini-

d *Ier.* 9. 23. 24.

e 1 *Cor.* 1. 31

f *Ier.* 9. 24.

Peccatum exignorantia & infirmitate: ex lætantium malitiacum malefecerint.

g *Prov.* 2. 14

h *Pſ.* 5. 12.

i *Pſ.* 105. 47.

k *Pſ.* 31. 11.

l *Rom.* 5. 2.

m *Ibidem* 3.

n 2. *Cor.* 12. 9

o *Eſa.* 49. 3.

p *Ioan.* 8. 54.

Majus peccatum delectari peccato jam commiſſo, quàm ipſum committere.

q 1. *Cor.* 5. 6. Fungi mali ſimilitudo uſurpata à Nicolao Papa I.

r *Epiſt. ad Michaëlem Imperatorem.*

De ſacerdotis officio.

Chryſoſtomi pia obſervatio.

a *Job 41.24.* — *a nec Deum timet, nec hominem reveretur b*, liberè ac
b *Luc.18.2.* — ſine impedimento exercens iniquitatem. *Potens in iniquitate*, in genere dici quivis poteſt, quia libera poteſt voluntate peccare, etiamſi non poſſit dicere *prævaluit*,
c *3.Reg.ult.* — *2. Pſ. 125.* — neque valeat *gloriando affari & loqui iniquitatem d*, vi-
d *Pſ.93.3.4.* — delicet jactando ac dilaudando, quod in opus eam revocaverit. *Potens* eſt ambitioſus, ideſt, multa ſe poſſe jactat, quæ requiruntur in eo honore, officio, dignitate, quam ambit, ſicut filii Zebedæi dicebant. *Poſſumus e*. Ille cenſendus *potens, qui quum poſſit tranſgredi, & facere mala, non tranſgrediatur, nec faciet mala* f. *Melior eſt patiens viro forti, & qui dominatur animo ſuo, expugnatore Urbium g*. Fieri malum, non virtutis, ſed infirmitatis eſt, ut Dionyſius *h* docet, ſicut quod neceſſe ſit Deum ſemper vivere, & cuncta præſcire, non ponit Deum ſub neceſſitate, & quod non poſſit mori, fallique, non arguit impotentiam; ſic etiam hoc non poteſt, ait Auguſtinus *i*, ut potius, ſi poſſet, minoris eſſet utique poteſtatis. Abſurdum dictu ſcribit Cyrillus *k* Alexandrinus eſſe, an Deus poſſit præſtare, ut ipſemet non ſit Deus, an poſſit facere, ut ipſe non ſit bonus, aut vita, aut B juſtitia. Inde probat non poſſe efficere, ut quæ fornicata eſt, meretrix non fuerit, quia non poteſt facere, ut mendacium ſit veritas. Demonſtrat eleganter Boetius, *l* bonis ſemper adeſſe potentiam, malos cunctis viribus eſſe deſertos, quia boni quam volunt adipiſcuntur beatitudinem: mali, ut maximè velint, non aſſequuntur: ſed hi velut reptando manibus nixi ambulant: illi pedibus valentes inceduntjimmo mali, non homines abſolutè ſunt, ſed quaſi cadavera hominum. Malos nonnulla concedit Boetius poſſe, ſed quæ minimè, inquit, valerent, ſi in bonorum efficientia manere potuiſſent, quæ poſſibilitas eos evidentiùs nihil poſſe demonſtrat, quia quum malum nihil ſit, mala poſſe, eſt nihil poſſe. Plato denique *m* tyrannos aſſerit minimam habere in civitatibus potentiam. Hanc impotentiam demonſtrant illa *n* Pſalmi alterius pridem declarati verba; *Miſer factus ſum, & curvatus ſum uſque in finem*: ſed *credenti omnia poſſibilia* o, & *poſſumus omnia in eo, qui nos confortat* p, ſi fidei juſtitiam adjungamus: ac tum quidem *quum infirmamur, potentes ſumus* q. *Opus eſt potentem eſſe, ſed in bonitate*, ait Auguſtinus *r*, *non in malitia*. Abutitur C improbus potentia ad iniquitatem, & *ſequitur in fortitudine ſua concupiſcentiam cordis ſui*, dicens, *quomodo potui? aut quis me ſubjiciet propter facta mea? ne hoc dixeris*, inquit Auctor Eccleſiaſtici *ſ*, *Deus enim vindicans vindicabit*. Talis inſolentiæ ac petulantiæ exempla in Pharaone *t*, Sennacherib *u*, Nabuchodonoſor *x*, eademque de re Pſalmo XI. *y* egimus; *linguam noſtram magnificabimus, labia noſtra à nobis ſunt: quis noſter Dominus eſt?* Explicant aliqui *z*, *quid gloriaris in malitia*, ideſt, malè, ut quicumque es etiam juſtus, & ſanctus, *quipotens es in iniquitate*, hoc eſt, qui deficere & peccare potes. Dicunt etiam Angelos vocari *potentes virtute a*, hìc autem hominem *potentem iniquitate*.

Annotat Philippus Greveus quatuor hìc, & ſequenti verſu, peccata ſatis uſitata potentibus viris, & principibus, magiſtratibus; calumniam, in malitia; in iniquitate, iniquum judicium; violentiam, in injuſtitia; dolum, in ipſomet nomine doli. Hugo tria mala, malam voluntatem, *quid gloriaris*: malam poteſtatem, *qui potens es*: malam operationem, *feciſti dolum*: D præterea peccatum cogitationis, locutionis, levitatis mentis, præcipitis dictionis, indiſcretæ præelectionis, obſtinationis: item tria linguæ peccata, quod ſcilicet loquatur quis iniquè, indiſcretè, doloſè: Ayguanus, vanam delectationem, pravam cogitationem, malam dilectionem, iniquam locutionem: Thomas, delectationem peccati, cogitationem de illo, gloriationem de perpetratione ejuſdem.

In iniquitate.) Hieronymus, & quos citavi Teleſphorus atque Marcellus Pontifices, & omnes Hebraizantes, ex ſequenti quoque verſu duas voces decerpentes *tota die*, legunt, *miſericordia Dei tota die*, meminit etiam Thomas & Lyranus. Senſus autem eſt, inquit Thomas, tu, qui potens es in malo, quid gloriaris in malitia? miſericordia parata eſt, ad quam potes converti. Trevetus declarat, miſericordia Dei tota die abutentes. Lyranus, debebat miſericordia te Dei, quæ tota die luſtinet te invita, retrahere ab iſta malitia tua. Alii, miſericordia Dei omni die protegit ſuos: non hoc noſti?

Lectio nonnullorum.

Lyrini in Pſal. Tom. II. T tem-

nihil curo malitiam & iniquitatem tuam, quæ proficit ſemper in pejus, pœnas lues Deo, qui pro ſua miſericordia tuetur ſuos quotidie. Hebraicè nunc eſt אל חסר *cheſed el*, notato cum tſere vocabulo ſecundo, quod ſignificat *Deum*: primum vero, valet *exceſſum*, tùm in bono, tùm in malo, ac proinde etiam *improbitatem & crudelitatem, rem nefariam, probrum b*. In b *Lev.20.16 Prov.14.34.* hac acceptione ſumſerunt LXX. vertentes ἀνομίαν, & poſteriorem particulam, non ut nomen Dei, ſed tamquam præpoſitionem אל *el*, notatam puncto ſegol, & poſitam per anaſtrophen, ut apud Poetam c.

Italiam contra: c *Virg.Æn.1.*

atque ita fortaſſis deſideratur in LXX. præpoſitio εἰς, vel potius, ut ſolet apud Græcos, ſubintelligitur δωρεὰν ἀνομίαν, hoc eſt, εἰς, aut κατὰ. Refert Trevetus in ſuo, & pluribus codicibus, legiſſe אל *el* cum ſegol ſive tribus punctis. Sed ſic legendo ac ſequendo verſionem dictam Hieronymi, de miſericordia, ut ſolet, alium tradit ſenſum, *quid gloriaris in malitia* potens ad miſericordiam *tota die?* ideſt, quum poſſis tota die facere miſericordiam. Diſtinguunt præterea quidam *d* hoc mo- Diſtinctio. do *potens miſericordia tota die*, ut ſit epithetum miſericordiæ Dei, *potens*: ſed non congruit ſyntaxi Hebraicè ubi maſculini generis eſt גבר *gehvar*, fœminini תמר *cheſed*. Alia expoſitio ſupplendo ſimilitudinis notam ב *che*; ſic gloriaris in malefaciendo, tamquam ſi opus miſericordiæ maximum præſtares. Tandem videntur LXX. particulam אל *el* cum ſegol retuliſſe ad ſequentia *tota die*, כל היום *chol haijom*, *ad totam diem*. Symmachus expreſſit præpoſitionem, προσ῾όλην ἡμέραν reddens κατ῾ ἑκάστην ἡμέραν. Paraphraſtes expoſuit, *miſericordia Dei adeſt tota die*. Campenſis אל *el* cum tſore videtur interpretari de facinoroſo, quem vocat *gigantem*. At non memini de homine uſurpatum id nomen, ſed *elohim* tantùm.

d *Faber.* Alia expoſitio.

Verſ. 4.) Tota die injuſtitiam cogitavit lingua tua; ſicut novacula acuta feciſti dolum.

C

MAlitiam & iniquitatem, qua ſic gloriaris ac præpolles, hac ratione declaraſti, quod tua iſta ſemper cogitatio atque machinatio fuit, quàm aptè loquereris ad opprimendos juſtos, injuſta; tanto etiam in fraudibus artificio uſus es, ut in morem novaculæ dum leviter obiterque attingere videbaris, graviter vulnerares & uſque ad extremam internecionem, veluti abraſis pilis, quos dolo circumveniebas, perderes. Non hìc pluribus agendum de ſententia, ſed phraſis explananda *tota die*. Jam de Symmacho monui vertiſſe κατ῾ ἑκάστην ἡμέραν, *per ſingulos dies*: quo pacto etiam has voces connectant aliqui verſui præcedenti: Auguſtinus duas poſtremas ejuſdem conſtituat in principio iſtius. Significat כל *chol*, *omne* ac *totum*. Retuli præterea, Hilarium, quod non ita videretur Doeg tota die gloriari poſſe in iniquitate, de populo Hebræo locum præſentem interpretari. Sed etiamſi concedamus nexum dictionum iſtarum, cum priore verſu, quod ſæpe fit, & ſatis aſſiduè, tametſi non omni fiat hora, omnibuſque momentis, *fieri tota* dici ſolet *die*, vel etiam *ſemper*, D quemadmodum Pſalmo primo *e* docuimus, de meditante in lege Domine die ac nocte, de ſemper orante, & ſimilibus. Exponunt Hieronymus, Caſſiodorus, & alii, totum tempus vitæ: Auguſtinus, toto tempore ſine laſſitudine, ſine intervallo, ſine pauſatione: ut improbus, quando non facit iniquitatem injuſtitiamve, cogitet; quando aliquid mali abeſt à manibus, à corde non abſit, aut à lingua.

Seuſus loci.

De phr tota die.

e *vid.*

Injuſtitiam.) Hieronymus *inſidias* הוות *hauvoth*: quod alii reddunt, *pravitates*, perverſitates, corruptelas, confractiones, contritiones, infortunia, mala, damna, pernicioſos ac peſtilentes ſermones. Poſſent etiam ſignificari *divitiæ*, de quibus fraudulentus inſidiator ſedulò cogitat, loquiturque, & illæ quidem, quæ ſunt injuſtè acquiſitæ, quum vulgo dicatur, *dives*, aut *iniquus*, aut *iniqui hæres*. Chaldaicè, *obmurmurationes*, aut *dolos* אתרגשתא *ithragoſtha*.

Dives aut iniquus aut iniqui hæres, plerùque.

Cogitavit lingua tua.) Hieronymus, *cogitat*; verti poſſet etiam *cogitabit* תחשב *thacſchon*. Commutantur facile

tempora. De similibus formis dicendi egimus aliquoties quum dicitur *os & lingua meditari a*; quamvis alia essent verba הגה *hagah*, & λπλετᾶν, de quibus Psalmo primo *b*, hic תשב *cheſcau & λογίσασθαι* quæ sunt etiam in 139. *c* ubi exprimitur cogitatio in corde, *qui cogitaverunt iniquitates in corde* אשר חשבו רעות בלב *aſcer chaſeſſu rabboth beleu*; ὅτινες ἐλογίσαντο ἀδικίας ἐν καρδίᾳ. Hoc loco Chaldæus pro *lingua*, *cor* בלבר *helibbach*, *in corde tuo*: Apollinarius loco verbi, *cogitare*, λογίσασθαι, usus est verbo, βλύειν, *fundere*.

a Pſ.34.28. Pſ.36.30.
b *verſ.*2.
c *verſ.* 3.

Ἀμφὶ δὲ τοιγώσσῃ ἀθέμιτον ἐβλυσεν ὕβριν:
Circum vero te lingua iniquam fudit injuriam.

Lingua quo modo dicitur cogitare.

& Theodoretus asserit, τὸ, λοδίσατο, esse ἀντὶ τοῦ, ἐφθέγξατο, *locutus est*. Ceterum enarratorum expositio est dici *linguam cogitare*, quia per linguam cor manifestatur, & stultus facilis est ad promendum, quæ cogitat, nec se continere valet, ita ut dum loquitur, cogitet, non prius *d*, & in ore ipso cogitationes nasci videantur, quum *in ore faturorum* sit *cor eorum* e, *& à facie verbi parturit fatuus f*, quia è contrario præmeditata loquitur, ita ut non possit sic loquens excusari *g*. Dicuntur *intellectus manuum h*, quia manibus, quæ sunt intellecta, exercentur: præterea dicitur quis *in corde iniquitates operari* i, quia præcogitatas operatur, Vulgo de illo, qui circumcursationibus gaudet, dici solet, quod pedes ipsius nihil aliud cogitent, nisi vagari & currere. Intelligentia lingua, ex meditatione sapientiæ, inquit Hilarius, & tamquam *calamus ſcribentis k*, nihil incompositum, nihil incertum agit, sed his quæ aut cogitat, aut lecta fuerint, obtemperans, celeriter ex ratione consilii, obsecundat. Verùm hæc de re alibi plura. Benè autem colligit Ayguanus, cogitatione ac voluptate sola posse peccari absque opere, quod etiam in Theologicis demonstratum est. Nihil prohiberet sic adhuc exponere, aliter dispungendo, *injuſtitiam cogitaſti*, quia Hebræum התשב *thacſciu* est etiam secundæ personæ masculinæ, *lingua tua*, idest, per linguam, *ſicut novacula acuta feciſti dolum*. At non temere à vulgata discedendum editione.

d *Caſſiod. Hil.*
e Eccl.21.29
f *Cap.*19.11.
g *Thomas.*
Intellectus manuum ut dicatur.
h *Pſ.*77.73.
In corde iniquitates operari, quid sit.
i *Pſal.*57.3.
Intelligentis lingua ut se gerit.
k *Pſ.*44. 2°
Cogitatione ac voluptate sola posse peccari, absque opere.

Sicut novacula acuta feciſti dolum.) Chaldæus Paraphrastes ponit verba detractionis, pro *dolo*, aut susurrationis, מלו מלשינותא *mille malſcinutha*, in nomine autem רמית *remijah* dixi, exponens titulum, videri nonnullis paronomasiam & allusionem esse ad patriam Doeg, quæ habebatur infamis, idest, Syriam, quia Syrus dicitur ארמי *Arams*, quo pacto cognominatus est, nec solum Idumæus. Quod attinet ad præsentem locum, de usu prius novaculæ dicendum paucis, deinde in quo vis consistat similitudinis. Hebræum nomen תער *thabhar*, & ξυρὸς. Græcum & *novacula*, in eadem notione pro cultro rasorio seu tentorio usurpantur alibi in Scriptura *l*, quo ad cutem quis condetur pilis abrasis. Tamen quandoque pro quovis cultro *novacula* sumitur, ut qua decerpatur summa cutis rapi *m*, alteriusve rei. Derivatur à novando, quasi novam & recentiorem facere videatur rem, cui applicatur. Qui vario de ritu tondendi & radendi cognoscere cupit, Polybium *n*, Virgilium, Petrum *o* Gregorium, Joannem *p* Savaronem, Alexandrum legat ab Alexandro cum Tiraquello *q*, & Adriani Junii de coma tractatum. Sed tondendi ac radendi antiquiorem omni gentilitate usum docent esse Scripturæ ipsæ sacræ, quas indicavi, & Nazaræorum religio, super quorum capita nefas erat ferrum aut novaculam ascendere, nec non Samsonis exemplum, qui cum capilli præcisione redditus est imbellis *r*, *Forpicum* ad hominem tondendum, vocabulo, antiquiores usus non reperio, ante Sidonium *s* Apollinarem, sed non refert. Jam vero comparationis illius ex novacula rationem, quæ habetur etiam alibi *t*, non unam doctores dant. Hilarius, cum novacula ad nitorem vultus acuatur, ut abradens hirsutam atque horrentem barbam, faciens leviget, si potius vulnere, *dolum feciſſe* dicit: ad eumdem modum censeri linguam in malitiam potentis, dum cogitat iniquitatem, *facere dolum*, quoniam quam natura ad eloquendas rationabiles cogitationes consulti cordis præparaverat ipsa potius irrationabiles cogitat iniquitates. Ad Hebræum id transfert, & cum ipso Remigius, electos ad magnificandum Dei nomen, & ad celebrandas laudes ipsius præparatos, qui tamen hunc inhonorarint, tradiderint, mortem crucis peremerint, & hoc linguæ suæ novacula acuta, per quam clamaverunt, *Crucifige*, *Crucifige u*. Idem fere traditur ab Hieronymo; qui addit varios dolos, quibus Judæi Christum superare conati sunt. Ambrosius *x* item nequitiam proditoris belle hac exprimi docet similitudine, quod novacula ad hominis adhibeatur ornatum, & plerumque ulceret, ac ebriæ mentis & titubantis vitio, manus vulneret; sic proditor prætendat gratiam, & dolum nectat, & quem celare ac protegere deberet, Doeg exemplo, prodat ad mortem. In Psalmo 56. *y filiorum hominum dentes*, *arma & ſagittæ*, *lingua eorum*, *gladius acutus* nominatur, & in 63. *z exacuta*, *ut gladius* vocantur *lingua*, & linguam comparat Jeremias, cum sagitta vulnerante. Idem Hieronymus universè accipit de dolo, qui fit in negotiis & contractibus, ad opes externas pertinentibus, quæ opes ut superfluæ comparantur cum capillis. Remigius, Bruno Carthusianus, Bonaventura, attendunt in novacula, quod ob acutiem expeditè incidat: & designet promtam ad nocendum linguam: Ruffinus, Augustinus *a*, Cassiodorus, Beda, fereque ceteri Latini posteriores, quod maledicentia, & quævis alia tribulatio solas tollat res externas, vel corpus etiam, & temporalia, non noceat animæ justæ, neque bonis privet æternis, sed ad hæc potius transmittat, ac veluti corium hominis renovet interioris, non sentiatur, ita ut impatientiam extorqueat. Addit Haimo (quod innuit etiam Remigius) solos molles & fragiles ista quasi sectione decipi, tamquam pilos carnemve; non duros, fortes, solidos, atque, ut ita dicam, osseos. Illud præterea ejusdem auctoris est, fraudulentum adulatorem illi detrimentum afferre, velutique vulnerare, cui pollicetur novitatem, ornamentum, prosperа omnia. Hugo Cardinalis varias proprietates *novaculæ* per tropologiam declarat de tentationibus Diaboli; sunt autem istæ:

u Luc.23.21
Joan.19.6.
x *Officc.*c.11
y *verſ.*5. Lingua, gladius acutus dicta.
z *verſ.*4.
a *hic & ſer.* 6. *de verbo Domini.*

Fraudulenti adulatoris descriptio.
Novaculæ proprietates tropologicè expositæ.

Lene, *ſecans*, *venter*, *coit in ſe*, *vulnera*, *barba*.
Lympha tepens, *porci tergora*, *docta manus*.

Nyssenus *b* etiam exponens de diabolo, ait spoliare quos tetigerit, honore & decore crinium, atque abscindere septem illos capillorum nexus, in quibus omnis virtus resident, nempè septiformem Spiritus sancti gratiam: quibus abscissis, ut Samsoni accidit, sequitur oculorum interitus, & perditio, & ut temulentis ac ebriis alienigenis ludibrium stat *c*. Placet præterea mihi, cum Cajetano, Euthymio, Theodoreto, Basilio, Titelmano, innui eadem sacerdotum, & civium ac pecoris Nobe, cujus in causa Doeg lingua delatoris fuit, nam *multi ceciderunt in ore gladii*, *ſed non ſic*, *quaſi qui interierunt per linguam d*, (hoc est, plures per hanc, quam per illum, ut Rabanus explicat.) *Mors illius*, *mors nequiſſima*, *& utilis potius infernus*, *quam illa*. In summo res discrimine cum est, per parœmiam dicitur, quod ἐπὶ ξυρᾷ ἴσασαι ἀκμῆς *in novacula ſita eſt acie*, vel, ἐπὶ ξυρᾷ τύχης, vel absolutè, ἐπὶ ξυρᾷ, vel ξυρεῖν ἐγχρῶ, quasi novacula nempe ad ipsum vivum penetret. Quum vero justum lædat nihil, aptè illud proverbium ξυρὸς εἰς ἀκόνλω, *novacula in cotem*, quadrat in eum, qui tua potius patientia lædat, à quo lædi credebatur. Ad hæc Nicetas *f* Nazianzeni scholiastes, diabolum novaculæ similem asserit, quia sicut qui raditur nihil sentit, ita sine sensu gratiam animi, virtutem & scientiam detondent, ut scilicet ea tibi ornamenta detrahi non sentias. *Nihil miſeriùs miſero non miſerante ſeipſum*, inquit Augustinus *g*, & quum *alieni comedunt robur tuum*, *& ipſe neſcis*, *cani effunduntur in te*, *& ipſe ignoras* h; *quaſi columba ſeducta factus es*, *non habens* i *cor*, quemadmodum illa pullos non dolet, pullos nec requirit. Arnobius Psalmum totum de solo interpretatur diabolo. Nonnihil ad hunc facere locum potest quæstio Jurisconsultorum *k*, de manu tonsoris barbam alicujus novacula radentis, pila forte percussa, & gula hominis, qui raditur prælecta, cui imputabitur culpa? Ceterum Nazianzenus illa oratione, ex cujus commentario Nicetæ antea protuli testimonium, dum de

b *Tract.*2.*in Pſal.* 6.13.
c *Jud.*16.25.
d Eccl.28.22
e *verſ.*25.
Justum nihil lædit.
*fin Orat.*40. Diaboli & novaculæ comparatio.
g i. *Conf.c.*13
h *Oſea* 7.9.
i *Ibid.* 11.
Hujus psalmi totius interpretatio de solo diabolo. ab Arnobio.
k *D. ad L. Aquiliam l.* 18. Mela. Juris consultorum quæstio.

In 605.c.8.7 *Exech.*5.1. *Eſa.*7.20.
m *Columel. l.* uit. 45.
De ritu tondendi & radendi.
n *lib.*3.c.17. 016. *Syntag. cap.*16.
p *in Sidonium l.* 1. *epiſt. in* 2°
q *lib.*4 c.18
De antiquo eorumdem usu.
r *Jud.*16.21
Forpicum vocabulo non usi antiquiores.
ſ *l.*1.*ep in* 2. *& l.*4 *in* 13.
Ex novacula comparationis rationes.
t *Pſ* 56.5. *Pſ.* 58.8. *Pſ.*63.4 *Prov.* 5.4.c. 25. 18.

sensuum præcipit moderatione; linguam cohibet præ-A
sentí sententia, & monet, ut linguas igneas vereamur,
quæ nimirum discipulis in Pentecoste apparuerunt *a*.
Quod idem scholiastes explicat, ut iis, quæ linguarum
splendorem & puritatem designant, dignum est, ver-
ba faciamus.

a Act. 2. 3.

Vers. 5.) Dilexisti malitiam super benignitatem, iniqui-
tatem magis, quàm loqui æquitatem.

Fraudulenti & pestilentis malitia ex deliberato & voluntario judicio nata, quanta sit.

EXaggerat fraudulenti ac pestilentis malitiam, non
ex ignoratione vel perturbatione profectam, sed
ex quodam ejus amore, & ex deliberato voluntarioque
judicio, quo malitiæ & benignitatis habens notitiam,
isti præposuisset illam, & comparationem visus egisse,
qui utrumque cognoverit, judicatò, ut cum Tertul-
liano *b* loquar, pronuntiaverit eam meliorem, cujus
se esse maluerit; loquique potius voluerit iniqua,
quum justa posset, de Achimelecho ac Davide, quos B
accusaverit, confictis etiam mendaciis. Hæc summa
perversitas. Nam *odisse malum* præsertim cognitum, &
adhærere bono c, quod etiam noveris, naturæ con-
sentaneum est; alienum & contrarium, ut sit *dulce
malum in ore tuo, absondasque sub lingua tua* d; *di-
ligas magis tenebras, quam lucem* e: ut *oleum beni-
gnitatis deprimas, quod extare ac eminere deberet; po-
nas sub tenebris lucem, super cœlum terram*, inquit
Augustinus & Remigius. *Audite*, ait Michæas *f*,
*Principes Jacob, & Duces domus Israel, numquid vestrum
est scire judicium, qui odio habetis bonum; & diligi-
tis malum? Numquam malum derelinquit, qui cogno-
scitur*, inquit Cassiodorus, *amare quod peccat*. Qui
ejusmodi est, *non vult intelligere, ut bene agat g*. Re-
prehensus aliquando David à Joab, licèt immeritò,
quod *diligeret odientes se*, & *odio haberet diligentes* h *se*:
at meritò illos Elaias *i*, *qui dicebant malum bonum, &
bonum malum: qui ponebant lucem, & lucem tenebras:
qui ponebant amarum in dulce, & dulce in amarum*.
Contra vero is, quem describit David in Psalm. 44. C
benedictionem Dei consecutus est in æternum, quia
dilexit justitiam, & odit iniquitatem k. Constat,
quod nemo respiciens ad malum, operatur, sed qui
peccat, id facit ratione alicujus æstimati boni, quod
consequi peccando intendit, etiam cum jactura virtu-
tis & spiritualis boni, quod minus amat. Quum autem
jacturam talem advertens, ulterius tamen progredi-
tur, neque curat, dicitur ex malitia peccare. Fallun-
tur Scholastici, qui malum ut malum putant à volun-
tate posse appeti. Verùm hoc aliàs.

b de pæn. c. 5

c Rom. 12. 9.

d Job 20. 12.

e Joan. 3. 19.

f Cap. 3. 1. 2.

g Ps. 35. 4.

h 2. Reg. 19. 6

i Cap. 5. 20.

k vers. 8.

Nemo respiciens ad malum, operatur.

Ex malitia quis peccare dicatur. Scholastico rum error.

Dilexisti malitiam.) Hieronymus, *malum* רע *rahh*, κακίαν. *Malum* intelligit, quod aliis esset molestum, aut
quod eidem illud diligenti. Primùm ad rem magis fa-
cit: nam Doeg quum posset in meliorem partem inter-
pretari factum Achimelech, ac benigniùs de illo apud
Saulem loqui, maluit deteriore referre, atque animo
maligno falsa etiam adjungere: præterea detrectantibus
aliis occidere Achimelech, non dubitavit facinus per-
petrare homo id auctoritatis & dignitatis.

Super benignitatem.) Hieronymus, *magis, quam* D
bonum. Alii, *præ bono*, טוב *mittou*, ὑπὲρ ἀγαθωσύνη, quam Apollinarius reddit ἐνεργεσίαν, *beneficentiam*.
Exponi potest, quod & alteri bonum sit, & ipsimet,
qui alterius utilitati libenter serviat. At in Latina
voce noli, quod quidam facit, bonam igneitatem at-
tendere, & si placet, quod ait facere liquescere
animum hominis ad bona communicanda, sicut è
converso malitia movet impetum hominis ad noce-
dum. Cassiodorus in particula, *super*, observat, quod
etsi animum benignitas aliquando tangeret, mox tam-
quam detestabile vitium repudiata sorderet. Hugo per
quamdam accommodationem appellat hoc peccatum
in Spiritum sanctum, quia *benignus est Spiritus sapien-
tiæ l*, unusque de fructibus ejus est *benignitas m*, χρη-
στότης, *bonitas* verò ἀγαθωσύνη: peccatum in Filium,
loqui iniquitatem, quia dicitur *verbum*, & *æquitas n*:
peccatum in Patrem, *verba præcipitationis*, quoniam
genuit Verbum æternum stabile, in quo omnia creavit
& stabilivit *o*.

Cassiodori in particula, *super*, observatio.

Accommodatio ad peccatum in Spiritum Sanctum.

l Sap. 1. 6. m Gal. 5. 22

In Filium. n Job. 23. 7.

In Patrem. o Ps. 101. 26.

Iniquitatem magis quam loqui æquitatem.) Hierony-
mus, & quos citatos intelligo, quum illum cito, Teles-
phorus, atque Marcellus in epistolis, quas pridem re-
tuli, *mendacium magis quam loqui justitiam*. Hilarius,
iniquitatem super, ibi distinctionem constituens: quasi
velit, *super*, significare præterea, adhuc; aut quid
simile. *Mendacium* significat, quod hoc loco est שקר
sceker, falsam delationem & mendacem accusationem
Doeg intelligit, quæ vocatur ἀσυνία, quia nihil iniquiùs
quàm falsa verba, tamquam falsas merces, injustive
ponderis, vel adulterinos nummos offerre. Notat
Cassiodorus impudentiam sic profitentis malum, ut lo-
qui non erubuerit, quum plerumque homines, qui pec-
cata faciunt, per decorem se compositæ locutionis ab-
scondant, nec velint deprehendi, quia norunt gene-
ralitatis execratione damnari. *Ex abundantia cordis*
diligentis malitiam *os loquitur p*. Hilarius de Judæis
hostibus Christi exponens, ait, de illo eos omnem ser-
monem evitare ac fugere, qui ex Prophetis profera-
tur: & si discedendi quoque locus nullus sit, vi qua-
dam taciti doloris oppressos, aures manibus obstrue-
re, & auditum, ne in se penetret, excludere: de bo-
nitate loqui interdum, ac videri eam amare; ceterum
justitiam, quæ Christus est, nec diligere, nec loqui.
Experimur hoc ipsum hodieque in Judæis. Eumdem
istum locum ac Psalmum totum Valentia Judæis iis-
dem satis aptè applicat.

ἀδικία.

Summæ imprudentiæ nota.

p Matth. 12. 34.

De Judæis, Christi hostibus loci expositio.

Hujus loci, & Psalmi totius ad Judæos applicatio.

Est in fine versus סלה *selah*, & διάψαλμα; de quo ali-
bi actum, quamvis in Complutensibus ac Regiis, Aldi-
nis, & aliis Bibliis Græcum vocabulum desit, quod
quum sit in emendatis, omitti non debuit ab Agellio.
Meminit de *diapsalmate* Cassiodorus, Bruno Herbipo-
lensis, & Hilarius, vocans genere fœminino *di apsal-
mam*. Hilarius docet per eam nunc non indicari per-
sonæ conversionem, sive mutationem, sed sententiæ,
ut nempe post querelam & arculationem, damnationis
deinceps subjiciatur sententia. Atqui sequens versus
adhuc querimoniam videtur continere. Si quem cer-
tum usum dictæ vocis assignare volumus, ille optimus,
ut expendamus attentiùs, quam sit enorme scelus Doeg
proditoris, & cujusvis qui sit ei similis, quamve gra-
viter à Deo puniendum suo tempore; ut observant Bre-
dembachius & Genebrardus.

De voce Selah & διαψαλμα. Diapsalma in genere fœminino.

Enormitas sceleris Doeg suo tempore puniendo.

Vers. 6.) Dilexisti omnia verba præcipitationis lingua
dolosa.

Sensus loci.

ADhuc, ut proximè antè docui, Doeg arguitur,
quod iis delectatus sit verbis, & studiosè sectatus,
quibus præcipitari ac perdi innocentes possent: nec
lingua uti ad aliud voluerit, quàm ad fraudandum &
nocendum; non rectè considerando quàm verè dice-
ret, & an expediret, furioso Regi talia indicare: sed
sic una cum præcipiti tot innocentum ruina, se præte-
rea, & Saulem ad tantum facinus præcipitando. Hila-
rius more suo accipit ista de Judæis vociferantibus non
habere se *Regem nisi Cæsarem q*, Deo rege neglecto, qui
proinde pœnas, quæ continentur sequenti versu, in-
currerint, de quibus postea. Cassiodorus interpreta-
tur de Antichristo, *omnia verba præcipitationis*. Hie-
ronymus, *omnia verba ad devorandum*. Alii, *verba
perditionis, corruptionis, absorptionis, glutionis, demer-
sionis, voraginis, depressionis, oppressionis, dissipationis,
absconsionis, occultationis, perniciei*, &c. ideest, verba,
quæ afferre hæc mala possunt, suntque perniciosa. Vi-
detur Hieronymus בלע *balahh* legisse, ut verbum בלע
balahh, cum bichlam, ideest, littera servili (ל) sub-
intellecta, quæ valet, *ad*; ceteri tamquam nomen בלע
halahh, & propter accentum, qui breves mutat in lon-
gas בלע *balahh*. Vocabula vero ista patiuntur dictas
significationes, sive verbum sit, sive nomen; præterea
absorbere r, nunc per *glutire s*, in aliis Psalmis per
ingurgitare. In libro Job nunc exponitur verbum per
absorbere t: & *devorare u*. Augustinus legit hoc loco
verba submersionis: Græcum nomen est καταποντισμὸς.
Hilarius monet, (& post eum Lindanus *x*) quod
verbi virtutem Latinus sermo non tenuit, nempe,
ut nunc legimus, *verba præcipitationis*, sed per
Græcum significari *demersionem in profundum maris*:

q Job. 9. 25. Applicatio ad Judæos.

r c. 20. 15. 28. & s Ps. 68. 16. t cap. 7. 19. Ps. 124. 3. u Ps. 34. 25. Ps. 106. 27. x 3. de opt. genere interp. 7. c. 21. Καταποντισμός.

præcipitationis autem vocabulum generalius esse, ut non in mari tantùm, sed ex editis, aut ædium, aut rupium, aut quorumcumque generum locis desidentium casum significet. Explicat tamen ipse juxta vim nominis Græci, ac mystico sensu, Christum populo conformato ad illudendum Draconi *a*, seipsum socium demersisse, & in hoc se profundum ad incolatus ejus consortium præcipitasse, ut doctrinæ suæ reti erueret nos ex profundo sæculi hujus naufragio, ac tamquam universa piscium genera extraheret, sed Judæum populum incredulum, & Regem suum prodentem, verba præcipitii dilexisse, atque se in hoc sæculi profundum demersisse, hoc est, in calamitates, quas modò patitur, & damnationis periculum certum: quum illius quodam gratia, Ægyptiorum populus incredulus Mosi, & præcipitationis verba, tùm quum Deo obstitit, diligens, præcipitari demergique meruit, & refusi maris fluctibus absorberi. Græcis idem videtur, Basilio, Theodoreto, Euthymio, Chrysostomo, de verbis trahentibus in profundum universam sacerdotum urbem, tamquam irruentium impetu fluctuum: & ex translationem eorum, qui submergunt homines, faciuntque, ut in profundis aquis delitescant.

Mysticus sensus.

a Ps. 103. 26

Aliud Græcum nomen, priori sono litterarum simile, καταποτισμὸς, *absortionem* significat. Convenit talis notio quam vox Hebræa etiam fert, ut dixi, linguæ, de qua agitur. Attrahit enim lingua quum quid iorbemus, aut glutimus: & qui perdere studet alterum calumniis, eum quodammodo deglutit & absorbet. Sic videlicet in alio Psalmo *b* dicitur: *Quum exsurgerent homines in nos; fortè vivos deglutissent nos: quum iraſceretur furor eorum in nos, forsitan aqua absorbuisset nos;* hoc est, ipsi, ac si gurges, & vorago essent; ubi priore loco est בלע *balahh*, de quo prius egi, & καταπίνω, unde καταποτισμὸς, cujus modò memini. Docent etiam Hebræi dicto verbo בלע *balahh* significari præcipitantiam cibi in ventrem, & locum corruptionis, & inde transferri ad externam rei dejectionem, perditionemque. Unde pereleganter hi qui vinum vinum nimium absorbent glutiuntque, dicuntur ab eo veluti absorberi, & glutiri, hoc est, perdi absorptaC veluti ratione. *Absorpti sunt*, inquit Esaias *c*, *à vino*. נבלעו מן היין *niulehhu min haiian*, ἐξέστησαν διὰ τὸν οἶνον, *exciderunt mente propter vinum*. Placuit postea mihi magis, quam primus excogitasse me putaram, expositio, quum priùs placuisse Forerio deprehendi, Esaiam interpretanti. Alius in eodem Esaia *d* locus facit ad rem; *Præcipitabit mortem in sempiternum*, ubi est בלע *billahh*: quasi diceret de Christo, quod quum eum mors deglutivisse vita est, illam ipse deglutivit, & absorpsit, *morsque*, ut Paulus *e*, ad Esaiam alludens, dixit (apud quem Græcum verbum est κατέπιεν) *absorpta est in victoria*, κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖκος. Syriacè, אתבלע *ethbelah*. Verterunt LXX. κατέπιεν ὁ θάνατος ἰσχύσας, *devoravit mors prævalens*, quasi dicerent, jam imposterum non prævalebit, exeruit omnes viros devorando auctorem vitæ Christum, à quo devorata & absorta est: idcircò non verebuntur mortales mortem, sed ut est in paraphrasi Chaldæa, *oblivioni tradent mortem in æternum*, טותא לעלטים יתנטון *jithnesciun motha lehhalemim*. Arbitror eo-D dem Petrum *f* respexisse, scribentem, quod *Jesus Christus, qui est in dextera Dei, deglutiit mortem, ut vita æterna hæredes efficeremur*. Sed consule illius loci commentarium nostrum. Denique fuit Christus mors, eique jam exprobratur, *ubi est mors victoria tua? ubi est mors stimulus tuus g?* Idem valet illud *h* Job, *sic repentè præcipitas me?* rursus apud Paulum *i*, *ut absorbeatur mortale hoc* k, &, *ne fortè abundantiori tristitia absorbeatur*. Et in 2. Regum *l*, *Quare præcipitas hæreditatem Domine? absit, non præcipito, neque demolior*.

b Ps. 124. 3.

c cap. 2. 7.

d cap. 25. 8.

e 1. Cor. 15.

f 1. Pet. 3. 38.

Christus mortis mors

g Os. 13. 14. 1. Cor. 15. 55.

h cap. 10. 8.

i 1. Cor. 5. 4.

k cap. 2. 7.

l cap. 10. 19.

Hæc omnia docent, quàm aptè reddiderunt hoc loco LXX. ῥήματα καταποισμοῦ, *verba præcipitationis*, vel *submersionis*, aut quid simile, & quo pacto potest καταποντισμὸς idem significare, quod καταποτισμὸς, *deglutio, absortio, devoratio*: denique verbum Hebræum בלע *balahh*, omnes istas notiones recipere, & significare, dilexisse Doegum verba, quibus traheret in præcipitium Achimelech cum aliis sacerdotibus, totaque civitate Nobe, ita ut absorberentur ac deglutirentur à Saule, & hujus voluntate, operaque ejusdem Doegi, à morte & gladio, qui gladius dici solet *devorare* m, & *os habere* n, ac quivis etiam detractor alienas dicitur *carnes mordere, edere, lacerare, iis saturari*, ut alibi ostendimus o. Fateor præcipitasse Doegum cum judicio, quod temerè fecit de Achimelecho & Davide etiam verba; Saulem quoque, sententiam mortis in eumdem Achimelechum; rursum, Deogum nimis in exequenda nefaria voluntate Saulis de Achimelecho interficiendo, præcipitem fuisse; verùm id sibi propriè velle Hebræam & Græcam vocem nego, quas Bredembachium non consideraſse, virum alioqui doctum, ac linguarum peritum, sed illum sensum secutum esse, miror. Id videtur quoque placuisse Ricardo Cenomano in linguis versatissimo, (etsi traditum à nobis verum sensum agnoscit, qui est item Genebrardi, Agellii, & omnium, qui linguas callent; immo & Thomæ, Haimonis, Brunonis Carthusiani, Bedæ, Hieronymi, Glossa interlinearis, Græcorum, & Hilarii, ut dixi,) quoniam qui præcipitanter loquitur, quasi verba devorat, & *ex abundantia cordis os loquitur p*: & qui ira in alium exardescit, ac nocere vult, quàm potest præcipitantissimè expromit, quod gestat in corde maligno. Indicant eumdem sensum verbo, *currendi ad verba*, Cassiodorus, & Bruno Herbipolensis, & Ruffinus, per hoc quod est præcipitem se derelinquere ad omnem falsitatem, dolositatem, vanitatem. Consentit Jacobus Jansonius, & Osorius *q* noster. Hugo autem explicat verba tùm præcipitata, tùm præcipitantia, & loquentem, quia *præcipitabit impium consilium suum* r, & *labia insipientis præcipitabunt ipsum* s, & eum de quo seu contra quem quis loquitur, quod Glossa etiam interlinearis docet, atque Haimo, Thomas. Ibi porro apud Ecclesiastem sunt verba, quæ hactenus expendimus תכלענו *the vallehhenu*, & καταποντίσει αὐτόν; quod Paraphrastes declarat, *verba stulti plena esse increpatione* גניפתא *nezifhatha*. Adi, si libet, ejusdem loci Commentarium nostrum. Trevetus differentem à dictis tradit expositionem juxta versionem Hieronymi, *dilexisti omnia verba ad devorandum*, ideſt, dilexisti, gulositatem, refertque aliam editionem, *verba gulositatis*. Constat, parasitos, gulæque mancipia, promptos esse ad maledicendum, & ad eos deferendum, quos invisos dominis suis credant. Idcirco Augustinus teste Possidio *t*, arcebat à mensa sua tales, hoc disticho:

m Deut. 32. 42. Es. 1. 20. Jerem. 2. 30. c. 12. 12. c. 46 10. 14.

Detractor carnes alienas mordere, edere, lacerare, usque saturati dicitur.

n Ex. 17. 13. Nu. 21. 24. Deut. 13. 15. c. 20. 13. 17. & alib. sæpe.

o Ps. 16. 2. Eccle. 10. 11.

Improbata Bredembachii & Cenomani sententia.

p Mat. 12. 34

Aliorum expositiones agitatæ.

q tom. 4. con. cio in 6. ad religiosos.

r Iob. 18. 7.

s Eccl. 10. 12

Locus Ecclesiastæ expensus.

Treveti differens expositio.

Parasitorum & gulæ mancipiorum ingenia.

t in vita c. 22.

Quisquis amat dictis absentum rodere vitam,
Hanc mensam vetitam noverit esse sibi.

Martialis *u* verò negabat veros amicos mensæ.

u Lib. IX. Epigr. XI.

Hunc quem pœna tibi, quem mensa paravit amicum,
Esse putas fida pectus amicitia?
Aprum amat, & mullos, & sumen, & ostreu, nunc:
Jam bene si cenem, noster amicus eris.

Amici mensæ, falsi amici.

Imprecatur David in alio Psalmo *x*, istis qui *verba præcipitationis* diligunt, *Præcipita Domine, & divide linguas eorum*, quo loco primum verbum est בלע *ballah*, & καταπόντισον, dignum flagitio supplicium, ut conscindantur tales linguæ. Salubre Augustini consilium adversùs ealdem linguas, & verba submergentia, sive præcipitantia: si non vis mergi, tabulam apprehende, ligno portare, crux te perducat. Certè qui vehitur cruce, & eam portans portatur ab illa, non timet quid dicat, vel quid faciat ipsi homo, immo nec quid omnes dæmonum catervæ. Utile Ambrosij *y* quoque monitum, quod graviora sunt *verba præcipitationis* (alludit ad gravia, quæ suo ruunt in præceps pondere, & pertrahunt sibi conjuncta secum) quàm otiosa: ergo si pro otioso verbo ratio poscitur *z*, quanto magis pro sermone impietatis, pœna exsolvitur? Adde quod *erunt qui beatificant alios seducendo, & qui beatificantur præcipitati a* מבלעים *mevullahim*, ὡς καταπίωσιν αὐτὸς, *ut absorbeant eos*.

x Ps. 54. 10.

Salubre Augustini consilium.

A cruce portari & eam portare quid valeat

y l. Offic. c. 2.

Utile Ambrosii monitum.

z Mat. 12. 36

a Es. 9. 16.

Lectionis diversitas.

Lingua dolosa.) Græcè, γλῶσσαν σολίαν, *linguam dolosum*: quo etiam pacto legit Hieronymus, aç fere alii, qui ex Hebræo vertunt: Augustinus præterea, &

Καταποτισμὸς & καταποτισμὸς idem significare ut post.

Psalte-

Psalterium Ambrosianum, sed addita particula conjungente, *&*: Romanum verò cum præpositione, *in*, & ablativo, *in lingua dolosa*. Videtur & Remigius eam lectionem probasse: declarat enim, *dilexisti verba præcipitationis entia*, idest, existentia in lingua dolosa: Haimo sumsit in casu recto, tu, duo, inquit, ens, hoc est, existens, lingua dolosa. Meminit quoque Beda, deque accusativo casu. Bruno etiam Carthusianus declarat, tu existens, & exponit, existens dolosus in lingua; idque dici emphaticè. Vocativum vult esse R. Abraham. Omnia patitur phrasis Hebræa, sed non ita commodè ablativum casum, nisi suppleas præpositionem מן *min*. In accusativo, *dilexisti omnia verba præcipitationis, linguam dolosam* idest, quæ sunt lingua dolosa, vel supplebitur *xarà*, *secundum*, cum conjunctione, *&*, *linguam dolosam*, idem exponitur per *linguam dolosam*, seu *doli*, מרמה *mirmah*, quod per *verba præcipitationis; lingua* namque pro verbis ac sermone sæpe sumitur. In vocativo, *ò lingua dolosa*; idem valet, quod, ò linguose, dolose, maledice, fraudulente. Emphasim notat Hugo in vocativo, & in abstractis nominibus, quemadmodum quum nominatur quis *scelus*, *pestis*, &c. & è contrario *oculus cæcus*, *pes claudus*, ut de se Job *a* affirmat.

Lingua pro verbis & sermone.

Notat a Emphasis.

a c. 20. 15.

Vers. 7.) Propterea Deus destruet te in finem: evellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viventium.

Sensus loci.

DEmonstrata antè, inquit Hilarius, causa peccati, gravissima damnationis subjicitur sententia, hoc exemplo, quo in Genesi *b*, *quia fecisti hoc, maledictus es*, &c. &, *quia c, audisti vocem uxoris tuæ*: & in epistola ad Romanos *d*; *propter hoc tradidit illos Deus in reprobum sensum*. Minatur autem ac ominatur, prædicitque fore, ut impium & crudelem illum Deus perdat in æternum: ut stirpitùs ac penitùs evellat de habitatione domove, in qua commode atque gloriosè commorabatur, inde longiùs emigrare faciat: ut præterea cunctam progeniem, in qua velut in radice fixus hærere videbatur; item omnem facultatem, gloriam, robur, quibus firmiter quasi radicatus existimabatur, prorsus hinc auferat de terra ista viventium, transferat autem ipsum cum tota progenie æquè impia ad terram non viventium vitam beatam, sed perpetuò morientium, nec mori umquam desinentium. Hilarius, de Judæis inimicis perfidis Christi, omnia exponit; destructos usque in finem mundi, quando tandem convertentur: nunc toto vagos orbe: carentes tabernaculo illo vetere, ac spiritualium donorum honoribus: evulsos etiam de tabernaculo mystico, quod est Christus, de quo Amos *c*: eradicatos *de viventium terra*, hoc est, de regno Christi, & regione, quæ sanctis Domino conregnantibus præparatur. Eodem ferè modo Hieronymus, Valentia. Alii de Antichristo, ut Cassiodorus, & Bruno Herbipolensis.

b c. 3. 14.

c ver. 17.

d c. 1. 28.

De Judæis expositio.

Tabernaculum mysticum Christus.

e c. 9. 11. Ad Antichristum adaptatio.

Propterea.) Complutenses, ac Regii codices, & Gregorius *f* Papa II. *propter hoc*, quod est Græcè, διὰ τοῦτο. Hieronymus, *sed*. Alii, *etiam quare*, *quamobrem*. Hebraicè גם *gam*. Indicat hæc particula, quòd sicut Doeg deferendo, ac manu quoque propria occidendo, destruxerat Achimelechum, & alios sacerdotes, ita futurum, ut non impunè ferret tantum scelus, sed eum etiam Deus perderet.

f ep. ad Ger. Patriarch. in Concil. Nicen. 2. act. 4.

Deus destruet te.) Idem Gregorius, *auferet te*. Significat יתצך *jitthatseca*, *perdet te*, *conteret te*, *confringet*, *evellet*, *extirpabit*, *subvertet*, *demolietur*, *diruet*, נתץ *nathats*. Græcè καθέλοι, & sequentia verba sunt optativi modi. Quòd si, ait Euthymius, intellexeris non optantis esse, sed execrantis, prophetiam continebunt futuræ perditionis ipsius Doeg. Hilarius primum quidem hoc verbum sic legit ut nos, sed sequentia in optativo, *evellat*, *emigret*. Interpres noster intellexit esse prædictionem. Quo pacto sæpius notavimus imprecationes in Scripturis accipi debere. Quod autem Euthymius dicit, ad majorem honorem provectum Doegum a Saule ob delationem, credi quidem facilè potest, Scripturæ tamen nihil exprimunt.

Quo pacto imprecationes in S. Scripturis accipiendæ. Doegum ad majores honores provectum ob delationem.

Illud rectè etiam monet per primum istud verbum innui eversionem veluti malè constructi fundative ædificii, non tantùm externi & materialis, sed etiam ac multo magis familiæ. Nam *ædificari domos*, hoc sibi vult, quemadmodum quum Deus *ædificasse obstetricibus* scribitur *g*, hoc est, amplam sobolem, & copiosas opes dedit *h*. Certè בן *ben* filius dicitur à בנה *banah*, quod est *ædificare*. Vulgo dicitur *casa* & *casata*: & Galli nobilem ajunt esse, *ex bona domo*, *de bonne maison*. De spiritualibus domibus, quòd ad veri Dei cultum conversæ sint, nonnulli *i* quoque interpretantur; & quòd non manu factas in cœlis domos etiam sibi construxerint. His omnibus contrariis modis destruendam quasi domum Doegi Davidem vaticinari affirmare possumus; acre etiam ipsa sic accidisse: quamvis divinæ litteræ non meminerint. Augustinus & Ruffinus videntur potiùs in isto, & sequentibus verbis, agnoscere comparationem ductam ex evulsione plantarum. Eam clariùs indicant sequentia vocabula, *evellendi*, & *radicis*. Quod passus est Achimelech, sacerdotes alii, civitas nota Nobe; id æquum erat auctorem tanti mali Doegum cum suis pati; ut *redderentur isti*, *sicut & ipse reddiderat aliis*, *& duplicarentur ei duplicia*, *secundùm opera ejus*, *& in* B *poculo*, *quo miscuerat*, *misceretur illi duplum*, *quantum glorificavit se k*, &c. quasi nunc repetat, *quid gloriaris*, &c.

Ædificari domos quid sit.

Deus ædificasse obstetricibus, Exod. 1. 20.

g Exod. 1. 21.

h *Aug. libi locus in Exo. Theod. q 12.*

Phrasis Gallica, *estre de bonne maison*.

De spiritualibus domibus loci expositio.

i *Hieron. quæst. Hebr. in Gen. 16. & in Exod. 1. Thomas 1. 2. q 114. a. 10. ad 2. 2. 2. q. 110. art. 3. ad 2. art. 4. ad 4. & 3. de 88. ar. 3. ad 2*

In finem.) Hieronymus, *in sempiternum*. Alii, *in æternum*. Gregorius II. priùs citatus, *usque in finem*. Significat hæc omnia לנצח *lanetsah*. Declarat Augustinus etsi non modò certè, *in finem*, scilicet in die judicii, & Cassiodorus, destruere Deum in hac vita prosperrimè, quos iterum ædificare decreverit: *in fine* qui destruitur, æternis suppliciis deputari. Mysticè loquuntur, addique tempus mortis potest, sed ad litteram intelligere licet de clade, quæ si non statim, tandem tamen inferatur Doego. Qui occiditur, dici potest *destrui in finem*, hoc est, in sempiternum, & in æternum, quatenus irrecuperabiliter secundùm naturam vivere definit. Tale illud; *destrues illos* l, *& non ædificabis eos*: item, *ut* m *non apponat ultra magnificare se homo super terram*. Valet præterea, *in finem*, idem quod prorsus, omnino, penitus, perfectè, ut nihil supra, & nihil desit, sicut post C finem nihil superest. Hoc sensu dicebatur *n* alibi *inimici defecisse framea in finem*, *& civitates destructas esse*: ad hæc quod *non in finem erit oblivio pauperis*, *& patientia pauperum non peribit in finem o*, Denique omissis aliis exemplis, *dilexit Christus suos in finem*, idest, edito quodam perfectiore signo dilectionis, *quum dilexisset*, prius *illos p*, ita ut τὸ τέλος, quod Chrysostomus, Theophylactus, Euthymius, Leontius dicunt, fit ἀντὶ τοῦ τελειώσεως.

Aug. Ruffini & Hieron. in c. 65. Esa. sententia.

k Apoc. 18. 6. 7.

In hac vita destrui à Deo, & in finem, quid differant.

Mysticus sensus.

Litteralis.

l Ps. 27. 5. m Ps. 9. vers. ult.

De phrasi, *in finem*.

n ibid. v. 7.

o vers. 10.

p Jean. 13. 1. εἰς τὸ τέλος, ἀντὶ τοῦ τελειωσεως.

Evellet te.) Hieronymus, *terrebit te*. Alii, *tollet te*, nempe de medio, vel *exuret te*, vel *conteret te*, vel *perdet te*. Chaldaicè, *dissipabit te* יהברנך *jethabberinnach* Hebræum verbum cum affixo est, יתבר *jachthecha*; quod à תתה *chathah* significat *sumere ignem*, & *congerere*, & *alio transferre*. Forsitan allusio fit ad succensionem segetum, cujusmodi à Samsone per alligatas caudis vulpes in Philisthinorum agris facta *q*: & D quam agricolæ usurpant post messem, quamvis ut agris ad futuram sementem prosint: nam

Allusio.

q *Jud.* 15. 4. Agrorum incendia post messem.

Sæpe etiam steriles incendere profuit agros,
Atque levem stipulam crepitantibus urere flammis.

r 1. Geor.

Caussas Poeta reddit, & ante illum Lucretius *s*, postque ambos Plinius *t* approbat.

s lib. 5.

t lib. 18. c. 6.

Et emigrabit te de tabernaculo tuo.) Hieronymus, *evellet te de tabernaculo tuo*. Alii, *abradet te*, *demolietur*, *diruet*, *extrahet*, *extirpabit*, *destruet*, *avocabit*, *transferet*: quòd ultimum importat Græcum μετανεῦσαι, omnia verò dicta Hebræum נסח *nasac*. Gregorius Papa II. *u transferet è tabernaculo tuo*. *Abrasio* continet allusionem ad novaculam, de qua versu 4 *Tabernaculum* non ad pastoritium munus, quo functus propriè Doeg non est, ut tamen vult Vatablus, sed pro *domo* sumitur, quemadmodum & alibi sæpe. Tandem *emigro* activè accipitur, sicut & apud Gellium *x*, *migra-*

u epist. ad Germ. patr. Tabernaculum pro domo.

x lib. 2. c. 19.

re nidum, & in lege VII. fabularum *a*; *Quisquis earum rerum migrassit, noxa pœna par esto*, apud Titinium Veliternam, *quot pestes senio, & jurgia se semet diebus emigrarunt*, hoc est, ejecerunt se, & vulgo veteres; *migrare legem*, aut *morem*, usurpabant pro transgredi, & mutare, similis *erumpendi* usus transitivè. Notavisse ex his nonnulla Gretserum *b* nostrum postea cognovi. Apollinarius ita explicat:

ὡς δ' ὅρπηκα ταμὼν σε, τεῶν ἐπονάσσεται ὄϊκῳ
Tamquam verò ramum concidens te, tuis emigrabit ædibus.

Euthymius de morte accipit per quam exitur de corpore, velut de tabernaculo, ut Petrus *c* de seipso scripsit, nosque illum declarantes, pluribus verbis ostendimus. Vel de domo unde mortuus efferatur. Cassiodorus & Bruno Herbipolensis legunt, *de tabernaculo suo*: hìc, & de Judæis ejiciendis de Jerusalem; ille, interpretans de Antichristo, hoc est, de membris ejus, atque sectatoribus, qui videbuntur esse intra tabernaculum Ecclesiæ, sed corde non erunt. Meminit dictæ lectionis Hugo. Arnobius eam sequitur, dum exponit emigrationem de corde Dei, quia hoc sit Dei tabernaculum. Gregorius II. eadem utens, de diabolo ipso exponit, & applicat ad hæresiarcham. Hilarius etiam, & Hieronymus in explanatione, videntur ponere intelligendum esse pronomen, *suo*, agentes de Judæis. Etsi verò in codicibus Complutensibus Regiis, & aliis extet pronomen σοῦ, *tuo*, & id legat Euthymius, indicetque Apollinarius verbis antea recensitis, tamen Hebraicè, Chaldaicè, & in emendatis Græcis bibliis non est. Recitat ex Symmacho Chrysostomus, *destruet te, & abradet te de tentorio tuo*. Per *tabernaculum tuum*, possemus interpretari illud ipsum Domini, quod quadam religione ductus, ingressus erat Doeg, ibique morabatur, quum observavit quæ fierent ab Achimelecho, & Davide *d*, ut pridem jam ante dictum est. Nyssenus *e* *tabernaculum divinum* intellexit, *μεταναστήσει ἀπὸ τοῦ θείου σκηνώματος, emigrabit eum à divino tabernaculo*. Prædicit Doegum non ampliùs ad id rediturum, utpote sicut indignum, quia dignus tantùm, (qui ingreditur sine macula, operatur justitiam, loquitur veritatem in corde suo, non agit dolum in lingua sua, non facit proximo suo malum, opprobrium non accipit adversus proximos suos,) &c. *f* quorum omnium contraria in Doego deprehensa sunt. Denique per istas circumlocutiones significatur pellendum Doegum de divinæ protectionis quasi tabernaculo, etiamsi fortassis ad externum redire detur: vagum & profugum futurum, tandemque infelici exitu vitam terminaturum. Alludit Augustinus in etymologia *Doec*, quasi *motum* sonet, sed *Doeg*, non *Doec*, scribendum, nec talis etymologia consentanea est. Similis in 108. Psalmo *g* imprecatio, *fiant dies ejus pauci; fiant filii ejus orphani, & uxor ejus vidua: Nutantes transferantur filii ejus, & mendicent, & ejiciantur de habitationibus suis.* Completum est vaticinium, si quod in explanatione tituli retulimus, armiger Saulis Doeg fuit, qui quum herus irruens super gladium occubuisset, ipse mortis eodem genere interemit *h* sese, &, si filius ejusdem, is qui Davidi Saulis mortem quum renuntiasset, ac à se ipso illum occisum, licèt falsò, dixisset, Davidis jussu interfectus est *i*. Affinis adhuc in Job *k* sententia; *Avellatur de tabernaculo suo fiducia ejus, & calcet super eum quasi Rex interitus*. De quo loco Pinedam nostrum consule.

Et radicem tuam de terra viventium.) Hieronymus, *& eradicabit te*, &c. ita quoque Symmachum vertisse Chrysostomus refert, ac Nyssenus *l* indicat, scribens, *καὶ ἐκ τοῦ τῶν ζώντων γῆς ἀνορύξει τὰ τῆς πονηρίας αὐτοῦ καὶ πικρίας ῥιζώματα, & de terra viventium excindet malitia illius & acerbitatis radices*, & tropologicè *eradicandi*, & *radicum* sumit vocabula. Ceteri etiam qui reddunt ex Hebræo *eradicandi* utuntur verbo. In paraphrasi est verbum יתלשנך *iithleschinnah*: Hebraicè est שרשך *schereschà* in conjugatione Piel. Legerunt LXX. שרשך *schioreschà*, *radicem tuam*. Gregorius II. legit, *radicationem*. *Radicem* docui in ea phrasi pro *prole* etiam inter alia sumi. Sic in Job *m*, *progenies mea eradicetur*; Hebraicè, צאצאי ישרשו *tsetsaai*

iescioraſciu, germina mea eradicabuntur, rami ejus, stirps, radix, quia qui sunt de radice, ac stirpe, ipsius & rationem & nomen videntur habere. Euthymius docet, per *radicem* intelligi generationem ac stirpem Doeg, tàm præteritam quàm futuram, tùm parentes, ex quibus productus est, tum filios, ac posteros, quia radix sunt aliorum, qui ab eis generantur. Potest præterea *radix* Doeg, illum ipsum significare, qui firma se radice credebat stare, bene nixum favore Saulis, potentia, opibus, diu victurum, tamquam cujus prospera bene ei esset, *plantasset eum Deus, & radicem misisset, proficeret, & faceret fructum*, ut de impio conquerebatur in genere Jeremias *n*. At Job *o* testatus est, seù apud eum Eliphaz, *vidisse se stultum firma radice, & maledixisse pulchritudini ejus statim*, quodque *non ditaretur, nec perseveraret substantia ejus, nec mitteret in terra radicem suam; ramos ejus arefaceret flamma, manus ejus arescerent, laderetur quasi vinea in primo flore, & quasi Oliva projiciens florem suum p.* Cujus desperata vita, vel etiam salus, ejusdem *evulsa* dici *radix* potest *de terra viventium*, tùm hac, tùm illa beatorum. Unde de Rege cui spes ad mentem redeundi supererat, scribitur, *q germen radicum ejus in terra relinquite*.

Sensu mystico bona *radix sapientiæ r*, & *charitatis s*, quæ numquam *concidit* t, vel *excidit* u, *scireque justitiam, & virtutem Dei, radix est immortalitatis x*: mala, unde *cupiditas omnium malorum y*, de qua hoc loco Augustinus, aliique: & amaritudinis ad quam allusit citatus antea Nyssenus. Antiochus, *radix peccatrix* cognominatus est *z*. Quasi dicas verbis Deuteronomii *a*, *quæ germinaret fel, & amaritudinem*, quia corruptissimus ipse, in causa fuit, ut vitia omnia invalescerent, de quibus Josephus *b*, Stephanus testimonia collegit Suidæ *c*, Æliani *d*, Polybii *e* (qui non ἐπιφανῆ, *illustrem*, ut solebat appellari, sed ἐπιμανῆ, *insanum*, & *furiosum* nominant) Athenæi *f*, Gorionidis *g*, Hieronymi *h*.

Terram viventium.) Docui, Psalmo 26. *i* accipi pro ea omni in qua vivitur, tùm pro promissa terra, idque potissimùm, quia Deus in ea vivus ac verus coleretur, tandem pro Ecclesia & regione beatorum. Differit eadem de re hoc loco Hilarius potissimùm secundùm ultimam notionem, & possunt ibi dicta, huc transferri, tametsi ad litteram primo sumi debeat modo. Sed & satis commodè Hugo, eumque imitatus Ayguanus, improborum pœnas in his omnibus, quæ adhuc sunt dicta, distinguunt, æternitatem futuræ, in hac vita temporalium bonorum amissionem, & ipsiusmet vitæ ac societatis bonorum: denique vitæ æternæ. Alia rursus ratione ad malos Prælatos eamdem sententiam applicat Hugo, sed sum contentus indicasse.

In fine versus, est סלה *selah*, & διάψαλμα, quod potest judicare, hìc exclamandum, planè justum esse judicium Dei, justam ac dignam de impio vindictam, pœnamque.

Vers. 8.) Videbunt justi, & timebunt, & super eum ridebunt, & dicent.

Vers. 9.) Ecce homo, qui non posuit Deum adjutorem suum, sed speravit in multitudine divitiarum suarum, & prævaluit in vanitate sua.

HÆc est utilitas, quam referunt vasa misericordiæ, & electionis, ex ruina, & contritione vasorum iræ atque contumeliæ, ut scilicet dum justi perspiciunt iniquorum interitum, Deique in illos animadversionem severam considerant, sancto quodam horrore corripiantur, ac venerati divina judicia, vereantur & ipsi, ne aberrent, excidantque, & pereant de via justa, eamdemque compellantur experiri justæ severitatem vindictæ divitiæ. Simul etiam obstupescentes ad gravitatem calamitatis & supplici quod illi luunt: ipsi verò ex singulari bonitate atque gratia Dei, ab eo liberi sunt, quod contingit post mortem: lætantur ac exultant, & in eas erumpunt

---

a apud Cic. 3. offic. *Emigro* in activi significatione. *Migrare legem, morem*, pro transgredi. Verbi *erumpendi* usus transitive.

Vocis *tabernaculi* variæ expositiones hoc loco, & applicationes.

b 2. Pet. 1. 14.

c 1. Reg. 22. 9 & tract. 2. in Ps. 13. Sensus loci.

d Tract. 2. in Ps. 13.

e Verbo, Antiochus.

f Psal. 14 1. 2. 3.

Allusio in etymologia nominis *Doeg*.

g vers. 9. 10.

h 1. Regum vult. 5.

i 1. Reg. 1. 10 & 18. 14.

k c. 18. 14.

l tract. 2. in Ps. 13.

Radix pro *prole*.

m c. 31. 8.

n cap. 12. 2.

o cap. 5. 3.

p cap. 12. 29. 30. 32. 33. Evulsa radix de terra viventium cujus dici possit, q Dan. 4. 12. 20.

x Sap. 3. 15.

s Coloss. 2. 7. Hebr. 12. 15.

t Sap. 1. 15.

u 1. Cor. 13. 8

x Sap. 15. 3.

y 1. Tim. 6. 10.

z 1. Mach. 1. 11.

a c. 29. 18.

b in 1. Mach. c. 1.

c Verbo, Antiochus.

d lib. 2. Variar. cap. 41.

e lib. 26. Antiochus non ἐπιφανὴς sed ἐπιμανὴς dictus.

f lib. 5. 10. 12

g lib. 3. c. 6.

h in c. 11. Dan.

i vers. 13. *Terra viventium*, qua significatione accipiatur.

Expositiones loci.

Utilitas quam referunt electi ex ruina impiorum.

punt voces, quibus juſtitiam Dei celebrent, & ingratitudini tantæ, improbitati, inſaniæ aliorum ridendo exprobrent, atque inſultent, quia externis operibus fraudibuſque fidentes, Deum neglexerint, nec ejus opem implorare curaverint, vel pro juſtis contra ſe ſuperiorem eſſe crediderint, certè non attenderint. Hoc de ſeipſo David, fretus pia confidentia propriæ juſtitiæ, pronuntiat, deque improbiſſimo Doego. Valet autem ad alios ex utroque genere ſimiles, tùm in hac, tùm præſertim in futura vita, & generali judicio, nec uni dumtaxat convenit ex impiorum ſerie Antichriſto impiiſſimo, licèt illi ſupra omnes maximè; de quo & nonnulli, ut antè dixi, propriè Pſalmum interpretantur; ſicut alii de Judæis una ex parte, ex altera de Chriſtianis; ut hi rideant illos, confiſos fruſtrà in temporalibus bonis, & umbris ceremoniarum; Chriſto bonorum æternorum auctore, legiſque Evangelicæ conditore, & humani generis liberatore, contemto, indigniſſimè tractato, crudeliſſimè interempto.

Senſus loci.

Locus potiſſimum Antichriſto conveniens. Ad eum Pſalmi applicatio: item ad Judæos & Chriſtianos

Elegans χάρις:

Videbunt juſti, & timebunt.) In textu Hebræo eſt elegans ſimilium χάρις verborum addita etiam particula, &, initio, quam tamen omiſit Hieronymus עליהם ויראו וידאו *veiireu ſaddikim veiirau*, vel ſine accentu, *jireu*. Sed tunc in proferendo, diſcrimen aliquod eſſe oportet, nobis ignotum, ne idem penitus verbum repeti videatur. Paraphraſtes explicat, quid ſit, quod *videbunt*: & *inſpicient*, inquit, *juſti punitionem tuam*. Apollinarius eximios quoſdam juſtos intelligit, quaſi antiſtites, ac interpretes illius.

ἰυδικίης λεύσσοντες ἰποπτήξασ' ἰποφῆται.

Hugonis obſervatio.

Non diſplicet, quod notavit Hugo, ut *videre*, ad prudentiam pertineat, *timere*, ad cautelam, *ridere* ad ſanum judicium æſtimationemque rerum. Nam *mulctato peſtilente, ſapientior erit parvulus* a: *Quum ſublatus fuerit* (impius ſub nomine *ceti* deſtructus) *timebunt Angeli, & territi purgabuntur* b: *qui habitat in cœlis* (non Deus modo ſecundùm ſubſtantiam, ſed etiam ſecundùm participationem c) *irridebit eos, & ſubſannabit illos* d: *illuſio etiam, & improperatio ſuperborum, & vindicta, ſicut leo inſidiabitur illi*, nempe *facienti nequiſſimum conſilium, quod ſuper ipſum devolvetur, & non agnoſcit unde adveniat* e, *illi*. Recognoſcenda, quæ prioribus dicta ſunt Pſalmis, ad illa verba; *Omnes* f *videntes me, deriſerunt me*: & g, *viderunt oculi noſtri*; & h, *quum perierint peccatores, videbis*: & i, *videbunt multi, & timebunt, & ſperabunt in Domino*: &, *ipſi videntes ſic admirati ſunt, conturbati ſunt, commoti ſunt. tremor apprehendit* k, *eos*. Valde affinis in Job locus l; *videbunt juſti, & lætabuntur, & innocens ſubſannabit eos*. Rurſus in alio m Pſalmo; *videbunt recti, & lætabuntur, & omnis iniquitas oppilabit os ſuum*. Convenit juſtis timor, præſertim reverentialis, non ſolùm in hac mortali vita, ſed in illa etiam beata, ut ſæpius vidimus. Jacturam juſtitiæ ſuæ timent ſoli, qui nunc hìc vivunt, & in ejuſmodi *timore ſerviunt Domino, excitantque cum tremore* n, & in iis ſuam ipſorum *operantur ſalutem* o, videntes ne qui *ſtant, cadant* p, *conſiderantes ſe ipſos, ne & ipſi tententur* q, de ſe non præſumentes, de nullo deſperantes, nullum irridentes, ſed potiùs flentes, ſi quos *inimicos* videant *crucis* r; & lugentes eos, *qui peccaverunt, & non egerunt pœnitentiam* ſ.

a *Pro.* 21. 11

b *Job.* 14. 16.

c *Exo.* 27. 30 31.

d *Pſ.* 2. 4.

e *Pſ.* 21. 8.

f *Pſ.* 34. 21.

g *Pſ.* 36. 34.

h *Pſ.* 39. 4.

i *Pſ.* 47. 6. 7

k *Pſ.* 22. 10.

l *Pſ.* 103. 12

m

Juſtis conveniens timor.

n *Pſ.* 2. 11.

o *Phi.* 2. 12.

p 1. *Cor.* 10. 12.

q *Galat.* c. 1

r *Phil.* 3. 18.

ſ *aCor.* 1 2. 21

De juſtorũ lætitia quam vident vindictam Dei.

Et ſuper eum ridebunt.) Nunc etiam *lætari juſtus* poteſt *videns vindictam* t, tamen in ſtatu beatæ vitæ multò liberiùs ac tutiùs. *Ibi*, inquit Gregorius u, explicans verba Job, *in vaſtitate, & fame ridebis, damnaris, ex humanitate juſtus non compatitur, quia divinæ juſtitiæ per ſpeciem inhærens, inconcuſſo diſtrictionis intima vigore ſolidatur. Erectas namque in claritate ſuperna rectitudinis electorum mentes, nulla miſericordia afficit, quia has à miſeriis altitudo beatitudinis alienas reddit.* Tum ſubdit, allato Pſalmi hujus teſtimonio: *Iniquos enim juſti nunc vident, & metuunt; tunc viſuri ſunt, & rideebunt. Quia enim modò ad eorum labi imitationem poſſiunt, hic habent formidinem: quia verò damnatis tunc prodeſſe nequeunt, illic non habent compaſſionem*. Sed hac de re memini jam alibi me dixiſſe.

t *Pſ.* 57. 11

u 6. *Moral.* c. 20. *vol.* 16

Ecce homo.) Hieronymus, *vir*, הגבר *hagghever*, quaſi indicet manu extenta, ut ait Caſſiodorus, particula *ecce*, denotari eum, qui vires, potentiam, opes jactabant ſuos, quem Itali vocant *il bravo*, Galli, *le brave, le pereux, le vaillant*, qualis Doeg ſacerdotum interfector, & Urbis integræ Nobæ deſtructor. Cum antitheto epitheto vocatur in alio Pſalmo x אין איל נכר *ghever en eial, vir invalidus*, cui non eſt fortitudo, ἀβοηθητος *cui non eſt adjutor*. Is erat Chriſtus in paſſione demonſtratus à Pilato, illis verbis, *Ecce homo*. Campenſis *gigantem* vertit hoc loco.

Phraſes Gallicæ & Italicæ.

x *Pſ.* 87. 5.

Qui non poſuit Deum adjutorem ſuum.) Hieronymus, *fortitudinem ſuam*: Pſalterium Romanum, & Caſſiodorus, *fortitudinem ſibi*, eſt מעזו *mabhuzzo*, *fortitudo*, & *robur ejus*; de quo vocabulo egimus aliàs, tractantes de *Maozim*, quod Antichriſtus adoraturus dicitur y; non autem Deum verum, *cui adverſabitur* z, de quo Antichriſto Caſſiodorus, Hugo, & alii præſentem locum interpretantur. Græcè hoc loco eſt βόηθος, *adjutor*. Transfert Hieronymus locum iſtum ad illum *ſtultum* divitem, cujus quadam *nocte anima repetenda erat* a: & ad alium, qui in inferno torquebatur, *quia receperat bona in vita ſua* b, & *ſibi* uterque *theſaurizans non erat in Deum dives* c; ſed *derelinquit factorem ſuum* d, tantùm non dicens, *quis noſter Dominus eſt* e? *recede à nobis: & quaſi nihil poſſet facere omnipotens æſtimans eum, quum ille impleverit domum ejus bonis* f. Damnat Auguſtinus proverbium avarorum, rapacium, innocentes opprimentium, res alienas invadentium, commendata negantium, *quantum habebis tantus eris*; ideſt quantum habueris pecuniæ, quanto plus acquiſieris, tanto plus poteris. Repetit adhuc idem g proverbium Auguſtinus, ac elegantiſſimè piiſſimèque tractat. Ex Horatio fortaſſis mutuatus h, eſt.

y *Dan.* 11. 38 39.

z 2. *Theſſ.* 2. 4 De Antichriſto loci interpretatio.

De ſtulto divite, de quo Lucas.

a *Luc.* 11. 20.

b *cap.* 16 25.

c *cap.* 12. 21

d *Deu.* 32 15

e *pſ.* 11. 8.

f *Job.* 22. 17. 18:

Avarorum proverbium ab Auguſtino damnatum

g *de diſcipl.* c. 11.

h *lib.* 1. *Ser. Satyr.* 2.

At bona pars hominum decepta cupidine falſo,
Nihil ſat is, inquit, quia tanti, quantum habeas, ſis.

Uſurpavit & Apulejus i: *tanti re vera eſtis, quantum habebitis*, & ex Euripide Seneca, refert hunc verſum;

i *in Apolog.*

Ubique tanti quiſque, quantum habuit fuit.

Sententia contra eos, qui nimium libero arbitrio tribuãt gratiæ parum.

Obſervata ſunt hæc ab Adagiographo. Cui placet proverbium, & ex ejus vivit præſcripto, ſine dubio Deum non ponit adjutorem, ſed quod ſequitur, *ſperat in multitudine divitiarum*, &c. Valet eadem ſententia iſta, contra illos qui libero nimium arbitrio tribuunt; gratiæ parum.

Sed ſperavit in multitudine divitiarum ſuarum.) Eſt quod priùs ex parœmia dixi, quantum haberet, tantum ſe putaret eſſe. Sic in 48. * Pſalmo, *Qui confidunt in virtute ſua, & in multitudine divitiarum ſuarum gloriantur*. Non ſunt malæ divitiæ, ſed *cor ad eas apponere* k, *idolorum* ex illis facere *ſervitutem* l: *mammonæ ſeveritate* potiùs quàm *Deo* m, *in iis ſperare, & in incerto earum ſublime ſapiendo*, nec *in Deo vivo, qui præſtat nobis omnia abunde ad fruendum* *: *argentum ſuum, & aurum ſuum facere idola ſibi, ut intereas* n: ex aureo conflare ſibi idolum o: malis artibus acquirere, illis abuti, non tam habendo ad neceſſitatem, quàm poſſidendo ex amore, ut monet Hieronymus: non inde egentibus benignè faciendo. *Qui confidit in divitiis ſuis* p, *corruet: argentum & aurum non valebit liberare in die furoris Domini* q. *Nihil iniquus quàm amare pecuniam habendo animam venalem*, ſicque *projiciendo intima* r. *Beatus dives, qui inventus eſt ſine macula, & qui poſt aurum non abiit, nec ſperavit in pecunia, & theſauris. Quis eſt hic? & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita ſua* ſ. Talis tamen poteſt eſſe, ac fuerunt etiam nonnulli tales, id aſſecuti gratia Dei; quod eſt *apud homines impoſſibile* t, nec egentes facultate, nec ardentes cupiditate, quum hoc aliquando reperiatur in paupere, cui deeſt illi, in eo non ſit pecunia, ſit autem avaritia, ut Auguſtinus monet, notans acutè *in ſinum Abrahæ* divitis recipi Lazarum *mendicum* u, ut intelligeremus Deo divites eſſe omnes debere, cupiditate pauperes: nec hìc dictum, *ecce homo*, qui fuit dives, quaſi damnaretur ob divitias, ſed, *qui non poſuit Deum adjutorem*, &c. *Beatum*

* *Verſ.* 7. Divitiæ quo modo malæ ſint.

k *Pſ.* 6, 11.

l *Gal.* 5. 10.

m *Luc.* 16. 13

* 1. *Tim.* 6, 16

n *Oſ.* 8. 4.

o *Ex.* 32. 23

p *Pr.* 11. 28.

q *Ez.* 7. 19. *Sophon.* 1. 18

r *Eccl.* 10. 10

ſ c. 31. 8.

t *Mat.* 19. 26 Viri divites aſſecuti gratiam Dei, quod eſt apud homines impoſſibile. Acuta Auguſtini obſervatio.

u *Luc.* 16. 22 Deo divites eſſe omnes debent, cupiditate pauperes.

tum dixerunt stulti cui sunt externa, non *cujus Domi-*
a *Ps.*143.15. *nus Deus* a.

Et prævaluit in vanitate sua.) Hieronymus, *confortatus est in insidiis suis.* Alii, *in pravitate sua*, vel, *in confractione*, vel, *in corruptela.* Campensis, *sceleri fidit*, aut ut *sceleribus potentiam affectavit.* Hebræa sunt בהותו יעז *tahhoz behauvatho:* quæ bene Hieronymus expressit, & significant *vincere*, aut *valentem esse*, ac robustum, & potentem, & expugnate alios, non fide, virtute, æquo jure vel marte, sed dolis, fraudibus, insidiis, callidis sermonibus, malis artibus, malitia. Pro ἐνεδυναμώθη vertit synonymè Symmachus ἐνίχυσατο. Aquila, ἐκραταιώθη. Possunt etiam הוות *hauvoth* significare *opes*, ut placet R. Sahadiah, à notione generali verbi הוה *havah* esse, quod vocans Itali, *l'havere.* Galli *l'avoir.* Græci ὄντα, quasi dicas, *essentia*, & *id quod est*, & τὰ ὑπάρχοντα, *quæ sunt:* Latini olim nomine fœminino, *habentia*, ut apud Nonium ex Claudio *b*, *animos eorum inflaret habentia.* Rectè autem opibus convenit, ut appellentur vocabulis *vanitatis*, *pravitatis*, *corruptelæ*, *insidiarum*, *contritionis*: sunt enim illis hujusmodi res plerumque adjunctæ, licèt ipsæ per se non sint malæ, sed secundùm naturam bonæ, secundùm mores indifferentes. Chaldaicè בממונה *bemammoneh*, *in mammona suo.* *Quid vanius eo*, ait Augustinus, *qui putat plus valere nummum, quàm Deum? Vanitatem, & cassam solicitudinem mentis, & curam superfluam peccatoris, ut addat, & congreget.* Ecclesiastes *c*, esse scribit, ad quem locum, quæ notata sunt aliàs à nobis, conferre potes. Hoc denique simile est primis illis Psalmi verbis, *qui potens es in iniquitate. Fallacia divitiarum suffocat* d *verbum*, & hæ spinæ *e* sunt sine fructu, cum punitionibus, & vulneribus, sed de hoc argumento hinc inde dicta priùs nonnulla.

Gallica & Italica phrasis.

Habentia, vox Latina, nomine fœminino.

b 7. *annal.* Divitiarum convenientes appellationes.

c c. 2. *ult.*

d *Matt.*13. 22.

e *Luc.*8.7.

Vers. 10.) Ego autem sicut oliva fructifera in domo Dei, speravi in misericordia Dei in æternum, & in sæculum sæculi.

Spes justorum qualis esse debeat, & qualis spes Davidis fuerit.

EX antithesi docet, quam spem habuerit, & habere quemlibet justum oporteat. Nam affirmat firmiter hærere se, nixum Deo, jactisque in ipso spei suæ radicibus, non timere, ne, quod eventurum impio dixit, qui sacerdotes occiderat, & everterat civitatem Nobe, destruatur, evellatur, eradicetur, quia *qui confidunt in Domino sicut mons Sion; non commovebitur in æternum, qui habitat in Jerusalem* f. Certus est, se, quamvis exulet, fugiens Saulem, rediturum aliquando in Dei domum, hoc est, in tabernaculum, eique vel per se vel per filium quem det Deus, templum ædificaturum, & pro malitiæ amaritudine, quam dilexit Doeg, benignitatis in omnes, etiam in adversarios ipsos suos, effusurum suavitatem.

f *Ps.*124.2.

Ab olea apta comparatio.

Olea, misericordiæ & pacis symbolum.

Ducit verò comparationem ab oliva, quoniam semper viret; foliis non defluit, uberes fert fructus, quasque perpetuos, novis succedentibus priùs quàm veteres decidant. Misericordiæ pacisque symbolum est: ejus liquore inunguntur Sacerdotes, Reges, Prophetæ; David autem Rex erat, & Propheta; Christus, ab unctione denominatus, ex ipsius nasciturus progenie, tribus simul ornandus dignitatibus, & in sede David sessurus, ac *regnaturus in domo Jacob, ita ut regni ejus non esset finis* g. Valet idem etiam liquor ad leniendum, sanandum, exhilarandum *h*, fovendum ignem. Ejusdem arboris umbra suavis, & salubris: lignum neque tempestate, neque carie, neque vetustate labefactatur. Observat Ayguanus in oliva colores quatuor ordine sibi succedentes, viridem, rubeum, lividum, nigrum, quos applicat, pluribus illustrans & confirmans verbis, ad cognitionem, spemque divinam, ad charitatem, ad pœnitentiam, ad humilitatem. Adjice, quemadmodum est

Ex ea inunctio sacerdotum, Regum Prophetarum.

g *Luc.*1. 33.

Oleæ pretium & proprietates.

h *Ps.*103.15. Ayguani in oliva observatio, & applicatio.

i 1. *Georg.* Oleæ tardus fœtus, ævum longum.

k *lib* 16. *c.* 44 l 1. *de legib.* Olea pacis symbolum ut rectè dicatur.

i *proles tardè crescentis olivæ*,

sic ævo longo durare; quod Plinius *k* testatur; etsi Cicero *l* næniam quamdam vulgo traditam rideat. Prætera in hoc pacis rectè symbolum olea est, vel indicè ramo ejus in columbæ post diluvium ore *m*, & Poeta *n*,

m *Gen.*8.32 n *Æn.* 13. Contra ferrum proprietas.

Pacifer atque manu ramum pretendit olivæ.

quod ferrum symbolicè quoque pro bello sumi solitum, emolliat, ineptumque ac inutile ad feriendum reddat. Deinde vivacitas ejus tanta, præsertim sylvestris, quæ dicitur oleaster, ut multis confixa clavis, nihil tamen lædatur. Sidonius *o* canit, quòd connubii diem,

o *in ep. Polemii & Araneolæ carm.* 14. Connubialis arbor.

Pacis simul arbor, & juventæ,
Æternumque virens oliva signat,

Christus condonaturus adulterii pœnam mulieri, ex Oliveti monte, quem frequentabat sæpe, *diluculo venit in templum p*; ad eumdem fere modum videor mihi posse de Davide asserere, dicere se *sicut olivam fructiferam in domo Dei*, hoc est, pronum ad benignitatem, quam in templo Deus præcipuè tolet mortalibus declarare. Oleum in sacrificio, seu oblatione, exegit Deus, tùm quæ esset pro peccato, & lucernas in tabernaculo jugiter lucentes. Christus je unantes ungi voluit *q*; admisit etiam ad pedes proprios ungendum peccatricem, quam in pace absolutam dimissurus *r*, erat. Quid si dicem, in mentione *olivæ*, puritatem castitatemque innui, à Davide concupitam, licèt postea violatam? Certè si quæ mox subjiciam, sive vera, sive aptè conficta, moribus nostris convenire possunt, etsi non ita personæ Davidis, qui fortassis istis narrationibus vetustior est. Refert Rutilius Taurus *s*, quum plantaretur aut legeretur oliva, jussos olim operari pueros mundos, atque virgines, quòd Palladi virgini sacra arbor esset; Florentinus *t*, etiam tradit, non nisi puros oleam collectores amare; qui verò ad olivationem accedebant, solitos jurare, se non aliunde, quàm ab uxore sua venire; ita verò factum ut anno inlequenti uberiorem proventum colligerent: Præcipue Anazarbi in Cilicia oleas fœcundissimas fuisse, quoniam à castis tantummodo pueris colerentur. Illud quoque Virgilius *u*, esse indicavit mirum, ut vitam, ac renascentiam oleæ sicut ac pæne mortuum lignum, idest, humoris modici, nanciscatur.

p *Joan.*8. 1. 2. 3.

Oleum in sacrificio.

Lucernæ in tabernaculo jugiter lucentes.

q *Mat.*6. 17 r *Luc.*7. 48.

Olea, puritatis & castitatis arbor credita.

A Rutilio Tauro & aliis de ea tradita.

s *Apud Pierium lib.* 53.

t *Apud eundem & Petrum Victorium.*

Quin & caudicibus sectis (mirabile dictu)
Truditur è sicco radix oleagina ligno.

u 2. *Georg.* De renascentia oleæ res mira.

Lege quæ de hoc loco satis obscuro tractat Petrus Victorius, in tractatu Italicè scripto de laudibus & cultura olivarum. Hoc etiam præcipiunt arboratores, ne sinantur non alterius modò generis plantæ arbustaque, sed etiam cognata eidem crescere prope ipsam, ut proprium in suo solo, ac situ ducat succum, & concoquat, atque fructum proferat maturum. Sic videlicet justitiæ frugum, fruticum, arborum incrementa ut existant, utque justus libere opera justè exerceat, & dignus sit nominari nomine olivæ *uberis*, *pulchræ*, *fructiferæ*, *speciosæ* x, removere omnia debet impedimenta, & divinæ gratiæ influxum excipere, tamquam roris. De hoc Deus rore apud Oleam *y*, & oliva, cum aliarum comparatione plantarum; *Ero*, inquit, *quasi ros: Israel germinabit sicut lilium, & erumpet radix ejus, ut Libani. Ibunt rami ejus, & erit quasi oliva gloria ejus, & odor ejus, ut Libani*: ubi Græcè pro *gloria* cognominatur ἐλαία κατάκαρπος, *oliva fructifera*, quod epithetum est in hoc ipso loco nostro. Gloria inde est, nec non ex pulchritudine; vocaturque adhuc in Ecclesiastico z *speciosa*, εὐπρεπὴς: & laudatur Simon Oniæ filius justissimus, inter alia, quòd esset, ut *oliva pullulans* a, ἀναθάλλουσα καρπὸς, *germinans fructus*: & à Zacharia cognominantur *b* duo sacro uncti oleo, Zorobabel, & Jesus sacerdos, *duæ olivæ*, *duove filii olei*, πιότητος, *pinguedinis*, vel ut reddit Aquila, σιλπιότητος, *splendoris*, vel ut Theodotio, λαμπρότητος, *claritatis*, *qui assistant denominatori universæ terræ*, quamvis velint alii esse Enoch & Eliam, sicut & in Apocalypsi *c*, in qua sunt eadem verba. Sed & Homerus casum Euphorbii ex duello cum Menelao, qui forma insignes erant, similem facit disjectæ vi validi

Virgilii locus à Petro Victorio tractatus.

Arboratorum cura circa oliveta.

Apta justi cum cultu oleæ comparatio.

x *Ier.*11.16.

y *c.*14.6.7.

z *c.*24. 19.

a *c.*50. 11.

b *c.*4. 3. 11. 14.

Duo filii olei, in Zacharia, qui?

c *c.*11.4.

lidi venti olivæ: si quando autem aliorum describit ruinam: qui non essent à pulchritudine commendabiles, utitur comparatione cadentis repentè quercus, aut fulminis, aut securis ictu.

Comparationes Homericæ.

Multo major ac verior pulchritudo olivæ nostræ mysticæ, quàm aurea Pygmalionis, cujus ex smaragdo fructus veris apparebant simillimi *a*. Facit & illud aptè intellectum, ad mores, quòd hæc arbor potationem desiderat, minùsque peccatur, si multum, quàm si parum potetur. De palmite Christus id dixit *b*, intelligens tribulatione purgari homines justos, ut fructum plus afferant. Denique Paulus *c* non aliam adhibuit ex arboribus, quàm ex oliva similitudinem, & ex oleastro, ut describeret discrimen inter vocatum per gratiam, Gentilem, & Judæum rejectum, simul comprimendo superbiam Gentilis, ne Judæum putet excludi à salute, quum prodierit ex radice sancta, non ut Gentilis ex infecta, & ideo non sit etiam Judæus excludendus ab Evangelii prædicatione, salutisque communione, utpote ramus naturalis, quamvis propter incredulitatem fuerit præcisus, nec omnis quidem, sed nonnullus: Gentilis gloriari non debeat, quippe insertus alienæ radici bonæ, & excidendus, nisi permanserit in bonitate, ideſt, bene usus fuerit Dei benignitate; alius autem insidendus in suam veluti naturalem olivam si non permanserit in incredulitate. Urget idem exemplum *d* Cyrillus Hierosolymitanus; Augustinus *e* verò in illo miratur dici à Paulo inseri oleastrum in olivam, quum contrarium faciant agricolæ, & quòd insertus oleaster in oliva, non oleastri, fed olivæ ferat fructus, contra quàm accidat in insitionibus. Omnis Christianus *olivæ liquore unctus* dici potest, ab eo qui nomen inde accepit, ut *Christus* appellaretur, quia *unctus oleo lætitiæ*, participes quoque unxit, ac in monte olivarum oravit crebrò, agonem passus est, ascendit inde, ad eumdem ut judicet rediturus creditur, ut cuncta opera respergat misericordia sua; obivitque simili de causa vallem Gethsemani, quæ *vallem* significat *olei*. *Non altum sapiamus, sed timeamus, ne & nos excidamur g*, neu *ad vocem loquelæ grandis ignis exardescat*, comburamurque *h*, vel *mentiatur opus olivæ i*, & baptismi oleo, confirmationis, extremæ unctionis, ubutamur, & aliqui sacræ ordinationis. Salomon duo fecit ostiola Sancti sanctorum, cum picturis *k* Cherubim, & palmarum, & cum anaglyphis, & *Cherubim in oraculo, de lignis olivarum*: quoniam viri docti & sancti, ex misericordiæ charitatisque quodammodo confecti operibus, & aliarum virtutum, quibus insignes victoriarum palmas referunt, & exempli alios juvant, ditumque in cœum patefaciunt. Inter alios olearum quoque projecerunt ramos, triumphum ineunti Christo Judæi, ut creditur, more supplicum deditiorumque, de quo Roal noster: ejusdem volens subjectionis hic signum Davidem dare, seseque opponere glorianti superbè in divitiis, & se dedere Deo detrectandi. Puto, quod principio indicavi, se, qui benignitatis conscius in alios esset, in benignitate divina spem ponere profiteri. Magnum & solemne sanctitatis indicium, bonitas; benignitatis, eleemosynæ. Hoc est esse Christianum, quod est *effusi nomen olei*. Unde justiùs & gloriosiùs denominantur, quàm ob oleæ inventrice Minerva Athenæ, cui adjudicatum ea in re potiùs, quàm Neptuno, quia munus ejus melius habitum, quàm sive aqua, sive equus? *Non sufficit esse, ut oleam*, ait Chrysostomus *m*, *sed oportet etiam esse fructiferam*, sunt enim miserentes, per totum annum pauca dantes, vel singulis hebdomadis, aut quodlibet erogantes. Isti quidem sunt olivæ, sed non fructiferæ, verùm aridæ. Atque, quod misereantur quidem, sunt olivæ, sed quoniam non largè & liberaliter, non sunt olivæ fructiferæ.

Ego autem sicut oliva fructifera.) Hieronymus, *virens*. Alibi, *frugifera* *n*. Alii *viridis*, *frondosa*, vox רענן *rahhanan* non fructus, sed virorem importat, & florem, sed hic de fructu futuro conjecturæ est. Sæpe fit, ut idem docet Chrysostomus *o*, ut anima ramis & foliis sit decora, fructum ferat nullum.

In Domo Dei.) In Psalterio Romano, *Domini*. Apud Nyssenum, *Dei mei*, τῦ Θεῦ μȣ. Addit Chaldæus epitheton *sanctæ* מקדשׁ *mukdas*. Supplendum, ut se figat in Dei domo, quæ est terra promissionis sancta viventium; tùm verò in ea parte ubi erat arca tabernaculumque, animo manere, quamvis exularet corpore, & sperare se, secundùm etiam corpus eò rediturum, nec penitus evellendum, & emigrandum, sicut de impio Doego vaticinabatur. Quapropter licèt absens esset, non ideo per *domum Dei* piam vivendi rationem intelligere necesse est, ut Chrysostomo *p*, placet.

Mysticè sumitur passim pro Ecclesia, intra quam veri meritorum fructus proferuntur. *Non est bonum extra domum Dei versari*, inquit Chrysostomus *q*; docet enim extra inveniri misericordes, compatientes, justitiæ vacantes: sed nullos facientes fructus operum, quia nescierunt opus veritatis, & illud *opus Dei*, quod ait Christus *r*, esse, *ut credatur in eum*. Hi sunt veluti *filii*, sicut *novellæ olivarum, in circuitu mensæ* Domini *s*, qui Deo subjecti sunt obedienter, fideliter, pacificè. Hieronymus *t*, accipit etiam pro domicilio beatorum, ubi de floribus ad frugem venimus. Utrique tùm militanti, tùm triumphanti Ecclesiæ convenit, quod Angelus prædixit apud Zachariam *u*, *absque muro habitatum iri Jerusalem*, Græcè, κατὰ κώμας, *fructiferam*, quemadmodum de priore Ecclesia Hieronymus *x* fusiùs explicat, ubi fruitio fructus est vicissimque: idcircò soli fruentes Deo, fructus permanentes tulerunt. Hic ferimus potiùs, aramus, floremus, maturitas fructus cœlo reservatur.

Speravi in misericordia Dei. Hoc est, in Deo misericordi, nam spei solus Deus per se objectum tamquam Theologicæ virtutis, non misericordia, ut effectum creatum significat. Eadem phrasis occurrit jam priùs in Psalmo 12. *y* Sperat misericordiam Dei David, sed ut *oliva fructifera*, hoc est, per merita, quamvis cum gratia ejusdem facta, sine quibus non spes, sed præsumtio est.

In æternum, & in sæculum sæculi.) Non speravit in æternum & in sæculum sæculi eliciendo spei actum is qui paucis vixerat annis. Ergo speravisse se eo modo dicit ratione objecti, quod æternum est, propter firmitatem propositi, ut numquam abjicere spem velit: ob certum ac perpetuum auxilium Dei, quod Deus, nisi per ipsum stet præbet, ut per id virere, florere, fructificare semper sicut oliva possit, cujus antè meminit. *In Domino sperans non infirmatur z, neque confunditur in æternum a*; sed *pascitur in divitiis illius b, qui dives est in omnes, qui invocant eum c, dives in misericordia d*; quum impius *in multitudine divitiarum suarum speret e*. Nihil autem refert, quòd vertat Hieronymus, *in sæculum & in æternum*. Alii, *in sæculum & ultra*: *in sæculum, & sæculum*: *in sempiternum, & perpetuò*. Est Hebr. עולם ועד *bholam vahhed*, de qua dicendi formula dictum alias. Quare non videtur annotatio Hilarii necessaria, spem in misericordia Dei esse *in sæculum*, sive *in æternum*, & *in sæculum sæculi*: confessionem de qua sequenti versu, tantùm *in sæculum*, quia fiat in hoc solum tempore confessio peccatorum.

Vers. 11.) Confitebor tibi in sæculum, quia fecisti, & expectabo nomen tuum, quoniam bonum est in conspectu Sanctorum tuorum.

Sensus loci.

HOc tam pretioso spei ditatus & fultus munere, laudabo te Deus misericors semper, eo quòd æquam & justam feceris de improbissimo proditore Doego vindictam, & quam à te speraveram salutem libertatemque de illo & Saule, attuleris. Propterea, inquam, sicut hactenus, ita deinceps magis in te sperabo, perpetuoque opem & clementiam tuam præstolabor, quam experti celebrant, & quam in me, velut in olea virenti surculum, inseruisti; tametsi non tam cito, ut mea fortassis imbecillitas efflagitabit, succurras. Videlicet nihil gratius accidit auribus, mentique sanctorum, quàm suavissimum nomen tuum, quod spirat & fragrat misericordiam; omnesque intelligunt sibi expositum ac expeditum esse, ut inde affatim recipiant beneficia; licèt alia ex parte impiis ingratum, invisum, terrificum sit: & ego celebran-

Spes Davidis firma.

Auribus sanctorum & menti quid potissimum gratum accidat.

Impiis ingratum & terrificum Dei nomen.

---

a Plin. l. 2. *de vita Apollon.* Aurea Pygmalionis oliva.

b Ioan. 15. 4.

c Rom. 11. 17. Similitudines à S. Paulo ex olea & oleastro tantum sumptæ.

d Eædem expositio. Judæus ex radice sancta, Gentilis ex infecta.

e catech. 1. *in ps.* 72. Oleastri in olivam insitio à Paulo contra quàm agricolæ.

f Ps. 44. 8. Christus ad montem Oliveti rediturus ut judicet.

g Rom. 11. 20.

h Ier 11. 16.

i Abac. 3. 17.

k 3. Reg. 6. 23. Divin. Ignis olivarum constructio à Salomone facta quid significet. Olearum rami projecti à Judæis triumphum ineunti Christo, quid significarent.

l Singular. c. 5. & 6. Sensus loci. Sanctitatis magnum indicium. Non sufficit esse oleam, sed oportet esse fructiferam.

m hom. 32 in opus. ad Hebr.

n in c. 2. Zach.

o hom. de side & legetur. Sæpe anima ramis & foliis decora, atque fructu.

Sensus loci.

p tract. 2. in psal. 13. Mystica domus expositio. Non est bonum extra Dei domum versari.

q supra. Opus veritatis & opus Dei scire quid sit.

r Ioan. 6. 29.

s psal. 127. 3.

t c. 54. Es. Zachariæ locus.

u c. 2. 4.

x ibidem. Phrasis scripturæ.

y vers. 6. David quomodo Dei misericordiam sperat. Quomodo speravit in æternum & in sæculum sæculi.

z Ps. 25. 1.

a Ps. 30. 2.

b Ps. 36. 3.

c Rom. 10. 12.

d Eph. 2. 4.

e Sap. 5. 8. Psal. 51. 9. Hilarii non necessaria annotatio.

lebrando tua in me munera, efficiam profectò, ut etiam alii ſancti, te unà mecum laudent, & gratias agant, & excitentur atque confirmentur in eadem ſpe, quam jam conceperunt, & quam tam feliciter mihi ceſſiſſe cognoſcent.

Confiteri, pro laudare. De neceſsitate operum ultra fidem.

Confitebitur tibi.) In Pſalterio Romano, apudque Hilarium, Arnobium, Caſſiodorum, additur, *Domine. Confiteri*, laudare eſt hoc loco, ſicut & alibi ſæpe, non autem fateri peccata. Ut Hilarius tamen innuit (qui pro neceſſitate operum ultra fidem, valde opertam hic habet ſententiam) & Caſſiodorus. Talem verò indicat laudem, quamvis beneficiorum extorqueat, ut à reis tormenta veritatem.

Hilario favens lectio.

In ſæculum.) Pſalterium Romanum, *in ſæculo*. Favet ea lectio Hilario, qui, ut vidimus, ſpem docuit in Dei miſericordia eſſe *in ſæculum*, ideſt, hìc & *in ſæculum ſæculi*, hoc eſt, in alia vita, ubi miſericordia quoque locum habet; confeſſionem peccatorum in hoc ſæculo dumtaxat. Atqui, ut etiam modò monui, *confiteri laudibus*, celebrare eſt: ſæpeque non aliud eſt *in ſæculum ſæculi*, quàm *in ſæculum*. Nyſſenus *a*, interpretatur, polliceri Davidem εὐχαριστίαν κατὰ τὸ ἄπειρον, *gratiarum actionem ſecundùm æternitatem*, & Chryſoſtomus numquam deſiturum prædicare laudes ipſius. Eodem pacto Baſilius, Theodoretus, Euthymius, alii.

Confiteri laudibus. Pro celebrare.

a *Tract. 2. in Pſal. c. 13.*

Senſus loci.

Quia feciſti.) Auguſtinus, *quoniam tu feciſti*. Alii, *facturus es*; quaſi pro futuro ſumatur præteritum עשית *hhaſitha*. Sed aptiùs retinetur præteriti ſignificatio. Senſus autem eſt, ſe gratias agere & acturum Deo, quod ſit elapſus de manibus Doegi & Saulis, & toties aliàs evaſerit plura graviaque pericula, cujus multi rationem transferuntur ad fortunam; vel ad induſtriam propriam. Paraphraſtes illud expreſſit, *quoniam*

b *ver. 2. 5. 6.*

executurus es ultionem judicii mei. Sic in pſalmo nono *b*. *Confitebor tibi Domine in toto cordo meo, narrabo omnia mirabilia tua, &c. quoniam feciſti judicium meum, & cauſam meam, &c. increpaſti gentes, & periit impius, &c.* Emphaſim habet reticentia & eclipſis, *quoniam feciſti*, & videntur, iſta verba, ut obſervat Euthymius, ab intimo propheræ corde emiſſa, atque ideo deficere. Solent enim ii, qui ulciſcuntur, defectiva quædam verba proferre, veluti reliqua præ gaudio in eis verba intercidantur, ut illud *viderunt oculi noſtri* c, nempe vindictam, aut quid ſimile. Thomas poſt Auguſtinum, Ruffinum, Caſſiodorum, Bedam, Remigium, & alios, explicat, quoniam feciſti, ut eſſem oliva in domo Dei fructifera, & ſperarem in miſericordia tua, & confiterer tibi. Hugo extendit ad innumerabilia beneficia, parva, magna, quum *omnia Deus in nobis opera operetur* d: & *velle*, & *perficere* e. Hilarius interpretatur, quia ſit auctor univerſitatis hujus. Magna confeſſio, ait Auguſtinus eumque imitatus Ruffinus, *quoniam tu feciſti*. Tum exponit de juſtificatione, impius per ſe facere in te non poteſt, nec niſi malum, inquit Ruffinus, & aliquot aliis locis Auguſtinus; ſcilicet opus ſic non conferens ad vitæ meritum verum æternæ, ac ſi re vera malum eſſet, quum poſſit aliquod moraliter bonum fieri, juxta naturæ vires ut Theologi plures arbitrantur.

Emphaſis in reticentia & eclipſi verborum. Euthymii obſecratio.

c *Pſ. 34. 21.*

Loci expoſitiones.

d *Eſ. 26. 12.*
e *Phil. 2. 13.*

Magna confeſſio.

Juſtificationem impius in ſe facere per ſe non poteſt.

Faciendi verbum abſolutè poſitum pro ulciſci, punire.

f *Cap. 18. 30.*
g *verſ. 28.*
h *verſ. 29.*
i *verſ. 31.*
k *verſ. 32.*
l *verſ. 126.*

Loci Pſalmi 118. expoſitio.

Facere cum aliquo, quid interdum ſit.

m *Pſal. 125.*
n *Geneſ. 12. 5.*
o *Pſal. 121. 3.*

Facere animas, quid ſit

p *Iob 7. 20. c. 22. 27. c. 35. 6.*
q *Gen. 1. 31. 2. Reg. 19. 15. 1. Reg. 20. 6.*

Aliæ verbi hujus ſignificationes.

r *Sophon. 1. 12.*

Comodius loci ſenſus.

Pro *faciendi* verbum abſolutè poſitum in divinis litteris, quandoque idem valet, quod ulciſci & punire, ut in Geneſi *f*, *non faciam*; quum prius dictum eſſet, *non delebo* g, *non percutiam h*, & poſtea *non interficiam* i, *non delebo*. *k*. In Pſalmo 118. *l*. *Tempus faciendi Domine*, quamvis hoc alii referant alio, nempe, ut auxilium ferat Deus, ut ipſemet, qui loquitur, faciat legem Dei, quam diſſipant alii. Interdum *facere cum aliquo*, ut Euthymius *m* notat, accipitur in bonam partem, ſubintelligendo miſericordiam, ut *magnificavit* n *Dominus facere* cum eis, & *nobiſcum*. Lego præterea *facere* o *animas*, pro eo quod eſt ſubjicere legi divinæ: *facere* ſimpliciter & abſolutè, pro nocere *p*: pro politè & ornatè aliquid facere *q*; pro magnificare, & nova quadam ratione perficere *r*, ut quum dicitur Deus *feciſſe Moſem & Aaron*. Denique indifferentem notionem ejuſdem verbi oſtendit illud, quod defixi in fæcibus ſuis dicebant; *non faciet Dominus benè*, & *non faciet Dominus male* *ſ*. Sed fateor, hoc loco ſatis commodè, *quia feciſti*, referri ad ſupplicia impii, quæ antè prædixerat, pro quibus gratias jam agat Propheta, tamquam pro peractis, ob certitudinem prædictionis; nec difficile quoque ſit aliis in locis indicatis colligere ſimilem ſenſum ex antecedentibus ibi & conſequentibus, non recurrendo ad verbi *faciendi* variam ſignificationem, quæ admitti tamen poteſt, ſive ſit Hebr. עשה *hhaſah*, ſive פעל *pahhal*. In 91. *t* pſalmo, *Juſtus ut palma florens, & ſicut cedrus Libani multiplicatus in domo Domini, & in atriis domus ejus florens, bene patiens* canitur eſiam *in ſenecta uberi, ut annuntiet, quia rectus Dominus Deus noſter*. Rectitudinem iſtam in vindicandis injuriis illatis ſibi, hoc loco celebrare ſe velle profitetur.

t *verſ. 13. 14. 15. 16.*

Et expectabo nomen tuum.) Ideſt, te ipſum; ſæpe namque pro Deo, *nomen Dei* poni obſervavimus. Euthymius circumlocutionem ait eſſe pro Deo ultore: vel præ multa reverentia *nomen Dei* pro ipſo accipi Deo: *qui credit, non feſtinat* u. *Juſtus ex fide vivit* x: expectat, *viriliter agit, confortatur*, ſuſtinet y, *non mane comedit* z; *ſed expectat opportunam, quæ verè eſt in futuro felicitatem*, ut ait Auguſtinus *a*: interim *adjutorem in opportunitatibus b*, patienter *præſtolatur*, & *cum ſilentio ſalutare Dei* c: *beatum* ſe reputat *ſi nomen Domini ſit ſpes ſua d*: ſcit quod quum Deus judicii ſit Dominus, *beati ſunt omnes, qui expectant eum* e. De nomine Jeſu, deque ipſomet Jeſu, qui eſt expectatio gentium & populorum, locus hic exponi myſticè poteſt, ut Latini fere faciunt.

Nomen Dei pro Deo.

u *Eſa. 28. 16.*
x *Gal. 3. 11.*
y *Pſal. 30. 25.*
z *Eſa. 5. 11.*
a *17. de civ. cap. 20.*
b *Pſ. 45. 2.*
c *Thre. 3. 26.*
d *Pſ. 39. 5.*
e *Eſa. 30. 18.*

Myſtica expoſitio.

Quoniam bonum eſt in conſpectu ſanctorum tuorum.) Omittit Hieronymus, & codices Complutenſes, Regii, & alii, verbum *eſt*, quod abeſt etiam à textu Hebræo, & Græco. Caſſiodorus loco, *quoniam*, ponit, *quod*, nimirum nomen, & pro, *bonum*, Auguſtinus, *jucundum*: & pro *in conſpectu*, idem Caſſiodorus, ac Pſalterium Romanum & Ambroſianum, *ante conſpectum*. Alii pro *ſanctorum tuorum*, *miſericordium tuorum*, quod Trevetus refert de Hieronymo, (quamvis a pud alios non differat hac in parte à nobis) quos vel miſericordia ſua dignatus eſt Deus, vel humaniter, benignè ac clementer tractant proximos; ea in re ſimiles Deo, ut idem Trevetus exponit. Videtur ſenſus, idcirco velle confiteri Domino, eum laudare, gratias illi agere, expectare ipſum quia res bona eſt hæc judicio ſanctorum, coramque ipſis omnia iſta facere, tum vero coram dicatis cultui divino, aut iis, qui benignè faciunt aliis. Vel quia *nomen* quod expectaturum ſe dicit, bonum eſt, æquum, jucundum, ſalutare ſanctis, & quicumque ſunt ſancti, delectantur hujuſmodi rebus operibuſque. Sic Euthymius, de expectatione nominatim declarat. Nyſſenus *f*, ἀγαθὸν γῦ ἐϛὶν ὑπομονὴ τοῖς ὁσίοις σᾶ. Impii qualis Doeg nolunt expectare, aut Deum laudare: ad præſentia tantum bona inhiant: futura non credunt, vel non curant: ſibi quæ habent, arrogant. Hilarius exponens de expectatione Jeſu, air, eſſe *bonum* hoc *nomen*, quia ſalutare hominibus, adoratum ab ipſidem, & ob Angelis. Davidem expectaviſſe non occultè, non trepidum, non ſolum, ſed in conſpectu ſanctorum, fide ſcilicet libera, teſtimonio expectationis ſuæ: vel ſub ſanctorum cœleſtium, ideſt, Angelorum, conſcientia, non recuſans: vel ſanctis, qui in terra ſunt, in ſe ipſo præbens expectationis exemplum. Auguſtinus docet hoc *nomen* eſſe jucundum, præponique non ſolum amaritudini, ſed etiam jucunditati cuivis alteri ab iis, qui ſunt ſancti, & guſtant, quàm ſit ſuavis Dominus.

Expoſitio Treveti. Senſus loci.

f *Tract. 2. in Pſal. c. 13.*

Impiorum ingenia.

De Jeſu expectatione expoſitio.

Ex his intelligimus, quod etiam Titelmanus monuit, hæc verba, aut referri ad *nomen*, quod ſit bonum ſanctis: aut ad verbum, *confitebor*; confitebor coram ſanctis; aut ad, *expectabo*: expectabo coram, & cum illis: aut, hoc ipſum expectare bonum eſt ſanctis, ideſt, qui Deum, & ejus nomen cognoſcunt amantque.

Titelmani interpretatio.

PSALMUS QUINQUAGESIMUS SECUNDUS.

In finem,

1 Pro Maeleth intelligentiæ David.

DIxit insipiens in corde suo: Non est Deus.
2 Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in iniquitatibus: non est, qui faciat bonum.
3 Deus de cœlo prospexit super filios hominum, ut videat si est intelligens, aut requirens Deum.
4 Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt: non est, qui faciat bonum, non est usque ad unum.
5 Nonne scient omnes, qui operantur iniquitatem, qui devorant plebem meam, ut cibum panis?
6 Deum non invocaverunt: illic trepidaverunt timore, ubi non erat timor.
Quoniam Deus dissipavit ossa eorum, qui hominibus placent: confusi sunt, quoniam Deus sprevit eos.
7 Quis dabit ex Sion salutare Israel? quum converterit Deus captivitatem plebis suæ, exultabit Jacob, & lætabitur Israel.

Vers. 1.) In finem pro Maeleth intelligentiæ David Dixit insipiens in corde suo, non est David.

Titulus & Argumentum.

Psalmus cū tertio congruens.

ISte cum 3. Psalmo maximè congruit, differtque solum in titulo; & quia hìc omittuntur, quæ ibi post versum tertium inserta esse docui, nec propriè ad Psalmum pertinere, & quoniam pro vers. 6. illius, ponitur in hoc alius, ut pars sexti ejusdem. Quapropter exemplo Ruffini, Euthymii, Brunonis Carthusiani, Titelmani, Jansonii, Clarii, Cajetani, Varlenii, declarabimus dumtaxat, quæ sunt huic Psalmo propria.

Notandum hoc loco.

Illud prius notandum cum Hilario & Cassiodoro, ex vario titulo diversum utriusque Psalmi colligi debere argumentum, & pulchrum planè dicendi genus esse, ut loquitur Cassiodorus, quod per figuram allegoricam provenit, idem dicere, & aliter, quæ sunt dicta, sentire; miroque modo reperiri diversitatem in sensibus, ubi se non mutavit eloquium. Idem accidit in 59. & 107. Psalmo, quorum tituli differunt, sed prioris versus à septimo usque ad 14. sive ultimum, & posterioris totidem sunt prorsus iidem; exceptis paucis dictionibus, sed in 107. primi quinque nihil propemodum distant ab ultimis 56. ducto principio ab octavo usque ad finem. Nec admireris, ait Euthymius, in Commentario 107. si eadem verba atque eadem sententias Propheta sæpius repetit in aliis Psalmi; quum hic mos apud Hebræos habeatur, & apud Prophetas præcipuè. Aliorum de hujusmodi repetitione testimonia Patrum affert Martinus *a* Cantapetrensis, postque ipsum Salmeron, * præsertim Hieronymi *b*, Origenis *c*, Eucherii *d*, Augustini *e*.

De 59. & 107 Psalmi titulis & versiculis.

Mos Hebræorum in scribendo, & aliorum, circa verborū redetitionē

a in 5. hypotyp. cap. ult.

* Toel. prol. 20. q. cant. 23 bis in Ezech. c. 33. & 44.

Et poetarū.

b Homil. 9. in Gen. & tract. 4. in Matth. & hom. 9. in Ezech.

c in Gen. c. 40.

d Lib. quæst. in Gen. c. 64.

Possunt repetitionis ex Poetis exempla citari, qui non unum vel alterum aliquoties, sed multos, quoque repetant omnino eosdem versus, ut ex Homero, Lucretio, Virgilio. Lucretius libro quarto statim in initio repetit septendecim, quos jam posuerat in primo longius post medium. Primus versus incipit,

A via Pieridum peragro loca, &c.

Virgil. 4. Georg. & Æneid. 1. iterat quinque versus de opificio apum, & quam de iisdem comparationem ducit ex Cyclopibus, in eodem 4. Georg. seriò de illis agens repetit Æneid. 8. versibus item quinque, de serpente in 3. Georg. & 2. Æneid. extant iidem fere tres. Ex Homero promum est plura afferre exempla. Tandem Cassiodorus illustrat hanc in diversis repetitionem Psalmis, salva diversa sententia, cum gemma, avis pennis *r* camaleonte, in quorum singulis varii enitescunt colores, & cum pelago, quod motu tremulo varia luce resplendet: surpat etiam illud Apophthegma, *margaritam esse sermonem divinum, & ex omni parte fortari posse.* Apophthegma.

Pro Maeleth.) Alii ex Hebræo, *pro Mahalath*, (hoc modo in Commentatoris, qui dicitur Hieronymus, titulo, sed aliter in ipso Commentario) vel *Mahaleth*, sic in Remigii titulo (quoniam in Commentario aliter) Valentia corruptè sine dubio, pro *Malath*: in Bibliis Complutensibus, Regiisque & aliis, *pro Amaleth*, quam lectionem sequitur Ayguanus; in quibusdam, *pro Amalech*, quo pacto etiam reperio apud Theodoretum, & in libris aliquibus Basilii (in emendatis enim est *Maeleth*) & apud Cassiodorum, Remigium, Hieronymum reputatum (horum Commentarium, non titulum, de quo monui, intelligo) Bedam in Commentario, quia titulo habet *Abimelech*, & meminit *de Melech*, Hugonem, Haymonem, Brunonem utrumque, & alios, apud Ludolphum mendosè, *pro Melech*, apud Bedam in titulo, ut dixi; & apud Hilarium *Abimelech*; Hieronymus in sua versione, *per chorum*, & Basilio teste, ac Theodoreto Theodotio ὑπὲρ τῶν χορείας, *pro chorea*. Symmachus, διὰ χοροῦ, *per chorum*. Aquila ἐπὶ χόρια, *tripudia*, vel ἐπὶ χορείαν, *super choream*. In scholio Græco exponitur μαελὲθ, quod LXX. retinuerunt, ἀπαρχὴ, *primitiæ*. Nyssenus & Euthymius legunt βία χορείαν, *per choream*, seu *chorum*, interpretanturque Psalmum epinicium atque victoriale esse, juxta etiam postrema illa verba *exultabit Jacob, & lætabitur Israel*. In paraphrasi Chaldæa Bibliorum regiorum extat, *super choros, ob retributionem impiorum blasphemantium nomen Domini*: apud Nebiensem omittuntur primæ duæ dictiones עַל הַכְּנִין *hhal hinneghin*. Varię lectiones.

De Titulo Psalmi 87.

Porrò in titulo Psalmi 87. Hebraicè & Græcè legitur sicut hic, עַל-מָחֲלַת *hhal machalath*, & ὑπὲρ μαελὲθ, & Biblia Complutensia, Regiaque, nec non alia, habent Latinè, *pro Maeleth*; quamvis ibidem Symmachus διὰ χοροῦ, *per chorum*, aliàs διχόρου *duplicis chori*: Aquila, ἐπὶ χορείας, *super chorum*: Commentator dictus Hieronymus, *pro Mahalath*, Remigius, Dionysius Carthusianus, Lyranus, *pro Maeleth*, vel *Mahalat* exponentes *chorum*, Beda eodem modo in titulo, sed in Commentario *pro Meleth*, sicut Augustinus, Cassiodorus, Haymo, Bruno, uterque Hugo, Ludolphus, & alii, qui *chorum* etiam significari volunt, cum mendo apud Valentiam, *pro Malaach*.

Non debeo examinare singula, sed contentus esse titulo, prout tunc in emendatis Bibliis reperitur, quod hìc Agellium non feciſſe, sed in 87. legisse autem hoc loco, *pio Amalech*, miror. Credo, quod Lyranus in Psalmo 87. monet, ex ignorantia idiomatis Hebræi, nomen Hebræum male scriptum fuisse litteris Latinis. *Mahalath* scribi deberet; pro quo *Maheleth*, aut juxta Græcas litteras μαελὲθ *maeleth*, & corrupte *Amaleth*, unde *Amalech*, *Malahath*, vel *Malaach*: item *Meleth*, cujus loco irrepsit *Melech*, sed excusari non possunt, qui *Amalech* & *Amaleth* interpretantur, ut proprium Gentis nomen, sicut *Abimelech*, tamquam proprium viri: nec illi, qui aliter in isto, & in 87. etymologias tradunt, quod Augustinus & alii faciunt, nisi propter imperitiam linguæ Hebraicæ, quodque non animadverterint in codicibus Græcis eamdem omnino dictionem notari. Interpretes de cepri.

Ceterum opinionem, quod *Maeleth*, ut scribit consentaneè ad rationem scribendi LXX. μαελὲθ, musicum instrumentum sit, qui vocatur *chorus*, non Hebræis dumtaxat placere, sed aliis præterea, maximè dum 87. explanant Psalmum, prius indicavi; vel certè *chorum*, pro cœtu canentium, tripudiantiumve, aut choream, De vocis *Maeleth* significatione.

psalmo ultimo *a*, in illis verbis; *Laudate eum in tympano & choro*, pro *choro*, Græcè χορῷ, est Hebræum מחול *machol*, & מחולה *mecholah*, videturque instrumenti musici certum genus potiùs, quod etiam vocatur חליל *chalil*, quàm cœtum ludentium aut canentium, significare. Quamvis in Psalmo 87. Theodoretus velit denotari cœtum, quia ibi additur ad respondendum, quod, inquit, *ἀνίστηται τὰ ἀντιφθεγγόμενα τάγματα τῶν χορῶν, indicat diverso resonantes ordine chororum*, si cui videretur idem de hoc Psalmo, refelli facile non posset. Quemadmodum & suam habet alia sententia verisimilitudinem, quæ contendit, *pro Maleth* aut *Mahalath*, designare harmonicum sonum cantilenæ alterius vulgo notæ, ad cujus instar, quem vocant Musici *aerem*, psalmus hic, & alius in quo sunt eædem dictiones, cantari pulsarique deberet. Favet quod מחלת *machalalh* videtur esse, ut Grammatici loquuntur, in regimine, ac sequentem innuere aliam dictionem. Si quis autem scrutetur etymon, admitti potest, quod affert Augustinus, legens hìc *Maeleth* (quamvis in 87. Psalmo legat *Meleth*, sed corruptè, ut existimo) significare *parturientem* & *dolentem*, adde præterea infirmitatem; quæ profecto describitur in isto Psalmo, & in 87. Videtur Apollinarius tamquam nomen viri proprium hìc sumere, quod absque aspiratione scribit.

a *verſ.* 4.

Admissa Augustini expositio.

Δαυὶδ συνετῷ ὑπὲρ φρονιδέως μαελήθ:
Davidis prudentis pro divino Maeleto.

& in 87. sed cum aspiratione:

Καὶ τόδε ὑπὲρ μαελὲθ συνετοῖς παισὶ θεοῖσι Κορα΄ε:
Etiam hoc pro Maeleth prudentibus filiis Corai.

quasi cognominetur *Maeleth Coraus*, hoc est, ortus à Core.

Argumentũ hujus Psalmi cum argumento decimi tertii fere idem. De secundo adventu Christi Psalmus.

Jam argumentum Psalmi hujus vix differt ab argumento decimi tertii, scilicet stultitia humani generis describitur orta ex peccato, egens remedio Christi. Quamvis Cassidororus asserat, in 13. agi de adventu ejusdem, contraque Judæos: in hoc adversus omnes peccatores, deque secundo adventu, à quo moneat Ecclesia, tamquam parturiens *b*, (juxta etymon *Malech*) ut caveant. Alii, de Antichristo potissimùm in hoc Psalmo *c*. Nyssenus priori præsentem annecti Psalmum, ut qui ibi tamquam oliva ferax in domo Domini radices fixit per fidem, spemque, iracundia exardescat insipientes.

b *Gal.* 4. 19.

c *Tract.* 2. *in Psal.* c. 13. De Antichristo.

Priori annexus à Nyssseno.

Dixit insipiens.) Hieronymus & hìc, & Psalm. 13. *stultus*: eodem modo Hilarius hoc loco. Utrobique Augustinus, *imprudens*.

Verſ. 2.) Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in iniquitatibus: non est, qui faciat bonum.

* *Tract.* 2. *in Psal.* c. 13. Qui ex animo suo abjicit esse Dei, proprium suum esse corrumpit. Corruptio abominationẽ meretur. d 3 Reg. 21. 26.

Corrupti sunt.) Præter id, quod notavi Psalmo 13. observandum, quod hìc etiam emendati Græci codices habent activè διέφθειραν. alii cum V. editione, & VI. & Symmacho, διεφθάρησαν, passivè, *Quomodo* * ait Nyssenus, *in suo quis esse duret, qui non est in eo, qui est? Quomodo quis maneat in eo, qui est, si non credat ei, qui est, quod sit?* qui igitur ex suo animo abjicit esse Dei, is hoc ipso, quod Deum esse negat, proprium suum esse corrumpit.

e *Deut.* 32. 6 21. *Psl.* 73. 18 *Rom.* 10. 19. *Stultitia* de idololatria. Stomacho corporis abominationem nauseamque pariunt, ea suo modo, etiam spiritui, & Deo, ut Hugo notat.

Abominabiles.) *Corruptio abominationem meretur*, inquit Hilarius. Quod Psalmo 13. de idolalatris dixi, confirmatur exemplo Achab; qui scribitur *d*, *abominabilis factus in tantum, ut sequeretur idola, quæ fecerant Amorrhæi*. Constat quoque *stultitiam* de idololatria dici *e*. *Exharedatos* interpretatur Beda, & *execrabiles*. Quæ stomacho corporis abominationem nauseamque pariunt, ea suo modo, etiam spiritui, & Deo, ut Hugo notat.

Ebrietas, vertigo, mare, corruptio, ventus
Nauseat, & quinque sensibus id quod obest.

Demonstrat scripturæ locis; Lege quoque dicta Psalmo 5. *f*.

f *verſ.* 7.

In iniquitatibus.) Hieronymus, *in iniquitate*. Psalterium Ambrosianum, Hilarius, Augustinus, addunt, *suis*: & Hieronymus in Commentario, Psalterium Romanum, & Cassiodorus, legunt, *in voluntatibus suis*: in Psalmo 13. *g*, est עלילה *hhaliah*; hìc autem עול *hhevel*: ibi *ἐπιτηδεύματα*, & *studia*. hìc sunt *ἀνομίαι*, & *iniquitates*.

g *verſ.* 2.

Non est qui faciat bonum.) In 13. *h*, additur, *non est usque ad unum*: quamvis desit Hebraicè Græcèque, præterquam in emendatis Græcis, *ἕως ἑνός*, sicut hoc loco. Ibidem Græca vox est *χρηστότης bonitas*, qua quis alterius utilis & commodus est: hìc *ἀγαθὸν*, quod latius patet.

h *verſ.* 3.

Verſ. 3.) Deus de cœlo prospexit super filios hominum, ut videat, si est intelligens, aut requirens Deum.

i *verſ.* 2.

DEUS.) In Psalmo 13. *i*. *Dominus*, κύριος, & יהוה *ὁ θεὸς*, & אלהים *elohim*, legit hìc tamen etiam Augustinus, Cassiodorus, Hilarius, & Psalterium Romanum, *Dominus*.

Benigna Dei prospectio, erga genus humanum

De cœlo prospexit.) Prospectionem Hilarius benignam intelligit, quoties Deus peccatis humani generis commotus salutis nostræ caussa, Noe, Abraham, Isaac, Jacob, Mosen, Prophetas misit: colligit etiam ex *prospiciendi* verbo, magnum illud esse, quod tam studiosè, an in aliquo reperiri possit, inspicitur à Deo. Nyssenus * ait, his verbis indicari conversationem Domini inter homines, quando præeuntes ad incredulitatem Sacerdotes, & Pharisæos & Scribas, omnes subditi sequuti sunt. Augustinus, Cassiodorus, Beda, & alii, quia nihil Deum latet, declarant prospexisse de cœlo, quia fecit ut justi, qui sunt velut *sedes* k *Dei*, & *in cœlo conversantur* l, prospicerent, discernerent, prædicarent: sed fusiùs cum hoc alios Ambrosius * ejusmodi tractat locos, in quibus videtur ignorantia Deo tribui; Chrysostomus *m* considerat de Job scribi, ut est quidem Græcè, quum uxorem voluit reprehendere *n*, *ὁ ἐμβλέψας αὐτῇ, ille autem inspiciens eam*, quasi in eam, quam bene noverat, attenderit diabolum, qui fuerat in serpente loquutus *o*. Tum subdit appellavisse, *quasi unam de stultis*, non de impiis, aut infidelibus, quia sciebat non esse infidelem, sed insipientia quadam arreptam. Adjicit præterea secus atque aliter Deum neganti hoc loco *insipientis*, vocem dari. Vox autem tum Græca tum Hebræa eadem est ibi, & hìc ἄφρων, & נבלה *nevalah*, in fœminino apud Job; quamvis eo loco Aquila usurpet *ἀποῤῥέουσαν*, *defluentem*, aut *delirantem*. Aspectus ille Job, cum stomacho, indignatione, pleno iracundiæ vultu trucique aspectu fuit, ut Basilius *p*, Chrysostomus *q*, Theophanes *r*, notant; Quocirca *prospectus* etiam Dei accipi posset tamquam irati, ac obliquè, torvè, & quasi limis oculis intuentis: quod innuunt item verba השקיף *hiskiph*, & *διέκυψε*; de quibus Psal. 13.

* *Tract.* 2. *in Psal.* c. 13. Loci explicatio.

k *Apoc.* 22. 3

l *Phil.* 3. 20.

* 5. *de fide*, c. 7 Loci ab Ambrosio tractati.

m *Hom.* 3. *de patientia Iob*

n *Cap.* 2. 10. De Job, qui velint hic agi.

o *Gen.* 3. 13.

p *in Catena Iob.*

q *Ibidem.*

r *Epist.* 1.

Verſ. 4.) Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.

Vocis declinationis expositio.

Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt.) Hilarius monet, non quum declinant homines, inutiles fieri, sed quum inutiles cœperunt esse, declinare. *Declinationem* accipit, quum devitant occursus proborum, sectantur devia, præsentiam bonorum conscientiæ pudore fugiunt: sicut Adam per peccatum inutilis factus, tùm Dei declinavit adventum *s*. Vertit Hieronymus, *omnes averſi sunt, pariter adhæserunt*: Hebræa expendi Psalmo 13. *t*. Indicant ista duplicem rationem in peccato, aversionis à Deo bono incommutabili, & conversionis ad bonum commutabile. *Declinantes in obligationes*, tortuositates, pravitates, *adducet Dominus cum operantibus iniquitatem* u, *inutiles* dicuntur, exemplo vasis, ut Nysseno *x* placet, abjecti, cognitæque inutilitatis jam damnati. Per ἀχρεώσεις *inutiles* vocantur, qui maximè noxii, quemadmodum *non utile*, quod valde pernicioſum, ut exemplis ostendam

s *Genes.* 3. 8. & *verſ.* 3.

u *Pſ.* 124. 5. *Innutiles*, qui dicatur, & quomodo

x *Tract.* 2. *in Pſ. cap.* 13.

Hugonis argumentatio nil concludens.

ostendi posset. Quocirca nil concludit Hugonis argumentatio: si damnatur inutilis, quid erit de malitioso?

Non est, qui faciat bonum, non est usque ad unum.) Legit Hilarius, *bonitatem*, sensum illum à multis traditum, de quo meminimus Psalm. 13. *a*, ut sit, *usque ad unum*, idem quod præter unum, nempe Christum ab omni peccato immunem, rejicit idem Hilarius. Docet autem, quum tam multi judicio DEI probatissimi viri sint, loqui Davidem tantum de illis, quos appellavit *stultos, corruptos, abominabiles*. Ait etiam, per *usque ad unum*, non excipi unum ex omnibus, sed inter omnes inutiles & declinantes, ne unum quidem esse, *qui faciat bonitatem*: non enim dici, *præter unum*; sed *usque ad unum*: & in eo, quod præter unum est, exceptionem significari unius; in eo verò, quod usque ad unum est, universitatem generalem: per prospicientis è cœlo scientis diligentiam sub quodam speciali & personali numero contineri. Addit, planè generalem quoque propositionem admitti posse, quatenus ex comparatione divinæ bonitatis, propter infirmitatem humanæ naturæ bonus nemo est. Tamen per illam incomparabilis divinitatis exceptionem, docet non intercludi bonitatis officium, ut secundùm comparationem humanam inter homines bonus nemo sit. Plura in eamdem affert sententiam. Delige dicta Psalmo 13. *b*.

Sensus ab Hilario rejectus.

a *vers.* 3.

Ex comparatione divinæ bonitatis, propter infirmitatem humanæ naturæ, nemo bonus est.

b *vers.* 3.

Vers. 5.) Nonne scient omnes, qui operantur iniquitatem, qui devorant plebem meam, ut cibum panis.

c *vers.* 4.

NOnne *scient*,) In Psalmo 13. *e* (interjectis aliis, absque nota numeri, quæ ad Psalmum non pertinent, ut ibi dixi,) *nonne cognoscent*: & ita præterea hic Psalterium Ambrosianum & Romanum, & Cassiodorus, Hieronymus autem ibidem quidem eodem pacto: hic autem, *numquid non cognoverunt*: quum Hebraicè & Græcè utrobique eodem modo se habeat יָדְעוּ *halo jadebhu*, οὐ γνώσονται.

Qui devorant plebem meam, ut cibum panis.) In Psalmo 13. *sicut escam panis*, quo modo extat hic etiam in Psalterio Romano, Hieronymus hoc loco, *comedunt*. Hilarius, *qui comedunt populum meum*, &c. Græcè Codices emendati habent absque præpositione, ἐν, *in*, βρώσιν ἄρτου: sicut etiam dicto Psalmo 13. Augustinus legit, *in cibo panis*: Cassiodorus, *sicut cibum panis*. Psalterium Ambrosianum, *tamquam cibum panis*. Sed in hoc Psalterio immediatè ante ista sunt illa, *non est timor Dei ante oculos eorum*: quæ habentur Psalmo 13. in fine eorum, quæ dixi adjecta esse.

Bonum Hilarii argumentum. A quibus *De populum comedi*, rectè dicitur, d *Philip.* 3. 19 e *Osea* 9. 8.

Bonum porrò Hilarii argumentum. Si usque ad unum bonitatem nemo facit, quomodo populus Dei est, qui ut cibus panis manducatur ab operantibus iniquitatem? Generalitas ergo sententiæ, inquit, admota est, quum à Dei populo, quem in bonitatis operationibus non ambiguum est permanere, iniquitatem secernuntur operantes. Rectè etiam exponit *comedi populum Dei* ab iis, qui sanctorum injuriis, vexatione prophetarum, vastatione Ecclesiæ vivunt, & delectantur: qui obtrectationis morsu & laniatu invidiæ dilacerant, *quorum Deus venter* d, & ministerium deputant ad negotiationem, collationibus se plebis, & muneribus ditando, qui convivia sub obtentu religionis sumtuosa sectantur, qui apotheças suas inutili religiosorum obsequio distendunt. *Comedunt peccata populi, & ad iniquitatem eorum sublevant animas* e, *eorum*, sacerdotes, qui dissimulant peccata, atque laudant: Unde fit, ut illis plurimæ afferantur hostiæ ad ipsorum quæstum. Sic exponit Hieronymus *f*, confirmans loci præsentis testimonio, & Gregorius *g* ac Bernardus *h*. Quamvis aliter locus ille declaretur de compositione peccatorum per preces, oblationesque sacerdotum, ab Alexandro Papa I. *i*, ab aliis autem passim dicantur *peccata* poni loco hostiarum, quæ pro peccatis offerebantur. Idem Hieronymus *k* locum adhuc applicat ad Hæreticos, dicens, nullam hæresin, nisi propter gulam ventremque construi: Nyssenus *l*, ad Pharisæos, Scribas, Sacerdotes, qui blasphemis suis dentibus populum laniabant & devorobant, qui Christum audiebat, æstimabat, sectabatur.

Loci Oseæ explicatio.

i *Ep.* 2. & refertur 1. 9. 1. c. *ipsi sacerdotes*.

Kinc. 3. *Ier.* Nullam hæresim nisi propter gulam ventremque construi.

Ad hæreticos, Scribas, Pharisæos, Sacerdotes, applicatio.

l *Tract.* 2. 1. *Ps.* c. 13.

Vers. 6.) Deum non invocaverunt, illic trepidaverunt timore, ubi non erat timor. Quoniam Deus dissipavit ossa eorum, qui hominibus placent: confusi sunt, quoniam DEUS sprevit eos.

DEUM.) In Psalmo 13. *Dominum*. Utrobique Græcè κύριος, ibi Hebraicè יהוה *Jehovah*; hic אלהים *elohim*: Observat discriminis in Hebræis vocibus caussam Genebrardus, quod est etiam versu 3. quod prospiciat Deus; & invocetur, nunc ut judex ultorque; nunc ut clemens & misericors.

Genebrardi observatio.

Illic trepidaverunt timore, ubi non erat timor.) Ultimæ quatuor dictiones hinc translatæ sunt etiam in Psalmum 13.* ubi non extant Hebraicè, sicut ibi monui. Hieronymus eo loco, *ibi timebunt formidine*: hic *ibi timuerunt*, &c. & tamen est idem præteritum פָּחֲדוּ *pachadu*. Hilarius, *illic timuerunt, ubi non fuit timor*: quamvis, in ipso Commentario utatur editione nostra Augustinus, *ibi timuerunt timore, ubi non erat timor*. Arnobius, Hugo, Beda, Glossa, & quod facere non debuit, Agellius, *illic trepidaverunt timore, ubi non fuit timor*: Psalterium Ambrosianum, *ibi timebant timore, ubi non erat timor*. Aquila, ἐκεῖ ἐπτοήθησαν, *ibi exterriti sunt*. Symmachus, φοβηθήσονται *timebunt*: Theodotio, ἐθαμβήθησαν θάμβει ὃ οὐκ ἦν θάμβος, *stupuerunt stupore, ubi non erat stupor*: explicant Arnobius & Bruno Carthusianus de Judæorum nimia circa cæremonias cura, de inani timore non timendorum, deque absentia timoris timendorum, rectè hoc loco Hilarius, præsertim in iis, qui timore inani perculsi, piè adulari regibus existimantur pro debita officii religione, ac propter brevem dolorem, libertatem Ecclesiæ, spei fiduciam, confessionem Dei addicunt: punitorem perditoremque in igne judicii, & corporis, & animæ, Deum non timent, & æternis divinæ ultionis pœnis momentanea atque abolenda supplicia præferunt; dum placere sibi ipsis, & in hominis gratia permanere famulatu impio gloriantur. Nyssenus *m*: timorem istum vanum & pernicioſum confert egregiè cum rabidis aquam timentibus, quam si quo modo admittere possent, medicamentum utique aliquod suæ ægritudinis haberent, sed metuunt ea ipsa, quæ ad salutem sunt proposita, & alieno sunt animo, ab eo quod cobservat, metuque ne pereunt, interitum sibi creant. Confirmat verbis, quibus *clamabat* Christus vitæ fons *n*. *Si quis sitit, veniat ad me, & bibat*: hi autem, quos invitabat, furore incredulitatis in animæ potentiis præoccupati, *trepidabant timore, ubi non erat timor*, potum salutis aspernati. Addere possum stultum illum metum *o*, *venient Romani*, (de quo hic meminit Ruffinus & Augustinus, dicentes timuisse Judæos perdere terram, & perdidisse cœlum; dici potuit, & terram) & quem ingressi sunt Pilato *p*, *non es amicus Cæsaris*, quod observat Ruffinus, qui cum eodem Augustino *dissipationem ossium*, & *confusionem* in sequenti versu de iisdem declarat: sed & extendi comparatio ad plures potest, quos à salutis remediis arcet stultus, & mundanus metus pudorve.

Loci expositiones.

m *Tr.* 2. *in Ps.* 8. *p.* 13. Nysseni egregia comparatio.

n *Iob.* 7. 37.

o *Iob.* 11. 18. Stultus metus Judæorum, dum timent perdere terram perdidisse cœlum.

p *Id.* c 19. 12. Sequentis versus applicatio.

Lepidam Apulejus *q* de Asino, qui rabie ferocire credebatur, fabellam narrat, quum, ut ipsemet narrans, asinus inducitur, argumentum explorandæ sanitatis quidam commostravit, ut aquæ recentis completum pelvem offerrent potui ejus: ac si intrepidus, & more solito sumens aquis adlibesceret, sanum illum atque omni morbo scirent expeditum; contra verò si visum contactumque laticis vitaret ac perhorresceret, pro comperto noxiam rabiem pertinaciter durare: hoc enim libris pristinis etiam proditum observari solere: ille sine ulla mora progressus etiam obvio gradu satis sitienter, pronus, & totum caput invergens salutares oblatas aquas hausisset.

q *Lib.* 9. *de Asino aureo.* Lepida de Asino fabella.

Meminit Psalmus *r* rabidi canis morsum pavorem aquæ, potusque omnis afferre odium, celebrem quoque curam demorsi à rabioso cane rabientis adolescentuli in Tharso Apollonii Tyanæi opera memorat Philostra-

r *lib.* 25. *c.* 3. De rabidi canis morsu & cutatione adolescentuli.

a 6. de Vita stratus *a*, diserte scribens cupere tales aquam; & timere: adolescentulum vero, postquam, qui momorderat canis, eum adlambuisset, haustam ex Cydno aquam bibisse; canem etiam in fluvium conjectum, quum diù in illo natans moratus esset, in ripa consistentem ululavisse, quod rabiosi non solent canes, auribusque demissis caudam vibrasse, tamquam & ipse convaluisse sese agnosceret, quia medicamentum rabiei sit aqua, si eam attingere rabiosus audeat. Hac de re Medici *b*: sufficiunt instituto, quæ diximus.

b Apoll. c. 18

Ad extremum constat, quod *qui timet Deum*, (qui per se timeri solus debet) *nihil trepidabit c*, & quod *in timore Domini fiducia fortitudinis* est *d*, & quod *qui timent pruinam, irruet super eos nix e*: quia pruina inferiùs gelatur, nix autem de superioribus ruit; *sæpeque nonnulli, dum temporalia adversa*, inquit Gregorius *f*, *pertimescunt, districtioni se æternæ animadversionis objiciunt*. Tum recitatis præsentis loci verbis subdit: *Iste namque veritatem jam libere defendere appetit: sed tamen in ipso suo appetitu trepidus indignationem potestatis humanæ pertimescit, quumque in terra hominem contra veritatem pavet, ejusdem veritatis iram cœlitus sustinet. Ille peccatorum suorum conscius, ea quæ possidet, indigentibus jam largiri desiderat, sed tamen ne datis rebus egat, ipse formidat*, &c. & qui conculcanda in infirmis metuunt, à summis metuenda patiuntur. Huc spectat præterea, quam eodem isto testimonio fugiendam Bernardus *g* monet fugam per pusillanimitatem, à castro, seu munitione nostra.

c Eccle. 34. 16
d Prov. c. 14. a 6.
e Iob. 6. 16.
f 7. Moral. c. 11. vel 12. Gregorii locus egregius
Qui conculcanda in infimis metuunt à summis metuenda patiuntur.
g Bernard. ser. 3 de ded. Eccl.

Ceterum alius esse posset sensus; quod qui invocare noluerunt Deum, nec timere quum oportebat; aliquando vel inviti timebunt timore tanto, cui nullus umquam similis fuit: & quem illi non experientur, ac nec alium ullum talis generis, qui hìc divino perculsi fuerint, cultuique Dei vacaverint. Item quod iidem illi probi subito corripientur timore, quasi Deo repentè in ipsos fulminante, quum se summa potiri putabunt tranquillitate. Hebræis ac Hebraizantibus placent: mihi, Catholicorum & Patrum, quem attuli, de quo etiam in Psal. 13. Grave supplicium unum Deus minatur *h*, *fugere nemine persequente*, ac tanto corripi pavore, *ut sonitus folii volantis terreat* i. Vocat Hetychius φοφοδέα, & κενοφόβον, qui quovis strepitus ac minima quæque vanè perhorrescit. Paræmiam præterea refert. κανθάρε σκιά, *cantheri umbra*, ἐπὶ τῶν φρβυμένων τὰμὴ ἀξιαφόβε, *de iis, qui timent, quæ non sunt digna timore*, similis illa, ἐκάσκιε, *ne utre quidem*, in illis, qui tenerentur inanibus, quoniam uter inanis est.

Alius sensus loci.
h Lev. 20. 17 Grave supplicium, fugere nemine persequente.
i vers. 36. Cantheri umbra: Ne utre quidem paræmiæ.

Quoniam Deus dissipavit ossa eorum, qui hominibus placent confusi sunt, quoniam Deus sprevit eos.) Hæc sunt istius Psalmi propria, pro quibus in 13. *k*, illa habentur, *quoniam Dominus in generatione justa est, consilium inopis confudisti, quoniam Dominus spes ejus est*. Ibi reprehenduntur, qui confuderunt spreveruntque justum, inopem, quorum spes Deus: hic illi, qui placere hominibus studentes, *trepidant timore*, sicut in priore membro dictum est, *ubi non est timor*, ac timendi sufficiens, justa, honesta, causa nulla. Eorum porro, qui Deum invocare non curant, vel timere, tantus erit pavor, adeoque panicus terror, trepidatio tam magna; spernet atque confundet illos tantopere Deus, qui quemadmodum placerent hominibus solliciti, nihil penitus curabant illum; ut artubus totis contremiscant, ut concutiantur, solvantur, dispergantur ossa, robur, vires omnes, ut reddantur enerves, exossati, imbecilli, invalidi, fracti, attriti omni ope destituti & qui hanc opem spreto Deo, in hominibus, in carne, in baculo arundineo quærebant, & studiosissimè procurabant, nulli reperire valeant, & qui humano favore gloriabantur, ignobiles à Deo redditi, quem spreverunt, tempiterno pudore suffundantur. Contingent ista potissimùm in judicio, ubi laus erit unicuique à Deo, qui meruerit, & confundentur hi, qui Deum erubuerint.

k vers. 6.
Sensus loci.
Deum invocantium & timentium pavor & mala comitantia.

Quoniam Deus dissipavit ossa eorum, qui hominibus placent.) Suppleri debet, ac repeti cum Hilario ex versu præcedente, *nonne scient, qui operantur iniquitatem*, &c. Hieronymus, *dispersit ossa circumdantium te*. Alii, *castrametantis contra te*, vel *morantis*, vel *manentis contra te*. Item, *qui te oppugnant, qui educere exercitum conantur adversus te*: & sensus est, oratione ad impium conversa, quod confringet Deus potentiam eorum, in quibus habet fiduciam, eumque circumdant & circumstant in exercitus morem; unde fiet, ut confundatur, quum se viderit destitutum, & illos à Deo abjectos. Eo spectat paraphrasis Chaldæa, *qui dissipas, aut dispersis robur exercituum flagitiosorum seu peccatorum*. Quod si oratio dirigatur ad justum, efficiet hunc sensum, dissipavit Deus ossa, castrametantium contra te; confundentur, ac spernentur, ita ut nocere nequeant. De populo Hebræo, vel de Jerusalem nonnulli accipiunt, ut jubeantur non timere ab hostibus; alii de Ecclesia, ne formidet Antichristum, illiusque sectatores, aut quoslibet persecutores. Dispersos Judæos Euthymius & Nicephorus, Blemmida, interpretantur, sive tribus eorum, ut omnibus servirent nationibus, & gladio quoque Romanorum perditos ac discerptos, canibus & volucribus laniandos relictos: nunc extat Hebraicè חנה *chonach* participium singulare à חנה *chanah*, de quo in Psalmo 33. *l*, & affixum personæ secundæ masculinæ, licèt propter accentum ultima littera habeat sceva, non camets; & si esset (י) *jod*, ante illam, esset numeri pluralis participium, quæ littera omittitur aliquando. Est alia præterea versio, *dissipavit ossa dedicationis*, idest, eos, qui exponunt libidini corpora. Alienior expositio videtur, cujus Titelmanus meminit, quamvis *dedicatio* dicatur חנכה *chanucchah*: In Psalterio Ambrosiano, *dissipavit ossa hominum sibi placentium*: in Romano *dissipat ossa hominum sibi placentium*. Augustinus, *dissipat ossa hominibus placentium*. Hilarius, *dissipavit ossa hominibus placentium*. Cassiodorus, *dissipavit ossa hominum sibi placentium*: quam lectionem innuit in Commentario is, qui dicitur Hieronymus *m*, & verus Hieronymus ad Eustochium. Iterum alibi Augustinus, *confringet ossa hominum placere volentium*: Aquila, διεσκόρπισεν ὀστᾶ παρεμβαλόντων περὶ σε, *dispersit ossa eorum, qui castrametati sunt circa te*. Utuntur LXX. nomine ἀνθρωπαρέσκων, cui respondet in Latina vulgata editione, *eorum qui hominibus placent*: cui similis ea, quæ est apud Hilarium: & Augustinus *hominibus placentium*: sed Cassiodorus, & alia illa Psalteria reciprocè interpretantur de hominibus sibi placentibus, seu qui sibi placent. Suspicatur Agellius, nec malè, legisse LXX. חנף *chaneph* (potuit etiam dicere חנך *choneph*, ut participium) à verbo חנף *chanaph*, quod inter alia significant ὑποκρίνεσθαι, *hypocritam esse, simulare, accedere personas*. *Hypocritam* reddit Hieronymus interdum *n*, חנף *chaneph*, *fallacem* o, *simulatorem* p. Cyrillus item Alexandrinus citatus ab Agellio, exposuit hoc loco ὑποκριτὰς. Hoc autem hominum genus quidquid loquitur, agitve, videri vult, & sciri ab hominibus (ut Christus toties dixit, id reprehendens *q*, atque ut iis placeat. Placuit Paulo phrasis ista, qua se negavit placere hominibus velle, sed Deo, ἀνθρώποις ἀρὲ σκειν, ne continuò desineret *servus Christi esse r*. Vocavit etiam *hominibus placentes*, ἀνθρωπαρέσκους *s*, interdum duobus vocabulis ἀνθρώποις ἀρέσκοντας *t*, non legi alium auctorem, qui uturparerit, sicut nec ἀνθρωπηρέσκειαν, quod est *studium placendi hominibus*; idem quod simplex ἀρέσκειαν, citra compositionem, sed numquam his dictionibus, qui sibi ipsis placent homines, memini significari, ut probari non possit Psalterii Romani & Ambrosiani, atque Cassiodori lectio, quam recitavimus, nec Haimonis, qui nostram ita exponit, *qui hominibus placent*, idest, sibi ipsis.

Alter.
Explicationes variæ.
l vers. 8.
Alienior expositio.
m Epist. 21.
Ἀνθρωπαρέσκει.
n Iob. 13. 1 15. 9. 8. 13. c. 34. 30. 17. cap. 1 14.
o Sa. 19. 6.
p Iob. 36. 13. Hypocritarum ingenia.
q Matt. 6. 2. 5. 18. c. 23. 5 ἀνθρώποι. ἀρὲ σκειν.
r Gal. 1. 10.
s Ephes. 6. 6. Coloss. 3. 22.
t 1. Thess. 2. 4 Ἀνθρωπαρέσκεια.

Dissipatio ossium, quid sit, satis notum, nempe figurato sermone, qui occurrit, jam suprà aliquoties *ossa* significant robur, vires, potentiam. Sic adhuc in Ps. 140. *u* dicuntur *dissipata ossa secus infernum*; Hilarius, spem æternitatis, vult per *ossa* designari, & id sibi velle verba illa, *hoc* x *nunc ex ossibus meis*: quia ex Adæ sui, hoc est, Christi, æternitate æternitatis suæ substantiam Ecclesia mutuatur *y*; *nec os Christi illius comminui* permittitur *z*, quia in divinitatem æternam, impassibilemque naturam nihil licuit passioni, & *custodit* etiam Deus, *omnia ossa justorum, ut unum ex eis non conteratur a*, sed in ea spiritus vitæ suo tempore immittatur *b*. Quod ergo *dissipanda* hic *ossa* dicuntur *hominum sibi placentium*, ait non significare eo quod sunt carituru, sed

u vers. 3. Ossa pro robore, viribus, potentia.
x Genes. 2.
Per ossa spe æternitatis designari.
Loci Genesis interpretatio.
y Eph. 5. 31.
z Ioan. 19. 36
a Ps. 33. 21.
b Ez. 37. 10.

ra, sed fore, ut per contemptum Dei, tamquam de-
perdita, & abjecta vilescant, atque illi resurgant ad
opprobrium *a*, indigni, ut sint conformes gloriæ, &
resurrectionis Christi *b*. *Homines* absolutè malè sonare
certum est quo carnalibus, quique secundùm carnem
ambulant *.

Rectè porro idem adhuc Hilarius monet prophetici
hujus dicti sententiam timuisse sanctum illum doctorem
Gentium, quum scripsit *c*, *si hominibus placerem, Christi servus non essem*, qui tamen sua sit, ut essent fideles
*sine offensione Judæis & Græcis, & Ecclesiæ Dei, sicut
& ipse per omnia omnibus placebat, quærens, non quod
sibi utile foret, sed quod multis ut salvarentur d*. At
hoc, inquit Hilarius, est non hominibus, sed Deo
placere, quum per id quod Deo placetur, & hominibus sit placendum, & ex caussa, placendi Deo, caussa etiam hominibus placendi probabilis exsistat: studium, ut vero hominibus tantum placeatur, ad id quod
Deo placendum est, non referatur, quia tantum eorum caussa, quibus placetur, adhibetur. Tradit deinde veluti canonem ad hoc dispiciendum, si videlicet
nemo sui caussa velit aliquid, aut contra, si quis velit, quia quod in profectum propriæ utilitatis efficitur,
non potest non aliquam interdum offensionem ex caussis evidentibus excitare, quum quod alii utile est, alteri sæpe fiat incommodum. At vero qui nihil sui caussa velit, & omnia in profectum alienæ voluntatis exerceat, necesse est, ut caussam placibilitatis, (idest, cur
aliis placeat) acquirat, quia & ex alienis utilitatibus
placet, nec offendit ex propriis. Adjici possunt ex eodem Apostolo, quod *debemus* præsertim, qui sumus *firmiores* ac peritiores, *imbecillitates infirmorum sustinere, & non nobis placere*, sed proximo in bonum, ad ædificationem, *quia Christus non sibi placuit e*. Augustinus
Aurelio *f*, exponens Episcopo pias querelas, de Afrorum nonnullis vitiis, scribit, contentioni ac dolo,
quæ in clero ipso vigerent, ob superbiam, & humanæ
laudis aviditatem, quæ etiam hypocrisin generat, resisti, si is, qui crebris divinorum librorum testimoniis
incutit timorem & charitatem Dei, seipsum præbeat
patientiæ atque humilitatis exemplum, minùs sibi assumendo, quam offertur, idque quod necessarium est,
ne nimia dejectione vilescat, ad utilitatem honorantium, salutemque conferat; & si meritò laudetur,
propter Deum gratuletur eis, quibus placet verum
bonum, non sibi placeat, quia placet hominibus, sed
si coram Deo talis sit, qualem esse illum credunt, &
non tribuatur illi, sed Deo, cujus dona sunt omnia,
quæ verè meritoque laudantur. Ut autem persuadeat,
quod asserit, profert præsentem locum subditque:
*Quid enim languidius, quid tam sine stabilitate ac fortitudine, quod (ossa) significant, quàm homo, quem
male loquentium lingua debilitat, quum sciat falsa
esse, quæ dicuntur, cujus rei dolor nullo modo animæ
viscera dilaniaret, si non amor laudis ossa ejus confringeret*.

Differit de eodem argumento Augustinus in libro
de ovibus g, quo pacto nimirum placere alii debeamus,
nec propriæ solo testimonio contenti esse conscientiæ,
abutendo Pauli *h* sententia; *si hominibus placere vellem,
Christi servus non essem*, neque aliam attendendo *i*,
placete omnibus per omnia, &c. sine offensione estote, &c. providimus k *bona non solum coram Deo, sed etiam
coram hominibus*. Docet nos etiam, in illis, quibus placere volumus, gloriam nostram quærere non debere, & dignitatem, sed illorum salutem; utque videntes opera nostra bona, *imitatores nostri sint, sicut & nos Christi l*, & *glorificent patrem nostrum m*, qui nos fecit tales: quum id fecerimus, *conscientiæ testimonio* contentos esse posse, & in ea *gloriari n*, adversus temerarios judices detractores, susurrones, murmuratores, quærentes suspicari, quod non vident; quærentes etiam jactare quod
nec suspicantur. Eumdem August. lege opere *de civitate Dei*. * Antiochus integro sermone *o* de inani gloria,
persequitur idem argumentum allatis locis Pauli, quæ
recitavimus, jubens, ut cum timore hunc Psalmi nostri
exaudiamus, & Ezechiæ vereamur exemplum, ac minas eidem intentatas, quod ostentasset Chaldæis thesauros suos *p*; ostendit amorem istum gloriæ laudisque,
& ut aliis placeamus, propterea perniciosissimum esse,
quod constituti inter alias animi perturbationes, mœrore conficimur, lugemus, iis eximi cupimus oramusque adversus illam aliam, ne laboramus quidem, neque contristamur, neque oramus. Cyprianus * refellit istam sententiam, & illam Pauli *q*; qua ut ipse de illo dicit, gloriosè, & sublimiter prædicavit, *si hominibus placere vellet, Christi servum futurum non esse*; mulieres, quæ se ornant, ut hominibus placeant. Ubi obiter notandum, quod, sicut & Augustinus, antea citatus, citant ex Paulo, *si hominibus placere vellem*: quum legamus, *si hominibus placerem*: eo quoque modo Tertullianus *r* legit, docens, quum alibi *s* jubet, ut omnibus placere curemus, quemadmodum ipse *per omnia omnibus placebat*, & *omnia omnibus fiebat*, non idcirco voluisse, vel id fecisse, ut idololatris idololatra esset, Ethnicis ethnicus, sæcularibus sæcularis, sed ut omnes lucrifaceret, non cum eis peccando, commoriendo, superstitionem participando, communicando cum disciplina & errore. In suillis ossibus minus medullæ est, & nonnullis omnino deest, teste Aristotele *u*: ad eumdem modum iis *ossa* non *irrigantur x*, aut *germinant y*, humore divinæ gratiæ, qui brutis moribus præditi terrena sapiunt, & quæ suæ sunt, quærunt, sibi placent, & hominibus, quia sibi: dicuntur etiam quandoque inclusæ vacuis ossibus ventositates, erumpendo illa frangere *z*, quod accidit illis tropologicè, qui vacui medulla virtutis, ventoque inflati superbiæ, & *sensu carnis a*, & *opinione scientiæ b inflati sine voce disrumpuntur c*: nec verò ineptè aliqui *d* per *ossa* intelligunt illos ipsos, qui placere student hominibus, eàque de caussa exterminant facies suas, ut scilicet videantur ab illis, seseque ad ossa ipsa extenuant & emaciant; quos castigaturus sit & confusurus Deus.

Habet in semetipso gloriam, & non apud alium, qui teste conscientia, in Domino tantum gloriatur, & gloriam, quæ à solo Deo est, quærit, ac velut depositum ei servandam tradit, à quo laus erit suo tempore, non in confusione gloria, ut bene disputat Bernardus *e*.

Confusi sunt.) Hieronymus, *confunderis*. Alii, *pudore affecisti*, nempe, illos: vel, *confudisti*, videlicet inimicos tuos: vel, *confundes eos*; accipiendo præteritum pro futuro הביישתם *heviscitha*. Paraphrastes exprimit pronomen, *confudisti eos*. Videtur juxta editionem Hebræam, apostrophe ad Christum: quasi dicat, ô Christe, confudisti eos, ac spe illos tua dejecisti, qui placere hominibus malunt, quàm tibi Deoque, quoniam Deus sprevit, abjecit, aversatus est eos: vel ad justum quemlibet, ut ei dicatur, *confudisti eos*, ac ipsem eorum, qui volebant devorare & perdere te, id autem ope divina, quia Deus illorum conatus fregit, eosdem rejiciendo. Secundùm versionem Hieronymi dirigitur oratio ad populum Chaldæum, qui Hebræum abduxit in captivitatem *confunderis*, quia Deus projecit eos, idest, ut exponit Trevetus cedet tibi in confusionem, quod captivum duxeris populum illum, tunc Deus projecit ipsum: confirmat ex Jeremia *f* dicente *capta est Babylon, confusus est Bel*, *&c.* ubi allusio est ad etymon *Babel*, quod confusionem significat. Nostra editio attendit potius sensum, quàm verba. Singularis est expositio Cajetani præcedentium & præsentium verborum, quæ sic legit, *quoniam Deus dispersit ossa castrametantis te; confudisti, quia Deus abominatus est eos*. Repetendo ex alio versu *nonne scient*, vel numquid non cognoverunt, ait sensum esse, quod Judæi cognoverunt à Deo dispersa esse ossa Gentilium castrametantium contra ipsos, & DEUM pugnasse pro ipsis contra illos, ut contra Ægyptios, Amalechitas, Amorrhæos, Madianitas tempore Mosis, & sub Josue contra Chananæos. Item quod à Gentilibus ipsi subacti fuerint, & confusi, quia Deus ipsos abominatus est propter eorum peccata, idque aliquoties tempore Judicum, ita ut verbum, *confudisti*, positum sit per Apostrophen ad populum Gentilem, & huic dicat David, quod ideo confuderit populum Dei, quoniam Deus abominatus est illum, non quia viribus propriis prævaluerit. Hinc autem infert Cajetanus inexcusabilem esse utrumque populum, quod refutaverit Deum, dixerintque, *non est Deus*, in 13. autem psalmo caussam inexcusabilitatis assignatam esse, quod cognovissent *Deus esse in generatione justi*, hoc est Abrahæ.

Atqui allatus initio sensus communior, & verior est

& quo

a Dan. 12. 2.
b Phil. 3. 21.
c 1. Cor. 3. 3. Gal. 1. 10. 2. Cor. 15. 50.
* Hominum. vocabulum absolutè positum, pro carnalibus.
d Gal. 1. 10. Sententia prophetica hujus loci à S. Paulo observata, ab Hilario tractata.
d 1. Cor. 10.

Imbecillitates infirmorum sustinendæ.
e Ro. 15. 1. 2.
f Epist. 64. Ob superbiam, & humanæ laudis aviditatem, contra contentionem & dolum salutare remedium.

g Cap. 9.
h Gal. 1. 10.
i 1. Cor. 10. 33.
k 2. Cor. 8. 21. Locus S. Pauli item ab Augustino tractatus duobus locis & ab aliis.
l 1. Cor. 4. 16
m Matt. 5. 17
n 2. Cor. 1. 12
* Lib. 5. c. 14. & 20.

o Hom. 43.

p 4. Reg. 20. 15
Perniciosus gloriæ laudisque amor, & ut aliis placeamus.

* De disciplina & habitu virginum, q Gal. 1. 10. Loci S. Pauli lectio diversa.
r De Idololat. cap. 14.
s 1. Cor. 10. 33 1. Cor. 9. 22 Alterius loci expositio
u 4. hist. anim. cap. 20. In suillis ossibus medullæ aut nihil aut parum. Quibus *ossa* non *irrigari* aut *germinare* dicuntur.
x Job 21. 24.
y Esai. 61 14

z Avicenna l. 1. fe. 2. doct. 3. cap.
a Coloss. 2. 18
b 1. Cor. 2. 1,
c Sap. 4. 28. Tropologia
d Petrus Valderama in exercitio pro die cinerum c. 2. Hispanico idiomate.
e Serm. 13. in Cant.

Apostrophe aliorum alia hoc loco.

f Cap. 50. 2. Babel etymon.

Sensus melior loci & communior

PSALMUS QUINQUAGESIMUS TERTIUS.

1 In finem.
In Carminibus intellectus David.
2 Quum veniſſent Ziphæi, & dixiſſent ad Saul: Nonne David abſconditus eſt apud nos?
3 DEus in nomine tuo ſalvum me fac: & in virtute tua judica me.
4 Deus exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei:
5 Quoniam alieni inſurrexerunt adverſum me, & fortes quæſierunt animam meam: & non propoſuerunt Deum ante conſpectum ſuum.
6 Ecce enim Deus adjuvat me: & Dominus ſuſceptor eſt animæ meæ.
7 Averte mala inimicis meis: & in veritate tua diſperde illos.
8 Voluntariè ſacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum eſt:
9 Quoniam ex omni tribulatione eripuiſti me: & ſuper inimicos meos diſpexit oculus meus.

Verſ. 1.) In finem. In carminibus intellectus David.

Verſ. 2.) Quum veniſſent Ziphæi, & dixiſſent ad Saul: Nonne David abſconditus eſt apud nos?

Titulus & Argumentum.

Argumentum. Cum titulo implicatio, explanatio.

IMplicatur argumentum cum titulo, vixque indiget vel hic, vel illud, explanatione, quum partim aliis jam in pſalmis declaratæ ſunt primæ ſex dictiones, partim quæ ſequuntur, contineantur in libris Regum *m*.

Dum veniſſent Ziphæi.) Eſt *Ziph* duarum nomen urbium in poſſeſſionibus Judæ *n*, ſimulque mons ex altera ſic denominabatur, ſive etiam deſertum. Habet picis, aut bituminis etymologiam quaſi dicas *Picariam*. Auguſtinus prolixe hiſtoriam iſtam juxtà myſticum ſenſum tractat, docens, per *Ziphæos*, quos *florentes* interpretantur, peccatores denotari, proſperè agentes, ac ſuperbientes in hoc mundo, taleſque Judæos, qui perſequebantur Chriſtum, ſicut Davidem perſecutus erat Saul, fuiſſe; ac Pilato, mortique illum, ſicut Sauli, qui ſignificat *mortem*, Davidem Ziphæi, prodiderunt, tales præterea eſſe illos, qui myſticum Chriſti corpus. hoc eſt Eccleſiam, perſequuntur. Tranſcripſerunt iſta ex Auguſtino is qui dicitur Ruffinus, & alius qui nomen gerit Hieronymi præterea Remigius, Caſſiodorus, & Beda, alii, & in libros Regum Angelomus; ſed ante Auguſtinum idem jam fere tradiderat Hilarius. Sed aliam notationem aſſignavit Hebræi vocabuli, ut ſignificet *oris aſperſiones*, & innuat Judæos ore potius quam fide aſperſos, mundatoſque, & *labiis honorantes Deum non corde* *o*, & refutantes aſperſionem ſanguinis Chriſti, cujus fundendi auctores fuerunt.

Apud Hebræos reperio ſolam vocem זפת *zepheth* pro *pice*, ac bitumine, indeq; loco nomen inditum putat Arias *p*; quam opinionem jam tanto ante retulit Abulenſis *q*; ut nempe vocarentur *Ziphæi*, qui faciebant picem: & Felix, Hebræorum eſſe ſcribit, nec improbat. Meritò proditores *piceos* cognominaveris, & bituminoſos: quadrat enim beliſſimè in eos parœmia; *mus picem guſtans*, quia male ipſis cedit proditio. Impii eo magis Ziphæi, quod contribulem & propinquum Davidem, (de eadem tribu Juda proprium viri nomen *Ziph*, *r*, extat, apud ſe tuto verſari paſſi non ſunt, & per ſimulationem quoque neceſſitudinis prodiderunt hoſti ad mortem.

Neſcio

m *1.1.23.19. & 26. 1.*

Ziph duarū urbium nomē & montis ſive deſerti.

Ejus etymon.

n *Joſ.15.24. 55.*

Hiſtoria hujus loci myſticè tractata.

Ex Auguſtino ab aliis tranſcripta

o *Eſ.29. 13*

p *in Joſue. q in 1.Reg.23. poſt.9.14. & 25.*

Proditores pici recte dicti.

Parœmia in proditores r *1.Paral.4. 16.*

Verſ. 7.) Quis dabit ex Sion ſalutare Iſrael? quum converterit Deus captivitatem plebis ſuæ, exultabit Jacob, & lætabitur Iſrael. B

IDem hic etiam verſus in extremo pſalmo 13. niſi quod ibi eſt *averterit*, pro, *converterit*: &, *Dominus*, pro, *Deus*. Hebræum מוֹשִׁיעַ *ſciuh*, & Græcum ἐπιστρέψαι, idem eſt utroque in loco, hic Θεὸς, & אלהים *elohim*, ibi κύριος, & יהוה *Jehovah*. Votum vero hic ſalutis continetur, per Deum, vel Meſſiam, qui ex Sion, & ex genere David, cujus civitas dicta eſt propriè *Sion*: veniat *cum virga virtutis ſuæ* *c*; ut plenum gaudium nanciſcatur mundus liber à captivitate peccati, & evadat *Iſrael Dei* *d*, & ſecundùm ſpiritum *e*, & Abrahæ filius ſecundùm promiſſionem *f*, *captivis remiſſionem* Chriſto *prædicante* *g*.

Sensus loci.

c *Pſ.109.2.*

d *Pſ.72. 1. Gal.6.16.*

e *Rom.9.6.*

f *Gal. 3. 16.*

g *Eſ.61.1. Luc.4.19.*

Quis dabit.) Non placet, quod ait Beda, ut *quis* ponatur, pro aliquis. Eum habet uſum aliquando Latina vox, ſed numquam τὶς, & מִי *mi*, interrogationem exprimit adhuc magis Paraphraſtes מַר הוּא דִי *man hu di*, *quis ille eſt*, *qui*.

Bedæ expoſitio improbatur.

Quum converterit Deus captivitatem.) Diei in 13. C eſſe *quum averterit*: & ita hìc etiam Hilarius legit ſaltem in Commentario, in Pſalterio Romano, *dum convertet*: apud Caſſiodorum, *dum converterit*: in Pſalterio Ambroſiano, *in convertendo*: apud Auguſtinum, *in avertendo*. Idem omnia important; ſimilis autem phraſis in aliis Pſalmis *h*, *in convertendo Dominus captivitatem Sion*? & *in converte Domine captivitatem noſtram*: ἐπὶ τῷ ἐπιστρέψαι, & בְּשׁוּב *ſchivuah*, quomadmodum hìc & Pſalmo 3. item ἐπιστρέψον, & שׁוּכָה *ſciuvah*; captivitatem ſub peccato & diabolo plures intelligunt, etiamſi forte ſub typo captivitatis Babylonicæ, alteriuſve certè, quod Latinè in Deuteronomio *k* legimus, *reducet te Dominus Deus tuus de captivitate tua*, extat Græcè ἐπιστρέψει Κύριος τὰς ἁμαρτίας σου, quia reſpexerunt LXX. ad cauſſam captivitatis: ideſt, ad peccata.

h *Pſ.125.1. & verſ.4.*

De captivitate ſub peccato & diabolo locus intellectus.

Deu.30.3.

Exultabit Jacob, & lætabitur Iſrael.) De his actum ſatis Pſal. 13. Hilarii canon, ut diverſa doceat eſſe, *exultationem Jacob*, & *lætitiam Iſrael*, non eſt univerſè verus, nempe geminatis ſententiis, idipſum cœ- Dnus, leſtem ſermonem non ſignificare. Contraria exempla non pauca occurrerunt hactenus, & occurrent legenti, non modo pſalmos reliquos, verum etiam alias ſcripturas. *Lætitia in populo* Hebreo *magna valde* *l*, propter reditum de captivitate, & reſtaurationem ſacrorum, de qua Lyranus, umbra quædam fuit gaudii magni ex adventu Chriſti, & ex felicitate ſempiterna, quæ declarabitur etiam exterius, in ſecundo ejuſdem adventu.

Hilarii canon non univerſe verus.

l 1.Matt. 4. 58.

Typus & umbra gaudii ex adventu Chriſti.

Adverſus Chriſti, accommodatio.

Ad Antiochum. *9 2.Mach.9*

Ad Antichriſtum & ſectatores.

Ἐξ ἔθνων.

b *de diſcipl. & habitu virginum.*

& quo generalior, melior, licèt ad Judæos perſecutores, & crucifixores Chriſti, Auguſtinus, Gloſſa interlinearis, Ruffinus, Valentia, ac de Græcis Euthymius, Blemmidaque accommodent, & reſtringat: Lyranus ad Antiochum: cujus fœtore gravabatur etiam exercitus ipſius *a*; Brugenſis ad Antichriſtum, & ſectatores ipſius.

Quoniam Deus ſprevit eos.) Hieronymus *projecit eos*. Alii, *abhorruit*, *abominatus eſt*, &c. Valet hæc, & ſimilia, מָאַס *maas*, ut floccipendere, rejicere, reprobare cum faſtidio ut vile quid, & contemptum, & interdum obterere. Sæpius redditur per Græca ἀπογοητεύω, & ἐξουδενέω, aut ἐξουδένωσιν, quod ultimum habetur hoc loco, & ſignificat *nihili facere*, ut etiam citans iſtum locum legit Cyprianus *b*.

Nescio an qui notionem secundam sectati sunt, allusérint ad זיו *Ziu*, quod est nomen Aprilis, ab arborum quodam splendore, qui dicitur item זיו *Ziu*, vel, ab זיז *Ziz* quod significat etiam *splendorem*, *gloriam*, &c. Pro tertio etymo nihil occurrit.

Psalmi argumentum.

Porro hinc percipitur argumentum, à quo nec dissident Hebræi Thalmudistæ, volentes, Davidem sub suorum commemoratione periculorum, & liberationis ab iisdem, afflatum divino Spiritu intellexisse, intelligique voluisse futuras persecutiones, & prosperitates Messiæ. Sed ridiculi sunt, quum, ut etiam refert Valentia, citans præterea Camhi, jam potitum pace Davidem, dantemque operam divino cultui, ajunt, in periculorum, & liberationis suæ meditatione quot noctibus indormire solitum; ante diluculum vero ex parte aquilonari ventum per fenestram penetravisse, qui suspensæ chordas citharæ, vel psalterii, pulsans, Davidem excitaret, simulque eum sanctus Spiritus afflaret, & ad scribendum impelleret. Perstringit itaque David beneficium liberationis sub formula precandi, & per speciem voti gratias agit pro eadem: Quod Christo in primis mysticè congruit, deinde toti Ecclesiæ, & cuivis justo. Non convenit proposito quod Ayguanus ait, factum à Davide psalmum, quando licebat ei Saulem occidere, latentem in spelunca: & in isto precari, ut Deus salvaret præservando ab homicidio. In synodo Salegunstadiensi præscribitur psalmus iste cum L. LVI. & LXVI. recitandus pro universis ordinibus, nec non pro statu Papæ, & Antistitis ejusdem sedis.

Ridicula Thalmudistarum & Camhi fabula.

Christo mystica loci convenientia, & alias.

Ayguani improbata sententia.

Nonne David absconditus est apud nos?) In historia a Regum sic est; *Nonne ecce David latitat apud nos in locis tutissimis sylvæ, in colle Hachila, quæ est ad dexteram deserti? Nunc ergo, sicut desideravit anima tua, ut descenderes, descende: nostrum autem erit, ut tradamus eum in manus Regis.* Notat Abulensis b, Latinè interrogandi formulam expressam ad retinendum idiotismum Hebræum; quia non erat, inquit, conveniens hic poni aliquid per modum quæstionis, quum fuerit simplex denuntiatio. Asserit tamen etiam interrogationis vim esse posse; quid hìc agis Saul? David cur non persequeris? ignoras fortassis latitare apud nos? Porro in eadem historia c, quum evasisset David, ac denuò revertisset in priorem locum Ziph, Ziphæi accurrerunt iterum ad Saulem, ut ei proderent illum; dixeruntque, sine interrogatione: *Ecce David absconditus est in colle Hachila.* Quamvis adhuc Hebraicè sit interrogandi nota הלוא *halo*. Idcircò autem Ziphæi denuntiationem repetiverunt, tùm quia pergratum id sciebant Sauli; tùm quia quum jam semel denuntiavissent, sibi magnopere timebant à David, si quando superior evaderet, quem prodiderant, fortassis etiam iidem Ziphæi detulerant tertio Davidem ad Saulem quum *in locis tutissimis Engaddi habitaret* d. Suspicatur id quidem Abulensis e, quia David erat, inquit, in terra eorum, quando prima vice recessit Saul à persequendo eum propter Philistæos f, credique potest, aliquibus de Ziphæis præcepisse, observareque iret David, ut quum rediret de persecutione Philistæorum, denuò ipsum inquireret: illi verò viderant David fugientem in desertum Engaddi, & nuntiaverunt postea Sauli.

Abulensis observatio.

b *ibid. post. 9.*

c *c. 26. 1.*

Qui vellint tertio delatum à Ziphæis Davidem.

d *1. Reg. 24. 1*

e *ibidem.*

f *c. 23. 27. 28.*

Nyssenus g, per *Ziphæos*, in arenti desertoque loco, dæmonas intelligit, qui quominus per angustam arctamque viam salutis ingrediamur, impediunt, ac veluti Principi suo produnt, ac deferunt. Athanasius hortatur Marcellinum, si eum aliqui persequantur, & calumnientur, ipsius perdendi cupidi, quemadmodum Pharisæi & alienigenæ Davidem, ne tædio marcescat, sed Domino fretus, illumque hymnis celebrans, recitet quæ habentur in hoc psalmo, & in LV. sed quum *Pharisæos* nominat sicut legi in variis editionibus, lapsus est, voluit, debuitve dicere *Ziphæos*, quia Pharisæi orti sunt multo post Davidem, & per omnes Tribus erant dispersi.

Per Ziphæos qui dæmonas intelligant.

g *tract. 2. de Psal. c. 13.*

Athanasius hunc Psalmum cum LV. quando recitati vo. luit.

Vers. 3.) Deus in nomine tuo salvum me fac, & in virtute tua judica me.

Sensus loci.

OBtecrat Deum David per *nomen* ipsius, hoc est, per omnia ipsius attributa, præsertim potentiæ, misericordiæ, justitiæ, sapientiæ, seu providentiæ, ut se tueri ac liberare ab inimicis velit, qui Saule Duce circumsidebant ipsum: utque humano destitutum omni præsidio, ac *desperantem evadere posse à facie Saulis, qui cum suis jam in modum coronæ cinxerat illum, sociosque, ut caperent eos* h, dignetur fortitudine majestatis suæ opitulari, ac pro se judicium facere contra persecutores.

h *1. Reg. 23. 26.*

Sensus allegoricus ex Hilario, & aliis.

Hilarius existimat orationem hanc esse Christi, sensu saltem allegorico, qui ut homo petat salvificari in nomine Dei i, repoicendo gloriam, quam ante sæcula habuerat, ut nomini divino cum gloria respondentem virtutem: id autem à Paulo k, innui cum exinanito, & humiliato scribit nomen datum, *quod est super omne nomen.* Ruffinus quoque vocem ait esse Christi ad patrem, postulantis resurrectionem. Simile quid affert creditus Hieronymus. Augustinus cum ceteris ferè Latinis vult orari salutem in Christi nomine salutifero per humilitatem suam, & passionem, ut in judicio per virtutem ex qua nunc vivit l, illam conferat, hoc est, per potentiam, & auctoritatem. Reprehendit Cassiodorus illos, qui morbis remedium quærant à phylacteriis, & incantationibus, non autem ab invocatione Domini Jesu, cujus nomine salutis continetur significatio.

i *Joa. 12. 27.*

k *Phil. 2. 9.*

l *1. Cor. 13. 4*

Reprehensio eorum qui à phylacteriis & incantationibus in morbis remedia quærunt.

Deus in nomine tuo salvum me fac.) *De nomine Dei*, deque phrasi ipsa dictum aliquoties. Verbum cum affixo הושיעני *hoschihheni* bene congruit nomini Jesu, & à σῶσον, σωτὴρ dicitur, Paraphrastes usus est verbo *redimendi* פרוק *perok*. Athanasius m celebritatem nominis intellexit convenientem Dei filio ante sæcula. Sæpe pro essentia Dei *nomen* ponitur, proque attributis illius, iis maxime, per quæ magis cognoscitur, & nominatur. Alioqui nullum nomen tam idoneum majestati potest esse: nec eget nomine, qui unus, ac per se plane distinctus, longissimèque à creaturis distans est. Qua de causa in tormentis interrogatus Attalus nomen Dei, respondit: *Qui plures sunt, nominibus discerni: qui unus est, nomine non egere* n. Hugo varias affert rationes, ex quibus Deus nomen sumit, vel ei imponitur, ab unitate, essentia, personis, potentia, immensitate, æternitate, sapientia, bonitate, comparatione ad nos, cultu speciali, gloria prædicationis, actu justitiæ, actu misericordiæ, actu dispensationis, à nativitate, à passione, à descensu ad inferos, à salvatione humani generis. Videtur hoc loco ratio haberi peculiariter nominis, quod salutem involvit.

m *Orat. 2. contra Arrianos.*

Egregia Attali in tormentis de nomine Dei responsio.

n *Euseb. 5. hist. c. 5*

Rationes variæ ex quibus Deus nomen sumit.

Cyrillus Alexandrinus in glaphyris in Genes. agens de Jacob interrogante nomen ab eo, quod quum luctabantur o, docet, id Deum non enuntiasse sed sic declarasse se naturaliter esse, nomen autem peculiare non habere. Isidorus Peluſiota p scribit, Dei nomen ante incarnationem fuisse ἀνασπνόμασον, inducitque Deum colluctantem, respondentem non esse legis, neque eorum, qui ante legem fuerunt, hoc nosse; novissimo autem tempore quando venerit plenitudo temporum, & multiplicata fuerint peccata, nominandum βισὲν σ'νευ-Θρω'ησαντα, *Jesum Incarnatum.*

De interrogatione Jacob, cum Deo luctantis.

o *Gen. 32. 24*

p *l. 1. epist. 453.*

Dei nomen ἄσμος νὸ μασον ante incarnationem.

Et in virtute tua judica me.) Hieronymus, *& in fortitudine tua ulciscere me.* Chaldaicè, *in spiritu fortitudinis judica me. Judica me* propriè sonat תדינני *thedineni*, & quo Theodotio utitur, κεῖνον μέ, cujus loco alii in futuro κρῖνῆς μέ, vel μοι. Dixit δικάσει Symmachus, *judicabis, judicio persequeris*: ut scilicet pro me sententiam feras, & innocentem liberes: sed parum refert an (μοι) dicatur aut (με) etiamsi Euthymius discrimen statuat, de quo aliàs egimus. Non valde etiam differt versio, quæ extat in psalterio Romano, & Ambrosiano, & apud Cassiodorum, *libera me*, quamvis nostra melior sit, & cum Hebræo & Græco melius concordans.

In virtute Domini judicari.

Altera causa cur impetrare velit, est, ut Nicephorus annotat, quia Deus potens est. Hilarius docet, quod si ex consuetudine humana sermo iste cepisset, in misericordia potius, vel æquitate, quàm in virtute se judicari Propheta poposcisset: sed *virtutis* illis opus fuisse judicio, ubi Dei Filio in filium hominis ex partu virginis natus rursum ipsi hominis filio per judicii virtutem Dei filii & nomen redhibendum erat, & virtus.) Veniet videlicet filius hominis in nubibus cœli cum virtute magna q. Observat Augustinus non temere orari Deum, ut *in virtute* judicet, postquam oratum est, ut in nomine suo salvet: pro maledicto solere hominem homini

q *Matt. 24. 30*

dicere; *judicet te Deus*: atque ita plane maledictum censetur, si judicet Deus in virtute sua, non prius salvando in nomine suo. Atqui de hac item formula dictum alibi non semel; nec non *virtutis* nomen pro potentia sumi: quod Hebraicè est גבורה *ghevurah* aliis in locis כח *choach*, Græcè δύναμις. Fratus bonitate conscientiæ David, quod Saulem non læsisset, ita fidenter loquitur, qui si de omni vita, deque judicio, in quo propriè tractetur causa inter illum & Deum, agatur, flagitet *ne intret Deus secum in judicium* a.

Virtutis nomen pro potentia.

David diversis causis diverse orans.

a P. 142. 2.

Non aptè hoc loco *virtutem* pro misericordia sumit Hugo & Ayguanus: nec memini in hac significatione uspiam reperiri, quamvis fatendum sit, parcendo, & miserendo, Deum omnipotentiam suam maximè manifestare.

Hugonis & Ayguani minus apta explicatio.

Virtus pro misericordia.

Vers. 4.) Deus exaudi orationem meam, auribus percipe verba oris mei.

PErspicua sententia, quam Augustinus ethico illustrat documento, ut excussa oratio & jaculata sit ex desiderio æternorum beneficiorum, & eam adjuvet Deus, ut perveniat, ne deficiat in itinere medio, & quasi collapsa corruat: & ut si non nobis eveniant modo bona quæ postulamus, securi simus tamen quia postea venient, quodque *non ad* b *insipientiam* erit, sed potius ad sapientiam, si non acceperimus quod petimus. Monet etiam, & hortatur ut non petamus aliquid quasi fixum, sed quod nobis Deus expedire scit, & tamquam medico non dictemus quæ nobis medicamenta velit apponere: &, si Doctor gentium dixit se *quid oraret, sicut oportet, nescire* c, multo magis nos.

b *Ps.* 21. 3. Petitiones nostræ à Deo quales esse debeat.

c *Rom.* 8. 26. De Christo loci expositio.

De Christo qui orabat ut homo, & quid oraret solus simpliciter sciebat, explanant Hilarius & Hieronymus.

Exauditionem impetrationemque à Deo multa impedientia.

Exaudi orationem meam.) Non magis hæc quam sequentia verba innuunt orationem mentalem, aut vocalem, sed synonyma sunt, & repetitur idem ad expressionem affectus illius, qui orat sive ore, sive mente. Impediunt exauditionem impetrationemve multa, maxime si non secundum rectam & superiorem rationem quid petas; d si non satis intelligas quid illud ipsum sit quod petis e: si fis indignus f: si ille, pro quo postulas g: si utilius sit non exaudiri h. Ineptum est in Latina compositione verbi *exaudio* vim collocare cum Hugone, quasi sit ad exitum audire.

d *Mat.* 26. 39

e *Mat.* 20. 22 *Rom.* 8. 26.

f *Mat.* 25. 12

g 1. *Reg.* 16. 1 *Jer.* 7. 16.

Hugonis ineptia in voce exaudio.

Auribus percipe verba oris mei.) Hilarius, *inauri*, quo conficto verbo exprimitur Græcum ἐνώτισαι, ab ὦς *auris*, & Hebræum האזינה *haazineh*, ab אזן *ozen*, ejusdem notionis. Docui psal. 5. i, interesse ne aliquid inter *audire*, vel *exaudire*, & *auribus percipere*. Insigniter poni verbum hoc *percipiendi* Cassiodorus vult, veluti cordis arcanum reconditum significet: Ayguanus, quod perfectam compositio innuat intelligentiam: Hugo etiam in pluribus auribus nescio quid spectat. Frustra sæpenumero resecantur adeo ad vivum singula. Id nunc facere quum videor, facio ut caveas.

h 2. *Cor.* 8. 9.

i *vers.* 2.

Inaurire. Audire. Exaudire. Percipere.

Vers. 5.) Quoniam alieni insurrexerunt adversum me, & fortes quæsierunt animam meam, & non proposuerunt Deum ante conspectum suum.

GRavis, vehemens, urgensque ad enixè orandum causa. Nam hostes ac persecutores patitur alienos ab omni humanitate, sed & à divino numine: quod vel non credunt, vel non curant; & præpollentes viribus, ipsoque potentia superiores, qui insidiantur vitæ, nullo præ oculis habito timore Dei, sed summa furentes ac effrænatissima licentia. Christo & Christi membris mysticis facilis adaptatio hujus sententiæ. *Alieni* Christum Judæi sunt persecuti, ut Hilarius explanat, non jam *filii Abrahæ* k, non filii Dei, sed *ex parte diaboli* l, *genimina viperarum* m, *servi peccati* n; *patre* etiam *Amorrhæo, matreque Cethæa* o; *fortes*, Herodes, Pilatus, Principes sacerdotum, qui non proposuerunt animo suo Christum Deum esse.

Sensus loci.

Mysticus adaptatio.

k *Joan.* 8. 39

l *Idem* 8. 42.

m *Luc.* 3. 7.

n *Rom.* 6. 17.

o *Ezec.* 16. 3.

Alieni.) Vel Ziphæi, vel Saul cum suis; utrique animo infenso erant, & infesto, quamvis ex eadem tribu primi; Saul etiam affinis, etiam si alterius tribus. Fieri potest etiam ut in exercitu Saul essent non pauci revera externi. Sed simplicior & melior sensus, ut per *alienos* abalienatos intelligamus & inimicos. Vel præterea dicuntur *alieni*, quos vulgo etiam *extraneos* vocamus, idest, barbaros, feros, immanes, nihil humanitatis, aut communis vivendi hominibus rationis habentes. Paraphrastes interpretatur זרכין *zedanin*, *superbos*. Hebraicè quoque legit Nebiensis זרים *zedim*, vertitque *impios*. Sic in Psalmo 18. p vidimus, quod aliis linguis est, ἀπὸ ἀλλοτρίων, *ab alienis*, in Hebræo textu haberi מזרים *mizzedim*, & Chaldaicè מזרכיא *mixzedanaija*, *à superbis, temerariis, impiis*, &c. ubi lexicon Bibliis Regiis insertum suspicatur LXX. legisse per (ר) *res*, nec non Junius. Videtur hoc loco magis ad rem lectio nostra זרים *zarim*, ἀλλοτρίων, *alienorum*, tùm ad comprehendendos aliena gentis homines, barbarosque quos in suo Saulem exercitu habuisse dixi esse credibile: tùm quia esse alienum à Deo & ab homine justo commune est omni peccatori: non omnis autem peccator, exacte loquendo, superbus est, etiamsi *omnis peccati initium* dicatur *superbia* q: tum quia pejus quid, ac majus censetur, ac majus præ se fert odium, quod quis alieno ab alio sit animo, quàm quod superbus, eoque gravior & molestior malevolentia, si non solum gente populoque alieni, sed contribules abalienent se ipsos, quales Ziphæi.

Simplicior & melior sensus.

p *vers.* 14.

Lectio probabilior.

q *Eccl.* 10. 1. Peccatori alienum esse à Deo & justo, commune est. Non omnis peccator, superbus est. Alieno ab alio esse animo, pejus quam superbum esse. Quæ gravior malevolentia.

Conjungit Salomon *alienos*, ἀλλως etsi aliter vocat צחרים *acherim*, cum *crudeli*, אכזיר *achzir*: Græce, pluraliter ἀγελάμους. Heberi ponunt idem ἀλλότριοι & ἀλλόφυοι, de quo secundo vocabulo, quod positum pro *Philistæum*, dicetur in titulo psalmi 55. ac propriè significat *alienæ tribus homines*.

Mysticæ Interpretationes.

Gregorius r, hocque loco Hugo, & Ayguanus malignos spiritus mystice interpretatur, quos, ait, Sapiens cavet ne participes aquarum nostrarum faciamus s, hoc est, ne per vanam gloriam doceamus, adde, nec aliud quid boni operemur. *Alienos* præterea licet sensu quoque mystico appellare falsos fratres, hæreticos, schismaticos, alienorum appetitores, abhorentes à vero & bono, fallentes datam in baptismo fidem abrenuntiandi satanæ, ac pompis ejus, fornicantes à Deo, & adulterantes. De primis tribus generibus Joannes t prædixit quod *prodierunt ex nobis, sed non erant ex nobis*. De Judæis autem abalienatis à Christo, idem Gregorius u declarat x Job verba: *fratres meos longè fecit à me, & noti mei quasi alieni recesserunt à me, dereliquerunt me propinqui mei: & qui me noverant, obliti sunt mei: inquilini domus meæ, & ancillæ meæ sicut alienum habuerunt me, & quasi peregrinus fui in oculis eorum*. Item affert psalmi 17. y locum, de quo ibidem egimus, juxta eumdem sensum mysticum: *filii alieni mentiti sunt mihi*, &c. Adde ex psalmo 143. z. *Libera me de aquis multis, de manu filiorum alienorum*. Adulteri, atque adulterini filii sunt, qui filiorum non sunt legitimorum capaces disciplinæ, sed *extra illam* a: Acie palpitans pullus radiis oppositus Solis tamquam adulterinus ab aquilæ ungue dimittitur b. Nam:

r *Greg. Epist.* 2. 19

s 3. *Pastor.* c. 25. 12. *Mor.* c. 18

t *Prov.* 5. 15. Alieni.

u 14. *Moral.* c. 21.

x *Job* 19. 15. 14

y *vers.* 4. 6.

z *vers.* 7. Adulteri, adulterini filii in S. S.

a *Hebr.* 12. 8

b *Aug. tract.* 36. *in Joan. Arist. hist. anim.* c. 34. Aquila pullos probans ad Solis radios.

Parvos c *non aquilis fas est educere fetus*
Ante fidem Solis.

c *Claud. l.* 2 *consul Honorii. Ælian.* 2. *ac anim.* c. 26. *Plin. l.* 10 c. 3. *Ambros.* 5 *ex am.* c. 18 *Basil. hom.* 8 *exam. Hist. in Es.* c. 40

Apud Afros & Syros liberi censentur adulterini, qui aspidibus expositi non læduntur ab illis d. Ad eumdem modum qui nec prospectat cœlestia, nec per aspidem & basiliscum ambulare potest, inter genuinos computari quasi Dei filios nequit. Carnem Philippus Grævius e; alienam docet esse à spiritu, origine, conditione, affectione, quia illa de terra, hic de cœlo f: quia mortalis illa, hic immortalis: quia *concupiscit illa contra istum, & vicissim contra illam iste* g: convenire ut caro se in spiritus intimè amicitiam insinuet, sicuti mos est unicuique hospites suos honorare, maximè si noverit eos aliqua nobilitate conspicuos: spiritum autem Deo similem esse, carni ut regem præesse, honorem, ac beneficium quod illa fecerit, posse compensare: multas nunc ab ea illi provenire commoditates: eamdem nisi coerceatur, cohabitatione domestica spiritui nocere tamquam

Caro quomodo aliena à Spiritu. Spiritus & carnis comparatio.

d *Ayguanus hoc loco.*

e *Serm.* 107

f *Eccl.* 12. 7

g *Gal.* 5. 17.

quam domeſticum & inteſtinum inimicum *a*, & Dalilam alteram *b*, in cujus ſinu foveatur *c*. Tandem Dæmones ait ab anima noſtra non origine ſed affectione differre, quia communis eſt immortalitatis, rationis facultas, Dei imago, ſed odio proſequuntur nos, nec quæ latent in animo notiones, & in voluntate affectiones, perſe diſpicere valent.

a Mich. 7. 6?
b Judic. 16. 6 & ſeq.
c Pr. 5. 20 Dæmones ab anima noſtra non origine ſed affectione differunt.

Inſurrexerunt adverſum me.) Pſalt. Ambroſianum, *ſuper me*. Hilarius, *in me*, ἐμὲ, עלי *hhalai*.

Fortes.) Alii, *formidabiles*, *violenti*, *ſævi*, עריצים *hhariſim*, *à quibus alii timent*. Pſal. 36. *d* vertitur ſingulare per *ſuperexaltatum*. In Job *e*, plurale per *violentos*, Auguſt. legit *potentes*, & in commentario Hilarius. Dixi qui ſint hi *potentes*, *fortes*, *formidabiles*, *violenti*, *ſævi*, nempe Ziphæi, vel Saul cum ſatellitibus: Reges quoq; ac Principes convenientes contra Dominum, & Chriſtum ejus *f*, poſtremo Dæmones, quorum dux vocatur *fortis armatus* g.

d v. 35
e c. 27. 13

f Pſ. 2. 2
g Luc. 11. 21

Quæſierunt animam meam. Ut ſcilicet *auferent eam* *h*, de qua phraſi dictum aliàs *i*, quæ poſtea *k*, etiam occurret.

h Pſ. 39. 15
i Pſ. 29. 15 Pſ. 34. 4. Pſ. 37. 13

Et non propoſuerunt Deum ante conſpectum ſuum.) Hier. *in conſpectu ſuo*:) Arnobius, *ante oculos ſuos*: In Ambroſiano pſalterio particula & , omiſſa, novi verſus principium hinc ducitur. Uſum habet conjunctio non tam ſuum, quàm quod aliàs contingit, ut ſignificet, quia adeo *alieni inſurrexerunt*, &c. quia *non propoſuerunt Deum ante conſpectum ſuum*. De re dictum pſal. 15. l. *Providebam Dominum in conſpectu meo ſemper*. Sic adhuc in 85. *m* legitur, *Deus iniqui inſurrexerunt ſuper me*: ἐπανέστησαν ἐπ' ἐμέ, קמוּעלי *kamuhhalai*, ſicut hoc verſu ſupra, & *ſynagoga potentium* ועדת עריצים *vahhdath hhariſim*, συναγωγὴ κραταιῶν, *quæſierunt animam meam & non propoſuerunt te in conſpectu ſuo*. *Non præſtiterunt*, ait Nicephorus, *pra oculis animæ ſuæ*, vel, non meminerunt, *quod Deus videt cuncta*, *juſtèq; judicat*. Ejusmodi fuerunt impuri ſenes, qui *averterunt ſenſum ſuum & declinaverunt oculos ſuos*, *ut non viderent cœlum: neq; recordarentur judiciorum juſtorum*, n: Verùm de Deo habendo præ oculis mentis, egi, ut modo dicebam, alibi. Monui quoq; prius Hilarium interpretari non attendiſſe perſecutores Chriſti quod ſimul eſſet Deus, non purus tantùm homo. Viderunt Judæi, ſed quaſi leprotum, *unde nec reputaverunt eum* o, dicentq; Pilato, *ecce homo*, *exclamaverunt*, *tolle*, *tolle* p. Verbum Græcum προέθεντο non ſolum ſignificat *propoſuerunt*, ſed etiam *præpoſuerunt*; quo ſecundo modo indicaretur, quod non pluris fecerint Deum, quam ſeipſos, ſed ſpreverint, ac nihil duxerint.

i v. 8
k v. 14
l Dan. 13. 9 Hilarii interpretatio,
m Eſ. 53. 3
n Jo. 19. 15 Προεθέσθαι.

In fine verſus exiſtit סלה *ſelah* διάψαλμα, quod ut Hilario placet, denotat mutationem perſonæ; ut Propheta deinceps ſecum loquens impetraſſe ſeſe affirmet quod oraverat.

Verſ. 6.) Ecce enim Deus adjuvat me, & Dominus ſuſceptor eſt animæ meæ.

EXauditum ſe geſtiendo dicit, ut modo ex Hilario notabam, &, ut Euthymius docet, accepta certitudine de ſuperno auxilio præ lætitia illud omnibus palam annuntiat. Vel, quod jamjam certus eſt acceptum ſe auxilium, tamquam accepiſſet, gratulatur. Non eſt, inquit, quod anxius timeam terribiles illos, ac feroces validioſq; inimicos meos, quod animæ, ac vitæ metuam; ille enim ipſe quem deſpiciunt Deus, me ipſum curat, *quem providi ſemper in conſpectu meo*, & *à dextris eſt mihi ne commovear* q. Juvat me, animam que, ac vitam ſervat, tueturq; quam ſtudioſè illi eripere conantur. Hilarius, præcedentis orationis partibus aptat proprias ejus exauditæ partes. Effectus proprios, ait ipſe, propriis reddidit poſtulatis; docens non negligentem orationis noſtræ Deum eſſe, neq; irrationabilem præſtationem miſericordiæ ſuæ exiſtimandam, quum nos ſecundùm quod precaremur, audiret. Namq; ad id quod ait, *quoniam alieni inſurrexerunt adverſum me*, proprium illud eſt, *Deus adjuvat me*: ad id autem, *& fures quæſierunt animam meam*, in eo exauditæ orationis peculiaris effectus eſt, quod ait; *& Dominus*

Senſus loci

q Pſ. 15. 8

Hilarii expoſitio.

A ſuſceptor eſt animæ meæ: ad id verò quod ait, *& non propoſuerunt Deum ante conſpectum ſuum*, hoc competenter adjecit, quod nempe verſu ſequenti continetur. Gignit profectò impetrandi fiduciam tolerantia perſecutionum &, ut ſcripſit Confeſſoribus Cyprianus r, *talibus plane in preciibus efficacior ſermo eſt*, & *ad impetrandum quod in preſſuris petitur*, *facilior oratio eſt*. Hortatur præterea ſ, ut in perſecutionibus non labefactet mentem humana infeſtatio, ſed corroboret mentem divina protectio, quando unuſquiſq; ſecundùm dominica promiſſa, & fidei ſuæ merita tantùm accipiat de Dei, ope, quantum ſe credat accipere, nec ſit quod omnipotens præſtare non poſſit, niſi ſi accipientis fides caduca defecerit. Præclarè, & verè.

Impetrant ſi à Deo fiduciam quid gignit. Cypriani ſancta exhortatio
r epiſt. 77 ſ ep. 9. & de exhort. ad martyr. c. 10

Ecce enim.) Particula cauſalis non extat Hebr. & Euthymius ait redundare. Videtur prior eſſe pro, *ſed*, vel, *ſanè*, altera, pro, *quidem*, vel, *tamen*, *autem*, &c. Denotat etiam cum admiratione repentinum quid, & improviſum, quaſi de improviſo adfuiſſe aſſerit lætus, admirans, gratulans, & gratias agens, hoſtibuſq; B inſultans auxilium novum, quodq; vix crederent adverſarii. Conſtat, quum David undiq; cinctus evadere nequiret, revocatum Saulem nuntio de adventantibus, & irruentibus Philiſthæis t. Atqui *ſpecioſa* eſt *miſericordia Dei in tempore tribulationis u*: adjutor eſt *in opportunitatibus*, *in tribulatione* x: *aſcenſor cœli auxiliator tuus* z: *ſi Deus pro nobis*, *quis contra nos* y?

t 1. Reg. 23 27.
u Eccl. 35. 29
x Pſ. 9. 10
y Levit. 23. 26
z Rom. 8. 31

Deus adjuvat me.) Valentia Chriſtum intelligit, dicentem ſe à Patre exauditum, Aygnanus, Davidem prædicentem adventum Chriſti, quem optarit Job *a*, ac præviderit, quum diceret, ut exponit Gregorius *b*; *Quis tribuat mihi adjutorem*, *ut deſiderium meum omnipotens audiat*?

Valentia & Aygnani interpoſitio
a c. 31. 5
b 22. Mor. c. 18.

Et Dominus ſuſceptor eſt animæ meæ.) Hieron. *ſuſtentans animam meam* alii, *eſt inter ſuſtentatores animæ meæ* vel, *cum ſuſtinentibus animam meam*; vel, *è numero eorum*, *qui tuentur animam meam*, hoc valet נפשי בסמכי *beſomeche naphſi*, h.e. aderit Deus iis qui ferent mihi auxilium, mealq; partes tuebuntur. Vel, quod ſcite Genebrardus advertit, *eſſe in ſuſtentantibus*, aut C *ſuſtentatoribus*, idem eſt ac eſſe ſimpliciter ſuſtentantem & ſuſtentatorem, ſicut *in ſacerdotibus Dei*, & *inter eos qui invocant* c; *in fide juſſoribus* d, ut Hebr. habetur; *in potoribus vini* e, & ut apud Plautum, *in ſenioribus*, hoc eſt, ſacerdotes, invocatorem, fide juſſorem, potorem, ſeniores. Et hoc myſticè declarat idem Ayguanus de ſuſcepta natura hominis à Dei filio, ut eum adjuvaret: in iſtoq; adjutorio confidere quemlibet juſtum ac dicere, *adjutor*, *& ſuſceptor meus es tu*, *& in verbum tuum*, (ſcilicet incarnatum *ſuperſperavi* f. Hieron. declarat, ſuſceptam animam Chriſti à Patre, quam cito eſſet ei redditurus poſt mortem: vel Chriſtum à Patre ſuſceptum adjutumq; vel à Chriſto Eccleſiam. Ruffinus etiam explicat adjutum Chriſtum ne deficeret in paſſione. Hinc verò vult patientiæ Chriſti diſci exemplum, ne iraſcamur inimicis, maledicamus, vindictam exquiramus, ſed oremus, & Dei adjutorium expectemus à quo eſt vindicta g.

Genebrardi obſervatio
Phraſis Hebraica,
c Pſ. 98. 6
d Pr. 22. 26
e c. 23. 20
Myſtica expoſitio.
f Pſ. 118. 14
A Chriſto patientiæ exemplum
g Deus. 32 43. Rom. 12 16. Heb. 10. 30

Litteraliter ſignificat *ſuſceptor animæ* defenſorem vitæ ut aliis in locis non ſemel, nec in *animæ* voce momentum eſt, quaſi illam ſuſcipiat Deus, quum, quod ait D Caſſiodorus, à peccatis abſolvit, & quam vis periculis exponat corpus, animæ conferat ſalutem. Potius ad litteræ pertinet ſenſum quod ait Hilarius, ſi quando injuſtè mortis vis affertur, excedentem habitaculo corporis animam in Dei ſuſceptione requieſcere. Sufficit juſto ſcire ſe curæ Deo eſſe, tametſi longe videantur eſſe quæ promittit. Hoc videl. dicit Auguſt. eſſe *ſignatum lumen vultus divini ſuper ipſum*, & *datam* jucunditatem, *lætitiamve in cor* h *ejus*, non in vineam, non in gregem, non in cuppam, non in menſam. Neq; vero robur habet argumentum Gulielmi Sceprei pro divinitate Chriſti, quoniam hic nomen Domini ſit אדני *Adonai* eidem proprium. Nec eſt adeo proprium, nec ex myſtico ſenſu licet abſolutè argumentari.

Suſceptor animæ quid ſignificet. Litteralis. ſenſus.
h Pſ. 4. 7
Improbatũ Guilielmi Sceprei argumentum.

Vers.7.) Averte mala inimicis meis, & in veritate tua disperde illos.

Sensus loci.

TUm vaticinando, tùm optando, & imprecando, ex maxima confidentia petit regeri parata contra se ab inimicis arma, mala retorqueri in illos, atq; ut Deus pro sua in præstandis promissis fidelitate, & sicut recta exigit ratio, eosdem disperdat. Habeat, inquit Hilarius, hanc innocens religio ultionis certissimam securitatem, quod quum mala omnia in eos qui inferant, revertantur, non potest iniquitatis argui Deus, nec perfectæ bonitati malignæ voluntatis instinctu ac motus admixtus est; quia mala Deus non malevolus excitat, sed ultor retorquet; neq; ea ex malitia sua effert, sed in merita nostra convertit.

Mala in inferentes justè reverentia.

Loci applicatio.

De Judæis, Hier. ubiq; nunc dispersis, & Ruffinus, ac Valentia, Hilariusq; exponunt, deq; cunctis malis perdendis in judicio. Iidem & alii de persecutoribus, quæ non patientibus, sed facientibus nocent, ita ut convertatur dolor quem irrogant, in capita auctorum suorum *a*: qua de re dictum latis aliàs *b*.

a *Ps.*5.17
b *Ibidem.*

Averte mala inimicis meis.) Hieron. *redde malum insidiatoribus meis*: sed melius apud Trevetum, *reddet*: est enim ישוב *jaseiu*, futurum tertiæ personæ. Alii quoq; ex Hebræo per optativum, ut fit sæpe, non solum per imperativum, interpretatio futuri *reddat*, *rependat*, *convertat*, vel, *reddet*, *retorquebit*, nim. Deus; vel *revertat*, aut, *convertatur*, aut, *convertetur*, seu *revertetur* istud malum, quod Hebr. numeri singularis est דרעו *harahh*. In Bibliis Complutensibus, & Regiis, ἀποστρέψῃ, *avertes*. Hilarius, *converte*, etiamsi in Commentario explicet *convertet*; sicut Augustinus *avertet* habeat. Emendata Græca Biblia, ἀποστρέψει, *avertet*. Apollinarius videtur legisse ἀποστρέψῃς, vel ἀποστρέψεις quod est futurum medium secundæ personæ,

κἀν ἐν δυσμαῖς ἐσσῃ ἀποστρέψῃς ἐλοῦσι.

Dolores inimicis avertas meis.

Ita se quoq; legisse indicant Basilius, & Theodoretus: sed Euthymius, in tertia persona; quo item pacto legit Nebiensis. Quod tandem parum refert. Nec video tamen qua ratione Scepreus affirmet, anceps esse Hebr. ישוב sine punctis: non enim potest aliam significare, quàm tertiam personam. Melius cum sequenti, *disperde*, cohæret, *averte* quàm, *avertet*. Sed Jansenius aptius cohærere contendit cum præcedentibus, *adjuvat me susceptor est anima mea*, & Hilarius agnoscit mutationem personæ, quæ mutatio personæ in textu Hebr. innuit rapi vehementius scribentis affectum. Legi postea Brugensem quædam ex his notantem. Ceterum, *averte mala inimicis meis*, facili veroq; sensu est verti ab eo, qui loquitur, & converti ad inimicos; non autem removeri ab ipsismet inimicis, ut Ayguanus minus rectè docuit, exponens non tam de malis pœnæ, quàm culpæ, & Humius prædicans falsò nobis objicit putare nos precari Davidem pro inimicis, ut Deus ab illis mala avertat: legendo etiam in tertia persona, ἀποστρέψῃ τὰ κακὰ τοῖς ἐχθροῖς μου, commodè posset exponi in neutra significatione, *abscedant mala ad inimicos meos*; quemadmodum Latinè, *It clamor cœlo*, significat, ad cœlum. Similis phrasis in psal. 118. *c*. *Convertantur mihi timentes te*, ישובו לי *jasciuu li*: quod Hieron. reddit, *revertantur ad me*, & in Romano Psalterio est, *convertantur ad me*: quam lectionem sequitur Hilarius, August. Cassiodorus, Ambr. Meminerunt autem Ambr. & August. lectionis nostræ, quam Augustinus nonnullis codicibus inveniisse se dicit, & Græcis & Latinis, Ambrosius maxime in Græcis; sed tantumdem valere, quantum si dicatur, *ad me*. In libris Græcis lego, ἐπιστρεψάτωσαν μοι, quasi dicas, ἐπ' ἐμὲ στρεψάτωσαν: (quod Symmachus reddidit ἀναστρεψάτωσαν με *revertantur ad me*. Quamquam non ignoro dictum locum aliter explicari, sicut suo tempore dicetur.

Hebraismus.

Ayguani improbata expositio.

c v. 7.

In imprecationibus prædictiones. Intentata sibi mala, in alios avertere ac deprecari, ut non caret justa ratione.
d 2.2. q. 76. art. 1
e 22. Moral. c. 6. vel 1

Porro præter prædictionis rationem, quæ in similibus imprecationibus continetur dicitur, non abhorret à recta ratione intentata, à se se mala & pericula avertere, ac deprecari, ut removeantur, immo & ut inimicis potiùs eveniant, si aliter evadi non possint, aut ut iis, si corrigi & desistere nolint, perdantur. Legendus Thomas *d*. Gregorius *e* vero docet, non amissa charitate inimici nos ruinam lætificare, & rursum ejus gloriam sine invidiæ culpa contristare posse, quum & ruente eo, quosdam bene erigi credimus, & proficiente illo, plerosq; injustè opprimi formidamus. Delectatus est hoc tamquam symbolo Martinus Papa V. *Averte mala inimicis meis*. *

Inimici ruinam non lætificare, & gloriam sine invidiæ culpa contristari posse.

* Ciaconus in vita. Symbolum Martini Papæ V. Aug. malus codex. f in c. 1. epist. ad Rom. Explicatio Ruffini & aliorum.

Et in veritate tua disperde illos.) Non dubito Augustinum malo usum codice, quum legit, *in virtute tua*, & de virtute exposuit, nam ἐν ἀληθείᾳ & באמתך *baamittecha*, hoc significant solum, quod habetur in editione nostra. Miror tamen etiam citare Origenem *f* eodem pacto locum istum, quamvis legere illum Græcè non licuerit. Conjunctio, &, nec Hebr. nec Græcè extat, & abest à Psalterio Romano, ab Augustino, Hilario, Cassiodoro, non solùm ab Hieron. loco verbi *disperdendi*, quod, ut prædixi, ad Hebræorum dispersionem applicant: Ruffinus attendit in verbi compositione, quod Judæi in diversis partibus perditi & dispersi sint per regiones, propter malum, quod fecerunt in Jesum. Hugo pœnarum diversitatem considerat. Alii usurpant succidere, facere, concidere, ad perniciem perducere, subvertere, diminuere. Nimis diminuta ultima expositio, quæ est Campensis, quia plus importat ἐξολοθρεῦσαι, & הצמית *hatmith*, nempe interitum, consumtionem, perditionem. Cajetanus hoc impletum docet, quando ab ipsa veritate mansuetudinis David convictus Saul concidit ab animo persequendi eum *g*. *Veritatem* sumit præterea pro justitia hoc asserit etiam Euthymius) in qua concidere fecerit Saulem Deus, & alios inimicos in bello Philistinorum. Quod si *veritatem* h, ut in præstandis consistit promissis, accipiamus, fortassis alluxit David ad promissum sibi regnum, ac posteris suis, ut Trevetus notat: vel magis generaliter ad alias scripturas, in quibus opem Deus pollicitus sit justis, & protectionem innocentibus, ut Lyranus indicat; quodq; impius non prosperaretur. *Recordare*, dixit Eliphaz *i*, *obsecro te*, *quis unquam innocens periit? aut quando recti deleti sunt?* &c. Posteriora ut Davide testimonia, & Jeremiæ *k*, non aptè, quod Scepreus facit, citantur. Postremo Euthymius, & quem solet paucis verbis exscribere Nicephorus, volunt innui Ziphæos mentitos amicitiam, & Saulem, qui sæpenumero verbis confirmaverat se nullas de cetero adversus eum insidias moliturum esse, ut Deus verax istos mendaces perdat.

Cajetani.

Veritas pro justitia.
g 1. *Reg.* 26
h *Ps.* 151. 11
2. *Reg.* 16. 13
l. 2. 7. 8
Ps. 77. 75. *Ps.* 88. 21. *Act.* 7. 46. *c.* 13. 16
I *Job.* 4. 7
Testimonia malè à Scepreo citata, Nicephorus Euthymii exscriptor, *Kc.* 32

Mystica interpretatio aliorum, ut *disperdantur in veritate*, hoc est, ut abjecto errore, ac mendacio, redeant ad veritatem: & Hilarii, ut Christum, qui seipsum vocavit *veritatem* l, deprehendatur injustè damnatum falsis testimoniis criminibusq; idq; potissimùm, quum eum Pater suscitaverit à mortuis, & ipse gloriam resumserit. Judæis autem sic convicti, nec emendati, disperdantur; quod accidit postea, quum ob pœnam, inquit, Dei in crucem acti, fame & bello absumti & perditi sunt.

Mystica interpretatio.

l *Jean* 14. 6

Vers.8.) Voluntariè sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum est.

POllicetur si quod jam spe concepit, consequatur, voluntarium, liberum, spontaneum ex promto alacriq; animo, & largum ac liberale, munificumq; quale offerri à viro Principe decet, & convenit Regum Regi, sacrificium: præterea celebrationem divinarum laudum; quia nihil hac sibi re jucundius accidere, nihil offerri Deo gratius & acceptius possit. Hilarius, & quidam alii de Christo interpretantur, *quia se, quia voluit, obtulit* m & à legis libera vit maledictio, in eos, qui eam non servarent nominatim sacrificia præscribentem, *factus pro nobis maledictum* n, ac Deo Patris legis sacrificia respuenti hostiam placentem suscepti corporis obtulit *o*.

De Christo loci interpretatio.
m *Es.* 53. 6
n *Gal.* 3. 13
o *Ps* 39. 8

Voluntariè sacrificabo tibi.) Alii, *in promtitudine*, *cum liberalitate*, *cum munificentia*, *liberaliter*, *sponte*, hæc omnia sibi volunt Hebræa נדבה *bindavah*, à themate נדב *nadau* de quo egimus in psal. 50. *p* ubi *spiritus principalis* vocatur, & ἡγεμονικὸς, נדיבה & *nedivah*, ab Hieron. *potens*. Eadem formula in psal. 118. *q* *Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine*, τὰ ἑκούσια τοῦ στόματός μου, נדבות *nidboth*, idest, voluntarias oblationes, liberales, & spontaneas orationes, aut quæ ore usurpavi vota, accepta & placita habe; hymnos, laudesve ultroneas, sacrificia citra votum obligationemq; legis oblata pro gratiarum actione.

o v. 14

Formulæ loquendi
q v. 108

Por-

Porrò sicut eò loco Theodoretus intellexit libera quædam, & in arbitrio nostro posita, nec lege injuncta opera, ut virginitatis, post nuptias continentiæ, paupertatis, solitariæ vitæ, in eremo commorationis, ac de talibus vatem locutum: ita licebit præsentem locum, de similibus, quæ vocantur supererogationis opera, consiliaque, interpretari adversùs Hæreticos, quibus non modo non placent, sed etiam ea damnant tamquam superstitiosa, ἐθελοδρησκείας. Eadem sunt in Basilio, qui, ut dicere soleo, non videtur in istis Commentariis alius à Theodoreto. Eumdem illum locum Ambrosius Pauli illustrat exemplo *a*, sicut hunc nostrum Hilar. ipsiusmet Christi, de quo etiam alii, ut Ambrosius alibi citatus, in Synodo Lateranensi, sub Martino, secretario 2. Nazianzenus citatus in Synodo Constantinensi sub Agathone, actione 4. ut ante dixi. Sed præterea extendit ad alios, demonstrans quantopere delectetur Deus voluntario ministro, *non ex tristitia, aut ex necessitate* operante, sed hilariter *b*. Affert etiam documentum Philemoni ab eodem Apostolo datum, item quod Isaiæ, cui poterat imperare, dixit Deus, *quem mittam* *c*, de quo propterea scripsit Paulus *d*, quod audit, scilicet quasi voluntarium organum uberiore spiritus gratia impletum. Augustinus obiter, pauciscque tractans verba psalmi 118. recitata, confirmat verbis quæ hìc sunt præ manibus. At in horum verborum commentario profitetur se iis maximè delectari, & hoc tantùm bonum cordis vel intelligere alio dicente neminem posse, si non in seipso gustes. Tandem definit hoc *voluntarium sacrificium* esse illud, quod psalmo quadragesimo nono *e* Deus ipse *laudis* vocat, eoque se honorificandum edicit, quum scilicet per se laudatur, & amatur, non ob privatum commodum; gratis, & ob nihil aliud, nisi quia bonum est. Ceteri in ipsimet impositis & obligantibus præceptis, quibus quodammodo sacrificamus, & obsequimus Deo, spectant hìc necessariam, ut ei placeant, conditionem, quod voluntariè ac devotè fiant; quia *respexit Deus ad Abel* priùs, tùm vero *ad munera* *f*. Cassiodorus hoc potissimùm facere docet illos, qui pro inimicis orant, vindictamque noh poscunt: quique inter angustias passionum jugiter gratias agunt, sicut Job. Rationem dat, quoniam qui se ulcisci alienis calamitatibus desiderat, qui propter alia mundi desideria supplicat, qui non tolerat adversa, non Dei rogat amore, sed potentiam ipsius rerum aliquarum necessitate deprecatur. Cujus Augustinus indicium ait esse, quia si adesset quod amas, non laudares Deum, vel si haberes aliunde, non à Deo.

Abutuntur Hæretici contra vota hoc loco, & similibus *g*, in quibus docetur, opera bona facienda non ex necessitate, quam tamen secum afferunt vota, sed liberè ac voluntariè. Non deest libertas voluntatis in operibus, ad quæ obligamur alieno præcepto, aut proprio voto, immo plerumque accidit, ut libentiùs, alacriùs, promptiùs, jucundiùs, suaviùs, faciliùs fiat, quod ex voto fit, quàm quod sine illo: sicut de populo Hebræo proditum est *h*, lætatum quum vota sponte promitteret, quia corde toto offerebant ea Domino. Igitur *voluntariè sacrificare* opponitur dumtaxat tristitiæ, & coactioni, à qua ut abstineatur in convertendis Judæis, monens Gregorius *i* Papa, usurpat istam sententiam, sicut Nicolaus eamdem, & aliam ex psal. 118. ne quidam invitus compelleretur fieri Monachus *k*, non autem necessitati, quæ nascitur ex præcepto vel voto. Etsi etiam verum est idem opus liberè factum ex sola obligatione voti perfectiùs esse, quàm ex necessitate præcepti; tùm quia ut plurimum solet tale opus esse nobilius, quum Deus minora imperet, de majoribus consilium det: tùm quia qui facit ex charitate opus non imperatum, facit quoque imperatum, sicque plus donat: tum quia requiritur plerumque ad opus non impetratum major alacritas & promtitudo: ideòque, ut scribit Hieronymus *l*, plus amat Virgines Christus, quia sponte tribuunt quod sibi non fuerat imperatum: majorisque gratiæ est offerre quod non debeas, quàm reddere quod exigaris. Hoc affirmari potest esse *quasi libanum non incisum vaporare habitationem suam* *m*, quia quæ exit sponte gutta, purissima est, suavissimaque *n*.

In genere quicumque quodvis opus bonum voluntariè facit, devotus merito appellatur à Prospero *o*, utpote qui non invitus rem voluntariam faciat. Primatum Atamen tenent hi in Ecclesia, qui se se votis obstrinxerunt, & dici possunt *populus voluntarium*, aut *devotionum*, seu *Principes*, ac *Duces spontanei*, quibus modis ex Hebræo exponunt quod psalmo centesimo nono *p* habetur, *tecum principium* עמך נדבות *hhamecha nedavoth*; cujus loci antea alicubi meminimus. Alios etiam ad præcepta sua non invitos cogit Deus, sed ad vitam ingredi volentibus proponit servanda, quia si cogeret, ut ait Bernardus *q*, Asinos haberet, non homines: nec possent isti dicere: *voluntariè sacrificabimus tibi*. Scribit *r* idem, *pauperes spiritu* vocatos à Christo, qui hoc ipsum valeant revera usurpare, non illos, qui sint ejusmodi, necessitate miserabili, non laudabili voluntate, etiamsi prioribus quoque prodesse possit apud divinæ voluntatis misericordiam illa ipsa suæ afflictionis miseria.

Verùm quod attinet ad Davidem, verisimile est respectum habuisse ad illud sacrificii genus, aut oblationis, quod in lege vetere appellabatur *spontaneum*, *voluntarium*, *ultroneum*, vel, *prò gratiarum actione*, vel *factum voto*, vel *sponte*: meminitque Ezechiel *u* nomina Bdim offerentis, qui Princeps erat, nempe sacerdotum. *Quum autem fecerit Princeps*, inquit Propheta, *spontaneum holocaustum, aut pacifica voluntaria Domino, aperietur ei porta, quæ respicit ad Orientem*, &c. *claudeturque porta, postquam exierit*. Ibi pro *spontaneo* LXX. habent ὁμολογίαν *confessionem*: quamvis in aliquibus codicibus legatur ἑκούσιον.

Distinguit Rudolphus *x* Flaviacensis mysticè sacrificium ex voto, ab eo quod sponte fit, quia in primo nos ipsi nobis violenti sumus; in secundo, proficiente charitate, *quæ foras mittit timorem* *y*, velut naturaliter ex consuetudine incipimus nos mortificare, & bene operari: duos dies quibus licebat vesci sacrificio, activam vitam & contemplativam interpretatur: tertium, in quo igni absumendum erat, quod supererat, extremam judicii particularis sententiam, quæ facultatem neget amplius benemerendi. Postremo designat formula hæc larga munera, promta obsequia, sicut apud Poetam:

Communemque vocate Deum, date vina volentes;
&, *volens a vobis Turnus adoro.*

C Hincmarus *b* hinc quoque colligit pœnitentiam nostram spontaneam esse debere non coactam.

Et confitebor nomini tuo Domine.) Conjungens particula non est vel Hebraicè, vel Græcè; sed nec in Latinis Bibliis Complutensibus, regiis, aliis, nonnullis, nec apud Hilarium. Exprimit eam tamen Arabicum quoq; Psalterium. Quid sit *nomini Domini confiteri*, crebrò locis ante aliis patuit. Illud *nomen* intelligit, in quo se primis psal. verbis salvum fieri precatus erat. Et *confiteri* est gratias agere, quam paullo ante dixi apud Ezechielem ὁμολογίαν appellatam pro spontaneo sacrificio, ut Latinè Hebraicèque dicitur. Valentia, de sacrificio etiam Eucharistiæ interpretatur. Bruno Carthusianus inducit Christum præcedentibus verbis pollicente suimet ipsius oblationem in cruce: istis vero, confessores se veros pariturum in Ecclesia ad honorem nominis Domini. Hieronym. eumdem dicentem se Patris hìc nomen confessum.

Quoniam bonum est.) Additum etiam Latinè verbum substantivum *est*, perspicuitatis causa, etiamsi codices D aliqui Latini omiserint, optima rario confiteri Domino, eumque laudare, *quia* ipse *bonus* *c*, ac nomen ejus: quia ipsummet laudandi opus est bonum per se appetendum, & honestum: quia Deo gratum, jucundumque: quia laudatori ipsi etiam utile; quod multis modis, ac de Jesu nomine loquendo demonstrari posset. *Bonum est*, ut habetur in alio psalmo *d*, *confiteri Domino, & psallere nomini tuo Altissime*: & in ps. quinquagesimo primo *e*: *Confitebor tibi in sæculum, quia fecisti: & expectabo nomen tuum, quoniam bonum est in conspectu Sanctorum tuorum.*

Vers. 9.) Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me, & super inimicos meos despexit oculus meus.

BOnum esse confiteri Domino, & sponte ac liberaliter sacrificare, probat, quoniam liberavit eum ex omni tribulatione, effeceritq; ut optatam videret oculis propriis in inimicis suis ultionem & justitiam, providentiamque mirabilem Dei ea in re agnosceret ac prædicaret. Accidit id tùm quum Saul ab obsessione Davidis re-

Locus psal. 118. expositus. De supererogationis operibus locus:

a 1 *Cor.* 9.

Voluntariũ ministeriũ quàm Deo gratum.
b 2. *Cor.* 9. 7.
c *Es.* 6. 8.
d *Rom.* 10. 14. 18.

Voluntarium sacrificium laudis.
e *vers.* 14.

f *Gen.* 4. 4.

Abusus hæreticorum hoc loco contra voto
g 1. *Cor.* 7. 26
2. *epist.* 9. 7.
ad Philem. v. 14.
h 1. *Par. ult.* 17.
i *l.* 7. *ep. in* 5.

Sententiæ hujus & alterius usurpatio à Gregorio Papa & Nicolao.
K *c. præsens* 20. *quæst.* 3.

Opus ex sola obligatione voti, perfectius quam ex necessitate præcepti.
l 1. *Cor. ult.*

Cur virgines à Christo plus amantur:

Majoris gratiæ offerre quod non debeas, quàm reddere quod exigas
m *Eccl.* 24. 21
n *Plin. l.* 12. *c.* 14.

Devotus à Prospero quis dicatur
o 2. *de vita contempla. cap. ult.*

p *vers.* 3.

Ad præcepta sua non invitos cogit Deus.
q *Serm. de diligendo Deo.*

r *Serm.* 1. *de fest. omnium sanctorum.*

Pauperes spiritus qui vocantur à Christo.
f *Matt.* 5. 3.

Sensus loci.
t *Exod.* 25. 2 *c.* 35. 5. *Lev.* 7. 12. 16. *Num* 29. 39. *Deut.* 16. 10. *Ez.* 46. 12.

Distinctio mystica sacrificii ex voto, ab eo quod sponte fit.
x *l.* 5. *in Lev. c.* 2.
y 1. *Joa.* 4. 18.

z Æneid. 8.
a Æneid. 10.
b *Ep.* 5. *c.* 26.

Pœnitentia nostra spontanea esse debet, non coacta.

Confiteri nomini Domini.

Valentiæ interpretatio & aliorum.

Ratio cur Domino confitenda.
c *Ps.* 117. 1.

d *Ps.* 91. 2.
e *vers. ult.*

Sensus loci.

a 1. *Reg.* 23 27 vocatus *a*, est; posteaque quando in eadem spelunca, & loco, quo latebat, Saulem dormientem deprehendit, ac

b *Cap.* 24. 4 *& seq. c.* 26 5. *& seq.* interficere potuit *b*; aut etiam quum tandem Saul idem cum suis occubuit in bello *c*, quod fuit sicut prius dictum est *d*, *avertere mala inimicis, ac disperdere illos*.

c *Capitulis.* 1. *& seq.*

d *vers.* 7

Ad Christum ejus translatio, & quem vis justum.

Transferuntur eadem ad Christum, qui devicto mortis aculeo, evasit superior inimicis, eosque infra se positos, atque subjectos delusit, tùm milites in sepulchro dormientes, tùm alios omnes persecutores homines, dæmones. Eodem pacto conveniunt ista cuivis justo, qui saltem post præsentem vitam, liber erit ab omni tribulatione, ita ut *in se tribulationibus* liberetur, dum vivit, modo ab una, modo ab alia, *in septima non tangat eum malum*, ut Gregorius *f* declarat, & jam fruens Deo, damnatos in inferno ex loco superiore aspiciat, despiciatque, sumta parabola illa. *Quomodo* g *cessavit exactor, quievit tributum? &c.*

e *Job* 5. 19 *&* 16. *Mor. c.* 7

g *Esa* 14. 4

Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me.) Hieronymus, *liberavit me*: sic est nunc Hebraicè in tertia persona הצילני *hitz silani*, esset autem secunda נקמתא *hitzsalthani*, quo fortassis modo legerunt Septuaginta. Tertia persona indicat nomen Domini, Deumque ipsum liberatorem & salvatorem. Omnem tribulationem intelligit, quæ ipsi excitata fuerat à Ziphæis, & à Saule, alioqui nec ei aliæ postea defuerunt, nec homini ulli deesse possunt viventi vitam, quæ nihil nisi tentatio, ac *malitia est* h variis ærumnis exposita.

Sensus loci. Vita hominis nil nisi tentatio & militia.

h *Job* 7. 1

Inter multos tribulationis fructus, hic est, nosse quod sit *bonum Dei nomen*, ut Augustinus observat, & cognita infirmitate propria in Dei cognitionem veniendo; ejus laudare potentiam bonitatemque.

Tribulationis summus fructus.

Et super inimicos meos despexit oculus meus.) Hieronymus, *& inimicos meos despexit oculus meus*: alii, *in hostibus meis vidit oculus meus*, nempe quod volui sive ultionem, vel torve respexit: vel talia vidit, qualia quivis oculus alius in capitalibus videre cuperet inimicis. Paraphrastes expressit ultionem הצלתני *nikmethon*. Apollinarius, *perniciem*, ὄλεθρον:

Δυσμενέων δ' ἀπόπαιας, ἐσσοισιν ὄλεθρον,

Inimicorum autem ostendisti oculis meis perniciem.

Idem supplent Basilius, Theodoretus, Euthymius, Nicephorus. In Psalterio Rom. & Ambrosiano, & apud Augustinum & Cassiodorum legitur *respexit*. Arnobius videtur legisse *despiciet oculis ejus*, videlicet Dei. Hebræum ראתא *raathah* fœminini generis, signatum absolutè, *videre* seu *respicere* & בעיבי *beojevai*, *inimicis meis*. Hebraismum est, *videre, & aspicere in aliqua re*, pro aspicere rem. *Despicere*, de loco superiore inferius posita aspicere, vel etiam cum contemptu, nec rectis oculis æquisve. Eclipticum sive defectivum sermonem ait Euthymius esse, & exponendum, quod animæ oculis viderit in inimicis omnia, quæ optaverat, vel quæ illi passuri erant. Occurrit idem dicendi modus Ps. 34. i. *Viderunt oculi nostri*, & 36. k. *Quum venerint peccatores videbis*, postea in 57. l. *Latabitur justus quum viderit vindictam*. Apud Abdiam *m*, quod editio nostra habet, *non despicies in die fratris tui*, legimus Græcè, μὴ ἐπίδῃς ἡμέραν. Hebraicè, אל תרא *al there*: moxque quasi magis idem explicando *n*, *& non lætaberis in die perditionis eorum, & non magnificabis os tuum in die angustiæ, neque ingredieris portam populi mei in die ruinæ eorum neque despicies*, καὶ μὴ ἐπίδῃς אל תרא *al there*, *& tu in malis ejus in die vastitatis illius*. Similiter in Michæa *o*. *Aspiciat in Sion oculus noster*, h. e. tantis vexetur malis, ut liceat cum voluptate ac irrisione, hostium ritu, de quo dixi Ps. 34. *peam* spectare. Theod. (etsi Latinus interpres id non reddiderit apud eum) & Cyrillus, exponentes Abdiam, hoc annotant: & prior, consuetudinem esse, dicere, *inspexi quempiam*, hoc est, sum lætatus, quod collucletur cum malis, illud ἀπιδεῖν inquit Cyrillus positum est pro ἀπιγελάσαι, καὶ ἐφηδῦναι κάμνουσιν *videre & lætari super laborantibus afflictisve fratribus*. In Cant. Canticorum *q*, illud, *Nolite me considerare quod fusca sim*, אל תראני *al thiruni*, μὴ βλέψητε. Paraphrastes exposuit לא תכון *la thiuzon*, *ne despiciatis, contemnatis, spernatis*: & R. Salomon docet Hebr. verbum ibi valere, obliquè cum contemptu de dignatione, indignatione, aspicere. Sic vero sponsa clarius iterum loquitur *r*. *Quis mihi det te fratrem meum, sugentem ubera matris meæ, ut inveniam te foris & deosculer, & jam me nemo aspiciat?* גם לא יבוזו לי *gam lo javuzuli*, καὶ-

Hebraismus Despicere quid sit.

Euthymii expositio.

i *vers.* 21. k *vers.* 34. l *vers.* 11. m *vers.* 12.

n *ib. & v.* 13.

o *Cap.* 4. 11.

p *vers.* 21. Loci Abdiæ expositio. Inspicere quempiam quid sit.

q *Cap.* 8. 1. Loci canticorum expositio, lectio.

r *Cap.* 8. 1.

Ἀγε *in* ἐξυδενώσω με, *sexta editio*, μηδὲς ἐξουθενίζῃ με, *nemo vilipendat me*: Aquila, ἐκ ἔτι μυκτηρίσω με, *non ultra subsannabant me*. Itaque *despicere* ac *respicere* hoc loco erit, quod per paræmiam dicitur, *attollere, adducere supercilium*, τὰς ὀφρῦς αἴρειν, & Græco uno verbo, καταφρυάδαι: *indicant enim*, teste Plinio *s*, *maximè fastum supercilia, in iisque superbia sedem habet, alicubi conceptaculum: in corde nascitur, huc subit, hic pendet; nihil altius simul abruptiùsque inveniens in corpore, ubi solitaria esset*.

s l. 11. c. 37. Superbiæ sedes in supercilis.

PSALMUS QUINQUAGESIMUS QUARTUS.

1. In finem, in carminibus intellectus David.

2 EXaudi Deus orationem meam, & ne despexeris deprecationem meam:

B 3 Intende mihi, & exaudi me.

Contristatus sum in exercitatione mea: & conturbatus sum 4. à voce inimici, & à tribulatione peccatoris.

Quoniam declinaverunt in me iniquitates: & in ira molesti erant mihi.

5 Cor meum conturbatum est in me: & formido mortis cecidit super me.

6 Timor & tremor venerunt super me: & contexerunt me tenebræ,

7 Et dixi: Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam?

8 Ecce elongavi fugiens: & mansi in solitudine.

9 Expectabam eum, qui salvum me fecit à pusillanimitate spiritus, & tempestate.

10 Præcipita Domine, divide linguas eorum: quoniam vidi iniquitatem, & contradictionem in

C civitate.

11 Die ac nocte circumdabit eam super muros ejus iniquitas & labor in medio ejus, 12. & injustitia.

Et non defecit de plateis ejus usura, & dolus.

13 Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique.

Et si is, qui oderat me, super me magna locutus fuisset: abscondissem me forsitan ab eo.

14 Tu vero homo unanimis: dux meus, & notus meus.

15 Qui simul mecum dulces capiebas cibos: in domo Dei ambulavimus cum consensu.

16 Veniat mors super illos: & descendant in infernum viventes.

Quoniam nequitiæ in habitaculis eorum: in medio eorum.

17 Ego autem ad Deum clamavi: & Dominus salvabit me.

D 18 Vespere & manè, & meridie narrabo & annuntiabo: & exaudiet vocem meam.

19 Redimet in pace animam meam ab his, qui appropinquant mihi: quoniam inter multos erant mecum.

20 Exaudiet Deus, & humiliabit illos, qui est ante sæcula.

Non enim est illis commutatio, & non timuerunt Deum: 21. extendit manum suam in retribuendo.

Contaminaverunt testamentum ejus, 22. divisi sunt ab ira vultus ejus: & appropinquavit cor illius. Molliti sunt sermones ejus super oleum: & ipsi sunt jacula.

23 Jacta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet: non dabit in æternum fluctuationem justo

24 Tu verò Deus deduces eos in puteum interitus. Viri sanguinum, & dolosi, non dimidiabunt dies suos: ego autem sperabo in te Domine.

Vers. 1.

Verſ. 1.) In finem, in carminibus intellectus David.

Titulus & Argumentum.



TOtus titulus erat in præcedentis pſalmi tituli parte: nec non demto nomine *intellectus*, in titulo quarti & ſexti. Hieronymus, apud Trevetum, tam hic quàm in priore pſalmo vertit, *in pſalmis*: nec non in editione Victorii. Sed in Bibliis Regiis habetur hoc loco, *in pſalmis*: ibi, *in organis*: quum ſit utrobique בנגינות *benghinoth*, quo ſignificatur carmina ad organum cantata, ſive cithara fuerit, ſive pſalterium, ſive quid aliud. Quamvis velint alii eſſe initium cantilenæ, ad cujus ſimilitudinem pſalmi quidam vel componerentur, vel canerentur. Hilarius monet perinde eſſe, *in carminibus* & *in hymnis*, dicere, qui ſecundus modus habetur Græcè, ἐν ὕμνοις.

In carminibus & in hymnis, Idem. Argumentum.

Magis recepta de argumento ſententia eſt, conqueri Davidem de Ceilanis, à quibus quum illos obſidione B liberaſſet, proditus turpiſſimè ac ingratiſſimè fuiſſet, niſi divino monitus oraculo inde proripuiſſet in montem ſolitudinis Ziph, de qua diximus priore pſalmo. Extat hujus rei hiſtoria in primo Regum *a*. Quamvis Cajetanus afferat agi de fuga Davidis, quando voluit eum domi Saul lancea intentata occidere: eadem obſedit nocte: tertio in Najoth *b*: Agellius, poſt Janſenium, Ariam, Vatablum, quando fugit filium, & conjuratos, in quibus Achithophel erat, quem loco fratris habuerat *c*. Beda, ex Oniæ ſacerdotis perſona, petentis Ægyptum, quando Jaſon propinquus ejus, ſed honoris & vitæ illius æmulus, ab Antiocho Seleuci filio Pontificatum redemit, ea conditione, ut omnes Judæos in Gentilium ſcita traduceret *d*.

a Cap. 23. 1. *& ſeq.*
Cajetani ſententia, & aliorum.
b 1. *Reg. c.* 19 18.
c 2. *Reg.* 15. 14.
d 2. *Mach.* 4 8.

Myſticè paſſim quoque declaratur de Chriſti paſſione, & Eccleſiæ perſecutione, aitque Gloſſa, hunc eſſe tertium pſalmum, qui de paſſione & reſurrectione Chriſti latiùs tractet. Conſentiunt etiam Græci. Addit Ruffinus repulſionem Judæorum nunc, & poſtea damnationem æternam: aſſumptionem gentium: glorificationem fidelium in æternum. Tropologia item placet contra impiorum ſocietatem, amicoſque ingratos & fictos; ut Titelmanus notavit, &, ut Beda, contra vitia carnis & ipſam carnem. Ratio Dionyſii Carthuſiani, qua probat ad litteram exponi debere de Chriſto hunc pſalmum, quia in illo continetur *r* ſimilis, ſententia, ei quæ pſalmo 40. *f*, habetur & citatur de Juda in Evangelio Joannis *g*; non concludit. Summum probat valdè aptè, de Chriſto juxta myſticum ſenſum, quod concedimus, accipi, & ut Valentia monet, Davidem in ſuis perſecutionibus, Meſſiæ quoque pervidiſſe perſecutiones. Id ipſum docet Ayguanus diſerté, & ceteri ferè, ut certum ponunt, litteralem de Davide ſenſum eſſe, quamvis myſticum minime negent, quibus annumerari & Ambroſius *h* debet, & accuratiùs præ ceteris Euſebius *i*.

Myſtica expoſitio. Tertius hic pſalmus de paſſione & reſurrectione Chriſti latius tractans. Tropologia Ratio Dionyſii Carthuſiani nō concludens
e verſ. 14 15
f verſ. 10.
g Cap. 13. 18.

Senſus litteralis.
h lib. de fuga ſæculi c. 5 i 10. *de demonſtr. c.* 2

Verſ. 2.) Exaudi Deus orationem meam, & ne deſpexeris deprecationem meam.

Verſ. 3.) Intende mihi, & exaudi me.

Senſus loci. Ut petit David exaudiri.
k Pſ. 39. 2. *Exauditionis & non exauditionis exempla* l *Exod.* 16. 13 *Num.* 11. 31. *Pſal.* 77. 27. m 1. *Reg.* 8. 10.
n *Job.* 1. 12. *Matth.* 8. 32 o 2. *Cor.* 12. 8 p *Mat.* 25. 12 q *Eſa.* 58. 9. *& ſeq.* *Quatuor in recurſu ad Deum notanda.*

HOc modo textum pono, decerpens tertii verſus partem, cum ſecundo, ut in Bibliis diſtinguuntur, quia ſenſum perficiunt. Præfatur autem David, ut exaudire dignetur Deus deprecantem, nec velit deſpicere, ſed attendere, & poſtulatis annuere. Sic exaudiri petit, ut non deſpiciatur oratio, quatenus ita impetret, ut ſit Deo gratum quod concedit, & non concedat iratus, ſed ſi ſit opus, neget quod negandum judicat, miſericors. Eodem fere pacto dixerat alio pſalmo *k* Deum ſibi intendiſſe, atque ſic preces exaudiſſe. Exempla Ruffinus dat in carnibus populo conceſſis *l*, & in rege *m* ab irato Deo. Addit Hugo ſatanam *n*: quoſdamque nec exaudiri, nec deſpici, ut Paulum *o*: alios deſpici nec exaudiri *p*: nonnullos exaudiri, & non deſpici *q*. Cajetanus notat quatuor in recurſu ad Deum: applicationem veluti aurium ad orationem, ut non ſe occultet ac ſubducat Deus (legit enim, *ne occulteris à deprecatione mea*:) ut adorantis attendat perſonam: ut tùm demùm dignum faciat reſponſione; quemadmodum *reſpexit ad Abel, & ad munera ejus* r. Confirmari poſſunt iſta verbis Nehemiæ *ſ*, *fiant aures tuæ auſcultantes, & oculi tui aperti, ut audias orationem ſervi tui* t. Baſil. tractans quæſtionem cur etiam Sancti non ſemper impetrent, inter alia docet fieri interdum, ut rogantis indignitas cauſſa ſit, quamobrem non impetretur, ut quando David rogavit, ut liceret ſibi ædificare templum: vel, eorum pro quibus oratur, quales, pro quibus Jeremias *u*: vel orationis tepiditas remiſſioque, quam faſtidit Deus, niſi ſua ſingularis clementia ſuccurrat. Hoc eſt non deſpici orationem à Deo, eumque illi orantique intendere. Sed fortaſſis omnia ſunt ſynonyma. Porrò qua ratione conveniat orare Chriſto, de quo Auguſtinus, & alii paſſim hæc, & pſalmum totum, docuimus alio loco.

r Gen. 4. 4.
ſ Cap. 1. 6.
t Regul. 261. *ex brevior.*
Cur etiam Sancti non ſemper impetrent.
u 2. *Reg.* 7. 5. x 7. 16. *& c.* 19. 11.

Exaudi.) Hilarius, *inauri*: ſicut & præcedente pſalmo, ad exprimendum ἐνώτισαι, & האזינה *haazinah*, quæ ab auribus omnia dicuntur. Valeat Hugo declarans extra audire, ut alii etiam ſciant: ad exitū audire, & ex corde.

Improbata Hugonis Expoſitio.

Orationem meam.) προσευχην. Diſtinguunt aliqui, ut Ruffinus, Hugo, Beda, Haimo, Bruno Carthuſianus. Trevetus, à *deprecatione*, quæ habetur ſequenti membro: quod ſit *oratio* de bonis, *deprecatio* contra mala, hoc aliàs quoque monui, ac ſynonyma etiam videri. Euthymius certe notat nullum diſcrimen eſſe, & in 16. pſalmo eadem haberi ordine mutato, ut primum ſit, *exaudi*, εἰσάκουσον, deinde *intende* πρόσχες, poſtremo loco, *auribus percipe*, ἐνώτισαι. Scilicet, quod hinc primo loco eſt, *exaudi*: potuit reddi Latinè, *auribus percipe*, ut dixi: quia Græcum eſt ἐνώτισαι, & Hebræum האזינה *haazinah*.

Orationis & deprecationis diſtinctio.

Et ne deſpexeris deprecationem meam.) Hieronymus etiam, *ne deſpicias*. Sed ex Hebræo reddi debet, *ne abſcondas te à deprecatione mea*, ואל-תתעלם מתחנתי *veal thithhallam mitthechinnathi*. Quamvis eodem revolvitur ſenſus, quoniam qui ſe abſcondit, aut ſubducit ne videat, audiatve ſupplicantem, eum averſatur, & deſpicit, quemadmodum, qui obturat aures. Hinc eſt, quod ſæpius oratur Deus ne *abſcondat*, vel *avertat faciem* x, & ne *declinet in ira* y. Minatur etiam, ſe quum ſcelerati extenderint manus ad orationem, *averſurum oculos ab eis* z. Signum item rei damnati, vel qui gratia principis careat, non admitti in conſpectum ejus, ut Abſaloni *a* contigit, & Amano, *cui facies operta eſt* b, quaſi eſſet indignus, qui regem aſpiceret, ut placet R. Aben Ezra; etſi hoc malunt alii pertinere ad morem, quo crucifigendis caput obnubi faciesque velari ſolebat. Alio loco retuli, quod huc etiam facit, illud ex Virgilio *c* de Pallade, quæ flecti precibus nolebat:

C *Diva ſolo fixos oculos averſa tenebat.*

y Pſal. 12. 2. *Pſ.* 26. 5. *Pſ.* 29. 8. *Pſ.* 43. 24. *Pſ.* 87. 15. *Pſ.* 101. 3. *Pſ.* 142 z *Pſ.* 26. 9.
a *Eſa.* 1. 15. *Nonadmitti in conſpectum Principis, ſignū periculi.*
b 2. *Reg.* 14. 24.
c *Eſther.* 7. 8 *Crucifigendorum caput obnubi ſolitum.*
d *Æneid.* 1. *Deſpicere orationem*, etiam qui audit, quis dicatur.
e 3. *Reg.* 2. 16
f *verſ.* 20.

Deſpicere cenſetur præterea *orationem*, qui audit, ſed non exaudit, ſi ſit exauditione digna, & inexauditus reputat ſe confuſum, ac dedecore affectum. A Bethſabee petitionem unam precatus Adonias petebat, *ne confunderet faciem illius* d: eademque formula cum filio agens eſt uſa *e*: hic reſpondit, *fas non eſſe ut averteret faciem ipſius*, οὐκ ἀποστρέψεισε, *non avertam te*, לא אשיב את פניך *lo aſciu eth panaich*, quod exponi poteſt, *non reverti faciam faciem tuam*, ideſt, non rejiciam te, more denegantium, & abire ſinam vacuam, non patieris repulſam. Oppoſitum ſenſum facit *ſuſcipere orationem* f, D & *faciem* g *alicujus*. *Iratus* Deus contra Aaren & Mariam, *abiit, nubeſque receſſit, qua erat ſuper tabernaculum, & ecce Maria apparuit candens lepra* h; nempe ne lata ſententia deprecationi locus foret. Sed & mos Judicum fuit intra cortinas ſe continere, quum pronuntiabant in reum ſententiam. Quo forſan ſpectent verba Job *i*, *Vultum judicum ejus operit*, (ut non reſpiciant, neque commiſereantur) & Eccleſiaſtici *k*: *ab inope ne avertas oculos tuos propter iram*. Habet eamdem vim *accipere faciem alicujus*, Hebraicè נשא *naſa*, *elevare*, ut nimirum ſit erecto animo, & exaudiatur, eive faveatur. Denique quod in Proverbiis *l* Latinè dicitur, *nec acquiſcit cujuſpiam precibus*, extat Hebraicè לא-ישאכני בל *lo-yſſa pene chol*, *non accipiet faciem cujuſquam*. In pſalmo 26. *m*, *deſpicere* propriè eſt dimittere παραλιπεῖν, עזב *hhazav*: in 21.* *non deſpicere*, & *non ſpernere deprecationem* ſimul dicitur cum eo, quod eſt *abſcondere faciem ab alio*; ibi *deprecatio* dicitur δ ἱκετης, ſicut hic, ſed Hebræa vox diverſa eſt תנות *hhenoth*; quam Hieronymus interpretatur *modeſtiam*, cum qua nempe orat ſupplex: alii, *afflictionem & tribulationem*, ſed hanc Felix hoc

g *Pſal.* 6. 10.
h *Job* 42. 8 9 *Malach.* 2. 8
i *Num.* 12. 10 *Mos Judicum intra cortinas ſe continendi, quum ferrent ſententiam.*
k *Cap.* 9. 24.
l *Cap.* 4. 5. *Accipere faciem alicujus Job.* 13. 8. *Locus Proverbiorum.*
m *Cap.* 6. 35. *verſ.* 9. *Deſpicere pro dimittere.*
* *verſ.* 25.

loco rectè poſuit pro תחנה *thechinnah*, quæ proprie *ſupplicationem* ſignificat, qua petitur & imploratur gratia, ita ut quandoque ſumatur pro clementia *a*, ſive miſericordia, quas Paraphraſtes *b* *miſericordias* pluraliter vocat רחמין *rachamin*, textus Græcus οἰκτιρμῶν, vulgòque dicimur *petere aliquam gratiam*, ideſt, munus, quod gratis ac liberalitèr cupimus nobis donari. *Reſpicit Deus in orationem humilium, & non ſpernit precem eorum* *d*, *non deſpicit deprecationem pauperis* *e*: *exaudit pauperes & vinctos non deſpicit* *f*. Deſpiciuntur, ait Hilarius, orationes leves, inutiles, diffidentes, ſæculi curis anxiæ, & rerum corporalium deſideriis implicatæ, bonorum operum fructibus infœcundæ. Exemplis confirmat, quia Dominus verba Cananææ ſæpe clamantis inaurivit *g*, deſpexit orationem adoleſcentis illius, qui ab æternitatis largitore diviſionem patrimonii poſtulabat *h*, intendit in eam fœminam, quæ fidei ſilentio ſalutem ſibi etiam à veſtis fimbria expetebat *i*.

Intende mihi.) Hieronymus, *attende mihi*: הקשיבה לקולי *hakſcivah lekoli*. Chald. *attende ſermoni meo*, אתית למימרי *atſeth lemeemri*: apud Nebienſem לסדרי *leſidri*, *ordinarium ſermonem meum*. Caſſiodorus, & alia duo pſalteria, Romanum & Ambroſianum, *intende in me*. Non placet Ruffinus, exponens, *intendere*, intenſum ac perſeverantem facere in oratione, virtutibus, operibus: Nec Remigius, eſſe irremiſſum ſe Deum præbere in auditione, ſicuti ſe talem præbet orans in oratione. Potius eſſet, quod innuit idem, & Caſſiodorus, tranquillum accommodare vultum, benignumque præbere auditum, juxta illud *k*, *reſpice, & exaudi me Domine Deus*. Denique eſt applicare animum, cogitationem, curam, non ſolùm ad orationem, ſed etiam ad orantis perſonam, illius quodammodo faciem honorando & conſiderando vultum illius, ut eſt in Leviticо, atque ut Jacobus *l* loquitur, *intendere in eum*, ἀτενίζειν, & ut Judas *m*, *mirari perſonam* ejuſdem, θαυμάζειν præ quadam reverentia; ſicut & Chriſtus *exauditus pro ſua reverentia* ſcribitur *n*. Apollinarius exponit hoc loco, pro πρόσχες μοι, *cerne*, δίρκεο, ita, ut quod prius negando dictum erat, *ne deſpexeris*, nunc dicatur, *intende*, nempe oculos, & reſpice.

Et exaudi me.) Cajetani Rabbinus, *& reſponde mihi*. Id etiam valet, וענני *vahhaneni*, Chaldaicè, *& accipe à me*, וקבל מני *vekabel minni*, ſcilicet verba preceſque illas acceptando & exaudiendo. Hugo notat idem eſſe principium & finem in hoc verſu, quia oratio dirigitur ad eum, qui eſt (α) & (ω) *principium & finis*: quatuor verba poni, *exaudi*, contra diabolum tentantem: & *ne deſpexeris*, contra mundum blandientem: *intende*, contra carnem repugnantem: iterum, *exaudi*, contra mortem animæ corporis, utriuſque ſimul. Atqui Hebraicè Græcèque diverſum eſt à primo ultimum verbum: nec ſatis oſtendi poteſt accommodatio verborum ad rem unam potius quàm ad aliam. Moneo, ut quidvis pondere ſuo æſtimes.

Verſ. 3.) Intende mihi, & exaudi me.

Contriſtatus ſum in exercitatione mea, & conturbatus ſum.

Verſ. 4.) A voce inimici, & à tribulatione peccatoris.

Hic etiam cogor verſus præcidere ad commoditatem ſenſus, qui omiſſis primis quinque vocabulis priùs declaratis, eſt hujuſmodi. Tanta contentione animi affectuque flagitare ſe dixit exaudiri, quoniam dum ſeſe meditando & conſiderando, quantis verſetur in periculis, exercet, nec evadendi reperit rationem: afficitur vehementi triſtitia, valdeque perturbatur ob minaces atque calumniatrices vociferationes inimicorum, & propter atroces tribulationes ac vexationes, quas moliuntur, & inferunt homines conſceleratiſſimi. Satis communis allegoria de paſſionis CHRISTI exercitatione, in qua Judæi maledicendo & tribulando illum contriſtaverunt, & conturbaverunt, ita ut ipſemet ſuam triſtitiam, non diſſimularet in horto *o*: tùm præterea de perſecutionibus Eccleſiæ, Caſſiod. Remigius, Hilarius, Bruno uterque, Pampolitanus, Dionyſius, Valentia, Ludolphus, & alii, exercitationem, ad omnem extendunt Chriſti vitam, in qua propter exiguum auditorum fructum contriſtabatur; ſicut fletu ſuper civitatem Jeruſalem proteſtatus eſt *p*. Approbat Eccleſia ipſa ſenſum iſtum de paſſione Chriſti, recitans ad matutinum officium feriæ quintæ in hebdomada ſancta interpretationem Auguſtini in hunc locum, quamvis de Chriſto nullum verbum faciat, niſi longe poſt dum tractat verſum decimum (*quoniam vidi iniquitatem & contradictionem in civitate*,) & potius explicet de Eccleſia, vel quolibet juſto, ſicut etiam Beda, & Arguanus.

Contriſtatus ſum in exercitatione mea.) Hieronymus, *humiliatus ſum in meditatione mea*. Alii, *clamo in ſermone meo*; vel *conqueror, plango, lamentor, ululo, in meditatione, afflictione, anguſtia mea*; aut, *in meditatione doloris mei, in locutione & deprecatione*: *in oratione ſubmiſſa apud me ipſum*: vel, *dominor eloquio meo*. Poſſunt vero cuncta reddi per præteritum & futurum, tametſi verbum ſit futurum. Symmachus, κατλωίχθλω προσλαλῶν ἐμαυτῷ, *collapſus ſum alloquens me ipſum*, quod LXX. ἐλυπήθλω ἐν τῇ ἀδολεχ ηα μα. Aquila pro ἀδολεσχία potiùs ὁμιλία, *collocutione*, Chaldaicè, *inquietus ero*. vel, *ſum, aut, lamentabor in ſermonibus meis*, אתרעם במלי *ethrehham bemillai*. Hebræa ſic habent אריר בשיחי *arid beſiche*. Verbum אריר *arid*, à דיר *rud* eſt, quod eaſdem fere notiones habet, quas נוד *nud, conqueri, plangere, movere ſe plangendo*, aut, *dejicere ſe*, quod Hieronymus vertit, *humiliatus ſum*, & Symmachus, κατλωίχθλω, ideſt, *dejectus*, aut, ut placet Theodoreto, *corruptus ſomno*, nempe præ tædio, tandem ſignificat quoque *dominari*. Ultima notio non videtur ad rem, quamvis hìc tradatur à R. Menachem, niſi fortè ut ſignificetur lamentatio ſubmiſſa, quum quis graviter dolens, temperat ſibi tamen, ne foras erumpat in gemitus, & ejulatus. Nomen cum ſervili ב *be*, quæ valet in בשיחי *beſiche*, ut nunc eſt in Bibliis Regiis, numeri pluralis, eſt in regimine à ſingulari שיח *ſiach*: in aliis autem emendatiſſimis שיחי *ſichi* in ſingulari cum affixo primæ perſonæ numeri ejuſdem, & poſſet etiam eſſe cum eodem affixo in plurali שיחי *ſichai*, ut legiſſe Paraphraſtes videtur. Sed plures ſecundam lectionem ſequuntur. Derivatur à שיח *ſuache*, quod valet *loqui ore*, aut etiam *corde*, & quidem ore etiam *tacitè ac ſubmiſſè*, *meditari*, *orare*, *conqueri*, ſeu *narrare afflictiones laboreſque*: denique, illa fere omnia, quæ alterum verbum הוה *hagah*, de quo alias priùs egimus. Dictum vero nomen, quemlibet ſignificat *ſermonem crebro uſurpatum*, ſive *tacitam querelam*, *obmurmurationemque per modum muſſitationis*, *negotium & occupationem*, *quam quis aſſiduè habet in ore*, quia cordi ſit, & ea urgeatur, prematur, exerceatur, ideſt, vexetur atque diſcrucietur.

Græca vox ἀδολεσχία, ut hìc docent Baſilius, Theodoretus, Euthymius, Nicephorus, importat *continuam & aſſiduam locutionem*, vel *meditationem*, ſeu *exercitationem loquendi*. Euthymius notat primam acceptionem, magiſque propriam eſſe pro *nugacitate*, vel *argutatione*. Sumi etiam in divinis litteris ἀδολεσχεῖν pro *ſublimiore ac diviniore contemplatione*, ut quum David affirmat, quod *exercebatur in juſtificationibus Dei* *q*, quum item ſcribitur Iſaac *egreſſus ad meditandum in agro* *r* (Hilarius in hoc pſalmo typum aſſerit Chriſti, quum ſe exercens, in hoc quaſi campo mundi, occurrit ſponſæ ex Gentibus) adde ex pſalmo 76. *ſ* exercitabar, quibus locis eſt ἀδολεσχεῖν & שוח *ſuah*, licèt in priore vertat Hieronymus *loqui*, ſed in poſteriore Paraphraſtes reddit *orare* לאלאה *letſillaah*, ibidem Procopius aſſerit, ἀδολεσχεῖν ſignificare, *magno ſtudio ſolertiaque cupiam rei eſſe intentum*. Auguſtinus * ait etiam, quamvis garrulitatem, & verboſitatem involvat (quaſi dicas ἄδιος & λέσχω, *ad ſatietatem locutio*, vel ab ἄδω *delector*,) nihilominus in bonam partem ſumi plerumque more ſcripturarum, pro *animi affectu ſtudioſiſſimè aliquid cogitantis cum delectatione cogitationis*, illos autem, qui Græcè neſciunt *exercitationem corporis* putare. Non ſola ita uſurpat ſacra Scriptura, ut Suidas innuit, ſcribens, quod ἀδολεσχία περὶ τῇ γραφῇ ἡ συνεχὴς μελέτη, καὶ ἀδολεσχήσω, ἀντὶ τοῦ διηνεκῶς μελετήσω, *apud ſcripturam adoleſchia eſt continua meditatio*, & *verbum* ἀδολεσχήσω, *pro eo quod eſt, continue meditabor*. Nam Pilato ἀδολέσχας adjungit τοὺς μετεωρολόγους, *qui de rebus Phyſicis, & voluptatem afferentibus ſermocinantur*. Et Etymologiſtes meminit, Socratem ab Eupoli

a Joſ.11.20. *b* ibidem, *c* ibidem.

d Pſ.101.18. *e* Pſal.21.25 *f* Pſ 68.29. Orationes à Deo, quæ deſpiciantur.

g Mat.15.23

h Luc.12.14. *i* Luc.8.44. & ſeq.

Ruffini minus grata expoſitio. & Remigii. Intendere quid ſignificet.

k Pſ.12.4.

l Cap.19.15. *m* Cap.2. 3.

n verſ. 16. Hebr.5.7.

Idem principium & finis in hoc verſu.

Senſus loci.

Allegoria.

o Mat.26.38

p Luc.19.41.

De paſſione Chriſti ſenſus approbatio.

A'δολεσχία.

A'δολεσχεῖν.

q Pſ.118.48. *r* Gen.24.63 Typus Chriſti in hoc pſalmo quælis

ſ verſ.7.

* Quæſt.69.

A'δολεσχίας. In bonam partem acceptio.

poli nominatum συγχέω ἀδολέσχω. Sed vereor ne mihi quis, τί ἀδομισχεῖς ἄνθρωπε. Quæ de מלטין, *meditari*, & חנה *hagah*, dixi ptal. 1. *a* transferri huc possunt, eædemq apud bonos auctores Latinos appellantur *meditationes & excitationes*, militares, oratoriæ, scholasticæ, & aliæ; qua de re Nebrissensis *b*. Quapropter *contristari in exercitatione*, erit hoc loco exerceri assiduis precibus ex animo mœrenti, mœrere in quadam secum tristi confabulatione, agitando tacitos apud se sermones consiliaque, de remedio infortuniorum, confici dolore demitti ac dejici animo in cogitatione, & secreta quadam sermocinatione soliloquiove de rebus adversis. Hoc ipso sensu conquerebatur Job, *c*, *in amaritudine esse sermonem suum*, qui est שיח *siach*. Talis συγχῦς ἐμμελετέ σεως *assiduæ continuæve meditationis*, ut Nicephorus loquitur, causa erat ὑσωχία τῶν συμφορῶν, *assiduitas calamitatum*. Sic esset *constristari* ἐν τῇ ἀδολεσχία, *tristitiam concipere, ex continuatione earum*, sed absolutè positum nomen id, ejusmodi habere significationem non reperio, & eam Hebræum שיח *siach* non patitur. Non etiam significat calamitatem, afflictionem, dolorem, angustiam, nisi per metonymiam, quatenus de talibus rebus sermonem seu querimoniam aliquis habeat. Tandem *exercitatio*, propriè non dicit cumulum operum, doctrinæ, passionis, miraculorum Christi, ut satis multi de Latinis interpretantur, sed potius querulas, & mœstas voces. Multo minus, quod Lyranum peritum Hebrææ linguæ tradere miror, exercitium armorum, per quod liberavit David Ceilę populum, qui postea prodere ipsum volebant. Non ergo si consistendum sit in phrasis proprietate, de corporis exercitatione, quam γυμνασίαν Paulus *d* vocat, aut de tribulationum externarum utilitate, quod Augustinus, & alii faciunt, differere debemus, quum non defuerit, nec deesse possit opportunior locus, non etiam de exercitio ad pietatem *e*. Audi etiam, quam Trevetus ex Judæis hactenus inauditam expositionem affert, paullo aliter dispungendo & vertendo, *attende mihi, responde mihi plagam*, idest, statum meum, *in loquela mea scilicet, qua loquar ad te*. Probandum esset ארד *arid, plagam* esse: quod omnes asserunt esse verbum, ut antea vidimus. Apollinarius complectens verbum sequens, & pro tristitia iram accipiens, prosq; exercitatione crebros clamores, hunc in modum interpretatus est:

Χαίμενος πυκινοῖς κλαδὸ ἠμασι θυμὸν ἐρίζω:
Iratus creberis clamoribus, animo turbatus sum.

Et conturbatus sum à voce inimici, & à tribulatione peccatoris.) Contristationis & conturbationis causa exprimitur. Nam præpositio (à,) ἀπὸ, מן *min*, item מפני *mippene*, quod haberur secundo loco, ubi est quoque præpositio (à,) & ὑπὸ, idem valent, quod *propter*. Hebræi & alii, qui versum novum ordiuntur inde (*à voce*, &c.) supplent verbum *libera me*, aut aliud tale. Quamquam necesse non est compleri in versu sensum, sed pendere à sequenti potest. Symmachus reddit, καὶ συγχύθην ὑπὸ φωνῆς ἐχθρῦ, ὑπὸ ἀνοχλήσεως ἀσεβοῦς, *& confusus sum à voce inimici, a perturbatione impii*. Hieronymus *à voce inimici, a facie persequentis impii*. Alii, *à facie angustiæ impii*, aut *violentiæ*, aut *afflictionis*, aut *coarctationis*, aut *savitiæ*, aut' *infestationis*, &c. Pro *conturbatus sum*, alii malunt *resonabo, fremam, strepam, strepitum faciam, tumultuabor*, quasi profitetur, se jam sui velut impotem non posse, quin prorumpat in clamores, & vociferationes, idque quum recordat earum quibus adversus ipsum usi sunt inimici. Vox autem istorum minax & contumeliosa intelligitur, ac nominatim Saulis, & tribulatio θλῖψις עקה *Bhakah*, stricta valdè obsidio, qua Davidem premeret idem κατ' ἐξοχὴν peccator ἁμαρτωλὸς רשע *rasciahh*, impius & ingratus in genetum & fidelissimum optimèque de se meritum amicum.

Ad Christum facilis applicatio & ad injuriosas voces, atque tribulationes, quas passus est, nec non servata proportione, ad quemlibet pium & justum. *Plurimorum esse*, ait Ambrosius *f*, contristari, si quam ab aliquo patiantur injuriam, si læsi, si appetiti, si decolorati sint, nostra enim causa est, nos infirmiores fraudi nobis aliquos dolemus fuisse. At vero qui fortior est, non propriam contumeliam dolet, sed aliena peccata, & in sua injuria lapsum alterius ingemiscit, & causam se fuisse (vel occasionem) deplorat lædentis erroris. Exemplo Pauli *g* confirmat.

Vers. 4.) A voce inimici, & à tribulatione peccatoris. Quoniam declinaverunt in me iniquitates, & in ira molesti erant mihi.

JAm monui de versuum distinctione, commodiusque dictiones primas septem necti cum præcedenti. Reliqua hunc sensum habent. Vox inimici, quæ me contristat tollicitumque reddit, hæc est, quia falsis criminationibus & calumniis imponunt, ac impingunt iniquitates multas mihi, quarum conscius mihi nullo modo sum: tribulatio autem, quoniam pleni magna ira indignationeque, variis me molestius affligunt. Non tàm in sententia quàm in verbis difficultas, sive de Davide: sive de Christo, & quolibet justo interpreteris. Differit Augustinus de sententia, monens ne quis ab inimico vinci se sinat, vicissim eum odiendo, quod esset jacturam ejus rei facere, qua diabolo invisibili inimico superiores sumus; curatque nobis maximum bonum eripere, quum alius homo externa tolum bona, & summum, vitam corporis. Quod attinet ad Christum, tribui eidem possunt Oseæ *h* verba: *Væ eis, quoniam recesserunt à me: vastabuntur, quia prævaricati sunt in me, & ego redemi eos, & ipsi locuti sunt contra me mendacia.* Item, *& ego erudivi eos, & confortavi brachia eorum, & in me cogitaverunt malitiam*. Leo *i* Castro citat Palæologum *k*, Cyrillum *l*, Theodoretum *m*, Procopium *n*: sic interpretantes de Christo Oseam. Quot contra Christianos calumnias Gentiles confinxerint, aliàs memini, & plenæ sunt nostrorum apologiæ.

Declinaverunt in me iniquitates) Hieronymus, *projecerunt super me iniquitatem*. Alii, *labi & cadere facient, obtrudent, impingent, imputabunt, comminiscentur, dimittent, commovebunt super me*. Chaldaicè, *testificabuntur contra me mendacium* שקרא יערון עלי *jahhdun hhalai scikra*. Editio 70. habet ἐξέκλιναν ἐπ' ἐμὲ ἀνομίαν, in singulari, quo pacto legit Hilarius, Cassiodorus, & aliquot Latini codices, & ex aliis Græcis interpretibus, eodem numero unus est, eademque voce Theodotio: Symmachus, ἐπέρριψαν κατ' ἐμοῦ ἀσέβειαν, *projecerunt, vel, irruerunt contra me in impietatem*. Aquila, ἀνωφελές, *rem inutilem*. Servatur idem numerus in Hebræo textu; quamvis, ut meminit Euthymius, alii Græcè legant in recto casu, pluraliter ἀνομίαι *iniquitates*, pro, iniquis hominibus, ad exaggerationem. Hebræa sunt עליך ימיטו עלי־אין *jamitu hhalai aven*. Significat *mut* in hiphil, *labi*, aut *cadere facere*, & און *aven*, *mendacium, afflictionem, iniquitatem & perversitatem*. Similis formula in 20. *o* ptal. *Declinaverunt in te mala*, ἐκλινάτωσι κακὰ, הטו עליך רע *natu hhalecha rahhah*, ubi est verbum נטה *nut* simile alteri מוט *mut*: quamvis ibi non criminationem significare David voluit, sicut hoc loco etiamsi hic quoqu Bredembachius Agelliusque asserant sensum esse, quod contulerint iniquum consilium facta conjuratione; sed illud aliud, ut communius, ita melius judico. Vellent Jansenius & Burgensis, retinendo pluralem numerum, non rectum sed accusandi casum esse, ita etiam Apollinarius extulit.

Θυνεκεν ἀμπλωκίας μοι ἐπεκλίνεσκον ἀνδρὰς:
Quoniam iniquitates mihi inclinabant molestas.

Declinare interdum activè Latini usurpant pro ex uno in alium locum ducere; aut alienare & eximere. Huc facit ea notio, quasi sit conjicere ac transferre criminis culpam ab uno in alium. Hanc habet vim illud in Esaia *p*, *Declinabo super eam quasi fluvium pacis*, נטה *noteh*, ἐκκλινῶ, denotatur impetus magnus in utramque partem, seù in bonam, seù in malam. Porro solemne improbis, ut quo se ostendant bonos ac improbitatem tegant, nec de malis suis accusentur, hæc per convitium in bonos ingerere. Docet hoc egregiè Gregorius *q* dicens; *Quod electi* frequenter aliena mala, quasi sua audiunt, & ab his eis crimen impingitur, à quibus crimina impincta (impacta) ut perpetrantur: sed malis nihil molestiæ ex convitio nascitur, quia contra tacentes loquuntur, nec compelluntur audire quod sunt, quia justi convitia non reddunt; etiam dum coguntur audire quod *non sunt*.)

Et in ira molesti erant mihi.) Hieronymus, *in furore adversabatur mihi*. Alii, *in ira*, vel *furore*, *odio habebunt me, insurgent*, aut *imminebunt mihi*. Chaldaicè, *recondent mihi odium*, vel *observabunt odisse me* ינטרון ליבבו *jintirun livavue*, verbum ἐπέχω propriè valet *indi-*

In Socratem convitium. *a vers.* 3. Meditationis & exercitationis vocum acceptio. *b Quinquagena* 3. *c.* 28. *Contristari in exercitatione* quid hic *c Cap.* 23. 2.

Impropriè vocum acceptiones. Lyrani erronea expositio.

d 1. *Tim.* 8.

e Ibidem. Treveti expositio.

Apollinarii.

f in Ps. 118. *octon.* 7. 7. v. 5. Pia contristatio quæ sit? & 2. *ad Cor.* 11. *& seq.*

Ad Christum & pies applicatio.

Sensus loci.

Ab inimico vinci non ferendum est, vicissim eum odiendo.

h C. 7. 15. 13.

i Ibidem.

K Disp. con. Iudaos.

l in c. 1. *Nu. & l.* 6. *in Gen. & l.* 4. *in Iob. c.* 38.

m in Oseam

n in Genesin.

o vers. 12.

Declinare ut interdum usurpent Latini.

p c. 66. 12. Improbis quid solemne ut ostendant se bonos.

q 13. *Mor. c.* 1.

indignabantur & *irascebantur*: idque Apollinarius absq; dubio legit: sic exponendo.

Παρακλυσώντες ἐπὶ φρενὶ μῶν ἔθεντο;
Acerbè autem furentes in animi iram posuerunt.

Declarat scholium Græcum ἐμνησικάκουν, *malorum memoriam retinebant*; & ἐμαίζον, *valde irascebantur*. Symmachus, ἐναντιώθησαν μοι, *adversati sunt mihi*. Hebr. verbum cum affixo ישטמוני *iisstimuni* significat *odisse* a, *invidere* b, *adversari* c, *inimicum esse*. Quæ omnia conjugata sunt, & conjuncta iræ, licèt vicissim, quod Augustinus notat, irasci possit quis citra odium, ut parentes filiis, quod psal. 4. d dicitur, *irascimini, & nolite peccare*. Lege Ambrosium e. Idem Augustinus legit, *in ira abumbrabant me*: & alludit ad principem tenebrarum f, occultumque inimicum diabolum; & ad iram quę turbat oculum mentis. In codice, quo usus est, erat fortassis ἐνασχότων. Verterunt opinor 70. ἐνεχόντων, si quod tamen aliud suppetit exemplum verbi ἐγχόπτειν, simplex enim κόπτειν *fatigare* & *lassare* significat.

a Gen. 27. 41. cap. 50. 15. Iob 10. 9.
b Gen. 49. 23.
c Iob 30. 21. Iræ conjuncta.
Irasci citra odium quis potest.
d vers. 5.
e 1. Instit. c. 21.
f Ephes. 6. 12.
Κόπτειν.

Vers. 5.) Cor meum conturbatum est in me, & formido mortis cecidit super me.

Vers. 6.) Timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebræ.

Sensus loci.

EX maledictis calumniis adversariorum, nec non ex fervore impetuque persecutionis, ait, corde seu animo gravem timoris perturbationem sensisse, correptum horrore mortis, totis etiam corporis membris contremuisse, ac tetra tribulationum nocte tanta circumdatum & obcæcatum esse, ut offuscata obtenebrataque mens sibimet satis non costaret, nec evadendi reperire consilium & modum posset. Applicantur ista ad agonem Christi, tristitiam, pavorem, tædium, mœstitiam, salva dignitate & decore, ut admonet Hilarius qui quum hìc, & priore psalmo, atque in 68. ac lib. 10. de Trinitate, & aliquando in Matth. innuere videtur humanitatem illius, istarum & similium rerum suapte naturâ expertem fuisse, quæ non fuerint ei naturales, sed ultro assumptæ: quamvis Claudianus Viennæ Episcopus g, eum accuset; Magister h sententiarum, quod sit locutus de merito patiendi, timendi, dolendi. Lege Sixtum i Senens. Augustinus ex odio fraterno docet oriri mortis metum æternæ. Propterea admonet alibi k, ut tali odio diligenter occurratur, surrepere enim iram, quumque inveteraverit, fieri odium, quasique justi doloris admixta dulcedine diutius in vase detineri, donec totum acescat, vasque corrumpat: ideo multo melius esse, nec justè cuiquam irasci, quàm vel ut justè irascendo, in alicujus odium occulta iræ facilitate delabi.

Loci applicatio ad Christum.

g 2. de statu animæ.
Hilarii accusatio & excusatio.
h 3. dist. 15.
i Sa Bibl. annot. 162. 182 186.
Odii fraterni pericula.
k Epist. 199.

Cor meum conturbatum est in me. Hieronymus, *cor meum doluit in vitalibus meis*: Alii, *doluit*, seu *dolebit in medio mei*, *labascit*, *trepidat*, *contremiscit præ dolore*, *afflictatur*, *parturit*. Hoc ultimum propriè significat יחיל *jachil* & פקרבי *bekirbi*, *in medio mei*: quæ rectè Hieronymus *vitalia* reddit, hoc est viscera, cum allusione ad parturientis dolores ac tormina. Relege dicta Psalmo 30. l *Conturbatus est in ira oculus meus, anima mea, & venter meus*: & in 37. m, *cor meum conturbatum est*, quamvis non sint eadem verba Hebræa. Legit Augustinus, *contristatum est cor meum*.

l vers. 10.
m vers. 11.

Et formido mortis cecidit super me.) Augustinus, *metus*. Hieronymus, *& terrores mortis ceciderunt super me*. Hebræa vox אימות *emoth* numeri pluralis est, habetque elegantiam paronomasia cum alia מות *maveth*, forsitan legerunt 70. in regimine singulari אמת *emath*: ab eadem radice dicti sunt איטים *emim*, quasi abstractè, *terrores*, *formidines*, *terriculæ*, seu *terriculamenta*, *gigantes* n, & *sculptilia* o, quod hæc terroriscssent suis cultoribus, illis videntibus ipsos. Innuit ergo nomen veluti tristissimam mortis imaginem, umbram, larvamque luridam ac funestam ob oculos versantem. Alibi vocat David *portas mortis* p, *dolores* q, *laqueos* r, *pulverem* s, *medium umbræ* t, illius, *umbram cooperientem* u, *tenebras*, & *umbram* ejusdem x. Quod cadere formido dicitur, innuit repentinam ac improvisam fuisse, quæ hominem percellat ac obstupefaciat; quemadmodum in Cantico Mosis y, *irruat super os formido & pavor* אימתה *emathah*, & כחר *pachad*; *in magnitudine brachii tui*: *fiant immobiles quasi lapis* ידמו כאבן *jiddemu chaaven*, *stent sicut lapis*, ἀποσκληρώτατον, *lapidescant*. Aristotelis z tristissimum illud φοβερώτατον δὲ ὁ θάνατος, etsi plus in metuendo mali insit, quàm in illa ipsa morte quæ timetur, ut scribit M. Tullius a, & ex Arcesilao Plutarchus b, immò sola torquet expectatio, ubi præsens dolore non afficiat, verùm finis etiam sit doloris.

n Deut. 2. 10.
o Ier. 50. 8.
p psal. 9. 14.
q psal. 17. 5. psal. 14. 3.
r psal. 17. 6.
s ps. 21. 16.
t psal. 22. 4.
u ps. 43. 20.
x psal. 87. 7. ps. 106. 10.
y Exo. 15. 16

z l. 3. ethic. 9. Metus mortis morte gravior.
a c. Epist. familiar. in 4.
b In consol. ad Apollonium.

Timor & tremor venerunt super me.) Hilarius, & Codices Complutenses Regii, aliique, *venit*, sicut etiam in aliis editionibus יבא *javo*, *veniet*, ἦλθεν, *venit*. Augustinus c, alicujus, *supra me*. Synonyma videntur *formido*, *timor*, *tremor*, δειλία, φόβος, τρόμος, אימה *emah* יראה *jirah* רעד *rahhad*, quamvis propriè δειλία *vitium timiditatis* significet, inter quam & ἀνδρείαν Tuta media virtus est ἀνδρία. Accommodat Hugo ad triplicem timorem malum, mundanum, humanum, servilem: nec omnis tamen servilis malus, sed qui est cum servilitate; qua de re aliàs. Ajunt etiam spectare *timorem* ad gehennam; *tremorem* ad flagella corporis in hac vita, vel etiam in futura; *formidinem*, ad mortem tùm corporis, tùm animæ per peccatum. Justos timere semper Gregorius d docet, magnisque se lamentis cruciare, quia deseri formidant, nec noverunt *potestatem iræ* e *Dei*, an malum quod tolerant, pia percussio disciplinæ sit, aut animadversio justa vindictæ, utrum etiam extremitatem vitæ suæ cum justitiæ perfectione concludant. Item in Christo fuisse formidinem dicunt naturalem mortis; timorem animæ, interiorisve appetitus; tremorem in ipso corpore orientem ex interiore timore, præsertim in agonia illa, quando sanguinem sudavit f: salva tamen libera voluntatis deliberatione, qua moderabatur; & assumebat, quicquid, & quantum ex his perturbationibus volebat. Quid si repetitionem istam referamus ad trinam orationem Christi paventis in horto? Ruffinus quidem favet. Eusebius g, *spiritum timoris ac tremoris* interpretatur dæmonem, qui percellat mortis metu, & Christum ipsum sit etiam adortus.

c Epist. 250.
Triplicis timoris distinctio.
Justorum continuus timor.
d 5. moral. c. 5. & l. 29. c. 9.
e Psal. 89. 12.
In Christo ut formido tremor, timor, dicantur.
f Luc. 22. 44.
g 10. de demonst. c. 2.

Et contexerunt me tenebræ.) Hilarius, *contexit me tenebra*. Chrysologus h, *operuerunt*. Hieronymus, & *operuit me caligo*. Alii, *terror*, *horror*, *tremor*, *pavor*, ותכסני פרצות *vathecasseni pallatsuth*, quam vocem Latinus interpres reddit alibi præterea *tenebras* i: sed sæpius *formidinem* k, *tremorem* l. Sicut autem paullo ante dixi, de אימים *emim*, pro *idolis* accipi, ita simili de causa Hebræi appellant *idolum* מפלצת *mipheletseth* m, quia terret cultores suos, aut, ut aliis placet, תפלצת *thipheletseth* n, pro quo exponunt alii *arrogantiam*, *vel terrorem*. Horribiles tenebræ apud poetas sunt *horrentes*, *horrendæ*, *horrificæ*, *terrificæ*: caligo, *terribilis*, *pœnalis*: *formidine nigra caligare lucus* dicitur o, vocaturque *atra* p & *tetra* q *formido*. In Psalmo 43. r idem valet *cooperuit nos umbra mortis*. Job s locum infernum nominat *terram tenebrosam*, *& opertam mortis caligine*, *terram miseriæ & tenebrarum*, *ubi umbra mortis*, *& nullus ordo*, *sed sempiternus horror inhabitat*. Facit quoque cum tenebris mentionem *caligini operientis faciem* t. Efficit gravis metus in vultu pallorem, & oculos circumfundit quadam veluti caligine, tenebrisque, ut cernere vix liceat, & videatur communis omnibus lux amissa. Ezechiel u, etiam conjungit, *operientem formidinem*, *cum confusione faciei*, pallorem cum rubore: hujus enim quædam ex sanguine suffusio nocet oculorum lumini, sed & animus caligat timentis; nec

h Ser. 84.
i Esa. 21. 4.
k Cap. 7. 18.
l Iob 21. 6.
m 3. Reg. 15. 13. 2. Par. 15. 16.
n Ier. 49. 16.
o Virg. 4. Gregor. p 12. Æneid. q Apulej. r vers. 20.
s Cap. 10. 21. 22.
t Cap. 23. 17. Gravis metus quid præreat.
u Cap. 7. 18.

Vera x *metuentes vident*:
quia pavor metusque augent omnia, ut quæ non sunt putes esse, aut ne sint verearis, & si sint, majora tibi persuadeas mala: Et

x Seneca in Thebaid. act. 3.

dubia y *pro certis solent*
Timere Reges; qui pavet vanos metus,
Veros fatetur.

y in Oedipo act. 2.

Porro non improbabilis expositio Hugonis, ut quemadmodum priore versu docebat Euthymius, *iniquitates* accipi pro iniquis, dicantur hìc etiam *tenebræ* per emphasin, mali homines, præsertim propter fraternum odium, quia *qui odit fratrem suum*, *in tenebris est*, *& in tenebris ambulat*, *& nescit quo eat*, *quia tenebræ obcæcaverunt oculos ejus* z Paulus a, etiam quoslibet peccatores, *tenebrarum*; justos, nomine vocat *lucis*: & *principes tenebrarum* b, idem qui *rex filiorum superbiæ* c, omnium que improborum. *Contegi* ergo *tenebris* Davidem,

z 1. Joh. 2. 11.
a Ephes. 5. 8.
b Cap. 6. 12.
c Iob 41. 25.

erit

erit obsideri, & vallari hostium quasi nube confertissima, ita ut nullam patentem effugio viam reperiat. Summam etiam mœstitiam *tenebræ* designant, ac terrorem, quia nullæ noctis tenebræ, ut scribit Chrys. *a* caligini mœroris & formidinis comparantur, quia nullo possunt, aut consolationis, aut consilii lumine temperari.

Loci expositio.

a Serm. 84. Caligo mœroris & formidinis superat tenebras noctis,

Vers. 7.) Et dixi, quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam?

Vers. 8.) Ecce elongavi fugiens, & mansi in solitudine.

Sensus loci.

IN illis meis tenebris, & angustiis vallantium me hostium meorum, hoc unum tandem dixi apud animum meum. Oh utinam tales mihi dentur alæ, quales velocissimi inter aves volatus habet columba innocens ac mansueta quæ eo se solo liberat modo ab accipitre, aliisq; venatoribus, qui viribus, & robore præstant, quum sese in petra, vel nido abdiderit, secura quiescens, solis intenta gemitibus vacat. Equidem cupio hinc avolare, ac migrare ocyssimè, & in tuta me loca recipere, atq; conquiescere, quum una dumtaxat hac ratione, ideſt, fugiendo, sæviores accipitribus persecutores meos, qui perdere, dilaniare, devorare me concupiscunt, quæruntq; valeam evadere, & ubi evasero, uni Deo intendere, ac vacare. Non laboro vel resistam, vel ulciscar; fuga sum contentus, nec ad meos redire satago, quorum præsidio & armis repugnem; consistam libenter in solitudine, ubi procul sim à bellico tumulto, omniq; contentione, & optabilius mihi cum feris vivere, quàm in ferocientium hominum consortio. Constat Davidem fugisse à Saule in desertum Ziph *b*, Maon *c*, Engaddi *d*, Pharan *e*, & ab Ablalone in campestria deserti *f* cum festinatione *g*. Christus legitur quandoq; ut Judaicæ rabiem persecutionis vitaret, atq; Judæorum improbitati ad tempus cederet, secessisse cum discipulis in loca deserta *h*, ubi etiam gemebundus, ac *meditabundus, ut columba* i, pro nostra cogitabat, orabat, prædicabat salute.

Velox columbæ volatus.

b 1. *Reg.* 23. 14. 15. *c.* 26. 2. 3.
c c. 23. 24. 25
d d. 24. 2.
e c. 25. 1.
f 2. *Reg.* 15. 28.
g vers. 14.
h Matt. 14. 23. *c.* 15. 33. *Luc.* 5. 16. *Joan.* 11. 54. *Marc.* 1. 35.
i Es. 38. 14.

Exponi quoq; potest hic locus de Christi desiderio, ut resurgeret, ascenderet, in sinu Patris quiesceret, sicut columba reportans in arcam symbolum pacis: vel, ut à Judæis quibus juravit, *si introibunt*, ideſt, quod non introibunt, *in requiem ipsius* K, ad gentes incultas, ac derelictas priùs à Deo, migraret per Apostolorum prædicationem, ita ut *plures filii deserte* l sint, *quàm ejus quæ habebat virum*. Tradit mysticum sensum hunc Hilarius, Ruffinus, Hieronymus, Cassiodorus, uterque Bruno, Haymo, Dionysius, Valentia, & alii. Huc pertinere etiam, interprete Hieronymo *m*, Oseæ *n* locus potest; *Et volabunt quasi avis ex Ægypto, & quasi columba de terra Assyriorum, & collocabo eos in domibus suis*. Eumdem nostrum locum ita etiam, ut dixi, exposuit Ambrosius *o*, quia non modò super eum *Spiritus, ut columba*, in Baptismo *descendit* p, sed quia ipsa alacer est, mitis, simplex, sanctosque suos esse præcipit, *ut columbas* q.

Christus legitur quandoq; ut Judaicæ rabiem persecutionis vitaret

De Christo loci expositio.

k Ps. 94. 11.
l Gal. 4. 27.
Mysticus sensus.
m cap. 11. *Oseæ.*
n cap. 11. 11. Oseæ locus huc pertinens.
o de fuga sæculi c. 5. & *serm.* 16. *de Epiphan.*
p Mar. 3. 16. *Joan.* 1. 32. *q Matt.* 10. 19.

Sunt hujus animalis proprietates multæ, quas Ulysses Aldrovandus in Ornithologia diligenter petractat, quarumque nonnullas, ipsi in edito dudum Commentario Psalmi 67. *r*, attigimus, & insinuantur à Cypriano *s*, & quæ causſa memoriæ versibus his comprehenduntur ab Hugone recitatis.

Columbæ proprietates.

Grex, visus, pulli, sel, oscula, pugna, lapilli,
Grana, latex, nidus, turris, gemitus, color, & pes,
Nuntia, simplicitas, fimus, ova, Venus, fuga, cervix.

r vers. 14.
s de simplic. Prælato.

Hoc est, ut gregatim volet, & associet sibi alias: acuat sanguine visum, pullos non modo proprios, sed alienos etiam nutriat: absque felle sit: osculis utatur: pugnet sublatis alis; lapillos comedat, & in ejus jecore lapides quidam pretiosi expurgentur: vescatur granis non carne: resideat super fluenta plenissima, ibique prospiciat accipitris umbram: nidificet in petra; gemat, ac meditari videatur: colore sit plumbeo candidoque; pedes habeat pennigeros: pacem annuntiet, & ostendat filium Dei, designetque Spiritum Sanctum: simplicitate polleat: egerat calida stercora, & fimum excalefactivum: ejusdem qualitatis emittat ova: prolem fœcundam generet: velocem ineat fugam: cervix aurea appareat. Adaptat omnia moribus idem Hugo, & ejusdem generis alia Psalmo 67. Ad rem facere videntur

Columbarum adaptatio.

Apernicitas volatus, & nativa quædam innocentia, puritasque, de qua Plinius *t*, Basilius *u*, Nyssenus *x*, ut se David, quod initio posui, significet effugere velle, minimè autem nocere: immò quod notavit Ambrosius *y*, ab ira inimicorum molestorum provocantium ipsum ad iracundiam, fugere, ac tranquillitatem eligere voluisse. Columbino volatui confert Homerus *z* Dianæ fugam à Junone inferente injuriam,

t lib. 10. *c.* 34.
u in Ps. 33.
x De virg. pudic., conjug.
y 1. *offic. c.* 21.

ἔπειτα θεὰ φύ μεν ὠκείπτελεια
ἠΰτε δ' ὑπ' ἴραξ κοίλῳ εἰσέπτατο πέτρῳ χηραμον.
Dum Dea, ceu volucri similis fugit ipsa columbæ
Quæ volat, atque cavæ rupis sese abdit in antrum
Accipitrem fugiens.

z Iliad.

Prosper *a* spectans periculum suum in munere pastorali, versum istum cum præcedente usurpans, testatur eo deposito voluisse *elongare fugiendo, & manere in solitudine, & ibi expectare dominum* (quod versu 9. dicitur) *qui salvum faceret a pusilanimitate, & ab ipsa intolerabilium sibi sollicitudinum tempestate*.

a 1. *de vita cont. c.* 21. Verúculi istius usurpatio per Prosperum.

Et dixi.) Et diximus ipsi quæ sit istios vis phrasis, jam prioribus Psalmis non semel videlicet decretum certumque animi propositum, quum interna vel tacita sermocinatione ad seipsum significat.

Phrasis vocum *& dixi.*

Quis dabit mihi.) Hilarius negat poscentis verba esse ab aliquo, sed non aliundè sperantis, quàm à seipso, ut erat Deus, vel à Patre, resurrectionem suam. Sic Hieronymus quoque, Cassiodorus, & alii scilicet exponendo de Christo. Ambrosius *b* docet, quamvis dubitare hìc videatur, qui sic loquitur, eo sermonis genere solere divinam gratiam declarari, quæ in terris non potest inveniri: alas *c* istas de quibus Propheta dicit, non esse materialem compaginem pennarum, sed bonam connexionem multarum virtutum. Elias *d* notam interrogationis docet non innuere dubitationem, sed impensum studium. Malè Tuccius *e* reprehendit interpretem, ubicumque vertit, *quis det*. Nec minus certè dubitationem præ se fert hæc quàm illud; quicquid ipse dicat, sive, inquam, Græcè sit δῶη sive δώσει quum Hebraicè sit futurum ubique. Alioquin votum desideriumque hac formula exprimere, non infrequens est: in Psalmo 13. *f*, & 52. *g*

Hilarii expositio, & aliorum.

b in Ps. 118. *serm.* 14. *v.* 6.
c 3. *de virginib.*
d in orat. 18. *Naz.*
e in can. loco 6. Interpres male a Tuccio reprehensus.
Formula loquendi.
f vers. ult.
g vers. uls.

Pennas sicut columbæ.) Addita est à LXX. & à Paraphraste particula similitudinis, ad leniendum orationem, & quia, ut Elias *h* notat, columba Spiritum Sanctum adumbrat, cui similes aliquo modo, non autem possumus æquales esse. Cum iisdem LXX. Hieronymus nomen אבר *ever* singulare fecit plurale, quia collectivè plurales significat pennas, aut alas. In multitudinis numero vim faciunt præcipuè, qui tropologias venantur, sicut & in duabus alis mulieris, ex Apocalypsi *i*. Hugo notat duplicem charitatem: vel amorem, & timorem; vel cognitionem & affectionem: vel meditationem & orationem. Ayguanus humilitatem, & patientiam in prosperis & adversis. Elias *k*, actionem & contemplationem: quamvis illi volatum, isti tribuere requiem videatur: Cæsarius *l*, Arelatensis, eleemoynam, & condonationem injuriarum. Climacus *m*, activam vitam cum contemplatione, & humilitate: alii aliis modis has distinguunt pennas duas, sicut & in duabus aquilæ in muliere Apocalypsis *n*, ut præter dictas conjugationes, etiam duplex testamentum, sapientiam desursum, & charitatem. Ambrosius *o* monet, ut aves non esse noverimus, assumtos in naturam volandi, nec dejici debere in terram; sed cœlum petere, & Boetius *p*. *Sunt* enim (ait) *penna volucres mihi*.

h in orat. 18. *Nazian.* Columba Spiritum S. adumbrans.
In multitudinis numero vis.
i cap. 12. 14.

Quæ celsa conscendant poli:
Quæ sibi velox mens induit,
Terras perosa despicit.

Impius *ad infernum detrahitur* cum Lucifero deplumato *q*, *demergitur in profundum quasi lapis* r, & sedet iniquitas sive impietas super *talentum plumbi*, *s* ut notat Hieronymus *t*. Certè Angeli boni, non item dæmones, & animalia præterea mystica cum aliis exhibentur. In columba, præter illa, quæ hìc attigimus, dictoque LXVII. Psalmo paullò accuratiùs persecuti sumus; idem Ambrosius, post Originem *u*, animi sinceritatem, mentisque puritatem attendit in columba: hanc *x* ideo in avibus velociùs pœne præ omnibus volitare, quòd alacritatem & innocentiam comitetur. Altiora faciliùs penetrati simplicitate mentis. Narat verò accepisse per revelationem Eusebium Vercellensem, se Kalendis Augusti de monte ad montem volaturum; interpretatum verò

K supra.
l Hom. 39.
m gradu 4.
n cap. 12. 14. Locus Apocalypseos expositus.
o in Ps. 118. *serm.* 14. Homines ut dicantur aves.
p 4. *de consolar. metro.*
q Es. 14. 15.
r Exod. 15. 5
s Zach. 5. 7.
t in c. 19. *Is.* Angeli boni cum aliis exhiberi soliti non dæmones.
u Hom. 27. *in Luc.* Animi sinceritas & mentis puritas in columba figuratæ.
x serm. 2. *de S. Euseb.* Revelatio Eusebio Vercellensi facta.

verò de morte, quę die illo etiam accidit. Idem Elias *a* Cretenſis exponens Nazianzenum, dicentem deſideratas pennas à Davide quaſi columbæ, vel quia leviores velocioresque, vel quia Spiritum Sanctum adumbrantes; addit carere bile columbam, & à fœtoribus abhorrere Origenes *b*, alatum facit verbum Dei, & virtutem, ac Spiritum Sanctum. Prophetam verò noſtrum non oraſſe, ut corporalis acciperet columbæ pennas, ſed iſtas.

Convenit hoc nominatim divini verbi præconibus, quos comparat Eſaias *c* cum *volantibus columbis ad feneſtras*, hoc eſt, ac feneſtrata columbaria, ut reviſant pullos, tunc enim volant ocyſſimè, nec ita liberè in aperto cœlo propter metum accipitris, aliarumve rapacium, & noxiarum avium. Quamquam Beda de illis locum præſentem declarat; quos capit præ tædio quod his quibus quum agunt, nihil proſint, deſiderium ſolitudinis, ut ſaltem juvent illos orando, ut ſi minus id liceat, quia ligatas habeant alas officio, deſertum ſaltem cordis petunt: ſed hoc grave ſupplicium damnumque his à quibus *avolare* ſinit Deus *doctorem* d, לא יבנך *lo jichaneph*, *non impennabit*, &, ut Pſalmo 67. o im edito docuimus, niſi ſunt veteres columbis ad perferenda nuntia, ita ut videri poſſet myſtico ſenſu David optaviſſe dignitatem Prædicatoris Evangelici. Auguſtinus *e*, Nyſenus *f* Bernardus *g* referunt ad gemitus votaque avolando in cœlum. Bernardus *h*, interpretatur de illo, *ante* cujus *oculos fruſtra jacitur rete*, i, quia etiam abſtractus avolat, nec ſentit. *Reſident columbæ juxta fluentia* k, non iis immergunt ſese; ſic juſtus contemplans fluxarum harum inconſtantiam rerum, extra illas ſtat.

De columba item fecit mentionem David, mox petiturus, ut l *præcipiter* ac *dividat* Deus *linguas* inimicorum, quia pertinet hoc ad eumdem Spiritum Sanctum, cujus typus eſt columba: per quem linguarum erat aliquando communicandum donum *m*, ſicut in Babyloniæ Turris conſtructione confuſæ fuerant linguæ *n*. *Sperantes in Domino aſſumunt pennas* o; verùm non corvi paſcentis cadavera, ideſt, luxurioſi guloſique *p*. Caſtas autem columbas eſſe maximè ſylveſtres, qui & torquati columbi. Clemens Alexandrinus *q*, & earum carnes caſtos reddere, Martialis *r*, & Porphyrius *ſ* ſcribunt. Non milvi *t* nempè avari, & cupidi, non ſtruthionis *u*, videlicet hypocritæ: non aquilæ *ponentis inter ſidera nidum* *x*, hoc eſt, ſuperbi, atque curioſi. Etſi nonnumquam alæ aquilæ in bonam ſumuntur partem, cujuſmodi, quæ *data mulieri*, *ut fugeret in deſertum locum ſuum* y, ſed propterea, quia fugiebat draconem, ſive ſerpentem z, inter quos eſt naturali antipathia, & pugnat: tùm præterea, quoniam non præ metu fugiebant Sancti perſecutionem, quaſi timidi ut columbæ, ſed ex Dei amore, ac obedientia, ut aliis quoque prodeſſent, & Deum fixiùs intuendo, contemplando, & converſatione tollerentur magis in altum, inſtar aquilæ.

Et volabo.) Volatus columbæ creditur ocyor volatu avium reliquarum, ita ut volando capi ab aliis non poſſit. Volat aquila diutiùs altiùſque an celerius non ita conſtat.

Columba a, *velocitate* (ait ille) *non inferiores.* &,

Radit b, *iter liquidum, celeres neque commovet alas.*

Sylveſtri præſertim columbæ, quem & palumbum vocant, pertinacitas volandi convenit, ſola in pedibus pennulas habet columba, denotans nuntium divinorum ſecretorum Spiritum Sanctum, ſicut Gentiles Mercurio appingunt in pedibus quoque alas.

Ecce elongavi fugiens.) Hieronymus, *ut procul abeam.* Sed apud Trevetum, *& procul abeam*: tamen *ide* & הבה *hinneh*, valent, *ecce*. Alii ex Hebreo ארחיק נרוד חרח *hinneh archik nedod*, *ecce elongabo*, vel *elongarem*, *fugam*, ſive *tranſmigrationem*, aut *elongarem me fugiendo*, vel *ad fugiendum*. Interpretes uſi ſunt præterito pro futuro, & in præterito Elias *c*, indicari puta animi hilaritatem, quam ſit mox poſt votum illud fugæ ſuę conſuetus. Adde, non inane votum ac propoſitum fuiſſe, quale noſtrum ſæpenumero, ſed efficax, & citò in opus redactum. Græcum participium φυγαδ ἰουσ *fugans*, videlicet me, vim Hebræi verbi exprimit in hiphil. Euthymius & Nicephorus notant eſſe pro φὶυγων *fugiens*. Puto autem volando ſignificare ſe fugiſſe: non autem fugiſſe, quod ſnondum poſſet volare, ut aliqui tamen cenſent per tropologiam, quaſi qui ſe adhuc implumen A ſentiat ad volandum, & contemplandum, declinet occaſiones. *Fugiens ſe elongat*, ait Gregorius *d*, *qui à turba deſideriorum temporalium in altam Dei contemplationem ſe ſublevat*, De fuga ſæculi *Ambroſius librum* edidit, multa Platonico more diſſerens; inter alia verò docet *e*, quod qui fugit illud, pennas habet, ac volat, ſi non ad cœlum, certè ad montes, vitans valleſtria, quæ citò corrumpuntur humore; exemplo Lot *f*, ita *ut non fiat fuga hyeme vel ſabbato* g, hoc eſt, non feriando *h*, & otiando; ſed abſque frigore timoris, tremore mortis, contractione tollicitudinis, diſſolutionis otio, laſciviæ feriis, torpore lenitudinis. Properat ſponſa *i*, feſtinat Maria *k*; fuggit ſponſus *l*: vocati à Chriſto, relictis omnibus, ſtatim ſecuti ſunt eum *m*. *Nazianzenus* n hunc, & ſimiles alios locos divinæ ſcripturæ profert ad perſuadendam ſæculi fugam: Apud quem conſulendus, præter Eliam Scholaſtem, etiam Nicetas. Idem ille Doctor in apologetico uſurpavit; *Ecce elongavi fugiens*, &c. quum ſacerdotii jugum fugeret, degens in Pontho, ac ſolitudinem commutans cum urbicis tumultibus.

Et manſi in ſolitudine.) Hieronymus, *& commorer in deſerto*. Auguſtinus, *manſi in deſerto*. Hebraicè propriè, *pernotabo* אלין *alin*. De deſerti ac ſolitudinis commodis actum in explanatione Evangelii, de tentationibus Chriſti, deque argumento iſto Hieronymus, Nazianzenus, Baſilius, & alii: quæſtionem verò movet Ayguanus de vita ſolitaria, ſitne licita. Hac ſolitudine delectantur præſertim ſylveſtres columbæ, de quibus Ariſtoteles *o*, Varro *p*, Plius *q*, Columella *r*. Tales quodammodo imitantur, qui ſi minus corporis, cordis procurant ſolitudinem, ſine qua nihil prodeſſet illa, ut Gregorius *ſ* monet. (Qui enim, inquit, corpore remotus vivit, & tumultibus converſationis humanæ, deſideriorum terrenorum cogitationibus ſe inſerit, non eſt in ſolitudine: ſi verò prematur aliquis corporaliter populariBus turbis, & tamen nullos curarum ſecularium tumultus in corde patiatur, non eſt in urbe.) Celebris in media urbe cella, & ſecretum deſertumve Catharinæ Senenſis. Sponſum ſponſa, ut *in agrum egrediantur* invitat, & *commoverentur in villis* t. Iſaac meditans in agro, ſponſam venientem *u*, offendit. Jacob in deſerto myſticam vidit ſcalam *x*: plurima in eo populus accepit beneficia: *Ducit Deus in ſolitudinem*, *ut loquatur ad cor* y: *ſedens ſolitarius levat ſe ſupra ſe*: hortatur Jeremias a, *ad relinquendas civitates, & habitandum in petra*, & *inſtar columbæ nidificandum in ſummo ore foraminis*.

Negat Gregorius *b* Davidem Regem potentiſſimum, qui tot millibus populorum præerat, in ſolitudine habiſſe, ſed in ſolitudine cordis ſui, in qua nullos hoſtium ſpiritualium impetus, nullos perſeverarum cogitationum ſtrepitus, nullos pateretur clamoris iniqui tumultus: Verè dictum de Davide juxtà myſticum ſenſum. Atqui vel nondum Rex erat, vel regno pulſus, quum hæc ſcribebat, aut ejuſmodi deſcribit tempora, & veram fugam deſertumque. Valet eadem tropologia In verbis Job *c*, *Nunc dormient ſilerem, & ſomno meo requieſcerem, cum Regibus, & Conſultibus terræ, qui ædificant ſibi ſolitudines*: ideſt remotam, Gregorio *d* interprete, mentis intentionem: propriè namque ſignificant hæ ſepulchra in remotis ac deſertis loci condita. *Numquam juſtus ſolus eſt, qui cum Deo ſemper eſt, nec umquam ſeparatur à Chriſto: neque primus Scipio ſcivit ſolus non eſſe, quum ſolus eſſet*, ut ſcribit Ambroſius *e*. *Ceterum quilibet quis quærat ſolitudinis latebras, & quocumque quis fugerit, deſertum tecum alii petent*. ait Auguſtinus *f*, *affectabunt vitam tuam, repellere non poteris ſocietatem, miſcebuntur etiam mali, & exerceberis*. Qua ipſa de re monet quoque per litteras Paulinum *g*, & Theraſiam, ac ſaltem neceſſe eſſe experiri tentationem, quæ vita noſtra eſt *h*: Sed dubitari non debet, quin magnam loci ſolitudo præbeat pietati & contemplationi opportunitatem ut adeo multi tùm exemplo, tùm ſcripto prodiderunt & oſtenderunt, atque Nyſſenus *i* de Ephrem in deſertum recedente.

Eſt hìc in fine סלה *ſelah*, & in emendatis Græcis διάψαλμα, quod miſerunt Complutenſes, ac Regii codices; ſedes meminit ejus etiam Hilarius.

Verſ.

a *in orat. 18. Nazianz.* Columba bile carens, & à fœtore abhorrens.
b *Hom. 6. in Pſ.* Alatum Dei verbũ. Divini verbi prœconibus propria adaptatio.
c *cap. 60. 8.* Bedæ expoſitio ad hunc locum. Grave ſupplicium damnumque eorum à quibus ſinit Deus avolare Doctorẽ.
d *Eſ. 30. 20.* Columbarũ uſus ad perferenda nuntia. Myſticus ſenſus. Variorum interpretationes.
e *præf. in pſ. 121.* *de virg. c. 11.*
g *Serm. 7. in pſ. 90.* Columbæ & juſti comparatio.
h *Ser. 52. in Cant.*
i *Prov. 1. 17.*
K *Cant. 5. 12.*
l *verſ. 10.*
m *Act. 2. 3. 4 & 5.*
n *Gen. 11. 7.*
o *Eſ. 40 31.*
p *Gen. 8. 7.* *Soph. 2. 14.* Pennæ ſperantium in Domino. Caſtitas columbarum Sylveſtrium. Torquati columbi.
q *2. Et rom. 1 lib. 13*
ſ *3. de abſtin. animal.*
t *Zach. 5. 9.*
u *Iob. 39. 16* Alæ aquilæ nonnumquàm in bonam partem ſumtæ.
x *Abdi. 4.*
y *Apoc. 12. 14*
z *Idem.* Serpentis cum muliere antipathia & pugna. Sanctorum in perſecutione fuga qualis. Volatus columbæ ocyor, aquilæ diuturnior & altior.
a *Euripi.*
b *Virg. Æn. 5* Pennulæ in pedibus columbarum quid denotent. Præteriti pro futuro vis:
c *in orat. 18. Nazianz.* Loci expoſitio.
d *4. moral. c. 21.*
e *cap. 5.* Ejus qui ſęculum fugit, pennæ & volatus.
f *Gen. 19. 2.*
g *Mat. 24. 20.*
h *idem Amb. cap. 6.*
i *Cant. 2. 10.*
K *Luc. 1. 19.*
l *Cant. 8. 14*
m *Mat. 4. 20*
n *Orat. 18. & 46.* Hujus loci & ſimilium uſurpatio à Nazianzeno.
Deſerti ac ſolitudinis commoda. Vita ſolitaria ſitne licita.
o *9. de hiſt. anim. cap. 7.*
p *3. de ruſt. cap. 7.*
q *l. 10. c. 34. & 35.*
i *8. de ruſt. cap. 8.*
ſ *30. moral. c. 22. vel 23.* Solitudo quæ dicenda ſit. Catharinæ Senenſis celebris cella.
t *Cant. 7. 11.*
u *Gen. 24. 63*
x *Gen. 28. 12*
y *Oſea 2. 14.*
z *Threm. 3. 25*
a *cap. 48. 28.*
b *in Pſal. 6. pœnitent.* Gregorii expoſitio.
Myſticus ſenſus.
c *c. 3. 13. 14.*
d *c. moral. c. 28.* Loci Job expoſitio. Numquam juſtus ſolus eſt.
e *3. offic. c. 1.* ſoli tudinem quærentium impedimenta.
f *hoc loco.*
g *Ep. 250.*
h *Iob. 7. 1.* Loci ſolitudo quantum valere queat.
i *in vita cap. 1.*

Vers. 9.) Expectabam eum, qui salvum me fecit, à pusillanimitate spiritus, & tempestate.

Sensus loci

IN eo secessu, & commoratione solitudinis, decrevisse se dicit Deum patienter expectare, qui salutem ac remedium afferret adversus dictas ante contristationes, conturbationes, formidines, timores, tremores, qui dejecerant ac deprimerant spiritum ipsius: nec non ut à turbine, nimbo, procella vehementioris persecutionis liberare tandem dignaretur: ne vis velut venti contrarii assumtis quasi columbæ pennis obsisteret, quum remigrandum foret ex deserto. Ad Christum referunt, præstitutum expectantem à Patre mortis tempus, & liberatum, ne immodicum sentiret metum, & quemvis perturbationis inordinatum motum. Item ad omnem justum, qui *Salvatorem expectat, dominiumq;* a & *redemptionem corporis* b, declinans terribilem expectationem judicii c, *gemma* enim *gratissima expectatio præstolantis* d, felicitatem nimirum æternam, ut exponit Beda e, quam Christus comparavit cum pretiosa margarita f.

De Christo & omni justo loci expositio.

a *Phil.* 3. 20 *Gen.* 49. 18 *Luc.* 12. 36
b *Rom.* 8. 23
c *Heb.* 10. 13
d *Pr.* 17. 8
e *ibidem.*
f *Mat.* 13. 46

Expectabam eum, qui salvum me fecit à pusillanimitate spiritus, & tempestate.

QUidam legunt τὸ Θεὸν τὸ σώσοντα; & Latinè, *Deum qui*, &c. ut Complutenses, ac Regii libri, atq; Psalt. Ambros., nec non etiam Euthymius. Hieron. *festinabo, ut salver à spiritu tempestatis, & turbinis.* Alii, per modum conditionis, *festinarem eruere me à vento, qui excitatur à turbine.* Vel, *festinabo effugium mihi*; aut, *liberationem*, aut, *salvationem* (videl. comparare) *à spiritu*, idest à vento, nempe, propter ventum turbinis & tempestatis evellentem, ac disperdentem, vel velociorem, quàm sit ejusmodi ventus; sic duplex esset sensus, aut persecutionem similem vento, & procellæ fuisse, aut fugam, ita ut non columbæ, sed pennas ventorum assumendas sibi innuat. Augustus. & Psalt. Romanum, *expectabam eum, qui me salvum faceret à pusillo animo*, &c. Hilarius, *expectabam salvificantem me à pusillanimitate*, &c. Psalt. Ambrosianum, *expectabam Deum, qui salvaret me à pusillanimo, & à tempestate*, sed fortassis legendum, *à pusillo animo*: quamvis verum est Saulem persecutorem, quanto sævior erat, tanto timidiorem ac pusilli magis animi fuisse: quod non rarò demonstravit, fereq; aliis accidit, ut si timidi, sint etiam crudeles; nam,

Duplex loci sensus.

Saul quanto sævior, tanto timidior. Timidis innata crudelitas.

Qui g *sceptra duro sævus imperio regit,*
Timet timentes: metus in auctorem redit.

g *Seneca in Oedip. act. 3*

& :

Necesse h *est multos timeat, quem multi timent.* Atqui nostra editio non hunc parit sensum, quoniam ὀλιγοψυχία vitium hominis est, sicut pusillanimitas & ab hoc vitio significare se Prophetam liberatum, his editionis nostræ verbis indicatur. Hieron. *i*, qui testatur, illud (τὸ Θεὸν, & *Deum*) additum esse, refert, ab Aquila, Symmacho, Theodotione, V. editione redditum *à spiritu*, & in Hebræo scriptum esse מרוח *meruach* omnemq; sensum ita apud eos legi, sicut videl. eum transtulisse antea dixi, *festinabor ut salver à spiritu tempestatis, & turbinis.* Constat רוח *ruach* non *ventum* dumtaxat, sed *animum* quoq; significare. Deinde primum verbum אחישׁ *achis* significat non solum *festinare*, sed etiam *attentè, cum cura, præparatione, promtitudine, alacritate, gustu, silentio quidpiam facere*, vel etiam *expectare*: Sed nil est quod Agellius vereatur προσεγχόμενω factum esse ex προσέχον; quamvis LXX. sæpe per προσέχειν reddant Hæbræum verbum. Alia voce טפלש *miphlat*, *evasio* significatur. Sed LXX. legerunt participium מפלט *mephallet* in Piel. Est מעה *sohhah* hujus unius loci proptium vel participium, vel nomen, & significat adjectum priori nomini רוח *ruach* pro *animo*, aut *animum suscitatum ac turbatum veluti à turbine* (quę ultimo loco ponitur טמער *missahar*) aut *spiritum perturbationis, propulsionis, eradicationis*, videl. propter tempestatem turbinemq; qui טער *sahhar* dicitur. Igitur *pusillanimitatem spiritus* ὀλιγοψυχίαν, & *tempestatem* καταιγίδα rectè verterunt LXX. ut sit sensus, expectavisse, qui liberaret à nimia dejectione pavoreq; animi, à maxima mentis agitatione, æstu, jactatione, quam generat adeo ingens trepidatio, vel à tempestate, quam sibi imminentem videbat, & propter quam sentiebat sibi animum deficere, seq; vacillare, ac dubium veluti esse de divino auxilio.

h *Laberius apud Senecam 2. de ira c. 11*

Ὀλιγοψυχίας seu pusillanimitatis vitium.

i *epist.* 155

προσέχειν προσεύχεσθαι.

Sensus loci

Cajetanus arbitratur innui tempus, quo David fugiens Saulem, à propria domo per fenestram venit ad Samuelem in Ramatha: inde uterq; in Najoth, ubi erat cuneus Prophetarum, ad quos missi lictores prophetaverunt; semel, iterum, ac tertiò; ac Saul κ, ipse tandem: prophetiam verò fuisse quamdam extasin, ad hoc immissam, ut evaderet David; adventum illorum similem hic dici turbini, & tempestati; prophetiam rei præcipiti (quæ versu sequenti ponitur,) & divisionem linguarum esse actionem ipsam prophetiæ. Acutè magis quàm verè excogitata hæc sunt. Inter promissa divina Esaias *l* ponit hoc: *Ecce in justitia regnabit rex & principes in judicio præerunt, & erit vir sicut qui abscondit ur à vento, & celat se à tempestate.* Defatigantur *animis*, quidam *deficientes* m, & tamquam *pusillus grex* timent *n*, & propelluntur flatibus tentationum; conturbantur adversitatibus tamquam importabilibus, Pusillanimitas versèri videtur in adversis: tempestas importare superbiam ex prosperis. Opponitur pusillanimitati longanimitas, tempestati tranquillitas. His qui laborant excitandus Christus, qui fortassis dormit *o*, quia non cogitatur, quanta pro nobis pertulerit, ut admonet Augustus. & invocandus si quando validior exsistat cum naufragii periculo ventus, Petri exemplo. *p* Dejicit & affligit ad terram, frangitq; ipsamet pusillanimitas, ceu vehementi ventus impetu bacchans.

Cajetani sententia.

k 1. *Reg.* 19 14

Acuta magis quam vera.

l *cap.* 32. 1. 2.

m *Heb.* 12. 3
n *Luc.* 12. 32

o *Mat.* 8. 24 Laborantibus excitandus & invocandus Christus.

p *ibid. v.* 25 Pusillanimitas quantū noceat.

Vers. 10.) Præcipita Domine, divide linguas eorum, quoniam vidi iniquitatem & contradictionem in civitate.

Vers. 11.) Die ac nocte circumdabit eam super muros ejus iniquitas, & labor in medio ejus.

Vers. 12.) Et injustitia.
Et non defecit de plateis ejus usura, & dolus.

Sensus loci.

IN solitudine profugus consistens imprecatur hostibus vel profundum in mala præcipitium, sicut pridem diluvio mortales submersi fuerant *q*, vel initiorum contra ipsum consiliorum eversionem: præterea, ut discordiæ serantur inter illos ac dissidia, quò dissentanea contrariaq; sentientium, & loquentium, minùs conspiratio in ipsius interitum succedat, ad eum fere modum, quo confusis olim in constructione turris linguis, quum inter se non intelligerent, cum dissensione discessio facta est atq; dissipatio *r*, ædificatorum. Cur id optet autem oretq; causam ait esse, quoniam in civitate proditorum suorum Ceilanensium, quos proximè antè liberaverat, obsidione *s*, nihil aliud animadverterit, quàm iniquitatem, & contentionem, sive studium, & curam, non jam boni publici, & virtutis, quàm privatorum commodorum, quibus videl. impulsi, cum Saule de prodendo illo convenerint, pactiq; fuerint; deniq; quia omnia ibi plena fraudis, & injuriarum, nec umquam cessatur ab iniq; vexandis innocentibus, tùm veluti de foris arcessendo, & captando, ac inferendo non per portas tantum, sed per ipsa quoq; mœnia omnes nocendi rationes: tùm palam & publicè, in ipso meditullio civitatis, exercendo injustitiam, per funebres contractus, fraudulenta commercia, cum dolo composita colloquia.

q *Gen.* 7. 6

r *Gen.* 11. 7. 8 Ceilanensiū perfidia.

s 1. *Reg.* 22 13

Hilarius de Judæis interpretatur, ut ob iniquissimam interfectionem Christi, cujus doctrinæ priùs contradixerant, & suum esse Regem abnegaverant, graviter puniantur, & in omnes linguas, cum quibus nunc habitant, & quibus loquuntur, divisi, amittant vitæ ac regni sui dignitatem.

De Judæis loci interpretatio.

Præcipita Domine.) Hilarius, verbi sive Hebraici sive Græci notat Latinitatem, uti in multis non elocutam; & καταπόντισον significare *demersionem in profundum*, sicut accidit in diluvio *t*. Augustus. legit, *submerge*. Chaldaicè, *dissipa Domine consilium eorum*

t *Gen.* 7. 9

עצרון

מלעם יי עצהון *ſalhhem Jehovah hhatſathon*. Alii ex Hebr. הלע *ballahh, perde, deprime, perime, diſſipa, obrue, abſconde, demerge, abſorbe, degluti, ingurgita.* Euthymius, & Nicephor. de Judæis exponens Chriſti perſecutoribus, vult ſignificari veluti ſuffocationem linguarum intra ipſoſmet, & immerſionem intro tam altè, ut loqui amplius nequeant; Sic etiam Apollinarius;

Λλῶσσας σφῶϊ τέραςσύ μεσσοδὲ μενος Βάλε πόντω:
Linguas eorum tu dividens, vibra in pontum.

De Judæis loci expoſitio.

Placet interpretatio Paraphraſtæ; nam & apud Eſaiam *a*, illud, *conſilium ejus præcipitabo*, Hebr. verbo dicitur אבלע *evalleahh*, & Græco διασκεδάσω. Jam etiam priore nescio quo Pſal. protulit exemplum ex Oſea *b*, & Paulo *c*, *de morte abſorpta*, vel *præcipitata*, quod verbo eodem Hebr. exprimebatur, ſed Græco καταπιεῖν. Gratiam vimq; habet ipſamet hæc præcipitata oratio, & conciſa, impiis etiam brevi vindictam affore prædicens. Supplendum in verbo, *præcipitia*, in interitum, aut, conſilia eorum, qui ſtruunt mihi ad me perdendum, inſidias, apparant arma, obſidere volunt, &c.

a Iſ. 19. 3

b Pſ. 13. 14

c 1. ad Cor. 15. 54

Divides linguas eorum.) Finde, diſperti, diſſeca, eo fere modo ut dixi, qui contigit in ædificatione turris Babel *d*, ſive una fuerit futura ſola, ſive plures, ſed infignor una, ut indicat Auguſt. *e*. Omiſſa Cajetani expoſitione, de qua priùs memini, *diviſio linguarum* denotat diſſipationem conſiliorum, & infatuationem, cujuſmodi evenit, cum ſuum *f* dediſſet Achitophel, & aliquoties, quando Davidem Saul perſecutus eſt. Quocirca etiam ſi *præcipitare*, in priore membro pertineat eodem, tamen non ita aptè ad linguas refertur, ut *præcipitari*, & *dividi* dicantur, nec refert an conjunctio, &, addatur, ut additur in Bibliis Complutenſibus, & Regiis, & in Pſalt. Romano ac Ambr. & apud Hilarium, Auguſtinum, Caſſiodorum, & in textu Græco. In meliorem aliqui partem, ſed myſtico ſenſu, interpretantur, ſicut & Caſſianus *g*, dictam linguarum diviſionem, ne concordia non ſolùm aliis, ſed ipſismet noxia fit concordibus, & magis peccandi occaſio, & ut obliti Ægyptiæ linguæ, ideſt, perverſæ doctrinæ, *linguam loquantur Chananam*, ut Eſaias *h* vaticinatur, ideſt, eadem ſentiant, ac loquantur, quæ Chriſti diſcipuli, ex ea orti regione, ac ediſcant etiam ipſammet Hebræam linguam, qua priores illi loquebantur, & conditæ erant ſcripturæ *i*. Id multo meliùs impletum eſt, conceſſo ſub Eccl. primordia linguarum dono *k*, quæ diſpertitæ primum ceciderunt ſuper diſcipulos *l*. Hoc Auguſt. hìc etiam notat; & Hieron. Ruffinus, Caſſiodorus, alii poſt Hilarium, & Nazianzenum *m*, Gregor. Papa *n*. hinc etiam probat improborum contra electos concordiam perniciosam eſſe: idem Paulum inter Phariſæos & Sadducæos quoddam diſſidium procuraviſſe *o*: eripi enim juſtos, dum dividuntur injuſti, & electorum vota, ad perfectum pervenire, dum reproborum agmina per diſcordiam confunduntur: hoc maris rubri ſciſſione ſignatum, quia dum in duas partes unda diviſa eſt *p*, ab electo populo ad terram repromiſſionis tendebatur. Facit item de diviſione illa linguarum mentionem. Sed alibi *q* huc accommodat illud Job *r*, de *corpore ſimili ſcutis fuſilibus* Leviathan, & *ſquamis ſe prementibus*, & *una uni conjuncta*. Meritò malùm optat David affectum puniri adverſariorum, etiam cui non ſucceſſerat effectus, quemadmodum de ſuperbis illis conditoribus Babel idem Auguſt. *f* loquitur:

c 16. de civ. c. 4.

d Gen. 11. 7

e 16. de civ. c. 4.

f 2. Reg. 15 12. 31

Diviſio linguarum pro conſiliorum diſſipatione

g Coll. 4. c. 12 Myſtico ſenſu in bonam partem acceptatio.

h c. 19. 18

i Act 2. 4. c. 10. 46. c. 19. 6

k cap. 2. 3

l Orat. 44

m l. 34. mor. n. c. 4. v. 3

Improborũ contra electos concordia pernicioſa. Ex diviſione & reproborum confuſione juſtorum commoda,

n Act. 23. 6, 7

o Ex. 14. 21

Maris rubri ſciſſione quid ſignatum. Loci Job accommodatio.

p Pſ. 77. 20

q l. 33. mor. c. 33. vel 24

r c. 41. 26. 7

Nam s *ſcelus intra ſe tacitus qui cogitat ullum,*
Facti crimen habet:

s Juv. ſat. 13

Non exitus rerum tantum, ſed hominum conſilia legibus vindicanda

t orat. pro Milon.

Et quamvis res perfecta non ſit, non proindè non punienda, nec exitus rerum tantùm, ſed hominum conſilia legibus vindicantur, ut minus quidem dolendum ſit re non perfecta, ſed puniendum certè nihilominus, ut ait M. Cicero *t*, quoniam porrò dominatio imperantis in lingua eſt, pergit adhuc ratiocinando Auguſt. *x* (mutari namq; videmus cum imperantibus idiomata, & Mithridati obſequebantur adeo diverſæ nationes multæ, quòd omnium loqueretur linguis *y*) *ibi damnata eſt ſuperbia, ut non intelligeretur jubens homini, qui noluit intelligere, ut obediret Deo jubenti*; Diſperſos ac diviſos orbe toto Judæos; de quibus iſte commodè locus intelligitur, videmus, idq; Jeremias *z* vaticinatus

Dominatio imperantis in lingua,

x 16. de civ. c. 4.

y Pl. l. 7. c. 24

Ad Judæos loci hujus applicatio.

z Thr. 4. 16 Jere. locus expoſitus.

illis videtur verbis, *Facies Domini*, hoc eſt ira furorq; aut Chriſtus facies Patris, *diviſit eos*. Quod intelligi præterea poteſt de diſſidiis, ſeditionibus, factionibus inter ipſoſmet. quibus plenam Joſephus narrat Jeruſalem, quum obſideretur, fuiſſe. Inde qui non ſunt occiſi, diſperſi ſunt, ut eſt in alio Pſalmo *a*, propter *delictum labiorum ipſorum*, quibus exclamaverunt, *Crucifige, Crucifige* b. Legendus Adrianus Finus *c* Hoc eſt *diſſipare gentes, quæ bella volunt* d. Is qui Philonis nomine libri antiquitatum biblicarum auctor eſt, tradit adoratores voluntarios vituli, cognitos fuiſſe aqua epota, cui pulvis ejuſdem comminuti erat injectus, quod linguæ diſſectæ fuerint, aliorum, qui coacti conſenſerant, vultus ſplenduerint. Equidem de ſigni veritate dubito, & de alio, quod alii aſſignant *e*, in barbis, aureo tunc infectis colore, vel in quadam ægritudine *f*, de qua Franciſcus Moncejus *g*. Utcumque ſit, ejusdem ſanè digni ſupplicio, qui Dei *conſilium à Domino, tamquam profundi corde abſcondunt* h: & qui arcana revelant in aliorum perniciem conſilia; quod Ægyptii talibus decernebant ſupplicium, qui nempe belli conſilia hoſtibus indicaſſent *i*: & Ceilani per proditionem id ipſum facere contra Davidem volebant *k*.

a Pſ. 38. 12

b Joan. 19. 15

c 3 Reg. c. 24

d Pſ. 67. 31

e Mag. hiſt. ſchol. in Ex. 7

f Abul. Ex. 32. q. 31. meamin. & Lyr. Vituli adoratores voluntarii ut aqua epoto probati.

g R. Aben. Ezra apud Abulenſ. & R. Co. om. apud Lyran. de vitulo aur. l. 1. c. 8. & 9.

h Eſ. 29. 15 Ab Aegyp. decreta ſupplicia contra hoſtibus belli conſilia indicantes,

i Diod. Sicu. l. 12. c. 3

k 1. Reg. 23. 13 Qui eremos clauſtrave petunt, ſide potiſſimum ad id moveantur.

Quoniam vidi iniquitatem, & contradictionem in civitate.) Alii, *violentiam, ſive vim, injuriam*, & *contentionem*, ſeu *convitia*, ἀνομίαν καὶ ἀντιλογίαν, טתם וריב *chamas veriu*: aut *rapinam*, & *rixam*, & Græcè apud Apollinarium ἁρπαλαχίλω, καὶ ἐπισβολίλω, *errorem* ſive *peccatum*, ac *damnum*, & *convitium*, vel *nugas*. *Civitatem* intelligere licet aut Jeroſolymitanam, aut Ceilanam; illam verò vel tempore Saulis, vel quando conſpiravit cum Abſalone populi pars maxima. Hæc movet illos præcipuè ſententia, qui eremos petunt, clauſtrave, quod ſcilicet in publico, & multitudine, rara virtus pietaſq; nec placere multis poſſit, niſi, qui multorum vivat more, ut pauci autem vivere debeat, qui ſalvari cum paucis velit: & neceſſe ſit aut imitari, aut odiſſe, ſimilemq; eſſe vel malis, qui multi ſunt; vel inimicum, quia diſſimiles *l*. Deniq; *mundus in maligno poſitus eſt* m, nec aliud in ipſo quàm *concupiſcentia oculorum, & carnis, atq; ſuperbia vitæ* n. Dixi prius de Ephrem, Arſenio in aula vox allata divinitùs, ut fugeret. Hugo ſatis ingeniosè civitati iſti mundi vicos aſſignat ſeptem, ex his collectos verbis, & ex ſequentibus, *ſuperbia, contradictionis* (quia *inter ſuperbos ſemper jurgia* o, nec inter ſignatos electos numerantur, qui ſunt de tribu Dan *p*, quæ vox *judicium*, & *cauſſam* ſonat, videl. litigantium) præterea *invidiæ, curioſitatis, iræ, odiique, rapinæ* ſive *cupiditatis, hypocriſis*, hæc ait eſſe capita ſeptem beſtiæ, monteſq; totidem *q* & adverſus hæc, beatitudines recenſeri eodem numero à Chriſto *r*. Ayguanus affert modos, quibus Chriſto contradictum ſit à Judæis, qui *poſitus* dicitur *in ſignum cui contradiceretur* ſ, maximè ab habentibus ſpiritum contradictionis, & magnam *ſuſtinuit adverſum ſe contradictionem* t, ſed *liberatus* tandem, *à contradictionibus* dicti *populi, conſtitutus eſt in caput Gentium* u. Contradictionis modi fuerunt per inobedientiam ſuperbiamq; quia noluit congregari ſub alis Chriſti *x*, & contradicebant poſtea prædicationis Apoſtolorum *y*, per tormenta crucemq; per hypocriſin, & opera verbis contraria, quibus eum colere videbantur, & honorare *: per apertam urbiſq; expreſſam *contradictionem*, quæ quodam alio Pſalmo *z linguarum* nominatur. Qui triumphanti occurrerunt Chriſto, de civitate ſunt egreſſi *a*, & Ægypto relicta ſeceſſit populus *in deſertum* b, quia iniquitas, & contradictio iis, aliis in locis erant, ut obſervat Drogo *c* Cardinalis.

l Senec. ep. 7 m 1. Jo. 5. 19

n ib. c. 2. 16 Arſenio Vox divinitus allata Civitati mundi vici ſeptem ingenioſe aſſignati.

o Pr. 13. 9

p Apoc. 7. 5

q Ap. 17. 7. 9

r Mat. 5. 3 Beatitudines ſeptem à Chriſto ad quid recenſitæ.

ſ Luc. 2. 43 Contradictio Judæorum adverſus Chriſtũ.

t Heb. 12. 3

u Pſ. 17. 44

x Mat. 23. 37

y Act. 13. 8 46.

* Mat. 15. 8

z Pſ. 30. 21

a Mat. 21. 10

b Ex. 15. 22

c Serm. de paſſ. Domini

Die ac nocte circumdabit eam ſuper muros ejus.) Nempe iniquitas, & contradictio, de quibus dictum eſt, ut ſit pro præſenti futurum: ſic enim Hieron. reddit, *die ac nocte circumeuntes muros ejus*: ſed LXX. non legerunt in plurali, ut nunc habent puncta יסובבנה *jeſoveuvah*, ſed יסבנה *jeſoveveah* in ſingulari. Aliter alii diſtinguunt, nectentes ſimul aliud vocabulum *iniquitatis*, quæ dicatur *circumdare muros*. Quod parum refert eſt autem ſenſus, cinctam civitatem fuiſſe intus foriſque iniquitate, &c. Apollinarius eo modo diſtinguens, *turres* exponit, & ſententiam peroptantis modum.

Senſus loci.

Apollinarii diſtinctio.

πύργους

πύργος ἡματίφ οχὶ ἐ'ο κυκλόσει ,
Turres die noctèque ejus circumdabit.

Distinctioni illi favent, qui legunt eum conjunctione, *& iniquitas*, &c. ut Hilarius. Excessum iniquitatum simili formula expressit David *a* alibi, quum dixit *supergressas caput suum*, etsi aliqui per *caput* capillos, & superiorem illis numerum intelligant, sicut ibi *b*: *Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me.* Mystícè *muros* accipiunt pro principibus, & magistratibus, quibus munitur Civitas ac Respublica *c*, ut psalmo *d* 50. dictum est, & quorum iniquitas redundat in alios, rapitque exemplo, ut suo inferiores cœlum superius motu. Agnovit id ac professus est Eleazar *e*, & de contemnente Vasthi virum suum Assuerum sapientes Regis *f*. Idcirco æquale pro summi sacerdotis peccato sacrificium injungebatur, atque pro populi *g*. Quales Rectores, tales Populi; tamque videtur, bene munita adversus arma justitiæ, omnisque virtutis, religionis, veritatis, civitas, quæ regitur ab improbo Principe, nec patet iis locus, aut penetrare valeat, quàm arcibus, castris, mœniis vallata hostes arcere, ac propulsare externos potest. Noster Emmanuel Sà interpretatur *super muro*, altiùs & fortiùs quàm muros, esset egregia exaggeratio, declarans nihil obstitisse iniquitati, sed vi ac impetu irrupisse, omniaque quasi mœnia transcendisse, ut perfregisse. At non legi particulæ עַל *hhal* usum talem, nec ἐπὶ cum accusativo, cum quo hìc est. Voluit fortassis Sà tantùm significare id quod sequitur, ex eo quod *circumdet iniquitas super muros civitatis*, non posse scilicet, quod modò dicebam, illos vel altitudine, vel firmitate, aditum ei prohibere. Id Hilarius præ se fert, dicens quod ipso mediatore legis rejecto muros custodiæ divinæ & angelicæ circumdans iniquitas supressa est, tuncque cœpit majus esse ipsa munitione peccatum, ut iniquitas vinceret custodis voluntatem, usura, & dolo, ceteriscque, quæ in lege sunt vetita redundantibus. Bruno Carthusianus apertè idem docet. Augustinus utitur allusione circumdantis arcæ septies Jerichuntinos muros, & eos vice septimæ diruentis *h*. De Christo videtur intelligere. Ayguanus verò per accomodationem dicit, quod circumdedit Christus civitatem, hoc est, gentem Judæorum, septem diebus, nimirum totidem virtutibus contra septem eorum vitia, & per verba septem in cruce, tuncque Christo mortuo corruisse illos à suo statu, perdendo gentem suam, & locum *i*. Dionysius Carthusianus *iniquitatem super muros circumdantem* sumit, de custodibus murorum Jerusalem, qui assiduè deriserint Christum, dum sederent in porta, loquendo adversus eum, & bene poti psallendo contra illum *k*. Muniendi muri nostri firmà tutàque custodia. *Salvator* ipse *murus ponatur*, *& antemurale* l, ut sint *mutari nostri coram oculis ejus* m, & *super eos custodes, qui tota die, & tota nocte in perpetuum non tacent* n, seseque ipsimet *opponant* ero nobis *murum* o, & sint *in murum æreum* p, nempe tùm Angeli, tum Sancti alii, tùm boni Principes Ecclesiastici, ac plitici: quoniam *judicia quasi vectes urbium* q, celebraturque ad portas, ac proinde ad muros earum; tum qui *murus aeneus est, nihil conscire sibi* r, omnis virtutis exercitatio. Inter alia bonus silentium; quia *sicut urbs patens, & absque murorum ambitu, ita vir qui non potest in loquendo cohibere spirituum suum* s. Chrysostomus *t* divitem sibi scribit nil aliud videri, quàm civitatem absque muris, in agro sitam, & undique insidiantibus expositam; paupertatem secutum præsidium æris muris, & expugnatu difficile. Existimet quisque animam suam, ut tororem parvam, sive uberibus, cui non sufficiat murus, sed muro imponenda sint propugnacula, ut ipsamet ubera evadant tamquam turris *u*. Viris quidem fortibus non videntur externi necessarii muri, ut Theopompus *x*, Lysander *y*, Agis *z*, dixerunt, sed mulieribus: & Agesilaus, Spartam propterea muris carere, quod eorum essent loco civesarmati, & quia urbes non lapidibus, & lignis, sed virtutibus inhabitantium oporteret munitas esse *a*. Omnino etiam de Oppido, verum illud Plauti *b*, ad quæstionem.

Quid id, quod vidisti, ut munitum muro tibi visum est oppidum?
Si incolæ bene sunt morati, pulchrè munitum arbitror.
Perfidia, & peculatus ex urbe, & avaritia si exultant,
Quarta invidia, quinta ambitio sexta obtrectatio
Septimum perjurium, nona, octava indiligentia,
Nona injuria, decimum, quod pessimum egressu scelus,
Hæc nisi unde aberunt, centuplex murus rebus servandis parum est.

Igitur virtutum quos modò dixi muri perneccessarii, multoque magis venerandi ut sacri, quàm apud Romanos *c* materiati, morsque pro his oppetenda fortiùs, ne transiliantur, quàm sibi oppetendam illi ducerent, ne hostis eos transcenderet, quivisve alius, ita ut tali de caussa Remum Romulus frater occidisse prodatur *d*. Non potest quicquam proposito aptius optius afferri, quàm quod recitatum est ex Plauto, qui per *pessimum aggressus scelus*, impietatem in Deum, vel parentes, vel patriam, aut homicidium, aut quod abhorret à natura, & dictu etiam nefas est; intellexit. Triplici muro Jerusalem circumdata erat *e*; & omni custodia custodiendum cordis & animæ castrum, videlicet obfirmato, sed gratia Dei innixo proposito, fuga occasionum, virtutum exercitamento, alio qui nihil proderit; quamvis

Inclusam Danaen turris aenea
Robustaque fores, & vigilum canum
Tristes excubiæ munierint satis
Nocturnis ab adulteris.

Tandem sapientes ab Antisthene dictum refert Epiphanius *g*, muros civitatum non esse securos propter internum proditorem; animæ verò muros esse inconcussos, & infractos. Sed quod sæpius repetendum est, quum Salvator loco muri & antemuralis est *h* Nam

Ipse in tra muros turris tibi, qui sine muris
Murus erit.

Ut canit Paulinus *i*, confirmans exemplo dejectorum, ut divina murorum Jericho *k*, de quibus antea quoque meminimus:

perspice, inquit, *qui potiore*
Præsidio fuerint, quos Urbs circumdata magnis
Absque Deo muris, an quos sine mœnibus Urbis
Vallabat fortio virtus divina favore?
Illam dico Urbem, quam perdidit acer Jesus.

Notaverat jam ante me ex his nonnulla Ludovicus *l* Soto major Lusitanus eruditione clarus. Porro ex verbo futuri temporis, *circumdabit*, & alio, *deficiet*, Basilius, ac Theodoretus inferunt non esse hìc sermonem de Jerusalem, in qua brevi tempore conjurati egerunt: ista verò verba perpetuum quoddam studium malorum illi urbi tribuunt. Idem objici potest de urbe Ceilam. Respondendum crebrò confundi tempora in Psalmis. Deinde significari, semper dominatura fuisse hæc mala in utravis civitate, si Deus permisisset, hostes David prævalere. Tandem innui quoque Judæorum persecutionem contra Christum, cujus eos numquam pœniteret, quod Patres dicti etiam notant, nec non Euthymius.

Iniquitas, & labor in medio ejus.) Hieronymus, *scelus & dolor in medio ejus*. Hebræa sunt cum duplici conjunctione, cum qua etiam Hilarium legere monui, וְאָוֶן וְעָמָל *veaven, vehhamal*, ex quibus nomen secundum propriè reditum est per Græcum πόπος, & Latinum, *labor*, & à Hieronymo per *dolor*: quamvis etiam significet *perversitatem, iniquitatem, mendacium*, quod expressum est hìc Chaldaicè שִׁקַּר *sheker*, denique idem quod prius nomen אָוֶן *aven*, quod etiam exponitur *inutile*, & *idolum*, quoniam illud nihil prodest, sed maximè nocet, hoc nullius omnino utilitatis est, quum nihil sit. Frequenter præterea peccatum nominatur *labor*, ab effectu, & quoniam sæpenumero cum labore perpetratur, ut aliàs *m*, ostendimus. Symmachus posuit ὀδύνην, καὶ πλᾶσαν πονείαν, *dolorem, & miseriam*. Apollinarius δυσφημίαν καὶ μόχθον ἀνίης, *iniquitatem, & laborem afflictionis*. Esse quid in medio, scripturæ phrasi, est palàm, ac publicè esse, & quod hìc subitur, *in plateis*, Bruno Carthusianus declarat, apertè & inverecundè. Possunt verò etiam per *medium*, medii homines, idest mediocres, intelligi; in media habitantes civitate, sicut per *muros* intelligebamus Principes ac Magistratus cum stationariis præterea militibus. Subtiliorem hìc aliqui comparationem agnoscunt, ut circulo sit similis civitas; iniquitas & contradictio, circumferentiæ: sit autem

Formulæ loquendi.

a *Psal.* 37. 5. 68. 5.

b *Ps.* 68. 5. Mystica expositio.

c 1. *Reg.* 25. 16.

d *vers. ult.*

e 1. *Math.* 6. 43.

f *Ester.* 1. 12.

g *Levit.* 4. 3. & 21. Quales rectores, tales populi,

Emmanuelis Sà interpretatio,

Hilarii & aliorum,

Augustini allusio,

h *Iosue* 6. 5. Ayguani accommodatio.

i *Ioan.* 11. 48. Dionisii Carthusiani expositio.

k *Ps.* 68. 13. Qua custodia munienda muri nostri.

l *Es.* 26. 1.

m *cap.* 49. 16.

n *cap.* 62. 6.

o *Ezech.* 13. 5

p *Ier.* 15. 20.

q *Prov.* 18. 19

r *Horat. l.* 1. *epist.* 1. Bonus murus silentiũ Bives, civitas absq; muris.

s *Prov.* 25. *ult.*

t *Hom.* 13. *in Actus*. Paupertas securum præsidium.

u *Cant.* 8. 10 Mulieribus non viris fortibus externi muri necessarii.

x *Plut. in apopheth. n.* 31

y *in apopheth. Laco n.* 375

z *in apopheth. Laco n.* 381.

a *ibid.* 372.

b *in Pers.* 5. Bene munitum oppidum quod dicatur.

Muri virtutum perneccessarii.

c *idem Plut. quæst. Rom. nc.* 27. & *in Romulo*.

Murorum veneratio. Transilientibus muris periculum.

d *idem in Romulo*.

e 2. *Reg.* 3. 1. *cap.* 9. 15. Cordis & animæ castrum qua diligentia custodiendum.

f *Horat. lib.* 3. *carm. ode* 16.

Sapiens Antisthenis dictum.

g *in compendiaria Doctrina*.

h *Es.* 26. 1.

i *Natalis* 5. *Felicis*.

K *Iosue* 6 5. & 10.

l *in Cant. c.* 8.

Tempora in Psalmis crebro confundi solita.

m *Ps.* 9. 28, 35: *Esse quid in medio*, phrasis scripturę. In plateis.

Subtilis comparatio.

tem

tem intra ambitum in centro iniquitas laborque. Cassiodorus muris habitatores omnes, medio nobiliores & honorabiliores designari vult.

Et injustitia.) Hieronymus, absque particula conjungente, *insidiæ in vitalibus ejus.* Alii, *pravitates*, aut *corruptelæ*, aut *confractiones*, aut *nequitiæ*, & *scelera in medio ejus*, seu intra ipsam sunt, vel regnant, aut *pravitatum*, subaudi *homines*, sive *pravi homines illic regnant.* Chaldaicè: *tumultus in medio ejus*, vel numero plurali apud Nebiensem, *insidiæ*. Hebræa sic se habent: הַוּוֹת בְּקִרְבָּהּ *hauvot bekirbah*; de prima voce alibi egimus, posteriorem cum affixo. Hieronymus in priore membro, ubi etiam erat, vertit eo modo, quo est in editione nostra. Hic arbitror usum *vitalibus* figuratè pro civitatis medio, & intimo. Interpretes autem LXX. & noster, noluerunt repetere, *in medio*: sed ut admonui, *circundantem super muros civitatis* intellexerunt LXX. ex priore versu, iniquitatem, & contractionem; rursum verò iniquitatem, & laborem, *in medio* ejusdem, nec non injustitiam.

Et non defecit de plateis ejus usura & dolus.) Hieronymus, *& non recedit de plateis ejus damnum & fraudulentia.* Est τόκος *usura* propriè; תָּךְ *thoch* verò, etsi aspirata littera prima non simile nomen Græco, eamdem valet; nec dolum, & fraudem, sed usuram sæpius נֶשֶׁךְ *neseeh* vocant. *Platea* nomen Hebræum singulare hoc loco collectivè sumitur. Quamvis non in singulis urbis viis & plateis contractus iniri soleant, sed quò frequentiores homines conveniunt. De *usura* jam dixi Psalmo 14. *a*. Basilius autem ac Theodoretus observant, etiam in vetere Testamento, non in novo dumtaxat, quod est perfectius, usuras prohibitas fuisse. Hieronymus idem confirmat, præterea ex Jeremia *b*.

Allegoricè interpretat unde injustè vendito, crucifixo, tradito Christo, quamvis iniquus venditor traditorque pecuniam retulisset, postquam doloso osculo prodiderat. Fuit etiam quædam obscuræ ratio in eo quod pro injuria, qua se Judæis læsos putabant à Christo, quum nempe ipsos reprehenderet, longe multo attrociores reputarunt, quàm illæ merentur, etiamsi veræ injuriæ fuissent. Ambrosius *c* disputans adversus usuram, scribit, hanc præcipuè injustitiam hoc loco deplorari a Davide mox subjiciente proditionem Judæ, sive quod ultra sacrilegii invidiam conjurati Dominicæ necis fœnoris crimen accesserit, sive quod tantum sacrilegium satis abundeque usura fœnoris, ultum iret. Addit; fœneratorem diabolum esse, qui vires animæ, & pretiosæ mentis patrimonium fœnerat, quodam usurariæ iniquitatis sic sumtu capiens, sic auro alliciens, sic reatu involuens, sic caput pro thesauro reposcens, Prophetæ crebrò vitia ista Hebræis objecerunt avaritiæ, sive usuræ, ac doli fraudiumque, præsertim Esaias, & Jeremias. Spectantur hæc in mercimoniis maximè, quum vel exigitur statim iniquum pretium dolo, vel differtur solutio, exactà usurà. *Corruit in platea veritas, & æquitas ingredi non potest d.* Nempe ut antè dictum est, *circumdedit super muros iniquitas, & contradictio*, non sinens ut ingrederetur æquitas. *Ex usuris & iniquitate* redemit Christus *e*, hoc est, à peccato ex quo diabolus adeo graves exegit usuras, quibus nemo erat solvendo. Impedivit ne *faceret Deus furorem iræ suæ*, & ne *disperderet, quia ipse* etiam *Deus & non homo* purus; *in medio populi sui sanctus, & nolens ingredi civitatem* f; tot videlicet contaminatam iniquitatibus & sceleribus, ut defendat à Romanis. Sic Oseam exponunt, quos Leo *g* Castro citat, licet aliter alii. Hieronymus *h* vero tractans Esaiæ *i* locum. *Vox fremitus de civitate, vox de templo, vox Domini reddentis retributionem inimicis suis*, docet sine dubio intelligendum de Jerusalem Romano exercitu circumdata, & in tres partes intus seditione divisa; quando unus templum, obtinuit, & omnia prius sancta possedit, forinsecus contra hostes, intrinsecus contra cives dimicans: tunc impletam comminationem illam, *relinquetur vobis domus vestra deserta* K: & prophetiam; *dereliqui domum meam* l; & præsidens templi consonà voce, angeli dixerunt, *transeamus ex his sedibus*: de quibus non solùm Josephus Judaicæ scriptor historiæ *m*, sed multis priùs, inquit, sæculis Psalmista testatur; *Vidi iniquitatem, & contradictionem in civitate, quæ circundedit muros ejus* (vide ut nexum textus illum sequatur, de quo ante dixi (*tota die*, ita ut subA verteretur civitas, & implerentur aliud vaticinium: *Sion* n *quasi ager arabitur*, & *Jerusalem quasi casula in cucumerario relinquetur.*

Chrysologus *o*, historiam de muliere, quæ erat in civitate peccatrix *p*, mysticè declarans de Ecclesia, qua dicatur quondam facta *civitas meretrix*, apud Esaiam *q*, docet, citans hunc locum Psalmi nostri totum quod in civitate, perfidiæ septa muris, superbiæ turribus communita, distincta iniquitatum plateis, obserata contradictionum portis, depicta doli fucis, indurata fillicibus usurarum, negotiorum doloribus aggravata, infamata lupanaribus, idest, idolorum templis, mulier hæc, id est, Ecclesia, gravissimum trahebat reatum ex tanta præcedentium colluvie peccatorum. Deinceps alia persequitur lectu digna.

n *Mich.* 3. 12.
o *Serm.* 95.
p *Luc.* 7. 37. *& seq.*
De muliere quæ erat in civitate peccatrix, mystica expositio.
q *cap.* 1. 21.
Loci hujus integri citatio.

Vers. 13.) Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique.

Et si is qui oderat me, super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo.

Vers. 14.) Tu verò homo unanimis dux meus, & notus meus.

B *Vers.* 15.) Qui simul mecum dulces capiebas cibos, in domo Dei ambulavimus cum consensu.

EXaggerat injuriæ magnitudinem ex eo, quoniam qui se apertè inimicum ipsius profitebatur, sive Saul, sive Absalon, male de illo locutus esset, atque probris, convitiis, calumniis proscidisset, minùs mirum, ac toleratu facilius fuisset; si etiam inimicitias gerens manifestas, superba minaciaque verba, & atrocia crimina protulisset, declinare forsitan potuisset intentatum malum, vitando consortium ejus. Tùm verò ad unum aliquem conversa oratione principem proditionis, seu in Ceilam, cujus ignoretur nomen, sive in exercitu Absalon ad Achitophel, sive etiam ad populum totum Ceilanensem contribulem, & quem sibi recenti beneficio liberatæ obsidionis magis devinxerat: hoc pacto amarè queritando loquitur. Illud porro mihi acerbissimum, intolerabile, ac inevitabile malum accidit, quo tu maledixeris mihi, superq; me magna locutus sis, qui mecum intimà erat amicitià conjunctus, alterq; ego, particeps C consiliorum, ac dux etiam eorum, & familiarissimus, præterea dulcissimus conturbernalis, atque mores eosdè ac ritus magno consensu sequens, & celebrans. Bellè hoc etiam in Judam Christi proditorem transferunt passim hìc, & ab Ambrosio *r*, Eusebio *s*, Prospero *t*, Origene *u*, Procopio *x*, Isidoro *y*, Hieronymo *z*; sed quemadmodum initio dixi, non ita *a*, quod contendit Dionysius Rickelius; ut ei uni ad litteram conveniant; quamvis similem isti, ex 40. *b* Psalmo sententiam de eodem proditore Christus citaverit *b*. Adversus proditores nonnihil jam alibi dictum, nec satis esse umquam possint, quæcumque prodantur; tam est exosum, & invisum hoc hominum genus, quibus quum dimicatio major, inquit Livius *c*, quàm cum hostibus, neque detestabilior quisquam sit, quàm qui amicitiam læserit, ut idem scribit Ambrosius *d*, docens hoc in proditore Dominum gravissimum invenisse, quo ejus condemnaret perfidiam, quod gratiæ vicem non repræsentaverit, et conviviis amicitiæ, venenum malitiæ miscuerit. Credo de Christianis nullum Judæ vocari nomine (tametsi ex Apostolis sanctis, eo Simon quoque cognominaretur) ad execrationem proditoris; nam & *Leum* dixi vetitum est à Pellenæis, Græcè λεώς: vel dicere ἀκούετε λεώς: *audite ò populi*. odio Lei Agnusii proditoris, qui conspiratione eorum adversus Theseum ipsi patefecerat *e*: & Antiqui Romani prænomina Patritiorum quorumdam malè de Republ. meritorum, & ob eam causam capite damnatorum, censerunt ne cui ejusdem gentis patritio inderentur; ut vocabula quoque eorum defamata, atque demortua cum ipsis viderentur *f*. Id autem sapienter anno superiore de cognomine perditissimi, Maximi Henrici Reg. Francorum IV. interfectoris.

Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique.) Hieronymus, *non enim inimicus exprobravit mihi, ut sustineam*. Vel, ut alii, *& feram*: i.e. alio-

Sensus loci.

Injuria quæ atrocissima. In Judam bella loci translatio.
x *in Ps.* 30. 3. *effic. c. ult.* 1. 10. *de demonstr. c.* 2. t 3. *de Prad. c.* 18.
u *tom.* 32. *in Ieb.*
x *in c.* 32. *Es.*
y *de pass. Domini c.* 22.
z *in c.* 32. *Es.*
a *v.* 6, & 7.
b *Ioan.* 13. 18.
Invisum proditorum genus.
c *lib.* 2.
d *supra.*
Perfidia maximè damnata quæ.
Ad execrationem à nullo Christiano postea usurpatum.
Lei Agnusii proditoris nomen ut pronuntiari vetitum.
e *Plutar. in Theseo.*
Prænomina Patritiorum malè de Republ. meritorum ejusdem gentis patritio indi, à Romanis veritum
f *Gellius l.* 9. *cap.* 2.

a *vers.* 5. Usuræ prohibitæ.
b *cap.* 16.
Allegorica interpretatio.
c *de Tobia c.*
De proditione Judæ & Dominicæ necis crimine locis interpretatio.
Fœnerator diabolus ut dictus.
Vita Hebræis crebro objecta
d *Es.* 59. 14.
e *Ps.* 71. 14.
f *Os.* 12. 19.
Oseæ loci expositio.
g *ibidem.*
h *in c.* 66. *Es.*
i *cap.* 66. 6. item Esaiæ.
K *Luc.* 13. 35
l *Iere.* 12. 7.
m 6. *de bello Iuda c.* 12.

alioqui tuliſſem, nempe patienter, aut leviùs, mitiùs, A
faciliùs, vel, juxta notionem aliam verbi אשא *essa*, *excepiſſem*, opponendo defenſionem aliquam, elevando abſtuliſſem. Notat Genebrardus aut LXX. legiſſe pro לא *lo*, *non*, לו *lu*, *ſi*: autem ſenſum ſequendo reddidiſſe clariorem orationem, ac propiorem communi modo loquendi: aut ſimilem formulam hanc ei eſse, qua utuntur aliqui, ut Cicero *i non fatum eſt, & omnia fiunt caſu*, ideſt, ſi fatum eſt, non omnia fiunt casu. In Pſalterio Romano ultimum membrum ſic habet, *ſupportaſſem me*: in Ambroſiano & apud Hilarium & Caſſiodorum eſt idem verbum *ſupportaſſem*, ſed pronomen omittitur: quod etiam in primo non habet Hebræus Græcuſve textus, nec Auguſtinus. Loco autem verbi *maledixiſſet*, idem, & Hilarius, legunt, *exprobaſſet*. Hieronymus etiam ſcribens Suniæ ac Fretelæ *a*, ait ὀνείδισέμε, ſignificare *opprobraſſet me*; ſed inter maledicta, & opprobria ſenſum non diſcrepare. Probroſa Judam apud Judæos locutum aſſerit Euthymius; & credi poteſt. Idem auctor exponens Evangelium Matthæi *b*, notat, quum de venditione tractaret, dixiſse, *& c*, *ego vobis eum tradam*, non autem Jeſum Chriſtum, quia jam nomen ejus oderat. De Juda locum ſumendo (ſumit Arnobius de Diabolo, alii de Gentilibus) non ſignificat Chriſtus dicens, *ſuſtinuiſſem utique*, quaſi non ſuſtinuerit; ſed oſtendit dignitatem, gravitatem, fraudem proditionis, B
quæ humanitùs caveri vix potuerit, ac tolerari. In *ſupportandi* verbo, quo cum aliis utitur, modeſtiam notat Chriſti Caſſiodorus, quia de humanis inquit calceamentis id verbum ſolet uſurpari. Portavit Chriſtus Judam ſub ſe, quando abluens pedes ipſius, pedibus ejuſdem ſe ſuppoſuit. Non ſuſtinuit, nec ſupportavit, quatenus poſt adeo multa in eum fruſtrà collata beneficia ruere tandem permiſit, ac præcipitari in deſperationis & perditionis profundum. Timeat comparatione infidelis, Chriſtianus malus, & proportione ſervata quivis, à quo ſua exigit vocato, ſtatus, gradus, dignitas majorem perfectionem, & is, *cui* quum fuerit *plus datum*, *plus requiretur ab eo* i. d. *Va*, inquit Deus, *provocatrix*, *& redempta civitas*, *columba*; & quæ apud Sophoniam *e* ſequuntur, lectu ſanè digna. Id exaggeravit Chriſtus, *flendo ſuper civitatem*, *dicenſque*, *ſi cognoviſſes*; atque abrupto ſermone; *& tu* f. M. Bruto irruenti Cæſar dixit καὶ σὺ τέκνον *g*, & ad Caſcam: (quid agis ſcelerate Caſca *h?*) quamvis illud non ad familiari C
tatem, aut Bruti ætatem referunt, ſed quod Brutum, ex Servilia & Cæſare conceptum multi credidere. Gravior expoſtulatio illa DEI *i*. *Quid eſt quod dilectus meus in domo mea fecit ſcelera multa?* & ſponæ K, *Filii matris meæ pugnaverunt contra me*, cujuſmodi fuiſſe ſcribit Bernardus *l*, Annam, Caipham, Judam; malum namq; inteſtinum, & domeſticum, gravius eſſe, ac inimicos hominis domeſticos ejus. Judæis ipſis tempore Machabæorum Judæi acerbiſſimi hoſtes fuerunt *m*. *Fratres noſtri oderunt nos* n, nihilque tam cogit in mortem, quàm ſub obtentu fidei, fidem violare, ut Ambroſius *o*, ait: & de Conſtantio Imperatore queritur Hilarius *p*, pejorem propterea Nerone, Decio, Maximiano vocans; nam qui ignotos lædit, ait Arbiter *q*, latro appellatur; qui amicos, paullo minus quàm parricida. Elegans eadem de re Luciani Epigramma *r*. Porro Chryſoſtomus *ſ* hinc infert, quàm ſit molectum & acerbum opprobriis proſcindi, maximè illorum, qui priùs habebantur amici.

Et ſi is qui oderat me.] Hilarius, *odiens me*, in eamdatis Græcis omittitur pronomen. Idem valent hæc, quod inimicus, quamvis actum odii expreſſum importent, ſine quo poteſt quis inimicus eſſe; immo abſque ullo actu ſecundo malo, in quo virtuale odium DEI, ſi mortale peccatum ſit, includitur, quum ſcilicet ſolum originale qui peccatum habet. Alibi *t*, conjunctos legimus inimicos, & eos qui oderunt. Inimicus videtur exterius, profiteri odium, ſicut amicus amicitiam; odio habens, odium intus continere, vel quia manifeſtare non audet, vel ut magis noceat. Pejor eſt ſecundus, caveturq; difficilius, quum prius noceat, quàm agnoſcatur, ut ſcribit Auguſtinus *u*. Unde Chriſtus *x*, injuxit *diligi inimicos*, *benefieri iis*, *qui oderunt*. Licèt inimico quoq; benefaciendum ſit, & cibandus ſit quum egeat *y*, quia inimicus qui odium profitetur extrinſecè, non libenter acceptat beneficia, ſed oblatis plerumque indignatur, ac ægre fert, eò ſe redactum, ut amico ege-

at, & niſi cogat neceſſitas, refutat, qui habet odio tantum, nec id prodit, facilè acceptat, ſi quid offeratur, idq; etiam, ut idem odium magis occultet: faciliore quoque negotio beneficiis redit in amicitiam, quoniam nondum odium eſt manifeſtum. Docuit iſta prior Toletus *z*.

Super me magna locutus fuiſſet. Proſper *a*, *magnum dixiſſet*, quid importet hæc phraſis (cui ſimilis quum *linguæ magniloquæ* vel *magnificatæ* dicitur *b*, & *os dilatari* c, aut *magnificari* d, ut vidimus Pſalmo 37. *e*) utrobique Hebraicè ſolum eſt, *magniſicari*, הבריל *higdil*, ſeu ſe ipſum, tamquam magnum oſtentare ſuper alium, & inſoleſcere, quod Pſalmo 40. *f* de eodem Juda dicitur, *magnificare ſupplantationem*, quaſi quod modeſtè fecerat Chriſtus, pedes ei lavando, ut ſupponeret pedibus ipſius caput, inde ille occaſionem magis arripuerit eumdem conculcandi, & obterendi. *Magna* item *loquuntur* inimici exaggerando, & amplificando, ſi quæ mala deprehenderint in his quos odio proſequuntur. Crimina Chriſto Judam impegiſſe, ut emptionem citius perſuaderet, quis dubitat? Dixi eodem Pſalmo 40. de quorumdam ſententia Judam, conſecratum etiam panem detuliſſe, ut præſtigioſum doceret eſſe Chriſtum. Euthymius interpretatur hoc loco, impudenter, & miniciter loqui.

Abſcondiſſe me forſitan ab eo.) Hilarius, Auguſtinus, Caſſiodorus, Ambroſius *g*, Proſper *h*, Pſalterium Romanum, *abſconderem me utique ab eo*: in Ambroſiano Pſalterio, *abſcondiſſem me utique ab eo*. Iſtæ particulæ *ſicut* & *prius*, *ſuſtinuiſſem utique*, non ſunt in textu Hebræo: in Græco autem tam ibi quàm hìc eſt ὖν, ὑπέμεινα ἄν, & ἐκρύβην ἄν, *abſconditus eſſem*, & Apollinarius priore ponit loco, communem faciens iſti ſimul adjectam vocula affirmante.

Εἰ μ' ἐχθρὸς ὑπερέλιξεν ὀνείδεσιν, ἤτά χ' ἂν ἔτλην,
καὶ κἂν ἀπ' ἐχθομένοιο λόγων ἀλέεινον ἐρωήν.
Si me inimicus ſuperaſſet probris, ſanè fortè ſuſtinuiſſem
Etiam odientis, verborum declinaſſem impetum.

Hoc ingero, quia Græcè ἄν & *forſitan*. Latinè ille reſpondens, redundant aliquando, nec innuunt dubitationem, non ſolùm, quando proferuntur à DEO, vel Chriſto, ut Auguſt. *l*, docet, exponens illa verba *k*; *ſi me ſciretis*, *forſitan & Patrem meum ſciretis*, ſed etiam, quod videtur negare, quum ad homine. Etſi concedo Auguſtino, uti Chriſtum ea dubitantis forma agendo cum infidelibus, quia Philippo fideli dixit abſque ulla dubitatione *l*; *qui videt me*, *videt & Patrem meum*. Item denotare poſſe vim liberi noſtri arbitrii in diverſa mutabili, licèt à Deo nihil ſub dubitatione vel conjectura cognoſcatur etiam de poſſibilibus contingentibus liberis conditionatis, quę reipſa non exiſtent. Reprehendit Ambroſius *m*, expendens hujuſmodi propoſitiones, eos qui dicant Deum ignorare quid eſſet futurum. Denique concludit allatis aliquot exemplis, iſtas elocutiones non eſſe dubitantis. Monet præterea, quod Latinè, *forſitè* dicimus, Græcè τάχα; non ubique pro dubitatione ſapientes ſæculi ponere, qui omnem gloriam ſuam ſtatuunt in expreſſione verborum, ut Homerum, quem citat. Lege Riberam noſtrum *n*, & Gregorium *o*. Eadem particula ἄν eſt aliis locis *p*, *ſi ſcires donum Dei*, *tu forſitan petiſſes ab eo*: *ſi credetis Moyſi*, *credaretis forſitan & mihi*: *ſi me ſciretis*, *forſitan & Patrem meum ſciretis*: *ſi* l, *in Sodomis factæ fuiſſent virtutes*, *quæ factæ ſunt in te*, *fortè manſiſſent uſq; in hanc diem*, quod paullo antè *r* demta vocula Latina dictum fuerat, *ſi in Tyro & Sidone factæ eſſent virtutes*, *quæ factæ ſunt in vobis*, *olim in cilicio & cinere pœnitentiam egiſſent*: ubi tamen extat quoque ἄν. Monet Ruffinus hanc ambiguitatem ſermonis hoc loco ſecundùm uſum poſitam eſse humanæ locutionis; *forſitan illuc ibo*; *forſitan hoc faciam*. Haimo exponit *forſitan*, id eſt, revera.

Tu verò homo unanimis. Auguſt. *u* alibi, *tu verò unanimis meus*: tum ſequentia citat cum conjunctione, *& Dux meus*, *& notus meus*. Hieron. *ſed tu homo unanimis meus*. Alii, *juxta æſtimationem meum*, vel *juxta pretium meum*: vel *s ſecundùm ordinem meum*, i. c. quem æſtimabam, in pretio habebam æqualem fere mihi, alterum me dignitate, & gradu, collegam, rebus meis præfectum, ac ſocium conſtitueram: aut, referendo ad ſequentia, quem

habes

---

formula loquendi ex Cicerone.

z in Luc. 6. annot. 43.
a 3. de prad. c. 18. Phraſes ſcripturæ.
b Pſ. 11. 4. & 5.
c 1. Reg. 2. 1. Eſa. 57 4.
d Abdiæ ver. 12.
e verſ. 17.
f verſ. 10. De Juda locus Pſal. 40. Quorumdã ſententia, de pane conſecrato à Juda prodi. tore delato.

g 3. offic. c. ult.
h 3. de prad. c. 18.

g Epiſt. 135. Probroſa Judas apud Judæos locutus.
b in c. 26. Matth. 26 15. Locus Matthæi expoſitus, Loci adaptatio.
Chriſti modeſtia notata.
d Luc. 12. 48
e c. 3. 1. & ſeq.
f Luc. 19. 41. 42. Infidelium & malorum Chriſtianorum terror, exemplo Judæ.
g Sueton. in Cæſa. c 81.
h Plut. in Cic.
i Jer. 12. 15.
k Cant. 1. 6.
l Serm. 29. in Cant.
m 1. Mach. 7. 22. Cæſaris ad Brutum interfectorem verborum interpretatio.
n Eſa. 66. 5.
e de fide cont. Arian.
p lib. contra illum.
q in Satyr. Annas, Caiphas, Judas, filii matrem impugnantes.
Sub obtentu fidei fidem violare quam grave Conſtantius Imp. ut Nerone, Decio, Maximiano pejor vocatus. Qui ignoros lædit, latro. qui amicos, paullo minus quam patricida.
r 2. Antiol. c. 15.
Hom. 21. in Ep. ad Hebr.
t Pſ. 105. 10. Luc. 17. 6. 27 Inimici & odio habentis diſtinctio.
u 19 de civit. c. 5.
x Luc. 6. 27. Lucæ loci interpret.
y Rom. 12. 20.

De voculis ἄν, forſitan, fortè, τάχα, expentio.
i tract. 37. in Ioan
K Joan. 8. 19. 1 c. 14. 9.

m 2. de pœn. c. 5. Reprehenſio eorum, qui dicunt, Deum ignorare quid eſſet futurum.

n in c. 2. Ioel. num. 22. & ſeqq.
o Hom. 9. in Ezech.
p Ioan. c 4. 10.
q c. 5. 46.
r c. 8. 19.
ſ Matth. 11. 23.
t verſ. 21.

Forſitan pro revera.

u Epiſt. 48.

habeam loco ducis mei, &c. hæc omnia valet nomen Hebr. cum lit. servili, & affixo כערכי *chebherchi* à ערך *bherech*, & à verbo ערך *bharach*, *ordinare, ordine disponere, æstimare, æquiparare*. Qui autem est *ἰσόψυχον*, & unanimis alicui, ei in illo æqualis est, atq; ab ipso æstimatur in ea re, quæ plurimi refert. In Deuteron. *a, amicus, quem quis diligit, ut animam*, vocatur Græcè *ἴσος τῇ ψυχῇ, æqualis anima*. Hebr. כנפשׁ *chenephes, sicut anima*. Symmachus vertit *ἀνθρώπου ὁμοτρόπου, sed tu homo eorumdem morum*. Apollinar. *opportuni sententiæ mentisq;* Paraphrastes Chald. nominans Achitophel, sic exponit, *& tu Achitophel, homo similis mihi*. דרמילי *dedamelli*. Achitophelis certè consilium tanti faciebat David, ut quum ille ad Absalonem defeciſſet, nil veretur magis *b*, quia *consilium quod dabat, quasi si quis consuleret Deum, & quum esset cum David, & quum esset eum Absalom* c, eratque prius *consiliarius David* d; quum autem cognominetur *Gelonites* e; à Gelo civitate in sorte Juda *f*, contribulis David fuisse videtur. Deficiendi autem à Davide causa credimus quòd filii ejus Eliam *g*, filia erat Bethsabee *h*, voluit; vindicare injuriam neptis violatæ, & Generi occisi. Inter alia verò pernicioſa consilia, illud dedit, quo simili injuria compensaretur ea, quam neptis acceperat, Generique, *ut ingrederetur Absalon ad concubinas patris sui in solario* i, unde scilicet David prospiciens exarserat in concupiscentiam Bethsabeæ *k*.

Lyranus per *hominem* intelligit populum Ceilanum, qui declaraverat se Davidis amicum, & confœderatum. Cajetan. legens, *& tu homo sicut æstimatio mea*, affirmat esse Saulem, qui Davidem, postquam Philisthæos percusserat, in pretio habuit, præposuit militibus, generum fecit, ipse verò Saulem habebat, ac nominabat Ducem, & Regem suum notitia domestica, cum quo dulcia colloquia, & consilia communicaret; illeq; vicissim cum ipso: præterea quem prodeuntem in publicum honoris causa comitaretur, tùm præsertim, quum celebrior conventus fieret, ac festivior in domum Dei; & tabernaculum: ita ut odii simultatisq; origo non ex se nata, sed ex ipsomet Saule fuerit, nec eum vitare, eique resistere potuerit, sicut præcedenti membro significari vult idem Cajetanus. Hæc postrema expositio durior est, quia constat, in potestatem Davidis non semel, Saulem venisse. Deinde, quia non ita commodè aptari ad Judam proditorem potest, de quo passim alii, quum ejus respectu Christus erat sicut Rex Saul, secundùm dignitatem. Treveti editionem sequentis Hieronymianam, interpretatio de Jonatha est, hoc modo: Vult, inquit ille, quantum equidem obscurius loquentem assequi queo, David ostendere, Ceilanos proditores, exculationem non mereri, quia non inimicus ullus ex ipsis exprobravit sibi, hoc est, objicere potuit, quod esset in culpa, meritoque tradendus Sauli, ut sustineret, id est, ut conscius culpæ istius, patienter ferret se tradi; præterea non is qui oderat, super eum magnificatur erat, ideſt, non erat apud Saulem tanto in pretio, ut illum is magnificaret, aut Davidi præferret, secundùm auctoritatem, & potestatem, & in regno successorem habere vellet, ita ut ad gratificandum Sauli, & ad sibimet etiam consulendum, referret prodere illum Sauli, ipse autem David talem vitare posset, seseq; ab eo abscondere. Nihil tale fuit, quo excusari proditio valeat. Sed tu ò Jonatha (per apostrophen, inducit ei loquentem Davidem Trevetus) fili Saul, videlicet indicasti odium patris tui, quum effugi Ceilanos, venique in desertum Ziph *l*: tu inquam dux meus, & notus meus, quo scilicet duce, & indice, propter adeo arctam inter nos benevolentium, toties didici patris tui insidias, & fugi *m*: cum quo tam dulciter inito fœdere communicavi arcana cordis consilia, ipseque mecum vicissim, cui me comitem libentissimè jungebam in domo Dei, h. e. in terra Israel, & in Jerusalem, & in celebratione sacrorum, unde nunc exulo: quo cum denique inambulabam frequenter, cum terrore fremituve propter patris tui persecutionem, violentis & conantis me interficere. Placuit singularem istam & fortasis adhuc inauditam recitare sententiam, ex manuscripto, quia non caret acumine. Verùm litteraliter agendo, præfero illos qui quempiam notari volunt absque nomine, qui quum David esset intra Ceilam, auctor fuerit eum prodendi: aut populum totum ejusdem urbis: aut postremo Achitophelem.

Achitophelis consilia quanti ponderis, & quanti faceret David.

Achitophelis à Davide deficiendi causa credita.

Expositio durior.

Varia adaptationes & interpretationes de Jonatha.

Litteralis expositio.

Non dubito tamen, quin primus modus melior sit, nam Achitophel non pertinet ad Ceilanos; nec ita bene de populo integro, ut de quopiam singulari homine dicuntur numero unius, quæ hic habentur: de Jonatha non video quorsum nunc mentio fieret, quum tota versari oratio in eo videatur, ut reprehendat ac invehatur in proditores, unumq; proditionis præcipuum auctorem.

Improbata expositio de Jonatha.

Quod attinet ad Judam proditorem, cujus negare non debemus typum, quisquis sit, de quo sermo ad litteram habeatur, & omissa interim allegoria de populo Judæo, & synagoga refutata, ut Remigius explicat, Bruno Carthusianus: item de apologia de quovis, qui deficiat à DEO, ut declarat Beda, Judam inquam Ruffinus *hominem* vocari docet, secundùm carnalitatem, *unanimem* per simulationem: *ducem* per prædicationem: *notum* per fidem: *simul fuisse* per conversationem: *dulces cepisse cibos* tàm corporales, quàm spirituales. Hilarius & Cassiodorus ajunt dici *unanimem*, quia Apostolus: *ducem*, quia missus ad vicos & castella, ut prædicando futuri, regni, & princeps esset (adde, quia mittebat Christus discipulos ante se in locum quò erat ipse venturus:) *notum* Hilarius, quoniam noviſſet Judas familiariter, quæ docebantur, & fiebant à Christo: Cassiodorus, quia proditio Judæ multo antè nota Christo: *dulces capientem cibos* Hilarius, quoniam eodem convivio usus, & interfuerat, quum vel aqua in vinum mutata, vel multiplicati panes. Cassiodorus etiam, quia ei dogmatici sunt oblati cibi, & spirituales: *ambulantem in domo Dei cum consensu*, frequentando templum: Haimo *unanimem* simulatè dici vult: *ducem* præmissum, cum aliis discipulis, ad parendum hospitium: *notum* secundùm conversationem: *dulces capientem cibos*; qui deberens dulcem consiliare amicitiam, vel doctrinam spiritualem, quæ dulcis esse debuisset, & à traditione removere: *ambulantem in domo Dei cum consensu*, quando contradicentibus Christo Pharisæi in templo, ipse ille consentiebat. Euthymius, ac Nicephorus ajunt *unanimem* appellari, quia erat amicus; *ducem*, quia cum aliis Apostolis ducem fidelibus constituerat: *notum*, quia familiarissimus erat: *dulces cibos capientem*, quos ipsemet dulcoraret, quoniam præparabat tamquam minister sensibiles, ac externos: spirituales, ut Apostolus, & prædicator: *ambulantem in domo Dei*, ascendendo in templum, quia numquam eum divelli patiebatur à latere suo suo. Euseb. *n* scribit, conferens hunc locum, cum alio ex Psal. 40. 9, eadem hìc repeti, quæ ibi sunt dicta, *etenim homo pacis meæ, in quo speravi, qui edebat panes meos, magnificavit super me supplantationem*. Ambrosius *p* ponderans valde hunc locum, notat quòd ad acervandam peccati invidiam non dixit Christus, tu verò servus meus, Apostolus meus, sed *unanimis meus*, h. e. non meus, sed etiam tuus proditor es, qui unanimem prodidisti: Perpende etiam patheticam reticentiam: *tu vero*, &c. nullo expresso verbo, quo aliquid enuntietur, de eo qui describitur. Supplent *ἀπὸ τοῦ κοινοῦ*. Euthym. & Nicephorus: *tu verò cur malè exisli*, vel *exprobravi mihi? λοιπὸν*, ait Niceph. *ἵνα τί ὠνείδισας ἢ ἐπετίμησας ἑαυτῷ*. Origenes *q*, ex his omnibus ut de proditore Juda intelligantur, atque ex Psal. 40. 10. colligit, bonum fuisse aliquando, & amicum Christi, & corruisse quum Sanctus esset, & eò usque etiam amando pervenisse, ut deesset Jesu *unanimis*: errare autem illos qui asserunt, natura salutis incapacem fuisse. Augustf. infert nobis inter fallos fratres agendum quamdiu vivimus, *sicut est* modo *lilium inter spinas, amicaq;* sive proxima, *inter filias* t, & sunt grana inter paleam *u*, & *oderunt nos fratres* x Hugo in octo verbis, quæ continentur v. 14. & 15. observat totidem partes ingratitudinis, inhumanitatem, inimicitiam, scandalum, proditionem, consiliorum revelationem, inhospitalitatem, deviationem, contradictionem. Præmanibus auctor est, hæc fusè tractans velut monstra pestesque vitæ religiosæ.

Ad Judam proditorem adaptatio

Dux meus.) Campensis *commilitonem* interpretatur: Symmachus, *συνήθη, familiarem*. Paraphrastes, *præceptorem*, à quo se David dicat edoctum, & Achitophelem intelligit, cujus nempe, ut antea dixi, consilio plurimum deferebat, seque regi finebat. Lyranus explanat de populo Ceilano, quia per nuntium adduxerant David ad defensionem suæ civitatis. Monui quoq; de Saule, aut Jonatha, quo pacto posset accipi. De uno etiam aliquo ex populo Ceilano dicere hoc posset David, quia illum

a c. 13. 6.

Achitophelis consilia quanti ponderis, & quanti faceret David.
b 2. Reg. 15. 31. 34.
c c. 16. 23.
d 1. Par. 27. 33.
e 2. Reg. 23. 34.
f Josue 15. 2.
g 2. Reg. 23. 34.
h c. 11. 3.
Achitophelis à Davide deficiendi causa credita.
i c. 16. 21. 22.
k c. 12. 8.

Expositio durior.
Varia adaptationes & interpretationes de Jonatha.

l 1 Reg. 23.
m c. 29. 20.

Litteralis expositio.

n lib. de decem. cap. 2. & vers. 10.
p c. 3. offic. c. ult. Pondus verborum hujus loci.
q tom. 32. in Ioan.
r vers. 10. s in Psal. 99. & lib. contra Donat. post. collat. c. 55. Qui velint bonum alicui quando fuisse Judam, & amicum Christi, & corruisse quum sanctus esset; errare qui asserant naturam salutis incapacem.
t Cant. 2. 2.
u Hugo observatio.
x Matt. 5. 11. & Esa. 66. 5.

illum vel ſui militibus præfeciſſet, vel ejus ductu atque A conſilio multa facere [illeret: vel ſi placet *præceptoris magiſtrive* vox (nam אלוף *alluph dux* eſt, *ductor, doctor, rector, magiſter præcipuus* etiam *amicus*: *ex quo quis pendet, ex ejuſque conſilio, & auctoritate velut præeuntis*,) eum inter præcipuos cenſeret, ac ſibi maximè obſtrictos, quemque deceret magis exemplo bono aliis præire, non autem proditionem machinari. Judas etiam præter ea quæ priùs annotavi, dux erat Chriſti, quia unus de ducibus, & principibus conſtituitus à Chriſto *ſuper omnem terram* a, ut Græci docent, & præter enarratores hujus loci explanantes Eſajæ *b* verba, *& ipſe ſuper duces ſtabit*, Hieronymus, ac Procopius. Non aſſentior Theodoreto, & Baſilio (ſi tamen duo ſunt, & non unicus auctor) non poſſe ullo modo congruere David hunc locum, quia nomo minor amicorum ejus ipſum prodidit, dum fugeret Saulem: Deog enim & Ziphæi non erant ex legitimis amicis ipſius. Nam, ut omittam ſententiam de Achitophele, aut populus Ceilanenſis, aut inſignis aliquis alius antea Davidis amicus innuitur.

a *Pſ.* 44. 17.
b *c.* 32. 8.
A Theodoreto & Baſilio diſſenſus auctoris

Et notus meus.) Προγνωστέ μοι, habet Symmachus in recto, abſque pronomine γνώιμος. Genebrardus ait in Hebræo מידעי *mejuddahi*, alluſionem eſse ad nomen prodiroris Judę. In ſono nonnulla eſt; in re vix ulla, quum Hebraicè vocetur יהודה *Jehudah*, à יהד *jadah*, non à B ידע *jadahh*. Paraphraſtes ad Architophelem referens, activè vertit, *notam reddis mihi ſapientiam*: quaſi legerit benoni, ſeu participium activum in Piel cum affixo מידעי *mejaddehhai*, & tamen in Job *noti mei* vocantur מידעי *mejuddahhai*. Latinè, *qui me noverant*, nimirum activè, non paſſivè.

Qui ſimul mecum dulces capiebas cibos.) Hieron. *qui ſimul habuimus dulce ſecretum*, cui ſimilis interpretatio Aquilæ, *ὃ ὁμοῦ ἡγλυκάλαμεν ἀπορρήτου*, *qui ſimul dulce fecimus, aut habuimus*, ac ut ita dicam *dulcoravimus ſecretum*. Symmachus, *ὅτινες ἐκοινολογούμεθα γλυκάσαι ὁμιλίαν*, *qui communicabamus*, vel *communicando reddebamus dulcem collocutionem, conſuetudinemve*. Particeps conſiliorum Chriſti Judas erat cum ceteris, quos ille ideo amicos eſse aſſerebat, *quia quacumque audiſſet à Patre, nota faceret eis* c, & *dediſſet noſſe myſterium* (arcanum) d *regni*. In editione LXX. correcta, omiſſo pronomine *μοι*, quod haben alii codices, ac enarratores Græci; & Euſebius e, ita legimus, *ὃς ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἡγλύκα- C νας δὲ σματα*, *qui ſimul*, aut, *in idipſum dulces capiebas*, vel *faciebas cibos*. Sed aliquando Ambroſius *f* legit, *ſimul*, interdum *g*, *ſemper*: quod non recordor ſignificare παπ᾽ τὸ αὐτὸ, vel יחדו *jachdau*, quæ propriè ſignificant, *in unum, eodem, in iuem*: *in eumdem locum, pariter, ſimul una*. Et vim tamen Ambroſius facit in illo temporis adverbio Latino, ſicut & in Epitheto *dulces*: ut probet per *cibos dulces* intelligi verba vitæ, quia materiales edere non ſemper quis poteſt, ſed verbo Dei poſſumus inhærere, & noctibus & diebus; ſi *in lege DEI die & nocte meditemur* h, & hujuſmodi cibos nulla amaritudo corrumpit, nulla mortis corruptèla contaminat, quum illi alii corrumpantur.

c Ioan. 15. 15.
d Marc. 4. 11 & 10. *de demonſt. c.* 2. f 3. *eſſic. c. ult.*
g in Pſ. 40. 1
h Pſ. 1. 2.

Arbitror ad litteram cibos externos intelligi, & ad Judam applicando, etiam ſpirituales panemq; Euchariſticum, ut Pſal. 40. *i* docuimus, & hoc loco Arnobius appellat *menſam myſterii*. Nec obſtaret adverbium, *ſemper*, interpretando de cibis materialib. & de ſpiritualib. quod enim quotidie fit, ac ſtatis horis, *fieri ſemper* dici poſſe D demonſtravimus pſal. primo *k*, & *perpetuus convivæ* vocatur, qui quando convivii tempus eſt, cum quopiam ſemper convivatur. Quòd ſi τὰ ἡγλύκανας interpreteris, *dulces reddebas cibos*, poteris de Juda peculiariter intelligere, quatenus loculos habens, comparendi quoq; cibos habebat curam. Hebr. nomen סוד *ſod*, ſignif. *ſecretum*, & *conſilium*, ac nonnumquam *conſilium, cœtum, congregationem* l, ſed ſuſpicatur Genebrardus hìc eſſo ſynæreſin ex סעוד *ſeod*, ſolereq; Chald. & Syros litteras gutturales abſorbere, ac ſi vocales eſſent. At hoc aliud nomen nullibi reperias in divinis litteris, & סעורה *ſehhudah* Rabinicum eſt à סער *ſahhad*, verbo S. ſcripturis uſitato pro *prandere* m, quia hoc eſt vitam ſuſtentare, & confortare, quod primariò valet id verbum, unde *panis cor hominis confirmat* n, יסער *iiſdad*, *firmabit*. Probabilis tamen conjectura. Facilior videtur alia Riccardi Cenomani pro סוד *ſod*, lectum à LXX. סוף *ſoch*, quod *unctionem* ſignificat, quæ accipitur pro refectione, & pulmento. Verùm nec extat in Bibliis tale nomen, ſed geminatum סובב *ſochebo*: nec hoc quidem eo modo exponitur, quo Riccardus vult, niſi à Rabbinis, nec probari poteſt, loci, *olei unguentive* nomine refectionem & pulmentum ſignificari. Præſtat dicere attendiſſe ſenſum LXX. quia quibus communicamus arcana noſtra ſolemus familiariùs adhibere ad menſam noſtram. Nam quod Genebrardus affert de aphæreſi, valde incertum eſt, atque licèt in pronuntiando litteræ abſorbeantur, in ſcribendo etiam abſorberi, niſi gravis admodum cogat ratio, affirmare non debemus. Neſcio, Apollinarius cur convivium expoſuerit dicere Davidem celebraſſe ſe apud alium,

i *verſ.* 10.
k *verſ.* 2.
l *Pſ.* 110. 1. *Pſ.* 63. 3.
m *Iud.* 19. 5. *3. Reg.* 13. 7 *Gen.* 18. 5.
n *Pſ.* 103.

o *Ezech.* 18. 24.

οὐκ ἄμφω θαλίης παρὰ σοὶ πασάμεθα πελικρῆς;
Non ambo convivium apud te guſtabamus dulce.

Et non potiùs quòd alium ipſe excepiſſet, utrumque potuit eſſe: & Hebr. non eſt *mecum*: nec *μοὶ* in emendatis Græcis codicibus. Ceterum ſcripturæ phraſi ſicut *comedere panem cum aliquo*, eſt familiariter agere *p*, ita & *capere cibum*: unde conſequens fit, quod jam dicebam, ut ſit etiam particeps conſiliorum, quæ ſub menſam ſæpe prodi ſolent *q*. Chriſtus nulla majora revelavit ſecreta, quàm in cœna, vel ſtatim poſt cœnam *r*, & arcanas parabolas non paucas indidem, ac ex nuptiali convivo duxit / promiſitq; *menſam ſuam in regno ſuo* t. E contrario proditiones ac interfectiones etiam per ſpeciem, ac prætextu conviviorum, nonnullæ memorantur, qualis Abſalon interficientis Amnon fratrem *u*, & Herodis, occaſionem ſaltem inde oblatam obtruncandi Joannem arripientis *x*. Quamvis, ut monet Ambroſius *y*, hoſtes plerumque, latrones etiam, parcant iis cum quibus recordentur ſe iniiſſe convivium; & feræ ipſæ pabulorum ſocietate miteſcunt: & *vir iniquitatis*, ait Caſſiodorus, *ſolet comeſsationibus miteſcere*.

p *Dan.* 1. 8. *Luc.* 14. 1. & 15.
q *Prov.* 31. 4
r *Ioan.* 13. & *ſeq. cap.*
ſ *Luc.* 14. 7. *& ſeq.* 16. *& ſeq.*
Prætextu convivtorſi proditiones & interfectiones.
t *Luc.* 22. 30.
u 2. *Reg.* 13. 25. *& ſeq.*
x *Matt.* 14. 1. *& ſeq.*
y in *Pſ.* 40. Latrones etiam, conviviorum ſocietate, & feras, pabulorum, miteſcere.

Proverbium agnoſcit Genebrardus. Tale de modiis ſalis ad firmandam amicitiam edendis: tale, de non frangendo panem, i.e. non diſſolvenda amicitia: tale de illo qui talem ac menſam ſit prætergreſſus, h. e. violaverit amicitiam: talis ritus Macedonum, libando panem gladio diviſum. Legatur Delrius noſter in ſacris Adagiis.

In domo Dei ambulavimus cum conſenſu.] Hieron. *in templo*. Paraphraſtes exprimit *domum ſanctuarii Domini*: & eò cum feſtinatione ambulaſſe כמרהוביא *beſirhuvaja*. Hebræam vocem cum ſervili כרגש *beregues*, alii vertunt *in ſtrepitu*: vel *in cœtu, turba comitatu magno, & congregatione. catervatim, ſimul, conjuctim*: vel *cum exultatione*, qualis videlicet editur in celebritate feſtiva. Sic videlicet diceret, quòd unà tendebant in domum Domini, ſive in Silo, ſive in Gabaa feſtos dies agitantes, aut ad ſacrificia lectioneſque & diſputationes ſacras, comitati, ac deducti, honoris cauſa, quod ſine ſtrepitu non fit, ac turba; ita ut ipſe illum lateri adhærentem haberet, tamquam quo z, quum ejus honoris partem maximam communicaret. Quod quo pacto debeat intelligi, ſive de aliis ad litteram, ſive de Juda, dictum ſatis antea eſt. Eſt רגש *ragas*, *tumultuari, congregare, coitionem facere*, quod Pſ. 2. *a* exponitur *fremendi* verbo. Inde eſt רגש *regues*. & illi ſimile רגשת *rigſciah*, quod redditur *multitudo* b. Verùm iſta non ſignificat *ἐνὸ μοῒ α*, ſed *in eadem mente, unanimiter, concorditer in con- D ſenſu*, ſive *cum conſenſu*, & *concordia*, niſi dicas denotari plurium magnæque etiam turbæ unanimem concurſum, & conventum, ut quoties celebraretur, ipſique intereſſet, adjungeret, & aſſociaret illum ſibi: & ad hunc ſenſum reſpexiſſe LXX. *Domum Dei* maximè intelligo ubi tabernaculum erat, & ſolemnia fiebant ſacrificia, & divinæ laudes ritè celebrabantur, & de divinis quoq; rebus tractatus habebantur. Lyranus monet non debere accipi hoc loco *domum DEI* pro templo, quod erat in Jeruſalem, ad quod David tunc non audebat aſcendere, ſed pro ſchola, quæ habebatur in qualibet civitate Judæorum, non ad ſacrificandum, quia hoc ſolùm licebat in Jeruſalem, ſed ad audiendam legem, & adorandum ibi peculiariter Deum. Atqui tempore Davidis, de quo loquitur Lyranus, h. e. quando David fugiebat Saulem, nec erat in Jeruſalem templum, nec arca, tabernaculumque. Ergo intelligi David non ſolùm non debet, ſed nec poteſt de dicto templo: non etiam de ſchola illa ſive ſynagoga neceſſa-

z *Tom.* 2. *adag.* 68.
a *verſ.* 1.
b *Pſ.* 63. 3.

Domus Dei quid hìc.

Lyrani interpretatio.

cessatiò intelligendus est, quia loqui potest de tempore, quo, quum non fugeret, licebat ei frequentare illum locum ubi arca erat in Silo, vel Gabaa. Quòd si placet quoque tempus comprehendere, quo agebat in Ceilam, dabimus Lirano ibidem fuisse scholam quam vult: non tamen rectè tunc exponet per *hominem una nimem, ducem, notum*, &c. populum universum, quoniam juxta vim vocabuli Hebræi, ineptè diceret alloquens populum, *ambulavimus in domo Dei*, cum turba, cœtu, congregatione, societate, &c. quum populus nihil aliud sit, nisi turba ipsa, cœtus, congregatio societas, &c. Denique puto, *ambulare in domo Dei cum consensu*, denotare quicquid spectat ad cultum Dei, & ad sacra, quibus de rebus, ac non solùm de politicis, quas præcedentia designant verba, tractare se solitum affirmet David, cum suo illo intimo amico, & non præcisè solumque tendere in domum Dei, quod etiam dicendum potiùs esset in accusandi casu indicante modum ad locum. *Ambulare* verò etiam usurpari pro morali agendi ratione, notum satis, & *u*, alibi docuisse memini, nec enim decet in ipsomet templo ambulare, quod etiam cavit Tridentinum Concilium *b*, & his similia multo ante Lugdunense *c*.

Ambulare in domo Dei cum consensu, quid hìc Vocis *ambulare* usurpatio. a *Act.* 9. 31. In templis ambulatio prohibita. b *Sess.* 22. *de reformat. c.* 6. *docet, de anno Eccl. n.* 6.

Vers. 16.) Veniat mors super illos, & descendant in infernum viventes.

Quoniam nequitiæ in habitaculis eorum, in medio eorum.

COnvertit sermonem nunc ad plures, nempe ad omnes proditores, ac persecutores suos, sive Ceilanos, quod malo, sive alios, imprecans repentinam & improvisam mortem, atque ut ad similitudinem Dathan & Abiron, qui conspiraverant contra Mosen & Aaron *d*, vivi humo absorpti descendant in infernum; quoniam nefarii homines nihil aliud cogitent domi, nihil agitent in conventibus & congressibus aliud, quàm nequissima perniciosissimaque consilia, nihil in mediis cordibus, & mentibus aliud versent, quàm quo pacto nocere aliis queant. Absalon *e*, & Architophel *f*, infeliciter perierunt. Judas *g*, etiam & Judæi debellati à Romanis *h*, & ante illos Annas, & Caiphas Pontifices *i*, & multi postea persecutores Ecclesiæ. Mysticè in bonam partem aliqui hoc interpretantur, ut postea videbimus; & litterali sensu aliter quoque.

Sensus loci.

d Num. 16. 33.

e 2. Reg. 18. 10.

f c. 17. 23.

g Matt. 27. 4 Act 1. c. 8.

h *Ioseph. de bello Iudaic. Hegesipp. & alii.*

i Mystica interpretatio. *Dionys. Eccl.*

Veniat mors super illos.) Caldaicè, *reos peraget eos judicium mortis, & malum Doeg, & Achitophel sententiam feret adversus ipsos*, quamvis Nebiensis omittat *Achitophel*, & sequentia verba. Alii, *exigat debitum mors ab eis*, seu *exactricem constituat* (*Deus*) *mortem adversus illos*: vel, *condemnet illos mors*: vel, *irruat mors super illos*: vel, *inferet* (*Deus*) *mortem de improviso illis*: vel, *irritet*, seu, *instiget*, ac *necessitet* (*Deus*) *mortem super illos*; Aut passivè, *necessitetur*, &c. vel, *instiget*, seu *instigetur mors*, &c. vel, *oblivionem inducat illis mors*, seu *Deus mortis oblivione mortis inducat illis*: vel, *mors decipiat illos*: vel, *irrue mors, instiga, exige*, &c. Hoc ultimum, quod est Campensis, non congruit Hebræo verbo futuri temporis יָשִׁי *jassi*. Multiplicem verò illam notionem, quam attigimus, habet verbum נָשָׁא *nasa*, & adhuc plures: & שָׁא *nasciah* per *ho*, & cum geminata littera נָשַׁשׁ *nascias* significat *fœnerari, oblivisci, obligari, exigere, irruere, gravere, decipere*, &c. Thema hoc loco videtur esse נָשַׁשׁ *nasab* in hiphil, ita ut legi debeat יָשַׁשׁ *jasseb*, non יָשִׁי *jassi*, sicut etiam indicat nota Hebræa, quæ, ut loquuntur Rabini, dicitur Kerivechetiu, quum aliter legendum est, quàm scribatur.

Notæ Hebræorum.

Juxta dictas acceptiones esset sensus imprecationis maximè triplex; primò, ut mors, tamquam creditor durus & inexorabilis repetat, aut eam Deus immittat ad repetendum ab illis animam, quemadmodum etiam apud Lucam *k* habetur, quam veluti oppigneraverunt propter voluptatem, ex iniquitatibus, usuris, dolis, quorum prius facta mentio est: secundò, ut occupet illos ex improviso mors veniens, vel immissa à DEO, sui oblivionem inducendo, ita ut mortis obliti, ex improviso, dumque minùs, cogitant, moriantur: Tertiò, ut sic etiam illos decipiat mors, adoriens veluti clam & ex insidiis, ac fraudelentè, ut non advertant. Possunt hæc omnia comprehendi verbis editionis nostræ

Sensus loci triplex.

k c. 12. 20.

A veniat mors super illos ἐλθέτω δὴ θάνατος ἐπ' αὐτούς: quamvis δὴ omittant emendati codices, quæ est expletiva vox, aut significat *jam*. Imprecationes à sanctis viris, quo pacto usurpentur, docui aliquoties. August. *l*, assignat quoq; causam, ut per vindictæ occasionem prædestinati, convertantur de bono ad melius; vel ut reprobi moriendo peccare desistant, & minorem in inferno pœnam sustineant. Accedit, ne bonis impedito & nocumento sint. Beda cæcitatem mentis accepit per *mortem*, ut per *infernum* vitiorum profundum. Tandem sub imprecationis externa forma, præditio potiùs continetur nonnumquam. Cassiodorus, Bruno Herbipol. Haimo, Afiguanus, alii, putant optari verbis his emendationem magis, quàm consumtionem & mortem, qui sit prioris malæ vitæ finis atque conversionis; *descensum in infernum esse*, quum quis cogitationes suas expavescit, & ad melioris institutionis tramitem transfertur, attendens pœnas infernales, aut etiam quum cogitat de morte.

Imprecationes à sanctis viris ut usurpentur. Variæ expositiones. l *Ser.* 11. *de sanct. aut.* 73. *in append.* Variæ expositiones.

B Quod attinet ad litteralem sensum de reali morte corporis, observat Bruno Chartusianus, *mortem* dici *super aliquem venire*, quum simul æternam subit; perinde ac si adeò gravi deprimat, pondere, ut evadere, ac surgere non liceat. Confirmat Hugo testimonio proverbiorum *m*; *repentinus eis superveniet interitus, & eum sanitas non sequetur*, præterea Job *n*, *consumat brachia illius primogenita mors, calcet super eum quasi Rex, interitus*. Subdit subesse justis mortem; & *precipitari à Deo in sempiternum* *o*, de quo loco antea egimus conferentes cum Paulo *p*, *absorptam* vocante *mortem*: adjice dicta Psal. 48. *q mors depascet eos*, quasi sub se tamquam pastore, atque sub dominio suo.

Litteralis sensus.

Mors ut dicatur *super aliquem venire*.

m c. 29. 1.
n c. 18. 13. 14.
o *Esa.* 25. 8.
p 1. *Cor.* 15. 54
q *vers.* 15.

Et descendant in infernum viventes.) Conveniunt omnes alludi ad Dathan & Abiron absorptos terra propter schisma conjurationemq; contra Mosem & Aaron, quos ait scriptura *r*, *descendisse viventes in infernum, dirupta terra sub pedibus, aperiente os, devorante illos cum tabernaculis, & universa substantia*, operiente iterum eosdem eadem terra. Ubi ridiculi sunt Hebræi, fingendo creatum à Deo verum os terræ, cum novem aliis rebus ipso vespere sabbati, quo quievit ab aliis operibus creationis, videlicet cum ore putei, ore asinæ Balaam, iride, ariete, qui pro Isaac immolatus est, virga Mosis, manna, dæmonibus, qui apparent hominibus, forcipibus, ut priore fuerint, quàm martellus, sive malleus: addebant aliqui decalogum scriptum in igne nigro & albo. Recitat hanc insaniam Abulensis *s*, Idem porro auctor *t*, quod attinet ad interitum animarum, i. e. ad damnationem, seu pœnas æternas, in medio relinquit, quia fieri possit, ut in ipso descensu quum adhuc viverent, pœnituerit illos: *descendisse* autem *viventes in infernum* interpretatur de inferiori parte terræ, quæ hiatu suo absorbuit illos, non de loco ipso planè subterraneo, in quo suat animæ damnatorum, quia non potuissent eò usq; descendere salva vitâ; vel, certè simul illuc perveniissent, mortui essent ignis efficacia magna: neque vivos ullos credi debet cum corporibus ante generalem resurrectionem in inferno esse, quum nemo ante id tempus immortalitatem, consequatur, sed sint omnes mortui tunc resurrecturi, & quod ad istos spectat, non videtur quare potiùs hoc asseratur de ipsis, quum inde majus tormentum illos pati sequeretur, quàm alios, quorum tamen aliqui deteriores fuerunt: denique docet, Hebræam vocem quæ nempe est שְׁאוֹל *scool*, non solùm locum damnatorum significare, sed *sepulchrum* etiam, & quemlibet *defossum locum*. Videntur probabilia omnia & consentanea Lyrano *u*, & Augustino *x*, qui hunc ipsum aerem caliginosum ait comparatione cœlorum, ubi sunt Angeli, uici carcerem inferi dæmonum, à Petro *y*. Consentit Hugo Carthusianus, Cajetanus, Oleaster aliique, *vivos descendisse in infernum*, quia viventes adhuc sepulti sunt, non ut solent alii postquam sunt mortui. Addit Oleaster, *in infernum* etiam damnatorum *descendisse*, damnatos nempe arbitrans fuisse, quia, ut ego interpretor, visi sunt illuc rectà tetendisse dehiscente terra, quum solæ animæ ibi conditę fuerint, corpora remanserint supra eum locum, sed infra hunc nostrum satis profundè. Fateor argumentum Abulensis ex generali resurrectione, non concludere, quia sic non modo corpora sanctorum, quos eduxit Christus de limbo, non ascendissent in cœlum cum ipso, quod est tamen satis credibile, ut *z*, alibi docui, sed nec

Argument. Abulens. ex generali resurrectione non concludens.

r Num. 16. 30. 31. 32. 33. *Deut.* 11. 6. *Ps.* 105. 17. 18.

Ridicula Hebræorum fictio.

s Num. 22. 10.

t *ibid. c.* 16. *q.* 21.

De interitu seu damnatione animarum: de descensu viventium in infernum Abulensis sententia.

u *ibid.*

x *ibid. q.* 29. Carcer inferi dæmonum.

y 1. *Epist.* 3. 19.

z *Actum* 1.

Dei-

Præter Curtii & Deiparæ, aliorum nonnullorum corpora in cœlo esse erudita.

De ascensu Eliæ & Enoch, in cœlum.

a *Hier. 9. Amos* adv. b *c. 14. 14.* c *1. Cor. 15. 54.* d *c. 2 14* Ante Christi mortem idem erat mori & descendere ad Inferos

Distinctio inter *mortem* & infernum.

e *in c. 13. Ose. & in c. 4. Ep. ad Ephes.* f *c. 21, 13.* g *c. 1. 12. Mortem venire super aliquos, & descendere in infernum viventes*, sensu mystico ut exponat Augustinus & alii.

Martyrum aliquot mortis genus.

h *Gen. 37. 20* i *Martyr. 28. April. klib. 25. Oct. l. 8. decad. 1 1. decad. 1. & l. 2. decad. 3. m lib. 4. Ep. 3. in 11. n lib. 2. & 8. & 9.* o *in Num. & quæst. Rom. in 96. & in Fab. pin Dam. c 8 q 6. Fastor.* r *Satyr. 4.* s *de prodigiis* t *de sacerdo* u *lib. 17.*

Dæmones qui vi entes nominẽtur.

x *in Chron anno ab Abr. 1800.* y *in leg. 15. mann. n. 120. &* z *in Alex. l. 5. c. 12.* a *in Martyr. 25 Octob.*

Viventes in infernum descendere, qui item dicantur.

a *31. Synag. c. 26. l. 36. c. 7* De hæreticis explic. b *Statius.* c *in theatro vel. 2. lib. 7. pag. 514.* d *Apoc. 9. 6.* e *hic & ep. 4.* f *Hom. 54. Matth.* g *18. Moral. c. 7. vel 9. 3. & Past. c. 32*

Deiparæ: immò sicut jam in cœlo putantur præter ejusdem & Christi, aliorum præterea nonnullorum corpora esse, quædam item in cœlis collocare, non abhorret à ratione: & quemadmodum non sequitur majores meritis ac præmiis essentialibus esse, qui cum suis corporibus sunt in cœlo, quàm eos, qui non sunt, quales Apostoli, & alii sanctitate præstantes; sic non idcircò deteriores habendi, & majoribus affecti tormentis, qui nunc in inferno gestent corpora propria; sed illi accidentali præmio, hi supplicio affecti, quo ceteri vel beati, vel damnati careant. Possumus id confirmare ex ascensu in cœlum, qui Eliæ, & Enoch tribuitur, accipiendo pro superiore loco, & pro aere, ut inuit Hieronymus *a*, opponens illorum ascensum, istorum descensui. Sed & hoc verum est, quamvis dictum vocabulum Hebræum, hoc pro *sepulchro*, & pro *subterraneo loco* accipi possit, in quo cruciantur animæ damnatorum: nomen Græcum ἅδης quod hìc habetur, & alibi, ut eadem narratio est, *tormentorum locum* propriè tantùm significare, aut eum etiam, quo aliæ animæ reciperentur. Præterea sumitur, nomen *inferni*, & ἅδης aliquando pro morte, ut apud Oseam *b* quod Latinè legimus, *de manu mortis liberabo* Græcè dicitur nomine ἅδης, & Hebraicè שְׁאוֹל *sceol*, & apud Paulum *c*, *ubi est mors victoria tua?* Græcè ἅδης: & in actibus *d*: *solutis doloribus inferni*. Græcè θανάτου, *mortis*. Ratio autem est, quia ante Christi mortem idem erat mori, & descendere ad inferos, sive damnatorum locus is esset, sive purgandorum, sive morientium cum solo originali peccato, sive justorum purgatione non egentium. Alioquin neganda non est distinctio inter *mortem*, & *infernum*, ut propriè sumuntur, quam hoc ipso loco Hieronymus *e*, probat, & ex similibus. Postremò, *vivos descendere in infernum*, denotat subito & inopinatò, ad eum modum, quo Job scribit *f*: quoldam *in puncto ad inferna descendere*: & improbi in proverbiis *g*, *deglutiamus eum sicut infernus viventem*, *& integrum quasi descendentem in lacum*.

Ex his efficitur illa non sic inter se pugnare, quod *mors veniat super aliquos*, & quòd *descendant in infernum viventes*, ut propterea de diversis exponi debeant, idq; sensu mystico, quemadmodum Augustinus, Cassiodorus & alii præse ferunt: & Augustinus membrum primum vult alluſionem continere ad illos super quos in dicta seditione descendit ignis, erantque minores dignitate; secundum, ad seditionis auctores. Iidem satis aptè utrumque congruit, ita ut *mors venire*, ac *irruere* dicatur *super illos*, & simul *descendere in infernum viventes*, quia genus mortis fuit, absorberi à terra, cui similis injectio Josephi in cisternam *h*, quod mortis genus experti sunt etiam nonnulli martyres, ut Vitalis *i*, & Chrysanthus, ac Daria *k*: hoc ex Vestali Christiana: ritu Vestalium, via Salaria in campo scelerato; punita est, de quo ritu Livius *l*, Plinius Junior *m*, cum scholiaste Cataneo, Dionysius Halicarnas. *n*, Plutarchus *o*, Suetonius *p*, Ovidius *q*, Juvenalis *r*, Julius Obsequens *s*, Pomponius Lætus *t*, Festus *u*, Eusebius *x*, & quos post istos legi, Tiraquellus *y*, Baronius *z*, Petrus *a*. Gregorius. Profanis parcam exemplis non tantum Vestalium, de quibus dixi, sed etiam Amphiarai Thebani *b*, M. Curtii, *c*, sed aliorum præterea *c*; nec jam mortui descendisse postea viventes intelliguntur. Neque recurrendum ad Dæmones, quod Arnobius facit, qui *viventes* nominentur, quia natura immortales. Non etiam cum Hugone ad animas damnatorum, vel post resurrectionem ad corpora, quas ambas partes sua vellent illi perire, sed frustra *d*. Meminit Euthym. dæmonibus viventibus, ideſt, immortalibus, nonnullos interpretatos imprecari Davidem, ex quo insidiati sunt Christo, descensum ad infera terræ vilcera: priore membro mortem pœnarum, ac suppliciorum. Inter sensus mysticos locari hæc debent. Præterea mysticè *viventes in infernum descendant*. Augustino *e*, Bedæ, Cassiodoro, & aliis qui scientes peccant, ac in peccatorum decidunt profundum, quod Augustinus explicat optimè de sui temporis hæreticis, convenitque etiam non paucis, qui nostro vivunt. Auctor *f*, operis imperfecti, sic etiam *descendentes in infernum* accipit, qui opera faciunt infernalia, & jam veluti in carcere, & sub custodia sunt dæmonum. Explicat Gregorius *g*, Augustini sententiam, quia vivi sunt, qui sentiunt quæ erga illos fiunt, ut idcirco *viventes in infernum descendant*, qui scientes sentenAtesque peccant. Ita præterea Nicolaus *h*, Papa I. *viventes* intellexit, qui scientes peccent. Quarto, *viventes* H - go interpretatur, qui hic vivunt mundo & pecato, & idcircò merentur infernum. Idem quinto, qui dum vivunt, dant se cupiditati, quæ sicut *infernus numeum impletur* 1. Sexto, adhuc ex eodem in bonam partem, illi sunt, qui abdunt se claustro, ita ut *eorum vita sit abscondita cum Christo in Deo* K, & *mortui peccato, vivant Deo* l. Septimus Bernardi *m*, *descendere viventes in infernum*, qui ne descendant morientes, in cella præsertim dolores ejus revisunt, ut horreant, & refugiant: atque hoc hic imprecari, suis inimicis, quia vix, aut numquam aliquis à cella in infernum descendit. Hoc universis omnibus affert Haimo, ut ejusmodi meditatione à peccatis recedant. Ambrosius *n*, explicans, quid sibi velit comminatio illa, *morte o moriemini*, distinguenſq; quatuor quasi conjugationes, *vita vivere, morte mori, morti vivere, vitæ mori*, & communi usu loquendi, dici *vivere*, qui vivit, & morti vivit, *mori*, qui morti moritur, & vitæ moritur, docet, secundùm scripturas, *vita vivere*, significare admirabilem quamdam illam vitam beatamq; & hunc vivendi usum spirandique munus, cum beatæ vitæ, gratia veluti conjunctum, & quadam participatione permixtum, seu virtute vivere, beatæque vitæ actus habere in istius corporis vita: contra autem, *morte mori*, esse cum morte corporis, deformitatem habere morientis, cujus & caro communi vivendi munere defraudetur, & anima vitæ æternæ usum habere non possit. Addit, esse etiam qui *vita moriatur*, ut qui vivit corpore, sed actu moriatur suo, quales de quibus hoc loco Propheta noster, & illa de Apostolus *p*, quoniam *vivens mortua est*. Deniq; tradit *morti vivere* Martyres, qui utique moriuntur, ut vivant, & plura his similia persequitur. Rursùm *q* scribit, qui infideles sunt *descendere in infernum viventes*, & quamvis videantur nobiscum vivere, in inferno esse, atq; ita (sensu certè mystico) dici *Deum virorum Abraham, Isaac, Jacob* r, quia peccato non sunt mortui. Juvat doctrina ista sensum tertium, ab Augustino præsertim traditum. Octavum innuit Jacobus Jantonius hoc loco, in tantam quoldam dum adhuc vivunt, devenire angustiam, ut se percipiant damnatos, æterniq; ignis quædam exordia non fallaciter experiantur. Extant apud Bedam *s*, & alios exempla; inter alia verò de uno, qui jam præcipere inferni videbatur tormenta, quemadmodum Stephanus cœlorum gaudia, quum *cœlos videbat apertos* t, cujus præterea generis exemplis plenæ historiæ. Nonus qui partim litteralis censeri potest, Euthymii ac Nicephori est, ut interfectores Christi morte pereant violenta; quod priore membro continetur: Alii præ timore in præruptа descendant, & in cavernis ac speluncis vivãt, fame, siti, formitudine cruciati, ut narrat etiam Josephus *u*, evenisse: & id *inferni* vocabulo significari, quia ibi demum citò pereuntes sepulti sunt. Decimus adhuc potest esse adaptatus proditoribus, de quibus Psalmis hic agit: *descendere in infernum viventes* esse, quum in simile eruit periculum proditor, ut scilicet quemadmodum fefellit eum, qui in solida illius amicitia, tamquam in solo pedes, fixerat spem; ita experiatur in alio ruinam, cui pariter inniti videatur.

Quoniam nequitiæ in habitaculis eorum. Hieron. *in congregatione eorum*. Alii, *mala in societate eorum*: vel *in cœtu*: vel, *in habitatione*, vel, *in domiciliis, in conventiculis, in conciliabulis, in habitaculis, in hospitiis*. Hoc ultimum extat in Psalterio Romano, & Ambrosiano, apud Augustinum, Hilarium, Arnobium, qui numero singulari legunt, *nequitia*, (ut & in commentario Hieronymus) Cassiodorum. Hebr. nomen primum רָעוֹת *rahhoth*, est plurale, ut Chaldæum בּוּשָׁן *bisean*. Sed LXX. reddentes πονηρία, legerunt בְּעוֹת *rehhuth*, quod significat *contritionem*, *afflictionem*, *malum pœnæ*, sicut & πονηρία, quæ est ἀπὸ τῦ πονεῖν, *à labore*, *nequitia* autem vitium quidem omne, sed lasciviæ præsertim, ac libidinis, & cultum vitæ prodigium effusumq; significat, qui solet admixtam habere sævitiam, & iniquam aliorum oppressionem. Apollinarius videtur legere numero multitudinis, quoniam vertit ἀναιδαλίας *improbitates*, quæ damna inferunt, & inferre gaudent. Vix præterquam in numero reperitur plurali; ut non sit mirum, si ea uti volens voce Apollinar. in eo numero poluerit], Licèt LXX. sint usi tantùm singulari, ut dixi. Sequens nomen Hebr. cum affixo,

h *Ep. ad Michaelem p.*
i *Prov. 27. 29 Esa. 5. 14.* In bonam partem interpretatio. *Abac. 1. 5.*
K *Coloss. 3. 3.*
l *Rom. 6. 11.*
m *ad fratr. de monte DEI.*
n *de parad. c. 9.* Vix aut numquàm à cella aliquem in infern. descendere
o *Gen. 3. 4.*
* *Ex. 21. 22.* Genes. locus explicatus. *vita vivere morte mori, morti vivere, vita mori* ut distinguantur.

p *1. Tim. 5. 6.*
q *de bono mortis c. ult. & l. 7. in Luc. c 9.* Infideles descendunt in infern. viventes.
r *Mar. 12. 21* Deus ut dicatur Deus virorum, Abraham, Isaac, Jacob.
s *l. 5. hist. Angl. c. 13. 14. 15.* Exempla eorum qui æterni ignis exordia in hac vita experiantur.
t *Act. 7. 55.* Literal. partim sensus.
u *de libello Judaico.*

Nequitia. propriè quid dicatur.

fixo, & littera servili, est singulare תמנורם *bimeuram*, quamvis Paraphrastes pluraliter transtulerit במרורחון *bimdorehon*, & Græcè eodem numero sit, ἐν ταῖς παροικίαις αὐτῶν, quod etiam dici posset, *in paræciis ipsorum*. *Tuguria* interpretatur Apollinarius,

Οἱ μέσης φορέουσιν ἀταδαλίας κολυβύσιν:
Qui utique mediis ferunt nequitias in tuguriis.

Seu occultis locis, cassis, cellis: Hoc modo crescere oratio, ut non *in civitate* solùm *iniquitas, contradictio*[a], & *super muros* [b], ac *in medio*, & in *plateis* ejusdem *usura & dolus* [c], sed in ipsis quoque habitaculis, hospitiis, tuguriis, vel etiam in paræciis omnis esset nequitia, qui sunt accolarum conventus, aut vicinitæ & curiæ sacræ quidem, sed non tantùm vim facit Augustinus aliique in hospitiis, quæ sunt peregrinantium, & transeuntium, quique non semper hic futuri, sint, quamvis pro animositate temporali sic pugnent: Temporarias quoque brevi perduraturas, citò perdendas domos Euthymius explicat. Theodoretus, ac Basilius παροικίαν vocant præsentem vitam, in qua παροικοῦμεν & κατοικοῦμεν, diversamur, *non habitamus*. Cassiodorus innui vult malitiam non esse naturalem, sed adventitia quadam hospitalitate susceptam. Accipit etiam *habitacula* pro pectore, sicut *medium* pro præcordiis. Hieronymus, primum pro opere, secundùm pro cogitatione: Remigius, & Ruffinus, illud pro corpore, hoc pro corde (quod item docet Augustinus) Ruffinus rursum pro angulis, & pro apertis ac publicis locis: Hilarius, & Beda intra & extra, hoc est, ubique. Inductio fieri potest per omnia loca mundi, Provinciæ, Reipublicæ, Civitatis, domus alicujus: & si de Christi persecutoribus agatur, per varias, ut ita dicam, stationes horti, domus Annæ, Caiphæ, Pilati, Herodis, montis Calvariæ.

In medio eorum.) Chaldaicè, *in corporibus eorum*, בגופהון *beguphehon*. Sic paullo antè monui de Latinis aliquos exposuisse, & de aliis dicendi modis satis dixi, tum hic, tùm veri. 11. utrobique est ἐν μέσῳ, & בקרב *bekereu*. Apollinarius ut priùs quoque retuli, Epithetum *habitaculorum*, seu *tuguriorum*, explicavit μέσας καμύβας. Tropologicè alii *nequitia in habitaculis*, & *in medio* volunt esse habituales, inhabitantes, firmiter hærentes, non veluti pertranseuntes, & peregrinas, cujusmodi sunt eorum, qui non ex animi malitia, & pervicacia peccant. Ex hoc genere Davidem ipsum fuisse, ut preterea Nathan illum reprehendens, peregrinum posuerit in parabola [d]. Nolebat David *habitare in medio domus suæ, qui fecerat superbiam* [e], & Esaiam [f] deplorat, *ubi habitasset justitia*, & quum *civitas fidelis* fuisset, *plenaq; judicii, ibi postea homicidas fuisse, factamque meretricem*. *Non credas inimico tuo in æternum, sicut enim æramentum æruginat nequitia* [g] *illius*, i. e. quemadmodum opus ex ære, vel æs, χαλκὸς, etiam postquam detersum ac expolitum est, aliquid adhuc maculæ retinet, vel mox æruginem novam contrahit, ita ex inimico factus amicus, ferè solet aliquid veteris inimicitiæ retinere, vel ad ingenium redire; nisi videlicèt valdè perfectè fuerint reconciliati.

a *vers.* 10.
b *vers.* 11.
c *vers.* 12.

Παροικία

Tropologica explic.

Davidem non ex animi malitia; & pervertitia pecasse.
d 2. *Reg.* 12. 4.
e *Psal.* 100. 7.
f *c.* 1. 21.
Nathan, cur peregrinum posuerit in parabola ad Davidem.
g *Eccl.* 12. 10. Inimici & æramenti seu æris comparatio.

Vers. 17.] Ego autem ad Deum clamavi, & Dominus salvabit me.

Sine Dei ope improborum mala vitari non possunt.

TOt ac tanta, tam multorum improbum mala vitari sine DEO non possunt, & singulari ope ipsius; ideo ardenti affectu ait, se illum imploraſſe; nihil ambigendo quin exauditurus esset, quia & hactenus sibi affuisse expertus fuisset.

Ad Deum clamavi.) Hieronymus, *ad Deum clamabo*: nomen est אלהים *Elohim*, ὁ Θεός, verbum futurum יאקרא *ekra*, sed permiscentur sæpe tempora. Augustinus, *ad Dominum exclamavi*. Paraphraste, *Ego coram Deo orabo*, אצל *atsalli*. Vim habet μὸ ἐκέκραξα, de quo aliàs diximus; & quid sit *clamare ad Deum*, Dominumve.

Et salvabit me.) Alia Psalteria, & Hilarius, August. Arnebius, Cassiodorus, *exaudivit me*. Ruffinus, Remigius, Haimo, Ayguanus, Dionys. *salvavit*. Hugo *salvavit*, & *salvabit*. Græcè, εἰ σώσει μὲ *exaudivit me*. Hebraicè יושיעכו *joscihheni*, *salvabit me*. Chald. & verbum Domini redimet me יפרוק יתי *yphrok jathi*. Clamavit clamore valido in Cruce Christus, *exauditusque pro sua reverentia est*, ut psalmo 3. *i* demonstravimus, & 21. *K*. *Clamabunt*, ait Esaias *l*, de aliis, *ad Dominum à facie tribulantis, & mittet eis Salvatorem*. Quare posumus, vel Christum hic loquentem, intelligere, mystico nimirum sensum, vel corpus ejus mysticum. Clamavit, inquit Ayguanus *m*, Christus in campo turbis seminans *n*; clamavit in templo, legem prædicans *o*; clamavit in loco mortis, mortuos suscitans *p*: clamavit in corde, intus generans *q*; clamavit in cruce, mortem tolerans *r*; clamavit ad Patrem, Deum invocans *s*. Sed ad orationem pertinet ultimus clamor. Exauditum Christum docet Euthymius, quia ipse Judæos perdidit, juxta illud; *Tu, autem Domine miserere mei, & resuscita me, & retribuam eis*. Clamandum nobis idem docet Ayguanus pro sustentatione vitæ corporalis, pro liberatione pœnæ temporalis, pro consolatione mentis internalis, pro evasione pœnæ æternalis, pro remissione culpæ criminalis.

h *Hebr.* 5. 7. *Matt.* 27. 46.
i *vers.* 2.
k *vers.* 25.
l *cap.* 19. 20.
Mysticus sensus de Christo.
Clamores Christi.
m *in psal.* 27. n. *Luc.* 8. 8.
o *Joan.* 7. 28.
p *Joan.* 11. 43
q *Gal.* 4. 27.
r *Matt.* 27. 46
s *Luc.* 23. 46
Psal. 40. 11.
Exauditus Christus, quum Judæi deleti sunt.
Clamor noster ad Deum, cur esse debeat.

Vers. 18.) Vespere, & mane, & meridie narrabo, & annuntiabo, & exaudiet vocem meam.

Sensus loci.

PErseverantiam continuæ orationis suæ declarat, proponens triplici hac præcipua parte temporis, ad sacrificandum orandumque destinata, narraturum Deo, & expositurum miserias suas, & injurias hostium, certam spem habendo exauditionis, & impetrationis. Potest præterea tempus illud triplex figuratè innuere, quum salutis modica spes est, quum affulget aliqua, quum res prosperè succedit. Accommodantid, qui psalmum de persecutione Absalonis, interpretantur, ad tempus quo jam omnes ad eum defecerant à Davide, quum Chusai remigravit ad Absalonem, turbaturus noxia Davidi consilia, quando prælium commissum est, Davidque victoria potitus. Ad hæc narratio & annuntiatio, spectare ad laudationem possunt, celebremque ac publicam divinorum beneficiorum prædicationem. Denique omnia mysticè de Christo exponuntur. Augustinus, Hieronymus, Ruffinus, Beda; Remigius, Haimo, Bruno Carthusianus, Ayguanus, & alii, explicant de passione, resurrectione, Ascensione Christi. Prosper *u* id ex Augustino mutuatus est. Hoc ex loco colligi potest usus horarum canonicarum. Euthymius quidem tempora significari ait magnarum trium synaxeon, quas vocant *congregationes*, seu *collectas*: ut vespertinum, matutinum, atque ministerium, ideest, liturgiam sive missam, quæ celebratur inter præcipuas duas preces matutinas et vespertinas. Sunt alia tum testimonia, tùm exempla in scripturis, tùm verò Danielis *x*, qui *tribus temporibus in die flectebat genua, & adorabat, confitebaturque coram Deo*; quod Hieronymus *y*, & Cyprianus *z*, exponunt de hora tertia, sexta, nona. Plura in Commentario nostro Actus Apostolorum, & apud Belsarminum *a* Coccium *b*, eosque qui tractatus ediderunt de horis canonicis, præcipuè Navarrum, & Francolinum, nec non apud Joannem Stephanum Durantum *c*, & alios auctores de officiis, vel ritibus Ecclesiasticis. Laudabile sane opus, & *populi formati à Deo, ut laudem ipsius narret* d, & *creati ut laudet ipsum* e, non prædicare tantum, aliaque obire munia, quibus colatur Deus, & juvetur proximus *e* sed horas quoque divinas celebrare, tum in choro si fieri commodè possit. ac sine detrimento utiliorum aliorum operum. tùm etiam extra chorum: quod certum est non raro facere, & non illud, illos ipsos, qui tametsi pertineant ad ordines religiosos; qui celebrationem solemnem horarum profitentur, ac frequentant, distinentur gravioribus atque magis necessariis occupationibus prædicandi, docendi, & similibus. Nec quod vel David *f*, vel Daniel *g*, vel Petrus ac Joannes * leguntur privatim fecisse, satis aptè affertur in argumentum, ad publicam in choro probandam certis horis orationem, quasi qui hanc non frequentent, istorum argui auctoritate aut exemplo possint. Qui canit, non canentem non judicet; & qui non canit, canentem non spernat, velut inutilem, ac contemptibilem; nam & prior potest æmulari facereque meliora; & posterior eadem hæc fortassis poterit simul, & illud, quamvis non ita sedulo & continuatè. Magister *h* historiæ ecclo-

Accommodatio loci.

Mystica de Christo expositio.
u *lege sent. ex Aug. in* 204.
Usus horarum canonicarum unde colligi potest.

x *c.* 6. 10.
y *ibidem.*
z *in or. Dominic.*
a *l. de bonis operib. c.* 10. *& sequent.*
b *in thesauro cathol. t.* 2. *l.* 8. *art.* 9.
c *de ritis Eccles. l.* 3. *c.* 1. *& seq.*
d *Esa.* 43. 21
e *psal.* 101. 19.
Horarum divinarum celebratio tùm in choro, tum extra chorum, bona.
f *psal.* 118. 5. *& seq.*
g *c.* 6. 10.
* *Actuum* 3. 1. *c.* 10. 9.

h *in Dan. c.* 9.

ſcholaſticæ ſcribit Judæos orare ſolitos, hora tertia, ſexta, nona, quia lex data fuerat hora tertia; ſerpens erectus ſexta; aqua de petra extracta, nona. Eccleſiam id imitari, quia tertia datus eſt Spiritus ſanctus; ſexta, Chriſtus crucifixus; nona, lancea percuſſus, unde ſanguis exivit, & aqua. Sed quod dicit, Apoſtolum ter in die oraviſſe, non poteſt probare, licet pluries id feciſſe non dubitem, quoniam prodit ipſemet de ſe tantum *a*, quod *ter Dominum rogaverit, ut diſcederet* ſtimulus carnis. Ter in die Apoſtoli conſtituerunt *b*, orationem Dominicam recitari. Solet tunc etiam ter ſignum orandi populo dari, mane, meridie, principio, quum autem id fieri ſepties, conjungendo cum matutino primam, cum veſperis completorium, volunt *c*; de miniſtris Eccleſiæ, non de populo toto intelligunt. Quo pacto autem cunctis injungatur ſemper orare *d*, aliàs dixi, nempe ſtudium orandi commendatur, ac, ut quum rariſſime, ter id ſaltem fiat. Ternario in oratione numero poteſt commode Trinitas deſignari, ſive tres perſonæ, totidem Theologicæ virtutes; cordis, oris, operis: peccata; concupiſcentia carnis & oculorum, & ſuperbia vitæ: hoſtes noſtri; Mundus, Caro, Dæmon.

Sed quod attinet ad tempus veſpertinum, matutinum, meridianum, Beda poſt Auguſt. explicat dicere hoc loco Prophetam, ſe narraturum, quæ ſunt veſpere, ideſt, præterita, & quæ jam ſunt evangelizata, nempe, nativitatem, paſſionem, reſurrectionem Chriſti, & ſimilia: annuntiaturum, quæ ſunt mane, ideſt, futura, vid. de ſecundo adventu: Deum exauditurum in meridie, dando æterna, & manentia bona, ſicut Sol tunc videtur ſtare. Item, per veſpertinum tempus ac matutinum proſpera, quia tunc aura lenior, ventique ad navigandum commodiores: per meridianum, fervorem adverſitatis interpretatur, ut nec erigatur quis in proſperis, quin narret; nec frangatur adverſis, quin annuntiet. Caſſiodorus, Bruno Herbipolenſis, Hugo, Dionyſius, tria tempora de eadem paſſione accipiunt, quando Judas tradidit Chriſtum cohorti, quando perductus eſt ad Pilatum, quando crucifixus: in primo narraſſe Chriſtum futuram proditionem; in ſecundo, profeſſum coram Præſide veritatem: in tertio, poſt verba in cruce prolata expiraſſe, & exauditum fuiſſe. Hugo præterea tropologicè perpetuam laudationem Dei vult denotari: in ſenectute, pueritia, juventute (Dionyſius vocat finem, principium, medium vitæ:) Vel, in mortem, in generali reſurrectione, in plena Dei viſione. Idem innui dicit (id etiam affert Dionyſius) eos quibus narretur, & annuntietur, ſcilicet peccatoribus, quibus veluti Sol occidit: incipientibus bene agere: perfectis. Hoc ipſum convenit ignorantibus veritatem, & in ea vel proficientibus, vel perfectis. Dicuntur enim Chriſtiani, fratres, ut aſſerit Tertullianus *e*, quia ab uno utero ejuſdem ignorantiæ, ad lucem expiaverint veritatis.

Veſpere, & mane, & meridie.) Altercantur, qui de operibus ſex dierum diſſerunt, Geneſisve tractant librum, quid ſibi velit in Geneſi *f*, quod ſcribitur, *veſpere & mane factum diem unum*, curq; à veſpere potius Moſes inchoaverit. Melior & communior ſententia eſt, *veſpere* ſumi pro termino diei, quando Solis jam lux penitus deſiit; *mane* pro termino noctis excluſive: & prius nominatum *veſpere*, quia nulla præceſſerat nox ipſum diem, propriè loquendo, quum potius habitus præcedere privationem debeat; hoc autem intelligi debere unius, & quidem noſtri hemiſphærii reſpectu, quia quam primum dies fuit in uno, hoc eſt, in noſtro, in quo Sol primum reſplenduit, fuit item in altero nox, h. e. in Ortu noſtro, non in Occaſu: ut ſibi tamen Catherinus *g* perſuaſit, & Oleaſter ***, cœpit lux: Denique per *veſpere* noctem, per *manè* diem intelligi, ex quibus componitur integer dies conſtans horis viginti quatuor, quem diem civilem etiam appellatum (omittam enim diſtinctionem naturalis, ſeu vulgaris, artificialis, civilis, legalis, ſive emergentis, conventionalis, Eccleſiaſtici) Alii aliter inchoabant, vel à Sole occidente ad iterum occidentem Solem, ut Athenienſes; ſeu à veſpera ad veſperam, ut Hebræi; vel ab ortu ad ortum, ut Babylonii, Perſæque; vel à meridie ad meridiem, ut Umbri, & Hetruſci; vel à noctis medio ad aliud medium, ut in jejuniorum obſervatione, & officii recitatione obſervat Eccleſia, nec non Juris conſulti Romani, & Ægyptii, ac Hipparchus. Qua de re Plinius *h*, Gellius *i*, Macrobius *k*, Cenſorius *l*. Iſidorus *m*, Servius *n*, Plutarchus *o*, Alexander ab Alexandro *p*, Tiraquellus *q*, Beda *r*, Clavius noſter *ſ*, Aſcanius Martinengus *t*, Anaſtaſius Synaita *u*, & in Geneſin Vielmius, Hamerus, Pererius, Delrius, Yſtella, præterea Rhodiginus *x*. Hebræis triplex fuit dies: uſualis, à media nocte, ad mediam ſequentis diei noctem; legalis, à veſpera ad veſperam: naturalis, à Solis ortu ad ejuſdem ortum.

Hoc loco *veſpere, mane, meridie*, tres partes naturales videntur potiſſimæ, omiſſa diſtincta mentione noctis, qua tamen media David noſter alibi *y*, teſtatur ſurrexiſſe ad confitendum Deo ſuper *judicia juſtitiæ* ipſius.

Moraliter vita juſti habet hæc omnia tempora, qui ſit ſanctitate præſtantior, ut ſcilicet jam à prima pueritia Deum colat; & in ipſo veſpere quo videt appropinquantem *z* æternam illam diem, ferventiùs id agat. Reprobo veſpera non eſt, quamvis interdum mane, & meridies aut alterum ex his: ſed ſi ad meridiem pervenerit, illi tunc *occidit Sol*, atque *tenebreſcit terra in die luminis. a.*

Narrabo, & annuntiabo.) Hieronym. *loquar & reſonabo*. Alii præſenti tempore, *loquor, & tumultuor*: aut in imperfecto, *loquebar*, ſeu *clamabam*, & *fremitum edebam*, ſive *conquerebar*: aut etiam in futuro, quod eſt in textu *precabor, & importunus ero*, ſeu *ſollicitus ero, inſtabo*, ſignificat, quid facere ſoleat velitque in tribulatione conſtitutus, quam conſuetudinem propoſitumque, variis temporibus expoſita denotant verba. Sunt autem Hebræa verba אשיחה ואהמה *aſeichah vehemeh*, de quibus aliàs actum eſt, & ultimum indicat ardorem, atque inſtantiam, & importunitatem orandi, juxta illud *b*: *ſpiritu ferventes, orationi inſtantes*. Paraphraſtes reddit, *orabo, & ſtrepitum edam*. Valet διηγήσομαι, *exponam*, ἀπαγγελῶ *annuntiabo* nempe ut accidit ei qui quidpiam alium ſcire vult, ut is illi ſubveniat, &, quod hic ſtatim ſubditur, ut exaudiat. Quocirca non arbitror ad litteralem facere ſenſum, ut *narrare* & *annuntiare*, ad res diverſi temporis pertineant, quamvis ita Latini paſſim declarent. Sic etiam *veſpere, mane, meridie*, hujuſmodi rebus attribuentes, ut ante vidimus. Nec referuntur etiam iſta ad prædicationem, quæ aliis fiat, litteraliter loquendo, ut *narrari* dicantur facilia, *annuntiari* difficilia, quod Hugo; ſive minora, & majora, quod Hieron. aſſerit. Sed *narratio* & *annuntiatio* intelliguntur fieri Deo in oratione, quum ſimul ejuſdem beneficia præterita, cum gratiarum actione commemorantur, ſimul alia poſtulantur: vel de Deo in ſolemni & publica laudum ipſius celebratione, recitando quæ Deus bona contulit, & quæ promiſit. Sed melius primum eſſe, oſtendit illud, & *Dominus exaudivit me*. Et *narrandi* verbum, prioribus pſalmis, ac poſterioribus, alibique id ſimpliciter ſignificat quod dixi ſicut διηγεῖσθε: quamvis Hebræum ſit aliud nempe ספר *ſaphar*. Minime probabilis Cajetani expoſitio de lictoribus, ac etiam de ipſomet Saule, prophetantibus cum aliis Prophetis, quando pervenerant ad cuneum Prophetarum, ut caperent David: nam etſi fortaſſis David quoque prophetavit, eoq; modo evaſit; & poſſent, quæ ponuntur in futuro, exponi per præteritum, ut dixi, & præterea exauditam vocem Davidis intelligi, qua tunc etiam inter orandum flagitaret liberationem à Saul, tamen durior eſt explicandi modus hic, & vel novitatis ac ſingularitatis nomine ſuſpectus.

Verſ. 19.) Redimet in pace animam meam ab his qui appropinquant mihi; quoniam inter multos erant mecum.

IN hoc nominatim ait exaudiendam vocem ſuam, ut redimat illum ac vitam Deus ab iis qui appropinquêt, accedant, irruant ad oppugnandum: reddat vero ac reſtituat ei pacem, atque tranquillitatem, quam conſequi aliter non poſſit, quum iidem ipſi hoſtes adjunxerint ſibi plurimos alios, vel ex militibus ſuis multi abierint ad adverſarios, & impetu facto ad eum ad volaturi, ſeſeque una contra eum conjuncturi fuerint, & circumdaturi eum, ita ut evadere non poſſet, niſi auxiliarios Deus Angelos mitteret, qui nonnumquam numero magno ad opitulandũ mittuntur. Id accidit Ceilę, quſi cives proditurі

Orãdi tempore apud Judæos. Hora ab Eccleſia uſurpata. Paulum Apoſtolum ter in die oraviſſe an poteſt probari, a 2 *Cor.* 12. 8 b *Clem.* 7. 5. *conſtit. c.* 25.

c *l.* 8. *c.* 34. *vel* 36. *vel* 4

d *Luc.* 18. 11 1. *Theſſ.* 5. 17

Quum rariſsime, ſaltem ter orandum.

Ternario in oratione numero quæ poſsint commode deſignari.

Theologicæ virtutes, cordis, oris, operis.

Bedę applicatio hujus loci de veſpere mane, & meridie,

Tropologica expoſitio.

Chriſtiani cur fratres dicti.

e *Apol. c.* 39.

f *c.* 1. 5.

Circa locum Geneſis altercatio.

g *in c.* 1. *Gen.*

* *ibid.*

Dei varia apud varias gentes inchoatio.

Narrare & annuntiare, ad res diverſi temporis pertinentia.

Senſus loci.

h *l.* 2. *c.* 77. i *l.* 3. *c.* 2. k *l.* 1. *c.* 3. l *de die nat.* m 5. *etym. c.* 3. n *in* 5. *Æn.* o *in prob. c.* 84. p *l.* 4. *c.* 20. q *in eundem & in tract. retractatum tit.* r *c.* 5. 1. *gl.* 11. s *verbo, & diem, n.* 1 *& ſeq.* Hebræorum triplex dies t *de ratione temporum c.* 2. de nat. rerum c. 5. ſ *in ſphæram c.* 3. t *in gloſſ. magna in c.* 1. *Geneſ.* u *l.* 1. *in hexa* x *l.* 1. *c.* 4. y *pſ.* 118. 7. Moralis loci applicatio. z *ad Heb.* 10. Reprobo veſpera non eſt. a *Amos* 8. 9 b *Rom.* 12. 12

Davidem erant, & Saulem cum exercitu advocaturi ad comprehendendum illum, qui multis partibus pauciores habebat, quibus tueri se valeret. Deus autem admonuit, ut illese se fuga proriperet *a*. Quiddam quoq; simile contigit, quando illum filius Absalom persequebatur *b*. Vel cur id speret exponit, quoniam gravissimum periculum sit ab iis qui quum *appropinquent*, idest, propinqui & amici videantur, ac sint, tamen factis, req; ipsa nil differant à gregalibus & ignotis, ac eum, nulla propinquitatis & amicitiæ habita ratione, pessime tractent. Præterea ratio esse potest fiducię tantæ, quoniam appropinquantes contra se, idest, pugnantes, eo habuerat loco, quem eorum requirebat dignitas & conditio, nempe Saulem pro Rege, ac socero, & Magistratus ipsius pro legitimis regni gubernatoribus: aut Absalonem pro filio, Achitophleem pro primario consiliario suo, alioq; pariter suo quemq; gradu honorifice tractaverat, nullum læserat, ac proinde flecti ad commiserationem debere videbatur Deus, & innocentiæ ac benignitatis illius rationem habere. Varii hi sensus oriuntur ex diversa verborum notione, quam nunc expendemus. Interim censeo meliorem primum de pugnantibus numero magno contra Davidem.

a 1. Reg. 16 10
b 2. Reg. 15 14

Sensus melior.

Redimet.) Futurum pro præterito פָּרָה *padah*, etiam Hieron. reddidit; fieri id sæpius, jam multoties vidimus. In Psal. Romano & Ambros. & apud Arnobium & Hilarium, *liberabit*: apud Cassiodorum, *liberavit*. Non significat hoc loco *redimere* proprio pretio dato, sed simpliciter liberare, & quidem priusquam quis ab hoste capiatur. Græcum verbum λυτρώσεται, pretium per se involvit: sed latiùs extendi debet; eodem pacto פָּרָה *padah*, quod aliquando redditur *eruere* c, *dimittere* d, &c. ῥύσασθαι autem habetur primo loco, per quod Nicephorus nostrum explicat.

c Job 2. 23
d Ex. 21. 8

In pace. Pacem restituet, aut, quod Euthymio placet, *absq; labore*, aut, quod Nicephoro, *sine bello redimet, ac liberabit*, non gessit David bellum contra Saulem, sed Philisthæi. Mysticè de Christo Hilarius declarat, qui *pacificavit omnia in cęlis & in terra* e, per animam, sive vitam, quam pro mundo posuit deditq; & eam ipsi Pater restituit: ut ait Hieron. eripiendo de tribulationibus mortis. Vel, *in pace* redemit Christus animam suam, idest, in se ipso, qui *est pax nostra, faciens utraque unum* f, ut idem Hieron. docet. Christus enim idem, *quam posuit* sponte, *iterum* eodem modo *animam suam sumsit* g. Eumdem sensum mysticum Cassiodorus sectatur, & alii. Secundùm tropologiam, *animam in pace redimitur*, inquit Ruffinus, quando de vitiis ad virtutes, sive de hoc mundo ad Patrem, per omnipotentis Dei gratiam transfertur, quando, ut ait Remigius, dat Deus dilectionem, in eos qui intus, & qui sunt foris, sive inimici, & amici.

Mystica ad Christū applicatio.
e Coloss. 1. 20
f Eph. 2. 14
g Jo. 10. 7
Tropologia

Animam meam.) Vitam meam, quæ periclitabatur: sic sæpe sumitur *anima*, sed juxtà sensus mysticos pro ipsa substantia animæ peccato & damnationi obnoxię anima sumi debet.

Vocis *animæ* usurpatio.

Ab his qui appropinquant mihi.) Hieron. *ab Appropinquantibus mihi*. Alii, *à bello* (quod erat) *contra me*: seu, *à prælio* (quod erat) *mihi* (ne scilicet appropinquaret mihi.) Vel, *ab his qui mihi imminebant*. (Vel, *à præliantibus contra me*. Chald. *ne accederet ad me malum* vel, & *non admovebitur malum mihi*, למקרב בוט לותי ד לא מקרב לי *de la lemikrau bis levathi*. Hebr. sunt *mikkerou li*: quod exponi potest, *ab appropinquare mihi*, aut, *ne appropinquet quis mihi*, aut utrovis modo, verbum *bellandi* usurpando, ut sit קרב cum accentu conjungente, *Kerou*, infinitivi, & cum littera servili. Sic in psalmo 26. *h*, *dum appropiant*, (hoc autem loco legit *appropriant*, Psalterium Romanum, & Ambrosianum, & Hilarius in commentario: Arnobius, *approximant*) *super me nocentes* בקרב *bikrou*. Vel certe קרג *Kerou* nomen est more Chal. pro *pugna & bello*. Arnobius de bello disertè declaravit; Basilius ac Theodoretus de impugnantibus, nimirum, cominus manibusq; consertis. Galli, de hoste imminente, ac propius ad obsidendum accedente dicunt castrensi phrasi, *Faire les approches*. Trevetus exponit, de accedentibus ad capiendum & occidendum. Præterea à nomine קרוב *Karou* in regimine, potest significare *propinquum*, & collectivè *propinquos multos*, hoc est, contribues Ceilanos, & alios propinquitate sanguinis vel amicitiæ conA junctos. Hoc exposuerunt modo Euthymius & Nicephorus: & hic appellat συγγενεῖαι, aitq; in ista oratione esse βαρύτητα, ut à talibus etiam sit liberatus, quos nempe difficilius sit vitare, Euthymius vocat *cognatos*, atq; olim *commilitones*, qui defecissent ad Saulem. Lyranus exprimit Ceilanos appropinquantes, in signum amicitię. Quod incidant etiam ceteri Latini, qui mystico sensu declarant de fictis falsisq; fratribus in Ecclesia, nomine, non numine; corpore, non mente; numero, non merito, ut Glossa loquitur, & de proditoribus Christi; quemadmodum eodem sensu conquestus prius fuerat David, ut Hilarius notat, de Juda quondam Apostolo. Lege quadam epistola August. i.

Mysticus sensus.
i epist. 48

Quoniam inter multos erant mecum.) Hieron. *multi enim fuerunt adversum me*. Perperam legunt k, aliqui, *inter multos eram mecum*, & interpretantur, quasi in medio multitudinis videretur sibi solus. Augustinus, & Psalterium Ambrosianum, *in multis*: Alii, *quoniam multi erant mecum*, nempe adversum me, aut mecum pugnantes, quod, *appropinquandi* verbo significari diximus. Vel, *in multis*, sive *cum multis fuerunt mecum*, aut *adversum*, nempe etiam pugnantes. Vel, *quoniam cum multitudine adversus me aderant*: Vel, sumendo, *quoniam* pro quamvis, ut Gagnejus sumit, & alibi sic sumitur l nec non Hebræum כי *chi* m: *quamvis plurimi sint, qui undique oppugnent me*: Vel, *etiam si propinqui & amici essent, erant inter multos*, idest, inter hostes, & hostium loco.

k Ferdin. à S. Jacobo, ser. de S. Michae e consider. 2
l Hisp. idiom.
Quoniam pro quamvis.
l Ap. 3. 8
m Ex. 39. 4
Josue 17. 18

Sensus est satis receptus & communis: sperare se liberationem ab hostibus, qui pugnant, aut qui specie amicitiæ adversantur, quoniam numero magno sunt & plurimos advocaverunt: vel, etiam si plurimi sint *quum non sit in multitudine exercitus victoria belli, sed de cęlo fortitudo, & facile sit concludi multos in manus paucorum & non sit differentia in conspectu Dei cęli liberare in multis, & in paucis* n; *& non secundum armorum potentiam Deus, sed prout ipsi placet, det dignis victoriam* o. Hoc voluit Symmachus πολλοὶ γὰρ ἐγένοντο πρός με, *multi namque erant ad me*, idest, vel, contra me, vel si mecum, & cum meis comparantur. Habet eam vim πολλοὶς alibi p. licèt apud alios significet *exiguum paucumve*. Eodem spectat, si *in multis* dicantur *esse cum aliquo*, idest, contra aliquem, qui freti multis militibus, armis, aliis præsidiis, confidant se devincere posse. Id videtur versus ille Apollinarii innuere.

Sensus loci.
n 1. Mac. 3 19. 19. 1. Reg. 14. 6. 2. Par. 14. 11. c. 25. 8 o 2. Mac. 15 21
Πολλοὶς
p 2. Reg. 23 20 in emendatis bibliis Prov. 5. 24

ἐπεὶ μοι πολλοῖσι πεποιθότες ἀντεφέρονθ',
Quoniam mihi, multis fidentes, repugnabant.

Secundùm sensum Paraphrastes Chaldęus indicant: *quoniam in multis afflictionibus fuit verbum ejus in adjutorium meum*: ita ut propterea speret, quia sit prius expertus divinam opitulationem. Hac ratione, ad illa, *in multis*, supplebitur tribulationibus: & in verbo, *erant*, adjutores missi à Deo, de cęlo, nisi fortè legerit Paraphrastes in singulari היה *haiah fuit*, vel *erat*, scilicet Deus. Tertius retento plurali verbo, *erant*, est R. Abraham, & Kimhi, qui placet quoq; Vatablo, Genebrardo, Agellio: spero confidoq; quoniam mecum (& pro me alias) inter multos (hostes versaretur) erant (qui juvarent me, scilicet Angeli) aut inter multos, idest multi, plureisq; quam adversarii pro me erant, nam Angeli creduntur fuisse, qui, prout præmonuerat Deus, in cacumine pyrorum gradientes, sonitum ediderunt, tuneq; egrediente Domino, scilicet per Angelos, percussa sunt castra Philisthiim, reportavitq; David insignem victoriam q. Quamquam hoc accidit, quum mortuo Saule, jam David regnaret; ac multo ante rebellionem filii, de qua etiam aliqui psal. interpretantur. De Elisæo nota historia r, & de bello contra Sisaram s, & de victoriis Machabæorum t, opera Angelorum r; & de multis Christianorum, sive Angelorum ope sive aliorum Sanctorum: ut Constantini, Theodosii, Honorii, Clodovæi, & aliorum. Quartus refertur ab Agellio, ut hi, non Angeli, sed Homines intelliguntur, qui rebus David studerent, ac Deum etiam pro illius salute orarent. Quintum idem excogitavit, כרכים *berabbim* non *in multis*, aut *inter multos* David intelligat fuisse, sed veluti designare viros Principes, quouisq; ipse honore affecerit, qui tamen cum ipso fuerint, videl. pugnantes.

Secundus sensus.
Tertius.
q 2. Reg. 5 23. 24. 25
Hujus psalmi interpretatio. 14. Reg. 6 toto.
r Judic. 4. 15 c. 5. 20
t 2. Mac. 10 29. 38. c. 11. 8
Quartus sensus hujus loci.
Quintus.

De hoc sensus prius quoq; dixi; sed non redendo

ab

h vers. 2.

Galli castrensis phrasis.

ab editione vulgata, & Hebræum nomen accipiendo *pro multis*; aliter poſſe exponi, ut eos qui ſibi adverſabantur, David in multis, & inter multos prius æſtimaret, magnique faceret, atque veluti ſelectos, & à multitudine ſecretos haberet.

Auctoris ſententia.

Verſ. 20.) Exaudiet Deus, & humiliabit illos, qui eſt ante ſæcula.

Non enim eſt illis commutatio, & non timuerunt Deum.

Senſus loci.

RENOVAT fiduciæ actum, ſperareque ſe affirmat exaudiendum, deprimendos autem adverſarios, ab eo cui reſiſti non poſſit, quum ſit æternus, ac proinde jam inde ab initio ſuper omnia obtineat principatum & poteſtatem: illos porrò punitione atq; perditione digniſſimos eſſe, quia reſipiſcere nolunt, & in melius commutari, à malitia ſua, Dei timore prorſus abjecto. Vel quia nec vices, nec ſors illos ulla frangit, aut in pejus mutatio, & quaſi excidium: vel quoniam nulla in iis grati animi ſignificatio, & ſuæ adverſus illos benevolentiæ, beneficiorumque compenſatio; vel quia flecti nulla ab ipſo ratione, ſeu prece, ſeu pretio poſſunt, ut à nocendo deſiſtant, nec homines, nec Deum verentes: vel quia non commutabuntur in reſurrectione ad gloriam corporum *a*. Hoc ultimum eſt Hilarii, & Ambroſii *b*, Auguſtini etiam, & Caſſiodori, Remigii, Bedæ; primum plurimorum: ſecundum Ariæ, Agellii: Tertium poſt Cajetanum, Placidi Parmenſis: Quartum ipſe adjicio. Sexto Gagnejus exponit, non eſſe commutationem illis à Deo, ut non puniat; qui

Nec quum ſemel decreverit
Pronuntiare adverſus eos, ſententiam
Mutabit, illis peſſimo
Vitæ ſuæ à genere minime ceſſantibus,
Sed immorantibus ſuis
In conſuetis flagitiis, neque interim
Ipſum Deum timentibus.

a 1. Cor. 15. 51.
b in Pſ. 43.

Septimus aliorum, non eſſe mutationem illis à felicitate externa, ut idcircò non timeant Deum, ſed teneat eos ſuperbia, quia *in labore hominum non ſunt, & cum hominibus non flagellantur* *c*. Clarior ſenſus ille redditur, ſi quis vertat, *non enim ſunt illis exciſiones*: quamvis hæc verſio congrueret etiam primo ſenſui, ad exprimendam duritiem & obſtinationem animorum.

c Pſ. 72. 5.

De Chriſti perſecutoribus expoſitio.

De Chriſti perſecutoribus commodè exponitur ab Euthymio, qui videlicet æternitatem ac divinitatem ejus minime crediderint: partim autem ſublati, partim per orbem diſperſi, abjecti, humiliati fuerint, omnibus ſervientes nationibus: commutationis verò, hoc eſt, pretii, quod ſolvit Chriſtus pro omnibus, fructum recipere noluerint; ideoque nulla illis alia ſuperſit redemptionis & ſalutis via: ſed, quod ait Ambroſius *d*, gratis & ſine pretio diſperſerit illos Deus, ſicque *non fuerit multitudo in commutationibus eorum* *e*. Tropologicè, non eſt commutatio ceteris quibuſcumque qui ſe à ſocietate Sanctorum, per opera mala ſeparant, quia non ſibi comparant. quod pro animæ ſuæ ſalute commutent: quum nullam homo *commutationem* dare *pro anima ſua* poſſit *f*, quam capiat offeratque ex externis quibusvis bonis, ſine bonis operibus, & pretio ſanguinis Chriſti. Sed, ut idem Ambroſius *g* docet, ubi iniquitas propendet, nulla bonorum operum commutatione revocetur. Tractat Greveus egregiè tropologiam de mutatione ſpirituali, ad eamque pertinere titulos pſalmorum: *pro his, qui commutabuntur*. Præter enarratores, Fulgentius *b* explicat de miſeris & infelicibus, qui de malo ad bonum negligunt iſtius vitæ tempore commutari. Ne autem ſibi fruſtra promittant peccatorum indulgentiam tranſacto hujus vitæ limite conferendam, ſubdit poſtea; quod *extendit Deus manum ſuam in retribuendo*. Quam retributionem idem Pater deinceps ait conſiſtere in cæcitate cordis hìc, & poſt præſentem viam in æterna damnatione.

d in Pſ. 43.
e Pſ. 43. 13. Tropologia
f Mar. 16.
g ſupra. Tropologia de mutatione ſpirituali.
Peccatorũ indulgẽtia non ſi promittenda. h 2 de remiſſ. peccat. c. 13.

Secunda expoſitio.

Exaudiet Deus.) Nimirum non eos, ut videtur nonnullis, ſed me, qui principio pſalmi hoc flagitavi, & veſpere orationem, mane, meridie frequentando, id impetraturum dixi. Quamquam exponi poſſet, quod *exaudiet eos*, nempe adverſarios, ideſt, perniciosa conſilia, & verba ipſorum contra me. Sed primum melius: favet tamen poſteriori ſenſui textus Paraphraſis Chaldææ, ut extat in Bibliis Regiis ישתמע קדמאל *jiſthemahhkodamel, audietur coram Deo*; quamvis etiam declarari poſſet, oratio mea. Apud Nebienſem habetur ſicut in textu Hebræo יסמעאל *jiſmahh el, audiet Deus*, Apollinarius omnino ſecundum ſecutus eſt ſenſum,

νήιος εἰσαίων γενέτωρ κόσμοιο μαραυνοί,
Ilios audiens genitor mundi ſavefaciat.

Et humiliabit illos.) Affliget, puniet, proſternet, dejiciet de gradu, longeque projiciet. Chaldaicè, *& accipiet ab eis*: ideſt, vel repetet pœnas, vel auferet dignitatem, bona, vitam, &c.

Qui eſt ante ſæcula.) Additur in pſalterio Romano, *& manet in æternum*. Hieronymus, *qui judex eſt ab initio*. Alii ex Hebræo ויושב קדם *veioſceu Kedem: & manens ab initio*. Vel, *& ſedens, habitanſque antiquitatem*, ſeu *æternitatem*, aut *antiquitùs*, aut *ab initio*, vel, *qui ab æterno ſemperque regnat*. Videtur littera ſervilis (ו) *ve*, &, continere cauſæ redditionem, ut propterea humiliet Deus illos, quia ſemper conſedit in ſolio regni, & in tribunali judicii; & quidem tranquillus, pacatus, immutatus, nullis noſtrum commotus minis. Paraphraſtes: *ac ſedebit in cœlis* (ſicut) *a principio ſeculorum*. Similis locus, *Deus* i *ſed ſuper ſedem ſanctam ſuam. Dominus* k, *in æternum permanet, paravit in judicio thronum ſuum*; l *ſediſti ſuper thronum qui judicas juſtitiam: Dominus* m, *in templo ſancto ſuo, Dominus in cœlo ſedes ejus: ſedes* n *tua Deus in ſæculum ſæculi, virga directionis virga regni tui: ipſe* o *reget nos in ſæcula: Deus* p *Rex noſter ante ſæcula: à ſæculo* q, *& in ſæculum tu es Deus: parata* r *ſedes tua Deus, ex tunc à ſæculo tu es. Regnum* s *tuum, regnum omnium ſæculorum, & dominatio tua, in omni generatione & generationem*. Caſſiodorus competit hoc loco Arianorum inanem temeritatem, qui Creatorem temporum Verbum, ſeu Dei filium coæternum Patri, & conſubſtantialem, prædicare non verentur ſub tempore fuiſſe. Nicetas *t* Choniata Valentinianum redarguit ex hoc loco, quod confingeret inter principia cum diis etiam ſecula, quaſi non hæc feciſſet unus & idem verus Deus.

i Pſ. 46. 9.
k Pſ. 9. 8.
l Veſp. 5.
m Pſ. 44. 7.
n Pſ 44. 7.
o Pſ. 47. 15.
p. Pſ. 85. 12.
q Pſ. 89. 2.
r Pſ. 92. 2.
ſ Pſ. 144. 13.
Ex hoc loco inſana temeritas Arianorum confutata.
t 4. theſaur. c. 4 Valentini item error.

In fine eſt סלה *ſelah*, & in emendatis Bibliis Græcis διαψαλμα, ejuſque meminit Hilarius, de quo in pſalmo 3. n. juxta exemplaria Hebræa eſt hic in medio verſus. Cur autem, quum ſoleat potius in fine poni, nunc ita locatum ſit, Bredembachius cauſſam reddit, quia non minus eo quod præcedit, expendendum ſit id quod ſequitur de ratione interitus illorum. Hilarius docet interjectum diapſalma, omnem his, ob impœnitentem impietatis eorum profeſſionem, ſpem reſcindere. Valde incertus uſus iſtius vocabuli, ut monui eodem pſalmo 3.

u *Verſ. ult.*

Non enim eſt illis commutatio.) Hieronymus, *non enim mutantur*. Alii exponentes Hebræa איחליפות למו *aſcer en chaliphorth lamo*, ſic reddunt, *quibus non ſunt mutationes*: vel, *nam non ſunt mutationes ipſis*: vel, *non ſunt exciſiones illis*. Ex Symmacho videtur mutuatus Hieronymus: οὐ γὰρ ἀλλάσσονται. Aquila vertit, οἷς οὐκ εἰσιν ἀλλαγαὶ αὐτοῖς, *quibus non ſunt mutationem eis*: Lxx. quos ſequimur, ὅτι γὰρ ἔστιν αὐτοῖς ἀντάλλαγμα. Quod attinet ad Hebræum textum, prima dictio אשר *aſcer*, aut ſignificat pronomen *quibus*, aut particulam cauſſalem *nam*, ſeu *enim*. Secundùm nomen pluralis numeri, *mutationes* ſive *viciſſitudines*, aut *exciſiones*, qui, pacto in Job x *expecto donec veniat immutatio mea* חליפתי *chaliphathi*. Chaldæus exponit de immutatione vitæ; Lxx. transferunt, ἕως πάλιν γένωμαι, *quouſque rurſus fiam*. Aquila & Theodotio, ἕως ἂν ἔλθῃ τὸ ἀλλαγμά μου, *quoadusque venerit mutatio mea*: Symmachus, ἕως ἂν ἔλθῃ ἡ ἁγία φύσις μου, *donec veniat ſancta nativitas mea*. Sed alii etiam ibi exponunt *exciſionem*. Unde facile eſt eo ex loco confirmare varios hujus noſtri ſenſus, quos prius attulimus.

x cap. 14. 14.

Quarto Hilarii & Ambroſii de commutatione reſurrectionis favet immutatio Job, ut rurſus fieri ſignificat, vel ſanctam nativitatẽ. Si autem interpretemur de mutatione per exciſionem, tranſitumve mortis, conferet ad ſecundum, ſextum, ſeptimum *Immutationem*, ut eſt in melius, ſecundùm mores accipiunt, qui primum tradunt numero ſanè multi; ut ſcilicet ſignificetur pertinax &

& ob-

& obfirmatus in malo animus, qui *quum in profundum peccatorum venerit, contemnat* a, *durus sit, & nervus ferreus cervix ejus, & frons illius ænea* b. Certè hic si sensus verus, ut sanè verosimilis, probatur mihi Folengii conjectura, non sine gemitu & lacrymis in hæc Davidem verba prorupisse. At negari non potest quin ἀντάλλαγμα propriè sit *mutatio pro alio*, viceque alterius, idve quod pro alio datur in permutationem, & quo dato aliquid redimitur: denique compensatio, & conventio, qualis cernitur in commerciis, contractibus, mutuis hinc inde officiis. Hanc notionem optimè tertia & quarta expositio exprimunt. Apud Matthæum *c*, & Marcum *d* est Græcè ἀπάγχαλμα in illa sententia: *quam dabit homo commutationem pro anima sua?* In libro Ecclesiastici *e* redditur Latino nomine *reconciliationis*, quum scribitur de Noe, quod *in tempore iracundiæ factus est reconciliatio*, quasi pretio innocentiæ suæ obtinuerit, ut ipse cum suis paucis genus humanum conservaret, ne prorsus exscinderetur, aut post diluvium, per oblationem sacrificii, ne iterum orbis diluvio periret. Igitur hostibus David suis *non esse commutationem*, intelligi poterat dixisse, ut ego quarto dicebam loco, quia irreconciliabiles flecti se obsequio, officio, beneficio nullo sinebant, ne ullo quasi pretio contenti erant, id indicat etiam Apollinarius:

a *Prov.* 18. 3
b *Esa.* 48. 4.
Folengii probata conjectura.
Μυταλλαγα.
c cap. 16. 26.
d cap. 8. 37.
e cap. 44. 17

οὐ γὰρ μώρον ἔχασι,
Non enim pretium habent,

Vel, quoniam, ut alii auctores tertii sensus, beneficia collata, ingratissimi non compensabant. Crimen significatur ingratitudinis, ait Cajetanus; qui sunt tales, quod non sunt ipsis permutationes receptorum beneficiorum & officiorum à me.

Et opus ejus.

Et non timuerunt Deum.) Posset illud &, esse pro, *quia*, ut idcircò non sit improbis commutatio, tot illis modis, quos attulimus, quoniam abjecerunt à se timorem Dei.

Vers. 21.) Extendit manum suam in retribuendo. Contaminaverunt testamentum ejus.

Vers. 22.) Divisi sunt ab ira vultus ejus; & appropinquavit cor illius.

Molliti sunt sermones ejus super oleum; & ipsi sunt jacula.

Sensus loci.

DOcet, propter tantam hostium suorum, sive pertinaciam in malo, sive ingratitudinem, sive irreconciliabile odium, jam Deum in eos ultricem manum tuã extendisse, & paratum jam esse ad condigna eorumdem sceleribus retribuendum supplicia, eo quod violaverint & profanaverint pactum cum Deo initum, legemque ipsius de nullo opprimendo; præterea promissum, quod nomine Dei Saul dederat Davidi, ne ipsum amplius persequeretur. Quare futurum certo prædicit, ac ut jam factum dicit, ut ab ira divini vultus, atque à vindicta indignationis ejusdem dissipentur, dispergantur, removeantur à rebus suis, à vita, à societate Sanctorum: jam enim Deum cogitasse, eorque applicasse ad faciendam cito vindictam. Vel *cordis appropinquatio* ponitur ad cumulum improbitatis illorum, quod virus malevolentiæ, ficta tegerent amicitia, quamlibet enim, seu hunc & illum, ac præsertim proditionis primarium auctorem, corde agitavisse proditionem, perniciemque, blandissimis interim, ac oleo lenioribus verbis utendo quum revera nihil nisi sagittæ essent, quibus transfodere, ac perdere studebant. Idem sensus erit in ceteris, si primum membrum exponas de inimico extendente manum ad nocendum amico. Aliter exponi potest, cum Agellio, quod si qui ex adversariis (nam numerus singularis collectivè sumendus est,) videantur extendere manum, ut retribuant, rependant, compensent accepta beneficia ei qui contulit, adde, si extendant, ac protendant, & porrigant manus prius exosculatas, & ad amplexandum benevolis verbis utendo, obsequiumque offerendo, nihil aliud tamen agunt re vera, nisi contaminant, violant, rumpunt fœdus, ac veluti testamentum amicitiæ cum illo; & è contrario, quibus putantur esse infesti, hos benevolentia, ac beneficiis prosequuntur; ita ut ex

Agellii expositio ſ.

A vultu externaque specie, non satis dignosci possit, quid intus in animo gerant, sed merito affirmare possis vultus eorum, divisos esse, quasique multiplices, quum nunc iram præ se ferant, seque divisos, & alienos ostendant, quibus tamen corde appropinquant, diligentes ex corde, & animo: nunc ad benignitatem componendo vultus, blandis utantur ac lenibus verbis, quibus perniciem tamen machinantur.

De persecutoribus Christi Judæis, ac de quibuscumque aliis, qui Ecclesiam, ac justos infectentur, maximè per dolos, fraudes, simulationes, locum istum totum tractatores declarant; nec uno tamen modo, quia variè permutatur numerus, ita ut vel singularem de Deo interdum, vel collectivè de multis accipiant. Sed hæc dispicientur commodiùs in particulari explanatione singulorum.

De persecutoribus Christi ex positio, & aliis.

Extendit manum suam in retribuendo.) Apud Ruffinum, *extendet*, quod ita enim in futuro explicat Haimo, & alii: apud Hieronymum in commentario, *expandit*. In psalterio Romano, & *extendit manum suam in retribuendo illis*. Hieronymus, *extendit manum suam ad pacifica sua*. Hebraicè sic est שלח יריו בשלמיו *scialach iadau bis lomau*. Quod alii vertunt, *misit manus suas in eos, qui pacifici erant cum eo*; vel *in paces suas*, vel, *in virum pacium*, sive *fœderum suorum*, vel *in pacificos suos*: vel *in eos, qui peculium suum erat*. Sensus est, quod hostes duce uno sive is fuerit Saul, sive Absalon, in media pace bellum intulerint, manumque violentam injecerint, & pacem simulando, amicitiæ fœdus vinculumque (quod sequentia continent verba) fœdè ruperint; & amicissimos violaverint, qui solent appellari *pacifici* f. Aquila expositi, ἀπέστειλε χεῖρα αὐτοῦ ἐν εἰρηνικοῖς αὐτοῦ, *misit manum suam in pacificos suos*. Aut, ut refert Theodoretus, sive Basilius, idem ac Theodotio, & Symmachus, quos vocant interpretes tres, ἐξέτεινε τὴν χεῖρα αὐτοῦ εἰς τοὺς εἰρηνεύοντας ὂν αὐτῷ πρὸς αὐτόν *extendit manum suam in eos, qui pacem habebant in ipso ad ipsum*, seu *erga ipsum*. Quamvis in scholio referatur tantum πρὸς αὐτὸν ex Theodoreto, & videntur ἐν αὐτῷ, & πρὸς αὐτὸν variæ lectionis verba, simul per errorem conjuncta. Chaldaicè, *extendit manus suas in homines pacis suæ*, sed aliter dispingit Nebiensis; *extendet manum suam in hominibus pacis*, sive *permutabit pactum suum*. Videtur LXX. legisse ירי *iado*, *manum suam*, in singulari, & בשלטו *bis lomo*, *in retribuendo ipsum*, per infinitum verbum, cum littera ו, vili & affixo pronomine numeri singularis. Verbum שלמ *scialam*, simul inter alia significat *solvere debitum*, quod est genus retributionis, & *pacem habere*, *pacificumve esse*, quia, qui solvit, jam nil habet quod pacem turbare possit cum alio. Unde *manum extendere ad pacifica*, vel *pacificos* reprehenditur, quoniam exigit pœnas ab iis qui nihil debebant, aut commeriti erant. Propterea vocant peccata, *debita* g, & scribit Sapiens, h quod *qui detrahit alicui rei, ipse se in futurum obligat: qui autem timet præceptum, in pace versabitur*. Ut rectè hic prius dictum sit, *& non timuerunt Deum*: nunc vero, *extendit manum suam in retribuendo*, vel, *ad pacifica*, *pacificosve*, nempe, ut iis retribueret, ac eos puniret, qui nihil debebant, & quos in pace vivere finere debebat. Exponunt porrò dicti Patres de Saule persequente Davidem benefactorem, familiarem, notum, & de Juda Christum servatorem, & bonorum suppeditatorem.

f *Eccl.* 6. 6. *Jerem.* 20. 10. c. 38. 22.

g *Mat.* 6. 12.
h *Prov.* 23. 13. Peccata cur *debita* vocantur.

De Saule & Juda expositio.

Ex dictis unus conficitur sensus litteralis cum mystico, ut scilicet *extendere manum* intelligatur inimicus *in retribuendo*, vel, hoc accipiendo in malam partem, vel in bonam, sed cum simulatione, ut in paraphrasi dixi: de duplici autem notione dicti verbi *i*, alibi priore Tomo, et trita etiam phrasis est *k*, ut *extendere* sit gravius persecutere, & considerate. Alter sensus ferè communis Latinis, est à me primo prius loco positus, de Deo punitore persecutores David, ac sub isto typo etiam Christi, Ecclesiæ, quorumliber justorum: præsertim autem Judæos interfectores Christi. In *extensione* vero, seu *expansione*, Hieronymus attendit, quod, quam recipere, cum porrigeret Christus toto die manum ad auxilium, populus non credens, & contradicens, noluit vindicem experiri: et hic, & in Judicium. Vocat Nicephorus hanc *Dei manum* τὴν νικολας τὴν δύναμιν, ἐπὶ τῷ ἀποδιδόναι τὴν ἐπαφειλομένην *punitivam potentiam in reddendo debitam castigationem*. Alius dicendi modus, allatus quoque ex Agellio, quod ad hoc per-

Sensus litteralis cum mystico.

i *Psal.* 7. 5.
k *Esa.* 9. 12. 17. 21. c. 10. 4. c. 14. 26. 27. & c.

Extendere, quid significet.

Sensus alter loci.

Hieronymi expositio ad vocem *extensionis*.

Dei manus à Nicephoro descripta.

pertinent membrum, tolerari potest, sed in aliis patitur difficultates, quas posteas expendemus.

Videtur mihi Apollinarius *retribuendi* sumsisse verbum in bonam partem, Deoque tribuisse, quem improbi non timere dicti ante sunt, ac spernere, quum tamen ipse non desinat suo tempore, vicibusque quibusdam illos afficere beneficiis.

πῖγεν, ait, ἐμοιβαῖς πάλαι μὴ ἐρχυσαν ἐπ' ἔργοις: *Extendit mutuâ manu vergentem ad opera.*

Sed Hilarius disertè ita sumsit, explicans, quum ad retribuendum Deus improbis manum extendisset, id-est, auxilium obtulisset, contaminasse testamentum ipsius, hoc est, eum qui testamento legis ad salutem pronuntiatus est, repulisse. *Manus expensa* denotat quandoque clementiam, & beneficentiam *a* Dei, seu, quod idem est, *tenere manus*, significat protectionem. Placuit idem sensus Brunoni Carthusiano.

Sunt etiam *b*, qui priora verba, *non est illis commutatio*, exposita de obfirmato odio istis nectentes, interpretentur in eo esse obstinationem, quod mordicùs, ac tenacissimè manibus veluti prehendant, quem oderunt: sicut gryphum *c* ferunt, quod ungue arripuerit, nulla ratione dimittere, nisi præciso sibi pede: & narrant *d*, tanto nescio quem odio flagrasse, ut desperata jam vita in navi, quum priores periclitari cognovisset, qui sederent in puppi, lætari se diceret, quod ibi esset inimicus, cujus se iperabat prioris interitum vilurum, quàm proprium.

Contaminaverunt testamentum ejus. Augustinus, *polluerunt*. Hieronymus, *contaminavit pactum suum*. Ubi servat eumdem singularem numerum, qui erat in priore membro; & pronomine reciproco utitur, ita ut is, qui *extendit manum*, videlicet ad nocendum, id facere, contaminando, polluendo, violando, rumpendo pactum suum, quod inierat cum alio. Hebraizantes alii eodem fere modo, *polluit pactum suum, maculavit fœdus suum:* vel *irritum fecit fœdus suum;* vel, *amicitiæ vinculum turpiter rupit*. Symmachus, παρέβυσαν συνθήκην, *transgressi sunt testamentum*. Quadrat id optimè in Saulem, qui toties sollicitus erat cum juramento, non insidiaturum amplius vitæ Davidis, quem etiam generum suum fecerat; quod hic *pactum* Cajetanus interpretatur. Nec non etiam Abialoni benè convenit, quem præter naturalem confœderationem, credibile est, postquam ei Pater ignovit, ac in conspectum quoque admisit, prolixè pollicitum obedientiam & vitam meliorem. Judæ, & Judæis quàm aptè congruat, nemo non videt. Ad eos respexisse LXX. exiſtimo, usurpando vocabulum διαθήκης, quod solet de lege tota, tùm veteri tùm etiam nova, accommodatè usurpari, ut aliàs docui, quemadmodum & Hebræum ברית *berith*, sed & per verbum βεβηλοῦν, quod violationem ac profanationem rei sacræ designat, ut Euthymius observat, innuerunt profecto iidem interpretes sanctum illud utrumque & sacrum testamentum; Judæosque profanos evasisse. Tametsi constat, apud omnes gentes, jurisjurandi, pacti, fœderisque sanctam religionem semper fuisse. Perjurans dicitur *polluere nomen Dei* f. Saul & complices, ait Euthymius profanaverunt ac ipreverunt legem Dei, qua mandatur, *Diliges proximum tuum*, & alia hujusmodi: Christi autem occisores, ipreverunt Evangelium. Judæi isti etiam legem illam ipreverunt, rejecto Christo, & universam legem atque testamentum, quo, ut Hilarius docet, prænuntiatus erat. Hoc modo, pronomen, *ejus*, refert personam distinctam, cujus sit testamentum, quod alii contaminent ac profanent: priore autem modo, retinendo reciprocum pronomen, *suum*, significatur, quod eadem persona, quæ pactum iniit, id violavit: quamvis non raro alterum pro altero pronomen ponitur, ut non semel antea monuimus. Contaminatio testamenti divini, consistit in eo, quod Hilarius dicebat, & quoniam Judæi refutando Christum, scripturis resistebant, Deumque ipsum, re ipsa mendacem faciebant, & quicquid sanctum & sacrum in lege erat, quum referretur ad Christum, dum hunc spernebant, profanum & commune ducebant. Id mali quoque faciunt nunc Christiani peccando, quod Paulus *g* vocat, *pollutum ducere sanguinem testamenti*: Ezechiel *violare sanctum Dei in omnibus offensionibus, & in cunctis abominationibus; & violare canum Dei, & introire in illud, in modum emissariorum, & contaminare illud*. Malachias *i*, *mensam Domini contaminare*: Aggæus *k*, *tangere polluta*. Jeremias *l*, *contaminare terram in morticinis idolorum suorum*. Potest hoc etiam accommodate ad illos aptari, qui dissipant & obliguriunt proventus Ecclesiasticos, aut res sacras indigne tractant, & Scripturam sanctam. Ayguanus, testamentum hæreditatis æternæ, quod *electi disponitur* m, contaminari dicit ab omnibus obstinatis, nominatim ab avaris: Testamentum passionis Christi, sanguinem ve testamenti *n*, à luxuriosis: testamentum scripturæ, quæ vocatur etiam *agnitio veritatis* o, à superbis, tum vero præsertim ab Hæreticis. Augustinus explicat de schismaticis, qui recedant ab unitate capitis, quod est Christus auctor novi testamenti. Centeri possunt isti omnes apud se dicere *p*, *percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum*.

Divisi sunt ab ira vultus ejus.) Hieron. *nitidius butyro es ejus*. Sic etiam Symmachus, sed pluraliter, λιπαρὰ βουτυρικὰ σώματα αὐτῶν, *nitidiora aut læviora butyro ora eorum*. Hebraizantes, eodem pacto, *leniora sunt magis quàm butyrum verba oris ejus*. Vel, *molle fuit supra butyrum os ejus:* vel, *molles fuerunt, ut butyrum, sermones ejus:* vel, *os illorum mitius est butyro*. Vel, *blandius fecit quisque eorum os suum lacte:* vel, *lenita sunt supra butyrum ore suo*. Chaldaice, *leniora quàm pinguedo caseorum sunt verba oris ejus*. Vel, apud Nebiensem, *teneriora, quàm pinguedo caſei verba oris ejus*. Sic habent Hebræa, חלקו טהמאת פיו *chaleku machamaot piu*. Verbum חלקו *chaleku* significat *lenire, blandiri*, nec non, ac primaria quidem notione *dividere*, & *partiri*, ut solent lævia molliaque in multas partes facilè dispertiri atque diffundi. Hieronymus, Symmachus, Hebraizantes, usi sunt secunda significatione minus principali, propter sequentem dictionem, ut sit hoc loco intransitivum verbum, & plurale pro singulari, in quo numero est ultimum nomen. Dictum alibi *q* de eodem verbo. Secundum vocabulum à Hieronymo & Hebraizantibus accipitur, ut nomen pluralis numeri, cum littera servili, seu præpositione מן *min*, rejecto (ג) *nun*, & cum supposito puncto *pathac*, propter gutturalem litteralem (ת) *cheth*, quæ habet *chateph pathach*, sive *pathah* compositum, & *camets*, loco *scevæ*, ut esse debuerat, ob regimen ad sequentem dictionem à singulari חמאת *chemah*, quod significat *butyrum bovis*, aut *vaccæ*, sicut βέτυροι, *a* βῶς *bos*, & τυρὸς caseus. Ut sit sensus *lenierunt præ butyris os ejus*, sive *os suum*, idest verba oris sui. Vel redundat ם, *mem*; vel etiam componit aliud nomen. Quo pacto idem erit adhuc sensus, *lenierunt butyra oris sui*, hoc est, lenierunt se, & ut butyra fuerunt verba oris sui. Ultima dictio פיו *piu*, est cum affixo singulari tertiæ personæ masculinæ, & nomine פה *peh*, *os*; quod pro pluribus ponitur; & affixum pronomen potest sumi, ut simpliciter aut reciprocè. Verùm LXX. legerunt non חמאת *machmaot*: in plurali, sed חמאת *machamath* in singulari, velut constans ex dicta præpositione, & nomine חמה *chemah*, *ira*, *furor*, *æstus*, & *incandescentia iræ*, à יחם *jacham*, *calluit*, *exæstuavit*, *iratus est*; facta epenthesi litteræ (א) aleph in medio; quamvis reperiatur etiam חמא *chemah* cum (א) in fine. Præterea interpretati sunt verbum חלקו *chalekub* transitivè & passivè, *divisi sunt à se ipsis*, seu, *divisérunt se ab ira*; ideſt, *præ ira*: ut legit quoque Augustinus, *oris sui*, hoc est, oris & vultus proprii, ita ut rumperentur ac dissecarentur ira, quam vultu & ore demonstrarent, tamquam in diversa mutato, quum scilicet vexaret illos extenta manus Dei. Vel intransitivè *divisi sunt ab ira oris*, sive *vultus ejus*, nimirum Dei, qui paullo ante dictus est manum extendisse contra illos, qui non timebant eum, & contaminaverant testamentum ejus. Porrò hoc loco, *vultus*, non est casus rectus pluralis, sed obliquus singularis, quemadmodum & Græcè, κατὰ πρόσωπον, ut sit *ira vultus*, à qua, seu præ qua, & propter quam divisi sint. Divisi, autem sunt aut ab ira sua, aut ab ira Dei, ut ante dixi.

Est quibus expositionibus posterior est magis communis apud Patres, qui de dissipatione Judæorum per orbem explanant. Et idem erit, si exponas cum Genebrardo,

a Ezech. 2. 1 Isa. 65. 2. Manus expansa pro Dei clementia & beneficentia.

b Petrus Valderama in exercitio ser. 6. post ciner. Hisp. idiom.

c Ricard. Br in symb. 10. 1.

d Scipio Amirat. Extremi odii exemplum.

e 1. Reg. 24. 22. & 25. 34. Loci applicatio.

Διαθήκη.

Βεβηλοῦν,

Jurisjurandi, pacti, fœderis quanta religio.

f Lev. 19. 12

Christi occisores Judæi spreverunt universam legem & testamentum.

Contaminatio testamenti divini in populo Judaico qualis

g Heb. 10. 29

h c. 5. 11. & c. 7. 22.

i c. 1. 7. 11.

k cap. 2. 14.

l c. 16. 18.

Loci applicatio.

m Ps. 88. 4.

n Zach. 9. 11 Heb. 10 16. 28.

o Ecc. 24. 32.

p Es. 28. 18.

q Ps. 11. 3.

Butyri etymon.

Communior expositio.

brardo, quod ipsi se separaverint & distraxerint ab ira to Deo, quod iram ejus neglexerint: quod, iratusne esset nec ne, non curaverint. Sed senius Agellii, ut ipsos *vultus* inimicorum dicat David *divisos*, quia nunc simularent benevolentiam, nunc succenserent quibus non debebant, non cohæret, nisi vultum collectivè sumamus, & *dividi ab ira* interpretemur, ut eam quandoque simularent, & ab ea se ficte separarent, molliter videlicet ac blandè loquendo, ut præse ferunt interpretationes ex Hebræo. Arnobii expositio singularis est, *divisos* dici *ab ira vultus Dei* peccatores, quia ipse impassibilis est. Valentia etiam in eo videtur falli, quod *vultus* accipiens pluraliter, explicat *divisos vultus* Christi *ab ira*, & separatos, quia semper adversariis locutus est sine ira. Vindicat hunc locum à calumnia prædicantis nescio cujus. Gretserus *a* noster, eumque commodè declarant etiam de nostris Pineda *b*, & Rota *c*.

Sensus Agellii male cohærens.

Arnobii expositio singularis. Valentiæ improbata.

a tom. 1. p. 1. Bellarm. de verbo Dei l. 2. c. 13.
b in Job. 3. 27. vers. 5
c Rota Mystica expositio.

Mysticè præterea *divisio* ista exponitur ab August. de Hæreticis, & schismaticis, quos etiam partiarios & sectarios vocant, & ipsum *schismatis* vocabulum *scissionem* sonat; sicut & juxta unum etymon, *hæresis*: ὀχ ζειν namque dividere est, & αἱρεῖν, idem valet, non solum *eligere*. Gregorius *d*, item de divisione à pravo errore usurpat præsentem locum; estque certissima nota, qua Catholica Ecclesia dignoscitur perfecta una, sibique optimè semper cohærens.

a 1. sing. c. 5.
d l. 7 ep. in 3

Et appropinquavit cor illius.) Discrimen parvi momenti est aliorum legentium, *appropriavit*: aut, *ejus*. Haimo, legit, *appropinquabit*, & meminit Hugo, sicque Bruno Carthusianus exponit. Complutenses Regiique Codicet legunt in plurali, *& appropinquaverunt corda eorum*: prout etiam habetur Græcè, καὶ ἤγγισαν ἡ καρδίας αὐτῶν. Et apud Scholiastem alius, καὶ συνεκλείσθησαν ἀκαρδίας αὐτῶν, *& conclusa sunt corda eorum*. Symmachus, πολεμεῖ καὶ ἐς καρδίαν ἑκάστου αὐτῶν, *pugnat autem & in uniuscujusque eorum*. Hieronymus, *pugnat autem cor illius*. Eodem fere modo ceteri ex Hebr. וקרב לבו *ukrau ibbo*: *at prælium in corde ejus*: vel, *& prælium cor ejus*, nempe meditatur: Vel, *& initium cor ejus*, subaudi subdolum ac simulatum est, sicut & os: Vel, *& propinquum est cor ejus*, hoc est, æque simulatum, &c. & quod importat in alia illa Græca versione συνεκλείσθησαν, *clausum est*, ac *tectum*, ut discerni nequeat, intus pugnas machinans, foris per os, alienum sese ostentans ac separatum ab hujusmodi re, sed pacificum amicumque. Chaldaicè, *& sicut arma bellica cor ejus*. Utentes plurali numero, aut collectivè singularem sumentes, non possunt interpretari de DEO, quod Augustinus tamen facit, docens *cor Dei appropinquare*, ac Ecclesiam suam magis magisque instruere, tùm quum sese ab Ecclesia, & ab ipso dividunt separantque per varios errores Hæretici, & hanc unam esse utilitatem hæreseon, ob quam permittantur à Deo, ut multa quæ latebant in scripturis, agitantibus Ecclesiam Hæreticis aperirentur, & intelligeretur cor sive voluntas Dei; & simul sic exercerentur, idest, apparerent *probati argento* e, multi videlicet, qui optimè poterant scripturas dignoscere, & pertractare, sed latebant in populo DEI, nec afferebant solutionem quæstionum difficilium, quum calumniator nullus instaret. Exemplis probabat Arianorum. Novatianorum, Donatistarum, qui Trinitatem, Pœnitentiam, Baptismum impugnaverunt. Inductio per infinitas alias hæreses fieri potest.

Cor Dei appropinquare ut dicantur hæretici, Hereseon utilitas.

e Ps. 67. 31
f Cor. 11. 19

Imitantur Augustinum alii enarratores Latini, ut Ruffinus, Remigius, Hieronymus, Bruno Herbipolensis: prætereaque declarant, DEUM cor & voluntatem manifestaturum contra persecutores Judæos, & alios, ut male feciſſe convincantur. Hoc modo Cassiodorus. Haimo exponit manifestandum à Deo, quare hunc elegerit, illum reprobaverit. Arnobius, quod quamvis improbi *divisi* sint *ab ira vultus DEI*, quia impassibilis est, tamen *appropriat cor ejus*, quatenus non eum latet, id quod sequentibus his verbis continetur. Videtur Appollinarius consentire:

Loci expositiones.

Ἐγγύθεν ἀθανάτου σκοπιάζετο μῆτιν ἄνακτος;
Prope immortalis vidit consilium Regis.

Brunonis & aliorum.

Bruno autem Carthusianus, & Hugo, *cor Dei* accipiunt pro electis (solere namque nos amicissimos nostros, vocare *cor nostrum*) & istud cor appropinquare cœlesti Regno, ac Beatitudini, ut eam possideat, quum reprobi dividantur *ab ira vultus Dei*. Valentia interpretatur *cor Christi appropinquasse adversariis*, quia propensa semper voluntate ac benigna erga illos fuit. Idem Hugo & Dionysius applicant ad voluntatem Christi Deique, qui divisis in ira Judæis in quibus negavit ultra esse voluntatem suam *f*, Gentes vocaverit, volueritque, ut *illorum delicto salus esset Gentibus* g, vel Deus Christusque cor applicavit ad Gentes, ut Hugoni placet. Rursum idem Dionysius, tropologicè, quod paratus semper sit Deus, cuivis misereri, subvenire, parcere, quantumlibet sit separatus per peccatum, cui justè iratscitur Deus. *Appropinquate*, inquit Jacobus *h*, *Deo*, & *appropinquabit vobis*. Hilarius ait, cor Judæ proditoris appropinquasse, quoniam maximum ministerii opus curavit, nempe pauperum curam agens: Hieronymus, quia cor ejusdem Diabolus implevit, ut Christum traderet. Euthymius & Nicephorus numero multitudinis legentes καρδίας, *corda*: Judæorum volunt *corda* dici *appropinquavisse*, i. e. appropinquatura esse, ut à Romanis vexati, tandem quod ambigebant, atque divisi inter se, partim aliis cautis, partim interfectioni Christi, tantum illud malum suum adscribebant, cognoscere inciperent, saltemque dubitare, quod Christus est Deus: nam qui dubitat, centetur ad veritatem appropinquare.

Loci applicatio.

f Mat. 1. 10
g Rom. 11. 12

Tropologia

h c. 4. 8

Cor Judæ proditoris ut appropinquasse dicatur, & corda Judæorum.

Litteralis sensus. Agellii durior expositio.

Litteralem sensum, & hìc, & initio in paraphrasi posui scilicet de hostili corde, bellaque moliente: hanc etiam esse vim verbi קרב *karau*, & *appropinquandi*, docui versu 19. Expositio Agellii de corde appropinquante, ad amandum eos quibus iratum se quis simulet, durior est.

Mystici allati sensus. potissimùm quos graviores tradunt Patres, venerationem merentur. Gregorius *i*, consolans Anastasium Antiochenum Episcopum, magnam scribit Dei omnipotentis esse gratiam, quod in ipsis qui à sanctæ Ecclesiæ doctrina divisi sunt, Unitas non est: quodque subtilius illa in sua semper eruditione instruatur, dum Hæreticorum quæstionibus impugnatur: ita ut apertè impleatur, quod per Psalmistam contra Hæreticos, de Deo dictum est; *divisi sunt ab ira vultus ejus*, *& appropinquavit cor illius*. Nam, inquit, dum ipsi in suo pravo errore dividuntur, cur nobis DEUS appropriat; quia eruditi adversitatibus, intellectum ejus subtiliùs invenimus. Sapit hæc doctrina Augustinum, de quo priùs diximus. Idem Gregorius in alia epistola jubet Theodorum medicum *discere cor Dei*, *in verbis Dei*.

i l. 7 ep. in 3 Gregorii consolatio ad Anastas. Antiochen. Episc. super hoc loco.

Molliti sunt sermones ejus super oleum.) Non discrepant editiones aliæ in re ullius momenti. Psalteria Latina alia, & Arnobius, ac Hilarius, *mollierunt sermones suos*, apud Hilarium, *ejus*, *super oleum*. Sic alicubi quoque legit Hieronymus *k*: sensus litteralis est de blandis cum fraudulentia inimicorum verbis. *Olei* autem, & ἔλαιος nomen accipitur etiam pro *unguento*, quod שמן *semen* quoque significat, non purum liquorem. Talis illa parœmia, qua utitur Martialis *l*, *ferre oleum in auriculam*. Cujus parœmiæ vis oritur ex olei lenitate, quæ alteri proverbio locum fecit: *oleo tranquillior*; ita ut placiditatem fluminum comparet Ezechiel *m*, cum oleo. Sed ex sacro nostro penu promtum præterea proverbium *n*, de meretrice: *Favus destillans labia ejus*, *& nitidius oleo gutture ejus*: & *o*, *induit maledictionem sicut vestimentum*, &, *sicut oleum in ossibus ejus*, *&* p, *oleum peccatori non impinguet caput meum*. Lenit simul exteriùs ungendo, pungitque oleum intus, Galeno *q* teste, & omnium fere materia est medicaminum, facile vergens in eorum quæ ipsi admisceantur qualitatem, vel frigoris vel caloris. Quod belliſſime in assentatores, & simulatores quadrat, de quibus Hieronymus *r*, ad Celantiam usurpat præsentem locum, nec non Procopius *s*, Auctor *t*, operis imperfecti, & Bernardus *u*. Hic observat *mollitos* dici *sermones* non *molles*, quod sit in eis non tam vera & solida, quàm suppducta & simulata suavitas. Affinitatem habet *lactandi* verbum, quo non profani solum, sed sacri etiam utuntur Auctores, ut Salomon *x*; idem sibi valet *loqui mollia* *y*. Talis quem Antiochus misit in Jerusalem, *verba pacifica in dolo loquens* z; talis etiam Apollonius ibidem pacem simulans *a*, & alii permulti, ut Joab salutans Amasam, & confodiens *b*: & Herodes adorare se velle natum puerum Christum dicens *c*. *In ore suo pacem hi cum animo suo loquuntur*, *& occulte ponunt ei insidias* d. Ad litteram

Basi-

k prox. in l. 6. in Ezech. Sensus litterali. l l. 5. epig. in 78. Ferre oleum in auriculam. Oleo tranquillior. m c. 32. 14
n Prov. 5. 3.
o Ps. 108. 18
p Ps. 140. 5 Olei proprietas.
q 2. de simpl. medic. facul. c. 7. & 32 In assentatores & simulatores applicatio.
r Epist. 14
s in Esa. c. 1
t homil. 19
u in l. sent. Cur *molliti* sermones dicantur hic non molles, observatio.
x Pro. 1. c. 16
y Job 40. 22
z 1. Mach. 1. 31
a 2. Matt. 5. 25
b 2. Reg 20. 9
c Matth. 2. 8. 21
d Jerem. 9. 8

Ad litteram explicatio. a 1. Reg. 24. v. 26.

Basilius, Theodoretus, Euthymius explicant, de Saule, qui nonnumquam blandissimè alloquebatur Davidem vocans *filium suum* a. Idem Basilius, ac Theodoretus, & Hilarius referunt ad Judam; sed Hilarius, ad eum qui blandiloquus emollito super oleum sermone, curam agere se pauperum fallens, etiam tùm quum pretiosi unguenti effusa alabastrus est, conquestus est, tamquam id magis venire in sumtum inopum debuisset b. Alii, & Hieron. nomine insignitus enarrator, & in symbolum Ruffinus, & Cyrillus Jerosolymitanus c, quando salutatione osculoque prodidit Christum d. Verus alibi Hieronymus e, hæreticos ait hìc notari, qui labia tantum melle circumlinant, & oleo circumungant. Euthymius ac Nicephorus, & Auctor operis imperfecti f, de illis explicant, qui vocabant *magistrum* Christum, *veracem, viam DEI in veritate docentem, & cui non esset cura de aliquo nec respiceret personam hominum* g. Addunt Cassiodorus, & Bruno Herbipolensis, quum dicerent, *scimus quia à Deo venisti* h, & his alia similia possunt afferri. Nam qui aperto agunt marte, atque pervicaciter, & cum furore pertinaci, eorum dicitur *indignatio dura* i: & *sermo durus suscitat furorem, sicut responsio mollis frangit iram* *. Sed in meliorem partem de verbis divinæ scripturæ, DEI, Christi, quæ licèt videantur dura, sint mollia tamen, ac suavia, & oleo similia: subeunt, intrant, penetrant usque ad ossa, & (quod est in sequenti membro) efficacia, & more jaculorum penetrabilia. Declarant Augustinus, is qui Ruffinus dicitur, Remigius (qui meminit eorum qui dicebant, *Deus est hic sermo*) k, Bruno Carthusianus, Hugo. *Dulciora super mel, & favum judicia Domini* l, &, *dulcia faucibus eloquia* m. *Favus distillans labia sponsæ; mel & lac sub lingua ejus* n, & *eloquium dulce* o, quando sponsi tractat, ruminat, promit verba: *penetrabilior* una etiam *sermo Dei, vivus & efficax, omni gladio ancipiti* p. *Diffusa est gratia in labiis sponsi* q, ut aliàs r, demonstravimus, atque velut in ore occisi leonis s, favus inerat; quem de lege spirituali Prosper * interpretatur, quam Christus repulsis Judæis ministravit Gentibus, per Apostolos, quibus videlicet *aperuit sensum ad intelligendas scripturas* t, & *comedit cum illis favum* post resurrectionem u. Denique *favus* x, *mellis compositæ verba*; vel, ut Prosper legit, *favi mellis sermones boni*, κηρία μέλιτος λόγοι καλοί. Hebraicè כעם *nohham*, *suaves*, amœni, &c. *Quid suavius disciplina?* inquit Hieronymus y, *quid eruditione melius? quid dulcius Domino?* Id Augustinus z, expertum se scribit. Perfectis *instar mellis est sermo divinus, ut lac imperfectis*, inquit Nyssenus a. Theodoretus b. Psellus c, & apud Theodoret. d, tres Patres, Gregorius e, item, & Riccardus f, S. Victoris. Divinus sermo rectè comparatur cum oleo propter lucem, & quia veluti supernatat, reficit, sanat, mollefacit, ut ostendit Hugo, nos de re tota diximus non pauca ad psalm. 18. g.

b Joan. 12. 5.
c Catech. 11.
d Luc. 22. 48. Hæret. hoc loco notati.
e Hieras. in l. 6 in Ezech. Hieron. 42.

f Matt. 22. 16.
h Joan. 3. 2

i Gen. 49. 7
* Prov. 15. 1. In meliorē partem de verbis divinæ Scripturę expositio

Sermones divini sunt instar jaculorum.

k Jos. 6. 66.
l Ps. 18. 11.
m Ps. 118. 103
n Cant. 4. 10
o ibidem,
p Hebr. 4. 12.
q Ps. 44. 3.
r ibidem,
s Jud. c. 14. 8.

Loci Judicum interpretatio.

* 2. de prad. c. 21.
t Luc. 24. 45
u Luc. 24. 42
x Pro. 16. 24.

y epist. 127. munitione 25
z 9. conf. c. 4. & 6.
a in c. 4. cant
b ibidem.
c ibidem,
d supra.
e ibid.
f ibid.

Divini sermonis recta cum oleo comparatio

g vers. 5.

Et *ipsi sunt jacula*.) Hieronymus, *quum sint lanceæ*: in scholio, loco βολίδες, ponuntur ἀκοντία, *tela*, & λογχάρια, *lanceæ*. Theodoretus autem, ut eum quidem Latinus expositio interpres, Aquilam refert *insidias* posuisse *dolose*, sed Basilius, qui nihil differt à Theodoreto, juxta versionem etiam Latinam, ait *lanceas*, ut necesse sit apud Theodoretum lectum λόχοι, apud Basilium λόγχας. Hebræum vocabulum פתיתות *petichoth*, ab aperiendo, quod est פתח *pathach*, significat *instrumenta, quæ acie, aut acutie aperiunt aliquid, ac dividunt*. Satis usitata scripturis comparatio maledicæ ac fraudulentæ linguæ cum *gladiis* & *sagittas* h: vocatur præterea *flagellum linguæ* i, & *plaga* k, & *laqueus* l, dicitur item *percutere lingua* m: tribuitur eidem furor n, & quod *acuant eam* aliqui *sicut sermones* o: *dentes* quoque nonnullorum, vocantur *arma & sagittæ* p. Tandem *jaculum*, inquit Sapiens q, *& gladius, & sagitta acuta homo, qui loquitur contra proximum suum falsum testimonium*. Ubi secundùm proprietatem nominum Hebræorum, quæ significant *malleum, gladium, sagittam*, quibus contundi ac frangi solet caput, jugulum peti, cor transfigi, exprimitur quàm sit grave malum falsi testimonii, atque calumniæ, ut noceat, quod Cajetanus r, observavit personæ, famæ, rebus. Meritò prius dictum de hujusmodi calumniatoribus fraudulentis, quod sunt *divisi ab ira vultus divini*, juxta sensum unum; quia *ipsorum verba jacula erant*. His illud Plauti s, convenit:

In melle sunt linguæ sitæ vestræ, atque orationes
Lacteque: corda felle sunt sita, atque acerbo aceto,
E linguis dicta dulcia datis, corde amare facitis.

Quo pacto sermones divini sint *jacula*, dictum priore membro. Hujusmodi sunt etiam breves quædam preces, quas pii, quod veluti ejaculentur, *jaculatorias* vocant. Illos *gladios* maledicentiæ, & *lanceas* calumniæ *conflare in vomeres & falces* oportet t; ut DEUS pacis nobiscum sit, paxque illius custodiat corda, & intelligentias nostras, ne sinistrè de aliis sentiamus, loquamurve, ne odium alamus. *Concident*, ait Tertullianus u, *machaeras suas in aratra: sibynas in falces*, i. e. animorum nocentium, & linguarum infestarum, & omnia malitiæ ac blasphemiç ingenia convertent in studia modestiæ, & pacis. *Et non accipiet gens super gentem macharam utique discordiæ, & non discent amplius bellare*, i. e. inimicias perficere. Ut & hìc discas, Christum non bellipotentem, sed paciferum repromissum. Galatinus *, Judæis respondens objicientibus Messiam nondum venisse, quia nondum arma bellica in agriculturæ instrumenta sunt conversa, dicit & quosdam Rabbinos admittere tunc etiam armorum futurum usum, saltem ad ornatum; & quod servi Messiæ non servient Gentibus, quod contigit sub Constantino. Addit, spiritualiter multo id melius esse factum, quando Gentium Sapientes, ut Dionysius, Clemens, Cyprianus, Augustinus, & similes, linguas, verba, argumentationumque versutias, quibus ante eorum conversionem disputando, contra fidem nostram acerrimè pugnabant, postmodum converterunt ad idololatriam extirpandam, evellenda vitia, virtutes tùm in Judæorum, tùm in Gentilium cordibus nutriendum.

t 1. epist. 5.
u 3. contra Marcio. c. 23

* l. 5. c. 6. Judæorum objectiones de Messiæ nondum adventu.

Vers. 23.) Jacta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet: non dabit in æternum fluctuationem justo.

Maledicæ ac fraudulentæ linguæ comparatio.

h Ps. 56. 5. Ps. 63. 4. Pro. 5. 4. Jer. 9. 8.
i Job 5. 21. Eccl. 26. 9.
k Eccl. 26. 21
l c. 51. 3.
m Jer. 18. 18.
n Osea 7. 16.
o Ps. 139. 4.
p Ps. 56. 5.
q Prov. 25. 18

Falsi testimonii & calumniæ malum quam grave.

r ibidem.
i in truculenta 1.

CIN adeò magnà gravique obtrectatorum, & calumniatorum molestia, nullum aliud remedium quàm se committere totum Deo, omnemque in eumdem projicere sollicitudinem: unde proculdubio fiat, ut ipse sedulæ nutricis in morem educet custodiatque, nec sinat justum jactari semper, ac fluctuare per iniquorum persecutiones, sed post tempestatem largiatur tranquillitatem. Gemina huic, Saræ Raguelis filiæ sententia x, *Non enim delectaris in perditionibus nostris, quia post tempestatem tranquillum facis, & post lacrymationem & fletum exultationem infundis*. Propheta noster, vel seipsum alloquitur, animatque, tamquam diversum quempiam hominem: vel expertum quanti referat bene de DEO sperare, alium quemlibet hortatur idem facere, qui similes patiatur suis calamitates. Priorem sententiæ partem à Petro y, recitatam, quum interpretarer eumdem, tractavi. Quod mihi nunc pauciora dicenda erunt.

Sensus loci.

In magna obtrectatorū & calumniatorum molestia, unum remedium totum committere se DEO

x Job. 3. 22.

y 1. epist. 5.

Jacta super Dominum curam tuam.) In aliis Psalteriis, & apud Cassiodorum, & Leonem z, *jacta in Deum cogitatum tuum*: apud Arnobium, *in Deum cogitationem tuam*: apud Hilarium, *in Dominum cogitationem tuam*: apud Ambrosium a, *in Dominum cogitatum tuum*. Hieron. *Projice super Dominum charitatem tuam*. Eadem lectio extat in epistola Anacleti secunda b: ubi etiam ratio subditur, *quia omnis homo in sua causa deficiens, & in suis hæsitans consiliis, quærit sibi amicum fidelem, in cujus consiliis confidat, qui in suis diffidebat, & talem fiduciam habet in illo, ut omnem secretum sui pectoris ei pandat & aperiat*. Additur præterea: *Quid dulcis est, quàm ut habeas illum, cum quo omnia possis loqui, ut tecum? si ista cum hominibus fiunt, quanto magis cum Deo hoc est agendum*, &c. Placet sententia, sed non dubito Anacletum ita non scripsisse, nec usum editione Hieronymi, qui tanto recentior est, nec, ut omittam alias rationes, illam de amicitia sententiam, quæ Ciceronis est, usurpaturum fuisse. Denique videtur rapsodia ex aliorum scriptis longè posteriorum.

z Serm. 5. de Quadrag.

a in c. 12. Luc

b tom. 1. conc.

Circa Anacleti lectionem controversia.

Sed ad rem, vertunt alii Hebræum nomen cum affixo יהבך *jehavecha*, *pondus, onus, sarcinam tuam*. Vel, sumendo tamquam verbum, atque supplendo אשר

ascr,

aſcer, quod exponit R. Kimhi, *projice ſuper Dominum, id quod dedit tibi, uſque ad hunc diem, & id quod opus habes.* Explicat adhuc idem, ut nomen, *projice dona tua ſuper eum, quia ipſe donabit illa tibi.* Tandem refert, quum Rabbini ſignificationem iſtius vocabuli ignorarent, audiviſſe quemdam mercatorem Arabem dicentem cuidam שקל יהביך *ſcekul jehaviach, libra*, ſeu *pondera*, vel, *tolle onera ſarcinaſque tuas.* Rurſus juxta notionem nominis, pro *dono*, & *dato*, explicat Marcus Marinus *a*, *nihil cures dicere Domino*, *da*, *affer*; vel, *à Domino tantum quicquid deficit deeſtque, efflagita.* Paraphraſis Chaldæa ponit, *ſpem tuam* מיכרך *ſiderach*; quamvis legat Nebienſis טוברך *ſovarach*, *onus tuum*, Dicto Petri loco, ubi ſatis multa dixi, monui videri Hieronymum, quum *charitatem* interpretatus eſt, legiſſe aliud vocabulum à themate יאב *jaav*, vel אבה *avah*, vel אוה *avah*, vel אוה *juvah*; vel האב *thaav*; quæ ſignificant *appetere*, *deſiderare*, *velle*, &c. Poſtremo, *projicere curam*, μέριμναν, comprehendit omnia, onus nempe, & quicquid moleſtum eſt; præterea id quod quis amat, ſperat, deſiderat: item quæ eumque dedit Deus, aut bona ne amittantur, aut mala, ut ea removeat, vel ad tolerandum vim ſuppeditet.

a in area Nos

Projicere curam quid ſit.

B

De jactandi verbo, ſive *projiciendi*, ibidem docui innuere jactationem anchoræ inter fluctus, de quibus hic paullò poſt: *anchoram ſpem* eſſe, ut Paulo *b*, placuit, *tutam & firmam*: Deum eſſe in quem, ut in gubernatorem navis, quod Baſilius Theodoretuſve notat, (eo ſpectat autem phraſis, qua *defigi ſpes in quopiam dicitur*) jactus ille fieri debeat, non ſolidam terram: deinde quam horreamos & execremur ſuſcipere, aut retinere curam de nobis ipſis. Sed eadem inculcare mihi ipſi permoleſtum, ſemelque dicta repetere, ac libros videre novos, ex olim, ſcriptis, vanum & inutile videtur. Repete ad meditandam providentiam DEI, exempla Corvi, & Halcyonis. De illo divinæ ipſæ litteræ *c*; de hac Baſilius *d*, qui in inde argumentatur, melius res noſtras à DEO ipſo, quàm ipſi optare poſſimus, adminiſtrari: à DEO ſolummodo contendendum, quæ ad ſalutem pertinent: nihil non noſtri cauſſa, etiam eorum, quæ hominum opinionem excedunt, factum paratumque à DEO, quum ſimus ad ejus imaginem facti: propter avem autem adeo parvam, magnum ac terribile mare coerceatur, ac juſſu Dei, media hyeme ſedetur: &, ſi Halcyoni tanta DEUS tribuat, multo majora daturum iis qui ſe ex toto corde invocaverint. Dux ille *ſuper cujus manum Rex Iſrael incumbebat* (more videlicet regio, honoris cauſſa *e*; ſed tropologicè ſumi poteſt de illo qui nitatur humanis præſidiis:) quum vaticinanti Eliſæo de Dei providentia circa annonam, credere noluiſſet, ex ea quid guſtare nequivit, prout idem vates prædixerat; ſed qui prædictionem conculcaverat, *perlit conculcatus à turba f.* Prælentem Chryſoſtomus *g*, ex verſiculo iſto ſcribit capi medicinam ab illo qui extrema prematur inopia.

b Heb. 6. 19.

Corvi & Halcyonis exempla movere homines debent.

c Job 39. 3. Pſal. 146. 9.

d Orat. de præſidiis.

e 4. Reg. 7. 2. Esther. 15. 6

Tropologia de illo qui nitatur humanis præſidiis.

f 4. Reg. 7. 2. 17

g hom. 26. in Gen.

Medicina eorum qui extrema premuntur inopia.

Et ipſe te enutriet.) Leo *h*, *nutriet*. Nutritionem iſtam Petrus *i*, generali nomine *curæ*, interpretatus eſt, *quoniam ipſi curæ eſt de vobis*, ὅτι αὐτῷ μέλει περὶ ὑμῶν: & hoc loco Apollinarius, ſed optantis modo:

Καί σευάει κἠδοιτο διηνεκέως τ' ἀπαλλος,
Et te ſemper curet, perpetuoque nutriat.

h Serm. 5. de Quadrag.

i 1. epiſt. 5. 7

In Petri Commentario expoſui vim verbi Hebræi cum affixo, יבלכלך *jechalchelecha*, ut ſit etiam *ſuſtentabit te, elevabit, ſuffulciet, paſcet, alet*, veluti ſecundùm demenſum tuum menſuramve, diſponet, & curam geret quotidie rerum tuarum. Amplectitur omnia verbum *nutriendi*, ſicut & *paſcendi*, ſcilicet neceſſaria vitæ ſuſtentandæ, *quem* regit enim *Deus*, h. e. paſcit, ποιμαίνει, *nihil ei deerit k.* Græcum quoque præſentis loci compoſitum verbum διαθρέψει, quaſi non ſemel ac ſimul totum nutriturus Deus denotetur, idve quod ſit opus ad nutriendum daturus, ſed veluti per dies ſingulos ſubminiſtraturus, & ad diurnam ſuppeditaturus menſuram neceſſarium victum, quod appellari nunc dicebam *dimenſum*; quæ apud Lucam *l*, vocatur *tritici menſura*, σιτομέτριον ἐν καιρῷ, apud Matthæum *m*, τροφὴ *cibus*: & in Geneſi *n*, quod Latinè ſcribitur de Joſeph, aluiſſe patrem fratreſque. Græcè habetur, quod ἐσιτομέτρει, *triticum metiebatur*. Hebr. eodem verbo, quod eſt hic יבלכר *jechalchel*. Si totum daret ſimul Deus, non levaret cura: hanc nobis impoſuit curam, ut ab

K Pſ. 22. 1. Διατρέφειν.

l c. 12. 42.

m c. 24. 45.

n c. 47. 12.

Aejus pendentes cura, & *ſufficere diei militiam ſuam* reputantes, *minimeque de craſtino ſolliciti* o, *quotidianum quotidie panem petamus* p. Jacob, Deum dicebat, *paviſſe ſe ab adoleſcentia ſua, uſque in præſentem illam* q. *Indecorum eſt*, ait Ambroſius, *homines curare de cibo, qui militant regno: novit Rex quemadmodum familiam ſuam paſcat, alat, veſtiat.* Tum ſubdit ideo prolatam ſententiam iſtam.

o Matth. 6. 26. 34.

p Luc. 11. 3.

q Gen. 48. 15

Non dabit in æternum fluctuationem juſto.) Alii, *mutationem, laſſum, cauſſam*, vel per verbum, *non ſinet commoveri*. Eſt מוט *mot*, aut nomen, aut verbum. Græcum σάλος, *fluctum* quidem propriè ſignificat, ſed ſimul etiam *quamlibet commotionem, & quaſſationem.* Ad fluctuationem, aut ejus certè periculum cohibendum, valet ille, quem prius dixi, quaſi anchoræ jactus in Deum, quod Ruffinus etiam notat. Et vocari anchora poteſt *ſacra*, quæ à nautis ideo ſic vocabatur, teſte Joanne Zezte r, quia præ aliis grandior adhibeatur in graviore diſcrimine.

Ad fluctuationem aut periculum cohibendũ, valet anchoræ jactus in Deum. Anchoræ ſacra cur à nautis dicta r Chiliad. 11 num. 36.

Διὼ ἱερὰν ἄγκυραν δ' ἐ εἶναι αὐτὸς μοι νόει,
τῶν ἀγκυρῶν τῶ μεῖζον α τῶ ἐν ἀπελοις ἰσις,
εἰς σωτηρίαν τῆς νεὼς ὑ ἑραν χαλωμένω.
Sacram anchoram autem eſſe ipſe à me intellige.
Ex anchoris maximam, quam in diſperationibus
In ſalutem navis poſtremam laxamus.

Lege adagium; *ſacram anchoram ſolvere*: *Adhærere Deo bonum*, & *ponere in illo ſpem ſuam* s, *in quo qui confidunt, non commoventur in æternum* t, *Portum* hic vocat Auguſtinus. Commoveri poteſt juſtus, & fluctuare, immo & naufragium nonnumquam pati; ſed ſi de electis ſit, non in æternum, ſicut illi quos naufragaſſe ſcribit Apoſtolus *u*. *Fluctus* etiam ſunt tribulationes *x*, *à quibus liberat juſtos tandem Dominus* y. *Modicum paſſos perficit Deus, firmat, ſolidat* z. Leo *a*, *ſi quid quis ſibi impoſſibile, aut arduum in mandatorum effectibus experitur, hortatur, ut non in ſe remaneat, ſed ad jubentem Deum recurrat, qui ideo dat præceptum, ut excitet deſiderium, & præſtet auxilium, dicente Propheta, jacta in Deum*, &c. Arnobius, *Jacula* in præcedenti verſu, docet eſſe cogitationes anxias, quas Dæmones de cibo, potu, veſtitu ſuggerunt: his occurrendum ſententia iſta, ut non fluctuemus. *Qui non poſtulat in fide, ſed hæſitat*, (διακρίνεται, dijudicat de Dei ſcilicet potentia, & miſericordia, & quaſi ſe peccatorum preſſum putans mole, diffidit) *ſimilis eſt fluctui maris, qui à vento movetur, & circumfertur* b, quem locum ad hoc idem propoſitum Chryſoſtomus *c*, ac Damaſcenus *d*, urgant, in eo, quem nutrit Deus pane, qui *cor confirmat* e, eſtque *vitæ & intellectus, & potat aqua ſapientiæ ſalutari* f. *Firmatur* Deus, & *non flectitur*, ſed *in illo firmatur*, & *continet illum*, & *non confundetur* h. Quod ſpectata re ſecundùm ſe intelligitur, niſique ſtet per eum, cui ſe Deus & ſapientiam communicat. *Non ſinit DEUS nos tentari ſupra id quod poſſumus, ſed facit etiam cum tentatione proventum, ut poſſimus ſuſtinere* i.

f Pſ. 71. 28. 77. 7.

t Pſal. 45. 6. 124. 2.

u 1. Tim. 1. 19. Fluctus pro tribulatione.

x Mat. 14. 8. Pſ. 87. 8. 1. Mach. 6. 11.

y Pſ. 33. 20.

z 1. Pet. 5. 10

a Serm. 5. de Quadrag. Jacula præcedenti verſu memorata quid ſint.

b Jac. 1. 6.

c hom. in Pſ. 11

d orat. 3. de imaginibus.

e Pſ. 103. 15.

f Eccl. 15. 3.

g ibidem.

h ibidem.

i 1. Cor. 10. 13.

Verſ. 24.) Tu vero Deus deduces eos in puteum interitus.

D Viri ſanguinum, & doloſi non dimidiabunt dies ſuos: Ego autem ſperabo in te Domine.

Senſus loci.

k ſup. v. 20.

JUſtus quidem non fluctuabit in æternum, nec mergetur, vel obruetur profundo calamitatum; at è contrario improbos Deus, *quibus non eſt commutatio* k, & obſtinato animo corrigi nolunt, dejiciet in puteum altiſſimum æternæ perditionis. Poterit *juſtus cadere* quandoque, ac in die etiam *ſepties*, i. e. multoties, vel in nonnullas ærumnas, vel in aliqua levia peccata, & fortaſſis quoque in mortalia interdum, ſed ſi de electis eſt, *reſurget*: *impii autem* reprobi, *corruent in malum* l, tum *in reprobum* m, *ſenſum*, dum vivent, tum poſt hanc vitam, in perpetuam damnationem. Sed & quod attinet ad vitæ præſentis ſpatium, nec huius dimidium ſævi homines aliorum fundendo ſanguini addicti, doliſque alios opprimere aſſueti, ut plurimum explebunt, ſpatii inquam vitæ, quod alioqui ſecundùm naturalis curſum complexionis vivere poterant, ſed violenta morte filum eis vitæ abrumpetur. Exemplo fuit Saul, Achitophel, Abſalom, cita & violenta deleti morte.

l Prov. 24. 16

m Rom. 8. Juſtorum & reproborũ lapſus diſpar.

De ſe

De ſe autem David affirmat, quod ſpem omnem in A DEO collocaverit, plane confidere, vitam ſuam eodem Deo ruente & cuſtodiente, ex ea ante tempus non emigraturum, nec in inimicorum poteſtate futurum, ut illam ſibi violentè præcidant, quod maximè vellent.

Deduces eos in puteum interitus.) Auguſt. *corruptionis*: Alii, *deſcendere facies*, *detrahes*, *præcipitabis*, *in foveam puteumve corruptionis*, *perditionibus*, *ſepulchri*, *gehennæ*. Nomen *gehennæ* Paraphraſtes ponit, *& tu in verbo tuo Deus deturbabis eos in gehennam profundam*, *homines auctores interfectionis & doli*, quamvis refert iſtos homines ad ſequens membrum, Nebienſis, quod parum intereſt. *Puteum interitus* φρέαρ σραφθορᾶς, interpretatur Euthymius & Nicephorus vaſtas quaſdam ac veluti ob loci profunditatem inevitabiles pœnas; ſed Nicephorus tempus exprimit, quo Deus reddat cuique pro meritis: quod videlicet poſt hanc eſt vitam. Videntur Baſilius aut Theodoretus indefinitè dicere de qua vis pœna, quam quis nequeat effugere: cujuſmodi & ſi hoc tempore aliqua eſt, magis tamen talis eſt æterna. Exprimit iſtam vox *gehennæ* גהכם *ghehinnam*, qua Chaldæa utitur. Inter inferni nomina ſeptem ultra numen *gehennæ* R. Icholuas filius Levi apud Galatinum *a*, hoc quod hic habetur numerat באר שחת *beer ſciachath*. De inferno etiam communior expoſitio eſt, ut damnatorum ſignificat locum, quamvis *puteus interitus* poſſet ſignificare ſepulchrum & foveam ſepulchralem, in quam detruduntur, qui intereunt, atque moriuntur, nec inde ſurgere per ſe poſſunt & naturaliter: poſſet præterea denotare locum ſubterraneum quemcumque quo recipiebantur animæ ante mortem Chriſti, & dici poterat *puteus interitus*, quia illorum erat, qui interibant, & moriebantur. Quare quum de iniquis innocentum vexatoribus hic agatur poſſet intelligi deducendos à DEO *in puteum interitus*, h. e. interficiendos, & deſcenſuros in locum inferiorem: quo pacto illud intelligitur *b*, *neque abſorbeat me profundum*, *neque urgeat ſuper me puteus oſ ſuum*; ſive illos antea pœniteret, quàm deſcenderent in ſubterraneum locum animarum juſtarum, ſive non pœniteret, ſicque deſcenderent in locum injuſtorum. Sed plurimum ut dixi, de inferno damnatorum interpretatio eſt, qui noluerunt bibere de fonte *aquæ vivæ* c: meritò, inquit Hieron. *in puteum interitus* infernique demerguntur. Profunditas & obſcuritas putei, & irremediabilis inde exitus damnatorum, inferno bene conveniunt, maximè cum adjectione *interitus*. *Receſſum* vocat *intimum* Tertullian. *d*, (loquens tamen non de damnatorum loco propriè) *& internum*, *& in ipſa terra opertum*, *& intra ipſam cavatum*, *& inferioribus adhuc abyſſis ſuperſtructum*. Dicitur à Zacharia *e*, *lacus ſine aqua*, *unde vinctos eduxit Chriſtus*. *Puteum abyſſi* vocat Joannes *f*, pœnarum locum. Luc *g*, *abyſſum*. Alioquin *putei* vocabulum ἀσαφόρως accipi poteſt in partem utramque, tùm bonam tùm malam, ut hoc loco Hugo demonſtrat, & in Apoc. Viegas *h*, noſter, nam ſenſu myſtico *puteus Berſabei* i, i.e. latietatis: alius, *viventis & k*, *videntis*: illi quibus nomen *latitudo*, & *abundantia* l: is qui denominatur *aquarum viventium* m, & ſimiles boni ſunt; mali, puteus *calumniæ*, & *inimicitiæ* n: *anguſtus puteus alienæ* o, & alii plura in dictionario morali Petri Berchorii, & in Sylva allegoriarum. Nomen item *interitus* attribuitur diabolo, ita ut *puteus interitus* denotet locum, ubi eſt *ignis paratus diabolo*, *& angelis ejus* p. Sic Gregorius *q*, *interitum*, *qui*, *ut Rex*, *calcet* r, intellexit, quum ſcilicet non hic ſolum vitiis quis premitur, ſed mortis etiam ſuæ tempore per hoc quod ad ſupplicia rapitur, poteſtati dæmoniacæ ſubjugatur.

Viri ſanguinum, *& doloſi.*) Hilarius, & Auguſt. *doloſitatis*. In Pſal. 5. *ſ* dicitur numero ſingulari, *vir ſanguinum & doloſus*: ἀιμάτων καὶ δόλιος, דמים ומרמה *damin umirmah*, differentia hic eſt in abſtracto Græco δολιότητος, quod in ſuo textu retinuerunt Hilarius & Auguſtinus, ibi relege quæ huc faciunt. Paronomaſia viſitur inter דמים *damin*, *ſanguines*, & רמים *ramim*, *doloſos*: ſicut Græcè inter φθόνον *invidiam*, & φόνου *occaſionem*, *homicidiumve*. Sic Paulus conjunxit φθόνου, & φόνου, *invidiam*, & *homicidium* t.

Non dimidiabunt dies ſuos.) Apollinarius optando hoc reddit, ut & præcedens membrum per orationem converſam ad DEUM.

Ἀλλὰ σὺ ἐξάξεις αὐτοὺς ὁ θεὸς εἰς βόθρον ὀλέθρου, ἄνδρες αἱμάτων καὶ δόλιοι οὐ μὴ ἡμισωθῶσιν ἐπιθυμίαι αὐτῶν.
Sed ipſos deducas, Rex, in puteum interitus: Homicidia & doloſique vitæ in medio pereant.

Dimidiare dies, menſes, annos, vitam, eſt mori quaſi per diſſectionem, & diviſionem, quam importat verbum חצץ *thatſats*, vel חצה *chatſah*, quaſi dicas gladio, ſagitta, jaculo in plures medias partes diſcindi. *Non dimidiari*, erit nimis immaturè citoque mori, veluti ipſo initio, non expectando vitæ medium. Sententiam ipſam tractavi in lib. Eccleſiaſtæ *u*, ad illa verba: *Ne mortaris in tempore non tuo*, etiam ſi ibidem *x*, dicatur, quod *juſtus perit in juſtitia ſua*, *& impius multo vivit tempore in malitia ſua*. Relege quod ibi recitavi narratum à Bernardino *y*, exemplum. Et quod de Anaſtaſio Imperatore narrat Antonius, apparuiſſe illi horribili ſpecie virum cum libro in quo ſcriptum erat: *En ob tuam improbitatem quatuordecim tibi vitæ annos deleo.* Deſpondet acutè Hugo *dies ſuos* improbum *non dimidiare* quos ſibi promiſerat, ſicut ſtultus, ex Evangelio *z*: tùm præterea quia nec dimidium vitæ in bonis operibus B conſumit, ſed *in dimidio dierum vadit ad portas a*, *inferi*: immo ſæpe plurimam vitæ partem male vivendo tranſigit. Et fuit qui ſibi polliceretur immortalitatem præſentis vitæ. Viri iniqui *ſublati ſunt ante tempus* b, *ſuum*. Quæ Gregorius *c*, exponens verba, occurrit etiam objicienti, tempus vitæ à divina præſcientia præfixum eſſe, impios ante tempus ſubtrahi, quia quod acceperunt, non ad fructum pœnitentiæ, ſed ad ulum iniquitatis vertunt, quodque à divina miſericordia mereri poterant, amittunt: aut, ut modo dicebam, quoniam diligentes præſentem vitam, longiòra ſibi vitæ ſpatia promittunt, quæ ſuperveniens mors intercidit.

Contrario quodam ſenſu ſemper *dies* mali *Sanctorum breviantur* d, ut Auctor *e*, operis imperfecti docet, confirmans priore ſententia, *non dabit in æternum fluctuationem juſto*: nec non exemplo ab anni ſumto tempeſtatibus, eo quod novem menſibus aeres temperati ſunt dieſque prolixiores: tribus menſibus aeres glaciales, & dies breves. Breviario in eo conſiſtit, ut ſuccurrat Deus tempeſtivè, & compeſcat improbitatem perſequentium, nec ſinat *juſtos tentari ſupra id quod poſſunt* f: Denique pro momentanea & levi tribulatione, *ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus*, reddendo *g*. Sed rurſus, quod attinet ad improbum, *nihil ad eum pertinet de domo ſua poſt ſe* (illam non curans, immò ſævus crudelisque in ſuos) *& ſi numerus menſium ejus dimidietur* h, (prava vivendi ratione citius accipiens mortem ſibi) *antequam dies ejus impleantur*, *peribit*, *& manus ejus arefcent*, *ladetur quaſi vinea in primo flore botrus ejus*, *quaſi oliva projiciens florem* i, *ſuum*. *De mane uſque ad veſperam ſuccidetur* k. (*Sancti implent dies ſuos*, inquit Hieronymus *l*, (quocumque moriantur tempore, & quamvis brevi vivant ſpatio) qualis fuit Abraham, qui *mortuus eſt plenus dierum in ſenectute bona* m, (adde illum qui *conſummatus in brevi explevit tempora multa* n.) Peccatores vero & impii dimidio dierum ſuorum moriuntur: non enim, ſubdit, citans hunc locum, implent opera virtutum, nec ſtudent pœnitentia emendare delicta. Unde in medio vitæ curſu, & in errorum tenebris ducentur ad Tartarum.) Sic ille D Hoc eſt, *ingredi* virum juſtum *in abundantia ſepulchrum ſicut quum infertur acervus tritici in tempore ſuo* o. Optat ſtudioſus pœnitentiæ virtutiſque *non revocari in dimidio dierum ſuorum* p, ut Gregor. obſervat *q*. Demonſtrat Thom. *r* Bozius hæreticis Regibus dum vixere in regno; ultra 40. annos vitam longiorem non fuiſſe, uno excepto, hoc eſt, Andronico ſecundo ſeniore: Palæologo, qui annis 43. imperavit; multis Catholicis fuiſſe longiorem, utpotè quibus propter honorem, & obedientiam patri ac matri exhibitam, h.e. DEO, Eccleſiæ, Prælatis, longævitas juxta divinum promiſſum deberetur *ſ*. *Impiè agens multum*, *ſtultuſque moritur in tempore non ſuo* t, *& appropinquare facit dies ſuos*, *& adducit tempus annorum ſuorum* u, & fit *ſicut fœnum tectorum*, *quod priuſquam evellatur exareſcit* x. Theodoretus *y*, obſervat, quod certa quadam menſura præfinitum tempus, ſecundùm divinam longanimitatem, iniquitas amplior effecta contrahit. Id præ ſe Deus etiam tulit, dicens *z*, *Non permanebit ſpiritus meus in homine*, *in æternum*, *qui caro eſt*, hoc eſt, conceptum furorem

Dimidiare dies quid ſit

Non dimidiari quid item. u *c.*7.18. x *verſ.*16.

De Anaſtaſio Imper. prodita hiſtoria. y *to.*2. *Dom.* 1. *Quadrag. ſer.*17. *ar.*3. *c.*1.

Imbrobus ut dicatur non dimidiare dies ſuos. z *Luc.*12.20 a *Eſa.*38.10

Ut ante tempus ſub trahi. b *Job.*22.16. c *ibidem.*

d *Mat.*24.12 e *Hom.*49. *in Matth.*

f 1. *Cor.*10.13

g 2. *Cor.* c.17 Imbroborũ conditio.

h *Job.*21.21.

i *c.*15.32.33 K *c.*3.20. Sancti implent dies ſuos, quamvis brevi vivant ſpatio. l *in c.*58. *Eſa* m *Gen.*25.8. Peccatores & impii dimidio dierum ſuorũ ut moriantur. n *Sap.*4.13. o *Job.*5.26. p *Pſ.*101.25. q *in Pſ.*5. *pœnitentialem* Regum hæreticorum vita brevis. r *de ſign. Eccleſ.*1.23. *c.*5. Catholicorum longior, &c. ſ *Exod.*20.12 t *Eccl.*7.18. u *Eccl.*22.4 x *Pſ.*128.6. y *Ez. cap.*22 Præfinitum homini vitæ tempus, iniquitas adhuc contraxit. z *Gen.*6.3.

Inferni ſeptem nom. & plura. a *l.*6. *c.*7.

Puteus interitus ut poſſit exponi.

b *Pſ.*68.16.

c *Cant.*4.15

d *de anima f.*55.

e *c.*9.11 f *Apoc.* 9.1. *c.*20 g *c.*8

Putei vocab. ἀσαφόρως. ſumtum. h *in c.*9. *comment.*2 *ſec.*4 Senſu myſtico ſignificationes. i *Gen.*21.19. 31. k *c.*16.14. l *c.*26.22.32 m *Cant.*4.15 n *Gen.* 26. 20.21. o *Pro.*23.27 p *Mat.*25.41

Jobi locus expoſitus. q 14. *mor. c.*9 r *Job.*18.14. ſ *verſ.*7.

Vocum paronomaſia.

t *Hom.*1.29. *Gal.*5.21.

torem non amplius continebo, nec differam vindictam contra hominem, neque vivere diutius patiar, quia quum sit spiritus, degeneravit in carnem & pacus: & nihilominus ex præstituto ad pœnitentiam spatio centum viginti annorum, videtur Deus detraxisse viginti, ut affirmat idem Theodoretus, quum conspicaretur impietatem augescere. Quamvis aliis placeat minas illas à Deo prolatas annis ferè viginti ante natum Sem, qui natus est circiter quingentesimo vitæ Noe anno, & hujus ejusdem sexcentesimo, illius centesimo diluvium exundavit.

De centum & viginti annis homini promissis adhuc viginti sublati.

Alio quodam magis tropologico modo, *non dimidiare* impii dicuntur *dies* à Gregorio *a*, quia tempus vitæ malum voluptatibus dictum ad pœnitentiæ lamenta non dividunt, nec ad bonum usum partiendo reparant, sed perversam mentem, nec in extremo tempore immutant, atque *tempus* non *redimunt* b, anteactam vitam, quam lasciviendo perdiderunt, flendo reparantes. Bernardus *c*, eumdem secutus est seusum, *viros sanguinum, & dolosos non dimidiare dies suos*, quia perseverant in sua vetustate usque ad mortem, non timentes Dominum; quem qui timet, eo timore dimidiat, & exclamat præ timore *d*; *vadam ad portas inferi*. Nyssenus interpretatur, *non dimidiare dies*, qui nullam speciem diei mali dimidiant, neque imperfectam malitiam esse sinunt, sed in malitia omnes numeros habent.

Tropologia *Non dimidiare impii dies* ut item dicantur.

a Sap. 1. 8
b Eph. 5. 16.
c Serm. de quat. Ezech.
d Esa. 38. 10

Haberi sensus hic litteralis posset, & confirmatur verbis undecimi versus: *Die ac nocte circumdabit eam super muros ejus iniquitas*, &c. Chrysologus *e*, disputans de villici parabola, scribit quod non perveniat ad statutum terminum vitæ, qui villicationis amittit tempus: hinc esse immaturum exitum, hinc ante diem mortem, hinc vocationem amaram, hinc seipsa acerbiorem redhibitionem. Transferri sententia potest ad hæreses, schismata, factiones, quæ numquam perveniunt ad expectatum, vel hominum opinione constitutum terminum. Valet huc, quod Jeremias *f*, ait; *Perdix fovit, quæ non peperit: collegit divitias, & non in judicio, in medio dierum derelinquet eas.*

e Serm. 125. Villici parabola.

f c. 17. 11.

Ego autem sperabo in te Domine.) Additum est nomen ultimum pertinacitatis causa, vel irrepsit ex glossemate in textum. Chaldæus reddit, *in verbo tuo* במימרך *bememerach*, spem vitæ longioris intelligit, quum hostes insidiabantur, ut scilicet *non derelinquat DEUS usque ad senectam, & senium* g, *revocet in dimidium dierum* h, *sed usque ad senectam* ipsemet, & *usque ad canos portet, ferat, salvet* i. Hoc etiam pacto Apollinarius.

g Ps. 70. 18.
h Ps. 101. 25
i Esa. 46. 4.

Αὐτὰρ ἐγὼ βασιλεῦσι καὶ ἐν ἐλπωρῇσι βιώσω:
At ego Regis in spebus vivam (utinam vivam,)

Immo justus non dubitat dicere *k*. *Etiam si occiderit me, in ipso sperabo, & ipse erit salvator meus*. Nyssenus *l*, dulcem hanc vocat vocem, qua civitatem Ceilanorum David cum tota sua multitudine vicerit, suam erga DEUM affectionem prodendo.

k Job 13. 15. 16 Vox Davidis quam dulcis.
l Supra.

PSALMUS QUINQUAGESIMUS QUINTUS.

In finem.

1 Pro populo, qui à sanctis longè factus est; Davidi in tituli inscriptionem, quum tenuerunt eum Allophyli in Geth.

2 MIserere mei DEUS, quoniam conculcavit me homo; tota die impugnans tribulavit me.

3 Conculcaverunt me inimici mei tota die: quoniam multi bellantes adversum me.

4 Ab altitudine diei timebo: ego vero in te sperabo.

5 In Deo laudabo sermones meos, in Deo speravi: non timebo quid faciat mihi caro.

6 Tota die verba mea execrabantur: adversum me omnes cogitationes eorum in malum.

7 Inhabitabunt & abscondenti: ipsi calcaneum meum observabunt.

8 Sicut sustinuerunt animam meam, pro nihilo salvos facies illos: in ira populos confringes.

9 Deus, vitam meam annuntiavi tibi: posuisti lacrymas meas in conspectu tuo.

10 Sicut & in promissione tua: tunc convertentur inimici mei retrorsum: In quacumque die invocavero ✱: ecce cognovi quoniam DEUS meus es.


11 In DEO laudabo verbum, in Domino laudabo sermonem, in DEO speravi, non timebo quid faciat mihi homo.

12 In me sunt DEUS vota tua, quæ reddam, laudationes tibi.

13 Quoniam eripuisti animam meam de morte, & pedes meos de lapsu: ut placeam coram Deo in lumine viventium.

Titulus & Argumentum.

Vers. 1.) In finem. Pro populo, qui à sanctis longè factus est; David in tituli inscriptionem, cum tenerent eum Allophyli in Geth.



Get hic titulus fere totus explanatione, præsertim quum longè aliter ex Hebræo reddatur ab Hieronymo & aliis, quam extet in editione nostra, De primis verbis, quæ toties occurrerunt in titulis aliis, nihil attinet dicere. Dionysius Carthusianus recitat alia verba, *in carminibus*.

Pro populo.) ὑπὲρ τοῦ λαοῦ. Hieronymus jungens primis Hebræis duabus dictionibus tertiam sequentem, quæ sunt, יונת אלם *jonath elem*, vertit, *pro columba muta*. Eodem prius modo exposuerat Aquila, ὑπὲρ περιστερᾶς ἀλάλου, & V. editio, ὑπὲρ τῆς περιστερᾶς τῆς μογιλάλου, etsi enim μογιλάλος *vis loquentem* significet, usurpatur tamen etiam pro eo qui est ἄλαλος, idest, qui *penitus loquendi caret usu*. Suspicatur Agellius accepisse nomen יונה *jonah*, non ut *columbam* significat, à יון *jun*, sed à radice נון *nin*, quæ significat *cognationem* m: & collectivè, *multos filios*; sive *semen, progeniem, generationem* n. At non facile credi debet mutatio tanta, ut pro יונה *jonah*, legerint LXX. נין *nin*. Melius est quod idem Auctor addit, figuratè per *columbam* intelexisse populum & congregationem: sicut & Paraphrastes hoc loco reddidit בנישתא *beneisetha*, *Ecclesiam*; (exprimit etiam nomen Israel in textu Nebiensis) nec non in Cantico canticorum, quoties *columba* nomen occurrit. Et hoc ipso loco rationem affert (quæ assimilatur columbæ silenti, aut mutæ) Populus abductus in captivitatem *o*, reductusque *p*, comparatus à Prophetis columbæ. Gregalis enim est columba timidaque, nec nisi gregatim volat. David ipse posset vocari *columba*, sicut & priore psalmo *q*, *pennas columbæ* dari sibi optabat, & cum epitheto, *muta*; quoniam servabat in tribulatione ac persecutione patientiam, omnia Deo committens, nihilque adversariis respondens, innocentia fretus, mansuetudini studens. Placet id R. Cimhi, Vatablo, Clario, Peregrino, Hero, Cajetano, Placido, Parmensi, Flaminio. Meminit præterea Titelmanus, Valentia, Lyranus, & Trevetus. Hic ait etiam populo captivo titulum convenire posse, qui canticum Domini cantare in terra aliena negabat se posse *r*, Valentia docet Ecclesiæ congruere cognomen *columbæ*, quia Christus jussit nos esse *simplices sicut columbas* *s*, paci studere *t*, *fugere in aliam civitatem quum in una persecutionem patiemur* u. Idem Trevetus in fine psalmi sentit multo melius convenire Christo, qui vicetur *columba longitudinum* (hoc nomen postea sequitur) ob expectationem Patrum, quia venit exiens à Patre in hanc regionem longinquam accipere sibi regnum: & fuit columba muta coram Pilato & Herode. Psalmum porrò totum optimè juxta eumdem sensum declarat.

Μογιλάλ. Δυσς. Αλαλος.
m Psal 73. 4
n Job. 18. 19.

o Osea 7. 11. pe 11. 1. & Esa. 60. 8. Columba timida & gregatim volans.
q Ps. 54. 7. David *columba muta* ut dici possit.
Populo Judæorum captivo titulus conveniens.
r Ps. 136. 3. 4.
Ecclesiæ congruens cognomen *columbæ*.
s Mat. 10. 16
t ibid. 23.
u ibid. 23. Item Christo.

Qui à sanctis longè factus est.) Hieron. *Eo quod proculabierit*,

abierit, & nectens aliam ſequentem vocem nominis David, exponit, *eo quod procul abierit David*, is qui nomine dicitur Hieronymi in commentario refert Hebr. ſic eſſe, *pro columba muta longitudinum David*, Symmachus nomen etiam David jungendo, ὑπὲρ τοῦ ἀλλοφύλα ἀπομακρυνθέντα τὸν Δαυίδ, *pro Allophylo, qui expulit Davidem*, i. e. pro, ſive de, Archis rege Allophylorum ſeu Palæſtinorum, qui expulit Davidem, quando ſcilicet ad eum confugerat. Aquila ſervans eamdem connexionem, vertit μακρυσμῶν τῶ Δαυίδ, *elongationum Davidis*. Quinta editio ſimiliter κεκρυμμένω τῶ Δαυίδ, *abſcondito Davidi*. Alii, *ſuper columbam mutam in remotis*; aut, *de columba muta*, ſive, *taciturnitatis in remotis*, nempe locis, conſtituta, hoc eſt à locis ſanctis, à terra ſancta. Paraphraſtes, *pro Eccleſia Iſrael, quæ ſimulatur columba ſilentii in tempore quo elongati ſunt à civitatib. ſuis, ſed reverſi laudant auctorem mundi, ſicut David contritus, & perfectus*. Videntur mihi LXX. pro אלם *elem*, legiſſe אלה *elleh*, quæ mutatio facilis eſt, & ſignificat *elleh, iſti*; & de ſuo addidiſſe ad רתקים *rechokim*, i. e. *remoti*: unde eſſent remoti, ſcilicet *à ſanctis* ἀπὸ τῶν ἁγίων: intelligentes de iis qui eſſent remoti à ſanctis tùm locis, tùm ceremoniis, quæ in illis dumtaxat locis poterant celebrari, vel à ſanctis & innocentibus qualis David erat cum ſuis, quos perſequebatur Saul item cum ſuis, Item videntur ſub perſona David, de qua ſermo eſt in reliqua parte tituli, quando nimirum exulabat ab iisdem ſanctis, intellexiſſe comprehenſam captivitatem populi in Babylone, quam tanto jam ante prævidebat. Hoc innuunt Græci, ex quibus Appollinarius ita loquitur carmine:

Populi Judaici, in Babylone captivitas: etiam ſubintellecta.

Οὐδὲ φυγὼν Δαυίδος ἑὸν ἐτελίσσατο λαὸν,
Ἀλλὰ θεὸν λιτάνευεν ὅπως περιφείσεται ἀνδρῶν
Οἱ νόον εἶχον ἄθεσφι θεοδμήτοις ἐρατεινοῖς.
Neq; fugiens David ſuorum oblitus eſt populorum,
Sed Deum orabat, ut parceret viris,
Qui mentem poſuerunt in pietate amabili.

Hoc eſt, *longe fieri à ſanctis*, quæ piè concupiſcant; Subdit deindè hiſtoriæ mentionem de David capto in Geth, ubi ſcilicet animo proſpexerit populi captivitatem, non ita probabile cenſeo quod ait Agellius, lectum ישלים *elim*, à LXX. & ſignificare voluit Angelos, à quibus dicatur elongatus populus, quia non eos coluit idololatrarum ritu pro Diis, ac proinde multo longius erat ab omni alio minus rationabili remotus genere idololatriæ. Poſſet præterea retineri אלם *elem*, quatenus *multitudinem & congregationem* ſignificat. Sic vero קעיונת אלם *bhal jonat eem*, eſſet *ſuper columbam congregationis*, quem LXX. *populum* appellaverunt. Porro quod attinet ad notionem pro privatione loquendi, *mutus* dicitur אלם *illem*: ipſa vero *obmutescentia* אלם *elem*.

Agellii minus probata lectio.

Myſtica interpretatio.

Ricardus Cenomanus illud juxta Hebræos *pro columba muta elongationum* declarat myſticè de Chriſto, aut populo Chriſtiano, qui ſervat intus innocentiam, ponitque fiduciam in remotis, h. e. in cœlis: vel pro his qui elongantur *à columba muta*, i. e. à ſimplicitate, quæ eſt in Chriſto Jeſu. Euthymius ac Nicephorus *longè factos à ſanctis* accipiunt ſecundùm mores vitæq; converſationem: Nyſſenus *a*, *mandatis ſanctis*.

a tract. 2. in Pſ. 14.

David.) לדוד *le David*, τῶ Δαυίδ. Caſus hic dativus non aptè conſtruitur cum præcedentibus eo modo quo velle nonnullos dixi, ſed potius cum ſeqq. Quid autem importent verba iſta, prioribus pſalmis docui.

In tituli inſcriptionem.) Sic melius quam in ablativo, ut eſt in Complutenſibus, Regiis aliiſque Bibliis, quia Græcè legitur, εἰς στηλογραφίαν. Quid etiam ſit hæc στηλογραφία, & tituli inſcriptio. Hebraicè מכתם *machtham*, cognoſces ex dictis in titulo pſ. 15. & ex his quæ ibidem dicuntur à Cajetano, qui refert omnes expoſitiones, quod ſit obrizum, quaſi pretioſiſſimus & chariſſimus Davidi pſalmus: quod inſtrumentum muſicum: quod ſpecies cantici ſecundum certam rimam, tonumve & modulationem: quod pro מכתב *michthau*, quæ *ſcripturam* ſignificat: quod pro מיך *mich*, vel תך *mach*, & תם *tham*, *humilis* & *ſimplex* ſive *perfectus*, ut Hieronymus declarat in commentario & verſione: præterea Symmachus, qui reddit ταπεινόφρονας καὶ ἀμώμα, *humilis & immaculati* ſeu *perfecti*: & Aquila, qui ταπεινὸς καὶ ἀπ *humilis per-*

στηλογραφία

Lorini in Pſal. To m. II.

Aſſecti. Hoc loco arbitratur Cajetanus Cantici ſpeciem ſignificari, quia in toto titulo non nominatur pſalmus; aut Canticum, aut hymnus, aut laus. Verùm quæ dixi pſal. 15. rata hìc etiam habeo. Quum autem longius abſit pſalmus ille, non eſt universè affirmandum Euthymio, ſimul collocari pſalmos qui habent, *in tituli inſcriptionem*, etiamſi id habeant ſequentes pſal. 56. 57. 58. 59. Circa tituli inſcriptionem piè philoſophatur Auguſtinus, & alii de titulo crucis Chriſti ſive de inſigni ejus quod delere fruſtra conati ſunt Judæi, *b*, elongantes ſe *à ſanctis* Chriſti præceptis & operibus, aut *à columba muta*, i. e. à ſimplicitate atque innocentia ipſius.

Cajetani ſententia.

Euthymius male affirmat universè ſimul collocarii Pſalmos qui habent. in tituli inſcriptionem.

Pia Auguſt. Philoſophia circa tituli inſcriptionem.

Quum tenerent eum Allophyli in Geth.) Benè monent Theodoretus, Baſilius, Lyranus, non indicari tempus quo pugnantibus Philiſthæis Jesbibenob niſus eſt percutere David: & Abiſai eum interfecit *c*, quæ tamen opinio Treveto placet, quia tunc non eſt captus vel retentus David; nec fuit illud bellum in Geth; nec detineri bello, propriè eſt, teneri, ut idem Trevetus vult, ſed quando fugiens Saulem venit ad Achis regem Geth, parumque abfuit quin ad eum ductus occideretur *d*. In pſalmo quidem 33. actum de fuga: hìc autem de ipſo periculo, ut ille propterea incipiat à gratiarum actione, iſte ab imploratione divinæ miſericordiæ. Quamvis autem explicitè non dicatur in hiſtoria Regum comprehenſus ac retentus David, ſatis re ipſa ſignificatur, quum ſcribitur adductus ad Achis regem *e*. Iterum poſtea confugit ad eumdem Regem, David *f*; ſed tunc ab eo amicè exceptus & tractatus eſt. Quare non hunc indicat Davidis adventum titulus, etiamſi ſecus Nyſſeno *g*, videatur, volenti deſignari Chriſtum ejectum à Judæis, à Gentibus receptum, cum duplici uxore alienigena, & Judæa, quia Eccleſiam ſibi ex utroque populo conjunxit. At neque חזק, & אתן *achaz*, ita propriè denotant complexum illum amoris; neque à Gethæis eo modo exceptus eſt, ibive ſedem fixit, ſed in Siceleg *h*, denique longè communior eſt alia ſententia.

Detineri bello, non eſt proprie teneri.

d 1. Reg. 21. 10. & ſeq.

e 1. Reg. 21. 14.

f c. 27. 2. 3.

g tract. 2. in pſ. c. 14.

Chriſti deſignatio ejecti à Judæi à gentibus recepti.

h 1. Reg. 27.

Ceterum iidem ſunt *Allophyli* Græca voce quam Latinus interpres hoc tantum loco retinuit, qui Philiſthiim: ſignificatq; vox Græca *homines aliena tribus*, hoc eſt, externos, qui dici etiam poſſent ἀλλότριοι, *alieni*, ut pſal. 53. *i*, vidimus. Apud Eſaiam *k*, quod Latinè legimus. *augures habuerunt ut Philiſthiim, & pueris alienis adhæſerunt*; Græcè extat vocabulo τῶν ἀλλοφύλων, pro *Philiſthiim*, & *pueri alieni* dicuntur τέκνα ἀλλοφυλα. Hebræum autem primum nomen eſt פלשתים *Peliſthim*: ſed ſecundum נכרים *nochrim*: qui dicto Pſalmo LIII. *l*. זרים *zarim*, *alieni*,

Allophyli iidem qui Philiſthiim

i verſ. 5.

K c. 2 6.

l verſ. 5.

Notat Hieronymus *m*, pro *Philiſtiim* ſemper LXX. ἀλλοφύλους, interpretari, nomen commune pro proprio, eſſeque gentem Palæſtinorum, quaſi Philiſthinorum, quia (p) litteram Hebraicus ſermo non habeat, ſed pro ea (φ) Græco utatur. Præterea *n* ſcribit Philiſthæos aut Palæſtinos *alienigenas* à vulgata, ideſt LXX. ſcribi editione, quum hoc non unius gentis, ſed omnium externarum gentium vocabulum ſit. Exempla ſunt in Pſalmis 59. 082. *p.* 86. *q* 107. *r*. Alibi *ſ*. *alienum filium* Hebr. נכר *nechar* appellant LXX. ἀλλογενῆ, Theod. *t*, ac Euthym. *u* docent ἀλλοφύλους appellatos Palæſt. in ſpecie ſeu nomine communi ad ipſos applicato, quia vicinioribus Judæis regionem habitabant, & inter hos etiam. In factum eſt ut ſcriptores præſertim profani, ſub Palæſtinæ voce comprehenderent etiam Judæam. Propriè ad illam ſpectabant Gaza, Aſcalon, Geth, Accaron, Azotus: Juxta etymologiam diceres Palæſtinos *in cinere volutatos aut pulvere*, à themate פקש *palas*, quod exponitur myſticè de iis qui ſunt ſæculi curis impliciti. De origine Palæſtinorum ac de regione ipſa conſule Pererium *x* noſtrum.

m in Eſ. c. 2 Philiſtini ἀλλοφυλοι apud LXX. Hebræorũ pro litera ſ pusus literæ. (φ) Græcorum.

n in c. 14. Eſ.

o ſverſ. 10.

p verſ. 8.

q verſ. 4.

r verſ. 10.

ſ Eſ. 44. 9.

Paleſtini cur ἀλλόφυλοι: dicti.

t in pſ. 50.

u in pſ. 81.

Sub Palæſtina cur etiam Judæa comprehenſa.

Palæſtinorum nominis etymon myſtica Interpretatio, origo regio x l. 15. in Geneſ. n. 108. & ſeq.

Senſus myſticus persecutores deſignantur per *Allophylos*, tùm Chriſti, ut Hilarius diſtinctè admonet, tùm Chriſtianorum, qui tenent ac premunt *in Geth*, hoc eſt, juxta nominis etymon, in torculari preſſuræ atque tribulationis, quæ tolerantibus eam utilis eſt ſicut uvis exprimi ad liquorem vini, videlicet ad nectareos liquores meritorum.

Senſus myſticus Vocis Geth etymon

Ex dictis argumentum Pſalmi facilè perſpicitur. Videlicet exponit David periculum ſuum apud Achis, in quo divinam opem imploraverit: & apud Deum, Saulis accuſavelit ſectatorumque ipſius malitiam; interitum eorumdem præviderit, non autem Philiſthæorum; pro

Argumentum Pſal.

Christo & cuilibet justo conveniens Psalmus. Marcellino Psalmus cii 53. propositus ab Athanasio.

consequenda salute voluerit laudes Dei. Convenit hoc quoque Christo & cuilibet justo contra quoslibet hostes visibiles ac invisibiles. Athanasius proponit Marcellino istum cum 53. recitandum Psalmum, si qui eum persequantur & calumnientur, ipsius prodendi causa, ne tunc tædio marcescat, sed Domino fretus, illum hymnis illis celebret.

Vers. 2.) Miserere mei Deus, quoniam conculcavit me homo, tota die impugnans tribulavit me.

Vers. 3.) Conculcaverunt me inimici mei tota die: quoniam multi bellantes adversum me.

Sensus loci.

COmmovet commiserationem, exponendo Deo, quam indignè homo sibi similem se hominem tractet, conculcet, obterat, tamquam pretii nullius atq; vilissimum; videlicet aut Achis ad quem perductus, apud quem, nisi stultitiam simulasset, periisset *a*; aut Saul potiùs, qui non sinebat eum ullo tutum loco consistere, sed cogebat fugere etiam ad Allophylos sive Palæstinos.

a 1. Reg. 21. 13.

Miserere mei Deus.) Psalterium Romanum, Augustinus, Cassiod. *miserere mihi Domine.* Arnobius, Hilarius, & Hieronymus *b*, *mei Domine.*

b *in cap.* 32 *Ezech. & hic in Comm.*

Quoniam conculcavit me homo.) Exprimit Paraphrastes, *quoniam conculcavit me ex incolis Geth homo sceleratus*: vel apud Nebiensem, *conculcans coarctavit me adversarius meus, homo peccator.* Alii, *absorbuit* vel *absorbere me voluit homo*: aut *exhausit, deglutivit*; aut id jam facit, aut facere conatur, nilque propius est quàm ut faciat & exequatur. In Psalmo VII. *c*, ubi *conculcet in terra vitam meam*, est idem Græcum verbum hujus loci καταπατῆσαι, sed Hebræum רמס *ramas*, hic vero שאף *sciaaph*. Istud verbum significat proprie *attrahere spiritum aeremve, anhelare, inhiare, absorbere, deglutire, expectare ac spectare oculis, & designare*: quod fera facit, homoque ferus, ut aliam feram aliumve hominem capiat, dejiciat, sternat, obterat, tandemque absorbeat & deglutiat. Occurrit ejusdem verbi participium שואף *scioeph* in libro Ecclesiastis *d*. Adi ejus loci commentarium; & de hostili conculcatione relege dicta Psalmo VII. *e*. Apud Amos *f*, *qui conterunt super pulverem terræ capita pauperum*, dicuntur שאפי *soaphim*.

c *vers.* 6.

d *cap.* 1. 5

e *vers.* 6.

f *cap.* 2. 7.

Allusion's ad notionem nominis *Geth* observatio.

Fieri potest, ut quod Bruno Carthusian. & Bredembachius observavit, alludatur, saltem in interpretatione LXX. ad notionem nominis *Geth*, ut significet torcular, in quo calcantur uvæ ab abjectissimis hominibus. Indicant eamdem allusionem August. & alii transferentes ad Christum, qui etiam nunc in suis conculcetur membris, & in eorum hic persona loquatur. *Ista injuria uvæ*, ut in torculari mittatur, carcetur, prematur sterilis non est; ait Augustinus: immò si nulla injuria accederet, sterilis remaneret. Si putas te non habere tribulationes, nondum cœpisti esse Christianus: si non pateris pro Christo ullam tribulationem, vide ne nondum cœperis *in Christo piè vivere* g. Quum autem cœperis in Christo piè vivere, ingressus es torcular, præpara te ad pressuras; sed noli esse aridus, ne de pressura nihil exeat. Porro quia Christus solus non modo patienter tormenta tulit, mortemque, ac libenter, ut alii pro ipso deinde ac per ejus gratiam adeo multi martyres: sed ita ut haberet potestatem nihil patiendi, & admissa passione suscitandi se ipsum si *h*, vellet; idcirco alibi de *i* se ipso dicit, quod *torcular calcavit solus*. Etsi hoc alii explicent mystico quoque sensu de conculcatis hostibus nostris à Christo, idest, peccato, Diabolo, morte: vel quod Martyribus ipse solus suamet passione vim dedit, ut fundere sanguinem pro illo possent, ita ut dum fundebat suum, eorum veluti calcare torcular videretur. Lege Leonem Castrum *k*. Canit de Martyribus Ecclesia:

Christi in suis membris conculcatio sic ut uvæ in torculari.

Tribulationis Christianorum notæ.

g 2. Tim. 3. 12

h Joh. 5. 21

i Esa. 63. 3. Mysticus locis Isaiæ sensus.

Hi pro te furias, atque ferocia
Calcarunt hominum, savaque verbera.

k *in c.* 63 Esa.

Secundùm tropologiam spectari potest conculcatio uvæ, olivæ, vestis, luti.

Homo.) Collectivè pro multis *homo* ponitur, ut placet Hieronymo, aut designat Achis, aut Saulem, quod attinet ad personam Davidis: aut regem Babylonis, si agitur de captivitate populi longe positi ac remoti *a sanctis*: aut diabolum, juxta sensum allegoricum vel tropologicum, quem Christus quoque vocavit *inimicum hominem* l. Euthymii sunt hæc omnia præter primum de Achis, Nicephori de Saule, & rege Babylonis. Confirmat Hugo (quod jam prior fecerat Hieronym. *m* testimonio Psalmi 9. *n*, & Ezechielis *o* de dracone *conculcante flumina*) sensum de Diabolo, verbis Job *p*: *Calcet super eum, quasi rex, interitus*. Ludit præterea in voce *homo ab* humo, quasi ad populum spectet, qui dicitur in titulo *longe à sanctis*. Vim facit præterea in compositio verbo *conculcandi*, quod simul cum aliis calcet Diabolus, ut *septem spiritus nequiores se*, quod ex toto & perfectè: quod ex uno in aliud vitium. Insilit primo diabolus, ait idem Hugo, in peccatorem per pravam suggestionem: secundo arripit eum, per delectationem: tertio dejicit per consensum in operationem: quarto conculcat per præsumtionem, & iterationem. Addi potest cum Arnobio, conculcatio hominis exterioris nempe carnis, cujus *r*, infra nomen exprimitur, quando subdit rationem sibi. *Perte*, ait Arnob. *agunt contra te, per te ipsum tota die pugnant adversum te inimici tui*. Idem indicat quodam alio loco Augustinus *s*, quum explicat præmendum quemque ab operibus propriis, in morte, si non juvetur ab illis, quoniam *homo* dicitur qui secundum hominem vivit, & quia Deus esse noluit, *sicut homo moritur* t. Verum ratio cur Diabolo tribuatur nomen *hominis*, est, quia hominem vicit, sicut duces Romani à devictis provinciis cognomina sumebant: vel quoniam prætendit in tentatione humana commoda, quemadmodum quando proponit objecta nobiliore magisque spiritualia, transfigurari censetur in Angelum lucis. Conterendum serpentis captu *u* conculcandus leo dracoque *x*.

l Mat. 13 2

m *in c.* 32 Ezech.

n *vers. ult.*

o *cap.* 31. 2

p *c.* 18. 14

Diaboli in hominem insultus.

q Mat. 12. 45.

Arnobii interpretatio r *vers.* 5

s *ser.* 21. *de verb. Dom.*

t *ps.* 81. 7 Cur diabolo tribuatur *hominis* nomen.

u Gen. 3. 15

x *ps.* 90. 13. Ad Hebr. *hominis* vocabulum allusio.

Litteralior allusio ad Hebræum *hominis* vocabulum אנוש *enos* abjectissimum, significat namq; *immemorem & oblviosum*, ut aliàs dixi *y*, vel etiam *arumnosum* & *usq; ad desperationem afflictionem*; quem vocamus *mortalem* absolutè loco *hominis*. Bellè congruit hoc Sauli, qui tot à Davide accepta oblitus videbatur beneficia, & elatus ex humili familia ad Regiam dignitatem, hac abutens, eo usq; agitabatur furiis maloq; dæmone, ac desperatione, ut ad consulendam, quoq; Pythonissam se abjiceret *z*. Achis etiam & Philistheis à quibus captus est David, & ad mortem pænè pertractus, eodem vilitas conditionis convenit, vel quia Allophyli & ido olatræ erant. Magis hoc adhuc asseri de Christi persecutoribus & Ecclesiæ potest, quum ex nostris martyribus plurimi nobilitate, sapientia, honoribus, divitiis, potentia præstantes, tam indignè proculcati vexatique fuerint. Dionysius Carthusian. Judam proditorem intelligit, qui Psalmo alio, *a*, vocatus est *homo pacis qui magnificaverit super Christianum supplantationem*, quod est graviter conculcare. Bruno item Carthusianus populum Judæum qui Christum persequebatur, explicat. Sed in genere non decet hominem sævire in hominem ferarum ritu, ex quibus quam describit Daniel *b*, *terribilem atq; mirabilem, & fortem nimis, dentes ferreos habentem magnos, & cornua decem quum comedisset atque comminuisset, reliqua pedibus suis conculcabat*. Homo c *hominis servat iram, & à Deo quærit medelam: in hominem similem sibi non habet misericordiam, & depeccatis suis deprecatur? ipse quum caro sit, reservat iram & propitiationem petit a Deo? quis exorabit pro delictis illius?*

y *ps.* 8. 5. Nominis congruentia quibus apta.

z 1. *Reg.* 28 5.

a *ps.* 40. 10. Ad Judam proditorem & Judæum populum applicatio.

Non decet hominem sævire in hominem. Fetarum ritu.

b *cap.* 12. 7.

c *Eccl.* 28. 3 4. 5.

Tota die.) Potuit etiam verti, *omni die* כל-היום *chol haijom*. Hilarius *diem* ut aliàs frequenter, ita hic ætatis omne tempus vitæq; & alii pugnæ, interpretantur, neque enim, ait ille, vel David, vel Dominus, unius tantum diei infectatione vexatus est: Bruno Carthusian. passionis Christi omne tempus: Dionysius feriam quartam, qua Judas vendidit Christum, vel quintam, qua tradidit, assignat. Exempla suppetunt non pauca, ut *dies* tota tempus assiduum ac idem quod quotidie *d* significet; estque hic simplicior sensus; quamvis ad majorem expressionem addatur interdum *tota nocte*: aut dicantur *cuncti* seu *omnes dies*. Symmachus hoc loco exposuit πᾶσαν ἡμέραν, idest, ἐντελεχῶς καὶ γλωσσῶς, *assiduè, ac perpetuò*. Totum tempus vitæ in pugna est, quia *militia est vita ipsa super terram* e: Christo autem illud etiam congruit; *sæpè* f, *expugnaverunt me à juventute mea, nobis colluctatio est contra spiritualia nequitiæ* g: *& qui nos comedunt, non dormiunt* h.

Dies pro omni ætatis tempore.

d *ps.* 24. 5 *ps.* 31. 3. *ps.* 34. 28 *ps.* 36. 26 *ps.* 37. 7. 13 43. 9. 38. 22 51. 4. *& alibi.*

e Job. 7. 1

f *ps.* 128. & 2

g Eph. 6. 12

h Job 30. 17

Impu-

Impugnans tribulavit me.) Alii ex Hebræo, לחצני *lochem tiltchatſent, bellans opprimit me; divexat, coarctat, afflixit.* Quæ in tempore etiam futuro ac præterito reddi poſſent; licèt Hebræum verbum ſit futurum. In Pſalterio Romano, Gallicano, apud Auguſtinum, Caſſiodorum, Arnobium, *bellans*: apud Hilarium, *pugnans*. Hoc valet propriè לחם *lochem* & πολεμων. Sed uſurpantur etiam pro quovis genere lædendi alium, præſertim quum vi & impetu.

Conculcaverunt me inimici mei tota die, quoniam multi bellantes adverſum me.) Additum eſt primum pronomen *me*, etiam ab Hieronymo, cum deſit in Hebræo textu. Repetit ac exprimit de pluribus quod de uno dixerat, ne quis unum dumtaxat crederet ſe intelligere impugnatorem; quamvis inter multos dux unus & præcipuus hoſtis eſſet. Pro *inimicis*, Hebraicè תדרים reddit Hieronymus *inſidiatores*. Audivit Chriſtus *contumelias multorum*, *& terrorem in circuitu* perſequentium *a*. Sed in iſtos Eſaias *b*, vaticinatur quod *confundentur, & erubeſcent omnes qui pugnant adverſum eum; & erunt quaſi non ſint, & peribunt viri qui contradicunt illi, ita ut quærat ipſe eos, & non inveniat vires rebelles ſurs, & erunt quaſi non ſint, & veluti conſumtio homines bellantes adverſum ipſum.* Minatur apud eumdem Deus, quod calcabit eos *in furore ſuo c*: nimirum quotquot etiam deinceps *filium Dei conculcaverunt* d.

Quoniam multi bellantes adverſum me.) Hieron. *multi enim qui pugnant contra me Altiſſime.* Ultimum namque nomen ex ſequenti verſu nectit hic iſto modo. Quod alii quoque faciunt Hebraizantes; & quidam vertunt *elato animo* aut *ſuperbè*. Aquilæ interpretatio eadem ut & Chaldaica. Symmachus accepit ut epithetum hoſtium οἱ πολεμουντες με ὑψηλοτεροι *qui impugnant me altiores*, aut *ſuperbiores*, aut *ſuperiores*, ac de loco ſuperiore certantes. Apollinarius vult dici quod hoſtes pugnent ab altitudine diei, ideſt, ab aurora: tum exponit cum negatione ut ſe neget David timere. Euthymius & Nicephorus quod ab alto, ideſt, à ſuperiore tùm potentia, tùm etiam externo loco ſituque. In Pſalterio Romano ſic habetur, *conculcaverunt me inimici mei tota die ab altitudine diei: quoniam multi qui debellant me, timebunt, ego vero*, &c. Quo pacto confunditur hic verſus cum ſequente. Ita quoque legit Caſſiodorus, Auguſtinus, Arnobius, &, ut refert Burgenſis, quidam codex Græcus habet, *multi qui debellant me, timebunt*. Hilarius autem, *ab altitudine dierum non timebo, quia multi qui debellant me, timebunt*.

Septuaginta eo prorſus modo habent quo Pſalterium Romanum, dictique illi alii Patres (dempto Hilario) & quod vocant vetus Pſalterium. Quamvis in non paucis codicibus Græcis ſit iſta diſtinctio & negatio, *multi bellantes adverſum me ab altitudine: die*, vel, *dies*, in plurali, *non timebo*. Aliter alii diſpungunt, leguntque: ſed noſtra nobis tuenda editio: cui ſimilis Gallicani Pſalterii. Lege Lucam Brugenſem, & ſcholia ad Biblia Sixtiana, omitto illam explanationem R. Abraham, *quoniam multi bellantes mihi*, in Hebræum pronomen לי *li*: *quare conculcaverunt me inimici mei tota die, quum ſint multi qui pro me pugnent, & quidem ex alto* videlicet Angeli: Repugnat editionis noſtræ verbis, *adverſum me*.

a Jo.40.10.
b c.31.12.
c Eſa.63.3.
d Ii.b.no.29.
Ii. & onum] variatas.
e ep.135.
Lyrani altera expoſitio.
Fugitivorũ majortimor de die quam de nocte.
Apollinarii locus citatus.

Verſ. 4.) Ab altitudine diei timebo; ego vero in te ſperabo.

REtenta, ut par eſt, hac editione quam Agellius deſerit, ut ſcilicet verſus ac ſententiæ ducatur tale principium, quale hìc eſt, exponemus cum Hieronymo *e*, qui negationem tollit ante *timebo: quoniam multi dimicant adverſum me, ideirco ego ab altitudine diei timebo*, hoc eſt, non bellantes adverſum me: ſed tuum excelſum timebo lumen. Addamus præterea pro ſecundo membro: nihilominus non abjiciam ſpem, ſed inter hanc metumque tuum incedam ſecurus, nec præſumam. Altera expoſitio Lyrani, ut propter tot adverſarios timere ſe dicat David *ab altitudine diei*, hoc eſt, tempore altæ diei, quia fugitivi, qualis, inquit, erat David, magis timent de die, quàm de nocte, quia non poſſunt ita facile ſe abſcondere & evadere de die, ſicut de nocte. Congruit hac in parte quod retuli ex Apollinario de pugnantibus hoſtibus ab aurora, ὑψόθεν ἐξυὸς, *alte ab aurora*. Videlicet ὑπὸ ὑψος ἡμέρας, non intellexit, quum dies altior eſt quo tempus provectior & major, ut in meridie, ſeu circa meridiem: quo pacto timoris à Dæmonio meridiano meminit David alio *f* Pſalmo, ſed inchoando diem à media nocte quando diluceſcit & aurora exiſtit.

f Pſ.90. 6.

Tertius adhuc eſſet ſenſus editionis noſtræ, legendo cum nota interrogante, ut Ruffinus facit, Haimo, Bruno, Carthuſianus, Hugo, ac Baſilio Theodoretoque teſte Symmachus, præterea Apollinarius & de recentioribus Titelmanus, Janſenius, Janſonius, *ab altitudine diei timebo?* abſit, hoc eſt, non timebo à ſuperbia & potentia temporali ſive unius diei. Videtur Hilarius & alii, ut Baſilius ac Theodoretus, qui præpoſuerunt verbo *timendi* negationem, iſtum omnino ſenſum intendiſſe. Quamvis Hilarius addens, quod non eſt in textu noſtro, *quia multi qui debellant me, timebunt*, per *altitudinem diei* ſive *dierum*, ut ipſe legit, intelligat diem judicii & æternarum pœnarum, quos dies jubitus, prælertim Chriſtus, non timeat eo modo quo perſecutores ejus timebunt.

Tertius ſenſus.

Altitudinem dierum ut exponat Hilarius.

Exponens de Chriſto Bruno ait jam in ipſa paſſione non timuiſſe, ſed ante ſcil. priuſquam comprehenderetur. Sed omiſſa negatione, quam non exprimunt Biblia correcta, & rejicit merito Genebrardus tamquam Hebraico contextui minimè quadrantem, ſive hypotheticam propoſitionem, cum eodem dicamus eſſe, ſi *ab altitudine diei timeam, tamen ſperabo in te*, quemadmodum hypotheticè ſumi poteſt illud *g*: *iraſcimini & nolite peccare*, ideſt, ſi iraſcimini: ſive potius abſolutam affirmemus, erit quartus ſenſus litteralis: *Ego ab altitudine diei timebo*, hoc eſt, ab ea præſcripta die, ad quam Allophyli ſeu Philiſtæi me ſiſtere conſtituerunt coram ipſorum Rege Achis tumentes ac elati cum ſuo hoc Rege ſuperbia & indignatione contra me: atque inflari potentia, pro qua crebro *altitudo* uſurpatur, nam *dies hominis* & *humanus dies*, quem Jeremias *h* negat *deſideraviſſe*, & Paulus *i*, aſſerit ſibi *pro minimo fuiſſe ab eo judicari*, ſignificant hominum præſenti utentium jure dominioque potentiam, ante quos dies reis dicitur, & favorem ſecundamve ſententiam. Hoc eſt quod Hieronymum dixiſſe in primo ſenſu retuli de timore luminis excelſi: ut oratio dirigitur ad Deum.

De Chriſto expoſitio.

g pſ. 4. 5. Quartus ſenſus litteratis.

Dies hominis & *humanus dies* quid ſignificent.

h Ier.17.16.
i Cor.4.3.

Quintus ſenſus.

Sextus, myſticus.

Septimus.

Tropologia, Octavus ſenſus.

Quintus Genebrardi, ut ſit *altitudo diei* profunditas quotidianorum tummorum periculorum & periculoſorum temporum. Id explicat Valentia exemplo laborantium & febricitantium, quibus dies artificialis videtur longiſſima: ita ut columba iſta queratur ſe de una in aliam tribulationem perpetuò timendo volare.

Sextus, ſed myſticus de Chriſto, ut vera *timuerit ab altitudine diei*, hoc eſt, è magnitudine vique potentiæ humanæ, ſuorumque adverſariorum, qui machinabantur ei tormenta & mortem. Innuit Hugo.

Septimus Dionyſii, de eodem, ut Chriſtus timuerit & continuos angores ſenſerit ab hora noctis qua captus eſt, immo etiam prius, usque ad horam nonam qua expiravit, paulloque ante præ inæſtimabili pœna ſe à Deo derelictum exclamavit.

Jam verò tropologicè agendo de aliis juſtis, dicuntur hi octavò *timere ab altitudine diei*, non ſolum illis modis qui Davidi conveniunt, maximè ſumendo pro judicio divino, cujus *magnus* dici *dies* ſolet, *Dominique*: vel etiam qui Chriſto congruunt; ſed etiam ut idem Dionyſius docet, quoniam timent ab aſcenſu, ſive proceſſu temporis ſibi conceſſi, propter periculum, ne quo diutiùs vivunt, frequentiùs peccent, quum ſciant, *ſepties in die cadere juſtum* k, *& dies malos eſſe ideoque redimendum tempus* l.

k Pr.14.16.
l Eph.5.6.

Nonus Plures occaſiones peccandi in die quam in nocte. Ad menſam tamquam ad carcerem & tormentum accedendũ eſt. Decimus ſenſus.

Nonò, ex eodem Dionyſio, quia loquendo de die artificiali, plures occurrunt occaſiones peccandi in die, quàm in nocte, præſertim die in altum aſcendente: eo quod mane ad devotionem habiliores ſumus, circa meridiem graviores exiſtunt corporis neceſſitates, ut cibi potuſque: ac verendum, ne graventur corda crapula vel ebrietate: & ad menſam tamquam ad carcerem tormentumve accedere oportet.

m pſ. 68. 3.
n pſ. 128. 6.
o Auſon.

Decimus Hugonis, ut *ab altitudine timeatur* propriæ proſperitatis, vel ſi quis profundiùs quàm alii ſciat, ne *in* hac quaſi *altitudine maris tempeſtas demergat* m: adjice, ne velut Solis æſtus fenum exurat arefaciatq; n, & ſolſtitialis velut herba ſolet oſtentatus (ſit) raptuſq; ſimul o,

aut, quasi solstitialis herba paullisper (sit) repente exortus, repentino occidat: videlicet hederæ similis Jonæ *a*, herbæque, quæ *mane floret & transit, vespere decidit, indurat, & arescit* b.

a Jon. 4. 10
b Ps. 89. 6.

Undecim. Martyrum plures strages festis diebus.

Undecimus ejusdem, plus timendum festis quàm profestis diebus: illis enim plures factas martyrum strages, ut Machabæorum *c*, Joannis Baptistæ *d*, Christi *e*: & Petrum tali tempore Herodes volebat occidere *f*, adque possunt non paucæ historiæ occisorum vel Pentecoste, vel Natali Domini die, ejusque Octava vel alio simili. Denique peccatur ejusmodi tempore sæpè licentiùs gravitùque, ac ipsomet etiam Paschali omnium celeberrimo, quo Ecclesiæ lege cuncti corpore pascuntur Christi.

c lib. 2. 6.
d Mat. 6. 17
e Mat. 26.
f Act. 12. 2.

Duodecimus sensus.

Duodecimus posset esse, si *altitudo diei* acciperetur pro dæmonibus superiorem hanc regionem nostram habitantibus, ubi dies aliquando est, numquam in Inferno; aut pro iisdem, ut se transfigurant in Angelos lucis. De hoc sensu iterum postea, in enucleatione vocabulorum.

Expositiones auctori probatæ.

Ex litteralibus expositionibus placent mihi potissimùm Quarta & Quinta; sed magis Quarta quàm ipse excogitavi, arrepta occasione ex Tertia, ut *altitudinem diei* sumit pro jurisdictione, & potentia, nec tamen in *diei* vocabulo spectandam arbitror hic brevitatem durationis, quæ potius minueret timorem, quem se David asserit habuisse, quàm augeret.

Moralis sensus.

Inter morales optimus sensus, ut potentia prosperitasque vel aliena, vel etiam propria, timeatur; ne illa opprimat, ista decipiat. Sed quod attinet ad priorem, Dei timor curandus, utque sit nobis ille formidini non humanus dies, ut ante dixi. Hoc Augustinus *g* faciebat, Pascentio scribens Comiti Ariano, à quo contumeliosè tractabatur. (Ea quæ scripsisti moverent me, si à veritate Dei, non à potestate hominis dicerentur.)

g epist. 177. Augustini ad Pascentium responsum.

Ab altitudine.) Priore versu monui quàm ista variè legantur & connectantur. Loco harum dictionum duarum est Hebraicè מרום *marom*, quod vel est unicum nomen significans tùm *altitudinem*, tùm *altum*, sive *excelsum*: vel nomen רם *ram* sive רום *rom* aut רום *rum* cum littera servili (מ) quæ subit vicem præpositionis מן *min*, *ab*, ita ut sit מרום *marom* pro מרום *merom* aut pro מהרום *meharom*, cum alia littera servili (ה) demonstrativa. Hieronymus & alii, de quibus memini dicto loco, acceperunt מרום *marom* tamquam unicum nomen, & ut Epithetum Dei, ut David alloquens Deum dicat *quoniam multi bellantes contra me ò Altissime*, sed fateor nullibi reperisse me hoc epithetum *Altissimi* aut *excelsi* Hebr. illa expressum voce; sed עליין *hhelion*. Rectius diceretur epithetum esse bellantium, qui id faciant aut superbè, aut de loco superiore, ut ibidem retuli quosdam interpretatos. His addo Origenem *h*, qui explicans Paulum *i*, affirmantem quod *neque altitudo, neque profundum poterit illum separare à charitate Dei quæ est in Christo Jesu Domino nostro* docet per *altitudinem* intelligi ibi & hìc *spiritualia nequitia in cœlestibus* k; sive aerem occupantes dæmonas: per *profundum*, alios qui solent habitare in inferno. Quamvis Theodoretus & Chrysostomus exponant de profunda gehenna, & de alto regno cœlesti, ut hinc exulandum, illuc descendendum sit: Oecumenius, de adversitate & prosperitate, alii, de irruente desuper imbre, nive, grandine, fulmine, tonitru: & de periculis ex mari; quod etiam vocant *profundum*, aut ex terræ motu.

h in c. 8. ep. ad Rom.
i Rom. 8. 39.

Locus Pauli expositus.

k Eph. 6. 16.

Mystica interpretatio.

Latini hoc loco mysticè propterea interpretantur dici persecutores Christi bellare adversus eum, quia *ab altitudine diei*, scilicet deficiunt, hoc est, à majestate illius *diei*, cujus sunt *duodecim horæ* l, idest, duodecim Apostoli, & non cognoscunt.

l Joa. 11. 9.

Diei timebo.) Et has voces duas prius annotavi non eodem construi modo; rectum ac retinendum, esse, ut conflent cum præcedentibus membrum integrum *ab altitudine diei timebo*, omissis aliis quæ ab aliis addi dixi. Quare non efficitur separatus sensus, *diei timebo*, hoc est, in die seù de die: aut *dies* in plurali, legendo ἡμέρας, ut ejusdem numeri accusativum casum, quum sumatur passim tamquam genitivus: aut *quotidie*, aut *quacumque die*. Præterea docui nonnullos adhibere interrogationem, *ab altitudine diei timebo?* In Gallicano Psalterio, *ab altitudine diei non timebo*.

Ego vero in te sperabo.) Addunt, *Domine*, Psalterium Romanum, Augustinus, Cassiodorus, Arnobius; sed in Ambrosiano sive Gallicano est, *quia ego in te sperabo*. Interserunt alii ante ista quædam alia, de quibus monui versu priore.

Vers. 5.) In Deo laudabo sermones meos, in Deo speravi, non timebo quid faciat mihi caro.

Sensus loci.

AIt se in Deo sperare, quod etiam repetit, nec timere velle quidquid illi carne constans fragilisque faciat homo, ut etiam laudibus celebret sermones suos, hoc est, quos dignatus est Deus proferre, liberaliter ac prolixè multa ei pollicendo, magnaque beneficia, tùm verò regnum ipsum, & ab inimicis liberationem *m*. Vel sermones laudaturum se dicit suos in Deo, ideſt, laudabiles facturum, ut laudent quicumque audient, quia de Deo, laudibusque ipsius erunt, quem etiam una secum alii laudent, magnificent & exaltent nomen ejusdem *n*, vel si quid in dictis factisque suis dignum laude videatur, non sibi, sed gloriam & laudem Deo daturum *o*, eumdemque invocaturum, quod laudi Deus sibi ducit, ut nempe invocetur: ac proinde non reformidaturum ullum adversarium. Hoc est *laudando invocare Dominum*, & *sic ab inimicis salvum esse p*; & quod ipsemet Deus monet *q*, ut *invocemus eum in die tribulationis*, quia *eruet nos & honorificabimus illum*. Vel, accipiendo sermones sive verba idiotismo Hebræo, pro factis, profitetur quidquid Deus de ipso statuat faciatque seu prosperum sit, seu adversum, non in bonam partem dumtaxat accepturum, & approbaturum, sed etiam laudaturum *r*. Vel, quia affirmat adeo audacter, nullum sibi timorem futurum de homine, quem etiam despicit ut carnem & imbecilium, præfatur, ne arrogantior habeatur, hunc sermonem se in Deo prolaturum, Deo fretum, illoque gloriantem, & omnium auctorem bonorum agnoscentem atque prædicantem *s*. Vel, perinde est ac si dicat, sermones meos componam ad laudem Dei, & eum laudare curabo, nec alios probabo quàm qui tales fuerint, ut meritò ab omnibus qui audiant, laudari possint *t*: illud Petri *u*, observans; *si quis loquitur quasi sermones Dei*: vel sermones instituam prius vocato Deo, ne videlicet inter pericula prorumpam in verbo dissidentiæ, iræ, &c. Vel, dirigam ad DEUM orationes meas, ut opituletur contra tot adversarios, & spem in illo firmem *x*.

Davidis in Deo spes & constantia, Dei laudū celebratio.

m Vatabl. Jans. Bredemb. Genebr. Clarius.

n Jans.

o Bredembach. Jans. Aygna.

p Ps. 17. 4.

q Ps. 49. 15.

Varii sensus.

r Cajetan. Bredemba. Clarius.

s Agelius.

t Titelman.

u 2. p. 4. 11.

Hi sunt præcipui præsentis loci sensus, quos recentes enarratores notati à me in margine tradunt. Euthymius affert quintum & sextum: quintum Nicephorus: tertium, prout à me declaratus est, Basilius ac Theodoretus ut nimirum affirmet David, se dum oppugnatur opponere laudes Dei, & ejus se sermonibus ornare ac instruere. Favet quinto Hilarius, docens, asserere quod vocem hac sancto dignam sit semper laudaturus, quæ hìc subditur, *in Deo speravi*, aut *sperabo*, &c. Ad tertium pertinet nec non etiam ad quintum quod Augustinus, Cassiodorus aliique ferè Latini dicunt, *laudare in Deo sermones suos* illum, qui omne quod bene loquitur, non sibi, sed tribuit Deo, & tales ita suos agnoscit sermones, non quia propriis viribus loquatur, sed quoniam à Deo sint dati, ut exempli causſa, quod pronuntiavit proximè ante David, hicque adhuc pronuntiat de sua spe in Deum, quodque non timeat hostes.

x Valentia.

In Deo laudare sermones suos quis dicatur.

Probabiliot sensus.

Placent mihi sensus omnes, nec satis queo definire quis magis. Videtur probabilius David em triumphantem gaudio, & in Deo gloriantem & sibimet applaudentem, protestari se sperare, ac non timere: quod deinde constabit magis ex vocabulorum enucleatione. Mysticum est, laudari sermones prædicationis Evangelicę, atq; Verbum, de quo in versu undecimo, ut significat personam secundam Trinitatis & Christum. Item quum sermonibus veris, vitæ bonitas respondet, fitque quod docetur, immo illud prius quàm hoc, Christi exemplo *y*. Utrumq; Remigius. Hugo rectè distinguit varios modos quibus laudant aliqui sermones suos, aut reddere laudabiles volunt, nitidiùs loquendo, obscuriùs, subtiliùs, curiosiùs miscendo supervacanea vel etiam falsa. Dionysius, confessionis, orationis, divinæ laudis laudabiles ait esse sermones, non autem vanæ philosophiæ, sterilis elo-

Mysticus.

y Act. 20. 4.

Varii modi laudandi sermones suos.

eloquentiæ, sermonis rhetorici, verbi præsumtuosi, mali, garruli, vide quemadmodum hæc tractet probetque.

In Deo laudando sermones meos.) Hieronymus, *in Deo laudabo verbum ejus* באלהים אהלל דכרו *belohim abalel devaro*. Quod exponitur de verbo ipso Dei, quod vel ipse de Davide loquutus sit, vel de illo loquatur David: & utrovis modo potuit dici *verbum*, sive *sermo*, aut in plurali, *sermones David*: & *laudare in Deo sermones* erit, laudare ipsum propter ejusmodi sermones. Chaldaicè, *in mensura*, vel *in proprietate judicii Dei, laudabo in verbo ejus*.

Additur in Psalterio Vaticano, apudque Hilarium & Cassiodorum, *tota die*, & omninò ita etiam hæc Hilarius ut nexa prioribus declarat, nempe, quod se toto tempore vitæ laudare dicat David sermones illos suos. In emendatis Bibliis Græcis referuntur ad sequentia, *tota Die in Deo speravi*. Ex enarratoribus Græcis non reperi qui legeret præter Apollinarium, quem non animadversum à collectore Scholiorum in Biblia Sixtina miror.

Ἐυεπίῃ βασιλῆα πανιμαδὸν ὑμοσπολεύσω:
Gratulatione Regem tota die celebrabo.

Ubi exponit *laudare sermones in Deo*, Deum, quem vocat Regem, celebrare gratulatoriis sermonibus, hymnisve.

In Deo speravi;) Romanum & Ambrosianum Psalterium: Hilarius, Arnobius, Cassiodorus, *sperabo*: & Cassiodorus *in Domino*. Sed quamvis facile permutentur tempora; tamen in præterito est ἤλπισα & בלחח *barachthi*; præcedente versu in futuro ἐλπιῶ & אבטח *eutarh*.

Non timebo quid faciat mihi caro.) In Romano Psalterio & Cassiodoro *homo*: fortassis ex versu 12. huc migravit *homo*: quæ ibi vox in simili sententia est. Sicut & in Psal. 117. *a* quæ testimonia hisque similia colligit Cyprianus *b*, ut demonstret fidendum in Deum solum, & in ipso gloriandum. Sumitur autem, pro *homine*, *caro*, ut Hilarius monet, satisque constat plurimis exemplis, quorum ille nonnulla profert, notum etiam quod *caro* interdum designat propriè mulierem quando viro opponitur *c*: cognatos *d*: sensualitatem *e*: intelligentiam carnalem *f*, fragilitatem ac pronitatem peccandi *g* conjunctionem *h* sexuum, peccatum *i*, carnalia desideria *k*: & in bono sensu, mollitiem cordis *l* de his Hugo: de varia ejusdem notione Philo *m*. Chrysostomus *n* de ea quæ malè sonat pro irrationali parte: de alia pro homine Fulgentius *o*. Vim affert *carnis* nomen ad minuendum timorem, sicut è contrario ad persuadendum, ne quis *carnem ponat brachium suum*. Imbecillitatem caro & mortalitatem hominis importat.

τί τρομέῃ βροτὸν ἄνδρα, inquit Apollinarius, *Quid horresco mortalem virum?* In editione quoque LXX. hìc & versu undecimo videtur esse interrogationis nota: τί ποιήσει, *quid faciet?*

Idem Hilarius, mysticè ait Christum *non timuisse quid sua sibi faceret caro*. Quum nihilominus super undas ambulaverit *h*, carne non degravatus: virtus divinæ potestatis usque ad fimbrias vestis exierit *r*: peccata dimiserit *s*: sputo naturam videndi cæcis ab utero oculis accenderit *t*: aure producta de vulnere abscissæ auris vulnus obduxerit *u*: solida parietum corpore interlabente penetraverit *x*.

Possent hìc etiam tropologicè ac in his quæ sequuntur hostes illi tres innui, Caro, Mundus, Diabolus, quos qui sperat in Deo, non timet. Scribens Eustochio Hieronymus *y*, *carnem* sumit pro ea parte quæ per libidinem veneream concupiscit adversus spiritum. Athanasius *z*, ex tanta confidentia Davidis argumentatur, exque adhortatione Christi ad non timendum *occidentes corpus a*, & quod professus sit habere se potestatem *ponendi* denuoque *summendi animam suam b*, non fuisse in Christo timorem, scilicet cum perturbatione ac necessitate. Martinus diabolo in humana specie minitanti quocumque iret, vel quæcumque tentaret adversaturum, respondit verbis 117. Psalmi *c* quæ sunt istis similia, & aliis vers. 12. hujus nostri Psalmi: *Dominus mihi adjutor, non timebo quid faciat mihi homo* d.

a *vers. 6.*
b *l. 3. n. 10.* Car. pro homine.
Carnis variæ designationes.
c *Joan. 1. 13.*
d *Esa. 58. 7.*
e *Gal. 5. 16. & 17.*
f *Mat. 16. 17*
g *Gen. 6. 3.*
h *cap. 2. 21. Cor. 15. 50*
k *Job. 19. 20. & 22.*
l *Ezech. 36. 26.*
m *de Gig ant. bo. 22. in Gen.*
o *pag. 201.*
p *Jer. 17. 5.*

Mystici sensus.
q *Marc. 6. 48*
r *Luc. 8. 44.*
s *Mat. 9. 5.*
t *Joan. 9. 6.*
u *c. 18. 10.*
x *c. 20. 19.*

Tropologia

y *cap. 22.*
z *Serm. 4. cont. Arian.* Athanasii argumentatio.
a *Mat. 10. 28*
b *Joa. 10. 17.*
Martini diabolo adversanti responsum.
c *vers. 6.*
d *Sulpit. de vita Mart. lib. c. 4.*

Vers. 6.) Tota die verba mea execrabantur, adversum me omnes cogitationes eorum in malum.

Vers. 7.) Inhabitabunt, & abscondent: ipsi calcaneum meum observabunt, sicut sustinuerunt animam meam.

CArnales homines, infirmi, invalidi, quòd malis non possunt factis, verbis execratoriis faciunt: assiduè carpentes, calumniantes, in pejorem partem accipientes, abominantes facta dictaque mea, quæ celebrant alii, quidquid facio, quidquid dico, præsertim sermones illos meos quibus meam spem in Deum profiteor, aut qui continent promissiones mihi factas à Deo: nec aliud etiam cogitantes, quàm ut quacumque ratione noceant: quin etiam data opera me adeunt, mecumque commorantur per speciem amicitiæ ut clam rectèque insidias tendant: observant denique vestigia mea, & quo me cumque conferam, quid agam, ubi sim, an labar offendamve in aliquo, utrum casus mihi aliquis adversus contingat, ut captent opportunitatem insultandi, criminandi, nocendi, expectando ut tandem vitam eripere mihi animamque extrahere possint. Sensus loci. Carnalium hominum mores & ingenia.

Hilarius explicat de occultis consiliis, falsis testimoniis, captiosis interrogationibus contra Christum, & de conspiratione eum supplantandi ac perdendi. Addit Augustinus fallos testes contra sepultum Christum. Adjice injuriosa verba & responsa reddita justis reprehensionibus & monitionibus: & *e*, *Samaritanus es tu, & Dæmonium habes. Injustis semper gravia sunt verba justorum*, ait Gregorius *f*: & quæ ad ædificationem prolata audiunt, hæc quasi super impositum pondus ferunt. Inde vero colligit idem Augustinus, si sic & in ipsum Dominum, non debere dedignari corpus, quod præcessit in capite, ut corpus hæreat capiti: quum sit contemptus Dominus, indignum esse, ut honorari velimus: quum proditorem secum habitare tulerit Judam, quem non ignorabat; solari nosmet nos ipsos oportere si quos nescimus, nobiscum fictos falsosque fratres habeamus. Hilarii & aliorum explicatio.

e *Joan. 8. 48.* Injustis sæpe gravia verba justorum.
f *8. moral. c. 22. aut 24.* Quum sit contemptus Dominus, indignùm ut honorati velimus.

Extendit hoc præterea idem Doctor & alii Latini ad obtrectatores prædicationis Evangelicæ, aut salutaris doctrinæ, tùm perfidos & infideles, tùm Christianos malos. *Dicunt quidam*, inquit Arnobius; ita iste castitatem docet, seminemus ei libidines: hic qui contemptum mundi prædicat, amorem pecuniæ immittamus ei. Hugo exemplum dat in Hæreticis, qui Missas, inquit, Horas, & omnia verba sacramentalia execrantur; & deridet. Denique *execratio peccatoribus sapientia g*, sed *omne execramentum erroris odit Dominus g*: & *de execratione & mendacio annuntiabuntur in ira consummationis i*, ideſt, hi qui dant illis operam, in jus accersentur, atque damnabuntur. Propterea monemur *k*, *nimis odisse execrationem*. Extensio hujus loci.

g *Eccl. 1. 26.*
h *c. 15. 13.*
i *Ps. 58. 14.*
K *Eccl. 17. 23.*

Tota die verba mea execrabantur.) Hieronymus, *sermonibus me affligebant*: nimirum comminando & despiciendo, ut exponit Hieronymum Trevetus. Alii, *verba mea dolore afficiunt*, (nempe me) ideſt, res meæ negotiaque me fatigant. Vel hostes mei verba mea molesta reddunt, & conturbant. Ut scilicet quidquid cogitem, velim, dicam, faciam, malè cedat, studio malevolo atque sedula cura inimicorum. Sed juxta Hieronymum significat molestiam quam ex maledicis eorumdem sermonibus capiebat. Paraphrastes hoc membrum conflat cum sequenti, *tota die mei causa laborant contra me omnes cogitationes eorum in malum*: etsi Nebiensis aliter vertat, *omnibus diebus sustinui angustias, contra me omnes cogitationes eorum in malum*.

Sensus editionis nostræ est de inimicis, quos nomine *carnis* priore versu David intellexit, execrantibus verba illius, aut quæ ipse diceret de sua in Deum spe, aut quæ de illo alii laudantes eum, aut quæ de eodem Deus per oracula promissorum suorum ipsi factorum: aut postremò, verba sumendo pro quavis re negotioque cuncta quæ ipse cogitaret, diceret, faceret, omnes res & negotia ejusdem, prout in paraphrasi diximus. Symmachus Chaldæa similis paraphrasi reddidit, διὰ πᾶσαν ἡμέραν λόγος περὶ ἐμοῦ ἐφρόντιζον, *per omnem diem sermones de me solliciti tractabant*, ideſt, contra me. Verbum יעצבו *jahhatseun* Sensus loci.

tſeuu in piel eſt à עצב *hhatſau*, quod ſignificat *contur-bare, triſtitia* vel *dolore afficere, cum labore quidpiam cogitare velutique animo formare*, vel, *anxiè & curiose eniti*. Sed videntur legiſſe LXX. יתעבו *jethhbauu* etiam in piel à תעב *thahhau, abominari, averſari, dedignari*. Trevetus refert R. Moſen ita quoque Hebraicè legiſſe. Id quo utuntur dicti LXX. ἐβδελύσσοιτο, innuit execrationem rei profanæ. Apollinarius exponit.

βδελύσσεσθαι.

συγέεσκον ἐνὶ θρεσὶ,
Execrabantur in animis,

Auguſtinus legit, *abominabantur*.

Adverſum me omnes cogitationes eorum in malum.) Primas dictiones nectit priore membro Pſalterium Romanum, & legit, *omnia conſilia eorum in malum*: quæ ſunt etiam in Pſalterio Ambroſiano, & apud Hilarium, Auguſtinum, Caſſiodorum, Arnobium. Tales erant eorum *cogitationes noxias morantes* in illis *a* qui dicebant *b*: *Venite, cogitemus contra Jeremiam* (qui typus erat Chriſti) *cogitationes; venite & percutiamus eum lingua*; nempe tùm execrando, ſive detrahendo, tùm machinando rationes nocendi. Hoc alio modo dicitur *malignari conſilium*, & *cogitare adverſus alios* c.

a Jer. 4. 14.
b c. 18. 18.
c Pſ. 12. 4.

Inhabitabunt & abſcondent.) Hieronymus, *congregabuntur abſconditè*. Alii in præſenti, *congregantur*, aut, *ſimul morantur, delitescunt*, vel, *conſpirant & inſidiantur*: vel, *alienant & abſtrudunt ſe*: vel in præterito, *convenerunt, & contemplati ſunt*: vel, *conſpirabant, & inſidiabantur*: vel adhuc in futuro: *congregabuntur, abſcondentur*. Hilarius, *habitabunt & abſcondent*. Auguſtinus, *incolent & abſcondent*. Symmachus, συγήγοντολαθρα, *congregabuntur abſconditè*. Paraphraſtes, *congregabuntur & abſcondentur*. Sed apud Nebienſem additur כמנא *chemana*, quod exponit, *in inſidiis*. In quodam ſcholio pro παροικήσουσι ponitur συναχθήσονται, *congregabuntur*.

Vim facit Auguſtinus in *incolendi* verbo, quaſi ſit habitare in terra non ſua, & denotet myſtico illo ſenſu quem tractat, falſos fratres quos patimur in hac peregrinatione, & qui non perſeverant fixi intra Eccleſiam, & tamquam ſervi non filii *d*, *non manent in domo in æternum*. Apollinarius abſconſionem de inſidiis declarat.

Myſticus ſenſus.

d Joan. 8. v. 35.

Ἐγγύθιναι τάοντες ἑὰς ἀρύχασι μενοινὰς:
Prope habitantes ſuas abſcondent curas,

Affinis quædam in Pſalmo XL. *e* ſententia; *& ſi ingrediebatur ut videret, vana loquebatur*, &c. qui ſunt *ſapientes* (ac juſti) *confitentur* ingenuèque agunt & loquuntur) *& non abſcondunt f*. Parùm refert an dicamus, *inhabitabunt*, aut *congregabuntur*, quod attinet ad ſenſum. Utrovis modo ſenſus idem, quod conveniendo & conſpirando ſimul habitent conſultantes quo pacto laqueos ponant, & ab oculis abſcondant Davidis: quemadmodum Pſalmo 9. *g* dicuntur *oculi inſidiantis in abſcondito reſpicere in pauperem*.

e verſ. 7.
f Job 15. 28.
g vel 10. juxta Hebr. v. 9.

Verbum præſentis loci יגורו *jaguru*, habet utramque ſignificationem & *habitandi* ſeu *incolendi, peregrinandi, commorandi*, & *congregandi*: ac præterea *timendi*, nam qui peregrinatur divertit ad alium quaſique congregatur cum ipſo, & quia verſatur in alieno apudque ignotos, timet ſibi, nec ſe ita facile prodit. Alii legunt ינירו *jagudu, cogent ducentque exercitum, irrumpent, excurrent*. Sic in Pſalmo XCIII. *h*, *captabunt in animam juſti*: eodem verbo dicitur, & Hieronymus reddit, *copulabuntur*. Lege quæ dixi Pſalmo XVII. *i*, *in te eripiar à tentatione*, ubi eſt גדוד *ghedud*. Facit Agellius dictæ lectionis mentionem, ſed eam non invenio. Semper ſenſus eſt idem. Aliud verbum יצפינו quod aliter ſcribitur, aliter legitur, quod Hebræi certa nota deſignant, vocantes *Keri chetiu*, poteſt ſignificare *abſcondent ſe*, aut *inſidiabuntur*: & habetur eodem loco Pſalmi 9. quem citavimus, ubi exprimitur *holem* יצני *jitſponu*: quo hic etiam pacto legi debet. Qui retinent in noſtro litteram (י) jod in medio, leguntque יצפינו *jitſpenu* à radice, צפה *tſaphah*, exponunt de ſpeculatione & obſervatione quæ fit oculis ad inſidiandum. Quamvis id quoque verbum *tegere & abſcondere* ſignificet. Cavendus qui ſe *transfigurat in lucis Angelum Satanas k*, *ne circumveniamur ab eo, ignorantes cogitationes ejus!* (quæ videlicet omnes ſunt in malum,) *cujus abſcondita in terra pedica* m.

h verſ. 21.
i verſ. 30.
k 2. Cor. 11. 14.
l 2. Cor. 2. 11.
m Iob 18. 10.

Ipſi calcaneum meum obſervabunt.) Hieron. *plantas meas*. Alii, *veſtigia mea*, ſive, *calcanea*, in plurali, quia in eo numero eſt cum affixo רקבי *bhakevai*, fortaſſis legerunt LXX עקבי *hhikbi*: *obſervare calcaneum* idem eſt quod inſidiari ei: & habetur in Geneſi *n*. Dicturo ſatis de calcaneo in Pſalmo 48. *o obſervare calcaneum* eſt inſidiari ad ſubvertendum & propellendum ad lapſum, ſupponendo pedem ad offenſionem ruinamque: inveſtigare in morem venatoris caniſve venatici, tendere laqueos ut irretiant: expectare peccati lapſum, aut infortunium, ac ſiniſtrum caſum, unde captetur occaſio ridendi, inſultandi, criminandi, quavis ratione nocendi: omne iter vitæ attendere ipſoſque greſſus, quos vulgo appellant, *gli andamenti*. Juxta tropologiam docui eodem illo Pſalmo quàm diligenter Diabolus *calcaneo vitæ* inſidietur, hoc eſt, extremo ac fini, quem nemo eſt qui optet optimum, quia ex eo pendet æternitas. Ariolus etiam *mori morte* optavit *juſtorum, ſierique noviſſima ſua horum ſimilia p*. In tuto eſt, cui licet evadere captionem dentium dæmonum, conterere laqueum ipſius & liberari *q*; atque tunc feſtivitatem celebrare, *quia non adjiciat ultra ut pertranſeat in ſe Belial*, ſed *univerſus intereat r*: qui quod *modicum tempus habet*, illo maxime articulo deſcendit *cum ira magna ſ*: quoniam ut ait ille *t*,

n c. 3. 15.
o verſ. 6. *Obſervare calcaneum* quid ſit.
Tropologia Diaboli inſidiæ calcaneo vitæ noſtræ.
p Num. 23. 10.
q Pſ. 123. 7.
r Nahum 1. 15.
ſ Apoc. 12. 12.
t Statius.

Non parcit populis regnum breve.

Si aliud non poteſt ſæviſſimus hoſtis, id unum cercè nititur, ut abeuntem ex hac vita juſtum privet vel exequiarum honore, vel bona apud ſuperſtites fama, ſi aut improviſo, aut ab inteſtato decedat; & ſi bene ſit ei apud Deum *in extremis* & *in die defunctionis benedicatur à Deo u*, hoc non conſequatur ab aliis. Quidquid ſit *pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum* x: *pecca torum peſſima* y, *virumque injuſtum mala capient in interitu* z. Quapropter *diſponat quiſque domui ſuæ a* tempeſtivè: *nec det maculam in gloria ſua in die conſummationis vitæ, & in tempore exitus b*. Lege Greveum *c*. Gregorius *d*, *calcaneum* ſumens pro fine actionis, docet, quod quum antiquus hoſtis neque in exordio intentionis ferit, neque in itinere actionis intercipit, duriores in fine laqueos tendit, tantoque nequius obſidet, quanto ſolùm ſibi remanſiſſe ad decipiendum videt. Citans præſentem locum, pravos etiam hominum malignorum ſpirituum ſequaces idem facere ſcribit, ut actionis bonæ finem vitient: atque hoc eſſe quod ſerpenti dictum eſt *e*, fore, ut *inſidiaretur calcaneo*, ſive ut hunc obſervaret. Procopius *f*, calcaneum impugnatum ait eſſe humanas neceſſitates; diabolum, quum nequeat expugnare eos qui jam in pietate ampliſſimos fecerunt progreſſus, circa illas ponere inſidias, ut vel ſic evertant.

u Eccl. 1. 13.
x Pſ. 115. 15.
y Pſ. 33. 22.
z Pſ. 139. 12.
a Eſa. 38. 1.
b Eccl. 32. 24. *hoc loco ſer.* 113. *Calcaneus* pro fine actionis.
c Gen. 3. 15.
d 1. moral. c. 38. *vol.* 19.
e ibid.
f Procopii explicatio.

Senſu magis morali apud Hugonem *calcaneum obſervant* Dæmones, Hæretici, alii, quanto extremos quoſque ac infirmos decipiunt, ſicut Amalecitæ produntur occurriſſe Hebræis egreſſis de Ægypto, & *extremis agminis eorum qui laſſi reſidebant, occidiſſe g*. Obſervatores iſtos ac exploratores Paulus *h*, notat ſub *ſubintroductorum falſorum fratrum* vocabulo, *qui introierint explorare libertatem, quam haberent Galatæ in Chriſto Jeſu*. CHRISTUM Judæi obſervabant & Judas quærebat opportunitatem ut eum traderet.

Hugonis moralis ſenſus.
g Deu. 25. 18.
h Gal. 2. 4.

Omnes dicendi modos complexus eſt paucis verbis is qui vocatur Hieronym. de Judæis volentibus Chriſtum ſupplantare in numiſmate cenſus *i*, vel in muliere deprehenſa *k*: de iiſdem occidere eumdem conantibus, & de aliis qui alios fideles: de diabolo & ſectatoribus illius qui fini operis ac vitæ inſidiantur: de hæreticis, qui in qualicumque ſermone finem obſervare quærunt.

Omnes hujus loci applicationes.
i Mat. 22. 19
k Joan. 8. 5.

Sicut ſuſtinuerunt animam meam.) De his verbis, quia plures copulant verſui ſequenti, præſertim Latini, agemus una cum eodem verſu.

Si-

Sicut ſuſtinuerunt animam meam.

Verſ. 8.) Pro nihilo ſalvos facies illos, in ira populos confringes.
Deus.

Sexſus loci. HOc etiam poſtremum Dei nomen ita conjungitur in Bibliis correctis; tametſi de ſenſu nihil immutat. Eſt porro hic ſenſus: Quemadmodum hoſtes illi mei animam & vitam meam magno deſiderio perdere voluerunt, & magna quadam cura atque perſeverantia ut id conſequerentur conati ſunt; ſic, ò Deus! nulla ratione nullove quaſi ab ipſis oblato pretio, aut prece, illos ſalvos facies, vel exorari te ſines quo minus citò, facilè, abſque labore tantam illam flagitioſorum hominum, & impiorum turbam ſecundùm iram vindicis juſtitiæ tuæ confringas & diſſipes. Hic litteralior ſenſus, quem Græci tradunt, Baſilius, Theodoretus, Euthymius, Nicephorus; ad quem Hilarius, Hieronymus, Remigius etiam accedit, quatenus exponunt *pro nihilo ſalvari*, qui adipiſcantur reſurrectionem, ſed non ad vitam beatam. Auguſtinus & poſteriores Latini declarant in bono ſenſu, ut pro inimicis poſtuletur, vel etiam pronuntietur ſalus futura gratis & ſine meritis. Hebræi, & qui ſectantur illos, alia incedunt via; ut in enucleatione diſtincta vocum patebit, quod attinet ad verba comprehenſa præcisè verſ. 8.

Pro nihilo ſalvari qui dicantur.

Sicut ſuſtinuerunt animam meam.) Ita quoque legitur in Pſalterio Arabico & Æthiopico, & apud enarratores plures Latinos, tùm etiam apud Græcos, atque in metaphraſi Apollinarii.

ὡσδὶ αὐτοὶ λοχῶντες ἐμὸν μὲν ὀνητὸν ὠλέσσαι:
Sicut verò ipſi deliteſcentes meum expectabant cor perdere.

Editio Sixtiana habet καθάπερ ὑπέμειναν τῇ ψυχῇ μου: *Sicut ſuſtinuit anima mea.* Ac videtur conſtituere ut per ſe diſtinctum & independens membrum. Hieronymus ungens prioribus, *plantas meas obſervabunt*, reddit, *expectantes animam meam.* Alii nexu eodem, *dum expectant animam meam:* vel, *ſi quo pacto capiant animam meam*, videlicet expectando, ut capiant קוו כאשר *chaſcer kivu*, quaſi dicat illud *a*, *me expectaverunt peccatores ut perderent me.*

a Pſ. 118. 95.

In Pſalterio Gallicano & apud Hilarium, *ſicut expectaverunt animam meam.* Pſalterium Romanum & Caſſiodorus, *ſicut expectavit anima mea.* Auguſt. *b*, *ſuſtinuit.*

b hic & l. de patient. c. 20 & ſer. 15. de verbis Apoſt. c. 2. de paſſ. ſanct. c. 6.

Idem porro cum Caſſiodoro, Remigio, utroque Brunone, Haimone, Beda, qui addit *pro nihilo*, quia non laborat Deus in ſalvando; (laboravit tamen Chriſtus:) Hugone, qui confirmat ex Eſaia *c*, *gratis venumdati eſtis, & ſine argento redimemini* Dionyſio, aliiſque poſterioribus enarratoribus, nec non cum Hieronymo in Ezechielem *d*, & in Epiſtolam ad Titum *e*, & contra Pelagianos *f*, explicat Davidem hìc exprimere ſeu vaticinationem, ſeu deſiderium ſuum; ut ſicut prævidit anima ſua, ac edocta fuit, vel etiam expetiit, vel patienter tulit, ſic loco ac vice injuriarum quas intulerunt ſibi inimici, Deum etiam ſimul ea in re offendentes, Deus eoſdem (quod habetur ſequentibus verbis) pro nihilo, liberaliter, facilè, omnino gratis, ſine meritis ac etiam non exigendo debitas ab iis pœnas, ſalvos faciat.

Non laborat Deus in ſalvando: liberavit Chriſtus.
c c. 52. 3.
d in c. 43.
e in c. 2.
f lib. 2. Variæ interpretationes.

Cum hoc ſenſu cohærere lectio etiam communis poteſt, *ſicut ſuſtinuerunt animam meam*: ſcilicet, ut avida illa eorum expectatio nocendi Davidi non imputetur eis, ſed potius è contrario bene ipſius faciat Deus & plenam ſalutem conferat, quamvis immeritis. Alium Remigius dicendi modum dat, quo nectit cum præcedente hoc membrum, ut ſignificat David, inimicos ad eum modum obſervaſſe calcaneum illius, ſicut ii qui ſuſtinuerunt animam ejuſdem, ideſt, quibus anima & vita gravis eſt ad videndum, nec æquis oculis animoque vivere ipſum cernunt. Rurſum Ayguanus, *ſicut ſuſtinuerunt animam meam, & vitam pro nihilo*, i. e. ad hoc tantum obſervantes, ut perderent; ita tu illos etiam pro nihilo habebis, & in ira juſtè confringes. Dionyſius, de Chriſto: ſicut me vilipendebant & vitam meam expectabant; quatenus eam pro nihilo, ideſt, ac ſi nihil nulliuſque pretii ac reputationis exſiſteret, perderent, non arbitrantes eſſe peccatum occidere me. Tùm illud: *ſalvos facies eos*, exponit ita: quàm illi bene fecerunt me taliter perſequentes, tam verè eos ſalvabis, i. e. non ſalvabis. Arnobius annectit etiam iſtis alia duo, *pro nihilo. Sicut ſuſtinuerunt animam meam pro nihilo.* Tùm explicat myſticè, hoſtes inviſibiles efficere, DEO nempe permittente, ut dum animam ipſi noſtram vilem æſtimamus pro parvi temporis delectamento, pereat illa in æternum; illi autem dum hìc vulneratur anima pro nihilo ſalvi ſibi videantur: (quod contineri vult illis verbis, *ſalvos facies illos*) *victoria* enim, inquit, *hoſtium, ſalus eſt hoſtium.*

Myſtica explicatio.

Editio Græca, ut nunc eſt in Bibliis, emendatis, quam prius recitavi, gignere poteſt præter hoc quod eſt, *ſicut ſuſtinui anima mea*, i. e. paſſus ſub gravia ab inſidiatoribus, hunc etiam ſenſum per modum querulæ admirationis: καθάπερ ὑπέμεινα τῇ ψυχῇ μου: *quàm multa toleravi anima mea!* quàm & quamdiu expectavi anima mea opem in tantis tribulationibus! Re tamen ipſa idem erit, quod quis ſe ſuſtinuiſſe dicat; i. e. aut toleraſſe aut opem expectaſſe; & quod alios ſuſtinuiſſe, h. e. expectaſſe ut nocerent. Hebr. dictio באשה *ohaaſcer*, ſignificat aliquando, *quantum*; & καθάπερ eamdem poteſt vim habere: & *ſicut* valet alicubi idem quod *adeo g.* Verùm editio noſtra Latina bona eſt ac retinenda, ita ut particula *ſicut*, comparativè accipiatur, & in ſequenti membro altera ei reſpondens ſuppleatur, ut fecit Chaldæus, *ſicut expectaverunt, ſic fecerunt animæ meæ*: in ſuis verò expoſitionibus Euthymius atque Nicephorus, apponunt ſequenti membro, nec non in metaphraſi Apollinarius.

g 1. Cor. 2. 6.

Pro nihilo ſalvos facies illos.) Hieron. alibi *h*, *pro nihili ſalvos facies eos*, & *i*, *pro nihilo ſalvabis eos*, idem hoc loco, *quia nullus eſt ſalvus in eis.* Videtur imitatus V. editionem, ὑπὲρ τοῦ μὴ εἶναι διασεσωσμένον ἀῶτοῖς, h. e. propterea mihi tantopere inſidiantur, quia apud illos conſtitutum eſt, *nec me, nec ullum ex meis ſalvum abire ſinere*, volunt me meoſque ad unum perdere, vel, quia tamquam pro anima ſua propria vitaque certantes, ſumma deſperatione dimicant, mecum, protervia & ferocia tanta, ac ſi nulla ipſis eſſet ſpes vitæ, ſed mori potiùs parati eſſent, quàm à me perſequendo deſiſtere. Legerunt על-אין *hhal en*, ut ſit על *hhal*, *propterea quòd*, & אין *en*, *non*; ſuppleatur autem verbum *eſt* ad פלט *pallet* in piel, *liberare, propterea quod non liberare* לט *lamo*, *ipſis*, i. e. non eſt ex iis ullus qui velit liberare; aut non eſt qui ſperet evadere: nunc legitur על און פלט למו *hhal aven pallet lamo*, id Hebraizantes exponunt vel cum interrogatione: *propter iniquitatem evadere*, ſive *evaſio eis?* i. e. quia peccaverunt in me ac in te ipſum DEUS, ſervabis eos? ergone impunita erit hæc iniquitas? vel ſine interrogatione; *ſuper iniquitate liberatio eis*, ideſt, putant ſe per iniquitatem & verſutiam evadere poſſe, vel, ut placet Cajetano, ſuper iniquitate evaſio ipſis, ut ſit apud eos ſecurus is qui propter iniquitatem confugiat; ego autem qui nullam habeo, non poſſim tutus apud eos vivere, ſcil. Philiſtæos. Vel, quamvis ſit eis evaſio tantiſper illo modo: at (quod poſtea ſubditur) *in ira populos confringes* vel accipiendo און *aven*, pro eo quod eſt *nihil, vanum, fruſtra*: ſed fruſtra: nimirum inſidiantur inimici & expectant ut capiant animam meam: quia evadere eis, h. e. dabitur mihi evadere ab eis. Ultima expoſitio eſt Campenſis aliquanto durior: ſimilis tamen eſt expoſitioni Symmachi, vocem Hebræam interpretantis de iniquitate: διὰ τὴν ἀδικίαν ῥύσῃ ἀπ' αὐτῶν, *propter injuſtitiam erues ab eis*: quaſi dicat, tanta eſt ut exigat auxilium tuum quo me ab eis liberes. Genebrardus agnoſcit ironiam, cum epanorthoſi: ſicut ſuſtinuerunt & expectaverunt animam meam, ac ſpera verunt eam ſe mihi erepturos, *pro nihilo ſalvos facies eos*, ſcil. ſi credere dignum, pro hoc inquam opere nihili, pro hac vanitate & iniquitate: nullo modo; ſed (quod ſequitur) *in ira populos confringes.* Chaldæus Paraphraſtes, *propter falſitatem, quæ eſt in manibus eorum, evacua eos à divitiis ſuis*, aut juxta Nebienſem, immiſſis poſtremis dictionibus tribus, *contere eos* pro *evacuas eos.*

h in c. 43. Ezech. i in c. 3 ep. ad Tit.

Quod attinet ad editionem noſtram Latinam quæ eſt LXX. ὑπὲρ τῶ μηδενὸς, aut μηδενός, σώσεις αὐτούς, amplectitur ferè priores expoſitiones, intelligendo cum Baſilio, Theodoreto, Euthymio, Nicephoro, ὑπὲρ μηδένος *pro nihilo*, idem quod, *de facili, nullo labore* aut *negotio*, ὡς ἐδὲν ὄντως.

Sed pro σώσεις legerunt ὄσας, *expelles*, exponentes, ſicut inimici inhiabant adeò anxiè tantoque conatu & laborare ad perdendum & occidendum, ſic DEUS facilè atque ſine ullo labore expellat & diſperdat illos. Legit profectò Apollinarius eodem modo:

ὅδε κότο καθέλοις κρυερῶ κακοεργέα φῦλα.
Sic ira deſtruas horrida maleficas gentes.

Videlicet verba quæ tractamus accepit ut ſynonyma cum ſequentibus, de quibus poſtea. Atqui retinendo, ut par eſt, σώσεις, *ſalvos facies*, ſcholion quoddam aliter exprimit in præterito ponens ἀνωφελές, *pro nihilo*: ἐπὶ ἀνωφελὲς δίσπσον αὐτὸς, *propter eum inutilem ſalvabit eos*. Si αὐτὸς, quod omnium perſonarum pronomina poteſt ſignificare, de prima ſumas, adhibita interrogatione, poſſet effici ſenſus iſte. Inutiliter ne nos huc uſque ſervaſti, ut ſcilicet ex tot aliis eruios periculis in præſens conjiceres? vel, abſque interrogatione: & ſumto pronomine in tertia perſona: fruſtra tamdiu Saulem liberavit Deus, & milites ipſius, quum pergant ſemper in eadem iniquitate, ut me perſequantur innocentem.

Vari ſenſus

Omiſſis his quæ attigi in paraphraſi & in enarratione præcedentium verborum, de ſalute collata gratis & abſque meritis: & quòd, ut ait Ayguanus, ironicè aut interrogativè legendo: non ſit ſalvaturus DEUS, hoc eſt, gloriam daturus, *pro nihilo*, ideſt, pro peccato: præterea omiſſis aliis quæ poſſent adhuc excogitari, *pro nihilo ſalvos facere*, non eſt, ut Græci citati patres legentes ὦσεις, docebant; *facilè & ſine labore*: ſed nul o penitus modo: quod vulgo Itali dicunt *per niente*, ut etiam placet noſtro Emmanueli Sà, Agellio, Stapulenſi, Cenomano, favetque verſio Hieronymi & editionis V. præterea locus quem citat Agellius ex Jeremia *a*, *Interficite eam, nec ſit quidquam reliquum*. Conſtat μηδὲν & Latinum *nihil* uſurpari pro negante particula *non*; ita ut *pro nihilo*, & ὑπὲρ μηδενὸς, poſſit etiam ſignificare præciſam negationem. Sed fateor non ita facilè reperiri exemplo iſtius formulæ, ut *pro nihilo quidpiam facere*, ſit nullo modo facere. Erit *ſalvare pro nihilo*, pro nulla re pretiove quod ſcilicet quis det: h. e. etiamſi det; non autem ſalvare gratis.

a c.50.16. Μηδὲν. Τπὲρ μηδενὸς.

In ira populos confringes DEUS.) Sic multi nomen hìc DEI adjungunt; quod parum tamen refert, an rejiciatur in ſequentem verſum. Hieronymus, *in furore populos detrahes DEUS*, Alii, *dejice*, in imperativo, pro quo videlicet ponitur ſæpè futurum, vel, *præcipita*, *humilia*, *fac deſcendere*, *deduc*. Quidam præterea tempore præſenti utuntur. Hilarius & Auguſtinus, *in ira populos deduces*. Idem Hieronymus *b*, alibi, *dejicies*, affirmat autem malè errorem obtinuiſſe apud Latinos, ut diceretur, *confringes*; & debuiſſe Græcè dici καταβαλεῖς: quum ſit Hebraicè יורך *hored*, quod etiam reddi poſſet καταβίβασον, in imperativo, *depone*; & Symmachus eſt interpretatus κατάσειται, *devita*. Propriè Hebræum verbum valet *deſcendere fas*, à ירד *jarad*, in hiphil, quod Chaldæus expoſuit *adigere ad paupertatem*. Græcum κατάξεις habet utramque ſignificationem, ut ſit vel *confringes*, vel *deduces*, ſeu *reduces*, &c. Sed primo modo eſt ab ἄγω, pro ἄγνυμι & ἀγνύω *frange*: ſecundo autem ab ἄδω ut prima primariaque ſignificatione *ducere* ſignificat. Latinus interpres *confringes* reddidit, quod valere etiam poteſt *deduces*, *detrahes*, *præcipitabis*, quum ſcilicet quod dejicitur, ipſo lapſu ruinaque confringitur. Quod eſt in Pſalmo CIX. *c*. *Confregit in die iræ ſuæ reges*: Hebraicè dicitur alio verbo מחץ *machats*; item Græcè συνέθλασεν.

b epiſt. 155.

c verſ. 5.

Porrò *populus* hìc indefinitè intelligit quamlibet hoſtium multitudinem ſive Allophylorum Philiſthæorumque, ſive Hebræorum. Sic *populos* accipi poſſe dictum Pſalmo II. *d*.

Populi ut hic intelligantur, d verſ. 1. Senſus loci.

De ſenſu autem ſatis conſtat ex dictis, & quo pacto in bonam partem hoc accipiatur, præſertim ab Auguſtino, qui legit, *deduces, iraſceris*, ait, & deducis: ſævis, & ſalvas: terres & vocas: imples tribulationibus omnia, ut in tribulationibus poſiti omnes recurrant ad te, ne deliciis & ſecuritate perverſa ſeducantur. A te ira videtur, ſed paterna. Subdit patris erga filium exemplum. Deinde adjicit: Quàm multi ingreſſi ſunt, quàm multi impleverunt domum Domini in ira ejus deducti, i. e. tri-

Abulationibus territi, & fide impleti? Addit Hugo præoſtenſam tam divini judicii, quæ impellat homines ad pœnitentiam, juxta illud; *Poſtquam oſtendiſti mihi, percuſſione, femur meum*. Vocatur pœnitentia, contritio & ſciſſio cordis. Litteralem traditum ſenſum agnovit quoque Hugo, legens præcedens membrum cum interrogatione, *pro nihilo ſalvos facies illos?* quaſi dicat, inquit, non; ſed *in ira populos confringes*: nimirum *tamquam vas figuli* f. Meminit ejuſdem expoſitionis Ayguanus. *Calcavi eos*, ait DEUS g, *in furore meo, & conculcavi eos in ira mea*. Impletum videtur quod affirmat David, quando *percuſſit Philiſthiim in Baal Pharaſim*: dixitque quod *diviſit Dominus inimicos ſuos coram ſe, ſicut dividuntur aquæ* h: ſed & ſtatim iterum edidit eorumdem ſtragem magnam i.

e Ier. 31, 19.

f Pſ. 2. 9.

g Eſa. 63, 3.

h 2o Re. 5. 20

i verſ. 25.

Verſ. 9.) Deus vitam meam annuntiavi tibi: poſuiſti lacrymas meas in conſpectu tuo.
Sicut & in promiſſione tua.

POſtquam vaticinatus eſt hoſtium interitum, ponit cur ad illos perdendos DEUS animum applicuerit; quia ſcilicet ipſe omnem ſuam ei vitam, vivendi ſeriem, quidquid ſibi contigerit in vita, cuncta pericula & calamitates, quæ occurrerunt, accuratè, nec ſine lacrymis in oratione DEO expoſuerit; quas ille non neglexerit, ſed prout ſe facturum promiſit, ut non negligeret lacrymas miſerorum, apud ſe ac in memoria repoſitas diligenter conſervaverit. Alium ſenſum reddunt qui ultimum membrum conjiciunt in ſequentem verſum; qua de re poſtea monebimus, ut de varia lectione.

Senſus loci.

Deus vitam meam annuntiavi tibi.) Auguſt. *enuntiavi*. Hilarius, Arnobius, Pſalterium Romanum, *nuntiavi*. Hieron. *ſecretiora mea numeraſti*. Eodem pacto paſſivè Symmachus, τὰ ἔνδον μὲ ἐξηρίθμηται, *quæ intra me ſunt annumerata ſunt tibi*. Legit forſitan Hieron. ut etiam videtur Pagnino, Richardo Cenomano, uterq; סודי *ſodi*, pro נדי *nodi*: ſignificat enim *ſod ſecretum*. Alii, *migrationes meas numeraſti*, vel, *diſcurſum*, *vagationem*, *jugam*, *motionem*: i. e. cognoſcis ac tenes quoties fugerim, nec uno eſſe fixus loco permiſſus ſim. Hebr. ſunt נדי ספחשה *nodi ſapharthah*. Sed videntur legiſſe LXX. ספרתי *ſapharthi*, in prima perſona, nec enim facilè conceſſerim Agellio corruptè nunc apud hos legi ἐξήγειλάσοι, pro, ἐξήγειλας σὺ, quod ſignificat *numerare*, *narrare*, *nuntiare*, ac veluti etiam de ſcripto recitare ac proferre, quemadmodum in alio Pſal. *k*; *Dominus narrabit in ſcripturis populorum*. Suſpicatur quoque Agellius lectum ab iiſdem Lxx. נבי *neri*, *lucernam* meam, quæ pro vita poni ſolet: ut *l*, *Lucerna Domini ſpiraculum hominis*: & m. *vita erat lux hominum*, non omnino diſplicet. Sed potuerunt LXX. ſenſus rationem habendo, *vitam* ζῶλω interpretari, quæ cujuſvis quidem hominis vagatio, migratio, peregrinatio eſt; ſed præſertim ejus, qui re ipſa varia obit loca, quomodo de ſe Jacob loquebatur *n*, tùm vero Davidis, qui tota vita ferè ſemper profugus vixerat. Quaſi diceret: narravi, ac expoſui, aut, ipſe etiam, ò DEUS, numerum noſti mearum adeo multarum peregrinationum. Hæc vita mea: ſic hactenus vixi.

Agelii improbata lectio.

k Pſ. 86. 6.

l Pro. 20. 27.

m Jeſ. 2. 5.

n Gen. 32. 4.

Duodecim quaſi fugæ Davidis produntur: nam fugit ad regem Achis *o*: ad regem Moab *p*: ad Ceilanos *q*: in deſertum Ziph *r*: in deſertum Maon *ſ*: in deſertum Engaddi *t*: in deſertum Phatan *u* ad Philiſthæos *x*: Quater præterea Saulis metu ſedes mutavit *y*. Suadet præterea ut retineatur quæ nunc eſt vox נד *nod*, paronomaſia elegans cum alia ſimilis planè ſoni, quę ſtatim ſubditur, ſolumque differt una littera נאד *nod*. Potuit item David Deo velle dicere, notas ei ac numeratas eſſe crebras in remota deſertaque loca receſſiones, non tam ut fugeret perſecutiones, quod feciſſe modò dixi, quàm ut vacaret meditationi rerum divinarum liberiùs, ſimulque eidem Deo exponeret benè diſcuſſam omnem vitam ſuam, & effunderet coram illo animam corque, unà cum lacrymis vel contritionis, vel amoris, vel deſiderii ex his ærumnis migrandi, atque à periculis tùm externis pertinentibus ad corpus, tùm internis, ne magis offenderet Deum. Sed & fugas illas migrationeſque forſitan intellexit, quibus in media

David, duodecim fugæ

o 1. Reg. 21. 10. 11.

p c. 23. 5. 6.

r ibid. 4.

ſ ibid. 24.

t ibid. 1.

Paronomaſia elegans.

u c. 25. 1.

x c. 27. 1.

y c. 38. 13. 27. 19. 2. 12. & ſeq. c. 20. 3.

etiam

etiam turba sæpius recurrebat ad Deum, quem crebrò nominabat *refugium suum* a.

Ad hæc quæ dicitur Hebraicè נד *nod*, *migratio*, *fuga*, *peregrinatio*, rectè per *vitæ* nomen reddita est quia *fugit homo velut umbra* b, *velat ætas* c; *quidquid vides fugit cum tempore* d.

Tropologia multorum est cum Glossa, & Ambrosio e, & Chrysostomo f, ut vitam naturæ g, gratiæ h, gloriæ i, gaudii etiam honesti k, annuntiemus DEO, adscribentes ipsi gratiasque agentes: vitam peccati l, quoque cum dolore confitentes. Ponit Hugo confessionis utilitates, ad gloriam DEI m, ut sacerdos jud care possit n: propter humilitatem o: & ruborem p, quæ satisfactionis pars est: ut caveatur peccatum deinceps quod est postea manifestandum q: ob suffragia sacerdotis r. Memoriæ caussa recitat idem auctor hos versus;

Gloria, judicium, vilem, (videlicet esse) *rubere, timere*
Auxilium, caussam præstant ut confiteamur.

Expendit Grevæus s, de confessione quoq; tractans, in *annuntiandi* verbo planam & apertam confessionem, abjecto noxio pudore: & quòd *vitam meam* dicat David, ne quis aliena potius exponat quàm sua peccata, culpam in alium rejiciendo. *Non quasi innocentem vitam*, inquit Ambrosius t, annuntiat, ubi lacrymæ funduntur (de quibus membro sequenti) quæ solent legationem suscipere pro delictis. Affinis huic locus in Psal. xxxvii. u: *Domine, ante te omne desiderium meum, & gemitus meus à te non est absconditus.*

Hilarius & Valentia secundùm allegoriam de Christo interpretantur, qui vitam vitæque pericula & persecutiones ac tormenta coram Patre manifestaverit in oratione, idq; *cum lacrymis* x. Quamquam Hilarius per *annuntiationem vitæ* intelligit prædicationis constantiam, & meritum non tacendi, quum, ut ego interpretor, Patri, h. e. in honorem illius, prædicaret, atque quod ipsemet eidem contestatus est y, nomen ejus manifestaret hominibus, & notum faceret, & notum facturum diceret, aut post resurrectionem suam per se ipsum immediatè, aut per adventum Spiritus S. aut per communicationem claræ visionis in gloria, aut respectu eorum, qui nondum crediderant, per prædicationem Apostolorum & Successorum.

Fosuisti lacrymas meas in conspectu tuo.) Hieron. *pone lacrymam meam in conspectu tuo.* Ita quidem in Bibliis Regius, & in editione Victorii, & in thesauro Pagn. Quasi diceret David: quum secretiora mea numeraveris cogitationesve, pone quoque lacrymas meas in conspectu tuo, earumque rationem habe: nonne in narratione tua sive in libro tuo sunt? ut sequenti membro dicitur juxta eumdem Hieronymum. Sed Trevetus ex eodem Hieronymo *repones lacrymam meam in utre tuo*: exponitque de lacrymosa oratione quam dicat David Deum præsentem habere in conspectu suo, ac si posita esset coram illo intra utrem. Cetera ex Hebræo interpretantes idem sentiunt cum Paraphraste Chaldæo. Sed in Hebræo textu est pronomen אתה *tu*, & verbum imperativi modi שימה *scimah*, *pone*. Symmachus vertit ἔνδον σε *intra te*, pro ἐνώπιόν σου, *in conspectu tuo*. Ipse autem, ac LXX. illam similitudinem ex utre ita explicare voluerunt. Nisi dicas quod vidi postea placere Genebrardo & Richardo Cenomano, ante illum legisse LXX. non כנארך *benodecha*, *in utre tuo*, sed כנגדך *benigdecha*, *in conspectu tuo*. Prius placet magis. Utribus includebant Hebræi libentius vinum, oleum, liquores alios, ut faciliùs huc illuc moveri ac transferri possent. Hac dicendi formula declarat David quantopere singulæ DEO lacrymarum piarum stillæ gratæ sint, ut cunctas colligat, præ oculis habeat, benignè intueatur, conditas tamquam in utre ac pretiosissimo vasculo memoriæ suæ, tacitas earum voces auribus percipiat, nec fileat z, sed iis respondeat.

Egimus de lacrymis istis jam prioribus Psalmis non semel a. Vocat Macarius b, prolato loco hoc, *pretiosas margaritas cum ardore viscerum existentes. Ponit Deus iniquitates nostras in conspectu suo* c, opponamus lacrymas ut ponat eas ipse in conspectu suo, atque ita illæ obliterentur. David cum suis Siceleg succensam & captas mulieres, aliamque prædam, planxerunt cum ejulatu, *donec deficerent eis lacrymæ* d. Numquam deficiunt *die ac nocte lacrymæ piæ* e; nec exaresce re sinit ullam DEUS ipsius caussa profusam (non pro fictitio Deo, quales Michææ lacrymæ f) ejusmodi quodam & majore miraculo, ne habeat hìc paræmia locum, nil citius] arescere lacrymam, quàm quo Vindocini in Gallia perdurat jugiter lacryma Christi, sive de aliqua imagine excussa, sive de ipsiusmet oculis Christi. Celebratur id oppidum eam ob caussam magna peregrinorum religiosa frequentia, & ægritudini oculorum prodesse fama est imagines inde po]tractum sanctæ lacrymæ transportatas. Prodidit etiam Joannes Baptista Signius g, in Ecclesiis nonnullis, tùm Christi, tùm Matris lacrymas asservari. Quot lacrymæ tot semina; ex quibus consurgunt læti manipuli h: & qui piè fundit illas *in valle lacrymarum, ascensiones in corde aisponit* i.

Videtur hæc allusio ad lacrymas quas filii Israel tam copiosè miserunt, Angelo prædicante, ut vocaretur nomen loci, *locus flentium* k, ut observatum est à Theodoreto l, quasi videlicet ibi conservatæ sint tamquam in utribus lacrymæ in conspectu DEI, ne perirent. Quum pervenerint justi ad beatorum statum, tunc demum *absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum* m: interim placet illi recens semper earum ros ac liquor & guttæ similes margaritis; quibus veluti margaritis caput ipsius ornetur, etiamsi *non delectetur in illis* n, quatenus aliena eas improbitas elicit. Nam quod habetur in Cantico o: *Caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium*, Paraphrastes expositi, capilli capitis mei pleni sunt lacrymis tuis, sicut vir cujus capilli capitis tinguntur de rore cœli, & cincinnus cæsariei meæ repletus est guttis oculorum tuorum: sicut vir cujus cincinnus cæsariei plenus est guttis pluviæ; quæ descendunt in nocte. Invitationem porro ad aperiendum, quæ ibidem præcedit, interpretatur de pœnitentia: Denique graves illæ minæ p; *non plangetis, neque flebitis, sed tabescetis in iniquitatibus vestris.*

Laudabilium lacrymarum caussæ multæ de quibus aliàs egimus. Ambr. q, eas de quibus hoc loco est sermo, non propter peccata dumtaxat docet esse, verum etiam, quòd etsi innocens quisque sit, secu-Crus esse non possit, cui sint adversus gravissimos hostes quotidiana certamina; ut ideo licèt læta sit conscientia, tamen pugna lacrymabilis. Chrysost. si tamen ille, non alius, quodam sermone de pœnitentia r, lacrymarum profectum docens magnum esse, præsentem locum sic explicat ac si David diceret: *Suscipe Domine lacrymas meas*, quoniam lacrymæ sunt, quæ radunt rudera & sanant vulnera: lacrymæ sunt, quæ pœnitentiam armant, & indulgentiam provocant, crimina delent, & conscientiam degravant, &c.

Sicut & in promissione tua.) Hieron. *Sed non in narratione tua.* Quod per interrogationem Trevetus declarat: *Numquid non apparet quod oratio mea lacrymosa tibi præsens est in his quæ narrat & promittis mihi?* Meritò, nam Hebræa sic se habent הלא בספרתך *halo vesiphratecha*. Paraphrastes eodem fere modo; *Nonne summa miseria mea in rationibus tuis?* Absque interrogatione Richardus Cenomanus interpretatur Hieronymum, quasi ad illud alluserit s: *Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* Alii, *Nonne in libro tuo sunt*, vel *in commentario*, vel *in numero seu numeratione*, & quasi dic *in ciphra, in ratiocinatio tuo?* vel absque interrogatione; *certè in libro tuo sive commentario tuo sunt.* Habet interrogatio vim affirmationis. Symmachus, μὴ οὐχὶ ὅταν ἐξαριθμῇς; *nonnè quum enumeraveris?* Significatur Deo curæ esse si quid patiamus, ac veluti referre in scriptum, numerumque perscribere omnium molestiarum: quemadmodum in historia Patrum visus est Angelus passus omnes recensere Anachoretæ longiùs aquam ad aliorum utilitatem advehentis. *Omne gressus hominis DEUS ipse dinumerat* t, *& considerat* u. Hoc alia illa dicendi denotat formula: qua se dicit Deus descripsisse in manibus, ne obliviscatur civitatem & muros ejus x. Idem sibi vult *capillos capitis nostri omnes numeratos* esse y. Numeratio non scientiam solam quam DEUS æque habet de singulis aliarum minutissimarum rerum individuis, sed curam præterea importat & immensam providentiam ineffabilemque affectum erga homines, ut Hieron. loquitur z, & observat etiam Cyrillus Alexandrinus

a *Psal.* 17. 3. *Psal.* 30. 3. 1. *Psal.* 31. 7. *Psal.* 45. 2. *Psal.* 58. 17. *Psal.* 70. 3. *Psal.* 89. 1. *Psal.* 90. 2. *Psal.* 93. 22. *Psal.* 143. 1.
b *Isab.* 1. 4. 2. Tropologia
c *Cic. Tusc.* 1
d *Seneca.*
e *in Psal.* 37
f *Ser. de pan.*
g *Gen.* 2. 7.
h *Gal.* 2. 21.
i *Col.* 3. 4. *1. Thess.* 3. 9
k *1. Tim.* 5. 6.
l *Ios.* 7. 19.
m *Lev.* 13. 7.
n *Lev.* 14. 21
o *Eccl.* 4. 7.
p *Ib.* 24. 25.
q *Ibid.* 31.
r *Lev.* 14. 21

David. verbo à Greveo expensa.
s *Ser.* 114.

t *in psal.* 37.

u *vers.* 10.

Allegorica de Christo interpretatio.
x *Heb.* 5. 7.

y *Ioan.* 17. 6. 16.

z *Psal.* 38. 13. Lacrymarum pretiu apud Deum
a *Psal.* 5. 7. *Psal.* 38. 13. *Psal.* 41. 4.
b *hom.* 25.
c *Psal.* 89. 8.

d *1. Reg.* 30. 3. 4.
e *Psal.* 41. 4.
f *Iud.* 14. 16. Lacryma Christi jugiter in Galliæ quodam oppido perdurans.

g *l. de reliquis & veneratione sanct.* Tum Christi, tum matris, lacrymarum in Ecclesiis quibusdam asservatio.
h *Psal.* 125. 6.
i *Psal.* 83. 6. Allusio ad lacrymas populi Israel.
k *Iud.* 2. 1.
l *in Psal.* 83.
m *Apoc.* 7. 17

n *Eccl.* 35. 19
o *c.* 5. 2. Cantici canticorum loci expositio

p *Ezech* 24. 23.

Laudabilium lacrymarum causæ multæ
q *in Ps.* 37.

r *Stem.* 5.

s *Rom* 8. 28.

De anachoreta quodã historia.
t *Iob.* 34. 16. *c.* 31. 4
u *Prov.* 5. 1.
x *Esa* 49. 15. 16.
y *Luc.* 12. 7. Dei ineffabilis affectus & cura erga homines.
z *in c.* 10.

drinus *a*. Tametsi etiam peccata omnium *condita sint apud Deum, & signata in thesauris ejus b*.

Porro editio nostra, *sicut & in promissione tua*: ὡς ἡ ἐν τῇ ἐπαγγελίᾳ σου, innuit ita *posuisse lacrymas* Davidis Deum *in conspectu suo*, sicut promiserat. Promissionem quasi contentam in libro divino, pro quo placuit illam ponere interpretibus. Euthymius ac Nicephorus contineri dicunt illis verbis *c*; *clamabit ad me, & ego exaudiam eum*; quamvis citet Nicephorus ac si esset ibi verbum, κεκράζεται, quum sit κράζειν in furore κεκράζεται. Similis in alio Psalmo *d*, locus quem Cassiodorus citat: *Invoca me in die tribulationis, eruam te, & honorificabis me*. Addi & hìc potest *e*: *Propter miseriam inopum & gemitum pauperum nunc exsurgam dicit Dominus*. Hugo profert testimonia ex Ezechiele *f*, & ex libro Sapientiæ *g*. Prudenter Ayguanus ait hæc duo Davidem prævidisse, utpote longè post ætatem ipsius scripta. Potuerat, si de pœnitentibus promisso facto ageretur, ex Deuteronomio *h*, locus proferri: & alius *i*, de eo quod servantibus legem, ut reportet victoriam de inimicis. Quodcumque illud sit; *plenissimè scimus, quia quacumque promisit Deus, potens est & facere k*, &, *impossibile est mentiri eum l*.

Mysticè promissio tùm de Christo potest accipi *m*, tùm de Spiritu sancto *n*: nam uterq; Paracletus & Consolator est. Sed & promissionem lacrymis factam Christi Cassiodorus interpretatur & Hilarius, atque alii: Remigius autem observat propter particulam &, innui, quod sicut promisit Deus, ita se promisisse affirmet Christus, nempe ille veniam, hic meritum quo impetraret.

a 4. de adv. in Spiritu.
b Dan. 12 34
c Ps. 90. 15.
d Ps. 49. 15.
e Ps. 11. 6.
f cap 18. 12.
g cap. 12. 22.
h cap. 30. 1. & seq.
i cap. 28. 7.
k Rom. 4. 21
l Heb. 6. 18.
Mysticus sensus.
m Rom. 1. 2.
n Act. 1. 4.

Vers. 10.) Tunc convertentur inimici mei retrorsum. In quacumque die invocavero te, ecce cognovi, quoniam DEUS meus es.

Sensus loci. Davidis confidentia.

EXprimit confidentiam magnam inde conceptam, quod se penitus in DEI esse cura sciret, eidemque perspectam omnem vitam, & lacrymarum stillas omnes apud eum custoditas, & ratum promissum, fore ut in fugam semper ipsius inimici converterentur pudore affecti. Ait præterea se certum esse, quoties Deum supplex oraverit, hoc petens aut quid simile, impetraturum: nec allam affirmat tantæ spei rationem se habere, quàm quia optimè noverit ingenium ac naturam DEI sui, & quod non obscuris hactenus documentis exemplisque comprobaverit benignitatem & beneficentiam illius erga se. Hic sensus constat, sive præcedentis versus membrum ultimum versui huic annectamus, sive omnino sejungamus. Aliqui tamen accipiunt *conversionem* in meliorem partem, ut eam vel optet David, vel prædicat: aut certè Christus, allegorico sensu. Primùm tradit Augustinus: Hilarius secundum, qui de pœnis æternis in corpore ipso, post resurrectionem.

Tunc convertentur inimici mei retrorsum.) In Bibliis Regiis atq; Complutensibus Græcis & Latinis, & apud Hilarium, omittitur, *tunc*. In Psalterio Romano, & apud Augustinum, Cassiodorum, Arnobium, *convertantur*. Sed Symmachus, Theodotio, V. editio, habent τότε, & extat Hebraicè אז. Verba hæc vel prioribus junguntur, *sicut & in promissione tua*: ut juxta promissionem DEI convertantur inimici retrorsum, quod Arnobio placet: vel sequentibus, *in quacumque die invocavero te*, ut id ipsum contingat quoties David invocet Deum: vel efficiunt membrum per se distinctum. Apollinarius duos primos dicendi modos conjunxit, ac integrum ex eis composuit optativè loquens;

Ἐχθροὶ ὑπ᾽ ἐσσίσι τειῆς ἐρεφθεῖεν ὀπίσω,
Ἤντε τιὼ βασιλεῦ, ἐπαρηγονα χεῖρα καλέσω;
Inimici promissis tui convertantur retrorsum,
Quum tuam, Rex, adjutricem manum invocabo.

Adverbium temporis *tunc* opportunum providentiæ denotat tempus: aut indicat, ut Hugoni videtur, quum quæ sunt prius dicta, fecerit DEUS, confregerit populos, posuerit lacrymas in conspectu suo, ostendens acceptam sibi pœnitentiam, orationemve, complexerit promissionem suam.

Convertri retrorsum quid sit.

Convertit retrorsum.) Est fugere, sicut aliis in Psalmis A o, jam vidimus, hoc exprimitur Chaldaicè per *conversam cervicem*. Promisit hoc DEUS in Levitico *p*, atque Deuteronomio *q*, ut scilicet fugati à justis hostes diffugiant plurimi ac per vias multas. Hilarius exponit *converti* esse idem quod reverti, & quidem in infernum, unde peccatores ait processisse, scilicet quoniam Dæmonas qui sunt inde, imitantur. Euthymius anagogicè vult innui dæmonas, qui quemadmodum præire nos solent, quando superant, viamque ostendere ad perditionem; ita quoties à nobis victi fuerint, retro post nos sequuntur oblatrantes.

o Ps. 6. 11. Ps. 9. 4. 18. Ps. 39. 15.
p cap. 25. 7.
q cap. 28. 60. Item, *converti*.

Augustini tropologia est aliorumque de conversione in melius per emendationem, quam David optet inimicis, ut scilicet moniti nolint præcedere per contumaciam, sed sequi per correctionem, eo modo quo Petrus Christus jussit *abire retro post eum r*, ut *convertantur sicut in profundum recesserant s*.

Tropologia.

r Matt. 16. 23.
s Esa. 31. 6.

In quacumque die invocavero te; ecce cognovi quoniam DEUS meus es.) Græcè additur *tu*: & in aliis Psalteriis, & apud Augustinum, Hilarium, Cassiodorum. B Augustinus habet, *scivi*: Psalteria & Cassiodorus, *agnovi*: Hilarius, *Dominus*. Jam docui copulari à nonnullis cum præcedentibus hæc omnia: quoldam posteriores dictiones sex ad separatam sententiam referre per modum epiphonematis, cum gratulatione & gratiarum actione, fiducia etiam maxima affuturi semper sibi auxilii divini. Idem sensus potest fieri conflando ex utroque membro sententiam integram. Quod ait, *ecce cognovi quoniam Deus meus es*, vel, *hoc cognovi* זה *zech*, explicat Paraphrastes, *quia sit Deus auxilio futurus*: Euthymius, Græci plures: *quoniam statim exaudiat*: Apollinarius, *quia sit* παντεπίσκοπος, *omnia lustrans consideransque* Basilius ac Theodoretus, *curans & providens*. Idem affirmant ceteri, maximè Cassiodorus. & de omni quidem tùm ætate, tùm tempore, quo se præbeat paratum Deus ac promtum ut singulis opituletur, & peccatoribus gratiam offerat.

Ex hac beneficà providentià optimè cognoscitur Deus inter alios plures modos, quibus veniri potest in cognitionem ipsius per creaturas, inspirationes, C miracula, &c. ut notat Hieronymus. Dominum suum, ac Deum suum Thomas recognovit, & professus est Christum visis ac tactis plagis *t*. Christi hæc Remigius ait verba esse tùm de se ipso, qui scilicet *semper audiebatur* ac exaudiebatur *à Patre u*, tùm pro suis, quibus idem pollicitus est, ut *quidquid peterent ab eo in nomine ipsius, ille daret vicissim x*. Quilibet voluntatem ejusdem facere debet quia DEUS ejus, atque ut facere possit, illum orare *ut doceat y*. Includuntur omnia in his vocibus, *Deus meus es tu*: quasi dicat, ait Augustinus *z*, tu es factor meus. tu es refector meus, tu es totum bonum meum. In DEO est summus amor, potentia summa: in hominibus sejunguntur sæpius ista; non enim respondet amori potentia, nec quisquis potest, amat vultque opem ferre. Dixit Seneca *a*, quod DEUS semper paret, semel jussit, nam præceptum posuit ac legem non solùm aquis *b*, sed rebus omnibus *c*: & ipsemet eidem præcepto legique quodammodo paret, concurrens tamquam primus motor D & caussa; ita ut miraculum sit quando creatura obliviscitur naturalis suæ virtutis, ut in fornace ignis *d*, & quum DEUS ut obediat homini, desinit obedire primæ suæ legi, ut cum sol stetit *e*. *Ordinatione* quidem DEI *perseverat dies, quia omnia serviunt DEO f*; sed non ita propriè obediunt res inanimatæ & irrationales. Ergo meritò exigitur à Deo quia Deus est; ut obediat quodammodo *sicut & in promissione sua*, hoc est, sicut promisit & sibimet legem præceptumque indixit: *Deum suum* quoque peculiariter nunc nominat David, quia vindex, tutor, beneficus erat, nam etiam & profani eo nomine homines à quibus acciperent beneficia, appellabant *Deos*, sicut ille *g*.

t 1 Joan. 20. 18
u cap. 11. 41.
x cap. 15. 16.
y Ps. 141. 10
z Ibidem.

Deus semper paret, semel jussit
a Lib. quare bonis viris mala accidant cap. 5.
b Prov. c. 8. 29.
c Ps. 148. 6.
d Dan. 3. 6. & 11.
e Ios. 1. 10. 12. 13.
f Ps. 118. 91.
Quomodo exigitur à DEO, ut quodammodo obediat.
g Virg. vel 1. Dii appellatum à profanis, à quibus beneficia acciperentur.
Homo homini Deus.
h 42. cap. 7.

Namq; erit ille mihi semper DEUS.

Unde paroemia: *Homo homini Deus, Deos est mortali, juvare mortalem*, scribit Plinius *h*. Quum autem talem asseruisset videri Vespesianum, & vetustissimum, referendi bene merentibus gratiam, morem, ut tales numinibus adscribantur; subdit: Quippe & omnium aliorum deorum nomina, & quæ suprà retuli, siderum, exho-

Deorum & ſiderum nomina ex hominum nata meritis. Jacob votū a Gen. 28. 20 21.

ex hominum nata ſunt meritis. Jacob vovit votum, dicens: *Si fuerit Deus mecum, & cuſtodierit me in via per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad veſcendum, & veſtimentum ad induendum, reverſuſq; fuero proſperè ad domum patris mei, erit mihi Dominus in Deum a.* Vovit ſpecialem cultum, ut ibidem in Geneſi *b*, ſ bditur, *lapidem erigendo in titulum* cum inſcriptione *domus Dei, & ſolutione decimarum*. Alioquin coli Deus debet ſive det, ſive non det, liberet, non liberet, ut piè admodum tres ſocii Danielis *c*, reſponderunt. Crebrò David *Deum ſuum* nominat: tum verò ut auctorem ſalutis *d*: *Tu es ipſe rex meus & Deus meus, qui mandas ſalutem Jacob*; & quum petit ſe conſervari, ait, *dixi Domine, Deus meus es tu*: & cauſſam reddit, *quoniam bonorum meorum non eges e. Magna ſcientia ſcire quoniam Deus, Deus tuus eſt*, ait Auguſtinus. Tuus enim eſt, quum tibi ſubvenit: tuus eſt, quum tu ab illo alienus non es. Eorum propriè dicitur (qui omnium eſt) qui eum diligunt, qui eum tenent, qui illum poſſident, qui illum colunt. Tamquam de domo ipſius magna ſunt familiæ ejus redempræ magno ſanguine unici filii. Quantum dedit nobis DEUS, ut ipſius eſſemus, & ipſe ſit noſter? Et poſt multa: *Quantumlibet*, inquit ſit avarus, ſufficit tibi Deus. Sed & illud verum eſt, qui Deum invocet ut debet in oratione, cognitionem ſibi ejuſdem DEI comparare, ac novum lumen quo perfectius ipſum noverit.

c Dan. 3. 18. d Pſ. 45. 5.

e Pſ. 15. 2. Magna ſcientia ſcire quoniam Deus. Deus tuus eſt. Quorum proprie Deus dicitur.

Deum invocans in oratione, ut debet, quid acquirat.

Verſ. 11.) In DEO laudabo Verbum, in Domino laudabo ſermonem: in DEO ſperavi, non timebo quid faciat mihi homo.

Senſus loci.

PArùm differt hic à verſu quinto; indicatq; repetitio, quàm ſit planè digna ſanctis omnibus hæc vox, qua ſe declarant, conſtanter inter infectationes humanas fidem tenere, & metu terrenæ turbulentiæ, ut ait Hilarius, non moveri, ſpeque certiſſima quod nihil adverſum animæ æternitatem homo effecturus ſit, non timere: cauſſam repetitionis dat Beda, ut indicet, ob converſionem aliorum ſe non præſumere, quemadmodum nec pro ſe ipſo jam antea dixerat ſe non præſumere. At *converſionem* docui fugam ſignare inimicorum.

Perſonę Trinitatis hoc loco agnitæ

Perſona Trinitatis agnoſcit hoc loco Ayguanus in DEI, Verbi, & Domini vocabulis, & ultimo deſignari Spiritum S. quia pertinet maximè ad Dominum dona largiri, diviſiones autem gratiarum attribuuntur Spiritui S. *f*: ſicut videlicet ipſum nomen *doni*: Non eſt admodum veriſimilis argumentatio, ut conſtabit paullo poſt: quamvis non ſpernenda, quum Hieronymus quoque de Verbo ap. Patrem, ac de ſpe in eo interpretetur: Præterea Remigius, Caſſiodorus, Haimo, Bruno Herbipolenſis, Beda, & alii diſtinctionem perſonarum hìc obſervant: denique in panoplia ſua Euthymius *g*.

f 1. Cor. 12. 5.

g p. 1. tit. 8.

In Deo laudabo verbum, in Domino laudabo ſermonem.) Verſu 5. ſemel nominantur *ſermones* cum pronomine poſſeſſivo primæ perſonæ pluralis: quamvis Hebraice ſit ibi nomen ſingulare cum affixo tertiæ ſingularis. Nomen autem illud eſt hoc loco idem דבר *davar*, bis repetitum: Græcum ibi λόγοι; hìc ῥῆτα & λόγμος; ſecundumque ſæpius verti ſolet per *verbum*, quàm per *ſermonem*. Quapropter non eſt opus nunc *Verbum* ſumere pro interno animi conceptu; *ſermonem* pro enuntiatione vocali, ut placet Janſonio: primum pro eo quod docet dicique lectio poteſt: ſecundum, pro exhortatione ſive prædicatione, ut Hugo adnotat: primum pro ſecunda perſona; ſecundum, pro prædicatione quam fecit eadem incarnata, ut Caſſiodorus, Haimo, Bruno Herbipolenſis volunt: primum, pro magis compoſita: ſecundum, pro magis rudi oratione, ut Bruno Carthuſianus aſſerit: è contrario primum pro breviore, ſecundum ſero longiore, ut affirmant Baſilius, Theodoretus, Euthymius, Nicephorus. Nec refert quod ſecundo loco adjecta conjunctione quam ponit quoque Romanum Pſalterium alii vertant, *& in Domino prædicabo ſermonem*, ut Hieronymus & Caſſiodorus: non item quod Hilarius exprimat ſolum poſtremas voces, *in Domino laudabo ſermonem*: non præterea, quod omiſſa ſint pronomina, quaſi ea omiſſio, quod Janſonius advertit, innuat etiam aliorum ſermones, non tantum noſtros, atque reprehenſiones æſtimandas ac timendas, quatenus in Deo ſunt. Sententia eadem ſemper quæ verius quinti.

Illud paullo majore dignum animadverſione, circa nomina אלהים *elohim* & יהוה *Jehovah*, quorum primum de Deo ut Judice, alterum tamquam clemente, dici volunt, poſſe intelligi Davidem ſignificare ſe Deum æquè ac ſemper laudaturum, ſive agere ſeveriùs videatur, ſive tractare benigniùs. Tandem quæ ſuperiùs *caro* vocabatur, *homo* nunc dicitur, quamvis ibi etiam aliqui *hominis* nomine uterentur, & non infirmum dumtaxat hominem, vel etiam carnem noſtram, ſed etiam diabolum intelligerent, communem humani generis inimicum.

Verſ. 12.) In me ſunt Deus vota tua, quæ reddam laudationes tibi.

Verſ. 13.) Quoniam eripuiſti animam meam de morte, & pedes meos de lapſu, ut placeam coram DEO in lumine viventium.

REnovat votivam voluntatem ac priorum propoſitum votorum; promiſſumque ſacrificiorum, perſoluturum ſe aſſerens cum laude, & gratiarum actione, quæ ipſis etiam ſacrificiis externis Deo ſunt acceptiores atque gratiores, poſtquam a præſenti eum ipſe periculo liberaverit: id ob ſpei fiduciæque firmitatem & certitudinem jam factum ait: nempe ut ſit à mortis aperto liberatus periculo, & hoc aſſecutus beneficio DEI, ne pedibus lapſus aut dejectus ab inimicis caperetur; vel, exul fugere, & in exilio manere cogeretur: inde quoq; dicit accidiſſe vel eventurum omnino, ut præſentis vitæ adhuc utens lumine, eum reliquis qui vivunt, & alio intus illuſtratus diviniore, quo præditi ſunt qui meliùs ac nobiliùs vivunt, eidem liberatori ſuo Deo placeat magis magiſque, ac dictis eum placare ſacrificiis, laude, gratiarum actione, ſtudeat. *Coram DEO*, ideſt, ante tabernaculum, &, *in lumine viventium*, hoc eſt, ſpectantibus iis qui habitabant promiſſam terram ac locum ubi colebatur DEUS, & ubi vivebatur ſine tenebris non modò Idolelatriæ, ſed etiam ærumnarum, quas ipſe tolerabat.

Senſus loci.

Myſtica expoſitio.

Exponuntur iſta myſticè de Chriſto tùm pro ſeipſo, tùm pro ſuis & Eccleſia. Chriſtus ipſe ſe ipſum ſuſcitavit, & alios tempore ſuo ſuſcitabit liberatos à lapſu mortis & mortalitatis, ac perductos ad luminis fruitionem æterni, ubi maximè & ille & alii placebunt Deo, qui lumen eſt, videndus in ſe ipſo. Fere ad hunc Hilarius modum ſenſu myſtico.

Alii tropologicè accipiunt de liberatione à lapſu & morte hæreſis aliorumque peccatorum & periculorum peccandi, ac proinde etiam à damnatione æterna, ita ut in veritatis, virtutis & gratiæ viventes lumine, placeant DEO, & ex ſorte Sanctorum hìc viventium in dicto lumine transferantur ad inenarrabile lumen beatitudinis & gloriæ atque in ipſo luminis fonte fontem luminis perpetuò videant in Deo ac per Deum ipſummet Deum.

In me ſunt DEUS vota tua.) Verti quoque poteſt *ſuper me*, עלי *hhalai*; quaſi dicat, obſtrictus, aut damnatus ſum votorum: vel mea intereſt vota ſolvere: quod vulgo dicunt: *ſopra di me*: & Chaldæus expoſuit *in me recepi*, עלי קבלת *hhalai Kabbelath*: Trevetus, *concepi in corde*, vel, *memoria retineo*, ut explanant Euthymius ac Nicephorus: vel, *grato animo ea nuncupavi*, ut indicant Baſilius atque Theodoretus. Hoc etiam ultimum volunt Auguſtinus & alii, qui declarant non extra quærere quæ offerat, quia non tam ſint externa ſacrificia, quàm de ara cordis & de macello vel cellario conſcientiæ prodeuntes DEI laudes, atque charitate accenſas. Adde, ſponte ac libenti animo ſuſcepta vota, εὐχὰς, ſive promiſſiones, ὑποσχέσεις. Præterea innuit, ut Hugo notat, non timere quid faciat homo exteriùs, quum bonum interius non poſſit ſurripere, per quod placeat DEO, poſſit privare facultatibus externis, & commoditate ſacrificia materialia celebrandi; non autem pia voluntate DEO ſemper placendi, eique gratias agendi, ac laudes in omni tempore, & re reddendi. Sed non dicuntur, ut idem tamen aſſerit, *vota DEI*, quaſi res concupitæ à DEO & gratæ: licèt hoc etiam verum ſit,

Homo non poteſt interius ſurripere.

Vota Dei ut hic dicantur.

sit, sed quia eidem promissæ per obligationem votorum quæ dicuntur εὐχαὶ, & נדרים *nedarim*, Quamquam pronomen, *sua*, nec est Græcè, nec in aliquibus codicibus Latinè, ut & in Psalterio Romano & Gallicano, atque apud Cassiodorum, verbum etiam, *sunt*, additum est Gregorius *a*, hinc infert, ubi desit potestas bene cupiam faciendi, ante Dei oculos nunquam esse vacuam manum à munere, si fuerit arca cordis repleta bona voluntate. Ait præterea, istorum verborum sensum esse posse, ersi exteriùs munera offerenda non habeo, intra memetipsũ tamen invenio quod in ara tuæ laudis impono: quia qui nostra datione non pasceris, oblatione cordis meliùs placaris, nihil quippe, inquit, offertur Deo ditius, voluntate bona. Job in exemplum profert Augustinus, cui arcam sancti pectoris fur diabolus non invaserat, plenusque erat ablatis ceteris, unde sacrificaret, & divitias interiores quo fur non accederet, possidebat. Colligi adhuc ex hoc loco potest piorum usus votorum, quem Lutherus *b* Calvinus *c*, Melanchthon *d*, Gerardus Sagarellus *e*, aliique Hæretici tollunt de medio, tamquam non solum inanem, sed etiam impium. Vidimus jam priùs Psalmo 21. *f*, & 49. *g* piam ac religiosam esse votorum nuncupationem redditionemq; quibus in 65. *h*, 75. *i*, 115. *k*, similia sunt alia testimonia, ut nihil afferam ex libris aliis sacris ex Patribus, ex ratione ipsa. Sufficiunt alibi dicta *l*. Ad rem præsertim facit quod scribit Origenes *m*: *Vota Domino* neminem offerre posse, nisi qui habeat aliquid in semetipso & in substantia sua quod offerat: non sufficere ut iste exterior homo legem Dei suscipiat nec ut vota solus offerat, quia non potest aliquid dignum Deo habere; interiorem hominem esse, qui magis habeat in se quod offerat Deo: quia in illo est habitaculum virtutum, intellectus scientiæ divinę imaginis innovatio. Vim facit in gemino hominis nomine, quod ponitur Græcè in lib. Numerorum *n*, ἀνδρόπους ἀνδρώπους, in Hebr. איש & Latinis vocibus, *si quis virorum votum Domino voverit*; & attendit distinctionem duplicis hominis apud Apostolum *o*, interioris & exteris.

hom. 5. in Evang.

Nihil offertur Deo ditius voluntate bona.

Fi rum usus votorum ex hoc loco.

Bibl. de capt. Babylon. de votis mon. & de vita conjug. & ad epist. & Dia. Eccl. Vitemb. c. 4. inst. cap. 13. 7.

a disp 16. de jurejur. apud Guid. de cro pf cudo Apost.

b vers. 26.

g vers. 14.

h vers. 13.

Interior homo magis habet quod DEO offerat.

i vers. 12.

k vers. 9.

l in Ps. 21. & 59. & in Eccl. c. 5. 3. in hom. 24. in Num. n c. 30. 3. o 2. Cor. 4. 16 porat. 2. de orat. Dom.

εὐχὴ. προσευχὴ.

De vocabulis Græcis εὐχὴς, quod hic est, & προσευχὴς, quod *orationem* significat, aliàs dixi & ea distinguit Nyssenus *p*, docens, εὐχὴν esse doni pro gratiarum actione offerendi promissionem: προσευχὴν, eum aditum qui sit ad Deum, post promissi implectionem. Quod discrimen perpetuum non est.

Quæ reddam laudationes tibi.) Libri Complutenses ac Regii: *quæ reddam laudationis tuæ*: & in omnibus Græcis, αἰνέσεώς σου; quod in editione Latina ex Græca Sixtina redditum, *tibi*, miror.

Hoc autem quoque modo lego in Psalterio Romano & Gallicano: apud Augustinum, *laudis tibi*, apud Cassiodorum, *laudes tibi*, Hieronymus reddit, omisso relativo pronomine, (quæ) *reddam gratiarum actiones tibi*: Hoc est, *sacrificium laudis*: de quo in alio Psalmo *q*; typus Eucharistiæ: quamvis in hac sit alia res externa, hoc est species, sub quibus est Christus, nec propriè dicti ratio in sola consistat laude, ut Rabbini quidam in expositione præsentis loci sentiunt de tempore Messiæ; quos Galatinus * citat.

p Ps. 49. 14.

Rabbinorũ sententia in expositione hujus loci, * lib. 11. c. 9.

Quoniam eripuisti animam meam de morte.) A certo periculo mortis, quod socii Danielis dicunt *erui de inferno*, & *salvum fieri de manu mortis r*, tropologicè, à reatu peccati & mortis æternæ. *De manu mortis liberabo eos; de morte redimam eos*, ait apud *s*. Oleam DEUS. *Ecce oculi Domini super metuentes eum*, inquit in 32. *t*. Psalmo David, *& in eis qui sperant super misericordia ejus, ut eruat à morte animas eorum*. In 114. *u*, provocat se ipsum ad agendas DEO gratias, postquam dixisset sibi Dominum benefeciisse; *quia eripuit animam meam de morte, oculos meos à lacrymis, pedes meos à lapsu.*

r Dan. 3. 88.

s cap. 13. 14.

t vers. 18. 19.

u vers. 7. 8.

Et pedes meos de lapsu.) Idem habetur citato Psalmo 114. *x*. Sed priùs illud ponitur, *oculos meos à lacrymis*. Quod huc inde translatum puto in Psalterio Romano, & Gallicano, & apud putatum Hieronymum Arnobiumque & Cassiodorum, & in Bibliis Complutensibus Regiisque, tùm Græcè tùm Latinè. Extat etiam in Enthymii textu, sed in Commentario non meminis. Meminit autem Apollinarius:

x vers. 8.

ἕνεκα μὲν λύσας θανάτου βορυώδεως ὄνυχος,
ὀφθαλμούς γ' ὅτι, πόδας ἐξείλετ' ὀλισθάνου;
Quoniam animam solvisti morte cruentosum cor,
Oculos verò luctu, pedes eripuisti à lapsu.

A Hæc omitti non debuerunt à collectore scholiorum in Sixtinis Bibliis ex editione LXX. Varlenium etiam retinuisse miror.

Arnobius per sensum tropologiæ declarat liberationem oculorum de interitu concupiscentiæ; sicut & lapsum de peccato ejusdem, ac mortem de luxuria. Alii autem eodem sensu *lapsum pedum* interpretantur de pronitate ad peccadum, & de lubricitate quadam affectuum, quos *pedes* significant, & de crebro lapsu in leviora peccata, secundùm quæ dicatur etiam *justus septies in die cadere y*. Ad litteram *lapsus pedum* denotat id quod initio versus dixi, quæ dicebatur quoque Psal. 17. *z infirmitas vestigiorum*: & alibi *a*, *motio pedum*, *effusio gressuum* b, *offensio ad lapidem* c, *lubricitas d*. Eadem formula de pedum lapsu extat iterum in Psal. 114. *e*, ut dixi, & in Deuteronomio *f*: idemque sibi vult apud Jeremiam *g*, *lapsa in lacum vita*.

Tropologia

y Prov 24. 16

z vers. 37.

a Ps. 16. 5. *ps.* 37. 17. *ps.* 65. 9. *ps.* 72. 2. *ps.* 93. 18. *ps.* 120. 3.

b Ps. 72. 2.

c Ps. 90. 12.

d Ps. 34. 6. Ier. 23. 12. *c.* 38. 22.

Valde dubito an, quod Agellius *b*, docet, sit verum, significari exilium per *lapsum*; et iamsi concedam pullum appellari eum, qui exulat, aliud est pelli, aliud labi, & labi potiùs censetur quis subito casu, quum eum fallit spes, vel ob scandalum, vel ob lubricitatem soli: non autem quando deportatur & exigitur. Hebr. interrogatio est: *nonne & pedes meos à lapsu?* הלוא *halo*. Adhibent Hebræi interrogationes ut magis affirment. Eadem erat in versu 9. *nonne in libro tuo*, vel *numero*? pro eo quod legimus, *sicut & in promissione tua*.

An exilium significari posit per *lapsum*.

e vers. 8.

f cap 32. 38.

g Thre. 3. 53

h in c. 38. Hebraeorum interrogationes, ut magis affirment.

Ut placeam coram DEO in lumine viventium.) Omissa particula, *ut*, codices Complutenses & Regii habent εὐαρεστήσω, *placebo*. Legit eodem pacto Euthymius ac Nicephorus & Hieronymus in Esaiam *i*. In Græcis Bibliis emendatis est τῶν εὐαρεστῆσαι. Hieronymus autem hoc loco, *ut ambulem*. Hebr. verbum התהלך *hithhallech* significat, ut ita dicam, *seipsum ambulare facere*. Hoc si fiat coram DEO, erit, ex animi deliberatione se ipsum omnesq; sensus referre ad eum, pendere totum ab illo, cuncta ipsi adscribere, ex ejusdem præscripto velle omnia facere, & vivere. Unde ut *ambulem coram DEO in lumine viventium*, posset efficere sensum, ut vitæ quasi lumine fruar, vivere me agnoscens beneficio Dei, ex eo, illud aliud sequitur, ut studeam placere eidem. Hoc Deus certè per sua intendit requiritque beneficia, ut ei scilicet placeam, eum colam, quæ sunt illi grata faciam, eam vitæ conversationem amplectar quæ placeat ipsi, sicque vitam æternam ac lumen illud acquiram, quod legitimè viventibus est promissum. Euthymius attingit varias expositiones, ut dictis modis *placere coram Deo in lumine viventium*, sit, quandiù vivas, quia post mortem nullum sit amplius gratificandi tempus: ut sit *placere*, servando præceptum Domini quod *lucidum* dicitur, *oculos q; illuminans k*, & *lucerna pedibus l* ut sit *placere*, gratum atque acceptum apparere in æterna illorum luce, qui perpetuò victuri sunt: quia scilicet in hac mortali vita caligineq; non possumus. Deo perfectè placere. Hoc ultimum placet Basilio ac Theodoreto, fereq; Latinis omnibus: vel, de Christo, qui *lux* nominatur *m*, & *lucerna* loco esse dicitur in cœlo *n*: denique id ipsum innui alio *o*. Psalmo quum canitur: *in lumine tuo videbimus lumen*. Quidam etiam interpretantur de lumine fidei, quod est proprium hic adhuc viventium. Augustinus amplectitur utrumque tum fidei lumen, tum spei. Apollinarius videtur DEUM regem viventium accipere, & Davidem proponentem ac optantem cantare illi lumen magnum, i. e. celebrem ac illustrem laudem.

Sensus loci.

Variæ expositiones.

i Isa. i. 4. c. 8. 12.

k Ps. 18. 9. *l* Ps 118. 105

m Isa. i. 4.

n Ap. 21. 23.

o Ps. 35. 10.

Ζωόντων βασιλῆι Θεῷ μέγα φέγγος ἄδοιμι:
Viventium Regi Deo magnum lumen cantem.

Litteralior expositio.

Propriùs accedit hæc expositio ad eam quam litteraliorem puto ut velit David dicere se vota illa laudationum DEO redditurum, de quibus paullo antè meminerat, *in me sunt Deus vota tua*, &c. inserta caussa quod beneficia tam multa recepisset, *quoniam eripuisti animam meam*, &c. tanta alacritate & celebritate, ut restitutus patriæ suæ, ac terræ promissæ, quæ *viventium regio terraque* nominatur *p*, propter rationes olim traditas *q*, & loco tabernaculi, laudes divinas decantet *in lumine viventium*, ideſt, ubi extra tenebras calamitatum & idololatriæ, libera & clara frui luce liceat, tùm prosperitatis, tùm veri ac religiosi cultus DEI, ita ut, quod postea

p Ps. 26. 13. *ps.* 51. 7. *ps.* 114. 9 *psal.* 141. 6.

q in Ps. 26. 13

a Esth. 10. 9. ſtea ſcriptum eſt, poſt liberationem populi *a*, ab Aman, & hoc loco à Treveto notatum eſt, nova lux oriri videatur, ideſt, inquit ille, proſperitas & conſolatio. Affinis noſtro locus 114. *b*. Pſalmo, *placebo Domino in regione vivorum*. Ubi præcedunt ſimiles aliæ ſententiæ, & pro *regione* ſunt Hebr. צרצות *arſoth*, *terræ*, locum utrumque ita etiam ut vidimus. Hieron. *c*, videtur intelleciſſe, quum Ezechiæ tractat verba *d*; *Non videbo Dominum Deum in terra viventium*. Porro ad mores pertinet, idcircò eripit nos à morte, à lapſu, à periculis, ut benefactori Deo grati ſtudeamus ei *placere in lumine viventium*, tamquam *e*, *filii lucis*, ita ut lux etiam noſtra luceat aliis *f*, *interque homines nationis pravæ, ſicut luminaria mundo ſine querela, & reprehenſione*, & velut *ſimplices filii DEI g*.

b verſ. 9.

c Isai. 38. Eſa. d Eſa. 38. 12.

e Ioan. 12. 36 Eph. 5. 8. 1. Theſſ. 5. 5. f Matt. 5. 15. g Phil. 2. 15. Hugonis ad Trinitatem applicatio.

Tandem Hugo *eripere animam à morte*, attribuit potentiæ Patris: *pedes de lapſu*, ſapientiæ Filii: *placere coram DEO*, charitati & benignitati Spiritus Sancti.

PSALMUS

QUINQUAGESIMUS SEXTUS.

In finem,

1 Ne diſperdas, David in tituli inſcriptionem, quum fugeret à facie Saul in ſpeluncam.

2 MIſerere mei Deus, miſerere mei: quoniam in te confidit anima mea.
Et in umbra alarum tuarum ſperabo, donec tranſeat iniquitas.

3 Clamabo ad Deum altiſſimum: Deum qui benefecit mihi.

4 Miſit de cœlo, & liberavit me: dedit in opprobrium conculcantes me.
Miſit Deus miſericordiam ſuam, & veritatem ſuam, 5. & eripuit animam meam de medio catulorum leonum: dormivi conturbatus.
Filii hominum dentes eorum arma & ſagittæ: & lingua eorum gladius acutus.

6 Exaltare ſuper cœlos Deus: & in omnem terram gloria tua.

7 Laqueum paraverunt pedibus meis: & incurvaverunt animam meam.
Foderunt ante faciem meam foveam: & inciderunt in eam.

8 Paratum cor meum Deus, paratum cor meum, cantabo, & pſalmum dicam.

9 Exſurge gloria mea, exſurge pſalterium & cithara: exſurgam diluculò.

10 Confitebor tibi in populis Domine: & pſalmum dicam tibi in gentibus.

11 Quoniam magnificata eſt uſque ad cœlos miſericordia tua, & uſque ad nubes veritas tua.

12 Exaltare ſuper cœlos Deus: & ſuper omnem terram gloria tua.

Titulus & Argumentum.

Vers. 1.) In finem. Ne diſperdas: David in tituli inſcriptionem quum fugeret à facie Saul in ſpeluncam.

OBSCURIORA tituli verba ſunt, *ne diſperdas*: de aliis dictum partim priore pſalmo, partim aliis: ultimo membro inſinuatur argumentum: ſunt autem duo vocabula, *ne diſperdas*, in titulis etiam pſalmorum ſequentium 57. & 58. ubique Hieronymus vertit, *ut non diſperdas: David humilem & ſimplicem*, ponendo *humilem & ſimplicem*, loco illarum vocum, *in tituli inſcriptionem*: quemadmodum & in præcedente pſalmo pro מכתם *michtham*, quod alii integrum vocabulum relinquunt, quod, inquam, vocabulum, quum prius expoſuerimus, non argumentantur aliqui neceſſario de David non intelligi quod nullus ab eo titulus legatur erectus. Pro, *ne diſperdas*: vel ut legit Auguſtinus, Bruno Carthuſianus, Iſidorus *h*, Nicolaus *i* Papa I. approbatque etiam Hilarius & Hugo una cum lectione noſtra: & Græce, μὴ γιαφθείρῃς, habetur in textu Hebræo אל תשחת *al taſcheth*. Id quum Pharaphraſtes reddat in iſto & aliis duobus pſalmis *pro moleſtia*, vel, *angustia*, vel, *tribulatione* על עקאא *bhal bhaciha*, legit fortaſſis עק טשחת *bhal maſcheth*, vel, טשרת *maſchath*: quamvis velint etiam Rabbini אל *al*, quandoque idem valere quo על *bhal*, *ſuper*.

h de paſſ. Dom. c. 41. i ep. ad Michael. Imper.

Tituli varie expoſitiones.

Omiſſa opinione R. Abraham & Cajetani, de initio cantilenæ veteris, ad cujus modolum pſalmi canendi eſſent, quibus ea verba præfigerentur in titulo, aut de inſtrumento muſico quod vocaretur *taſcheth*, de tituli verbis iſtis ad litteram intelligendis: Opinio ſecunda eſt, quam non obſcurè indicat Nyſſenus *k* (non eſt autem Theodoreti, ut eam illi adſcribit Agellius) & apertè tradit R. Kimhi, Davidi verba eſſe ad Abiſai, quum jam parum abeſſet quin is occideret Saulem: *ne* 1, *interficias*, ſicut in 58. *m*, eſt, *ne occidas eos*. Verba quidem ſunt eadem in hiſtoria Regum, quæ hoc loco Græcè, & Hebraicè, μὴ γιαφθείρῃς αὐτὸν אלתשחיתהו חשחת *thaſchithehu*. Repugnat quod in pſalmo anxiè precatur David liberationem ſuam, videlicet priuſquam repreſſus eſſet eo modo Abiſai. Idem judicium de illis qui volunt, loqui ſibiipſi Davidem, comprimendo ſe, ac imperando, ne Saulem occideret, ſicut poterat, in ſpelunca, & ne perderet patientiam. Ita vero ſentit Baſilius, Theodoretus, Euthymius, Nicephorus, Accedit contra illud de Abiſai, quod non fuerat tunc Saul in ſpelunca, ſed in tentorio dormiens.

Prima opinio.

Secunda.

k tract. 2. in pſ. c. 14. Theodoreto male adſcripta opinio. l 1. Reg. 26. 9 m verſ. 12.

Tertia eſt, cujus Trevetus meminit, dirigere Davidem ſermonem ad quempiam, qui cantorem cum victoria & viriliter canentem aut canere volentem (quod innuere poteſt לנגצת *lamnatſeach*) velit impedire; quaſi dicat, *ne diſperdas*, ideſt, ne impedias aut interrumpas muſicam, & canticum meum: nullam hic ſpeciem probabilitatis adverto.

Tertia opinio.

Quartam idem innuit, ut oret David *ne diſperdat* Deus populum: nec placet: quoniam de populo nulla in Pſalmo mentio, vel de liberatione ipſius.

Quarta.

Quintam ponit Beda, Caſſiodorus, Bruno Herbipolenſis, Ayguanus, quaſi Saulem David, vel alius quiſpiam, alloqueretur: *ne diſperdas* Davidem à Domino præparatum ad Regnum: & *in tituli inſcriptione*, hoc eſt, ob regium titulum ipſi promiſſum: objici poteſt quod David eſt dativi caſus τῷ Δαυὶδ.

Quinta.

Sexta verior ejuſdem Treveti & Lyrani, quam non alii tantum recentes, ſed antiquiores paſſim ſequuntur, litteraliter loquendo: verba: *ne diſperdas*, ad Davidem pertinere in graviſſimo periculo conſtitutum & deprecantem enixè, ne ſe Deus perditum velit, ſed minus probo quod Lyranus addit ex R. Salomone illa alia verba Hebræa, *David michtham* ſignificare, quaſi diceret David: ſi permittas me perire, non potero amplius cantica dulcia ad laudem tuam facere & dicere.

Sexta & verior.

Lyrani additio minus probata.

Inter ſenſus myſticos primus eſt Hilarii & Varlenii, ut verbis iſtis, *ne diſperdas aut corrumpas*, quod alio pſalmo *n*, fore prædicitur, *non dabis ſanctum tuum videre corruptionem*, oret David, gloriam reſurrectionis Dominicæ expectans, & gratulans ſe non corrumpi, ac averſam etiam à ſe corruptionem, in eo quo primitiæ reſurrectionis ſunt, gratuletur.

Senſus myſtici. Primus. n Pſ. 15. 10.

Secundus Auguſtini & aliorum Latinorum poſteriorum, atque præterea Iſidori *o*, & Nicolai *p* Papæ I. qui tamen videntur litteralem ſenſum exiſtimare, quia, ut ante monui, nullum legatur David titulum erexiſſe: prædici non diſperdendum, corrumpendum, delendum Crucis titulum, quem ſemel Pilatus ſcripſiſſet, prout ille poſtea nolens delere, reſpondit ſe *quod ſcripſiſſet*, *ſcripſiſſe q*, ac ratum eſſe velle: ſimul ajunt nos moneri, ne pravis moribus videamur negare Chriſtum Regem: nonnihil obeſt quod legitur cum præpoſitione, & accuſandi caſu, *ne diſperdas*, vel, *corrumpas*, *in*

tituli inscriptionem. Quamvis aliqui legant & ita sit in Complutensibus Regiisque Bibliis, *in tituli inscriptione*. Isidorus autem & Nicolaus Papa, Hugo, Ruffinus, Hieronymus, Beda, Haimo, Remigius, Cassiodorus, Bruno uterque & alii, sine præpositione, in accusativo, *ne corrumpas tituli inscriptionem*: Inde vero idem Papa contra Michaelem Imperatorem agit, qui Latinam linguam qua scriptus etiam titulus crucis fuerat, barbaram Scythicamque nominabat.

laus Papa contra Michaelem Imperator. agens pro titulo crucis Domini Latine scripto. Tertius sensus.

Tertius Chrysostomi *a*, qui *ne corrumpas*, jungit prioribus verbis, *in finem*, aitque quod propheta nobis assidue inclamat in fine *ne corrumpas*, animæ nostræ socordiam retrahens, jamque collapturam suffulciens ac retinens, & tum quum maxime opus est, nec aliud quum supereſt, alacritatis vigore, ubi major jam vitæ pars peracta est, emarcescente, viribusque deficientibus, & quando diabolus ceù pirata insidiatur vehementiùs, paratis jam mercibus spiritualibus ut ne decidamus, veluti pro baculo quodam porrigens verba ista in fine *ne corrumpas*. Similis ejusdem Patris *b* alia interpretatio, *ne corrumpas*; ideſt, ne pecces.

a hom. 3 in ver. Eſt. vidi Domi.

b orat. de David.

Quartus, Quartus, Matthiæ Bredembachii conflatus ex pluribus, ut juxta primæ typum sententiæ intelligatur compescens Christus iram Petri, gladium stringentis in servum Pontificis *c*, vel deprecans patris iram, ut ignosceret crucifixoribus *d*; vel, eumdem orans ut calicem à se transferret *e*: vel, supplicans pro mystico corpore suo, quod est Ecclesia, ne sinat pater eam disperdi ab immani hostium sævitia. Si vocabulum postremum מכתם *michtham*, ex poneremus *insigne aureolum*, ut præcedente psalmo ac 15. exponi docuimus, posset sensus esse, ne insignia, seu quæ vocant arma, in quibus inscribebantur seu insculpebantur egregia facta, tali facinore vellent corrumpi, qui consilium dabant de occidendo Saule, sed sineret potius insculpi heroicam illam magnanimitatem, quod parcere hosti voluisset, quem in sua habebat potestate: præterea ut liberiùs ac utiliùs exponat calamitates Deo & opem imperret, præfigit titulum, in quo protestatur nolle ut corrumpatur, ideſt, impediatur orationis fructus, si nempe Sauli non ignovisset, & ut Deus citius concedat, quoniam noluerit interfectione inimici liberare se ipsum à tam multis calamitatibus.

c Mat. 25. 52 d Luc. 23. 34 e Idem 22. 42

Quum fugeret à facie Saul in spelunca.) In Bibliis Regiis legitur in versione Hieronymi, *in spelunca*: apud Trevetum & in editione Victorii, *in speluncam*, propter ablativum casum quem Bruno Carthusianus ait expositores habere, *in spelunca*, negat procedere titulum juxta historiam, sed convenire Christo: qui latens in humanitate fugit à cognitione Populi Judæi. Idem fere habent Latini ceteri cum Augustino: aut per *speluncam* sepulchum intelligunt. Et Hugo addit gentilitatem in qua latuit Christus aliquamdiu. Nihil refert in quo casu legamus: nam fuga *in speluncam* est ad terminum; *in spelunca*, in termino in quo qui latet fugere quoque censetur, quoniam procul est ab eo unde fugit. Porro non agitur de prima fuga in speluncam Odollam *f*, quod sentit Agellius in procem. de titulis, & Varlenius. Sed in speluncam Engaddi, in qua David oram chlamydis ex Saulis veste abscidit; quum potuisset eum interficere *: sic enim omnes alii docent, ac mystice de Christo interpretantur. Quamvis paullo durius videatur quod Valentia chlamydis oram abscissam sumit pro Judæis initio conversis ad prædicationem Petri *g*.

Non procedere titulum juxta historiam unde negat Carthusian.

f 1. Reg. 22. 1

* ibid. 24. 4 Mystica de Christo interpretatio. g Act. 2. & 4. cap. 4. Valentiæ dubitatio, interpretatio. Ratio Agellii improbata. Non servatus series rerum gestarum in disponendis psalmis.

Ratio Agellii ex ordine psalmorum nihil efficit, quia quod nec ipsemet negat, non servatur series rerum gestarum in disponendis psalmis.

Putat Euthymius post egressum de spelunca psalmum hunc scriptum: in ipsa spelunca 141. id incertum. Certe de illa scriptus est; etiam si non illa: quod, ut ait Hilarius, non videtur metu inclusus, psalterii, citharæ ac totius artis musicæ usurus apparatu fuisse.

An in spelunca scriptus psalm. 141. incertum.

Ex tituli explanatione fere constat de argumento. David summum illud discrimen intra speluncam, in qua persecutor Saul erat, cum copiis trium millium electorum ex omni Israel prope eamdem, narrat: & quemadmodum singulari beneficio Dei evaserit, quem imploraverat, & cui laudes atque gratiarum actionem solemnem voverat.

Mystici sensus. Argumentum psalmi

Mystico sensu quem tradunt passim Catholici fere omnes, agitur de Christi passione, resurrectione, triumpho, deque gentium conversione: Isidorus *h*, affirmat in hujus psalmi serie non solum passionem vel mortem, sed etiam resurrectionem & ascensionem Domini prædicari. Athanasius proponit hunc Marcellino psalmum, si concurrat tribulator ignarus etiam in speluncam ubi lateat: esse namque in hujusmodi necessitate in illo utiles ad consolationem sermones & monumentis inscritos. Convenit psalmus cuivis agenti gratias Deo pro liberatione ab hostibus periculisque, & postulanti gloriam Dei magnificari nomenque sanctificari; ac hoc ipsum facere cupienti. In Synodo Salegunstadiensi præscribitur hic psalmus recitandus cum 66. 53. & 50. pro universis ordinibus; nec non pro statu Papæ & Antistitis ejusdem sedis. Discimus hinc etiam in rebus adversis Dei maximè memores esse: certè

h de pass. Dom. c. 41. Psalmus. Marcellino propositus, ab Athanasio, ad quid. Quibus conveniens. In Synodo Salegunstadiensi recitatio ejus præscripta. cum 66. 53. & 50. ad quid. In adversis Deimaxime memores sumus.

Rara i fumant felicibus ara.

i Sil. Ital. l. 7

Et post funestissimæ Athenienſium pestis descriptionem, subdit Maro *K*:

K 3. Georg.

Tempore non alio dicunt regionibus illis
Quæsitos ad sacra boves Junonis, & aris
Imparibus ductos alta ad donaria currus.

Testis denique *l*, Plato, quod in summis periculis, in belli casibus & morbis, & maris tempestatibus. homines habent Deos ἀρχοντας & σωτῆρας, *præsides & servatores*.

l In Theæt.

Vers. 2.) Miserere mei Deus; miserere mei: quoniam in te confidit anima mea.
Et in umbra alarum tuarum sperabo, donec transeat iniquitas.

Sensus loci

MIsericordiam Dei semel iterumque supplex implorat; graviore repressus calamitate; persuadet Cvero sibi propterea quod in sola ipsius confidat misericordia potentiaque: nec umquam ab ea se spe dimoveri pati velit: sed sub alarum ejus velut implumis ac infirmus pullus, protectione sperare atque latitare, adversus vim hostium tamquam rapacium volucrum, quod ferocia illa tanta, tempestatq; persecutionis defervescat & finiatur. Quomodo conveniat orare Christo, Deum suum appellare, in eo sperare, si de ipso psalmum interpretemur cum multis, quum non semel prioribus dictum sit psalmis, nihil est cur nunc repetamus. Monent de his hoc etiam loco enarratores: nosque rationem doceri sperandi orandique in tribulationibus. *Hæc una* mihi omnium promissionum causſa, inquit Bernardus *m*, hæc tota ratio meæ expectationis: *Miserere mei Deus, miserere mei*. Magnum πάθος, gravis urgenisque orantis necessitas: compessit ad ingeminandum sic in psal. 122. *n*, *Miserere nostri Domine, miserere nostri: quia multum repleti sumus despectione, quia multum*, &c. & in psalmo 101. *o*. *Tu exsurgens misereberis Sion, quia tempus miserendi ejus, quia venit tempus*. Et præ lætitia Dmagnoque desiderio *p*. *Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes* Item *q*, *confitebimur tibi Deus, confitebimur tibi*: & in hoc psalmo infra *r*: *Exsurge gloria mea: Exsurge, psalterium & cithara: exsurgam diluculo*: & *s*, *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum*.

Ratio speran di & orandi in tribulationib. m *serm.* 9. *in ps.* 90. Gravis & urgens necessitas, ut & magna lætaingeminationem orationis parit n *vers.* 3. 4. p *vers.* 14. p *ps.* 66. 4. q *ps.* 74. 2. r *vers.* 8. 9. s *ps.* 107. 2. 3.

Observat Hugo hunc esse psalmum tertium inchoatum à verbo *Miserere*: videlicet post 55. & 50. propter triplicem miseriam, Carnis à luxuria, Mundi ab avaritia Spiritus à superbia, istam esse perculosissimam; Ait præterea, repetitionem innuere repetitionem factam à Christo pro se, & corpore mystico, à peccatore pro peccatis omissionis & commissionis. Valentia docet orari Christum ipsum, ut Deus est & homo. Talia alia comminisci possemus, verbi gratia, pro anima & corpore, pro bonis consequendis, & avertendis malis pro gemina charitate, pro naturæ & gratiæ muneribus. Nicolaum Papam III. ferunt hoc hemistichio usum vice symboli.

Hugonis observatio circa inchoationem hujus psalmi. Nicolai Papæ III. usus hujus hemistichii pro symbolo. Considere & sperare interdum synonyma.

Quoniam in te confidit anima mea.) Hieron. *sperat*: quod verbum etiam est in sequenti membro: Hebraicè autem utrobique idem, חסה *chasah*, quod alibi docuimus importare protectionem, Quare quamvis confidere sit

plus

plus quàm sperare, & πεποιθέναι quàm ἐλπίειν, synonymè tamen etiam non raro sumuntur. *Non est confusio confitentibus in Deo* a, frustrà videntes ac blasphemantes Christum dicebant Judæi *b: Confidit in Deum, liberet eum nunc si vult*. Differit Ayguanus de inani malaque confidentia avari, superbi hypocritæ, Tyranni, sapientis sæcularis, & de bona devoti ac innocentis. Dixi de priore nonnulla Psalm. 48. *c*, Bona confidentia valet ad remissionem peccatorum, ad augendum merita, ad corroborandum animum, ad impetrandam cognitionem majorem rerum divinarum ad vires contra dæmones atque tentationes, denique ad comparandam vitam æternam, de his effectis idem *d*, Ayguanus satis copiosè.

Et in umbra alarum tuarum sperabo.) Declarata est Psalmo 16. *e*, hæc formula. Notat hìc etiam ductam Hilarius, & alii, nec non Elias Cretensis *f*, ab avium pullis comparatione, quorum illæ inumbrant infirmitatem, eoque à prætervolantium vi atque improbitate defendunt, præsertim gallinæ: quarum Christus exemplo usus *g*, est Nyssenus *h*, *umbra alarum Dei* vult virtutes esse, quæ nobis magnam fiduciam pariant ipsum vero numen Dei in se comprenhendi non posse, sed quasi supervolare. Adjicit præterea umbraculum protectionis spiritus, tamquam in nube. Alludit opinor David ad speluncam, dicens multo tutiorem umbram alarum Dei adversus persecutores. Multiplicem umbram bonam Hugo distinguit, boni Principis *i*, & Prælati: protectionis divinæ gratiæ *k*, Spiritus sancti *l*, legis Mosi *m*, Humanitatis *n*, Christi, crucis *o* ejusdem refrigerii *p*. Malam quoque ait esse bonorum temporalium *q*, ignorantiæ *r*, amoris mundi *s*, humanæ vitæ *t*, pœnarum *u*, voluptatis *x*, infidelitatis *y*, gehennæ *z*, tandem alias enumerat pietatis & severitatis Dei *a*, superbiæ & astutiæ diaboli *b*, charitatis & castitatis prælati boni *c*, rapacitatis & prodigalitatis mali *d*, & aliorum inferiorum clericorum *e*.

Donec transeat iniquitas.) Hieronymus, *donec transeant insidiæ*: Aquila eodem pacto, ἕως βολαὶ vel, ut notavit Joannes Drusius, ἐνέδραι. Symmachus ὁ ἐπηρεάζων, *calumniator*, *oppugnator violentus*. Hebræa sunt יעבור הוות *hhab jabbaavor haunot*. Ubi & verbum singulare jungitur omni plurali, eique sensus, vel, donec transeat (supple tempus) insidiarum, fraudum, contritionum, confractionum, calamitatum, afflictionum, vel, donec hæ transeant, idest, finiantur, quemadmodum imbre urgente, aut grandine, sub tectum ramolve arborum confugimus. Appellarunt LXX. ἀνομίαν *insidiatores*, inquit Basilius ac Theodoretus, ab effectu, & à re ipsa quam moliebantur. Si de Christo intelligimus, orabat ipse ut *transiret calix à se*, videlicet non transit iniquitas hæc, nisi in morte: atque quod Euthymius Nicephorusque dicunt, ὅταν ἔλθῃ πρὸς θεὸν ἀνάλυσις: idcirco quamdiu vivitur, speranda tamdiu: nihil enixiùs orandum quàm *ut iniquitas transeat, nec dominetur nobis omnis injustitia* g, *& nos non tangat tormentum malitiæ* h, & ut quidquid sit de aliis calamitatibus, *anima* servetur i, libera nimirum ab iniquitatis telo.

Iniquitatem transire.) Nyssenus docet *k*, quia instabilis est ac transitoria peccati natura, ἄστατος καὶ παροδικὴ τῆς ἁμαρτίας ἡ φύσις: neque in principio cum creatura creata & fundata ab eo, qui res omnes procreavit & essentiis suis instruxit; neque in longinquum tempus cum rebus permanet. Quoniam ejus ratio consistit non in esse, sed ni non bonum esse: similisque haberi potest gramini in tectis absque radice orto, non sato, aut inarato, quod cito transit & evanescit. Denique hoc ipsum verbis alterius Psalmi monet innui l: *Adhuc pusillum & non erit peccator: & quæres locum ejus, & non invenies*. Subdit etiam hoc loco significari, nos eo usque divinæ misericordiæ auxilio indigere quoad vitam nostram pertranseat iniquitas, quæ per hanc vitam vagatur & oberrat. Philo Carpathius *m*, idem scribit, quod nempe præterit transitque iniquitas, quum de hac mortali luce & valle lacrymarum eripi dignamur, & cum Deo vivere ac regnare in tempiternum, citat illud Pauli *n*: *Qui mortuus est, justificatus à peccato*: quamquam ibi de morte morali sermo est, quum quis peccato moritur.

De perseverantiæ dono quod hìc petatur, exponit item Augustinus aliique Latini: (*Quia usque* in finem sæculi nec iniquitas deerit premens, inquit ille, nec justitia patiens: & opus est umbraculo, ne illius æstu arescamus: immò sub mundi finem *refrigescente charitate abundaturam iniquitatem* prædixit Christus *o*, ubi finis advenerit, cessabunt umbræ necessitatesque profectionis, quando sublata de regno Dei scandala, iniquitates impiorum, terrenæ humilitatis infirmitas, nec erimus amplius in hac spelunca habitaculi & corporis, qua nunc tumus clausi, ut loquitur Hilarius. Interim *dies malip*, & *mundus totus in maligno positus q*. Porro adverbium, *donec*, quum se dicit David sperare *donec transeat iniquitas*, hoc est, periculum & persecutio, determinatum denotat tempus, aliàs vero ponitur pro indeterminato: ut *Sede r, a dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*. Sedebit namque etiam postea. *Et non s, cognoscebat eam donec peperit filium suum primogenitum*: atqui nec postea Mariam Joseph cognovit. Sic respondet negatori virginitatis Mariæ Elvidio Hieronymus: exemplis Chrysostomus *t*, pluribus idem ostendit de dicto vocabulo *donec*.

Vers. 3.) Clamabo ad Deum altissimum: Deum qui benefecit mihi.

CLamore affectum etiam ardentem demonstrat, magnitudinemque necessitatis & calamitatis, qua vehementer urgeatur: Altissimi Dei epitheto quasi clamor propterea maximus requiratur, quum alioqui non absit longius, sed proximus ubique omnibus, aut quia eminens supra omnes opitulari possit, ut cognitione potentiaque superior: quum prima memorat beneficia, facit animum sibi atque fiduciam adhuc alia postulandi; & profitetur etiam ab Altissimo & Excelso humilia respici, provideri, minimè negligi.

Clamabo. Hieronymus, *invocabo*. *Clamabo* propriè significat, & quidem tamquam crocitando; Græcum κεκράξομαι. Sed Hebræum אקרא *eKra*, *invocabo orando*, vel, *cum clamore*, vel etiam *sine clamore*, verum nominatim appellando; quod & interdum valet Latinum *clamandi* verbum, ut sit nempe idem ac *vocare*. Chaldæus *orandi* simplex verbum reddidit אצלי *atsalle*. Clamoris impedimenta quatuor ponit Hugo: tropologicè, raucedinem devotionis *u*; laqueum *x*, subtilis tentationis: si sit inanimata statua *y*: hoc est, si quis careat spiritu *qui postulet z*: si sit os obstructum *& plenum maledictione & amaritudine a*: aut crapula, & ebrietate *b*. De Christi in orando clamore constat *c*, & quo pacto sibi à patre Cbenefactum, seque ab eo semper auditum exauditumque sit professus *d*.

Ad Deum altissimum.) De hoc epitheto & Hebræa voce עליון *hhelion*, aliàs egimus, ex infima spelunca merito *Altissimum* vocat, & de profunda calamitate, præter prius indicatas rationes.

Deum qui benefecit mihi. (In Psalterio Romano, & *ad Dominum*. Prius אלהים *elohim*, nunc אל *el*: quæ nomina *judicem ac fortem* tonant. Paraphrastes secundo loco ponit הקיפא *thakkipha*, *fortem*: exponit vero, *orabo coram Deo altissimo & forti, qui accersivit araneam ut perficeret in ore spelunca telam propter me*: videlicet ne deprehenderetur à Saule, qui in eadem erat spelunca. Fictitium id puto. Quod revera factum legimus Nolano Martyri Felici persecutionem fugienti, ut aliàs quoque retulimus. Supervacanei laboris araneæ tela symbolum est, nec non invidiæ quia nihil ea fragilius, & inficit flores veneno: & quum texit aranea, fistulæ sono cessat ab opere, ac utro devenit in manus pultantis, ita ut occidi possit. Cassus erat Saulis in David persequendo labor, natus ex invidia, & ex choris cantantium atque pultantium, quum adscriberent Sauli mille, Davidi decem millia *e*: nulloque negotio potuit Saul interfici à Davide. Sed illud de araneæ tela Davidis in gratiam subito contexta, non credo: non quia creditu res sit difficilis, sed quoniam absque ratione vel auctoritate dicitur, nec satis congruit historiæ, in sacris Regum libris perscriptæ *f*.

Rectè argumentatur Augustinus: si antequam eum quæreremus, benefecit mihi, clamantem me non exaudiet? & sic est ergo ille altissimus, ut non sit ab illo long miseria nostra, & gemitus noster, quia *prope est Dominus his qui obtriverunt cor* g, (aliàs *qui tribulato sunt corde*) id Beda ap-

Senſus loci.

Tropologia Clamoris impedimēta quatuor. u *in pſ.* 68 4 x *Mat.* 17. 5 y *Pſ.* 113. 4. *ſecundum Hebr.* z *Rom.* 8 26 a *Pſ.* 9. 18. b *Eſa.* 22 13 c *Mat.* 27. 46. 50. *Heb.* 5. 7. d *Joan.* 11. 42.

Commenta de araneæ tela ad os ſpeluncæ Davidis. De ſimili tela. Nolano Martyri Felici perſecutionem fugienti, ſalutifera. Hiſtoriæ Arane tela cujus rei ſymbolum. Fiſtulæ ſono ceſſat ab opere aranea. Auguſtini argumentatio. e 1. *Reg.* 18 7.

f cap. 14.

g *Pſ.* 33. 19

a *Dan.* 3. 40
b *Mat.* 27. 43.
c *verſ.* 7. Bona confidentia ad quid valet.
d *en.* 133. & 344.
e *verſ.* 8.
f *in orat.* 18 *Nazianz. qua eſt* 1. *de pace.*
g *Mat.* 23. 36.
h *Tract.* 2. *in Pſalm.* c. 14. Umbra alarum Dei virtutes. Multiplicis umbræ bonæ & malæ diſtinctio.
i *Exo.* 35. 30 *ſub nomine Beſeleel.*
k *Eſa.* 49. 2.
l *Luc.* 1. 35.
m *Hebr.* 10. 30.
n *Thren.* 4. 20.
o *Cant.* 2. 3.
p *Jona.* 4. 5.
q *Eccl.* 34. 2.
r *Eſai.* 9. 2.
s *Job.* 28. 5.
t cap. 14. 2
u cap. 3. 5. x c. 40. 16.
y *Luc.* 1. 79.
z *Job.* 10. 22
a *Exod.* 10. 4.
b *Oſea.* 4. 19
c *Ap.* 12. 14
d *Zach.* 5. 9.
e *Jer.* 2. 34.
f *Mat.* 26. 39.
g *Pſ.* 118. 133.
h *Sap.* 3 *juxta quam lect.*
i *Job.* 2. 6. *Iniquitas ut tranſire* dicatur.
k *Tract.* 2. *in Pſ.* c. 14. Peccati natura. Ejus comparatio.
l *Pſ.* 36. 10.
m *In Cant.*
n *Rom.* 6. 7.

Ad Christum applicatio.

da applicat ad Christum, qui asserat misertum Deum etiam priusquam homines eum cognoscerent, & ipso mitteretur ut homo fieret, moretur, resurgeret propter peccata illorum. Bernardus *a*, item docet: quod accepta gratia fiduciam donat orandi, & conferunt præmissa dona, ut ab ea misericordia, quæ tribuit hæc, sperentur etiam ampliora.

a *Serm. 5. de quad. sub finem.*

Ceterum pro *benefacere*. Hieronymus vertit *ultorem*: Alii, Hebræa גמרעלי *gomer bhalai* interpretantur, *retribuentem mihi, perficientem mihi*, nempe promissa, vel, quæ cœpit complentem, reddentem mihi scilicet misericordiam: transigentem mihi, nimirum causam meam impendentem, in Psalm. 137. *b*, illud: *Dominus retribuet pro me*. Hebraicè dicitur יגמר *jigmor*. In emendatis Bibliis Græcis extat διάψαλμα, quod nec habet Hebræus textus, nec Chaldæus, nec Hieronymi versio, nec Græci codices plurimi, nec Beda in catalogo diapsalmatum, tamen exprimit ac explicat Hilarius, potens in neutro, quum aliàs *diapsalmum* dicere sit solitus; atque, quamvis personæ ac sensus demutatio non fiat, erigi sensum per illud ad intelligentiam dictorum.

b *Psal. 8.*

Et liberavit me.) Hieronymus etiam in futuro, *salvabit* ישיעני *josciibheni*. Augustinus, *salvum fecit me*: de Christi suscitatione interpretantur mysticè, quamvis & ipsemet etiam seipsum suscitaverit, vel præterea de liberatione ac salute nostra per eumdem Christum.

Dedit in opprobrium conculcantes me) Hieronymus, *exprobrabit conculcantibus me*. Alii, repetentes seu assumentes præcedens verbum, *liberabit & servabit me à probro deglutire volentis me*: vel, *à probro absorbente me* seu *vorante*. Aliter, probro affecit absorbentem me, sprevit eum qui absorbere cupiebat me, & ad hoc inhiabat & in insidiis latens id expectabat ut faceret. Patiuntur hos sensus Hebræa חרף שאפי *chereph scioaphi*, nam primum vocabulum potest esse nomen, sicque supplebitur præpositio *ab*, *liberabit me ab opprobrio*, aut verbum, & ita efficietur sensus inde pendens à priore verbo *liberavit*. Secundùm item participium posset esse numeri pluralis mutatis punctis שאפי *scioaphai*.

De phrasi qua dicitur quis *dare aliquem in aliquid*, dixi psalm. 20. *n*, quamvis hoc loco nullum verbum illi verbo respondeat. Docuimus item priore psalmo quid valet שאך *scioaph* & *conculcare*. Saulem cum suis intelligit quos puduit liberationis Davidis: qui potuerat intra speluncam regem interficere: mystico sensu crucifixores Christi & sepulchri custodes: atq; communes nostros hostes tùm dæmones tùm homines: quos, ut Hugo per accommodationem explicat, & B. Virgo confudit, præsertim dæmonum principem, velut Judith Holophernem *o*: & S. Petrus Herodem, quando illum Deus per Angelum eripuit de manu Herodis *p*: sed quod subdit, in actibus Apostolorum haberi, jussos custodes carceris occidi, non est ita, sed tantum *duci q*, & ibidem contrarium sentit Hugo: licèt nos in commentario docuerimus videri veram aliam sententiam: sed non id ita eo loco apertè scribi.

Dare aliquem in aliquid, quid sit.

n *vers. 7.* Mysticus sensus.

o *Judith. 14. 7.*

p *Act. 12. 11.* Loci actuum Apostolorum lectio.

Egregiè Augustinus exaggerat hoc opprobrium Judæorum ubique amisso regno dispersorum, nec usquam habentium stabilitatem, nusquam certam sedem, sed propterea vivere adhuc permissorum, ut libros nostros, id est sacros, portent ad suam confusionem; & ad paganos quoque convincendos, quum videant apud Judæos inimicos esse quas pro nobis proferimus prophetias: non autem a nobis confictas.

q *ibid. 19.* Judæorum opprobrium quale & quantum.

Hic est סלה *selac*, & διάψαλμα licèt vocem Græcam Biblia Complutensia Regiaque omittant.

Misit Deus misericordiam suam & veritatem suam.) Misericordiæ fuit liberare Davidem: veritatis, promissa ei facta implere, aut, si pro justitia veritas accipitur, *dare in opprobrium conculcantes eum*. Mysticè missa misericordia & veritas Christus ipse est, ut præter enarratores hujus loci, docet quoque Hieronymus in Esaiam *r*: in cujus incarnatione, morte, opereque toto redemptionis, *misericordia & veritas obviaverunt sibi s*, quod etiam liberatus est Christus de morte, quod ad ipsum pertinet, veritatis sive justitiæ fuit: quoad nos, ad quos redundavit utilitas, misericordiæ gratiæque, vide psalmo 42. *t*, ad illa verba, *Emitte lucem tuam & veritatem tuam*; quid sit hæc mitti. *Lux* vero ibi, misericordiam potest significare, & utrobique possunt intelligi missi Angeli administratores nostræ salutis atque cooperatores in ea Dei. Sed & *misericordia* cum *veritate*, veram & perfectam misericordiam potest denotare: juxta illud *u*: *in multitudine misericordiæ tuæ exaudi me, in veritate salutis tuæ*. Ceterum frequentant divinæ litteræ *x*, harum duarum rerum consociationem, *misericordiæ*, seu gratiæ vel mansuetudinis, atque *veritatis*, & Joannes *y*, appellavit Christum *plenum gratiæ & veritatis*: præter dictam verò *veritatis* acceptionem nec non pro veritate in promissis, posset illa addi pro justo, æquo, recto: ita profano etiam veritatem ac verum usurpare Budæus *z*, demonstrat, & Joannes Bochius hoc loco plura profert exempla.

r *in c. 6.*

s *Psal. 84. 11.*

t *vers. 9.*

u *Psal. 68. 14.*

x *nec v. 14. psal. 24. 10. psal. 35. 6. psal. 39. 11. psal. 44. 5. psal. 85. 15. psal. 88. 2. 3. 15. 25. psal. 97. 3. psal. 107. 5. psal. 113. 12. secun. Heb. psal. 137. 2. Gen. 24. 27. 47. 29. Jos. 2. 14. 2. Reg. 2. 6. c. 15. 20. Tob. 3. 2. Prov. 3. 13. c. 14. 22. c. 16. 6. c. 20. 28.*

y *cap. 1. 14.* Veritatis acceptiones.

z *in Pandect. ad l. 3. pro socio.*

Sensus loci.

Fiduciæ suæ causam explanat magis, quod se invocante & miserit Deus & mittat soleat, & missurus sit de cœlo auxilium, ut liberet ab hostibus atque à periculis: & hostes qui conabantur obterere, suo frustratos conatu, afficiat opprobrio; nec dubium id esse; quia in auxilio mittendo rationem habet suæ tum misericordiæ, tum veritatis seu veracitatis, fidelitatisque in præstando quod promittit.

Allegoria.

Allegoria de Christo misso de cœlo, liberatoque de morte & opprobrio crucifixorum Judæorum, traditur ab Hilario. Euthymio, Augustino, & passim à reliquis Latinis; qui etiam Christo *misericordiæ & veritatis* appellationes tribuunt: quum is seipsum nominaverit *veritatem c*, factusque nobis dicatur *justitia*, quam aliquando veritas significat, quia ex hac deprehenditur illa, ut Euthymius monet.

c Joan. 14. 6.

De missione Filii Dei interpretatio.

Misit de cœlo. Hieronymus & alii, *mittet*: ob Hebræum futurum וישלח *jislach*, tritum est permutari confundique tempora: ut rem omnibus notam putant Latini de missione Filii Dei ut homo fieret *d*, non eam nominatim exprimendo, intelligi, quamvis describi videatur sequentibus verbis, *& liberavit me*. Ad litteram quod absolutè dicitur, de auxilio intelligitur: sicut ibi *e*, *mittat tibi auxilium de sancto*. Quo loco vide quæ annotavimus, aut etiam quæ in alio psalmo *f*, ubi absolutè item habetur, *misit de summo*, expositi Paraphrastes de Angelo, *aptabit Angelum suum de cœlis altissimis*, Nicephorus, ἐξ ὕψους δύναμιν, *ex alto robur*, placet missinem absque additamento denotare tam magnum, evidens, clarumque auxilium, ut negari non possit, sed constet à Deo esse, nec improbabile missum de cœlo, nempe auxilium, designare magnum & eximium, eo modo quo Latini dicunt, aliquid cœlitus mitti, aut de cœlo, aut quidpiam quoque esse in cœlo.

d *Gal. 4. 4.*

e *Psal. 19. 3.*

f *Psal. 17. 17.*

Sed mihi ut nova, quod non diffitetur ejus auctor Martinus è Carcere *g*, ita parum probabilis videtur aliorum locorum expositio, ut *conversatio in cœls*, apud Paulum *h*, sit vivendi perfecta quædam & singularis ratio: quod scribit Joannes *i*; *Nemo ascendit in cœlum nisi qui descendit de cœlo Filius hominis qui est in cœlo*: significet cœlo dignam vitam sanctissimamque quam vivebat Christus: *Gladius Dei inebriatus in cœlo*, de quo Esaias *k*, denotet summam indignationem: *verbum* ejusdem *permanens in cœlo l*, idem valeat atque constans & firmum: *dies cœli m*, serenissimam: *regnum cœlorum* toties in Evangelio, præclarum. Velim equidem propriam notionem *cœli* retineri quantum fieri potest; ac ut de reliquis taceam quæ profecto æquè sine illa intelligentur; durior & violentior interpretatio loci Joanni, in quo dubitari non debet loqui Christum propriè de cœlo.

g *in psal. 44. vers. 7.*

Locorum aliquot S. Scripturæ parum probata auctoris expositio.

h *Philip. 3. 20.*

i *c. 3. 13.*

k *c. 34. 5.*

l *Psal. 118. 89.*

m *Psal. 88. 30.*

Vers. 5.) Et eripuit animam meam de medio catulorum leonum: dormivi conturbatus.

Filii hominum dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus.

Sensus loci.

HIc effectus allatæ cœlitus fideliter ac veraciter misericordiæ, ut ab hostibus liberaretur David, in morem catulorum leonum ferocientibus, & circumcirca obsidentibus: ita ut non liceret inter illos requiem ullam capere aut somno indulgere; donec videlicet liberaret Deus atque dissolveret adeo difficilem molestamque obsidionem. Hostium porro cum leunculis sævioribus comparatorum ferociam tantam fuisse describit, ut ipso quasi rictu, exerta lingua, vibratis dentibus, minitarentur quod re ipsa præstare ac exequi non possent; quumque cetero armorum genere ac sagittis nocere non daretur, pro his adhiberent genuinos dentes linguamque detractionis & calumniæ, quibus famam dilacerarent, & aliorum odia in eum exacuerent, ac inflammarent. Facilè ista de Christo exponuntur, deque persecutoribus illius.

Ad Christum applicatio.

Et eripuit.) Desunt hæc in Hebræo textu: addita sunt ad exprimendum magis sensum; & ad similitudinem priorum illorum, *liberavit me*, hoc pacto sequentia nomina in accusandi casu interpretes acceperunt; quæ alii in recto, ut videbimus; Augustinus legit, *& eruit*. Cassiodorus, absque conjunctione, *eripuit*: Psalterium Romanum omissa eadem ordineque immutato, *animam meam eripuit*.

Animam meam de medio catulorum leonum.) Hieronymus in casu recto, ac hinc nova facta sententia usque inclusivè ad sequentia verba, *dormivi conturbatus*, ita vertit, *anima mea in medio leonum dormivit ferocientium.* Alii sensu eodem; quamvis membra separent, & aliquid suppleant Hebræa יבתוך קבאים אקשבבה להשים כפשי *naphshi bethoch levaim eschevab lohatim*: sic reddunt, *anima mea inter leones*, nimirum est, jaceo aut jacebo, supple vel repete *inter urentes, ardentes, flammis exurentes, & inflamantes*, nempe me: vel, *inflammatos*, videlicet ira, & furore, invidia, sævitia: vel, *inter consumentes me*: vel, *inter incontinentes ac suimet impotentes atque furiosos*: vel, *inter præcipitantes & festinantes*: ut scilicet me perdant: Paraphrastes hoc membrum præcisè, quod posui, exponit juxta versionem Bibliorum Regiorum: *anima mea acuitur tamquam in medio flammarum*: sic metalla, ut ferrum in flammis molle fit, ac distendi exacuique faciliùs potest. Nebiensis conflans integram sententiam, cum sequentibus verbis, interpretatur, *anima mea colligata tamquam in medio flammarum, dormivit inter carbones flammigeros.* Non dubito, si de primo agamus membro, cujus hic sola verba recitavi, Latinè legisse Chaldæum Paraphrastem vocem Hebræam, non ut modo est, sed להכים *lebavim*, quæ sunt *flamma*, at per (א) *aleph* loco (ה) *he*: nam simili voce utitur, addita, initio littera (ש) hoc est, שלרהובין *scialbovin*. Hoc pacto sequens membrum, ut apud eumdem extat, & ex Hebræo transferatur iis modis quos retuli, esset isti synonymum. At in hoc priore membro לבאים *levaim* propriè significat *leones*, & quidem si credimus R. David, *majores*, ita ut minor sit אריה *arieh*, & dicatur לביא *lavi*, quasi à לב *leu* quod est *cor*: quia cordatus atque animosus est. Sed malim credere LXX. qui vertunt σκύμνους, qua voce usus est Lucretius *a*.

At catuli pantherarum, scymnique leonum

Alibi *b* nominant hoc nomine LXX. qui dicantur Hebraicè נפירים *chephirim*; sed rursus nomen hujus loci לבאי *lavi* vertunt eodem modo interdum *c*.

Egimus aliàs de variis nominibus *leonis* apud Hebræos, nec satis aptè Drusius *d*, eorum distinctionem observavit, persistens, quod spectat ad לגאי *lavi*, in Rabinorum opinione, quos tamen non citat. Deprehendi postea idem notatum à Ribera nostro *e*: qui confirmat etiam auctoritate Paraphrastæ Chaldæi cap. 1. Joelis. Optimè sunt sensum secuti Lxx. Interpretes hoc loco fumentes, ut dixi, in obliquo *animam*: ἐν μέσῳ τῶν ψυχῶν μου ἐκ μέσου σκύμνων: *Leo* erat Saul, & principes ejus: *catuli leonum*, ceteri persecutores David inferiores minoresque. Et familiarem esse ex leonibus ductam comparationem pro crudelibus inimicis vidimus antea *f*, non semel, nec non & pro dæmonibus: quorum Petrus *g*, ducem vocat *leonem rugientem*. *Facta est mihi hæreditas mea*, inquit in persona Christi *h*, Jeremias, *quasi leo in silva*. Nyssenus *i*, *catulos leonum* tropologice mirum vocat peccata quæ terrifico hiatu & unguium acuminibus dilacerent.

Dæmonum & crudeliùm micorũ, cum leonibus frequẽs comparatio.

Dormivi conturbatus.) Prius monui qua ratione ista fit Hieronymus ex Gebræo interpretatus, & alii, & quod Lxx. sensum curarint potius, ut sæpe aliàs, quam verba, quare posset ἐπὶ τὸ αὐτὸ κοινὸν repeti illud נתוך להטים *bethoch lohatim*, & in medio ante ultimam dictionem futurum אשבבה *eschevab* accipiendo pro præterito: sensus esset, dormivi inter eos qui inflammabant me, aut inflammati erant contra me, quos reddit Hieronymus *ferocientes*: Unde sequitur id quod LXX. dixerunt somnum fuisse valde turbatum, nec licuisse *dormire*, ut dicunt, *in utramque aurem*, ac tutò. Vertit Theodotio, ἐκοιμήθην μετὰ ναζιραίων: *dormivi cum absumentibus*. Aquila, μετάλαβρων, aut, λαύρων, *cum vehementibus*, aut *abundantibus*: Symmachus, μετὰ φλεγόντων: *cum ardentibus*: vel, ut refertur in scholio, εὐθρασῶν Βεκοιμήθην μεταξὺ φλεγόντων, *benefidens dormivi inter ardentes*: vel μεταξὺ εὐθαρσῶν, &c. *inter audaces*. *Ardentes, urentes, inflammantes* dicuntur qui alios cruciant: sicut & *ignis* pro quolibet cruciatu sumitur, nec non *fervor*, & πόρωσις, ut in Petri *k*, commentario docui. Affine illud ex Psalmo 67. *l*, *dormire inter medios cleros*, ideſt, inter maxima discrimina, sicut in dudum jam edito ejusdem Psalmi commentario docuimus.

Ardentes, urentes, inflammantes qui dicantur & cur. *k* 1. *ep.* 1. 7. *l vers.* 14. *Domire inter medios cleros* quid sit. Allegoria.

Christus secundùm allegoriam *dormivit* moriendo, quia brevi post resurrexit; *conturbatus* propter tristitiam, quam sponte voluit experiri, & illata tormenta: vel quia qui turbabant ac fremebant in eum, turbari etiam illum putabant: qui tam tamen placatus erat turbatus, ait Augustinus, ut, quando vellet, dormiret *m*: nemo autem dormiat turbatus: sed qui perturbantur, aut à somno excitentur, aut in somnum vergi non permittantur. Affert exemplum extractæ de dormientis Adæ latere Evæ *n*: Addi posset cum Bredembachio, dormivisse Christum *conturbatum in medio catulorum leonum*, ideſt, jacuisse diris vulneribus confossum, mortuumque in sepulchro quod custodiebant milites: sic enim & Ignatius *o*, a quibus ducebatur in urbem, milites vocabat *Leopardos*. Nec spernenda ejusdem Auctoris Ex Hebræo expositio de eodem Christo, qui sic inducatur loquens cum anima sua ex parte corporis: *Anima mea ego jacebo in medio leonum ardentium: tu quidem digressa à me petes inferos ut ibi peragas, qua tibi sunt injuncta: ego interea in sepulchro jacebo, in medio leonum ferocia furoreque in me flagrantium*, scilicet militum sepulchrum custodientium.

m r. *Epist.*

n *Gen.* 2. 22

o *ep. ad Rom.*

Verumtamen de litterali sensu ambigendum non arbitror, quin convenire David queat, quamvis quod objicit Augustinus, qui contradicere hac in parte videtur, non legamus Davidem in spelunca dormivisse, non legimus quidem, sed creditu facile est, & Euthymius ita disertè sentit; quia quum Saul & comites ejus ingressi sunt in speluncam, tunc paullulum dormiebat, sed præ summo turbatus est periculo, quod undique imminebat. Itaque *dormire conturbatum* non est quum conturbatus sis dormire, sed quum dormias, conturbari & excitari. Nisi etiam dicas paventium somnos inquietos & turbatos esse, ipsaque somnia pavoris plena, sed & gravis calamitas duruſve labor opprimit somno Dac sopore. Id forsan voluit Apollinarius:

Litteralis sensus.

Conturbatum dormire quid sit. Paventium somni inquieti. Gravis calamitas & labor somno opprimunt.

αὐτὸς ἐκοιμήθην κρυερῇ τεταρκλ μέτρο ἄτης:
Ipse dormivi difficili conturbatus calamitate.

Quo referri & illud potes, ut innuit Arnobius, *dormitavit* p, *anima mea præ tædio.*

p Ps 118. 28.

Filii hominum dentes eorum &c.) Ideſt, filiorum hominum arma sunt dentes, &c. vel est apostrophe ad quoslibet homines, ut placet Euthymio, quasi omnes appellans dicat David, ò filii hominum, audite: dentes enim eorum qui mihi ut feræ insidiantur, arma sunt, &c. *filii hominum* omnes homines dicuntur, ut sæpius monui. Quocirca non videtur ad rem, ut intelligantur cum Ayguano *filii hominum* Judæi, quia filii erant sanctorum ac secundùm rationem viventiũ, licèt ipsi tales non essent.

Filii hominum ideſt, omnes homines.

a *lib.* 5. a *ps.* 16. 12. *ps.* 103. 21. *Esa.* 5. 29. *c.* 31. 4. *Oseas* 5. 14. *Amos* 3. 4. *c.* 5. 19. *Nahum.* 2. 11.

Varia Leonum nomina apud Hebræos.

e *Joel.* 1. 6. d *l.* 10. *obs.* 1. *vat. sacr. c.* 4 *cit. c.* 2. *Joel. n.* 19. *& in c.* 5. *Osea n.* 40. 41.

Potius in deteriorem partem dici *filios hominum* voluit Hieronymus *a* hunc ipsum citans locum: itemque Nicetas Choniata *b*: quamvis id perpetuum non esse alibi demonstraverimus *c*.

Dentes eorum arma & sagittæ.) Hieronymus, *lanceæ & sagittæ*, pro armis, quæ Lxx. ὅπλον & V. ac VI. editio vocant, aut juxta codices alios numero plurali ὅπλα. Theodotio reddit τόξον *arcum telumve*. Symmachus δόρυ *lanceas*. Aquila singulariter δόρυ *lanceam*. Ubi solitos Lxx. generali vocabulo ὅπλα vel ὅπλων quæ sunt *arma*, speciem intelligere lanceæ sive hastæ vidimus jam prius in alio Psalmo *d*: ubi חנית *chantth* sicut & hoc loco, licèt id quoque nomen exponat ῥομφαίαν, Latini *frameam e*.

Figuratè usurpantur ista & sequentia de damnis quæ inferuntur sermone detrahendo, exprobrando, criminando, calumniando, accusando, testificando, &c. tumta metaphora ab illis brutis quæ dentibus tese tuentur; de quibus Aristoteles *f*, Plinius *g*, Lactantius *h*: nam ut est in Proverbiis, *i*, *jaculum* Hebraicè מפיץ *mephits malleus* Græcè ῥόωκλον, *clava* vel *fustis*, *& gladius & sagitta acuta homo qui loquitur contra proximum suum falsum testimonium*: ex quibus primum petit caput; secundum, jugulum; tertium, cor tundendo, scindendo, penetrando, & nocendo personæ, famæ, rebus, tùm prope, tùm procul, vicinis & remotis. Nihil opus est commemorare maledicta criminaque jacta in Christum à Judæis, quam jure nominare possis *generationem quæ pro dentibus gladios haberet, & commanderet molalibus suis, ut comederet inopem* Christum *de terra, & pauperem ex hominibus K*, *Deus* eorum *putridus* erat *l*, non gregi *tonsarum* similis *ascendenti de lavacro m*: & eo *mordentes seducebant populum n*. Illas præsertim voces Augustinus intelligit hic & alibi *o*, aliique, quibus crucifigi Christum flagitaverunt *p*. De iisdem vocibus Leo *q* locum istum intelligens, ait, frustra à crucifigendo Majestatis Domino manus proprias continuisse, in quem lethalia vocum spicula, & venenata verborum tela jaciebant. Falsis illis Judæis, & sacrilegis Principibus populi totum facinoris istius pondus incubuisse; & licet immanitas sceleris, præsidem obligarit, & milites, omnem tamen facti summam ipsos arguisse: & quidquid in supplicio Christi; vel Pilati peccavit judicium, vel cohortis obsequium, hoc eos facere, humani generis odio digniores, quia sui furoris impulsu nec illis innocentes esse licuit, quibus iniquitas ipsorum non placuit. Similia scribit Pareriusr. In genere quisquis alteri malum persuadet, & ad peccatum pertrahit, occidit animam illius.

Sed non Cyrilli Alexandrini hæc istius loci expositio est, ut Jansenius existimavit, verum Jodoci Clictovei *f*, qui Cyrilli commentariis in Joannem libros nonnullos inseruit, hoc est à quinto usque ad octavum inclusivè. Accepit eadem illa de re locum hunc eumdem Augustinus *r*, & Chrysostomus *u*. Hinc argumentatur Chrysostomus, in potestate nostra esse quodque membrorum nostrorum sive malitiæ sive justitiæ instrumentum facere. Posterioris autem partis exemplum ait contineri Psalm. 44. *x Lingua mea calamus scribæ*; &c. huc spectat quod Paulus *y arma* præcipit nos *exhibere non iniquitatis peccato, sed membra nostra arma justitiæ*, ne, ut Ezechielem *z* Gregorius *a*. interpretatur, *descendamus in infernum cum armis nostris*. Usurpat præterea hoc testimonium in Pandectis Antiochus *b*, ut persuadeat neminem probro aut dedecore afficiendum. Relege dicta Psalm. 54. *c*, ubi *molliti sermones* appellantur *jacula*: Prodigiosa res pro *dentibus* in homine arma: gladius acutus pro *lingua*: hoc ferini faciunt mores; ut Nyssenus *d* notat. Terribiles locustas describit Joannes in Apocalypsi *e* humana facie, dentibus leonis, hic paullo ante nominati *catuli leonum*. Illa item *quarta bestia terribilis* sine nomine, de qua Daniel *f dentibus armata* magnis *ferreisque*, ac multa *comedens*, detractor est, interprete Glossa *g* quoniam non potest malitia tanta uno nomine comprehendi, sed *os* detractoris *abundat illa h*, dignique tales percuti Samsonis maxilla * qua & percutiendos Judæos figuratè cecinit alio psalmo David * : *Tu percussisti omnes adversantes mihi sine causa*: Hebraicè לחי *lechi*, *maxilla*: quod alii reddunt in accusandi casu, *Tu percussisti omnium adversantium mihi maxillam*; ibidem subditur: *Dentes eorum contrivisti*; nempe genuinos, caninos, maledicos.

Et lingua eorum gladius acutus.) Augustinus & Hilarius aliaque Psalteria duo, *machæra*: retento nomine Græco μάχαιρα. Satis frequenter *lingua gladius*, aut in ea labilique *gladius* esse dicitur, præterea *gladius, oris & acui ut gladius lingua i*, & attribuitur nonnumquam Christo gladius in ore sive oris *k*: nec forma distat multum a gladio lingua: vocatur etiam *flagellum linguæ l*, *plaga m*, *laqueus n*, *vincula o*, *arcus p*, *sagitta q*: & dicitur *percutere r*. Detractorem intelligit Hieronymus in commentario epistolæ ad Titum *s*, quem πλήκτην *percussorem* vocat Apostolus *t*: cavens, ne sit episcopus talis, denique *acui lingua* quorumdam hominum *sicut serpentum u*: Est Plinio teste serpentis lingua tenuissima *x* trisulca, vibrans, coloris atri, & bene exerta, prælonga; pertinet acuties ad subtilem instar gladij, de quo diximus, maledicentiam: trisulca est maledici lingua, quia tribus nocet, ei, qui loquitur, & de quo loquitur, & quem verbis suis scandalizat, ut non anceps, sed triceps dici gladius possit, cum Bernardo *y*: qui etiam affirmat crudeliorem ipso mucrone, quo Dominicum latus confossum est, quia erat exanime, linguæ vero gladius facit exanime fodiendo. Addit nocentiorem esse spinis & clavis ejusdem Domini; quoniam nisi hujus quod nunc pungitur & transfoditur corporis tui vitam, illius vitæ corporis prætulisset, numquam illud pro isto mortis injuriæ & crucis ignominiæ tradidisset: Vibrario quoque convenit gladio aut flagello, & indicat irrequietam linguæ mobilitatem: color ater ostendit bilem concolorem, atque malevolentiam: longitudo, quod remotissimis ac mortuis ipsis non parcit: lingua ad incudem fabricata ferreaque, quam commentus est Pindarus *z*, laude digna: quia solida, penetrans, vincens, veritatem proferens ad malleum, ut dicunt, durantem, conterens petras *a*, (penetrabilior omni gladio ancipiti *b*.)

ἄψευδές τι, ait poeta, ὡρὸς ἄκμυνι χάλκευε γλῶσσαν. Sed his de quibus agimus, congruit parœmia, γλώττῃ μάχεσθε *c*, *lingua bellare*: & ἐν ταῖς γλώτταις ἔχειν τὰ ὅπλα *d*, *in linguis habere arma*. Appellat istos Hesychius γλωσσάπισθας, non ab aspidis tantùm veneno, sed à scuto, quod lingua utantur pro illo, & quia quod alio fertur adagio, ἄλλοισι γλάττ', ἄλλοισι δὲ σιγόρφοι, *his lingua, at illis sunt molares in vicem*: & istis quos describit psalmus, utraque ad fuerunt: quemadmodum constringendos iis antea dixi dentes, ita linguas hebetandas ajo, & præcidendas *e*:

ἀλλ' ἄγε τέμνετε γλώσσας:
Sed age scindite linguas:

Ut scilicet penitus conticescant: Tandem omnino verum, quod *multi cecidерunt in ore gladi i, sed non sic qui interierunt per linguam suam f*, nam retinendo pronomen *suam*, quod Græcè non extat, non aliis tantùm, sed sibi metipsis plurima creat mala lingua maledica.

Vers. 6.) Exaltare super cœlos Deus, & in omnem terram gloria tua.

ORat adversùs dentes linguasq; pernicioſas, ut quemadmodum se precepisse opem Dei antea commemoravit; sic ejusdem tantæ benignitatis in ea re sibi exhibitæ habeant adhuc ceteri claram notitiam, agnoscaturq; ac prædicetur Deus ab omnibus cœli & terræ Rex utrobiq; justus ac potens, præsertim quia liberet innocentes ab his, qui illos opprimunt; Vel, non tam oratio petitiove est, quàm gratulatio & lætum votum quo Dei celebrat magnitudinem, optans unà secum id fieri ab omnibus in cœlo & in terra: & haberi superiorem quotquot sunt & ibi & hìc, nempè, ut expressit Paraphastes, super Angelos cœlorum, & super habitatores terræ; Vel, exaltationem precatur super cœlos, ut sic innotescat gloria in terra: adest orat ne videatur quodammodo Deus desidere, sed *exsurgat ad dissipandos inimicos g*, & *exaltetur in virtute sua h*, exerendo veluti vires, & manum ac brachium extendendo *i*, & quasi quadrigam suam insecendendo, & tamquam arma corripiendo, quibus retundat hostium

Sensus loci.

a *in c.* 30. *Ez.*
b *Thes. c.* 17.
c *Ps.* 44. 3. ὅπλοι, ὅπλα.
d *ps.* 45. 10.
e *ps.* 34. 2. Figurata vocum usurpatio.
f 12. *de part. anim. l.* 3. *c.* 1
g *l.* 8. *c.* 12.
h *de opificio Dei c.* 2.
i *c.* 25. 18. Lingua jaculum, gladius, sagitta quàm noxia.
k *c.* 30. 14.
l *c.* 25. 19.
m *Cant.* 4. 2
n *Mich.* 3. 5.
o *l. de uni. Eccl. c.* 8.
p *Matt.* 28. 23 *Joan.* 19. 15.
q *Ser.* 5. *de passione*. Judæorum immane scelus in Christum, per maledicta.
r *l.* 1. *expos. in Ps. ex Gr. c.* 124. Qui alteri malum persuadet, & ad peccatum pertrahit animam illius occidit.
Cyrilli Alexandrini scriptis alienа in textu *in operibus Cyril. l.* 6. *in Joan. c.* 6.
s *c. cont. lit. Petil. c.* 14. Chrysostomi argumentatio.
Quodque membrorū nostrorum sive justitiæ sive malitiæ instrumentum facere, esse in nostra potestate.
u *in ps.* 51. *& hom.* 4. *ad popul.*
x *vers.* 1. Hujus loci usurpatio ab Antiocho in Pandectis.
y *Rom.* 6. 13. Prodigiosa res in homine, pro dentibus, arma: pro lingua gladius acutus.
z *c.* 32. 27.
a *g. Mor. c.* 46. *vel* 39.
b *hom.* 51. *in tom.* 2. *bibl. pet rum.* Detractor bestiæ quartæ apud Danielem descriptæ comparatus.
i *Ps.* 158. 8 *ps.* 63. 4. *Pr.* 25. 18. *c.* 30. 14. *Job.* 5. 15. Christo gladius in ore nonnumquam attributus. Lingua non multū forma distans a gladio. Linguæ varia nomina. *Percussor* dictus qui detractor. Linguæ maledicæ descriptio comparatio cum lingua serpentis. Trisulca maledici lingua.
k *Apoc.* 1. 16 *c.* 2. 16. *c.* 19. 15.
l *Job.* 5. 21. *Eccl.* 26. 9.
m *Eccl.* 28. 21
n *c.* 51. 3.
o *Eccl.* 28. 23
p *Ier.* 9. 3.
q *Ier.* 9. 8.
r *c.* 18. 18.
s *c.* 1. *Tit.* 7.
t *ibidem*.
u *ps.* 139. 4.
x *l.* 5. *c.* 37.
y *Serm. de trip. custod. manus, linguæ cordis.*
z *in Pythiis.*
a *Jer.* 23. 29.
b *ad Heb.* 4. 11. De linguæ parœmia.
c *Aristoph. in nebulis.*
d *Heraclitus ad Hermodorum.* λγωσσὰ σπιδες.
e *Hom. Odyss* γ'.
f *Eccl.* 22. 27.
g *Psal.* 67. 2
h *Ps.* 20. 14.
i *Ps.* 135. 12.

c *vers.* 22. d *Tract. 2. in ps. c.* 4. e *19. 7. 8.* f *c.* 7. 11. g *ibidem ps.* 59. 19. h *Jud.* 15. 16. *ps.* 3. 8.

hoſtium arma, ſagittaſque, *apprehendendo arma & ſcutum, ut exſurgat in adjutorium* a.

a *Pſal.* 34. 2

Auguſtinus & plures de Latinis, & apud Euthymium Græci aliqui, quum priorum verba verſuum Chriſto attribuant, volunt deinceps loqui prophetam, qui quum viderit in Spiritu omnem paſſionem illius, elevatus gaudio exclamat, de aſcenſione loquens Chriſti: *Homo in cruce* & ſuper cœlos Deus; remaneant in terra ſævientes, tu in cœlo eſto judicans: Ubi ſunt, qui furebant? Ubi ſunt dentes eorum, arma & ſagittæ? nonne *ſagittæ infantium factæ ſunt plagæ* b, *eorum*? ſubdit Auguſtin. & de Chriſti gloria ſuper omnem terram, quæ non credatur tantùm, ſed videatur: quamvis nec à partem ſolam tenentibus hæreticis, qui Catholicam non poſſunt non videre Eccleſiam, id minimè credatur. Eodem ſenſu tractat locum iſtum de Eccleſia idem Doctor c, epiſtola una fere tota & quum differit de vanitate Eccleſiæ d: *Ecce habes, Chriſtum*, inquit loco ultimo, in paſſione dormiſſe, & reſurrectione ſuper cœlos aſcendiſſe; et unde gloria ejus ſuper omnem terram, niſi quia Eccleſia ejus per omnem terram? In his duabus ſententiis breviſſimis, vos hæretici totum quod inter nos agitur interrogo: *Exaltare ſuper cœlos Deus, & ſuper omnem terram gloria tua*: Cur Dominum Chriſtum exaltatum ſuper cœlos prædicatis, & ejus gloriæ ſuper omnem terram non communicatis? Hactenus Auguſtini ratiocinatio, æque noſtros concludens hæreticos. De aſcenſione item Chriſti Joannes Cantacuzenus e, iſtum accipit locum, & infra poſiti verſus undecimi, (*Deus ubique*, ait, eſt, & non eſt locus, ubi Deus non ſit. Hoc igitur citra omnem controverſiam dicit de homine, quem Filius & Verbum Dei aſſumſit; qui antea quidem non erat in cœlo, ſed in terra: nunc vero ſubvectus eſt, & exaltatus, & conſedit à dextris Dei Patris; quidem in cœlo eſt, ſuper terram verò gloria ejus: ſic ille.) Bruno Carthuſ. & Ayguanus Chriſtum Patri loquentem faciunt, ac petentem ut exaltetur in ſe, efficiendo ut per ſuam aſcenſionem, quumque aſcenderit, habeatur Pater altus ac potens, interpoſita, ait Bruno Carth. oratione ex affectione nimia priuſquam illud exprimebat, quod habebat in animo: poſteaque ſubdit, *laqueum paraverunt*, &c.

b *Pſal.* 63. 8.

c *Epiſt.* 257.

d *Cap.* 7.

e *Apolog.* 2.

Exaltare ſuper cœlos Deus.] Chaldaicè, ut ante monui, *ſuper Angelos cœlorum*, quod explicat Beda, ſuper omnes ordines Angelicos. Haimo etiam, Bruno Carthuſianus, & alii. Alii ex Hebræo רוּמָה *rumah, exaltare, attolle te*: ſcilicet videntur nimium elati inimici, ſupra cœlos ipſos ſeſe efferre, ac illos digito tangere, Dei ſedem adoriri, & contra ipſum inſurgere, putare illum jacere ac dormire humanaſque res non curare, ita gloriæ Dei jactura fit, apudque mortales probris exponitur. Atqui in Pſalmo 45. *f* de ſua ſollicitus gloria Deus ait, *Vacate & videte quoniam ego ſum Deus, exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra*. Multis modis exaltari Spiritum obſervat Hugo, à terra per crucem *g*, per reſurrectionem à ſedulchro & inferno *h*, rurſum à terra per aſcenſionem *i*, apud homines & in eorum cordibus per prædicationem, * in judicio per ſententiæ pronuntiationem *k*. Ponit præterea tres modos quibus exaltetur Deus: per famam *l*, per intelligentiam *m*, per potentiæ manifeſtationem *n*, conveniunt eadem quoque Chriſto. Subjungit optare Eccleſiam, ut exaltetur Chriſtus, *ut quæratur facies ejus ſemper* o, ut vehementius deſideretur *dilata* p *ſpes*, & nemo ſe arbitretur *comprehendiſſe* q, ut habeat fides majus meritum *r*: ut deliciæ contemplationis non impediant curam ſubditorum, ſed ſurgant ac properent ad hos illi, qui præſunt *ſ*, & qui ſunt in monte, deſcendebant *t*. *Communicatur humiliantibus ſe exaltatio u*; & *ſapientia humiliati exaltabit caput ejus x*, maximeſi ſuper terram gloriam in omnibus det Deo, quod hic nunc ſubditur.

f *verſ.* 11.

Multi modi exaltationis Chriſti.

g *Job.* 3. 14. c. 12. 32.

h *Phil.* 2. 10. *Eccleſ.* 11. 1.

i *Pſal.* 8. 19.

Tres modi quibus exaltetur Deus.

* *Pſ.* 45. 11.

k *Eſa.* 52. 7.

l *Eſa.* 2. 3.

m Pſ. 63. 8.

Votum Eccleſiæ.

n Pſ. 20. 14. o Pſ. 104. 4. p *Pro* 13. 12 q *Phil.* 3. 13. r Joh. 16. 7. ſ *Can.* 2. 10. t *Exo.* 32. 7. u *Luc.* 14. 11. x Eccl. 11. 1.

Et in omnem terram gloria tua.] Codices Complutenſes ac Regii & Ruffinus, Dionyſius Carth. *& in omni terra*. Hieronymus eodem pacto, ſed abſque conjunctione, quæ etiam non extat Hebraicè. Alia Pſalteria, Hilarius, Auguſtinus, Caſſiodorus, Hieronymus in commentario, Hugo, Remigius, Beda, Gloſſæ & alii, *ſuper omnem terram*. Sed noſtram lectionem retinent Bruno Carthuſ. & Haimo: licèt autem propoſitio עַל *hhal* ſignificet *ſuper*, & Græcè ſit, ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν, ſenſus idem eſt, nempe gloriam Chriſti toto terrarum orbe propagandam, ut habetur Pſal. 18.* & Chriſtus ipſe præcepit, y & Iſaias z prædixit, *In doctrinis glorificate Deum, in inſulis maris; a finibus terræ audivimus laudes, gloriam juſti*.

* *verſ.* 15. y Matt. *ibi.* 18. Marc. 16. Act. 1. 8. z Cap. 24. 15 16.

Verſ. 7.) Laqueum paraverunt pedibus meis: & incurvaverunt animam meam.
Foderunt ante faciem meam foveam, & inciderunt in eam.

Senſus loci.

RE dit poſt inſertum priore verſu ſermonem ad Deum vel Chriſtum (id intelligatur feciſſe allegorico ſenſu ſive ſecundum litteralem) David ad Deum, de ſuis cum eo agens calamitatibus redit inquam, quiſquis ille dicatur eſſe, ad ſuas recenſendas uti prius fecerat calamitates. Ait tenſos ſibi laqueos inſidiarum ab hoſtibus, & conatus illos captum deprimere ac in mortem rapere, ut venatores captam laqueo feram, incurvant, deprimunt, trahunt. Sed & animum ipſum propter graves moleſtias mœrore quodam ac veluti deſperatione dejeciſſe ac depreſſiſſe, vel corpus vitamque vexaviſſe tot perſecutionibus & obſidionibus, ut non liceret naturæ etiam neceſſitatibus ſatisfacere. Ceterum nihil ea ratione hactenus hoſtes profeciſſe, nec parando exitio occultè ad modum tectæ foveæ; quum potius certò didicerit a Deo paratam ipſoſmet perniciem ſubituros, non ſecus ac venator nimis interdum capiendæ prædæ inhians, incidit incautus in foveam, quam ſerè effoderat. Saul quum in ſpelunca occidi potuit à David, profectò cenſeri poteſt incidiſſe in foveam, ut annotant Euthymius atque Nicephorus: ſed multo magis quum tandem periit. Quod quia tamquam factum prævidet David, explicat per præteritum tempus, ut ſæpe aliàs idem ac alii faciunt Prophetæ, ut nihil ſit cur colligat Agellius ex præterito tempore, jam occiſo Saule pſalmum iſtum compoſitum, eſto tunc compoſitus ſit; at non ea de cauſſa id affirmandum. Et potuit poſt mortem Saulis pſalmos David componere, qui referrent reſgeſtas ante illam, cujuſmodi eſſe, quæ pſalmo iſto ſcribuntur, titulus indicat.

Præteritum tempus pro futuro. Agellii ſententia improbata.

Chriſto Judæi laqueos paraverunt addu&ta adultera *a*, oblato denario *b*; quærendo in reſurrectione cujus de ſeptem viris futura uxor eſſet *c*, aliiſq; multis modis *incuraverunt animam* injuriis, calumniis, criminationibus, flagellis, tormentis, ut pertraherent in ſuam ſententiam: *foderunt foveam*, ut in hac ipſa formula Jeremias *d* loquitur de eodem ſub perſona ſua: ſed adduxit, ut idem vaticinatur *e*, *latronem* Chriſti *repente*, nimirum Romanos, à quibus in foveam interitus præcipitati ſunt, & in id quod maximè meruere ſe cauſabantur, conſultantes de danda Chriſto morte *f*, incurrerunt.

Laquei à Judeis Chriſto parati.

a *Joan.* 8. 3.

b *Matt.* 22.

c *Luc.* 10. 33.

d *Cap.* 18. 10.

e *Ibidem* 22

f *Joan.* 11. 47

Laqueum paraverunt pedibus meis.) Hieronymus, *rete*. Auguſt. *muſcipulam*, Pſalterium Romanum, Hilarius, Caſſiodor. Arnobius, *laqueos*, in quo etiam numero multitudinis extat in emendatis Bibliis Græcis παγίδας, eumdemque Græci ſequuntur in Commentariis, & in paraphraſi Apollinarius, ponens δίκτυα ſynonymam priori vocem. Hebræum tamen vocabulum רֶשֶׁת *reſchath* eſt ſingulare, & multi Codices Græci habent παγίδα. Sed nihil ad ſenſum refert. Familiaris vati noſtro comparatio hæc tùm in præcedentibus, tùm in ſequentibus pſalmis, nec hìc opus pluribus.

Tropologia

Non ſpernenda tropologia Hugonis de laqueo ſuperbiæ *g*, de incurvatione avaritiæ *h*, de fovea luxuriæ *i*, quæ ſunt capitalia tria mala, quorum Joannes *k* meminit, & ſub nomine *formidinis*, *foveæ*, *laquei*, Eſaias *l*, & Sapiens *m* dicens omnem *creaturam factam in odium, tentationem, muſcipulam inſipientium*.

g *Pſ.* 139. 6. h *Pſ.* 51. 2. i *Pro.* 23. 20. Capitalia tria mala homini. k 1. *Ep.* 2. 16. l *Cap.* 4. 18. m *Sap.* 14. 11.

Et incurvaverunt animam meam. Addita eſt conjunctio, *&*. Verbum autem Hebræum כָּפַף *chaphaph* numeri ſingularis innuit præcipuum inter hoſtes, nempe Saulem, qui ſit conatus deprimere ac proſternere Davidis animam, ideſt, vel Davidem totum, ſumta, ut ſolet, anima pro toto: vel quia, ut prius dixi curis & angoribus mentem afficiebat perſequendo: vel, ſi jumatur vita pro parte vegetante, in eas illum anguſtias ac vitæ neceſſitates redigebat, ut ipſo quaſi corpore debilitato, inclinato, incurvato, ruente, videretur incedere: quòd 68. *n* pſalmo

n *verſ.* 21.

mo est, *operui in jejunio animam meam*, σωεβαλυψα, & ex Hebræo redditur, *flevi*, אבכה *euchech*, legitur in emendatis Græcis Bibliis σωεκαμψα, *incurvavi*, eodemque pacto in Psalterio Æthiopico: in Arabico, autem, *humiliavi*: & explicat Theodoretus per ἀνεδαυ κ γηστεία κατατήκειν τὸ σῶμα, *discruciari, & jejunio macerare corpus*: Apollinarius νηστείαις καμάπτειν κατακλᾶν, θυμὸ: *jejunii laboribus infringere animum*. Idem valet quod Ps. 34. *a* dicitur: *Humiliabam in jejunio animam meam*, id est, affligebam; & quod in 37. *b* *Miser factus sum & curvatus sum usque in finem*, idest nimis: primumque alii reddunt *recurvum* secundum *inclinatum*, & quam Baruch *c* vocat *animam tristem, quæ incedit curva, & infirma, estque esuriens cum oculis deficientibus*. Potest præterea verbum גפך *chaphaph* accipi neutraliter, ac intransitivè, & jungi cum נפש *nephes*, aut, ut aliàs aliquando contigit, masculinum verbum, cum nomine fœminino, aut id nomen accipiendo, ut sumitur nonnumquam in genere masculino: & erit sensus: Incurvata est anima mea; ubi latere etiam censeri potest ex avibus similitudo prius in laqueo indicata, quæ quum sibi timent, alas expandere non audent, sed clam anxièque diffugiunt. Tandem *incurvare animam* hostes dicuntur alicujus, qui eum sibi subjiciunt, ac veluti sternunt, ut conculcare valeant; vel tamquam equum inscendere. Hoc sibi vult Esaias *d*, inducens ita loquentes sævos hostes; qui *dixerunt animæ suæ: incurvare & transibimus*. Addit verò; *& posuisti veluti terram dorsum tuum, & quasi plateam transeuntibus*; tùm postea spem erigit Propheta *e consurge, induere fortitudine tua Sion*. Huc ibi refert Hieronymus mulierem curvam ex Evangelio Lucæ *f*, quam Satanam alligavisse Christus dixit.

Foderunt ante faciem meam foveam, & inciderunt in eam.) Pro *in eam* Hebraicè, *in medio ejus* בתוכה *bothochah*, de phrasi dictum psalmo 7. *g*. *Lacum aperuit & effodit eum, & incidit in foveam, quam fecit*. Non puto vim faciendum cum Hugone, nisi moraliter agendo, vel quod exprimatur nomen parantium laqueum, incurvantium animam, fodentium foveam, quasi nomine indignos esse indicetur, vel quod *ante faciem* facta dicatur fossa, quia deprehendi facilè possit: *frustraque jaciatur rete ante oculos pennatorum b*, quia *oculus deprædatur animam i*, sicut Davidis cernentis Bethsabeam *k*: quia quibusdam foveam fodit diabolus retro, ut apostatis ac tepescentibus, qui cadunt retro, conteruntur, illaqueantur *l*, sicut accidit Heli Pontifici *m* hìc in fine סלה & διάψαλμα.

a *vers.* 13.
b *vers.* 3.
c *Cap.* 28.
Incurvare animam alicujus quid sit.
d *Cap.* 51. *ult.* & 52. 1.
e *Cap.* 52. 1.
f *Cap.* 13. 16
g *vers.* 16.
h *Prov.* 1. 17
i 1 *Reges* 3. 31
k 2. *Reg.* 11. 3
Quibusdã foveam retro fodit diabolus
l *Esa.* 28. 13.
m 1. *Reg.* 2. 28.

Vers. 8.) Paratum cor meum Deus, paratum cor meum cantabo & psalmum dicam.

Sensus loci

AD hostium fraudes varioſque perlequendi ſe modos Deo ipſi affirmat parato ſemper ac intrepido animo fuiſſe, immo etiam pacato & læto, ut cantandi atq; pſallendi voluntatem non abjiceret, ſed renovaret potius augeretque, ut ſuo id tempore feſtivè faceret, liberatus, prout certò confidebat, ab hoſtibus: & quemadmodum adhuc non ſemel expertus fuerat præſentem in tot ac tantis rebus adverſis Dei opem, ita ſibi affuturam in poſterum minimè dubitans. Votum cenſeri poteſt Chriſti, per allegoriam, poſtquam reſurrexit, gratias agendi Patri, & nomen ejus celebrandi tùm immediatè, tùm opera diſcipulorum. Tropologicè, vir juſtus in mediis tribulationibus bis parato corde eſt, ut & ore divinas canat laudes, & quadam quaſi armonia operum uſtatione placens ſibi & glorians in illis *n*, & *infirmitatibus o*, *Bonorum patientia*, inquit Auguſtinus, præparatione cordis excepit voluntatem Dei, & gloriatur in tribulationibus. Imitantur Auguſtinum ceteri.

Allegoria. Tropologia Vir juſtus in mediis tribulationibus, bis parato corde ut dicatur. Bonorum patientia.
n *Rom.* 5. & 5.
o 2. *Cor.* 11. 30. & 12. 9.

Sed eleganter pièque præ ceteris Bernardus *p*, ut oſtendat, & toto & ſimul ſciſſo corde converti nos ad Deum debere, præfatus Davit *ſecundùm cor Dei q*, eſſe, ſic eum iſtiſmet verbis ſuis loquentem facit: *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum*; paratum ad adverſa, paratum ad proſpera: paratum ad humilia, paratum ad ſublimia: paratum ad univerſa, quæ præceperis, vis paſtorem ovium facere? vis conſtituere Regem populorum? *paratum cor meum Deus, paratum cor meum.*

p *Serm.* 2. *de Quadrag.*
Et toto & ſimul ſciſſo corde ad Deum converti oportet.
q 1. *Reg.* 13. 14.

Docet præterea *r* facilè repèriri, ſemel paratum ad ejiciendam *ancillam & filium ejus ſ*, hoc eſt, opera carnis; non autem qui ſit etiam paratus immolare *filium, quem diligit t*, ut fraternæ utilitatis, aut unitatis gratia, ſpiritualia ſuſtinere videatur ſtudii detrimenta. Ait etiam *u* bis paratum eſſe oportere ad laborem & dolorem, quos Deus conſiderat *x*, hunc in paſſionibus, illum in actionibus; ut ſis *in flagella paratus*; & ſit *dolor in conſpectu tuo ſempery*, quum velis nolis ſine labore aliquo doloreque vivere non poſſis: poſtremo *z*, hanc appellat veræ converſionis formam exemplo Saulis dicentis *a*: *Quid me vis facere*, hoc eſſe *paratum eſſe, & non turbatum ut cuſtodiat quis mandata Dei b*: Samuelem ita paratum fuiſſe, quum diceret *loquere c Domine, quia audit ſervus tuus*. Hugo *paratum* bis aſſerit ad præcepta & conſilia: ut removeatur omnis immunditia & virtutum addantur ornamenta.

r *Ser.* 63. *de parvis.*
ſ *Gen.* 21.
t *Car.* 2. 7.
u *Ser. de obed. patient. & patient.*
x *Pſ.* 9. 34.
y *Pſ.* 37. 18.
z. *Sermon. de conv. Pauli.* Vera converſionis forma.
a *Act.* 9. 6.
b *Pſ.* 118. 10
c 1. *Reg.* 3.

Paratum cor meum Deus, paratum cor meum.) Symmachus, προῆτοίμη, dixit, ἑδραῖα ἡ καρδία μου, *ſtabile cor meum*: valet id quoque כבון *naabon* ſeu *firmum & confirmatum*. Referri poteſt hæc præparatio tanta, tam rara deliberatio, adeo certum voluntatis propoſitum, alacritas, promtitudo, diſpoſitio, meditata voluntas, tùm Cantu & pſalmo ad celebrandas laudes Dei, quod ſequentia exprimunt verba, idque inter ipſas tribulationes, quia ſint à Deo, & certus ſit de liberatione: tùm ad omnia, quæ priùs dixi; *paratum cor ejus ſperare in Domino*, canit de juſto David *d*; *Confirmatum eſt cor ejus: non commovebitur, donec deſpiciat inimicos ſuos*; ſed Hebraicè non eſt, *ſperare in Domino*, & ponitur participium סמוך *ſamuch*, *firmatum*. Symmachus pro ἑτοίμη uſurpat etiam ἑδραία, & addit, ἀμέριμνο ἐν Κυρίῳ, *expers ſollicitudini in Domino*. Sæpe *parandi* vel præparandi verbum ἑτοιμάζειν & כון *chun* uſurpantur pro eo quod eſt firmare atque ſtabilire, ut pſalmo 23. *e* vidimus. Paraphraſtes interpretatur præparationem ad legem, atque in Dei timore. Et porro egregia cum antitheſi paronomaſia inter hunc & præcedentem verſum, ibi erat, *laqueum paraverunt* הביגו *hechinu*, ἑτοίμασαν *pedibus meis*: hìc autem, *paratum cor meum* לבי נכון *nachon libbi*, ἑτοίμη ἡ καρδία μου, pedibus cor opponitur; laqueis præparatio cordis, & quidem gemina, parantibus laqueos Deus: mœrori & dolori, quem laqueorum gignere timor poterat, cantus & pſalmodia. *Ille paravit* foveam ad decipiendum, ait Auguſtinus, ego non parabo cor ad perpetiendum? Ille paravit foveam ad opprimendum, ego cor non parabo ad tolerandum? *Hominis eſt* etiam præparare ſeipſum, & *animam ſuam ſ corque g*, ad *opus h*, ad orationem, *ad tentationem i*: ſed abſque gratia Dei præveniente & adjuvante non poteſt id fieri: nam ipſe eſt, qui *præparat vaſa miſericordiæ in gloriam K*, & *nos in operibus bonis, ut in illis ambulemus l*, & *Jeruſalem*, ideſt, ſponta Eccleſia, *nova deſcendit de cœlo parata a Deo ipſo m*. Ut reſpondeamus gratiæ præparanti, jubemur *parare viam Domini n*, *ut paratum cor ſit ſperare in Domino o*. nec *turbetur in cuſtodiendis mandatis ipſius p*, ſed ſit *præparatum in occurſum Dei ſui q*: quia *ſolæ paratæ virgines intrant cum ſponſo ad nuptias r*: *ſervus autem, qui cognoverit voluntatem Domini ſui, & non præparavit, & non fecerit ſecundum voluntatem ejus, vapulavit multis ſ*. Quæcumque alia externa bona paraveris, *cujus erunt t*? Certè non tua, quoniam *quum interieris, non ſumes omnia u*, ideſt nihil. Ideo, ait Chriſtus *x*: *Eſtote parati*: obediamus iis, quos ille miſit *parare viam, & plebem perfectam y*, *paravit ipſe in dulcedine, pauperibus ſuis z cibum, pluviam a, terram b, montes c, regnum d*; ſed & *ignem æternum* imparatis *e* diabolique ſectatoribus. *Optimum eſt gratia ſtabilire cor f*.

d *Pſal.* 111. 8.
e *verſ.* 8.
Egregia paronomaſia.
f *Prov.* 16. 1.
g *Eccl.* 2. 20.
h *Prov.* 24. 27.
i *Eccleſ* 2. 1
k *Rom.* 9. 23.
l *Epheſ.* 2. 10
m *Apoc.* 21. 2.
n *Eſa.* 40. 3.
o *Pſ.* 111. 7.
p *Pſ.* 118. 60.
q *Amo.* 4. 12
r *Matt.* 25. 10.
ſ *Luc.* 12. 47
t *ibid.* v. 20.
u *Pſ.* 48. 18.
x *Matt.* 24. 44. *Luc.* 12. 40.
y *Luc.* 1. 17. 76.
z *Pſ.* 64. 10. *Pſ.* 67. 11.
a *Pſ.* 146. 8.
b *Pſ.* 23. 2.
c *Pſ.* 64. 7.
d *Matt.* 25.
e *Ibidem* 41
f *Hebr.* 13. 9.

Cantabo & pſalmum dicam.) Hieronymus, *& pſallam*, idem lego apud Auguſtinum. In Pſalterio Romano & Gallicano præter Caſſiodorum, Remigium & Arnobium, *& pſalmum dicam Domino*, vel *Deo*. Hilarius habet, *& pſalmum dicam tibi*. Græcè in Bibliis Complutenſibus Regiis & aliis extat cum additione hoc modo, κ̃ψαμῶ ἐν τῇ δόξῃμ̃ου, *& pſallam in gloria mea*. Eamdem lectionem ſequitur Euthymius ac Nicephorus exponentes de dono prophetiæ, quo ſcilicet David tamquam re inſigni gloriaretur. Expreſſit id etiam Apollinarius.

Κἂδ@ᾳ' μὸν μελ↓ητεκμὲν ψκλμοισνωὲίγη
Gloria mea (ſive decus meum) cantabit te & in pſalmis canet:

Extant illa quoque verba in Arabico Pſalterio. Uſus eſt fortaſſis eadem lectione Nyſſenus *a*, ſed interpretans, vocare Davidem *gloriam ſuam* Deum ipſum. *Ipſe*, inquit, ſe paratum ait laudibus celebrare divinam gloriam, tùm ſubdit cum epiphonemate; quam beatus ille, ob tantam natura ingenitam felicitatem, cui cor ad decantandam divinam gloriam præparatum eſt, recipiens intra ſe id quod capi nequit. In Teodoreti textu legitur, *& pſalmum dicam gloria mea*, ſed non exponit in Commentario iſtius verſus, ut neque Balius. Ex Latinis legit BieKardus Pampolitanus, exponens *cantare & pſalmum dicere in gloria mea*, eſſe, in Jeſu, in quo gloriari oportet.

a *Tract. 2. in Pſal. cap. 14.*

Videri poſſunt verba hæc translata huc ex pſal. 107. *b* cujus prima pars continet omnes verſus iſtius pſalmi, qui deinceps ſequuntur: Quemadmodum ex præſenti pſalmo in illum *c* verba prima ſequentis verſus transla-β ta ſunt: *exſurge gloria mia*: quæ ibi non extant in Hebræo textu, nec in emendatis Bibliis Græci, & Hieronymus *d* teſtis eſt nec apud ullum interpretum reperiri, & quod dicebam, videri hinc illuc translata.

Cum pſal. 107. verſus in hoc iidem.
b *verſ.* 2.
c *verſ.* 3.
d *Epiſt.* 135.

De diſtincta notione *cantandi* & *pſallendi* dictum alibi. Hugonis tropologia eſt, *paratum cor* pœnitentis eſſe per contritionem de commiſſis & omiſſis: *Cantare* quum confitetur; *pſalmum dicere*, quando ſatisfacit: quia pſalmi pro ſatisfactione injunguntur; inde conſcientiæ bonæ teſtimonium ſequi; & alia, quæ de reliquis pſalmi partibus ad idem accommodat. Valentia legem Evangelicam docet eſſe pſalterium cum chordis decem, quibus laudes canantur Deo: de myſterio Trinitatis, Incarnationis Chriſti, Nativitatis, Baptiſmi & Vitæ: Doctrinæ, Paſſionis, Reſurrectionis & Exſpoliationis Limbi, Aſcenſionis, Miſſionis Spiritus S. qua Eccleſia ornata & perfecta eſt; Jurisdictionis univerſalis qua nunc judicat Chriſtus occultè (apertè quoque per miniſtros) in judicio manifeſtè.

Tropologia Paratū cor eſſe pœnitentis, cantare, pſallicere, ut dicatur.

Lex Evangelica pſalterium cum chordis decem.

Verſ. 9.) Exſurge gloria mea, exſurge pſalterium & cithara: exſurgam diluculo.

Senſus loci.

ABſque cunctatione ſe, id, ad quod paratum cor ſuum dixerat, facturum profitetur: excitans ac urgens ſeipſum, converſa per apoſtrophen oratione ad animam vel ad linguam ſuam, & ad inſtrumenta muſica, vel, ipſamet inſtrumenta, aut etiam carmen propheticum, *gloriam ſuam* vocat: quod & ſibi decori eſſent, & Dei per ea decus gloriamque celebrare ſoleret. Ut autem in promtu hæc eſſe doceat per proſopopejam inducit illa eadem, quaſi reſpondeant, ſe diluculo, ideſt, quamprimùm, obeditura. Declarant hæ dicendi formulæ ſuaviſſimæ gaudium quoddam animi geſtientis inenarrabile, ac exilientis ad laudes Dei celebrandum, poſtquam David egreſſus erat de ſpelunca defunctus maximo periculo, et Saulis, quem in poteſtate habuerat, iram placaverat.

Figmẽtum Judæorum, de Davidis cithara.

Meminit Valentia figmenti Judæorum, pſalterium Davidis citharamque juxta pulvinar lective caput ſuſpenſam fuiſſe: manè autem ante diluculum ex Aquilonari parte ventum intraſſe, qui chordas pulſaret, eoque ſono Davidem excitaret, qui tunc inflatus divino Spiritu conderet pſalmos: ſolitum verò priuſquam obdormiſceret, verba hæc uſurpare, *Exſurge gloria mea*, &c. quaſi alloqueretur Spiritum Sanctum & pſalterium citharamque.

Myſtica ad Chriſtum accommodatio.
e *Hom. 2. in Can.*
f *Jeb. 7. 1.*

Myſticè accommodantur iſta ſuavius Chriſto. Is in ſpeluncam Engaddi, quod nomen interpretatur Origenes *e*, *oculum tentationis*, hoc eſt, in hanc vitam, quæ *tentatio f*, *eſt* ac in qua nihil niſi tentatio cernitur, quum deſcendiſſet, congreſſus cum tentatore diabolo ejuſque ſatellitibus, delituit etiam in ſepulchro. Ibi ſibimet reſurrectionis auctor, ſuum veluti alloquens corpus, excitavit, vocans, id *gloriam ſuam* in oculis Dei, quod ſtulto hominum judicio habitum fuerat organum ignominiæ, & ut *in gloria exſurgat* præcipiens, appelans quoque *pſalterium & citharam*, ideſt inſtrumentum ad priora edenda miracula, quibus divinam naturam, & ad perpetiendos dolores, quibus humanam, tamquam organi muſici pulſu deſuper facto, & alterius ex inferiore parte (pſalterium *g* primo, ſecundo modo cithara pulſatur, ut aliàs dictum) declararet, tum verò reſpondere fingitur ſeu corpus, ſeu pro hoc & anima Chriſtus, diluculo futuram reſurrectionem: quo etiam tempore factam indicant Evangeliſtæ, atque habituras tùm tenebras paſſionis propriæ, tùm veteris umbras legis: tùm noctem & caliginem ignorantiæ, idolatriæ, peccati, &c. Nec vetat hìc loquentem Davidem facere Chriſto, non tam attendentem aut curantem caducum illud regnum, de quo Saul cum illo contendebat, quam ſpirituale ac æternum naſcituri ex lumbis ſuis Chriſti, quaſi diceret, ò tu regum Rex fili mi, tu *ò præſidium h & dulce decus meum*, atque unica & immortalis gloria mea: tu in quo *laus* omnis *mea i & cantatio k*: quem carmina mea canunt unum; pulſantque muſica inſtrumenta, tu, inquam, exſurge aliquando tandem homo factus ut miſereariſ Sion, quia *venit tempus miſerendi ejus l*, veni & jam noli tardare: quumque veneris, & gloriolam illam animam tuam, poſt tot tormenta pro nobis obita, de corpore detraxeris, cujus quot vulnera, tot aptiſſimè ſuaviſſimèque veluti pulſatæ chordæ mox eidem illam redde, & reſurge: tam juſtæ petitioni, ac propter miſeriam inopum & pauperum gemitum quorum David nomine ſuum ſecundùm carnem filium convenit adeo ſupplici prece, reſpondet benigniſimè Filius, nunc exſurgam *m*, *exſurgam diluculo*. Eruitur ſenſus iſte myſticus ex Auguſtino, aliiſque Latinis.

g *In præfatione.*
h *Hor. Od. 1.*
i *Pſ. 117. 14.*
k *Pſ. 70. 6.*
l *Pſ. 101. 14*
m *Pſ. 16.*

Tropologia

Richardus verò Pampolitanus exponit per tropologiam petere quemlibet juſtum à Jeſu, qui gloria noſtra eſt, nec non propter teſtimonium conſcientiæ, ut exſurgat, faciens, ut ſurgamus ipſi ad impaſſibilitatem: interim ut *exſurgat pſalterium*, hoc eſt, ut deſiderium habeamus rerum cœleſtium cum bonis operibus, & *cithara*, ut contemnamus terrena.

Exſurge gloria mea.) *Exſurgere* ἐξεργηθῆναι עיר *hhur*, indicant jacentem, aut dormientem, ac proinde ad reſurrectionem Chriſti poſſunt pertinere: *gloria* δυξη כבוד *chavod*, illa omnia, quæ priùs poſui, Deum ipſum ſive Chriſtum, animam, corpus, linguam, canendi ac pulſandi, & carmina propheticè ſcribendi munus. Ultimum Græcis arridet, ut etiam præmonui. Quam Pſalmo 15. *n*. Latinè *linguam* Græcè γλῶσσαν legimus, Hebraicè eſt כבוד *chavod*, *gloria*. *Propter hoc lætatum eſt cor meum & exultavit lingua mea*. Satis congrueret hæc acceptio verbo *cantandi*, ſicut & *Pſalterium* atque *cithara*, verbo *pſallendi*, ſeu *Pſalmum dicendi*, quæ ſunt in præcedente verſu. *In lingua* ſcribit Jacobus *o*, *nos benedicere Deum & Patrem*: & Nazianzenus *p*, ait, γενέσθαι γλῶσσαν πλῆκτρον θείας μελῳδίας, *linguam fieri plectrum divinæ melodiæ*, ἐξεγειρομένην τῇ δόξῃ, *excitatam a gloria*.

n *verſ.* 9.
o *Cap.* 3. 9.
p *in Apolog.*

Quid ſi *gloriam* pro arca teſtamenti ſumamus, ut alibi ſumi vidimus, & *exſurgendi* verbo votum ſuum David inſinuet, excitandi locum commodiorem eidem arcæ, quum poſt pericula tanta, ei licuerit, & promiſſum ſibi regnum injerit? Nam quoties Arca in deſerto efferebatur & elevabatur, dicere ſolebat Moſes *q*, *Surge Domine*, &c. & noſter Propheta in alio canit Pſalmo *r*: *ſurge Domine in requiem tuam*, *tu & arca ſanctificationis tuæ*: & idem quum poſtea adduxit arcam in Civitatem ſuam, cum gaudio ſaltavit totis viribus, adhibens ſeptem choros, jubilum, clangorem buccinæ *ſ*, prius etiam citharas, lyras, tympana, ſiſtra, cymbala, omnia lingna fabrefacta *t* videlicet muſica: & Michol adverſus eum, quem *deſpexerat in corde ſuo u*, falſa quadam paronomaſia ad arcæ nomen כבוד *chavod*, uſa eſt *x*: *quam glorioſus fuit hodie Rex Iſrael*, טה נכבד *mah nicchbad*.

Gloria pro Arca teſtamenti.
q *Num.* 10. 35.
r *Pſ.* 131. 8.
ſ *2. Reg.* 6. 12. *& ſeq.*
t *verſ.* 5.
u *verſ.* 16.
x *verſ.* 20.

Nec diſplicet mihi Trevetus, *gloriam* poni pro lætitia & jucunditate: Davidem verò nunc loqui ad ſimilitudinem ejus qui diù intermiſſa illa, propter aliquam adverſitatem, redeuntibus proſperis, eamdem reſumit, & organa lætitiæ, quæ etiam præ vehementia gaudii alloquatur: dicatque (poſtquam ceſſaverat gaudium tympanorum, quieverat ſonitus lætantium, conticuerat dulcedo

Pro lætitia.

citharæ *a*:) rediit lætitia mea: veni (quod sequentia con-
tinet verba) psalterium & cithara: quę exsurgam dormire; fac mihi lætitiam: ego quasi oblato jam instrumentorum illorum obsequio assurgam diluculò; psallabo organa, totusque hilaris festivè celebrabo palamque liberatoris mei Dei laudes. Hieronymus hoc loco & in Esaiam *b* vult ista verba esse Patris ad Filium: & hunc illius gloriam esse; in quo ille gloriatur, ut scribit Esajas *c* verbis ejusdem: & refert Joannes * oravisse Christum, *Pater glorifica nomen tuum: Gloria patris filius sapiens d*.

Exsurge psalterium & cithara.) Dixi de his instrumentis alibi, aliæ sunt etiam tropologiæ præter allatas.

Nam Hieronymus *psalterio* virtutes fidem, spem, charitatem, longanimitatem, bonitatem, & alias his similia: *cithara*, sex opera misericordiæ designari vult, quæ numerantur apud Matthæum *e*, quibus addi potest sepultura: vel per *psalterium* gratiarum actionem pro tribulationibus, quod de supernis est: per *citharam* tribulationes ipsas, quas in corpore sustinemus. Nyssenus *f* ait his instrumentis duplicem denotari partem hominis quæ videtur, quæque non videtur, & harmoniam atque concentum inter illas ad efferendum divinas laudes: Convenit Christo, quod Jeremias *g*, ait, *ego sum psalmus eorum*, ideſt, materia risus, dicterii, cantilenæ, *versus in eorum Canticum*, *factus eis in proverbium h*, ita ut *n me psallerent, qui bibebant vinum i*, *psalterium* Paulus Jurisconsultus *k* vocat, quod vulgo dicitur Canticum in alterius infamiam compositum, *venter* quoque & corpus Christi totum dici potest *quasi citharа sonasse l* quando distentus est in cruce Christus, non absque ossium strepitu ac fragore; *cor* item ejus *quasi tibia resonasse sonitumque dedisse m*, quando *cum clamore valido & lacrymis n*, expiravit in Cruce.

Ceterum figura fictionis, aut prosopopœia qua dirigitur sermo ad res inanimatas reperitur aliis in scripturæ locis non semel, ut Elias Cretensis *o*, annotavit: cujusmodi ea in Cantico *p* provocatio; *Surge Aquilo*; vel, excitare *& veni Auster*. Scribit Macrobium *q* locum esse ad permovendum pathos accommodatum in quo sermo dirigitur vel ad inanimata vel ad muta, eoque oratores frequenter uti. Alicubi cautum est legibus Ecclesiasticis ut quadragesimali tempore, aut certe quo peculiariter passionis Christi memoria celebratur, conticescant velutique dormiant & sepeliantur instrumenta musica lætiora cum festivo halelujah. Eodem Christo resurgente eadem excitari ac resurgere videntur.

Exsurgam diluculo.) Hieronymus, *mane*, & alibi *r*, *consurgam diluculo*. Hebræa *vox* שחר *schachar* est in titulo Psalmi 21. cui respondet epithetum Græcum ἑωσφόρος, & Latinum *matutina*, nempe suscersionis ἀνατολῆς, aut *cervæ* juxta Hebræum nomen אילת *aijeleth*. *Diluculo* aut *mane* quidpiam fieri, significat citò, statim quamprimum, ut Psalmo 5. *s* demonstravimus, quare posset sensus esse, exsurgam, seu evigilabo, vel suscitabo meipsum ad cantandum & psallendum; utendumque jam excitatis quodammodo musicis instrumentis: vel excitabo hæc ipsa instrumenta: vel simul expergiscar ac evigilabo quotidie mane, & in aurora dicam instrumentis, ut confestim excitent sese: vel quod dicebat se iis dicere, ait, hoc facere velle, quoties da mane surget, ut sit prima cogitatio curaque Deum laudare cantu & organo musico, de luce vigilare ad eum, in matutinis meditari in eo, &c. qua de re dixi eodem illo Psalmo 5. ostendens quàm sit aptum tempus illud religioso isti muneri. Chaldæus paraphrastes totam sententiam sic reddit, *expergiscere gloria mea, expergiscere ut laudes ore psalterii & citharæ: expergiscar ad orationem matutinam*.

Addit Nyssenus *t* tropologiam, quòd istis, qui opera tenebrarum non abjiciunt, gloria Dei non exsuscitatur. Dionysius Carthusianus, ut omnis gloriatio nostra in Deum ascendat *u*, & in eo sit lætitia atque exultatio *x*, ut omnis gratia donumque à Deo acceptum prodeat in actum, *quem* Paulus *y* scribit esse *resuscitare gratiam* Dei.

Quod attinet ad Christum, indicat verbum *exsurgam* ipsum sibimet suæ resurrectionis auctorem futurum, juxta illud, quod citat Ambrosius *z*, ex Genesi *a*, *quis suscitavit eum?* non utique ait, alter, quia ipse se suscitavit. Probat etiam ex verbis Christi *b*, de resuscitando templo *in triduo*. Ex nomine *diluculi* ejus resurrectionem diluculo futuram prædici, hinc inferunt præter enarratores etiam Rabbini, quos Galatinus *c* citat, simul cum expositione tituli Psalmi 21. de *cerva matutina* sive *Aurora*, ad idem propositum ex verbis Psalmi 118. *d*, *media nocte surgo* (pro surgebam) *ad confitendum tibi*. Eodem potest referri Oseas *e*, quum ait; *Quasi diluculum præparatus est egressus ejus*, nempe de sepulchro, unde prodiens *vivificaturus* erat omnes, & *in die tertia suscitaturus f*, videlicet suamet resurrectione. Favet hymnus tempore Paschali. *Aurora lucis rutilat, &c. Quum Rex ille fortissimus, &c.* lege Commentarios in Evangelia, præcipue Ambrosii in Lucæ cap. ult. Cyrilli in Joannem *g*, Hieronymi in cap. ult. Marci: præterea eumdem ad Hedibam *h*, & Augustini *i*. Addunt aliud Rabbini, quòd numquam aurora venit super Messiam, ita ut invenerit eum dormientem. Certe *pernoctabat in oratione Dei k*, *& diluculo valde surgens abibat in desertum locum ut ibi oraret l*. Vertunt præterea istius loci verba; *Excitabo auroram*. quasi hæc, alioqui tam cita veloxque, tardior ac segnior esset, ac eam Christus prævenire vellet: quod re ipsa factum vult Chrysologus *m*, ut Sol qui suo commoriens Auctori ipsam meridianam suam mortificaverat claritatem, consurgens eidem evictis tenebris antelucanus eruperit. Decet & nos *prævenire in maturitate n Solem ipsum ad benedictionem Dei*, *& ad ortum lucis illum adorare o*. Justus enim *cor suum tradidit ad vigilandum diluculo ad Dominum*, *qui fecit illum*, *& in conspectu Altissimi deprecabitur p*, quoniam scit, quòd *si quis diluculò consurgit ad Deum & Omnipotentem deprecatur*, *statim ad illum evigilabit*, *& peccatum reddet habitaculum justitiæ ipsius q*. *Consurgit*, *laudat in nocte*, *in principio vigiliarum*, *effundit sicut aquam cor ante conspectum Domini r*: *desiderat anima illius in nocte*, *sed & spiritu suo in præcordiis suis de mane vigilat ad Deum s*: pollicetur Sapientia seu Sapientiæ Auctor Deus: quòd *qui mane vigilant ad eum*, *invenient eum t*, & quòd *qui de luce vigilaverit ad eum non laborabit*, *quia assidentem foribus inveniet u*: & quòd *quasi antelucanum illuminat omnibus x*.

Quod legitur in Threnis *y*, *novi diluculò*, *magna est fides tua*, legunt, alii *nova*, nempe miserationes tuæ, *diluculò*, seu quolibet mane, quas proximè ante dixerat Propheta *non defecisse z*; tùm subdit: *Magna est fides tua*, ideſt, fiducia de te, aut fidelitas tua in promissis. Delrius noster, quem nobis ereptum dolentes nuper accepimus, de miserationibus locum in commentario intelligit; & nomen esse, *novi*, non verbum: Interpretem vero usum adjectivo, ejus generis cujus erat Hebraicum nomen חסדים *chesadim*, id non rarò alibi factum nos notavimus aliquando *a*, itemque & Pererius *b*. Observant quidam *c*, hæc eadem, quæ hic dicuntur in Psalmo 107. *d* repeti: quia semel Pater suum Filium qui gloria ejus est, in cœlo invitavit, ut peracto jam occasu Solis, ideſt, iracundia, *e* in genus humanum, lucem gratiæ atque consolationis inferret: iterum in terra, quando jam obiecutus Patri venerat per incarnationem & Nativitatem; ut quia videbatur Sol divinitatis in ea occubuisse, coopertus terra humanitatis fuisse Divinitatis quasi luce denuò diluceseret prædicando, miracula edendo, vitæ tradendo exempla: Valentia exponens *gloriam*, *psalterium*. *citharam*, de Christo ipso, qui surrexit; refert opinionem quod David unus fuerit de illis, quos Matthæus *f* resurrexisse scribit cum Christo, & hoc verbis his innui, *exsurgam diluculo*. Quod surrexerit David sentit S. Augustinus *g*, posito alios ascendisse cum Christo in corpore: absolutè autem Sophronius de Assumtione Virginis ob testimonium Petri in Actibus *h*, & ita videtur Pinedæ *i* noſtro, sed opinionem noſtram aperuimus in commentario Actuum: nec hinc certè, nec inde illud sequitur.

Vers. 10.) Confitebor tibi in populis Domine, & Psalmum dicam tibi in Gentibus.

SUmtis jam in manus psalterio citharaque, quæ excitaverat; & gloria, hoc est, canendi peritia, veluti exerta, confessionem ac laudationem Domini ait argumen-

---

a *Esa.* 24. 8.
b *In cap.* 49.
c *Cap.* 49. 3.
* *Cap.* 12. 16
d *Prov.* 10. 1. Tropologia
e *Cap.* 25. 42. *& seqq.*
f *Tract.* 2. *in Ps.* c. 14.
g *Thren.* 3. 63 Psalterii quid sit Paulo Jurisconsulto. *Venter Christi quasi citharа sonasse* ut dici potest.
h *Job.* 30. 9.
i *Psal.* 68 13.
k *Lib.* 5 *sent. tit.* 4.
l *Isai.* 16. 11.
m *Jer.* 48. 36.
n *Heb.* 5. 7.
o *In Orat.* 2. *Nazianzeni contra Julianum*.
p *Cap.* 4. 16
q *Lib.* 4 c. 6.
Quadragesimali tempore instrumenta musica prohibita apud nonnullas Ecclesias.
r *in c.* 6. *Ose.* *Diluculo*, *aut mane quidpiam fieri*, pro cito, statim.
s *vers.* 4. Sensus loci.
Matutinum tempus aptum religioso muneri.
t *Tract.* 2 *in Psal.* c. 14. Tropologia
Opera tenebrarū non abjicientibus gloria DEI non exsuscitatur.
u 2. *Cor.* 10. 17.
x *Esa.* 28. 5.
y 2. *Tim.* 1. 6
z *de instit. virg.* c. 1.
a *Cap.* 49. 9.
b *Joan.* 2. 25
Rabbini resurrectionē Christi etiam diluculo futuram unde fateantur.
c *Lib.* 8. c. 22.
d *vers.* 62.
e *Cap.* 6. 3.
f *Ibidem*.
g 12. 44.
h *q.* 3. *&* 6.
i 4. *de Trin. cap.* 6.
Numquam venisse Auroram super Messiam dormientem iidem ajunt
Versio hujus loci secundum Rabbinos.
k *Luc.* 6. 12.
l *Marc.* 1. 35
m *Ser.* 82.
n *Ps.* 118. 147.
o *Sap.* 16. 28
p *Eccl.* 39. 6.
q *Job.* 8. 5. 6.
r *Thren.* 3. 19
s *Esa.* 26. 9.
t *Prov.* 8. 17
u *Sap.* 6. 15.
x *Eccl.* 24. 44.
y *Cap.* 3. 23. Loci Threnorum varia lectio.
z *vers.* 22. *Usus adjectivi ejus generis*, *cujus Hebraicum nomen sit observatio*.
a *in c.* 1. *Sap. v.* 7.
b *in c.* 21. *Gen. d.* 30
c *Vitalis Zuccolius in c.* 1. *Marci hom.* 6.
d. *vers.* 3.
e *Ephe.* 4. 26.
f *Cap.* 27. 52 Sententiæ eorum, qui David cum Christo resurrexisse dicant
g *Epist.* 99.
h *Cap.* 2. 29.
i 1. *Job. c.* 19 *v.* 25. *n.* 25.
Sensus loci.

mentum futurum carminis, concentuſque muſicorum inſtrumentorum coram populis & gentibus. Faciſe David quodammodo exhibetve, ut Baſilius ſive Theodoretus loquitur, χοροδιδασκαλον, & linguis aliorum uſurum, quaſi chordis ad gratiarum actionis hymnodiam. Videlicet canendi ac pſallendi Davidis erant Pſalmi per Eccleſiam totam. Et id fortaſſis prævidit ille, ut Caſſiodorus, Euthymius, Lyranus notant.

Populorum & Gentium vocum diſtinctio.

Nomine verò *populorum* Judæos aggregandos Eccleſiæ, idem Euthymius, Ayguanus, Rickelius, Haimo, Remigius, Bruno Carthuſianus, Ruffinus, Nyſſenus *a* intelligunt: per Gentes, eos quos propriè diſtinctèque Gentiles, Ethnicos nominamus. Hugo primum de prædicatione, ſecundum de operibus accipit, ut per utraque myſticè intelligamus celebrandum DEUM à Chriſto tùm immediatè (quidam namque Gentiles intererant prædicationi ejus *b*: & Centurio fidelis erat, cujus curavit puerum *c*) tum diſcipulorum opera apud omnes populos genteſque. Mihi veriſimile fit quod & Auguſtinus, Caſſiodorus, Lyranus innuunt, nec non Nyſſenus, Baſilius, Theodoretus, ſi ſectemur myſticum ſenſum, *populos* ac *gentes*, idem valere: & revera Gentiles per ſe ſolos denotare, ſicut in alio Pſalmo *d*, quem Paulus *e* citat: *Laudate Dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi*; aut, *laudate omnes gentes Dominum*; & *magnificate eum omnes populi*; nam ibi Apoſtolus *f* antitheſin ponit inter circumciſionem promiſſioneſque Patrum, veteris nimirum Teſtamenti, & inter Gentes, quamquam aliis placet jungi eo Pſalmo ex Pauli quoque mente utroſque: ita ut Gentibus miſericordia congruat, veritas Judæi, quæ duæ res hìc etiam ſequenti verſu exprimuntur, quia iſtis promiſſiones factæ præſtandæ fuerunt, illis non erat hujuſmodi debitum, ſed major ac liberalior quodammodo miſericordia gratiaque.

a Tract. 2. in Pſ. c. 14. Myſtica interpretatio.

b Matt. 1. 20. Joan. 11. 20.

c Matt. 8. 5.

Populi & gentes, idē.

d Pſ. 116. 1.

e Rom. 15. 11.

f ver. 8. & 9.

Senſus litteralis.

Senſu litterali non ambigo de ſuis Judæis tantùm intelexiſſe Davidem, coram quibus publicè ac palàm cuperet ab exilio & ærumnis liber laudes Divinas celebrare; non excluſis tamen exteris; ſi qui forte, quod fiebat aliquando, etiam religionis ergò conſtitutum arcæ locum, poſtea templum, frequentarent. Perpendit Ruffinus *confiteri Deo*: & *Pſalmum ei dicere* Dei filium, & ex tanta juſtitiæ actione *non quærere gloriam ſuam*; ſed ejus qui miſerat eum *g*; ut non glorietur in ſe omnis caro, *ſed qui gloriatur, in Domino glorietur h*. Dionyſius monet, ut in medio fratrum ac proximorum atque fidelium laudemus Deum, *& unanimes uno ore honorificemus i*, & gratias agamus de aliorum converſione, & alios ad Dei præconia incitemus.

g Job. 8. 50.

h 2. Cor. 10. 17.

Dionyſii monitum ſalubre.

i Rom. 15. 6.

Et Pſalmum dicam tibi in Gentibus.) Deeſt Hebraicè & Græcè conjunctio omittitque Caſſiodorus; Auguſtinus legit, *pſallam*. Pſalterium Gallicanum & idem Caſſiodorus, *inter gentes*.

Verſ. 11.) Quoniam magnificata eſt uſque ad cœlos miſericordia tua, & uſque ad nubes veritas tua.

Senſus loci.

HOc veluti confeſſionis ac pſalmodiæ apud populos & gentes argumentum divinæ videlicet magnitudo tanta, & ſublimitas miſericordiæ, atque veritatis, ideſt, veracitatis fidelitatisve in præſtandis promiſsis, aut etiam doctrinæ de rebus credendis agendiſque, aut præterea juſtitiæ, ut prior ad cœlos uſque pertingat, ad nubes poſterior, neutraque comprehendi à nobis queat. Illæ duæ ſunt quaſi comites Dei terrarum orbi ſalutares, quas Deum priùs *k* miſiſſe de cœlo dixit: illis affirmat omnia plena, tamque latè fuſas, quàm eſt latum amplumq; id ſpatium quod à terris ad ſummum aerem interjacet, indeque etiam poſtea uſque ad cœlos: adeo conſpicuas, omnibus notas, ut ſummi, imi, docti, indocti; omnes demum aliquod in ſe illatum percipiant experimentum. Simillima in *l* 35. Pſalmo ſententia. *Domine in cœlo miſericordia tua & veritas tua uſque ad nubes; juſtitia tua ſicut montes Dei: judicia tua abyſſus multa. Cœlorum & nubium* eadem utrobique nomina, & pro *nubibus* שחקים *ſeechaKim*.

Dei comites miſericordia & veritas.

k verſ. 4.

l verb. 6. 7. Cœlorum vocabulo, qui ſuperiores cœlos: nubium, inferiores intelligant.

Cajetanus *cœlorum* vocabulo ſuperiores cœlos, nomine *nubium*, ut Hebraicè hoc loco dicuntur, vult inferiores intelligi; hincque refelli, qui cœleſtia tribuant naturæ, cœloſque a divina gratia eximant. Atqui plures extiterunt, qui providentiam tollerent ab inferioribus: recognoſce dicta Pſalmo illo 35.

Eorum refutatio, qui cœleſtia tribuāt naturæ, cœloſque á divina gratia eximat.

Hilarius aptat iſta Chriſto aſcendenti, nobiſque eidem obviam in nubibus aliquando rapiendis, atque cœlos ipſos cum illo penetraturis.

Ad Chriſtū aſcendentē & ad nos adaptatio.

Magnificata eſt uſque ad cœlos miſericordia tua.) Hieronymus, *magna*, גדל *gadol*, legerunt forſitan LXX. גדל *guddal*, aut גרול *gadul*. In Pſalmo 107. *m*, habetur, *magna eſt ſuper cœlos miſericordia tua*, μεγαλὸν ἐπὶ τοὺς οὐρανούς. Hebraicè etiam גדל *gadol*. Indicat hæc dicendi forma, ut monui, miſericordiæ divinæ magnitudinem incomprehenſibilem: quia quæ maxima & eximia, cœlo æquamus ac nubibus. Unde ille *n*.

m verſ. 5.

Quod ſi me lyricis vatibus inſeris,
Sublimi feram ſydera vertice.

n *Hor. lib. 1. carm. od. 1.*

Quis adjiciet ennarrare miſericordiam Dei? ait Sapiens *o*: *miſeratio* enim *hominis circa proximum ſuum*; *miſericordia autem Dei ſuper omnem carnem p*. Propterea cognominatam aliquando miſericordiam *fortem q*, quod ſolere potiùs epithetum eſſe juſtitiæ, nonnulli putant, quos in Sapientiæ commentarios rejecimus, quibus adjice Joannem Baptiſtam de Navarete *r*. Altior aſſignatur locus *miſericordiæ*, cœli nempe, quàm *veritati* ſive *juſtitiæ*, cui nubes; quoniam *miſericordia ſuper exaltat judicium ſ*. & *Miſerationes Dei ſuper omnia opera ejus t*. & *ſecundum altitudinem cœli à terra corroboravit miſericordiam ſuam ſuper timentes ſe u*, &, *miſeretur omnium, quia omnia poteſt x*.

o *Eccl. 18. 4.*

p *verſ. 12.*

q *Sap. 10. 5.*

Altior locus Miſericordiæ Dei aſſignatus, quam Juſtitiæ & Veritati.

r *in cap. 3. Thre.*

ſ *Jacob. 2. 13*

t *Pſ. 144. 9.*

u *Pſ. 102. 11.*

x *Sap. 11. 24*

Et uſque ad nubes Veritas tua.) Per accomodationem *veritas* nubibus attribuitur, quatenus prædicatores dicuntur, *ut nubes irrigare doctrina*, & *coruſcare miraculis*, quemadmodum notat Gregorius *y*, & ipſi aliàs docuimus in Pſalmo 107. vertit Hieronymus, *ſuper æthera*. Valentia obſervat in materialibus nubibus *ſtellam* apparuiſſe, qua Magos duxit *z*, Angelos, qui evangelizaverunt natum Chriſtum *a*: iterumque, jam in cœlis aſſumtum, in iisdem rediturum ad judicium *b*.

Prædicatores rigare doctrina ut nubes: & coruſcare miraculis dicti.

y *17. mor. 1. 17.*

z *Matt. 2. 2.*

a *Luc. 2. 9.*

b *Act. 1. 11.*

Verſ. 12.) Exaltare ſuper cœlos Deus, & ſuper omnem terram gloria tua.

HIc ipſe verſus jam antea præceſſit *c*, & expoſitus eſt. Nyſſenus *d* inducit ipſaſmet virtutes illas *Miſericordiæ* ac *Veritatis* Deum celebrantes & glorificantes, poſtquam tantopere ſupra mundum evectæ ſunt ad ſalutem mundi: eaque de cauſa quum vidiſſent Angeli pacem, quæ vitæ noſtræ, in hominibus bonæ voluntatis illuxit, decantaſſe *e*, *Gloria in excelſis Deo*.

c *verſ. 6.*

d *Tract. 2. in Pſ. c. 14.*

Super cœlos.) Apud Hilarium nunc lego abſque præpoſitione *cœlis*: nunc cum illa *ſuper cœlis*. Sed ſcriptoris videtur in utraque lectione illius error.

e *Luc. 2. 14.*

Super omnem terram. (In Pſalmo 107. & hìc reddit Hieronymus, *in omni terra*. Myſticè *cœli* ſunt juſti; *terra*, peccatores: ſuper primos exaltatur Deus quando ipſi ſe per eminentiam vitæ exaltant, & Deum, quem in ſe portant, exaltant: ſuper ſecundos, quum illi ſua peccata confitentur: quemadmodum dixit Joſue Achar *f*: *Da gloriam Domino Deo Iſrael, & confitere*.

Myſticè *cœli* juſti dicti: peccatores, *terra* ſuper utroſque ut exaltetur Deus.

f *Job. 7. 19.*

PSALMUS QUINQUAGESIMUS SEPTIMUS.

In finem.

1 Ne disperdas, David in tituli inscriptionem.

2 Si verè utique justitiam loquimini: recta judicate filii hominum,

3 Etenim in corde iniquitates operamini: in terra injustitias manus vestræ concinnant.

4 Alienati sunt peccatores à vulva, erraverunt ab utero: locuti sunt falsa.

5 Furor illis secundùm similitudinem serpentis: sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas.

6 Quæ non exaudiet vocem incantantium: & venefici incantantis sapienter.

7 Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum: molas leonum confringet Dominus.

8 Ad nihilum devenient tamquam aqua decurrens: intendit arcum suum donec infirmentur.

9 Sicut cera, quæ fluit, auferentur: super ceciditignis, & non viderunt Solem.

10 Priusquam intelligerent spinæ vestræ rhamnum: sicut viventes, ac in ira absorbet eos.

11 Lætabitur justus, quum viderit vindictam: manus suas lavabit in sanguine peccatoris.

12 Et dicet homo; Si utique est fructus justo; utique est DEUS judicans eos in terra.

Titulus & Argumentum.

Vers. 1.) In finem. Ne disperdas, David in tituli inscriptionem.

DE titulo non est quid dicatur; quum totus jam sit in priore Psalmo declaratus. Qui de non corrumpendo titulo crucis exponunt, id toties moneri dicunt, ut Cassiodorus, ut excusatio contradicentibus Judæis auferretur. Nyssenus *, à Spiritu sancto hanc ait vocem, *ne disperdas* aut *corrumpas*, mirabiliter sæpius iterari, ut denotet quanta sit laus longanimitatis, quantaque victoria illius, quæ sit præstantior virtute humana, & supra naturæ vires evecta. Exaggerat porro summam ingratitudinem Saulis, cum tanta benignitate atque beneficentia Davidis conferendo. Addit, quemadmodum qui notas illustriores in lapidibus insculpunt, in profundum incidunt characteres, stylo sæpius formis inducto; sic ista repetitione in columna memoriæ nostræ, magnificum & divinam istam vocem altius insculpi, ut calamitatum tempore, & perturbationum, clarè distinctèque legamus.

* *Tract. 2. in psal. c. 15.* Hæ voces *Ne disperdas.* cur sæpius iteratæ.

Occasio psal. componendi.

Argumentum est acris objurgatio iniquorum cum comminatione horrendæ vindictæ DEI: è contrario cum prædictione de præmiis justorum fructuque justitiæ. Occasionem psalmo dedit, quòd quum iterum licuisset Davidi Saulem, qui eum indicio sibi facto à Ziphæis persequebatur in deserto Ziph, interficere, ablata clam hasta scyphoque illius; & Abnero exprobrasset vociferando, negligentiam in Saule custodiendo: Saul verò cognita Davidis voce, benedixisset ei, ac innocentem pronuntiasset, se autem stultitiæ, atque injuriæ damnasset; nihilominus non destiterit postea ipsum persequi Saul cum suis & factis malis contraria dictis bonis veritque demonstrare: quum toties juravisset remissurum se inimicitiam, juramenta violaret. Extat in Regum libris a historia. Non est omnino idem quod prioris argumentum: sed quia valde simile affirmant idem esse Euthymius ac Nicephorus: Basilius etiam, vel Theodoretus, docent in genere hìc agi de Saulis malitia, & mendacibus illius verbis.

a *1. 1. c. 26.* Idem cum priore argumentū, aut fere. Hujus psalmi directio & accommodatio.

A Hugo vult dirigi Psalmum in Judæos, quum priùs contra martyricidas, hæreticos, falsos fratres, antichristum sit actum: moraliter in malos Judices & Prælatos. Glossa propriè ad illos accommodat, quos verbo solo Christus prostravit ad terram, quum ipsum quæreret *b*. Extendit Augustinus ad hypochrytas reprehensos à Christo *c*, & ad quemlibet, qui contra quam sentiat, dicatque, secundùm rationis dictamen, iniquis operibus præstare non vereatur. Placet notari hìc etiam auctores mortis Christi Judæos: verùm sub typo dictæ narrationis, nec abhorret à mansuetudine Davidis, quod objicit Valentia, ut Abner, Doeg, & similium criminatorum suorum, ac Saulis ipsius interitum scribat, non tam optando, quam prædicendo & Deo gratias agendo, cujus voluntati hac etiam in re sese accommodat; dicens quoque *d*, *justum lætaturum quum viderit vindictam.*

b *Joan. 18. 6.* c *Matt. 15. 7. c. 22. 18. & alibi.*

Mirificè commendat Nyssenus *e* hunc psalmum, anteferens priori & aliis quoque qui præcesserant: nec tam in eo adversariorum devictionem tractari, quàm abundantiam bonorum, quæ ex victoria consequitur, & non amplius querelas Davidem exponere de conculcātibus inimicis, aut misericordiam in subsidium advocari, sed altius evectum velut è specula quadam excelsa, Bhis qui infra in hujus humanæ vitæ vallibus degunt, reprehensionis modo intonare. Athanasius Marcellino ita scribit de isto Psalmo contra hypocritas, & eos qui de specie personàque magnifici videntur, *dic ad eorum confusionem quinquagesimum septimum Psalmum.*

d *Psal. 11.* Mirifica hujus Psalmi commēdatio. e *Tract. 2. in Ps. c. 15.*

Marcellino præscriptus hic Psalmus ab Athanasio, & contra quos.

Vers. 2.) Si vere utique justitiam loquimini, recta judicate filii hominum,

UT Nyssenum dixisse retuli, ἐλεγκτικῶς ἐμβοᾷ ταῦτ' ἀλέγων, *reprehendentis arguentis; in morem clamat, & vociferatur hæc dicens.* Clamor autem iste ex admiratione, zelo, justitia, ira proficiscitur, & ex gravissima indignatione adversus fingentes justitiam, propterea aq; dupliciter injustos. Fusa oratione Augustinus tractat hunc locum, docens, principio illi à natura insito, cujus meminit Christus *f*, ut *quæ sibi quisque fieri velit, faciet alteri*, quæ nolit, non faciat, re factoque omnes repugnare, qui quavis ratione lædant proximum, aut egentem non sublevent, si suppetat facultas. De principio illo quod perplacuisse Severo Lampridius memorat egimus *g*, alibi.

Duplicitet injustus, qui justitiam fingit.

f *Matt. 7. 12.*

g *Act. 15.* Sensus loci.

Alloquitur David potissimùm eos, quibus rectè judicandi demandata provincia est, non solum juris rationes cognoscendi, scribendi, loquendi; & qui in propria sua causa, cujus æquitatem probè noverant, ac præ se verbis etiam ferebant, contra omnes justitiæ leges agebant, ipsum persequendo ad mortem usque, non modò immeritum, sed tam bene de illis eorumque principe Saule meritum. Urget illos quoque qui deferebant eum apud Saulem, ut si vera loquantur, probent si possunt, se ipsosmet constituere judices, dummodo velint justa rectaque rectè ac justè judicare. Convenit hæc etiam acris reprehensio illis, qui alios docent, non se ipsos & *in quo judicant alios, condemnant se ipsos, eadem agentes quæ judicant h.*

b *Rom. 2. 1.*

Si verè utique justitiam loquimini.) Sic etiam Hieronymus. Videtur tamen interrogando reddi debuisse (num vere, an certè, an revera) ita ut claudatur sequenti versu interrogatio. Primum Hebræum vocabulum אמנם *haumnam*, notam interrogationis habet: particula etiam *ei* & *si*, possent interrogativè sumi, ut sæpè aliàs *i*. Tunc verò in indicativo accipi deberet in sequenti membro verbo κρίνετε, & dici Latinè, *judicatis*, quod Hebraicè ponitur in futuro, sicut & istius membri verbum. Apollinarius expressit omnia usque ad finem sequentis versus cum interrogatione, sed ad sententiam parum ista referunt. Pro *utique*, & ἀληθῶς ἄρα, vocem Hebream אלם *elem*, exponunt alii, *ò congregatio*, seu *manipule*, seu *multitudo*; vel uno tractu legendo, *an certe mutam justitiam loquemini*: videlicet *reticendo*, quæ dici deberent, aut quamvis dicantur, non *exequendo*; ita ut indefensa jaceat justitia & oppressa. At præstat credere LXX. & Hieronymo, qui ut asseverantem particulam interpretantur, sicut & priorem אמנם *umnam*. Hilarius & Augustinus docent justitiæ ferionem communem esse, sed æqui judicis studium, & consuetudinem pau-

i *Luc. 13. 2. c. 14. 3. c. 22. 49. Act. 1. 6. c. 19. 2. Mat. 19. 3. & alibi.*

Justitiæ sermo communis, sed æqui judicii studium & consuetudo paucorum.

paucorum eſſe ; nulli iniquo non facilè eſſe loqui juſtitiam ; nec eſſe qui de juſtitia interrogatus, quando non habet cauſſam, non facile reſpondeat quid ſit juſtum, quoniam manu Formatoris noſtri in ipſis cordibus noſtris veritas ſcripſit ; *quod tibi non vis fieri, ne facias alter* ; & hoc antequam lex daretur, nemo ignorare permiſſus eſt.

Quod tibi fieri non vis ne facias alteri, manu formatoris noſtri veritas in noſtris cordibus ſcripſit.

Hinc ſequitur, opinione quoque Patrum iſtorum, in ſtatu naturæ corruptæ, non ita lumen rationis practicæ extinctum eſſe, ut non poſſit cum ſolo auxilio Dei generali cognoſcere aliquod morale verum, etiamſi fallatur ſæpenumero in multis, erretque, niſi dirigatur illuſtratione, atque gubernatione divina. Conficit hoc ad id argumentum noſter etiam Bellarminus *a*, contra Gregorium Ariminenſem *b*, Joannem Capreolum *c*, Gaſparem Caſalium *d* : quæ opinio præterea placet admodum Hæreticis, maximè Calvino *e*. Poteſt confirmari Baſilii *f* teſtimonio, qui proferens hunc etiam locum, ſcribit eſſe apud nosmetipſos judicium quoddam naturale, per quod ab iniquis bona facilè diſcernimus, & facimus agendorum optionem, rectaque rerum diſcrimina, & favemus virtuti, damnamus vitium. Ponit exemplum in inceſtu & pudicitia ; rectè judicare qui pro Dei timore contra voluptatem judicet : denique hoc pacto, *juſtorum cogitationes* eſſe *judicia* *g* ; & *væ illis* pronuntiari *qui dicant bonum malum, malum bonum, amarum dulce, dulce amarum* *h* ; videlicet contra quam ſentiant in animo, & extra occaſionem quoque verbis profiteantur ; *cogitationibus invicem accuſantibus vel defendentibus* *i*, adde præterea ore proprio unumquemlibet judicante *k*, & condemnante : & quòd *in cogitationibus impii, interrogatio erit* l, jubeturque *prævaricator redire ad cor* m. Auguſtinus urget, quod nullus eſt qui ſola natura duce non aſſerat nolle accedi ab altero ad uxorem ſuam, ſibi furtum fieri, & qui velit injuriam pati : cui non diſpliceat panem ſibi negari eſurienti, peregrinum non ſuſcipi ; idcirco ne ſit juſtitia tantùm labiorum, ſed etiam factorum, dictare rationem naturalem, ut eadem aliis vel non faciamus mala, vel bona præſtemus. Verùm paullo longior Auguſtini diſſertatio lectu digniſſima eſt. Illam poſtremò rectè affert exprobrationem Chriſti *n*. *Quomodo poteſtis bona loqui quum ſitis mali* ? quia nempe ſic eſt natura comparatum & conſuetum, ut *ex abundantia quiſque cordis loquatur* *o*, bonus bona, mala malus : ut quando cæcus ſit, præter naturam conſuetudinemque accidat, nec diuturnum poſſit eſſe. Hoc eſt meliora videre ac probare, deteriora ſequi. Quamquam non quidquid naturali lumine cognoſcitur, appeti ac fieri etiam naturæ viribus poteſt ; hoc enim quàm illud difficilius.

a lib. 5. de grat. & lib. arb. c. 2.
b 2. d. 26. q. 1 ar. 1. concl. 2
d. 29. q. 1. a. 2.
c 2. d. 28. q. unica, a. 3 ad arg. contra 1. concil.
d lo. 1. de qua dripar. juſt. c. 32.
e 2. Inſtit. c. 2. n. 6. 24. 25. 26.
f Eom in prin. Prov.
g Pro. 12. 5.
h Eſ. 5. 20.
i Rom. 2. 15
k Luc. 19. 22
l Sap. 1. 9.
m Eſa. 46. 8
Juſtitia tantùm labiorum non eſſe debet, ſed etiam factorum, ratione naturali dictante.
n Mat. 12. 35.
o Pſ. 34.
p 1. Reg. 26. 19.

Recta judicate filii hominum, Nihil repetam de *filiis hominum*, ſemperne malum quid ſonent. Hos poſſumus intelligere, de quibus conqueritur David apud Saulem *p* : *Sin autem filii hominum, maledicti ſunt in conſpectu Domini, qui ejecerunt me hodie*, &c. nec abhorret à ſenſu, ſi in accuſandi caſu *filios hominum*, ſumeremus hoc pacto : an verè utique juſtitiam loquimini ? rectè judicatis filios hominum ? In Pſalterio Gallicano, & in quibusdam etiam Bibliis, & apud Hugonem, Valentiam, Dionyſium, Haimonem, Brunonem Carthuſianum, Bedam, Remigium, Gloſſam, Aiguanum, Ruffinum, legitur, *rectè* : in pſalterio Romano, & apud Caſſiodorum, & Hieronymum in commentario, *juſta* : apud Arnobium in commentario, *juſte* : nec non in Conſtitutionibus Caroli Magni, nomen debet eſſe numeri pluralis, quemadmodum ſunt Græcum εὐθείας & Hebræum מישרים *meſciarim*. Nebienſis adverbialiter vertit : & ita quandoque plurale nomen accipitur apud Græcos ſi ſit neutrum ; redditur quoque ſemel hoc Hebræum vocabulum per adverbium *q*. Minùs rectè Agellius facit dum nos legere vult κρίνετε, in indicativo. Habent omnes codices κρίνατε, & imperativo modo favet futuri temporis Hebræum verbum, quia ſolet futurum tempus eum uſum habere. Fateor, Apollinarium in utroque membro indicativum uſurpaviſſe.

q Pro. 23. 31
Improbata Agellii lectio.

Πρᾶγμα ἀτρεκέως ὅσιος ἀγορεύετε μόθῳ
καὶ δέμνι' ἔθειαν μερόπων ἰθύνετε παῖδες ;
An utique verè ſanctos loquimini ſermones,
Et jus æquum mortalium dirigitis filii ?

A Hoc tamen non refert ; quemadmodum neq; Caldeæ paraphraſis expoſitio à noſtra diſcrepans ; *num revera quia ſiletis* (nempe אלם *illem*, de quo dixi, legit) *juſti in tempore contentionis, videtur vobis, quòd juſtitiam loquimini ? in rectitudine judicate filios hominum*. Hoc pacto expoſtularet David cum illis qui quamvis eſſent juſti, tamen liberè loqui non auderent pro innocentia ipſius apud Saulem, quando injuſtè accuſabatur. Ad rectè judicandum requirit hoc loco Hugo & Dionyſius in magiſtratu, ut quòd præcipit, faciat : ordinem juris non prætermittat : veritatem cauſæ inveſtiget : non accipiat perſonam : non cedat favori aut clamori multorum ; non declinet propter timorem à rectitudine judicii : non plus debito compatiatur : non accipiat munera, non admittat preces in præjudicium alterius partis. Caveat ignorantiam, negligentiam, amorem vitioſum, odium, timorem, invidiam, moram, munera, perſonarum acceptionem. Docet præterea Hugo debere quemlibet hominem rectè judicare de fide, mundo, diabolo, ſeipſo, Deo, die, B tempore, lite, morte, mortuo. Illuſtrat omnia Scripturæ locis. Sufficit rem indicaſſe. In Conſtitutionibus porrò Caroli Magni citatis citatur hic locus, ut quibus data eſt poteſtas judicandi, rectè judicent ; & afferuntur aliquæ allatarum jam conditionum.

Ad rectè judicandū quæ requirantur.

Hugonis recta documenta de judiciis hominum.

Locus pſalmi citatus in conſtitutionibus Caroli Magni.

Verſ. 3.) Etenim in corde iniquitates operamini : in terra injuſtitias manus veſtræ concinnant.

NIhil iſtos minùs facere dicit, quàm ut loquantur juſtitiam, aut certè, ut ſermonibus veris prolatis generaliter de juſtitia conſentiant eorum ſententiæ ac facta, quum ad rem & cauſſam particularem venitur. Nam omnis, inquit, cogitatio veſtra intenta eſt quemadmodum iniquitates variaſque deſignetis nocendi varias : tùm verò maximè laboratis ut opere ipſo foras prodeat meditata malitia, ſed tam aptè, compoſitè, artificioſè, concinnè, affabrè, more opi- C ficis manu fabricantis quidpiam ſubtiliſſimè, ut videri velitis ſapientiſſimi atque prudentiſſimi quaſi architecti juſtitiæ. Non poteſt, quod antè dixi, bona loqui malus, & *ex abundantia cordis os loquitur* ; de malo theſauro proferri bona nequeunt, nec poteſt arbor mala bonos fructus facere : nimirum hæc quatenus talia ſunt, ejuſmodi etiam producunt effecta.

Senſu loci.

In Judæos locus optimè quadrās *r Deut. 17. 12.*
f Matt. 26.
t Jo. 11. 50.

Quadrant hæc & priora optimè in Judæos qui pro peritia quam habebant ſcripturarum, & docendi officio, nonnulla interdum verè de Chriſto proferebant, juxta promiſſum Dei *r*, ut naſci debuiſſe in Bethleem *ſ*, expedire *unum mori pro populo* *t* ; aut præterea convicti doctrina, vita, miraculis ejuſdem, ac teſtimoniis Magorum, Joannis ſatellitum, infantum, fatebantur aliquando id quod erat ; nihilominus mortem ſæpenumero intentarunt : & mortis cauſſas crebrò captarunt, confictis criminibus, teſtibuſq; Hereticos licet eadem expoſtulatione premere, qui venditant Evangelium purum ac purum verbum, reformatam Eccleſiam : cum contraria tamen prorſus factis exD primant, neque quod Chriſtus imperat *u*, & Paulus *x*, doctoribus legitimis ac *præpoſitis obediat atque ſubjaceant*, etiamſi fortè hi ipſi, quod illi cauſſantur, *quæ dicunt* docentque, *non faciant* *y*.

In Hæreticos.

u Matt. 23. 3.
x Heb. 13. 17.
y Mat. 23. 3.

Etenim.) Non reddit ſemper cauſſam hæc particula, ſed ponitur ad amplificandum, ut ſit idem quod *etiam quin potiùs, at enim, immò*. Id quidem valet אף *aph*, quod hic habetur, ſed Apollinarius nullam rationem habet dictionum καὶγὼ ; quaſi tantùm expletivarum ; nec enim ea reddit.

In corde iniquitates operamini.) Hebræum verbum eſt futuri temporis תפעלין *thphhalun* ; quod tempus pro imperativo poni ſolere dixi, & hoc etiam poteſt eſſe Latinum, *operamini*, & Græcum, ἐργάζεσθε : tunc erit ironica oratio, innuens inveteratam obſtinatamq; iniquitatem, quaſi dicat, pergite porro machinari iniqua, qui videri vultis loquendo juſta, juſti eſſe. *Operari in corde iniquitatem*, eſt cogitare de ragione illam operandi, & velle operari, eo modo quo ſæpius antea vidimus meditationem tributam linguæ, ori, labiis : aut, ut hæc loqui dicantur in corde, quia res prius meditatas lo-

Operari in corde iniquitatem, quid ſit.

quan-

quantur. Senes libidinosi pleni erant iniqua cogitatione contra Susannam *a*: & sunt *qui operantur malum in cubilibus, ut in luce matutina faciant illud, quia contra Deum est manus eorum b*.

a Dan. 13. 28
b Mich. 2. 1.

Interna cordis peccata, crimen esse

Hinc Hilarius interna cordis colligit peccata, & verba causa solo conceptum corde adulterium, jam crimen esse *c*, ac Deum *secreta hominum judicare* d, voluntates hominum in ipsis exordiis contueri. Gregorius *e*, autem infert esse nimis difficile ab illicita cogitatione cor tergere, facile opera perversa vitare: *quod quid vis, & non potes*, ait Augustinus, *factum Deus computat*.

c Mat. 5. 28
d Rom. 2. 16.
e 4. moral. c. 7. vel 17.

Quod vis, & non potes, factum Deus computat.

In terra.) Has voces passim alligant prioribus, *in corde iniquitates operamini in terra*: nec non quem proximè etiam Gregorius. Explicat Ayguanus Christum *terram* esse, cum eodem *f*, dum verba Job *g* de Christo accipit: *Terra data est in manus impii*, quia diabolus Christi mentem corrumpere tentando per se quum nequiverit *b*, per suos satellites carnem ejus ad triduum permissus extinxit.

Terra hìc de Christo explicata.

f 9. moral. c. 15. vel 21.
g c. 9. 24.
h Matth. 4. 1. & seq.

Ruffinus & alii declarant, *in corde operari iniquitates in terra*, illos qui terrenis inhærent, quorumque cor affigitur terræ, atque hinc iniquitates in corde generari: ut in Judæis, quod Hugo notat, quando veriti amittere locum, & gentem, collegerunt concilium contra Jesum *i*. Simplicior interpretatio, ut dicatur talia moliri & agitare animo in terra, ideſt, habitatores terræ, quippe sunt antea nominati, *filii hominum*: aut qui principem tenent in terra locum, valentque auctoritate vel favore apud terræ & provinciæ dominum; simul de hac ferè dumtaxat solliciti terra, nihil parumve de cœlo cogitantes, ac de illo, qui *habitans in cœlis irridebit eos, & omnium Dominus subsannabit eos k*, mittetque sperantibus in se, *de cœlo*, l ut liberet ipsos. Quòd si referantur duæ dictiones, *in terra*, ad sequentes, *injustitias manus vestræ concinnant*, quo pacto emendatiora Biblia dispungunt, ut sit antithesis inter *cor terramque*, sensus erit, quem tradunt Euthymius, atque Nicephorus, & innuit Hugo (placetque Bredembachio) licet ut moralem, dum ajunt in terra impios mala operari, postea in inferno, quamvis animorum pravitas non cesset, de futuram facultatem exequendi. Vel *concinnare injustitias in terra*, est palam, apertè, apud omnes, non ampliùs in solo corde. Insinuat hoc Genebrardus & Cajetanus.

i Jo. 11. 47.

Simplicior interpretatio.

k Ps. 2. 4.
l Ps. 56. 4.

Alius sensus.

Concinnare injustitias in terra, quid sit.

Injustitias manus vestræ concinnant. Psalteria alia duo & Augustinus; pro primo vocabulo habent, *iniquitates*. Hilarius & Cassiodorus, *iniquitatem*: Arnobius, *injustitiam*: pro ultimo Hilarius; *complectuntur*. Augustinus, *connectunt*. Græcè habetur, ἁδικιαν αι ψηφοι ὑμῶν συμπλέκουσι. Est etiam Hebræum nomen primum in singulari numero: totaque sententia hoc modo: חמס יריכם תפלסון *chamas iidechem thephallesun*. Vertit Hieronymus, *iniquitates manuum vestrarum appendite* (quod corruptè legitur, *apprehendite*, apud Trevetum) vel, ut Victorius in editione Hieronymiana recitat, *iniquitates manus vestræ appendunt*. Alii, *violentiam* vel *calumniam manum vestrarum appenditis*, seu *æquilibratis*: vel, *ad rapinam manus vestræ extenduntur*. Significat nomen חמס *chamas* omnia dicta & omnem vim apertam, ac injuriam quæ in aperto fiat; denique tyrannidem: verbum autem תפלכון *thephallesun*, *ponderare*, *librare*, *dirigere ad regulam*, quam regulam vocant פלס *peles* aut *linguam bilancium*, aut *stateram*, *bilancesque*. Appendere, librare, ponderare injustitiam, injuriam, violentiam, & similia, est velle videri agere in pondere & æquitate, id quod per vim & iniquè fiat, quasi adversarii Davidis, assectæ Saulis, & ab hoc judices constituti, dicerent: Davidem esse perduellem, contumacem adversus Regem turbatorem quietis publicæ. Præterea ut placet Cajetano, appensio ista denotat, si legamus interrogando. *Etiam iniquitatem manuum vestrarum appendetis?* inquisitissimum esse, ut denuo ipsum sui hostes persequantur, si veluti ex una parte conjicere in unam lanceam velint, quo pacto quum potuerit Saulem occidere noluerit, isque innocentiam ipsius fateri compulsus fuerit; in alteram verò, quam contra illum novam persecutionem moliendi causam habere possint, jam de iniquitate tam apertè ac publicè convicti. Rectè Lxx. sensum expressisse verbo συμπλέκουσι: quod valet *aptè simul nectere*, velutique cum justitia injustitiam adeo connexum colligatumque, ac efficiat vincula, funes, criniculos, qui fiant in torquendo. Citat ex aliis locis, *dirupisti vincula mea* m: *criniculis peccatorum suorum* unusquisque *constringitur* n: *væ o, his qui trahunt peccata sua* sicut vestem longam: *ligate* p, *illi manus & pedes, & projicite illum in tenebras exteriores*. Concludit postremò: Nolite ergo connectere iniquitatem, quia vobis ad alligaturam adhibebitur quidquid connectitis. Sed ineptè aliqui *q* dissolventes nomen; *injustitias*, in duas voces, *in justitias*, declarant, qui peccata peccatis addunt, ex iis conficiunt quasi cumulum pro divinis justitiis in die judicii; quod ait Paulus *r*, esse *thesaurizare sibi iram in die iræ*.

Appendere ponderare injustitiam, quid sit.

Concinnandi verbum præter complexionem plurium peccatorum importat quoddam quasi artificium quo utuntur hypocrytæ; sicut per *appendendi* verbum fraudes mercatoribus usitatæ insinuantur. Indicatur item non unius tantùm, sed plurium concors iniquitas: ut notat Haimo: vel ut Pampolitanus: veluti colligatio peccatorum, tamquam lignorum sive fasciculorum ad comburendum *s*. Bruno Carthusianus utens exemplo concinnentium concorditerque canentium, videtur legisse, *concinnunt*, non autem *concinnant*: aut certè ludere voluit in similitudine verborum. *Apponunt* improbiores *iniquitatem super iniquitatem, non intrantes in justitiam Dei* t; *& sordidi sordescunt adhuc* u: & quamvis *quum in profundum peccatorum venerint*, *contemnant* x, nihilominus excusant *excusationes in peccatis* y, sesequè *transfigurant in angelo lucis* z *filiosve* a, ut faciliùs aliis imponant, & quod cupiunt, assequantur. *Concinnatores causarum* Jurisconsulti *b* nominant eos, ut Alexander *c*, ab Alexandro scribit, qui novas lites simulatis captionibus & cavillis improbis in longum ducere moliuntur, quum sibi agere non licet; quia *concinnare* dicitur qui rem effictis mendaciis omnibus lenociniis perpolit. Festus *cinnum* docet esse commixtionem, & *concinnare* aptè componere. In psalmo 49. *d*. *lingua concinnare* dicitur *dolos*, eodem Græco verbo, συμπλέκειν; sed Hebræo alio הגמיד *bitsmid*, lege ibi annotata. Possunt porro concinnatores illi appellari etiam *vitilitigatores*, ex vitiis & ligatoribus compositio vocabulo *e*, nec non συκοφάνται, *& causarum redemptores f*: *manibus* autem hìc dicentur *concinnare*, qui muneribus corrupti hoc facitant, & judiciis corrumpendis aliisve maleficiis ejuscemodi suscipiendis, operam suam locant. Hæreticos affectantes orationis concinnitatem & χρησιολογιαν & ευλογιαν, de quibus Paulus *g*, huc revocare licet, ut reducant corda innocentium.

m Ps. 115. 17 *secundum Hebræos*.
n Pro. 5. 12.
o Es. 5. 18.
p Mat. 22. 13.

Inepta divisio.

q *Petrus Vega in Ps. 6 Pæn. ver. 3. discursu 4.*
r Rom. 2. 5.

Concinnandi & appendendi verba quid importent.

s Matt. 13. 40.
t Ps. 68. 28.
u Apoc. ult. 11.
x Pro. 18. 3.
y Ps. 140. 4.
z 2. Cor. 11. 14.
a Rom. 13. 12.

Concinnatores causarum quidicantur.

b l. ne quicquam §. circa advocatos D. de offic. proc.

Concinnare cinnus quid sit.

Linguæ concinnare dolos, phrasis.

c l. 4. c. 15.
d vers. 19.
e Plin. pr. hist. ex Catone. *Manibus concinnare*, quid item.
f l. ne quicquam sup. & Bud. comment. ling. Græca pag. 80.

Hereticis accommodario,

g Rom. 16. 18

Sensus loci.

---

vers. 4.) Alienati sunt peccatores a vulva; erraverunt ab utero; locuti sunt falsa.

NE quis miretur quòd tales concinnatores malorum improbissimos, nilque aliud molientes & cogitantes esse dixerit, docet, ab ipsamet infantia, utque primùm prodierunt in lucem, atque ex materno utero, semper à ratione á virtute, à vero, à Deo alienatos fuisse, ac jugiter continenterque in pejus postea profeciisse, nec alium ferè quàm falsum & mendacem, fraudulentum, iniquum, pernicioſum sermonem protulisse, aliis nocendi artem, verbo, reque, non cum lacte tantùm suxisse & ab incunabulis, verùm etiam ab ipsis viscèribus maternis, propter ingenitam proclivitatem ad malum; & quia prævidit jam inde, immo & ante omnem æternitatem, Deus, improba futura istorum opera. Sic Græci omnes, confirmantes exemplis tùm Pharaonis, tùm Jeremiæ; quos Dei præscientia non tales fecit, illum malum, hunc bonum: sed quod futurum erat, Deus præscivit. Consentiunt Latini post Hilarium Augustinusque. Simile in Esau exemplum dat & in Jacob *h*, quamvis applicant in genere ad quoscumque peccatores, tum verò ad Hæreticos qui à vulva uteroque alienentur ac errent Ecclesiæ, in qua sola veritas est, extra quam qui sunt, loquuntur falsa. Quod item Euthymius insi-

Deus quod futurum est præscit, & tales aut tales præscientia nos non facit.

h Gen. 25. 25. Malach. 1. 2. Rom. 9. 13.

Loci applicatio.

insinuat. Alii etiam de Judæis accipiunt, ut Ruffinus & Philo Carpathius *a*, aberrantibus à lege atque à scriptura, & à fide Christi, & ab exemplo moribusque Abraham & Saræ, ut ait Arnobius & Hugo, præterea in Geneſin *b* Gloſsa Interlinearis, Eucherius, Rupertus, ſub typo Eſau. Eodem referri poteſt quod ſcribit Auguſtinus *c*, Judæos erraſſe à ventre, ideſt, à lege, quæ à Chriſto gravida erat; ideoque Joannem jam inde ab utero matris prophetaviſſe ac teſtimonium perhibuiſſe de lumine.

Diſtinguunt aliqui, ut Beda, alienatos ab utero, qui noluerunt concipi & includi Eccleſiæ utero; errantes à vulva, qui veluti abortivi latera matris Eccleſiæ graviter errore ſuo concutiendo exierunt. Sunt etiam qui de originali peccato accipiant, *alienationem ab utero; errorem à vulva*, de peccatis poſt Baptiſmum. Sic Pampolitanus & Treyetus: Nyſſenus *d* de originali. Bruno Carthuſianus *alienatos* ait *ab utero & erraſſe à vulva*, qui noluerunt credere Chriſto, quia hominem videntes in utero valvaque conceptum, aliorum hominum putabant more, ac proinde non credebant Deum eſſe. Rurſus Hugo utrumque ad Prælatos malos accomodat, qui quum adhuc eſſent tamquam infantes, alienati erant errabantque; ſed hypocritæ erant, vel quoniam ab utero patientiæ Chriſti, cujus Vicarii ſunt, vulvaque miſericordiæ, alieniores ſunt. *Item errorem ab utero*, vult eſſe peccatum gulæ, ut ſit Deus venter contra naturam: alienationem à vulva aut quamlibet fornicationem. Vel eſſe peccata quæ quis diſcit à parentibus ac imitatur, ut quinquennis, de quo Gregorius in Dialogis *e*. Georgius Venetus *f* prædicatorem dicit *alienari à vulva*, quæ pietatem ſignificat, qui lucrum quærit pompamve, non amorem Dei proximique: *errare ab utero*, qui aliunde ſumit quæ prædicet, quàm ab utero matris Eccleſiæ, id eſt, à ſacris libris, & Sanctorum ſententiis. Non obeſſet expoſitioni de originali peccato, ut objicit Janſenius, quod in utero contrahatur. Nam *ab utero* idem poteſt eſſe quod jam inde ex quo formatus eſt in utero.

Sed ad litteram, licet hunc locum præter id quod initio dixi, interpretari ex communi uſu loquendi per exaggerationem, quum peſſimum quemque veluti à natura talem factum videri affirmamus, & quaſi *naturalem* ut Sapiens *g* loquitur, *malitiam* ejus, & *trangreſſorem ab utero* vocari *h*, non ob vitioſam tantum naturæ pronitatem ex craſi conſtitutioneque corporis: meritoque cum beſtiis comparandam, quarum ſubditur hic mox comparatio. Aliter adhuc litterali ſenſu declarat non improbabiliter ſanè Agellius, ut ſignificet David pati ſe perſecutionem ab illis ipſis qui ex eodem veluti utero prodierant, & conſanguinei, cognati, contribules erant, quales Ziphæi, & in Saulis aula non pauci, qui animo voluntateque abalienati ac degenerantes à naturali conditione & affectu, falſos de ipſo ſpargerent apud Saulem ſermones rumoreſque. Hos ſpalmo 53. *i*, & 17. *k*, jam *alienos* appellaverat. Vitandi porro Genethliaci, quibus addicti nimis Judæi, ut Rabbi Salomon apud Lyranum, hunc explicant locum, ita, ut nonnullos hic putent ſignificari ab ipſa conceptione & nativitate ſecundùm fatalem naturalemve quamdam neceſſitatem ad vitia deſtinatos. Cavendus Origenes *l* quum animas exiſtentes ante corpora, prius peccaviſſe ſentit, ac propterea immiſsas in corpora. Nec eſt verum ſtare ſecundùm litteram non poſſe, ut ipſe contendit *m*, quod hic dicitur *alienatos à vulva*, & *errantes ab utero locutos falſa*, quaſi parvuli peccatores (quam difficultatem vidit etiam Hieronymus *n*) ſtatim ut de vulva ejecti ſunt, mendacium loquantur. Non loqui intelliguntur quo tempore loqui poſsunt, ſed ideo quia ab utero contraxerunt proclivitatem ad mentiendum, ſicut & ad alia peccata perpetrandum. Idem verò Hieronymus *o*, abutentibus hoc & ſimilibus locis, ad probandum, natura hominum per ſe diverſas: eorum qui ſalvantur, bonam; qui pereunt, malam, reſpondet id quod jam dictum eſt, oriri diverſitatem ex præſentia Dei, ut quem ſcit juſtum futurum prius diligat quàm oriatur (etſi revera dilectionis & electionis cauſsa prima non ſint juſtitiæ opera ejus, ſed beneplacitum voluntatis Dei) & quem peccatorem oderit (reprobationis cauſsa ſint mala opera & peccatum) antequam peccet.

Alienati ſunt peccatores à vulva, erraverunt ab utero.) Nyſſenus *p*, appellat *lamentationis* vocem, qua deploret David peccatores, qui aberraverint à matrice benignitatis ac bonitatis Dei, a quo facti eramus, *ad imaginem & ſimilitudinem ipſius q*: *finxerat*, ſeu fingere volebat, *ſigillatim corda noſtra* r, *nutrire* ac *exaltare* tamquam *filios* ſ. Sic autem inducit cum interrogatione Davidem loquentem; *quomodo alienati ſunt peccatores à vulva?* &c. non ita legit, ſed ita fingit Prophetam loqui. Videntur ſynonyma hic eſſe vulva uteruque, quamvis Plinius *t*, uterum velit eſſe in mulieribus noſtris, vulvam in brutorum fœminis: quaſi videlicet dicas *bulgam* (etſi malunt alii tamquam *vulvam* à volvendo, quod & fœtus involvatur) quam de mulieribus quoque uſurpant *u*: & idem Plinius *x*, aſinæ tribuit uterum, Idem cenſendum de μήτρα & γαστήρ; atque de רחם *rechen* & גבון *beten*, ſynonymicè nimirum accipi, etiamſi diſcrimen aliquod propriè exiſtat, ut ſit uterus γαστὴρ, כטן *beten*, pars amplior & viro etiam communis, quem dicimus etiam, *ventrem*.

Alienatos à vulva poſſumus, præter illa quæ dixi- B mus, intelligere quodammodo infanos, amentes, furioſos. Nam ſtatim additur, *furor illis ſecundum ſimilitudinem ſerpentis*, &c. Exemplis auctorum Latinorum Roa *y* noſter demoſtrat Latini vocabuli acceptionem iſtam. Julius *z* Firmicus unà conjungit *alienos, delirios, cardiacos, phreneticos*. Eodem ſenſu ſumi *vitis aliena* a poteſt: & *alienatio*, quam *operantibus iniquitatem* b, Job eſſe ſcribit; & *alieni*: non ſolum ex pſalmo 17. *c*, & 53. *d*, de quibus paullo antè monui, ſed ex 18. *e*, etiam, ubi orat David, ut *ab alienis* parcat Deus, ideſt, ut ibi expoſuimus, à perverſis & ſævis, qui furenter & alieno à ceteris more, pluſque quàm ſoleant alii, ſæviunt, quaſi abalienata mente & afferata. Poſtremo *alienatio à vulva errorque ab utero*, juxta eos quos prius dixi modos, præſertim de innata propenſione ad malum, illuſtrari adhuc poteſt verbis illis; *Videns Deus* f, *quod cuncta cogitatio cordis* (*hominum*) *intenta eſſet ad malum omni tempore*: præterea g; quod *ſenſus & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua*. Pravam hæc ultima indicant inclinationem, *pravum*, cum C Jeremia *h*, *cor hominis*, incumbentis in malum: prima etiam, actum, factumque, ut quæ dicta vidimus pſalmo 5. *i*, & 13. *k* hominum plurimorum plurimùm ac fere ſemper mala cogitantium, dicentium, facientium; quam vis tamen deberent poſſentque abſtinere. E contrario ajebat Job *l*, *Ex utero matris creviſſe ſecum miſerationem*, *& de utero matris egreſſam ſecum*. *Magnum beneficium ſortiri animam* m *bonam principium virtutis indoles bona* n: *electis quum foris ætas corporis; intus, ſi dici liceat, creſcit ætas virtutis* o; *portantur ab utero Dei, geſtantur ab ejus vulva* p: *ex utero recordatur Deus nominis* q, eorum; *ſegregat* r, aliquando *ſanctificare* ſ: *projiciuntur inde in eum* t: *indidem protector ipſorum eſt* u. Dedecet degenerare à tali vulvam uteroque, nec *attendere unde exciſi ſimus* x; oportet adeo nobilis ac benignæ matris rationem habere, quæ cum dolore peperit, ſollicitè educavit: gemit in ſuorum jactura: deſeritur a multis filiis: exaggerantur hæcà Philippo Grevæo *y*. Tandem huic formulæ parœmiali ſimiles apud Latinos illæ, *a cunabilis, a teneris, unguiculis*; *cum nutricis lacte*. Apud Græcos, ἐκ σπαργάνων. *Errare* etiam *ab utero* dicaretur aliter *naturalem* eſſe *malitiam* z, ut dixi, quod Seneca *a* dixit,

ne mali ſiant, times? ---- Naſcuntur.

Locuti ſunt falſa.) Hieronymus, *loquentes mendacium*: ſicut & Symmachus juxta participium Hebræum דברו *dovere*, ὁι λαλοῦντες ψευδῆ, non falſa tantùm, ſed locuti ſunt mendacium; quia contra mentem. Nam etiamſi foris verba loquerentur, ut initio pſalmi dictum eſt, attamen non verè, & ex animo, quoniam non rectè judicabant, nec facta orationi reſpondebat. Quem nunc laudabant Chriſtum Judæi, poſtea vituperabant, & falſis criminibus damnabant, gloriantes patre Abraham *b*, non attendebant ad eum *c*; nec quod ille, faciebant *d*. *Filii alieni mentiuntur Deo* e, & reluctante conſcientia, rationiſque dictamine peccando mendaces ſunt; hocque pacto quivis peccator non tantum ignorans, & imprudens, ſed *mendax* etiam dici poteſt,

ac *ex*

a in C ant.

b c. 25.

c ſerm. 20. de Sanct.

Diſtinctio *alienatorum ab utero, & errantium à vulva.*

d tract. 2. in pſ. c. 15.

Ad Prælatos malos accomodatio.

Prædicator *alienari a vulva, errare ab utero* qui dicatur *e l. 4. dialo. c. 18.*

f in probl. ſcript. tom. 3 in 417.

Litteralis interpretatio.

g Sap. 12. 10.

h Eſ. 48. 4.

Agellii non improbabilis expoſitio.

i verſ. 1.

k verſ. 46.

Cautio adhibenda in lectione hujus loci. Judæi nimis addicti Genthliacis. Item circa Origenem, hoc loco.

l Periarchon & innuit illum Hier. in c. 3. ad Gal.

m Hom. 1. in num.

n in c. 8. Eccleſ. & in c. 1. ad Galat.

Abutentes hoc loco ad probandum naturas hominum per ſe diverſas: eorum qui ſalvantur, bonam: qui pereunt malam, Reſponſio iis facta.

o in c. 1. ep. ad Galat.

p tract. 2. in Pſ. 15.

q Gen. 1. 26.

r Pſ. 32. 15.

ſ Eſ. 1. 2.

Vulva & uterus ſynonyma interdum diſtincta.

t lib. 11. c. 37 Vulva in brutorum fœmininis.

u Lact. l. 21. Satyr. Uterus aſinæ attributus.

x lib. 8. c. 43.

Alienati à vulva, qui etiam intelligi poſsint.

y l. 1. ſing. c. 12.

z lib. 3. c. 6. Vitis aliena, aliens qui in S. Scriptura.

a Jerem. 2. 21

b c. 31. 5.

c verſ. 46.

d verſ. 5.

e verſ. 14.

f Gen. 6. 5.

g c. 8. 21.

h c. 17. 9.

i verſ. 10.

k verſ. 3.

l c. 31. 18.

m Sap. 8. 19.

n Plutarch. de Homero.

o Greg. 21. mor. c. 12. & 13.

p Eſ. 46. 3.

q Eſ. 49. 1.

r Gal. 1. 13. A vulva & utero Domini, quæ nos portarunt, & geſtarunt, degenerare dedecet.

ſ Jer. 1. 5.

t Pſ. 21. 11.

u Pſ. 70. 6.

x Eſ. 51. 1.

y ſerm. 116.

z Sap. 12. 10.

a in Thyeſte.

b Mat. 3. 9.

c Eſ. 51. 2.

d Joan. 8. 39

e Pſ. 17. 84.

ac *ex patre diabolo* a, qui *mendacii pater* b, est, & exorsus à mendacio parentes primos fefellit c. Gentem peccatricem Etaias d, appellat *filios alienos*. Negat peccator Dominum, dicitque, *non est ipse* e: *contra eum qui redemit*, *loquitur mendacia* f: *derelinquit & blasphemat*, & *abalienatur retrorsum* g.

a Joan. 8. 44.
b Ibid.
c Gen. 3. 4. & 5.
d c. 1. 4.
e Jer. 5. 11.
f Os. 7. 13.
g Es. 1. 4.

Vers. 5.) Furor illis secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas.

Vers. 6.) Quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis sapienter.

Sensus loci.

A Deo insita velutique in alteram versa naturam & implacabilis hostium meorum malitia, & sævitia est, ut nihil à feris distare videantur: tanta in me ardet ira, tam est venenatus ac lethifer illorum furor, quàm est serpentis, & quidem in eo genere nocentissimi crudelissimique. Nam quemadmodum serpens, in-B fensus à natura homini h, non deponit iram, nisi postquam effuderit venenum: & aspis naturali quadam sollertia surditatem procurat aure altera terra affixa, caudaq; in alteram inserta, quum præsentiscit eos adesse, qui excantando efficere velint, ut ponat venenum, & mitescat: sic illi occludunt diligenter aures, nec se redigi ullis verborum blanditiis æquissimaque sinunt apologia, vel efficacissima parænesi ad mansuetudinem, & ut semel conceptam indignationem ac rabiem remittant. *Si mordeat serpens in silentio*, ait Ecclesiastes i, *nihil eo minus habet qui occultè detrahit*. Græcè ἐν ᾠδῇ μυσμῷ, *in non murmure*, ideest, ita ut nulla prosit mussitatio incantatoris, carmenve illius: quasi quæ prodest adversus feras, contra homines non prosit. Quem sensum in commentario dicti libri non attulimus; admitti tamen potest.

h Gen. 3. 15. Aspidis natura & sollertia,

i Eccl. 10. 11.

Non est difficile hæc de adversariorum Christi odio implacabili accipere, ut nullus ejusdem beneficiis, doctrina, monitis, patientia, non proditoris confessione, præsidis importunitate, falsorum testium convictione, C postremò, nullo prorsus quasi medicamento mansuefieri, & à Christi urgenda morte retrahi potuerint, sed obstinatissimè ac irrevocabiliter perstiterint in iniquissima sententia, inque injustissima flagitatione, donec ad exitium perduceretur. Extenditur hoc ad quotcumque in malitia obfirmatos, qui nullum sanis dare consiliis locum velint, sed nolint *intelligere*, *ut bene agant* k.

Ad Christi adversariorum odium implacabile applicatio.

Extensio ad alios.

k Ps. 35. 4.

Furor) θυμὸς, & חכוה *chemach*, vel חטת *chamath*. In Psalterio Romano apud Arnobium, & Cassiodorum, *ira*: apud Augustinum, *indignatio*, *venenum*. Latinè ponitur in Mosis Cantico l, *venenum aspidum insanabile*: ubi etiam est θυμὸν, sed Hebraicè ראש *ros* (quod vertunt alii *caput*) pro *felle* autem est item θυμὸς, & hujus loci Hebræa vox חמה *chemach* aut חטש *chamath*. Rursus in psalmo 139. m *Venenum aspidum sub labiis eorum* חטת *chamat*, ἰὸς: in libro Job n, *Sagittæ Domini in me sunt*, *quarum indignatio* θυμὸς, חטת *chamath*, *ebibit spiritum*. Ubi Chaldaicè *venenum* ponitur; significanturque sagittæ venenatæ, non legi alium auctorem, qui θυμὸς *venenum* dixerit; sed vulgari lingua per *veneni* vocabulum, fervorem, æstum, ardorem iræ, seu excandescentiam, & furorem exprimimus. Nomen Hebræum à calore dicitur: est enim יחם *jacham*, *calescere*, aut *calefieri*. Veneni vis est urere ac inflammare, nasciturque potissimum ubi vel rigor frigoris viget, vel torrens æstu, ut & lethales hærbæ, animaliaque venenata: ut in Libya o & Thessalia p, Ponthoque:

l Deut. 32. 33

m vers. 4.
n c. 6. 4.
θυμὸς pro veneno Luc. lib. 9. Nicander in theriac.
p Virg. eclog. 9.
q Sen. act. 4.
r Galen. 3. de simpl. medic. facult. c. 16. & li. quod anim. mores corporis temperan. seq. c. 3.

Frigida venena non ita lethalia. Aspidis venenum frigidũ ocyssime necans

Eheu, ait Oetæus Hercules q, *quis intus scorpio*, *quis fervida*
Plaga reversus cancer infixus meas
Urit medullas, &c.
Ardet felle siccato jecur.

Sunt & frigida venena, sed non ita ex suo genere lethalia, ut medici tradunt; nisi quantitate: & aspidis venenum frigidum esse, tamen ocyssimè necare r, Fortunatianus s etiam dicit:

Regulus, *atque aspis*, *cedunt quis cuncta venena*.

Aristoteles item t, & Ælianus u, ictum Aspidis vocant ἀνίατον, *immedicabilem*, seu *insanabilem*, sicut ex Mosis Cantico prius referebamus. Unde adagium, δῆγμα ἀσπίδος, *morsus aspidis*, qua de re dixi psalmo 13.*

f de partu virginis. Aspidis & reguli venenũ quale.
t 8. de hist. anim. c. 29.
u 1. de anim. c. 54.

Secundum similitudinem serpentis.) Chaldaicè, *sicut interitus venenum*. Nomen generale serpens est ac ὄφις & נחש *nachas*. Is quo diabolus ad fallendum Evam abusus est x, regulus creditur, aut scytale, aut vipera. Pro ista facit argumentum Delrius y noster, quod quos *ex patre diabolo* Christus Judæos vocat z, idem *progeniem viperarum*, quum facit mentionem de Prophetis quos occiderant, majores eorum nominat a; eodemq; pacto Joannes jam prius *genimina viperarum* appellaverat b; quasi patriflarent, ac diabolum imitarentur *homicidam ab initio* *, in Evæ seductione c, non spernenda penitus conjectura. Sed Valentia hoc loco sentit præcedentis versus verbis, *alienati sunt à vulva*, *erraverunt ab utero*, innui comparationem ex viperino fœtu, qui fracto matris utero creditur egredi: quod an sit verum, disputavi alibi d.

* vers. 3. Quo serpente diabolus ad fallendam Evam usus.
x Gen. 3. 1.
y Ibid.
z Jo. 8. 44.
a Mat. 23. 33.
b c. 3. 7.
* Joan. 8. 44.
c Gen. 3. 4. Viperinus fœtus.

Genera varia serpentum quæ fert Lybia præsertim, Nicander Lucanusque & Isidorus e, enumerant, *aspidem dipsadem*, *hæmorrhoim*, *chersydrum*, *chelydrum*, *cenchrim*, *hammoditem*, *cerastem*, *scytalem*, *amphisbænam*, *natricem*, *parem*, *jaculum*, *presterem*, *sepa*, *basiliscum*, *regulumve*, *solpugam*, *scorpium*, *draconem*, & alia, quæ tamen exactè loquendo in serpentibus censeri non deberent, ut Ulysses docet f, Aldrovandus.

d in Act. c. ult. v. 3. Varia serpentum genera.
e 12. orig. c. 4.
f Prologo in libros de insect.

Rectè Hugo *furorem* appellat; respuere verbum Dei, ægris medicinam g, cæcis lumen h, famelicis panem i: sitibundis vinum k: infrigidatis ignem l; impugnatis clypeum m: desolatis consolationem n: *Maledictus furor* hìc, *quia pertinax*: & *indignatio*, *quia dura* o.

Respuere verbũ Dei rectè furor appellari potest.
g Sap. 16. 12.
h 2. Pet. 1. 19.
i Deut. 8. 9.
k Zach. 9. 15.
l Jer. 23. 29.
m Pro. 30. 30.
n Rom. 15. 4.
o Gen. 49. 7.

Sicut aspidis surdæ, & *obturantis aures suas*.) Legit Hieronymus, *reguli surdi obturantis aurem suam*: & aliquando p Lxx. eamdem vocem פתן *pethen*, quæ hìc est, vertunt βασιλίσκου & ἀσπίδα, pro שחל *sciahal*, qui ab aliis *leo* redditur, si derives à פתח *pathach*, si diceretur quod minimè se persuaderi sinat, & περὶ δεδαυ.

p Ps. 90. 13.

Natura aspidis.

Testatur Nyssenus q tali natura præditam prodi aspidem à physiologis, ut ira turgens & inardescens, faucibus spiritum comprimat, nec emittat, utris instar, ob spiritus receptionem intumescat; itaque fieri, ut omnia inefficacia & inutilia sint quæcumque sapientes ad demulcendam & deliniendam ipsam excogitant. Apollinarius etiam ait, quod ira obturat aures aspidi:

q Tract. 2. in Ps. 15.

Solertia.

ἀσπὶς ὅπως κωφὴ τὴν περικόπτης ἔσατ' ἔαυσεν,
Aspis ut surda cui ira aures obturavit.

Illud quod antea dicebam de aspide allidente aurem unam terræ, & de cauda obturante alteram, Augustin. memorat & Arnobius, Cassiodorus, Ruffinus, & posteriores enarratores Latini: Græci namque non exprimunt: de nostris Latinis id etiam scribit Isidorus r Pelusiota: ex recentioribus autem etiam Mercurialis f: & de nostris à me, dum perfectum Commentarium t relego, in adagiis sacris Delrius, qui multa congerit: sed apud profanos auctores qui diligenter de animalibus scribunt, non reperio. Quod addit circa *obturandi* verbum Cassiodorus, dubito ut sit verum tractum esse à sacerdotibus, qui aures suas thure replebant, ne peregrinis verbis intercedentibus confusa carminum memoria turbaretur. At nec festo credo componi ex particula (*ob*) & Græca voce δύρα, quæ *portam* significat. Quidquid sit tùm de hujus verbi etymo, tum de aspidis dictæ proprietatis modo (quem videntur Faber ac Titelmanus negare) de illa secundùm rem ipsam credi debet divinæ scripturæ, scilicet quod aspis aures obturet: fortassis autem quoties de *obturantibus aures* hominibus faciunt mentionem u, vel *aggravantibus* x, vel *indurantibus* y, *vel declinantibus* z, vel *avertentibus auditum* a vel *sepientibus aures*, *seraſve imponentibus* b, ad eamdem proprietatem respexerunt. Simili exemplo ad Stephani verba Judæi *aures continuerunt* c: pejores, ut ait Augustinus d, *aspide*, *quoniam de caverna obstinationis educi se passi non sunt*. Imitanda hac in parte aspidis sollertia, & aures cera obturandæ, quod facere iocios Ulysses imperavit, adversus Sirenarum lethaliumque blanditiarum cantiones: verum aperiendæ ad salubria divinaque monita: quoniam

12. orig. c. 4. serm. 13. in ps. 90. in c. 10. Matth.
r lib. 1. ep. 38 & 2. de vera tom. 2. Adag. 74.

Obturandi verbum unde.

Aspidis sortis aures obturandi negata.

u Pro. 21. 13. Eccl. 27. 15. Es. 33. 15. Zach. 7. 11.
x Es. 6. 10.
c. 59. 1.
y Jer. 7. 26.
z Prov. 28. 9.
a 2. Tim. 4. 4.
b Eccl. 28. 29.
c Act. 7. 56.
d hoc loco & serm. 93. ac 44. de diversis.

Invi-

Aspidis ſolertia quando imitanda.

Invidus a, *iracundus*, *iners*, *vinoſus*, *amator*,
Nemo adeo ferus eſt, qui non mitescere poſſit,
Si modo cultura patientem accommodet aurem.

a *Hor. lib. 1. ep. 1.*

Idcirco vociferans Chriſtus *b* hortabatur, ut qui *haberet aures audiendi*, *audiret*; idque in ſuarum ſcriptione revelationum Joannes inculcat *c*. Obturat malè aurem, affigendo terræ, qui terrenis nimium afficitur; & cauda, qui contraria ſaluti verba excipit; quoniam *propheta docens mendacium ipſe eſt cauda d*, aut non ad anteriora, ſed ad poſteriora & præterita convertitur *e*; de quibus deberet erubeſcere *f*, non *reſpicere retro* g, & ad ea *quæ videntur* h; & corde redire in Ægyptum, ut Auguſtinus obſervat, & alii poſteriores eo: aut qui bonam in malis intentionem prætendit, ac veluti fœditatem regit: aut aſſeclas aſſentantes habet, ut notat Hugo: aut qui, ut ſcribit Bernardus *i*, ſapientiæ vacat terrenæ, & propriæ inhæret voluntati, ad ſeipſum omnia reflectens, & ad id quod adipiſci deſiderat: aut, ut ait Vitalis *k* Cardinalis, caudam in aurem immittit, qui ſibi vitæ promittens longitudinem diuturnitatemque, pœnitentiæ ſermones non admittit. Adde, qui etiam cum morte omnia perire credunt, nec futuram vitam reſurrectionemque concedunt. *Quis ſurdus*, ait Deus *l*, *niſi ad quem nuntios meos miſi?* Petrus *m* Berchorius præter hanc in deteriore parte tropologiam; obturari aures in bono ſenſu docet, tùm terra, ideſt propriæ vilitatis cogitatione, tùm cauda, hoc eſt, memoria finis extremi mortiſque.

b *Matth. 11. 15. c. 13. 9. 43*

c *Apoc. 2. 7. 11. 17. 27. c. 3. 6. 13, 22. c. 13. 9.*

d *Eſ. 9. 15.*

e *Pſal. 3. 14.*

f *Rom. 7. 21.*

g *Luc. 9. 62.*

h *2. Cor. 4. 18*

i *ſerm. 13. & 14. in pſ. 90.*

k *in ſpeculo morali ſcriptura, verbo, Confeſſio.*

l *Eſ. 42. 19.*

m *reductor moral. lib. 19 c. 9.*

Eadem phraſis in bono ſenſu

Porrò quoniam aſpis cognominatur hìc ſurda, ſimulque obturare aures dicitur, putant aliqui *n* non obturare aures ut non audiat, quum ſit naturaliter ſurda; ſed ut vim incantationis declinet. Hoc non reperio apud Phyſiologos; & ſequentia hoc loco verba inſinuant incantari aſpidem, quod certè fit prolato & exaudito ſono: & non video qua ratione per incantationem, quod iſti dicunt, extrahatur aſpidi venenum, ita ut præ dolore ſeſe contorqueat, & in gyrum circumvolvat; inſerens caudam in aurem, & alteram affigens terræ, ſi ſurda penitus eſt.

Aſpis quomodo ſurda cognominatur, & obturare aures dicitur.

n *Petrus Valderana (citans Camera, de animal.) p. 2. exercit ſerm. 4. poſt Dom. 4 Quadrag.*

Duplex demùm ſupereſt notandus canon pro intelligendis ſcripturis. Alter Hieronymi *o*, eſt; vitia noſtra cum vario genere beſtiarum comparari, & in improbi corde tamquam in parietibus templi, quod Ezechiel *p* vidit, idola imagineſque brutorum plures depictas cerni, nullumque hominum eſſe qui aliquam imaginem non habet ſive peccati, ſive ſanctitatis, ut ita intelligatur perambulare homo, aut *pertranſire imagine* q.

Duplex canon notandus pro intelligendis ſcripturis.

o *in cap 8. Ezech.*

p *c. 8. 16.*

q *Pſ. 38. 7.*

Alter Auguſtini ac Ruffini pertinet ad id, quod ſubditur poſtea de incantatore ſapiente: de rebus non laudandis trahi ſecundùm quemdam modum ſimilitudines in ſcripturis divinis. Affert Auguſtinus alia exempla in *judice iniquitatis* r; in pigro, qui *tres panes* amico dedit, non propter amicitiam, ſed tædio victus *ſ* & in pugillari arte *t*, nec deeſſent plura quæ afferri poſſent cum Cantapetrenſi *u*. Huc ſpectat quod Baſilius, Theodoretus, Euthymius, notant, *καταχρηστικῶς* vocari *σοφὸν* ipſum incantationis artificem ſeu veneficum.

r *Luc. 18. 6.*

ſ *c. 11. 8.*

t *1. Cor. 9. 25*

u *lib. 10. hiſtor. regula 47. quæ etiam lege lib. 7. c. 1.*

Quæ non exaudiet vocem incantantium & veneficii incantantis ſapienter.) Hieronymus, *ut non audiat vocem murmurantium, nec incantatoris incantationes callidas*. In Bibliis Complutenſibus, & Regiis, præterea in Pſalterio Romano, & apud Caſſiodorum atque Petrum *x* Damianum, *& veneficia quæ incantantur à ſapiente*. Hilarius, *medicamentis medicatis à ſapiente*. Auguſtinus, *& medicamenti medicati à ſapiente*. Rurſum Hieronymus, *y*, *& veneficii medicantis ſapienter*. Græcè ſic eſt, *φαρμακῆ τεφαρμακευομέ νη παρά σοφῦ*. Quidam obliquum primi vocabuli caſum *φαρμακῆ* ſumſerunt à recto maſculino *φαρμακὸς*, qui & *φαρμακεὺς veneficus*, *magus*: atiqui à neutro *φαρμακον* tùm *medicina*, tùm *venenum*, & in malam accipitur partem quum ſit, Gellio *z* teſte Cajoque Juriconſulto *a*, ſicut & veneficus *tinctorem* quoque ſignificans, mediæ ſignificationis nomen. Nonnulli legerunt *φαρμακεῦται* verbum paſſivum. Sed LXX. ſine dubio legerunt eo quem dixi modo *φαρμακῆ τε*; ſequens autem participium *φαρμακευομένη*, refertur ad aſpidem quæ incantata dicitur: & pro *παρὰ σοφῦ* legit forſitan

x *lib. 1. ep. 15*

y *in c. 3. Eſ.*

a *lib. 12. c. 9.*

a *de verbo ſignificat.*

A Latinus Interpres *σοφῦς*. Verſio Aquilæ eſt *ἐπαοιδὴν ἐπαοιδῷ σεσοφισμένῃ*, *incantare incantationem docti*: Theodotionis, *φαρλάκῃ φαρμακευομένῃ παρὰ σοφῷ*, *medicamenti medicati à ſapiente*. Symmachi, *ἐπᾴδῃ ἐπῳδῷς σεσοφισμένῃ*, *incantatoris incantatione docti*, vel Theodoreto teſte, *ἐποῖ ἐπῳδαῖς σεσοφισμένῃ*, *incantatoris incantantibus docti*. V. editionis, *φαρμακεύσα*, nimirùm *ἀγπὶς*, *φαρμακῆς*, *medicata* (tamto paſſivè participio) *medicamenta*, ita ut etiam *φαρμακὸν* ſint idem quod *φάρμακα*. Apollinarius vocat *φαρμακόεν ἀλκαρ*, *medicatum remedium*.

Murmur ac muſſitationem incantatoribus uſitatam participium Hebræum מלחשים *melachaſcim* importat, non ſine paronomaſia ad נחש *nachas*, quo nomine vocatur *ſerpens*, à verbo לחש *lachas*, quod uſurpatur etiam de exorciſta, vel de quævis arcana ſeu conſilia tractante, ſubmiſſa voce. Quæ Hebraicè ſequuntur הונך הכרים habentur etiam in Deuteronomio *b*, ſeu in ſingulari חונך חכר *chover chaver*, *incantans incantationem*, *ἐπῳδῶν ἐπαοιδῷ*. De ferarum incantatione mentio præterea eſt apud Jeremiam *c*; *Ecce ego mittam vobis ſerpentes regulos*, *quibus non eſt incantatio*, *& mordebunt vos*: Græcè *ἐις ὃκ ἐστιν ἐπᾴδαι*, *à quibus non eſt evellere*. Marſos, Pſyllos, Ophiogenas, Troglodytas, & alios, excantandi arte valuiſſe prodidit Plinius *d*, Luciliuſ *e*, Pomponiuſ *f*. Ariſtoles *g*, Plato *h*, Virgilius *i*, Ovidius *k*, Tribullus *l*; Lucanus *m*, Silius Italicus *n* & alii: qua de re quoque dixi in commentario Eccleſiaſtæ *o*, ac differit Delrius *p* noſter. Negari non poteſt id fieri, ut præ ſe fert Franciſcus Valeſius *q* & Turnebus *r*, ſed tantùm virtute verborum carminiſve. Nec aliter negare intelligendus hoc etiam loco Hilarius, quum ait non hìc Marſorum cantus, & conſopita viperarum ſibila memorari, quia hæc eadem majore cum energia per fidem nominis Dei, virtutemque torpeſcunt, ſed illam contumacem atque inſolentem antiqui ſerpentis inobedientiam adverſum Sanctorum cantus, & medicata à ſapiente medicamina obſurdeſcentis. Quum majorem aſſerit illam energiam divinam, indicatam promiſſo videlicet Chriſti, *ſerpentes ſtollens*; inſinuat nonnullam in incantatione, non quidem per ſe efficacem, ſed ex pacto cum malogenio, qui tali veluti teſſera data advolet, ſerpenteſque vel exarmet, vel conſopiat, vel enecet. Docet Auguſtinus * diſertè non audire ſerpentes & intelligere verba incantantium, ſed illic diabolicam vim operari. Certè non habere vim veneficia, non ſolum noſtri docent Auctores, Hiſtoriæque Chriſtianæ adeò multæ, præcipuè de Cypriano & Juſtina, ſed ethnicus quoque vetus poeta Afranius *s*:

b *c. 11, 11.*

c *c. 8. 17.* Paronomaſia.

d *lib. 28. c. 2 & 3.*

e *in Satyr. apud Nonium in coluora.*

f *in pictoribus.*

g *de admir. audit.*

h *in Eucly. domo & 2. jacep.*

i *ecloga 8 & Æn. 7.*

k *7. metam.*

l *lib. 1. eleg.*

m *lib. 6. & 9*

n *lib. 3.*

o *in c. 10. v. 11.* Excantandi arte qui valuerint.

p *2. diſquiſ. magic. q. 3. & in Medeam Senecæ actu 4. num. 6. 5.* Excatandi ars negari non poteſt.

q *Sacra phyſiologia c 3.*

r *lib. 15. cap. 5. li. 10. c. 14.*

ſ *Marc. ult. 18:* Incantatio ex pacto cũ malo genio

* *11. Gen. ad lit. c. 17.* Serpentes non audiunt nec intelligunt verba incantantium Veneficorũ vis irrita.

t *apud Nonium.*

Si poſſent homines delinimentis capi;
Omnes haberent nunc amatores anus.
Ætas (juvenilis, mediaque) *& corpus tenerum, & merigeratio.*
Hæ ſunt venena formoſarum mulierum.

Nec id negari poteſt, cicurari ac manſuefieri aſpides, ut feras ceteras; qua in re valet plurimum, inopia nutrimenti eas premere atque macerare, ut ſcripſit Agatharchides *u*.

Cicurantur & manſuefiunt aſpides, ut feræ ceteræ.

u *lib. 1. de mari rubro c. 41. apud Photium in biblioth. nu. 742.*

Ad allegoriam illam ab Hilario traditam de antiquo ſerpente, qui obſtructo deſæviat auditu, etiamſi quotidie illi ne fallat, ne ſubrepat, ne mordeat, ſed divini nominis denuntiatione mandetur, accedit tropologia quam idem indicat, de illis, qui quod non obediant Evangelio, *natio viperarum* nominetur. Hoc alii de omnibus affirmant, non tantùm Judæi, & infidelibus, qui Chriſtum & Apoſtolos, Apoſtolicoſque audire Prædicatores detractaverunt, ſed quibuslibet peccatoribus qui ſe adversùs recta ſuggerentes ac monentes, eodem gerant modo, eadem ſint pervicacia. Continentium aures ad Stephani ſermonem *x*, retuli priùs exemplum. Tales præterea quos *tuliſſe* Chriſtus dixit *y*, *clavem ſcientiæ*, nec tamen introiſſe, ſed & eos qui introibant, prohibuiſſe: tales qui dicunt Deo, *Recede à nobis*, *ſcientiam viarum tuarum nolumus* z: quique pulſanti non reſpondent: tales *qui corde peſſimo quum ſint, fruſtra tantantur illis carmina* a, & acrius indignantur.

Allegoria de antiquo ſerpente.

Tropologia

x *Act. 7. 37.*

y *Luc. 11. 31. Matt. 23. 13.*

z *Job. 21. 14.*

a *Pro. 25. 20*

Adhortator & Eccleſiaſtes Chriſtianus qui ſcitè ſungatur officio ſuo, *prudens eloquii myſtici*, nominari poteſt

apud

apud Eſaiam *a*, ut Symmachus etiam vertit: Aquila vero *ſuſurratorem*. Theodotio *incantatorem*, ſed Lxx. auditorem; Hebraicè גבין לחש *banon lachas*. *Incantator in Eccleſia eſt*, ait Hieronymus *b*, vir eruditus, & exercitatus tam in lege, quàm in Evangelio & Apoſtolis, qui poſſit ſingulas animi perturbationes ſua ſanare doctrina, & ad ſtatum mentis reducere; dum & ſcortator recipit caſtitatem & ganeo frugalitatem, & quondam avarus dat eleemoſynam. Subdit, *Eventila omnes* Judæorum ſynagogas, & nullum poteris invenire doctorem qui ſancta præcipiat, & contemtis divitiis lectandam doceat paupertatem. Tum prolato hoc loco noſtro: *Omnis*, inquit, ſermo Apoſtoli contra ſerpentes & aſpides incantatio eſt; quem non exaudiunt peccatores, & hæretici, quia claudunt aures ſuas ne audiant veritatem.

a c. 33.

Incantator in Eccleſia Dei qui ſic dicatur.

b ibid.

Non eſt ad rem quod morali quoque ſenſu affert Hugo de *Venefico*, ut ſumitur pro tinctore. Illud potiùs, quod pollicetur Deus *, fore ut *delectetur infans ab ubere ſuper foramine aſpidis, & in caverna reguli qui ablactatus fuerit, manum ſuam mittat* (accepta poteſtate *calcandi ſuper ſerpentes, & ſcorpiones omnemque inimici virtutem* c, & *conterente Satanam Deo ſub pedibus noſtris* d,) quia *repletur terra ſcientia Domini, ſicut aqua maris operientes* e. Adversùs adeò procacem ſpiritum opos oratione & jejunio, tamquam adverſus peſſimum genus dæmoniorum *f*, obſervat Bernardus *g*. *Orabo* inquit, pro eo, humiliabo in jejunio animam meam, baptizabor pro mortuo, uberrimo quodam profluvio lacrymarum, apud quem viderim nihil humanæ incantationis quamlibet ſapientiam, nihil quantamcumq; admonitionis induſtriam prævalere, *non capit in iſtis h ſermo divinus: ex Deo non ſunt quia non audiunt* i. Verùm ſi ille ipſe ſapiens incantator adeo deſipiat, ut ſe decipi ſinat & percuti, *quis miſerebitur ejus k*, τίς ἐλεήσει quod alii tamen reddunt, *medebitur*, ut *& omnibus qui appropiant beſtiis?* notavit hoc Petrus Damianus *l*. Nazianzeni verò Scholiaſtes *m* Elias, quia eſt hic articulus (τῷ) arbitratur diabolum deſignari, qui ſub ſerpentis forma decepit mulierem *n*: deinde etiam Judæos, qui blandis Chriſtum verbis alloquebantur, quem crucifixum volebant: poſtremò, quoſvis alios utentes ſubdolis colloquiis.

* Eſa. 11. 8.

c Luc. 10. 19. & ad Rom. 16. 20.

e Eſ. 11. 8.

f Mat. 17. 21.

g Serm. 13. in pſ. 90.

h Jo. 8. 37.

i ibid 47.

Deſignatio diaboli qui ſub ſerpentis forma decepit mulierem: itè Judæorum, & aliorum.

k Eccl. 12. 13.

l lib. 1. ep. 15.

m in orat. 1928.

n Gen. 3. & ſeq.

Verſ. 7.) DEUS conteret dentes eorum in ore ipſorum: molas leonum confringet DOMINUS.

Senſus loci.

INolita obſtinataque malitia cum aſpide prius comparata inflictionem gravis ac ignominioſæ meretur plagæ. Deus ergo ſævitiam ferocientium adverſariorum franget, qui quaſi peſtiferis dentibus diſcerpere nitebantur; dentes ipſos comminuet, & quidem morales leoniorum hominum, ut nocere ac lædere nequeant in poſterum. Ab hoc verſu per aliquot ſequentes alios præclaris quatuor comparationibus explicat exprimitq; Vates hoſtium ſuorum interitum, quarum prima hic eſt ex contritis dentibus, confractiſque molis leonum.

Loci applicatio.

Facilis applicatio ad inimicos, & perſecutores Chriſti Eccleſiæque, & quorumlibet juſtorum.

Mala Judæorum diſtinctè enumerata.

Diſtinctè hìc Hugo enumerat mala Judæorum confutationem eorum: minarum contritionem: annihilationem potentiæ gloriæque: comminationem Dei niſi convertantur: captivitatem: accumulationem peccatorum: excæcationem abſorptionem à peccatis: Valentia recenſet contritionem poteſtatis: annihilationem ſtatus: infirmitatem ac defectum: conſumtionem: combuſtionem Inferni: ne filiorum ſeu poſterorum creſcant pernicioſa deſideria contra Chriſtianos, & compleantur. Redigit Ayguanus ad quatuor pœnas, ut oſtendantur mendaces: per orbem diſpergantur: lumine priventur: crementur æterno igne. Repetenda, quæ dixi ad verba Pſalmi 3. *o*. *Quoniam tu percuſſiſti omnes adverſantes mihi ſine cauſſa* (ex Hieronymo, *omnium inimicorum meorum maxillam* לחי *lechi*) *dentes peccatorum contriviſti*. Qui ex ſuomet judicantur ore *p*, & propriis convincuntur reſponſis, quemadmodum aliquoties convincit Judæos impoſuitque ſilentium Chriſtus, ut de cenſu Cæſari dando, de Baptiſmo Joannis *q*, de Chriſto filio David, de duobus quibus fœnerator debitum dimiſit *r*; de judicio adulteræ *ſ*: his *in ore ipſorum dentes* dicuntur *conteri*; *molæ* autem *confractæ* deſignant liberiores & apertiores acculationes, atque poſtulationes ad mortem, quas exiſtens à morte inferique idem Chriſtus caſſas ac irritas reddit. Sic Auguſtinus, & poſteriores Latini. Nihil rectius hæreticos facere ſcribit Ambroſius *t*, quàm quod ipſi ſuo ſe ore condemnant: & *molas leonum* vocat Hieronymus *u* dogmata perverſa intus latentia, quæ non videntur, ne facilè vitentur. Convinci dicit Auguſtinus *x* hoc loco ſui temporis hæreticos Maximianiſtas, qui hæreticos alios excludebant ab Eccleſiis, prolata lege Imperatoria, qua id fieri jubebatur, quum tamen ſecum ita agi quererentur, ſecundùm legem eamdem. Adhibet ſimile Bredembachius exemplum Lutheri, qui de Thoma Muncero hæretico hæreticus Senatum Mulchuſianum admonuit, ut interrogaret quis ei docendi munus commiſiſſet: ac, Deum, reſpondenti, præciperent id ſigno aliquo manifeſto doceret; ſi non poſſet, repudiaretur, nam lex eadem cadit in Lutherum: ſed & in hæreticos alios quoſcumque.

r Luc. 7. 47.

ſ Joh. 8. 3.

Dentes in ore conteri: mala confracta.

Quid deſignent.

t Ep. 81. vel 7. ad Syricium Papam.

u Molas leonum quid vocet Hier.

x in c. 1. Joelis.

De Luthero & Thoma Muncero hiſtoria.

Dentes etiam innuere poſſunt cum *molis*, ut Euthymius obſervat & Beda, minores majoreſque, minus ac magis potentes: vel illi, aſpidem; quæ infixis perit dentibus, (etſi quoque quam ptyadem vocant, exipuendo:) hæ leonem, a quo *leonini* quoque quidam *dentes* cognominatur: hoc eſt, tum clam & blandè, tùm palam, ac ſævius lædentes. Cyrillus Alexandrinus *y* aptat hæc dæmonibus, poſtquam Chriſtus eos, & quæ ſunt illorum, funditus perdidit, & prædam ipſis de terra abſtulit, ut præ ſe quoque ferre Nahum *z* videtur, quem Pater ille explanat.

Dentes, mola, leonini dentes qui intelligi poſſunt.

Ad Dæmonas accommodatio.

y in Nah. c. 2. n. 24.

z Cap. 2. 12.

Deus conteret dentes eorum in ore ipſorum.) Hieronymus, *excute*, in imperativo. Legit etiam in futuro Baſilius, Theodoretus, Euthymius, nempe συντρίψει, quomodo habetur in Complutenſibus Regiſque Græcis Bibliis. In emendatis eſt συνέτριψεν, nec non apud Apollinarium; & Latinè Hilarius & Auguſtinus *contrivit*. LXX. Hebræum חרם non imperativo cum iſtis punctis תרם *haras*, ſed cum aliis תרם *charas*, in præterito: ſolet autem reddi præteritum per futurum, viceque verſa, ut crebrò vidimus, & quæ videntur precari propheræ, ac à Deo petere, ut certò eventura vaticinatur. Ceterum *conteri dentes in ore* non eſt intra os ipſum contritos manere, ſed qui ſunt in ore, excuti & frangi: quemadmodum in Threnis *a*, *& fregit ad numerum dentes meos*, ἐξέκλασεν εἰς ὀδόντας μου, *ejecit lapillo dentes meos* ירסס בחצץ *jagras bechatsats*, *fregit lapidibus*, רצץ בכרירו *ritſas biphridan*: Theodoretus ex Syro, ἐν πέτρᾳ ἐτρίψε με, *in petra privavit me*. Phraſis Hebræa ibi indicat, ordine ac ſigillatim, non forcipe, ut Apolloniæ, ſed ſagittis in ſingulos collimando, dentes confractos: Græca, quaſi novo calculi nigri pſephiſmate aut oſtraciſmo dentes ad unum ſingulos evulſos à radice, ſumtum à feris adagium docui Pſalmo 3. *b* cum Theodoreto *c*, quæ dentibus privatæ imbecilles admodum, & expugnabiles fiunt. *Dentes* Nyſſenus *d*, intelligit, qui dicti ſunt *arma ſagittaque* impiorum priore Pſalmo *e*, qui inobedientiam mandunt, miniſtri voluptatum ventris ſunt, veritatem diſcerpunt.

Præteritum pro futuro, & vice verſa.

a Cap. 3. 16.

b verſ. 8.

c ibid.

d Tract. 2. in pſ. cap. 15.

Dentes ut interpretatur Nyſſenus.

Molas leonum confringet Dominus) Rurſum Hieronymus in imperativo, *molas leonum confringe Domine*: & hìc dicendum lectum à LXX. non כהוץ *nethths* vel juxta paucos alios Codices נטש *netos*, ſed נתח *naths* aut כטש *natas*. In Broſiis Complutenſibus ac Regiis legitur, συνέθλασεν *confregit*: eodemq; modo apud Caſſiodorum, Remigium, RicKelium, ſed & Euthymius eamdem ſecutus lectionem, notat, prophetam prius uſum futuro, nunc præterito; atque hujuſmodi morem eſſe Prophetarum. Utrobique in futuro legunt Arnobius. Hieronymus, Beda: & de Græcis, Apollinarius: Hilarius & Auguſtinus in præterito; nec non emendati libri Græci. Hieronymus *molares dentes* interpretatus eſt duriores illos, nempè maxillis ſive mandibulis infixos, quique maxillares dicuntur, quibuſq; molitur ac teritur cibus. Appollinarius expreſſit γαμφηλάς *maxillam*, quæ aliter vocantur γνάθοι καὶ σιαγόνες καὶ γαμφαὶ, ſunt, quæ hoc habentur loco μύλαι *molares dentes*, (qui & μύλοι, μυλίται μυλόδοντες, μύλακροι,) ac interdum quicumque alii, Suida teſte. Ipſos *molares den-*

e verſ. 5.

o verſ 8.

p Luc. 19. 22.

q Mat. 21. 27. & 22. 22. 46.

tes, propriè significat Hebræa vox טלשעות *talthebhoth*, vel inversis litteris מתלעות *metallehhoth*, quod occurrit sæpius *a* juxta figuratam istam dicendi formulam, quæ alio loco *b*, extat, præter citatum Psalmum tertium, Threnosque.

a *Job.* 29. 17. *Prov.* 30. 14. *Ioel.* 1. 6.
b *Job* 4. 10. Allegoria. Quid hic d. n. cum *molis*, secundum eam. Tropologia.

Secundùm allegoriam Valentia, *dentes* accipit Pharisæorum Scribarumque potestatem Sacerdotalem, qua rapiebant & vorabant primitias, decimas, oblationes: *molas*, potestatem civilem, qua conterebant pauperes & Christum ipsum occiderunt; sed Romani utramq; illis abstulerunt. Tropologicè *dentes*, qui incidunt & molunt, designant detractores mordentes atque comedentes *c*, nam inter alios amicitias scindunt pacemque turbant *d*, & aliena bona, virtutesve, tamquam *ossa* maledicendo diminuunt, atque *comminuunt* *e*; dum etiam mala vel nota exaggerant, vel manifestant ignota; vel affingunt, quæ non sunt; bestiam illam dentium ordine triplici constantem *f* repræsentant. Sic Hugo. Nyssenus *g* de *dentibus* quid dixerit, ante dixi. Ex leonibus comparationem exponit, quia sunt distortis oculis, carnivori, sanguinis amici, gravis anhelitus, ideoque designant eos, qui rectà intueri nequeunt, ore fœtente ad blasphemias utuntur, & carni ac sanguini dediti, ad regnum Dei non sunt apti. Bruno autem Carthusianus *contritionem dentium, & molarum confractionem*, opera Prædicatorum futurum exponit, ut facundia sua destruant, quidquid impii malè de Deo, deque ipsis loquantur; & quidem in ore illorum, dum convictos se fatebuntur. Sunt Prædicatores *dentes*, sic *tegetes tonsarum, quæ ascendunt de lavacro* h, quoniam toti mundi & exuti propriis commodis, & mansueti sunt: simul tamen mordent & comminuunt, quum oportet; mactant etiam manducantque *i*, & in meliorem quasi substantiam commutant. Cyrillus *k* Alexandr. declarat de Satana, quem Christus, & quæ sunt ejus, funditus perdidit, prædamque illi de terra abstulit.

c *Gal.* 5. 15.
d *Eccl.* 28. 15
e *Ibid.* 21.
f *Dan.* 7. 5. Leonum comparationis expositio.
g *Tract.* 2. *in psal.* c. 15.
Contritionis dentiũ & molarum confractionis.
Prædicatores quomodo dentes dicantur.
h *Cant.* 4. 2. 6
i *Act.* 10. 13
k *In Nahum.* 24.

Vers. 8.) Ad nihilum devenient tamquam aqua decurrens: intendit arcum suum donec infirmentur.

QUas *dentium* & *molarum* vocabulis conterendas atque confringendas adversariorum vires dixerat, harum futurum interitum comparat quum ocyus defluente aqua, sive de fonte, flumine, mari, ut postea non appareat quando effluxit, vel illa detumuerunt, ita ut pedibus transvadari possint: sive de cœlo, hoc est de nube, quam terra sorbet: sive de torrente, quæ siccatur æstate: præterea cum illo, qui tamdiu jaculatur, iterum ac iterum sæpiusque arcum tenens tensum, donec feram hostemve, aut trucidet, aut viribus destitua & capiat.

Judæis & aliis Christi persecutoribus conveniens locus.

Judæis & aliis Christi, ac Ecclesiæ persecutoribus ut conveniant ista, facilè perspicitur, quomodo scilicet sensim ac pedetentim perierint Deo expectante ad pœnitentiam: Sauli autem iisque, qui partes ejus sectabantur, satis constat id contigisse, nam Saulis potentia regnumque defluxit brevi, decurrens impetu, cum cœno iniquitatis, sed tandem detumescens, & ab omnibus contemtum, ac pro nihilo habitum, ipse autem etiam jaculo mortis immissæ à Deo interiit.

Ad nihilum devenient.) Hieronymus, in imperativo vel optativo, *dissolvantur*. Alii, *colliquescant*, seu *liquefiant*, aut *abominabiles fiant sintve*, ducitur forsan similitudo à liquefactis nivibus, unde torrentes crescunt. Hebræum verbum יביאמו *iimmasu*, significat *rejicientur*, *contemnentur*, *spernentur*. Hoc ultimum verbum Hilarius & Augustinus usurpant in editione Latina, respondetque Græco verbo ἐξουδενωζήσονται: & exponunt Euthymius ac Nicephorus, ut sint ἀκαταφρόνητοι, *spreti contemtique*, ut sperni & contemni solet aqua effusa ejectaque fortuito à quopiam, ac statim dispersa. Facit huc quod est Psalmo 21. l *Sicut aqua effusus sum*; & effusio aquæ in signum tùm peccati *m*, tùm pœnitentiæ *n*. Legerunt sine dubio, qui exposuerunt *colliquescere*, aut *liquefieri* יסמו *iimasu*, à טמס *masas*, non autem ימאסו *iimassu*, à מאס *mais*; quod etiam verbum extat sequenti versu. Hoc quidem loco Chaldæus vertit יחמסון *iithmesunt*, *liquefiant*, & addit, *in peccatis suis*. Apollinarius declarat in præsenti tempore μωμητοὶ τελέσει *insuperabiles fiunt*, aut *sunt*. In Psalmo 14. 5. *ad nihilum deductus malignus*, dicitur ἐξουδενωθεὶς, & Hebræo verbo נבוה *niuzeh*, *despectus*, qua in re justus imitatur Deum, scilicet nihili faciendo peccatores: quod item profitetur adhuc David quum ait, se *prævaricantes reputasse omnes peccatores terræ* p, ubi pro *prævaricantes* Aquila σεμφυλα *vinacea* vertit; Symmachus σκηπίων, *scorium*, vel σκωρίαν *dolum*: Theodotio & quinta editio εἰς οὐδέν, *in nihilum*: & hi in secunda persona δισπάσας *concidisti*; alii ἐλογίτω *reputasti*.

l *vers.* 15. Effusio aquæ in signum tum pœnitentiæ. m *Gen.* 49. 4. n 2. *Reg.* 15. 23.

Tamquam aqua decurrens.) Efficiunt aliqui, ut membrum separatum à præcedentibus verbis, id quod exprimitur per ultimum participium, *colliquescant sicut aqua*; *abeant sibi ipsis*, יתהלנולמו *iithallechu lamo*, ita ut redundet pronomen quemadmodum alibi *q*. Quidam declarant, *& sic defluant*, vel *liquefiant*; *velut aqua abeant sibi*. Sensus idem semper quam ante posui, quamvis Cajetanus ad colliquandum veluti; & mollescendum cor Saulis suorumque referat, quum postea deprehensuri essent non occisum Saulem à Davide, quum tam facilè potuisset.

o *vers.* 4.
p *Ps.* 118. 119.
q *Gen.* 12. 1.

Delapsus aquarum super juram quid denotet.

Porro *delapsum aquarum super terram* mortalitatem nostram significare prudens Thecuitis dixit *r*, & Nyssenus *s* ait, denotare instabilium rerum naturam, quibus qui se addicunt, similes efficiuntur. Non debent nos decurrentes hyeme torrentes terrere, hoc est, per ecutores, ut admonet Augustinus; quia diu stare non possunt, sed evanescent, & ad nihilum devenient. Sed nec fluvii curandi cœnosi turbidique; cujusmodi Nilus Ægyptiorum & Assyriorum Euphrates, ut Jeremias *t* scribit. Et Esaias *u* minatur *abjicientibus aquas Siloe ambulantes cum silentio*, proindeque nitidas ac salubres, id est, respuentibus regnum David, tamquam humile, ad reges vero exteros confugientibus, *abducendas aquas fluminis fortes & multas*. Vaticinatur ergo etiam David hujusmodi aquas fortes & cœnosas postquam irruperit, contemnendas, & in nihilum redigendas. Quare non est necesse, ut, quod Euthymius contendit, excludatur hìc in ista similitudine fontis fluminisque aqua, & sola intelligatur, quæ fortuito à quopiam fundatur. Hilarius omnes aquas intelligit, maximè quæ tendunt in mare *x*, ubi quodammodo aboleantur, nimirum pristina qualitate nomineque amisso: quod Hugo de amaritudine sumit inferni, ubi *perit memoria cum impetu* *y*, sive *sonitu*, & *nomen putrescit* z. Epiphanius *a*, quod ante me observavit Jansonius, de hæresum hæreticarumque factionum ruina differens, videtur ad hunc totum locum inde à quarto versu allusisse.

r 2. *Reg.* 14. 14.
s *Tract.* 2. *in ps. cap.* 15.
t *Cap.* 2. 18.
u *Cap.* 8. 6, 7

Euthymii improbata sententia.

Hilarii expositio.
x *Eccl.* 1. 7. Hugonis & aliorum.
y *Psal.* 9. 7.
z *Prov.* 10. 6
a *Hær.* 30.

Malitia & error, inquit (quasi dicat, *alienatio à vulva*, *& error ab utero*) à seipso excæcans mentem, & piam rationem aversans (more *aspidis surdæ*, *& obturantis aures*) contra se ipsum velut fluctus excitans hæc est *aqua decurrens*) impias prius prædicatas ab ipsis opiniones in se ipso collidens, & in se ipso conterens (nonne hoc est veluti *dentes eorum conteri in ore ipsarum?*) seipsum destruere anticipavit (nempe ad *nihilum deveniens*, *tamquam aqua decurrens*.)

Occurrit memoriæ nunc senex ille delirus Arianus, ex Ecclesiastica historica, qui canam niveamque tractans barbam suam, & capillum: *Ex hac*, inquit, *nive quum soluta erit, quantum existet lutum?* innuere volens quanta erroris turpitudo mortuo ipso consecutura esset. Verùm oportuit etiam veritatis radiis lutum illud in auras abire, vel induratum conculcari & poteri. Quilibet peccator *levis est super faciem aquæ* b, huc illud quavis aura tentationis impulsus jactatusque, ut Gregorius *c*, docet, Nicetas *d* verò etiam, sed ita ut jactationem tribuat rebus impositis in aquæ superficie. *Ad nihilum devenit*, ut Hugo annotat, quia recedit ab eo *qui est* e; socius fit ejus, *qui non est* f, conjungit sibi peccatum, quod non est, ac nihil est g: denique quoniam illi melius esset *non esse* h, quàm sic esse in gehenna.

Ariani barbam canam tractantis dictum.
b *Job.* 24. 18.
c 16. *Mor.* 30. *vel* 25.
d *In catena.*
e *Exod.* 3. 14
f *Job* 18. 15.
g *Joan.* 1. 3.
h *Matth.* 26. 24.

Intendit arcum suum donec infirmentur,) In Regiis & Complutensibus, apudque Hilarium, *intendet*: quo pacto legerunt etiam Euthymius ac Nicephorus, videlicet ἐντενεῖ, & apud Trevetum Hieronymi versio habet, *intendet*, apud Lyranum & Folengium, *intendant*: quem non oportuit mirari cur Interpres numero singulari sit usus. Est enim idem in Hebræo textu. Apollinarius utens optativo τανύσειεν, *tendat*, ita quoq; legit. In tempore

pore præsenti videntur legisse Basilius ac Theodoretus, ἐντέλει : in quo tempore vertisse miror, qui editionem Latinam fecit ex editione LXX. correcta, ubi est futurum, nam futurum lego in ea, quæ Basileæ excusa est, anno 1526. per Andream Cratandrum : Hebræum verbum יחרך *jidroch*, quod corruptè legitur apud Richardum Cenomanum ירח *jidoch*, est futuri temporis, quod aliqui non malè imperativum exprimunt. Pro, *infirmentur* Hieronymus vertit *conterentur*. Alii *excidantur*, *confringantur*, &c. Sensus autem primus est, ut de quocumque adversario suo loquatur David, dicatq; quamvis intendat ac dirigat arcum contra se, nihil effectu-

Sensus loci primus.

a Ps. 63. 8. rum, sed quod alibi dicitur *a*; *sagitta parvulorum futuras plagas eorum*; ita ut prius frangetur arcus sagittæque & sagittantes delassentur atque debilitentur, quàm lædere possint. Sic Vatablus, Arias, Gagnejus, Crucius, Bredembachius, Folengius, Herus, Cajetanus; nec displicet Genebrardo & Agellio. Eodem spectat, quod etiam Lyranus ait, obstinatum in suo malo tendere semper arcum suæ malitiæ ad nocendum aliis, quamdiu potest vivere.

Secundus.

Secundus, de Deo, qui arcum tamdiu intentum teneat & ejaculetur sagittas, donec infirmentur improbi, hoc est, correcti convertantur, ut Paulus in via dejectus *b*, posteaque profitens *potentem esse se quum infirmaretur* c. Tradit hunc Augustinus sensum, & Latinorum plerique imitatores ipsius.

b Act. 9. 4. c 2. Cor. 12. 9.

Tertius.

Tertius Hilarii & Græcorum enarratorum, de Deo etiam exponentium, sed in deteriorem partem, ut nempe non desinat ab improborum animadversione, donec eos tempore suo confodiat & perdat, & huc tendere priorem quoque, ac sequentes similitudines; nec de præsenti tantum vita, verùm etiam de pœnis æternis sermonem esse. Placet item Valentiæ, qui de Judæis propriè accipit, & Lyrano, Jansenio, Genebrardo, Agellio, Richardo Cenomano. Idem erit si exponas cum Placido Parmense, Deum similiter ita vires adversariorum confracturum, effecturumque, ut sint irriti conatus persequentium, ut solent quum nimis arcus tenditur, sagittæ infirmari, deficere, concidere. Favet paraphrasis Chaldæa, *intendit sagittas suas propter eos, vel mortifera, & ipsi abscindentur*. Apollinarius quoque.

τίξον ἀνὰξ τανύσειεν ἕως ἔτισι δαμέῖεν :
Arcum rex tendat, donec morbis deficiant.

Quartus.

d Tract. 2. in Ps. c. 5.

Quarto Nyssenus *d* de diabolo accipit, qui animas telis infestet, igneaq; *e* tela peccati contra humanum genus dirigat, nec prius absistat à nobis impetendis, quàm vires nostras enervet. Possunt hi commodi sensus omnes amplificari; non libet immorari; litteraliores primus, tertiusque. De formula ista tùm ad litteram, tùm mysticè, quia intendi arcus dicitur, dixi Psalmo 7. *f.*

e Eph. 6. 1.

vers. 13.

Vers. 9.) Sicut cera, quæ fluit, auferentur, superce. cidit ignis, & non viderunt Solem.

Sensus loci.

TErtia similitudo ex cera, quæ igni admota, aut acutis Solis radiis exposita, aut igne de cœlo ruente percussa statim fluit, liquescitque, ut ita etiam hostes hinc subitò auferantur; & hoc quidem, quoniam super eos ultionis divinæ ignis irruet, ac torrente iræ divinæ sole amburentur; & sic mœrore confecti Solem amplius istum corporalem non videant, multoque minus spiritualem semper lucentem cum beatis, si persistant nimirum in perverso animi proposito; sed in æternæ mortis infernique tenebras detrudantur.

Mysticus sensus.

g 2. d. 36.

h Rom. 1. 26. i Rom. 1. 21. k Sap. 5. 6.

Tritus est ille Augustini, & aliorum Latinorum, sed sine dubio mysticus sensus, de ardore malarum concupiscentiarum, quæ aliorum sint pœnæ peccatorum, (quod Magister quoque sententiarum *g* ex eodem elicit Augustino) præsertim superbiæ, propter quam traduntur quidam *in passiones ignominiæ h*, & *obscuratur insipiens cor eorum i*: *Ignem* vocat Augustinus non superbiæ tantum, sed concupiscentiæ ac iracundiæ, & similes flammas, quæ faciunt, ne *justitiæ lumen luceat*, *Solve intelligentiæ oriatur k*; aut quum nulli non luceat & oriatur, quod in se est, ab iis non cernatur, quos flammæ tales A cæcaverunt. De hæreticis affirmat Bredembachius; longam admodum hìc de iisdem digressionem facit; nec dubitat relatam victoriam à Carolo V. in Germania anno 1547. Aprilis die 24. cum horrenda, quæ tunc extitit, cœli facie, caballistico quodam modo in elementis litterarum præsentis versus demonstrare. Laudari pium studium fortassis; sed quod utilius in re solidiore poneretur. Ad Judæos à Romanis deletos propter injurias illatas Christo Cyrillus Alexandrinus *l*; hunc locum applicat: quemadmodum & Micheæ *m* verba & *valles scindentur sicut cera à facie ignis*, τακήσονται, *tabescent*.

Ad hæreticos applicatio.

l in Mich. 1. n. 5. m Cap. 1. 4.

Sicut cera, quæ fluit, auferentur.) Hieronymus *quasi vermis tabefactus pertranseant*. Chaldaicè, *sicut reptile limax, qui madefacit viam suam*: vel, *sicut limax tabefactus, qui consumitur in itinere suo*. Alii, *sicut limax*, seu *cochlea quæ liquescit, abeat*, nempe (quilibet eorum) *vel tamquam unda maris, impetus aquæ, alveus, quem fluctus corroserunt, liquefactus ambulet*. Aquila ὁμοίως ὡσεὶ ἔντερον, *similiter ac vermis terræ*, seu *intistinum* & *lumbricus*, sed non hìc sistit sensus ταχὺν πορεύεται ἔκτρωμα γυναικός, *liquefactum*, seu *tabefactum* & *consumtum vadit abortivum mulieris*. Symmachus ὠδῖνι περὶ χοιλίαν διαλυθὲν διαφωνεῖ : *sicut secunda membrana dissoluta dissonat* B id est, deficit. vel διαβαίνει *transit* : oritur adeo varia versio ex שבלול *sciabbelul*. Hanc vocem alibi quàm hìc non reperias; sed *pro unda, fluctu, alveo*: vel pro *spica* alia usurpatùr, nempe שבלת *scibboleth*, unde Cybelem, quæ & Ceres ac Rhea, frugum deam dictam volunt. Quare nescio ubi Agellius repererit שתל *scevel* pro *spica nardi*: nec apud Paraphrastem Caldæum in Exodo *n*, pro *onycha*, lego dictum nomen, sed מזפרא *tuphera*: & idcircò frustra fortassis laborat in docendo qua ratione congruat *onycha* proposito simul cum *nardi spica*; qua scilicet Auctore Dioscoride *o*, *onyx* sit conchylii testa testis purpurarum similis, quod in Indiæ nardiferis paludibus reperiatur, & nardo pascatur, colligatur verò siccatis æstu paludibus; atque censeatur inter aromata: habeat postremo cum nardo qua pascitur, cum limace, aut lumbrico, nonnullam affinitatem. Idem post Richardum Cenomanum, Bredembachium, Genebrardum, postque istos Gretserus *p* noster, monet, nostros Interpretes voluisse clariore rem similitudine declarare, quod alia ex limace, verme, &c. non satis esset percepta.

Cybele unde dicta.

n Cap. 30. 34

Onyx quid sit.

o Lib. 2. c. 8.

p Tom. 1. de sens. pro Bel. larm. l. 3. c. 13. loc. 17.

Sed quis scit an *ceram* quoque vox eadem Hebræa Interpretum LXX. tempore, ut interdum polysema vox aliqua est, significaret? extabescentia certè illa limacis vermisve adrepentis ac tabis vestigia in solo relinquentis, non est adeo ignota: & multo ignotiores alias comparationes Interpretes iidem pluribus locis expresserunt ex Hebræo textu, Quamquam placeret magis *limacem* retinendo interpretari cum Cajetano de illa, ut liquida & nuda est, quoniam videtur ad Solem liquescere, quatenus ejus impatiens est; nec quum, quod verba sequentia indicant, videre potest; quemadmodum nec abortivum, ex quo etiam similitudinem hìc paullò post poni alii volunt: ut simili quadam ratione Saul persequendo Davidem, quasi parere niteretur, illius mortem abortivisse: & innocentis oratione Davidis, veluti solari lumine illustratus, colliquefactus animo censeatur. Posset quoque vis comparationis in eo esse, ut limax suo vivens succo, & inclusa ita testa, ne percussa quidem Solis radiis exerere ad intuendum oculos velit: sed capta tandem ollæ ad coquendum immittatur, nulloque tunc negotio ex eadem testa; cui tam tenaciter hærebat, extrahatur.

Auctoris sententia.

Vis comparationis.

Tropologica applicatio. Limax sale super eum projecto totus fere liquefit. q Lib. de pisc. & aquat. cap. de cochleis terræst.

Quod tropologicè quadrat in hominem terræ affixum, nec divinum curantem lumen. *Albertus q Magnus* refert, limacem sale super eum projecto totum liquescere ferè, & in aquam viscosam converti. Verum colliquefactio ceræ quam Interpretes reddunt, ejusdem Saulis aliorumque denotat, ut initio docui, persecutorum interitum: lege Augustini sermonem 109. de tempore. Ceram illam opiaces exponunt Solis radiis, quam sperant inde contrahere colorem album posse; minus probam injiciunt ollæ colliquandam. Ad eumdem modum electos Deus radiis nunc blandis doctrinæ, miraculorum, inspirationis gratiæ, *dealbat super nivem r*; nunc acrioribus tribulationum tentationumque magis ac magis

Cera radiis solis exposita ut colorem album contrahat. r Ps. 50. 9.

gis purificat; ſed reprobos in ardentem trudit inferni ollam, artis urendos perpetuis flammis. Imprecans Job * ſupplicium improbis graviſſimum, optat ut *ad nimium calorem tranſeat ad aquas nivium*; harum namque veluti ſupplicium æſtus eſt, quo ſtatim liquefiunt, nullum candoris frigoriſve priſtini veſtigium relinquentes, ſed abſumtæ abſorptæque cum incredibili quadam aviditate ab arida & ſitibunda terra.

*Cap.14.19.

Arnobius in meliorem partem accipit liquefactionem ceræ: ut quemadmodum liquefacta ad naturam ſuam revertitur, & in ſtatu ſuo iterum redintegratur, ita Dominus affligi peccatores velit, ut ad ſtatum priſtinum revertantur. Michael Ayguanus in cera bonas qualitates ſpectans, vult deſignari juſtos electoſque per humilitatem divini amoris igne facilè liqueſcentes & ad *vocem dilecti* a, & *cor* habentes, quod *liqueſcat in medio* b, paratum ad omnem Dei voluntatem: omnibus quaſi liquoribus inferiorum rerum ſupernatantibus; caſtitatem apum, quarum opus cera, ſectantes: lumen ſpirituale foventes: proximum, ab aqua, i. e. ab injuriis omnibus, defendentes: ejuſdem arcana veluti obſignantes; lumen ei ſalutaris doctrinæ ſuppeditantes. Hos Deus per humilitatem, inquit, de ſtatu ſuperbiæ; per caſtitatem, de ſtatu immunditiæ; per charitatem, de ſtatu avaritiæ, quæ ſunt *ſuperbia vitæ*, *concupiſcentia carnis*, *concupiſcentia oculorum* c, aufert ac transfert efficaci ſuæ gratiæ igne:

Liquefactionis ceræ in bonam partem acceptio.

a *Cantic.5.* b *Pſ.21.15.*

c *1.Joh.2.16.*

Supercecidit ignis, & non viderunt Solem.) Hieronymus, *quaſi abortivum mulieris, quod non vidit Solem.* Alii eodem pacto, ſeu jungendo iſtam cum priore de limace, quam ponunt comparationem, ſeu de verme, *qua non viderunt Solem.* Quidam vermi aut limaci tribuunt liquefieri in via ſua, vel tabeſcere: abortivo ut non videat Solem; nonnulli vertunt, ſupplendo conjungentem particulam, nec non comparantem, *& ſicut talpa, quæ non viderunt Solem*: nempe nec iſta, nec limax, vermiſque. Paraphraſtes, *ſicut abortivum & talpa cæca, quæ non vident Solem.* Aquila, conficiens cum præcedentibus integrum membrum, ἡμεῖως γῆς ἐντέρῳ, ταχὺ πορεύσεται ἔκτρωμα γυναικὸς ἡ μὴ ὅραμα τεθύσῃ ἥλιον, *ſimiliter ac vermis terræ liquefactum vadit abortivum mulieris; non videbunt Solem*: videlicet, hoſtes privabuntur aſpectu Solis & vita, ſicut abortivo videre non licet Solem: quod eſt ſimile vermi terræ, quia eſt liquida quædam ac indigeſta, ut ille, materia. Theodotio, conveniens in priore comparatione de cera, iſtam de abortivo mulieris quod non videt Solem, exprimit, ὡσεὶ κηρὸς ταχὺς ἀπὸ ναιρεθήσεται, ὡς ἔκτρωμα γυναικὸς ἡ κὶ ἴδῃ ἥλιον: *ſicut cera liquefacta auferetur: tamquam abortivum mulieris non vidit Solem.* Symmachus conſtat ex priore ac præſente membro comparationem circa eamdem materiam fœtus, ὥσπερεὶ χόριον διαλυθὲν γιαφωνεῖ, aut, διαβαίνει, ἢ ἔκτρωμα γυναικὸς, ἵνα μὴ ἴδωσιν ἥλιον: *ſicut ſecunda membrana*, (quæ & *ſecundina*) *diſſoluta diſſonat*, ideſt, *deficit*, aut *pertranſit*, *vel abortivum mulieris*, *ut non videant Solem.*

De vi ſimilitudinum *limitatis* aut *vermis & abortivi* dictum antea ſatis, prout Sauli ſociiſque conveniunt. Ea quæ ſumitur ex *abortivo* iiſve, qui concepti non vident lucem, Job *d*, etiam uſus eſt; præterea Paulus *e*, appellans ſeipſum *abortivum*, quod, ut Anſelmo *f* placet, vocatus non viderit lumen *g*, utpote quodammodo natus ante tempus, ſemimortuus, cæcuſque, quum ceteri Apoſtoli ad primam vocationem oculis apertis Chriſtum ſint ſecuti; ut in Commentario Actuum docui *h*. *Talpæ* ſimilitudo etiam congruit, quatenus non viderunt Davidem, quando in ſpelunca pervenit ad Saulem bis, & occidere potuit. Paroœmialiter κοχλίας βίτο, *cochlea vita*, de illis dicitur, qui à luce forenſi ac negotiis ſemoti ſunt: & τυφλότερον ἀσπάλακτο *cæcior talpa* vocatur, qui ſupra modum cæcutit, meminique judicat. Meminit Nyſſenus *i* tacito nomine, verſionis quam dixi eſſe Aquilæ, licèt cum ſingulari verbo, ἕτρωλα γυναικὸς ὃ χ' ὄρεται πεδήσεται ἥλιον, *abortus mulieris non videbit Solem*: docet autem hoc reſpondere dictis initio *k*: *Alienati ſunt peccatores à vulva, erraverunt ab utero*: ſignificari naturæ imperfectionem & abortum per malitiam, & per exciſionem à matrice gratiæ, ita ut ſibi ipſis peccatores ignis effecti ſint, ob carnale, & materiæ immerſum vitæ inſtitutum: ac idcirco ad Solem oculos non levaverint. Si ex Hebræis ut modò ſunt puncta mutentur, afficietur ſententia quam reddiderunt LXX. Leguntur ſic Hebræa

d *Cap.3.16.* e *1.Cor.15.8* f *Ibidem.* g *Act.9.3. & 22.6.*

h *Cap.9.3.*

Cochlea vita, paræmia. *Cacior talpa* Item.

i *Tract.2. in Pſ.c.15.*

k *verſ.5.4.*

A נפל אשר בל ראו שמש *nephel eſceth bal chazu ſemes.* Pro נפל *nephel* quod *abortivum* ſignificat & fœtum ejectum, quique ante tempus excidit ex matris utero mortuus: ſi legatur נפל *naphal*, erit verbum ſignificans *cecidit*, nomen אשת *eſceth*, quod valet *mulierem*. Genebrardus Poeticè ac Syriacè hìc uſurpari vult pro אש *es*, quæ eſt *flamma ignisque*: unde Ἑστία & *Veſta*. Tam id poteſt credi, quàm quod alii affirmant de talpa; quæ non Hebraicè, ſed Chaldaicè appellatur, אשותא *aſſiutha* non ſolum hìc, ſed etiam in Levitico *l*. Quis etiam ſcit an primum ſimpliciter ſit ſcriptum אש *es*, ut videtur Richardo Cenomano? an expletivè, ut non rarò fit, additum eſt ה, ut ſit אשה *eſciah*? an etiam Hebraicè *ignem* ſignificat, אשת *eſceth*? Hoc ultimum non ita auſim aſſeverare: quamvis reperiam in Jeremia *m*, מאתם *meeſtham*, quod φυσητὴν, & *conflatorium* redditur; ſed ab aliis, *ab igne perfecto*; qui tamen volunt eſſe duas voces, etiamſi legatur ut una.

Σ'ς'ια & *Veſta* unde dicta.

l *Cap.11.30.*

m *Cap.6.29.*

Porro verſionis noſtræ ſenſum jam dixi eſſe, quòd *quum ignis cecidit ſuper improbos* ἔπεσε πῦρ ἐπ' αὐτὸς, *ſuper eos*, ut extat in Bibliis Complutenſibus, Regiis, B aliiſque, & apud Euthymium ac Apollinarium; in Pſalterio Romano & apud Caſſiodorum, *ſuper eos cecidit ignis*: in Pſalterio Gallicano & apud Arnobium, *cecidit ignis ſuper eos*, (apud Theodoretum, quem ita legiſſe collector ſcholiorum in Biblia Sixtina ſcribit, non invenio, in Nicephoro per errorem legi puto ὕδωρ *aquam* pro πῦρ,) igni altè demiſſo abſumtos peccatores, ut cera tolet, nequiviſſe amplius frui uſura ſolaris lucis cum reliquis viventibus: contabuiſſe ad ſimilitudinem liquefactæ ceræ, atque ardenti flamma ultionis divinæ conflagrantes periiſſe, & perpetuis damnatos tenebris fuiſſe:

Lectionis & ſenſus iteratus.

n *Cap.3.16.* o *Cap.6.4.5.* p *Virg. 4. Georg.* q *12. Æneid. Solis oblivi-ſci & Solem non videre* pro mori. Natus homo ad videndũ Solem. *Cur* φῶς appellatus. r *11. Æneid.* u *2. Æneid.* * *8. Æneid.* x *4. Æneid.* y *Ibid.* z *Ovid. 1. metamorph.* a *Virg. 4. & 11. Æneid.* Variæ circũlocutiones ad eo quod eſt mori. b *Ovid. 1. metam.* c *Hor. 2. car. Ode 36.* d *Virg. 11 Æneid.* e *Ovid. 5. metam.* f *Tibull. l. 3.* g *Luer. l. 4.* h *idem l. 5.* i *Sta. 2. Thib.* k *Heſiod. & Pauſ. in Eliacis & alii.* l *Job. 31. 12.* m *Job. 15. 34.* Mors, Dea, Noctis filia & Erebi. Tropologia de libidinis & cupiditatis igne. n *Sap. 16.* o *Dan. 13. 9.* p *Tob. 2. 11.* q *2. q. 15. a. 1.* r *Pſ. 35. 4.* ſ *31. moral. c. 31. vol. 17.* Mentis cæcitas oppoſitæ dono intellectus quæ ſit. t *Sep. 1. 4.* u *Matt. 5. 6.* x *apud Nicephorus l. 8.* y *apud Caſſia. 5. inſt. 33. 34.*

> Κηρῷ τηκομένῳ, ait Apollinarius, ἴκελοι τήκοιντο κακῶσιν:
> Ἠμὶς λελάθοντο ωυρὸς προμολόντ' ἐπ' αὐτὲς ἰ',
> *Cera liqueſcenti ſimiles tabeſcant malis:*
> *Solis obliti ſunt igne procedente ſuper ipſos.*

C *Solis oblivi ſci & Solem non videre* idem eſt quod mori: ita ut quod Philoſophus ille dixit, natus videatur homo ad videndum Solem ejuſque lucem; & ideo forſan appellatus quoque φῶς nomine *lucem* ſignificante: ſitque cognatio etiam apud Hebræos inter איש *is* nomen viri, & אש *es*, qui eſt *ignis*: tametſi alii derivent illud à יש *ies* eſſe, quod muliere prior fuerit & omnium entium in ſe gradus contineat. Job *n*, *non videre lucem*, & Eccleſiaſtes *o*, *non videre Solem*, *pergere ad tenebras*, *oblivione tradi*, circumloquuntur pro eo quod eſt mori: ſic Poetæ vocant *p corpora & ſimulacra luce carentem*, *ſpoliata lumina q*, *condentem r natantia lumina ſomnum*: *caſſos ſ lumine*; dicunt quod *lux * alma recedit*, *lumina y quis morte reſignat*; *lucemque relinquit z*, & *invaſam abrumpit ac finit a*: *it fugitque ſub umbras b*: quod eſt *oculis lux noviſſima c*: *omnes una manet nox d*: *tenebris nigreſcunt* D *omnia circum e*: *oculos* habent, qui moriuntur *ſub nocte natantes atra f*: *permenſo defunguntur tempore lucis g*, *obeunt decurſo lumine vitæ h*: *dulcia linquunt labentis lumina vitæ i*: *projiciunt diem*, *nec jam amplius æthere veſcuntur k*. Fingunt etiam Deam eſſe mortem Noctis filiam ac Erebi, unà cum Somno *l*.

Tropologiam innui antea de libidinis & cupiditatis igne. *Ignis* iſte *uſque ad conſummationem devorans* m, & eorum *tabernacula*, *qui libenter munera accipiunt* n: facit ne *Sol intelligentiæ* illuceſcat *o*, & ut *oculos declinent ne videant cœlum*, & velut *p calidiora ſtercora* excecat *q*, & tamquam pelvis candens officit objecta urſæ oculis. B. Thomas *r* mentis cæcitatem oppoſitam dono intellectus docet eſſe, quum quis mentem abſtrahit à ſpiritualibus veritatibus, quarum conſideratio retrahit à peccatis, ſive id faciat directè, *nolens intelligere*, *ut benè agat ſ*, ſive indirectè, quum variis voluptatibus vacat, ſicque prætentem locum intelligi poſſe de ſupercadente igne concupiſcentiæ & luxuriæ, propter quem divinarum Sol luxque rerum non cernatur, & unde mentis cæcitatem oriri ſcribit Gregorius *t*; immo nec quæ ſole ipſo clariora ſunt, moralia principia percipiantur: *Non habitat ſapientia in corpore ſubdito peccatis u*, & animi puritatem plurimi referre ad intelligentiam rerum divinarum Chriſtus docuit *x*: Denique Antonius *y* ac Theodorus *z*,

lorus Abbas: a & exemplo Carpi Dionysius *b*. *Ignem cæcum c flammamve pœnitam* d profani appellitant, nec non *faces, tædas*, si quid est aliud ejusmodi, turpem amorem, vel immoderatum, qui, quod, æternus non facit ignis, ut apud Xenophontem Cyrus dixit, etiam longe distantes incendat. Denique cupidinem facibus armant: & Portium Licinium Pierius e dixisse memorat, hominem ab amore non esse ignitum, sed ipsum ignem. Gravissima pœna cæcitas mentis.

Si quis futurum faciens, ait hoc loco Augustinus, statim oculum perdidisset, omnes dicerent Deum præsentem vindicasse. Oculum cordis amisit, & ei pepercisse putatur Deus? *Occidit Sol* talibus *cum est adhuc in meridie* f, & in hac *palpant incurrunt que tenebras per diem* g, & *impingunt meridie quasi in tenebris* h.

Posset hic, *& non viderunt Solem*, particula, *&*, poni pro *quia*: ut quia non viderunt Solem culpa sua, ignis cadat super eos, & sic sint sibi mutuæ causæ ignorantia voluntaria, concupiscentia: & hæc illius. Cæcos oculos curat Christus luto *i*, quia mundi lumen eosdem excæcat, ut nonnumquam nonnullis candenti ferro facultas adimitur videndi, quod factitatum ab Imperatoribus Græcis historiæ produnt: &, ut dixi, res prosperæ ac lætæ inducunt cæcitatem mentis, ut etiam munera donaque *k*, & Virgilius *l* de quodam cecinit quod esset *auri cæcus amore*: Cupidinemque pingi cæcum constat.

Alia notio *ignis* figurata pro tribulatione, Scripturis familiaris est. Secundùm istam alia tropologia esset, peccatorum nonnullorum pervicaciam tantam esse, ut nec iis *det intellectum vexatio* m, sed blasphement Deum cœli præ doloribus & vulneribus suis, & non agant pœnitentiam ex operibus suis, ut *dent gloriam Deo* n. Placet Rickelio. Tertio, super reprobos ignem gehennæ cadere, ita ut non videant Solem, id est, lucem, Gregorius *o*, interpretatur; & idcirco ibi esse *tenebras exteriores*, quamvis idem simul exponat de privatione veri luminis, ac de interna cæcitate cordis non videntis Deum. Psalmo 28.* egi de igne Inferni, quo pacto urat, non luceat, sicque vox Domini dicatur, *intercedere flammam ignis*, ut ibi Basilius explicat.

Vers. 10.) Priusquam intelligerent spinæ vestræ rhamnum, sicut viventes sic in ira absorbet eos.

Quarta similitudo declarat immatura impios morte perituros priusquam improbitas longiùs excrescat. Utitur autem prosopopœja ad spinas ipsas loco hominum. Sensus autem est: Antequam ò impii iniquitates vestræ velut spinæ tenujores, evadant in spinas majores durioresque, & quasi in rhamnum, & priusquam quod animo concepistis malum, deducatur in effectum, ac sua quodammodo validiore punctione me alioſve cruentent; vobis jam dixi continget, ut ad similitudinem ceræ defluatis, igneque consumpti, Solem aspicere perversa consilia vestra non possint. Rationem verò, conversa oratione ad alios, reddit, nam Dominus, irato similis, adhuc viventes istos, in ipsoque ætatis flore constitutos, de vita subito immaturèque abripiet, ac terra dehiscente obsorberi faciet; ita ut *descendere in infernum viventes* videantur *p*: aliquando autem etiam cum ipsomet corpore & anima, inferni æterna fovea coerceantur. Sic bonus consuevit agricola succrescentes in agro teneriores adhuc spinas radicitus evellere, & quadam quasi cum ira illas detestans abjicere, antequam duriores evadendo segetibus nocere valeant. Hujus vaticinii eventus in Saule conspectus est: qui non diu post interiit, quàm in spelunca liber dimissus esset à Davide, quo de argumento hìc Psalmus est, ut notant, Basilius, Theodoretus, Euthymius & Nicephorus.

Hilarius exponit mysticè, antequam reprobi corpora repetant, & veluti spinas emittant, quibus compungantur, absque floribus bonorum operum viventes animas eorum, igne, de quo dictum est priore versu, cruciandas. Idem fere dicit Augustinus, eoque posteriores; ac nunc quidem sua peccatores delectare peccata, quasi non compungere, sed miserarum delectationum & voluptatum manifesta postea tormenta procedere, tùm præ desiderio acquirendi quod concupiscitur, tùm præ timore perdendi, quod acquisitum sit; non solum ob supplicia, quæ post resurrectionem luentur etiam in corpore, quando ferè erunt spinæ, ac infructuosæ compunctiones pœnitentiæ, iis, qui noluerunt hìc *converti in ærumna sua*, *dum configitur spina* q: & *dissipati* seu *conscissi non sunt compuncti* r: interim verò à supercadente igne impediuntur, ne videant Solem & dum vivere videntur, spiritualis expertes vitæ, à Deo, qui se tamquam iratum gerit, combibitur seu absorbetur malitiæ ipsorum rhamnus, ut non percipiant spinas æternorum suppliciorum, quæ tandem procedunt inde.

Priusquam intelligerent spinæ vestræ rhamnum.) Hieronymus, *Antequam crescant spinæ vestræ in rhamnum*. Eodem pacto Symmachus πρὶν ἢ ἀυξηθῆναι ἀκανθαι ὑμῶν ὥστε γενέσθαι ῥάμνον. Campensis, *priusquam spinæ crescant*, seu *adolescant in rhamnum*. Alii, *antequam sentiunt ollæ, seu lebetes vestri, rhamnum*, id est, ignem rhamni; qui scilicet ignis tali succensus materia, facilè brevique extinguitur; nec ex eo calorem magnum concipere possunt ollæ ad coquendum carnem, quæ cruda ferè propterea remanet, ac viva, quod juxta versionem aliam ponitur pro sequentibus verbis, (*sicut viventes*;) quo inquam modo parum ejusmodi durat ignis, caroque incocta & cruda extrahitur; sic pereant aut peribunt peccatores illico, nec diu sinantur, vel sinentur superesse. Sensum illum communiòrem de similitudine ex spinis tenerioribus, quæ per evulsionem non permittantur indurari. Paraphrastes quoque retinuit, exponens de impiis, *priusquam impii teneri durescant sicut rhamnus quamdiu sunt virides, sive sicut herba*. In Psalterio Romano, & apud Hilarium & Augustinum *priusquam producat spinas vestras rhamnus*, in Psalterio Gallicano, *priusquam producant spinæ vestræ rhamnum*, apud Arnobium (non ei Varlenius tribuit *rhamnum*) & Cassiodorum, *rhamnos*, retenta ut par est interpretatione vocis סירות *siroth*; pro *spinis*, & non pro *ollis* quas quoque significant. Parum refert, sive *rhamnum* sumas, ut spinæ certa species est, quam hodieque Afri Arabesque vocant *atadim*, voce cognata Hebrææ אטד *atad*, quæ hìc habetur, & in libro Judicum *s*: antequam excrescat productis crassioribus spinis: sive spinas adhuc teneras priusquam procedant & evadant in soliditatem spinarum, quæ rhamno absolutam denominationem dent, ut jam perfecto, vel cum rhamno comparari possunt, etiamsi speciei diversæ sint. Quod intelligere, σωνίναι, Hebraicè in futuro יבינו *javinu*, dicuntur *spinæ rhamnum*, idem est, ac eo pervenire ut veluti percipiant se sic adolevisse, ut *rhamni* nomine vocari absolutè possint, aut cum illo comparari; Nam licet ipsa rhamni species in primo ortu suo tenera etiam sit; tamen est rubus durior; sed hanc duritiem non habet, antequam pervenit ad justam quantitatem durationemque.

Dioscorides *t* rhamnum scribit in sepibus fruticare, ramos ferentes rectos, aculeosque in acutæ modum spinæ: triplicis autem generis esse, ut eum quidem contra Ruellium Matthiolus interpretatur: ac unius porrigi ramos in longitudinem quinque cubitorum: folia omnia igni sacro, atque serpentibus ulceribus mederi: & valvis, aut fenestris impositos ramos veneficia depellere. Legendi præterea Theophrastus, * & Galenus *u*. Hic etiam tradit herpetes & erysipelata rhamno sanari; succo seminis ejus hebetem visum acutiorem reddi.

Quæ ad mores traducta, spinis quibus Christi caput coronatum est, ac ex rhamno fuisse creduntur, accommodari facilè possunt. *Philaterim* quoque *rhamnum* cognominant, ut Rhodiginus meminit; quod amori erga nos Christi optimè convenit, sicut & aliud cognomen, ut ἀλεξίπαχυς dicatur, & ἀλεξιάρης: quod reptilium allevet morsus, & sit adversus phantasmata præstantissimum amuletum. De rhamno, coronæ Christi materiam fuisse, quam malunt *x* alii juncum marinum, consentiunt cum Rhodigino *y* de nostris Martinus *z* Delrius & Jacobus *a* Gretserus; præterea Petrus Bellonius *b*. Certè juncus propriè *spina*, &

Senſus loci.

Argumentum hujus Psalmi. Mystica expositio.

Sensus communior.

a *ap* 8 *ad Demophilum*. b *Virg.* 4. *Æn.* c *Catull. in epithala* Animi puritatem ad intelligentiam rerum divinarum plurimum referre, Christi ore pronuntiatum. Turpis amoris nomina. Cupido facibus armatus d *Lib.* 46 Homo ab amore non est ignitus, sed ipse ignis. Gravissima pœna cecitas mentis. e *Serem.* 15 18 f *Job.* 5. 14. g *Esa.* 59. 10 h *Johan.* 9 6 Cœcos oculos cur luto curat Christus. Candenti ferro facultas videndi nonnullis adempta. Cæcitatem mentis, quæ inducant. i *Deut.* 15. 9. *Eccles.* 20. 31 k 1. *Æneid.* Cupido cæcus pictus Ignis figurata notio pro tribulatione Tropologia. l *Esa.* 28. 19 in *Apoc.* 16. 9. m *Moral.* c. 89 *vol.* 46. n *Mat* 12. 33. * *vers.* 7.

p *Ps* 54. 7.

q *Ps.* 31. 4. r *Ps.* 34. 16.

s *Cap.* 9. 15. *Spina* quomodo dicantur *intelligere rhamnum*. t *lib.* 1 c. 102 Rhamni de scriptio ex Dioscoride. Triplex genus Foliosum vis & ramorum. Ejus proprietas. * 1 *de plantis* u 8. *Simplic. medic.* & 3. *de medic. facile parand.* n. 120. Cognomina x *lib.* 5. *cap.* 9. *lib.* 12. 31. Rhamnū coronæ Christi materiam fuisse, qui velint: alii juncum marinum. y Citat. *Gretserus infra*: & *Dan. Mallon de stigm. Synd. cap.* 12. & *Consalvus Durantus notat. in revel. Brigida l.* 7. *c.* 15. *Suarez* 3. *Potom.* 3. *q.* 45. *disp.* 35. *sect.* 3. *Tolet. in Ioh. c.* 19. *annot.* 2. Spinæ cur in passione Christi. Cur Deus in rubro apparuerit. z *Sup. l.* 5. *c.* 9. a *Lest. 9. de pass.* b 1. *de cruce cap.* 12. 2. *Observationum c.* 88.

na, & ἀκανθα dici nequit; nec ita in promptu eſſe potuerat, ut Baronius *a* annotavit: & Patres loco ſpinarum, quas producit poſt peccatum terra *b*, & arietis hærentis vepribus *c*, & rurſum ſpinarum, quæ ſuffocant verbum DEI, ſpinas docent paſſum Chriſtum. Scribit etiam Clemens Alexandrinus *d* cauſam, * quòd in rubo Deus apparuiſſet *e*, & ut corona Chriſti, (quod hic attingunt alii) flos eſſet credentibus, & non credentibus ſuppliciũ: & Proſper *f* citat ex Pſalmo 31. *g Converſus ſum in ærumna mea dum configitur ſpina*, de corona ſpinea Chriſti.

Aſperitatem fruticis hujus cum hericio comparat Hieronymus *h*, tenereque dicit quidquid attigerit, retentum vulnerare, vulneratorum ſanguine delectari. Nyſſenus *i*, affirmat aſperiorem inter ſpinas eſſe, cui ſint acutæ cuſpides, & continuæ prominentiæ ad nocendum appropinquantibus idoneæ. Ipſamet de ſe rhamnus ad regnandum ab aliis lignis invitata, reſpondet in parabola vel apologo *k*: *Si verè me Regem vobis conſtituitis, venite, & ſub umbra mea requieſcite* (quæ nulla eſt, ac paullo remotiora à ſe æſtu in ſeſe reflexo lædit, propiora ſpinis horrentibus, vel aura levi commotis cruciat.) *Si autem non vultis egrediatur ignis de rhamno, & devoret cedros Libani*, nam tandem ſpinarum uſus finiſque in igne eſt, nec tangi manibus poſſunt, ſed *ferra lanceaque* evulſæ comburuntur *l*. Commutata ratione coronatus ſpinis Chriſtus meritò ſub umbram coronæ ſuæ invitat omnes præſertim *coronari roſis* volentes *m*; detrectantes cedros præ ſuperbia, & ſcandalum vel ſtultitiam id reputantes, flammis conſumturum minitatur. Placuit Godefrido tanti Imperatoris exemplum, cui perſuaderi non potuit regiam capiti coronam imponere, ea in urbe, in qua illum ſpinis coronatum recordabatur. Sic accidit, ut nec in hujus, nec in aliorum ſtatuis vel imaginibus regum Jeroſolymitanorum, aliæ viſantur, quàm veprium ſimilitudine horridæ coronæ *n*. Non diſſimilis apologus de carduo in Libano, *qui miſit ad cedrum Libani, ut daret filiam filio ſuo in uxorem, ſed beſtia ſylvæ Libani tranſierunt & conculcaverunt carduum* o.

Præter moralem ſenſum, qui fere cum litterali eſt idem ac de quo dictum eſt in principio: cenſeri poteſt hic non incommodus, ut ab beneficium Dei ſpectet tollere de medio, tamquam immittendo ab edito loco ignem, peccatores, ut non videntes Solem, ſed citius mortui, graviorum rei ſuppliciorum non fierent, ſi diu vivendo plura majoraque peccata committerent. Hoc facit Deus ſicut in ire, non ſimpliciter in ira, quoniam admiſcet ea in re miſericordiam, non ſentiunt miſeri ſpinas ſuas, quibus verbum divinum ſuffocatur *p*; ſed *delicias eſſe ſubſentibus computant* q: *tribulum pro frumento, pro hordeo ſpinam habent* r: *in manu* eorum *ſpina naſcitur* ſ; nec *ſtimulos clavoſque verborum Sapientum* curant *t*: *Oriuntur in domibus ſpinæ & urticæ* u: *agrum vineamque replent urticæ ac ſpinæ* x: propterea *igne ſuccenſo comburentur uſque ad nihilum* y. Immò vero in ea ipſa combuſtione ſalva manet combuſtarum animarum ſubſtantia, ut perpetuò combuſta non conſumatur, ſed, ut nuper cum Latinis Patribus dicebam, prodeant in rhamni veluti magnitudinem ſpinæ minores, præſertim quum reſument damnati ſua corpora. Simili ſenſu Gregorius *z* explicat, *radicem juniperorum cibum eſſe* * impiorum: quaſi in extremo vitæ ſuppliciorum aſpera, ex malo proferantur, quod patrarunt. Cedit hoc etiam in bonum juſtorum & electorum, *propter quos breviantur dies* perſecutorum *a*: & *antequam dies* horum *impleantur, pereunt, manuſque illarum creſcunt* b, vel rami, juxta vim vocis Hebreæ בך *chaph*, ſignificantis utrumque. Non eumdem ſemper ſervat DEUS circa ſpatium vitæ humanæ modum. Aliquando imminuere, nonnumquam videtur id augere, ſive boni ſint, ſive homines mali. De utriſque ſub tritici ac zizaniorum parabola, dixit, ut ſinantur *creſcere uſque ad meſſem* c, etſi de generali judicio poſſit etiam intelligi. *Amorrhæorum nondum completas iniquitates* legimus *d*; & dictum à Chriſto Judæis, ut implerent *menſuram Patrum ſuorum* e; quaſi quod Job *f* ſcripſit, *venter impleretur ut emitteret* in eos *iram furoris ſui*; expectans tria quatuorque ſcelera *g*, ideſt, multa: & *ut iniquitas finem daret* h. Quoſdam juſtos rapit Deus maturius, *ut malitia immutet eorum intellectum* i, lege loci Sapientiæ commentarium noſtrum.

Hugo *rhamnum* præterea ſumit pro diabolo & Antichriſto: quia primum diabolus molliter ſuggerit delectationem peccati, deinde ſolvit pœnam tormenti: eos qui per hypocriſim videntur vita gratiæ vivere, abſorbens *ira magna* k. Antichriſtus, Judæos, qui ut ſpinæ ſunt, quam converſi fuerint, abſorbebit quaſi in ira fingendo ſeipſum, ſicut viventes, ideſt, alios Chriſtianos. Valentia *ſpinas* interpretatur mordaces Judæos ac pungentes nomen Chriſtianum, & quidvis in nos machinantes: verum fruſtra, ita ut ſpinæ non poſſint in rhamnum protrudi & proficere. Dicitur demum *ignis de rhamno*, quod prius retulimus, *devorare cedrum Libani* l, quando illi ipſi viliores ac tenuiores, ſed à majoribus ad impietatem nequitiamve admiſſi vel invitati, eos occidunt, aut vexant aut dejiciunt. Sic juſto Dei judicio Petrus Damiani *m*, obſervat, ab eiſdem Gothis, Arianis, Valentem Imperatorem conſumtum flamma vindictæ, quos ipſe percuſſerat igne perfidiæ. Confecto commentario iſto incidi in Serarii noſtri commentarium poſthumum ſuper libro Judicum; *n* nec ulla ferè in re diſcrepare me ab eo ſum gaviſus. Eodem pertinet Bparœmia Græca μικρόθεν ἡ ἀκανθα ἀγαθὴ φαίνεται, *parvam ſpinam bonam videri*. Si סירות *ſiroth*, *ollas* aut *lebetes* redderemus, ſenſus pariter eſſe poſſet de celeri perditione: quia ignis excitatus ex rhamno, ſentibus, carduis, citò conſumitur; ac fere priuſquam incaleſcant ollæ. Valet præterea *ignis rhamni*, inanem & parum efficacem iram: qualem vituli admiſſarii conatum irritum Poeta deſcribit *o*.

Ut quondam in ſtabulis magnus ſine viribus ignis
Incaſſum furit,

Sapiens item eodem ſenſu *p* vocat ignem in ſpinis, *ſonitumque ſpinarum*. Lege Levinum Lemnium *q*.

Sicut viventes, ſic in ira abſorbet eos.) Hieronymus, *quaſi viventes, quaſi in ira*, (malè in Regiis deeſt præpoſitio) *rapiet eos*. Alii, *ſicut caro cruda ſeu viva* חי *chai*, quod Richardus Cenomanus acerbè reprehendit, *ſic ira ut turbo perdat eum*: vel, *ſic viventem, ſic ira turbine rapiat eum*: vel, *quaſi vivo, quaſi ira tempeſtas ipſis erit*. De carne cruda dictum prius, aut de parum cocta, quòd olla vix ignem excitatum ex ſpinis citoque abeuntem ſenſerit. Cajetanus cujus ultima verſio eſt, declarat iſta cum prioribus nectendo. Priuſquam ò Saulis aſſeclæ hoſtes mei, ſpinæ inſtigationum veſtrarum germinent rhamnum, igni excitando aptiſſimum (hoc Joſephus *r* docet) ideſt. Saulem inducant ut me conſumat, hunc adhuc vivum ira conſumet Dei, quemadmodum teneras fruges tempeſtas deſtruit. Chaldaicè, *quamdiu ſunt virides*, nempe impii, *ſicut immaturum turbine deſtruet illos*: vel juxta textum Nebienſis, *donec ſicut herbũ, turbine deſtruet illos*. Differt à lectione noſtra Hilarius tempore futuro, *abſorbebit*: ſicut & in Æthiopico Pſalterio Caſſiodorus habet, *ſicut*, utrobique Auguſtinus bis, *tamquam*, & verbum præſentis temporis, *combibit*: in Bibliis Græcis duobus in locis eſt ὡσεί, *ſicut*, & in Hebraicis כמו *chemo*, quod idem valet. Potuit quidem bis repeti, *ſicut*: nec tamen quia factum non eſt, reprehenſionem Vitelmani meretur. Si ſecundo loco repeteretur, non aliam vim haberet, quàm *ſic*, ut apud Oſeam *ſ*: & *erit ſicut populus ſic Sacerdos*, nec refert quòd Hebraicè ſit חי *chai* numero ſingulari: & in fine affixum ſingulare tertiæ perſonæ: & Hilarius, Pſalterium Æthiopicum, Codices Græci emendati, *vos*, ὑμᾶς, vertant. Abſorbere κατα[illegible]εδαι Hebræo verbo dicitur שער *ſahhar*, quaſi ficto verbo Latino dicas *procellare* ac *tempeſtare*.

Senſus litteralis poteſt eſſe, quem dat Genebrardus: quòd improbos Deus cum magna ira (ita ut *ſic* denotet vehementiam, & eximium iræ modum) abſorbeat ſic viventes, ideſt, tùm maximè, quando vivunt, virent, florent, vigent: & eos *viventes deſcendere facias in infernum* t. Deinde particula geminata ſimilitudinis innuit ſubitam iram & punitionem, quemadmodum vulgo diceremus, *come gli trova vivi, così con colera gli traghiottiſce*. Præterea poſteriore loco, *ſic* aut *ſicut*, in ira non minuit, etſi verum eſt, in Deo iram cum perturbatione eſſe, ſed potiùs exprimit ſeriam iram, & Deum ut ſevera graviterque iratum. Quo pacto gloriam Chriſti viſam ſcribit Joannes *u*: *quaſi Unigeniti à Patre*, hoc eſt, ſicut ejuſmodi decebat divinam perſonam. Adhæc, *ſicut viventes ſic in ira abſorberi à Deo*, ut Emanueli Sà placet, nec diſplicet mihi, eſt, ſicut ſolent aliquando homines mergi, quod eſt citum genus mortis, ſic aliquando ſubita Deum aliquos morte perdere. Vel cum Euthymio, quaſi

---

s Rom. 1. annot.
b Gen. 3. 18.
c Gen. 22. 13
d 2. Pædag. c. 8.
e Exod. 3. 2.
f de promiſſ. c. 10.
g v. 4.
h in c. 3. Abac. & in c. 2. Iſa.
i Tract. 2 in Pſal. c. 15. Rhamni cũ hericio, comparata.
k Judic. 9. 15
l Iſa. 10. 17. 2. Reg. 23. 6. Sub umbrã coronę Chriſti ſpineæ omnium invitatio.
m Sap. 2. 8. Regiæ capitis coronæ impoſitio recuſata per Godefridũ, in ea urbe, in qua recordaretur Chriſtum ſpinis coronatum.
n Guliel. Tyrenſ. l. 9. de bello ſacro c. 9. Adricom. in deſcr. terræ ſanctæ de Jeruſalem. 1. ubi alios cit.
Moralis ſenſus.
o 2. Par. 25. 28.
p Luc. 8. 7.
q Job. 30. 7.
r Cap. 31. 40
ſ Pro. 26. 9.
t Eccl. 12. 11.
u Iſ. 34. 13.
x Pro. 24. 31.
y 2. Reg. 23. 6.
z 20. Moral. c. 13. vol. 15.
* Job, 30. 4.
a Mat. 24. 22
b Job, 15. 32. Non ſemper eumdem modũ ſervat Deus circa ſpatium vitæ humanæ.
c Matt. 13. 30.
d Gen. 15. 16.
e Matt. 23. 32.
f Cap. 20. 23
g Amos. 1. 3.
h Ecclus. 13. Juſtos quoſdam cur rapiat DEUS maturius.
i Sap. 4. 12. Rhamnus pro diabolo & Antichriſto.
A ctationem peccati, deinde ſolvit pœnam tormenti: eos qui per hypocriſim videntur vita gratiæ vivere, abſorbens *ira magna* k. Antichriſtus, Judæos, qui ut ſpinæ ſunt, quam converſi fuerint, abſorbebit quaſi in ira fingendo ſeipſum, ſicut viventes, ideſt, alios Chriſtianos. Valentia *ſpinas* interpretatur mordaces Judæos ac pungentes nomen Chriſtianum, & quidvis in nos machinantes: verum fruſtra, ita ut ſpinæ non poſſint in rhamnum protrudi & proficere. Dicitur demum *ignis de rhamno*, quod prius retulimus, *devorare cedrum Libani* l, quando illi ipſi viliores ac tenuiores, ſed à majoribus ad impietatem nequitiamve admiſſi vel invitati, eos occidunt, aut vexant aut dejiciunt. Sic juſto Dei judicio Petrus Damiani *m*, obſervat, ab eiſdem Gothis, Arianis, Valentem Imperatorem conſumtum flamma vindictæ, quos ipſe percuſſerat igne perfidiæ. Confecto commentario iſto incidi in Serarii noſtri commentarium poſthumum ſuper libro Judicum; *n* nec ulla ferè in re diſcrepare me ab eo ſum gaviſus. Eodem pertinet Bparœmia Græca μικρόθεν ἡ ἀκανθα ἀγαθὴ φαίνεται, *parvam ſpinam bonam videri*. Si סירות *ſiroth*, *ollas* aut *lebetes* redderemus, ſenſus pariter eſſe poſſet de celeri perditione: quia ignis excitatus ex rhamno, ſentibus, carduis, citò conſumitur; ac fere priuſquam incaleſcant ollæ. Valet præterea *ignis rhamni*, inanem & parum efficacem iram: qualem vituli admiſſarii conatum irritum Poeta deſcribit *o*.

Ut quondam in ſtabulis magnus ſine viribus ignis
Incaſſum furit,

Sapiens item eodem ſenſu *p* vocat ignem in ſpinis, *ſonitumque ſpinarum*. Lege Levinum Lemnium *q*.

Sicut viventes, ſic in ira abſorbet eos.) Hieronymus, *quaſi viventes, quaſi in ira*, (malè in Regiis deeſt præpoſitio) *rapiet eos*. Alii, *ſicut caro cruda ſeu viva* חי *chai*, quod Richardus Cenomanus acerbè reprehendit, *ſic ira ut turbo perdat eum*: vel, *ſic viventem, ſic ira turbine rapiat eum*: vel, *quaſi vivo, quaſi ira tempeſtas ipſis erit*. De carne cruda dictum prius, aut de parum cocta, quòd olla vix ignem excitatum ex ſpinis citoque abeuntem ſenſerit. Cajetanus cujus ultima verſio eſt, declarat iſta cum prioribus nectendo. Priuſquam ò Saulis aſſeclæ hoſtes mei, ſpinæ inſtigationum veſtrarum germinent rhamnum, igni excitando aptiſſimum (hoc Joſephus *r* docet) ideſt. Saulem inducant ut me conſumat, hunc adhuc vivum ira conſumet Dei, quemadmodum teneras fruges tempeſtas deſtruit. Chaldaicè, *quamdiu ſunt virides*, nempe impii, *ſicut immaturum turbine deſtruet illos*: vel juxta textum Nebienſis, *donec ſicut herbũ, turbine deſtruet illos*. Differt à lectione noſtra Hilarius tempore futuro, *abſorbebit*: ſicut & in Æthiopico Pſalterio Caſſiodorus habet, *ſicut*, utrobique Auguſtinus bis, *tamquam*, & verbum præſentis temporis, *combibit*: in Bibliis Græcis duobus in locis eſt ὡσεί, *ſicut*, & in Hebraicis כמו *chemo*, quod idem valet. Potuit quidem bis repeti, *ſicut*: nec tamen quia factum non eſt, reprehenſionem Vitelmani meretur. Si ſecundo loco repeteretur, non aliam vim haberet, quàm *ſic*, ut apud Oſeam *ſ*: & *erit ſicut populus ſic Sacerdos*, nec refert quòd Hebraicè ſit חי *chai* numero ſingulari: & in fine affixum ſingulare tertiæ perſonæ: & Hilarius, Pſalterium Æthiopicum, Codices Græci emendati, *vos*, ὑμᾶς, vertant. Abſorbere κατα[illegible]εδαι Hebræo verbo dicitur שער *ſahhar*, quaſi ficto verbo Latino dicas *procellare* ac *tempeſtare*.

Senſus litteralis poteſt eſſe, quem dat Genebrardus: quòd improbos Deus cum magna ira (ita ut *ſic* denotet vehementiam, & eximium iræ modum) abſorbeat ſic viventes, ideſt, tùm maximè, quando vivunt, virent, florent, vigent: & eos *viventes deſcendere facias in infernum* t. Deinde particula geminata ſimilitudinis innuit ſubitam iram & punitionem, quemadmodum vulgo diceremus, *come gli trova vivi, così con colera gli traghiottiſce*. Præterea poſteriore loco, *ſic* aut *ſicut*, in ira non minuit, etſi verum eſt, in Deo iram cum perturbatione eſſe, ſed potiùs exprimit ſeriam iram, & Deum ut ſevera graviterque iratum. Quo pacto gloriam Chriſti viſam ſcribit Joannes *u*: *quaſi Unigeniti à Patre*, hoc eſt, ſicut ejuſmodi decebat divinam perſonam. Adhæc, *ſicut viventes ſic in ira abſorberi à Deo*, ut Emanueli Sà placet, nec diſplicet mihi, eſt, ſicut ſolent aliquando homines mergi, quod eſt citum genus mortis, ſic aliquando ſubita Deum aliquos morte perdere. Vel cum Euthymio,

---

k Apoc. 12. 13 Spinarum Judæis congruentia.
l Jud. 9. 20.
m Lib. 2. c. 2. Valens Imperator conſumtus flamma vindictæ ab iis quos percuſſerat.
n in cap. 9. q. 23. & 24.
o Georg. 3.
p Eccleſ. 7. 7.
q 1 de verbis biblicis c. 4.
r 5. antiq. c. 8
ſ Cap. 4. 9.
t Pſ. 54. 16. n. 16. 33.
u Cap. 1. 14
Senſus litteralis, 1

quasi viventes dicuntur Saul cum suis, qui paullo post occisi sunt ab irato DEO, quum non destiterunt Davidem persequi, qui vitam illius donaverat.

Tropologia

Sapit magis tropologiam, *sic ut viventes*, interpretari, qui sibi vivere videantur, quum, ut ait Spiritus ille in Apocalypsi *a*, *nomen habeat quòd vivant, & ecce mortui sunt*, & ut Paulus Ecclesiastes *b*, *laudentur quasi justorum operum*, & ut Paulus *c*, *viventes in deliciis, mortui sint*: vel secundùm animam quæ separata vivit, puniri: *sic* aut *sicut* & *quasi in ira Deum absorbere*, quia non ei ejus modi conveniat ira, quæ nobis, sed in *tranquillitate judicet* d, aut Diabolus, *qui absorbens fluvium, non miratur, habetque fiduciam quòd influat Jordanis in os ejus* e.

a cap. 3. 1.
b c. 4. 10.
c 1. Tim. 5. 6.
d Sap. 12. 18
e lib. 40. 19.

Vers. 11.) Lætabitur justus quum viderit vindictam; manus suas lavabit in sanguine peccatoris.

Sensus loci.

TAndem in fine Psalmi Justorum canit victoriam, fructumque justitiæ, nàm ait, justum quum descriptam viderit ultionem de impiis, lætitiam percepturum, ad eum modum quo victores insultando gaudendoque hostium conculcant sanguinem, & in eorum cruore manus mergant. De seipso in tertia persona loquitur David. Etsi enim vehementer planxerit mortem Saulis *f*, non dubium tamen, quin sit etiam valde gavisus de divinis judiciis, & quòd se liberè potitum regno videret, juxta promissionem Dei. Verùm non obscuram alioqui sententiam juvat per partes expendere, ut intelligamus quomodo lætari liceat justo de alieno supplicio; quid sit *manus in sanguine peccatoris lavare*.

f 2. Reg. 11. 2.

Justo quomodo lætantium de alieno supplicio.

Lætabitur justus quum viderit vindictam.) In emendatis codicibus Græcis additur ἀσεβῶν *impiorum*; quod etiam extat in Psalterio Romano, & apud Arnobium, Cassiodorum hoc loco, præterea apud Isidorum *g* in sententiis, Ambrosium in Psal. 118. *h*, & apud Hieron. contra Ruffinum *i*: apud Chrysost. *k* autem *impii*, numero singulari. Irrepsit, opinor, ubi est glossemate in textum, abest enim prorsus à textu Hebræo. De hoc justorum gaudio propter impiorum & hostium suorum supplicia, vidimus prioribus Psalmis alias non paucas sententias, maximè in 7 *l*, docuimusque non advertari dictis Job *m*, *Si gavisus sum ad ruinam ejus qui me oderat*; & Sapientis *n*, *quum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas*: & *o*, *Qui ruina lætatur alterius, non erit impunitus*. Gaudere hic etiam licet de virga correctionis quoniam sic emendatur proximus; & *pestilente flagellato stultus sapientior sit* p. Quo pacto gaudebat Apostol., *non quia contristati essent Corinthii, sed quia contristati ad pœnitentiam* q: justus melior evadit, sicque *manus in sanguine peccatoris lavat*, ut statim subditur. Cognoscitur, ut etiam sequenti versu dicitur, justitia & providentia Dei, nec frustra hoc quoque tempore vacari studio virtutis: minus offenduntur infirmiores quum puniri vident iniquos: placet justo evasisse hujusmodi malum tùm pœnæ, tùm verò longè magis culpæ, quæ causa alterius mali extitit.

g lib. 3. c. ult.
h serm. 7.
i Apolo. 3.
k hom. 3. in ep. ad Philem. 9.
l vers. 4. & seq.
m Job 31. 29.
n Prov. 24. 17.
o c. 17. 5.
p c. 19. 25.
q 2. Cor. 7. 9.

Minùs offenduntur infirmiores quũ puniri vident iniquos.

Innocens de supplicio alterius quomodo lætari non potest.

Absolutè loquendo, quamvis bonum sit, quum puniuntur nocentes, nec hoc nisi nocens neges; tamen, ut scribit Tertullianus *r*, innocens de supplicio alterius lætari (nimirum per se) non potest, quum magis competat innocenti dolere quòd homo par ejus tam nocens factus est, ut tam crudeliter impendatur. Addit, agens de damnatis ad bestias (ut spectacula dissuadeat) vel ad quodcumque supplicium, fieri posse ut hoc innocentiæ quoque inferatur aut ultione judicantis, aut infirmitate defendentis, aut instantia quæstionis: propterea melius esse nescire quum mali puniuntur, ne scias & quum boni pereunt. Ambrosius *s* videri sibi dicit, *lætari justum quum viderit vindictam impiorum*, quia lætetur quòd ipse evaserit, non quia impii puniantur. Id alii hoc loco verbis docet Beda, lætari justum non de impiorum damnatione, sed de sua liberatione, quæ est item communis aliorum interpretatio: & exemplum dat Hilarius in Lazaro, qui peccatoribus puniendis deductum se per Angelos in æternam requiem sit lætatus. Deus ipse, quem imitari honestum est, *plaudit manu ad manum*, exultando, quum *implet indignationem suam* t: & Christus exultans in spiritu gratias egit Patri etiam quòd *abscondisset à sapientibus & prudentibus*, mysteria divina u. Et tamen Deus non *lætatur* per se *in perditione* x, sed *vult omnes salvos fieri* y. Lege Thomam z, *Non gratulando* insultat justus, ait Chrysostomus *a*, sed metuens ne patiatur eadem, emendare intima sua vitamque omnem corrigere studet. *Non propter* perditos gaudet, inquit Nyssenus *b*, sed quòd ex aliorum comparatione, inter quos se non esse videt, nec sordes habet quas illi habent, indicanturque per sanguinem.

r de spect. c. 19.

Etiam innocentibus inferri interdum supplicia. Ambrosii & aliorum explicatio.

s in Ps. 118. Jerem. 7.

Lazarus, peccatoribus puniendis deduci super Angelos in æternam requiem, est lætatus.

t Ezech. 21. 17.
u Matth. 11. 25.
x Sap. 1. 13.

Videtur verò Augustinus *justum* hìc sumere pro eo qui fidem habet, quamvis alioqui sit peccator egens *manus lavare*, sed tamen lætatus quòd non versetur in tenebris infidelitatis. Beati securius lætari possunt, & *interitu ridere* reproborum, *cum Deo ipso* c, ut Bernardus *d*, affirmat; non quòd, inquit, velut quadam immanitate crudelitatis in ipsa sibi ultione complaceant, sed quòd modus ipse pulcherrimus divinæ ordinationis ultra quàm credi possit, justitiæ zelatorem & amatorem æquitatis oblectet, ubi optimè omnia constituta, & suum cuique cessisse locum, immo in suum quemque cessisse, pleniùs & perfectiùs illustrante veritate, cognoscet. Postquam Angelus, *lapidem quasi molarem magnum misisset in mare, dixisset que hoc impetu mittendum Babylonem*, refert Joannes *e*, auditam vocem *citharœdorum & musicorum, & tibia canentium*: Sed *f*, & quasi *turbarum multarum in cœlo dicentium, haleluiah, salus & gloria & virtus Deo nostro est, quia vera & justa judicia sunt ejus, qui judicavit de meretrice magna*, &c. Huc spectare Gregor. *g* vult quod Psal. vidimus 51. *h*: *Videbunt Justi, & timebunt*, & *super eum ridebunt*: præterea verba Job *i*, *In nuditate & fame* justus *ridebit*: quia quum iniquos omnes, inquit, extrema ultio percutit, ipse de gloria dignæ retributionis hilarescit; nec damnatis jam tunc ex humanitate compatitur, quia divinæ justitiæ per speciem inhærens in concusso districtionis intimæ vigore solidatur. Idem *k* rursus expendens alium locum ejusdem Job *l*; *Videbunt justi & lætabuntur*, docet nunc justos gemere quos aspiciunt reprobos (quos nempe nesciunt tales esse, sed vident improbitatem eorum) in judicio aspiciendo subtanaturos & exultaturos. Quum venisset dies in quo à Carthaginensibus prima Romanis pensio conferenda erat, & ad tributi vocem omnes ingemiscerent, risum Annibal effundit, Asdrubalique hoc reprehendenti respondit, non lætantis illum esse risum, sed eorum inanes lacrymas deridentis, quæ eo tempore in leviore malo, quod cujusque privati civis pecuniam tangeret, potiùs manarent, quàm antea, quum Romani classes, arma, & ampliss imarum victoriarum spolia Carthaginensibus detrahebant, victisque imponebant leges *m*. Ad eumdem modum reproborum electi feros ridebunt gemitus. Claudit Magister sententiarum opus suum ista sententia docens, visa impiorum pœna, non minui beatorum gloriam. Tandem & hìc & in judicio ac in beatitudine canticum justis convenit, quo *gloriosè magnificatum* Deum celebrent *n*, & *nomen sanctum ejus decantent*, ac *victricem manum illius laudent pariter* o, & *justitia Dei exultent* p. Justi Ezechielis in ore volumen continens *lamentationes, & carmen, & væ*, *dulce sicut mel erat* q, *quamvis amaricaret ventrem* r; idemque Joanni contigit *s*; quoniam divinorum judiciorum ac ultionum cognitio, quæ improbis tamquam ventri amara est atque horrori, afficit justos magna voluptate; suntque illis, *judicia dulciora super mel & favum* t. Jeremias *u*, item scribit, *Sermones Domini comedisse se*, & *factum sibi esse verbum divinum in gaudium & lætitiam cordis sui, quoniam invocatum esset nomen illius super se*: idest, quoniam vocabatur *vir*, seu *homo Dei*. Quæ alia censeri potest causa, sed propria Prophetæ, cur lætetur videns vindictam, quia scilicet deprehenditur vera vaticinatos, eique imposterum fides habetur.

a Apoc. 18. 21, 22.
b c. 1. 2.
g 7. moral. c. 20. vol. 16.
h vers. 8.
i c. 5. 22.
k 2. 19.
l c. 22. 9.

Annibalis ad Asdrubalem responsum, inanes lacrymas Carthaginensiũ deridentis.

m Plutarch. in Annib.

Visa impiorum pœna non minui beatorũ gloria.

Manus suas lavabit in sanguine peccatoris.) In Psalterio Gallicano, apud Arnobium & Cassiodorum, *peccatorum*. Hieron. & alii ex Hebræo textu, *pedes suos lavabit* aut *vestigia*, sive *plantas*, & *gressus*. Hoc significat פעמיו *pehhamau*. Excusat Richardus Cenomanus, quòd פעם *pohham* interdum significet *fortificare* x: fortitudo autem & opera per *manus* in Scripturis intelligantur. Genebrardus ait immutari metaphoram, sed non intellectum. Malim dicere voce illa significari etiam *manus*: quia iterum Psalmo 73. *y*, pro ea positæ sunt *manus*. In Psalmo z 25. vidimus quid esset, *Lavare manus inter innocentes*: & in 67. *a* commentario jam pridem evulgato, quid intin-

n Exod. 15. 1.
o Sap. 18. 2.
p Ps. 144. 7.
q Ezech. 2. 9 c. 3. 1. 2. 3.
r Apoc. 10. 9. 10.
t Ps. 18. 11.
u c. 15. 16.
x Judic. 13. 25.
y vers. 3.
z vers. 6.
z vers. 25. *Intingere pedem in sanguine*, quid sit.

intingere pedem in sanguine. Intingere pedem in sanguine est, adeo magnam hostium cædem fieri, ut sit necesse per manantia cruore cadavera, vel per madens ex eo solum transire, ipsos hostes cruentatas quasi torcular calcare: sicque vestes cruore aspergere *a*. *Lavare manus* est innocentiam suam declarare eo ritu. Sic autem *lavare in sanguine* esset, non in ipso, sed propter ipsum, ut notant Theodoretus, Euthymius, Nicephorus, quòd nimirum sit innocens, nec ullam communionem in ea re habuerit. Consentit Hilarius quem citat quoque qui Hieronymus creditur. Non peccatorum sanguine justus manus abluit, sed quum peccatores in sanguine sint, inquit uterque, quia rei sunt sanguinum manus suas ille ab omni reatu sanguinis continebit ablatas: lætus ob vindictam de ipsis quam non procuravit, & quum post exitium eorum, ejus opera gloriosè refulgent.

a *Es.* 63. 3. *Lavare manus. Lavare in sanguine*, quid item.

Multa sunt exempla notionis, *in*, ut valeat idem quod propositio (*a*) aut *; propter* consule indicem Sà. David lugubriter deplorans mortem Saul, satis declaravit sibi hoc pacto *manus* licere *lavare in sanguine* ipsius.

Notionis vocula (*in*) varia exempla.

Refert præterea Euthymius illum alium tropologicum sensum, qui traditur etiam à Latinis passim mundiores quodammodo justi manus ac justum totum effici, dum peccatoris funditur sanguis, quia caurior fit ex cruciatibus illatis peccatori, ac proinde, quod priùs dicebatur, lætatur non pœnis alterius, sed quia redditur illius exemplo prudentior ac securior. Idem observatum est, præter enarratores, etiam à Gregorio *b*, qui scribit, quòd in peccatorum morientium sanguine justi lavantur manus, quia dum eorum pœna conspicitur, conspicientis vita mundatur. Bernardus *c*, etiam ait, ideo *visa justum lætari vindicta*, quia manus suas lavat in sanguine peccatoris, non inquinat, & unde ille cruentus magis, inde hic nitidior videtur, unde ille plus sordet, inde iste pulchriùs eluceſcit. Similis Isidori *d* sententia, ut probet, quod iniquus moriens, qui imitatione sui multos ad culpam traxerat delectatione peccati, multos à culpa revocet terrore tormenti. *In peccatorum* enim, inquit, morientium sanguine justi lavare manus, quia dum eorum pœna conspicitur (eadem erant Gregorii verba: ex cujus moralium libris Braulio testis est sententiarum libros decorasse) conspicientis vita mundatur: Cujus enim talis crudelis exitus cernitur, non solum qui viderit, refugit, sed alios etiam ab imitatione illius quanta valuerit exhortatione compescit.

Tropologicus sensus.

b 18. *moral. c.* 13.

c *Ser.* 8. *in Ps.* 90.

d 3. *Joan. c.* uit.

Sævitia Tomyris Messagetarum Reginæ, & aliorum, conspecto hostium sanguine.

Mitto hìc sævitiam Tomyris Messagetarum Reginæ, quæ Cyri Regis caput in utrem humano sanguine plenum dimisit, his insultans verbis; *Filii mei* (Sargapisis) *sanguinem hausisti, & meum sitivisti Cyre; at ego te cruore saturabo e*: Annibal, humani sanguinis inspecta plena fossa, pulchrum in ea esse spectaculum dixit *f*. C. Marius M. Antonii clarissimi Oratoris abscissum caput suismet manibus inter epulas summa insolentia tenens, ejus sanguine mensam contaminari passus est; atque P. etiam Annium, qui id attulerat, recentis adhuc cædis aspersum vestigiis recepit in sinum suum *g*. Severus Clodii Albini cadaver equum coegit calcaribus adactum calcare *h*. Scythæ quem primum ceperint virum, putant sanguinem ejus *i*. Non hi hisve similes tamquam justi, honesta lætabantur vindicta, sed velut immanes feræ inextinguibilem quoquo modo extinguere sanguine comabantur iram *k*. Christus non lavit in sanguine nostro manus pedesve, sed illorum ac lateris & corporis totius cruore, *Lavit nos à peccatis nostris l*, ac nos veluti *stolam suam in vino*, & quasi *pallium in sanguine uvæ m*, hoc est, per Baptismum & Eucharistiam, ut exponit Origenes *n*, Ambrosius *o*, Augustinus *p*. Hostilem illam barbariem leges etiam in Petronio *q* Arbitro:

e Herodot. *lib.* 7.

f Fulgos. *l.* 20. *c.* 11.

g Val. *l.* 9. *c.* 2.

Scythæ ejus sanguinem haurientes, quem primum ceperint.

Jam pridem nullo perfudimus ora cruore:
Nec mea Tisiphone sitientes perluit artus,
Ex quo Sullanus bibit ensis, & horrida tellus
Extulit in lucem nutritas sanguine fruges.

Differimen justæ & injustæ vindictæ.

h Volater. *l.* 23. & Eutrop. *l.* 9. *c.* 3. ex Spartiano & Herodiano.

i Herod. *lib.* 4.

k Seneca in Octavia *actu* 5.

l Apoc. 1 5.

m Gen. 49. 11.

n Hom. 17. in Gen.

o de benedict. Patriar. *c.* 4. p 12. contra Faustum *c* 42.

q in Satyr. tam quàm ibus Græc.

r *vers.* 24.

Eodem pertinet in Samo locus, πάναιμα dictos; teste Plutarcho *r*, à sanguinis copia, ex cæsis ibi Amazonibus. Facere huc quoque possunt quæ in commentario Psalmi 67. jam olim edito dixi ad ea verba *s*, *ut intingatur pes tuus in sanguine*.

s *Ps.* 67. 24.

A *Vers.* 12.) Et dicet homo; si utique est fructus justo; utique est Deus judicans eos in terra.

Sensus loci.

DE seipso sub tertia persona, vel de alio quolibet qui Dei viderit vindictam, de improbis, ac singularem de justis providentiam, asserit, cum gaudio magno sive apud semetipsum, sive apud obvium quemque perconctando dicturum. Estne verò justis utilitas & fructus? *Ergo sine causa justificant cor suum, lavantque inter innocentes manus suas t?* nullo modo: sed colliget justus commoda plurima; quoniam æquus ac justus Deus omnia quæ sunt in terra gubernans, non sinet iniquorum illos violentia opprimi, sed vindicabit: & damnatis illis horum innocentiam manifestabit, ac de tribulatione ereptos, quum opportunum fuerit, glorificabit *u*. Quare nullus in posterum sit, qui audeat vel de justis vexatis minùs bene sentire, vel in dubium revocare justitiam & providentiam optimi, sapientissimi, potentissimi Dei. Argumentemur potiùs, ait justus ille ac sapiens, vel si nondum justus, justitiæ tamen amore captus, ob experimentum istud quod cepit, in justitiæ virtutisque omnis studium incumbere nos oportere. Apollinarius de prædicto justo intellexit: *Non differt* Deus in futuram vitam omnia virtutis præmia, ne periclitetur apud mortales opinio providentiæ: sed renuntiari dicique jubet, *justo quoniam bene* x; *quoniam fructum adinventionum suarum comedet, & væ impio in malum: retributio enim manuum ejus fiet ei*.

t *Ps.* 78. 13.

u *Ps.* 90. 15 De justis vexatis non malè sentiendum.

In justitiæ virtutisque omnis studium semper incumbendum, etsi justi vexentur.

x *Cap.* 3. 13.

Sapientis quoque sententia locum in tempore præsenti habet, quòd *y*, *bonorum laborum glorioſus est fructus*, semper quidem spiritualis ille duodenarius *z*: qui est *patatissimus fructus justitiæ* a, & *gaudium exspe* b, & *gloriatio in tribulationibus* cum *patientia, probatione, spe, charitate* c, & facti boni conscientia; sed & non rarò etiam corporalis & externus; ita ut non desit hìc etiam *merces operi nostro* d, & centuplum in hoc tempore *e* materiali quoque quodammodo concedatur.

y *Sap.* 3. 13.
z *Galat.* 5. 22
a *Heb.* 12 11.
b *Rom.* 12. 12
c *c.* 5. 4.
Merces operi hominum parata.
d 2. *Par.* 15. 7. *Jer.* 31. 16.
e *Marc.* 10. 30.
Vocis *hominis* acceptio

Et dicet homo.) Chaldaicè, numero plurali בני נשא *bene nascia, filii hominis*, ideſt, homines. Collectivè *homo* pro omni ponitur, nisi, ut principio dixi, designet David seipsum, vel eum qui proximè antè *justus* appellatus est, *homo* significat. Ponitur alibi etiam *homo* absolutè pro aliquo indefinitè, aut pro quovis homine: nonnumquam ad comprehendendum, vel plurimos, vel etiam omnes: bis repetitur idem nomen, sed Hebraicè non אדם *Adam*, ut hoc loco, sed אשי *is*, sic apud Ezechielem *f*; *homo homo de domo Israel*, &c. איש איש *is is*, ἀνθρωπος, ἀνθρωπος: & in Psalmo 86. *homo & homo natus est in ea*; איש ואיש *is viris*, ἀνθρωπος καὶ ἀνθρωπος, vertit præterea Interpres noster *homo quilibet*, aut quicumque, loco gemini nominis dicti tùm Hebræi, tùm Græci *h*: aliquando semel tantum ponit *i*.

f *c.* 14. 7.
g *vers.* 5.
h *Levit.* 17. 3. 10. 13.
i *Ibid. v.* 8.

Si utique est fructus justo.) Hieronymus, *verè*, & alii passim qui reddunt ex Hebræo, nec non Apollinarius, ἐξερῶν ὅτι καρπὸς ἀγαθὸς ὁ δικαίος

Dicturus quòd fructus glorioſi est justi.

Particulam (*si*) quæ propriè est conditionalis, sicut (*si*) constat nonnumquam usurpari pro ὅτι, quod & ἆρα, significare, *profectò, utique*, &c. aut expletivè tantùm poni. Quocirca hoc etiam loco, *si utique*, possumus exponere, *quod*, aut *quod certè*, ita ut assertiva & simplex sit enuntiatio, non hypothetica seu conditionalis. Quo pacto vim majorem indicat argumentum. Vox etiam Hebræa אך *ach* eumdem usum habet, interdumque præterea redditur per dictionem admirantis *quàm k*; item per *forsitan l*. Legit Augustinus, *Si ergo est*. Hilarius, *Si utique erit*: & exponit per interrogationem, *An fructus erit justo?* sed ita ut non ambigendo dicatur. Videtur autem Arnobius legere, *Quia est*: LXX. verò similem primo ultimum versum facere voluisse, quoniam ille sic inchoabat, *Si verè utique*. Bonum argumentum Augustini: *Gaudet* ebriosus, & non gaudet justus; & *; Qui tale* gaudium modò dedit (Deus) de fide, de spe, de charitate, de veritate Scripturarum suarum, quale præparat in finem? qui in via sic pascit, in patria quomodo saginabit?

Partienla *ei* usurpatio interdum.

K Ps. 71. 1.
l Ps. 1. 38.

Argumentum Augustini.

Utique est Deus judicans eos in terra.) Deest Hebraicè pronomen. Comprehendit autem justos & injustos, ita ut, quod expressit Paraphrastes, judicia Dei extendantur in incolas terræ, &, ut ait Apollinarius, sit Deus, βρέφων ἔκδικος ἔρδον, *mortalium vindex operum*.

Jam judicantur in terra non credentes: qui credunt non item Loci Joannis sensus, a cf 3.18.

Hilarius docet jam judicati in terra in Deum non credentes: eos qui credunt non judicari; reliqui futurum judicium inter opera fidemque pro gestorum qualitate, ut scilicet de operibus credentium fiat; & credentes jam judicati intelligantur esse illi qui cum fide sint etiam bene operati. Hoc ait propter locum Joannis *a*, cujus sensus est; quòd qui dicto credit modo, nec quem fatetur nosse, factis negat, non habet in se condemnationis causam, qui non credit, eo ipso etiam se pœna dignum ostendat, refugiendo lucem ac judicem. Sed loquitur David de judicio quod exercetur à Deo in terra, curante hæc inferiora reliquæ nostras considerante, neque super cœli tantùm *b* cardines ambulante. Quamvis transferri possit sententia ad aliud judicium; quod facit quoque Nyssenus *c*.

a *Joh.* 12. 24.
b *tract. 2. in Ps. 15.*

PSALMUS QUINQUAGESIMUS OCTAVUS.

In finem.

1 Ne disperdas, David in tituli inscriptionem quando misit Saul, & custodivit domum ejus, ut eum interficeret.

2 ERipe me de inimicis meis Deus meus: & ab insurgentibus in me libera me.

3 Eripe me de operantibus iniquitatem: & de viris sanguinum salva me.

4 Quia ecce ceperunt animam meam: irruerunt in me fortes.

5 Neque iniquitas mea, neque peccatum meum Domine, sine iniquitate cucurri, & direxi.

6 Exsurge in occursum meum, & vide: & tu Domine Deus virtutum Deus Israel.
Intende ad visitandas omnes gentes: non miserearis omnibus, qui operantur iniquitatem.

7 Convertentur ad vesperam: & famem patientur ut canes, & circuibunt civitatem.

8 Ecce loquentur in ore suo, & gladius in labiis eorum: quoniam quis audivit?

9 Et tu Domine deridebis eos: ad nihilum deduces omnes gentes.

10 Fortitudinem meam ad te custodiam, quia Deus susceptor meus es.

11 Deus meus, misericordia ejus præveniet me.

12 Deus ostendet mihi super inimicos meos, ne occidas eos: ne quando obliviscantur populi mei.
Disperge illos in virtute tua: & depone eos protector meus Domine.

13 Delictum oris eorum, sermonem labiorum ipsorum: & comprehendantur in superbia sua.
Et de exercitatione & mendacio annuntiabuntur. 14 in consummatione: in ira consummationis, & non erunt.
Et scient quia Deus dominabitur Jacob, & finium terræ.

15 Convertentur ad vesperam & famem patientur ut canes: & circuibunt civitatem.

16 Ipsi dispergentur ad manducandum: si verò non fuerint saturati, & murmurabunt.

17 Ego autem cantabo fortitudinem tuam, & exultabo manè misericordiam tuam. Quia factus es susceptor meus, & refugium meum, in die tribulationis meæ.

18 Adjutor meus tibi psallam, quia Deus susceptor meus: Deus meus misericordia mea.

A *Titulus & Argumentum.*

Vers. 1.) In finem. Ne disperdas, David in tituli inscriptionem: quando misit Saul & custodivit domum ejus, ut eum interficeret.

IMplicatur cum titulo argumentum, de quibus copiosè Nyssenus *d* disserit, maximi faciens Davidis mansuetudinem illis expressam verbis, *Ne disperdas*: quam vocat amicam & jucundam vocem. Verba hæc & prima duo, atque proximè sequentia quatuor in præcedentibus jam Psalmis declarata sunt. Ceteris continetur argumentum inclusum in historia, quæ narratur in primo Regum libro *e*, quando Davidis, qui evaserat ictum lanceæ Saulis, Saul imperavit domum custodiri à satellitibus, ut interficeretur manè: Michol autem uxor ejus deposuit illum per fenestram, & relicto simulacro in lecto, elusit Saulem.

d *tract. 2. in Ps. 1. ult.*

e *c. 19. 19. & seq.*

Agnoscit Hilarius, Augustinus, aliique Latini, mysterium de Christi passione sub historia; & id Nyssenus atque Augustinus eleganter explicant, simulque de sepultura & resurrectione; quamvis Augustinus inB seri velit aliqua; quæ magis conveniant mystico Christi Corpori, ut quòd custoditus dicatur David in domo ad interficiendum eum; nempe, quia dum custodiebatur sepulchrum Christi jam mortui, hoc intendebatur, ut moriretur fides in nobis.

Mysterium de Christi Passione hoc loco traditum.

Argumentum ergo est, oratio Davidis in adeo arcta illa obsidione nocturna satellitum Saulis, qui similes canibus venaticis famelici videbantur: deinde post expositam innocentiam suam, prædicto divinæ contra illos vindictæ, ita ut humiliati dispergantur; ac liberationis propriæ: tandem propositum ac votum divinas pro tanto munere laudes celebrandi. Ubi fatendum est omnia Christo congruere, quando cum Judæi extrema nocte illa obsederunt, comprehenderunt, vexaverunt, occiderunt; ita ut intelligamus orare pro se Christum, & pro aliis, etiam pro Judæis, qui per orbem interim dispersi ad monimentum patrati contra Christum facinoris, tandem convertendi sint: atque his de caussis laudes & gratias Patri referre. Custodiam item illam circa sepulC chrum Christi præter Latinos, Basilius ac Theodoretus interpretantur: & Nicephorus ait Psalmum totum esse κατὰ τῶν θεοχτόνων, *adversus Deicidas*. Postremò Athanasius Marcellinum suum hortatur Psalmum hunc usurpare, si insidiator jusserit domum illius custodiri, contigeritque effugere. Arnobius autem, quando domus corporis à Principe hujus mundi custodiri præcipitur, ut capiaris & interficiaris gladio cujuscumque peccati.

Argumentum.

Christo totus congruens locus.

Marcellino imperata hujus Psalmi usurpatur, ab Athanasio, ad quid.

Ab Arnobio ut applicatur.

Vers. 2.) Eripe me de inimicis Deus meus, & ab insurgentibus in me libera me.

Vers. 3.) Eripe me de operantibus iniquitatem, & de viris sanguinum salva me.

ORditur à supplici prece, qua petit à Deo suo, cui singulari quodam studio serviat, & in quem fiD duciam omnem suam conjiciat, ut sibi adversus iniquissimos, truculentos, fundendoque humano sanguini addictos & assuetos hostes, celerem atque efficacem dignetur opem ferre, ac se à gravissimo præsenti periculo quam primum liberare. Utitur Ecclesia in Officio divino tempore Passionis versu secundo ad Laudes post Hymnum; eodem ac tertio ad preces tempore jejunii. *Quod enim* factum est, inquit Augustinus, in carne Christi, fit & in nobis; neque cessant inimici nostri Diabolus & Angeli ejus (tum Dæmones, tum improbi homines) insurgere super nos quotidie, & illudere velle infirmitati nostræ, deceptionibus, suggestionibus, tentationibus, & quibuscumque laqueis irretire, quum in terra adhuc vivimus. Exemplo sit prima post mortem, resurrectionem, ascensionem Christi, persecutio in qua flagellati Discipuli: gladio Jacobus occisus, missus ad idem Petrus in carcerem, lapidatus Stephanus, Ecclesia tota dispersa; & quæ deinceps tot secutæ sunt persecutiones, hæreses, schismata; præcipuis horum omnium instigatoribus malorum dæmonibus.

Sensus loci.

Versuum usus in Ecclesia in officio divino tempore Passionis.

Eri-

Eripe me.) Hieronymus, & Auguſtinus etiam *erue me*: Hebræum verbum hìc & initio ſequentis verſus eſt idem חצילני *hatſileni*: Græca diverſa, ἐξελοῦ & ῥῦσαι; quæ tamen ſynonyma ſunt.

De inimicis meis.) Moraliter multiplex eſt inimicorum genus, ſed capitaliores tres ſunt, Mundus, Caro, Dæmon, ad quos referri poteſt Mors, Peccatum, Infernus, Domeſtici. Si ſit ſermo de hominibus. Hugo diſtinguit quatuor veluti ſpecies, quibus quatuor hìc verba poſita congruant: qui ſolo deſiderio ſint inimici: qui prorumpant in contumelias verborum: qui verberibus afficiant: qui ad ſanguinis effuſionem procedant: primos dici abſolutè *inimicos*; ſecundos *inſurgentes*; tertios *operantes iniquitatem*; quartos *viros ſanguinum*. Ait præterea hos eſſe præcipuos hoſtes Eccleſiæ, Antichriſtum ejuſque ſectatores, falſos fratres, hæreticos martyricidas: & initio ſequentis verſus, Judæos. Ayguanus *inſurgentes* accipit pro irriſoribus Chriſti: *operantes iniquitatem viroſque ſanguinum*, pro percuſſoribus; pro occiſoribus, illos qui ſequenti verſu dicuntur, *cepiſſe animam & fortes irruiſſe*: Dionyſius interpretatur *inimicos* eſſe dæmones, qui ſunt inviſibiles: *inſurgentes* manifeſtos perſecutores ſive malos & importunos homines, à quibus Theſſalonicenſes Paulus *a* rogare jubebat, ut liberarentur: *operantes iniquitatem*, cunctos qui vivant malè: *viros ſanguinum*, ſi ſint tales illi ipſi qui ſanguine aut affinitate nobis conjuncti ſunt. Appellat item *inimicos*, vitioſos habitus & conſuetudines intus latentes, *inſurgentes*, actus vitiorum & motus inordinatos paſſionum. Nyſſenus *b*, omnia dæmonibus applicat, qui naturæ humanæ ſunt inſidiati, nuncque non deſinunt inſidiari.

Et ab inſurgentibus in me libera me.) Hieronym. omiſſa conjunctione, quæ non habetur Hebraicè, *à reſiſtentibus mihi protege me. Auguſtinus, & ab inſurgentibus ſuper me redime me.* Reſpondet lectio Auguſtini Græcis vocabulis, λύτρωσαί με, Hieronymi Hebræo, תאבנני *thefſaggheheni*, de quo aliàs egimus, ſicut de verbo *inſurgendi*. Significat præterea Hebræum illud verbum *attollere*, ac in loco alto tutoque ſtatuere: ubi eſt antitheſis egregia, ut dum alii ſeſe erigunt inſurgendo, & inſultando, Deus altius ſuſtollat, & exaltet eum contra quem inſurgitur; & dum armati obſident ſatellites, ac ſcrutantur, conſcendentes etiam edita quæque loca, quem capiant, quæſitum quaſi altè ſuſtollendo eripiat.

Eripe me. Aliud verbum Græcum, ῥῦσαι, ut antè dixi, ſed pro eodem Hebræo quod erat in principio, reddidit Hieronymus, *libera*: Auguſtinus iterum, *erue*.

Et de viris ſanguinum ſalva me.) Auguſtinus, *ſalvum me fac*. Qui ſint *viri ſanguinum*, vidimus aliquot prioribus Pſalmis *c*, & in alio adhuc *d* poſtea occurret. Judæos hìc intelligunt, qui volente Chriſtum Pilato dimittere, ac ſe, manuum ablutione innocentem à ſanguine juſti illius proteſtante, exclamaverunt: *Sanguis ejus ſuper nos, & ſuper filios noſtros* e. *Vir ſanguinum* eſt, qui cur alterius fundatur ſanguis auctor eſt, etiamſi non ipſemet eum fundat, quemadmodum Sephora Moſen vocavit *ſponſum ſanguinis*, qui cur filio extraheretur per circumciſionem ſanguis, fuerat in cauſa *f*. Quamvis id aliis modis explicetur, & referatur etiam à nonnullis, veluti dictum ad Angelum, qui minitatus erat Moſi mortem, ut ſignificaret condonatam viro mortem, propter eam ſanguinis effuſionem, placatumque Angelum viro. Denique, ut ait Hilarius, *viros ſanguinum* non ſolum admiſſa cædes, ſed cogitata conſummat, quia non eſt fuſus Davidis ſanguis, licèt, quòd mox additur, optarent fundere, qui eum ea de cauſſa domo incluſerunt. Cum Judæis qui poposcerunt Chriſtum ad mortem, ipſimet percuſſores, & occiſores Gentiles, comprehendi poſſunt. Utriſque convenit illud aliud *g*: *Captabunt in animam juſti, & ſanguinem innocentem condemnabunt*.

Multiplex inimicorum genus, ſed capitaliores tres. Hugonis diſtinctio circa illud genus inimicorum.

a 2. *Theſſ.* 3. 2

b *tract.* 2. *in Pſ.* 6. *c. ult.*

Antitheſis egregia.

c Pſ. 5. 7. Pſ. 25. 9. Pſ. 54. 24.

d Pſ. 138. 19.

Per *viros ſanguinum* qui hìc intellecti.

e *Matth.* 27. 25.

Sponſas ſanguinis Moſes à Sephora ut vocatus.

f *Exod.* 4. 25. 26.

g Pſ. 93. 21.

Verſ. 4.) Quia ecce ceperunt animam meam, irruerunt in me fortes.

Senſus loci.

URgens precandi enixiùs cauſſa, quod hi quos vocavit *inimicos*, *inſurgentes*, *operantes iniquitatem*, *viros ſanguinum*, tamquam rabidi canes venatici ſuique appetentes ſanguinis, conati ſint eum capere; ac robore numeroque prævalentes irruerint magno cum impetu ad ſternendum, obruendum, mactandum.

Vis voculæ *ecce*.

Quia ecce.) Vim habet, *ecce*, ad demonſtrandam urgentem & evidentem neceſſitatem, cum quadam admiratione, & ad excitandam commiſerationem opemque celerem impetrandam.

Ceperunt animam meam.) *Ceperunt animam meam* ait, eo modo, quo qui ſe vallatos, inimicis vident, & evadere deſperant, dicunt, *capti ſumus*. *Anima* viram totumve hominem ſæpe ſignificat. Hieronymus aliique exponunt, *inſidiati ſunt*, ſeu *inſidiantur animæ meæ*. Id propriè ſignificat ארנו *arenu*: inſidiari autem venando, quod Apollinarius aliter ab inveſtigando, ſeu indagando reddit, ἀνιχνεύσησιν, ut ſolent canes venatici. In Pſalterio Romano, *aucupaverunt*: apud Arnobium, & Caſſiodorum *occupaverunt*, quòd non eſt cur corruptè legi Agellius dicat, pro, *aucupaverunt*: quum Caſſiodorus hoc verbum explicet. In Pſalterio Gallicano, & apud Hilarium, *captaverunt*: Apud Auguſtinum, *venati ſunt*. In Pſalmo 93. *h*. *Captabunt in animam juſti*. Græcè quoque dicitur θηρεύσουσιν, ſed Hebræum verbum aliud eſt יגורו *jogaddu, copulabuntur, congregabant exercitum, turmatim convenient, conglobabunt ſe, concurſabunt, coacervabunt*. Facit ad rem locus Michææ *i*, *Omnes in ſanguine inſidiantur, vir fratrem ſuum ad mortem venatur*. Item Threnorum *k*: *Venatione ceperunt me quaſi ovem inimici mei gratis*. Similis comparatio in Pſal. 123. *l* *Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium*: in Proverbiis *m*; *Mulier viri pretioſam animam capit*, תצור *thatſud*, *venabitur*, ἀγρεύσει, tempore præſenti. Ezechiel *n*, etiam eodem ſenſu, ait capi *animas volantes*, ideſt velut aves, per hoc ultimum verbum Hebræum. Sed per Græcum quod ſignificat *pervertere*, aut συλλέγειν *colligere*.

Anima pro vita torove homine.

Agelii improbata correctio.

h *verſ.* 21.

i *c.* 7. 2.

k *c.* 3. 52.

l *verſ.* 7.

m *c.* 6. 26.

n 13. 18. 20.

Crebrò ex laqueis uſurpatur comparatio tùm ab aliis, tùm à Propheta *o* noſtro. Quocirca non eſt hoc loco *capere*, ut Ruffinus, Beda, Ayguanus, Dionyſius, (qui malè negat Davidi convenire poſſe) Hugo quidamque alii exponunt, vi & impetu capere ac tenere, nec ita commodè de comprehenſo Chriſto in Horto exponi poteſt; vel cum Beda, de occiſo; vel cum Brunone Carthuſiano, de detentione animæ per mortem, ad ſimilitudinem carcere detenti, ut non poſſet Chriſtus reſurgere: ſed potiùs inſidiis, dolis, fraudibus, conari aliquem capere; quod etiam dicunt Evangeliſtæ *capere in ſermone*, & *verbo* p, vel *os opprimere* (ideſt, extemporales & non conſideratas interrogationum doloſarum reſponſiones exigere) *inſidiando*, & *quærendo capere de ore ad accuſandum* q.

o Pſ. 9. 16. Pſ. 6. *ſecund. Heb.* Pſ. 30. 5. Pſ. 34. 7. 8. Pſ. 56. 7. Pſ. *c.* 3. 6 Pſ. 90. 3. Pſ. 148. 110. Pſ. 139. 6. Pſ. 14. 9. Pſ. 141. 4. Quidſit hoc loco *capere*. Minus apta expoſitio deprehenſo Chriſto in Horto.

p *Mat.* 22. 15 *Marc.* 12. 13. *Luc.* 20. 20.

q *Luc.* 11. 53. 54.

Irruerunt me fortes.) Hieronymus, *congregantur adverſus me fortiſſimi*. Superlativo quoque uſus Apollinarius κραταίσους dixit, quamvis in textu ſit poſitivum κραταιοί: & Hebraicè עזים *hazzim*, abſque alia particula quæ ſuperlativum quo carent Hebræi, denotet. Non ſolum inſidiatores vafros expertum ſe dicit, ſed feroces, terribiles, pervicaces, apertos invaſores, qui ad inſidias, quas indicat non modò præcedens verbum Græcum ἐθήρευσαν; ſed quod hìc eſt ἐπέθεντο, vim ac impetum adhibuerunt, ſi quis irruerit in proximum ſuum, ut interficiat illum dolo, inquit lex *r*.

Senſus loci.

r *Exod.* 21. 14

Fortes in Pſ. 53 *ſ*, *quærentes animam ſuam*, vocat David עריצים *hharitſim*, qui Græco etiam poſitivo nomine dicuntur ibidem κραταιοί, & à Hieron. etiam *fortes*. Fortium iſtorum myſtice dux is quem Chriſtus, *fortem* nominat, nempe diabolus, cujus vaſa iidem cenſeri poſſunt: illi præterea, qui *ſperantes in multitudine divitiarum prævalent*, aut ſe putant prævalere *in vanitate ſua* u: aut de ſpirituali præſumunt propriæ juſtitiæ fortitudine, quemadmodum Phariſæus *x* quibus ſicut phreneticis, quorum ſolent robuſtiores ſub mortem vires corporis eſſe, tanto mors vicinior eſt, ut annotat Auguſt.: docens è contrario, qui exemplo Pauli *y*, diffiſi de ſe ipſis, ita *infirmantur, potentes eſſe*. Perverſa fortitudo injuſti, ac de ſe præſumentis, qui dicunt, *nonne z*, *in fortitudine noſtra aſſumſimus cornua? & a*, *ſit fortitudo noſtra lex juſtitiæ*.

Fortiũ hic deſcriptorum myſticè dux diabolus dictus

t *Mat.* 12. 19

u Pſ. 51. 9.

x *Luc.* 18. 11

y 1. *Cor.* 12. 10.

z *Amos* 6. 14

a *Sap.* 2. 11. ¶ Ut Chriſtus & diſcipuli paſſi perſecutiones, ita deinceps ceteri fideles. Litteralis interpretatio.

Quemadmodum Chriſtus, & ſui poſt eum primi diſcipuli paſſi ſunt fortes perſecutores, ita deinceps ceteros fideles vexaverunt hi qui pollebant opibus, honoribus, potentia, viribus, falſa ſapientia, vera malitia, tyranni, hæretici, corruptis moribus homines contaminati: De militibus adhibitis ad ſepulchri Chriſti cuſtodiam, Valentia *fortes irruentes* interpretatur.

Sed ad litteram poteſt adhuc Hebræa vox עזים *hhazim*,

zim, obfirmatos, obstinatosque in malo, & in proposito no-
a Gen.19.7. *cendi* significare. Nam *maledictus furor, quia pertinax* a,
b Ib.4. dicitur עין *hhaz*, nempe ira tenax, *indignatio dura* b, flectique nescia, insatiabilis vindictæ cupiditas. Tali furebat Saulus cum suis adversùs Davidem iracundia, odio, malevolentia, robore simul externo corporis, & armorum corroborata. Hujusmodi sunt etiam diaboli adversus nos inimicitiæ implacabiles & immortales, qui est, ut dixi, *fortis armatus, & cujus potestati non est super terram potestas, quæ comparetur*, sed *factus est ut nullum timeret*, Job c teste, qui permulta de hac ejusdem potestate
c c.41.14. d c.41.10. e vers.15. differit d: & inter alia pertinere ad obstinatissimum animum potest, quòd *cor ejus induratum* scribit e, *ut lapidem.*

Vers.5.) Neque iniquitas mea, neque peccatum meum, Domine; sine iniquitate cucurri, & direxi.

Sensus loci. TAnta fiducia implorare se divinam ait opem, quòd nullius sit sibi conscius iniquitatis, aut peccati, quo tantùm illud in se provocaverit hostium odium, quos nullo modo læserit, nulla affecerit injuria: sed conversatus inter eos sit absque ulla offensione, & actiones omnes semper studuerit ex justitiæ norma rectaque ratione operari. Distinguunt aliter alii sententiam, ut scilicet ultimum membrum non in prima persona, sed in tertia efferatur, *sine iniquitate cucurrerunt, ac direxerunt*. Sic autem sensus esset; quum David nullam haberet iniquitatem, peccatum nullum; tamen hostes in eum facto impetu cucurrisse, aciemque direxisse, vel animos obfirmasse, ac omnino decrevisse illum interficere. Symmachus id ita expressit, μὴ ἕως ἁμαρτίας ἐπιτρέχωσιν, *quum non sit peccatum, accurrunt*, (vel sic currunt) *ut percutiant me*. In scholio (aliàs ἔπωτρέχωσιν) ἵνα παπάξωσι με, *quum in culpa & peccato non sim*. Ad sensum nihil interest.

Ad Christum loci relatio. f Deut.4. Theolog. g Ps.73.9. h Ps.68.5. i Joa.8.46. k c.14.30. l De fuga sæculi c.4. m Hom. 39. in Evang. n 9.de Trin. o in c. 14. Joan. & 2.de precator mea rit. c.31. p Joan.13.3. q Ps. 18.7. r Ps.89. 10. 17. f c.40.4. Quæ sit magna vis ad persuadendam virtutem. t Ps.6.7. u Rom.2.1. x Tit.16. * 1.Cor.6. y Mat.13.3. z 3.Reg.17.4

Porrò ad Christum referendo, quod etiam Nazianzenus *f* facit, constat quàm fuerit innocens; *sine peccato & dolo* g, ut se, *quæ non rapuisset exsolvere* diceret *h*, *argui* se posse *de peccato* negaret *i*; affirmaret *Principem mundi quidquam in se non habuisse k*, idest, peccatum nullum, ut explicant Ambrosius *l*, Gregorius *m*, Hilarius hìc & alibi *n*, necnon Augustinus *o*, præter expositores Joannis; sive nullum jus, quod habet in peccatores dumtaxat, ac proinde non potuisse vincere, aut eum perdere, sicut sperabat. Dixit quoque cuncta referendo ad honorem Patris, salutemque nostram; & *ad Patrem redeundo unde exiverat* p; & ita currendo *in gigantis morem*, ut *à summo cœlo egressus ad summum ejus occurreret*, sive recurreret *q*. Item direxit quos dicebat, prout antea precatus eum David erat *r*, *Respice Domine in servos tuos, & in opera tua, & dirige filios eorum: & sit splendor Domini Dei nostri super nos, & opus manum nostrarum dirige*. Hoc fore prædixit Esaias *s*: *Erunt prava in directa*.

Magnam vim habet ad persuadendam virtutem studiosus virtutis, *evangelizans virtute multa* t, quasi dicas, exercitu virtutum, nec *se ipsum condemnans in eo quod judicat* u, sed *sine crimine* x, *nulli dans offensionem*; *ne vituperetur ministerium ejus* *. Nihilominus jubemur, *quæ dicantur nobis* à doctoribus nostris *servare & facere*, *secundùm opera eorum non facere* y, & verò corvus rostro detulit escam Eliæ z: nec valde nobis est curæ cujusmodi sit dans campana signum, tubus deducens aquam, custos in specula, miles in exercitu, in hospitio suspensum signum, medicus probus, aut improbus; sed id curamus tantùm quod ista vel indicant, vel efficiunt, ut respondeat significatio & effectus.

Hilarii minus necessaria notatio, Psalm. 59. isto posteriorem esse.

Neque iniquitas mea, neque peccatum meum Domine.) Hieron. *absque iniquitate mea & absque peccato meo Domine*, nimirum, ceperunt animam meam, & irruerunt in me, vel, non ob iniquitatem peccatumq; hoc patior. Intelligit, ut dixi, de iniquitate & peccato, cujus gratia persequi hostes justè ipsum possent, & quod imputabant ei, seditionis, rebellionis, perduellionis, affectati regni. Quo circa minùs necessaria Hilarii notatio videtur, vel Ps. quinquagesimũ in quo se profitetur *cognoscere iniquitatem suam, & peccatum contra se semper habere*, isto Psalmo posteriorem esse: vel ibi de originali loqui: vel sub Christi persona nunc agere. Ultimum recipio juxta mysticum sensum traditum etiam ab aliis enarratoribus, & à Paulo Constantinopolitano Episcopo ad Theodorum Papam *a*. Quod attinet ad Davidem quidquid sit de ordine Psalmorum, deplorat in quinquagesimo actualia præsertim peccata adulterii, & homicidii: licèt inter causas ad impetrandam faciliùs veniam, originale vitium actualium seminarium propter fomitem relictum proponat: in hoc autem Psalmo innocentem se facit non ab omni peccato, sed ab eo quod alienam respiceret injuriam: quod & in aliis antea Psalmis fecisse notavimus.

a Habetur in Conc. Later. sub Martino 1 consult.4. Ejusdem Psalmi argumentum.

Quid intersit inter *iniquitatem* & *peccatum* docui. Interpretatur Cajetanus *pishhi*, quod est primum nomen de *rebellione*. Eam nomen id etiam significat, & quadrat proposito significatio, ut se David neget, ut antè dicebam, tanti criminis reum contra Regem Saulem. Valet etiam *impietatem adversus Deum*, dicique posset peccatum spectare ad proximum: vel hoc ad ipsummet peccantem: illa ad alium: vel iniquitatem esse habitudinem mentis injustæ, peccatum actum ejus, ut placuit Ambrosio *b*. Sed modo de peccato contra Deum non agitur, & facilè concesserim nomen utrumque synonymum esse. Ita de suis quoque Job calamitatibus loquebatur, ut se apud amicos purgaret *c*, *Non peccavi, & in amaritudinibus moratur oculus meus: hæc d passus sum absque iniquitate manus mea, quum haberem mundas ad Deum preces*: id Gregorius *e* de Christo exponit, qui pro crucifixioribus oravit expansis in Cruce purissimis manibus *f*: *neque reprehendit me cor meum in omni vita mea* g.

b Apolog. David. sup. in Ps. 501
c Job.177.2 d c.26.18.
e 13. moral. c.8. vol.11. f Luc.23.34. g Job 7.6.

Quæri hìc necesse non est, de hominis innocentia, tantane sit cujuspiam, ut neque contraxerit originale, neque ullum commiserit actuale peccatum, ne veniale quidem. Sine dubio Maria numquam peccavit ullo modo; ab originali autem peccato non mundata intra matris ventrem fuit, quod aliis etiam nonnullis concessum est, sed præservata penitus ne contraheret. Præterea non est hujus temporis illa quæstio, quo pacto absque suspicione arrogantiæ valeat quis laudes proprias exponere; videlicet ad honorem Dei, ædificationem aliorum, ut faciat sibi supplicandi fiduciam, ut pusillanimem animum suum eripiat, & aliis de causis, quemadmodum Ezechiæ *h*, Jeremiæ *i*, Pauli *k*, & aliorum exemplis doceri potest. Attingit Dionysius ambas quæstiones, & nos alibi plura diximus.

De hominis innocentia quæstio.

Altera, quo pacto absq; suspicione arrogantiæ valeat quia laudes proprias exponere.
h Es.38.4. i c.15.15. k 2. Cor.3. 12. 1.Thess.2.1.

Sine iniquitate cucurri & direxi.) Augustinus, Cassiodorus, Psalterium Romanum *dirigebar*. Monui jam hæc aliter à Symmacho reddita, ita ut significetur, quum non esset iniquitas in Davide, persecutores tamen in eum cucurrisse, atque aciem & impetum direxisse μὴ ἕως ἁμαρσίας ἐπιτρέχωσιν ἵνα παπάξωσι με, *quum non sit peccatum accurrunt ut percutiant me*. Hieronymus vertit, *non ego iniquè, & illi currunt & præbarantur*. Alii, *current & instruent se: properant & accinguntur: currunt, ut noceant mihi, & summo studio conantur perdere me*, &c. Hebræa sunt כל ועון ירצון ויכוננו *beli hhaven jerutsun veijcchonanu*. Pro ultimo verbo legit Symmachus יכני *jacchuni*: *percutient me*, à נכח *nachah*, si ad secundum verbum Græcum editionis LXX. litteram (ν) addas, facies tertiam pluralem personam, in qua primum sumi potest hoc pacto ἔδραμον καὶ κατεύθυναν, pro κατεύθυνῶ; Atqui persistendum in ea electione quam habemus, Aut certè subintelligi poterunt pedes, *cucurrerunt pedes mei, & direxerunt*, ut placet Genebrardo. *Currere ne iniquitate & dirigere*, est tamquam in stadio vitæ, ac morum recta progredi, cursum ac iter tenere, persequi veluti lineam albam agonalem, donec ad scopum & metam pervenias, quam justitiæ lex, rationisque canon, & norma intendit. Delectantur divinæ litteræ ista ex cursu agnostico petita comparatione. De gigante currente mentio præcessit *l*; *viam mandatorum Dei* cucurrisse se dicit David *m*: Paulus currentium in stadio similitudinem exprimit *n*, se etiam cucurrisse affirmans *o*, & alios hortans, ut currant *p*: tardos in cursu vel cessantes reprehendens *q*: rursus de consummando, & consummato cursu suo loquitur, & scribit idem Apostolus *r*: vocatur etiam Joannis Baptistæ, *quem implebit, cursus s*; de quo, ac in genere de quovis alio egimus nonnihil in commentario Actuum Apostolorum * .

Currere sine iniquitate & dirigere, quid sit.
l Ps.18.6. m Ps.118,22 n 1. Cor 9. 24. 26. o Ibid. v.26. Philip 2. 16. Gal.2.2. p 1.Cor 9.24 Heb. 12. 1. q Gal.5.7. r Act. 10.24. 2.Tim.4.7. s Act.13.25. * Athletæ qui τέλειοι dicti Τέλειοι Τέλεια. * Ibid.

Inter athletas qui erant viri, separati videlicet à pueris, vocabantur τέλειοι, *consummati perfectique*: & his præmia dabantur τέλεια *perfecta*, ut Plato, & Philo tradunt, exercitatis in omni genere exercitationum. Ad

istam

istam consummationem respexit Paulus, loquens ut dixi de cursu consummato; *oransque*, Corinthiorum, apud quos Isthmici celebrabantur agones, *consummationem a*, & ut *perfecti essent b*: Jacobus *c*, etiam scribens, quòd *patientia perfectum opus habet*, ut propterea simus perfecti & integri, in nullo deficientes, quasi de athletica perfectione consummationeque vellet intelligere. Adhuc Paulus *d* eodem alludit quum ait, quod *decebat eum, propter quem omnia & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum per passionem consummare*, idest perficere. Pertinet huc etiam quod ait *e* varios in Ecclesia ministrorum gradus, ordineique positos donec *occurramus in unitatem fidei, & agnitionem filii Dei, in virum perfectum*, εἰς ἄνδρα τέλειον, *in mensuram ætatis plenitudinis Christi* (qui scilicet ætate vir erat, & *gigas ille exultans ad currendam viam* f) & *jam non simus parvuli, sed veritatem facientes in charitate & crescentes in illo per omnia, qui est caput Christus*. Sanè quidem *consummatos gladiatores* vocari constat *g*: & sumta deinde metaphora videntur *sapientia consummati viri* nominari, à Seneca *hi* quemadmodum sanctum Romanum martyrem Eusebius Emissenus, aut alius potiùs, *consummatum per omnia virum* appellat.

In cursu dirigit, ut priùs docui, qui veluti constitutus in scammate, Τὴν γραμμὴν λευκὴν *lineam albam*, de qua Cassiodorus *k*, sive de qua Pausanias *l*, & regulam, ut loquitur Statius *m*, persequitur à carceribus ad metam; quòd Paulus *ad destinatum* n *persequi bravium* dicit, κατὰ σκοπὸν διώκειν (quæ linea erat alia ad quam tendebatur in circo) admonens *in eadem permanere regula*, τῷ αὐτῷ στοιχεῖν κανόνι. Denique Apostolus de spirituali sollicitus cursu, vel agone, scribit Timotheo *o*, ut *se ad pietatem exerceat, quum corporalis exercitatio ad medicum utilis sit, pietas ad omnia promissionem habens vitæ, quæ nunc est, & futuræ*, ut perfectus ejus manifestus sit omnibus: ait illi *p*, *certa bonum certamen fidei*, ἀγωνίζου τὸν καλὸν ἀγῶνα τῆς πίστεως: apprenhendet vitam æternam, scilicet ut ipsemet accepit *q*, *ad destinatam persequendo, ad bravium supernæ vocationis*, tamquam ad bene confecti, perfecti consummati cursus præmium sive corona esset de altiore suspensa loco, sive vestis togave palmata, de qua Epigrammatarius *r* post sententiam Judicum Hellanodistarum, seu Hellanodicarum, quos memorat Ælianus *s*: quoniam *nemo coronatur nisi qui legitimè certaverit t*, & *probatus fuerit u*: decetque *ab omnibus abstinere i*, deponere circumstans pondus peccati tamquam graviorem vestem, ut coronam consequaris *incorruptam x*, & *immarcescibilem y*, Differit de his accuratè in agonisticis Petrus Faber, apud quem quæ hìc posui, sparsa reperias, tametsi opus illud ejus confecta notatione ista, in manus sumserim; & alium cujus nomini parco, deprehenderim de bravio disputantem: unde hausserit, reticere, non absque nota, vel ingratitudinis, vel alterius vitii.

Nec abhorrebit à vero, si *directionem in cursu* prosperum interpretemur in humanis rebus cursum ut se David significet, eam felicitatem, quam sui tantopere invidebant ei adversarii, nullius jactura, vel prævaricatione sibi comparaviisse, sed munere primùm divino; deinde etiam perpetuo in cunctis actionibus justitiæ tenore ita ut, quod *z*, alibi de semetipso testatur *ad omnia Dei mandata dirigeretur*, & *omnem viam iniquam odio haberet*. Occurrit in hac notione *dirigendi* verbum crebrò, idest, pro secunda fortuna; sed sæpius Hebr. verbum est non כון *chun*, quod hìc habetur, sed ישר *jasciar*. Græcum non rarò εὐοδοῦσθαι, interdum, sicut hìc, κατευθύνειν, & εὐθύνειν. *In circuitu impii ambulant a*, rectum sibi finem non proponentes, nec idonea ad illum media dirigentes. Justi sine iniquitate currunt *declinantes à malo*, & dirigunt *facientes bonum* cum recta intentione *b*, non currentes *in incertum c*; seu *dirigentes vias suas ad custodiendas justificationes Dei d*, & *pedes in viam pacis e*.

Vers. 6.) Exsurge in occursum meum; & vide; & tu Domine DEUS virtutum DEUS Israel.

Intende ad visitandas omnes gentes: non miserearis omnibus, qui operantur iniquitatem.

EXposita coram DEO, quem nihil latet, innocentia sua; excitat veluti tamen dormiendo, eum, & persecutionem contra ipsum excitatam non considerantem, sed sinentem hostes prævalere: orat ut confugienti ad se, occurrere succurendo dignetur, atq; opem exhibere præsentem, ut simul suam hostes vetaniam ac iniquitatem intelligant. Per illud quod habet Deus in terrestria cœlestiaque castra imperium, ipsum obsecrat, & quia populum Israeliticum in suam peculiarem suscepit curam, cui etiam Regem aliquando illum fore decrevit, ut animum applicet ad visitandos ac puniendos debitis suppliciis hostes, non illos tantum, quos nunc Sauli conjunctos iple experiatur, sed quotquot ubiq; gentium nomini sint Israelitico infensi, Numinisq; divino contrarii: nec eorum velit misereri, quos obstinato, obdurato, obfirmato animi proposito iniquitatem videat amplecti.

Tribuitur hæc oratio Christo, cui Pater oranti occurrerit, eum clarificando exsurgens, idest, exsurgere ac resurgere faciens atque ascendere, & efficiens ut viderent Gentes credendo, visitare prædicationem & gratiam, fierentq; Israelitæ secundùm spiritum, quia carnales per obstinationem indignos illa & Dei misericordia se reddiderunt. Hilarius *occursum* sumit Patris redeunti Filio in cœlum, & eumdem Patrem cum Filio occurrisse Stephano, quando hic istum vidit, *ad ejus dexteram sedentem* f. Præterea, ut salventur Gentes per merita Christi, cui huc venienti occursus lætantium factus est Angelorum *g*, & patientium cœlorum *h*, & vocis paternæ *i*: & *missus est non ut judicet mundum sed ut salvus fiat per ipsum* K. Augustinus, *occursum* negat propriè nisi inter æquales esse: ideo indicari hoc occursu æqualem Patri Filium: id etiam significari *per summum cœli*, à quo *egressio Christi* fuerit & *occursus ad idem* l, quia summum cœli in omnibus spiritualibus Pater est. Dionysius contemplatur orare Christum, ut occurrat Pater bajulanti crucem, animæ de corpore migranti, limbum intranti, cum corpore in cœlum ascendenti.

Tropologicè usurpari potest idem à quolibet justo adversus persecutores, quos petat omnino puniri, vel ad pœnitentiam, vel si persistant in malo proposito, defendentes peccata sua; sicque peccent ex malitia & peccato, ad mortem, ad damnationem, nec enim sinuntur à Deo peccata impunita.

Exsurge in occursum meum. Hieron. *surge ex adverso pro me*. Ita etiam Symmachus, ἐξ ἐναντίας ὑπὲρ ἐμοῦ. Alii, *excitare, evigila in occursum meum*. vel *è regione mihi*. Chaldaicè, *roborare coram me* אתגבר לקדמותי *ithgabber leKadmuthi*. Appollinarius;

Ἐργόμενος βασιλεῦ παρ' ἐμοὶ ἵστασο:
Surgens Rex apud me consiste.

Alia Psalteria, & Hilarius, Augustinus, Arnobius, Cassiodorus, Chrysologus, *m in occursum mihi*: Petit ergo ut fugienti persecutionem occurrat Deus, vireisque præstet, inquit Euthymius ac Nicephorus: vel, ut DEUS quasi abiens & dormiens evigilet, (quod innuit τὸ ἐξεγέρθηνι, & עוה *hhuuh*, & accedat, atque se se juxta ipsum sistat ponatq; sive, quod orabat Job *n*, *ipsum juxta se*, nihil tunc verendo, *cujusvis manum pugnantis, nec timendo mala, si cum ipso sit* o, nec *ullius occursum pavendo p*, ita ut *non sit Satan, aut occursum malus* q. Præter indicatam Tropologiam, occurri sibi petit à Deo rectè, ac succurri. Qui ad eum currit, & ut ante dicebatur; currendo *sine iniquitate dirigit*, ac tendit id ipsum recta, non fugit, vel exorbitat, vel declinat ad dexteram & sinistram: quique *appropinquat Deo*, ut illi *appropinquet Deus* r, *accedit ad eum ut illuminetur* s; non *ab eo recedit, scientiam viarum ejus nolens* t: non *recedit*, proponens *non ultra venire*: u non *recedit ab eo cor ejus* x: non *recedit à Deo salutari suo* y: non *derelinquit Dominum Deum suum sciens quàm hoc sit malum & amarum*, z, & quod *in his appropinquat ad illum sanctificatur*, a, & quærentibus in toto corde apparet *b*, *nec derelinquit quærentes se* c, sed *exquirentes exaudit* d. Hæc hisque similia probant necessitatem cooperationis nostræ cum gratia Dei, quæ postea in hoc Psalmo *e*. Deus *prævenire* dicitur. *Nostrum est velle*, inquit Augustinus *f*, sed voluntas ipsa etiam movetur, ut surgat, & sanatur ut valeat, & dilatatur ut capiat, & impletur ut habeat. Occurrens hac ratione Deo habebit Deum in morte occurrentem sibi cum Angelis, sicut solemni prece pro moribundis oratur, oblatio iis quoque viatico, veluti præduce tam periculosæ viæ, ac demum occurret, *in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis*

Ad quam consummationem hortatur nos Paulus. *Consummatio, consummare*, apud Paulum ut intelligantur.
a 2. *Cor. ult.* 9
b *ibid.* v 14.
c c. 1. 4.
d *Heb.* 2. 10. 11
e *Ephes.* 4. 13 *& seq.*
f *Ps.* 18. 6.

Consummati gladiatores, consummati viri, consummatus per omnia vir, unde dicti.
g *Petrus Faber* 3. *agonist.* 2. 10.

In cursu quæ *dirigere* dicatur.
h 3. *de irac.* 21
i *Serm. de S. Rom.*
K 3. *variar. ep in* 51.

l *in Eliacis.*
m 6. *Thebai.*
n *Phil.* 3. 14.
2 1. *Tim.* 4. 7.
o c. 6. 12.
p *Martialis lib.* 7. *epigr. in* 1. *vel* 2.
q *Martialis lib.* 7. *epigr. in* 1. *vel.* 2.
r 9. *varia hist.*
s 2. *Tim.* 2. 5
t *Iac.* 1. 12.
u 1 *Cor.* 9. 25
x *ibid.*
y 1. *Pet.* 1. 2.

Directio in cursu, pro prospero in rebus humanis cursu.

z *Ps.* 118. 128 *Dirigendi* verbum crebro pro secunda fortuna.

Εὐοδοῦσθαι Κατευθύνειν
In circuitu ambulare impii ut dicantur.
a *Ps.* 11. 9.
b *Ps.* 36 27.
c 1. *Cor.* 9. 26
d *Ps.* 118. 5.
e *Luc.* 1. 79.

Sensus loci.

Oratio Christo attributa.

Occursum hic ut interpretatur Hilarius.
f *Act.* 7. 55.
g *Luc.* 2. 13.
h *Johan.* 1. 51
i *Mat.* 1. 17.
K *Iob*, 12. 47.
Occursus pro prie inter æquales Occursu indicari æqualem Patri filium.
l *Ps.* 18. 7. Dionisii contemplatio ad hunc locum de oratione Christi.
Tropologica usurpatio pro justis adversus peccatores. A Deo non sinuntur peccata impunita.

m *Serm.* 128 Sensus loci.
n 17. 3.
o *Ps.* 22. 3.
p *Pro.* 30. 30.
q 3. *Reg.* 5. 4. Qui ad Deũ currit, & cursum sine iniquitate dirigit, quid acquirat.
r *Iacob.* 4. 8.
s *Ps.* 33. 6.
t *Iob.* 21. 14.
u *Ierem.* 2. 11
x *cap.* 17. 5.
y *Deuc.* 32. 15
z *Ierem.* 2. 19
a *Lev.* 10. 3.
b *Esa.* 55. 6.
c *Ps.* 9. 11.
d *Ps.* 33. 5. 8. Cooperationis necessitas cum gratia Dei.
e *vers.* 11.
f *De bono vid. duit*, c. 17. Deo ut occurrendum ut habeamus in morte occurrentem cum Angelis.

dinis Christi a, *obviam illi in aëra, ut sic semper cum ipso sit* b. Alioqui occurret Deus reprobis, *quasi ursa raptis captulis* c. Itaque audiamus nunc Deum *d*; *Quis est iste, qui applicet suum, ut appropinquet mihi?* & Amos *e*: *Præparare in occursum Dei tui.* Tandem in omni eventu, causa, opere, negotio usurpamus has voces, *Exsurge in occursum meum*; & illas Eliezer (cujus etymon est; Dei adjutorium *f*.) *Domine Deus occurre obsecro mihi hodie, & fac misericordiam*; quamvis *occurrere* possit significare occurrere fac sponsam filio Abrahæ, ut paullò post idem subdit, idque valet ריקדי *hakrah*.

Aptè etiam Ecclesia in festo ὑπαπάντης invitat: *Ecce venit ad templum sanctum suum dominator Dominus: gaude & lætare Sion, occurrens Deo tuo.* Accommodatitio sensu laudans Chrys. *g* Apollinarem martyrem tot sæpe tormenta pro Christo patientem: dicensque quod sic Christus festinabat ad martyrem; martyr ad suum regem; utitur hoc loco. Ex dictis porrò colligitur esse adiaphora vocabula *occurrendi*, & *occursus*: & hic quidem cum addito vocatur aliquando *malus* *h*: פגעך *pegahh* ἀπάντημα πονηρόν. Hic autem *occursus* vocatur ὠφθαντησις, & קראה *Keraah*. Vulgò etiam appellamus *buono & mal'incontro*.

Et vide.) Emphasis magna in hoc verbo, cui similis prioribus Psalmis occurrit usus. Humano more alloquitur Deum quasi non attendentem, ut videat & attendat, & provideat ærumnis suis. Chrysost. *i* sic interpretatur de Christo, quasi regressus in cœlum ad Patrem clamaret, (quod hic etiam Cassiodorus indicat) ut videns videlicet, quas illuc justorum reduxerat turmas, & quo pacto visitavisset, inter mortales vivens; & impleviſſet obedientiam illius, ita (quod hic mox subjicitur) intenderet *ad visitandas Gentes*: quia, ut notat Cassiodorus, sterilitatem fidei in Judaico populo Pater compererat, mittendo Spiritum Sanctum. Explicant alii cum Augustino, ut videre faciat alios Deus per fidem, sicut dicitur Deus *cognoscere*, quando ut alii cognoscant facit *k*. Hugo, ut attenderet Pater fructum passionis Filii sui, patientiam ejus, proterviam inimicorum; denique ut *videret humilitatem ejus de inimicis ipsius l*.

Et tu Domine virtutum, Deus Israel.) Vertit Hieron. *Dominum exercituum, quos* צבאות *tschaoth* & δυνάμεις, significare, Psalmo 24. *m* notavimus, alibique, sicut & quare peculiariter Deus dicatur *Deus Israel*. Dominus ac Dux exercituum opitulari potest contra hostes, & debet eos tueri, quorum proprio quodammodo Deus est. Arbitratur R. Moyses, *Sabaoth*, unum de Dei nominibus esse, dicique pluraliter de illo, ad eum modum quo dicitur *Adonai*, quod pluraliter significat, *Domini mei*. Consentire videtur Augustinus, Nebiensis, hoc loco. Hieronymus *n* inter nomina DEI decem hoc ponit. Meminit item Irenæus *o* dicens per (ω) scriptum significare *voluntarium*; per (ο) *primum cœlum*. Videlicet de cœlis ob ornatum, & quasi militiam non rarò usurpatur id nomen *p*, *voluntarii* autem significatio esset à צבה *tsavah*, cum littera aspirata: *exercitus* à צבא *tsava*, sine aspiratione. De figmentis Gnosticorum circa varia Dei nomina, interque alia de isto eumdem Irenæum *q* consule, & Epiphanium *r*. Hic ait, vel asini, vel porci formam tributam simulacro, seu fallo principio Sabaoth, quod septimo cœlo dominari Archontici asserebant. Ego nomen hoc quod in suamet lingua retinet Ecclesia, non Dei nomen credo esse per se, sed adjectum nomini Dei, aut Domini: nec Hieronymus nomen Dei dixit esse, nisi ex Hebræorum sententia. Jungitur autem non tantum nomini Dei & Domini, & Angelorum, atque cœlorum, sive stellarum, de quibus dicitur militia, ut loquitur etiam Lucas, * sed præterea dicitur de *mulieribus excubantibus in ostio tabernaculi s*: de quibus mentio etiam innuitur in historia Regum *t*: & videtur ex iis fuisse Anna Prophetissa *u*, ac ad illas Paulus *x*, alludere in sermone de viduis. Potissimum ab exercitibus Angelorum denominationem *Dei Sabaoth* esse Augustinus *y*, & Gregorius *z* & Hieronymus *a*, Remigius Antisiodorensis *b*, & ipsimet Angeli sic cum laudando appellantes *c*, hoc sat s indicant.

Intende.) Hieronymus, *evigila*. Alii *expergiscere*, *excitare*, *exsurge*, videtur הקצה *hakitsah*, synonymum priori עורה *bhu-ah*. Græci verbi πρόσχες notio magis ad animi spectat attentionem.

Ad visitandas omnes gentes.) Dubiam Hebr. verbi פקוד *pekod*, significationem in utramvis partem, quæ sæpe in scripturis occurrit, restringit Paraphrastes ad pejorem, pro *animadversione*; & nomen גוים *goim*, non de Gentibus accipit, ut à Judæis distinguuntur, sed de omnibus populis. Sic enim exponit עמטיא לסטיר על כל *lemishhara hhal chol hhamemaija, ad animadversionem super omnes populos. Visitat Deus in verberibus peccata* ad correctionem *d*: item ad probationem *e*; ad temporalem ultionem *f*: ad judicium *g*: ad æternam damnationem *h*: ad liberationem *i*: ad miserationem *k*: ad justificationem *l*: ad propheticam inspirationem *m*: ad consolationem *n*: ad revelationem per somnium *o*: ad conservationem in bono *p*.

Origenem refert Dionysius hunc locum interpretari de *visitatione* in bonam partem, & idcircò sentire omnes damnatos tandem salvandos esse. Hic error est, Si verò placeat benignior notio ad præsens tempus applicanda erit. Sed litteralior est quæ deterior, & de malis ac pœnis, *ut visitet Deus in verberibus peccata* persecutorum *q*, & *super omnes, qui arroganter ingrediuntur r*. Favent sequentia: quamvis posset etiam exponi, intendere *ad visitandas omnes gentes*, *s* idem esse ac videre, inspicere, considerare, perpendere quid quisque agat, & meritum bona, tum mala omnium, tum sua ipsius, tum adversariorum, sic intellexit Apollonius;

Ἐνθεσι παντοδαποῖς πανεπίσκοπον ὄμμα τιταίνοις,
Gentibus variis omnia lustrantem oculum extendas.

Non misereris omnibus, qui operantur iniquitatem.) Addictis iniquitatis pervicaciter, quos stultitiæ servos vocat idem Poeta:

Μηδ' ἐπὶ κατοικτειρίας ἀταυθαλίης θεραπόντας:
Neque misereris stultitiæ servis.

Tales indigni sunt misericordia, nec eam consequentur: cautem quod optandi exprimitur modo, pro asservatione est, quam futurum Hebr. תתן *tachon*, significat. Nam omnino constat futurum, & ejus oppositum optare & orare, supervacaneum est; ut obstinati ac perseverantes in peccato non salventur, seu ut misericordiam non consequantur, sive sit Saul sociique sive Annas & Caiphas, ac similes perditissimi persecutores Christi, sive dæmones, de quibus explicant Euthym. & Nicephorus. Licèt verò damnatis nonnulla misericordia conferri videatur, quatenus, ut notavit hoc loco Dion. puniuntur circa condignum, qua de re hoc ipso libro prius alicubi diximus, tamen de hujusmodi misericordia nunc sermo non est, nec quisquam optaret oraretve talem quoque reprobis misericordiam negari. Ille alius tropologiam sapit sensus, quem radit idem Dion., ne misereatur Deus omnibus operantibus iniquitatem, ut scilicet in præsenti vita non parcens, sed arguens, castigans, ulciscens, non puniat æternis pœnis. Distinguit Hugo dialecticè, non misereris omnibus secundùm distributionem negationis, ideſt, nulli *t*: vel secundum negationem distributionis, hoc est quibusdam: & explicat de Judæis, ut ex illis aliquorum misereatur, qui scilicet redierint ad pœnitentiam, non eorum qui noluerint pœnitere. Sed nec hoc magis cadit sub desiderium, quàm si universè de quibuscumque aliis, qui sint similes, accipiatur. Quo pacto Cassiodorus declarat illis miserendum qui puro studio supplicabant; & parcendum, qui prædestinati sunt, & ad eum devota mente confugiunt. Potest revera vocari Judæa *absque misericordia t*, & κατ' ἐξοχὴν *iniquitas* de Judæorum peccato dici, quo non credentes Christo, illum etiam interfecerunt. Item locum hìc habet distinctio alia, de qua Ayguanus, ut *omnes* pro generibus singulorum sumantur, non pro singulis generum; hoc est, ut absque acceptione personarum secundùm sexus, & gradus, & conditiones puniat Deus quoscumque, non tamen ut nulli parcat individuo.

Ad litteram quod primo loco dixi, melius: & quod attinet ad Davidem, orat & optat, ne suis miseteatur adversariis perfidis: omnia fœdera, pacta, jura necessitudinis, amicitiæ, beneficentiæ, violantibus, ideſt, ne sinat prævalere: & si aliter impediri non possint, quàm ut puniantur, ne parcat, & ita videatur eorum misereri. Sic optimè Nyssenus *u* exposuit: *Vide & intende, ut me defendas, neque differas per humanitatem expetere ultionem ab his, qui delinquunt.* Μὴ ἀναδάλλου διὰ φιλανθρωπίας καζὰ τῶν πεπλημμελικότων ἐκδίκησιν quandoque *misereri* significat quidpiam tribuere, ac proinde non misereri, negare: ut in proposito, non concedere, quod maximè volebant hostes, nempe Davidem com-

a *Eph.* 4. 18. Deus ut reprobis occurret.
b 1. *Thess.* 4. 16
c *Osea* 13. 8.
d *Jer.* 30. 21.
e *Exod.* 4. 12.
f *Gen.* 24. 12. Etymon nominis Eliezer.
g *Serm.* 128. Chrysologus hoc loco usus in laude Apollinaris martyris.
h 3. *Reg.* 5. 4.
Emphasis vocis *vide*.
i *Hom.* 1. in *Pentecost.* Chrysostomi interpretatio de Christo in cœlum regresso,
Aliorum explicatio. Deus dicitur *cognoscere*, quando ut alii cognoscant facit.
k *Gen.* 22. 12.
l *Psal.* 9. 14.
m *vers.* 21.
Nomen *Sabaoth* unum de Dei nominibus,
n *Epist.* 136.
o *lib.* 1. *c.* 11.
p *Deut.* 17.
1. *Reg.* 22.
4. *Reg.* 17.
2. *Paral* 18.
Nehem. 9.
Esa. 19. *c.* 24. 23. *c.* 34. *Jer.* 19. 4. *Soph.* 1.
Figmenta Gnosticorum circa varia Dei nomina
Nomen *Sabaoth* non Dei nomen per se.
q *Lib.* 1. *c.* 34
r *Har.* 37.
* *Cap.* 2. 13.
s *Exod.* 38. 8.
t *Lib.* 1. *c.* 2.
u *Luc.* 2. 36.
x 1. *Tim.* 5. 5.
Dei Sabaoth potissima denominatio unde.
y *De consens. Evang. c.* 19.
z *Hom.* 58. *in Evang.*
a *in c.* 40. *Esa.*
b *De celebr. Missarum.*
c *Esa.* 6. 3.
d *Jer.* 88. 33.
e *Job.* 7. 18.
f *Esa.* 10. 12.
g 1. *Pet.* 5. 6.
h *Jer.* 17. 1. *c.* 34. 16.
i *Jud.* 4. 15.
Jer. 15. 3.
l *Gen.* 21. 1.
m *Psal.* 105. 4. Origenis interpretatio de *visitatione* in bonam partem, Omnes damnatos tandem salvandos Origenis sententia & error
Litteralior expositio altera.
n *Eccl.* 49. 18
o *Ez.* 34. 11.
p *Eccl.* 34. 7.
q *Job.* 10. 12.
r *Psal.* 88. 33.
s *Soph.* 1. 9.
Alius sensus tropologicus.
t *Ose.* 16. 8. Distinctio circa vocem *omnes*.
Litteralis sensus.
u *Tract. alius Psal. c. ult.*
Misereri pro quidpiam tribuere: & *non misereri* è contra.

comprehendere vel occi ſere. Quod Jacob reſpondit fratri *a*; *Parvuli ſunt, quos donavit mihi Deus*: Græcè eſt, ἐις ὧν ἐλέησεν: *quibus miſertus eſt*: Hebraicè חנן *chanam*: Accipitur præterea *miſericordia* non rarò pro beneficio *b*: Alias expoſitiones veneror, præſertim, quæ eſt de peccantibus peccatum ad mortem, pro quibus orari Joannes *c* cavet, ut id de finali ſumitur impœnitentia: vel, ut ait Auguſt. *d* quia qui non punit ſeipſum, punitur à Deo, & niſi præveniat *faciem ejus in confeſſione*, ut puniat, attendet ille ut puniat; quia qui punit ſe, jam facit æquitatem, odiendo in ſe, quod odit Deus, & ei placere incipit, puniens, quod eidem diſplicet: qui verò ſuum defendit peccatum, ipſimet *Deo* id tribuens, aut fato; ſibi autem bonum, quod facit, miſericordiam Dei non conſequitur. Eſt hic in fine סלה *ſelah* & διάψαλμα.

a Gen. 32. 5. Miſericord. pro beneficio nonnaro b Cap. 20. 13. & cap. 11. 23. & alibi ſæpe. Qui non punit ſeipſum punitur à Deo. c 1. Epiſt. d Pſ. 94. 2.

Verſ. 7.) Convertentur ad Veſperam, & famem patientur ut canes, & circuibunt civitatem.

Senſus loci.

DEclarat David inimicorum ſuorum ſedulum ac irrequietum nocendi ſtudium, ut caperent eum, ac irruerent; quoniam ibant, redibant à primo mane ad uſque veſperam, tunc verò maximè, quum ſcilicet videbatur ipſe magis in tuto eſſe; & famelicorum ritu canum ore, rictuque anhelante & aperto aviditſimè cupientes eum devorare, diſcurſabant per omnem ambitum & gyrum civitatis, aut alterius cujuſvis loci, quò ſe recepiſſet, obſervando, cavendoque ſagaciſſime, ne ullo modo elabi poſſet.

Myſticus ſenſus de Judæorum ſub ſignem converſione & Gentium

Tritus ille myſticus ſenſus de Judæorum ſub veſperam mundi finemque converſione, aut etiam de Gentium in ultima ætate ſæculi in *finibus ſæculorum* *e*, *hora* laboris *undecima* *f*, *hora cœnæ* *g*, *hora noviſſima* *h*, *in plenitudine temporis* *i*, quæ computatur à Chriſto uſque ad ejuſdem conſummationem, idque cum ingenti quadam fame deſiderioque propriæ & alienæ ſalutis, quam procuratu æ ſint, adlatrando contra illos, qui velint reluctari. Tales quos Lucas narrat *k*, *cum omni aviditate recepiſſe verbum Dei*, *quotidie ſcrutantes ſcripturas*, ſi hæc ita ſe haberent. Hæc eſt *fames ſitiſque audiendi verbum Dei*, quam ſcribit Amos *l*: qui patienter, *commoven-* *dos è mari uſque ad mare*, quaſi dicat ut circumeant Eccleſiam longè lateque diffuſam. De Judæis Oſeas *m* vaticinatus eſt, quod *poſt hæc convertentur, & quærent Dominum Deum ſuum, & David regem ſuum, & pavebunt ad Dominum, & ad bonum ejus in noviſſimo dierum*: ſcilicet, quod ait Paulus, *n* quum *plenitudo gentium intraverit, omnis Iſrael ſalvus fiet*: &, ut Chriſtus dixit *o*: *Elias quum venerit, reſtituet omnia*, de quo etiam Malachias *p*, & de iiſdem Judæis Daniel *q*, Joel *r*, Eccleſiaſtici *ſ*, item Jeremias *t*, Micheas *u*, liber Deutoronomii *x*.

e Cap. 3. 5. f Mat. 20. 9. g Luc. 14. 17. h 1. Ioh. 2. 18. i Gal. 4. 4. k Act. 17. 11. l c. 8. 11. 12. m cap. 3. 5. n Rom. 11. 26 o Matt. 17. 11 p cap. 4. 5. q cap 12. 1. r c. 3. 7. & 17 ſ cap. 48. 10. t c. 23. 3. & 6

Baſilius ac Theodoretus ajunt, quum prævideret David orationem Chriſti pro crucifixoribus in ipſa cruce, *y* impietatis Judæorum excecrando excellentiam, oraſſe, ne ulla prorſus condonatione potirentur, ſed ſpiritualis alimoniæ penuriam paterentur, ea indigni ſicut canes. Hilarius pariter explicat de templi deſolatione, civitatis everſione, captivitatem; & quod edicto Romani regis (nempe Adriani) ingreſſus civitatis ejuſdem ſit inhibitus Judæis, & *famem*, de qua Amos *z*, huc refert, *audiendi verbi Dei*, non laudabilem illam, ſed caninam, ob impudentiam rabiemque, nec non præ dolore translatæ ad Gentes divinæ cognitionis, ore adhuc verbiſque deſævire, obtrectando & inſectando pietatem quaſi gladium in ore gerant. Idem fere dicant Euthym. atque Niceph., fore ut ad *veſperam*, hoc eſt, ſerò aliquando, Judæorum aliqui ex diſperſione, (per Romanos nimirum facta) revertantur in Jeruſalem, & nullis ibi repertis cibis, quia civitas ſub externorū erit imperio, miſerè eſuriant; ac nec illic perſiſtere queant. Sed ut profani rejectique extra civitatis jacentes muros mœreant.

Baſilii & aliorum explicatio.

u cap. 2. 12. x cap. 20, 30. y Luc. 23. 34 Ingreſſus Jeſus Judæis inhibitus edictio Aeriani. *z Cap. 8. 11.*

Canis vocabulum tum Gentilibus Chriſtus in Evangelio *a*, tum Judæis in Pſalmis *b* tribuit: David ipſe omnibus inimicis ejuſdem *c*, & iterum Judæis Paulus *d*.

Canis vocabulum tum Gentilibus Chriſtus in Evangelio *a*, tum Judæis in Pſalmis *b* tribuit: David ipſe omnibus inimicis ejuſdem *c*, & iterum Judæis Paulus *d*.

Deiiſdem Judeis eodem ſenſu Philo Carpathius *e*, exponit: *convertendos ad veſperam*; ſed interim *famem pati ut canes*, i. e. carere pabulo divini verbi, & fruſtra ſcilicet cupere falſi Meſſiæ adventum, errando ubique. Gaudentius Brixienſi *f*, *famem* Judæorum bonam intepreta-

a Matt. 15. 26 b Pſ. 21. 17. c Pſ 67. 24. d Phil. 3. 2. e in Cant. Famis in bonam partem interpretat.

tur, ſimilem ei quam ſunt experti Gentiles converſi. Grægor. *g*, illud ex Cantico *h*, *Quid videbis in Sulamite, niſi choros caſtrorum?* de ſynagoga dici vult, pro fide Chriſti quam oppugnaverat, fortiter præliatura in fine mundi. Tunc fratres noſtri Joſeph ſecundùm carnem illum adorabunt, quem Ægyptii, ideſt, Gentiles, jam adorabunt *i*: tunc ſoror Moſis poſt lepram ob murmurationem de Æthiopiſſa redibit in caſtra *k*, ut Origeni placet *l*, ubi mundi ſeptimana compleri cœperit. Tunc ſanata Hæmorrhoiſſa curabitur Archiſynagogi filia *m*; quum intraverit in ſepulchrum Petrus, intrabit Joannes *n*, lege de noſtris Berradium *o*, Suarez *p*, Riberam *q*, Pererium *r*, Acoſtam *ſ*, Toletum *t*: præterea Thom. Malvendam *u*. Nyſſen. vult *x* hìc eſſe ſermonem Dei; qui exaudiſſe ſe dicat priorem orationem, hoſteſque in tenebras exteriores trudendos. Rurſum *convertendos* Judæos *ad veſperam*, Janſonius docet, creſcente Evangelii luce, hoc eſt, ad umbram legis in occaſum tendentis, unde famem non implebunt, ſed vagi errabunt orbe toto: in quorum perſona ſcribit Jeremias *y*, *Væ nobis quia declinavit dies, quia facta ſunt umbræ longiores veſperi*.

Loci Cantic. corum expoſitic. *f Cærm. ſive tract. 9 giu c. 7. Cyn. h cap. 7. 12. i Gen. 39. 7. Knu. 12. 14. Ihom. 6. in n. m Luc. 8. 42. n Ioan. 20. 8. o To. 1. harm. l. 3. c. 10. p 3. p. Tom. 2 diſp. 56, ſect. 1. dict. 3. in c. 3. Oſeæ. q 15 in Dan. r 3. de temp. noviſſ. c. 11. 12 ſin Luc. 8. annot. 100. t 11. de Ant. c. 15. 16. 17. u Tract. 2. in Pr. c. ult.*

Aptat hunc etiam Hugo locum ad ſuos Prædicatores, qui convertantur, ideſt, ſimul vertantur, cuncta penitus relinquentes, Chriſtumque pauperem ſequentes: miſſi hora cœnæ convocatum invitatos, ardentes fame zeli animarum, ac omnes, *cupientes in viſceribus Jeſu Chriſti* *z*: ſimiles canibus, ut lupos arceant, fureſque, morſu ac latratu prædicationis, *ad beſtias pugnante* *a*, & *parati ſemper ad ſatisfactionem, omni poſcenti rationem de* fide & *ſpe* *b*: prædicti ſollicitudine & diligentia prædicandi, quod eſt circuire civitatem ſicut Chriſtus *Galilæam docendo in Synagogis* *c*. Alias conditiones eruit ex ſequentibus; ut loquantur in ore ſuo promptè, apertè proprio marte, ut efficaciter, tamquam in ore gladium habentes ac dividentes carnem, occidentes peccatum, fugantes dæmonem, *eſt enim ſermo Dei vivus & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti* *d*. Favet ſymbolum familiæ prædicatorum canis oro facem geſtans, quem ſibi Auctoris eorum viſa eſt mater in ventre habere, quum illo gravida *e*, eſſet. Bernardi quoque mater geſtans eum in utero, catellum ſibi geſtare viſa eſt, candidum totum in dorſo, ſubruſſum, & latrantem, quod ſomnium vir neſcio quis pius ſic exposuit, ut domus Dei cuſtodem generatura eſſet, qui magnos pro ea contra inimicos fidei, latratus ederet *f*.

Loci adaptatio ad prædicatores *x Cap. 6. 4. y Phil. 1. 8. z 1. Cor. 35. 2. a 1. Pet. 3. 15. b Matt. 4. 13 c Hebr. 4. 13.* Familiæ prædicatorum favens ſymbolum, de cane facem ore gestante Matris Bernardi ſomnium de catello, quem in utero geſtater. *d in vita & Chron. el. 1. c. 5. vit.* Tropologia *f Pſ. 77. 9.*

Senſu contrario idem Hugo de malis Prælatis hæc eadem accipit, qui in pejus *convertantur ad veſperam* tribulationis & belli *g*, famem patiantur per avaritiam, detractionem, libidinem quos Eſaias *h*, *canes impudentiſſimos* nominat, *neſcientes ſaturitatem*: loquantur in ore ſuo, non divino, & gladio detractionis feriant. Illa non incommoda Dionyſii tropologia, ut nec in adoleſcentia, nec in juventute converſi: tandem ad veſperam ſenectutis convertantur, cupide proficientes, &c. Petrus *i*, Abbas Cellenſis *converſionem ad veſperam*, tropologice dicit eſſe, dum declarat cur comederetur Paſcha eodem tempore *k*, quum homo recedit à fervore concupiſcentiæ; & quum devorans præcedentia mala quaſi dicat hoc eſſe fameſcere ut canes) ſequitur fidelis confeſſio: propterea quoque qui de caſtris ob aliquod animæ contagium egrediebatur, non niſi *ad veſperam* lotis veſtibus ad eamdem mundum regredi potuiſſe *l*. Tandem veſpere inchoari ſalutem animæ, poſſet confirmari, quod eo tempore Chriſtus expiraverit *m*, cujus nobis mortem ſalus provenit. Auguſtinus, & alii, *famem caninam* eorum dicit eſſe, qui deſiderant ardenter gratiam Dei *i* nihilque ſibi ipſis tribuunt vel arrogant, nam *pauperes ſaturantur* *n*, & *eſurientes implentur bonis*, *divites dimittuntur inanes* *o*. Exemplo ſunt Publicanus & Phariſæus *p*. Alii, *converſionem ad veſperam* dicunt eſſe illorum, qui differunt uſque ad mortem, nec eis ad infernum damnatis vel mica guttave dabitur, ſed *circuibunt*, & ut impii in circuitu æternorum tormentorum ambulabunt; & in ore gladios geſtabunt, non quibus defendant ſe, tormentaque prohibeant, ſed ſeipſos magis feriant.

Salutem animæ veſpere inchoata, ut poſſit confirmari. *k Lib. 11. 24. & 14. 46. l Marc. 15. 34 Famis ſami. ie bonum interpretario. m Pſ. 21. 27. n Luc. 1. 53. o Luc. 1811 3. Converſio ad veſperam illorum, qui differunt uſque ad mortem.*

Convertentur ad Veſperam.) Hieron. *revertantur ad veſperam*; alii futurum putant poni pro præſenti nempe וישובו *juſcinvu*. Senſus eſt, ubi cœperint ab aurora, ſæpiuſque me comprehendere conati fuerint, ſi non profecerint, non idirco deſiſtent, ſed redibunt horis ſingulis etiam ſub veſperam. Sic Lyran., Trevet. & alii: loco verbi ἐπιστρέψωσιν, vertit Symm. ἀναπλήψωσιν, *reflectent*, quod de reflexione

Senſus loci.

Myſtica expoſitio.

flexione itineris ac reditu explicant Euthym. & Nicephorus, quamvis mysticè de Judæis post expulsionem ab Jerusalem per exercitum Romanum, ut ante dixi. Possent etiam hoc & sequentia sumi de extrema miseria, eo ipso tempore quo solent homines conquiescere, cibumq; quietè capere, famem patientium, nec huc illuc vagando ad mendicandum, unde succurrant necessitati reperientium. Placet Genebrardo: sed de Judæis post mortem Christi, & hoc mihi quoque probatur, simul cum aliis mysticis sensibus, quos prius recensui; salvo litterali, quem ibi & hìc posui & verisimile est mortuo Saule quidpiam simile passos, qui cum ipso Davidem persequebantur. Videtur idem sentire Apollinarius.

Ὡ'ραις ἑσπερίοις κυσὶν ἐπιστρέφεσιν ἀπαῦραι,
Καὶ κυσὶ τοιναλέοις ἴκελοι πόλιν ἀμφιέπουεν,
Horis vespertinis convertentur jejuni,
Et canibus similes urbem circuibunt.

Cajetani sententia. a 1. *Reg.* 19. 24 1.

nec improbabile, quod ait Cajetanus, *revertendi* verbo *ad vesperam* insinuari satellites iterũ ad capiendum David missos, quum primum renuntiassent ægrotare *a*, quæ autem sequuntur, significare quantopere tumultuati fuerint, ac diligenter loca scrutati, postquam se delusos animadverterunt; aut etiam quæ fecerint dixerintque prius quam id deprehendissent. Quamquam *vespera* quandoque ponitur pro eo quod est sero & tandem; quomodo hìc sumi putant. Euthym., & Nicephorus: atque pro eo spatio quod est extremum. Nyssen. *b Conversionem ad vesperam* de migratione in tenebras exteriores, locumque damnationis *c*, intelligit. Gaudentius Brixiensis *d*, explicat de Judæis in fine mundi convertendis, & famem verbi habituris, ut illi canes, qui cupiebant saturari de micis cadentibus de mensa dominorum suorum *e*.

Vespera quandoque pro sero tandem & pro spatio extremo. b *Tract.* 4. *in Psalm.* c. *ult.* c *Tract.* 9. d *Matt.* 15. 27

Et famem patientur ut canes.) Hieron., *latrent ut canis.* Alii, *tumultuabuntur*: vel altero ex his verbo in præsenti tempore, *latrant*, *tumultuantur*: & *murmurent*, aut *murmurabunt*. Symm., *σωχχὴ σύουν ὡς κύνες*, *simul sonum emittent sicut canes*: tunc jungit his sequentia *κυκλεύντες πόλιν*, *circumeuntes civitatem*. Numero singulari canis est Hebr. כלב *choleu*, & Græcè κύων: licèt Symm. & Apoll. plurali utuntur. Hebr. verbum יהמו *jehemu*, significat *tumultu edere*; qui quia in canibus latratus est. Hieron. expositi per *latrare*: quoniam verè latrant canes præsertim & circumeunt fame stimulati. LXX. famem expressérunt. In Deuter. *f*, *esuries*, & *ἐκλιμία*, dicitur Hebr. מרומה *mehumah*, à radice חים *him*, quæ significat etiam *tumultuari*, & *conterere*: & loco dicti nominis Chaldæus ponit שגושיא *seighusceia*, *increpationem*. Nec verò facilè admittenda quorumdam suspicio irrepsisse hoc loco pro *ὀιμώξωσι γεμισουσι*, *λιμώξωσι*, *famem patientur*.

Latratus canum infame unde pro fame. e *c.* 28. 20.

Dixi vim comparationis præter litteralem, de rabido inimicorum David ad eum perdendum desiderio, esse ut Judæi sensu mystico inter alios sensus, dicatur tandem sub mundi finem avidissimè quæsitum tamdiu Messiam cognituri, & adoraturi, videlicet illum ipsum quem Christum vocantes venerantur Christiani orti ex Gentilibus, qui solent vocari *canes g*, & simili avidítate qua susceptus est ab istis: etsi etiam videntur Judæi canes interdum appellari *h*, eo ipso nomine quo hodieque nos, & quoscumque nominant alterius religionis à sua בלכום *chelavim*. Nyssenus antea citatus *famem damnatorum* sumit pro penuria omnium bonorum in inferno: eo quod salutis viaticum refutaverint; qualis inquit divitis ibi esuries, ac sitis inter flammas fuit *i*: filius etiam prodigus abiens peregrè à paterna domo præ fame nec porcorum saturari siliquis potuit *k*. *Damnatorum fames*, damni pœna censeri potest omnium gravissima, quamvis nunc non æstimetur adeo privatio infiniti boni per omnẽ æternitatem. *Irascetur*, ac *fremet peccator tunc dentibus*, *& tabescet* videns *desiderium suum perire l*, atque frustra esse beatitudinis omnem appetitum. Canis modò boni, modò quidpiam significat mali. Significatio mali est, nasci clausis oculis: impudenter ac palam inhonestiora naturę opera exercere: ad vomitũ redire: posteriora lingere: turpia olfacere ac degustare, in coitu sexus rationem non habere: latrare & mordere: blandiri cauda: ulcera lingere: sectari eum qui escam offerat: pro eadem consistere, ac etiã veluti servire: rabiem pati, eamdemque alios animantes inficere: esuriem famemque molestissimam experiri; quum percutitur, lapidem petere, non percutientem.

Litteralis sensus.

Mysticus de Judæis. f *Matt.* 7. 15. Canis vocabulum ut aptari soleat g *Filip* 3. 2. Fames dam. natorũ qualis futura. h *Luc.* 16. 10.

i *c.* 15. 16.

k *Ps* 111. 10.

l *Serm.* 119. Mali canis significatio.

De his Tropologicè differit Philippus Grevens *m* simul in meliorem partem interpretans de Prædicatoribus, quod Hugonem feciſſe dixi (qui spectat latratum, olfactum, linguam medicam, continuam famem, fidelitatem, odium luporum, gregis custodiam, venationem, quod captam prædam Domino reservat atque sanguinem & aquam lambit) latratum dæmones arcentem, ut lupos, (adde hæreticos) morsum, quo reprehendantur omnes peccatores: medicinam in lingua, & in cauda plausum salutaris consilii, blandæque consolationis: circuitum priusquam cubet, ut nonnisi perácto quasi operis perfectoque circulo, Prædicator, aut Prælatus cubitum se conferat. Laudatur etiam in cane, ut Petrus *n* Berchorius annotat, sagacitas, fidelitas, humilitas, utilitas, sedulitas. Pluribus verbis eadem illustrat: sicut & alias conditiones malas, famis, voracitatis, immunditiæ, rabiei, adulationis. Consuli item possunt Joannes à sancto Geminiano, Auctor sylvæ allegoriarum; Mauritii Hibernici Dictionarium sacræ Scripturæ: Joannis Ferdinandi nostri Thesarus ejusdem quos me non pudet vel piget hisque similes, tùm legere, tùm citare, quum licet non adeo magni nominis nonnullis esse videantur, uberem suppeditent moralis doctrinæ segetem. Columella *o* canis hoc encomium breve scribit, ut Physiologos alios omittam, Aristotelem, Plinium, Ælianum, Solinum. *Quis hominum clarius, aut tanta vociferatione bestiam, aut furem prædicat quàm ille latratu? Quis famulus amantior Domini? qui fidelior comes? quis custos incorruptior? quis excubitor vigilantior? quis ultor aut vindex constantior?*

Tropologica dissertio de canu latratu olfactu, & aliis, & in bonum interpretatio.

In caneque laudentur quæ vituperentur.

m *In dictionario moral. verbo Canis, & in reduct. l.* 10. *c.* 22.

n *Lib.* 7. Canis encomium.

Ceterum nota canina fames, quam *bulimiam*, Græco vocant nomine *βουλιμίας* & *βουλίς*, aliud verò etiam est *πεῖσβουλίνις*, sed aliqui corruptè *bolismum* tamquam à bolo quo stomachus expletur, aut caninus appetitus, & appetentia, seu esuritio intolerabilis ac vis famis non tolerabilis, ut Gellius *p* loquitur, morbi genus, quem homines quoque toleramus. Cujusmodi quàm de Bruto narrat Plutarchus *q*. Distinguit nihilominus Rhodiginus *r bulimum* famemque magnam à *fame canina*, quod prior, quam etiam appellat universim & vaccinam, quasi à *βοῦς*, & *λιμὸς*, cuncta infestet per inediam membra, cum stomachi fastidio & satietate: caninus appetitus sit particularis, præatque plerumq; præcedentem. Præter Medicos, ut Galenum *s*, Aetium *t*, & præter Plutarchum *u*, Trallianum *x*, legatur Aristoteles *y*, & qui plurium colligit de eadem re locos Hieron. *z* Magius, id etiam approbans, differre *bulimum* à *canina fame*, quod hæc urgeat perpetuo, non ille, qui quamvis inchoaverit à fame, hac postrata tandem ventriculi facultate, ac deleta sentiendi potestate, ab exteriore frigore perit, nonnumquam prius adaucto per antiperistasin calore in ore ventriculi. Disputat eadem de re Franciscus Bonamicus *a*, nec non de fame, quæ *λίτζα* dicitur, *pica*, seu *malacia*, & *λυκανθρωπία*, *lupinus appetitus*. Denique gravissimam famem sic rectè describtam istis verbis intelligimus proverbialiter, ut dici *fames* solet *Perusina*, *Saguntina*, *Melia*, aut *Molina*, *Hierosolymitana*, *&c.* Multa verò etiam hac de fame canina, & proverbiis ex ea natis, legi postea in Adagiis sacris Delrii nostri *b*. Adde ad ea, quæ de Judæis pridem dixi, Josephum *c* describere illorum famem, quum obsiderentur à Romanis, rabidorum canum fami similem, atque huc illuc oberantium & ebriorum more bisterque in easdem domos momento temporis irruentium. Luculenta ingeniosáque descriptio famis extat in Ovidiana *d* metamorphosi: *felix esuries sitisque justitiæ*: ipsimet beat: *edendo esuriunt*, *bibendo sitiunt f*, sed absque fastidio: tamquam recenti semper ac nova fruentes voluptate. Omitto neluones & gurgites nonnullos ciborum immensos, vitio intemperantiæ laborantes potius quam corporis morbo; qualis Menius, de quo Satyricus *g*.

βλιμι. Βσπείνη. Bolismivox corrupta, & unde. o *lib.* 16. *c.* 13 p *in Bruto & 6 conv. q. c.* 8 q *Lib.* 26. *c.* x *lege etiam l.* 25. *c.* 9. Distinctio famis caninæ. & *βουλιμίας*. r 5. *de locis affectus c.* 5. s *Lib.* 6. *c.* 11. t 6. *Cymp.* 9. u *Lib.* 7. *c.* 3. x *Sect.* 8. *problem.* 4. 5. y 2. *Miscell cap.* 1. z 3. *de atim. cap.* 61. Κὶτζα. Λυκανθρωπία. a *Tom.* 2. *Adag.* 80.

Pernicies & tempestas, barathrumque macelli:
—— quippe qui
Quidquid quæsierat, ventri donabat avaro.

b 6. *de Bello cap.* 20. c *Lib.* 8.

Exempla sunt in Ath. *h*, & plura Bochin. hoc loco refert.

d *Matt.* 5. 6 *Eccl.* 24. 29 e f *Horat. lib.* 2

Et circuibunt civitatem.) Obsidionem indicat Chald. יתקרון *jachzerun*. Nyss. attendens ex cane famelico comparationem, quam totam damnatis in inferno aptat, ut prius dixi, ait, quemadmodum canes præ famis magnitudine occupantur circa sordes, cadavera, & quæcumque ob graveolentiam, aut corruptionem, aut inuti-

g *Lib.* 10.

h *Tract.* 2. *in Psal.* c. *ult.* Sensus loci.

inutilitatem ejiciuntur extra civitatem; sic improbos ac reprobos extra civitatem virtutis, & beatitudinis versari circa fœtidam intemperantiam, & cupiditatem, tamquam circa cœnum, & urbanioris vitæ detrimentum, ac in canes transformatos esse illi similes primævo cani, qui carnivorus & *homicida* est *a*. Adde fabulosi nomen cerberi tricipitis ex concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, superbia vitæ: & quod extra cœlestem civitatem *foris canes*, jubentur esse *b*, non est hìc opus pluribus, quum prius dicta sufficiant.

a *Io'18. 44.* Cerberi tricipitis nomen, concupiscentia carnis, concupiscentiat ocu orum, superbia vitæ.

b *Apo.22.15*

Vers. 8.) Ecce ipsi loquentur in ore suo, & gladius in labiis eorum, quoniam quis audivit?

Sensus loci.

DUm huc illuc circumeundo & circumcursando quærerent me mei inimici, nullos alios usurpabant sermones quàm de me perdendo ac trucidando: perinde ac si in ore ipso gladios pro linguis gererent. Eo autem liberius talia tractabant inter se, quòd se à nullo alio homine exaudiri crederent; de Deo autem parum curarent, aut ne cogitarent quidem. Detexit nihilominus Michol insidias, atque deprehendit, sive ex satellitum temere prolatis verbis, sive rem quispiam filiæ Saulis manifestaverint, sive alia demum aliqua ratione. Allegoriam vel tropologiam bonam & malam, de prædicatoribus aut de persecutoribus Christi & Ecclesiæ, facile est ex prius dictis haud revocare. Paulinus *c* Augustino scribens hæc de Judæis accipit inter fectoribus Christi, Christumque ipsum hìc loquentem facit.

Tropologia

c *Ep.18. apud Aug.*

Ecce.) Superfluam particulam hìc alibi sæpe Euthym. monet esse. Symm. pro ea usurpat particulam δὴ. Vim tamen habet istam, ut veluti demonstrare seu doceat convenire canum similitudinem hostibus, qui famem patiendo latrant: latratum enim denotant sequentia.

Ipsi loquentur in ore suo.) Alii cum Hieron. tempore præsenti, *loquuntur*: nihil refert Hebræum autem futurum יביעין *jabbihhun*, significat eructando ac scaturiendo, & quod in cum murmure loqui: quem Apollinarius interpretatur φθογγῳ ἀπυσυ, *sonum obscurum*. Tre- C vetus autem *cum silentio*, ut non audiretur vox extra. Symmachi versio est, ἀποβλύζουσι τοῖς στόμασι αὐτῶν, *per vomitum effundunt oribus suis*, singultiunt e medendo, ut pueri faciunt. Vulgo dicimus de iracundè loquentibus & cum indignatione (*mastic ano fra se stessi, ò fra denti.*) *Effutiendi* Latinum verbum propositi congruit: Græcum verò quod hìc est ἀποφθέγγεσθαι, *resonare* significat, loqui grandia, ut minas, contumelias, probra, nec tam loqui quàm latrare. Hebræum, quod dixi, similitudinem habet cum נבח *nabah*, quod est *latrare*.

Ἀποφθέγγεσθαι.

Loqui in ore quid sit.

Quod sequitur, *Quis audivit*: innuit sermonem submurmurantem & mussitantem, ut audiri sonus tamquam inarticulatus potuerit, non autem expressio articulata sermonis, quamvis Lyr. & Cajet. auditam dicant à Michol. Quare *oqui in ore est*, ita loqui ut vix extra os prolatus audiri sermo possit, sed ab illo, qui propior sit, vel ad loquentis os aurem applicet. Reticentia porro ut quod sint locuti non dicatur, attrocitatem verborum indicat, quæ per gladios quoque qui sequuntur, magis exprimitur.

Mystica de Judæis interpretatio.

Mysticè Nicephorus de Judæis interpretatur, causas D commissentibus cur Christum postularent ad crucem. Alii de libera prædicatione in apertione oris, ut Apostolus *d* loquitur, & ut per se quis prædicet non per alium quod & antea monuimus.

d *Eph.6. 19.*

Et gladius in labiis eorum.) Hieron., & alii ex Hebr. *gladii* חרבות *chanavoth*. P. *56. e Lingua ipsa vocata est gladius.* Bonus & malus linguę usus cum gladiis conferri quo pacto possit, satis liquet, & ibi etiam dictum est. Loco latratus prodit ex ore sonus quidam, ait Nyss. loco caninorum dentium gladius sub labiis absconditur. De sua nece sermones intelligit David ab inimicis habitos. Judæi sicut linguis flagitaverunt mortem Christi, sic postea quum licuit inter Gentiles positi Christianis eamdem procuraverunt, ut in Actibus Apost. demonstravi, quos Apost. *f* scribit, *Deo non placentes omnibus hominibus adversari, prohibendo loqui Gentibus, ut impleant peccata sua semper.*

e *verſe 5.*

Sensus loci.

f *1 Thess 2. 15.*

Tropologicè ore gladium non manu gestat, qui non facit quod prædicat, quod Ps. *56.* docui, maledicam gladio linguam comparari, quod est etiam apud Job *g*. Philo *h* approbat, mysticè gladium Balaam quo asinam percute-

g *Cap.5.15.*

h *De Cherub. & Rammeo gladio.*

Tropologia *Ore gladium gestare non manu*, qui non facit, quod prædicat. Mystica interpretatio loci Numerorum, de Balaam.

i *Nu.22.29.*

Aret optavisse, sed non habuisse *i* ex singulari gratia Dei, qui sciens imprudentiæ rabiem non dedit tamquam furenti gladium, verbis videlicet facultatem, ne quoicumque obvios magna clade conficeret.

Quoniam quis audivit?) Hier. *quasi nemo audiat*. Eodem prorsus modo Symm. ὡς οὐδενὸς ἀκούοντος: sed Apollinarius, *ut audiat qui*, ὅππως τις ἀκούσει: quasi, ut puto dicant juxta interpretationem istam, non curamus audiri ab hominibus, audiant illi; sed non erit, qui mutire audeat: Deus vel non audit, vel non curat, & hæc vis potest esse interrogationis cum particula causaliter sumta. Sic autem *loqui in ore*, erit inter se consultare, gladio in labiis habere, non vereri liberè ac apertè consilium interficiendi profiteri, quoniam non sit, qui audiendo impediat, ut sit perinde, ac si nullus audiret. Favet Chaldæa paraphrasis; *Labiis suis dicunt prævalebimus* (quasi hoc sit habere gladios in ore, & sit dictum factum) *quoniam quis ille, qui audiet & puniet?* Putet Vatablus insinuari, hos interrogando significare voluisse, nec homines nec Deum audire. Sic impii dicebant alibi; *Quis noster* B *Dominus est? quis ḳme videt? nemo* l *nos videt* Genebr. accipiens, *quoniam*, continuativè pro *quod*, exponit dixisse hostes David *quis audivit?* nempe ubi sit ille, ut eum imparatũ celeriter opprimamus, aut ad regem pertrahamus. Concitatus furore ejusmodi oratione præcisas formatisicut & amor; ut *m*, *numquid quem diligit anima mea vidistis? t ulerunt* n *Dominum meum, si tu sustulisti eum: dicito mihi ubi posuisti eum*. Primus litteralior & communior sensus.

K Ps.11. 5.

i *Eccl.23.25.*

m *Dan.13. 20.*

n *Cant.3.1.*

Mysticè verò de prædicatoribus hoc exponitur, qui præ fame ac zelo salutis omnium, conquerantur, paucos præsertim ex Judæis, audire & obedire, sicut & Esaias *o* conquerebatur. *Domine quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui revelatum est?* In Paralip. *p* quoque scriptum de Judæis est, quod *subsannabant nuntios Domini, & parvipendebant sermones illius, illudebantque prophetis.* Tabescit omnino & discruciatur vehementer plusquam bulimo & canina fame prædicator ac d ctor Evangelii, & spiritualis Pater, quũ non licet ei cibo isto vesci, quem suum etiam vocabat Christus *q*, & quem, occidendo & mactando varii generis bestias Petrus jubebatur *manducare*. Admirans & ejulans vociferatur cum Jerem. *s*, utens verbis Dei: *Qui audivit ta ia horribilia, quæ fecit nimis Virgo Israel quia oblitus est mei populus meus*. Bruno Carth. vult quæri quis audiverit umquam adeo magna mysteria, quæ vulgabuntur ab Evangelicis Prædicatoribus de Christo.

o *Ieb.20. 13. 15.* Mystica expositio de prædicatoribus.

p *Cap* 5 3.1.

q *1.a ult.16.* Prædicatorem quid tabescere & discruciari vehementer cogat,

r *Iob.4.3 3. & 34.*

s *Mat* 10.14,

Aliter secundum tropologiam Hugo accipit *quis*, pro aliquis, & interrogatione sublata explicat, detractorem ideo lingua tamquam gladio ferire, quia habet auditores libenter audientes, non autem *facie tristi* dissipantes sermonem ipsius *t*.

Tropologia

t *6,18 13.15*

Vers. 9.) Et tu Domine deridebis eos, ad nihilum deduces omnes Gentes.

Sensus loci.

ARbitrabantur homines impii, non esse qui eorum audiret iniqua consilia & verba, ne Deum quidem atqui tu illos ò DEUS irridenti similis tractabis: irritos faciens conatus ipsorum, ac omnium derisioni exponens: nec istos modo; verùm etiam quoscumque alios cujusvis gentis & nationis, qui sint mihi aut fideli populo tuo infensi infestique; nec tantilli facies, sed quantaslibet illorum vires, & conatus contemnes, frustrabis, in nihilum rediges, omnem nocendi facultatem tollens.

Mysticè ridendi prædicuntur Prædicatorum irrisores ac persecutores; ad nihilum redigenda omnis gentium idololatria, ut vel convertantur Gentiles, vel qui nolint, pereant. *Sunt*, ait Nyssenus *u*, terrifica quæ intentant, videlicet adversarii, risus illi, qui Deum secum habent. Dixi Psalmo 2. *x* quæ huc pertinere possunt ad illa verba: *Qui habitat in cœlis irridebit illos, & Dominus subsannabit eos. Riadebit Deus in eorum interitu*, qui respondere noluerunt vocanti *y*, & per se ipsum, & per suos; & *illusores deludet z*. In judicio universali exponentur improbi ridendi à justis tamquam *draco formatus ad illudendum ei a*, & sicut Samson a Philisthæis, quem vilis muliercula superavit.

Mystica expositio, & contra prædicatorum irrisores, & alia.

u *Tract.2.in Psal. c. ult.*

Terrificæ hostium intentationes sunt risus iis, qui DEUM secum habent

x *vers. 4.*

y *Cap.3.34.*

z *Ps.103. 26.*

a *Iudic.16,9 & 11.*

Ad nihilum deduces.) ἐξουδενώσεις. Alia Psalteria, & Hilarius, Augustinus, Arnobius, Cassiodorus, *pro nihilo ha-*

lo habebis. Hieron. *subsannabis*: quod propriè valet לתעג *thilhhag*, quod est etiam in Psalmo secundo *a*, quare non est in nihilum redigere, aut mysticè, mulctare pœna damni, & privare summo bono, ac socios constituere, *ejus, qui non b est*, nempe diaboli, aut nullo negotio ad veritatem reducere atque convertere; sed idem fere, quod priore *deridendi* verbo, despiciendo, ac nihili faciendo: & efficiendo ut ad nihilum recidant cogitationes & conatus. Tale illud ex præcedente Psalmo *c*; *ad nihilum devenient tamquam aqua decurrens*: occurritque eadē phrasis in aliis Ps. *d* aliquoties, ubi dicitur quid *ad nihilum deduci*, vel *redigi*: aliàs *e* autem *pro nihilo quidpiam* quis *facere* aut *habere*. Apoll. optativè declarat ὀνοζαι deprimas.

Omnes Gentes.) Sive Gentiles sive Judæos; Chaldaicè; *omnes populos*; quemadmodum & versu 6. עממיא *hhamemaija*. *Quis imputabit Deo si perierint omnes nationes quas fecit f?* Certe nemo. Apollinarius de Dæmonibus interpretatur.

a v. 4. Mystica expositio.
b Iob. 18. 15. *Ad nihilum deducere.* quid hic sit.
c Ps. 57. 8.
d Ps. 14. 4. Ps. 59. 14. Ps. 72. 20. 22. Ps. 77. 59. Ps. 107. 14.
e Ps. 55. 8. Ps. 80. 15. Ps. 85. 5. Ps. 105. 24.
f Sap. 12. 12.

Vers. 10.) Fortitudinem meam ad te custodiam, quia Deus susceptor meus es.

Vers. 11.) Deus meus, misericordia ejus præveniet me.

Sensus loci.

INimicorum meorum interitum liberationemque ab eis meam non adscribam robori & viribus propriis, quas agnosco impares & inferiores, ita ut per me iis resisti non possit. Sed salutem & quidquid in me fortitudinis & facultatis est contra fortes irruentes in me, uni adscribo tibi, apud te totum repono, repositumque custodiam & conservabo; tibi tutelam patrocinium que committam hoc à te expectabo & veluti oculis in te conjectis quando veniat aspiciam, cavens ne à gratia probationeque excidam tua, & ne abutar potestate ad repetendam de inimicis vindictam, inde tamquam ex armario promendum auxilium sciens mihi, & promtum esse ac paratum, unum te hoc nomine celebrandum optimè intelligent. Tu namque defensor meus, qui me in tuam protectionem suscepisti. Denique intelligant velim omnes, quòd omnia mihi Deus meus est, ac talis ut minimè dubitandum sit de illius misericordia, quæ prævenit etiam preces ac vota: & hæc ipsa vota & preces ut nuncupem ipsemet, me gratia præveniente excitat, & antequam eum invocem, opem exhibet: & quò me cumque vertam præsto est, ac sese offert ultro: quasi prætento scuto protegens & avertens excipiensve ictus impendentes mihi. Davidi ut hęc quadrēt, facilè percipitur, qui numquam non pendens à divino præsidio, pepercit hostibus, quos habuit in sua potestate.

Dei misericordia suorum preces ac vota prævenientis.

De Christo allegorica expositio. Christus ut prævenisse misericordiam Patris dicatur, ante resurrectionem.

De Christo allegoricè exponitur, ut sua dicat fortitudine contra persecutores interim uti nolle; sed juxta dispensationem Patris differre vindictam, aut etiam virtutes, vires, potentiam, cuncta demum Patri referre accepta. Prævenisse quoque misericordiā Patris in hoc Hier. ait, quod priusquam resurgeret Christus, non latro tantum in cruce *g*, sed alii etiam cum Centurione conversi, & percutientes pectora, professi eum sint filium Dei. Potuisse hostes suos perdere docuit Christus, quum unico verbo satellites dejecit *h* in cruce pro crucifixoribus oravit *i* Hilar. interpretatur hæc ut similia illis verbis Christi, quibus *in manus Patris commendavit spiritum suum* k. Dsumit utramque Dalila *f*, ideſt, concupiscentia, *fortitudo simplicis* ac justi *via Dominig*. Non modo per concupiscentiam perditur fortitudo, sed supernaturalis præsertim per quodlibet mortale peccatum, præcipuè per superbiam, quę custodiam eripit Deo. Naturalem sine causſa & *vanè consumit h*, vir alioqui spiritualis, verum indiscretus, immoderatis jejuniis, vigiliis, disciplinis, &c. ut notat Hugo. Præterea is qui juventutem impendit in vitiis, & pœnitentiam reservat usq; ad senectum, *implet extraneos viribus suis, consumens carnes & corpus i*. Item qui studiis inutilioribus diutius vacat, tum vero ad Theolog. animum applicat, abutitur fortitudine sua, non eam custodit aut inlumit Deo. Multis idem contigere modis potest.

De Christo allegorica expositio. Christus ut prævenisse misericordiam Patris dicatur, ante resurrectionem.
g Luc. 23. 41
h Johan. 8. 6.
i Luc. 23. 34.
k Ibid. v. 46.

Graeveus *k* de corporali & spirituali fortitudine moraliter satis aptè differit, docens egere custodia primam, fortitudinis animi ac virtutis cujusvis, ut sit ad Deum, ideſt propter illum, vel ipsius Christi exerceatur exemplo: posteriorem, exercitationis, per opera & perpessionem tribulationum, & imitationem bonorum exemplorum. Denique debet quilibet secundùm rem significatam nomine *Gabrielis*, Gabriel esse, quod valet, *fortitudo*

Sensus loci.

A ad vindictam, quemadmodum tu sæpius contines te ipsum, ne vindices. Quod Psalmo 21. *l* habetur, *apud te laus mea*, vertunt alii, *à te* מאתך *meitthecha*: in 36. *m* *Apud Dominum gressus hominis dirigentur*: alii reddunt *à Domino* מיהוה *mejehovah*. Posset etiam *ad te* πρὸς σε אליך *eiecha*, idem valere, quod *recum*, ut *n*, *Apud te est fons vitæ* עמך *hhimmecha*, & *o*, *apud Dominum misericordia & copiosa apud eum redemptio*. Hebr. per præpositionem עם *hhim*, ideſt, *eum*: sic *fortitudo ad Deum custodia*, esset fortitudo cum Deo & apud Deum custodita & conservata. Tandem *custodire ad aliquem aliquid*, sive *apud aliquem*, est id ei deferre, ac veluti constituere illius auctorem: ita ut sumatur verbum transitivè: Nam quod Psalmo 17. *p* dicitur; *Constitues me in caput Gentium* ששימני *theseimeni*, in lib. *q* 2. Regum, ubi psalmus idem paullo aliter extat, habetur, *custodies me* תשמרני *thismereni*. Ergo ait David se Deum ipsum constituere fortitudinem suam, quo ipso abstracto nomine *r* aliquando illum vocat: nec ea, nisi ejusdem arbitrio, & ad illius gloriam velle uti. Prodigus, ingratus, impius est, qui quam accepit à Deo

B fortitudinem, & quæ velit nolit ipso eam non custodiente atque conservante nihil esset, non pro illo, sed contra eum exerit, ac sibimetipsi superbè arrogat. Apollinarius ita declarat, *Fortitudo mea à te custodiar*. Euthym. ac Niceph. *fortitudinem*, τὸ κράτος, ajunt esse regnum ac imperium Davidi promissum; dicere autem Davidem, se id Deo permittere, nec vivo Saule velle invadere, aut illum occidere: & idem esse *ad te* quod *apud te* Cassiod. κεζατῶ πρόθεσιν, quum pro præpositione præpositio ponitur, poni ait *ad*, loco præpositionis, *per*. Nec abhorret à vero hic sensus, ut in tantis tribulationibus animos David addat sibi oratione ad Deum conversa, ut se profiteatur dejici nolle, sed fortiter semper magis agere, sua semper omnia consilia operaq; dirigendo ad ipsum. Hoc videlicet est, quod in historia Regum *s* scribitur de illo, *proficisci & semper seipso robustior eum esse*. Nobis quoq; studendum, ut fortiores evadamus in dies secùndùm Deum & fortitudinem istam nostram veluti alligemus ad Deum ipsi innitendo, non *super baculos arundineos t*, neque confidendo in virtute sua & *in multitudine divitiarum u*; ne-

C que *in homine & brachio carneo x*, propter ipsum nec propter aliud fortiter agendo. *Benedictus vir, qui confidit in Domino*, & *cujus Dominus fortitudo ejus y*. August. *z* perpetuum DEI necessarium influxum ad conservandos nos & ut opus bonum operari possimus, hoc probat ex loco. Præterea *a* ait, hominem, qui seipsum amat, ubi relictum à DEO, timoribus mœroribusque compleri, & sua mala sentiendo, istud cantare, *fortitudinem meam ad te custodiam*. Ad hæc *b* negat formarum pulcharum operatores & sectatores curiosos fortitudinem suam nempe oculorum & aliorum sensuum ad Deum custodire; sed spargere in delicioſas lassitudines. Postremo accusat se *c*, quod quas comparaverat artes liberales, & ipsum ingenii acumen, & tam bonam partem substantiæ suæ atque fortitudinem, non sacrificaverit Deo, nec ad eum custodiverit, sed *profectus* à Deo *in longinquam regionem dissipaverit in meretricias cupiditates d*: nec bona re bene usus fuerit, sed potius ad perniciem. Fortitudo naturalis & supernaturalis munus Dei est: tamquam depositum custodire diligenter propter eumdem debet, cavenda quæ præcidit & consumit utramque Dalila *f*, ideſt, concupiscentia, *fortitudo simplicis* ac justi *via Dominig*. Non modo per concupiscentiam perditur fortitudo, sed supernaturalis præsertim per quodlibet mortale peccatum, præcipuè per superbiam, quę custodiam eripit Deo. Naturalem sine causſa & *vanè consumit h*, vir alioqui spiritualis, verum indiscretus, immoderatis jejuniis, vigiliis, disciplinis, &c. ut notat Hugo. Præterea is qui juventutem impendit in vitiis, & pœnitentiam reservat usq; ad senectum, *implet extraneos viribus suis, consumens carnes & corpus i*. Item qui studiis inutilioribus diutius vacat, tum vero ad Theolog. animum applicat, abutitur fortitudine sua, non eam custodit aut inlumit Deo. Multis idem contigere modis potest.

Sensus loci.

Græveus *k* de corporali & spirituali fortitudine moraliter satis aptè differit, docens egere custodia primam, fortitudinis animi ac virtutis cujusvis, ut sit ad Deum, ideſt propter illum, vel ipsius Christi exerceatur exemplo: posteriorem, exercitationis, per opera & perpessionem tribulationum, & imitationem bonorum exemplorum. Denique debet quilibet secundùm rem significatam nomine *Gabrielis*, Gabriel esse, quod valet, *fortitudo*

l vers. 26.
m vers. 2.
n Ps. 35. 10.
o Ps. 129. 7.
Custodire ad aliquem aliquid, sive, *apud aliquem* quid sit.
p v. 44.
q c. 22. 44.
r Ps. 17. 2. Ps. 27. 8. Ps. 30. 4. Ps. 42. 2. Ps. 117. 14. Apollinarii & aliorum expositiones.
Præpositio pro præpositione posita.
s Lib. 2. 3. 1.
t Esa. 36. 6.
u Ps. 51. 9.
x Ier. 17: 5.
y Ib v. 7.
z 8. Gen. ad lit. cap. 12.
a 13. de civ. c. 21. Perpetuum Dei necessarium influxū ad conservandos nos, & ut opus bonum operari possimus, unde probet Augustinus. De homine qui seipsum amat, loci applicatio.
b 10. confess. c. 34. Formarum pulcharum sectatores fortitudinē suam ad Deum non custodiunt.
c 4. confess. c. ult. Augustini sui ipsius accusatio.
d Luc 15. 13. Fortitudinem naturalem & supernaturalem præcidit & consumit Dalila seu concupiscentia.
e 1. Tim. 5. 10
f Iud. 16. 19.
g Pro. 10. 29.
h Esa. 49. 4. Qui juventutem impendit in vitiis, & pœnitentiam reservat ad senectutem. quid agat.
i Prov. 5. 11.
K Ser. 118. Fortitudine sua qui abuti dicantur. De fortitudine corporali & spirituali Grevei moralis dissertatio.

tudo mea Deus, aut Eliezer, *Deus meus, auxilium*; aut Eli-Aſæus, *Deus meus, ſalus*. Zachariæ patri Joannis dubitanti reſpondit Angelus, *Ego ſum Gabriel a*, quaſi diceret de fortitudine ac potentia Dei tibi ambigendum non eſt; idemque annuntiator fuit operis quod ſummam potentiam continet, hoc eſt Incarnationis, tum apud Danielem *b* tum apud Mariam *c*.

a Luc. 19

b c. 9. 11.
c Luc. 1. 26.

Quia Deus ſuſceptor meus es.) Hieron. *quoniam tu Deus elevator meus*. Alii, *propugnator, protector, refugium*, notat idem Hieron., *tu*, & *es*, apud ſolos LXX. reperiri. Pronomen extat etiam in Pſalterio Romano, & Gallicano & apud Arnobium; ut mirer collectorem notationum in Biblia Sixtina editionis LXX. negare eſſe in Latinis editionibus. Quid ſit משגב *miſgau* & ἀντιλήπτωρ, aliquoties jam prius vidimus. Suſceptionem naturæ humanæ à Chriſto factam Arnobius, myſticè nimirum declarat. Pertinet *ſuſceptio*, hoc loco ad auxilium & protectionem; quod Apollinarius verbo προλαχίζειν, ideſt, *propugnandi*, exprimit. Tropologicè *fortitudinem ſuam cuſtodit ad Deum*, qui, ut Hugo docet, quum ſuſceperit, rus Deus veriſimiliter creditur, ſua illi bona opera offert, opportunè ſcilicet, non differendo longiùs.

Myſtica naturæ humanæ à Chriſto ſuſceptionis expoſitio. Tropologia de *cuſtodiente fortitudinem ſuam ad Deum*.

Deus meus miſericordia ejus præveniet me.) Omittit Hieronym. eodem modo vertens pronomen *ejus*: quamvis in editione ſua Victorius & Bredembachius recitent, *Dei mei miſericordia præveniet me*: & ita Hebr. eſſe teſtetur ipſemet Hieron. *d*. Sed idem tribuit hanc verſionem Pagninus in theſauro (verbo קדם *Kadam*) *Deus miſericordia mea præveniet me*: legerunt, opinor, LXX. non ut modo extat אלהי *elohe*, ſed אלהי *elohai*: in eodem textu Hebr. ambiguum eſt an *miſericordia ejus*, an *mea* dici debeat, quia ſic ſcribitur חסדו ut vel poſſit legi חסדו *chaſdo* cum affixo maſculino tertiæ perſonæ, vel primæ. Paraphraſtes legit ſecundo modo, vertens שובי *tuvi, bonitatis meæ*, vel *bonitas mea*. Apud Proſperum *e*, *voluntas ejus*, de qua lectione meminit Hieron. *f* infrag, & Pſalm. 143. *h*, vocat Deum David *miſericordiam ſuam*. Miſericordia eſt Dei, quia ipſe eam facit; noſtra, quia nobis facit, ut hic etiam notat R. David. Juxta editionem noſtram idem eſt, ac ſi dicas, Deus meus eſt: ideo *miſericordia ejus præveniet me*: aut, Dei miſericordia præveniet me. Quemadmodum Pſalmo 10. *i*, *Dominus in cœlo ſedes ejus*: ideſt: Domini ſedes in cœlo eſt: in 17. *k*. *Deus meus impollutæ via ejus*. Apollinarius per modum optantis exponit,

d Epiſt. 135.
e de vocat. Gen. c. 9. vel 24.
f Epiſt. 135.
g verſ. 18. Miſericordia Dei & noſtra ut dicatur.
h verſ. 2.
i verſ. 4.
k verſ. 31.

Ἀμφιβάλοι μ' ἐλεητὺς ὑποδαμέντι βασιλῆος.
Circumdet me miſericordia præveniens Regis.

Celeberrimus hic pro gratia locus, maximè pro præveniente & omnino prima. Antequam aliquid boni ego faciam, inquit hoc loco Auguſt. *Miſericordia ejus præveniet me*. Quid hic reſpondebit infelix Pelagius? Vigent eumdem hæreticum ceteri enarratores iſto eodem teſtimonio & nihil boni ex nobis metipſis habere nos poſſe, niſi hoc à Domino acceperimus, nominatim Caſſiod. affirmat. Hoc quod alii præterea Patres docent atq; Concilia, ita ut etiam dicant, nihil nos poſſe niſi peccatum, ſic intelligitur ut nobis ſolis tribuatur peccatū, omnis autem operis boni, quod cooperante etiam libero arbitrio noſtro fiat, auctorem potius Deum eſſe, quàm nos, vel ut cauſſam naturalem cum omni cauſſa ſecunda concurrentem, vel ut ſpeciale auxilium gratiæ præbentem. Item, opera moraliter bona, quæ fiant naturæ viribus cum concurſu generali Dei, ut eſt auctor naturę & prima univerſalis cauſſa, quum per ſe non ſint meritoria, nec veræ diſpoſitiones ad juſtificationem, perinde eſſe ac ſi eſſent mala, quod attinet ad conſecutionem gratiæ ſanctificantis & gloriæ: quamvis quia in ſe bona ſunt, non inducant reatum pœnæ. Simili quadam ratione *in uno delinquens fieri* dicitur *omnium reus* l, quia etſi revera non habeat reatum niſi peccatorum quæ committit, tamen & iis peccatis quæ committit, violat auctoritatem Dei communem cuivis præcepto; & nihilominus jacturam facit gratiæ atque beatitudinis, quàm ſi omnium præceptorum reatum incurriſſet.

Celeberrimus locus pro gratia, maximè pro præveniente & prima.

Nihil nos per nos poſſe niſi peccatum, ut intelligatur.

Opera moraliter bona quę fiunt naturæ viribus cum concurſu generali Dei, qualia ſint.

In uno delinquens, ut dicatur *omnium reus* l *Iac.* 2. 10.

De diſtinctione gratiæ actualis in prævenientem & ſubſequentem, nonnihil dixi Pſalmo 20. *m*. *Præveniſti eum in benedictionibus dulcedinis*: & Pſalmo 22. *n*. *Miſericordia tua ſubſequetur me*. *Præveniens* dicitur, non agendo nunc de beneplacito æterno divinæ voluntatis, non tantum omnino & abſolutè prima; ſed quælibet excitans & operans, qua Deus, ut Auguſt. *o* loquitur, nolentem prævenit ut velit, ſicut gratia ſubſequente, adjuvante, cooperante, volentem ſubſequitur, ne fruſtra velit; aut *p*, qua prævenit, ut ſanemur, ſubſequitur ut ſanati vegetemur: prævenit, ut vocemur, ſubſequitur ut glorificemur: prævenit ut piè vivamus; ſubſequitur, ut cum illo ſemper vivamus. Ubi tamen videtur Auguſt. tribuere nomen *prævenientis gratiæ* etiam ei quæ ſanctificat, & habitualis eſt atque glorificationem præcedit, vel certè augmentum ejuſdem gratiæ ſanctificantis: denique gratiam omnem quæ aliam præcedit, ac prævenit, *prævenientem* videtur appellare: quum Scholaſtici ſtrictè de actuali hęc nomina uſurpent, & *prævenientem*, ita ut dixi, initio ſumant, quam Deus operatur in nobis quos movet, ſine nobis, liberè tunc operantibus. De gratia præveniente atque ſubſequente ſcribit eodem modo Greg. *q* quo Auguſt. *Multa*, ait hic idem *r*, Deus facit in homine bona, quæ non facit homo; nulla verò facit homo, quæ non facit Deus, ut faciat homo: & avertat hanc amentiam à nobis, ut in donis ejus nos priore faciamus, poſteriorem ipſum; quoniam *miſericordia ejus præveniet me*: etſi non prævenit nos, non ſolùm non perficitur quod præcipit, ſed nec inchoatur ex nobis; & ut incipiamus, dictum eſt, *Miſericordia ejus præveniet me*, ut perficiamus dictum eſt *ſ*, *Miſericordia ejus ſubſequetur me*. Legantur etiam Fulgentius *t* & Proſper *u*: iſte hunc Pſalmi noſtri profert locum *x*, cum prioribus verbis, *Fortitudinem meam ad te cuſtodiam*. Unus quoque Arauſicani Concilii ſecundi *y* canon ita habet: *Nullus miſer de quacumque miſeria liberatur, niſi qui Dei miſericordia prævenitur*; ſicut dicit Pſalmiſta *z*; *Cito anticipet nos miſericordia tua Domine*: & illud; *Deus meus miſericordia ejus præveniet me*. Utrumque Bernardus *a* citat locum ad idem propoſitum, dicens de *præventione Dei* non minus certam hanc manifeſtamq; eſſe ſententiam, quàm alias quas commemorat. Rurſum Gregor. *b* perpendens verba Job *c*; *Quis ante dedit mihi, ut reddam ei?* Nemo, inquit, ut divina illum gratia ſubſequatur, prius aliquid contulit Deo. Nam ſi nos Deum bene operando prævenimus, ubi eſt quod propheta ait; *miſericordia ejus præveniet me?* recitat ibidem alia ad idem probandum teſtimonia ex Evangelio Joannis *d*, & epiſtolis ejuſdem *e*, ex Oſea *f* & Paulo *g*. Tandem Auguſt. *h*, iſtis verbis ait doceri nos meritis aſſequi, nihilque in nobis invenire ante gratiam Dei, cur noſter *ſuſceptor* ſit factus, & quantumcumque cogitaverimus antecedentia merita, fore ut *miſericordia ejus præveniat nos*.

p de nat. & grat. c. 31.
q hom. 9. in Ezech.
r 2. cont. duas epiſt. Peleg. c. 9.
In donis Dei cavendum priores nos facere, poſteriorem ipſum.
ſ Pſ. 22. 6.
t 1. ad Menimum c. 9. & 11. de fide ad Petrum c. 32. epiſt. 6. c. 7. de gratia Chriſti c. 18.
u Carm. contra ingratos præſertim cs 14. & 45. Io de Vocat. Gen c. 24. alias 9. & ep. ad Ruff. 4 x 2. de voca. Gen. c. 24.
y cap. 14.
z Pſ. 78. 8.
Nemo ut divine illū gratia ſubſequatur, prius aliquid dedit Deo.
a Serm. 67. in Cant.
b 33. moral. c. 20. vel 25. c c 41. 2.
d cap. 6. 44. c. 15. 5.
e 1. Ep. 4. 10.
f c. 14. 5.
g 2. Cor. 3. 5. Eph. 2. 5.
h Epiſt. 116.

Myſtica locutionis Chriſti inductio. Sola benignitate & gratia Dei aſſumtam humanam naturam à Verbo a ſq; præcedentibus meritis.

Loci ad queſvis fidei es appli, catio.

Verſ. 12.) Deus oſtendet mihi ſuper inimicos meos, ne occidas eos ne quando obliviſcantur populi mei.
Diſperge illos in virtute tua, & depone eos, protectos meus Domine.

Senſus ſloci

INchoatum ſermonem verſu 11. relicto interim colloquio cum Deo, ad alium quemlibet proſequitur; aſſerens fore ut Deus, cujus præveniendum ſe dixerat miſericordia, faciat optatam videre de inimicis ultionem ad ejuſdem gloriam Dei. Attamen repetens orationem ad Deum, precatur ne inimicos omnes Deus occidat ſtatim, ut non capiat talis ultionis oblivio populum, nec ſatis recordentur translatum à Saulis domo regnum in Davidem, quum operæ pretium ſit ut ad juſtitiæ divinæ majorem cognitionem atque reverentiam ſenſim ac paullatim caſtigentur, non omnes una funditus ſemelque deleantur: & ita dicta illa regni translatio melius perſpiciatur. Quare, ut divinæ moderatione potentiæ vagari & errare cogantur inimici de loco in locum, atq; ut pro ea, quam ſit ſemper in ſe expertus, protectionis divinæ benignitate, dignetur eoſdem de ſua ſuperbia dejicere, deque digni-

dignitatis & potentiæ gradu, in quo sunt, detrahere, atque deturbare. Exitus votis respondit & prædictioni. Nam Saule mortuo superfuerunt de domo & familia ejus alii, nec non de aliis adversariis non pauci, divinorum contra se, & pro David, judiciorum spectatores, & documentum ac exemplum ceteris, innocentes non vexare ac opprimere, dum illorum intuentur infelicem conditionem.

Augustinum hoc & aliis locis hæc de Judæis interpretantem toto sparsis orbe ad utilitatem populi Christiani, ut scilicet eorum adhuc superstitum conditionem infelicem spectantes agnoscerent beneficium gratiæ; & ut ab iis acciperent tamquam a bajulis libros sacros, qui Gentilibus propterea suspecti non essent; & ut vivum extaret semper exemplum animadversionis divinæ contra summum occisi Christi scelus, ut etiam tandem reliquiæ Hebræi populi salvæ fierent: imitantur Latini enarratores, anteque omnes Hilarius innuit ultimam causam: & ex Græcis Basilius, ac Theodor. Remigius addit custodiam sepulchri Dominici. Sed non sunt Judæi, qui custodiunt illud, & illo triduo quo jacuit Christus, custodes aut non erant Judæi, aut de tam brevi tempore propheta non intelligeret. Paulinus *a* quæstionem super hoc loco movet August. Ait hic Patri Christum loqui, qui & oraverit pro crucifixoribus *b*: impletum nunc videri vaticinium, quum sint Judæi destructi à veteri sui gloria, sine templo, & sine sacrificiis, ac sine prophetis in omnium gentium dispersione viventes. Sed quærit quid sibi velit, *ne umquam obliviscantur legis tuæ* (ita enim legit, sicut & alii de quibus postea) nec enim videri quid Judæis profit in legis memoria, & meditatione versari. Deinde sibimet occurrit, fortasse propter honorem legis ipsius, vel generis Abraham, ut illa quodammodo in ejus posteris perseveret: aut ut legendo legem, illuminentur ad fidem Christi: (hanc innuit causam hoc loco Hieron. & Cassiodorus) aut quia ex ipsis impiis generatio ventura est electorum in omni tribu, quemadmodum prævidit Joannes *c*. Respondet August. permissos Judæos vagos per orbem vivere, ob eam quam primo loco retuli causam: nec subjugatos cessisse victorum superstitionibus: hujus vero etiam rei typum præcessisse in Cain, in quo Deus, *constituit signum ne quis* huc illuc errantem *occideret d*: illis tamen ipsis non prodesse quo non obliviscantur legis: aliud enim esse legem Dei habere in memoria, aliud in intellectu, & affectu: Eadem fere habet in hujus loci commentario; & hinc etiam commendari magis Dei erga nos misericordiam, quum tamquam semper in Judæos ejus animadversio conspicitur; ut delictum illorum, salus ostenderetur esse gentium *e*. Lege eumdem aliis locis *f*, & Petrum Damian *g*. Comparat August. Judæos cum candelabris quæ lucernam ferunt: cum pueris quæ dominorum libros in gymnasio portant, nec intelligunt, tamquam rudes vel abecedarii pueri. Cyrillus *h* Alexandrin. eodem sumit sensu & præsens testimonium, & illud signum in Cain.

Justinus *i*, ac Theod. *k* de ea ratione scribunt quanti ut ponderis, quod scripturis utamur, quas asservant Judæi; hæc est causa cur toleret Ecclesia Judæos sibi subditos, non autem alios infideles, multoq; minus hæreticos; quia illi confirmant veritatem fidei nostræ, cujus continent figuram, & suppeditant nobis argumenta contra ipsosmet Judæos, & alios. Simili de causa docet Cajetan. *l* Judæorum libros qui simpliciter contineant expositionem scripturæ, permitti, non autem quos edunt contra Christum & fidem. Extat Gregor. Canon *m*, ex quadam ipsius epistola *n*, ne prohibeantur Judæorum ritus, sed agatur cum illis ut ratione & mansuetudine provocati sequi nos velint, & ex eorum codicibus ostendendo quæ dicimus; ad sinum matris Ecclesiæ Deo juvante convertantur. Idem *o* similes facit Uriæ, qui tulit obsignatas necis suæ litteras, ut lege ipsa quam portant convincente, moriantur. Bern. *p* docet, copiosius triumphare Ecclesiam de Judæis, per singulos dies vel convincendo, vel convertendo eos quam si semel & simul consumeret eos *in ore gladii*. Meminit etiam solemnis orationis, quæ nempe fit feria VI. hebdomadæ sanctæ; urget præsentem locum; & quod quum *plenitudo gentium intraverit; tunc omnis Israel salvus fiet q*: & quod *dispersiones Israelis Dominus congregabit r*. Præterea *s* vocat Judæos vivos apices repræsentantes nobis Dominicam Passionem; & luendo pœnas tanti facinoris, testes nostræ redemptionis. Eumdem refert Bernar. Lycosthenes *t*, malus alioquin auctor, quum nescio qui fictitiis miraculis jam persuasissent, ut ad unum Judæi omnes jugularentur, vero miraculo docuisse anno 1141. minimè id fieri debere, nec reliquias Judæorum quæ salvandæ aliquando erant: delendas, nec unde hauserit nescio, citatur Aventinus *u*, & Frisingensis *x*, ubi testatur Bernardum usum hujus loci argumento. Sed nihil meminit de miraculis. Eodem certè tempore aut anno 1146. Petrus etiam Cluniacensis *y*, vetuit occidi Judæos, quamvis ad hoc incitatissimi errent fideles, præsertim ob crucifixum in Angliæ oppido Norvico puerum Christianum Gulielmum, super cujus extra illud jacentis sepulchrum divina lux emicabat, ut memorat Robertus *z* de Monte. Utebatur autem Petrus Cluniacensis illa ad Ludovicum Francorum Regem epistola, præsentis Psalmi testimonio, ut Judæorum dissuaderet mortem. In Alcorano *a* similes dicuntur asino libros gestanti. Lege de hac Judæorum dispersione Barradium *b* nostrum.

Nyssenus *c* mystico sensu interpretatur de cunctis hominibus, orari Deum, ne deleat illos, nec opus illud suum finat recidere in nihilum, sed loco ipsorum peccatum perdat, & detrahat eos ab altitudine malitiæ in æquabilem & planam vivendi rationem, quæ secundùm Deum instituitur: quod scribit Paulus *d*, *destrui omnem altitudinem excellentem se adversus scientiam Dei*; Joannes Baptista *e*, secundùm *f* Isaiæ Prophetam, *omnes montes, & colles humiliari*, & complanari.

Alia tropologia Hugonis, ostendere Deum quanta percipiatur ex inimicis utilitas, exque tribulationibus, quas excitant, ita tu non sit eorum quærenda mors, sed victoria, idest, lucrum; quia *non coronabitur nisi qui legitimè certaverit g*; & periculum sit ne qui absque tentatione vivit, superbiens obliviscatur Dei: & si desint cum quibus pugnentur gentes tentantionum, *multiplicentur contra nos bestiæ terræ h*, nempe motus superbiæ, quæ totum fructum terræ nostræ vastant, satis autem sit petere à Deo ut dispergat, ne multitudine obruant, & vehementia. Utque eas consumat paullatim atque per partes. Dionysius de non sumenda vindicta contra inimicos, & persecutores, interpretatur, ne alii scandalizentur, & obliviscantur præcepta Christi de dilectione *i*, inimicorum, sed oremus pro ipsis, ut separentur à malitia, & deponantur à malo proposito suo, & indulgeat eis Deus delicta oris ipsorum & aliis, & comprehendantur in malitia, pœnisque coerceantur. Exponit Arnobius allegoricè dæmonibus non tolli immortalitatem, ut humano generi subjecti æternas pœnas luant.

Deus ostendit mihi super inimicos meos.) Hieronymus, *Deus ostendat mihi in insidiatoribus meis*, aut apud Trev. *ostendit*: aut apud Victorium, *Ostendit mibi in insidiatores meos*. Alii, *Deus videre faciet me in inimicis meis*, nimirum optata, ut vindictam ac liberationem ab eis: vel *Deus ostendet mihi in respicientibus me* (torvè nimirum) *ut videam ultionem ex eis k*, qui cum voluptate calamitates meas aspiciunt. In Psalterio Romano, & apud Petrum Damianum *l*, *Deus meus ostende mihi bona inter inimicos meos*: idest, dum me malis afficiunt, tu confer bona, & fac ut illa experiar. In Psalterio Gallicano, *Deus meus, ostende me inter inimicos meos*: hoc est, effice ut compa. rere valeam, ut fugere non compellar, ut resistam. Cassiodorus, *Deus meus ostende mihi inter inimicos meos*: videlicet opem tuam, quam, ut idem exponit, prius appellaverat *fortitudinem*: ut cognoscam omnem mihi à te esse, utque illam contra inimicos experiar. Hilarius, *Deus meus ostendit mihi inter inimicos meos*: & explicat etiam de eadem illa fortitudine. Augustinus, *Deus meus demonstravit mihi inter inimicos meos*: & alibi *m*, *de inimicis meis*, quod ipse & alii explicant, quo pacto se gerere Christus cum illis deberet, atque id orare, quod sequentia continent verba *ne Deus eos occideret*, &c. & Christus in cruce, ut Pater dimitteret crucifixoribus *n*: & nos vivere ipsos finere, non interficere.

Probabilior ac simplicior sensus, ut sive legas in præterito, sive in futuro (hoc habetur Hebr. יראני *jareni*) sive in imperativo (quod tamen in Hebr. vel Græco textu non est) sive cum pronomine, *Deus meus*, quod exprimunt Græci codices, sive absque illo, quum additum testetur Hier. *o*, sive *super inimicos meos*, aut, *inter inimicos meos*, aut *in inimicis meis*, aut, *de inimicis meis*: præpositio namque (ב *be*, significare omnia hæc potest, sive demum pro *inimicis* dicas *respicientes*, quia שוררים *sciorerim*, cum scin hoc valet: שוררים *sorerim*, cum sin: *prævalere velut in pugna & lucta*; meliot inquam sensus videtur, ut de ostentione

Ad justitiæ divinæ majorem cognitionem atque reverentiam pertinet, sensim ac paullatim delere, non omnes una funditus semelque delere. Votorum David exitus. Augustini de Judæis toto orbe sparsis & quare, interpretatio.

a *epist. 58. apud Aug.* Quæstio more Aug. à Paulino super hoc loco.

b *Luc. 23. 24*

c *Apoc. 14. 7.* Augustini responsio. Signum in Cain ne quis huc illuc errantem occideret, cujus rei typus. Aliud est legem Dei habere in memoria; aliud in intellectu & affectu.

d *Gen. 1. 15.*

e *Rom. 10. 11* Comparatio de Judæis facta cum candelabris lucernam ferentibus: & pueris dominorum libros in gymnasium portantibus.

f *18. de civ. c. 46, 12. cont. Faust. c. 13. lib. 13. c. 10 lib 16. c. 29 orat. cont. Judæos. Pap. & Arian. c. 18: 2. de consan. Evang. c. 14. Ser. 31. de temp. in ps. 56.*

Non parvi ponderis esse quod scripturis utamur, quas asservant Judæi Judæos sibi subditos cur toleret Ecclesia. Qui libri Judæorum permissi, qui non

g *l. 2 sp in 13* Similes Uriæ ut dicantur Judæi, & plura de iis.

h *Lib. 2. in Genes.*

i *In parane, K Serm. 10. de provid. longe post med. l. 2. g. 10 a. 11*

m *d 45. c. qui sin. e. n Lib. 11 c. 15.*

o *3. mor. c. 2.*

p *Ep. 323.*

q *Rom. 11 25*

r *Ps. 46. 2.*

s *epist. 322.*

t *l. ib. de ostentis p. 462.* Judæorum omnium ad unum jugulatio decreta & prohibita.

u *6. annal. Iam.*

x *Lib 1. de gestis Frid. c. 17. 38.*

y *Lib. 5. epist in 33.* Pueri Christiani in Angliæ oppido à Judæis crucifixio: & quod incurrerint periculum.

z *append. ad Sigebertum.*

a *Alcor. 12.*

b *Tom. 2. harm. lib. 2. c. 12.* Mystica Nysseni interpretatio de cunctis hominibus, ne deleatur opus Dei.

c *Tract. 2. Ps c. ult.*

d *1. Cor. 10. 5*

e *Luc. 3. 5.*

f *40. 4.* Tropologia de utilitate, quæ ex inimicis provenit Cur inimicorum mors non quærenda sit, sed victoria.

g *2. Tim. 2. 5*

h *Deut. 7. 22*

i *Mat. 5. 14.* Non sumenda de iis, vindicta, sed pro inimicis orandum. Allegoria. Dæmonum cur non tollatur immortalitas.

K *ler. 11. 10. c. 20 12.*

l *lib. 2. epist. in 13.*

m *18 de Civit. c. 46.*

n *Luc. 23. 34*

Probabilior & simplicior sensus.

o *Epist. 235*

sione loquatur inimicorum, cum victoria, ideſt ut liceat punitos victoſque videre: quę phraſis jam prius aliquoties occurit, & ei ſimilis, qua dicitur *ſuper inimicos deſpicere oculus* a: Hebraicè, *videre* per verbum ראה *raah*: quod hoc etiam extat loco in hiphil. Vel etiam *oſtenſionem* intelligit miſericordiæ divinæ, tùm quum experiretur inimicorum perſecutiones, ut ſcilicet ab his eum Deus eriperet ac vindicaret. Hanc vim habet apoſiopeſis iſta eclipſisve: quam explanant Euthymius, & Nicephorus eo modo quem dixi, ſcilicet ut oſtendat Deus quę ipſe deſideret, & ultionem de inimicis & adhuc magis clarè Apollinarius:

ὑμετέροις δαμάσειας ὑπ' ὀφθαλμοῖσιν ἀλήτας:
noſtris domes ſub oculis peccatores.

& Chaldaicè, *Deus oſtendet mihi ultionem in oppreſſores meos*: & Crucius noſter,

Everſisque frui me dabis æmulis:

nimirum quum *præveniet miſericordia tua*, hoc pacto, ut quia defenſor venies ante pericula.

Ne occidas eos.) Alia Pſalteria & Hilarius, Auguſtinus, Caſſiodorus, Iſidorus *b*, *ne occideris eos*: ſed Gallicanum, Pſalterium præponit &: addit Paraphraſtes *ſubito*: nempe ne tam cito; ſed ut ſerventur ad vitam miſeram, diùque portent judicium Dei, lento longoque ſupplicio afficiantur: certè ne omnes penitus occidantur: ut Trevetus etiam declarat. De Davidis & Chriſti inimicis & cauſſas antea expoſui. Quadraginta poſt paſſionem Chriſti annis ab exercitu Romano exciſa ſunt Jeroſolyma, trucidati Judæi plurimi, multo plures diſtracti diſperſique per orbem totum.

Ne quando obliviſcantur populi mei.) Ita etiam Hieronymus, & Aquila, Theodotio, ac olim LXX. teſte Hieronymo *c* κλαύσω. Trevetus, ait, Hebraicè eſſe, *populus meus*. Sed collectivè poni pro pluribus, & ideo verbum eſſe plurale; ſenſumque, niſi ſi punirentur morte omnes, alii ignorarent punitionem factam propter injurias illatas Davidi. Quod myſticè convenit crucifixoribus Chriſti, ut quum extant eorum poſteri aliqui, & ipſimet mentis oculos convertant ad præceſſorum ſuorum tam grave peccatum interfectionis Chriſti, & indidem Chriſtiani etiam proficiant, iis modis quos ante diximus. Vox Hebręa עמי ſecundũ diverſa puncta poteſt eſſe numeri ſingularis, עמי *hammi populus meus*, aut pluralis עמי *hhamai populi mei*: non eſt autem genitivus ſingularis: ut ſit ſenſus; ne alii, ut Chriſtiani, & infideles, tradant oblivioni populum Hebræum, quemadmodum quosdam exponere monui. In verſione Lxx. ut nunc eſt, habetur τῦ ῥόμε σε, *legis tuæ*, nec non in aliis Pſalteriis Latinis, & apud Hilarium, Auguſtinum, Caſſiodorum, Petrum *d* Damianum, Iſidorum *e*. Symmachus amplexus eſt utrumque, ἀπολάθωνται ὁλαὶς σε τῦ ῥόμε σε: *Obliviſcatur populus tuus legis tuæ*. Hoc pacto juxta myſticum ſenſum, intelligeremus patrẽ filio Chriſto oſtendiſſe de inimicis, nolle ut interficiantur ſtatim omnes; ſed ut pro illis oraret, ne ſi perirent omnes, populus ipſius Chriſtianus legis oblivi ſceretur, quam pater iisdem Judæis tradiderat, & cum ab illis conſervaretur, majorem ad perſuadendum auctoritatem habitura erat, ut minus ſuſpecta. *Legis* porro nomine univerſam Scripturam hìc in dicta verſione accipi putamus, quemadmodum alias ſumi *f*, alibi docuimus; & ita hoc loco ſentiunt omnes qui cauſam illam Judæorum ſervatæ gentis tradunt, ut ſacros nobis libros Hebræa ſcriptos lingua conſervarent. Auguſtinus *g* tamen etiam innuit ſe intellexiſſe, ne ipſimet Judæi *legis obliviſcerentur*, ideſt ſcripturas conſervarent, & ceremonias.

Diſperde illos in virtute tua.) Hieronymus, *in fortitudine tua*. Alii, *vagari fac*, vel *commove eos in exercitu tuo*, ideſt, in populo tuo: vel, *fac illos ire vagos profugosque per exercitum tuum*. Chaldaicè, *Expelle eos a domibus eorum in potentia tua*. Placet magis חול *chail*, & δύναμιν nunc ſignificare *vim, robur, potentiam*; non autem *exercitum*; quam vocat Apollinarius βίωμεν ἀμῶ κ κράτος, *vim magnam & robur*.

De diſperſione Judæorum cujus omnis hodieque natio teſtis eſt, dictum prius. Chryſoſtomus *h* docet, nullam orbis partem expertem Judæorum calamitatis eſſe; ſed quemadmodum qui corpore mutilo eſt, undequaque circumcurſat, ſua oſtentat vulnera, & ſicut quum Judices, homicidas multos de medio ſuſtulerint, unum furcæ affigunt, ut vivos coerceat; ita proponi vivos Judæos a Deo in exemplum, quoquo verſus eos diſpergendo. Nazianzenus *i*, unam quaſi columnam calamitatis illorum vocat orbem totum, per quem variè fuſi ſparſique ſunt. Iſidorus *k* Peluſiota appellat velut μαςιγίας καὶ δραπέτας κ ἀτίμους ἀλήτας, *verberones & ſervos fugitivos, & infames errones paſſim toto orbe diſperſos*. Iſidorus *l* Hiſpalenſis colligit plura teſtimonia de hac diperſione. Hoc noſtro utitur etiam Tertullianus *m*, contra eosdem cum aliis: item Hieronymus *n*. Diſputat hac de re ſuſe Gregorius cnm Herbano Judæo *o*: urgens etiam id Pſalmi 16. *p A paucis divide eos*: cujus loci conſule commentarium noſtrum. Infert hinc Nicolaus Papa I. ad Michaelem Imperatorem ſcribens, non eſſe gloriandum in multitudine; quia niſi Pſalmiſta noſſet quamdam non bonorum multitudinem, nequaquam Deo ſupplicando hoc dixiſſet: *Diſperſio* enim; inquit, minorationem facit; minoratio vero abolitionem generat. Qui ſint quos Petrus *q* nominat *advenas diſperſionis*, an ex Judæis dumtaxat duodecim tribuum in diſperſione, quibus Jacobus *r*, ait ſe ſcribere, an etiam ex Gentilibus Chriſtiani, docuimus in Petri commentario.

Et depone eos.) Hieronymus, nec non Hilarius, Auguſtinus, Caſſiodorus, Iſidorus *ſ*, & Pſalteria duo alia Latina, *deſtrue*: ſed iterum Auguſtinus concione ſecunda, *deduc*. Alii, *dejicere, poſterne, deſcendere fac eos* הורידמו *horidemo*, καταγαγε αὐτὸς, deductio, deſcenſus, dejectio de gradu dignitatis denotatur, non modo quæ in opibus conſiſtat, quas exprimit Chaldæus Paraphraſtes & *ad paupertatem redigas eos a facultatibus ipſorum*) ſed etiam ab honore Regio, & Pontificio, & ab aliis prerogativis. Idem volunt eſſe Euthymius, ac Nicephorus, καταγαγεῖν, quod ταπεινῦν, *humiliare*, atque *deprimere*: Apollinarius, ὑποβίλω δαπέδω πελάσαι, *robur pavimento admovere*. Ejusmodi formula in Job *t*; *Depone magnitudinem tuam abſque tribulatione*; ideſt ſponte, priuſquam tibi deterius quid contingat: & in Cant. Mariæ *u*: *depoſuit potentes de ſede*, κ καθεῖλε. Myſtica notio; ut ſit depoſitio a malitia, vel depoſitum velut ſub cuſtodia: & in Threnis *x*. *Depoſita eſt vehementer, non habens conſolatorem*.

Protector meus Domine.) Hieronymus *noſter*, ut exigit affixum Hebræum מגני *maghinneu*. Legerunt fortaſſis LXX. מגני *maghinneni*, cum affixo ſingulari, nomen vero illud ſignificat etiam *clypeum*, ſicut & ὑπερασπιςής, *eum qui ſcuto protegat*: quaſi dicas *ſcutiferum*: ſumitur pro quacumq; ratione alium defendente, ac vindicante; quem vocat Apol. ἀμύντορα. Prioribus Pſal. multis occurrerunt eædem voces. Redditur Hebræa interdum per ἀντίλημψιν, & *aſſumtionem*, ut protectionem valet. Exempli cauſſa in Pſalmo 88. *y* *Domini eſt aſſumtio noſtra*, τῦ κυρίε ἡ ἀντίλημψις, ליהוה מגנינו *laihovah maghinnenu*. *Protectores* appellant Juriſconſulti *z*, qui armatam militiam ſubeuntes, non ſolùm defendendi corporis ſui, verùm etiam protegendi lateris noſtri ſollicitudinem patiuntur: & alios præterea magis domeſticos *protectores* vocant. Aliud eſt munus defenſorum Civitatum, Rerumpublicarum, Eccleſiarum, ſed minus ad rem præſentem facere videntur.

Inſinuat Chryſtus myſtico ſenſu, regiam atque ſacerdotalem dignitatem ſuam æternam fore, pro ut *juravit Dominus* Pater, *nec pœnitebit eum* a; Patrem, ſe ac ſuos perpetuo defenſurum; nec Judæos tantùm, ſed alios quoque perſecutores diſſipaturum, ne providentiæ divinæ noceant; & curæ circa Eccleſiam ſuam.

Verſ. 13.) Delictum oris eorum, ſermonem labiorum ipſorum; & comprehendantur in ſuperbia ſua. Et de exercitatione & mendacio annutiabuntur.

Verſ. 14.) In conſummatione, in ira conſummationis, & non erunt.

CAuſſam nunc aſſignat Deo, propter quam præcederem ſuderit orationem, ne occideret inimicos, ſed tamen diſpergeret, ac deponeret, nempe ob delictum oris eorum, & ſermonem labiorum, quo nihil aliud loquuntur tractantque quam impietatẽ contra ipſummet Deum, & adverſus proximum iniquitatem, ſuaque de illo perdendo perverſa cõſilia. Petit præterea, ut ſint ipſis eorummet ſuperbi ſermones in confuſionẽ, & laqueum, quo ſe gloriantur alios comprehendere poſſe, unde fiat etiam ut illorum

Sensus loci.

a *Pſ.* 53. 6.

b *in Gen. c.* 6.

Quadraginta poſt paſſionem annis exciſa Hieroſolyma.

c *Epiſt.* 135

Myſtica crucifixoribus Chriſti adaptatio.

d *Lib.* 2. *epiſt.* 21. 13.

e *in Gen. c.* 6.

Myſticus ſenſus.

Legis nomen pro univerſa ſcriptura.

f *Act.* 7. 54.

Judæorum ſervatæ gentis cauſa.

g *Epiſt.* 59.

h *Homil. in Pſal.* 8.

Nulla orbis pars expers calamitatis Judæorum.

i *orat.* 1. *de Pace.*

Orbis totus una quaſi columna calamitatis Judæorum.

k *Lib.* 2 *ep. in* 157. *& l.* 3. *in* 128.

l *De voca. Gen. c.* 9.

Diſperſio Judæorum quanta

m *Lib. contra Judæ c.* 13.

n *in c.* 9. *Oſea.*

o 1. *tom.* 4. *biblioth. Patrum.*

p *verſ.* 14.

Nicolai Papæ I. ad Michalem Imperatorem monitum.

Cur non in multitudine gloriandum.

q 1. *Ep.* 1. 1.

Advenæ diſperſionis qui dicantur.

r *c.* 1. 1.

ſ *Gen.* 6.

Καταγαγεῖν. ταπεινῦν

t *c.* 36. 19.

u *Luc.* 1. 52.

Myſtica vocis *Depone* expoſitio.

x *c.* 1. 9.

y *verſ.* 19.

Protectores qui dicantur apud Juris conſultos.

z *Cod. de dimenſt. & proteſt. Cod. Theod. tit. eod.*

Myſticus ſenſus.

a *Pſ.* 109. 4.

execrabilis, ac mendax oratio, blasphemiæ atque maledicta, quæ contra innocentes evomuerunt, vulgo reiciantur, digniique punitione judicentur, tum præsertim, quando ipsorum denique consummata & maturata malitia, super eos ultio ingruet divina qua contumantur, vel sublati ex vivis, missique in perditionem æternam, vel ita inter vivos diuersi ac dejecti, ut jam non amplius esse videantur. Vult David deponi adversarios suos, & malevola illa eorum iactabundaque verba, quibus eum accusabant ac se minitabantur perdituros, aut quibus pejerabant veluti ad terram prosterni, ut adeo gloriosè & impiè locuti experiantur, nihil se profeciſſe, sed in contrarium potius sibi omnia cessisse, ceteri vero etiam cognoscant, & colloquantur de falsis, atque execrandis eorumdem contra ipsum aliosque sermonibus, suam autem prædicent innocentiam, & justitiam Dei laudent, quum redegerit eos in nihilum, sive occidendo, sive dissipando.

Mystica persecutoribus Christi Judæis applicatio.

Sed mystice congruunt hæc persecutoribus Christi Judæis, qui toties ipsum calumniati, criminati, execrati sunt, magnis tandem clamoribus ad crucem flagitantes, cujus ignorare innocentiam non poterant, cujus beneficia dissimulare maximè non valebant, cujus mirifica opera, veritatem sinceram cœlestis doctrinæ, postremo divinitatem negare sine gravissima culpa nequibant. Hi prædicuntur convincendi, suscitato Christo, & pœnas luituri secundum justam iram Dei, omniumque fabula futuri, & prius quidem etiam in hoc sæculo longè autem magis in die iræ, & justi judicii Dei, & consummationis sæculi, quando ipsimet videbunt in quem confixerunt. In meliorem quoque aliqui partem hæc accipiunt de consumenda tandem per ejusmodi hujus vitæ pœnas perfidia; quod postea in singulas partes explicando, videbimus.

In melioremem partem loci acceptio.

Delictum oris eorum, sermonem labiorum ipsorum.) Hieronym. *in peccato oris sui, in sermone labiorum suorum.* Nulla est præpositio in textu Hebæo rectè tamen suppleta est; aut suppleri posset similis, *propter*: ut propter ista peccata, sicut dixi, deponat Deus inimicos, &c. Expressit Paraphrastes hanc particulam מטול *metul, propter.* Constat etiam apud profanos Auctores Græcos Latinosque aliquam præpositionem subintelligi positis in accusandi casu nominibus, videlicet κατὰ, *secundùm*, *circa*, *versus*, aut alias tales. Quomodo dicunt *cetera Grajus, albus dentes, it clamor cœlum.* Id sibi vult translatio Symmachi in dativo casu, τῇ ἁμαρτίᾳ τοῦ στόματος αὐτῶν τῷ λόγῳ τῶν χειλέων αὐτῶν *Delicto oris eorum, sermone labiorum ipsorum*, quasi quædam sint instrumenta, retia, laquei, quibus capiantur & deponantur. Idem sensus efficitur, si, ut Theodoretus, Euthymius, Nicephorus, legunt, sit rectus casus ἁμαρτία στόματος αὐτῶν λόγος χείλεων αὐτῶν, *delictum oris eorum, sermo labiorum ipsorum* In Psalterio Romano, & apud Cassiod. & Arnobium, *delicta oris eorum sermo labiorum ipsorum*, videlicet hæc sunt, propter quæ commeriti sunt supplicia: quidquid loquuntur ore labiisque delictum est; ac ut & 8. versu dictum est, *gladius in labiis eorum.* Nyssenus *a*, eodem utens lectione, separatim a prioribus exponi, nectitque sequentibus, ut intelligatur supplendo substativum verbum, quod delictum oris eorum, & sermo labiorum ipsorum, est superbia, execratio, mendacium. Augustinus qui legit *delicta*, & *sermones*, ut etiam est in Gallicano Psalterio, sumitque in Accusativo, quum Hilarius legat, *delicta*, & *sermonem*; & alii allegoricè nimirum, repetunt ex præcedente versu verbum *occidas*: quasi dicat, non occidas eos, sed occidas delicta oris eorum, &c.

a Tract. 4. in Psal. 118.

Arbitror, præter litteralem illum quem notavi ut communem sensum, posse nos etiam in his accusativis casibus alia subintelligere, ut, ò delictum, &c. vel, vide & considera Deus. Cajetanus inter *oris delicta*, quæ Saul admiserit, ponit excusationem inobedientiæ apud Samuelem *b*. Non videtur id ita ad rem præsentem facere; sed de acceptis ab eo injuriis David propriè agere, non de aliis ejusdem peccatis: neque *delictum oris* hoc loco spectat ad omissionem: *sermo labiorum* ad commissionem, ut Aygnanus tamen vult. *Peccatum* pro delicto vertit Hieronymus, ut dixi, & ἁμαρτία. vel חטאה *chathah* de quovis dicuntur peccato. *Sermo labiorum* indicare contemtum potest, sicut in Psalmo 21. c *Omnes videntes me, deriserunt me, locuti sunt labiis, & moverunt caput*: præterea blandum fingentis sermonem, nec loquentis ex corde. Non semel Saul Davidem, & Christum labiis Judæ laudare auditi sunt, quum intus arderent odio; in hunc isti, ille in illum.

O is delicta a Saule admissa.

b 1. Reg. 15. 15.

c vers. 8.

A *Et comprehendantur in superbia sua.*) Symmachus, *cum superbia sua*, μετὰ τὸ ὑπερηφανίας αὐτῶν. Apollinarius, perinde ac si superbia esset instrumentum ad capiendum illum in quo est,

Σφοὶ τῆρες μεγάλησιν ὑπερβασίῃ ἁλεῖεν:

suis magis superbis capiantur. Hilarius & alii in futuro legunt *comprehendentur*: sed pro imperativo futurum sæpe sumitur. Paraphrastes conjunctionem non hic, sed antè sermonem posuit, hoc modo, *propter delictum oris eorum, & sermonem labiorum suorum, comprendentur in superbia sua*: quod nimirum verba & sermo nihil nisi superbiam sonarent. Conjunctio efficit novum membrum, ut deponantur inimici, *propter delictum oris & sermonem labiorum*: præterea ut *comprehendatur in superbia*, & verborum & factorum. Superbè alloquebantur Judæi Christum, in qua potestate faceret, & quis ei dedisset hanc potestatem: se patrem habere Abraham; comprehensi sunt, vel à veritate prædicationis; vel à Romano exercitu; vel moriendo in peccato suo, ut Dionysius exponit. Vellem me Petrus Valderama, quod quodam Hispano sermone afferit, docuisset quo pacto Hebræi hic pro *in superbia sua*, legant *in gehenna sua*: puto fallum soni similitudine בנאוכם *bigheonam.* Atqui גאון *gheon* non significat *gehennam*, & ultima syllaba hoc loco pertinet ad affixum pronomem masculinum plurale: denique constat *gehennæ* vocem in solo extare novo Testamento, tum in Evangelio, tum in Epistola Jacobi, quasi Gehennum vallis Ennon, & id Hieronymus *e* notavit. Cogor ad istos Auctores descendere, ne quum tam libenter terantur, lectoribus quæ non debent, persuadeant.

Superbæ Judæorum ad Christum interrogationes.

d exerc. pro die Iovis post Dom. 2. Quadrag.

B

Pertinet ad tropologiam *comprehendi in superbia*; ut ejus cognita vanitas pariat intellectum & confusionem, quemadmodum confunditur fur quando deprehenditur *f*: ad allegoriam tropologiæ mixtam, comprehendi dæmonem in superbia sua, quum hæc illi tentanti nos objicitur a resistentibus nobis, ita ut sic *in vanitate apprehendatur peccator* g, ided, ille qui peccata suggerit. Hæc tradit Hugo, Arnobius autem *delicta oris & sermonem labiorum*, dæmonibus tribuens, quando seduxerunt primos parentes, aut nunc fœda consilia subministrat, explicat, supplendo causalem particulam, *ut comprehendantur in superbia* homines contemnentes præcepta Domini sui, & de execratione & mendacio dæmonum compellantur ad malum, sicque fiat super eos ira indignationis divinæ, & non sint. Paullo hoc durius: obvia magis illa de comprehendendis tamquam pedica laqueove superbis suamet superbia. *Propter superbiam*, ait Job *h*, *quasi leænam capies me*: & in genere, *iniquitates suæ capiunt impium & funibus peccatorum suorum constringitur* i: iterum quod ait *k*, *Apprehendit sapientes in astutia eorum*, citarique ab *l* Apostolo videtur, ad rem facit & Cyprianus *m*, atque Ambrosius *n*, legunt verbo *reprehendendi*.

f fer. c. 26.

g Eccl. 23. 8. Delicta oris & sermo labiorum dæmonibus attributa

h c. 10. 16.

i Prov. 5. 22.

k Iob. c. 13.

l 1. Cor. 3. 19.

m lib. de patient.

n in 2. Cor. 3.

C

Et de execratione & mendacio annuntiabuntur in consummatione.) Hieronymus, *maledictionem & mendacium narrantes consume*, &c. Alii & (ob) *execrationem & mendacium quod narrabunt*, ideſt, narrant & solent narrare, *capiantur* sive *comprehendantur*: vel, *de execratione* aut *maledictione, & mendacio narrabunt*, scilicet alii. Vulgo fabula erunt, dicetque populus quam plena semper fuerint illorum verba execrationibus & mendaciis, aut, quod eos

D

Dò Deus execreris, sive maledicas; & eos mendacii convincas: aut pro mendacio *maciem* interpretando, quod eos macie conficias. In Psalterio Romano & apud Arnobium loco ultimi verbi est, *compellantur*: in Gallicano, *compellentur* apud Hilarium: *convellentur*, apud Cassiodorum, *evellentur*, sed Psalterum Romanum, Arnobius & Cassiodorus, omittunt sequentes dictiones duas, *in consummatione*. Gallicanum Psalterium ducit inde novi exordium versus: alii nectunt verbis istis. Augustinus absque præpositione legit, *consummationes*: pro, *de execratione*, habet *ex maledicto*. Nomen Hebræum primum אלה *alah* significat *execrationem*, *maledictionem*; sic redditur psalmo secundum Hebræos 10. o *juramentum* seu *jurandum*, quo pacto sæpe vertitur; aut *execratorium* quoque *juramentum*. Secundum nomen כחש *chachas*, non solum valet *mendacium*, *abnegationem*, *contradictionem*, *fallaciam* sed *maciem*, sive *macilentiam*, *tenuitatem*, *defectionem*. Verbum ויספרו est activæ significationis in piel, *narrabunt*, *annuntiabunt narrando*. Quo pacto Paraphrastes interpretatus est Græcum διαπεληρώσονται mediæ vocis habet etiam passivam significationem: in qua sumsit

o vers. 7.

Apol-

Apollinarius, ut postea dicetur. Hanc haberet idem Hebræum verbum mutatis punctis in hiphal יִסְפְּרוּ *jissaperu*, vel יִסָּפְרוּ *jesuperru* in pual.

Sensus loci. Sensus tandem est editionis nostræ, quem antea expressi, ut David execrationem atque mendacium quo sui contra ipsum hostes crebro sunt usi, asseveret aliquando vulgandum, & omnium palam passimque sermone damnandum: nempe *in consummationem*, in ira consummationis, quando non erunt, jam scilicet consumti, vel morte vel dispersione, sive exilio, ita ut quod modo sit, dum vivunt vel vigent ac propterea timentur, nemo vereatur ita de ipsis loqui. Quod attinet ad Saulem, putat Cajetanus per execrationem indicari, reservatas ab eo pretiosas quasque res quas Deus execratus erat, & destrui præceperat: & per *tenuitatem*, (quam pro mendacio reddit, & sic reddi posse antea monui) tenuitatem inobedientiæ contra dictum præceptum *a*, aut potius rerum viliorum quas demolitus est. Agellio placet, execrationem & mendacium intelligi, perfidiam erga Gabaonitas, quos violato fœdere neglectoque juramento, quod Josue cum ipsis fecerat & Principes populi Israel *b*, oppressit & attrivit *c*; ita ut ea de causa Cabaonitæ mortui jam Saulis perfidi liberos tradi sibi proposcerint, eosdemque interfecerint *d*. Neutrum probo, quia credibilius est, ut antea quoque admonui, de suis Davidem quas acceperat a Saule & sectatoribus illius, injuriis agere.

Cajetani sententia, a 1. *Reg.* 15. b *Ios.* 9. 15. & 18. c 2. *Reg.* 21. 5. d *ibid.* 9.

Mysticus sensus de Judæis Christum execrantibus & contra eum mentientibus. Judæorum etiam hodiernæ execrationes blasphemæ.

De Christo secundum mysticum constat sensum, quam sint eum execrati Judæi, mentitique contra ipsum, vocantes Samaritanum, dæmoniacum, voracem, vinique potatorem, seditiosum, &c. & hæc Judæis crimina Petro annuntiante compuncti sunt. Hodie non desinunt Christum & Christianos execrari sub nomine Nazaræorum, idque ter quotidie, ut Hieronymus *e* & Epihanius *f* meminit. Sed nec veriti sunt blasphemare, ut refert Cyrillus Alexandrinus *g*, mentitum Deum in promissis erga Israelem.

e in c. 49. *Es.* f *Har.* 29. g *in c.* 14. *Es.* h *tract.* 2. *in Ps.* 10. *ult.*

In consummatione, in ira consummationis.) Jam prius dixi præteriri primas duas voces a Psalterio Romano, Arnobio, Cassiodoro: quod facere quoque Nyssenus *h* videtur: Augustinum legere, *Annuntiabuntur consummationes*. Hilarius legit *in consummatione, consummatio in ira consummationis*: in cod. Vatic. est κηρυχθήσονται συντέλειαι, eo modo quo legit Augustinus Latine: fecernunt alii hæc a præcedente verbo, *annuntiabuntur*: ut sit membrum per se, *in consummatione, in ira consummationis*, nempe (erunt) *& non erunt*, quasi diceret, denique omnino non erunt. Omissa, tropologia Nysseni, quod *non erunt in ira consummationis*, superbia, execratio, mendacium, videlicet in consummatione sæculi judicioque: & illa quam tradit piè admodum Augustinus, ut *Annuntiari ex maledicto & mendacio consummationes*, quum *comprehensi fuerint in superbia*, sit, Judæos illis adstrictos prius culpis quum convicti fuerint, ac si humiliati, ob crucifixum Christum proque maledicto habitum, & subornatos mendaciter sepulchri custodes; perfici ita, ut consummentur ac perficiantur, quod impediebat superbia: non consummantur & destruantur.

Tropologia.

h *tract.* 2. *in Ps.* 10. *ult.*

Simplex loci sensus.

Simplex sensu est, hostes consummandos, & quidem adeo, cumque ira & indignatione tanta Dei, ut, quod sequentibus continetur verbis, non sint, ac desinant esse, aut in vita, aut in propriis sedibus & statu: vel, quod *annuntiabuntur in consummatione*, &, ut legit Augustinus, *consummationes eorum*, idest, ut exitiales ipsorum exitus omnes memorent, caussamque dicant esse tot atrocia perjuria & mendacia: &, si quis volens ac sciens pejeret, nil execrabilius imprecari valeat sibi, quam horribiles istorum ab irato Deo consummationes. Quo circa non videtur assecutus Apollinarius litteralem sensum, quum explicat, *ut irascentibus veniat finis terminusque vitæ*:

Apollinarius sensum loci literalem non assecutus.

πεῖρας χρομένοισι μόλοι καὶ τερμαθίοιο.

Vertit Hieronymus, *consume in furore, consume* ut *non subsistant*, sunt ultimæ tres dictiones pro illis, *& non erunt*, & bis repetitum כלה *challeh* per verbum expositum, quia verbum est. Qua item ratione Symmachus exposuit simul & caussam consumtionis execrationem ac mendacium prolatum: συλληφθήτωσαν μετὰ τῆς ὑπερηφανίας αὐτῶν, ἀρὰς καὶ ψεῦδος λαλοῦντες, συντέλεσον ἐν θυμῷ συντέλεσον καὶ οὐκ ἔσονται, *comprehendantur cum superbia sua, execrationem & mendacium loquentes consume in ira, consume ut non sint*. LXX. dictum verbum sumentes pro nomine, priore loco junxerunt præ-

Acedenti verbo *annuntiabuntur*, supplendo præpositionem, aut perinde ac si esset una de servilibus litteris בבלם nempe prima בגלה *bechalleh*: posteriore autem loco voluerunt pariter sumere tamquam nomen, quod regeretur a proximè præcedente cum expressa præpositione בחמת בלה *bechemah challeh*. Denique potest bis repetitum nomen esse בלר *chalah*, mutatis punctis, & significare *consummationem* sive *consumtionem sensim paullatimque factam*.

Spectat ad mores distinctio *in iram consummationis & consumtionis*, quam fusiùs exponit Augustinus, & indicata prius est à me: vel synonymicè accipiantur *in iram consummationis consumtionisque*, quæ est plena atque perfecta, & qua *irascitur satis*, idest valde, Deus *i*; & *cujus potestatem novit nemo, nec potest pra timore illam dinumerare* k, sed in ea *omnes deficiunt* l, & in *iram* quam *portare* peccantes possunt *m*, & ad eorum infertur purgationem atque perfectionem. Tali Prædicatores etiam ira præditos esse convenit, ut juxta priore acceptionem *iræ consummationis*, consummantur peccata, ne peccatores consummantur, sed consummentur, & perficiantur, eos increpando dure *n*.

i *Es.* 64. 9. k *Psal.* 89. 12. l *ibid.* 9. m *Mich.* 7. 9. Prædicatorum ira qualis esse debeat. n *ad* 1. *Tim.* 5. 1.

Et non erunt) Alii, *ita ut non sint*. Quod exposuimus, aut de morte aut de exilio, aut de casu a priore statu, opum, dignitatis, &c. & tropologicè (quo modo etiam Nyssenus *o*, & Hilarius) ut desinant esse peccatores id quod erant, quatenus tales, ac pro peccatis justitia succedat. Justificatio dici solet conversio, quasi physicè dicas, conversionem totius in totum, & ex vetere fiat novus homo novaque creatura. *Verte impios*, ait *p* Sapiens, *& non erunt*: quod etsi significat, si voluerit Deus eos subvertere, amissuros omnem gloriam & potestatem quam habebant, *qui quum intereunt non sumunt omnia*; hoc est, nihil, *nec descendit cum eis gloria eorum* q, & *deficiunt a terra peccatores & iniqui, ita ut non sint* r: nihilominus aptari locus hic potest dictæ tropologiæ: ut qui peccando quum maxime videntur esse, *socii sunt ejus qui non est* s, nempe diaboli; desinendo peccare ac malum, illud esse peccati perdendo, evadant amici ejus qui est ipsum ens, atque de seipso affirmat t, *Ego sum qui sum*.

Tropologia. o *tract.* 2. *in ps.* 9. *ult.* Justificatio quid sit. Loci Proverb. explicatio. p *Prov.* 12. 7. q *Ps.* 48. 18. r *Ps.* 103. 13. Quomodo dicamur *socii* esse & amici *ejus qui est*, & *ejus qui non est*. s *Iob* 18. 15. t *Exod.* 3. 14.

Vers. 14.) In consummatione: in ira consummationis, & non erunt.
Et scient quia Deus dominabitur Jacob, & finium terræ.

Sensus loci

De priore versus parte dictum satis. Alterius sensus est, ubi in nihilum reducti fuerint persecutores Davidis, constiterit que quanta perjuria & mendacia in ipsum evomuerint, futurum ut vel eorum aliqui adhuc superstites, vel alii, cognoscant & profiteantur, Deum, qui sic illius ultus sit injurias, ejusmodi esse, ut non ab Hebræis dumtaxat, sed & ab omnibus ubique hominibus pro vero ac justissimo & potentissimo Deo haberi debeat colique. Tunc desinent superbè illud usurpare positum prius in hoc sub initium psalmo *u*: *Quoniam quis audivit?*

u *vers.* 8.

Id secundùm allegoriam quadrat in Judæos, qui tandem cedent veritati de Christo; & in alios ex Gentilibus Christianos, quos eorumdem Judæorum clades tanta, non ob aliud illata peccatum, quam quod Christum occiderint, nec eum recipere velint, ad amplectendam fidem, & in ea perseverandum, plurimum confirmat. *Regnaturum in domo Jacob Christum*, prædixit Angelus Mariæ *x*, qui tribuum auctor erat, quibus universitas hominum designatur: & ob alias caussas, quas memini alibi retulisse. Nec tamen prorsus inepte coalescentem ex Judæis Ecclesiam per Jacob, exque Gentilibus per *fines terræ* nonnulli interpretantur, cum Augustino: *Dominus in cœlo paravit sedem suam, ideoque regnum ipsius omnibus dominabitur* y. Spectat de adeo sublimi sede ac solio, ac despicit subjectam omnem terram; nullus ergo angulus ejus est, cui non dominetur & imperet. Rem tanti momenti, menti cujusque altiùs infigendam moneri putant voce סלה *selah* & διάψαλμα: Hilarius vero usum ejus refert ad considerandum quę sequenti habentur versu, qui est idem cum 7. Esa. *z* hanc prævidit scientiam, quam essent habituri Judæi de propagata per omnes Gentes notitia & cultu Dei veri & Christi: *Propter hoc ait, hæc dicit Dominus ad domum Jacob, qui redemit Abraham: non modo confundetur Jacob, nec modo vultus ejus erubescet: sed quum viderit filios*

Apollinarius sensum loci literalem non assecutus.

x *Luc.* 1. 33.

Non inepta loci interpretatio. y *Ps.* 102. 19

z *c.* 29. 22. 23. 24.

suos opera manuum mearum in medio sui sanctificantes nomen meum: & sanctificabunt sanctum Jacob, & Deum Israel prædicabunt: & scient errantes spiritu intellectum, & murmuratores discent legem.

Et scient.) Legit Bredembachius, *sciant*. Sed absque auctoritate vel exemplo ullius textus, aut editionis, quod sciam. Quamquam futuris uti scripturam pro imperativis non insolens: & imperativus acriorem redderet orationem, magisque urgentem & exprobrantem. Apollinarius sic etiam exposuit, ἴσωταν.

Quia Deus dominabitur Jacob, & finium terræ.) Hieronymus, *quoniam Deus dominator Jacob in finibus terræ*, tametsi Trevetus recitet, *dominabitur*. Idem porro Hieronymus[a] notat conjunctionem &, additam esse; & hunc ordinem esse: *Scient quia Deus Jacob dominabitur finium terræ*. In emendatis Græcis ita legitur: ὅτι ὁθεὸς τυἰακὼβ δεσπόζει, *quia Deus Jacob dominatur finium terræ*. Ita etiam in Psalterio Æthiopico: ut jam Richardus Cenomanensis mirari desinere debeat quod a Hieronymo notatum est, si excipias quod ait additam conjunctionem ante verbum *scient*; exprimitur enim in textu Hebræo Græcoque, qui nunc extat. Hilarius, *quoniam Deus Jacob dominabitur finem:* vel *finium terræ*. Quidam Codices ut Complutenses & Regii, *quia Deus dominatur*, &c. in tempore præsenti Arnobius, *quia tu Deus dominaris in Jacob, & in fines terræ*. Symmachus & Aquila, εἰς πέρατα vel εἰς τὰ γῆς, *ad fines terræ*. Est sanè verum quod qui est Deus Jacob, dominatur etiam finibus terræ, idque Hebræa præ se ferre possunt הָאָרֶץ בִּי אֱלֹהִים מֹשֵׁל נִיעֲקֹב לְאַפְסֵי *chi elohim moschel neihakou leaphse haarets*: monent Euthymius atque Nicephorus per *Deum* intelligi Christum.

Per Deum Christus hic intellectus. Moraliter ut dicatur *dominari Deus Jacob finibus terræ*.

Moraliter dicitur *dominari Deus Jacob*, cum his dominatur qui supplantant dæmones ac vitia; *finibus terræ*, in quibus finitur amor temporalium, per contemtum eorum. Sic Arnobius, Hugo & alii.

a *Epist.* 1. 35.

Vers. 15.) Convertentur ad vesperam & famem patientur ut canes, & circuibunt civitatem.

Sensus loci.

REperitur vers. 7. ut magis intelligatur quo tempore sint futura quæ prius dicta sunt, vel quod per comparationem in 7. versu dictum est de persequentibus Davidem aviditate magna, hic re ipsa, passuros dicitur, non ut eum capiant, sed ut comparent sibi victum. Mephiboseth quidem Saulis nepos, Jonathæ filius advocatus a Davide, respondit: *Quis ego sum servus tuus, quoniam respexisti super canem mortuum* b: Audiverat forsitan persequenti illum Saul avo suo Davidem quoque respondisse; *Quem persequeris Rex Israel? quem persequeris? canem mortuum* (fame, verbi gratia) *persequeris & pulicem unum* c.

b 2. *Reg.* 9. 8.

c 1. *Reg.* 24. 15.

Sensus mysticus de Judæorum vel Gentilium conversione. Tropologica *circuitionis civitatis* explicatio.

Sensus mysticus nihil differt ab eo qui antea traditus est, vel de Judæorum, vel de Gentilium conversione, nec fere occurrunt alia notatu necessaria. Simmachus hic paullo aliter convertit quam ibi, & quidem in imperandi modo. ἀναπαυπήτωσαν ἐπέρας, σορυβείτωσαν ὡς κύνες πέριερχόμενοι πόλιν, *reflectant se vesperi, tumultuentur tamquam canes circumeuntes civitatem*. Tropologicè *circuiri civitatem*, docet Hugo, conscientiæ a pœnitente, sicut id facere meretrix præcipitur *d*; ut eam purget: mundi, ut inde *resiliat* e; & septemplici circuitu capitalia peccata deprehendat, atque velut Jerichuntinos muros *f*, dejiciat: Ecclesiæ militantis, per vicos & plateas illius, exemplo sponsæ *g*, ut doctrinam & mores ejus amplectatur: Ecclesiæ triumphantis, per contemplationem, ut eam sibi *assumat* h; *circumspiciens montes pascua ipsius, & virentia quæque perquirens* i.

d *Esa.* 23. 16.
e *Nahum.* 3. 7.
f *Josue* 6. 15.
g *Cant.* 3. 2.
h *Sap.* 8. 2.
i *Ioh.* 39. 8.

Ex hac repetitione colligit Nyssenus *k*, homines in alterutro seu bono seu malo, in quo nunc sunt, forte itidem post hanc vitam; qui nunc in impietate quasi in circuitu ambulat, neque in illa civitate degit, neque humanum characterem in propria vita custodit, sed efferatur canisque efficitur voluntate & proposito, eum tunc a superna civitate excidentem, omnium bonorum penuria & fame puniri: qui contraria vincit, proceditque *de virtute in virtutem* l, *cantare*, ut est versu 17. laudes divinas. Arnobius de dæmonum persecutione declarat, ut sequenti versu notabimus.

k *tract.* 2. *in Ps. c. ult.*

In bono seu malo in quo nunc sumus, fore item post hanc vitam, unde colligit Nyssen.

l *Ps.* 83. 8.

A *Ad vesperam.*) Hilarius, *in vesperum*, qui priore loco, *ad vesperum*, sed parum refert.

Vers. 16.) Ipsi dispergentur ad manducandum: Si vero non fuerint saturati, & murmurabunt.

Sensus loci.

IN sua ille plusquam anima fame (quod priùs non est dictum) vagaturos ait tamquam mendicos huc & illuc, & quum unde famem impleant, diu multumque quærendo non invenerint, murmuraturos præ impatientia. Quia porro hoc murmur male sonat, videri etiam prius dicta fames posset bona non esse. Idcirco juxta mysticum sensum posset fames in versu 7. ad Gentium pertinere conversionem: in præcedenti autem versu ad Judæorum pertinaciam in vespera, non finis mundi, sed legis Evangelicæ tempore toto. Hilarii sententia hæc est: famemque quærentium verbum DEI nec invenientium: de qua Amos *m*, Cyrillus *n* Alexandrinus de Judæis adhuc in perfidia perseverantibus interpretatur. Judæos docet Hilarius, amissa civitate temploque deserto, circuituros tantum, non inituros civitatem, famem passuros oblationum, hostiarum, visionum, & adversus DEUM latraturos; & dispergendos ad manducandum, imitando per diversa speciem legitimi sacerdotii, holocausti, circumcisionis, quibus non saturentur, quia DEO non placent, & murmurent nec dum tali fame edomiti. Eadem sententia Basilii ac Theodoreti. Euthymius & Nicephorus explicant de Judæorum calamitate etiam corporali & mendicitate, ut non reperto cibo, murmurent contra DEUM. *Murmur* tamen Augustinus querimoniam exponit Judæorum, qui conversi, conversionem aliorum esurientes, nec prout volent sibi satisfacientes illud veluti repetent alio prius dictum versu *o*, *quis audivit?* Idem Latini plures dicunt: sed *vesperam* idem Augustinus, Cassiodorus, & alii, pro tempore sumunt Novi Testamenti, non pro fine sæculi: atque unum de *canibus* nominat Cassiodorus Paulum, qui orbem latratibus circuivit tum prædicando tum scribendo. Omnium vero *murmur* querelamque esse si retribuantur ab auditoribus mala pro bonis, & sterilitas *p*, ut non respondeat labori culturæque fructus, Conqueri denique etiam frustratos spe sua cum Deo Prædicatores. *Domine, quis credidit auditui nostro* q; orando pro conversione illorum, ut ait Bruno Carthusianus, vel cum ipsimet auditoribus obstinatis, vel secum apud se, interiusque gemendo, tum quod non sint tam boni quam vellent: tum ob aliorum pertinaciam. Censent alii convenire ista Judæis convertendis, & aliorum conversionem avidissime procuraturis in fine mundi, temporeque Antichristi, qui *vesperus* dicatur, sicut Christus *Lucifer*, quemadmodum docuit Gregorius *r*. Utrumvis admitti potest. Quis scit an non alludatur ad murmur Hebræorum contra Mosen & Aaron in deserto, quando siti premebantur *s*, vel pro manna solidiores poscebant cibos? Innuit Beda, Haimo, Hilarius, Euthymius, Nicephorus. Exponit Arnobius paullo remotiore sensu, de dæmonibus, qui ad vesperam nos vergere quum animadvertunt, ut lux mentibus deficiat, tanebreque crescant, furiant nos quasi canes, ac mentis nostræ civitatem circumeant, & dispersi festinent ad devorandum usque ad interfectionem animarum, quia hæc est saturitas eorum ut videant interire pugnantes. Hugo ad pœnitentes applicat, qui dispersuntur per eremos, & varios ordines religiosos, ut manducent, id est, ut consequantur quod concupiscunt, nempe satisfacere DEO, & si non visum fuerit eis se satisfacere, murmurant adversus semetipsos. Dionysius accommodat etiam justis, quamvis Judæis conversis in mundi fine, sed id omnibus quolibet tempore convenit, qui panem justitiæ, verbi DEI, Eucharistiæ quoque avide ac devote appetant & sumant; sed simul quum inde tam uberem se non percipere fructum deprendunt, quam vellent atque deberent, seipsos acerbe reprehendunt.

m *c.* 8. 17. 12
n *ibid. & in* 30. *Esa.*

o *v.* 8. *Vespera* hic pro tempore N. Test. Paulus per unum de *canibus* ut intelligatur.

p *Ps.* 34. 12. Querela prædicatorum spe sua frustratorum.

q *Psal.* 55. 1.

Variæ sententiæ & applicationes. *Vesperus* pro Antichristo *Lucifer* pro Christo.

r 29. *moral. c.* 17. *vel* 30.

s *Exod.* 17. 3.

Ipsi dispergentur ad manducandum.) Hieron. *ipsi vagabuntur ut comedant. Vagationem* proprie valet ינוּעַ *januhhu*, & ἰσυβίζεσθαι. quo Symmachus utitur. Chaldeum verbum יטלטלו *jetaltelum*, exponitur in Bibliis Regis, *vagabuntur*: à Nebiense, *fatigabuntur*. In Psalterio Romano præponitur, *ecce*; Augustin. omisso pronomine, legit, *dispergentur ut edant*, quam prius *t*, impre-

t *vers.* 32.

imprecatus erat dispersionem, & gratulatur ut certò futuram, vel eam sensu mystico, violentam à Deo factam, hanc sponte susceptam à Judæis conversis intelligere cum Haimone licet, si de istis locus iste accipiatur. Dixi primum, etsi non sit primarius, de adversariis David sensum esse, qui more parasitorum per alienas oberrare mensas cogendi essent, & alieno victitare, ut de Mephiboseth antea retuli *a*: & astu Siba sibi res ejusdem Domini sui à David impetravit *b*.

Sensus mysticus.

a *Reg.* 9. 8. b *c.* 16. 1. & *seq.*

Si verò non fuerint saturati & murmurabunt.) Hieronymus, *& quum saturati non fuerint, murmurabunt.* Alii exponunt אם לא *imlo*, quæ ad verbum significant, *si non*: ut valeant, *certè, profectò*, &c. & ו (*ve*) ante ultimum verbum, ut accipiatur pro *quando*. Denique ultimum verbum ילינו *jalinu*, *pernoctabunt* aut *dormient*, *hospitium quærent ad pernoctandum* seu *dormiendum*: & sit sensus (profectò non saturabuntur quando ad pernoctandum quærent) idest, incœnati divertent ad hospitium vel dormient, hoc est, nec tectum hospitiumque reperient. Priora tradens imperantis modo, ut monui, Paraphrastes, oppositum quodammodo indicat sensum, *& non quiescent, donec saturentur & dormiant.* Item Symmachus priora tradens imperantis modo, ut monui, ἵνα μὴ ἀχόρταστοι αὐλισθῶν, *non insaturati* seu *ne jejuni pernoctent*. Videtur mihi Apollinarius diversum adhuc sensum dare, euasi velit, ut qui se cibo non posunt, sua se quasi saturent ira, & bilem pascant:

Apollinarii interpretatio diversa. Mystica translatio. Prædicatores boni, sive proficiat in prædicatione, sive non, semper debent esse patientes.

εἰ γοῦν μὴ χορτασθῶσι, τρίζωσι κορεσσάμενοι κατὰ θυμόν;
Si verò frustra (quæsierunt cibum) *stridant saturati secundùm iram.*

Quamquam alius id vertat aliter; *Si verò frustra stridant saturi ex animo.* In Psalterio Romano omittitur conjunctio præposita ultimo verbo, quæ tamen habet emphasin, valens, *etiam, nihilominus, adhuc*, Augustini lectio est, *Si autem non satiabuntur, & murmurabunt*: Hilarii, *Si autem non saturabuntur*, &c. Hugo meminit alterius editionis quæ, quod antè retuli Hebraizantes nonnullos velle, negantem particulam repetat hoc pacto, *quum saturati non fuerint, non murmurabunt*, quod ipse mysticè transfert ad bonos Prædicatores, qui sive in prædicatione proficiant, sive non, semper debent esse patientes, juxta illud *c*, *benepatientes erunt ut annuntient*.

c *Psal.* 91. 15. Allusio ad murmur populi Hæbræi d *Exod.* 16. 7. *c.* 17. 3. e *c.* 14. 2. *c.* 16. 11. f *Exod.* 16. 7. 12. *n.* 14. 27. *c.* 17. 5. 17. Seditionum exempla & pericula. g *Plutarch. in Tiberio.* h *Capitolinus.* i *Act.* 6. 1. Mutuis convivii, civium inter se conciliato ap. veteres. Ἀνστεία. φειστία. Εὐμπόσια. Συμποσίαι. Ἑστιάτρος. Κοινωνία. Convivium Eucharistiæ Dominicæ cœna. *K.* 1. *Cor.* 11. 20 Ἀγάπη. l *Actum* 20. m *Matth.* 14. 2. & 9. n *Joan.* 6. 15. o *Gen.* 37. 8. Cur uliva, ficus, vitis, regiam oblatam dignitatem recusarint: & quid hæ designarent. p *Jud.* 9. 7. & *seq.* q *Lyran ex Hebr. ibid.* r *c.* 11. 16. Populi præfecturæ detrectatio. s *Gen.* 49. 22. Regum nomina & officia.

Quod attinet ad *murmurandi* verbum ad γογγύζειν, C rectè sic redditum fuit Hebr. ילין *ialinu*, quia hoc valet, & *conqueri*, non tantùm *pernoctare*, *hospitari*, *commorari*. (Exemplum est in Exodo *d*, & Numeris *e*,) & תלונה *thelunah*, *murmurationem* f. Jam priùs monui allusionem hic esse ad murmur populi Hebræi adversus Duces suos Mosen & Aaronem, quòd non saturarentur in deserto. Celebris ob rem agrariam Romana seditio, in qua cæsus Tiberius Gracchus *g*: & militum contra Gordianum juniorem, quem interemit Philippus, ut satisfaceret illis *h*: nec alia desunt etiam haud ita vetera exemplà: nec dissimile in prima Ecclesia murmur Græcorum *i*. Mutuis veteres conviviis conciliare inter se cives conati sunt; Minos his quæ vocabat ἀνδρεία: Lycurgus, quæ φειδίτια vel φιλίτια; Plato quæ συμπόσια. Eodem partim spectabat σωφροσύνια, & Paschalis, agni celebritas apud Hebræos; ἑστιάσεις Athenienses in Prytaneo, epulæque in Panathenæis, ac Thesmophoriis: cœnæ Romanorum in Capitolio & in publicis sacrificiis, ad quod crati epulones; ut non commodiore Christus modo conciliare amorem inter nos voluerit quàm convivio sacro Eucharistiæ, quæ dicitur etiam κοινωνία, & communio Eucharistia illa ut Gentilitia infinitis partibus melior: ad quam Christiani quoque antiqui Dominicam adjiciebant cœnam, de qua Paulus *k*: quam etiam nominabant ἀγάπη, cujus mentio apud vetustiores Patres, ut aliàs meminimus *l*. Idem præterea Christi his magnam populi moltitudinem divinitus saturavit *m*, eàque de causa nihil proprius fuit, quàm ut Regium illi nomen ac honos deferretur *n*, quemadmodum prima secundum Pharaonem Josepho delata dignitas. Simili de *o*, causa nec oliva, nec ficus, nec vitis, regiam oblatam dignitatem admiserunt *p*, ne prima pinguedinis jacturam faceret, secunda dulcedinis, tertia vini. His rebus designatos volunt *q*, Othoniel de tribu Juda, quem Jeremias *r*, vocat *olivam uberem*, *pulchram*, *fructiferam*: Deboram, cujus nomen *apem*

t *in Psal.* 22.

u *c.* 3. 6. 7. Subditi regem constituunt, non illius utilitatis causa, sed propriæ. *Propositionis panes in* conspectu suo cur Deus semper vellet esse.

x *Ex.* 35. 12. y *Matt.* 6. 32 z *c.* 6. 11. a *ibid.* 25. Lazari ulcerosi & pauperis pium exemplum & monitum.

b *Reg.* 55. *ex fust.* c *Luc.* 16. 21 d 1. *Cor.* 10. 9

Vers. 17.) Ego autem cantabo fortitudinem tuam, & exaltabo manè misericordiam tuam.

Quia factus es susceptor meus, & refugium meum in die tribulationis meæ.

Opponit murmuri querelisque adversariorum, quum sedibus pulsi suis, & per alienas dispersi, ac errantes, mendicabundi, unde sustentent famem non reperent; gestientis animi sui festiva cantica quibus celebret opportunam & potentem contra eosdem opem Dei, & gratias agat, quòd ab eorum adeo mirabiliter & benignè manibus fuerit liberatus. Et quidem id se facere manè velle dicit, aut citò, quàm primùm, quotidie, assiduè; aut quo tempore illi, quos antea vocavit *canes*, desierint oblatrare, quod noctu solent.

Sensus loci.

Christo mysticè convenit oratio ad Patrem, de conversione vel Judæorum vel Gentilium, prout hactenus dictum est, gratias agenti. Est enim opus magnæ fortitudinis seu potentiæ ac misericordiæ justificatio impii; plusquam suscitatio mortui, vel creatio de nihilo cœli terræque, ut Gregorius & Augustinus docent: & Ecclesia, ea oratione qua pronuntiat, parcendo maximè & miserando manifestari potentiam Dei; item victoria de morte, diaboloque postremò ad æternam beatitudinem liberos ab omni tribulatione suscipere. Sic ferè Latini. Dionysius loqui filium Christum vult de sua resurrectione per fortitudinem seu potentiam patris; & quòd exultanter cumque gaudio dandum ei erat, annuntiate prima sabbathi, eamdem resurrectionem suam ex Patris benignitate tam citò factam, extractis de limbo justis, suscitatis tunc nonnullis *e*, concesso cunctis jure resurgendi tempore suo, & ut resurrectio Christi typus esset & quædam causa justificationis nostræ *f*. Post resurrectionem quoque Christi suam, per 40. dies, inquit Dionysius, loquens de regno Dei *g*, cantabat sive celebrabat potentiam Patris atque misericordiam: ut quum inter alia diceret *tempora & momenta posuisse in sua potestate* h: & dato spiritu per *insufflationem* dabat potestatem *remittendi peccata* i. Glosa lætitiam adjicit ab Apostolis perceptam de Christi resurrectione quæ mane contigit, post mortis vesperam: sicut alio dicitur Psal. *k*, *Ad vesperam demorabitur fletus, & ad matutinum letitia.* Alii eamdem orationem tribuunt cuivis electo potissimùm, ubi ad illud mane pervenerit quod noctem nesciat vel beatitudinis, vel gloriæ resurrectionis, Hoc mane canit Ambrosius *l*, ultimum precatus, ut *quod præstolamur cernui*; *in lucem nobis effluat*: *dum hoc canore concrepat*: & Augustinus *m*, mane

Christo mysticè conveniens oratio.

Justificatio impii quantæ fortitudinis opus. Parcendo maximè & miserendo manifestatur Dei potentia, & quibus aliis Dionysii interpretatio.

e *Matt.* 27 52. & 53. f *Rom.* 6. 7. g *Act.* 1. 3. h *ibid.* 7. Potentiæ misericors Dei per 40. dies à resurrectione, per Christum celebratio. Aliæ sententiæ & applicationes.

i *Joan.* 20. 22. k *Ps.* 20. 6. l *Hymn. ad laud. sabb.* m 13. *confess.*

mane sabbathi æternæque quietis absque vespera.

Ego autem cantabo fortitudinem tuam.) Hieron. *imperium tuum.* Alia Psalteria Latina & Cassiod. præterea, Faustinus *a*, *virtutem tuam:* Arnobius, *virtutes tuas.* Hilarius, *virtuti tuæ.* August. *potentiam tuam.* Hebr. עוזו *hhazzecha* à עוז *hhoz fortitudo, robur*, &c. Græcè, τῇ δυνάμει σου, eo modo quo Latinè legit Hilarius, etsi quidam legant δύναμιν, quam Apollinarius reddit σθένος, *robur Cantare fortitudini Dei*, est vel Deo qui fortitudine, potentia, robore pollet: vel, quum ab hoc sis Deo potente fortique adjutus, tùm contra hostes, tùm ut rectè cantare possis; & in Deum transcribere fortitudinem tuam, de qua dixerat David *b*: *Fortitudinem meam ad te custodiam. Qui servus* Christi est, inquit Arnobius, dicit Domino: Ego cantabo virtutes tuas; dicam adversariis meis; non de virtute mea adversum vos arma corripio; sed de virtutibus Dei mei confido, exultans manè in misericordia ejus quod tenebras peccatorum abstulerit, & dederit lucem suam in cordibus nostris. Cassiodorus accipit de gaudio ex visione & contemplatione beatifica virtutis divinæ. Ruffinus, quando celebrabunt beati memoria superatæ à Christo mortis, victi diaboli, spoliati inferni: simul cum misericordia, qua humanum genus redimit, & peccata dimisit: tunc non posse perfectè cantari canticum Domini in terra aliena, quamdiu sedemus, & flemus *super* hos *fluctus Babilonis* c inter hos decursus præsentis vitæ; sed quum transibimus *in locum tabernaculi admirabilis usque ad domum Dei*, fietque cantus *in voce exultationis & laudis* d; & ab habitantibus in ea domo laudabitur Deus *in sæcula sæculorum* e.

Et exultabo manè misericordiam tuam.) Hieron. *laudabo*: nempe juxta vim vocis Hebr. ארנן *arannen*, *clara voce*, aut *cum vociferatione*, aut *cantu*, *ovatione*, *jubilatione*, *exultatione*. Hanc *exultandi* positum hìc exprimit verbum & ἀγαλλιάσεσθαι. In Psalterio Gallicano apudque Cassiod. & Hilar. (qui omittit &) *exaltabo*: qui error irrepsit in loca, ut scilicet usurpetur *exaltare* vel *exaltatio*, pro exultare atque pro exultatione, ac vice versa hæc pro illis: De hoc monui Psal. 50. f *Exultabit lingua mea*: ubi sunt eadem verba Hebræum Græcumque: sed redditum etiam ab aliis per *exaltare*: contra in Psal. 149. *g*, pro, *exaltationes*, ut esse debet, quia Hebr. nomen est רוממות *romemoh*, Græcum ὑψώσεις, habent Psalterium Romanum Gallicanum, August. Cassiod. Hilar. & passim Latinè præter Arnob. qui rectam lectionem sequitur *exaltationes*. Quamvis re ipsa discrimen parvi momenti sit, quum *exultare aliquid*, licèt minus Latinè dicatur, intelligatur cum exultatione vocis laudare: similiter *exalterare*, cum exultatione idem facere. Porro hoc eodem loco nostro legit August. *exultabo misericordia tua*, videlicet propter misericordiam tuam. Sic etiam Apoll.

ὠιδὴν δ' ἐλέῳ κεχαρήσομαί ἀ φδιτε σεῖο;

Manè verò misericordia lætabor tua.

Euthymius ita quoque declarat de exultatione in misericordia, vel misericordia Dei. Exultans & exultando exaltans misericordiam, id facit aliqua ratione illam expertus. Quid sibi velit *manè* priùs dixi hoc ipso loco, & alibi *h*, nempe non matutinum dumtaxat propriè sumtum tempus verum etiam quod citò & maturè fit. Quo pacto idem Euthymius exponit quasi velit David innuere quo non sit serò Deus, sed citò miserturus. Pro tempore matutino resurrectionis Christi, vel nostræ, vel spirituali luce, quæ orbi afferat diluculum, ut Basilius ac Theodoretus loquuntur, sive hìc, sive multo magis in beatitudine, ut Augustinus & alii docent.

Quia factus es susceptor meus.) Hieron. *fortitudo mea.* Alii, *protectio*, *elevatio*, *protector*: Sic vers. 10. *Fortitudinem meam ad te custodiam*, *quia tu Deus susceptor meus es.* Elevationem Cajetanus de pastoritio munere sumit ad regiam dignitatem promissam Davidi. Sed quid valeat *susceptoris* nomen: nec non illud Hebr. משגב *misgav*, & Græcum ἀντιλήπτωρ, dictum satis aliàs: ἐχυρὸν, Apollinarius interpretatur, i. e. *vindicem*. Quum autem hìc dicitur *factus* Deus *susceptor*, Faustinus colligit *i*, adversus Arianos, aliud esse dicere aliquid factum; aliud quod sit factura: eodem modo, creari, & quod sit creatura: Sapientiam enim æternam seu filium Dei dici *creatum* alicubi K, & Deum ipsum dici *factum* hoc loco: & sensum esse, quod fiat Deus, aut æterna sapientia, quæ semper exsistat, ad aliquid, ut prosit; sicut etiam quum *verbum caro factum* scribitur l, per quod tamen *facta sunt omnia* m.

Et refugium meum in die tribulationis meæ.) De refugio egimus aliquoties. Vocant Græci καταφυλλώ ubique que fere. Hic autem diversa vox est מכוס *manos*, quæ propriè *fugam* valet, ac proinde locum quò quis confugit; ut Psal. 141. *n*, *periit fuga à me*, φυγὴ, hoc est, nullum mihi effugium est, quò fugiam non habeo, nullus mihi refugii locus. Hic Chald. vocem רחץ *rachats*, reddunt vel spem, vel auxilium, sicut & in Psal. 59. *o*, ubi in textu Hebræo est, *Moab olla spei* pro *spe*. Hieron. vertit *lavacrum*: & Aquila λουτρὸν, ut suo tempore videbimus. Apollinarius πύργον ἕτοιμον, *turrim paratam*, hìc nominat. Hugo distinguit divina beneficia, ut sit Deus susceptor in baptismo, refugium in pœnitentia; adjutor (quod est sequenti versu) in justitia facienda; ita ut ipsimet cooperemur: iterum susceptos in gloria: quia Deus misericordia nostra est, atque ista omnia ex misericordia & gratia ipsius proveniunt.

Vers. 18.) Adjutor meus tibi psallam, quia Deus susceptor meus, Deus meus misericordia mea.

HIc tandem profitetur psallere se velle adjutori suo DEO, & suscedtori sive defensori; quem adeo sit expertus misericordem, ut à cujus antea *p* se *misericordia præveniendum*, dixerat, *& exultare velle* illam *q*, hunc abstracto nomine *suammet misericordiam* vocet. Tot epitheta quibus appellat hìc priorique versu Deum, denotant ardens Deum celebrandi laudandique studium, ita ut satis multa invenire aut satis idoneas non videatur voces quibus desiderio tanto satisfaciat: ac tandem uno *misericordia* cuncta comprehendi velit, ut observat Hugo. Huc pertinet diversa etiam verba *cantandi*, *exultandi psallendi*, ore gestu corporis, pulsu instrumentorum. Diversos quibus adjuvat Deus modos Ayguanus explicat, nempe pœnitentibus parcendo, injustè patientibus pœnas mitigando, cum hoste præliantibus vires confortando, egenos saturando, Deo confitentes protegendo, devotè orantes exaudiendo. Non adjuvat Deus *consilium impiorum* r; nos veræ *Dei adjutores* oportet esse, non autem Adoniæ (*qui servum marentem* significat) ideest, diaboli; cum Joab, & Abiathas *t*: ideest, per odium & amorem malum, juxta etymologia illorum vocabulorum, ideest, *inimicus & pater excelsus*.

Adjutor meus tibi psallam.) Conplutenses ac Regii Codices Græci addunt verbum substantivum βοηθός μου, *Adjutor meus es*. Hieron. *Virtutem meam tibi cantabo.* Ex Hebr. אומרה עזי אליך *azammerah huzzi alecha*. Alii *fortitudo mea tibi cantabo*, seu *psallam*. Christus ipse ut homo agnoscit suum à Deo; & ei verba illa congruunt *u*, *Dominus Deus auxiliator meus; ideo non sum confusus*; dixit etiam *x*; *Pater in me manens, ipse facit opera*.

Quia Deus.] Additur, *Tu: quia tu Deus*, in Psalterio Romano & apud Gregorium *y*. Hilarius legit omisso primo nomine (*Deus*, &, *es*) *quia susceptor meus*, *Deus meus*, *misericordia mea*.

Deus meus.) Frequenter ita nominat *Deum suum* David, ex eximio quodam affectu, & amore & religione; præterea ex singulari experimento benevolentiæ atque providentiæ divinæ. Non omnium est, sed & perpaucorum ita liberè de Deo loqui. Nam magnus ille ac divinus Areapagita Dionysius, ut Dionysius Carthusianus monet, absolutè dicere non præsumsit, *Deus meus*; sed Dita in libris suis scripsit, *Deus*; &, fas est dicere *meus*.

Misericordia mea.) Tanta, inquit Dionysius Carthusianus, tamque inæstimabilis, ineffabilis ac infinita est misericordia Dei super nos, ut aptiùs dicatur in abstracto *nostra misericordia*, quàm in concreto *miserator noster*; sicut dicimus de eo quem ardenter amamus; *tu es amor meus*. Docet deinde aptiùs & convenientiùs hoc modo describi Deum, quàm cum Aristotele per *actum purum*; cum Platone, quòd sit per se *bonum ipsum*; cum Avicenna, *bonitas pura*. Gregorius *z*, autem Dei valde misericordiam exaggerans, ita præsentem totum tractat locum. Has divinæ pietatis divitias considerabit psalmista, quum diceret, *Adjutor meus tibi psallam quia tu Deus susceptor meus es. Deus meus misericordia mea.* Ecce perpendens, in quibus laboribus humana sit vita constituta, Deum appellavit *adjutorem*: & quia à tribulatione præsenti in requiem æternam nos suscipit, appellat etiam *susceptorem*. Sed considerans, quòd mala nostra aspicit & portat, culpas nostras tolerat, & tamen nos per pe-

Sensus loci.

Ardens in David Deum laudandi & celebrandi studium.

Diversi modi quibus Deus adjuvat.

Adoniæ, Joab, Abiathar etymologiæ.

Non omnis est dicere, *Deus meus*.

Dionysii Areopagitæ modestia in Dei invocatione.

Dei erga nos misericordia quanta.

Deus *adjutor* & *susceptor* quare dicatur.

a de fide contr. Arianos c. 10. 4. Biblioth. Patr.

Cantare fortitudine Dei quid sit,

b Ps. 48. 10.

c Ps. 136. 1.

d Ps. 41. 5.

e Ps. 83. 5.

Exaltare, exaltatio pro *exultare & exultatio.*

f v. 16.

g vers. 6.

Exultare aliquid, & *exaltare*, quid sint.

Voculæ *manè* expositio.

h in Ps. 5.

i l. de fide c. 6. tom. 4. bibliotb. Patrum.

Aliud est *aliquid factum* dicere aliud quòd sit factura: creari, & quòd sit creatura. Filius Dei ut dicatur *creatus*; & Deus, ut dicatur *factus*.

k Prov. 8. 22.

l Joan. 1. 14.

m ibid. 3.

a vers. 5.

o vers. 10.

Beneficiorum divinorum distinctio, ut sit *susceptor*, *refugium adjutor*.

p vers. 38. 21

q vers. 11. 17.

r Job. 10. 3.

t 1. Cor. 3. 9.

t 3. Reg. 1. 7.

u Esa. 50. 7. & 9.

x Jer. 14. 10.

y hom. 19. *in* Evang.

z hom. 19. *in* Evang. Gregorii elegans tractatus Dei misericordia.

pœnitentiam ad præmia reservat, noluit Deum misericordem dicere, sed hunc *ipsam misericordiam* vocavit: *DEUS meus misericordia mea.* Tum cohortans nos ad idem usurpandum, subdit: *Revocemus* ergo ante oculos mala quæ facimus; pensemus ex quanta DEI benignitate toleramus, consideremus quæ sunt pietatis ejus viscera, ut non solùm culpas indulgeat, sed cœleste regnum pœnitentibus etiam post culpas promittat. Atque ex omnibus medullis cordis dicamus singuli, dicamus omnes, *Deus meus misericordia mea*, &c. Non invenit, ait hoc loco Augustinus, impletus bonis DEI (sive in natura, sive in instituto, sive in ipsa conversatione, in fide, spe, in charitate, in bonis moribus, in justitia, in timore DEI) quid appellaret DEUM tuum, nisi *misericordiam suam*. Postea subjungit: *o nomen*, sub quo nemini disperandum est. Deinde, *si dicas*, inquit, *salus mea*, intelligo quia dat salutem: si dicas *refugium meum*, intelligo quia confugis ad eum: si dicas *fortitudo mea*, intelligo quia dat tibi fortitudinem. *Misericordia mea* quid est? totum quidquid sum, de misericordia tua est, &c Iterum lego eamdem dicendi formulam apud Prophetam nostrum, nec apud alium quod equidem meminerim, reperitur; *misericordia mea*, canit ille *a*, *& refugium meum*, *susceptor meus*, *& liberator meus*, *protector meus*. Neminem etiam credo crebriùs de misericordia mentionem facere, quàm eumdem in Psalmis suis.

Deus non dictus misericors, sed ipsa misericordia.

a Ps. 143. 2. Nemo hoc Propheta crebrius de misericordia Dei mentionem facit.

PSALMUS
QUINQUAGESIMUS NONUS.

In finem.

1 Pro his, qui immutabuntur, in tituli inscriptionem ipsi David in doctrinam. 2. Quum succendit Mesopotamiam Syriæ, & Sobal, & convertit Joab, & percussit Idumæam in valle Salinarum duodecim millia.

3 DEUS repulisti nos, & destruxisti nos: iratus es, & misertus es nobis.
4 Commovisti terram, & conturbasti eam: sana contritiones ejus, quia commota est.
6 Ostendisti populo tuo dura: potasti nos vino compunctionis.
6 Dedisti metuentibus te significationem: ut fugiant à facie arcus.
7 Ut liberentur dilecti tui: salvum fac dextera tua, & exaudi me.
8 Deus locutus est in Sancto suo: Lætabor, & partibor Sichimam: & convallem tabernaculorum metibor.
9 Meus est Galaad, & meus est Manasses: & Ephraim fortitudo capitis mei.
Juda Rex meus. 10. Moab olla spei meæ.
In Idumæam extendam calceamentum meum: mihi alienigenæ subditi sunt.
11 Quis deducet me in civitatem munitam? quis deducet me usque in Idumæam?
12 Nonne tu DEUS, qui repulisti nos: & non egredieris Deus in virtutibus nostris?
13 Da nobis auxilium de tribulatione: quia vana salus hominis.
14 In Deo faciemus virtutem: & ipse ad nihilum deducet tribulantes nos.

Titulus & Argumentum.

Vers. 1.) Pro his, qui immutabuntur, in tituli inscriptionem ipsi David in doctrinam.

Vers. 2.) Quum succendit Mesopotamiam Syriæ & Sobal, & convertit Joab, & percussit Idumæam in valle Salinarum duodecim millia.

TItuli prolixitas, ut Augustinus monet, Psalmi brevitate compensatur, sed & ea utilitate, quòd indicet ejusdem sive occasionem, sive argumentum. Eo autem etiam breviores in expositione Tituli erimus, quia jam aliis in Psalmis ex illis vocabulis nonnulla tractata sunt, scilicet contenta ferè versu primo.

Pro his qui immutabuntur.) Lege Titulum Psalm. 44. quamvis ibi sit, *commutabuntur*. Sicut & in Titulo 68. & 79. etiamsi legant hoc loco Glossæ, Hugo, Valentia, Cassiodorus, *commutabuntur*. Vertit hic etiam Hieron. *pro liliis*, licèt numero tantum singulari sit שושן *susan*, in aliis Psalmis ששנים *sosannim*. Quid significet dictum satis Psalmo 44. & rectè convenit mystico Psalmi sensu, de subjugatis à Christo gentibus per *ignem, quem venit mittere in terras* b, conversisque ac immutatis in meliùs, atque ad similitudinem fragrantium odore liliorum, rosarumve. Etxat hoc loco Græcè in dativo, τοῖς ἀλλοιωθησομένοις; in aliis Psalmis, ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων. Habet Aquila ἐπὶ κρίνων, *in liliis*: Symmachus, ὑπὲρ τῶν ἀκανθῶν, *prosloribus*.

Mystieus Ps. sensus.

b *Luc.* 12. 49 *Act.* 4. 8.

In tituli inscriptionem.) De his verbis, & εἰς συλλόγραφίαν, & de מכתם *michtham*, Psalmo 55. egimus. Hebræam vocem Hieronymus tamquam in duas divisam מר *mach*, & תם *tham*, reddit, *humilis* & *perfecti*, quemadmodum Symmachus, τῶν ταπεινόφρονος, καὶ ἀμώμου. Sed idem Hieronymus ante illa verba ponit *testimonium*, pro Hebræo עדות *hheduth*. In emendatis Bibliis Græcis loco ejus ἔτι, quod significat, *adhuc*: in Psal. 79. titulo Codices omnes Hebræi habent eamdem vocem; sed Græci μαρτύριον, *testimonium*. Adhuc *in Tituli inscriptionem* dicitur esse, quod describitur ut adhuc & in futurum extet memoria monimentumque, & testimonium. Chaldaicè, *pro veteri testimonio*. Trevetus exponit, *quasi rosa testimonii*, idest, fideles legis, sive ad legem pertinentes & doctores. Quod repetit Agellius מכתב *mithhav*, scribendum pro מכתם *michtham*, nobis non persuadet.

In tituli inscriptionem quid sit.

In doctrinam.) Hieron. *ad docendum*: Hilarius, *in doctrina*: nisi mendum dicas esse, quum sit εἰς διδαχὴν, & ללטר *lelammed*. Sensus est, ad docendum eos qui Davidem non agnoscebant pro Rege, ut id videlicet ipso discerent experimento, per tot victorias hic indicatas, quibus eum DEUS illustrem reddidit, vel, ut monet post R. Salomonem, quem citat quoque Lyranus, Trevetus, ut doceat David se Syros bello justo impugnavisse, etiamsi olim fœdus initium esset inter Jacob & Laban *c*, quia Syri primi violaverunt illud quando de Aram Balac adduxit Balaam ad maledicendum *d*: & sub Chusan Rasathiam Rege Mesopotamiæ servivit populus Hebræus octo *e*, annis: & auxilio fuerunt Syri Ammonitis in bello contra David *f*. Vel, ut de præclarè gestis rebus suis doceat posteros suos. Vel tandem, ut præcipuus aliquis inter cantores doceat inferiores traditum sibi à Davide Psalmum istum. Sic erit hoc idem atque quod in aliorum psalmorum titulis occurrit למשכיל *lemaschil*, & εἰς σύνεσιν. Hac de re dixit aliquoties, & superiorum peritiorumque cantorum distinctio ab inferioribus ac imperitioribus habetur in Paralipomenis *g*. Mysticè docemur, ait Euthymius, aut gratias agere, aut pœnitentiam.

Sensus verborum.

c *Gen.* 31. 34
d *Num.* 23. 7
e *Jud.* 3. 8.
f 2. *Reg.* 10. 9. 16.
g *lib.* 1. 25 Mystica doctrina.

Quum succendit Mesopotamiam Syriæ.) Hier. *quando pugnavit adversus Syriam Mesopotamiæ*: licèt nostram lectionem tribuat ei Trevet. De succensione per flammas mentio non fit in Historia Regum *h*, vel in Paralipomenis *i*, ut notat Augustin. sed succensio vastationem desolationemque significat, quæ fit etiam sæpe succendendo: & Hebr. verbum cum littera servili, & affixo דהצותו *behartsotho*, valet item, *quum desolasset*, aut *rixatus esset*, aut *pugnasset*. Hieronym. vocat *Syriam Mesopotamiæ*, quam LXX. μεσοποταμίαν συρίας, & Hebr. dicitur ארם נהרים *aram naharim*. Chald. *Aram, quæ est super Euphratem*. Est ea Syriæ pars quæ *Mesopotamia* dicitur, inter Tygrim,

h a. *Reg.* 10. 13
i *lib.* 1. 18. 1. *& seq.*

& Euphratem, ut etiam Tacitus *a*, prodit, & Plinius *b*; vocaturque *Medamnis*, quasi media duorum amnium, ἐν μέσῳ τῶν ποταμῶν: ita ut frustra quæratur vocabuli Græci Etymologia, tamquam Hebræi, quod hic tamen Augustinus facit: nec sumitur hoc etiam loco pro civitate una, quod tamen asserunt Lyranus, & Valentia, cujusmodi nullam reperio. Syriam idem Plinius *c*, quondam terrarum scribit maximam, & pluribus distinctam nominibus fuisse. Etsi porro dictis locis historiæ Regum, & Paralipomenon, Mesopotamia non exprimatur: tamen, ut Euthymius observat, verisimile est, quod hìc scribitur de isto & aliis locis gestum fuisse, & omissum, cum multis aliis. Certè in ea regione erant loca aliqua quæ nominantur in illis sacris libris: & 2. Regum *d*, *Syriam Damasci*, dum nominatur, comprehendi potest Syria Mesopotamiæ, qua idem Rex erat utriusque, & caput Syriæ Damascus *e*, quæ quatenus habet etiam duo flumina, posset utcumque dici Mesopotamia; quod nomen tamen pro illa non est in usu.

Et Sobal.) Hieronymus, *& Syriam Soba*: quod etiam legitur Hebr. ואת ארם צובה *veetg Aram tsovah*, eodemque pacto Chald. Hanc Genebrardus ait esse, quæ vocetur *Saphena* à Josepho. Serarius noster *f*, *Oba*. Adde Plinium *g*, appellantem *Sophenem*, sicut etiam tali eamdem nomine indigitat Strabo *h*, & Ptolomæus *i*. Non est quod Varlenius docet, *soba*, vel *sobal* nomen Urbis, sed Provinciæ. In 2. Regum *k*, unus ex conductis ad bellum à filiis Ammon dicitur *Syrus Soba* צובה ארם *Aram isova*: in Paralipomenis *l*, vocatur *Adadezer rex Soba, regionis Emath*, in 1. Reg. *m*, numerantur plures Reges Soba: sed Græcè nunc est συβᾶ, nunc σωβᾶ. In historia Judith *n*, *Syria Sobal* nominatur. Ut credi possit nomine utroque nuncupatam regionem eamdem.

Et convertit Joab.) Hieron. *& reversus ejt Joab*. Narratur Joab *o*, postquam fugissent Syri, & Ammonitæ, reversus in Jerusalem. Sed Cajetanus vult revertisse Joab ad expugnandos iterum Idumæos, qui post victoriam Abisai, in qua occisa erant 18. millia, interfecerunt ex custodiis & præsidio Hebræorum quos potuerunt: & quum in valle Salinarum interfecisset duodecim millia perrexit ultra, ut occideret omne masculinum, & ut Hebræos occisos sepeliret. Non video qua ratione probari hæc possint, & quod in 3. Regum *p*, de ascensu Joab ad sepeliendum, plures de Idumæorum cadaveribus inte ligunt, licèt idem ibidem etiam illud sentiat. In Hilario non dubito per errorem poni *Jacob*, pro Joab. *Converti* pro reverti aliàs etiam lumitur *q*, ut *convertere* pro facere reverti & reducere. Sic *convertere captivitatem* r, est reducere de captivitate, indeque redire facere. Quum autem dicitur aliquis *convertere*, ita ut non intelligatur de actione in aliud, suppleri debet pronomen *se*, ut sit reciproca significatio.

Et percussi Idumæam in valle Salinarum duodecim millia.) Hieron. & August. *Edom*, ex Hebræo ארום *Edom*. Hilarius omisit Idumæam & Edom. Alii, *Salis*, ex מלח *melach*, pro *Salinarum*; quod etiam est Græcè ἁλῶν, *Salium*, ubi scilicet erat aqua salsa, salque conficiebatur. Pro valle, *phalangem* legimus apud quosdam Codices Theodoreti, ἐν φάλαγγι, pro, ἐν φάραγγι, sine dubio cum mendo. Refert Hilarius Aquilam tantùm vertisse, *quum percussit valles*; quum autem negat id quod in Salinarum valle memoratum est, in historia, vel aliquorum translatorum intelligentia esse, miror. Nam in 2. Regum *s*, narratur *fecisse sibi Davidem nomen quum reverteretur capta Syria in valle Salinarum cæsis decem & octo millibus*: & in Paralip. 1. *t*, quòd *Abisai percussit Edom in valle Salinarum decem & octo millia*. Eadem porro victoria tribuitur tribus; Abisai quidem, quia initium pugnæ fecit, & sex fortassis millia solus cecidit; deinde Joab frater subsidio veniens occidit duodecim; seu computatis prioribus, idem Abisai tamquam primus auctor victoriæ octodecim millia: postremo Davidis fuisse victoria dicitur, quoniam illam duces ipsius, ejusdem auctoritate nomineque comparaverant. Innuit Lyranus hoc loco conciliationem istam, & Abulensis in 2. Regum *u*, quamvis aliter Cajetanus, de quo postea. Hieronymus, in opere quæstionum vel traditionum Hebraicarum *x*, scribit quod attinet ad Davidem, in quibusdam codicibus 2. Regum *y*, errore scripta duodecim, pro octodecim millibus; illum autem *nomen sibi fecisse*, fornicem triumphalem erigendo: Joab duodecim interfecisse, sicut in titulo quinquagesimi octavi (quinquagesimum nonum dicere voluit) Psalmi scribitur. Ceterum Idumæa, sive Edom, illo leniùs modo à Græcis prolata ut Josephus *z*, & Hieronymus *a*, notant, quibus Latinos adde, sub Palæstina comprehenditur à Plinio *b*, generali quadam appellatione. Sicut etiam Judæa, Samaria, Galilæa. Distinguit Marcus *c*, eam à Judæa, Galilæa, & regione trans Jordanem, quam *Peræam* vocat Plinius *d*, Josephusque *e*, quasi à πέραν. Occupabant Idumæi ad Occidentem extrema Judææ, proximaque Casio monti, nec non Arabiæ fines: & quum Esau à monte Seir, qui & Edom, (quod est Esau epithetum) à *coctione rufla* f: Sicut Seir, quia *pilosus erat* g, in quo habitabat, ejusque posteri in campestrium maximam partem inter illum & Jordanem descendissent, nomen toti tractui illi dederunt, ut Idumæa diceretur. Confundunt aliquando scriptores quidam profani cum Judæis Idumæos, fortè quòd subditionem Judæorum Idumæi redacti fuerint sub Davide, & Salomone *h*: rursumque post excussum jugum, & sub Hircano *i*, quum alioquin inimicissimi essent, ut ex Amos *k*, intelligitur, & ex Ps. 136. *l*, propter odium perpetuum Esau contra Jacob *m*, ita ut quod Rebecca futurum crediderat, *non requiesceret furor ejus, nec indignatio cessaret, nec obliviscerctur eorum quæ fecerat ei Jacob*. Tametsi è contrario Hebræis Deus præcepisset *n*, *non abominari Idumæum, quia frater esset ipsorum*. Malè Strabo *o*, Idumæos orjgine Nabathæos facit, & seditione pulsos patria: Stephanus *p* à filio quodam Semiramidis ortos, ut & ab alio ejus filio Juda Judæos: sed pessimè Aben-Ezra Rabinique alii vocant Romam Edom, & Edomæum monachum Pontificem Romanum, & quoties Prophetæ vaticinantur contra Idumæos, contra Romanos intelligere, & ex Idumæorum genere Julium Cæsarem, quique post eum Romanum tenuerunt imperium, profectos *q*, esse; refert etiam Hieronymus *r*, pro דומה *dumah*, quæ Idumæam aut ejus partem significat, Hebræos ob similitudinem primæ litteræ ר *resch*, legere רומה *Romah*, atque de urbe *Roma*, interpretari, quæ de Duma, vel Idumæa scribuntur. Observavit hæc Ribera *s*, noster. Illud præterea *t*, Edom, ac Idumæos interdum sumi pro Judæis, ut in Esaia *u*, & in Amos *x*, propter pravos mores, quibus terreni ac sanguinarii evaserunt, abnegato & occiso Christo; quemadmodum eadem de causa illorum *principes Sodomita*, *populus Gomorrhæus* y, eorumdem *generatio de terra Chanaan, pater Amorrhæus, mater Cethæa* dicitur *z*. Nos ipsi hac de re differuimus, hoc est, de acceptione Idumæorum tùm propria, tùm pro Judæis, tùm etiam pro Gentibus omnibus, quarum typus essent, in Actuum Apostol. Comm. *a*. Conferunt hæc ad Ps. totius intelligentiam.

Duodecim millia.) Jam dixi de duodecim millibus, & quo pacto dicantur alibi octodecim. Paraphrastes de exercitibus David, & Joab, ait cecidisse duodecim millia. Hoc nescio unde acceperit. Sed neque Cajetanus commodè satisfecit, vel probat, præter octodecim millia cæsa ab Abisai in valle Salinarum, postea quum rebellassent denuo Idumæi, duodecim millia ex iis Joab interfecisse in eadem valle.

Jam verò quod sit argumentum Psalmi, elici ex dictis faciliùs potest. Videlicet David totius Rex populi, ac multis partis victoriis de Syris, Moabitis, Philisthæis, parare se bellum canit in Idumæos. Nam Deum qui olim permiserat hostibus populum, sed benignè postea liberaverat, tamque latè dominari fecerat, victoriam quoque adversus Idumæos concessurum. Typus autem hic est Ecclesiæ, & Christi, de quo prædicitur in hoc psalmo: Fore ut post multas tribulationes, omnes gentes, quasi dicat *Ammon*, idest, *populos*, per Evangelii prædicationem subjiciat sibi, tandemque Judæos ipsos sub Idumæorum vocabulo, ut quidam volunt, intellectos. Hi omnes immutandi sunt, & doctrinam veram complexuri, succendendi divino igne spiritus ac verbi, percutiendi in valle Salinarum per humiliationem cum sapore, idest, sapientem, nempe propter Deum, Christumque, ut mysticè titulum declarant Augustinus, Hilarius, & alii; quamvis Hilarius de Dæmonum quoque fracta potentia interpretatur; (quorum princeps dici potest *rex Ammon*, h.e. *populorum*, sive *Mundi* b, & *Soba*, idest exercitus, gloriæve mundanæ, aut desiderii, & *Aram*, quæ est Syria, nempe maledictionis eorum) & uterque per vallem Salinarum, saliumve, designari dicant Apostolos, & eorum similes quos *terræ sal* vocavit Christus.

Quod

Salium designati Apostoli, qui *terræ sal* dicti. b *Mat.* 5 13

a *ib.* 5.
b *lib.* 5. *c.* 12.

Mesopotamiæ etymologia.

Syria quondam terrarũ maxima.
c *Ibid.*

d *cap.* 8. 5.

e *Esa.* 2. 8.

f *in c.* 3. *Ind.*
g *lib.* 5. *c.* 12.
h *lib.* 12.
i *lib.* 5. *c.* 13. *&c.* 10. 6. *c.* 8. 3

k *lib.* 1. 18. 3.
m *c.* 14. 17.

n *c.* 3. 1. 14.

o 1 *Reg* 10. 14 Cajetani sententia minus probabilis.

Loci ex 3. Reg. improbata interpretatio.
p *c.* 1. 15. Error in textu Hilar. *Converti* pro reverti: *convertere*, pro facere reverti
Convertere captivitatem quid sit
q *Osea* 2. 9.
r *Es.* 52. 7. *Ps.* 225. 9. *Jerem* 30 3. *c.* 32. 44 *Thren.* 1. 16.

Negata hujus loci historia.

s *c.* 8. 13
t *c.* 18. 12

u *c.* 8. 9. 13.
x *Jud. l. Reg. lib.* 2. *c.* 8
y *cap.* 8
Error in quibusdam codicibus 2. Reg. Idumæa, quæ & Edom.

z 2. *antiq. c.* 1
a *in* 25. *Ez.* Sub Palæstina comprehensa.
b *lib.* 5. *c.* 13. Judæa, Samaria Galilæa sub Palæstina comprehensa. Idumææ distinctio á Judæa, & aliis.
c *c.* 3. 7.
d *lib.* 5. *c.* 14.
e 3. *antiq. c.* 3
f *Gen.* 25. 30.
g *Hier. in c.* 1 *Amos & in Abd.* Nominis etymon. Nominum conclusio.
h 2. *Reg.* 8. 14
i *Joseph.* 14. *antiq. c.* 17. *K. c.* 2. 11.
l *vers.* 7
m *Gen.* 27. 41 44. 45.
n *Deut.* 23 7
o *lib.* 16.
p *De urbibus*
q Sic *etiam R. David in Esa. c.* 34. *& in Abd. R. Sal. in Abdi & in cap.* 4. *Thren. & Thalm. leg. Galat. l.* 4. *c.* 28. *Burgen. in Abd. & Es* 34. *& Dan.* 7 De origine Idumæorũ Strabonis error. Roma *Edom* á Rabinis male nominata, & Pontifex Romam. *Edumæus Monachus.* Prophetæ vaticinia contra Idumæos, de Roman. intelligi Rabbinor. error. Julius Cæsar & ejus hæredes imperii. à Rabinis Idumæorum gentis dictis Idumæi interdum pro Judæis dicti.
r *lib.* 5. *in Esa. & in c.* 33. *Es & in c.* 5. *Joel & in cap.* 1. *Mal. & in Abdiam. in Abd. n.* 2. *& seq.*
s *in Amos c.* 9. *n.* 41.
t *c.* 63. 1.
u *c.* 9. 12.
x *Esa.* 1. 10.
y *Ezec.* 16. 3.
z *c.* 15. 17.
Cajetani improbata expositio. Argument. Psalmi. Typus Ecclesiæ & Christi. De dæmonũ fracta potentia interpretatio.
a *Joan.* 12 *Valle Salinarum*, vel

Quod Græci tradunt, prædici reditum Judæorum ex captivitate Babylonis, & reædificationē Jerusalē: juxta mysticum quoq; sensum transferri potest ad liberationē à servitute dæmonum, nec verum reor, quod ait Hilarius, Psalmum totum tristem esse, ac mœstum, nam lætæ permixtę sunt victoriæ priores, fiduciaque de nova adhuc acquirenda. Congruit Psalmus cuivis pugnatoro contra hostes visibiles invisibilesque: & quod ad priores attinet, Christiano Principi adversus infideles.

Psalmum hunc totum tristem ac mœstum male vocat Hilarius

Hujus psalmi applicatio.

Vers. 3.) Deus repulisti nos, & destruxisti nos; iratus es, & misertus es nobis.

Sensus loci.

AD priora respiciens tempora & populi peccata David, vetera memorat universè supplicia, quæ pro iisdem à populo illo repetit Deus, hostibus permittens eum tamquam iratus: quamvis tandem commotus misericordia liberaverit. Videtur autem termo esse, non de captivitate Ægyptiaca, nec de futura in Babylone, quod Græci tamen volunt; sed de variis bellis, quibus Hebræi vexati sunt in suismet sedibus promissæ terræ à diversis nationibus, præsertim à Philisthæis, tùm sub Judicibus, tùm dum Saul viveret, tùm etiam postea quum regnaret David. Constant hæc historia Regum: nam eò Philisthęi redegerunt Hebræos, ut nec ferro quidem certare possent *a*; Saule autem mortuo, qui toties infeliciter pugnaverat, idem Philisthæi occupaverunt civitates Israel, unde fugerat populus *b*: David ipse, cum domo Saulis concertavit de regno, eaque de causa illud exteri multis modis vastaverunt *c*.

a 1. Reg. 13. 19.
b *Ib. c.* 31. 7.
c 2. Reg. 3. 1

Allegoria & tropologia.

Allegoricè ac tropologicè censeri oratio potest Ecclesię, vel justi rectè immutati, ac lilii candorem induti, nitoremve rosæ, juxta etymon *Susan* in titulo. Divina emendati correptione, beneficium agnoscunt, & gratias agunt, ad deinceps auxilium perpetuum gratiæ implorantes, illi se totos humiliter subjiciunt. Berengosius integri duplicis sermonis de martyribus ex istius Psalmi verbis argumentum sumsit *d*: docens Christum gladio & igne huc allatis, filium seseparasse à Patre, nurum à socru, atque vitiorum stragem fecisse, ut qui in primis parentibus repulsi erant à DEO, retraherentur ad ipsum, sed pia repulsione & paterna destructione, quæ sic repellit, ut revocet, sic mortificat, & vivificet; sic humiliat, ut exaltet; sic destruit, ut reædificet. Totus legendus sermo duplex.

Argument. ex istis psalmi verbis à Berengosio sumtam. d *tom. 2 bibl. Patrum.*

DEUS repulisti nos.) Hieron. *projecisti*. Alii, *dereliquisti, oblitus es, destituisti*: important וגחתנו *zanachthanu*, & ἀπώσω ἡμᾶς, ejectionem cum indignatione ac tedio quodam, ut nollet amplius Deus sub tutela & protectione sua illos habere. Vertit aliquando Interpretes Hebræum verbum, *projicere* e: & in hiphil, *polluere* f; *abjicere* g, *deficere* h, & *iterum projicere* i. Græcè nunciis locis est καταλείπειν τινὰ ἐκάλλειν, nunc ἀῤῥίπτειν. Tropologiam quam ex Berengosio attigi, priores illo attulerunt Ruffinus ac Remigius, nempe de repulsione à gaudiis paradisi, contemplationeq; intimæ visionis, atque de destructione per corruptionem passibilitatis & mortalitatis, videlicet ob primi parentis peccatum, denique de repulsa iniquitate, *ne plebem repellat suam Deus* K, de destructo *corpore peccati* l, ut efficiamur *ædificatio Dei* m, & *nova creatura* n. Repelli superbos, curiosos, ambitiosos, otiosos, hypocritas à DEO, demonstrat Hugo.

e *Osea* 8. 3. 5 *Zach.* 10. 6. *Ps.* 76. 8.
f 2. *paral.*
g *ib. c.* 11. 14.
h *Esa.* 19. 6.
i 1. *Paral.* 28 9.
k *Ps.* 43. 14. *Rom.* 11. 2.
l *c.* 6. 6.
m 2. *Cor.* 3. 9
n 2. *Cor.* 5. 17 *Gal.* 6 15.

A Deo qui repellantur

Et destruxisti nos.) Hieronymus, absque conjunctione, *scidisti*: Alii, *discerpsisti, diripuisti, laceraſti, dissipasti, confregisti, dejecisti, diruisti, dispersisti*, quæ verbo פרץ *parats*, omnia significantur. Græcum κακθλες, innuit murorum disturbationem, pro quibus protectio DEI est, ac proinde illius ablentiam & subtractionem. Mysticè destructio salutaris est secundùm corpus & fortunæ bona, ut sic faciliùs destruantur peccata, & construantur merita. Væ illis qui ita destruuntur, ut non ædificentur *o*, sed charitate destituti, redigantur in nihilum *p*: expedit vexari, *in interitum carnis, ut sit spiritus salvus in die Domini* q. Hilarius accommodat locum totum ad synagogam repulsam, destructum templum, rejectam legem, dissolutum regnum Hebræorum, substituta eorum loco Ecclesia, cœlesti civitate, justificatione ex fide, jure regni cœlorum.

Mystica interpretatio. Quæ destructio salutaris.

o *Ps.* 27. 5.
p 1. *Cor.* 13. 2. 2.
q 1. *Cor.* 5. 5.

Loci accommodatio.

Iratus es, & misertus es nobis.) Hieron. *Iratus es*, & *convertisti nos*. Alii imperativè, *revertere ad nos*, nempe futurum תשובב *theſciovev*, sic exponentes, ut alias sit non rarò. Id hìc non probo, quia mox subdit ur ejusdem imperativi expressum Hebr. verbum רפה *rephah*, Ἄσαι. Præcedens autem תשובב *theſciovev*, contrario sensu intellexit Aquila ὀυμωθεὶς μετὲ σπερ ἀσθμὰς, *indignatus transvertisti nos*: & Symmachus, ἀρχ ἰδὴς καὶ περιήγαγες ἡμᾶς, *iratus es, & circumduxisti nos*. Idem verbum quadratum, שובב *sciovev*, valet tum *abducere, seducere, avertere, conterere*: tum *revocare, reducere, restituere, reparare, recreare*. Notionem istam secundam LXX. sectati sunt: quemadmodum & psalmo 22. r, *Animam meam convertit*, ישובב *jesciovev*, ἐπέστρεψεν; ut ibidem annotavimus. Pertinet verò ad misericordiam ut iratus justè, redire faciat eum cui est iratus: in gratiam suam, & veluti exanimatum recreet, ita ut lapsam quodammodo animam revocet, & intro in corpus remittat. Chaldaicè, *iratus es nobis: vehementi furore, convertere in gloria tua ad nos*.

r *vers.* 3. Misericordiæ est, cum cui justè sis iratus, in gratiam revocare.

Sed tandem posita (canit Crucis noster) *redeas, ò blandior ira.*

Ira est *in indignatione* DEI, *sed vita in voluntate ejus* s, *non obliviscetur misereri, neque continet in ira misericordias* t: *quum iratus fuerit, misericordiæ recordatur* u: *convertitur furor ejus, & consolatur nos* x: *visitat in virga iniquitates nostras, & in verberibus peccata* nostra: *misericordiam autem non dispergit*, à nobis y; redit ad ingenium & ad id quod maximè ipsi proprium est, misereri nempe semper & parcere; *iraſci alienum & peregrinum est opus ab eo* z. Ira misericors patris est, qui prè irascitur, ut Hilarius docet; occidit Deus, sed *sanat* a, sic repellit & destruit, ut misereatur, nisi irascatur *O ira* misericors, scribit Berengosius *b*, & salubris indignatio, per quam fructuosa fit omnis infructuosa conversatio: ò ira misericors, quę sic irascitur, ut subveniat; sic minatur, ut parcat; sic aufert, ut restituat; sic tradit, ut eripiat; sic destruit, ut muniat; sic abjicit, ut recipiat: ò quàm salubris indignatio, quæ sic avertit, ut respiciat; sic claudit, ut aperiat; sic exigit, ut dimittat; sic dejicit, ut erigat; sic perdit, ut requirat; sic amittit, ut custodiat. Addit Deum videri martyribus, de quibus ipse disputat iratum fuisse, quando carnis infirmitate peccaverunt, sed misertum quando seipsos lacrymis pœnitentiæ post flagitia mundaverunt: iratum, quando superstitiones errorum in iis destruxit, misertum quando eis lumen veræ fidei & veritatis illuxit: & post alia multa denuo exclamat, *O ira* misericors & incomparabilis misericordia, quæ ab omnibus vitiis humana semper emundat præcordia, per quam peccator invitatur ad veniam, justus ad vitam, martyr ad palmam, confessor ad gloriam. Mox subjicit Augustinianam allatam sententiam, sed amplificatam. Non enim misereretur nisi iraſcatur, ut postea misereatur, prævenit enim ira, ut sequatur misericordia; prævenit lacryma, ut sequatur indulgentia: prevenit humiliatio, ut sequatur exaltatio: prævenit confessio, ut sequatur remissio: prævenit vocatio, ut sequatur justificatio: prevenit justificatio, ut sequatur glorificatio. Adjicit etiam & in nobis laudabilem iram esse, qua sic iraſcimus, ut non peccemus *c*. Qua de re diximus jam pridem *d*; nec non de Dei ira furoreq; *e*. Sed placuit nihilominus ex auctore qui adeo non teritur, locum paullo quam soleo fusius hìc recitare, quod satis luculentam contineat ejus quem tractamus explanationem. Probabile est, quod Theophylactus *f* docet, declarans in verbis Elisabeth *g*; *Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui*, & ponit loco causalis, *quia*; hìc enim etiam eamdem habere, *iratus es, & misertus es nobis*, hoc est, quia misertus es nobis; quemadmodum apud Esaiam *h*; *Ecce tu iratus es, & peccavimus*; ideſt, quoniam peccavimus, non est Dei major ira, nec severius sine misericordia judicium, quàm quum *requieſcit indignatio* ejus nobis, & *aufertur zelus* ejus à nobis, *& quieſcit, nec iraſcitur amplius*, & *non facit juxta scelera nostra in omnibus abominationibus nostris* i, nimirum, quia non punit hoc tempore. E contrario, *multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim ultiones adhibere, magni beneficii est indicium, nec expectare & quum Judicii dies advenerit, in plenitudine peccatorum Dei puniat*; sed statim *peccatis in finem devolutis ita demum vindicare*; *numquam misericordiam amovere, & corripiendo in adversis non derelinquere* K. Lege præterea de utilitate calamitatum pœnarumque divinitus inflictarum epistolæ ad Hebræos *cap.* 12. *l*, & *cap.* 3. Apocalypsis & Proverbiorum item *m* 3. ubi *quos amat arguere, corripere, erudire, castigare, flagellare*, dicitur Deus, quosque filiorum habet loco legitimorum.

s *Ps.* 29. 6.
t *Ps.* 76. 10.
u *Abac.* 3. 2.
x *Esa.* 12. 1.
y *Ps.* 88 33. 34.

n *Esa* 28. 21. DEI maxime proprium misereri semper & parcere.

a *Eccl.* 3. 3. Ira Dei qualis sit.
Ioh. 5. 18.
b *Serm.* 1. *de mart. tom.* 2. *bibliot. Patrum.*

Deus quomodo martyribus iratus quomodo misertus

Deum non misereturnisi iraſcatur, & quare.

Ira laudabilis, quæ.

c *Ps* 4 5.
d *Ibidem.*
e *in Ps.* 6.
f *in c. Luc.*
g *Luc.* 1. 42. *Et*, pro *quia*.

h *64.* 5. Dei major ira & severius judicium quando sit.
i *Ezech.* 16. 42. 43.

k 2. *Mach.* 6 13. 14. 15. 16.
l *vers.* 19.
m *vers.* 8.

Faciam

Faciam consummationem, inquit Deus *a*, *in cunctis Gentibus*, *in quibus dispersi te*, scilicet, *effundens iram meam in eas*, *quæ me non noverunt* b, *tec*, *autem non faciam in consummationem*; *sed castiga abo te in judicio*, *ut non videaris tibi innoxius*. Etiam inter homines optabile est, ut *cerripiat nos justus in misericordia & increpet* d. Consule Bernardi sermonem ad eam Pauli *e*, verba: *Qui gloriatur*, *in Domino glorietur*. *Persecutio*, ait Cyprianus *f*, examinatio est, atque exploratio pectoris nostri, & quum præcessetit disciplina, sequetur & venia.

a *Ier.*10. 11.
b *Ps.* 78. 6.
c *Ier.*30. 11.

Interpretari à justo in misericordia, optabile est Persecutio quid valet.
d *Ps.* 40. 5.
e 2. *Cor.* 1. 31.
f *epist.* 8.

Vers. 4.) Commoviisti terram & conturbasti eam: sana contritiones ejus, quia commota est.

Sensus loci.

INgentem trepidationem ac tremorem propter hostes undique cingentes, oppugnant, vexantes, concutientes, opprimentes, cum terræ comparat motu graviore atque vehementiore, & cum ejusdem dehiscentis majore scissione. Orat autem, ut quemadmodum jam ex parte cœpit Deus, ipsiusmet opera, per nonnullas concessas victorias; tantis adhuc magis dignetur mederi malis, turbulentiam adeo magnam compescere, commotam, jam fractam, & inclinatam ad ruinam destructionemque, universam terram erigere, sarcire, integrare, solidare, constituere, sustentare, confirmare; illos qui se quasi à continente terra per defectionem, seditionem, rebellionem, separaverant, nimirum Idumæos, in pristinum compellat locum statumque: ut laxata veluti membra ad compagem redeuntia sanitatem

Sensus mysticus.

corpori integritatemque restituant.

Commotionem, *conturbationem*, *contritionem*, passim sumunt juxta tropologiam sensu mystico de pœnitentia; sanitatem de gratia quam pœnitenti Deus communicat: præterea minas, correptiones, flagella una ex parte; ex alia autem promissa, hortationes, consolationes. Exemplum statim in prima illa Ecclesia extitit, quando Petro concinante compuncti sunt Auditores, & quos initio terruerat, mox consolatus est *g*. Observari modus idem potest in sermonibus Christi, quorum summa erat, pœnitentiam indicere, & regnum cœlorum, sicut & Præcursor prior fecerat, & suos Christus facere discipulos jussit. Ejusdem rei typus fuit valida vis venti, quando missus est Spiritus Sanctus *h*: deinde terræ motus, quum orarent Apostoli concedi sibi sermonis fiduciam *i*. Quæ est etiam hujus loci allegoria de pace Ecclesiæ post persecutiones.

g *Act.* 2. 14. *& seq.*
h *Ibid.* v. 2.
i *c.* 4. 29. 30. 31.
Allegoria.

Commoviſti terram, *& conturbaſti eam*.) Hieronym. *commoviſti terram*, *& diripuiſti eam*, fortassis, *diripuisti*, videlicet permittendo ut irruerent Philisthæi, & occuparent civitates Israel *k*; *Commoviſti terram Iſrael*, aut Paraphrastes; *conturbaſti*, *& deſtruxiſti eam*. Hebræa הרעשת *hirhhastha* & בצמת *petsamtha*, significant *tremere feciſti*, seu *concuſſiſti*, & *ſcidiſti*, seu *debiſcere feciſti* aut *dirupiſti*. Commotio ac tremor terræ, ideſt, habitatorum ipsius, coruscationibus & fulguribus Dei nonnumquam tribuuntur *l*, & per metaphoram inde sumtam *nutu tremefacere* Jovem *Olympicum* Poetæ dicunt, terribilesque milites *fulmina* vocant *belli*. Quam dixi figuratam formam esse, ut bellorum motus, cum terræ conferantur motibus, confirmat illa alia, quum dicitur *terra quieſcere à præliis* m. Utrumque Psal. 75. continetur *n de cœlo auditum feciſti judicium*: *terra tremuit*, *& quievit*, hoc est, ut quidam exponunt, quasi cum fragore sonituque tonitrui resonuisti ac increpando veluti decretum edidisti adversus Assyrios misso Angelo, qui eorum castra terrore maximo perrumperet, ac longè latèque cuncta cæde vastaret: quo tempore visa terra concuti atque tremiscere, sed illico deletis hostibus, conquiescere *o*. Poetis etiam profanis non infrequens describendi sic bellicas concitationes ac sedationes modus, atque ad pugnæ signum tremorem immanem excitatum *p*. De allata præterea tropologia meminit Gregorius *q*, docens quantopere vox commotionis magnæ Prædicatorum commoveat terreatque peccatores, ita ut hi qui tandem terram esse se recordantur, abituroſque *in terram* r, ac prius requiescebant *in facibus ſuis* ſ, & in eis *deſixi erant* t, audito sermone de supplicis æternis, terrore judicii, subtili examinatione, contremiscant, impleantur gemitibus, nec se capientibus suspiriis anxientur, atque magno pavore concussi, in luctu & fletibus erumpant: sed demum post afflictionem de culpis, de cœlestis misericordiæ gaudio consolentur. Berengosius nuper à me laudatus in altero sermone de martyribus *u*, diserte tractat eamdem seu tropologiam, seu allegoriam. Scribit commoviſſe atque conturbaſse CHRISTUM suis terram prædicationibus: commotione parturitri gemitum, dolorem conturbatione: sanitatem non nisi post veluti commotionem ac turbationem aquæ in Piscina *x*, obtineri, fortassisque ante oculos mentis Davidem habuisse languidum illum Evangelicum, qui post motionem aquæ sanus fiebat *y*. Conducit maris agitatio conturbatioque ad conciliandam per vomitum valetudinem, quum eum nobis Deus calamitatibus aut terroribus vomitum procurat ignominiæ super gloriam nostram *z*; ideſt, super his quibus improbe gloriabamur: & *divitias devoratas evomimus* a. Indicium est vim suam pharmacum epotum operari, quando turbamur, intestina commoventur torminibus, agitantur. Cœnum pejor olei si moveatur non adeo displicet. *Moab requievit in facibus ſuis*, inquit Jeremias *b*: *neque translatus eſt de vaſe in vas*, *& in tranſmigrationem non abiit*; *idcirco permanſit guſtus ejus in eo*, *& odor illius non eſt immutatus*. Turbata quoque capiuntur pisces aqua: felix cui turbatur mundus hic ita ut non ametur; qui quum turbatus ametur, quomodo ei si tranquillus esset, inhæreretur *c*? Recole dicta Ptalt. 6. *d*, ad ea verba: *Sana me Domine*, *quoniam conturbata ſunt oſſa mea*, *& anima mea turbata eſt valde*. Aptari locus etiam potest discipulis de magistri sui morte plurimum perturbatis, & ob universitatis tunc totius concussum, simulque propter metum Judæorum intra cœnaculum inclusis *e*, nec moniti dati à CHRISTO sub mortem satis memoribus *f*, *Non turbetur cor veſtrum*, neque formidet, ita ut redivivus eosdem revisens ante omnia pacatum tranquillumque animum annuntiata pace *g*, habere jusserit. Conscientiam bonam vocat Bernardus *h*, sed turbatam, quæ nil molle, nil fluxum recipit, sed à mundi aspergine quanto potest pressiùs se detergit, non tamen in dulcedine, sed in amaritudine multa: quæ *turbatur*, sed non *loquitur* i: quæ commovetur confessione ac pœnitentia; conturbatur in conversatione amaritudinem sustinens. Anxiato spiritu, turbatoque corde memoria revocanda *antiquorum*, & *operum Dei* vocandum meditationi *k*. Augustinus, cujus est loco tropologia illa communis, de salubris commotione conturbationeque conscientiæ, ob divinas in peccatores minas, indignum sanari dicens, qui has audiens non timeat, non moveatur, non stimuletur, non pectus tundat, non lacrymas fundat; alibi *l* expendens illa verba, *m*, *conturbati ſunt omnes qui videbant eos*, *& timuit omnis homo*, negat homines esse aut ratione uti, qui non timent, sed pecora, bestiasque immanes & truces.

a Jer. 48. 11.
b Soph. 1. 12.
c Gen. 3. 19.
d Ezech.
e Jer. 48. 11.
f Soph. 1. 12.
g Act. 2. 14.
h Ibid. v. 2.
i c. 4. 29. 30. 31.
k 1. Reg. vii. 7.
l Ps. 76. 19. Ps. 96. 4. Nutu Jovem tremefacere Olympum, unde dictū. Fulmina belli de militibus.
m Jos. 11. 23. Jud. 3. 15. & alias sæpe ibi, ut & c. 5. 31. c. 8. 27 2. par. 14. 1.
n vers. 9.
o 4. Reg. 11. 10. Bellicarum concitationum & seditionum descriptio. apud poetas Tropologia
p Æn. 7. & alibi.
q Ezech.
r Gen. 3. 19.
s Jer. 48. 11.
t Soph. 1. 12.
u tom 2. Bibliorh. Patrum.
x Joan. 5. 2.
y ibid. 7. Maris agitatio & conturbatio per vomitum ad valetudinem conducit.
z Abac. 2. 16
a Iob. 20. 15.
b c. 48. 11.
c Aug. in Ps. 37.
d vers. 5. Loci ac commodatio.
e Joan 20. 19
f Idem 14. 1.
n Idem 20. 7
h lib. de conscient.
i Ps. 76. 5.
k in 142. 5.
l in Ps. 63.
m Ps. 63. 9.

Sana contritiones ejus quia commota eſt. (Alia Psalteria & Augustinus atque Cassiodorus; *quia*, seu, *quoniam mota eſt*. Spectantur שבריס *ſcevarim* & συντριμματα *& contritiones*, sive *fractura*, *ruptura*, *confractiones*, *fissura*, *ſciſſura*; vel in arce, castro, mœnibus; vel in corpore nostro; vel in multorum societate veluti coalescentium in unum corpus: quibus omnibus verbum *ſanandi* convenit, saltem figurata phrasi. Videtur autem de politico potius corpore sub matephora ab humano, sermo esse, & indicari spem integrationis ac salutis esse, quod non sint ut contritiones testacei vasis, *quæ non poſſunt ultra inſtaurari* n, sed tamquam corporis animalis. Deus est, *qui ſanat contritos corde*, *& alligat contritiones eorum* o, qui medetur *contritis corde* p, *& ſanat contritiones*, *diligendo ſpontaneè*, *& avertendo furorem ſuum* q, hoc est, extremo quodam animi angore ac intimo cruciatu, *plagiſque cordis* r, laborantibus, quibus nemo alius afferre medicinam potest, nec ullius patiendum malent, opem, solatium fomentum affert. Graviores ac irremediabiles calamitates eo dicendi modo declarantur, quibus à Deo solo remedium sit. Transfertur tamen etiam ad animi curam cujus etsi pars quædam si sanitas contritio ipsa quam vocant, hoc est, dolor de Dei offensa propter ipsummet Deum ex charitate amatum, si sit verè propriéque dicta contritio; tamen sanari eadem contritio dicitur; non solùm infusione gratiæ, quæ semper fit, quum adest illa, sed etiam quatenus is qui cum contritione permiscetur sæpius angor, & amaritudo, remittitur: & in suavitatem transit dulcedinemque liquidæ dilectionis, & suavis devotionis, ut citatus antea Bernardus, *Cor fatui quaſi vas confractum*, *& omnem ſapientiam non tenebit* ſ; & qui non ultro

n Jer. 39. 11. Esa. 3. 26.
o Ps. 146. 3.
p Isa. 61. 1.
q Osea. 14. 5.
r Ecel. 25. 18
Sanari contritio ut dicatur.
f Ecel. 21. 17.
t Gen. 3. 15.

sapien-

sapienterque conteritur, neque serpentis conterit caput, & quum tandem Deus confringet & conteret tamquam vas figuli, *& lagenam contritione pervalida, ita ut non inveniatur de fragmentis testa, in qua portetur igniculus de incendio aut hauriatur parum aquæ de fovea* a. Imploranda sanitas fatendo peccatum, & ideo expetenda *quia peccasti* b: *cor contritum non despicitur à Deo* c: *deducent oculi tui lacrymam per noctem & non tacebunt*, si attenderis ad contritionem magnam qua te contrivit peccatum, atque ad *plagam pessimam vehementer* d.

a *Esa.30.14.* b *psl. 40. 5.* c *psl. 50. 19.* d *Ier.14 27.*

moleſtiæ. Auguſt. autem legit, *ſtimulationis*, Chaldæus Paraphraſtes exponit, *calice maledictionis*: etſi Nebienſis דלוט בם *ches diluat*, vertat, *vinum luctus*. Videtur & Hilarius mihi per *lætificans vinum* (quod corruptè apud eum ſcribitur cum diphthongo) intellixiſſe lethiferum; nec enim alioqui ſatis conſiſtit ſententia ipſius. Eſt להרעל יין תרעלה *jaiin tharhhelah*, vinum illis fere modis quos attulimus. Interpres Latinus quandoque *crapulam*, exponit nomen רעל *rahhal*: & id quod eſt hoc loco, *ſoporis* K, Græcè, οἴνος κατανύξεως, propriè dicitur *vinum compunctionis*, aut *ſtimulationis*: ſicut & πνεῦμα κατανύξεως vocatur in epiſtola ad Romanos *l*, *ſpiritus compunctionis*; Syriacè, *ſtupiditatis* מרערגיתא *medahharanitha*. Quum autem citet ibi Paulus aliam ſcripturam, & male Origenes velit non de ſpiritu compunctionis eum intelligere, quaſi nullibi ſit locus talis, alii hunc in Eſaia *m*, eſſe admonent, prout LXX. tranſtulerunt, hoc ſolo diſcrimine, quod non ἔδωκεν, ut Apoſtolus, ideſt, *dedit*; ſed πεπότικεν, hoc eſt, *potavit*, dixerunt. Apud Eſaiam Ergo quod habetur in vulgata editione, *quoniam miſcuit vobis Dominus ſpiritum ſoporis*, extat Græcè, ὅτι πεπότικεν ὑμᾶς Κύριος πνεύματι κατανύξεως: in verſione Theodotionis ἐκ στάσεως, vel ἐκ στάσεως, *extaſis*, *alienationis*, & *exceſſus mentis*; ſecundum Aquilam, καταφορᾶς gravis ſomni (quaſi dicas deſcenſum lapſumve totius vigiliæ;) & eſt ibi Hebræum vocabulum תרדמה *thardemah*, ſicut & in Geneſi *n*, una cum nomine ἐκστάσεως, qui dicitur ſopor quem immiſit Deus in Adam, & in Abraham, pariterque ibidem Aquila καταφοραν interpretatur, Symmachus κάρον: quæ dictiones valent, ſomnum gravem, quemadmodum & κάρωσις, qua utitur Aquila hoc loco. In hiſtoria Regum *o*, qui *ſopor* Latinè, Hebraicè מרדמה *thardemah*, vocatur, Græcè δάμβος; *ſtupor*, à Symmacho κάρος, ab Aquila κατα φορὰ, à Theodotione ἔκστασις, à Lucifero *timor*.

i *Zach.12. 10.* K *Eſa.51.15* l *c. 11. 9.* m *c.29. 10.* n *c. 2. 21. c. 12. 12.* o *l.1.26.12.*

Ceterum in eo Pauli loco videtur ſermo eſſe de Judæorum execratione, inſenſibilitate, obſtinatione, quaſi clavis firmiter immobiliterque confixi eſſent, ut placet Chryſoſtomo, Theodoreto, Oecumenio, & Suidæ: aut de ſtimulo, & calcari, quo incitarentur ad malum, ut exponit Anſelmus; aut de eodem, ut Ambroſius, ut dolerent aboleri traditiones per Evangelium: aut deducendo cum Heſychio nomen, κατὰ νύξις, à νύξ *nox*, & νυσάζω *dormio*, proinde ac ſi eſſet κατα νύσασις, *quies*, & *ſomnus profundus*, ut juxta Origenis expoſitionem, obruti cenſerentur ſopore; atque ſi *compunctionis* vocabulo vulnus & dolorem innui velimus præ illius vehementia eſſent alienati à ſe dementeſq; ut Cyprianus *p*, etiam intellexit. Affinis eſt alius *q*, Eſaiæ locus de *ſpiritu vertiginis*, quem Deus dicitur miſcuiſſe, πλανήσεως, *erroris* עועים *hhiuhhim*, *incurvationum*, ut eo laborantes omnia putent circumrotari, circumagi, circumferri, tandemque corruant in terram; & de illis dicatur qui nihil rectum videre vel intelligere queant. Tertullianus *r*; quandoque *amentiam*, vel *quaſi amentiam* eſt interpretatus illum Adæ ſoporem, nimis tamen catachreſticè, ac etiam minus verè. Ex dictis de Pauli & aliorum locis, percipi facilius poteſt quid ſibi velit *vino compunctionis potari*: nempe quodam veluti malorum ſopiri lethargo, ut nec diſpiciatur puniens Deus, nec iniri conſilium poſſit quid agatur. Satis conſtat hebetari ac ſopiri ſenſus vino poſſe, vaporibus ejus cerebrum petentibus, perturbantibus, principium nervorum ſenſationiſque obtundentibus, lethen oblivionemque inducentibus, ut de ſicera & vino ſcribitur in Proverbiis *ſ*: quia verò pungentibus vellicantibuſque opus remediis eſt, ad lethargum tantum ac veternum excitandum, *compunctionis* vocari *vinum* videtur. Niſi ipſammet appellare lethiferam perculſionem vocabulo *compunctionis*.

Loci ex Paulo expoſitio.

Καμανιξις.

p *Ser. de orat Dom. & l. 1. ep. in 3.* q *c.19. 14.* r *l. de anima c. 21. & 43.* De Adæ ſopore interpretatio. Tertulliani *Vino compunctionis potari* quid ſit.

Alludit fortaſsis hoc loco Vates noſter ad morem propinandi damnatis vinum, de quo alias *r*, egimus, ut ſignificet adeo gravem afflictionem ac ſi mortis jam lata ſententia, propinatum poculum damnatorum eſſet, ut quidam alius Propheta *u* loquitur, ſeu, ut hoc loco Paraphraſtes, *maledictionis*: præbebatur autem præſertim crucifigendis, cujuſmodi homines *x* lex *maledictos* nominat. Illuſtrari adhuc hic locus poteſt verbis Nahum *y*, *agitatores conſopiti ſunt*. Hebraicè, *crapula*, aut *ebrietate capti commotique* עהרלו *horhhulu*, nempe qui prius erant fortiſsimi ac ferocientes, torpeſcent, jacebunt ſine ſenſu, examinabuntur ebriorum more. Dicitur quoque Deus

Miſericordia Dei in damnatis.

ine-

Miſericordia Dei in damnatis.

Verſ. 5.) Oſtendiſti populo tuo dura, potaſti nos vino compunctionis.

Senſus loci.

REpetit quod principio pſalmi dixerat, de calamitatibus quas populus paſsus fuerat, Deo permittente, ac tantum non ipſaſmet inferente. Ait autem feciſſe, ut experiretur gravia & moleſta; & ut deguſtaret amariſſimarum quaſi vinum tribulationum, quo veluti conſopitus, & ad mentis inopiam, præ mœſtitudine redactus, quid in rebus adeo dubiis moleſtiſque conſilii caperet, videre ac diſpicere nequibat. Senſus myſtico interpretantur, piis *tribulationes* oſtendi, *per quas oporteat intrare in regnum cœlorum* e, *vias duras quæ propter verba labiorum Dei cuſtodiri debeant* f; mixtum hic præberi poculum ex amaris dulcibuſque. Sed plura de hoc in enucleatione verborum.

Senſus myſticus.

e *Act.14.22.* f *pſ. 16. 4.* g *pſ. 4. 7.* h *pſ.84.8.* i *pſ.70. 20.* k *hic & Dan. 3. 44.* l *2.Tim.4. 24.* m *2.ep.8.24.* n *ep.ad Heb. c.6.10.* o *Ioan.10.32* p *c.6. 20. Demonſtrare quæ facias*, quid ſit. *Oſtendere rem*, pro facere. *Oſtendere omne bonum* pro communicare. q *1.Reg.14. 22.* r *Exod.33.19* ſ *verſ. 4.* Cuivis juſto Deus in hac vita oſtendit dura. t *Ier. 30.14. 15.* u *Exo.32.9. c.33.3.c.34. 9. Deut.9 6. 13.c. 31. 27. Baruch. 2. 30. Act.7.51* x *Exod.24. 12.c. 31. 18. c. 34. 1-4. Deut. 4. 13. c.5.22.c.9.9. 10.11. c. 10. 1. 3. 2.Cor. 3. 3.* y *Act.9. 16.* z *Mat. 4. 3.* a *Iob. 30. 21.* b *pſ. 16. 4.* c *Ioan.6. 27.* d *in c.3.Lamenta.* e *29.mor.c. 16. vel 28.* Hieronymi ad verbum tranſcriptio à Gregorio, Ad martyrum tormenta loci applicatio, & ad alia. f *Ser. 2. de mort.* g *Eſa, 38. 1. Gen. 22. 2.* h *Mat. 20. 22.*

Oſtendiſti populo tuo dura.) Hieron. *duritiam*. Alii, *videre feciſti*, vel *exhibuiſti gravia duraque ſpectacula*. *Oſtendere cuipiam bona* g, *miſericordiam* h; eſt facere ut quis hæc experiatur: & è contrario, *tribulationes multas & malas oſtendere*, aut *dura & mala* i, ut de iſtis experimentum ſumatur. Quo pacto Paulus *k*, *Alexandrum ærarium*, ſcribit, *multa mala ſibi oſtendiſſe*, & hortatur Corinthios *l*, ut *oſtenſionem quæ eſt charitatis eorum, & gloriæ ſuæ pro ipſis, in alias oſtendant in facie Eccleſiarum*: laudat etiam Hebræos *m*, quod *dilectionem oſtendiſſent in nomine Dei*; poſtremo Chriſtus dixit Judæis *n*, *multa bona opera oſtendiſſe ſe illis ex Patre ſuo*. Sed & quum Chriſtus ait *o*, *Patrem omnia demonſtrare Filio*, *quæ ipſe facit*, ſenſus eſt, dare poteſtatem. Sic *oſtendere rem* p, eſt facere: *oſtendere omne bonum* q, communicare: & ita quidem ut quaſi manibus teneas, ignorare vel negare non valeas. *Via dura* quid ſint, vidimus Pſal. *16. 1*, quidque *peccata dura* ſ. His dura debentur ſupplicia, & *duræ cervicis* hominibus *t*, quibus etiam dura data in *lapideis tabulis* u, lex. Sed tamen cuivis Deus in hac vita *oſtendi dura*, quæ ſuus paſſus eſt filius, quæ ſancti, quæ patiuntur damnati quæ pro præteritis pati peccatis, ut ſatisfacit, debet; vel ut imitetur Chriſtum & ſanctos, vel ſe præſervet à peccatis: vel ut augeat merita; vel ut aliorum procuret ſalutem. Doctrina tam difficilis obſcuraque non ab alio quàm à Deo ipſo ſeu Chriſto poteſt oſtendi, qui ſe quoque reſpondit, Ananiæ, *quanta pro nomine ipſius oporteret Saulum pati, oſtenſurum* x. *Duros lapides* tentator oſtendit Chriſto petens verti in *panes molles* y: non acquievit Chriſto, ſed *in duritia manus ſuæ adverſatus eſt* z, demonſtrans, *propter verba labiorum Dei* nobis *cuſtodiendas vias duras* a; duros item ſermones divinitus revelatorum myſteriorum, cujuſmodi erat ille de Euchariſtia *b*, flagella ſæculi, quæ ſecuturum gravius judicii diem, utait Hieronymus *c*, præcurrunt.

Hieronymum in iſtius tractatione loci tranſcripſit ad verbum Greg. *d*; niſi dicas in Hieron. poſtea commentarios hæc immiſsa eſſe; ſapiunt enim prorſus Gregorianam ſalivam. Ad Martyrum tormenta Bereng. *e*, applicat hunc locum, quibus præcedentium quoque Patrum ſive Apoſtolorum exempla prætenſa ſunt: præterea ad charitatis præcepta, quæ difficilia ſunt, & vix ab ullo in hac vita perfectè obſervantur: item ad quædam alia valde ardua, ut de ſeſe comparando & diſponendo ad moriendum, quale quondam datum Ezechiæ *f*, & Abrahæ, de filio immolando *g*, & filiis Zebedæi de calice bibendo *h*.

Potaſti nos vino compunctionis.) Hieron. *vino conſopiente*: vel, ut ei Trevetus tribuit, *mœroris*. Alii, *propinaſti nobis vinum ſoporiferum, lethale, venenatum, toxicatum*, aut *vinum tremoris, perturbationis, conturbationis, conſternationis, confuſionis, contritionis, toxici, veneni mortiferi, fletus, diſtractionis operculi*, ſcilicet ut operiat cor & claudat, *pavoris, angoris, mœſtitiæ, anxietatis, ſtuporis, ſoporationis*. Hoc ultimum eſt Aquilæ, qui reddit κατὰ στιγμὴν, ſicut & Symmachus, σάλον, *agitationis* quæ ſit ei ſimilis quam navigantes patiuntur: Appollinar. ἀνίης

a Jer.25.15. Ezech.23.31. Apoc.14.10. & 16.19. b Abac.2.16. Cur etiam justo *vino compunctionis potari vult Deus.* Ubera sicut *botros vineæ* cur in sua sponsa requirat Deus lac apponi: vinum ei qui tribulationibus torquetur, Bernardi observatio. *c Cant.2.20. d c.7.8. e Luc.3.8. f l. de conscien. g Cant.7.8. h Esa.55.1. Vino compunctionis* qui *potari* dicantur. *i Ser.2.de mart. k Ps.22.5. l Cant.8.2. m Cant.5.1. n ibid. v.1.* David, Magdalena, Petrus, *vino compunctionis* potari. Tropologia

Vini & compunctionis vocabulis præsentis vitæ denotata conditio. *o 2. de conf. prosa 2. p Iliad ult. q 2. de reipub.* Mistici sensus de vino. *r Esa.19.14. s c. 8.7. t Prov.20.1. Eph.5.18. u ps.103.15. x Matth.26.29. y Zach.9.17. z Apoc.16.19. a Ioel.1.5. b Prov.23.31. c Apoc.2.5. d 3. Esdr.3.18. e Prov.26.9. f Deut.32.33. g vers.6. h 1.2.adag.81. i in Amos 2. k 2 sing.c.8. & 9. l lib.3.c.15. m com.1.1. n in Pro. ult. o ibidem.*

Sensus loci.

Inebriare calice iræ *suæ* a, & *dextera*, eoque *conspire*: idem valet *calix in manu Domini vini meri plenus mixto*, ex quo bibant peccatores *b*, sed & justos; velut Deus bibere hujusmodi vinum; ut quamvis ubera ipsius lacte redundent, & *meliora* sint *vino* c, quatenus ad benignitatem propensior est, in sua tamen sponsa requirat ubera sicut *botros vineæ d*, ut nimirum se ipsam tractet austerius *dignis pœnitentiæ fructibus* e. Observat Bernardus *f*, religiosis lac apponi, quibus omnia suavia, quæ geruntur in ordine, vel præbentur, vigiliæ, cibi labores, panni, parumque illud est quod magnum est in exercitiis sanctæ conversationis, vinum, ei qui tribulationibus animæ corporisque, torquetur, quamvis non cedat, nec recedat: primum, feliciorem esse; secundum fortiorem: utrumque Deo placere, qui *bibere* dicitur *vinum suum cum lacte suo* g, & invitat ad *emendum sine argento vinum & lac* h; huic autem illud præponere, quia tribulationis perseverans perpessio majorem habet mercedem.

Berengosius i, *vino compunctionis* potari scribit eum cui *dura ostendit Deus*; tribulationum & persecutionum, tunc que ad se revertens, internæ compunctionis gratia perfunduntur; quod etiam vocat poculum charitatis, & *calicem inebriantem præclarum k*; & *ex vino condito cum musto malorum granatorum* l, ob permixtionem bonorum permixtionem bonorum operum, & fervorem quo vitiorum, sicut musti per calorem suum, sordes expurgentur; & tolerantiam tribulationum plurimarum, quas tot designant pomi granati grana, quas reddit suaviores color, Christi cruorem pro nobis fusum representans, quem sponsa etiam *candidum* vocat innocentia, passione *rubicundum* m, quique invitat ubi bibant amici, & *inebrientur charissimi* n. Docet præterea, Davidem, Magdalenam, Petrum, de hoc bibisse compunctionis vino, & ultimo quidem quum præter lacrymas, trinæ reddidit negationi trinam amoris professionem.

Sectantur quoque Græci tropologiam in hoc *vino compunctionis*. Basilius in homilia verbum interpretatur, quo cor obduratum ad facultatem sentiendi ducitur. Euthymius ac Nicephorus docent esse calamitates quæ compunctionem afferunt, atque pœnitentiam eorum delictorum ob quæ Deum contra se quis provocat. Addit Nicephorus, τὸ εὐαγγελικὸ κήρυγμα ἐνφαίνον ὁμοῦ, καὶ πρὸς μετάνοιαν ἄγον, *Evangelicam prædicationem quæ simul exhilaret, & ad pœnitentiam inducat*. Hugo Cardinalis præsentis conditionem vitæ per *vini & compunctionis* vocabula denotari dicit, ut ex dulcibus & amaris constet; Dei præterea consuetudinem, quæ sic attemperat res nostras dum vivimus, tamquam duo illa dolia bonorum malorumque quæ jacebant in Jovis limine, ut Boetius *o* hac ipsa de re scribens memorat, & ab Homero *p*, proditum est, posteaque etiam à Platone *q*.

Multa vinum secundùm mysticos sensus significat variosque operari dicitur effectus. Errare facit *in morem ebrii* r, vel *nescire* s, vel *luxuriari* t, è contrario *lætificat* u, hic, & æterna postea jucunditate replet *x*, & *germinat Virgines* y. Cavendus aureus Babylonis calix z, quia *flebunt ac ululabunt* hoc ebrii vino, quando *peribit ab ore eorum* a nunc delectans dum *flavescit, et splendet color ejus in vitro, blandèque ingrediens, sed in novissimo mordens* b, *decipiens* c, *seducens mentem* d, reddens insensibilem, etiamsi *nascatur in manu spinæ* e, denique *fel draconum* est hoc *vinum* f. Similis phrasis Ps. 79. *g Cibabis nos pane lacrymarum, & potum dabis nobis in lacrymis*. Eadem phrasi vocant aliqui Poetæ amoris & desiderii poculum, ac similibus aliis modis: Mutuari possumus ad hunc illustrandum locum quę in sua Delrius Adagialia sacra contulit super eodem loco *h*: de cratere malorum, de proculo φιλοτήσιος initio convivii ad odium omne deponendum ineundamque amicitiam, & societatem in bona adversaque fortuna: ἀγαθῆ δαὶ μονος, in fine ad felicia precandum invicem, de calice vitæ ac mortis. Distinctè præterea recitat undecim loci præsentis expositiones: quas facilè deprehendes in his quas ipse attuli. Valet item ad vocis Hebr. majorem notitiam, quod ait, Germanis *rega*, dici venenum, quo mures tolluntur: Hispanis *recialgal*, voce Arabica. Ultimam vocem nondum reperi. Legendi etiam de procula damnatorum ex nostris Ribera *i*, & Rhoa K; item Galat. *l*, Baron. *m*, Cajet. *n*, Arbor. *o*.

A Dversus præcedentes calamitates, contraque timorem futurarum, ait Deum, sicut olim fecerat per A vaticinia, seu prædictiones, & prodigia, ne viderentur casu, vel temporum quadam vi injuria ve contingere, ita dedisse tandem populo ipsum colenti et metuenti, significationem, qua monerentur, ut fugerent hostilem arcum; signum etiam veluti erexisse, ac vexillum, ad quod confugere tuto possent ab hostibus, & qui Deo cari sunt, liberari. Id Genebrardus cum aliis precantis accipit modum, ut qui dedit signum prioribus, & erexit vexillum, nunc id etiam faciat, & animum videlicet in bello det militibus, elato, altè signo. Jansonius de signo tantum quod modo sit datum, interpretatur, seq; ipsum Davidem innuere illud esse signum, quatenus in Regem inunctus sit ejusque opera voluerit Deus regnum integrari. Vatablus & alii exponentes in præterito, volunt significari fiduciam magnam ex affulgente quasi signo testimonioque divinæ bonitatis, & favoris, perinde ac si expenso jam vexillo in illis triumphet Deus. Gagnejus explicat, conspecto salutari vexillo signoque, quum id hostes viderint, arrepturos fugam, simul etiam ac perspexerint correptum Dei manu terribillem contra ipsos arcum. B Agellius existimat, ad malorum commemorationem hæc pertinere, nempe ad pugnam in quà Saul à sagittariis insequentibus vulneratus est, & ejusdem exercitus fusus fugatusque, ut signi miraculique potuerit loco videri, quod evaserit populus Dei, cultores ejus. Confirmat à simili, quum scribitur *p*, *Factum grande miraculum, ut Chore pereunte filii ejus non perirent*: ubi LXX. vertunt, quod, ἐγενήθησαν ἐν σημείῳ, *facti sunt in signo*: & Hebr. לנס *lones, signum*, eo ipso nomine quod habetur hoc loco. Affert præterea Jeremiam *q*; *Levate signum in Sion, confortamini, nolite stare*; scilicet non ut resistatur, sed ut fugiatur ad loca tutiora. Cajet. legens, *dedisti metuentibus te signum, ad insignitos esse à faciebus veritatis*, declarat significare Davidem sibi quas indicavit prius calamitates evenisse, illam præcipuè, qua rebellavit Idumæa, quia Syria (sub qua & ista comprehenditur) subacta, *fecerat sibi nomen* r, erigendo fornicem; quæ dici potest *facies vanitatis*, non autem *veritatis*. Secundùm quàm soli Deo, & non Davidi victoriæ memoria debebatur, quo etiam nomine Saul, ideò est, quia erexerat fornicem sibi, reprehensus videtur *s*. C

Cajetani expositio, ut aliena ab editione nostra, rejici debet. Quamvis etiam concederemus fornicem, arcumve triumphalem erectum à Davide, non idcirco reprehendendus necessario esset, aut propterea negare id oporteret, nomenque illud aliter interpretari cum R. Salomone, quem Lyra sequitur *t*: quia sepeliviset David cæsos Idumæos. Abulen. *u* cum Hieron. & Magistro historiæ Scholasticæ, sentiens de fornice illo, probat in re non peccasse, sed laudabiliter etiam fecisse quamvis fortassis Saul peccaverit *x*, quod est tamen incertum: quia res per se indifferens est, rectèque fieri potest, ut idem Abulensis demonstrat *y*. Ex aliis dicendi modis hi placent magis qui *datum signum* in meliorem sumunt partem, atque quod Hilar. ait, ut gratulentem vocem, ita ut significet David præsenti ac evidenti favore affuisse afflictis Deum, ut evadere possent, nec ita commodè puto recipi posse Agellium: ut neque satis proprie *signum* de ipsomet Rege Davide, quod docebat Jansenius. Paullo probabilior esset Agellii opinio, si *signum* sumeremus *ad fugiendum à facie arcus*, eo modo quo Trevetus, ut scilicet ex tanta strage illa, quam sagittarii fecerunt, discerent Hebræi sibi cavere in posterum, & sagittandi etiam ipsi artem majorem sibi compararent, quemadmodum Davidi postquam planxit mortem Saulis, & Jonatæ, præcepisse legitur ut *doceretur filii Juda arcum*. * Sed nec dum hac in re acquiesco. D

Plurimi extendunt sententiam tropologicè, ut afflictiones divinitus intelligamus immitti ad salutem, ac tamquam signum, ut fugiamus ab imminenti nobis hoste invisibili, à tentationibus occasionibusque peccatorum, à damnationis in extremo judicio sententia, ab æterna ipsa damnatione: existimemus benevolentię, atque divini signum favoris quum à Deo castigamur, ut scilicet in æternum parcat, & corripit ne in æternum damnemur z; quod censeri potest inter signa prædestinationis. Sic præter Enarratores Greg. *a*, Hieron. *b* Thomas *c*. *Signum* quoque de crucis Christi vexillo, ut *socii passionis* efficiamur, si volumus resurrectionis *d*; vel de scripturis divinis, quæ præmonent: interpretantur: arcum ideo de judicio, quia quasi extentum terret ac minitatur, ut postea magis feriat. Crucis signum baptismiq; signa-

Vers. 6.) Dedit metuentibus te significationem, ut fugiant à facie arcus, ut liberentur dilecti tui.

Tropologia

Divini signum favoris quum à Deo castigamur. *z 1. Cor.11.32. a 19. mor. c.1. & 36. vel 28. b in c.3. libr. 1.1.q. 87. ar.3. ad 2. c 2. Cor.1.7. d*

signaculum hìc exprimunt Basil. Theodor. Niceph. allato typo sanguinis, quo illinebantur postes Hebræor. *a*, & signi *Tau* quo frontes *b*. Hilar. addit signum fidei in cordibus, testimonii in operibus, victoriæ in martyriis. Arnobius exponit quo tempore potabantur Hebræi, *vino compunctionis* in Ægypto, Deum dedisse significationem sanguinis agni. *Stat* non Christus tantum *in signum populorum c*, ac veluti vexillifer, cujus item typus, *serpens æneus* d *positus pro signo*, נס *nes*, *vexillo*, sed mater ejus etiam, ut sub illius omnes præsidium vexillumque confugiant: ac de inimicis triumphent. Crux character & signum est atque vexillum Christianorum, qui *nomen agni*, *& nomen patris ejus in frontibus scriptum gerunt* e, ut & reprobi *bestiæ* f. Salutare ac futuræ signum, seu symbolum vitæ apud Ægyptios etiam erat *τ* littera, eamque Serapidis pectori insculpebant *g*: quemadmodum ex oppositio funestum erat (θ) *theta* Græcis Latinisque *h*.

Dedisti metuentibus te significationem.) Hieron. *signum*: Alii, *vexillum*, aut, *tentationem*. Est נס *nes*, à radice נסס *nasas*, *signum*, *vexillum*, *velum* quoque *navis*, pro *tentatione* esset à נסה *nasah*, sed quamvis ita quoque Felix reddiderit, exemplum nullum reperio, verum מסה *massah*, dumtaxat. Sensus esset, dari afflictiones ad tentandum & probandum: velleque Deum, nos intelligere, quomodo, ut ait Gregor. & Hieron. percussurus in Judicio, quando non parcens judicabit, qui sic districte modo percutit quando parcit. Qui captat avem, ferâve, signa removet, quibus persentiscere periculum possit, silerque ne strepitum sentiens illa fugiat. Deus quia nos evadere vult, dato monet signo. Hoc vexillum dilectionis, ipsius censeri potest, quod juxta Hebræum textum dicitur in Cantico *i*, ubi legimus, *ordinavit in me charitatem* דגלו אהבה *diglo ahavah*, nec ineptè, *signatum lumen vultus Dei super nos* K, huc revocetur, quod Hebraicè est, *elevare tamquam signum vexillumve favoris*, nimirum divini. Offertur quidem multis ista divinæ benevolentiæ significatio; sed solis metuentibus datur, ita ut etiam oblatam recipiant; quia soli hunc timorem divini judicii ex tribulationibus præsentis vitæ meditantur, ac æstimant: ceteri *vino compunctionis* potari, de quo diximus, & obstupefacti, sine sensu & cura sunt. Est quoddam commonitionis judicium Dei, inquit Ambr. *l*, videre quod metuis, ut possis intelligere plus superasse quod metuas. Dum enim cauti sumus ad ea quæ cernimus, cautiores ad illa efficimur quæ speramus (idest, expectando timemus) vir autem sapiens his actibus terrenis instruitur, quemadmodum futuri sæculi debeat declinare judicium, &c. Christus ipse disertè ac fusè premonendo dandoque signa in sole, luna, stellis, &c. munivit adversus persecutiones destructionem Jerusalem, adventum quoque Antichristi *m*, ac expressè dixit *n*: *Ecce prædixi vobis*. Denique in Apocalypsi adeo multa de hujusmodi rebus revelavit. Antequam reis jam parentibus primis Deus pronuntiaret sententiam, voce sonove ac fragore quasique tonitruo quodam edito *deambulabat in Paradiso o*: posuit *signum in* p, *Cain*, qui creditur tremor in corpore fuisse, sive motitatio, quassatio, querceri querquerive corporis cum vultus pavore & consternatione, non autem fronti impressa littera, vultus truculentus, prædux in via canis, aut quid aliud: ante diluvium centum jussit annis fabrefactio-D ne arcæ, mundum præmoneri *q*: non priùs incendit Sodomam quàm Lot misso, ipsius per eum generos admoneret *r*: multis prius plagis moneri Pharaonem Ægypti. olque per Mosen fecit, quàm illos in mari rubro submergeret *s*: Peccanti David bis, per Prophetham bis Deus renuntiari pœnas imperavit, *t*. Intentari Ninivitis minas voluit, ut caverent *u*, ut observant Theod. *x*, Hier. *y*, Chrys. *z*, Basil. *a*, & in genere docenti minari Deum tristia, ne invehat; neminem punire desiderantem comminari; velle ut nos terreant verba, ne conturbent, & incendant facta: non clam ingerere supplicia, sed prius minari, ut invitet ad pœnitentiam. Pertinent eodem Parabolæ Christi de Villico *b*, de non vestito vestem nuptialem *c*, de decem virginibus *d* de servo debitore, *e* de alio percussore conservorum *f*, de divite & Lazaro mendico *g*, nisi malis historiam esse; de zizaniis *h*, de sagena *i*. Denique *si clanget* inquit Amos *k*, *tuba in civitate*, *& populus non expavescet? si erit malum in civitate quod Dominus non fecerit? quia non facit Dominus Deus verbum, nisi revelaverit secretum suum ad servos suos prophetas*. Sic

a *Exod.* 12. 22.
b *Exec.* 9. 4. *Apoc.* 7. 2.
c *Esa.* 11. 10. Mater Christi.
in signum populorum stans.
d *n.* 21. 8. Crux character, signum & vexillum Christianorum.
e *Apoc.* 14. 1. f c 13. 16. 17. *Symbola* (τ) *littera*, & (θ)
g *Rhodig. l.* 10. c. 6. 10. c. 8.
h *Matt l.* 7. *ep in* 31. *Vers. Sat.* 4. Sensus verborum. Deus in judicio quomodo sit percursurus Vexillum dilectionis Domini.
i c. 2. 4.
k *psl.* 4. 7. D vinæ benevolentiæ significatio multis offertur, sed solis metuentibus datur, Dei commonitionis in dicium.
l *Ser.* 88. *de Bellico tumultu.* Sapiens ex actibus terrenis instruitur ad futuri sæculi declinanda judicia.
m *Mat.* 24. 24. *Luc.* 21. 11. & 22.
n *Mar.* 13. 23. Signum in Cain positum quale creditur fuisse.
o *Gen.* 3. 8.
p *Gen.* 4. 15.
q *Gen.* 6. 14.
r *Gen.* 19. 14.
f *Exod.* 3. *usque ad* 14.
t 2. *Reg.* 12. c. 24.
u *Ioan.* 3. 4.
x *ibidem.*
y *ibid.* Deus cur prius minatur.
z *in c.* 18. *Matt. & ho.* 55. *ad p. & ho. de pœn. & ho. de prov.*
a *in c.* 15. Esa. Christi parabolarum applicatio.
b *Luc.* 36. 1. 3. 8.
c *Matt.* 22. 11
d 25. 1.
e 18. 26.
f 24. 49.
g *Luc.* 16. 20.
h *Mat.* 5. 25 *& seq.*
i *Ibid.* 47. K c. 3. c. 7. Argumentum benevolentiæ divinæ, fuga suis imperata in persecutione.
l *Matt.* 10. 23. 13.
m *psl.* 7. 13. *ebr.* 3. 13.

Patronomasia elegans

Veritas recte *arcus* dici potest.

n *Gen.* 6. 6. Judicii dies quando longius differtur, tanto cum venerit, de illo districtior sententia procedit.
o *in c.* 3. *thr.* p 19. *mor c.* 16. *aut* 28. Tarditas supplicii gravitate compensatur.

Notionis *arcus* varii moraies sensus.
* 15. *Mor.* c. 14.

Amphibolia.

q Mat. 24. 12. Liberatio mysticè quę fit.
r *Rom.* 8. 21.
f *Joa.* 8. 36.
t 2. *Cor.* 3. 18.
u *Joan.* 8. 32.
x *Rom.* 1. 18.
y *Osea* 11. 1.
z *Joan.* 15. 15.
a c. 16. 17.
b 1. *ep.* 4. 19.

Sensus loci

Vers. 7.) Salvum fac dextera tua, & exaudi me.

JAm monui de varia versus istius compositione, vel ex his per se solis verbis, vel simul ex prioribus extremis quatuor. Hinc novum inchoat Romanum Psalterum, licèt producat longius componendo unum eum integro sequenti. Est porro sensus perspicuus, quippe supplex oratio hìc fit pro salute, liberatione, de qua proximè dictum, est, tum propria, tùm dilecti populi Dei per auxilium

Dextera & salutis mystica expositio.

xilium omnipotentiæ divinæ. *Dextera* porro mysticè sumta, sicut & *salus*, innuit, vel Christum, vel assignandum electis in judicio locum. Concedi potest quod observat Agellius, alludi ad præcipuos Saulis affines principesque, de eadem cujus erat ipse, tribu Beniamin; qui Beniamin *dextera* significat *filium* a, & non solum parentibus b, verum etiam Deo charissimus erat, *Dominique amantissimus* vocatus est c: sed non ideo, quasi dexteræ veluti huic debilitatæ dextera ferre debeat opem. Id ille consequenter affirmat ad opinionem quam præcedente versu nobis minus probari diximus, haberi hoc loco sermonem de infelici ultima pugna, in qua occubuit Saul.

a *Gen.* 35. 11
b *Ibidem.*
c *Deut.* 33. 12.

Salvum fac dextera tua.) Hieron. *salva dexteram tuam:* sed apud Trevetum, *salva me dextera tua*. Apud Victorium, *salva dextera tua*. Hebræa casum utrumque patiuntur הושיעה ימינך *hoscihhah jeminecha*. Aliquando etiam eadem phrasis repetitur, sed addito pronomine, ut dicatur, quod *salva* sibi *dextera Dei* d, vel *brachium* e, ideſt, sua & potentia opitulatur, & illam veluti conservat integram, ad fortius opitulandum. In Psalt. Gallicano, & apud Hilar. *salva dextera tua*. In Psalterio Romano, & apud Aug. Arnob. Cass. *Salvum me fac dextera tua* Paaph. exponit, *redime dexteram tuam, propter misericordiam Jacob*. Quid si allusum dicamus à Davide ad etymon proprii nominis, unum inter alia, ut *manu fortem* significet, postulando ut *fortitudinem* quam se *ad Deum custodire*, priore dixerat Psal. *f*, dignetur Deus custodire, confirmare, corroborare, augere. Aliis in psalm. actum de *dextera Dei*, & idem *dextera* tribuitur *salus* g.

d *Ps.* 97. 1.
e *ibid. Esa.* 56. 16. c. 93. 5.
f *Ps.* 58. 10.
g 137. 7.

Vers. (8.) Deus locutus est in sancto suo, lætabor, & partibor Sichimam: & convallem tabernaculorum metibor.

Sensus loci.

MAgnam prioris fiduciam orationis declarat, ut exoret quod oravit: oraculum enim accepisse, ita ut liberè pronuntiare possit quæ hìc habentur, post divinitus datum à Samuele responsum de ungendo ipsum in regem *h*: & Nathano, quod per illum *ponere Deus locum populo suo, & plantaret eum, nec turbaretur amplius, nec adderent filii iniquitatis ut affligerent eum sicut prius, & requiem daret Davidi ab omnibus inimicis suis, & domum ei faceret, firmaretque ac stabiliret thronum & regnum ipsius in æternum* i, præterea quoniam vigebat apud populum opinio quam Abner expressit, locutum esse Dominum ad David: *In k, manu servi mei David salvabo populum meum Israel de manu Philisthiim, & omnium inimicorum ejus*. Ait ergo audenter, tantis fretus promissis, quæ *locutus* erat *Deus in sanctuario suo*, ideſt, per sanctum suum, vel spiritum, vel verbum, vel prophetam: aut etiam *in sancto suo*, hoc est, in sanctuario, sive propitiatorio, ubi edebantur oracula divinaque responsa; nec non per sanctitatem suam quam mentiri impossibile est, aut per nomen sanctum suum, aut per semetipsum sanctum, aut per cælum & thronum suum: aut in ipsomet Davide, quem sibi sanctificaverat & constituerat regem, & oleo sancto suo unxerat eum. Equidem Rex creatus super Judam lætus alacerque, pro arbitrio, tamquam Dominus absolutus, Sichimam, quæ patris Jacob hæreditas filio Joseph relicta *l*, erat, de hostium vindicatam manibus, & in meam potestatem redactam dividam, daboq; tamquam hostilia spolia cui voluero. præterea vallem Socoth seu tabernaculorum, quo Jacob etiam in reditu venit, ibique ædificavit domum, & fixit tentoria, à quibus nomen indidit loco, ut appellaretur *Socoth* m, quantumvis hujus habitatores terræ, duce Abner pro Isbosteth filio Saulis, mox tuo isto repugnaturi sint. Genebrardus loquentem populum facit, non Davidem. Ego cum aliis hunc malo.

h 1. *Reg.* 16. 12.
i 2. *Reg.* 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16.
k 2. *Reg.* 3. 18.
l *Gen.* 33. 18. 19. 20. c. 48. 22.
m *Gen.* 33. 17.

Mysticus sensus.

Mysticè de dilatando Christi regno hæc & sequentia declarantur, prout jam prædictum ferat vaticinationibus divinis, & ipsemet Christo sancto imperatum, in quo futurus erat Deus, *mundum reconcilians* n *sibi*. Et quia Jacob emit sibi Sichem *o*, eamdemque *tulit* postea *de manu Amorrhæi in gladio & arcu suo* p; & ibidem stuprum Dinæ gravissima cæde vindicarunt filii Jacob *q*, & Jacob idolis defossis diisq; alienis & in auribus subter terebinthum ædificavit Deo altare in Bethel *r*: item, quoniam Sichima existimatur eadem cum Sichar, ubi conversa est Samaritana *s*: ad hæc quia oves Jacob sub tabernaculis Socoth erant, & tabernaculorum usus familiaris fuit Hebræis, proprius autem barbaris Nomadibus, & Scenitis: idcirco designari putunt conversionem Gentilium præsertim, & ex patre quoque Judæorum per A Evangelii prædicationem tùm *i*mmediatè à Christo ipso factam, tùm maximè per discipulos ipsius; denique *partiendi* ac *metiendi* verbo arbitrantur innui distinctionem inter eos qui credent Evangelio, qui non credent, inter electos ac reprobos.

n 1. *Cor.* 5. 19.
o *Gen.* 33. 19.
p c. 48. 22.
q *Gen.* 34. toto.
r c. 35. 1. & *seq.*
Sichima eadem cum Sichar.
s *Joan.* 4. 9.
Tabernaculorum usus familiaris Hebræis: proprius Nomadibus & Scenitis.

Vers. (8.) Deus locutus est in sancto suo.

Hieron. *in sanctuario suo*: quamvis Trevetus recitet eo modo quo extat in editione nostra Paraph. *in domo sanctuarii sui*. Alii, *in sanctitate*, seu, *per sanctitatem suam*, ideſt, sanctè, firmè, asseveranter, ut dubitari nullo modo possit, nec valet quis existimare usurpatum à Davide Regnum, bellaque ab eo tyrannicè geri. Hujusmodi formula habetur in Psalmo 88. *t*, *Semel juravi in sancto meo*; ubi Chald. *in nomine sancto meo*. Modos autem, quibus exponi possit, satis attingi in paraphrasi, præter quos exponit Arnobius, locutum Deum in Jacob, in Mose, in Christo, sed in hoc magis propriè propter ejus regnum æternum in Juda sumto secundùm spiritum. B Usitatum Hebræis juramentum per *templum, altare, cælum, thronum Dei*, colligitur ex Matthæo *u*: item per *terram, Jerosolymam, caput proprium* x. Hoc tamen loco de simplici enuntiato, non de juramento sermo est: commodèque Christus intelligitur sanctus, *sanctusque sanctorum* y, in quo locutum Deum scribit z, & ipsemet Christus affirmat *a*.

t *vers.* 36. Formula loquendi. Hebræi usitata jurãmenta.
u c. 23. 16. & *seq. c.* 5. 34.
x c. 5. 35. 36.
y *Dan.* 8. 24
z *Heb.* 1. 1.
a *Joa.* 7. 17. c. 8. 28. 38. c. 12 49. 50. c. 14. 10.

Lætabor, & *partibor Sichimam*.) In Psal. 107. *b*, ubi repetuntur plures istius versiculi, *exultabo, & dividam Sichimam*. Hieron. ibi, *gaudebo dividam Sichem*, hìc autem, *lætabor & dividam Sichimam*. Paraph. ibi, *lætabor, & dividam prædam cum habitatoribus Sichem*: hìc, *lætabor, quia prævalebit domus Israel, dividam prædam cum filiis Joseph*. Græcè in 107. ὑψωθήσομαι, *exaltabor*, Augustin. *exaltabo*: & hoc loco, *dividam*. Sicut etiam Hilar. Arnob. Cassiod. Psalt. Romanum. Satius duco verba hæc accipi ut Prophetæ quam Dei, de quo nihilominus *lætitia* dicitur, eo modo quo similes affectiones aliæ, quamvis nihil extraneum aliunde acquirat, quod ei gaudium conciliet, ut Athanasius *c*, ac Thomas *d*, notant.

b *vers.* 8. Lætitia de Deo ut dicatur.
c *Ora.* 13. *cont. Arian. deont. Gent. c.* 93.
d *in c.* 5. & 48.

De Sichima vel Sichem שכם *Scechem*, convenit inter plures eamdem esse cum Samariæ Civitate, quam Joannes *e*, ut dixi, vocat *Sichar, juxta prædium quod dedit Jacob Joseph filio suo*. Legendi, Genesis *f*, Josue *g*, Joannis *h*, enarratores & nos ipsi aliquid egimus commentario Actuum Apostolorum *i*. A Sichem stupratore Dinæ, nomen civitas habuit. Ibi Jeroboam constituit regiam *k*, ibi sepultus Joseph *l*, peregrinatus Abraham *m*: ibi, ut dixi, stuprata Dina: & cædes civium facta: ibi filii Jacob pascebant oves *n*: illam Abimelech evertit incenditque. Borcar. *o* tempore suo *Neapolim* appellatam scribit: August. aliique in Eutymo vocis Hebræç *Sichem*, pro *humeris*, observant præter indicatum antea mysterium circa divisionem, quod aliorum humeros gravent peccata, alii tollant sarcinam Christi, quę tamen, ut aves pennæ, sublevet. Hoc est *portare librum in humero, & illum circumdare quasi coronam sibi* p, hoc est, ut explicat Greg. *q*, mandata portare in opere, ut post nobis coronam victoriæ exhibeant in retributione.

e *Joan.* 4. 5.
f *in c.* 5. & 48.
a *in cap.* 24. Sichem unde dicta.
h *in c.* 4.
i *in c.* 7. 16.
k 3. *Reg.* 12. 25.
l *Ios.* 24. 32.
m *Gen.* 12. 6.
n c. 37. 12. Neapolis appellata. In Etymo vocir Hebræa observatio.
o *De accusione terræ sanctæ* Sarcina Christi nos, ut aves pennæ, sublevat.
p *Iob.* 31. 36.
q 22. *moral.* 13.

Hilar. lætitiam tribuens Christo, & sermonem qui hìc est, & *gigantem* vocans eum qui *exultavit ad currendam viam* r, exultasse quoque ait in Sichima partiendo, sive Samaria, quoniam hæc quum omnibus antea legis temporibus in impietate mansisset, Evangelium Domini ex parte suscepit; quando credidit Samaritana *s*, & postea Spiritum quoque sanctum Samaria recepit post *verbum Dei* t. Denique sicut separantur nunc ab infidelibus fideles; ponitur que gladio verbi divisio *u*; ita futurum ut fiat etiam *separatio malorum de medio justorum* in judicio x, & malum servum *dividat Deus, partemque ipsius ponat cum hypocratis* y.

Ad Christũ loci applicatio.
r *Ps.* 18. 6.
s *Joan.* 4. 39.
t *Act.* 8. 14.
u
x *Matt.* 10. 34.
y c. 3. 49. 24. *alib.*

Ambrosii z similis est tropologia, ita ut nomen Jordanis, qui terram dividit, conveniat Christo, quoniam verbo suo revelet *cordium cogitationes* a, & *pertingat usque ad divisionem animæ & spiritus* b: atque possessionem veluti in utraque ripa Jordanis det in terra ista, & in cælo. Divisionem hanc præterea dicit fieri veluti gladio Salom, *c*; & Sichimam istam comparatam *in gladio, & sagitta*, sive *arcu* d, esse Ecclesiam, quæ juxta notationem aliam, ut significet *ascendentem*, sit ea, *quæ ascendit dealbata* e, vel Mariam, *cujus animam gladius Dei transit*, & dividit *f*, Basilius *g*, vult, Sichimam, præcipuum

z *in ps.* 43. Tropologia a *Luc.* 2. 35.
b *Heb.* 4. 12.
c 3. *Reg.* 3. 25
d *Gen.* 48. 22.
e *Cant.* 3. 6. *ex LXX.*
f *Luc.* 2. 35.
g *Hom. in hunc psalmum.* Cujus rei typus, Sichima prædium Joseph filio datum à Jacob.

puum illud prædium, quod Jacob dedit filio Joseph, typum gerere veteris Testamenti quod soli Israeli dabatur, postea deductum est quodammodo divisionem, & commune factum reliquis, sicque dimensæ convalles tabernaculorum, hoc est, Orbis universus quasi sortibus quibusdam per loca singula divisus habitationibus paxque confirmata in cœlo & terra, ac *medius paries maceriæ* diffractus *a*, ut in unum omnes convenirent. Sumendo præterea. Sichimam velut victoria partam, applicant ejus partitionem aliqui *b*, ad fructum persecutionis, ut faciat per eam Deus varios ad martyrii gloriam pervenire. Philippus Greveus *c* nonnihil ex Hugone Cardinale mutuatus, lætitiam beatitudinis docet præ oculis nostris esse debere: deinde partiri Sichimam laborando pro illa, humerumque labori supponendo, ut *Issachar asino forti* similis faciebat *d*, qui *mercedem* significat, discernendo quos & propter quem finem labores suscipiamus, & ut quantitati peccatorum satisfaciamus; & obitis nostra causa tormentis à Christo respondeamus: tandem metiendo convalles tabernaculorum, quid videlicet valeant humeri, quid ferre recusent, & in quo vitæ genere quasi in tabernaculo versari; & quo pacto studendum humi jacenti quam vallis designat.

a Eph. 2. 14.

b Jansenius. Loci applicatio.

c Serm. 122. in hunc psal.

d Gen. 49. 14.

Et convallem tabernaculorum metibor.) Hieron. *& vallem Socoth dimetiar*: Alii, *dimetiar*, ut Hilar. Augustin. & ita est in Psalm. 107. *e* De *convalle tabernaculorum*, sive *Socoth*, dictum satis prius & litteraliter, & mysticè. Putatur illa ipsa quæ in Genesi *f* cognominatur illustris ab amœnitate, atq; pulchritudine, & vicina fuisse tabernaculis. Nec momentum illum posuerim cum Hugone in composito Latino nomine *convallis*, quasi duplicem innuat humilitatem, interiorem & exteriorem, quæ propria est Sanctorum habitantium in tabernatulis hujus militiæ, & quam nos imitari oportet: nam σκηνὰς, & סכות *bhemek*, sunt simplices voces.

e vers. 8. Convallis tabernaculorum Socchor, qualis fuerit.

f cap. 11. 6. Hugonis fristola observatio.

Illud ad litteralem sensum redigi debet in memoriam, verbo *metiendi*, ut & priore, *partiendi*, sive *dividendi*, veterem illam consuetudinem denotari, ut per mensuras terræ agrique dividerentur. Dixi hac de re Psal. 15. *g*, ubi mentio fit de parte hæreditatis, & calicis atque de funibus; quemadmodum & in 77. *h* de forte divisa à Deo terra *in funiculo distributionis*, & in Cantico *i* Habac. quod *stetit & mensus est terram*. Denique Genique Geometricam disciplinam ab Ægyptiis excogitatum ferunt, ut confusos inundatione Nili agros carta ratione metarentur. Ultra plenam potestatem quam *metiendi*, ac *partiendi* verba indicant, ut Hilarius quoque monet, Cajetanus observat, significari occupata à Philisthæis prius hæc loca, & contra Hebræos munita, recuperanda, esse, & antiquis possessoribus à Davide restituenda.

Vetus consuetudo agro. dividendi per mensuras.

g vers. 5. 6.

h vers. 54.

i c. 3. 6.

Vers. 9.) Meus est Galaad, & meus est Manasses: & Ephraim fortitudo capitis mei. Juda rex meus.

Sensus loci. ASserit se quod sperabat jam obtinuisse, quod promiserat Deus jam compleviſſe; nimirum jam suam esse terram Galaad, & Manasse, trans Jordanem, numerosiorem quoque ac potentiorem tribum Ephraim sub suam potestatem jam venisse, in qua præcipuum principatus sui robur constituat, & per quam à capitis periculo fere in belli potissimum defendat. Postremò tribum Juda esse, in qua primùm & principaliter regnum sibi usurpet; utpotè quum & ad eam ipse pertineat. Saul ad Beniamin, & ei Jacob regiam dignitatem promiserit *k*. Itaq; insultet in adversarios quodammodo, qui frustra ipsi resisterent: & per *Manassen*, ac *Ephraim*, qui spectabant ad tribum Joseph, comprehendi voluit decem illas quæ post regni divisionem, mortuo Salomone, Israelis vocabulo continebantur; per *Judam*. Tribum Beniamin Tribui Juda conjunctam; de *Galaad* meminit quæ in sorte Manassis erat ex parte *l*, quia ibi regnum post patris Saulis mortem Isbosethi ope occupare conatus est *m*.

k Gen. 49. 27.

l Jos. 13. 31.

m Reg. 2. 8. 9.

Var in interpretatione.

Videtur Basilius in Commentario ac Theodoretus, Euthymius, Nicephorus, vaticinium hoc quasi à DEO ipso prolatum referre ad recuperationem regni Judaici post captivitatem Babylonis, post quam etiam Zorobabel de Tribu Juda regnavit: at prior melior sensus. Idem Basilius, in Homilia putat indicari seriem Patriarcharum ex Deo provenientem, & ex iis Christum, secundùm carnem. Nicephorus indicat prædici restitutionem Tribuum, hoc est vocationem ad lumen veritatis in fine mundi.

Sed mystico sensu videtur potius innui Christi regnum super Gentes; quas, ut *Manasses* importat nomen, obliviſci facit confusionis errorum ab laborum priorum; & ad inenarrabilem gaudii vocat fructum, quem *Ephraim* significat *n*, cujus laus capiti Christo tribuatur. Minor etiam in benedictione Prælatus Ephraim *o*, majori Manasse, Gentiles designat præpositos Judæis in Ecclesia, tàdem regnum *Juda* declarat ex ea Tribu descendere debuisse Christum, & ad eum spectare qui confitentur ac laudant ipsum. *Galaad*, *acervum* significans *testimonii*, multitudinem testium sive Martyrum denotat Christi. Hoc ferè modo cum Hilario & Augustino Latini ceteri. Nec malè posset quis meditari hujusmodi Christum verba gloriosè usurpasse post Resurrectionem, vel etiam post Ascensionem, quando data ei est omnis potestas, & confessus ad dexteram Patris.

Mysticus sensus.

n Gen. 42 52

o Job 10. 17.

Distinguit Jansonius quasi varios ordines militantium in tabernaculis, quæ nominata sunt versu priore; Martyrum, per Galaad, qui significat *acervum*, sive *tumulum testimonii*: eorum qui juxta etymon *Manasses*, ne ob persecutionis acerbitatem periculo se perfidiæ ac desertionis exponant, deserunt, velutique oblivioni tradunt omnes facultates & patriam. Per *Ephraim* Gentiles accipiendo, ait, in istis fidem amplexis, Christianam fortitudinem, vel martyrii principatum obtinuisse. Sed Judam, hoc est, Christum de tribu Juda regem, utrisque singulari exemplo præviſſe. Hugo præterea, in *Galaad* non modò martyres, sed & multitudinem Sanctorum, quasi testium, agnoscit; quos instaurat Deus, contra nos *p*, ut pudeat non imitari: In *Manasse* oblivioso, vitam contemplatiavam, dum posteriorum obliti ad anteriora se extendunt *q*, necnon popoli sui, & domus suæ *r*: *in Ephraim* fructifero vitam practicam, eorum qui fructificant in vinea Domini, & alios juvant, vel virgines, Eunuchosque spirituales, quibus det Deus *nomen melius à filiis & filiabus* *s*: omnium verò Judam, hoc est Christum, regem esse Dionysius quoque interpretatur Judam esse quemlibet confessorem, qui confitendo, & regendo alios, quod Ephraim facit potius bonorum operum exemplo: *fortitudinem capitis*, quod est Christus, Ephraimitas frigiferos, qui stabilit ipse illos, conservatque alios in fide, & gratia. Paullo aliter Bruno Carthusianus asserit, per *Galaad*, *Manassen*, *Ephraim*, designari martyres, qui obliti cujusvis alterius rei, pro solo Deo patiantur, & ita fructum ferant, per *Judam* confessores, ac utrosque quidem ex Judæi: per sequenti verba etiam ex Gentilibus duplicis illius ordinis Sanctos.

Distinctio variorum ordinum, militantiũ in tabernaculis.

p Phil. 3. 13

q Ps. 44. 11.

r Es. 56. 5.

s Ps. 79. 13.

Similem tropologiam assignare possemus ad ea psalmi *y*, alterius verba: *appare coram Ephraim, Beniamin, & Manasse*; ut scilicet Deus communicet scientiam suam his quibus dictę vocum *Ephraim* & *Manasse* notiones conveniunt, & illis quibus *Beniamin*, i. e. qui dextera dumtaxat lectantur & justa.

Tropologia

Galaad.) Loci, non hominis *t*, proprium nomen hic est, ut omnes sentiunt, uno, quod sciam, Euthymio excepto, qui docet fieri ascensum à minoris ad majorem, atque à posteriori ad priore; quippe quum Galaad progenitorem suum haberet Manassen. Favet nihilominus Paraphrastes, exponens de domo Galaad: Cur de hoc loco nominatim facta mentio sit dixi. Etymon est *acervus testimonii*, qui ibi Laban & Jacob comendentes inierunt fœdus *u*.

t Num. 26. 29 Josue 17. 1.

Manasses. De hac Tribu, & Ephraim, facit mentionem propter causam quoque quam prius attulli, nam quum essent hi filii Joseph, & hic primogenituræ jura loco Ruben à Jacob accepisse: Ephreim verò minore in benedictione prælatus Manassi majori fuisset; significat David, tribus illas quæ de regno poterant contendere, sibi cessisse; atque simul alias, ut antè dicebam, quæ distinguebantur à tribu Juda & Beniamin. Quocirca nomen *Manasses* comprehendit totam, non propriè unum hominem avum Galaad per filium Machir ejus patrem, significat, ut citatus Euthymius volebat.

Nominis Galaad etymon.

u Gen. 31. 41

Ephraim fortitudo capitis mei.) in Psalt. Romano, apud Hilar. Augustin. Arnob. Cassiod. *Effrem*. Sed melius scriberentur *Ephrem* à Græcè scripto ἐφραὶμ, etsi scribitur ab aliis ἐφραὶμ, Psal. 77. *u*. Editio Latina habet *Ephrem*, ubi tamen est eadem Hebr. vox אפרים *Ephraim*, Græca,

x vers. 9.

Greca, ἐφραὶμ, in versione Hieronymi, *Ephraim*, & ab aliis quos antè dixi dicitur *Effrem*. Nomen etiam Tribus est, non hominis unius nec loci, quem vocat Joannes *a*, *Ephrem*. Chald. *fortes domus Ephraim*, *fortitudo capitis mei*, Symmach. παραλαβοις τῆς ἀρχῆς μου, *fortitudo principatus mei*, Hebræa vox ראש *rosch*, *caput* valet: sed præterea *ducem principem*, quemque vulgo vocant *capitaneum* à capite. Sumitur item κεφαλὴ, qui utuntur hìc LXX. pro *summa rei*; & interdum pro *toto homine*, vel pro *vita*. Quare sensus esset Ephraim esse præcipuum robur, quo niteretur ac sustentaretur Davidis imperium. vita ipsius, totus ipse, nomini Hebræi pro *duce* aut *principe* supponi alibi exempla *b*; Possessio tribus istius longitudinis facilè milliarium novem, erat valde montosa & ferax: & homines illius numero ac viribus pollentes, ita ut sæpe pro decem Tribubus usurpetur in scriptura, sicut & Joseph & Israel: tum verò etiam (ut omittam Josue hujus tribus hominem, sicut ad Juda Caleb spectabat, qui duo soli terram ingressi promissam ex egressis de Ægypto) quia Jeroboam ex hac Tribu regnum primus obtinui in Samar. *c*, ut Hier. *d*, notavit. Citato Psal. 77. laudari videntur Ephraimitæ à laude bellica: & crebræ istorum pugnæ describuntur in divinis litteris. Zachar. autem *e*, cognominat *fortes Ephraim*. In Ps. 107. *f*, legimus: *Ephraim susceptio capitis mei*, ἀντίληψις: licet sit idem nomen Hebræum, מעוז *mahhoz*, quod hìc habetur, vertiturque ibi à Hieron. *virtus*, ab aliis ut aliis ut hìc, *fortitudo*. *Ponere aliquem sibi caput* g, est costituere principem: *constitui in caput*, *& non in caudam* h, principatum tenere: *fieri hostes in capite* i, superiores evadere.

Sensus verborum Possessio tribus Ephraim, quæ.

a c. 12. 54.

b num. 27. 1. Paral. 5. 7. 22. c. 16. 7. 2. lib 31. 10. Judic. 11. 8.

Ephraim, pro decem tribubus sæpe, ut Joseph & Israel.

c 3. Reg. 12.

d in c. 31. Jo.

e c. 10. 7.

f vers. 9.

g Ose. 1. 11.

h Deut. 28. 13

i Thren. 1. 5. Ponerem aliquem sibi caput: constitui in caput & non in caudam: fieri hostes in ea, ite quid etsi. Mysticus sensus.

Mystico sensu loquitur vel pater de filio, vocans *caput suum*, ideſt, Ecclesiæ suæ, vel Filius Christus de se ipso, nominans seipsum *caput*, quemadmodum nominatur à Paulo, *super omnem Ecclesiam* K, & *principatum* l, & *virum*, * & quidam in sola ludentes toni similitudine, *Cephas* quasi κεφαλὴ Petrum dictum tradunt. Sicut infirmi capitis quędam fortitudo & recreatio est bonum reclinatorium, inquit Beda, sic bene operantes sunt fortitudo Christi, quia alii videntes eorum opera bona, glorificant Deum: illi vero, in quibus vulpes foveas habent, & volucres cęli nidos, non sunt fortitudo ejus, sed debilitas, quia non habet in his ubi recumbat. Addit etiam, *Ephraim*, fructum illum multum significare qui ex Christi grano mortificato; tanta fortitudo ex infirmitate tanta.

K Eph. 1. 22. c. 4. 15 c. 5. 23 Coloss. 1. 18. Cephas, quasi κεφαλὴ, dictus.

i Coloss. 2. 10.

* 1 Cor. 11. 3 Fortitudo Christi qui dicantur.

Juda res meus.) Aquila, ἀκειβας ὁ μου. Theodotio, ἀκειβαζοενος, *perscriptor* seu *præscribens*: Symmach. προτασσων ὁ ἐμὸς, *prærordinans meus*. Hieron. *legifer meus*, מחקקי *mechokek*, quæ vox habetur etiam apud Esaiam *m*. Latinè redditur *legifer*. Græcè ἄρχων, *princeps*: præterea in celebri illo vaticinio Jacob *n*. *Non auferetur sceptrum de Juda*, *& dux de femore ejus*, &c. ubi *dux* vocatur qui *Rex* hoc loco. Pertinet enim ad ducem, principem, dominum, Regem, latis legibus regere populum; sed hìc & ibi Paraphrastes vertit profecto fraudulentè *scribam*, כפרא *saphra*, aut in plurali; *scribas doctrina*, ad eludendam vim vaticinii. Legendi Pererius *o*, Suarez *p*, Barradius *q*, Lodovicus Ballester *r*, Delrius *s*, nostri. Intelligi porrò non de sola Tribu debet, sed de tota Judæorum gente, ut ex quo cęperit Reges habere de Tribu Juda, numquam decidat in Regum alienarum potestatem, nec desinat proprios de sua gente habere, vel reges, quos denotat sceptrum, vel duces, aut simul Pontifices, quos *ducis* nomen, sive dictum Hebr. מחקק *mechokek*, & Græcum ἡγέμενος, quousque adveniat promissus Messias: venit verò Christo Herode primo externo regnante; temporeque Babylonicæ captivitatis Manasses in compedibus legitimus Rex remansit *t*: ad solium regni, Joachim regem Juda captivum Evilmerodah sublimavit *u*: post captivitatem, *Judæorum* vocabulo dictus populus totus. ut Josephus *x*, scribit, colligiturque ex Malachia *y*, & Machabæorum primo libro *z*, quum sola rediisset tota Tribus Juda cum paucis Beniamitis ac Levitis, & quicumque quovismodo aut nomine regerent ex Judæis, sedem haberent in Jerusalem, quæ pertinebat ad Tribum Juda. Alioquin pars regni altera post separationem à decem Tribus, cui adjecta erat tribus Beniamin, solet denominationem tribuere regno Juda, quæ vocatur item *Domus David*, aut *Jerusalem*, aut *Beniamin*; quemadmodum illud aliud appellatur, *regnum Israel*, *domus Jacob*, *regnum Joseph*, *Samaria*, *Bethel*, *Bethaven*. Narratur quoque in libro Judicum *a*, quòd post mortem Josue respondit Dominus ut ascenderet Judas tamquam dux belli contra Chananæum, quasi sic jam vaticinium Jacob inciperet impleri; b, *Manus tua in cervicibus inimicorum tuorum*: & votum Mosis*: *Audi Domine vocem Juda. & ad populum suum introduc eum; manus ejus pugnabunt pro eo, & adjutor illius contra adversarios ejus erit*. Jacob compulsus tandem soli ex filii credidit Judæ filium Beniamin *c*, quia petiit importunius, & pignora obtulit majora, & quia cum regio sceptro quod in eo futurum prævidebat, regium verbum, hoc est, omnium verum & certum esse Sciebat ac fore sperabatur, Franciscus Georgius *d*, annotavit.

Paraphraste versio notata.

o disp. 1. p 3. sp. 2. om 1. disp. 1 sect. 1. q tom. 1. bar. lib. 3. c. 2. r in onomatogra. verbo Messia. s in Gen.

t 4. Reg. 21. 12. Per 33. 1. Judæorum vocabulo dictus totus populus post captivitatem Babylonicam. u 4. Reg. ult. 27.

x 11. antiq. c. 5.

y c. 3. 4.

z c. 1. 5.

a c. 1. 1. 2.

b Gen. 49. 8. * Deut. 33. 7

Filium Beniamin cur Judæ potius credidit Jacob quàm aliis filiis.

c Gen. 43. 9. d tom. 1. prol. script. sect. 4. in 274.

Mysticus sensus.

e in cap. 9. Zach.

f Ser. 156.

De mystico sensu pro Christo & aliis jam priùs dixi; hìcque præterea Christum designari docent Hieron. *e*, & Chrysol. *f*, allata simul benedictione Jacob de Juda.

Vers. 10.) Moab olla spei meæ.
In Idumæam extendam calceamentum meum, mihi alienigenæ subditi sunt.

Sensus loci.

DItionis regnique amplitudinem non intra solas Tribus Israel continendam dicit, sed ad exteras quoque nationes proferendam: ut sicut jam subegerit alien genas Philisthæos, sic nominatim Moabitas subjugaturum speret, iisque tam facilè ac serviliter usurum, quàm sua quis olla utitur, ut inde quum velit aquam ad lavandum, aut quid aliud efferat ad alium usum: sed & in Idumæorum possessionem ingressurum calcato pedibus propriis eorum solo. Syria comprehenditur sub Idumæa, de quibus mentio erat in titulo, & de iisdem triumphatum à Davide ibidem ostendimus, ex Regum historia *g*. Aliter alii litteralem tradunt sensum, ut postea videbimus.

Syria sub Idumæa comprehensa.

g lib. 2. 1.

Mystica interpretatio

Moab olla spei Christi, vel Dei, vel Ecclesiæ dicitur mysticè propter gentiles & peccatores, qui quatenus tales, quum Moab maledicto comparantur, & de illorum conversione spes est, ut eorum quasi cruditas erroris malitię decoquatur; ac reficiant quodammodo Deum, Christum, Ecclesiam: & propter persecutores, quia tandem gignit ipsem tribulatio *h*. *Idumæi* atque *Palæstini*, similiter designant illos eosdem, qui pedibus Evangelizantium, & quidem præsertim Incarnationis mysterium, quod calceamento simile censetur, convertendi ac sub Christi jugum revocandi erant. Auctores deinde citabimus in singularum partium enuclatione præter enarratores qui ferè in eo quod dixi conveniunt.

h Rom. 5. 5.

Moab olla spei meæ.) In Psalmo 107. *i*, *lebes spei meæ*. Ibi Hieron. *lebes pelvis meæ*: hìc, *olla lavacri mei*. In alio & in isto Aquila, λέβης τῆ λουτρῶ μου, *lebes lotionis* aut *lavacri mei*. Symmachus, λέβης ἀμεμψιμοιρίας, vel ἀμεριμνίας, *lebes tranquillitatis*, sive *securitatis meæ*. Syræ item ed itioni tribuitur à Theodor. sive Basilio, & in Scholio Græco κάδος, aut λεκάνη τῆς πλύσεως μου, *situla* vel *catinus lotionis meæ*. Non autem, ut Agellius tamen Basilium referre dicit καταπατήσεως, *conculcationis*. Testatur Ambrosius K, in nonnullis Codicibus lectum, *acula spei meæ*. Chald. sic est, *consilio Moabitarum intincti sunt pedes mei in Edom. Fortes ejus sicut olla lotionis meæ*. At in Psalmo 107. *Confregi Moabitas tamquam ollas lotionis meæ*. Quamquam Nebiensis in Psalmo hoc nostro ita Paraphrasten exponit, *dum conculcarentur Moabitæ, fœdati sunt pedes mei in sanguine procerum ejus sicut olla lotionis*. Quid sibi velit *consilium Moabitarum*, nescio, nisi fortè cętum & congregationem ipsorum significet. *Olla* seu *lebes* ut synonyma ponuntur in primo Reg. *l*, quum *caldaria*, & *cacabo*, & vocatur טר *sir*, Græcè verò utroque Psalmo λέβης, sed in illa historia neutrum est; verùm λεβὴρ, χύτρα, & χαλκεῖον, & קלחת ביור דור *chiior dud Kalachat*, inferviunt & ad coquendum, ut in eadem illa historia, & ad lavandum. Qui posteriorem usum intellexerunt, interpretati sunt exprimi per nomen cum affixo רחצי *rachtsi*, à verbo רחץ *rachats*, *lavare*, & *abluere à sordibus corporis*. Nomen absolutum est רחץ *rachats*, & aliud similis formę רחצה *rachtsah* pro *lavacro* m. Undè balenum מרחצת *marchetseh*.

i vers. 10.

K de instit. virg. c. 12.

l c. 2. 13.

m Cant. 4. 2. c. 6. 5.

Sensus verborum.

Hoc pacto sensus esset de Moab stragem tantam futuram, ut liceret sese in ejus sanguine lavare, quasi ex illius gentis corporibus tamq; ex vasis effunderetur copia maxima cruoris. Talis illa formula, Ps. 67. רגל תטבל *ut intingatur pes tuus in sanguine*. De Moab. duce Moab nlio Loth ex propria

n vers. 24.

propria filia majore *a*, quibus quum jam olim bella mul-
ta geſſerant Hebræi, & ab iſtis illi perterriti fuerant *b*, &
viciſſim iſti ab illis vexati, *c*, retulit David inſignes vi-
ctorias; (percutiens, ac metiens eo funiculo, & coæ-
quans terræ, & metiens duos funiculos unum ad occiden-
dum, & unum ad vivificandum, factuſq; eſt Moab David
ſerviens ſub tributo *d*.) Illud porrò de menſura funiculi
declarant, quod regionem liberet tradiderit poſſedendam: de duobus funiculis, ut obvios quoſq; de Moabitis
abſq; delectu incluſerit David quaſi intra unum funiculum deſtinatos morti, alios intra alium ſervandos in vita: coæquationem terræ, ut ad terram dejecerit ignominiosè conculcando, velut pecudes in laqueos conjectas,
vel non pluris eos fecerit quàm terram, vel diruerit arces
ipſorum. Fingunt Rabbini cauſſam belli geſti à Davide
fuiſſe, quod Rex Moab, cui patrem ac matrem olim commendaverat, Saulem fugiens *e*, occidiſſet. Alii, veteres
inimicitias cum populo, aut etiam recentes aliquas injurias. Certè non pertinebat ea regio ad promiſſam terram
ut hoc ſolo titulo liceret cum ipſis pugnare: & vetuerat
Deus ne prælium inirent Hebræi contra Moab, quia de-
diſſet illam terram filiis Loth in poſſeſſionem *f*, niſi videlicet laceſſerent aliqua injuria. Quamquam nec David adjecit regno loca Moabitarum, ſed tributarios
dumtaxat fecit. Dixerat præterea DEUS *g*, *Ammonites
& Moabites etiam poſt decimam generationem non intrabunt
Eccleſiam Domini in æternum, quia noluerunt vobis occurrere cum pane & aqua in via, quando egreſſi eſtis de Ægypto,
& quia conduxerunt contra te Balaam filium Beor de Meſopotamia Syriæ, ut malediceret tibi*, &c. *non facies cum eis
pacem, nec quæras eis bona cunctis diebus vitæ tuæ in ſempiternum*. Lege Abulenſem *h*.

Neſcio an per *ollam* ſeu *lebetem lotionis & lavacri* poſſet intelligi tributum, quod exigebat David à Moabitis
i, In 4. Reg. 3. ſcribitur quod *Meſa Rex Moab ſolvebat regi Iſrael centum millia agnorum & centum millia arietum
cum velleribus ſuis*: Græcè eſt, quod erat φέρων φόρον *ferens
tributum*: Chald. *boves ſaginæ* ponuntur in primo loco.
Aut fortaſſis *ollæ lebeſve*, culinarium vas, indicat idem illud tributum animalium ad victimas, aut ad cibum: &
per ſynecdochen, ad quodvis aliud vile ſervitium quod
præſtare mancipia ſolent, Baſ. ſive Theod. per *ollam lotionis* exponunt perfectam ſubjectionis iſtam: quò talibus vaſis, præſertim ſitula & urna, ut Syr. vertiſſe dicunt, pedes ablui & veſtimentum pedibus ſordidatum
repurgari ſoleat: *ollam* quoq; pro pœnis accipit à Jer. *l*,
& Ezech. *m*. Deprehendi poſtea Genebr. placuiſſe, quod
ipſe per me ſuſpicatus eram propter Paraphr. verſionem
de copioſa effuſione ſanguinis Moabit. quamvis in Pſ. 107
ſit, *confregi Moabitas tamquam ollas lotionis meæ*. Verumtamen retenta voce *ſpei*, quam idem ait Chald. ac Syr.
ſignificari per רחץ *rachts*, cujuſmodi linguarum voces
uſurpant Scriptores Hebræi aliquando, maximè Poetæ,
olla ſpei eſt eodem ſenſu olla quem ſe ſperare conſecuturum dicat David, & uſurum ad rē culinariam, vel ad res
quaſcūq; abjectas & ſordidas. Senſū illū de ſubjectione ad
viliſſima uſq; miniſteria confirmant vulgares ille formulæ, quibus homo ſtupidus, vilis, vanus, *matula* vocatur:
aut eam ſeu matellam præbere vel apponere dicitur,
quod erat ſervi aquarioli. Riccard. Cenom. jam prior
monuerat de uſu dictæ vocis Chald. ſignificantis *fiduciam*
ſive *ſpem*. Id confirmat etiam teſtimonio Danielis in c. 3.
& Pagnin. in Enchiridio expoſitionis vocabulorum *haruch, targum*, &c. addit alia ex Deuteronom. 2. Pſal. 17.
Eſai. 12. 4. Reg. 12. in Thargum & Ruſcana.

Trivialem reor formulam apud Hebr. fuiſſe, qua de
Moab diceretur nomen *ollæ* aut alterius *vaſis*. Nam Jer.
n, vaticinans contra illum, ait, non transfuſum de vaſe
in vas: minatur vaſa ejus exhaurienda, & lagunculas collidendas, & conterendam ſicut vas inutile. Forſitan vendibilior erit conjectura hæc mea, quàm Agellii, per *ollam*
aut *lebetem* intelligentis arcem, propter cognatum ſocis סיר, quæ eſt *olla* & *labes*, atq; צור *ſur*, quæ ſignificat
arcem & rupem: arci verò *ſpei* nomen bene congruere, ita
ut dicere voluerit David, *arcem & rupem ſpei ſuæ Moab*,
quòd apud eum tutò habitaturus eſſet velut in arce. Placet magis illa ejuſdem alia opinio, ut per metaphoram
ſimilis ollæ dicatur cincta muris Regio vel Urbs: quemadmodum tali nomine Jeruſ. Ezech. *o*, appellavit. Immò Judæi ipſi ſic vocabant civitatem Jeruſal. ſeipſos in
ea tamquam carnes in olla bene conſervandos uſque ad
decoctionem, hoc eſt, ad extremam ſenectutem; quod negat ita futurum DEUS *p*, ut ſcil. conſervarentur; quemadmodum illi veluti ridentes ollam Jerem. *q*, dictitabant: *Hæc eſt lebes, nos autem carnes*: & Dominus. *Hoc non
erit vobis in lebetem, & vos non eritis in medio ejus carnes*.
Quocirca Moab *ollæ ſpei* Davidi erat, quia ſicut deſcenderat ex Ruth, ita ex eadem venturus erat Meſſias, &
ſperabat ſe ſubjugaturum etiam illum populum.

Multo facilior ſicut & communior eſt hæc expoſitio,
ut denotat exactam ſubjectionem Moabitarum, quam ſe
David obtenturum ſperare dicat, & allegoricè adventum Meſſiæ ex Joab, ideſt, ex Ruth Moabitide: & quia
CHRISTUS Filius Patris eſt, quod Moab ſonat, ex quo
exiens venit in mundum r. Indicat Campenſis *ollam ſpei*
dici Moab, quod anguſta eſſet, ac de re modica. Ut idcircò ſubdatur, *in Idumæam calceamentum meum: mihi
alienigenæ ſubditi ſunt*, i.e. ſubdentur: & hoc admitti poteſt. Si conſtaret mihi de topographia Moab, crederem
ollam vocari, quaſi figuram ejus repræſentet: ſicut ſimili-
um rerum formæ aliis locis tribuuntur. Nec diſplicet
quod ait Cajet. quemadmodum olla præparatur ad lavacrum hominis poſt laborem; ita regionem Moabitarum
opportuna miniſtraturam fuiſſe populo Iſrael quieſcenti, quoniam abundabat paſcuis & multitudine agnorum
ſ. Valentia *ollam ſpei* exponit refectionem ſpei, eo quod
de terra Moab, inquit, veniebant omnia victualia in Jeruſalem. Innuit præter enarratores eumdem ſenſum qui
vim facit in propria ſignificatione *ollæ*, Amb. *t*, & Paulin.
u. Uterq; myſticè interpretatur de Incarnatione. Ambr.
ait Chriſtum ſediſſe in aula (ſic enim quoſdam legeret
refert) regali uteri virginalis, vel in olla ferventi: in aula
quæ non eſt viro ſubdita, ſed Deo ſoli: in olla, quoniam
ſpiritu ferventi, qui ſupervenit in eam, replevit orbem
terrarum, cum peperit Salvatorem; & emiſit gratiæ cœleſtis unguentum. Paulin. in Chriſto, tamquam in olla,
jam non mortem *x*, ſed vitam ſcribit eſſe, poſtquam homo factus, de noſtri corporis limo, fictile veluti vas perditum humanitatis, contritumq; in meliorem uſum reformavit: & Moab dici *ollam ſpei*, quia non ſolùm ex Juda, ſed etiam de peccatorum origine corpus aſſumſit, &
decocta quaſi per ollam carnis noſtræ cruditate, ſanctificavit in æternum nobis cibum carnem ſuam *y*: præterea
quoniam extitit *olla* Jeremiæ *z*, urens peccata, & illo igne conſumens de quo ait *a*, *ignem veni mittere in
terram*, quem optare debeamus in nobis accendi, ut
in olla Dominici corporis id eſt, Eccleſia, concoquamur, peruſtique vitiis defœcati efficiamur.

Tropologiam communem priùs indicatam ut decoquantur per converſionem ac tribulationem peccata,
non autem conſummantur peccatores ipſi, qui Moab dicuntur, *ex patre* nimirum *diabolo* *b*, tradunt etiam alii multi. Videtur adhuc Hilarius hoc loco illud ipſum tradere,
quod Paulinum dixiſſe retuli, docens, de origine Chriſti etiam ex peccatoribus (quippe Ruth Moabitis fuit *c*)
atque de carne Chriſti in cibum noſtrum, & faciens de olla Jerem. mentionem: & de igne quem Chriſtus *miſit in
terram*, & de ſalvandis *quaſi per ignem* d, de Purgatorio
igne interpretari, ut defœcatis, inquit, & peruſtis vitiis,
ut argentum ignitum probabiles judicentur. Baſilius in
homilia *ollam ſpei*, quæ juxta editiones alias vocatur, ut
diximus, Λόγος καὶ ἀμεμψίας, *locutionis & ſecuritatis*,
ad baptiſmum refert, qui habet remiſſionem peccatorū,
& ad ſecuritatem conciliat debitores. Hujus beneficio
Sacramenti, nec non pœnitentiæ, peccator ollæ ſeu lebeti ſimili, & quidem terræ & conglaciatæ, per ignem
divinitùs immiſſum ſuccenditur ac perpugnatur. Fit que
quod Zach. *e*, prædixit, & elegantes de Magdalena canit
Eccleſia, & Hugo hìc notat, *quaſi phiala coram altari*; ſcilicet, ut Rup. *f*, afferit, quando deſideria operaq; carnalia, fuligine relicta, lucem induunt ſpiritualem flammis
amoris excocta & deterſa. Interpretatur & Greg. *g*, *ollam*
animum malum: ſed & rectè ſpem vanam voluptatū, honorum, opum, *ollam* dixeris, quæ coquat, urat, cruciet,
affligat, ac lento quaſi conſummat igne, meritoque ſit
comparabilis cum ollis, de quibus, ut ante meminimus,
Jerem. & Ezech. quaſque Leviathan ferveſcere facit, &
bullire *h*. Ille ipſe homo, quo tua ſpes innititur, & in
quem tu eam projeciſti, olla, lebes, cacabus, caldaria
eſt, vel tinget, vel uret *i*. *Maledictus* denique *qui confidit in homine*. Divina ſpes non confundit vel inficit, quia
perficit: non cruciat, ſed gaudio implet *k*: & quamvis
nonni-

a *Gen.* 19. 37
b *Exod.* 15. 15
n. 21. 26. 29.
c. 24. 17. *Joſ.*
24. 6. *Jud.* 3.
30. c. 11. 17.
18. 1. *Reg.* 12
9. c. 14. 47.
e *Jud.* 3. 12.
13. 14.
d 2. *Reg.* 8. 2

Rabinorū figmentū

c 1. *Reg.* 22. 3.

f *Deut* 2. 18
19.

g c. 23. 3. 4. 5

h *An* 2. *Reg.* 8
5. 4. 5. 6.
ii. *Reg.* 8. 3.

k c. 3. 4.

Ollæ pro pœnis.

l c. 1. 13.
m c. 11. 3. 7.
11. c. 24. 3. 6.

n c. 48. 11.
& *ſeq.*

Autoris conjectura Agellii.

Metaphorica ſumptio.

o c. 11. 3. 21.

p c. 11. 3. 11.

q c. 1. 13. *Ezech.* 11. 3. Moab quomodo olla ſpei Davidi erat.

Communior expoſitio & facilior Allegoria.

r *Jo.* 16. 28.

Cajetani probata ſententia.

Valentiæ expoſitio.

ſ 4. *Reg.* 3. 4.

t *de inſtit. virg.* c. 12. &
13.
u *ep.* 3. *ad Severum*.
Myſtica interpretatio.

x 4. *Reg.* 4. 38.

y *Joa.* 6. 52.
z c. 1. 13.
a *Luc.* 12. 49

Tropologia

b *Jo.* 8. 44.

c *Ruth.* 4. 5. *Matth.* 1. 5.

De purgatoria igne interpretatio loca Corinth.

d 1. *Cor.* 3. 15

e c. 14. 20.

f *Ibid.*

Ollæ variæ interpretationes.

g *Hom.* 3. *in Ezech.*
Spes vana voluptatū honorum, opum, ut rectè *ollæ* dici poſſit.
h *Job.* 41. 22.
i *Jer.* 17. 5.
k *Rom.* 11. 12.

a *Prov.* 13. 12 Moab ſine patre Diabolus eſt, cui fidit improbus.

nonnihil dilatio affligat *a*, certa expectatio recreat. Moab ſine patre Diabolus eſt, cui fidit improbus. Quamdiu hic talis, & ille quia ſemper talis, Deum non habet patrem, ſed judicem; ita ut Moab dicatur ex patre juxta Caſſiod. quaſi abiq; patre; quæ durior interpretatio eſt,

b 107. *v.* 10.

In Idumæam extenaam calceamentum meum.) Hieron. *Super Idumæam incedam calceamento meo.* Sed in Pſ. *b*, *ſuper Idumæam projiciam calceamentum meum*. Hebr. utrobiq; ſe habent eodem modo על ארום שאלך נעלי *hhal Edom a lich nahhali*. Chald. *ſuper vincturam colli cervicis fortium Idumæorum projeci calceum meum.* Aut, juxta Nebienſem, *Super collum occipitii proceris: Idumæorum conculcaverunt calcei mei*: & in Pſ. 107. *Super reges Edom projiciam calceamentum meum*: apud Nebienſ. *Super regnum*, &c. Extenſio aut immiſſio aut projectio calceamenti, ſive ſuper colla hominum, ſive ſuper eorum regionem, denotat ſubigere, ac in poteſtatem redigere, ſubjugare, poſſeſſionem inire. Sic verò non eſt opus intelligere id fieri calceamenti extractione & jactatione; ſed ipſis pedibus calceamento veſtis. De hoſtili conculcationis ſigno ſatis jam alibi diſſerui *c*. De poſſeſſione, quam vulgus dici vult quaſi pedum poſitionem, per *calcandi* verbum fit mentio in libris Deuteronomii *d*, & Joſue *e*. Quamquam דרה *darach*, & ἐπιδαίνειν, *ambulare*, aut, *ingredi*, ſignificant: quod tamen quia calcando fit, rectè verbum id poſitum eſt. Quum porro tam prolixa ſit ea pollicitatio illis contenta, ut omnis quem calcarent Hebræi locus ipſorum ditioni cederet. Thalmudici ſic accipientes ad literam, ut ſonat, accipiunt, & non ſecundùm eos terminos qui definiuntur ibidem. Sed & intelligentes priùs occupandâ fuiſſe Chananæam totam, quàm ceteras regiones, non verentur Davidem accuſare, quaſi legem hanc violaverit, debellata Meſopotamia, & Syria Soba, ut in titulo Pſal. vidimus, quum adhuc Jebuſæi intra Jeruſalem propeq; Regiam ipſam habitarent. Poſſet etiam ſi *calceum projici* propriè ſumas, & *extrahi*, deſignare viliſſimam ſervitutem Idumæorum, ut per paræmia loquendo, portaturi eſſent calceos poſt Davidem, vixq; digni futuri qui ſolverent corrigiam illorum *, vel abluerent ſordidos ac extergerent, vel fractos concinnarent. Apud Amos *f*, *vendere pauperum pro calceamentis*, eſt vendere pro vili pretio; vel, ut quibuſdam placet, pro comparandis agris & vineis: in Deut. *g*, *ferrum & æs calceamenta*, aliqui declarant armis ineundam poſſeſſionem. Qui cedebat juri deducenda uxore fratris mortui, uxor ei calceamentum de pede tollebat; vocaturq; *diſcalceati*, ſimulq; jus poſſeſſionum ille amittebat quæ innexæ erant tali mulieri *h*. Vocem נעל *nahhal*, *compedem* interpretando cum R. David, illum ſubjectionis modum ſuſpicari liceret, qui habetur Pſ. 149. *i*, *ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis.* R. Himmanuel expoſuit *chirothecam*, & morem regum fuiſſe, quum obſiderent Urbem aliquam bene munitam, projicere chirothecam intra illam, ut ſignificarent non antè receſſuros quàm cepiſſent. Videri poſſet ſimile quiddam ſibi velle *k*, Cicero, ſcribens mirari ſe tamdiu morari Antonium; quia ſoleret ipſe accipere manicas, (chirothecas hę quoq; ſignificant) nec diutiùs obſidionis metum *l*, ſuſtinere. Sed potiùs ea dicendi forma ſignificatur dedere ſe ſolitum Antonium, manuſq; vinciendas veluti Manicis præbere. Ritus autem illius jaciendæ chirothecæ graviorem auctorem adhuc requiro. Eliæ Cretenſis *m*, opinio eſt, quando Joſue calceamenta ſolvere juſſus eſt *n*, ſignificatum ei eſſe, ut pedes adverſus hoſtes moveret. Quia per calceamenta deſignantur pedes, & quia illa ad ſerpentum & ferarum morſus cavendos inducimus, eum autem qui Deum opitulatorem habet, neminem metuere oportet: atq; ita monebatur ille omni ſe humano auxilio denudare, qui jam ſupernum conſecutus eſſet: & quia iis qui contra quoſvis hoſtes erigere trophæum cupiant, peccati mortalitas, cujus pellis gerit ſignum, deponenda eſt.

Placet Agellio *calceamentum* figuratè ſumi pro ſeriis, vectibus, præſidiis, ſtationibus militaribus, quibus Idumæi coerceantur, ne deficere ac rebellare valeant; quemadmodum calcei alligantur, & aſtringuntur ſubligaculis. Quod primo loco dixi, magis probo, quum pluribus, atq; rationum trium, quas recitavimus ex Elia, optima eſt prima ad propoſitum noſtrum, quidquid ſit quàm congruant Joſue. Eſt quidem כוגעול *manhhul*, *poſſulum*, *ſera*, *vectis*, non autem נעול *nahhul*, ut idem Agellius aſſerit; niſi fortè ſcriptionis mendum concedas.

De myſtico ſenſu conveniunt omnes, ut innuatur Evangelii prædicatio ad Idumæos, i. e. ad Gentiles, ex Eſau Idumæo deſcendentes & carnales, perferenda, præſertim de myſterio Incarnationis, per eos quorum ſpecioſi pedes in evangelizando *o*. Nam *calceo* deſignari myſterium Incarnationis, quum divinitatis veluti pes intra humanitatis calceum incluſus, cujus corrigiam negaret ſe Joannes ſolvere poſſe, vel calceamentum ipſum poſt Chriſtum portare *p*: hoc eſt, idoneum ad rem tantam explicandam: non expoſitores tantum Verborum Jo: *q*, & præſentis Pſal. ſentiunt, ſed Ambr. *r*, præterea Nazianz. *ſ*, Greg. *t*, Euch. *u*; Quo ſpectat Clem: Alexandrini *x*, expoſitio de Chriſto, qui DEUS eſſet in Prophetis abſconditus, & in ſymbolis ac figuris concluſus, poſtea explanandus. Alioqui ſimplicior ſenſus Orig. Chriſoſt. Cirilli, & aliorum eſt, indignum ſe Jo: profeſſum minimo ac ſubjectiſſimo quolibet obſequio ſervitioq; tamen proſequi Majeſtatem Chriſti. Ad eumdem modum Pſalmi noſtri verba interpretati ſunt de incarnatione ciratus Greg. & alio quodam loco Aug. *y*, item Hieron. *z*, tractans affinem Eſaiæ, *a*, ſententiam, quod poſtquam ſurrexerit radix Jeſſe qui eſt Chriſtus, *levabitur ſignum in nationes*, convenient inter Iſrael ſeu Ephraim & Juda, Paläſtini, Moabitæ, Ammonitæ, Idumæi, &c. Jungendum antiquius Balaami Vaticinium *b*, *Orietur ſtella ex Jacob, & conſurget virga de Iſrael, & percutiet Duces Moab, vaſtabitq; omnes filios Seth: & erit Idumæa poſſeſſio ejus*, &c. Addit Gregor. calceamentis quæ conficiuntur ex mortuis animalibus, ſignificari quod Incarnatus Dominus veniens quaſi calceatus apparuit, & in Divinitate ſua morticina noſtræ corruptionis aſſumſit: nec ineptè *calceamenti extenſio in Idumæam* denotare poſſit ſupplicem exoſculationem pedum Chriſti & Vicarii ejus Sum. Pontif. de qua Joſephus Stephanus tractatum edidit ſatis loculentum. Tandem generalis Tropologia erit, ſi dicas, juſtum hominem *in Idumæam extendere carceamētum*; quando, ut ait Hugo, calcat & contemnit mundum, idq; per mortis memoriam, quæ bene munit pedes affectuum, ita ut quidquid ſic calcat, ſuum cenſere poſſit: item peccatum ſubjiciendo illud ſibi ac dominando *c*, ne regnet in hoc mortali corpore *d*, *Quam pulchri ſunt in his calceamentis greſſus* iſtius filiæ filiive *Principis* e, expuebatur idem ille qui *diſcalceatus* in lege nominabatur *f*. Donec ad terram ſanctam, quæ viventium ac beatorum eſt, pervenias, noli ſolvere calceamentū de pedibus, *g* adhibe ſaltem ſandalium, ne Idumęam iſtā terram ſanguinariam & maculoſam, nudis tangas veſtigiis, & ſi Prædicatores, *calceatus pedes* eſto *in præparationem Evangelii pacis* h.

Mihi alienigenæ ſubditi ſunt.) Hier. *i*, alibi, *ſerviunt*. In Pſ. 107 *k*, *Amici facti ſunt*. Græca utrobiq; eodem pacto ſe habent, ἐμοὶ ἀλλόφυλοι ὑπετάγησαν: differentia textus Hebræi eſt in ultimo verbo, quod ibi eſt futurum primæ perſonæ ſingularis התרועע *ethrohhahh* hic imperativus cum affixo primæ quoq; perſonæ ſingularis, התרועעי *hithrohhahhi*. Vertit Hieronym. hoc loco, *mihi Paläſtina fœderata eſt*. in alio Pſalmo, *cum Philiſthiim fœderabor*. Nicephorus notat, ὑπετάγησαν poſitum pro ὑποταγήσονται, præteritum pro futuro. Alii ſecuti aliam notionem Hebræi verbi, reddunt, *ſuper me Paläſtina jubila*; & *ſuper Paläſtinam jubilabo*: & explicant, ut plauſu & acclamatione teſtetur Paläſtina Davidem eſſe Regem, etiam ſi minùs ex animo ac ſponte: vel ironicè loquendo, ut jubilet ac rideat Davidem, ſcilicet ut quod aliàs fecerat, facere vel invita, mutata nunc vice deſignat; quum potius (juxta verſionem Pſalm. 107.) ipſe ſit jubilaturus adverſus illam: Romanum Pſalterium, Hil. Aug. Caſſiod. Arn. *mihi allophyli ſubditi ſunt*.

Dictum de Allophylis in titulo Pſal. 55. Hi juxta vim vobis Hebrææ Paläſtini ſunt, non Moabitæ ac Idumæi, ut Euthymius tamen aſſerit. Quod attinet ad aliam verſionem, quæ utitur *jubilandi* verbo, ſicut & editio Chaldæa: *ob Paläſtinos jubila, & fortificare congregatio Iſrael*: & in Pſal. 107. *Super regnum Paläſtinorum jubilabo*: vel, ex interpretatione Nebienſis, *ſuper Paläſtinos lætitia congregationis Iſrael*: & in Pſal. 107. *ſuper Reges Paläſtinos jubilabo*: hæc, inquam, diſcrepantia oritur ex Hebræo verbo, quod habet utramq; ſignificationem: quamvis ea quam habemus in editione noſtra, potiùs ſit ex verbo רעת *rahhah*, alia, ex verbo רגע *roahh*, vel רפע *rahhahh*; ſignificare præterea poteſt, *confringere*, & *conteret è Paläſtina*: utpotè quam ſubigam poſt

Moabi-

Myſticus ſenſus.

o *Eſ.* 52. 7.

p *Mat.* 2. 11. *Marc.* 1. 7. *Luc.* 3. 16. *Joan.* 1. 27.

q *in cit. loca*

r *de inſtit. virg. c.* 14.

ſ *orat. in ſanctum.*

t *Hom.* 7. *in Evang.*

Simplicior ſenſus Origenis & aliorum.

u *in formulis.*

x 5. *Strom.*

y *De eſſent. divinitatis.*

z *in c.* 11. *Eſ.*

a *c.* 11. 13. 14

b *Nu.* 24. 17.

Calceamētis quæ ex mortuis animalibus conficiuntur, quid de ſignetur quid item *calceamenti extenſione in Idumæam*. Pedum Chriſti, & ejus vicarii, exoſculatio unde denotari poſſit. Tropologia

c *Gen.* 4. 7.

d *Rom.* 6. 12.

e *Cant.* 7. 1

f *Deut.* 25. 10

g *Exod.* 3. 5. *Joſ.* 5. 15.

h *Eph.* 6. 15.

i *in Zach.* 6. 9.

k *verſ.* 10.

Allophyli. qui dicātur

Poſſeſſio quaſi pedum poſitio

c *Pſ.* 17. 39.

d *c.* 1. 36. *c.* 2 5. *c.* 11. 24. 25 πᾶσαν.

e *c.* 1. 3. *c.* 14. 9. Thalmudicorum interpretatio.

f *Marc.* 1 7. *Luc.* 5. 16.

ſ *c.* 2. 6.

g *c* 33. 25.

h *Deut.* 25. 5 6. 7. 8. 9. 10. *Ruth.* 4 5. 6. 7. 8.

i *verſ.* 8. Mos regum in obſidione urbium, chirothecam projiciendi.

k *Pſal.* 11. Cicer. locus expoſitus.

l *Auct theſ. Heb. in voce* נעל Loci Joſue expoſitio.

m *in orat.* 1. *Naz.* n. 146.

n *Joſ.* 5. 15.

Mortalitas peccati pellis ſignum gerit.

Calceamēti acceptiones figuratę

Moabitas & Idumæos. Præterea à themate רעע *rahhahh, conterere & subjicere*; verti potuit, *subditi sunt*: à רעה *rahhahh, pascere, amicitiam & societatem inire*; (*amici facti sunt.*) Habet codex quidem Græcus manuscriptus ad marginem Psalmi 107. ἐφιλίασαν Hieronymus autem *a*, testatur in Psalm. 59. esse ἐφιλωθησαν, in 107. ὑπετάγησαν. Tamen etiam in 107. emendata Biblia habent, ὑπετάγησαν. Cui lectioni favet, δαμάδη, quo utitur Apollinarius ibidem, & hoc loco. Obvia satis tùm allegoria de subjectis gentibus Christo, tum tropologia de redactis in potestatem nostram per ejusdem gratiam & peccatis, & motibus inordinatis, & dæmonibus Jansenius acutè observavit, quemadmodum Davidi voluntariè subjecta est Tribus Juda, posteaque reliquæ, coactè verò Moabitæ, Philisthæi, Idumæi, pendentes tributum; ita Christianos Christo sponte subditos esse: tùm similes Moabitis qui de cognatione Abraham erant, hæreticos: gentes alienigenas, tamquam allophylos sive Philisthæos à genere Israel prorsus abhorrentes: Judæos qui significari possunt per Idumæos. Christo *data omnis potestas est* b.

a Epist. 135

Allegoria, Tropologia

Jansenii acuta observatio.

b *Mat. ult.* 18.

Vers. 11.) Quis deducet me in civitatem munitam? quis deducet me usque in Idumæam?

Sensus loci.

EXcitat seipsum, aliosque per interrogationem, ad attendendum cujus ope auxilioque tanta victorias vel jam sit consecutus, vel se consecuturum speret. Et de periculosiore loquitur bello, quod contra Idumæos movit, & magis munitam eorumdem civitatem, sive unam intelligat certam, sive sub nomine collectivo, plures alias. Euthymius, Nicephorus, Theodoretus, Basilius, interpretantur votum populi detenti in captivitate Babylonica, redeundi Jerusalem, quæ fortissimis erat mœnibus circumdata, & undique bene munita, & subjugandi Idumæam ac vicinos circumquaque populos. Præstat priore modo intelligere de ipsomet David. Quam verò civitatem significare velit, postea perpendemus.

Allegoria. Tropologia

In allegoria de Ecclesia concordant Catholici, deque victoria ex omnibus gentibus: sed & in tropologia de victoria ex rebellante carne. Basilius quoque in homilia tradit dictam Allegoriam. Sed & eodem spectat vaticinatio Abdiæ *c*, *legatum ad Gentes* à Deo missum ut prælium fieret contra Edom. Id quidem Hebræi detorquent ad Romanos, ut & alia quæ de Idumæis dicuntur ab aliis Prophetis. Verùm hoc jam refellimus in hujus Psalmi titulo, docentes, omnes orbis nationes veræ religioni inimicas, illo nomine designari, sicut Esau cognominatus *Edom*, fratrem Jacob est persecutus; tùm etiam ob etymon, quòd sanguini addictos, & affectibus obsequentes indicat, & quia Martyrum se sanguine cruentarunt. De eodem novem locuti sunt Prophetæ, Balaam *d*, Abdias *e*, Esaias *f*, Joel *g*, Amos *h*, Jeremias *i*, Ezechiel *k*; Malachias *l*, & noster David *m*: quod argumento est mysterium latere non contemnendum in ista *Edomis* voce. Legatus quem Abdias missum retulit, Christus est, qui venit ut *dissolveret opera diaboli* n, & igni utens gladioque *o*, & discipuli, qui sunt usi legatione pro ipso *p*, tamquam à latere legati, ut loquitur Tertullian. *q*. Addunt alii anagogen de desiderio cœlestis Jerusalem, & ut compleatur electorum numerus. Ibi summa securitas, & habitatores ipsius Idumæi sunt, h. e. sanguine agni insigniti, & charitate rubicundi. Hoc modo Hilarius, Hieronymus, Cassiodorus. Rursum Hieronymus *r*, de inferno interpretatur, in qua veluti civitate clausæ erant animæ mortuorum, & erat circumdata firmissimis custodiis; & hoc sibi velle illud *quis est iste qui venit de Bosra* s? Sed Genebrardus putat respicere Davidem ad Ecclesiam captivam sub Mahometanis.

c *vers.* 11. Loci Abdiæ interpret.

De Edom novem Prophetæ locuti,

d *Num.* 24.
e *vers.* 1.
f *c.* 34. 63. Mysterium non contemnendũ in voce *Edom*.
g *c.* 3. 4.
h *c.* 1. 21. *c.* 2. 1. & *seq.*
i *c.* 49. 20.
k *c.* 25. 13. Anagoge.
l *c.* 2. 4.
m *Hic & Ps.* 107. 10.
n 1. *Jo.* 3. 8.
o *Matt.* 10. 34. *Luc.* 12. 49.
Hieron. interpretatio.
p 2. *Cor.* 5. 20.
q 4. *contra Marcionem.*
r in *Ez.* 63.
s *Esa.* 63. 1.

Quis deducet me in civitatem munitam? Eodem pacto Hieronymus: & quidem ut videtur ex versione Symmachus, qui reddit πεφραγμένην. Nam quod Lxx. reddunt πόλιν περιοχῆς, legitur in Psalterio Gallicano, & ab Hilario, Augustino, Arnobio, *civitatem circumstantiæ*, idest, quæ vallo, mœniis, arcibus cingitur atque circumdatur, & munitur. Id Arnobius mysticè videl. de Angelorum interpretantur custodia: Augustinus, de confusa multitudine infidelium. Sed ad litteram omissa opinione Valentiæ, Vatabli, Genebrardi, Agellii, & aliorum accipientium sub nomine singulari plures munitas civitates, oppida, castra, &c. quam civitatem intelligat, variant sententiæ. Priùs monui de illis qui sentiunt esse Jerusalem, quam captivi repetere gestirent. Cajetanus, Genebrardus, Herus, putant esse Rabbath regiam civitatem filiorum Ammon, ad quam Joab capiendam Davidem invitavit *t*, & ex ea optima præda relata est: *Populus verò serratus, & circumacta super eum serrata carpenta, divisusq; cultris, & traductus in typo laterum*. Arias & Agellius volunt esse *Bosra* Idumæi Regni præcipuam, & munitissimam civitatem. Favet Hieronymus antea citatus in Esaiam *u*. Paraphrastes nominat *civitatem destructam Tyri*. Sed in Psal. 107. nullius nomen exprimit, prout recitatur in Regiis Bibliis. Nam Nebiensis in 107. refert ex eodem ista; *Quis deducet me usque ad Romam impiam?* & pro sequenti membro, *Quis deducet me usque Constantinam Idumæorum?* Oportet hanc Paraphrasin Auctoris esse, qui Constantino senior non fuerit, quum nominet Urbem ab eo conditam. Quòd autem *Romam* appellat, eo facit errore odioq; quo Judæi quæcumq; de inimicissimis sibi dicuntur Idumæis, ad Romanos transferunt, ut in titulo monui; tùm præterea quia Romæ & Constantinopoli quæ *nova Roma* appellatur, Christianum nomen ac potentia præsertim eluxit: sensum autem esse vult, ac si populus Hebræus votum ac spem suam certam exponeret, Romam & Constantinopolim cum reliquo Orbe universo sub ditionem potestatemque redigendi.

Litteralis

t 2. *Reg.* 12. 20. & *seq.*

Bosra Idumææ regni civitas præcipua.

u *in c.* 63.

Odium quo Judæi quæcumque de inimicissimis sibi Idumæis dicuntur, ad Romanos transferunt.

Posset nihilominus in bono sensu accipi prædictio desideriumq; de Urbe Romana, quæ futura esset Petri sedes, & Ecclesiæ caput. Ita quidem Dionysio Carth. videtur, qui ad idem citat Esaiam *, *civitatem sublimem humiliabit*. Refellit Felix expositionem de Tyro & Roma Tropologicè præterea optat quilibet justus mundum contemnere, & conculcare, qui civitas quædam munita est ac Idumæa. Idumæa carni & sanguini mundum addictum denotat, ut priùs dixi. *Civitatis* hujus *munitæ*. Hugo describit muros divitiarum: fossam avaritiæ: turres honorum atque dignitatum: propugnaculæ scientiarum sæcularium; scuta excusationum: galeam vanæ spei de venia: sagittas detractionum: arcum pravi judicii: jacula verborum adulationis: vexilla malorum exemplorum: loricas delectationum sibi connexarum: habitatores esse Persas, Libyas *x*, superbos luxuriosos, avaros, omnia propriis testimoniis illustrat. Euthymius civitatem περιοχῆς Ecclesiam interpretatur, quæ complectitur omnes virtutes.

In bonum sensum loci acceptio.

* *c.* 26. 5. Tropologia

Idumæa carni & sanguini mundum addictum designat civitatis hujus descriptio.

x Ez. 28. 18.

Quis deducet me usq; in Idumæam?) In Bibliis Complutensibus ac Regiis additur hìc, & Psalmo 107. *y*, tùm Græcè, ñ, tùm Latinè, *aut*: nec non in Psalterio Romano, & Gallicano, atq; apud Cassiodorum, & apud Actorem Græcum Nicephorum. Sed monet Hieronymus *z*, superfluum esse. Legit Cajetanus, *Quis duxit me usque Edom? nonne tu DEUS?* & exponit quum jam capta semel esset Idumæa, superfuisse capiendam civitatem Rabbath, quæ erat Ammonitarum & ipsammet Idumæam denuo debellandam, quia rebellaverat. Atqui verbum præteriti temporis post verbum futuri, solet habere significationem futuri; sicque נחני *nachani*, Hieronymus ipse aliique vertunt in futuro, *deducet me*, sicut præcedens ויובלני *jovileni*.

y *vers.* 10.

z *Ep.* 135.

Idumæa mysticè quid sit, dictum antea satis. Nicephor. de Judæa sumit cujus optetur conversio itaq; Hilarius videtur intelligere. Ludovicus, alias Aloys. Legionensis *a*, diligenter disputat *Edom* quandonam pro Judæis accipi debeat, vel pro aliis. Communior opinio haberi hìc Gentiles significare, quemadmodum in Esaia *b*, quum quæritur, *quis ille sit, qui veniat de Edom tinctis vestibus de Bosra:* & dicitur ibidem ac in Apocal. *c*, *torcular calcasse*, & populos conculcasse in furore suo.

Idumæa quid sit mysticè.

a *in Abdiam. Edom* quando pro Judæis, quãdo pro aliis accipi debet.
b *c.* 63. 1.
c *c.* 29. 155.

Vers. 12. (Nonne tu Deus, qui repulisti nos: & non egredieris DEUS in virtutibus nostris.

Sensus loci.

PRæcedenti subjicit interrogationi responsum, videlicet, rem illam tantam ut civitatẽ capiat munitam,

& Idumæam recuperet, sibi neminem præstare, præter DEUM, posse. Aliquando inferiorem se hostibus fuisse, aut etiam Saulem, qui tandem occubuerat *a*, quum eidem, non placuit DEO, succurrere. Omnino certum esse si destituat Deus auxilio, vincendum se esse; victoriam reportaturum si dignetur ipse quodammodo comitari ac ductare exercitum, & cum congredientibus egredi. Facilè est hoc ad Ecclesiam, vel quemvis alium inter persecutiones quiritantem & opem divinam implorantem, transferre; nec non secum & cum intestinis inimici, ac externis dimicantem, ut quum Paulus exclamabat *b*; *Infelix ego homo; quis me liberabit de corpore mortis hujus? Gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum.*

a 1. Reg. ul. 2

Ecclesiæ & aliorum inter Persecutiones loci apta usurpatio.

b Rom. 7. 24

Nonne tu Deus, qui repulisti nos?) Suppletum est pronomen, *qui*, etiam à Hieronymo. Qui omittunt, efficiunt hunc sensum, ponendo notam interrogationis post Deus; *nonne tu Deus?* & supplendo *tamen*; *tamen repulisti nos*. Ita Cajetanus & alii: Parum refert: ut & verbum, *projecisti*, quo idem Hieronymus utitur, pro *repulisti*: vel respondetur ad illud, *quis deducet me*, &c. vel significatur caussa cur anxiè id quæsiverit: quum tu repuleris, nec nobiscum pugnaveris: quis deducet? Repeti videntur prima Psalmi verba. *DEUS repulisti nos*. Similis autem isti ac sequenti membro sententia est in 43. *c*, *Nunc autem repulisti, & confudisti nos, & non egredieris Deus in virtutibus nostris*.

c vers. 10.

Repulsionem à lacte mundanæ dulcedinis mystico interpretatur sensu Hugo. Dionysius à prosperitate externa propter persecutiones. Conferunt hæc ad occupandam prædicando civitatem munitam & Idumæam. Hilarius exponit, in repulsos Idumæos, idest Judæos, præsertim capta Jerusalem, & destitutos custodia Spiritus Sancti ac exercitibus divinæ propugnationis, tandem in fine deducendam cognitionem veritatis. Idem de repulsis docet Judæis Euthymius.

Mystica interpretatio.

Et non egredieris Deus in virtutibus nostris.) Hieronymus, *in exercitibus nostris*, בצבאותינו *betsi vothenu*, ἐν τοῖς δυνάμεσιν ἡμῶν. Recte Paraphrastes pro *in* (בְּ) *be*, potuit (צִם) *hhim*, *cum*: & eo modo interdum sumi testis Ambrosius *d*, & Augustinus *e*. *Virtutes* pro exercitibus usurpari sæpius vidimus, & de phrasi hac diximus Psalm. 43. *f* quid sit *Deum egredi in*, sive *cum exercitibus*. Interrogatio non innuit dubitationem, sed certam spem fore, ut opituletur Deus. Absque interrogatione lateret alius sensus; non *egredi* Deum *in virtutibus*, i. e. exercitibus nostris, quum scil. sic nostros æstimamus, ut nimium præsumamus.

d 2. de Spiritu, c. 10. *Virtutes* pro exercitibus positæ.

e in psal. 104.

f vers. 10. Deũ egredi in exercitibus, in virtutibns, quid sit, Moralis sensus.

Ad moralem pertinet sensum non *egredi* DEUM *in virtutibus*, quia non ita liberet exterius, ut faciebat in Vetere Testamento, sed interius tribuat patientiam, ut *ibi*, hoc est, in cruce, *abscondita sit fortitudo* g, & *quum infirmamur, tunc potentes simus* h. Dominus Deus noster nobiscum est, & *clangor victoriæ Regis* nobiscum *i*. *Ergo in exercitu nostro dux Deus est* k.

g Abac. 3. 4.
h 2. Cor. 12. 10.
i Num. 23. 21.
k 2. Par. 13.

Vers. 13.) Da nobis auxilium de tribulatione, quia vana salus hominis.

Sensus loci.

QUum perplexus anxiusque interrogaverit, quis adversus hostes opem ferret, sibique responderit, non alium id posse, præter Deum, qui quum alias repulisset ac recusasset opitulari, verendum esset ne in posterum idem faceret, tandem animum resumens, fiduciamque concipiens, iterum & magis expresè humanum omne auxilium professus vanum, id à Deo ipso expectat, & implorat, ut si non triumphare, qnod priore cupiebat versu de inimicis possit, saltem vitare valeat ingruentem tribulationem. Clara & omni congruens homini sententia salutis indigo, qui proinde non hanc ab homine, sed à Domino, *cujus est salus* l, sperare debeat. Audiant hæc, ait Hieronymus, qui spes suas in potentatibus hominum, vel in terrenarum divitiarum splendoribus ponunt; quia *vana est salus hominis*; & Deus solus opportunum tribulationibus nostris præstat auxilium. Rursum explicans eamdem sententiam Psalmi 107. notat non orare Davidem dari auxilium de diliciis, sed de tribulatione; si quis non sit in tribulatione, auxilium Domini invocare non posse: sententiam, quod

Homini salutis indigo congruens planè sententia.

l Ps. 3. ult.

vana sit salus homini, i. e. ejus qui sperat in homine, omnibus patere non egere interpretatione: Imperatoris, Principis, Patris, matris in quem speres, subtracto spiritu, evanescere salutem.

Da nobis auxilium.) Hebraicè, הָבָה *havah*, quod addito ה in fine in imperativo significat, *da, & affer*; sumiturque pro adverbio hortantis, *agedum, eja*, &c. Sed melius hoc loco pro verbo.

De tribulatione.) Hieronymus, *in tribulatione*; quamvis in editione Victorii, & apud Trevetum legatur, *de tribulatione*. Præpositio Græca, (ἐκ) & Latina (*de*) pro Hebræa מִן *min*, significant, *propter tribulationem, pra tribulatione*, ideſt, ob magnitudinem ipsius. Particulæ (*de*) usus ut significet *propter*, exempla sunt in Apocalypsi *m*, *Va habitantibus in terra de ceteris vocibus trium Angelorum*; & in Abacuc *n*, *Vastitas animalium de terrebit eos de sanguinibus animalium*. Item, *de* valet *in*, ut *laudate o*, *Dominum de cœlis*: p, *eos de quibus peccant, admones*: q, *apparuit de monte Pharan*.

Particulæ (ἐκ) usus. Particulæ (*de*) usus.

m c. 8. 13.
n c. 2. 17.
o Ps. 148. 1.
p Sap. 12. 2.
q Dan. 33. 2

Quia vana salus hominis.) Hieron. *Vana est enim salus hominis*. Hebraicè est litteras servilis (ו) *ve*, Græcè γὰρ, quæ propriè significant, *&*. Hanc particulam *&*, habent Psalterium Romanum & Gallicanum: præterea Hilar. Augustin. Cassiod. Biblia quoq; Complutensia & Regia. Symmachus exposuit caussaliter; μικτὰια γὰρ σωτηρία ἀνθρώπου, sicut & vertisse Hieronymum dixi. Quare non est superflua dictio καὶ, ut Euthymius voluit. Theophylactus hoc exemplo affirmat, inter alia, scripturæ consuetudinem esse (*&*) pro (*enim*) accipere; sicque videri exponendum apud Lucam *r*. *Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui*: hoc est, benedictus enim est fructus ventris tui. Constat satis, crebrò Hebræum (ו) *ve*, & Græcum καὶ, sumi διαλογικῶς, *caussaliter*. Sic in Genesi *s* noster Interpres; *habet enim virum*: reddit, ubi est (ו) *ve*: in psalmo 142. *t*, *non avertas faciem tuam a me similis ero descendentibus in lacum* apud Esaiam u, *tu iratus es, & peccavimus*: in Evangelio Lucæ *x*; ut modo diximus cum Theophylacto, *benedicta tu inter mulieres & benedictus fructus ventris tui*: rursus in Genesi *y*, *panem & vinum obtulit*; *erat enim sacerdos*. Vana porro *salus hominis*; quia *homo vanitatis similis* z: immo *universa vanitas* a. Fortissimi martyres oblatam à Tyrannis vitam, & vitæ præsentis fœlicitatem, vanissimam censuerunt, nam omnino verum est, quod ait Hilarius hoc loco: nisi ad profectum æternitatis hæc vita suscepta, vel propagata fuerit, miseriarum nobis originem esse non vitæ; Deinde, quod constantissimus affirmabat senex Eleazar *b*, *Etsi in præsentiarum quis manibus impiorum eripiatur, manum tamen omnipotentis Dei nec vivus nec defunctus poterit evadere*. Tandem ille solus timendus qui potest, *& corpus & animam perdere in gehennam* c, aut æternam utrique conferre salutem. Quid speres à carneo brachio *d* vel ab *arundineo baculo e*? *Quum adhuc subsisteremus*, ajunt illi, quos plorantes inducit Jeremias *f*, *Defecerunt oculi nostri ad auxilium nostrum vanum; quum respiceremus attenti ad gentem quæ salvare non poterat*. Minimus natu ex Machabæis, animi robore haud ullo minor exprobrabat Antiocho *vanis* eum *spebus*, *extolli, fratres sub testamento æterna vitæ effectos* g. Sine Domino ædificatur in vanum: frustra vigilatur illo non custodiente *h*. Stulti quum justos in tribulatione cernunt, *manifeste vanam factam spem* illorum putant *i*; dicunt, quod *vanus est qui servit Deo, nec emolumentum est custodienti præcepta ejus k*. *Vana spes & mendacium viro insensato* l, καὶ διάνοιαι ψευδεῖς, *vana spes, & mendaces*.

Et pro enim.

r c. 1. 42.
s c. 20. 3.
t vers. 7.
u c. 64. 5.
x c. 11. 28.
y c. 14. 18.
z Ps. 142. 4.
a Ps. 38. 6.

Miseriarũ origo nobis non vitæ ut sit hæc vita

b 2. Mac. 6.

c Mat. 20. 20
d Jer. 17. 5.
e Esa. 36. 6.
f Thren. 4. 17

g 2. Mac. 7. 34. 36.
h Ps. 126. 1.

Stultorum de justis in tribulatione, verba.

i Tob. 2. 22.
k Mal. 3. 14.
l Eccl. 34. 1.

Vers. 14.) In Deo faciemus virtutem: & ipse ad nihilum deducet tribulantes nos.

Sensus loci.

QUod à Deo poposcit priore versu, id jam ob certam spem impetravisse se dicit, atque divino nixum auxilio minimè dubitare, quin suos omnibus exutos viribus inimicos eo tandem redigat, ut nihil amplius nocere valeant. Hoc ipsum aliis multis modis in decimo septimo præsertim psalmo dicitur. Hoc etiam hostes *calcari quum fuerint eius sub planta pedum nostrorum* m, & *conteri Satanam à Deo sub pedibus nostris* n. Hoc est, in

m Mal. 4. 3
n Rom. ul. 20

Deo

Deo & Chriſto laborare, *certando ſecundum operationem ejus, quam operatur in nobis in virtute* a. Hoc eſt demum *omnia poſſe in eo qui nos confortat* b. Hoc eſt, *exaltari manum noſtram* (ſuſtentatam dextera Dei) *ſuper hoſtes* noſtros, ita ut *omnes inimici noſtri intereant* c. De Martyrum perſecutoribus Auguſtinus & alii exponunt; Hieronymus quoque, de vitiis: Caſſiodorus, de dæmonibus. Bruno Carthuſianus, quaſi virtutes, in altero verſu de moralibus, quas quis acquirere ſibi videretur per vires naturales intelligerentur, explicat, Deum *non egredi in* talibus *virtutibus*, ſed in ea quam quis in Deo faciat; ideſt, auxilio gratiæ ipſius: *deduci* autem *ad nihilum tribulantes*, ne prævaleant ſaltem in futuro, ſicut prævalent nunc in corpore: vel etiam, ut deſtruatur malitia eorum, & evadant boni. Hinc Fulgentius *d*, gratiæ colligit neceſſitatem, ut & bonum facere velimus, & ut bonum facere valeamus, interpretans, *in Deo fieri virtutem*, ideſt, opus virtutis. Auguſtinus, aliusve Auctor libri de diligendo Deo, vel ſecundi meditationum *e*, *virtutem* iſtam vult eſſe continentiam; cujus difficultas magna fit: diligendo verò Deum qui tribuit illam, & ad nihilum deducit non modo carnem noſtram, cum concupiſcentiis ſuis, ſed & præſens ſæculum nequeam cum curioſitatibus ſuis, & vanitatibus ſuis; & ipſum etiam cum tentationibus ſuis, *conterit Satanam ſub pedibus noſtris*.

a *Coloſ.* 1. 29
b *Phil.* 4. 13. Aliæ expoſitiones.

d 1. *ad Monimum* c. 9. Gratiæ neceſſitas ex hoc loco collecta.

In Deo faciemus virtutem.) Hieronymus hìc eodem modo. Sed in Pſalmo 107. *f*, ubi Hebraicè Græceque idem legitur, *in Deo erimus fortes*. Litteraliter loquendo, *virtus* hoc loco חיל *chail* & κύναμις, non magis moralem ſignificat, quàm duodecimo verſu, *virtutes* δυνάμεις, & צבאות *tſevaoth*. Quocirca pro gratiæ neceſſitate argumentum hinc efficax non ducitur. Quamvis Fulgentio quem citavimus, concedamus, *virtutis* nomen ſi pro morali accipiatur, pro virtutis opere poni poſſe, quemadmodum *juſtiam fieri* Joannes *g* pro illius opere dixit; & Paulus *h*, voluntatem Dei pro operibus, quæ Deus nobis inſpirat, & in nobis operatur voluntas ejus, & Chriſtus *i*, veritatem pro opere veritatis. Rectè Nicephorus ποῆσαι δύνημιν, exponit, δυνατὰ ἔργα καὶ μεγαλα κατορθώματα ἐργάζεσθαι, *potentia opera, & magna quædam egregiaque facinora operari*. Poteſt etiam, ut Euthymius docet, *facere*, dem eſſe quod adipiſci & poſſidere virtutem, hoc eſt, vires, exercitum, robur, &c. Satis frequens eſt uſus *faciendi* pro eo quod eſt acquirere & comparare ſibi, ut *facere animas*, *amicos*, *nomen*, &c. Idem Euthymius in panopolia *k* Chryſoſtomi profert annotationem, de Deo ac tribus æque perſonis uſurpari formulam iſtam, ut in Deo, in Patre, in Filio, in Spiritu ſancto *fieri quidpiam* dicatur, nec ullam diminutionem denotare, ſed in omnibus unam atque eamdem eſſe naturam & eſſentiam. Propoſitio (ב) *be*, ſeu littera (ב) *beth*, vocatur à Grammaticis העור *habbezer*, *auxilii*.

f verſ. 14.

Pro gratiæ neceſſitate hinc argumentum efficax male ductum 7. *Virtutis* nomen pro Virtutis opere; & ſimiles phraſes.
g 1. Jo. 3. 7.
h *Heb.* 13. 21
i *Joan.* 3. 21. *Facere* pro adipiſci, & poſſidere. *Facere animas, amicos nomen* pro acquirere & comparare. Chryſoſtomi annotatio de hac formula loquendi.
k *Pſal.* 11.

Et ipſe ad nihilum deducet tribulantes nos.) Hieronymus, hìc & in pſalmo 107. *l*, *& ipſe conculcabit tribulantes*, aut, *hoſtes noſtros*, pſalmo 43. *m* idem verbum Hebræum בום *bus*, & Græcum ἐξουδενεῖν, quæ habentur hoc loco, vertit Interpres Latinus *ſpernere*. Sed Hebræum propriè ſignificat *conculcare*. Unde *Jebuſæum*, nominatum putant quaſi *conculcatorem*, ac *ſpretorem*, quod contemſerint ac ludibrio habuerint Jebuſei Davidem, cæcos claudoſque collocantes in mœnibus, ut mœnium ſe firmitate tutos venditarent *n*. Legendus quoque Commentarius noſter in pſal. 107. qui, ut dixi, conſtat ex ultimis octo verſibus pſalmi præſentis.

l verſ. 14.
m verſ. 6. *Jeuſeus*, ſic unde cognominatus Contemptus Jebuſeorum. erga Davidē
n *Joſeph.* 7. *antiq.* c. 2.

PSALMUS SEXAGESIMUS.

In finem.

1 In hymnis David.
2 Exaudi Deus deprecationem meam: intende orationi meæ.
3 A finibus terræ ad te clamavi: dum anxiaretur cor meum, in petra exaltaſti me.
Deduxiſti me, 4. quia factus es ſpes mea: turris fortitudinis à facie inimici.
5 Inhabitabo in tabernaculo tuo in ſæcula: protegar in velamento alarum tuarum.
6 Quoniam tu Deus meus exaudiſti orationem meam: dediſti hæreditatem timentibus nomen tuum.
7 Dies ſuper dies regis adjicies: annos ejus uſque in diem generationis & generationis.
8 Permanet in æternum in conſpectu Dei: miſericordiam & veritatem ejus quis requiret?
9 Sic pſalmum dicam nomini tuo in ſæculum ſæculi: ut reddam vota mea de die in diem.

Titulus & Argumentum.

In finem.

Verſ. 1.) In hymnis David.

DE primis duabus tituli dictionibus dictum ſæpius alibi, aliæ duæ ſequentes ſunt etiam in titulo pſalmi 66. videlicet, *in hymnis*, in 4. autem 6. 53. 54. *in carminibus*: quamvis alii legant, *in hymnis*, prout habetur etiam Græcè, quum ubique ſit Hebræa vox נגינת *neghinath* in regimine: vel in plurali נגינות *neghinoth* cum præpoſitione, aut (ב) *be*, quæ valet, *in*; aut עלי *hhal*, quæ ſignificat *ſuper*. In titulo 67. & 76. pſalmi eaſdem voces non reperio, licèt Agellius in proœmio affirmet. Illud Hebræum nomen indicat ad organum cantata carmina, ſive id ſit Pſalterium, ſive organum, ſive cithara, ſive aliud. Relege quæ diximus ad ſimiles titulos præcedentium pſalmorum. Et ſi porro nomen pſalmi non exprimatur hoc loco, non ſequitur, quod Euthymius tamen obſervari vult, ſolo ore, abſque organorum modulatione, cani pſalmum iſtum debuiſſe. Repugnat Hebræum vocabulum, quidquid ſit de Græco.

Ar organũ cantata pſalmorum carmina.

Simplicem, vocat Hilarius, pſalmum, & Auguſtinus, brevem. Etſi conveniunt Chriſto, ſecundùm myſticum ſenſum, quæ hìc dicuntur, ut & quæ in aliis pſalmis, tamen de ſeipſo loqui videtur David, perſecutionem patiente. Itaque David longius exulans, propter perſecutionem vel Saulis, vel Abſolonis, divinam implorat opem. Tùm concepta ſpe liberationis, pellicensque perpetuam in domo Dei manſionem, & poſtulans ejuſdem protectionem, ac vitæ regnique diuturnitatem, gratiarum viciſſim Deo promittit actionem. Probabilius eſt innui Saulis perſecutionem, quando in extremis finibus regni ejus fugiens latebat David, hoc eſt, in locis tutiſſimis Engaddi, poſtquam evaſerat ex deſerto Ziph & Moan *o*. Græci populo adſcribunt pſalmum in captivitate Babylonica, hanc veluti orationem uſurpanti pro reditu in patriam, qui etiam reditus in eodem pſalmo prædicatur. Sed communior meliorque prior ſententia, quam Hebræi quoque ſectantur: & Chaldæus Paraphraſtes, diſertè de Meſſia declarat illa verba ſeptimi verſiculi, *Dies ſuper dies Regis adjicies, annos ejus uſque in diem generationis & generationis*. Præterea ultimum verſum Dionyſius totum explanat de Chriſto.

Myſticus ſenſus hujus pſalmi Chriſto conveniens ut & alii Argumentum pſalmi.

Pſalmi hujus adaptatio ad populum in captivitate Babyloni-ca.
o 1. *Reg.* 23. 24.

Convenit pſalmus Eccleſiæ jam per totum mundum

Pſalmus conveniens Eccleſiæ per totũ mundum propagatæ.

propagatæ, suaque cum gratiarum actione beneficia commemoranti, tribulationes etiam ubique toleratas exponenti, vota & laudes offerenti, tùm pro acceptis beneficiis, tùm pro iis quæ adhuc sperat. Utitur Ecclesia hoc psalmo in officio de Apostolis.

Usus hujus psalmi in Ecclesia in officio de Apostolis.

Vers. 2.) Exaudi Deus deprecationem meam, intende orationi meæ.

NOn eget explanatione versus hic. Nam discrimen inter δέησιν καὶ προσευχήν, de quo aliàs diximus, est perpetuum: & pro *deprecatione*, Hieronymus reddit *laudationem*, quàm alii *vociferationem*, vel *clamorem*, juxta vim nominis Hebræi רבה *rinnah*. Non est *deprecatio* tantum, aut semper, quum liberari petis à malis; & *oratio*, quando concedi bona: vel illa pro peccatis, hæc pro perseverantia in bono: nec *exaudire* ad aures pertinet, *intendere* ad oculos, quasi necessarium sit ei qui velit exaudiri, ut non tantum oret voce, sed & opere. Ita Ruffinus, Remigius, Hugo, & alii observant, quemadmodum & in composito nomine *deprecationis*, extensionem, seu assiduitatem orationis. Ayguanus cum Cassiodoro *deprecationem* non Deo dumtaxat, sed etiam homini, *orationem* soli Deo fieri docet. Moneo ne pluris quam par sit æstimes. Pluris æstimandum quo annotat Hilar. per *intendendi* verbum, quum scilicet, ut intendat Deus, petitur, indicari fiduciam orantis, ut Deus videat, an oratio sit innocens, casta, fidelis, ex nimio conscientiæ atque cordis metu profecta. Hieronymus etiam ait innui, ut intendat Deus, si juxta vel pura sit oratio, ubi Deus audit, & videt in corde. Lege psalmi decimi sexti principium.

Δεήσεως & προσευχῆς non perpetuum discrimen.

Deprecatio, oratio, exaudire, intendere, ut debeant intelligi.

Vers. 3.) A finibus terræ ad te clamavi: dum anxiaretur cor meum, in petra exaltasti me.

Deduxisti me.

SEX dictiones primas nectit præcedenti versiculo Romanum Psalterium. Ait autem David se ab extremis terræ partibus, ubi profugus exulet, magna vocis contentione ac vehementi cordis angore diù multumq; flagitavisse divinum auxilium: hujus autem vim partim expertum, partim confidere, se quum opus erit experturum, ut se tuto firmoque in loco Deus, velutiq; in edita & bene munita propriis manibus rupe constituat: quo accedere hostibus non liceat, ipse autem per seipsum tam altè conscendere non possit. Tropologia mixta allegoriæ de Ecclesia, & quolibet membro ipsius satis obvia & clara est, quod scilicet quocumque pervenit Evangelicæ prædicationis sonus, ac verba: inde oretur Deus inter præsentis vitæ anxietates, atque molestias.

Sensus loci.

Tropologia cum allegoria.

A finibus terræ.) Hieronim. *de novissimo terræ*. Hoc valent Hebræa מקצה הארץ *mikiseh haareis*, in singulari numero. Ad litteram regio deserta intelligitur, in qua David exulabat, & erat in fine regni Saulis, terraque promissæ, non autem Babylon, ubi populus exul agebat quod Græci sentiunt, quasi in ultimis mansuetioris regionis nostræ partibus sita sit. Certe *terræ* nomen non de universa terra semper sumitur, sed accommodatè de aliqua particulari, ut exemplis aliàs demonstravi *a*. Rectè nihilominus mystico sensu amplitudinem Ecclesiæ per orbem terræ cum Augustino Latini ceteri intelligunt. Idem Augustinus alibi *b*, idem docet, dicens, quod qui *à finibus terræ* clamat, à quatuor partibus terræ clamat, & *c* quod gemens inter mala peregrinationis, clamat ex omni loco non ex Africa dumtaxat, & qui non in arena, sed in petra exaltati constitutique sunt. Eodem spectat, ut, quod ait Hugo, Hieronymus, Cassiodorus, Remigius, quivis fidelis orans orare dicatur *à finibus terræ* hoc est, in communione Sanctorum omnium, qui ubiq; sunt, tamquam particeps omnium Deum timentium *d*. Sumunt Hilarius & Hieronymus præterea *fines terræ* pro corpore in quo constitutus & peregrinans, & superveltiri desiderans, & à vitiis carnis desinere orat.

Litteralis sensus.

Terra nomen interdum de particulari aliqua Mysticus sensus, *a Th.* 18. 5. A *finibus terræ* erhare, quid sit.

b ser. 177. *de tempore* c 2. *contra lit. Pet.* c. *ult.*

d ps. 4. 8. 43. *Fines terræ* ut sumantur etiam.

e ps. 129. 1.

A Sunt etiam *fines terræ* calamitates, veluti profundæ *e*, & *venter inferi* *f*, unde clamandum est ad Deum: barathrum, quo quis absorptum se sentit: reatus æternæ damnationis, quo se teneri scit.

f Jon. 2. 3.

Ad te clamavi.) Hieronymus, *clamabo*, quod alii quoque in præsenti exponunt, *clamo*: quamvis sit אקרא *ekra* futuri temporis.

Dum anxiaretur cor meum.) Augustinus, *dum angeretur*. Hieronymus, *quum triste fuerit cor meum*. Alii, *quum defecerit*, aut *affligetur*, aut *dum in angustia & mœrore fuerit*; significat עכוך *hhatoph*, *angustiis ac afflictionibus contegi ac obrui*, ita ut animus deliquium passus quodammodo non appareat: ἀκηδιάσαι, *acedia*, & *tædio*, *gravi mœrore affici*, *animo concidere*, *in inopia consilii versari*, *curam omnem abjicere propter molem ipsiusmet curæ*. Eadem phrasis in psalmo 142. *g*: *Et anxiatus est super me spiritus meus*. Hebraicè ותתע עטך עלי רוחי *vathirh hhatteph hhalai ruchi*. Græcè καὶ ἀκηδιάσεν ἐπ' ἐμὲ τὸ πνεῦμά μου. Possent ista jungi præcedentibus, ita ut denotetur oratio facta, dum cor anxiaretur. Illud orationi maximè necessarium tempus, quo & Jonas *h* testatur se potissimùm orasse, dum scilicet *angustiaretur in ipso anima ejus*. Docuit nos quoque Christus *i*, exemplo suo, quando versamur in agonia, prolixius orare. B Præcipit item Jacobus *k*, ut *qui tristatur, oret*, tristitiam intelligit undecumque oriatur, sive ob quotidiana peccata, quamvis levia, sive ob tentationes dæmonum, & internas, sive ob persecutiones hominum, sive ob exilium à beata patria.

Ἀκηδιάσαι

g vers. 4.

Orationi maximè necessarium tempus quod sit.

h c. 1. 3. 8.

i Mat. 26. 39

k c. 5. 12.

In petra exaltasti me.) Hieronymus, *quum fortis elevabitur adversum me*, tunc subdit explicationem sequentis verbi, *deduxisti me*; vertens, *tu eris ductor meus*: accepit Hieronym. צור *isur*, ut significat *fortem*, & fortassis legit (ב) *che* pro (ב) *he*, quia illud servit commodius ad significandum tempus, & verbum ירום *iarum*, sicuti revera est, transtulit per tertiam personam, & ממני *mimmenni* vertit, *adversum me*, quod aliter posset reddi, *pro me*, aut *plusquam ego*. Oportet LXX. non solum צור *tsur* pro petra intellexisse, quam significat, sed legisse תרום *tharum* in secunda persona futuri temporis, quod tempus non raro ponitur vice præteriti. Ultimam autem dictionem מכוני *mimmeni* exposuerunt *me*, contenti sensu, quum alii potuissent interC pretari eo modo, quo Chaldæus Paraphrastes, *super arcem munitam*, *quæ constructa est super montem altiorem meipso*, *deduc me*. Vel certè legerunt תרוממני *theromemeni*. Sed quia ridiculum videri posset, si te David assereret deductum seu exaltatum, aut exaltari deducive peteret super altiorem montem seipso, quum statura parvus esset, & nullius, quamvis gigantis, comparabilis statura sit cum monte, credo juxta hanc interpretationem, velle significare se non solum evasisse in munitiorem rupem quam prius speraret: sed figurata dicendi formula, multo magis ac melius quam animo capere prius potuisset, à Deo ipso protectum, ac defensum fuisse, & quasi manu ipsiusmet ex periculorum quadam valle, profundo barathro, & humilitate, in altam præsidii atq; refugii arcem erectum ac exaltatum. Celebres in historia Regum *l*, tutissimi toci sunt, in quibus latebat David; in deserto Ziph, in colle Hachila, in deserto Maon, & dum cingeretur à Saul, evasionemq; desperaret David, & D ille ob novum bellum Philisthiim revocatus esset, loco nomen inditum est; *Petra dividens*. De hac exponit Cajet. sic legens, *in petra, quæ elevabitur super me, duces me*: ut nempe celebraretur in posterum propter illam causam, & nomen. At simplicior & verior sensus de Davide in petra exaltato, ut ibi esset in tuto. Pf. *m* 26. & 39. *n*. Prius eadem phrasis occurrit *exaltandi in petra*, vel *statuendi suprapetram*: licet in 39. sit סלע *selahh*, hic, & in 26. צור *tsur*, in quo 26. legitur בצור ירוממני *betsur jeromemeni*, unde confirmari potest conjectura de lectione, qua usos videri hoc loco LXX. dixi. Sensum porro à Paraphraste traditum, qui textum Hebræum, ut nunc est exponit, commodè reddidit Joannes Gagnejus hoc versu:

Auctoris expositio.

l lib. 1. 23.

m vers. 5.

n vers. 3.

—— *age ergo.*
Ut diris securus ab hostibus usquequaque degam,
In rupem fac me conscendere, quo meapte vi non
Tantum ego non, sed nemo ascendere possit.

Paullo brevius Arias:

Ruptis præalta culminè me loca,
Quamque ipse solus scandere non queo,

Nec

Nec minus feliciter hoc, ſicut & alia omnia Gallico Philippus Des portes idiomate ſuavis & elegans poeta expreſſit:

Helas! emporte moy
Deſſus ceſte roche hautaine:
Car autrement toute ma peine
N'y peut monter ſans toy.

Dici poteſt ante ירום *jarum* ſuppleri אשר *aſcer* pronomen relativum, & verbum generis maicul. tertiæ perſonæ referri ad צור *tſur*, ſignificans *petram*, ut ſit ſenſus, in petram, quæ exaltabit, nempe ſe, ideſt altior ſit præ me, hoc eſt, quam ut in eam per me conſcendere queam, & quæ me conanti eò evadere videtur ſeſe attollere, ac fugere à me, ſive deduc. Myſticè *petra Chriſtus* a, eſt, cui *nomen datum ſuper omne nomen* b. Petrus item de petra c, ut ait Hieronymus, ita ut adverſus ſic fundatam firmiter Eccleſiæ domum, *portæ inferi prævalere* nequeant d, nec eam flumina, imbres, venti diruere e. Hoc refugium erimaciis f, inde fluunt aquæ g, ibi unctio, erectioq; in titulum h, ad hanc petram alliduntur parvuli noſtri i, hoc eſt, inordinati motus: in hujus foraminibus nidificamus, & habitamus k.

a 1. Cor. 10. 4
b Phil. 2. 9.
c Mat. 6. 18.
d Ibidem.
e cap 7. 27.
f Pſ. 103. 18.
g Num. 20. 8.
h Gen. 28. 22
i Pſ. 136. 9.
k Can. 2. 14

Deduxiſti me.) Jam retuli ex Hieronymo, *tu eris ductor meus*: & monui ab interprete noſtro futurum תנחני *thancheni* redditum per præteritum, ut aliàs ſæpe: & alios exponere per imperativum. Deduxiſſe intelligit Deum in petram, in qua & exaltavit. Tropologicè *juſtum deducit* Dominus *per vias rectas* l, *tenet manum dexteram*, *in voluntate ſua deducit* m, *dux itineris* n, eſt per quadraginta annos & quadraginta duas manſiones hujus peregrinationis o, ſtatuens ſupra petram pedes *eruti de lacu miſeriæ*, *lutoque facis*, *dirigit greſſus* p, ut eas *de virtute in virtutem* q, *notam* facit *viam*, in qua ambules, & ſpiritu ſuo bono deducit *in terram rectam* r, *docet utilia*, *gubernans in via in qua ambulas* ſ, deducit *in ſemitam mandatorum* ſuorum t, & *ſuper ſemitas juſtitiæ* u, lux & veritas ipſius deducunt & adducunt *ad montem ſanctum*, *& in tabernacula* æterna x, deducit denique *in portum voluntatis* tuæ y, & *in vita æterna* z, *victorem ſuper excelſa in pſalmis canentem* a. Importat Hebræum נחח *nachach* deductionem placidam, ut ſolet paſtor oves ducere, vel mater, nutrixve puerum, habetque affinitatem cum נוח *nuach*, *quieſcere*.

Tropologia
l *Sap.* 10. 10.
m *pſ.* 72. 24.
n *pſ.* 79. 10.
o *Num.* 33. 1 *& ſeq.*
Deut. 8. 2.
p *pſ.* 39. 3.
q *pſ.* 81. 8.
r *ſ.* 142. 8. 10
ſ *Eſa* 48. 19.
t *pſ.* 118. 35
u *pſ.* 22. 3.
x *pſ.* 42. 3.
y *pſ.* 106. 30.
z *pſ.* 138. 24
a *Abac.* 3. 19

A In Litania verſiculum iſtum Eccleſia, *Eſto nobis Domine turris fortitudinis à facie inimici*. *Turrim Hananeel* apud Zachariam m, Hieronymus n, quæ ſignificat juxta etymon, *eum qui ſit gratiſſimus* Deo, myſticè tradit eam eſſe, quam Salomon toties celebrat in Cantico, ſicut antea innui, ex qua *mille pendeant clypei*, *omnisque armatura fortium* o, in qua ſit *abundantia* p, quam ipſi expenſis ſuppntatiſque jubeamur ſumtibus ædificare q. Adde quam Dominus in vinea ædificavit r, & *civitatem ſuper montem poſitam* ſ.

Turris Hannaneel myſtica expoſitio.
m *cap.* 14. 10
n *Ibidem.*
o *Cant.* 4. 4.
p *pſ.* 221. 6. 7
q *Luc.* 14. 28
r *Eſa.* 5. 2. *Mat.* 2. 33.
ſ *Mat.* 5. 9.

Quia factus es ſpes mea.) Omiſſa, *quia*, Hier. *fuiſti ſpes mea*. Quamquam apud Trevetum eſt *quoniam*. *Fieri Deum ſpem alicui*, eſt facere ut ſperet, & ut ſpei reſpondeat eventus. Sic alio dicit pſalmo t David, quod *Factus eſt Dominus in refugium*, *& Deus in adjutorium ſpei*. Nomen מחסה *machſeh* importat, ut aliàs monui rationem integumenti, ubi quis ſtare ſecurus queat, μετὰ τῆς ἀμεριμνίας, *ſine cura*, ut ſolet dictum nomen Hebræum Symmachus convertere.

Fieri Deum ſpem alicui quid ſit.
t pſ. 93. 22.

Turris fortitudinis.) Repeti debet ἀπὸ κοινῆ, ut Nicephorus notat, τὸ ἐγενήθης, *factus es*, nimirum *turris fortitudinis*, quemadmodum factus es ſpes mea. Hieron. *munitiſſima*. In Proverbiorum citato loco u, interpres reddit; *fortiſſima*. Circumloquuntur Hebræi ſuperlativa, quibus carent, per nomina ſubſtantiva obliquè adjecta. Vel ſimpliciter pro epitheto uſurpant genitivum ſubſtantivi nominis אשחחעיל *eſceth chati mulier fortitudinis* x, pro mulier fortis, & בן־ענלח *henhhalah*, *filius iniquitatis* y, pro filio iniquo. Chaldæus vertit, *veritas fortitudinis* קשתאעשנא *Kuſtha hhuſna*, etiamſi Nebienſis reddat priorem vocem nomine *Turris*. Uſum turrium refert ex Ariſtotele Plinius z Cyclopes inveniſſe, ad munimentum ſcilicet mœnium, & Urbis, ut Vitruvius a, ac Vegetius b, præſcribunt. Utimur nunc turrium loco depreſſioribus propugnaculis, quas *bolevardas* nominant.

u c. 18. 10. Hebræorũ locutiones.
x Pro. 31. 10.
y pſ. 88. 23.
z l. 7. c. 56. Uſus turrium à Cyclopib. inventus.
a lib. 1. c. 5.
b lib. 4. c. 2.

A facie inimici.) Trito idiotiſmo Hebræo, *à facie* idem eſt quod contra, quare per *faciem inimici*, non ſignificantur illius blanditiæ; multoque minus, quem litteralem Hugo ſenſum facit, ornatum mulieris vultum, C quo David captus eſt in concupiſcentiam Bethſabee c. Abundant exemplis litteræ divinæ, quibus ea formula dicto modo uſurpata legitur, nec etiam vel ſolam præſentiam vel terrorem ſignificat.

c 2. Reg. 11. 3.

Verſ. 4.) Quia factus es ſpes mea: turris fortitudinis à facie inimici.

Senſus loci.

CAuſſam exponit cur ſe *in petra exaltatum* dixerit, ac in adeo tutum locum deductum à Deo, quia factus ſit, in quem omnem ſpem conjiceret; ac inſtar fortiſſimæ turris adverſus inimicum, ut nihil tanto præſidio tectus munituſque vereatur illius tela & impetum. Familiaris eſt Davidi fiduciæ iſtius tantæ deſcriptio, ut aliquot jam locis ante vidimus. Salomon b *turrim fortiſſimam* (ſive *fortitudinis* גרל עז *migdalhhoz*, ſicut hoc loco) nomen Domini appellavit, ad quam currat juſtus, & exaltetur. *Turrita* eſt Eccleſia in genis c, in collo d, in naſo e, in uberibus f, ut Aponius g, obſervat, citato præſenti loco noſtro. Sed ſponſus ejus totus *turris* eſt: quippe *Urbs fortitudinis noſtræ Sion Salvator*; *& in eadem murus & antemurale* h, *occupat ſalus muros* noſtros i. (Hebraicè vocabis *ſalutem* קראת ישועה *Karath jeſuhhah*) Philo Carpathius k ſponſum Chriſtum dici *turrim* docet, comprobans hujus loci teſtimonio. Eſaiam Patres priore exponunt loco nomen tribuere Chriſto, ut *Urbs* dicatur *fortitudinis*, ut & quum Jeremias l, appellatur *civitas munita*, & ibi Procopius obſervat Jeſu nomen diſtinctè exprimi potuiſſe. Ajunt præterea Eccleſiam cenſeri poſſe ibi civitatem, in illa poni Jeſum illius murum, & antemurale eſſe auxilium Dei, & præſidium Angelorum. Denique volunt etiam convenire civitatis illius appellationem cœleſti Jeruſalem, à cujus amore ne ſeparemur, murus efficiat, & antemurale tot myſteriorum futuri ſæculi, beatæque vitæ. Vult nos Auguſtinus petitos jaculis adverſis intrare in hanc turrim, cogitando priorem paſſum Chriſtum, & reſurrexiſſe: jacula ex turri jacere, qui verbis Dei ferit adverſarium, ſpe, bonis operibus. Frequentat

b Pro. 28. 10.
c *Cant.* 1. 10.
d *cap.* 4. 4.
e. 7. 4.
e *cap.* 7. 4.
f *cap.* 8. 10. Turrita ut dicatur Eccleſia.
g l. 6. *in Can.*
h *Eſa.* 26. 1.
i c. 60. 18.
k *In Cant.* Sponſus Chriſtus *turris* dictus.
l c. 1. 18.

Verſiculus in Litania frequentatus ab Eccleſia.

Verſ. 5.) Inhabitabo in tabernaculo tuo in ſæcula: protegar in velamento alarum tuarum.

TAnta illa ſpe fretus aſſeverat nihil ſe dubitare quin ſit habitaturus in perpetuum, quoad ſcil. vixerit, in Dei protectione, perinde ac ſi latitaret intra ſanctum Tabernaculum, atq; pullo ſimilis tegeretur alis gallinæ. Inſinuat ſimul quantopere deſideret, ac ſperet reditum in patriam, ad religioſè frequentandum Moſaicum tabernaculum & locum Dei dicatum cultui, ut ibi quodammodo præter peculiarem protectionem, quam ſuis præſtabat Deus, velaretur alis Cherubin, quibus Arca obumbrabatur. Fieri demum poteſt, ut altius vota protenderit ad æterna cœleſtis beatitudinis tabernacula. Hoc ſimul cum eodem dictionis genere ſatis jam in pſalmo 26. d, expreſſum ac explicatum eſt. Cogitatio iſta fiduciaque felicitatis futuræ valde animum corroborat adverſus omnes tentationes, hoſtes, perſecutiones, illud etiam obfirmatum animi propoſitum perſiſtendi in Eccleſiæ fide, atque profeſſione, nec non ſub alis divinæ protectionis. Id enixè flagitabat David 16. e pſalmo, *ſub umbra alarum tuarum protege me à facie impiorum*, *qui me afflixerunt*. Locis iſtis & ſimilibus dicta ſunt ſatis multa, quæ faciunt ad præſentis intelligentiam.

Senſus loci.

d v. 4. & ſeq.

e verſ. 8. 9.

Inhabitabo in tabernaculo tuo in ſæcula.) Hieronymus, *inhabitabo in tabernaculo tuo jugiter*. Sed apud Trevetum, *peregrinabor*. Caſſiodorus *in ſæculo*: niſi mendum ſit. Gallicanum pſalterium & Arnobius *in æternum*. Auguſtinus, *inquilinus ero*: quod etiam valet אגורה *agurah*, & παροικήσω. Vim autem facit in peregrinatione, ac tabernaculo, quod præſentis ſint temporis, & *in ſæcula* tamen *durare* dicantur, quia non modico tempore futura erat Eccleſia in hac terra, ſed uſque ad finem ſæculi. Imitatur is qui Ruffinus dicitur, & alii, Auguſtinum Euthy-

thymus notat non convenire Judæis, pridem jam destructo eorum templo, sed Christianis, qui ubique per orbem in templis assiduè Deum colunt. Hilarius, habitationem sempiternæ beatitudinis vult significari, quam concipiat conseptus fidei spei que munitione, ut sine ullo scilicet, inquit, ætatis modo in æternum fluentibus sæculis temporibusque ibi maneat. Vocatus Hieronymus *tabernaculum* illud quoque accipit, ubi sine fine mensuri Deum jugiter contemplabimur. Hebræum & Græcum verbum simplicem quoque ac absolutam habitationem significant, quo modo & Hieronymum vertisse dixi. Nec è contrario vox *sæculorum* convincit mansionis æternitatem, ut Augustinus notavit, & aliis potest exemplis ostendi, quod & aliàs fecimus.

Locus non conveniens Judæis, sed Christianis.

Protegar in velamento alarum tuarum.) Hieronym. *sperabo in protectione alarum tuarum*. Alii *sperabo in abscondito*, vel *occulto*, vel *tegumento* seu *umbra*, &c. אחסה בסתר כנפיך *echhseh befether chenaphecha*. Eadem phrasis in psalmo 16. *a*, 35. *b*, 56. *c*, 62. *d*, 90. *e*, & in Ruth *f*. Videri allusio potest ad Cherubin, quæ tegebant alis tabernaculum, vel ad volucrem fovent em sub alis pullos. Prioribus psalmis actum de tropologico bono sensu *alarum*, sive duplex dicatur testamentum sive misericordia, & veritas Dei, sive potentia, & misericordia, sive gemina charitas, sive expansa in cruce brachia, quod ultimum traditur à Philone Carpathio *g*, sive quid aliud, quod uno verbo significat etiam *umbra manus Dei protegentis* h, & *sanitas in pennis ejus* i. Habet & suas mundus alas, potentiæ & opulentiæ, magnum edentes sonitum, in quibus invenitur sanguis pauperum. Item diabolo conveniunt quatuor, quas in bestia simili pardo Daniel *k* describit. Lege Greveum *l*.

a *vers.* 8. *b* *vers.* 8. *c* *vers.* 2. *d* *vers.* 8. *e* *vers.* 4. *f* *c.* 2. 12. Allusio, *g* *in Cant.* *h* Esa. 49. 2. *i* Mal. 4. 2. Mundus quas alas habere dicatur. Alæ quatuor bestiæ pardo simili is in Daniele, diabolo convenientes. *k* *cap.* 7. 6. *l* *ser.* 122.

Est in fine versus סלה *selah* & διάψαλμα: quo Hilarius ait innui divinæ protectionis certitudinem, cum spe ac voto futuræ felicitatis. Alii volunt notam esse exclamationis super tanta Dei charitate. Sed sæpe monui nondum constare de usu istius particulæ.

Vers. 6.) Quoniam tu Deus meus exaudisti orationem meam: dedisti hæreditatem timentibus nomen tuum.

Sensus loci.

SPEI suæ certitudinem inde confirmat, quod sit priùs expertus exauditas à Deo preces suas, & quia sibi qui timuisset, atque coluisset ipsum, promiserit possessionem regni, ac totius promissæ terræ, quam veluti peculiarem hæreditatem singulari amore prosequebatur, ita ut permissurus non videatur tam longum molestumque exilium. Altius verò mentem simul sublevasse credendus est David, ad æternæ beatitudinis hæreditatem, quam ærumnosis tandem sit largitur exulibus Deus, qui ritè illum hìc interim coluerint, & sua omnia ad ejusdem honorem, dictæque felicitatis adeptionem retulerint: sed propter certitudinem spei, factum jam dicitur quod futurum est: acquisitio item juris præsentem quodammodo rem facit de qua est; postremo non solum jam multi venerunt in hujus possessionem hæreditatis vita functi, licèt nondum quum David scriberet; sed & divinæ gustus ac perceptio consolationis, quæ quolibet tempore communicatur justis, etiam ante Christi adventum, ipsiusmet cœlestis fruitionis anticipatio, perceptio, prægustus, prælibatio est.

Certitudo spei factum jam dicit quod futurum est, &c. Acquisitio juris præsentem quodammodo rem facit.

Porro secundùm litteralem primo loco positum sensum videtur hinc ad usq; finem psalmi oratio contineri, qua veluti ex hypothesi, si largiatur Deus, quæ hìc dicit, ut exaudiat vota, det hæreditatem, adjiciat dies, annosque quibus permaneat semper coram Deo Rex: apponat tamquam assistrices misericordiam, veritatemque, quibus & regatur à Deo; & regat ipse alios; vovet se nomini Domini psalmum perpetuò dicturum, & vota quotidie redditurum. Vel illa eadem spectari ut jam concessa possunt, propter fiduciæ magnitudinem, hacque de causa Davidem polliceri quod diximus.

Litteralis sensus.

Quoniam tu Deus meus exaudisti orationem meam.) Hieronymus, *m* meminit, Græcè additum in quibusdam libris pronomen μου, nec tamen haberi in Hebræo, vel in Lxx. interpretibus, sed additum. Orationem intelligit cum votis, ut fieri solet in maximis periculis. Significant propriè vota, quæ hìc pluraliter ponuntur

m Ep. 135.

A εὐχαὶ & נדרים *nedarim*. Enarratores tamen Græci orationes simpliciter absque votis hìc accipere videntur: & constat, licèt προσευχὴ votivam significet *precem*, seu *cum prece votum*, εὐχὴ *votum etiam absque oratione* seu petitione, tamen non raro confundi harum usum vocum. At Hebræum vocabulum perpetuò pro votis sumitur, & ita reddit hoc etiam loco Hieronymus, teste Treveto, quamvis in editione Victorii, & Regiorum Bibliorum oratio ponatur. Connexionem habent cum primis psalmi verbis verba ista. Orationem ait Augustinus, exauditam dici à quo cœpit, nosque sic admoneri non cessare orando, quamdiu tempus est tentationum.

Προσευχὴ Εὐχὴ

Dedisti hæreditatem.) Terra promissionis *hæreditatis Dei* dicebatur, & respectu Davidis, cui regnum Deus promiserat: beatitudo demum ipsa, Deusque objectum ejus propter causas, quas alibi attuli *n*. Discrimen quoque aliàs allatum inter hæreditatem humanam, Deique, Augustinus affert, quia non laboramus accipere hæreditatem ab illo patre, cui non morienti succedamus, sed cum illo in ipsa hæreditate vivamus. Tùm terram promissionis tùm per anagogen terram viventium beatorum intelligi docent Euthymius, & Nicephorus, confirmantes verbo Græco in Matthæi Evangelio *o*, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην βασιλείαν, *possidete paratum vobis regnum. Si filii Dei, & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi* p. Nec vero displicet *hæreditatem* hìc intelligere posterorum successionem hæreditariam, præsertim piè imitantium majores suos. Tale quid scribitur in Ecclesiastico q, *Cum semine eorum permanent bona: hæreditas sancta nepotes eorum, & in testamentis stetit semen eorum, & filii eorum propter illos in æternum manent, semen eorum & gloria eorum non derelinquetur*. Placet magis nihilominus duplex alius sensus de terra promissa, deq; futuro sæculo, de quo Paraphrastes etiam exponit: *Novit Dominus dies immaculatorum, & æternitas eorum in æternum erit* r, ut sequenti quoque versu dicitur.

n Psal. 5. 5. Discrimen inter hæreditatem humanam & hæreditatem Dei. *o* c. 25. 34. *p* Rom. 7. 17. *q* c. 44. 11. 12 13. Duplex alius sensus. *r* Ps. 36. 18. *Nomen Dei* pro Deo ipso. Excitat filialem timorem non severitas sed benignitas. Etymon nominis Dei à θεὸς.

Timentibus nomen tuum.) Timore hæredis, ac filii. *Nomen Dei*, ut sæpe observatum est, pro Deo ipso, & attributis ejus usurpatur, quæ solent exprimi nominibus, nec tam hoc loco nomen intelligitur terribilis Dei, quasi, ut Remigius notat, dicatur à δέος, quod significat *timorem*, quàm misericordis. Excitat filialem timorem non severitas, sed benignitas, Etymon vero illud nominis Dei satis dubium est, aliaque præterea traduntur.

Vers. 7.) Dies super dies Regis adjicies, annos ejus usque in diem generationis & generationis.

Sensus loci.

REGIÆ sibi promissæ dignitati, quam per hæreditatem intelligebat datam olim timentibus Deum suis majoribus, ait adjiciendum à Deo vitæ longum ævum, ut vivat rex diù, & in posteris per multas generationes, sed & ipsemet post transactam diuturnam præsentem vitam, ad aliam transeat beatam in æternum duraturam. Ad Regem Christum aliqui hæc transferunt cum August. ut non tantum regnet diebus istis transeuntibus in Ecclesia, sed regnent cum illo sancti in diebus, qui non habent finem. Eadem Euthymii, Theod. Basilii sententia sub typo Zorobabelis: sed fatetur primus non convenire quæ sequuntur, alteri quàm Christo: & præcisè Nicephorus de toto negat contextu. Certè *adjectio dierum super dies* de alio potest homine intelligi: non ita commodè *annorum usque in diem generationis, & generationis*: minus adhuc quod sequenti habetur versu, ut videbimus. Davidem porro dicere, alteri homini, aut sibi tantum vitæ spatium optasse & orasse absurdum est, maximè quum *generatio* significare soleat spatium vitæ hominis, duplex, duarum vitarum, ut Rabbini volunt; quod postea docebimus, non absolutè verum esse, sed poni pro æternitate. Videtur potius; ut non raro fit in Psalmis, transitus fieri à persona Davidis ad personam Christi, pro ipsius perpetuo regno, vitaque sempiterna preces fundendo. *Dies adjectos ad alios dies*, interpretantur quoque Latini de æternis, qui successerunt in Christo, post temporales, quibus hìc vixit, & annos, usque in diem generationis, & generationis tum præsentis, tum futuræ, & secundùm Hilar. tùm spiritualis nativitatis, tùm resurrectionis. Sed hoc Euthym. de generatione duplicis populi, antiqui & novi,

Ad regem Christum translatio.

Generatio pro duplici vitæ spatio, seu duarum vitarum.

Dies adjectos ad alios quid Latini interpreres esse velint. Loci expositiones.

vi, explicat, qui usque ad finem mundi durabunt. Rabbini quoque de Messia, nec non Paraphrastes, exponunt hunc locum, & posterior de generationibus mundi istius, & venturi, nec semel prioribus Psalmis occurrit nomen *regis κατ' ἐξοχήν*, pro Messia, maximè in 44.

Nomen regis κατ' ἐξοχήν pro Messia. Phrases scripturæ.

Dies super dies Regis adjicies. Paraphrastes Chaldæus *Regi Christo.* Et autem pro optativo, vel imperativo futurũ indicativum. Idem dicendi modus, *super dolorem vulnerum addere* a *apponere iniquitatem super iniquitatem* b, *adjicere super omnem* c *laudem, addere super peccatad*, vel *addere*; & *adjicere peccatum super peccatum*, vel *ad peccandum* f *addere ad annum* g, quod aliter dicitur *addere annos vitæ* h, *addere vitam* i, *apponere dies* k, item, *addere dolorem dolori* l. Jam monui de Christo sermonem esse, quãvis hæc præcisè verba possunt Davidi convenire; quod & Hilarius concedit, simul tropologicè de unoquoq; intelligens fideli, qui Rex dici possit, quia servus peccati non est. Videtur vero idem Hilarius, *generationis & generationis diem*, sumere pro æternitate, quam consequuntur beati, qui vixerunt, ita ut generationes sint homines hìc viventes.

a Ps. 63. 27.
b ibid. v 28.
c Ps. 70. 14.
d Job. 34. 37.
e Esa. 30. 1.
Eccl. 5. 8.
f Osea 13. 2.
g Esa. 29. 1.
h Prov. 9. 11.
i Eccl. 48. 28
k Prov. 10. 27.
l Jer. 46. 8.

Annos ejus usque in diem generationis & generationis. Hieronymus, *annos ejus donec generatio, & generatio.* Alii supplendo, *erunt: anni ejus erunt ut generatio, & generatio.* Habet interdum בְּמוֹ *ohemo*, ulum illum, quem Hieronymus expressit, necnon editio nostra. In Psalterio Romano, & apud Cassiodorum, *usque in diem sæculi, & sæcula*; in Gallicano Psalterio, *usque in diem generationis, & progeniei: Generatio* quid valeat, docui aliàs. Videtur idem hic esse quod ætas, ut sit sensus, non ætatem dumtaxat concedi unam, sive centum definiatur annis, sive pluribus aut paucioribus, sed plures ac infinitas ætates, & vitam cum longitudine dierum in sæculum, & *in sæculum sæculi* m, qua longitudine replendi sunt, quibus ostenditur *salutarem Dei*, qui est Christus: propterea multo potiore jure longitudine repletus eadem. *Regnat is in æternum, & regni ejus non est finis* o. *Anni ejus*, ait Paraphrastes, *sicut generationes mundi hujus & generationes mundi venturi.* Addiderunt Lxx. *dici* vocabulum, vocantes *diem generationis*, & *generationis.* Hoc magis æternitatem significat, quasi una sit æternitatis sine nocte dies, licèt adhuc simplicior sit illa, omninoque indivisibilis. *Una* dicitur *dies in atriis Domini melior super millia aliarum* p. Vocantur etiam ejusdem fœlicitatis *dies antiqui* & *anni æterni* q, quoniam æternitas comprehendit in se dies omnes, & annos, & menses, quem mensem ex mense, & Sabbatum ex Sabbato appellat Esaias r.

Generatio, pro ætate:

m Ps. 20. 5.
n Ps. 90. 16.
o Luc. 1. 33.
p Ps. 83. 18.
q Ps. 76. 6.
r c. 66. 23.

Mysticè additi ad ætatem Ezechiæ anni quindecim *s* denotant vitam justi, præsentis temporis, per septem; futuræ æternitatis, per octo. *Dies* gloriæ *diem superat* gratiæ, & naturæ, *lux lucem, annus annum*, solem sol *t*. *Justorum semita quasi lux splendens procedit, & crescit usque ad perfectam diem u.*

Mysticè additi Ezechiæ anni quindecim quid denotent.

s Esa. 38. 5.
t Ecc. 33. 17.
u Prov. 4. 18

Vers. 8.) Permanet in æternum in conspectu Dei: misericordiam & veritatem ejus quis requiret?

CUi *dies super dies* adjecti, & anni *usque in diem generationis, & generationis* sunt, docet æternitatem illum coram Deo habere, ut nec umquam ipse dum hìc vivet, à divino favore excidat, regnum autem in semine ipsius firmiter perseveret, tandemque Dei ejusdem conspectu, & præsentia, semper fruatur, nec sit qui aliquando requirere, seu desiderare in eo valeat Dei misericordiam, & in promissis fidem, sed utramque videant apertè omnes illum perpetuò comitari: vel nemo satis queat, ut exponunt Græci, ipsiusmet regis Christi, qui, ut ait Hilarius, manebit æternus jam omnibus, quos redemit in reges cœlorum, & cohæredes æternitatis assumsit, tradens eos *regnum Deo Patri*, *x* percipere, ac investigare Dei misericordiam admirabilem, & veritatem, quã in humano genere redimendo exhibuit, & nunc existens conspectui Patris exhibet pro nobis intercedendo.

x 1. Cor. 15. 24.

Latinorum expositio.

Explicant hoc præterea tertio loco multi Latinorum de quolibet beato, qui permansurus & confessurus sit coram Deo, quo fruetur: nec ampliùs egens misericordia, omni liber miseria: nec veritate, ipsissimam contemplans veritatem. *Non inopes jam*, ait Hilarius, misericordiæ veritatisq; ejus, hæ scilicet generationes erunt, quas in se ex mortuis regenerabit ad vitam, quæq; in spe Dei gloriæ manserint, tum quum in regnum traditæ Deo Patri susciperentur in reges, consummata in omnes ejus misericordia, ac veritate, per quem redemtos se gratulentur ad vitam, sitque omnibus accessus ad Patrem: post quod misericordiæ ac veritatis nihil requiratur à Domino, quum in Dei plenitudinem impleantur.) Confirmat Hilarius verbis Christi *y*: *In illa die me non rogabitis quicquam*, quia scilicet, jam *gaudium nemo ablaturus ab his sit z.*

y Joan. 16. 26
z Ibid. v. 12.

Quartus adhuc sensus posterioris membri est, primo intellecto de felicitate quam perceperit seu Christus seu alius? Quotusquisque est, qui serio imploret Dei misericordiam, vel Christi, ut condonet peccata; & qui diligenter mandata ipsius perscrutetur, ut ea servando sit verè justus in conspectu illius? Indicat Arnobius, & clarius tradit Augustinus istum sensum, dicens, ut quemadmodum exhibita nobis est à Deo misericordia, qua pepercit, & veritas, qua promissa præstitit: sic ipsi misericordiam exerceamus circa infirmos, egentes, inimicos: veritatem, non peccando, nec adjiciendo peccatum super peccatum, denique non contenti nosse, aut prædicare, faciamus quoque misericordiam, & veritatem ei (sic enim legit cum pronomine hoc) vivendo non nobis, sed Deo, eique, qui pro omnibus mortuus est, non quærendo commoda propria ex cognitione illa, aut prædicatione, sed ut prosimus membris Christi.

Quartus sensus.

Quinto potest exponi simili priori sensu: quum Regis nostri tanta sit dignitas, ut permaneat semper in conspectu Dei tamquam *ὁμόθεος*, & *ὁμοούσιος*, *simul Deus*, & *consubstantialis*, quidni omnes accurrant ad ejus infinitam misericordiam, & veritatem, quum sit *plenus gratiæ & veritatis hic Unigenitus a*? Eritne qui suspicetur hæc ab eo abesse aliquando posse? Expectat quis hæc, ab ipso requirat, promtus paratusque cunctis liberaliter largiri, ut ne conqueri possit de repulsa. Hæ sunt assiduæ comites, & velut assistrices solii, & sedis regiæ. *Misericordia, & veritas custodiunt regem, & roboratur clementia thronus ejus* b. *Universæ viæ Domini misericordia, & veritas, requirentibus testamentum ejus, & testimonia ejus c.*

Quintus.

a Joan. 1. 14.
b Pro. 20. 28.
c Ps. 24. 10.

Sextus sensus aliorum, David de se in tertia persona loqui, & significare se habitaturum, ut versu dixerat quinto, *in tabernaculo Dei in sæculum*, nempe quoad viveret: item quod in Psalmo 55. *d. Ut placeam coram Deo in lumine viventium.*

Sextus.

d vers. 14.

Permanet in æternum.) Hieronymus, *sedebis semper in conspectu Dei*, vel apud Trevetum, & in editione Victorii, *ante faciem Dei.* Alii, *habitabit*, vel, per optativum, *sedeat, habitet.* Est Hebræum verbum futuri temporis יֵשֵׁב *jeseu.* Codices Græci correcti habent, *διαμενεῖ.* In Psalterio Romano, & apud Augustinum, atque Cassiodorum legitur, *permanebit. Stare firmiter*, vel *sedere*, vel *habitare*, significatur dicto verbo Hebræo; *Christus Jesus heri, & hodie, & ipse in sæcula e*, &, *eo quod maneat in æternum, sempiternum habet sacerdotium f.* Minus aptè exponuntur ista de alio, quàm de Christo: quamvis *permanere*, aut *sedere*, aut *habitare in æternum*, posset utcumq; accipi de tota via, & quidem longa, in qua liceret juxta prius dicta videre tertiam & quartam generationem. Sic Lyranus & Trevetus explicant. Sed prior tandem, de Christo illa quæ sequuntur cum præsentibus verbis.

e Hebr. 13. 8.
f Hebr. 7. 24

In conspectu Dei.] Vel propter perpetuum quasi aspectum benignum Dei faventis, vel ut qui Deo consubstantialis, &, ut prius dixi *ὁμόθεος*, ac *ὁμοούσιος*, vel quia tamdiu durans quam ille, quemadmodum quando permansurus dicitur idem Christus *cum Sole & ante Lunam g*, hoc ultimum habetur Hebraicè, *In conspectu Lunæ* יַרֵחַ לִפְנֵי *liphne jarechach*, vel, ut *assistens h*, Patri, *asparensque vultui ejus*, pro nobis interpellet, vel, ut placens illi. Applicat id Hugo etiam ad visionem Dei concessam cuivis Beato, ut & verba præcedentia ad beatitudinis perpetuitatem.

g Ps. 71. 5.
h Hebr. 9. 11. 24.
Hugonis.

Misericordiam & veritatem ejus quis requiret?] Addit Augustinus, *ei*, & eam vim facit in pronomine, quam dixi. Psalterium Romanum, Hilarius, & Cassiodorus *eorum.* In Psalterio Gallicano habetur eadem lectio nostra, sed absque nota interrogationis. Et hujusmodi sensus elicitur, ut dicatur permanere Rex Christus, *in conspectu Dei*, hoc est, in æternum, expectans quis misericordiam & veritatem ejus requirat. Placet Agellio, sed & supplendum sic est *expectandi* verbum, & vox מִן *man* ut est pronomen, solum interrogativè usurpatur, sicut

מי *mi*, pro quâ voce David èam èx Syris mutuatus eſt. Hieronymus vertit, *miſericordia & veritas ſervabunt eum*, ex Hebræis iſtis verbis, חסד ואמת מן יצרהו *theſed veemeth man iint ſeruhu*. Similis eſt paraphraſis Chaldæa in Bibliis Regiis, *bonitas, & veritas à Domino ſervabunt eum*, apud Nebienſem verò *bonitas & veritas, quos præparavit auctor ſæculi, ſervabunt eum*. In illis Bibliis eſt præpoſitio cum nomine מורי *mimmar, à Domino*. In editione Nebienſis מן *min*, quod ipſe, ſupplendo pronomen relativum, exponit, *præparavit*; Alii ex Hebræo, *miſericordiam, & veritatem præpara, quæ conſervant eum*, vel, *bonitatem, & ſtabilitatem, aut fidem para*, & omiſſo pronomine relativo quod deeſt in textu, *conſervabunt*, ſeu *cuſtodiens*: aut *conſervent*, ſeu *cuſtodiant eum*. Cajetanus in ſua translatione poſuit dictionem Hebræam, *man, gratia & veritas man cuſtodient eum*. Quum autem, ut ipſe ait, ſignificet מן *man, præparationem, cibum, manna, minus donumve*, & pronomen interrogativum *quis* arbitratur pro *dono* ſumi debere; ut ſit ſenſus: *Gratia, & veritas doni cuſtodient eum*, ideſt, opera gratiæ, & veritatis *man*, nempe doni divinæ perſonæ, quæ data eſt humano generi, cuſtodient Regem Meſſiam, eruntque merita, quibus cuſtodietur in æternum, hoc eſt, acquiret immortalitatem. Vel, *Gratia & veritas man*, ideſt, quas dat Rex Chriſtus mundo pro dono, cuſtodient eum, ac tamquam cuſtodiæ aſſidebunt ipſi, & hic largitate gratiarum, veritateque doctrinæ ſemper donabit mundum. *Gratia namque & veritas per Jeſum Chriſtum facta a, eſt.* *Joan. 1. 17.*

Subjicere placuit lectoris oculis tot hujus interpretationes loci, ut noſtram probandam præ aliis intelligat. Nec facilior eam tuendi ratio quam מן *man*, pro interrogativo Hebræo pronomine מי *mi, quis*, accipiendo, quam à Hieronymo omiſſam dictionem miror. Præterea ſuſpicor LXX. legiſſe verbum in ſingulari numero, cum affixo alio, quam nunc legatur, ideſt, non in plurali cum affixo הו *hu*, יצרהו *ijntſeruhu, ſervabunt*, ſeu *requirent eum*: ſed hoc pacto cum affixo נו *nu*, יצרנו *ijntſerennu, ſervabit*, aut *requiret eum*. Verùm, quia hæc affixa ſunt maſculini generis, fœminini autem חסר *theſed*, & אמת *emeth*, propterea ſic ad verbum exponi debere, *Miſericordia, & veritas* (nempe magna eſt in Rege, aut Deo) *quis ſervabit*, ideſt obſervabit, *aut requiret eum?* videlicet vel Regem, vel Deum, qui tandem eſt editionis noſtræ ſenſus (*miſericordiam & veritatem ejus quis requiret?*? Ubi pronomen (*ejus*) perſpicuitatis cauſſa retractum eſt ex ultimo loco, in quo tantum eſt, in commodiorem locum ſecundum conſtructionem Græcam Latinamque. Certè pro *manna* non dicitur מן *man*, cum patach, ut eſt hoc loco, ſed cum camerz מן *man*, idemque judicium de *dono*. In imperativo eſſet מנה *meneh*, in præterito quod eſt in verſione Nebienſi ex Chaldæo deberet eſſe מנה *manah*, & ſi contractio fieret מן *man*, per camerz; vel a מנח *minnah*, מן *min*, quorum exempla adhuc deſidero, quamvis recitet Nebienſis in paraphraſi Chaldæa מן *min*, ut antea monui: Vindicatam poſtea legi à Grettero quoque noſtro *b*, hujus loci vulgatam verſionem ab hæreticorum calumniis. Sed pro inſtituto meo paullo diligentius id præſtare debui.

De ſententia, reque ipſa nihil nunc præter ſuperius dicta addendum judico, illud dumtaxat paucos eſſe qui cum miſericordia veritatem requirant, illa ſola contenti. Rectè porro exaggerat Hugo; & urget, interrogando, quis requirit miſericordiam, qua Chriſtus tanta pro nobis tulit peccatoribus, dimiſi peccata, confert gratiam, expectat ad pœnitentiam, peccantes revocat, paſcit ingratos? quis veritatem qua puniet omnes reprobos, diſtrictè judicabit, gravia inferet ſupplicia, & ſine fine?

b *Tom. 1. pro Bellar. lib. 2. colum 688. & 680.* Chriſti miſericordia & veritas.

*Atuum id fit, quotidieque nunc in Eccleſia decantando Pſalmos Davidis, multò à beatis meliùs ac melioribus Pſalmis, hymniſque, de quibus Hilarius quoque intelligit, cum æternis votorum gaudiis, & alii ferè omnes Enarratores, præſertim Latini.

Sic.) Referri poteſt ad *quoviam*, ex verſu 6. quaſi dicat, quoniam tu Deus exaudiſti orationem meam, &c. *Sic*, ideſt, propterea, Pſalmum dicam, &c. vel ad hunc modum geram me videlicet liberaliter erga te, ſicut tu erga me. Valet id בן *chen*, ſive *tanto magis*. Præterea ad poſterius membrum, ut reddam, &c. hoc eſt: Sic Pſalmum dicam, aut, idcirco pſallam, ut reddam vota promiſſaque de hoc ipſo faciendo. Eodem pacto Ezechias *c. Domine ſalvum me fac, & Pſalmos noſtros cantabimus cunctis diebus vitæ noſtræ in domo Domini*. c *Eſa. 38. 10.*

Pſalmum dicam.] Hieronymus, *canam*. Alia Pſalteria, & Hilarius, Auguſtinus, Arnobius, Caſſiodorus, *pſallam*. Hoc ſignificat ψαλῶ, & אזמרה *azammerah*, potiùs quàm canere, etſi canere quoque ad inſtrumenti muſici pulſum transfertur, maximè ſi cantus vocis humanæ adhibeatur. Potuit item ſimplicius dici *pſallam*, & non, *pſalmum dicam*. Hoc alibi *d*, adhuc modo reddita ſunt verba illa Græcum, & Hebræum, & a Hieronymo fere per verbum *cantandi*, vel canendi. d *Pſ. 26. 6. pſ. 56. 8. 10. pſ. c. 5. 2. 4. pſ. 67. 5.* c *Epiſt. 135.*

In ſæculum ſæculi. Hieronymus, *jugitur*. Hebraicè dumtaxat eſt לעד *lahhad*, quod idem Hieronymus *e*, monet ſignificare *in æternum*, & non eſſe hic לעולם *lehholam*, *in ſæculum*. Pſalterium Gallicanum *in æternum*. Idem poteſt eſſe atque quod jam dixiſſe retuli Exechiam, *Pſalmos cantare cunctis diebus vitæ*, & ita loqui ſolemus quum pollicemur alicujus beneficij memoriam ſempiternam. Vel certè, quoniam David cani Pſalmos inſtituit in Tabernaculo, volens id poſtea fieri etiam quum eſſet ædificatum templum. phraſes ſcripturæ.

Vt reddam vota mea.) Votum quodammodo cenſetur quam fecimus in baptiſmo ſponſio, ſed non ita propriè ut alia, quæ eo animo nuncupantur, ut peculiari promiſſo de re certa nos obligemus DEO. Verba quæ dicit baptizandus, ſive ſuſceptor pro eo, *volo, credo, abrenuntio*, nullum per ſe votum innuunt. Nec ullo Eccleſiæ præcepto adjungitur baptiſmo votum; nec profeſſionis Chriſtianæ natura id importat, utpote quæ ſine voto ſufficientem per ſe habeat vim obligandi. De votis loquitur David, quibus voverat celebrationem Pſalmorum, vel etiam fortaſſis oblationem aliquorum ſacrificiorum, ſed priorum potiùs, quia, ut dixi, ut perpetuò canerentur inſtituit, quod ſequentia quoq; verba indicant, & nunc in Eccleſia quotidie recitantur, quod forſan optavit Davit, & futurum prævidit, ut indicat Lyranus. Votum pro ea quam facimus in baptiſmo ſponſione, non ita pro priè.

De die in diem.) Hieronym. *per ſingulos dies*: ad verbum *de die*, יום יום *jom jom*, quòd Græcè dicitur ἡμέρας ἡμέρας, *diem ex die*. Aliter καθημέραν *quotidie*, vel ἡμέρναθ ἡμέραν *die quotidie f*. Præterea Hebraicè מיום ליום *mijom leiom*, quod magis propriè redditur *de die in diem*, *g*. Vertit hoc loco Paraphraſtes, *in die redemtionis Iſrael, & in die quo ungetur Rex Chriſtus, ut regnet*. Tropologicè dicitur *de die in diem* vota reddere, qui, ut Auguſtinus, aliique dicunt, perſeverat in iſto, præſentis nimirum vitæ, die, donec veniat ad alium æternæ, quando qui laudaverit uſque ad mortem bonis operibus DEUM, vota laudeſque gaudiorum æternorum, ut Hilarius & Caſſiodorus obſervant, reddet *in conſpectu omnis populi* electorum, *in medio Jeruſalem* cœleſtis *h*. *Ibi gaudium, & lætitia invenietur, gratiarum actio & vox laudis i, in eo templo omnes dicent gloriam k*, in illa domo habitantes *in ſæcula ſæculorum laudabunt l Dominum*, tunc perfectè reddentur DEO vota, quia inſeparabiliter, ac immobiliter, & ſine periculo ampliùs peccandi adhærebimus DEO. f *pſ. 67. 20.* g *pſ. 95. 2.* Tropologia h *pſ. 115. 19.* i *Eſa. 51. 3.* k *pſ. 28. 9.* l *pſ. 83. 5.* Eccleſiæ in laudes DEI aſſuefactio.

Aſſuefcit nunc laudi Dei Eccleſia præter Pſalmorum quotidianam frequentationem, toties etiam inculcando, *Laus DEO, laus tibi Chriſte, gloria tibi Domine, DEO gratias, gratias agamus Domino DEO noſtro, halelujah, Benedicamus Domino*, & ſimilia. Ultimum hoc autem quædam Gloſſa, quam citat Ayguanus, obſervat in Eccleſiaſticis officiis dici in fine, & quidem à pueris Symphoniacis, ad indicandam laudem divinam, quam celebrabimus poſt hanc vitam puritatis Angelicæ conſortes facti. Gloſſæ obſervatio.

Verſ. 9.) Sic Pſalmum dicam nomini tuo in ſæculum ſæculi: ut reddam vota mea de die in diem.

Senſus loci. Beatorum, pſalmi hymnique.

PRopter hactenus enumerata beneficia conceſſa, vel ſi concedere Deus voluerit, ſpondet ſe Pſalmos dicturum in perpetuum, ut reddere quotidie valeat, quas vovit actiones gratiarum, quod ſæpius paſſim facturum ſe in Pſalmorum variorum locis dixit. In perpe-

PSALMUS

SEXAGESIMUS PRIMUS.

In finem.

1 Pro Idithun, Psalmus David.

2 NOnne DEO subjecta erit anima mea? ab ipso enim salutare meum.
3 Nam & ipse Deus meus, & salutaris meus: susceptor meus, non movebor ampliùs.
4 Quousque irruitis in hominem? interficitis universi vos; tamquam parieti inclinato & maceriæ depulsæ?
5 Verumtamen pretium meum cogitaverunt repellere, cucurri in siti: ore suo benedicebant & corde suo maledicebant.
6 Verumtamen DEO subjecta esto anima mea: quoniam ab ipso patientia mea.
7 Quia ipse Deus meus, & salvator meus: adjutor meus non emigrabo.
8 In Deo salutare meum, & gloria mea; DEUS auxilii mei, & spes mea in DEO est.
9 Sperate in eo omnis congregatio populi, effundite coram illo corda vestra: Deus adjutor noster in æternum.
10 Verumtamen vani filii hominum, mendaces filii hominum in stateris: ut decipiant ipsi de vanitate in idipsum.
11 Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere: divitiæ si affluant, nolite cor apponere.
12 Semel locutus est Deus, duo hæc audivi, quia potestas Dei est, 13. Et tibi Domine misericordia: quia tu reddes unicuique juxta opera sua.

Titulus & Argumentum.

In finem.

Vers. 1.) Pro Idithun, Psalmus David.

Vox Idithun in hoc tantum psal. & in 38. ubi petenda. quæ de hac voce. a 1 Paral. 25 2. & 3.

HIc tantum, & XXXVIII. Psalmus, ut etiam notavit in Homilia Basilius, habet *Idithun*, in titulo: Alia pluribus aliis communia sunt. Sed quæ in 38. dicta sunt de *Idithun* huc transferri possunt; sive de uno ex præfectis Cantorum cum Heman & Asaph *a*, [hoc enim melius quàm vel instrumentum musicum, vel initium cantilenæ fuisse] sive de mystica notione, quam vocabuli etymologia suppeditat, & hìc ab enarratoribus repetitur; tametsi non satis exacta ea videatur, & Hebrææ linguæ consentanea, qua significare dicitur, *transiliens eos b*, & Christo accommodatur, qui legis finis est, ac psallentium omnium victor, maximosque saltus è cœlo in terram, & hinc illuc dedit, & similes nos invitat, erudit, juvat, salva humilitate, atque subjectione sub DEO, quæ primi, psalmi verbis indicatur. Symmachus reddidit paullo aliter titulum, ἐπινίκιος διὰ τὸν ἰδιθεμ οὗτοι εἰς Δαυὶδ, *triumphalis per Idithum ode in David*.

b Aug. & alii.

Psalmi argumentum c 1. *Reg.* 22. *d* 2. *Reg.* 13. 14.

Ceterùm Psalmus editus videtur de crebra Davidis fuga vel propter Saulem persequentem *c*, vel Absalonem *d*. Excitat in seipso spem, penitus Deo se subjiciendo: hostes increpando repellit à se, qui tùm aperta vi, tùm blanditiis nitebantur à proposito eum removere, eidemque ac suis machinabantur mortem: suos renovato ipse proposito cohortatur, ut item Deo fidant, potenti, clementi; non curent homines, aut opes, quibus nisi vanitas, mendacium, dolus insit. Fugam ab Absalone intelligi suadent nonnihil verba versus 4. *Quousque irruitis in hominem? interficitis universi vos, tamquam parieti inclinato, & maceriæ depulsæ?* Nam similia sunt his illa verba quæ protulit David urgente ipsum filio *e*; *Surgite, fugiamus, neque enim erit nobis effugium à facie Absalom: festinate egredi ne fortè veniens occupet nos, & impellat super nos ruinam, & percutiat civitatem in ore gladii*. Basilius, sive Theodoretus, Euthymius, quique hunc aliorum collectorem Patrum compendiarium, breviore transcribere compendio solet: Nicephorus, argumentum Psalmi volunt esse Machabæos, quorum David fortitudinem patientiamque in adeo multis bellis vaticinetur. Placet prior opinio magis multo communior; & de persecutione Absalonis Arias quoque sentit, atque Agellius; ceteri de Saulis.

e 2. Reg. 15. 14.

Nicephorus compendiarius aliorũ transcriptor

Quam verò quumque sequaris, documentum hinc patientiæ habes ipsique in Deum, &, ut Hilarius monet, à DEI timore ad humanarum sive spiritualium nequitiarum constantem tolerantiam erudiris, & ad contemptum opum. Basilius item in homilia dicit de patientia plurimùm pertractari hic ut & in 38. Psalmo, cujus idem titulus, unde facile fit assequi virtutem humilitatis. Marcellinum suum Athanasius in generali epistola de interpretatione Psalmorum jubet istum usurpare adversus atrociter insilientes conantesque affligere animam ipsius, ut subiiciat se tunc DEO, & bono animo sit: ac quanto illi magis insanierint, tanto se magis submittat Domino. Ecclesiæ Valentia persecutiones ad literam hìc describi putat. Ambrosius passionem Christi. Satis sit si mystico sensu, quod nec diffitetur ipse; simul de Gratiani morte Imperatoris enarrant Psalmum.

Documenta ad patientiam & spem in Deum, & ad contemtum opum.

Marcellino hujus psalmi usurpatio ad quid imperata.

Ejusdem applicationes.

Vers. 2.) Non DEO subjecta erit anima mea; ab ipso enim salutare meum.

Sensus loci.

ÆStuans David animo inter sævissimas persecutiones, ac in varios tùm iræ sesque ulciscendi, tum desperationis cujusdam distractus affectus: æstimans verò hinc miseriam suam, inde opem DEI atque misericordiam; tandem ipsemet secum sic loquitur: Ergo non toties anima subjectam te DEO esse debere, quid accidat, decrevisti? Unde vacillatio ista, commotio, tempestas? omnino subdi te oportet Deo, certoque tibi persuadere ab hoc uno potissimùm salutem tibi esse, non ab armis tantùm, non à te ipsa, non à quibuscumque aliis externis fallacibus vanisque adminiculis.

Sententia numquam de ore & memoria deponenda.

Digna frequentari nec deponi umquam de memoria & ore sententia, cum admiratione, indignatione, reprehensione, adhortatione, lætitia, ut nullum facias mirandi finem, qui fieri possit ut non subdaris DEO? Succenseas ipse hac de causa tibi, reprehendas, urgeas: læteris ac triumphes tanta dignitate. Idem valet illud *; *Sicut Dominoplacuit, ita factum est, sit nomen Domini benedictum. D minus* f, *est, faciat quod bonum est in conspectu suo. Sicut fuerit voluntas in cœlo, sic fiat* g: *non mea voluntas, sed tua fiat* h: *fiat voluntas tua* i. *Dicat* unusquisque, inquit Ambrosius *k nonne DEO subjecta est anima mea?* non sæculo subdita, non mundo subdita, non potest hoc pecuniosus, non potest avarus dicere, sed dicit justus & continens, sic ille. *Securus est* quem sub se DEUS tenet, quia pro se habet illum contra quem non erigitur, & à quo non recedit per superbiam & inobedientiam. Usurpat pro Ecclesia contra Donatistas Augustinus *l*, istam sententiam: possumusque nos contra omnes hæreticos & persecutores. Quivis etiam cum Basilio *m*, dicat, ne superbiæ carnis se substernens ad varios iræ ac mœroris impetus irritetur; *Cur pravorum affectum animam facio servam?* Illud item ad omnem Diaboli tentationem respondendum, quod CHRISTUS illi *n*, *Dominum tuum adorabit, & illi soli servies*. Idem Ambrosius *o*, divinam hanc plurimorum nominans interpretationem, de CRISTI anima subdita interpretatur: quia virtus DEI non potestati subdita est, sed unitati, & consortio ejus utitur potestatis? rectèque ostendit ex tali illa subjectione non sequi minorem fuisse Patre, quatenus videlicet DEUS erat; quemadmodum nec dici minor parentibus debet, quibus tamen *esse subditus* voluit *p*. Postremò notat in futuro *erit*: quòd usque ad mundi consumationem superenuns quos Patri subjiciat, ita ut tunc videatur perfectè subjiciendus ipse, quum alii fuerint subjecti, quemadmodum indicat Apostolus *q*. Velit nolit Creatura omnis Creatori subjecta est; sed

Securus est quem sub se DEUS tenet.

f 3. *contra lit. Petilia, c.* 8.
m in homilia Hujus sententiæ usurpatio varia.
Pravorum affectuum animam non est serva facienda.
n Matt. 4. 10
o hic & 5. de fide c. 6.
Christi anima ut patri subdita dijudicatur.
p 2. *Luc.*

à Creatura rationali, ait Bernardus *b*, voluntaria ſubjectio quæritur, ut voluntariè ſacrificet Domino; ut quod certum eſt illum velle, id nos velimus omnino: quod certum eſt nolle, ſimiliter execremur & nos: quod incertum eſt, nec velimus, nec nolimus penitus, ſed parati ſimus ejus voluntatem ſequi in quamcumque partem eam cognoverimus inclinari. Plurimas afferre cauſſas licet, quare ſubjici nos oporteat DEO, & quantam habeat hæc ſubjectio dignitatem. Creaturę ſumus, velut opera artificis, lutumque in manu figuli: ſervi, captivi, diſcipuli; pupilli ſponſæ: ſequentibus quoque verbis nonnullæ attinguntur, *Væ c, qui contradicit Factori ſuo*: *mammonæ* ſervit non *DEO d*: ſervit carni homini non ſecundum DEUM: *peccator*, & hujus auctori diabolo. Dictum aliquid in Commentario Petri *f*: *Humiliamini ſubpotenti manu DEI*. Et alicuibi præcedentibus Pſalmis: *Mens juſti meditabitur obedientiam g*; DEI potiſſimùm ac per ſe, hominis propter DEUM *h*. Belial filius eſt, hoc eſt, ſine jugo, qui detrectat & confringit illud, *rumpit vincula*, dicit, *Non ſerviam i*. Chriſti obedientia & quam accepit, *forma ſervi K*, exemplo debet eſſe *l*, quum ipſe ſe ſubjecerit homini, parentibus, magiſtratibus, legibus, baptiſmo Joannis, pedibus hominis *m*, non ſolùm jisdem cetera creata omnia *n*, nonne illi ſubjecta erit anima noſtra? *Ingratus o*, *ſenſu derelinquit liberantem ſe*. Præivit Belial Lucifer, excuſſo humilitatis jugo, ac tamquam onager liber voluit eſſe *p*: deinde ſimilis adhuc onagro *q*, Adam: poſtremo quotquot à DEI & Superiorum ſeſe nituntur obedientia eximere, illos imitantur. Lege Hugonem & Grevæum *r*. Colligitur hinc etiam refutatio hæreſis, quòd anima noſtra ſit particula quædam divinæ naturæ, aliquidque de ipſa ſubſtantia DEI. Lege Thomam *ſ*, & Interpretes, Hieronymum *t*, Auguſtinum *u*, Teodoretum *x*, Leonem *y*, Concilium Bracarenſe primum *z*. Si ſubdita DEO eſt, de ipſius profectò ſubſtantia non eſt, ut omittantur alia argumenta, quorum potiſſima ſunt Auguſtini *a*.

Nonne Deo ſubjecta erit anima mea?) Alia Pſalteria Latina, & Hilarius, Ambroſius, Arnobius, *ſubdita*, Auguſtinus, *ſubijcietur*. Habet πάσῳ interrogatio. In verbo, *erit*, quam vim ponat Ambroſius, antea dixi: legit etiam quandoque *b*, *eſt*: utiturque participio editionis noſtræ, *ſubjecta c*. Abſque interrogatione legit Cyprianus *d*; *non niſi ſoli DEO ſubdita*, vel, *ſubjecta eſt anima mea*: ut probet in DEUM ſolum fidendum, & in ipſo gloriandum eſſe. Aſſertivè quoque vertit Hieronymus, *attamen ad DEUM ſilebit anima mea*: vel, in editione Victorii, *apud Deum*: & in ea quam Trevetus recitat, *apud Dominum*. Alii eodem pacto, qui verbatim ex Hebræo transferunt vel ſimili alio; ut *tantùm*, *dumtaxat*, *certè*, *utique*, *merito* ad *DEUM expectans anima mea eſt*: aut, *DEO ſilet anima mea*; aut ad eum *reſpicit*, *obſervat*, *expectat cum patientia*. Caldaicè, *certè ſiluiſti*, vel, *ſiluit DEO anima mea*, *ſilentium cum ſpe* jungitur *ad fortitudinem*, acquirendum à DEO *e*; & *illo pugnante pro ſuis tacent illi* f & *bonum* g, *eſt expectare cum ſilentio ſalutare Domini*. Subjectionis quoque ſignum eſt ſilere coram alio, non obmurmurare, vel reſpondere ſi quid jubeat, dicatve, ſed annuere, & quidquid velit expectare atque excipere. Propterea mulieribus loqui non permittitur tamquam ſubjectis, imperaturque *ſilentium* *. Perfectam ſubjectionem ergo denotant ſignificationes omnes vocabuli Hebræi, ut ſileat quis, reſpiciat, obſervet expectet. Indicat eamdem ſubjectionem ſigna externa cultus ac reverentiæ, ut genuflexio. *Quid dignum offeram Domino*, D ait Micheas *h*, *curvabo genu DEO excelſo*. Rectè curvatione genu homo ſeſe deprimit coram DEO excelſo, nec deeſt vis in abrupta oratione (*attamen*, &c.) ſumendo verbum *ſilendi* pro compoſitis tranquillatisque rebus, quaſi diceret; Attamen jam tandem emerſimus; evaſimus, vicimus, finis nunc moleſtiarum. Sed adhuc melius retento ſilentio pro ſubjectione: *& tamen ſubjecta anima mea*, quidquid fremant, furant, faciant hoſtes, non me de patientiæ dejicient ſtatu, non adigent me ad blaſphemiam, nihil remittam de ſpe & obedientia quam DEO debeo; *etiamſi me occiderit*, *ſperabo in eo i*, ſemper ei obſequar, accipiam omnia in meliorem partem. Hebræa ſic ſunt דא אל אלהים רומיה נפשי *ach el elohim dumijah naphſci*. Prima dictio ſignificat id quod qui ex Hebræo interpretabantur, dicebant; ſed ſi eſſet additio (י) איר *ech* ſignificaret, *quomodo qualiter ad DEUM ſi-*

In Creatura rationali voluntaria ſubjectio quæritur, *b Serm. quomodo vol. noſtra div. vol. tripl. ſubjici debeat.*

Cur DEO ſubjici nos oporteat cauſſæ quot & quantæ. Subjectionis hujus dignitas.

c Iſa. 45. 9.
d Mat. 6. 24
e Rom. 66.
f 1. Epiſt. 5. 5
g Pro. 15. 28.
h 1. Pet. 1 13

Chriſtus obedientiæ exemplum.

i Jer. 1. 20.
K Phil. 2. 7.
l Joan. 13. 14 & 15.
m ibid.
n Pſ. 8. 7.
o Eccl 29. 22
p Job. 39. 8:
q c. 11 12.
r ſer. 124.

Quod anima noſtra ſit particula quædam divinæ naturæ, & de ipſa ſubſtantia Dei, hæreſis refutatio ex hoc loco.

ſ 1. p. q. 90. a. 1.
t Epiſt. ad Marcelli n Hac. 6 & cont Fortun. & ep. 28.
x l. 1. de hæred. fabul.
y Epiſt. 93. ad Turibium c. 5.
z Cap. 5.
a epiſt. 28.
b de bono mort. c. 6.
c ibid. & 5. de fidi c. 6.
d 3. cont Jul. num. 10.
e Iſa. 30. 15.
f Exod. 14. 14
g Thren. 3. 26.

Subjectionis ſignum ſilentium coram alique.

1. Cor. 14. 34. 1. ad Timoth. 2. 11, 12
h cap. 6. 6.

i Jeb. 13. 15.

Alentium animæ meæ? Cum interrogatione: quem ſenſum rectè LXX. expreſſerunt per negationem interrogantem οὐχὶ *nonne*. Penultima propriè nomen eſt *ſilentium* valens, & extat in aliis pſalmis, ubi Hieronymus quoq; *ſilentium* vertit, ut in 2. *k*, *non ad inſipientiam mihi*, & in 64. *l*, *Te decet DEUS hymnus*, & quod in 38. *m*, legimus, *Obmutui & humiliatus ſum*; reddit, *& ſilentio tacui*.

k verſ. 3.
l verſ 2.
m verſ. 3.

Ab ipſo enim ſalutare meum.) Hieronymus, *quia ex eo ſalus mea*, quod propriè ſonant Hebræa, in quibus eſt particula cauſſalis טמני וישועתי *mimmenni jeſuhhathi*; quam Chaldæus vocat *redemptionem* פרקנא *purkana*. Dicere vult David expectare ſe certò liberationem à Deo ſalutemque; quidquid interim accidat, non dubitare quin cedat in bonum. Poteſt hæc ſubjectionis ſub Deo cauſſa prima cenſeri cum Hugone, quòd Salvatorem dederit, ac ſalutem per ipſum. Valentia, quòd Saulis perſecutionem decies evaſerit David, applicat ad Eccleſiæ perſecutiones decem. Recitat ex hiſtoria Regum evaſionem illam, ſed non diſtinguit perſecutiones Eccleſiæ. Revera *perditio noſtra eſt: tantummodo in DEO auxilium noſtrum n*.

Senſus verborum. Subjectionis ſub DEO commoda.

Loci applicatio.

Senſus loci.

n Oſeę 13. 9.

B

Verſ. 3.) Nam & ipſe DEUS meus, & ſalutaris meus ſuceptor meus: non movebor ampliùs.

Senſus loci

REpetit poſtrema verba & amplificat, veluti exprobrans adverſariis, quod verſu magis facit ſequenti, & exultans ac glorians, quòd qui communis DEUS eſt, ſuus ſit per ſingularem curam; ipſeque ſalvator, & defenſor, qui confugientem ſuſcipit in cuſtodiam, quamvis ad tempus deſerere nonnumquam videatur. Quapropter magna fiducia aſſeverat haud magnopere ſe commotum iri hoſtium impugnationibus; & ſi forte nonnihil nutare ac vacillare pro humana fragilitate contingat; non diu exulaturum, & loca, vagando, mutaturum, ſed brevi rediturum. Hoc iterum inculcat verſu 7. dicens, *non emigrabo*. DEI *ſui* nomine creationem indicare Hugo dicit, ſalvationem per *ſalutarem*; auxilium ſub vocabulo *ſuſceptoris*; ultimis verbis confirmationem in gratia. Hilarius vult deſcribi priùs & hic hominem, C qui tandem DEUM reperit, eumque etiam pro nobis hominem factum, ut ampliùs non moveatur.

Verborum hujus loci vis.

Nam & ipſe.) Hieronymus, *attamen ipſe*; ſicut priore verſu. Quare locum ſuſpicioni Agellii non do, legiſſe Lxx. אך *aph*, non בך *ach*, quod ibi erat. Vim eamdem habet interdùm utrumq; nec, ut ipſe ait, vertitur ab illis אך *ach*, per πλήν. Verùm præcedentes οὐχὶ dixerunt, quod erat *etiam* אך *ach*. In Pſalterio Gallicano & Romano & apud Ambroſium, Auguſtinum, Caſſiodorum, *etenim ipſe eſt Deus meus*: apud Hilarium, *etenim ipſe Deus meus eſt*. Additum eſt ab his verbum ſubſtantivum, ut & à Hieronymo in editione Treveti, atque Victorii.

Deus meus. Hieronymus, *ſcutum meum*. Meliùs, *petra mea*, ex Hebræo צורי *tſuri*, aut *propugnaculum rupes*, &c. & alibi vertitur per *nomen Dei*, ut antè diximus. Efficax planè ratio cur queri numquam debeas de calamitate quam Deus immittat, quia ipſe Deus eſt, h. e. abſolutus Dominus: ita ut, quod notat Ambroſius *o*, quod amittimus, reddamus, non amittamus. Sed & qui *Deum* dicit, *miſericordiam* dicit, ſicut in 58. Pſalmo *p*, vidimus, quod auctor libri de viſitatione infirmorũ primi *q* exaggerat.

De calamitate à DEO immiſſa aut numquam querendum.

o in pſ. 11. ſer. 18. v. 18.
p verſ. ult.
q c. 5. & 6.

Salutaris meus.) Hieronymus, *ſalus mea*: ſicut priore verſu; eſt enim utrobique nomen idem Hebr. יאושעתי *jeſubhathi*, ſed ibi Græcum σωτήριον, hic σωτήρ: Hilarius, *ſalvator*.

Suſceptor meus.) Hieronymus, *fortitudo mea*: licèt apud Trevetum, *ſuſceptor*, clariùs diceretur, elevatio, ſublimis arx, munimentum, quia eſt משגב *miſgav*, de quo aliàs, ut & de ἀντιλήπτω. Pſalterium Romanum, Arnobius, Caſſiodorus, habent, *adjutor*. Ambroſius, *defenſor*. Oſtendunt epitheta hæc omnia quanti fieri debeat Deus. Tritum illud Emblema de ſcuto, quo quidam & evaſerat vulnera & enavigaverat *r*.

Emblema elegans.

r Alciat in emblem. 43.

Quum premererque ſolo, quum premereque ſalo.

Non movebor amplius.) Ita quoque Hieronymus, licèt dicat, *commovebor*. *Ampliùs* porro ſumendum eſt non ut ſignificet *deinceps*, *impoſterum*, *poſthac*, &c. ſed *multum*, *admodum*, *magis*, &c. Eo modo quo in Pſalmo 50. *ſ. ampliùs lava me*; ubi ſicut & hic eſt περισσῶς, illic הרבה *harbeh*,

Vocula *amplius* ut ſuprà menda.

ſ verſ 4.

harbeh, multiplica, hoc loco רבה *rabbah*, ad quod ſup-
plendo aliud poſſet exponi, *non labaſcam, vacillabo, nutabo, movebor multo lapſu*: aut nihil addendo, *non multum*, Chaldaicè, *non movebor in die ærumnæ magnæ*, ſive, *tribulationis*. *Non moveri multum*, ut in paraphraſi dixi, poteſt ſignificare, non diu exulare, & errare: præterea in genere non valde perturbari quovis periculo, non dimoveri de ſede, ſtatu, firmitate conſtantiæ; quamvis nonnihil quis concutiatur, & moveatur ſeu motitetur, perinde ut aſſolent tenellæ plantæ, leni etiam ſuſurro, inquit in Homilia Baſilius: utpote non ſine ſenſu, prorſusque ἀπαθὴς. *Septies* d, *in die cadit juſtus, & reſurget; impii autem corruent in malum*. *Manus peccatoris* non movet eum, ad quem *pes* non venit *ſuperbiæ* b, ſed ſubjectus eſt DEO. *Sic ſtate in Domino*, ait Paulus c: & Sapiens d. *Locum tuum ne dimiſeris*: & e, *conſide in Deo, & mane in loco tuo*. Id non erit omnino perfectè, ſed inquietum erit cor donec requieſcat in Deo f: *ipſe modicum paſſos perficiet, confirmabit ſolidabitque* g.

Non moveri multum quid ſit.

a Prov. 24 16
b Pſ. 35. 12.
c Phil. 4. 1.
d Eccl. 15. 4.
e Eccl. 11. 12
Inquietum erit cor, donec requieſcat in Deo.
f Auguſt. in confeſſ.
g 1. Petr. 5. 10
Loci congruentia & applicatio ad clauſtrales religioſos.

Si cupis cognoſcere quo pacto hactenus dicta, & ex ſequentibus aliqua religioſis quos vocant *clauſtrales*, congruant, Hugonem adi, Ambroſium verò elegantèr diſſerentem ſecundùm tropologiam de firmitate conſtantiaque honeſtæ vitæ. Ambroſius allegoricè declarat, Deum, poſtquam homo factus eſt, quando juxta vaticinium Aggæi h, *cœlum terramque movit*, qui prius moverat diluvio, moverat in Sodoma & Gomorrha, quæ ſupernæ indignationis indicia erant, non moveri amplius, quia elegit genus hominum magis ſervare quàm perdere ad indignationem; qui venit ad miſericordiam, & ut redimeret nos ſuo ſanguine, non ut noſtrum effunderet, ut ſe offerret pro nobis, & quaſi bonus negotiator mercem ſuam proprii corporis paſſione ſervaret.

Tropologia Allegoria.

Verſ. 4.) Quouſque irruitis in hominem? interficitis univerſi vos, tamquam parieti inclinato, & maceriæ depulſæ?

Hic inſultat exprobratque hoſtibus vehementer, qui quum adeo potentem habeat adjutorem, nihilo tamen minus audeant in eum irruere, impetum facere, inſilire, conari, occidere, ac ſi planè infirmus eſſet caſuique proximus, ſimilis ad ruinam inclinato parieti, & maceriæ conquaſſatæ ac pœne disjectæ. Vel, quod attinet ad ultimum membrum, ait, adverſarios ſuos, ut quidem placet Agellio, uſos fraude, quia quum tegere ac munire viderentur, quod eſt parietis macerieique officium, eo prætextu ipſum ac ſuos opprimere voluerint. Facilior & communior ſenſus prior, ut in vocabulorum docebo declaratione.

Senſus loci.

Illud admitto quod in tituli etiam expoſitione dixi, propter ſimilitudinem hujus cum alio hiſtoriæ Regum loco i; videri de Abſalonis factione nunc ſermonem eſſe, quum David ad fugam ſuos hortatus eſt, ne veniens Abſalon occuparet illos, & impelleret ſuper ipſos ruinam. Sed hoc ipſum, & alia quæ dicemus, ſuadent de inſidiis intelligi locum præſentem non debere, verùm de vi potius ac impetu. Quamquam turpius eſſet inſidiis agere armatos multos in inermem infirmumque unum, quàm aperto Marte.

Similitudo hujus cum hiſtoria Regum loco.
h Iſa. 2. 15. 14.

Inſidiis agere multos in inermē turpis quàm aperto Marte. Hujus loci congruentia & applicatio.

Convenit hæc oratio Eccleſiæ, & cuivis perſecutionem tentationemve patienti, qui ſeipſum confirmet & animet, ne ſe ſinat moveri multum ac deturbari. Sic Antonium alioſque legimus Sanctos imbecillitati dæmonum ferocientium exprobrantes & eosdem provocantes. Baſilius in homilia docet, cum malignis diaboli miniſtris dimicare hunc ſermonem, & accuſare quòd hominem debilem impetant. Tribuit eam quoque Chriſto Ambroſius, levanti oculos hinc in perſecutores, inde in nequitias ſpirituales, delere genus feſtinantes humanum, aut ſemetipſum, juxta illud i; *Quid me quæritis occidere* (interficere) *hominem?* & k, *Si ergo me quæritis, ſinite hos abire*. Satis eſt vobis habere quem quæritis, non quæro conſortem paſſionis, qui ad ſalutem omnium adjutore non egeo; ignari eſtis quia veni non ut inclinarem parietem & maceriam impellerem, ſed *ſolverem* l, pace conſtituta.

i Joan. 8. 37. 40.
k cap. 18. 8.

Quouſque irruitis in hominem?) Hieronymus, *uſquequo inſidiamini contra virum*. Alii, *cogitabitis prava contra unumquemque*, vel, *inſidiabimini*, vel, *perdere conabimini*; vel, *congregabimini*; vel, *irruetis*, vel, *producetis linguam in malum*, vel, *venietis*, nempe cum impetu, vel, *tumultuabimini*. Utuntur Hebræi futuro pro præſenti, ut ſignificent id quod quis facere ſolet, ſicque facit ut facturus adhuc videatur. Eſt autem verbum התותתו *thehothethu*, ab התת *hathath*, vel, הות *huth* in piel, quod hoc dumtaxat loco reperitur, tam variæ notionis quàm dixi. ἐπιτίθεσθε, generaliter loquendo, *adjicietis*, ut Ambroſius, qui ſequitur hìc editionem noſtram, habet alibi m, legens in futuro, &, *ſuper hominem*; aut *apponitis*, ut Auguſtinus, qui legit etiam *ſuper hominem*; pluraliter autem, *in homines*. Pſalterium Romanum, Arnobius, Caſſiodorus, quod parum refert, cum איש *iſch*, unumquemque ſignificet, atque *homo* homines collectivè. Dictum verò Græcum verbum ſignificat præterea *inſidiari*: (unde *impoſtor* ἐπιθέτης) & *irruere*. Placuit hæc acceptio ultima Latino interpreti, & enarratoribus Latinis; ſed & Græcis, qui ad comparationem parietis inclinati, macerieique depulſæ, attendunt: quæ tandem facto impulſo ac impetu diſturbantur. Explicat Nicephorus per ἐπεμβαίνειν; Apollinarius per μάχεσθαι, quæ ſanè non propriè conſiſtunt inſidiis, ut tamen Agellius τὸ ἐπιτίθεσθε interpretari maluit. Favet participium Chaldæum מתרגטין *mithraggeſcin*, *frementes*, à רגש *ragaſch*, Hebræo, de quo primis Pſalmi ſecundi verbis. Addit Paraphraſtes epithetum, *miſericordis, uſquequo fremitis*, aut, *frementes eſtis in virum miſericordem?* Poſtremò idem eſt *in*, & *ſuper hominem*.

1 Ep. 2. 14.

Futurum pro præſenti apud Hebræos.

m 5. de fide c. 6.

ἐπιθέτης.

Super hominem verò fruſtra onera apponi perſecutionum notat Auguſt. ut myſticè pro Chriſto, & membris accipitur, iiſque qui ab Abel ad Zachariam paſſi ſunt, & qui inde ad finem ſæculi patientur, quia ſub illo eſt hic homo, qui fecit hominem. Videlicet reſpicit ad prima verba Pſalmi: *Nonne Deo ſubjecta erit anima mea?* Deo immediatè ſubjectum qui lædere conatur DEUM ipſum lædat prius quodammodo neceſſe eſt, qui etiam Deus affirmat qui tangat juſtos, *tangere pupillam oculi ſui* n: quaſi dicat ipſos ſuos *firmatos oculos* ſuper juſtos o, tangi ab eo qui tangere nititur juſtos.

Super hominem fruſtra apponi onera perſecutionum Myſtica acceptio.

n Eccl. 1. 17. 18. Zach. 2. 8.
o Pſ. 31. v. 2.

Interficitis univerſi vos.) Hieronymus, *interficitis omnes*. Trevetus in ipſo legit etiam, *vos*; & continetur in גלגם *chullechem*. Alii paſſivè in futuro, *interficiemini*, vel, *occidemini*, &c. Quam Cajetanus vocat prædictionem interfectionis Saul, & complicum, quæ contigit poſtea in monte Gelboe p. Interpretatio iſta eſt aliena à Chaldæa paraphraſi, *cuncti evadetis homicidæ*, vel, *perpetrabitis homicidia*. Credi etiam debet lectum à LXX. non ut nunc eſt, תרצחו *therazchu*, in niphal paſſiva voce, aut in pual, תרצחו *therotſechu*, in Kal תרצהו *thirtſechu*, vel in pie תרצחו *therapiſechu*; quod ultimum approbat R. Nephthali teſte Pagnino q. In Romano Pſalterio, & apud Caſſiodorum eſt, *interficitis univerſos*: apud Ambroſium, *interficientes univerſos*: apud Auguſtinum, in imperativo, *interficite omnes*. Omittit quoque Hilarius, *vis*: legens, *interficitis univerſi*; & Pſalterium Gallicanum, *interficitis omnes vos*. Hieronymus in Commentario, *interficitis vos omnes*: non poteſt admittit Accuſativi caſus, *omnes*, aut, *univerſos*: quia Græcè eſt πάντες, non πάντας, quamvis ita videatur Appollinarius legiſſe, ut dicam in expoſitione ſequentium verborum: nec, *vos*, in alio caſu, quam in nominativo, in quo eſt ὑμεῖς, non ὑμᾶς. Idcirco expoſitio una Hugonis, Remigii, Ruffini, Richardi Pampolitani, Haimonis, Brunonis Carthuſiani, Gloſſæ ordinar. non valet, ut qui nocere velint Davidi, dicat David quòd non illi, ſed ſibimetipſis noceant, ac interficiant ſe ipſos: Quamvis autem Hebræum jam dictum antè verbum futuri temporis forma, ſumi poſſit pro imperativo, & φοντεύετε utrovis modo tum imperativo, tùm indicativo, tamen præſtat cum omnibus Auguſtino excepto accipere in Indicativo, propter etiam contextionem aliorum verborum magis ſimilem. Habet tamen & vim Imperativus modus ad exprimendam inſultationem, quaſi, ut Auguſtinus exprimit,

p 1. Reg. ult. 8.

q in theſauro.

Expoſitio rejecta.

mit, dicat David & quilibet juſtus: Ecce apponite, ſævite, interficite omnes, inſtate, impellite: nihil ſcilicet promovebitis aut proficientis; non movebor amplius, &c.

Tamquam parieti inclinato, & maceriæ depulſæ.) Alia Pſalteria, & Hilarius, Auguſt. Caſſiodorus, *impulſæ*. Indicat is qui nomine Hieronymi circumfertur Auctor commentarii, aliud pro primo epithetum poſitum à Symmacho, quod ipſe inverſum dicit. Idem in ſua verſione Hieron. *quaſi murus inclinatus, & maceria coruens:* ſupplent alii, *eritis*, legentes priùs paſſivè, *interficiemini*: ut prædicatur interitus hoſtium qui ſubita ſint ruina caſuri, ac violenta morte. Sed Hieronymi non hic ſenſus eſt, nec Paraphraſtæ, quum dictum verbum expoſuerint activè: verum intelligunt impetum, quem faciant hoſtes in Davidem, ad eum modum, quo gravi lapſu ruens paries inclinatus maceriave depulſa, obruit ſubjectos aut incumbentes ſibi: vel, quod perinde illum irruptionem faciendo, ſternant, per ſe ſatis debilem, & pronum ad cadendum, ut ſi quis parietem inclinatum, & maceriam depulſam dejiceret.

De dativis pro ablativis, Græco idiotiſmo. Agellii improbata ſententia.

Quod Agellius dicebat, minus probo, caſus dativos iſtos, Græco idiotiſmo pro ablativis Latinis eſſe, ac ſignificare quaſi inſtrumentum, nempe quod quum Davidis adverſarii tergere ipſum ac munire videntur, hac uſi fraude, tamquam muri & maceriæ irruerunt in eum atque in ſuos, conantes unà omnes opprimere. Minùs aptè tantum illorum robur compararetur cum rebus adeo infirmis: & ut antè dixi non de inſidiis, ſed de vi ſermo eſt, tametſi adhuc dici poſſet vim quoque innui per caſum parietis & maceriæ: quem dicendi modum præ ſe fert Arnobius: at non de inſidiis. Appollinarius præterea illud idem tradit, ſecutus, ut præmonui, legentes in priore membro, *interficitis univerſos*:

Μέχρι τεύ ἀνδρὶ μάχεσθε, ὁμῶς τ' ἐναείρετε πάντα,
ποίχωκεβλιμένῳ ἴβηλοι φραγμῷ τε πεσόντι:
Quouſq; viro pugnatis, ſimulque interficitis omnia,
Parieti inclinato ſimiles maceriaque cadenti?

Brunonis Carthuſiani & Lyrani non recepta expoſitiones.

Nec placet quod ſupplet Bruno Carthuſianus, *dico vobis qui irruitis*, &c. dico, inquam, vobis tamquam parieti inclinato & maceriæ depulſæ comparabilibus ſeu ſimilibus, tendentibus ad lapſum & ruinam. Non etiam recipio quod affert Lyranus tamquam parieti inclinato & maceriæ depulſæ minamini: vel, ſicut ab hujuſmodi rebus mors impendet tranſeuntibus, ſic mihi minamini: Non item, tamquam parieti inclinato & maceriæ depulſæ, ſic non timetis vobis? non denique, incumbite, aut, incumbitis vel quid ſimile. Potius communem expoſitionem ſequendo dicerem dictos caſus dativos pro abſolutis ablativis efficere hunc ſenſum: *quouſque irruitis in hominem?* (immemores humanitatis & crudeles in communem naturam, ut Baſilius ait) & repetendo, *quouſque, quouſque interficitis univerſi vos; tamquam parieti inclinato & maceriæ depulſæ*; ſicut quum jam paries inclinatus eſt, ac maceria depulſa, irruentes ut interficiatis, & me ad terram affligatis? Meliùs adhuc explicant Græci, ut idem primum verbum, ἐπιπίπτετε, quod vertitur *irruitis*, repetatur, habeatque duplicem conſtructionem cum præpoſitione, & accuſativo; ἐπ' ἄνδρωπον, *in hominem*, & cum dativo, ὡς τοίχωκεκλιμένῳ πεφραγμῷ ὡσμένῳ, *tamquam parieti inclinato & maceriæ depulſæ*, ideſt, tamquam in parietem inclinatum & maceriam depulſam: ita ut parentheſi includantur verba illa, (*interficitis univerſi vos*) poſt iſta (*interficitis univerſi vos*) *quouſque irruitis in hominem?* (*interficitis univerſi vos*) tamquam parienti inclinato & maceriæ depulſæ, nempe irruitis tamquam in parietem inclinatum, & maceriam depulſam. Multorum opera neceſſaria eſt ut minitans ruinam paries funibus attrahatur ad terram, unde fragor exſiſtit: quæ ſimilitudo exprimit ad vivum quantam de Davide ac ſuis edere ſtragem vellent univerſi illi, quos antea nominavit, interfectores.

Auctoris ſententia.

Græcorum expoſitio.

Particulæ (ὡς) variæ ſignificationes.

Inter ſignificationes varias particulæ ὡς, una eſt, ut ſignificet πρὸς, *ad*; verùm cum accuſativo caſu; & Interpres Latinus reddidit *tamquam*. Itaque dativi caſus nomina reguntur hic per ſe ab eodem verbo ἐπείθεσο vim eamdem ſic habent, atque cum præpoſitione & accuſativo: nec intelligo quid velit Genebrardus, docens, ὡς, & ſimiles particulas in hac ſignificatione conſtrui. Adhibui quod potui quaſi fulcrum huic quam etiam Theodoretus vocat, perplexæ ſententiæ. Baſilius in homilia ſpectat parietis in hoc ſimilitudinem, qui quia ex pluribus particulis coaleſcit, hæ ubi in unam aliquam partem reclinarint, non admittunt correctionem; ad eumdem modum quum naturæ ſit homo compoſitæ, ac ſi fiverit ſe reclinari à peccato, neceſſe eſt ut reſolvatur, ut à ſuo quaſi exædificatore Deo reſtaurata ſecuritatem recipiat per reſurrectionem, tamquam *DEI*, ut loquitur Apoſtolus *a*, *ædificatio*.

Egregia parietis & naturæ hominis comparatio.

Ait etiam Hilarius noſtri corporis parietem, quem antè libido, ebrietas, avaritia, ira perfoderat, jam in domum Dei vivis lapidibus extrui, ac reformem Dei gloriæ præparari. Chryſologus *b*, eodem ſenſu explicat, quòd ſufficit infelix caro ſibi ſuis caſibus ad ruinam. Hieronymus exponit de pronitate depravati ſenſus *ad malum c*: & quòd quum *recti* creati ſimus *d*; proni ad ruinam feramur. Rurſum ac ſi loquatur Chriſtus, conquerens quòd ſe quaſi invitum mori cogerent (quod priora verba ſic indicarent, *quouſque irruitis in hominem? interficitis univerſi vos*) quum paſſionem pati adveniſſet, quod videtur hoc modo indicare inclinatio parietis & maceriæ depulſio. Poſſet hoc de Chriſto præſertim tunc intelligi quando poſt orationem & agoniam ſudoremque ſanguineum, ultro ad eos proceſſit, qui acceſſerunt ut ipſum comprehenderent *e*. Favet Ambroſius, quem in paraphraſi recitavi, agens ſimul de diruto pariete, atque maceria veterum inimicitiarum *f*, ut prævios Chriſtus faceret eſſe conventus mentis & carnis. Confirmat idem nomine *parietis* eminentiam quamdam ſignificari delictorum; quòd Paulus *parietem dealbatum* nominaverit iniquum Pontificem *g*. Item quòd confectio laterum impoſita Hebræis in Ægypto *h*. deſignabat peccatum ipſorum. Sed præterea *parietem* de Chriſto interpretatus eſt is qui apud Auguſtinum *i*, libros edidit de viſitatione infirmorum *K*, hortans infirmum ut Ezechiæ *l*, exemplo *converteret faciem ad parietem orando*. Illud quoque planè verum, ſolere Dæmones ac perverſos homines adoriri ea ex parte quam vident infirmiorem, ut qui obſident civitates, magis exagitare quos proniores animadvertunt ad certum vitii genus. *Erigit Deus eliſos m*; & *mæſtos ſoſpitat n*: pius frater cadentem fulcit *o*: ſuſtentat *verbo eum qui laſſus p, eſt: bonum enim eſt juſtum ſuſtentare, & abillo non ſubtrahere manum q*. Sed & *ſpiritus viri* qui revera vir ſit) *ſuſtentat imbecillitatem ſuam r*, (non ſolùm corporis, quoniam *anima gaudens & cor exhilarat faciem ſ*, & *ætatem floridam facit t*: Sed etiam ipſiuſmet animi, hoc eſt ſui ipſius.) Orandus vineæ Dominus, ut ſepem conſervet quam circumdedit ei *u*; ne *deſtructâ maceria vindemient eam omnes qui prætergrediuntur viam*, & *ſingularis ferus depaſcatur eam x*: ut *ædificatores ſepium* nos ipſos *y*, efficiat; ponatque in nobis *murum æreum z* ſit ipſemet *murus ignis in circuitu a*. Aliter Bernardus *b domos* accipiens pro popularibus conventibus, docet, Chriſtianos utriuſque ordinis Principes eſſe quaſi tigna, quibus parietes fortiter ſtringant, juſtis impoſitis legibus, ne ſua quiſque lege vel voluntate viventes, tamquam parietes inclinati & maceriæ depulſæ diſſiliant à ſemetipſis, & ſic omnis ſtructura ædificii corruens diſſipetur. De maceria diſtinctionem ponit Varro *c*, in ſpecies quatuor, è lapide ut in agro Tuſculano: è lateribus coctilibus, ut in Gallico: è crudis, ut in Sabino; è terra, & lapidibus, compoſitis in formis, ut in Tarentino, & Hiſpano. Utuntur etiam quandoque à pariete ducta ſimilitudine poetæ alii, qui paries ubi cœperit inclinari, futurum ſit ut jam ruat. Sic Ovidius *d*:

Quum cepit quaſſata domus ſubſidere, partes
In proclinatas omne recumbit onus.

Ceterum quatenus paries & maceria tutelam denotant, hæc diruere idem eſt ac tutela & protectione privare:

Tu præſidium Phrygibus (ait ille) *e, feſſis,*
Tu murus eras.

Idem valet malè *littus* apud Ezechielem *f*, *paries*.

a 1. Cor. 3.9
b Serm. 174. Infelix caro ſuis ſibi caſibus ad ruinam ſufficit. Variæ expoſitiones.
c Gen. 6.5.
d Eccl. 7.30.
e Matt. 26. 55.
f Eph. 2.14.
g Act. 23.3.
h Exod. 5.7.
i Tom. 9.
k lib. 2. c. 2.
l Eſa. 38. 2.
m Pſ. 144.14
Pſ. 145.8.
n Job. 5.11.
o Eccl. 4.10.
p Eſa. 50.4.
q Eccl. 7.19.
r Prov. 18. 14.
ſ cap. 15.13.
t c. 17. 22.
u Eſa. 5.5.
x Pſ. 79.14.
y Eſa. 58.12
z Jerem. 1.18.
a Zach. 2.5.
b Bernardi applicatio & expoſitio
Serm. 46. in Cant.
c 1. de re ruſt.
d 2. de Triſt.
e Seneca in Troa. fc. 13.10. & ſeqq.

Dæmonum & perverſorum hominū mos eſt adoriri nos ea ex parte quam infirmiorē vident.

Verſ. 5.)

Verſ. 5.) Verumtamen pretium meum cogitaverunt repellere; cucurri in ſiti; ore ſuo benedicebant, & corde ſuo maledicebant.

Senſus loci.

DEclarat quid eſſet in perſequendo, hoſtibus maximè propoſitum. Volebant, eum honorem, ad quem jam pervenerat apud Saulem, & multo adhuc majorem quem conſecuturum timebant, regiæ nimirum dignitatis, tùm evertere, tùm impedire. Lyranus filias promiſſas à Saule intelligit in pretium pro bellis ac præputiis Philiſthinorum *a*; quarum altera data eſt poſtea Hadrieli Molathitæ *b*, altera poſt fugam David Phaltieli filio Laiſ *c*. Ipſe nil turbatus calamitatibus, & non contentus divino promiſſo, non deſidebat, ſed ardenti quodammodo anhelans ſiti, ad eumdem recurrebat Deum, ut ſe tot laſſatum exhauſtumque moleſtiis reficeret, nec eripi ſineret partim jam datum partim promiſſum honorem, quem magni meritò ducebat ac in pretio habebat, & propter ipſummet ſpectatum in ſe, & ne fallax falſuſve in promiſſis Deus haberetur. Subdit in fine, tanto ea in re laborandum ſibi magis fuiſſe, quòd quo minus advertere machinationes eorum poſſet; blandiebantur ore, beneque precabantur, & ominabantur, animo autem alieniſſimo & infenſiſſimo erant.

a 1. Reg. 18. 17. 20.
b *ibid.* 19.
c 2. *Reg.* 3. 14. 15.

Myſtica applicatio ad Eccleſiam actos.

Referuntur iſta myſticè ad Eccleſiam, aut ad juſtum, perſecutionem vel tentationem patientem, qui dicat, id quod habeat maximè in pretio, maximi faciat, ſummo ſibi honori ducat, quo potiſſimùm glorietur, auferre adverſarios velle, videlicet Deum ſive Chriſtum, ac ſanguinem ipſius pretioſum; ejuſdem ſervitutem, & cultum; prætera gratiam, merita, beatitudinem; idque præſertim dolis ac fraudibus; ſed nihilominus magna contentione animi perſiſtat in inſtituta pietatis via. Judæos & hæreticos Caſſiodorus hìc innui putat, Paganos autem priore inſinuatos verſu, utentes Marte aperiore. Auguſtinus nec Paganos hoc loco excludit, intelligens omnes qui nomen Chriſtianum, quod jam eſt in honore, poſt adeo multas Tyrannorum perſecutiones oderunt, & quod inſectari perſequique non audent aperte, ſed publicè vel inviti laudant, nituntur clam aliqua infamia dedecorare; quum tamen qui nomen Chriſtianum dignè geſtat, ſitiat eorum ſalutem, & quaſi bibendo trajicere velit in corpus Eccleſiæ, eo ferè modo, quo comminuti vituli, qui corpus impiorum deſignabat, pulveres bibendos Moſes dedit *d*; & ſicut Chriſtus à muliere Samaritana ſitiens popoſcit aquam *e*, & in cruce *ſitivi ſe* dixit *f*.

Vituli à Moſe comminuti deſignatio.
d *Exod.* 32. 20.
e *Joan.* 4. 7. &c.
f *Joan.* 19. 28.

Verumtamen.) Eadem particula Hebræa אך *ach*, ſic infrà Latinè redditur adhuc bis, & Græcè ωμὼ, quod verſu ſecundo, *nonne*, ἐχὶ, & in 3. *nam*, & νὶ γὰρ.

τιμὴν

Pretium meum cogitaverunt repellere. (Τὸν τιμὸν μὲ βεμέυσαντοὰ πῶσαθῆς. Quia τιμὴ *honorem* quoque ſignificat, hunc pro pretio poſuerunt alia Pſalteria, & Hilarius, Auguſtinus, Caſſiodorus, Hieronymus in Commentario, Arnobius qui addit quoque *pretioſitatem*. *Honorem* quoque interpretantur Græci excepto Baſilio in homilia. In ſcholiis ad Biblia Sixtiana editionis LXX. idem nomen poſitum eſt Latinè, quum non eſſet in ea quam edidit typis Andreas Cratander Baſileæ anno 1526. Explicavit Apollinarius paucis ſententiam:

Σπέφανο δέ μ' ἀκλέα τεῦξαι;
Cogitaverunt verò me inglorium reddere.

Tropologia Deo ſervire regnare eſt.
g *Hic & 5. de fide c. 6.*

Honorem iſtum alii tropologicè conſtituunt in Dei ſervitute, cui ſervire & ab ejus pendere providentia, regnare eſt, ut idcirco ſe toties Paulus appellet *ſervum JESU Chriſti*. Nomen *pretii* retinuit quoque Ambroſius *g*, addictus alioqui Græcis, legens, *voluerunt*, pro, *cogitaverunt*, exponit autem allegoricè, quando pretium referente Juda proditore Judæi in loculum (*corbonam* dicunt Evangeliſtæ) mittere noluerunt, quia *pretium ſanguinis* eſſet *h*: Sic autem damnatum proditorem judicio ſuo, & Judæos ipſos multo hac in re magis, quippe repudiantes pretium ſanguinis, unde peregrinorum ſepulturæ emerunt agrum, & peregrinantes à Chriſto, quum ſuum Judas agnoviſſet peccatum. Tropologia eſt Baſilii de ſanguine CHRISTI, quo *pretio magno empti*, ac redemti ſumus *i*, ut idcirco ſit nefas vos *fieri*, *ſervos hominum k*, eo ſervitutis genere quod repugnet Chriſto.

h Matt. 27. 6.

Tropologia

i 1. *Cor.* 6. 20. & 7. 23. 1. *Pet.* 1. 19.
k 1. *Cor.* 7. 23

Alii modis aliis declarant, quos indicavi ſecundùm moralem ſenſum, ut Beda, de patientia: Ruffinus & Haimo de Deo & gloria. Caſſiodorus, de fide, & Chriſto: Remigius, de perſeverantia in curſu ad bravium, coronamque, quaſi difficilis ac impoſſibilis res eſſet: Bruno Carthuſianus, de Deo & pretio laboris avellendo à DEI ſubjectione, de qua primis Pſalmi verbis: Hugo, de pretio quo emimus, ideſt, de bonis operibus; & quod emimus, h. e. Deum, ſive Chriſtum: Ambroſius, de pudicitia, miſericordia, fide, bona exiſtimatione, meritorumque ſerie, munditia, ſimplicitate. Sed Leo *l*, fruſtra conatum ſcribit Tyrannum Laurentio auferre Chriſtum, & cum Eccleſiaſtico theſauro, cui inhiabat, fruſtratus eſſet, direptionem theſauri potioris aggreſſum, & depoſitum illud quod Laurentius ſacratius dives erat, curaviſſe auferre, renuntiare Chriſto Laurentium jubendo. Hoc eſt *regnum DEI intra nos* m, atque *theſaurus in vaſis fictilibus n*.

Moralis ſenſus.

l *Serm. d. S. Laurentio.* Lauſentii martyrium.

Porrò juxta verſionem ex Hebræo Hieron. ita reddit ſimul cum particula prima verſus, *partem enim ejus cogitaverunt expellere*, quod exponit Trevetus de regno quod Deus Davidi dederat. Alii, *tantummodo*, vel, *utique certè*, &c. *à magnitudine ipſius conſultant repellere*: i. e. quomodo depellat alter alterum à fiducia quam habet in Deo magno, excelſo, potente. Vel, pronomen tertiæ perſonæ non ad Deum, ſed ad hominem referendo, qui priore verſu expreſſus eſt, & de Davide intelligitur in tertia perſona. Senſus eſt quòd hoſtes omnino conentur ipſum dejicere de eo ſtatu ſublimi in quo Deus illum collocaverat, & expellere quem Deus exaltet. Hebræa ſunt iſta אך משתי יעצו להריה *achmiſſeetho jahhatſu lehaddiab*: Ubi שאת *ſeeth*, נשא *naſa*, poteſt eſſe aut nomen, aut verbum, & præfixa littera (ט) *mem*, indicabit præpoſitionem טין *min*, *ab*. *Elevationem* ſignificat nomen, & excellentiam dignitatis, qualis eſt ſublimioris dignitatis regiæ, ita ut Principes Ducesque appellentur נשאים *neſim*, quaſi *elevati*, *alii*, *ſublimes*, *excelſi*. Ab eadem radice verbi רשא *naſa*, nomen integrum cum littera prima (מ) *mem*, משאת *maſath* pro *dono*, *munere*, *cenſu*; nec non pro cibo; licèt aliquando vertantur *o*, *elevatio*; nempe munus quod manibus attollitur, ut offeratur: & *pars p*, ut idem valet ac donum, ut quum agitur ſub nomine iſto de partibus quinque quæ obvenerunt Beniamin in convivio. Ergo quod *partem* Hieron. expoſuit, alii *magnitudinem*, rectè Lxx. τιμὴν dixerunt, exprimentes primam perſonam pro tertia perſpicuitatis cauſſa, vel fortaſſis legentes non משאתו *miſſeetho*, ſed משאתי *miſſeethi*, i. e. non cum affixo tertiæ, ſed primæ, ſive *honorem*, cum multis Latinis, dicas, ſive *pretium*, cum editione vulgata & nonnullis Græcis auctoribus; & de regia dignitate Davidi promiſſa intelligitur: vel de honore ac pretio in quo erat apud Saulem. Et quis ſcit an etiam de cibo honorario ex menſa regis quem ſolebat prius accipere? nihil aſſero. Favet nonnihil quod ſubdit ſe in ſiti cucurriſſe, quaſi neceſſario victu deſtitutum, aut eum veluti mendicantem. Lyranum monui de pretio ſumſiſſe, in quod filiæ Saulis oblatæ Davidi fuerunt pro bellis contra Philiſthæos. Neſcio quid voluerit Paraphraſtes: *Utique quum juramentum ſe benefacturos inter poſuerunt, conſultant ut impellant*: vel apud Nebienſem, *profectò in die bonæ operationis, conſiliantur ut impingant*: nihil hæc habent cum Hebræo משאת *maſath* commune.

m *Luc.* 17. 21.
n 1. *Cor.* 4. 7.

Senſus verborum.

o *Pſ.* 140. 2.
p *Gen.* 43. 34.

Attigit iſtum locum Richardus Cenomanus conſultus à me jam exacta hac notatione.

Cucurri in ſiti.) Hieronymus, *placuerunt ſibi in mendacio*: quomodo etiam Symmachus, Ambroſio teſte, τῷ δόλῳ αὐτῶν ἐυλόγεν, ſed ἐυδόκων dicere voluit, ut ſcribi debuit, quia ipſemet interpretatur, *placuit illis in mendacio*. Chaldaicè, *nuntiabunt mendacium*, vel, *& loquuntur mendacium*. Alii, *diligunt mendacium*, aut, *volunt*, ſeu in futuro, *diligent*, *volent*, *affectabunt*, *optabunt*, *complacebunt*, *delectabuntur*. Id exponit Campenſis & Clarius, quaſi falli Deum poſſe perſuaderent ſibi, cujus videbant auxilio Davidem creſcere, eique delegatum à DEO regnum. Alii, apud Titelmanum, quia cupiant quod non aſſecuturi ſint, ut ſcilicet impediant exaltationem

nem Davidis. Cajetanus, de Saule mentito aliquoties Davidi; ut cum petitis præputiis Philisthinorum, dimisit illum contra ipsos *a*. Prior id dixerat Trevetus utens Hieronymiana versione, meminitque Lyranus: quamvis juxta editionem nostram interpretetur id de se Davidem dicere, ad illud bellum alacriter proficiscentem, præ ingenti desiderio ducendi in uxorem filiam regis; & quia bellantes multum sitiunt.

a 1. *Reg.* 18. 25.

Retento *currendi* verbo, *sitisque* nomine, Græci plurali numero legunt, *cucurrerunt in siti*, ἔδραμον ἐνδίψῃ, quod tamen verbum, ut Ambrosius *b*, qui legit alibi *cucurrerunt*, annotavit, servit utrique numero. Explicat verò de æstuantibus perfidiæ æstu adversariis Christi, & festinantibus, ut ipsum, qui fons vivus erat, negantes, æterna fauces suas ariditate siccarent, faciendo sibi contritos lacus, sive *cisternas dissipatas c*, seque privando potu spirituali, quem hauserant *de consequenti petra d*: denique hanc sitim rectè dici de mendacio, Symmachi sectando translationem, veritatem ubertate præditam esse, quæ in perpetuum perseverat. Plurium prætera *sitim* Euthymius ac Nicephorus tribuunt Antiocho & ministris ejus, qui pretium religionis Judæis tollere summo desiderio omnique artificio nitebantur: ut ex Josepho constat, quem Euthymius citat, & ex historia sacra Machabæorum. Non judico litteralem hunc sensum.

Ambrosii explicatio.

b *Ambr.* 5. *de fide* c. 6.

c *Jer.* 2 13.

d 1. *Cor* 10. 4

Aliorum.

Præter priorem vero mysticum de CHRISTI persecutoribus, Basilius in homilia pervicacem intelligit, & intentam vim dæmonum, nos ex insidiis appetentium, atque impressionem suo excursu adversum nos facientium, quod nostram cupientissimè sitiant deperditionem. Genebrardus per Eclipsin existimat in multitudinis numero subintelligi *pedes*, ut sit, *cucurrerunt in siti, pedes mei*, capessendo fugam adeo celeriter, ut nec bibere quidem prius licuerit, & ex anhelo longoque cursu sitim contraxerim. Non dubito LXX. legisse non ירצו *jirtsu*, sicut nunc extat, à רצה *ratsah*, ut significat *velle*, *placere*, &c. sed ut *ambulare*, & *currere*, idem cum רוץ *ruts*: unde posset quoque hic esse ירצו *jarutsu*. Tunc locum habet conjectura Genebrardi de eclipsi: & ut suppleantur *pedes*, dicatque illos David cucurrisse; quod uno verbo, per *cucurri* Latinus Interpres explicavit, quum ἔδραμον potuisset quoque pluraliter transferre, ut dixi. Sic in Psal. 58. *e*, vidimus ἐπλεπτημὸς *pedes* subintellectos in plurali Hebræo verbo ירצון *jerutsun*: & in sequenti יבונגו *jicchonanu*, ubi legimus, *cucurri*, & *direxi*, & ἔδραμον καὶ κατεύθυνα, quæ addito (ν) ad posterius Græcum verbum verti posset *cucurrerunt*, & *direxerunt*. Pro *siti* est בוז *chazan*, sed ut notavit Richardus Cenomanus, non *mendacium* dumtaxat, sed *scaturiginem* quoque significat, quæ negat aquam si præponatur (א) *aleph*, אבוז *achzau*, quod *mendacium aquarum f* redditur. Denique suppleverunt LXX. præpositionem (ב) *be*, *in*. Agellio concedo *currere* quandoque idem esse quod approbare ac diligere; ut *g*, *si videbas furem*, *currebas cum eo*; sed nec leviter suspicandum reor legisse LXX. ἐνψεύδει, *in mendacio*, pro δίψει, aut δίψῃ, docui enim dictionem Hebræam *sitim* quoque valere, non etiam verum ירצו *jirtsu*, non significare *cucurrerunt*, sed יצרו *jarutsu*.

Mysticus sensus.

e *vers.* 5.

f *Jer.* 15. 18.

g *ps.* 49. 18. *Curre* pro approbare ac diligere.

Gretseri scriptum de hoc loco

Gretserum in fine lucubrationis hujus vidi Hæretico exprobratori respondentem, ac provocanti Jesuitam (vulgo sic hominem vocant de sociorum Jesu) ut intendat nervos, & experiatur possitne colore aliquo fucare locum istum, ne cogatur fateri absurditatem admissi errati in editione nostra. Legi etiam quæ Brugensis notat. Verum pro officio videor paullo accuratius locum tractavisse, ac vindicasse.

Cursus ac *sitis* Christi quales fuerint.

h *Tract. de septem verb. Dom. verbo sitio.*

i *Matt.* 5. 6.

k *Ps.* 18. 6.

l *Joan.* 4 6.

De cursu ac *siti* Christi non addam hic plura, præterea quæ nuper attigit ex Augustino, cui Hieronymum addo, & Arnoldum *h*, Abbatem: & de nostra, ut alienam sitiamus salutem: ac præcipuè propriam, ne à cursu justitiæ revocent nos molestiæ ullæ, quod Hilarius monet, sed in esurienda sitiendaque justitia beatitudinem sitiamus *i*, nec repellamus à nobis *pretium nostrum*, hoc est, CHRISTI sanguinem & imitationem vitæ ac passioni ipsius, in quibus ille ardentissima quadam siti tot annis *tamquam gigas* exultanter cucurrit *k*. Cucurrit Christus, ait hoc loco Hieronymus, de cœlo; venit in uterum, de utero in præsepium; vel cetera his similia: cucurrit sitiens, venit ad fontem *l*, esuriens

Avenit ad arborem *m*, *de torrente in via bibit n*, & adhuc sitivit in cruce *o*. Sic nobis currendum *ut comprehendamus* p, & *cursum consummemus* q, & *ad destinatum persequamur bravium superna vocationis* r, & *sitiamus ad Deum* s, & *in Deo* t, *currendo viam mandatorum ejus* u. Mala sitis avari siti similis hydropici, ut propterea ante Pharisæi domum curare voluerit Christus hydropicum, postquam disputationem ipsius de liberalitate Pharisæi, *qui erant avari*, *derisissent* x, quemadmodum à Gregorio *y*, est observatum: sic docens per alterius ægritudinem corporis, in altero exprimi ægritudinem cordis.

m *Matt.* 21. 19.

n *ps.* 209. 7.

o *Joan.* 19. 28.

p 1. *Cor.* 9. 24.

q 2. *Tim.* 4. 7

r *Phil.* 3. 14

s *ps.* 41. 3.

t *ps.* 62. 3.

u *ps.* 118. 32.

Mala sitis avari siti similis hydropici.

x *Luc.* 16. 14

Gregorii observatio in hydropico per Christum sanato ante Pharisæi domum

y 14. *mor.* c. 5

Ore suo benedicebant, & *corde suo maledicebant*.) Additur præpositio *in*, ante, *corde*, in Psalterio Romano. In textu Hebræo *in ore*, & *in corde*. Hieronym. omisit præpositionem utrobique, *ore suo singulis benedicunt*, & *in corde suo maledicunt*. Hebræa verba sunt futuri temporis. Facile permutantur tempora. De sensu non est laborandum, sententiæque jam similes aliàs occurrerunt. Istam Basilius interpretatur de illis qui vitium omne palliant, adumbrata nomenclatura è vicino subjectæ virtuti, seseque idcircò execrabiles ac reos æternæ damnationis constituunt, quam execrationem importat τὸ καρτηρῶντο. Gregorius *z* ait, ingenium perversorum esse, ac nominatim hæreticorum, ne publicè pravi videantur, loqui aliquando bona de justis; quæ esse jam cognita & aliis noverunt; sed hæc ipsa protinus ad cumulum reatus pertrahere, ut credendum sibi in contrariis ex eo quod & prospera loquebantur, ostendant; tantoque mala quasi verius insinuent; quanto & bona quasi devotè laudabant. Arnobius exponit de consiliis quæ suggerunt Dæmones, plena dolis, & è meliore bono avertentibus, vel inducentibus ad deteriora. Exempla sunt apud illum.

Basilii interpretatio hujus loci.

z 5. *mor.* c. 12. *vel* 13. Perversorum & hæreticorum ingenia. Arnobii expositio.

Usurpat hunc de proditorio Judæ osculo locum Drogo *a* Cardinalis, quod universè de Judæis aliis accipi potest. Est in fine סלה *selah*, & διάψαλμα: quod Hilarius putat denotare in jam dictis perseverantiam, quæ repetito commendatur versu, qui sequitur.

Hujus loci usurpatio.

a *Ser. de sacra Dom. pass.*

C *Vers.* 6.) Verumtamen Deo subjecta esto anima mea: quoniam ab ipso patientia mea.

EXcitat iterum seipsum, erigitque animum adversus tot, adeo terribiles tam fraudulentos hostes, repetito primo post titulum psalmi versu, quasi intercalariter, ubi solum *salutaris* mutavit in *patientiæ* nomen, seu spei ac expectationis certæ de consequendo expectato auxilio divino. Id valet תקוה *thikvah*, quam vocavit Hieronymus *præstolationem* in editione Victorii & apud Trevetum, aut *spem* in Bibliis Regiis, significat quoque ὑπομονὴν *patientem expectationem*, quum quod *speramus*, *per patientiam expectamus b*: (sic in alio Psalmo *c*, vocat Deum David, *patientiam suam & spem*) & metonymicè, rem expectatam, potius quam virtutem qua fortiter tolerentur adversa. Nil tamen obest quin de hac ipsa virtute patientiæ interpretemur; *dilata* namque *spes affligit d*, ideoque forti animo est opus ad amovendam afflictionem. Sic intellexit Augustinus *e*, Hilarius, & alii Latini Græcique vocantes καρτερίαν: quamvis Apollinarius ἐλπωρῆς ἔρμα φυσι ζωον ἔρμα, *fiducia vivificum decus*. Augustinus *f*, vero sic docet patientiam nostram dici, quemadmodum quum etiam Christus dixit *g*, quod *in patientia nostra possideremus animas nostras*, ut dicatur quoque Dei. *Nostrum est*, ait, quod à nobis habetur; nostrum est, & quod nobis donatur, deinde dicit, inquit, nobis ipse, in vestra patientia; dicamus illi & nos, patientia mea ab ipso est. Tuum fecit donando, noli ingratus esse tibi assignando. Confirmat idem ea petitione Dominicæ orationis, qua petimus dari nobis *panem nostrum b*. Tandem concludit, si illo dante fit nostrum; nobis superbientibus sit alienum. Tritum etiam illud ejusdem Patris in Confessionibus, de patientia, continentia, & alia quavis virtute: *Domine* hanc jubes; da quod jubes, & jube quod vis: *non patitur Deus nos tentari supra id quod possimus sustinere i*. Hoc adhuc scribit Augustinus *k*, es-

Sensus loci.

b *Rom.* 8. 25

c *Ps.* 70. 5.

d *Prov.* 13. 12.

e *Hic.* & *l.* 5. *hom. in* 14.

f *Posteriore loco.*

g *Luc.* 21. 19

h *Mat.* 6. 11

i 1. *Cor.* 10. 13.

k *In ps.* 138.

se os

se os illud quod cecinit David occultatum in nobis, & à Deo factum in occulto, ita ut ob firmitatem frangi non possit, neque cedere adversis. *A Domino* enim est facta, inquit, quædam firmitas patientiæ nostræ, de qua dicitur; *ab ipso patientia mea*. Ab eodem scribit Bernardus *a*, ungi cruces à quo inferuntur.

Ceterum ex isto modo loquendi, ut Deus dicatur *patientia nostra*, quod in 70. *b*, quoque Psalmo repetitur, sicut & ex similibus, ut *spes* c, *misericordia* d, &c. non licet argumentari Magistro Sententiarum *e*, quum pariter vocatur Deus *charitas* f, eam qua diligimus Deum & proximum, non esse virtutem creatam, sed ipsum Spiritum sanctum, nec video cur excipiat actus & motus aliarum virtutum volens mediantibus virtutibus fieri ab eodem Spiritu S. Joannes *g* ait *charitatem ex Deo esse*. Charitas quoque *ordinari* dicitur *h*, major minorve amitti *i*, perfecta, & imperfecta *k* crescere *l*. Minui non ita propriè ac in se dicitur, ita ut eadem ex majore fiat minor, sed ut in uno major sit, in alio minor; & in eodem successivè ex minore major; & si penitus amittatur, postea dum recuperatur fortassis minor quàm prius esset: vel respectu ejusdem quamdiu manet aliquando effectus majores habeat, aliquando minores. Quo pacto concedere debet Magister, Spiritum sanctum sic in se non variari, sed ratione doni à se distincta: quod est æque verum suo modo de aliis è charitate diversis, quamvis non ita censatur per alia ut per charitatem gratiamque sanctificantem habitare in justo: nec ita propriè dicatur Deus seu Spiritus sanctus *fides*, *spes*, *patientia*, &c. sicut *charitas*, ut Augustinus *m* docet: quia Deus non amat immediatè, & Spiritus sanctus per amorem procedit. Verum hac de re tùm in scholasticis disputationibus, tùm in Commentario Epistolæ Joannis primæ; & ipse demum Augustinus *n* monet dici Deum *patientiam nostram*, quoniam ut hic habetur, *ab ipso est patientia nostra*, eamque donat nobis. Quod sine dubio locum etiam habet in alia qualibet virtute, ne charitate quidem excepta.

a *Ser. de dedicat.* Ab eodem unguntur Cruces à quo inferuntur.
b *vers.* 5.
c Ps. 21. 10.
d Ps 58. 18.
e 1. d. 17.
f 1. Joan. 4. 8. Magistri sententiarũ improbata argumentatio de charitate qua diligimus Deũ & proximũ. Alia item.
g *Ibid.* v. 7.
h *Cant.* 2. 4.
i Joan. 15. 13. 1. Joan. 2. 5. Phil. 1. 9.
k 1. Joan. 2. 5
l Phil. 1. 9.

Non ita propriè dicitur Deus seu Spir. S. *fides, spes, patientia*, sicut *charitas*.
m 15. *de Tr. cap.* 17.
n *Ibid.* & l. 50. *hom.* in 24. c. 1.

Subjecta esto.) Hieronymus, *tace*, ex דומי *dummi*.

Patientia mea.) Hieronymus, *spes mea*. Commentarius attributus Hieronymo, habet, *salutare meum*: arbitror memoriæ lapsum. Quid valeant autem vox Hebræa תקוה *thikuah*, & Græca ὑπομονὴ, in propriè dictam patientiam, dictum satis.

Vers. 7.) Quia ipse Deus meus, & Salvator meus: adjutor meus, non emigrabo.

HEbraicè nihil prorsus differt hic à tertio versu Græcè, pro κὴ δὰρ, est, ὅτι, pro, ἐ μὴ σαλευθῶσι πλέον est, ἐ μὴ μεταχασεύσω: Latinè, pro, *nam* &, est, *quia*: pro, *salutaris*, est, *Salvator*: pro, *susceptor*, est, *adjutor*: pro, *non movebor amplius*, est, *non emigrabo*, nec tamen carpere Bredembachius Latinum debuit interpretem optando majorem in eo constantiam. Laudanda erat potius ejusdem sententiæ verbis aliis idem valentibus allata expositio, serviens elegantiæ, tædio consulens. Vix est de re ipsa quid adhuc dicatur præter dicta in versu tertio. Augustinus in his vocabulis Dei, *Salvatoris* aut *salutaris*, *susceptoris* (quo utitur,) agnoscit vocationem, justificationem, glorificationem, unde non amplius emigratur, peregrinatione finita. *Adjutor* designat auxilium gratiæ tribuentem, de quo auxilio mentio postea fit: *Deus* item creantem: ultima verba confirmationem in gratia, deinde in gloria.

Bredembachius male interpretẽ carpens.

Quia.) Parum refert quod alia Psalteria, Auctoresve alii reddant *quoniam*, *etenim*. Eadem quæ versu 3. particula אך *ach*, variis modis conversa. Hieronymus, *sed*.

Ipse.) Nec hoc magni momenti, quod addant, *est*.

Deus meus.) Hieronymus, *fortis*, versu 3. *scutum*.

Et salvator meus.) Retinent hìc nomen, *salutaris*, ex versu 3. alia Psalteria, & Cassiodorus, ac Ambrosius.

Adjutor meus.) Psalterium Gallicanum seu Ambrosius atque Augustinus, *susceptor*, sicut in versu 3. Hieronym. ibi, *fortitudo*: hic, *altitudo*.

Non emigrabo.) Significabat ergo in 3. versu (*non movebor*) migrationem, ut scilicet non esset errandum huc illuc fugiendo. Simul tamen etiam fixam in Dei providentia velut in anchora spem *o*, aut quomodo papillis hæret infans lac sugens: quod eleganter exprimit Apollinarius:

ἄλκαρ ἐμὸν, τίς κεν μεφιμνὰς ἐλάσοις τιθήνης;
Robur meum, quis utique me chara divelle à nutrice?

Quomodo dicitis anima mea transmigra in montem sicut passer? in Domino confido p. Petitur eadem alibi *q* similitudo ex avolante ac fugiente ave ad idem propositum. Atqui nulla vis major compositio verbo *emigro*, quam in simplici, quasi sit valde migrare, ut Ayguanus notavit. Aliarum imperitia linguarum efficit, ut notentur quandoque non notanda.

o Heb. 6. 9.

p Ps 10. 1.
q Prov. 26. 8. Esa. 16. 2. Osea 9. 11.

Vers. 8.) In Deo salutare meum, & gloria mea: Deus auxilii mei, & spes mea in Deo est.

TAm sæpe, ac iisdem propemodum verbis ingentem illam suam in Deum fiduciam inculcat, videlicet ob ingentem voluptatem ex sermone de hac re, & ut inter graves calamitates animum erigat, & ad fortiter tùm patiendum, tùm etiam resistendum excitet semetipsum, omninoque discat à solo Deo salutem, gloriam, auxilium, opes, robur, expectare; nulla re creata per se gloriari, nulli fidere, nullam sperare. Dionysius Cartusianus nominat præclarum, splendidum, suavissimumque versiculum illum omni menti devotæ, super mel & favum, dulcem & saporosum. Plus quiddam videtur indicari præpositione, quam *in Deo* dicitur *salutare* nostrum ac spes esse, quam quum ipse *salvator* aut *salutaris*, & *spes* quod ante dictum est *r*: quum *in eo gloria*, quam quod habetur alibi *s* vocatur ipsemet *gloria nostra*, quum *Deus auxilii*; quam quum auxilium ipsum, nam Deum esse Salvatorem, spem, gloriam, auxilium, intelligitur per modum actus primi, ut loquuntur, vel quod in se est Deum ad hæc conferenda paratum esse: quum autem in illo eadem esse dicuntur ut nostra, nobis ab eodem esse, ac nos illa recipere, & eorum ratione quum ipso conjungi. Valent hæc omnia testimonia contra Pelagianos, ut intelligamus, omnem laudem & gloriam quam revera consequi possumus per meritorum cooperationem, nobis provenire à munere Dei, *in quo* propterea laudari & *gloriari debet quisquis* laudatur & *gloriatur* t; ita ut dicat *u*, *in Domino laudabitur anima mea*; & *x*, *fortitudo mea*, *& laus mea Dominus*, *factus est mihi in salutem*, & *y*, *ego in Domino gaudebo & exultabo in Deo Jesu meo*. Legendus Prosper contra z Collatorem. Quia repetitur ter nomen *Dei*, Hugo Trinitatem innui vult: Parum concludit hoc argumentandi genus, & repetitio potius ad significationem pertinet affectus. Ut dictum tropologicè recipi potest, quod idem *gloriam* spectat in puritate ac testimonio conscientiæ: *spem*, ut impetretur venia; *auxilium*, contra tentationes; *salutare*, ad agendam pœnitentiam.

Senſus loci.

Omnimenti devotę ſuavisſimus verſiculus.

Vis phrasis, *in Deo salutare nostrum* & similium

r *vers.* 8.
s Ps. 3. 4.

Contra Pelagianos teſtimonia.

t 2. Cor. 10. 2
u Ps. 33 3.
x Ps. 117. 14.
y Aba. 3. 18.
z *cap.* 38.

Hugonis frigida argumẽtatio de Trinitate hoc loco

Tropologia

Deus auxilii mei.) Hieronymus, *robur fortitudinis mea*: צור-עזי *thur hhuzzi*. Sententia eadem, & ut quum *adjutorium nostrum* dicitur *in nomine Domini* a, vel, *à Domino* b: *auxilium à Domino* c, aut, *in Domino* d, nomine illud Hebræum צור *tsur*, pro Deo reperitur aliquoties, *rupem* significans ac *petram*, & *arcem*, ut significetur adversus hostes non undique circumdantes & obsidentes non posse nos tutos esse, nisi Deus servet, & ipse sit nobis tamquam *turris fortitudinis à facie* illorum, ut priore Psalmo vidimus e, ubi vocatur מגדל-עז *migdal hooz*. Merito conveniat Deo nomen *Lapidis adjutorii* f, העזר אבן *evem hahhezer*, μίδτο τῆ βοηθείᾳ, *lapis adjutoris*; non solum ea ratione quæ Samuelem impulit, qui ad certum usque lapidem auxiliatus fuerat Dominus contra Philisthæos g, verum etiam, quia ipsemet vice lapidis quodammodo est cavernosi atque foraminosi *h*, quo se recipiant omnes tuto & habitent. Suum illum p ofani Deum nomine *Jovis* appellasse dicuntur à juvando, & *Juppiter*, quasi juvantem patrem Ope natum; & è contrario *Vejovem*, cui dempta juvandi facultas.

a Ps. 123. 8.
b Ps. 7. 11.
c Ps. 83. 6. Ps. 110. 2.
d Osea. 13. 9.

e Ps. 60. 4.
f 1. Reg. 7. 1. c. 5. 1. c. 7 12.

g *cap.* 7. 12.
h *Cant.* 2. 14

Jovis, Vejov. appellatio unde.

Vers.9.) Sperate in eo omnis congregetio populi, effundite coram illo corda vestra: Deus adjutor noster in æternum.

Sensus loci.

NOn contentus de sua dixisse fiducia, vel suos, vel etiam cunctos ubique alios ad eamdem cohortatur alienæ cupidus salutis, honoris æmulator divini. Jubet laxatis veluti doloris habenis, aut potius patefacto cordis vase, quidquid angat prematve, referare ac effundere coram Deo; lacrymis etiam ipsis exire si velint, liberam potestatem facere: curas cogitationesque ad unum omnes Deo proponere atque committere; dubitari non posse quin ab eo referant convenientem omnes opem, omni tempore: quotiesque id sincerè fecerint, quod facere monet præsenti hac adhortatione: *Qui audit*, dicit, *Veni* a: Andreas fratrem *b*, Philippus ad Christum vocat Nathanaelem *c*: amor Dei profert se quoque ad proximum.

a Apoc. ult. 17
b Joan. 1. 42.
c Ibid. v. 45.
Amor Dei profert se quoque ad proximum.

Sperate in eo.) Hilarius, Ambrosius, Augustinus, Cassiodorus, *in eum*, sed monui non semel, ista non semper differre, sicut etiam *credere Deo*, *in Deo*, *in* B *Deum*, &c.

Omnis congregatio populi.) Hieronymus loco istorum habet, *omni tempore*, nunc enim Hebraicè est בכה-עת *becholhhet*; tùm subditur ut membrum novum; *populus* עם *hham*, aut pluraliter *populi*, ob ejusdem numeri vebum, *effundite*, &c. legerunt LXX. עד *hhed*, contractè ex עדת *hhedath*, aut etiam integrum עדת *hhedath*, quod significat *congregationem*, & vertere potuerunt, *sperate in eo in omni congregatione populi*: ac si voluissent, novum inde membrum inchoare, usurpando in recto, *populi effundite coram illo corda vestra*, Quæ semper tamen eumdem reddunt sensum.

In aliis duobus Psalteriis, & apud Cassiodorum, *omnis conventus plebis meæ*: apud Ambrosium *omnes conventus plebis*: & in quibusdam Codicibus additur, *meæ* apud Hilarium, *omnis cœtus plebis*: apud Augustinum, *omne concilium plebis*. Habent etiam nonnulli libri Græci, πᾶσα συναγωγὴ λαῶν, *omnis synagoga*, sive *Congregatio populorum*: itaque præterea lego in homilia Basilii, & in Euthymii commentario. Ambrosius interpretatur C de populo Judæo ac Gentili.

Effundite coram illo corda vestra.) Psalterium Romanum, & Hilarius præponunt, & ante verbum. Arnobius legit, *fundite*. Hieronymus, *cor vestrum*: ut est Hebraicè לבבכם *levavchem*. De ista phrasi egimus Psalmo 41. *d*, ita ut vix superesse arbitrer quid amplius dicatur, Psal. 141. *e* locus alter hunc illustrat maximè; *Effundo in conspectu ejus orationem meam, & tribulationem meam ante ipsum pronuntio.* Egregiè Augustinus; *Nolite corda vestra retinere intra corda vestra: effundite coram illo corda vestra; non perit quod effunditis: ille enim susceptor meus si suscipit: quid times effundere? jacta in Dominо curam tuam* f, *& spera in eum.*

Phrasis *Psal.* 141. tractata
d *vers.* 3.
e *vers.* 3.
Phrasis *Psal.* 141. tractata.

f Ps 54. 23.
Tropologia de cordis effusione.

Ambrosius & Basilius in homilia tropologicè videlicet hanc effusionem sumunt de effundenda prius, exhaurienda, evacuanda perfidia, malitia, vitiis, perturbationibus, ut capaces divinæ gratiæ reddamur, Ambrosius opponit effusionem de Spiritu promissam à Deo per Joelem *g*. Utitur medicorum Basilius exemplo, qui non prius medicinas salutares dant, quàm vomitu materiam, quæ morbi caussa est, evacuent; præterea vasis, quod ni eluatur diligenter odore graveolente quo imbutum erat, odorati unguenti recipere influxum non potest; Eodem referri potest Chaldæa paraphrasis, *abjicite coram eo elationes cordis vestri, & orate coram eo toto corde vestro, & dicite*, &c. Hilarius exuendum exponit omnem affectum, ut nihil de nobismetipsis fiduciæ sit; sicque per confessionem peccatorum, cum effusione lacrymarum adjuvemur à Deo. Idem ferè ceteri dicunt, sed Hugo notat *effundi ut aquam corda* h, eo modo debere, ut nec remaneat in signis exterioribus color, nec in verbis odor, nec Sapor in affectu: coram Deo, non ad captandam laudem humanam, neque simulatè, quod ultimum etiam cavetur nomine *cordium*. Indicat eadem effusio conditionem mortalitatis, ut quum ad flectendum Deum aquam populus fudit *i*: & eamdem fluentis aquæ similitudinem Thecuitis posuit in sua oratione ad Davidem *k*. Tunsio pectoris usitata pœnitentibus exprimere velle quod in corde peccatum latet; sicut *pun-*

g *cap.* 2. 28.
Exempla & comparationes elegantes.

Exuendus affectus omnis ut fit.

h *Thre.* 2. 19
Corda nostraquomodo ut aqua sint effundenda.
i 1. *Reg.* 7. 46
K. 2. *Reg.* 14. 14.
Tunsio pectoris pœnitentium ad quid.

A *gens oculum deducit lacrymas, & qui pungit cor profert sensum* l. Cyprianus *m* Publicanum scribit pectus tundendo *n* peccata ipsa pulsasse intus inclusa. Hilarionem tradit Hieronymus *o* pectus pugnis percussisse, quasi cogitationes cæde manus posset excludere. Obtritionem cordis ait Augustinus. *p* esse tunsionem pectoris (testatur vero *q* solitam usurpari ad verba orationis Dominicæ, *dimitte nobis*, &c.) Maximus *r* Taurinensis excussionem malignæ voluntatis. Differit Greveus *s* de cordis humani effusione bona & mala. Malam probat esse, qua *sapientia non tenetur quasi vase confracto* t, aut *sacculo pertuso* u; idcirco vetari *ne demus aquæ nostræ exitum vel modicum* x, ne effundamus *in terram jecur* y; ne projiciamus *intima* z; ne effundamur *mercede* a, ne *super omnem escam* b, ne per luxuriam & lasciviam *c*, & crimina alia quæ persequitur. Præcipit item ut effusum cor contineamus & *congregemus in sanctitate* d. Subjicit bonam effusionem, per confessionem, orationem, pietatem & misericordiam; addi potest humilitas.

l *Eccl.* 22. 24
m *de orat. Dom.*
n *Luc.* 18. 13
o *in vita.*
p *in Ps.* 31. *enar.* 2. *& in Ps.* 146.
Quando usurpanda.
q *l.* 50. *hom.* 10.
Cordis humanieffusio bona & mala.
r *hom.* 3. *de Quadrag.*
s *Serm.* 125
t *Eccl.* 21. 17.
u *Agg.* 1. 6.
x *Eccl.* 25. 34
y *Thre.* 2. 15.
z *Eccl* 10. 10
a *Ep. Jud.* 11.
b *Eccl.* 37. 32
c *Gen.* 49. 4. *Jer.* 50. 11.
d *Eccl.* 30. 24.

Deus adjutor noster in æternum.) Omittit Hieronymus & qui transferunt ex Hebræo, postremas dictiones duas; testaturque idem Hieronymus *e*, obelo transfigendas, nec alia Psalteria duo illas recitant, vel Hilarius, vel Augustinus, vel Cassiodorus, vel Arnobius, sed excepto Augustino ponunt in fine verbum, *est*, *Deus adjutor noster est*. Correcti quoque Codices Græci habent διάψαλμα, de quo meminit Hilarius, nec non Beda in collectione omnium diapsalmorum, sicut Hebræi סלה *selah*. Irrepsit fortassis ex Aquilæ interpretatione ἀεὶ pro Hebræa voce, ut loco, *semper*, dicetur *in æternum*, quod Paraphrastes reddere solet. In nullo textu Bibliorum lego, εἰς ὠφελεια, vel quid simile: neque apud ullum enarratorem Græcum, si demas Euthymium, qui Latinè legitur habere, *quoniam Deus adjutor videtur*, consulere Græcum illius Codicem non potui. Unus Apollinarius expressit semper:

e *Ep.* 136.

ὅτι ἕνεκα τοῦ ἐπικουρεῖν ἡμῖν ὁ θεὸς ἡμῶν ἐγένετο:
Quia utique adjutor semper Deus nobis factus est.

Citat Brugensis aliquos Græcos Codices in quibus sit βοηθὸς ὑμῶν, *adjutor vester*.

Vers.10.) Verumtamen vani filii hominum, mendaces filii hominum in stateris, ut decipiant ipsi de vanitate in idipsum.

Sensus loci.

QUia officio suo functus Propheta admonitionem suam parvi apud impios scit esse momenti, diapsalmate quod in fine prioris versus positum est, nos id considerare attentiùs voluit, ut innuit Hilarius. Hoc quidem certè vult, quos bene de Deo sperare jusserat, D nihil adversarios pertimescant; nam licèt appareant magni, sapientia, honoribus, potentia, vani tamen sunt, inanes, vacui, nil solidi habentes, nulla solida re subnixi; adeo leves parvique momenti, ut si conjiciantur in alteram lancem, & in altera constituatur ipsamet vanitas, vaniores atque leviores ea deprehendantur, ac tùm demùm perspiciatur, quàm sua illa ipsi externa specie fallerent; quantoque in errore versatur quisquis vanissimis istis & fallacissimis fidit: quorum omne studium in eo est, ut decipiant, quasi stateris & mensuris falsis.

Vanitate vaniores homines, & eorum consilia.

Altera expositio.

Poterit id etiam exponi per antithesin ad eos qui bene sperant in Deo, prout antea dictum est, de illis qui malunt in hominibus sperare, qui tamen sunt vani, hoc est, invalidi & mendaces in promissis, pactis, contractibus, more mercatorum, qui, quæ communi jure ad mensuram justaque pondera sunt instrumenta instituta, his abutuntur ad fraudandum & decipiendum; idque vanissimè, omnino gratis, absque ullo commodo proprio, semper alieno cum detrimento. Tertio adhuc sensus est, impios, quod indicabat Hilarius, negligere datum consilium de sperando in Deo, fretos vanissimis humanis auxiliis, &, si minus ista suppetant, vel succedant, utentes dolis aut fraudibus, omnique ope continentes ut alter alterum

Tertius sensus.

rum *circumvenitur in negotio* a, quoniam id fas putant, quod quacumque possunt ratione: *legemque justitiæ fortitudinem suam* b ἰσχὺν *vim* ac *vires*, & ut circumveniant, *justum* c, quod est συνδρέυειν, *insidiando comprehendere*.

a 1. *Thess.* 4. 6
b *Sap.* 2. 11.
c *Ibid.* v. 12.

Integrare sensum litteralem unum possunt hæc omnia, nec violentè ad contextum aptari, ut postea liquebit, nec difficile ad ea revocare quæcumque ab enarratoribus de sententia tota dicuntur.

Verumtamen.) Est illud אך *ach* jam textu repetitum, quamvis aliter & aliter conversum: & convertunt alii, *tantum*, aut *certè*, *verè*: videturque alicui superius quidem particulam hanc superfluere; sed hic habere usum istum ad affirmandum.

Vani filii hominum.) Hieronymus, *vanitas filii Adam*, nempe sunt, הבל בנו-אדם *hevel bene Adam*, ubi *Adam* appellativè sumitur pro quolibet homine & quidem ærumnoso ac vili, quem vox etiam נשא *nascia*, quam Paraphrastes mutuatur ex Hebræa אנוש *enos*, denotat. Dixit idem pro *vanitate*, *nihil*, כזא *lema*. Omnes homines dici *filios hominum* docui aliàs d, non malos tantum, nec propterea qui de Adam Evaque descendant. Psalmo 38. e, appellatus est *homo universa vanitas*, ubi est etiam אדם *Adam*, & in Paraphrasi Chaldæa pro הבל *hevel* לזא *lema*, *nihil*, pro *vanitate*. *Vani quibus non subest scientia Dei* f: *vana cogitationes eorum* g: *vana loquuntur* h; *vanitatem diligunt* i, & operantur, *ambulantes post vanitatem facti sunt* k, immo vanitas ipsissima, vanioresque illa, ut dictum est. Verum dicto Psalmo satis hac de re multa. Rectè porro Hilarius *vanos* distinguit, vel qui sperent vana, aut in quibus sperare sit vanum.

Adam vox appellative sumta.
d *Ps.* 4. 3. *Filii heminum* non mali tantum, sed omnes etiã dicuntur.
e *vers.* 6.
f *Sap.* 13. 1.
g Ps. 93. 11.
h Ps. 11. 3.
i *Ts.* 4. 3.
k *Jer.* 2. 5. Vanorum hominum distinctio, ab Hilario.

Mendaces filii hominum.) Etiam abstractè ex Hebræo vertit Hieronymus, aliique, *mendacium filii viri*, נזב בני איש *chazau bene isch*; sed posse collectivè quoque sumtum postremum nomen Hebræum designare clarissimos, potentissimos, sapientissimos: ne quis eximi se putet; quum, ut est dictum, *universa vanitas sit omnis homo vivens* l, & *quærant* isti crebro *mendacium* m, & *omnis* quodammodo *homo mendax* n.

l Ps. 38. 6.
m Ps. 4. 3.
n Ps 115. 11.

In stateris, ut decipiant ipsi de vanitate in idipsum.) Hieronymus, *in stateris dolosis fraudolenter agunt simul*: vel apud Trevetum, *impositi stateris, vanitas ipsi simul*. Alii, *in stateras ad ascendendum ipsi pra vanitate simul*: quæ respondent Hebræis ad verbum במאזנים לרלות המה מהבל יחד *bemozenaim lahhaloth hemmah vel jachad*. Quod clarius ita exponitur, nonnullis suppletis: *in stateras si ascendant ipsi, leviores erunt pra vanitate simul*. Item jungendo prioribus verbis, *mendacium filii viri in stateris sic ut ascendant pra vanitate* seu *nihilo, simul omnes nempe, quotquot sunt, & vanitas ipsa præponderet atque descendat*. Paraphrasis eodem tendit, *si acceperint homines stateram ponderantes fata sua, illi quidem ipsamet vanitate erunt leviores*. Aliter tamen apud Nebiensem, *quando ducunt uxores, statera ponderantur fata eorum: verum ossa eorum in nihilum redigentur simul*. Quidquid sit de Paraphrasi, traditæ Hebræorum vocabulorum expositioni congruere Græca possunt, ἐνζυγοῖς τὸ ἀδικῆσαι ἀυτοὶ ἐκ ματαιότητος ἐπὶ τὸ ἀυτὸ, *in stateris ad inique seu justè agendum*; nempe mendaces filii hominum sunt in stateris ad justè agendum, hoc est, ita ut injustè egisse cognoscantur, ubi sunt impositi stateris, & in iis *appensi*, propter iniquitatem priorem *inveniantur minus habentes* o, & præ levitate quæ tunc apparet, decipiant atque fallant judicium ponderantis; qui idem, inquam, ipsi *in idipsum*, idest omnes aut simul, in eamdem stateram conjecti, *de vanitate* nimirum propter illam qua præditi sunt, convincuntur, quod sint vanissimi aut præ ac plusquam illa vaniores atque leviores. Placet Genebrardo hæc interpretatio, quæ omnium Hebraizantium est. Difficultatem facit Agellio, quia durius videtur, ut *decipere* & ἀδικῆσαι sit fallere judicium eorum qui putabunt eos aliquid esse, qui nihil esse postea comperiantur. Adde ut *decipere de vanitate*, vel, *ex vanitate*, παταιότητος, sit *pra*, aut, *propter vanitatem*. Denique supplendum esse ante, *ut decipiant*, *ita*: ita ut decipiant. Faciunt hæc non ut rejiciatur hic satis communis sensus, quum etiam Euthymius (ἐκ exponat per διὰ) & Nicephorus suppleat (ὡς,) sed ut simplicior ille censeatur; quod significatur, ne speret quis in hominibus, qui ut plurimum

o Dan. 5. 27.

In hominibus cur non sperandum.

spem in se confidentium frustrantur, quas habent opes, malis acquirunt artibus, fraudibusque, ut stateris factis data opera ad decipiendum; quum sint simul omnes *de vanitate*, hoc est, vanissimi & instabiles: nec non & illæ ipsæ res tales sint quas ea sibi ratione comparant; quas *fallaces* CHRISTUS vocavit *divitias* p, de quibus paullo post: & eas illi aut ad usum pariter vanum referant, aut aliis æque vanis hominibus relinquant, sicque fallendo alios & injuria afficiendo, idem sibimetipsis faciant: *in imagine* enim *pertranseundo* dum *thesaurizant, ignorant cui congregent* q, & *substantia festinata minuetur* r, non est improbabile quod idem notat Agellius, lectum à LXX. quum dixerunt τὸ ἀδικῆσαι, non verbum לעלות *lahhaloth*, quod est, *ad ascendendum*, sed nomen מעולות *lahhauloth*, *ad iniquitates & fraudes*, quod nomen prius occurrit Psalmo 42. *f*, ubi dicitur *homo dolosus*, Hebraicè, *doli* עולה *hhaulah*, quod paronomasiam continet elegantem cum הבר *hevel*, idest, cum *vanitate*: vel sensus tantum rationem habuerunt, quoniam in ascensu stateræ, quem verbum עלות *hhaloth* significat, fraus committi solet, ut rectè observat Richardus Cenomanus. Ad eumdem pertinet sensum Theodotionis versio πλὴν ἀτμὶς υἱοὶ ἐτῶν ἀνθρώπων ψευδεῖς υἱοὶ ἀνδρὸς ὡς ῥοπὴ ξυγῷ, *verumtamen vapor filii hominum, mendaces filii viri, ut momentum stateræ*. Ultimum autem Symmachus membrum, *ipsi de vanitate in idipsum*, ita vertit, ἀυτοὶ ματαιῶνται ὁμοῦ *ipsi evanescunt simul*. Hoc enim valet etiam יחד *jachad*, & ἐπὶ τὸ ἀυτὸ, quod hic legit Augustinus, *in unum*: sed sive declaretur hic locus de hominibus qui prævalere student in negotiis quæ transiguntur, per pondera & mensura *de vanitate*, idest, ex vanitate, nempe ex vanitate plenis ac nihil veri solidique lucri habentibus: sive quod homines veluti stateris impositi deprehendantur ipsa vanitate vaniores: utrovis inquam locum declaremus modo, nihil ex eo efficiunt cum Calvino Hæretici, ut probent nihil verè boni operis effici à nobis. Id verum est, si per se ac secundum se spectetur, quatenus *vanisumus*, *finem subsit scientia Dei* t, & diligamus *vanitatem* u, quomodo nihil in ordine ad salutem ac vitam æternam vel operari vel cogitare possumus. At cum gratia Dei utrumque ac vere etiam meritoria opera exercere valemus.

p *Mat.* 13. 22.
q Ps. 38. 7.
r Prov. 13. 11.
f *vers.* 2.

Hæreticorum ex hoc loco doctrina improbata.
t *Sap.* 13. 11.
Cum gratia Dei meritoria opera exerceri possunt. Tropologia

Jam vero figuratè aut Tropologicè comparatio ista cum stateris earumve momento, quam vocant quoque *lingulam*, præter summam levitatem ac injustitiam, præterea denotat alia, ex Patrum Interpretatione. *Mendaces in stateris*, Græci & Russinus, atque alii de Latinis, ajunt esse qui de rebus iniquè judicant, corruptoque judicio eligunt instabilia & mala, pravè pensantes ad rationis libram: Augustinus, Hilarius, & alii plerique, qui sectantur errores ac hæreses; quos tuentur etiam, ut Carthusianus notat Bruno, finistrè Scripturis declaratis: Cassiodorus, qui videri volunt quod non sunt: quique ponderibus iniquis ementes fallunt: Hieronymus indicat Judices, Advocatos, Procuratores, Notarios, qui sub justitiæ ponderatione, atque eloquentiæ vanitate decipiunt innocentes. Bernardus *x*, qui tacent quod est, prædicant quod non est, non laudanda laudant, vituperant laudanda, ficti laudatores, veri detractores: Haimo, de simulatis & hypocritis qui boni videntur ac justi, nec sunt: Beda, qui se præferunt etiam aliis, ut Pharisæus ille *y*: Ambrosius qui sunt aliis duri, remissi operibus iniquis, sermone censores, cujusmodi erant quos reprehendit CHRISTUS, onera importabilia imponentes, *digito ea movere nolentes* z: iterum Bernardus qui gloriantur non in Deo sed in se, non probantes & examinantes opus suum ad mensuram divinam Cassian. *b*, qui continentiæ non servant temperamentum, & discretionis moderamen, quod est *rationabile obsequium c*: item, qui gravioribus quam ipsimet ferant, alios obruunt ponderibus præceptorum: Alii, qui alia pro se lege, pro aliis alia utuntur, non contenti ut *qua mensura mensi fuerint, remetiantur eis* d, qui aliena exaggerant, sua elevant peccata: qui misericordem volunt Deũ, non etiam justum: qui ponderi peccati sui, æternæ pœnæ aut beatitudinis, beneficiorum divinorum, divinæ majestatis, non exæquant quoad possunt magnitudinem pœnitentiæ atque meritorum: qui non æstimant eum qui *fecit omnia in pondere, numero, mensura* e, neque CHRISTI crucem in qua tamquam in statera appensus pro nobis est.

Mendaces in stateris qui dicantur.
x *Ep.* 18. & 78.
y *Luc.* 18. 11.
z *Mat.* 23. 4.
a *Ser.* 13. *in Cant.*
b *collat.* 21. c. 22.
c *Rom.* 12. 1.
d *Mat.* 7. 2.
e *Sap.* 11. 21.

Stateram justam & æquapondera præcepit Deus *a*. *Abominatio est apud Dominum pondus & pondus, statera dolosa non est bona* b, & *pondus æquum voluntas Domini* c: *cujus judicia pondus, & statera funs* d: & *appendit* calamitates quas infert, *in statera* e, lacrymasque dat *in mensura* f, utpote *ponderator spirituum* g, *verba prudentium statera ponderantur* h, & iis faciunt *stateram* i. Denique rarus, quem juxta sapientis consilium *k*, non pudeat *æqualitatem* servare *statera ac ponderum* sive in mercimoniis, sive in re quavis alia, quique eadem pensari trutina velit, ἰσοσταθμῶ, *æqua lance, æquilibrio*: pauci quibus non *in manu statera dolosa* l, &, ut est in parœmia, *non transgrediatur stateram inter scorpionem melius & virginem* (signa sic in cœlo disponunt Astrologi) hoc est, severitatem nimiam pietatemque. Nulli non perspecta Æquitatis imago, hastam sinistra tenens, justam dextra stateram.

Non de solis curat Deus externis ponderibus ac mensuris, quibus multi non egent nec utuntur omnino, ut in homilia monet Basilius, & Hieron. in Ezechielem *m*. *Hoc non solum*, inquit posterior, in commerciis, & in usu quotidianæ vitæ nobis est observandum, sed in omnibus custodienda justitia, ut, & in verbis, & in opere & in cogitationibus omnia pondere & ratione faciamus. Vidit Joannes *n*, *sedentem in equo nigro cum stateram in manu*; quia diabolus quoque habet examen æquitatis, dumque fingit se justitiam tenere, per simulationem lædit: sicut & ejus discipuli hypocritæ hæretici, & similes. Ut is qui fert nomen Augustini, homiliarum auctor in Apocalypsin *o*, creditus Ticonius, nec non Primasius, Beda, Joachimus, Thomas Anglus, Carthusianus, Gagnejus, de nostris Ribera & Pererius *p*. Vocat ultimus *stateram* non modo simulatam justitiam, sed perversam ac fraudulentam interpretationem Scripturarum; accuratam disquisitionem de iis quos volunt adjungere sibi: vanam professionem aut philosophiæ aut eloquentiæ, aut rationis naturalis, aut instinctus ac sensus proprii. Vanum esse, opibus, dignitate & similibus naturæ aut fortunæ præditum bonis *s*, profecto malum; at de vanitate vanitas hæc exsistit: de virtutibus, ac de gratiæ quoque muneribus evanescere quod est *sal evanescere* q, ipsa vanitate vanius, recteque non tantum *evanescentia*, sed *infatuatio* r, præterea nominatur.

Ipsi de vanitate in idipsum.) Præter dicta de his verbis, sciendum, pronomen ἀυτοὶ, non cohærere cum τῷ ἀδικῆσαι: dicendum enim fuisset ἀυτὸς, & Symmachus, quem retuli, conjunxit hoc modo ut nunc nos, ἀυτοὶ ματαιῶται ὁμοῦ *ipsi evanescunt simul*. Vanitatem istam de vana jactatione superbiæ Apollinarius intelligens ita explicat;

ἐκ φρενὸς ὡρμηθεν κενεκυχέες εἰς ἓν ἰόντες:
Ex animo concitati sunt jactabundi in unum euntes,

Potest illud; *ipsi de vanitate in idipsum*, significare etiam quod in vanitatem ipsam de vanitate tendant tùm in ista vita, tùm in felicem futuram vanissimam esse intelligendo. Favet Beda & alii. Sed ne diutius hic hæream, quod initio dixi, verosimilius: & juxta hunc nexum verborum, sensus erit supplendo (sunt) *ipsi sunt de*, sive, ut præpositio Græca, ἐκ indicat, *ex vanitate in idipsum*, hoc est, sunt vanissimi omnino, ad vanitatem referunt omnia, omnes ad unum vanitati studeant, cuncti in vanum nihilumve redigentur, quippe ambulantes post vanitates vani fiunt *f*.

Vers. 11.) Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere: divitiæ si affluant, nolite cor apponere.

Sensus loci.

QUos versu 9. præceperat in Deo sperare, sive commilitones, sive alios quoscumque, & in præcedente, non sperare in hominibus vanis, mendacibus, fraudulentis, monet nunc me etiam curent vel cõcupiscant; quod solent milites in violentia & rapina, aut in calumnia forensi confictisque criminationibus ad evertendum bonis simpliciores: sed nec in divitiis, quamvis affluenter suppetant sine ullis malis artibus, ita ut nimis ad eas afficiantur: quoniam utcumque tandem & undecumque proveniant incertæ, fallaces, fluxæ, vanæ sunt, nec hominem salvare possunt. Hoc est quod vult Paulus *t*, ut *divites non sublime sapiant, nec sperent in incerto divitiarum sed in Deo vivo*. Syriacè, *ut non confidant divitiis, in quibus nulla est fiducia. Si putavi aurum meum* ait Job *u*, *robur meum* (ἰσχὺρ: LXX εἰς χᾶν. *in congium meum*, qui est ardens amor: Symmachus ἀφοβίαν *fiduciam*) *& obrizo dixi, fiducia mea*, Principes Gentium hoc faciunt *argentum thesaurizantes & aurum, in quo confidant homines* x. De iisdem vidimus Psalmo 48. *y*, quod *confidunt in virtute sua & in multitudine divitiarum suarum gloriantur*; & in 51. *z*, quod *qui non posuit Deum adjutorem suum, speravit in multitudine divitiarum suarum, & prævaluit in vanitate sua*. *Beatus a vives qui inventus est sine macula*, ἄμωμος, *irreprehensibilis & inculpatus, & post aurum non abiit, nec speravit in pecunia & thesauris. Quis est hic & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua*, nempe quod non more omnium fere ceterorum divitias magnificat quas jam habet: quod non abutatur ad vitia: quod ad beneficentiam & aliorum commodum utatur. Hoc ipsum adeo magnum miraculum videtur CHRISTUS admiratus cum epiphonemate & asseveratione & similitudine cameli, dicens; *Facilius esse ut per foramen acus intret quàm dives in regnum cœlorum* b. Sed hìc inopem me copia facit; nec opus pluribus, præsertim quum & alibi nonnulla dixerimus.

Nolite sperare in iniquitate.) Arnobius, *in iniquitatem*. Hieron. *nolite confidere in calumnia*. Significat עשק *hhoscek*, *injuriam*, ut placet R. Kimhi, qua quis alium afficit, fraudando eum mercede, credito, mutuo, depósito, aliave re, quam quum sit illius, ipse possidet aut detinet injustè, denique occupationem ac detentionem rei alienæ, oppressionem, rem interversam seu fraude ac iniquis artibus partam. Quo pacto vexatio in litibus per fraudem vel frustrationem *calumnia* Latinè dicitur. Vertunt LXX. in Psal. 118. *c*, συκοφαντίαν, quam Latini etiam nominant *sycophantiam*, & ibi Latinè vocantur *calumniæ*; & constat, συκοφάντης esse, cupidum aliis facessendi negotium, delatorem, calumniatorem, qui quasi ob subreptas ficus, ut olim Athenis, hoc est, ob res detrimentave parvula, pœnam capitis persequitur; aut accusat falsò, quemadmodum conservum Æsopum Xanthi servus.

Colligit hinc auctor libri de divitiis, falsò adscriptus Sixto II. Papæ, divitiarum fere originem esse iniquitatem, & rapinam potissimùm in iis qui ex pauperibus evadunt divites, nec sunt originarii divites: nec tamen propterea ipsas divitias esse iniquitates. Illo sensu vocavit CHRISTUS *mammona iniquitatis* e, vel quia falsæ ac *fallaces* sunt *divitiæ* f, vel quia soli eas iniqui veras putant divitias, non autem cœlestes: vel quia incitamentum sunt iniquitatis: ita ut sit nomen idem vitiis divitiisque datum, quam vocabulorum societatem Eucherius *g* quoque observavit, sicut Ambr. *h*, quod *Ditem* quasi *divitem* vocent Gentiles inferni præsulem, arbitrumque mortis: vel quia non est æquitas in inæqualitate, ut unus abundet, alius egeat: esuriat unus, alius ebrius sit *i*, nec pauperi detur quum oportet: vel quia hi quibus quum loquebatur CHRISTUS, injustè partas fortan habebant divitias, & quum certi non essent de dominis earum, hortabatur atque præcipiebat ut pauperibus redderent. Lege de nostris Maldonatum *k*, & Barradium *l*, Basil. in homilia, in collectis ex iniquitate sperantem divitiis comparat cum ægroto, qui in redundantia morbi bonam habitudinem ponat. Error est per se malas & illicitas esse divitias: quem damnavit in Eustathio Concilium Gangrense *m*: sed *iniquitatem* dixi hoc loco quamlibet significare calumniam, & fraudem, astutaque & maligna consilia, dolos, artes. Lege Gregorium *n*. Joannes de Polemar tractatu de Civili dominio Clericorum, quem recitavit in Concilio Basilienſi, eruditè ac exactè disputat hunc locum de honesto divitiarum usu. Non est census in crimine sed affectus, teste Gregorio *o*.

Et rapinas nolite concupiscere.) Hieronymos, *& in rapina ne frustremini*. Alii jungentes præcedentibus; *ne fidatis calumniæ & rapinæ, neque evanescatis; aut ne efficiamini vani*, seu, *vanitas*, aut, *nolite vanitati vos dedere*, aut, *ne evanescite*. Sic sensus est, nolite confidere in calumnia, & in rapina, & cavete ne tali confidentia evanescatis, & quod alibi dicitur *p*, quasi somniantes, *nihil in veniatis*

a Lev. 19. 36
b Prov. 5. 20, 23.
d c. 16. 11.
e Job. 6. 2. c. 15. 6.
f Ps. 79. 6.
g Prov. 16. 2.
h Eccl. 21. 28
i cap. 28. 29.
k c. 42. 4.
l Osee 12. 7.

Æquitatis imago hastam sinistra tenens: justam dextra stateram.

Non de externis solũ ponderibus & mensuris curandum.

m *in c.* 45.
n *Apoc.* 6. 5.

o *Hom.* 5. & 6.
p *Ibid. disp.* 12. & 13.

Statera vocis interpretatio.

q *Mat.* 5. 13.
r *Marc.* 9. 50

Sensus verborum.

s 4. Reg. 17. 15.

Divitiarum incertitudo & fallacia.

t 1. *Tim.* 6. 17
u c. 31. 24.
x *Baruch.* 3. 17.
y *vers.* 6.
z *vers* 9.
a Eccl. 31. 8. 9.

b *Mat.* 19. 23 *Marc.* 10. 23 24. *Luc.* 18. 24.

Calumnia quid appelletur.

c *vers.* 34. Συκοφάντης:

Liber falsò adscriptus Sixto Papæ. Divitiarum origo plerumque iniquitas & rapina.

d *Tom.* 5. *Bibl Patrum*

Mammona iniquitatis quo sensu vocet divitias Christus

e *Luc.* 16. 9.
f *Mat.* 13. 22

Vitiis divitiisque nomen idem datum.

g *Ep. ad Valerianum*. *Dis* quasi *dives* dictus

h *de Nabuth.* c. 4.
i 1. *Cor.* 11. 21
k *in Luc.* c. 16
l *Har. mo. to.* 3. *l.* 4. *c.* 1.

Divitis & ægroti comparatio.

Per se malas & illicitas esse divitias putare error est.

m *Nicephor. l.* 9. *c.* 16.
n 6. *moral. c.* 11.

Non est census in crimine sed affectus.

o 10. *moral. cap.* 28.
p Ps. 75. 6.

niatis in manibus vestris, spesque vestra inanis fiat. Id rectè Hieronymus, *frustrandi* expressit verbo, & *malè parta*, *malè dilabi* solent. Hebræa sunt אל-תהבלו ונגזל *vugazel al thebbalu*: ubi verbum affine est nomini הבל *hevel*, aliquoties antea repetito, quod significat *vanitatem*. Quasi etiam diceret: nolite vanitati divitiarum vanitatem addere, nempe in vanum illis confidendo, & illas immediatè persequendo. Idem sibi volunt Interpretes alii Græci, *Aquila*, ἐβίᾳ μὴ ματαιωθε, *in violentia ne evanescatis*; Theodotio, ἐπ' ἁρπάγματι μὴ ματαιωθε, *in rapina ne evanescatis*: Symmachus, ἐπ' ἁρπαγμα μὴ γ'ινεσθε ῥιπὶς, *super rapinum ne fiatis vapor*. In paraphrasi Chaldæa Bibliorum regiorum est Hebræo simile verbum תתהבלון *thitbbabbelun*, sed apud Nebiensem תתבהלון *thitbbahalun*, quod exponit, *ne concupiscite*. Agellius opinatur lectum à LXX. תאהבו *theehauu*, quod ibi erat Psalmo IV. *a*, *ut quid diligitis vanitatem* ריק *rik*, facilius fuit legisse תהבלי *theebabbelu*, ut Richardus Cenomanus putat. Sic sola fit mutatio litteræ (ה *he in*) ח *cheth*: & significare potest concupiscentiam similem enitentis ac parturientis; est enim חבל *thibbel*, *eniti*, & *parturire*. Qui rapit effundit quodammodo viscera, & *animum rapacem*, ἁρπαγαδυμὸν, ut Apollinarius loquitur, comprimit ad parturiendum, & *concupiscentia concipiens parit peccatum* b. *Concupiscere* potest significare idem ac habere injustè aliquid: sic enim Paulus negabat *argentum*, *aurum*, *vestem cujusquam concupivisse* c, vel indicatur tollendam radicem cupiditatis, ne germinet rapinæ ramus perniciosus: & idem Paulus scripsit longius abfuisse se à rapina, ut neque concupiscentiam admisisset. In Regiis atque Complutensibus Bibliis, *& in rapinis nolite concupiscere*: quo item pacto alia Psalteria, & Cassiodorus. Augustinus, *in rapinam ne concupiscatis*. Arnobius, *rapinam nolite*, &c. Hilarius, *in rapinas*: licèt in quibusdam ejusdem Codicibus, *rapinas*, absque præpositione. Præpositio est Hebraicè (ב *be*, Græci ἐπὶ, sed Græca cum accusativo seu singulari גזל *gazel* ἁρπαγμα, seu plurali ἁρπάγματα, in emendatis libris: verti potest, *super*: quod parum refert. Videtur Tertullianus *d* hunc citans locum, *rapinas* intellexisse de divitiis raptoris acquisitis, *ne desideraveritis divitias*. Postremo revoca in memoriam, quod aliàs monui, Latinum Interpretem solere uti verbo, *nolite*, etiam non respondeat Græcè aut Hebraicè tale verbum, sed simplex negatio qua quid vetatur, ante aliud verbum præpositа. Augustinus, ut dixi, omisit, *nolite*.

Tribui hoc documentum propriè potest gentibus, ut Cassiodorus annotat, qui necessitate victus furtivum aliquid concupiscunt. At necessitas extrema cui consuli aliter non possit, res communes facit.

Divitiæ si affluant, nolite cor apponere.) Augustinus omisit hoc etiam loco, *nolite*, *ne apponatis cor*: Ambrosius *si fluant*: Hieronymus, *divitiæ si affluxerunt*, *ne apponatis cor*: apud Trevetum, *fluxerint*. Alii, *substantia si multiplicetur*, aut quid tale. *Fluendi*, seu *affluendi* verbum positum est ex Græco ῥέω. Sed per id significata est affluentia, abundantia, copia, & quam Hebræum יגוב *jaauv*, importat, simulque germinationem, ita ut indicentur hoc loco provenientes sponte, affatim, latè, opes. Alibi redditum est idem verbum per *multiplicare* e, & *germinare* f. Tertullianus *g* hunc producens locum, sic recitat, *etsi relucent*, *ne adjeceritis cor*: quasi splendidas ac splendorem diffundentes divitias intellexerit. Quod si particulam, *si*, fumas, ut est idem atque, *quum*, in fluxu denotari potest, quum fluxæ sint, pereantque, nec in eodem numquam consistant statu divitiæ, non esse ad eas cor apponendum. Ambrosius: Vide, ait, quia fluunt: non vides quia præterfluunt: Fluenta sunt quæ miraris; quomodo veniunt, sic transeunt & recedunt: ut discas superflua non requirere. Jubet Basilius in Homilia, quum admiratione hanc suspicere vocem, & animadvertere, quod suos divitiæ possessores torrente prærapido ocyus prætercurrunt, & alios alio modo mutant dominos, sicut ex alto ruens loco fluvius accedit subito, mox recedit: magis possibile esse ut aquam manu comprehensam contineas, quàm ut divitias durabiliter conserves. Apollinarius eumdem fluxum sic expressit:

μηδὲ ῥύπλε τοισι πολυκτεάνοιο πόθεῖτε:
Neque fluxum divitiis locupletis concupiscite.

Non vides, inquit Augustinus quia si ibi cor posueris, & Atu fluës; Alibi *h* hoc extendi vult ad delicias. *Non ideo* te magni pendas, ait, quod non desunt, quod affatim suppetunt, quod velut ex fonte largissimo terrenæ felicitatis fluunt. Subdens autem de vidua quam Paulus *i*, vocat *mortuam*, si vivat *in deliciis*, pertinere scribit ad vidualem curam nostram, non apponere cor, ne in eis putrescendo moriatur quod sursum esse debet, ut vivat. Item *k*, *Si divitiis* affluentibus cor posueritis, quod sinistrum est, dextrum facietis. *Apponere cor* est valde curare, ut ex aliis locis constat *l*: sicut & non apponere non curare: sic enim quod Interpres reddit, *non animadvertere* m, extat Hebraicè, *cor non apponere*, Idem judicium quando dicitur quis *dirigere cor ad aliquem* n, *ponere cor*, pro quo reddit Interpres o, *sollicitum esse*; *ponere super cor suum aliquid* p. Euthymius alterius lectionis hic meminit, προστιθέναι καρδίᾳ, *apponi corde*; & quasi προσηλῶσθαι *clavis affigi*. Et vero qui fieri potest ut quis quid aquæ affigat fluenti! Quemadmodum fieri non potest, ait Nazianzeni Scholiastes Elias *q*, ut qui aquam manu ceperit, eam constringendo retineat, (per medios enim digitos elabetur) eodem modo fluxæ divitiæ, si retinere tentes, effluent. Tùm citat præsentem locum. Idem Apostolus *r* monet divites facilè mergi in interitum & perditionem. Salubre consilium, altè oculos corque attollere, & in cœlo defigere, ne vacilles capite in hoc mari, & corruas. Hæc *spiritus* censeri *paupertas* potest *s*, ut Gregorius *t* docet; *esse divitem in Deum* u, *eique*, non *mammonæ*, servire *x*, quamvis hoc re ipsa non abjiciatur. Viri Philosophi notam esse, pecuniæ ac divitiarum contemtum, etiam jurisconsulti tradiderunt *y*, plerique sunt eo de contemtu Philosophorum libri. Philosophus simul & Orator Latinus *z* pronuntiavit nihil esse tam angusti animi, tamque parvi, quàm amare divitias: nihil honestius magnificentiusque quàm pecuniam contemnere. Cur divitias improbi potius habeant quàm probi, respondet Problemate quodam Aristoteles *a*.

Vers. 12.) Semel locutus est Deus, duo hæc audivi, quia potestas DEI est.

Vers. 13.) Et tibi Domine misericordia: quia tu reddes unicuique juxta opera sua.

TAndem post rejectam inanem in hominibus aliisve rebus creatis fiduciam, redit ut doceat, quemadmodum in Psalmi principio deinceps que fecerat; in uno DEO collocandam spem esse, nam nulla DEO vanias, mendacium nullum, quod affirmat semel, non retractat: immobilis est illius irrevocabilisque sententia: necesse est fieri quod pronuntiaverit. Ex ejus una simplicique locutione hæc præsertim duo profecta dicit se observasse; in ipso potestatem esse ad puniendum violatores præceptorum, quique lædunt alios: simul misericordiam ut præmiis afficiat observatores, utque in se sperantes ab hostibus liberet, & etiam quatenus opus est, dicet: denique cuivis pro meritis decretam esse paratamque ab illo compensationem in futura quidem præcipuè, sed & in præsenti non rarò, vita.

Videtur ista clausula provocare auditores aut lectores ad attendendum, eo ferè modo, quo post ipsum filius ejus, in extremo Ecclesiastæ *b*: *Finem dicendi pariter audiamus omnes*. Reliqua quæ dici possent, in distincta partium tractatione afferentur.

Semel locutus est Deus.) Hieron., *Unum locutus est Deus*. Potest & hoc significare Hebræum אחת *achath*: & sic sensus esset, illud *unum* esse, quòd reddet DEUS unicuique secundum opera sua; quòd *unum* deinde veluti distinguitur in alia duo, in potestatem ad mala puniendū, & in misericordiam ad præmiandum bona. Vel *duo*, *audire* erit idem quod bis, idest, multoties; utpotè quum variis modis & multis inculcetur idem in divinis litteris, & suggeratur quoque menti nostræ à Deo. Quo pacto sicut אחת *achath*, redditur *unum*, reddi posset אתים *scetthajim*, *bis*. Quod solemus dicere, *semel ac iterum*, sic *semel & secundò opus non esse* perfodere *c*, significat non opus pluribus ictibus, unumque sufficere; & *non habere semel & bis* quæ des *d*, est non habere quæ sæpius. Sunt & alia exempla *e*. Verùm retenta versione nostra,

a *vers.* 3.

b *Jac.* 1. 15.

c *Act.* 20. 33

d 4. *Cont. Marc.* c. 15.

e *Ps.* 91. 15.

f *Zach.* 9. 17.

g 4 *cont. Marcio* c. 15.

h *Ep.* 121. c. 3

i 1. *Tim.* 5. 5.

k *in Ps.* 43.

l *Exod.* 7. 23 *Job.* 7. 17. *Prov.* 22. 17. *Eccl.* 8. 16.

m 1. *Reg.* 4. 20.

n *Job.* 34. 14.

o 1. *Reg.* 9. 20

p 2. *Reg.* 3. 33

q *in orat.* 43

r 1. *Tim.* 6. 9.

s *Matt.* 5. 3.

t 26. *mor.* c. 20.

u *Luc.* 12. 21

x *Mat.* 6. 24.

y *De sac. & excusa munerum l. in honorib.* §. *Philos. & De extraord. cognitionib. l.* 1. §. *am. & Philosoph.*

z *Cic.* 1. *offic.*

a *Sect.* 29. *probl. in* 8.

b c. 12. 13.

c 1. *Reg.* 16. 8

d 1. *Mach.* 3. 30.

e 4. *Reg.* c. 10 2. *Esd.* 13. 20 1. *Thess.* 2. 18 *Philip.* 4. 16.

Documentum egentibus proprium.

Dei potestas ad puniendum misericordia ad præmiandum.

Vox *fluxus* in divitiis notanda & suspicienda

Phrases scripturæ. Vocalium *semel*, *secundo*, *bis*, expositiones.

Concupiscere quid sit.

Circa Latinum interpretem observatio.

Non vides quia si ibi cor posueris, &

nostra, *semel*, ad litteram significat certè, immobiliter, irrevocabiliter, ut alibi *semel* a, *loquitur Deus*, & *secundò idipsum non repetit*: &, *semel* b, *juravi in sancto meo, si David mentiar*. Est, inquit Nicephorus, τὸ ἁπαξ ἐπὶ τῆ βεβαίᾳ καὶ διασσολογίας τινὸς, *semel*, pro *constanter*; seu *firmiter*, & *ubique aliquæ duplicitatis sermonis*. Placet id Euthymio quoque magis: & Basilius ac Theodoretus, & qui vocatur Hieron. qui ita interpungens, *semel locutus est Deus duo*; negant pertinere ad numerum. Quamquam Homilia Basilius exponit sic una locutum vice intelligi Deum, duo tamen audita; quia potest quis uno sermone plura dicere. Quemadmodum in una apparitione possunt ostendi plures res. Unde nec hìc dici quòd *unum* sit *locutus Deus*, ne pugnantia scribere videatur quod David. Ex eodem usu vocis, *semel*, interpretandum videtur quod scribit Paulus c, *statutum est hominibus semel mori*, h. e. immobili decreto, præterea quod est in Proverbiis d: *Qui perversis graditur viis, concidet semel*. Quod valere præterea potest ibi & alibi, idem ac *sufficienter*, ut non sit opus repetitione: ut quum Christus *mortuus* dicitur *semel* e. Eamdem præsentis loci tradit expositionem alibi Augustinus f, ut *semel* sit immobiliter & incommutabiliter: quamvis concedat & de unico verbo posse intelligi. Docet autem g, etiam, hac ratione, i. e. ob istam immobilem incommutabilemque locutionem, & à *fando* dici *fatum* de DEO posse, quia sic loquitur sicut novit incommutabiliter omnia quæ futura sunt, & quæ ipse facturus est. Victorinus commentario in Apocal. jam prior expositerat *Deum locutum semel*, quoniam decrevit ab initio quod futurum est usque ad finem. Isidorus h, de fato agens, transcripsit Augustinum, quamvis eum non nominet. Profanis exemplis quibus eamdem notionem τῦ ἅπαξ & *semel* confirmem, supersedeo.

Refert Genebrardus allegoricum Rabbinorum hujus loci sensum, de *unum DEO loquente*, *auditis* autem *duobus*: quia una Scriptura duos delineat sensus: unum præceptum continet mysteria spiritualia; interius & occultè aliud quid latet sub exteriore litteræ cortice. Meminit Euthymius expositionis, quòd comminatoria Dei quum auditur sententia, simul auditur ejusdem solutio comminationis: quia ita comminatur, ut mutato delinquentis proposito, nullus amplius relinquatur minis locus.

Augustinus i, quem Cassiodorus, & qui Ruffinus dicitur, & alii imitantur, nec non Bernardus k, recurrunt ad productum ab æterno verbum unum consubstantiale Patri, in quo verbo simul sunt omnia, & ex quo non solum duo, quæ David commemorat, sed universa quæ facta sunt, audiri à nobis possint. Quo sapientior quis, hoc plura paucioribus verbis exprimit, & mentali, & vocali: & superior Angelus paucioribus eget speciebus, intelligitque simplicius: proinde simplicissimè cuncta intelliguntur à DEO, & dicuntur notionaliter unico verbo à Patre. Paullo aliter idem l, accipit de DEI filio propter incarnationem quòd sit *semel locutus*: & sint *duo audita*: quia Verbum, inquit, intransgressibile, procedens de corde Patris, suscepit carnem ut esset homo ex utero matris: venit & mansit; ad nos venit; à Patre non recessit. Item: Ecce per hoc quod *semel locutus est DEUS*, surrexit omnis fabrica nostra: per hoc quod secundò sonuit, factus est pax nostra, ut solveret inimicitias in carne nostra. Videtur Hilarius illud ipsum duarum personarum Patris & Filii hìc agnoscere mysterium: dicens, in DEO Patre significari Filium, & hanc fidem indicatam primis Psalmi verbis, quibus *DEO subdendam* dixit *animam* David suam, quia *ab ipso* esset *salutare ejus*: atque ita semel Deo loquente, duo intellecta esse, & audita; quemadmodum ibi, *Pater* m, *manifestavit nomen tuum hominibus*, & quum Paulus n, *unum* scripsit *Deum*, *unumque Dominum*; quia & in DEO nimirum Patre, Dominus, nempe filius; & Deus significatur in Domino, h. e. Pater in Filio: denique hoc sibi velle, quum nunc dicitur: *Potestas DEI est*, & *tibi Domine misericordia*.

Præterea quum ait Hilarius quæ Deo semel loquente audiuntur & sub unius sermonis significatione sunt cognita, necesse esse ut sibi sint connexa, innuit quod alii magis disertè intelligunt, adeo *multifariam multisque modis olim loquutus Deus* quum fuisset *per Prophetas* o, ea omnia uni verbo suo CHRISTO serviviſſe ac unico decreto constituta esse. Ambrosius simile quid habet, quum docet, quòd ideo *semel Deus locutus est*, & plura audita sunt (*duo* nempe pro pluribus accipit) quia non per litteras & syllabas est locutus, sed per ænigmata, visiones, divisiones gratiarum, spiritum singulorum, semel in lege, iterum in Evangelio: & in hoc ac in filio, ita ut audirentur etiam illa quæ antè audita non erant ab iis quibus locutus fuerat per Prophetas, quoniam non mentis p, auditu sive aure, quam Christus aperuit ut cognosceremus mysteria, & libri signaculum solvit q, & resolvit ænigmata Prophetarum. De utrisque Testamenti eodem auctore philosophatur, quem vocant Hieronymum hic eodem pacto. Bernardus r, declarat *semel Deum loqui*, quatenus semper, & una, nec interpolata, sed continua & perpetua locutione peccatores invitat, revocat ad cor, de cordis errore redarguit, quia ibi habitat ipse, ibique loquitur, quemadmodum alibi s, dixit dixisse semper generationi cui proximus erat, quòd *errarent corde*.

Duo hæc audivi.) Jam exposui quomodo alii vocem Hebræam vertant *bis*: & sub Hieronymi nomine commentator, *duo* nectat prioribus, *semel locutus est DEUS duo*. Verus Hieron. in Esaiam t, quod *semel locutus est* dicitur, *Deus*, exponit de eo quod sequitur, *quia potestas Dei est*: sive de omnipotentia ejus: quòd *audita duo*, de sequentibus in isto versu, nempe omnipotentiam illius in utraque parte prævalere, ut & pœnitentibus tribuat misericordiam, & permanentibus in peccato reddat supplicia quæ merentur. Demonstrat ibidem quo pacto Esaias * duo numeret, quorum tamen singula totidem alia contineant. Bernardus u, *auditum* non simpliciter sumit, sed cum gustu conjunctum.

In paraphrasi Chaldæa apud Nebiensem hic locus ita redditur, *legem unam locutus est Deus, & bis illam audivimus de ore Mosis scribæ magni*. Trevetus refert ex R. Mose quum lex est data, populum in monte Sina sonum dumtaxat unum audivisse; ex eo Mosen fecisse ut audirentur distinctè prima solùm duo mandata: hoc sibi velle Deuteronomii x, locum, ubi scribitur *Dominum locutum ad omnem multitudinem populi, in monte, de medio ignis & nubis, & caliginis, voce magna, nihil addendo amplius*. Refellit hoc somnium Thalmudistarum Trevetus; quia in Deuteronomio recensentur mandata decem: & quia gratis de duobus primis solis asseritur: quamvis R. Moses conetur causam assignare quòd ea per investigationem humanam cognoscantur, alia non item; quæ sanè differentia falsa est. Zeno Veronensis y, docet, per scalam Jacob seu scapos ejus duos, designari duo testamenta, itemque per gladium bis acutum ex ore Domini prodeuntem; per forcipem Esaiæ; per calamum Scribæ constantem duplici vertice in unius acuminis tenuitate: postremo per hæc duo quæ hìc à DEO semel loquente audivisse te David affirmat. Addit præterea in pisce, qui est Christus duos denarios, quos Petrus reperit, eodem jubente Christo, sive staterem: virgam quoque & baculum ex alio Psalmo: nova & vetera, quæ scriba doctus profert de thesauro suo: duos denarios datos à Samaritano. Quæ se David ait audivisse, hìc exprimuntur, quando audiverit præcisè, supervacaneum eum quærere, nec satis probare hoc possunt, qui ut refert Valentia, tunc affirmant, quum Nathan DEI nomine ipsi renuntiavit quòd prævaricatorem filium ipsius *argueret in virga virorum, & in plagis filiorum hominum*, sed *misericordiam non auferet ab eo sicut abstulerat à Saul* z. Audivit & accepit illa duo à majoribus suis: cognovit ex editis divinis Scripturis; ipsomet etiam lumine intellectus naturali percepit; Deus item eidem suggessit non semel, aut iterum, sed valde sæpè, ita ut quodammodo die nocteque versaretur in horum duorum consideratione, quæ hoc loco subduntur, & toties repetita in ejusdem scriptis inveniuntur, nempe potentia, & misericordia DEI; non autem amor ejusdem & proximi, ut Valentia voluit. Jugem illam meditationem denotaret שתים *scetthajim*, si non *duo*, sed *bis* verreretur, ut antea notatum est.

Quia potestas DEI est.) Hieronymus, *imperium*: sed עז *hhoz*, *robur* propriè significat & *fortitudinem*, *vires*, *potentiam*. Ad hæc cum imperio conjunguntur, & κράτος utrumque valet. *Potestatem* istam & omnipotentiam

a Job. 33. 14.
b Ps. 88. 36.
c Heb. 9. 27.
d c. 28. 18.
e Rom. 6. 10. Heb. 7. 27. 1. Pet. 3. 18. Epist. Ind. 3. & 5. Christus quomodo dicatur *mortuus semel*.
f de spiritu & lit. c. 33. & 5. de civ. c. 9.
g 5. de trin. c. 9. *Fatum* à *fando* ut de DEO dici potest.
h 8. orig. c. ult. August. locus ab Isid. Allegoricus Rabbinorum sensus.
i Hic & ar. cont. Jud. Paga. & Arianos c. 6. Euthymii expositio & aliorum. Ex parvulis.
l Orat. cont. Jud. Pagan. Arian. c. 6.
m Joan. 17. 6
n 1. Cor. 8. 6 Unum Deũ unum Dominum ut intelligat Paulus.
o Hebr. 1. 1.
p Mart. 4. 33. & 34.
q Apoc. 5. 3.
r Ser. de ver bis Abac. super custod. meam stabo.
s Ps. 94. 8. & 10.
t in c. 51.
* c. 51. 19.
u Ser. 36. in parvis.
x c. 5. 21.
y Se. de somnio Jacob. Vet. & N. Test. designatio per locaaliquot S. Script.
z 2. Reg. 7. 14. 18.

Duo pro pluribus.

Thalmudistarum somnium rejectum.

etiam DEI, priùs monui Hieronymum *a*, sentire prævaJere in duobus quæ hìc mox subjiciuntur: alios Patrem, *DEI* nomine intelligere, sicut Filium Christumve per nomen *Domini*: velle autem *potestatem* spectari nunc ut est vindex, ac judicium de peccatoribus exercet, tamque sæpè in Scripturis, præsertim Psalmorum, necti misericordiæ solet. Facit id etiam Bernardus *b*, qui tamen adhuc *c*, accommodat ad potentiam & misericordiam Christi morientis *propter delicta nostra*, & *resurgentes propter justificationem nostram* *, & ascendentes ad protectionem nostram, & mittentis Spiritum ad consolationem nostram, & quandoque redituri ad consummationem nostram; ita ut in more attendatur *misericordia*, *potentia* in resurrectione: utraque in singulis reliquorum. Sed ne sæpius repetatur quod jam aliquoties de potentia sive judicio ac veritate, & de DEI misericordia dictum est; his duobus ait Augustinus hoc loco contineri prope omnes Scripturas, propter hæc duo Prophetas, propter hæc duo Patriarchas, propter hæc duo legem, propter hæc duo ipsum Dominum nostrum Jesum Christum, propter hæc Apostolos, propter hæc AnB nuntiationem omnem & celebrationem verbi DEI in Ecclesia esse. Hanc possumus asserere esse similitudinem *lapidis jaspidis & sardinis*, quam Joannes vidit inesse sedenti in cœlo *d*: est namque jaspidis viriditas jucunda, prætendens misericordiæ spem: robur ac igneus color sardii designat Judicis severitatem. Crebrò priorem locum in Scriptura *misericordia*; quia reservatur maximè in judicii tempus vindictæ severitas; tamen hoc loco *potestas* præcedit, quia quòd ea utatur Deus contra hostes nostros, pertinet ad misericordiam erga nos. Tandem colligimus cum auctore operis hypognosticon *e*, DEO dicere nos non debere interrogando, *quæ est voluntas tua*? sed tremendo *f*, *fiat voluntas tua*, *quia potestas DEI est*, *& tibi Domine misericordia*; quasi dicas; quod vult potest: & cui vult miseretur.

Et tibi Domine misericordia.) Nihil hic aliud ferè notandum, nisi quòd ob personæ mutationem ex tertia in secundam in textu Hebræo sumitur hinc novi versus principium; quod in duobus aliis Psalteriis est à proximè præcedentibus verbis, in quibus item alius inchoatC inde, *divitiæ*, &c. inclusivè usque ad, *audivi* Item Græcè non, *tibi*, sed *tua*, est σὰ, non σοὶ. Vim habet apostrophe ad indicandum effectum erga Deum, de quo hactenus in tertia persona sermo fuerat: & maximè si *Domine* nomen de DEO incarnato Christoque interpretemur, ut antea monuimus placere nonnullis. *Iris in circuitu sedis* à Joanne visa *g*, misericordia Dei & Christi est, quippe quum illa *sinum reconciliationis* sit *h*. Color triplex, viridis, ruber, cæruleos, denotat amplitudinem misericordiæ in corpus, animam, spiritum nostrum: in lege triplici naturæ, scripta, evangelica; secundùm bona naturalia, humana, divina: quantum ad prædestinationem, justificationem, glorificationem. Duplex item veluti materia ignis & aquæ indicat Baptismum spiritus & aquæ, præcedens diluvium, & conflagationem futuram; sed prædominatur aqua, i. e. misericordia.

Quia tu reddes unicuique juxta opera sua.) Nihil refert quòd sit Hebraicè opus numero singulari מעשׂהו *mahhasehu*. Similis alibi sententia *i*, verbis aut iisdem aut affinibus: nec dissimilia Plato in Phædone, & 5o. de D Republ. scripsit, licèt fabulosè ac ethnicè. Domino CHRISTO traditum est hoc judicium, *quia filius hominis est k*, similis nobis & propter nos homo factus, tantaque misericordia usus. *Non licebit* tibi, ait Basilius in homilia, dicere in die judicii, non noverim bonum. Proferentur tibi propriæ tuæ stateræ sufficientem boni & mali discretionem habentes, nam corporis pondera libræ momentis examinamus; quæ verò in vita eligenda sunt, libero animæ judicio discernimus. Quod etiam *stateram* nominavit, propterea quòd æquale momentum ad utramque partem capere potest. Hucusque ille. Discimus hinc & liberum in nobis esse arbitrium, & operibus nostris reddi non pœnam tantum, sed etiam vitam æternam, ac falsum esse omnia etiam justorum opera esse peccata. Non reddit DEUS operibus, ut Hæretici colunt, quia tantùm indicent fidem; nam præterquam quòd ipsum *credere* vocetur *opus Dei* l, cur ad fidem restringunt quod universè asseritur de operibus? neque satisfaciunt qui respondent, reddi præmium secundùm opera, non quia propter illa reddantur, sed Apost. non habet hanc vim, *secundùm*, in Scriptura, quòd pro κατὰ ponitur, ut ordinem solum significet, quamvis apud alios auctores habeat. Ad hæc indicat ea particula causam propter quam, & meritoriam secundùm condignitatem non ex sola DEI benignitate. *Secundùm suum laborem unusquisque propriam mercedem accipiet* m, & *prout gessit* n: & *momentaneum hoc & leve tribulationis* (propter Deum toleratæ) *supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operabitur in nobis* o: & *reddet Dominus coronam justitiæ* p, i. e. justè ac per opera justa acquisitam: & percipiendum tradet regnum propter hìc exercita misericordiæ opera *q*. Si attendas opera nostra physicè, ut ita dicam, & secundùm substantiam suam ut à nobis est, non sunt condigna æternæ vitæ *r*, atque hoc pacto bene Greg. *s*, negat reddendam gloriam *secundum opera*; licèt affirmet *propter opera*. Opera justorum quatenus proveniunt ex gratia, condignitatem habent ad vitam æternam; sed ratione gratiæ idem Deus dici solet ab Aug. præmiare munera sua, quia *gratia Dei vita æterna* t, & *coronat inse in misericordia & miserationibus* u. Nec tamen præcisè & exactè solam respondentem Deus dat operibus mercedem etiam aliquid ultra condignum, & *mensuram* non tantùm *bonam*, sed *confertam* quoque *& coagitatam & superfluentem* dat *in sinum* beatorum *x*: Et sunt homines tamen mendaces in stateris, parcique adversùs DEUM.

Porro in operibus attendit DEUS modum potius quàm rem; ut bona benè fiant. *Quum audieris*, ait Maximus *y*, Scripturam dicentem; *Tu reddes unicuique secundùm opera sua*, non ita accipe, quòd ea quæ præter rectum scopum fiunt, tametsi bona esse videntur, DEUS, retribuat; sed quæ secundùm rectum fiunt neque enim ad opera, sed ad scopum operum divinum judicium intentos habet oculos. Primis & novissimis datus idem denarius *z* quia, omissis aliis expositionibus, novissimi labore minore propter ejus qualitatem modumque, non minùs meruerunt. Gloriosius coronam labore quàm dono puro accipere; & Alexandrum *a* ferunt puerum, quoties nuntius referret à Patre hanc vel illam occupatam Provinciam, quasi gloriæ suæ deforet imposterum materia, ita minimè gavisum.

PSALMUS
SEXAGESIMUS SECUNDUS.

Psalmus David.

1 Quum esset in deserto Idumææ.

2 DEus Deus meus ad te de luce vigilo. Sitivit in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea.

3 In terra deserta, & invia, & inaquosa: sic in sancto apparui tibi, ut viderem virtutem tuam, & gloriam tuam.

4 Quoniam melior est misericordia tua super vitas: labia mea laudabunt te.

5 Sic benedicam te in vita mea: & in nomine tuo levabo manus meas.

6 Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea: & labiis exultationis laudabit os meum.

7 Si memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te: 8 Quia fuisti adjutor meus.

Et in velamento alarum tuarum exultabo, 9 Adhæsit anima mea post te: me suscepit dextera tua.

10 Ipsi verò in vanum quæsierunt animam meam, introibunt in inferiora terræ: 11 Tradentur in manus gladii, partes vulpium erunt,

12 Rex verò lætabitur in DEO, laudabunt omnes qui jurant in eo; quia obstructum est os loquentium iniqua.

a in c. 51 Esa.

Loci ac commodatio.
b Ser. 36. in parvis.
c Tract. de diligendo DEO.
* Rom. 4. 25. In morte Domini attenditur misericordia: in resurrectione potentia. Potentia & misericordia vocibus quid contineatur.

d Apoc. 4. 2. 3 Jaspidis viriditas quid designet. Sardii color igneus quid designet. Cur misericordia in Scriptura priorem locũ crebrius obtinet; hìc potestas. cl. 3. c 7 apud August. to. 7. lege etiam lib. de spiritu & lit. c. 33.
e Mat. 6. 10. Iris in circuitu sedis à Joanne visa quid designet.
g Apoc. 4. 3.
h Gen. 9. 14.
i Ruth. 2, 12, 1. Reg. 8. 8. Job 33 26. c. 34. 31. Psal. 27. 4. Ps. 93. 23 Prov. 24, 12. 29. Eccl. 16. 14. 13. In die judicii, non licebit dicere, non bonum.
Jer. 15. 14. c. 32. 18. c. 50. 29. Ose. 12. 2. 1. Cor. 13. 24 25. 2. Cor. 5. 10. c. 11. 15. Liberum in homine arbitrium. Operibus nostris non pœna tantum, sed etiam vita æterna redditur; Omnia etiam justorum opera non esse peccata Hæreticorũ sententia, Voculæ secundum usurpatio.
Rom. 2. 6. 2. Tim. 4. 13. 1. Pet. 1. 7. Apoc. 2, 23. c. 4. 13. c. 20. 12. 13. c. 22. 11. Matt. 16. 27. c. 25. 31. & seq.
k Joan. 5. 17. c. 6. 29.

m 1. Cor. 2. 8
n 2. Cor. 5. 10
o c. 4. 17.
p 2. Tim. 4. 8
q Matt. 25. 35. Opera nostra ut non sunt condigna vitæ æternæ. Opera justorum ut condignitatem habeant ad vitam æternam. Deus ut præmiare dicatur munera sua.
r Rom. 8. 18. s in Ps. ult. ℣ pen.
t Rom. 6. 21.
u Ps. 102. 4.
x Luc. 6. 38. In operibus Deus modo potius attenditquam rem,
y in Cent. 2. de charit. Non ad opera, sed ad scopum operum Deus intendit oculos. Primis & novissimis operariis cur datus idem denarius.
z Matt. 20. 10. Gloriosius coronam laborequam dono puro accipere. De Alexandro quæ narrentur,
a Plutarch. in Alex. Q. Curt. lib. 1.

Titulus & Argumentum.

Vers. 1.) Quum esset in deserto Idumææ.



EX titulo illa egent expositione, *quum esset in deserto Idumææ*. Codices Complutenses, Regii, & alii, habent *Judæ*, prout & Hebraicè extat יהודה *jedudah*, atque Chaldaicè, & vertit Aquila, ac Symmachus; nec non Apollinarius, Euthymius, Nicephorus. Omnes Latini præsertim paullo antiquiores constanter legunt *Idumææ* præter Lyranum & Valentiam. Lyranus id reprehendit, & ex recentioribus Valernius, Bredembachius, Placidus, Jansenius, Umfridus noster in Commentario manuscripto, & Titelmanus, ac Agellius, nec non Cantapetrensis *a*, tamquam Scriptoris mendum; quia quum de sua David hic fuga loquatur, à Saule, non legitur umquam ea fuisse in Idumæa, sed in terra Moab, vel Philisthinorum, vel Israel seu Juda. In Theodoreto Latinè reddito lego etiam, *Idumææ*: & meminit Euthymius Græcæ quoque hujus lectionis. Conciliat Euthymius, dicens esse verisimile desertum illud antea regionis Idumææ fuisse, deinde Judææ partem effectum. Genebrardus eidem deserto hæc vult nomina fuisse *Judæa*, *Ziph*, *Idumæa*. Gulielmus Scepræus ait appellari utroque nomine *Idumæa*, ac *Judæa*, quoniam *Idumæa* Syriæ regio ampla, non solùm complectebatur Tribum Juda, quàm Paraphrastes hic exprimit, vocans *desertum in finibus tribus Juda*, sed totam Judæam: & in Idumæa finibus quidam sunt saltus, desertaque loca, ut Ziph, Pharan, Hareth, &c. Aliter præterea respondet post Ayguanum, olim incognitum, quem non nominat, *Idumæam* per tropum significare quamlibet hostilem & inimicam terram. De hoc tropo dixi Psalm. 59. Si verum esset, Josephum scripsisse, tribui Juda obvenisse totam superiorem Idumæam pertinentem usque Jerosolyma, possemus intelligere pro Judæa Idumæam, viceque versa. Sed quidquid sit de versione Russini, Josephus *b*, τὴν καθύπερθεν Ἰδουμαίαν nominat, non Ἰεμαίαν: ita ut inde Joannes Drusius *c*, non bene colligat suam illam Idumææ distinctionem in superiorem & inferiorem. *Desertum Idumææ* reperimus in historia *d*, Regum ut *Idumæa* pro separata regione sumitur.

Quid præter dicta respondeam, non occurrit, tamen editionem correctam Latinam & Græcam, quæ passim Latinis placet, & Græcis agnita est, omnino retinendam censeo. Locus notatus in Bibliis ex 1. Reg. 21. 5. est de saltu Hareth in terra Juda. Plures nihilominus affirmant de deserto Ziph *e*: potestque de aliis in eadem Judæa, vel in Idumææ finibus intelligi.

Argumentum in deserto latet; nempe quum David in deserto aliquo ex iis delitesceret, ad quæ Saulem fugitans recepe.at sese, optabat ardenti desiderio, ut redire liceret ad revi endum sive tabernaculum, sive arcam. Hoc ergo exponit votum suum; simul etiam promittit, quum ejus facta potestas fuerit, summis laudibus devotissimè celebraturum se clementiam tantam Dei: post remò vaticinatur suum istum reditum ac restitutionem, cum hostium excidio. Unus, quod equidem sciam, Agellius de fuga quoque Davidis ab Absalone interpretatur, quando imperavit reportari arcam in Urbem, dicens: *Si invenero gratiam in oculis Domini, reducet me & ostendet mihi eam, & tabernaculum suum*; tunc enim *incedebat contra viam, qua respicit desertum*, & abscondit se *in campestribus deserti* f, non omnino displicet. Psalmus verò totus & Christo, & cuivis justo congruere potest. Christus in hoc mundi deserto, ac in utero etiam illo in quo diebus quadraginta mansit, suspiravit ad Patrem sæpè consolans seipsum consideratione bonitatis ejus, ac prævidens interitum hostium, atque liberationem suam. Typum dicit Christi Hilarius Davidis in deserto commorationem fuisse; atque quòd in illo solitudinis quieto otioso que secreto, quum nihil in oculos & in mentem offensionis incurreret, solis divinis studiis negotiosus esset. Dionysius Carthusianus exponit allegoriam de Christo separatim. Quivis justus hic exulans avidè optat Deo conjungi, atque in cœlesti templo cum sanctis eum laudare; interim solatur seipsum contemplatione bonitatis gloriæque divinæ; securus tum de adversariorum, præsertim invisibilium, perditione, tùm de percipiendo beatitudinis æternæ gaudio per assertorem salutis Christum. Perpetuam de Ecclesia allegoriam Valentia persequitur. Si ob persecutionem in solitudinem recesseris, Marcellino scribit Athanasius, ne formida veris tamquam solus ibi agas; sed quum Deus tibi adsit, mane illi surgens cantabis sexagesimum secundum Psalmum. In Apostolicis Constitutionibus injungitur apud Clementem *g*, convenire in Ecclesiam singulis diebus mane, & vespere, ad canendos Psalmos, & precationes in templo Domini faciendas: mane quidem recitando Psalmum istum 62. vespere verò 140. Hoc adhuc tempore quotidie fieri audio in Ecclesiis Orientis; in nostris autem, in laudibus mane canitur 62. vice autem totius 140. vespere, diebus Dominicis, & singulis feriis extra tempus Adventus, Quadragesimale, Paschale, versus ille 2. *Dirigatur Domine oratio mea sicut incensum in conspectu tuo*. Ratio est, quam Turrianus *h*, quoque noster dat, quia Psalmus uterque continet desiderium David orandi in tabernaculo, quum fugiebat Saulem: est autem Ecclesia nostra in Novo Testamento locus orationi dedicatus, quemadmodum tabernaculum in vetere. Athanasius *i*, quoque Virgini præcipit matutino tempore recitare hunc Psalmum, Chrysostomus *k*, asserit decretum à Patribus, ut quotidie duo recitentur, hic & 140. tamquam piaculum peccatorum totius diei; noster iste, ut accendat mane desiderium in Deum. Innuit Cassianus *l*, eamdem consuetudinem de nostro ipso Psalmo. Lege Rationale Durandi *m*, qui etiam quærit cur cum 66. Psalmo recitetur sub unico, *Gloria Patri*, &c. & quare numquam omittantur iidem, &, *Laudate Dominum de cœlis*, &c.

Vers. 2.) Deus Deus meus ad te de luce vigilo. Sitivit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea.

SIngulari affectu DEUM suum bis ingeminans, tamquam unicè amatum à se, cultumque, protestatur se cunctis aliis postpositis negotiis primo statim diluculo, velle ipsum quærere, ad eum suspirare, de illo attentiùs cogitare ac meditari. Declarat etiam ardentem animæ sint sitim longè majorem ea quam sentiebat in corpore habitans *in terra deserta invia, inaquosa* n; vehemensque desiderium, ut interesse possit cum populo sancto DEI in ejus domo, festivis atque solemnibus laudibus, & sacrificiis; redundare tale desiderium in ipsummet corpus, quod sese continere non queat, quin præ cupiditate semetipsum istic sistendi commoveatur, gestiat, exiliat; denique satis exprimi non posse quantopere id concupiscat. Allegoricè de Christo vel etiam de Ecclesia tropologicè de quolibet justo locus hic cum Psalmo toto exponitur. Verùm hæc attingemus in enucleatione partium singularum.

Deus; Deus meus.) Hieron. *Deus fortitudo mea tu es:* ex Hebræo אלהים אלי אתה *elohim eli atthah*. Potuit omitti, *es*, & *Eli*, verti, *Deus meus* quia *El* per se unum est de DEI nominibus significans ἰσχυρὸν, *fortem*: & quum Psalmo 21, primis verbis bis ponatur, *Eli, Eli*, vertit ibi etiam Hieronymus, *Deus meus, Deus meus*, in vocativo. Vim affectus quum quis Deus vocat suum jam aliquoties explicavi. Volunt aliqui *o*, additione hujusmodi pronominum designari personam secundam, quæ per incarnationem nostra facta est: Hoc mihi satis dubium. Jam post incarnationem, ex eodem illo tenero gratoque affectu Paulus *p*, scripsit, *Qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me*; & ejusdem discipulus Dionysius *q*, veluti veniam deprecans, *sit dux verbi Christus*, ait, *et si fas est dicere meus*. Observavit & Chrysostomus *r*, circa repetitum hic nomen DEI, & alibi apud Prophetas, magnam affectionem, qua communem Deum facit quis proprium sibi; & qui sic diciti recedere ab omnibus rebus humanis, ad illumque procedere, quem cum illa magna vocat affectione. Minùs placet notatio Hugonis ut sit Deus Pater, iterum Deus filius, meus designet Spiritum sanctum, quia est donum: Deus ante legem colendus: Deus in lege metuendus; meus tempore

---

a *ait addit ad f. 1. hypotypo.*

Lectionis conciliatio.

De voce *Idumæa & Judæa* controversia.

Idumæa per tropum pro qualibet hostili & inimica terra.

b 5. *antiq. c. 1. col. 3.*

c *l. 14. obser. nat. c. 13.*

Idumææ distinctio in superiorem & inferiorem, male.

d 4. *Reg. 3 8.*

e 2. *Reg. 13. 14. 15.*

Argumentū Psalmi.

De fuga Davidis ab Absalone, interpretatio.

f 2. *Reg. 15. 23. usque ad 28*

Christo & cuivis justo totus congruens Psalmus.

Allegoria. In solitudine persecutionem fugienti Psalmus Marcellino præscriptus.

g *lib. 2. cap. 58. aut 59.*

Psal. hujus & 140. recitatio quibus & quando, & ubi etiam præscripta.

h *ibid. & 2. cont. Cent. c. 19.*

Ecclesia nostra in Novo Test. est locus orationi dedicatus, quemadmodum tabernaculum in vetere.

i *Tract. de virginitate.*

k *in Ps. 140*

l *3. instit. c. 4*

m *lib. 5. cap. 4*

Sensus loci.

n *vers. 3.*

Allegoria. Tropologia

Vis affectus quum quis Deum vocat suum.

o *Salmer. to. 1. prolog. 16. Quinquag. 2 can 9.*

p *Gal. 2. 20.*

q *de divin. num. c. 1.*

r *Hom. 2. in 1. ad Corint.*

Hugonis notatio minus accepta.

re gratiæ diligendus: Deus creator; Deus recreator, meus glorificator. Sed nec valde magnifacio quod obſervavit Nebienſis in *Elohim*, numeri pluralis, & *Eli* ſingularis, innui myſterium Trinitatis, quaſi ſe David ſignificet id inquirere velle, dicens, Dii ſunt, Deus meus inquiram te. Auguſtinus *a*, docet, etiam ſuper omnes DEUS ſit, non facilè audere dicere *DEUS meus*, qui non credit in eum, & eum diligit: ſicque dulcedine affectus, & ſecura præſidentique dilectione loqui: ſed tamen non ita quin ſit aliorum, in omnibus integer, & in ſingulis integer, ſicut eſt ſonus audientium, Lux videntium: denique plus apud eum habere loci qui plus attulerit non argenti, ſed fidei.

Nebienſis item obſervatio.

a *de quib. c. ult.* Quis rectè audeat dicere, *Deus meus*. Apud Deum plus habet loci non qui plus argenti, ſed qui plus affert fidei.

Ad te de luce vigilo.) Hieronymus, *de luce conſurgam ad te*. Alii, *quæram te mane*, aut *vigilabo ad te*, *ad te mãturabo*. Verbum Hebræum futuri temporis pro præſenti poni ſolet ad magis indicandam ejuſdem rei ſeù in eadem re perſeverantiam. Eſt אשחרך *aſciacharecha* à שחר *ſciachar*, *nigreſcere*, unde *ſciachar* aurora, ob nigrorem quemdam lucis adhuc imperfectæ, in piel, veluti aurorare, diluculare, ad exortum auroræ quidpiam quærere aut facere. Quia verò quod quis mane quærit ſummo, diligenter quærit, & ex ingenti repetiendi deſiderio, propterea diligens iſta inquiſitio quocumque tempore fiat, per idem verbum ſignificatur. Nam meretrix, in Proverbiis, *Vecordi juveni, in obſcuro, adveſperaſcente die in noctis tenebris & caligine b*, dixit *egreſſam* ſe *in occurſum*, *deſiderantem ipſum videre*, *c*, לשחר פניך *liſchacher paneicha*, *ad manicandum faciem tuam*, i. e. ad diligenter quærendum. Præterea, *diligenter erudire* dixit noſter Interpres *d*, quod eſt Hebr. שחר מוסר *ſciacher muſar*, mane quærere filio diſciplinam ſeu eruditionem, vel quolibet mane; vel jam inde à pueritia: vel etiam tempore matutino. Redditur item alibi *mane quærere* e, *vigilare* f, *diluculo conſurgere* g, *de mane vigilare* h, *mane conſurgere* i. Dicunt præterea Hebræi vocibus duabus diverſis *conſurgere diluculo k*, השבים כבקר *hiſchim babboker*. Sed his formulis diligentiam & ſedulitatem denotant, etiamſi non ipſo fiat quid tempore matutino; quale illud etiam *l*; *in matutino interficiebam omnes peccatores terræ*: & in Psal. 5. *m*, ubi hac de re egimus: *Ad te orabo Domine, mane exaudies vocem meam? mane aſtabo tibi*. Idem judicandum de Græco verbo, ὀρθρίζω, quod hìc habetur. Hoc etiam loco propriè ſumi poteſt vigilia diluculi quam precibus & contemplationi opportunam eſſe docui eodem illo pſalmo. Sed Arnobio non concedo in toto Pſalterio nuſquam alia, niſi matutino, mane, diluculo. Vespere quoque lego, & meridie *n*, & nocte *o*, & media nocte *p*. Idcirco etiam negare non debuit non loqui de tempore, ſed de peccatorum nocte tranſacta. Tropologia eſt iſta non impediens litteralem ſenſum. *Semper* Dominus mane ſurgentibus paratus eſt, ait Hieronymus *q*, qui poſſunt dicere *r*. *Conſurgam diluculo*, & *Deus Deus meus ad te de luce vigilo*. Affert hoc loco Tropologiam allegoriæ mixtam Auguſtinus, ne dormiat anima, quamvis corpori tribuatur ſomnus neceſſarius, h. e. ne DEI obliviſcatur, ſicut erant obliti, & ſomniis agitabantur deliramentiſque idolorum: quos excitans Apoſtolus *ſ*, dicebat; *Surge qui dormis, & exſurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus*: ut proinde ipſa lux excitans ſit Chriſtus; à quo averſus, dormire cenſeatur. Caſſiodorus, ad reſurrectionem Chriſti diluculo factam reſpicit. Hugo, ad primæ ætatis tempus, vel etiam totius præſentis vitæ: vel ad tempus gratiæ; vel ad tempus quo quis eſt in gratia cupiens ad gloriæ metam pervenire. Docet quoque malam quamdam vigiliam eſſe ad mundum, ut rapias: vel ad crapulam, vel ad ſimilia. De cauſſis cur ſit vigilandum differit Ayguanus, de hoſtium crudelitate, fidelis adminiſtrationis utilitate, terreſtris habitationis debilitate. Petrus *t*, monet ut vigilemus contra adverſarium. Chriſtus *u* expectando Dominum: itemque *x*, ne ſinamus perfodi domum. Numerat idem Auctor morbum triplicem qui ſolet accidere in ſomno; epilepſiam, ephialtem, lethargum. Indicavi ſi per lege ſi libet.

b Prov. 7. 9. c *ver.* 11.

d c. 13. 14.

e *Iob.* 7. 11. f c. 24. 5. g c. 8. 5. *Pro.* 1. 28. h *Eſa.* 26. 9. i *Oſe.* 6. 1. k *Iob.* 8.

In formulis loquendi, *mane diluculo*, *in matutino*, diligentia notatur & ſedulitas, etiamſi quid non fiat tempore matutino.

l *Pſ.* 100. 8. m *verſ.* 4. Arnobii refutatio, dicentis Davidem orâſſe niſi matutino nuſquam reperiri in Pſal. n *Pſ.* 54. 18. o *Pſ.* 21. 3. *Pſ.* 76. 3. 7. *Pſal.* 87. 2 p *Pſ.* 118. 62. q *in Oſea* c. 6 r *Pſ.* 30. 9. Tropologia. Anima dormire non debet cum corpore.

ſ *Eph.* 5. 14. Averſus qui eſt à Chriſto, dormire cenſetur. Mala vigilia Cauſſæ vigilandi variæ.

t 1. *ep.* 5. 8. u *Matt.* 24. 43. x *Ibid.* Morbus triplex in ſomno contingens. *Ybis. & epiſt.* 46. *ad Ruſt. cum.*

Accuſativo *z*. Hilarius & Auguſtinus legunt, *ſitivit tibi*. Monet idem Hieron. *a*, omnes Interpretes habere *tibi*, & hoc valere לך *lecha*, quod eſt in textu: non autem אתא *attah*; fortaſſis voluit dicere אותך *othecha*: vel error ſcriptoris eſt. Phraſis ac ſententia ſimilis in Pſalmo 41. *b*. *Sitivit anima mea ad Deum fortem vivum*: tametſi ibi Græca præpoſitio πρὸς, Ibidem de hac ſpirituali ſiti dictum. *Sitim* pro avida cupiditate uſurpant etiam profani, ut, *ſitim vitæ* Lucretius *c*, Cicero *d* *aures ſitientes*: Cato *e*, *ſitim diſcendæ Græcæ linguæ*. Rurſum ex ſacris alia ſuppetunt exempla *f*. Minùs toleratur ſitis: & alio alimento magis neceſſarius videtur potus: & ſitiens bibit ſuavius, quàm edit eſuriens; ut demonſtrant Ariſtoteles *g*, Plutarchus *h*, Macrobius *i*. *Vides*, inquit Chryſoſtomus *k*, quomodo oſtendit verbum inflammati animi: ubi eſt autem amor DEI, omnia mala recedunt: ubi eſt DEI memoria, illic eſt peccatorum oblivio (ne videlicet fiant placeantve amplius) & malorum interitus. Bernardus *l*, exponit de deſiderio primi Adventus Chriſti; ſequentia verba de ſecundo. Litteraliter loquendo, credi poteſt alluſiſſe Davidem ad ſuam ſitim, quam corpore patiebatur in deſerto, de quo agit ſequenti verſu.

z Pagnin. *Ita gramm. c. 19 & epiſt. 135.*

b *verſ.* 3.

Sitis pro avida cupidit

c *Lib.* 3. *de Arti. ep.* 14.

e *apud Cic. de ſenect.* 4. Sitiens bibit ſuavius quam edit eſuriens.

f *Iob.* 5. 5. *Eccl.* 51. 32. *Matt.* 5. 6. Ubi amor Dei & memoria, illic peccatorum oblivio & malorum interitus.

g *ſect.* 28. *Probl. in* 5. *& 6* h 6. *Simph. qu.* 1. Litteralis ſenſus.

i *lib.* 7. *c.* 12. *qu.* 10. *K in Pſ.* 140 l *Serm.* 6. *de Advent.*

Quam multipliciter tibi caro mea.) Hieron. *deſideravit ad te caro mea*. Hebræum, ut modo eſt primum vocabulum cum mappik כמה *chammah*, ſignificat *ardere deſiderio & concupiſcere*, quod Paraphraſtes quoque vertit מרגג *meraggbeg*, vel, גוג *regug*. Symmachus, ἐμέρησε. Non dubitavit Franciſcus de Puteo dicere turpiter hìc lapſos Interpretes ignoratione dicti verbi, vel quòd putarent notam habere fœmininorum, quod melius declaravit Bredembachius, quaſi eſſet במה *ſecundum quid*: vel במה *chemoha*; vel potius במה *chammah*, *quoties* quod LXX. hìc dixerunt πρόσαπλῶς: Theodotio, πρόσαχῶς. *multoties. ſapiſſime*. Hilar. quaſi legiſſet πῶς ἁπλῶς, *quam ſimpliciter*. Meminit Hieron. *m*, quædam exemplaria habuiſſe: *quomodo conſumta eſt*, vel *contabuit caro mea*; Aquilæ interpretatio eò tendit, σπαράξη, *intendit ſe*. Quod intenſum deſiderium denotat, redundans uſque ad conſumtionem quamdam carnis. *Sanctus*, *carnium* dicitur *parvularum*, ait idem Hieronymus *n*, quæ in eo decreſcunt quotidie, & per virtutes attenuantur; ita ut nequaquam caro appelletur, ſed ſpiritus. Deficit etiam cum corde ſæpè caro præ accenſo deſiderio in DEUM *o*, ſicut è contrario, *putredo oſſium invidia p*; & in genere, *frequens meditatio carnis afflictio eſt q*. Sunt qui noſtrum hunc locum declarent, *arefacta eſt propter te caro mea*, nimirum amore ac deſiderio tui conſumta. Omnium tandem huc pertinet interpretationum ſcopus, ut ſignificetur in carne quoque non in anima ſola ingens deſiderium, videlicet per quamdam redundantiam ex animæ vehementiore deſiderio, ut non illa tantùm, ſed hæc etiam deſideret. Id importat particula (*&*) addita in Commentario Auguſtini, & in Pſalterio Romano atque Gallicano, & apud Hieronymum *r*, *quàm multipliciter tibi & caro mea*: i.e. etiam illa ſitivit. Immò verò innuunt illa alia majus carnis deſiderium, & ita declarat Apollinarius per ἔτι μᾶλλον.

k *in c.* 16. 44. *Ezech.*

Sanctus carnium parvularum cur dicatur.

n *Ibid. in c.* 16. *Ezech.*

o *Pſ.* 72. 26.

p *Prov.* 14. 30.

q *Eccl.* 12. 12.

Omnium loci interpretatio. num ſcopus

r *Epiſt.* 46.

Deſiderium autem, myſticè agendo, omnes ferè dicunt reſurrectionis eſſe, ac ſecundi Adventus Chriſti, atque glorificationis: quando, inquit Bernardus *ſ*, implebuntur deſideria noſtra: & quia, ut ſcribit Hieronymus *t*, quamquam ſitiat anima Deum, tamen multo plus carnis ſuæ labore quærit eum, nempe quia pugnat cum vitiis, ut reddat veluti deſertam ſe ab iis, & adverſariis poteſtatibus, ut ſit illis invia; & ut abſque humore ac theumate libidinis tamquam in inaquoſa terra commoretur. Gregorius *u*, præterea, iterumque Auguſtinus *x*, exponunt de reſurrectionis deſiderio. Hanc Paulus *y*, nominat *redemtionem corporis noſtri*, & ſcribit *z*, quod *ingemiſcimus gravati volentes non expoliari, ſed ſuperveſtiri*. Lyranus declarat de deſiderio incarnationis, & carnem Davidis multipliciter eam ſitiviſſe, quia cupiebat ipſe, ut de ſuo ſemine deſcenderet, idemque poſtillum ad ejuſdem ſemen pertinentes, Ezechias, Joſias, Iſaias, Daniel, &c. *multi* enim *Reges & prophetæ deſideraverunt videre, quæ diſcipuli Chriſti viderunt a*. Porro Hilarius, ex editione illa, *quàm ſimpliciter caro mea*, elicit hunc ſenſum, ut ſitiat anima mea DEO quàm ſimpliciter ſitit caro, i. e. ut magis anima DEO, quàm carni &

Myſticus ſenſus.

ſ *Sermon. de Adventu.*

t *Supr.*

u *hom.* 20. *in Ezech.*

x *ep.* 121. *c.* 1

y *Rom.* 8. 23.

z 2. *Cor.* 5. 4.

a *Luc.* 10. 24 Loci interpretatio.

cor-

corpori; neque fames, anguſtiæ, ulla genera paſſionum (quibus nempe obnoxia eſt caro) à charitate DEI, quæ eſt in Chriſto, ſeparent *a*. Magis apparet nunc in nobis carnis noſtræ ſitis, deſideriumque beatitudinis plurijbus in ea modis declaratur, quàm in anima, propter adeò multas miſerias, quas patitur in omni ſenſu, & in omni ferè parte: quarum bene longam Iliadem liceret contexere; quum anima ſibi unum poſcat & corpori, h. e. beatitudinem, & illam ad hoc ipſum concupiſcendum tot caro modis perurgeat, quot ipſa nunc afficitur incommodis. Meminiſſe oportet homines in deſerto hoc Idumææ non debere circa res vanas deſiderium multifariam diſtrahere, non ſitire ſæculo, ut ait Auguſtinus, ſed DEO, & in iſtis omnibus multiplicibus defectionibus noſtris ſitire illam incorruptionem à DEO. *Caro* nonnumquam *concupiſcit adverſus ſpiritum, ſed ſpiritu ambulans, deſideria ejus non perficit b*: quamvis præbeat occaſionem tunc ſpiritui, ut ſitiat magis DEUM, & infelicem conditionem ſuam conſiderans, optet liberari *de corpore mortis hujus c*. Quando neceſſaria ſibi deſiderat, cenſeri poteſt DEO deſiderare, ſi à DEO illa expetat. In homine ſpirituali deſiderat caro cum ſpiritu, ita ut cor & caro exultent in DEUM vivum, & *anima concupiſcendo deficiat in atria Domini d*. Quumque anima conſiderat adeo mirabilem carnis ſecum à natura conjunctionem, ſimulque compugnantiam, & per virtutis exercitium victoriam ex illa, non dubitat, quin jungi DEO tandem inſeparabiliter poſſit, licèt ab eo longiùs diſtet, & ſuum ſibimet corpus in reſurrectione, ut ratiocinatur Magiſter ſententiarum *e*. Anima videtur quodammodo ſitire lac ſimplicioris doctrinæ adhuc rudior *ſjam* veluti adultior *aquam ſapientiæ ſalutaris g*: vinum æternæ jucunditatis *h*, ubi evaſit perfectior. Fertur carnis appetitus in vitam, conſervationem ſui, prolem. *Timor eſt fons i*, *vita* vel *eruditio k*, ſeu caſtigatio, ut *configatur timore l*, atque coerceatur pœnis, vel etiam ut conſtringatur lege *m*. Adhibenda carni cuſtodia, & firmanda in ea, ſicut *in filia non advertente ſe, ne inventa occaſione abutatur ſe n*, ob quoddam quaſi conjugium cum ſpiritu, ſitit & prolem caro: debet autem hæc proles eſſe diſciplina, abſtinentia, vigilia, peregrinatio, & ſimilia, quibus juxta lectionem illam, de qua memi-Ccundam; & viam ſanctam, ac irriguam. Proprietates nimus ex Hieronymo, contabeſcit & conſumitur caro. Arida carne corporeque debili, infirmo, languido, viget plerumque fortior promtiorque ſpiritus, & hic è contrario jacet mollior & tepidior in robuſto ac vegeto corpore, ut Bernardus *o*, docet, atque ita *virtus in infirmitate perficitur*, δύναμις, *robur*: & *inhabitat* eadem *virtus Chriſti p*. Hiante ſic ore apertoque divini Spiritus rorem attrahere animam *q*, oportet, ut aqueum arida expectat, quoniam anima ſine DEO eſt, ſicut ſine aqua terra *r*, & in iſta vitæ ſiccitate, niſi aſpergeretur nobis deſuper velut tenuiſſima quædam aura juſtitiæ, areſceremus citius, ait Auguſtinus *ſ*, quàm ſitiremus. Sancti, ut ſcribit Iſidorus *t*, quamdiu in hujus ſæculi vita habitant, deſiderio ſuperni roris corpus ſuum aridum portant: Caro enim tunc DEUM ſitit, quando per jejunium abſtinet, & areſcit. Clamans invitat Chriſtus ſitientes *u*, aquam offerens quæ ſitim penitus eximat *x*: ſed quæ tamen quatenus abſque tædio eſt, cumque recenti & grato ſemper guſtu, acuere magis ac magis cenſetur Dcto, niſi priùs in terra deſerta à vitiis, & invia adve ſitim *y*. Sed ſatis dictum de ſiti ſit, nec quantum ſitiat vel ſcriptor vel lector, indulgendum, ſed claudendi aliquando tandem rivi, ne exundent.

a Rom. 8. 35.

Non ſitiendum ſæculo ſed DEO.

b Gal. 5. 16.

c Rom. 7. 24.

d Pſ. 83. 3.

e 2. d. 1. lit. K. f 1. Cor. 5. 2. Hebr. 5. 12.

g Eccl. 15. 3

h Pſ. 35. 9.

i Prov. 14. 26

K c. 16. 22.

l Pſ. 118. 120

m Pro. 13. 24.

Carni cuſtodia adhibenda.

n Eccl. 26. 13

Spiritus ut fortior plerumque ut & promtior

o ep. 253. ad Gavinum.

p 2. Cor. 12. 9

q Pſal. 118. 131.

Divini Spiritus rorem quo modo oportet animam attrahere.

r Pſ. 142. 6.

ſ 1. ad Simpl.

t 2. ſent. c. 44

u Joan. 7. 37.

x c. 4. 15.

y Prov. 25. 21

A virtutem & gloriam ipſius, ideſt, aream, in qua ſolebat potentiam ac majeſtatem ſuam declarare, ita ut hac ſe in tantis ærumnis contemplatione ſolaretur atque confirmaret. Poteſt etiam videri comparatio illa ſumi de qua priùs dixi, ex aridæ terræ quadam ſiti ad aqueum imbibendum humorem. Nemo non percipit ut hoc tropologicè juſto hìc degenti, & cœleſtia concupiſcenti, atque quodam jam guſtu præcipienti ac præguſtanti, congruat. Sed poſtea paullo plura de eadem Tropologia.

Tropologia

In terra deſerta, & invia & inaquoſa.) Hieronymus, *in terra invia, & conſitiente ſine aqua*. Ad verbum ex Hebræo, *in terra deſerti*, ſeu, *ſolitudinis, ſicca, arida, ſqualida, horrida, & ſitibunda, non aqua*, ſeu, *abſque aqua*, ideſt, *in qua non eſt aqua*: vel, *in terra deſerti*, ſcilicet exiſtens. *& ſitibundus aut laſſus, ſine aqua*, hoc eſt, *carens aqua*. Textus Hebræus hic eſt צוּה ועִיך בליִמים כאֶרץ *becretes tſiiah vehhaieph beli maim, quum ſit* אֶרץ *eretz*, generis quoque maſculini, poteſt ejus epithetum eſſe עִיף *hhaieph*, generis ejuſdem, ſignificans non modò *laſſum*, ſed etiam *ſitientem*, quia laſſus ſitit; & Pſalmo 142. 6. *Anima ſicut terra ſine aqua* dicitur עִיפה *hhaiephah*, *ſitiens*, à Hieronymo. In Pſalterio Romano & Gallicano, apud Hilarium & Caſſiodorum, *in deſerto, & in invio, & inaquoſo*: apud Auguſtinum, *in terra deſerta, & ſine via, & ſine aqua*. Malum hoc horribile & timendum vocat idem Auguſtinus *deſertum Idumææ*, nempe præſentis ſæculi, ut neſcias qua exeas, non hominem videas ad ſolatium, non qua reficiaris aquam: ibi factam nobis à DEO viam, Chriſtum ipſum *a*, datam conſolationem per Prædicatores, aquam ſpiritus communicatam ut *fieret fons ſaliens in vitam æternam b*. Item *c*, appellat moribundam iſtam vitam quibuslibet mortalibus ſolatiis frequentetur, (ne *deſerta* videatur) quibuslibet itinerantibus comitetur, ne *ſine via* quantalibèt rerum copia (ne *ſine aqua*) cumuletur.

z verſ. 6.

Deſertum Idumææ, de præſenti ſæculo.

a Joan. 14. 6

b c. 4. 14.

c ep. 121. c. 2.

Moribunda hominis vita.

Haud abſimilem deſcriptionem hujus mundi ſub vocabulo *deſerti*, Chriſti verbis ad Beat. Brigittam, vide in revelationibus *d*, de acceptione autem ejuſdem *deſerti* in utramque partem, Auctorem operis imperfecti *e*. Grevæus *ſ*, interpretatur Chriſti crucem fuiſſe illi terram deſertam, redditam tamen ab ipſo fœ- deſerti clauſtro convenientes recenſet Hugo & illas quæ congruunt mundo. Bernardus *g*, diſtinguit deſertum momentaneæ vanitatis Chriſtianæ ſimplicitatis & humilitatis, quia paucorum eſt, innocentiæ purioris, ex primo per ſecundum perveniri ad tertium, primum videlicet relinquendo. Præterea docet *h*, invium ac inaquoſum deſertum eſſe præſentis exilii diſciplinæ Chriſtianæ, in quo peregrinantur filii Iſrael: cœleſtis Jeruſalem, in quo relictæ, *nonaginta novem* oves *i*, gehennalis miſeriæ, quod vocari debet deſertum ſolitudinis. Sumens Ambroſius *K*, in meliorem partem *deſertum*, in quod etiam ſeceſſit Chriſtus *l*, ait, libenter Chriſtum in nobis habitare, quum corporis noſtri quaſi terram fame ſqualidam, ac ſiti aridam reperit, nec aliter ei nos apparere poſſe, ſicut in ſancto, niſi terra corporis noſtri fuerit deſerta mundanis deliciis, invia diabolicis concupiſcentiis, inaquoſa libidinoſis illecebris. Simile quid antea ex Hieronymo *m*, retuli, non poſſe quemquam DEO apparere in ſanſariis poteſtatibus, & abſque humore & rheumate ullius libidinis commoretur. Deſerto tali & ſolitudine delectatus DEUS, ibique loquitur *ad cor n*, & apparet, *o* & manna *p*, dat. In eamdem Gregorius *q* loquitur ſententiam, vocans *loca arida* & *inaquoſa* per quæ diabolus inambulat *r*, corda juſtorum, vitiorum retro humore ranca. Atqui de deſerto moraliter multa dixi in Evangelio, de jejunio ac tentationibus Chriſti; inter alia dixi deſertum libentius dæmonas incolere, ita ut maximè ſolitarium locum, ſcripturæ *ſ*, nominent *habitationem dæmoniorum*. Cauſſam dicebam eſſe, quia credi volverunt etiam ruri præeſſe ac pecori faciliùs agreſtiores decipiunt: majorem ſic ſibi reverentiam apud homines conciliant; deterrent ſtudioſos eremi *t*; alia ex parte ad eum invitant, ut inermes faciliùs vincat. Quare quamvis remotior à turbis locus orationi ſit opportunior, & ſua alie commoda habeat, perpetua in eo habitatio ſuſcipi ſine conſilio non debet, nec niſi Spiritus

Mundi deſcriptio ſub *deſerti* vocabulo.

Deſerti acceptio in utramque partem.

Ejus vocis applicationes: proprietates claſtro convenientes.

d lib. 2. c. 15.

e hom. 5. in Matth.

f Ierem. 126.

g in ſentent.

h Ibid.

i Luc. 15. 4.

K Ser. 37. ed. vet. vel 39.

l Rom. aut Aug. ſer. 77. de temp.

m Matt. 4. 1.

Chriſtus quando libenter in nobis habitet

m epiſt. 46.

Quo deſerto & ſolitudine delectetur Deus.

n Oſee 2. 14

o Exod. 3. 2°

p c. 16. 14. & ſeq.

q 33. moral. c. 3.

r Luc. 11. 24.

Deſertum libentius dæmones incolere.

ſ Apo. 18. 2.

Eſa. 13. 21.

t Caſſ. coll. 7. cap. 33.

Eremi habitatio quæ acutè ſuſcipienda.

Verſ. 3.) In terra deſerta, & invia, & inaquoſa, ſic in ſancto apparui tibi, ut viderem virtutem tuam, & gloriam tuam.

Senſus loci.

SEptem prima vocabula ſolet Auguſtinus annectere præcedenti ſententiæ, ut ſignificetur ſitis fuiſſe in terra deſerta, & invia & inaquoſa. Eadem diſtinctio placet Hebræis. At parum id refert. Vult porro David, quòd quamvis ageret in ſolitario, remoto, arido ac ſiticuloſo ſolo, ſive in deſerto, vitæ rebus neceſſariis deſtituto: Sic tamen animo fixus in DEO erat, ut ſibi videretur in Sanctuario verſari, coramque cernere ſuiſmet oculis

tus inſtinctu divini, qui ut Chriſtum agat, ducat, expellat *a*. Interior illa quam dixi omnibus neceſſaria ſolitudo eſt ac eremus. Illic habitatur in ſpe *b*, h. e. ut ait Auguſtinus *c*, in conſcientia, ubi non ſolùm nullus hominum tranſit, ſed nec videt donec ex ſpe fiat res, & ceſſabit eremus, quia conſpicui nobis erimus. Quo in genere nobile Abbatis Allois apophthegma eſt *d*; *Niſi dixerit homo in corde ſuo, ego ſolus & Deus ſumus in hoc mundo, requiem non habebit.*

Sic in ſancto apparui tibi.) Alii, ſupplendo *ut*, ſimilitudinis, *ſic ut in ſancto vidi te*: hoc eſt, perinde ac ſi eſſem in ipſomet ſanctuario: & tam lætus ac ſecurus verſans in deſerto, ut qui in illo. Item, ſicut in deſerto, ſic in ſancto, viceque verſa, ſicut in ſancto, ſic in deſerto, æquè in utroque. Vertit quoque Hieronymus, *apparuit tibi*. Græcè, ὤφθλωσοὶ; quod neſcio cur Agellius religionis cauſſa ſuſpicetur à LXX. factum, ne præberent occaſionem exiſtimandi, videri DEUM oculis corporeis, non hac profectò Hieronymus religione tactus eſt; & non locis aliis iidem LXX. expreſſerunt *e*, viſum à nonnullis DEUM? quod tamen neque de oculis corporis, neque de clara viſione intellectus, qualis beatorum eſt, accipi debet; ſemper verò aut ferè ſemper de Angelo DEI perſonam referente; quum diſertè etiam dicatur à nemine homine videndum Deum *f*, vel viſum in hac vita mortali, vel videri poſſe *g*, ſcilicet clarè. Idem Hieronymus *h*, alibi eamdem phraſin Græcam reddidit per *videndi* verbum. *Apparere alicui*, eſt in ita in conſpectum illius venire, ut videri ac videre poſſit; quod plus eſt ex ſignificandi modo quàm dumtaxat videre, quæ eſt activa notio verbi חזה *chazau*, quod hìc habetur. Felix, qui æquè ubique Deum colit, nec exilio, vel profanitate loci ab interno ſaltem DEI cultu, ſi colere minus valeat externè, impeditur: & cui ſicut omnis feriatus ac feſtivus dies, ita & ſacer atque ſanctus locus eſt; quam quis rei utriuſque religionem, & ſanctitatem rei extrinſecam amet, ac obſervet, quum conceditur opportunitas.

Myſticè DEO *in ſancto apparere* dicitur quis vel in Chriſto, *quem qui videt, videt & patrem*[i], vel in pio deſiderio, ac voto, vel in rebus divinis atque ſpiritualibus, vel in ipſa cruce *k*, vel ſanctitati ac munditiæ ſtudendo *l*, vel in Templo, vel Monaſterio, vel in Euchariſtia. Explicat præter enarratores iſtius Pſalmi, etiam Chryſoſtomus *m*, perpendens vim particulæ, *ſic*, de deſiderio, & dilectione. (Quid eſt, ait, *ſic*? cum hoc deſiderio, cum hac dilectione, ut videam tuam gloriam, quæ poteſt ubique videri.) Sed concipi deſiderium ac dilectio ejuſmodi nequit, niſi in eo receſſu deſertoque de quo priùs egimus. *Deſerta* huic terræ *& invia ſolitudini* lætitiam atque exultationem promittit Deus, ut floreat, germinet, *gloriæ* ei *decorque Domini* ſui concedatur *n*; præterea ut *effundat aquas ſuper ſitientem, & fluenta ſuper aridam o*: item, *ponat in deſerto viam, & in invio flumina, in deſerto aquas p*.

Litteralem porro ſenſum Davidis extendere poſſumus ad pios Chriſtianos, qui etſi, ut paullo antè dixi, tolerant neceſſariam à ſacris locis, & interdum à Catholicis abſentiam, *concupiſcit* tamen ac *deficit* eorum *anima* q, *ad atria Domini*, & ad ædem ſanctam, in qua σωματικῶς, αὐτὸ προσώπως, σωματικῶς, credunt Chriſtum Euchariſtia contentum præſentem eſſe, aut inardeſcunt etiam deſiderio viſendi loca ubi ſteterunt pedes ejus; quod quum non licet, ad vivum ſuomet animo repræſentant, quam ſapienter vocabat B.P. N. Ignatius *r* compoſitionem loci: & converſa Daniel ad templum facie factitabat orando *ſ*.

Ut viderem.) Hieron., *ut videam*: fortaſſis & ille, & LXX. ut variarent phraſin, priùs dixerunt, *apparui tibi*, & non, *vidi te*. Hebraicum autem verbum hìc diverſum eſt ראית *reoth*. Paraphraſtes, *ſic in loco ſanctitatis tuæ vidi te: purga me*, aut apud Nebienſem, *tribue mihi meritum, ut videam*, &c. quaſi diceret: licèt coner in ſanctitate apparere conſpectui tuo, non id per me poſſum. Particula *ut*, eventum dicere poteſt, quia *in ſancto*, ideſt, in Sanctuario, apparuit, videre ſibi videretur virtutem & gloriam Dei: vel cauſſam, quod ideo Deo appareret *in ſancto*, ſeque in meditatione atque contemplatione illius ſancti loci exerceret, ut videre virtutem & gloriam Dei poſſet etiá in deſerto ubi exulabat.

Virtutem tuam, & gloriam tuam,) Hieronymus; *fortitudinem & gloriam tuam*. Placet his duobus vocabulis arcam intelligere, cum Vatablo, Janſenio, Clario, Flaminio, Agellio, nam Pſalmo 77. *t*, canitur. *Et tradidit in captivitatem virtutem eorum, & pulchritudinem eorum in manus inimici*: & in hiſtoria Regum *u*, appellavit uxor Phinees, filium *ſchabod*, ab arca dicta *chabod*, dicens, quum à Philiſthæis captam accepiſſet, *Translata eſt gloria de Iſrael, quia capta eſt arca Dei*. Idem ſibi vult Jeremias *x*, lamentans, quod Dominus *projeciſſet de cœlo in terram inclytam Iſrael* תפארת *thiphereth*, σὐζασμα: vocatque præterea *coronam gloriæ y*, & *ſolium gloriæ z*. Poteſt hìc tamen etiam David intelligere vim potentiæ ac miſericordiæ divinæ, quam in tabernaculo arcaque declarare ſolebat Deus; ſed eam in deſerto quoque cupiebat experiri, ac ſperabat, perinde ac ſi ei loco præſens adeſſet.

Myſticè etiam *virtus gloriaque Dei* Chriſtus eſt, arca vera & propitiatorium, ipſaque *propitiatio pro peccatis noſtris a*. Chriſtum *Dei virtutem* nominat Paulus *b*, & *ſplendorem gloriæ c*, & *dominum gloriæ d*: quippe *gloria Patris Filius Sapiens e*. *Virtus* eſt Chriſtus, inquit Hieronymus, quia vicit diabolum, & liberavit genus humanum; & quia *quod infirmum eſt Dei, fortius eſt hominibus f*; gloria eidem convenit, propter reſurrectionem atque ſeſſionem ad dexteram Patris, denique, quia, ut notat præterea Hilar. *in gloria eſt Dei Patris g*, & multo melius gloria ejus dicitur, quàm homo *gloria Dei h*, quia expreſſior imago Patris, qui *pater* etiam *gloria* vocatur *i*, & Chriſtus *ſpes gloriæ* noſtræ *k*, nec non auctor illius, & ab eodem virtus ſive potentia in vindice Deo ſpectari, gloria in miſericorde; proprio ſiquidem magis modo glorioſum Deum demonſtrat miſericordia, eaque ipſe gloriatur *per Jeſum Chriſtum in ipſum, ſecundum propoſitum voluntatis ſuæ, in laudem gloriæ gratiæ ſuæ, in qua gratificavit nos in dilecto filio ſuo* l.

Accommodatitiè adhuc virtutem ſumere cum Bernardo *m* licet, pro morali, ut videri gloria beatitudinis in futura, abſque virtutis nequeat exercitio in præſenti vita: ut ſit ſecundùm eamdem accommodationem dominus vrrtutum, idem *rex gloriæ n*.

Verſ. 4.) Quoniam melior eſt miſericordia tua ſuper vitas: labia mea laudabunt te.

AD contemplandum in exilio deſertoque virtutem & gloriam Dei, applicuiſſe ſe animum libentiſſimè dicit, & ad ardenter concupiſcendum in tabernaculo & arce quaſi conſpectum Dei, nihil ærumnoſa eum vita à tam pio impediente inſtituto, quoniam gratior optabiliorque longè ſit miſericordia qua Deus proſequitur ſuos, & qua tam familiariter verſari cum hominibus dignatus eſt, quacumque vita corporali cujuſvis generis, & quantumvis feliciter, aut genialiter etiam ac diutiſſimè ducatur, ut proinde laudes divinas frequentare, oreque proprio ac labiis uſurpare decreverit. Sic etiam alio dixit Pſalmo *o*; *Meliorem diem unam eſſe in atriis Domini ſuper millia*. Indicat præterea David, ſibi non adeo curæ eſſe, quod ei vitam adverſarii conentur eripere, quodque ipſis proſperè ſuccederent omnia in vita; quoniam pluris multo æſtimet benignum favorem Dei, qui tueri ac prorogare in longiſſimum tempus hanc etiam fugacem vitam, ſi velit, poſſit: propterea dum tendunt illi fruſtra vitæ ſuæ inſidias, à Dei laudibus non ceſſaturum, atque in mediis eas periculis celebraturum. Quadrat ſententia ex communi enarratorum explicatione, in vitam gratiæ & gloriæ immortalem, cuilibet vitæ mortali, & cuicumque vivendi rationi ac inſtituto præferendam, etiam honeſto, quod nec ſimpliciter eſſe tale ſine gratia valet.

Quoniam melior eſt miſericordia tua ſuper vitas.) Hieronymus, *melior enim eſt miſericordia tua, quam vita*. Hilarius *p*, Arnobius, Caſſiodorus, *ſuper vitam*. Hebræi *vita* numero tantum plurali dicitur חיים *chajim*, ut neceſſaria non ſit notatio Agellii, numero iſto deſignari hìc longiſſimam vitam, quaſi quæ multis convenit juſta vitæ menſura, uni ſimul tribuatur. Dicunt etiam *vitam* חוה *chajah*, ſingulariter, ſed pro animali vita; nec memini

---

a Matt. 4. 1. Marc. 1. 12. Luc. 4. 1. Interior ſolitudo ac eremus omnibus neceſſaria.
b Eſa. 34. 25.
c de ov. c. 14
d Ioh. 11. apoph. Patr. in 5. to. 9. Bibl. Patr. Nob. Abbatis Allois apophth.
Agellii ſententia circa verſ. LXX.
e Gen. 32. 30 Ex. 24. 10. 11 Eſa. 6. 15. Amos 9. 1. Viſio DEI quomodo intelligenda eſt.
f Ex. 33. 10. Ioan. 1. 18. 1. Tim. 6. 16.
g 1. Tim. 6. 16
h Pſ. 16. ult Ex. 24. 10. 11 Apparere alicui quid ſit. Felix qui æque ubique Deū colit.
Myſticus ſenſus.
i Ioan. 14. 9. K. Greg. ſer. 125.
l Cajetan.
m in Pſ. 140
n Eſa. 35. 1. 2
o cap. 44. 3.
p cap. 43. 20.
Litteralis ſenſus. Ad pios Chriſtianos loci extenſio
q Pſ. 83. 3.
t in l. exerc.
ſ Dan. 6. 10.
t verſ. 61.
u l. 1. 4. 20. 21. 22.
x Thren. 2. 1.
y Ier. 13. 18. z c. 14. 21.
Myſtica expoſitio.
a 1. Ioan. 2. 2 01. Cor. 1. 18
c Heb. 1. 3. Chriſtus quam rectè Virtus dicitur.
d 1. Cor. 2. 8.
e Prov. 10. 1. 1. Cor. 1. 25. Gloria quâ rectè ei convenit.
g Phil. 2. 11.
h 1. Cor. 11. 7
i Eph. 1. 17.
k Coloſſ. 1. 27 Virtus ſive potentia in vindice, gloria in miſericorde ſpectatur.
l Eph. 1. 5. 6.
m Serm. 5. de Adventu;
n Pſ. 23. 7. 9.
Senſus loci.
Miſericordia Dei omnibus operibus retabilior.
o Pſ. 83. 11; Senſus item loci.
Sententiæ adaptatio.
p hic & in Pſal. 51.
Agelli minime neceſſaria nota, tio.

mini *chajim*, de alio usurpati quàm de homine. Unde colligitur aliqui duplicem hominis vitam innui, præsentis & futuri temporis. Alii, triplicem, vegetantem, sentientem, rationalem. Paullo certè conjecturæ meliores, quàm quod duobus nasi foraminibus respondeat, in quos Symm. & Aquila inspiratum spiraculum vitæ dixerunt, εἰς μυκτῆρας, quod LXX. *in faciem a*, εἰς πρόσωπον.

Symmachi & Aquilæ minus acceptæ conjecturæ.

a *Gen.2.7.*

Juxta Tropologiam *vitæ* multitudinis numero vivendi, quos vocant status, conditiones, modos, genera sumit Augustinus, ut negotiandi, rusticandi, militandi, fœnerandi, &c. unam cunctis meliorem vitam his quas eligunt sibi homines à Deo dati. Distinguunt alii contemplativam & activam vitam, conjugatorum, eremitarum, cœnobitarum, liberè quasi volantium in cœlum, quas animalia Ezechielis *b* adumbrant, homo, leo, bos, aquila. Hoc videlicet unum necessarium est, turbant alia plurima *c*, regnum Dei ac justitia quærenda, cetera veniunt in cumulum *d*. Eadem notione *vitas* Comicus *e* dixit:

Tropologia *Vitæ*, multitudinis numero quid.

b c. 1. 10.
c *Luc.*10. 41. 42.
d *Matt.*6.33
e *Terent. in Adelph. sce. 4. act. 3.*

Denique
Inspicere tamquam in speculum in vitas omnium
Jubeo, atque ex aliis sumere exemplum sibi.

Et Cicero *f*, *Quod ferpit per omnium vitas amicitia*. Notatu certè dignum, quod nullibi alibi in scripturis hoc nomen legitur Græcè vel Latinè pluraliter; nec, quod equidem sciam, Græcè apud auctores profanos; ut propterea quiddam hìc peculiariter insinuari LXX. intellexerint. Illud certè etiam de vita præsenti ac futura Paraphrastes declaravit. *Quoniam melior est misericordia tua, quam facies justis in mundo venturo, vitæ, quam dedisti impiis in mundo isto.* Apollinarius varias *vitæ*, seu *vivendi*, vias interpretatur.

f *De senect.* Notanda in plurali usurpatio.

Κρεῖσσον' ἔχεις ἐλεητὴν ἀνᾰξ βιὸ τοιο πελεύκων:
Meliorem habes misericordiam Rex vitæ viis.

Præstat non vivere, quam male.

Denique præstat omnino non vivere quàm male: meliusque nec natum esse *g*, quàm vivere cum Dei offensione, Nestoreos licet vivat quis, aut Methusalæos *h* annos. Euthymius ac Nicephorus per ζωὰς intelligunt τὰς τρυφηλὰς καὶ ἀπολαυς ικὰς βιοτὰς, *vitas deliciis atque voluptatibus deditas*, aut fortunas, & bona, quibus vita voluptuosè sustentetur. *Vitam* pro geniali absolutè sumi aliàs docui; & in scriptura etiam pro vere beata, ut, *i. Si vis ad vitam ingredi, serva mandata*, &, *k Quis est homo qui vult vitam*, &c. Gratiæ vim & necessitatem hinc infert Augustinus & alii, nec non alio in loco Hilarius *l*. Non ipsa, inquit, justitiæ opera (videlicet spectata secundum se, vel sine divini pacto beneplaciti, etiam si fiant cum gratia) sufficient ad perfectæ beatitudinis meritum, nisi misericordia Dei etiam in hac justitiæ voluntate humanarum demutationum & motuum vitia non reputet: & quamvis probabilis per justitiæ operationem vita justorum sit, tamen per misericordiam Dei plus meriti consequetur: ex hac enim vita in vitam proficit æternam, & operationum justitiæ voluntatem in tantum misericordia Dei muneratur, ut miserans æternitatis quoque suæ justum quemque tribuat esse participem. Citat hunc Hilarii locum Augustinus *m*: nec ineptè sanè quis Christi nocturnam considerans agoniam *n*, id usurpaverit: *Deus Deus meus ad te de nocte vigilo*, &c. satis verò non valens æstimare misericordiam ipsius, qua permotus obire talem voluit mortem, id quoque dixerit; *quoniam melior est misericordia tua*, Christe, *super vitas* omnium hominum, quæ damnationi æternæ per peccatum sunt obnoxiæ, *labia mea laudabunt te*, eo quod infiniti pretii tuam vitam dare volueris, ut æternæ quam amiserant, jus restitueres, & *notas faceres vias* æternæ *vitæ o*, & ut illi vitam haberent *p*, atque abundantius haberent, beatam scilicet secundùm animam corpusque: *sic benedicam te in vita mea q*, hanc, inquam, duplicem, cujus mihi potestatem dedisti, acceptam ferens tibi, ac tibi totam perpetuo consecrans.

g *Mat.*26.24
h *Gen.*5.26.
ζωαὶ *Vitæ pro geniali absolute.*
i *Mat.*19.17
k *Psl.*33.13.
Gratiæ vis & necessitas ex hoc loco illata.
l *In psl.*51.
Nec ipsa justitiæ opera ad perfectæ beatitudinis meritũ sufficere, ablq; Dei misericordia.
m 2. *Conc. Iulia cap.* 8.
n *Luc.*22.44
Apta locorũ hujus Psalmi usurpatio.
o *Psl.*15. 21.
p *Ioan.*10, 10
q *hic infrà vers.*

Quoniam.) Vel superiora respicit, ut reddat eorum causam: vel ad sequentia, ut propterea se laudaturum dicat, quia *melior est misericordia Dei super vitas*. Primum placuit Hieronymo in versione: secundo modo supplendum erit, *propterea*.

Labia mea laudabunt te.) Laudationis divinæ per labia meminit sæpius David *r*: quo pleonasmo demonstrat quanto id facere affectu & contentione velit. Hi sunt *vituli*, aut *fructus labiorum confitentium Domino s*. Consule dicta Psalmo 50. *t*, Addit Hilarius, *Domine*.

Pleonasmus Davidis ex affectu.
r *Psl.* 38. 10. *Psl.*50.17. *hic infrà v.*6. *psl.* 70.23. *psl.*118. 121.
s *Oseæ ult.*3. *Hebr.*13. 15.
t *vers.*17.

---

vers. 5.) Sic benedicam te in vita mea: & in nomine tuo lavabo manus meas.

Sicut dixerat, facturum confirmat, ut ex contemplatione attenta virtutis divinæ atque benignitatis, dumque præsentiam sibi arcæ ac tabernaculi proponit, & illuc se reversurum sperat, prosiliat cum labiorum quoque sono & vocis concentu in laudes Dei, quo se quumque tandem res suæ modo habeant; & se felicem arbitretur vivere vitam, si hoc semper faciat; nec aliunde quàm à Deo, sublatis in eum invocantis ritu manibus, opem deposcat, qui benignissimus Bjuxta & potentissimus est: aut si ad orationem labiorum adhibeat quantum est in se, manuum elevationem, ut quidquid agat Deo, agat duce & adjutore: præterea, ut non contentus invocavisse, applicet ipse etiam se ad opus, nec otiosè desideat. Sed sunt fortassis duo postrema potius moralia: & elevatio melius ad orantis ritum refertur: de quo quum satis copiosè in Actuum commentatio *u*, differuerim, nihil est quod nunc repetam.

Sensus loci.

Manuum elevatio ad orantis ritũ
u *cap.* 1.

Sic.) בֵּן *chen*, ὕτως, significare possunt, *itaque*, aut, *quum hoc ita sit*, nempe quod dixi, me *in sancto apparere* tibi nec recedere à tui præsentia, jugique meditatione virtutis & gloriæ tuæ propterea *benedicam te*, vel *sic*, eo modo quo nunc facio, ut Euthymio placet, & indicat Apollinarius, explicans optativè:

ὥδε σε κυδαίνοιμι διαμπερὲς εἰσόκεν ἔρπω,
Sic te glorificem semper donec repo.

Vel *sic*, ut innuit Arnobius: si sic ut spero ac peto concesseris, reditum scilicet in patriam, multoque magis ad visendam arcam. Vel *sic*, ut ait Augustinus, tribuendo & adscribendo tibi vitam & quæcumque habeo. Vel *sic in vita mea*, idest, quamdiu vivam *benedicam te*, vel *sic*, modo quodam quem non satis queo exprimere, ἐξόλης ψυχῆς, ait Nicephorus, *ex tota anima*. Hanc vim habeat alibi; ut *sic* x *Deus dilexit mundum*, vel *sic*, idest, *deinde postea*. Dixi de eadem particula alibi y. Genebrardus putat hìc esse blandientis ac demulcentis particulam, eo modo quo illam crebro usurpat elegia quadam Ovidius z, & Prudentius in hymno de Hippolyto martyre. Addi poterat imprecandi usus aut benè precandi, apud alios poetas, per eamdem particulam, ut apud Martialem a. Atqui oporteret Hebræis id exemplis probare, vel saltem Græcis, quod haud ita sanè proclive sit. Eadem ferè de loco psalmi præcedentis b ratio; *sic psalmum dicam nomini tuo*.

Particulæ *sic* interpretationes & usurpationes
x *Ioan* 3. 16.
y *Act.*20.11
z 2. *de Ponte eleg.*8. *ad Cottam.*
a *lib.*6. *epig.*) *in* 60.
*Lib.*7. *in* 27.
b *vers. ult.*

In vita mea.) Videtur Augustinus intellexisse in ea re omni, quam se David habere cognosceret, ac de se ipso toto, ut se ipsum totum, & omnia Deo referret Dauctori, & eum de omnibus laudaret. Alii, bene vivendo, ut non labiis tantum, sed operibus quoque quasi gestando cum *tintinnabulis malo granata c*, & ut glorificent Deum qui viderint lucem bonorum operum *d*. Simplicior sensus, ut omni vitæ spatio id facere velle profiteatur; quod priore Psalmo dicebat *in saculum saculi*, ac *de die in diem*, velle Psalmum dicere, votaque reddere. Quamquam respicere videtur David ad vitas illas, quibus meliorem dixit Dei misericordiam, nempe ut agnoscat Dei misericordia se vivere, quod sui minimè hostes de sua præ se ferebant, tam iniquè viventes. *In omni tempore benedici Deus debet e*.

Sensus verborum.
c *Exo.*28.33. Simplicior sensus.
d *Mat.*5.16.
c *Tob.*4.20. *Psl.*33. 2.

Et in nomine tuo levabo manus meas.) Additum est, *& in nomine tuo*, idest, in laudem tuam, tuo fretus auxilio, σὺ ἐπιδαρσεῖς, ut canit Apollinarius; *tibi confisus*: nullum implorans alium, quam te: ut celebrior efficiaris ac illustrius cognoscaris: *levabo manus*, hoc est, orantis ritu, ac, ut ait Arnobius, in similitudinem crucis, & quidem puras *f*, atque operosas manus, juxta paræmias, *dii facientes adjuvant*, &, *cum Minerva manum quoque move*. Prius monui egisse me alibi *g* hoc de ritu

Paræmiæ. Ritus elevandi manus in orantioe.
f 1. *Tim.*2.8. *Thren.*3.41.
g *Act.* 1.

Ceremoniæ corporales nonmodicũ disponẽtes ad devotionem internã Pauli Eremitæ & Martini devotionis exempla Hilarii improbara sententia.

ritu elevandi manus in oratione, monetque Dionysius Carthusianus, ceremonias corporales disponere non modicum ad devotionem internam. Exemplis quæ tunc attuli, addi potest Paulus Eremita, cujus Antonius, teste Hieronymo, reperit exanime corpus extensis in altum manibus: item Martinus, quem scribit Sulpitius, oculis ac manibus in cœlum semper intentis invictum ab oratione spiritum non relaxasse. Quare Hilario non assentior neganti hoc loco in elevatione manuum habitum orandi, sed excelsi operis indictum significari. In Threnis *a*, *Levare corda cum manibus ad Dominum in Cœlos*, Græcè dicitur ἐπι χεῖρας, *in manibus*, tamquam corda sumantur in manibus, ut examinetur an sint pura; vel purificata offerantur per opera bona Deo, veluti manibus mundis. Pro *cum manibus*, Hebraicè legitur אל כפים *el chappaiim*, quod reddi potest *ad nubes*, aut *ad volas*. Primo modo sensus esset, ut leventur corda ad nubes, i. e. ad sedem & currum Dei: secundo, juxta Pagnigarolæ piam interpretationem, ut ad Christi volas confixionibus notis insignitas. At melior sensus, manibus altè in cœlum sublatis Deum ex corde deprecandum.

a *cap.* 3. 41.

Sensus loci.

Melior sensus.

b *Serm.* 50. *in Cant.* c 18. *moral.* c. 3 *l.* 11. *epist. ini. in ps. ult. pœnit.*

Tropologiam illam de manuum elevatione, pro bonis operibus, tractant Bernardus *b*, Gregorius *c*, Hieronymus *d*, Ambrosius *e*, Origenes *f*, Enarratores capitis 2. prioris ad Timotheum. Quid si hìc etiam *in nomine levare manus* sit jurare in Deo? Constat sic olim juratum *g*, ut omittam alios usus, ut dandi operam alicui rei, quemadmodum quando ait David, se *manus levavisse ad mandata Dei b*: aut percutiendi seu castigandi, ut quum à Deo petit *i*, *leva manus tuas in superbias eorum*. Deprehendi postea placuisse conjecturam meam Hectori Pinto *k*, scriptori non inerudito, tametsi de orantis etiam ritu intelligat *l*, qui *dexteram iniquitatis*, in alio quodam Psalmo *m*, interpretatur mendacem, ejusque qui mendaciter juret. Augetur inde conjectura, quod in fine Psalmi nostri laudandos canit, qui in Deo jurent, quasi dicere velit, quemadmodum ipse facere solet. Parapraſtæ hoc loco interpretatio est, *sic benedicam te in vita mea in mundo isto, & in nomine verbi tui extendam manus meas in oratione in mundo venturo*. Solet sæpè *verbum* & nomen *verbi* exprimere, fortassis ut incarnationem indicet Verbi: hunc vero psalmum de Christo cani sub nomine David putant non pauci. Deinde, quod ait de oratione in mundo venturo, aut intelligit de spe beatitudinis in mundo venturo, adipiscendæ: aut innuit quod etiam beati & sancti orant in cœlo Deum, sive quod orarent in limbo justorum ante adventum Christi; sicut de Jeremia proditum est in historia Machabæorum *n*; unde argumentum pro aliis petit Origenes *o*, Petrus Venerabilis *p*.

Phrasis *levare manus* usurpatio. d *in c.* 5. *Thr.* e 6. *de sacr. a. cap.* 4. f *Hom. unica in l. Regum.* g *Gen.* 14. 22. *Deut.* 32. 40. *Ezech.* 20. 5. *c.* 47. 14. h *ps.* 118. 48. *Dextera iniquitatis* pro mendace, aut mendaciter jurãte. i *Ps.* 73. 3. *kinc.* 8. *Dan. in c.* 37 *Ez.* m *ps.* 143. 8. Psalmus de Christo sub nomine David.

Quot modis *levandi* moraliter sint oculi, anima, vox manus, docet Ayguanus; ut oculos quidem levemus intra nos ad peccati deformitatem, extra nos, ad temporis brevitatem, supra nos ad Dei sanctorumque societatem; nec statuamus *oculos declinare in terram q*: ut animam ad Deum propter notitiam veritatis, lætitiam devotionis, fugam confusionis ut vocem, ad confitendum peccatum, quærendum remedium, laudandum Deum: manus, ad impugnandum malum, operandum bonum, orandum Deum. Illustrat omnia ratis aptis testimoniis. Omitto, quia liber in promtu.

n 2. *Machab.* 15. 14. o *Tom.* 18. *in Ioan.* Quot modis levandi oculi, anima, vox, manus. p *lib.* 1. *epist. in* 2. q *ps.* 16. 11.

Vers. 6.) Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea, & labiis exultationis laudabit os meum.

Sensus loci.

QUi de siti jam supra meminerat, sub qua comprehenditur & fames, sequę significaverat conatum vehementi desiderio satisfacere, quo ardebat in Deum, & res divinas, quas multo pluris facere quàm humanas, nunc majore adhuc inardescens, optat animum suum ferìa illa virtutis atque gloriæ Dei contemplatione, de qua quoque meminerat, magis ac magis oblectari, & sicut adipe & pinguedine satiari atque saginari, hoc est, delicatissimis ac suavissimis epulis spiritualibus: tunc autem fore asserit quo itidem promiserat, ut labiis laudet Deum suavissimè & jucundissimè, utpote interna illa suavitate atque jucunditate animi in A corpus & labia redundante; & ut ore ipso tanta beneficia commemoret. Alludi notat Hilarius ad gratum illud legis veteris sacrificium, quo adeps offerebatur & pinguedo *r*; sed in nova, illius loco aliud melius offerendum erat, de quo dictum Psalmo 49. *f*, sub nomine *sacrificii laudis*: & 50. *t* sub vocabulis *spiritus contribulati*, *cordis contriti*, & *humiliati*; quasi adipi & pinguedini succedat emacratio atque arefactio, & hæc ipsa pinguefaciat ac saginet animam, sicut adeps pinguedoque corpus. Hoc est quod nuper ex Hieronymo *u* retuli, *sanctum carnium* dici *parvularum*; Et pro verbis versus 2. *Quam multipliciter tibi caro mea?* quosdam, eodem teste, legere *quomodo consumta est*, vel, *contabuit caro mea?*

Allusio loci. r *Exod.* 29. 13 *Esa.* 1. 11. f *vers.* 14. t *vers.* 18.

Sanctus carniũ dicitur parvularum u *in c.* 16. & 44. *Ezech.*

Ambrosius *x* hunc ait esse fructum orationis, itaque *in sinum converti* y, *orationem*, tamquam in penetralia & intima receptacula; videlicet sicut intus adeps latet ac pinguedo. Curis inservientes tantum exterioribus Gregorius *z*, vocat carnales aridos cute, absque interna spei pinguedine: adipe pinguedinis animam repleri, quum hanc contra præsentium desideriorum æstum supernæ spei infusio refovet; nec sinit attrahi pusillanimitate, sed facit ad futura tendi per longanimitatem. Aponius *a*, *ubera meliora vino b* declarans de Christi corpore & sanguine, deque lactea Evangelii doctrina, nec non de liquore baptismi & pinguissimo butyro sacri chrismatis, accipit quoque de iisdem præsentem locum, & istius adipis odore fauciatas à peccatis animas resuscitari. Gregorius *c*, iterum: Quisquis tingitur aut ungitur, i. e. baptizatur, vel sacramento chrismatis confirmatur, hoc ait adipe atque pinguedine interius impinguari. *Adipe* porro, ut fumitur pro Eucharistia, satiat suos Dominus *d*, *pingui pane*, *præbente delicias regibus* e, *pane pingui & uberrimo* f, *requies* est ista *mensæ*, *plena pinguedine* g, *convivium pinguium medullatorum* h hæc est *ebrietas ab ubertate domus Dei & à torrente voluptatis divinæ* i, *& animam* præsertim *sacerdotum inebriat adeps* iste *frumenti k*, & omnes *comedentes adipem in saturitatem*, *atque bibentes sanguinem in ebrietatem de victima quam immolavit* Christus *l*, *comedentes bonum*, *& delectati in crassitudine* m, *animam aridam* non habentes *n*, nec omnino *sine aqua* Co. Notat Bernardus *p*, infundi prius hìc Davidem velle ac impleri, deinde effundere, ut de plenitudine eructaret, non de inanitate obiicitaret: Ait præterea *q* simile videri hoc Davidis votum voto sponsæ de osculo sponsi *r*, in cujus tactu perfulsis labiis pinguedine gratiæ & *ore repleto laude*, *cantaret gloriam tota die & magnitudinem Dei f*. Radulphus *t*, adipem qui operit vitalia, dicit esse affectum ad hanc vitam, ut numquam si fieri posset ad mortem nos accederemus: pinguedinem quæ intrinsecus est, amorem eorum quæ possidentur in hac vita, ut est domus, agri, pecunia, pater, & mater, & alii propinqui: renes, voluptatem ex conjunctione maris & fœminæ procedentem: rursus adipem juxta ilia vel quo reguntur ilia, dictæ voluptatis affectum, sed moderatum: jecoris reticulum, nocendi appetitum: Dominum sibi cunctos hos adipes velle sequestrari, & in altari coram se incendi, ut per ejus amorem dicti affectus ad justum modum legitimamque mensuram redigantur, & quod orat Ecclesia, ut urantur igne sancti Spiritus renes nostri, & Dcor. Significat præterea in omni opere pio adeps pinguedo devotionem quam gignit calor amoris divini, quemadmodum calor naturalis gignit corporalem pinguedinem, ut docet Thomas *u*, hoc est, alacritatem, & delectationem: & vicissim per devotionem, ut idem Doctor tradit, charitas nutritur, eo modo quo naturalis calor habet pinguedinem quasi pro nutrimento. Præterea observat *x*, sanguinem victimæ fundi debuisse, adipem cremari ad idololatriæ tollendum periculum quod innuitur in Deuteronomio *y*, & ne sanguinis gustus incitaret ad homicidium *z*, adeps provocaret lasciviam: & ut Deus agnosceretur auctor vitæ, cui maximè necessarius sanguis, & cujus abundantiam nutrimenti denotat adeps: & ut innueretur effusio sanguinis Christi, & pinguedo charitatis ejus, per quam te obtulit Deo pro nobis: & quia non generat adeps bonum nutrimentum *a*, placuit sacrificium Abel de adipibus *b*, hoc est, ut scribit Ambrosius *c*, nitidum & quodam pabulo fidei ac devotionis, verbique cœlestis uberiore

x *in ps.* 38. y *Ps.* 34. 14.

Curis inservientes, tantum exterioribus ut appellentur. Adipe pinguedinis animam repleri ut dicitur.

z 8. *moral c.* 6. *vel* 11. Ubera meliora vino quæ dicantur.

a 1 *in Cant.* b *Cant. l.* 2. c 19. *mor. c.* 11 *vel.* 13. d *Ps* 147. 14. e *Gen.* 49. 20 f *Esa.* 30. 23. g *Iob.* 36. 16. h *Esa.* 25. 6. i *Ps.* 35. 9. *K. Ier.* 32. 14. *Ps.* 80. 17. l Ez. 39. 17. m *Esa.* 55. 1. Bernardi annotatio n *Num.* 11. 6 o *Ps.* 142. 6. p *Serm.* 18 *in Cant.* q *Serm.* 9. *in Cant.* r *Cant.* 101. f *Ps* 70. 8. t *l.* 2. *in Lev. c.* 1. Vocum, *adipis*, *pinguedinis*, *renum*, expositio & circa eas observatio.

u 2. 2. *q.* 82. *c.* 8. *ad.* 2. x 1. 2. *q.* 102. *a.* 3. *ad* 8. S. Thomæ observat o circa adipis cremationẽ & sanguinis victimæ fusionem. y *cap.* 32. 38. g *Gen.* 4. 5. 6. b *idem Thomas* 12 *q.* 102 *a.* 6. *ad* 1. *ex R. Mose. Gen.* 4. 4. c 2. *de Abel. & Cain. c.* 5.

alimo

alimonia faginatum, cujuſmodi holocauſtum optat Pſalmus 19. *a* regis eſſe.

a vers. 4.

Deſignat adhuc apud Gloſſam adeps in inteſtinis, pinguedo in carne, ſapientiam, quæ ſtat in abſcondito, & fortitudinem ſpiritus ſine quibus anima macreſcit, ac deficit. Ayguanus diſtinguit adipem ſeu pinguedinem deſiderii æternorum, ſanctitatis ac munditiæ, altaris charitatis. Enatat ſuper liquores aliarum rerum adeps devotionis, rectaque tendit ad Deum, cujus eſt *juro perpetuo*, *b*; operit vitalia, quia vitam conſervat ſpiritualem, omneſque alias virtutes; ſicut & charitas: qui eo abundat, minus habet ſanguinis, ideſt, peccati, & creſcit magis hieme adverſitatis, quàm proſperitatis æſtate. David noſter adeo cupidus adipis hujuſce ſpiritualis, totus quaſi *adeps ſeparatus à carne*, ἐπόσωτις, *à ſalutari*, ſeu, ab hoſtia pacificorum, *ſic erat à filiis Iſrael* coram Domino *c*, cui maximè charus, ſecundum cor ipſius, illi veluti ſacratus & concrematus, majoris dono ſapientiæ illuſtratus. *Ex* corporis *adipe* & ex pinguedine, hoc eſt, copia bonorum quæ vocant fortunæ, *prodit iniquitas* (Hieronymus, *oculi proceſſerunt à pinguedine*. Chaldaicè *mutata eſt ob pinguedinem figura eorum*) tranſiturque *in affectum cordis d*, à quo abeſt adeps pinguedoque ſpiritualis: fitque ut *incraſſatus*, *impinguatus*, *dilatatus recalcitret*, *e*, adverſus Deum, leges, magiſtratus, rationem; cujuſmodi ex Evangelio, ſplendidè epulatus dives *f*, *viſcera habens plena adipe & medullis oſſa irrigata* g, *adipem concluſum* h, *cor coagulatum* i; *opertam faciem craſſitudine k*; refertus epulis, tamquam opimus bos *l*. Hæc ergo paullo liberalius, quibus diebus illiberales in Deum Chriſtiani, nimis liberaliter Liberalia renovant, meipſum ſpiritali hac recreat ſagina, & adipali opimoque divino iſto epulo oblecto:

b Levit. 3.

c Eccli. 47. 2.

d Pſ. 72. 7.

e Deut. 32. 15. f Luc. 16. 19. g Iob. 21. 24. h Pſ. 16. 10. i Pſ. 118. 70. k Iob. 15. 27. l Ç. 16. Tuſc.

Repleatur.) Hieronymus, *implebitur*, ex futuro תִּשְׂבַּע *tisbahh*. Addit Paraphraſtes activè, *ſaturabis animam meam in lege*, ſcilicet, *non in ſolo pane vivit homo*, *ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei* m.

m Deut. 8. 3. Mat. 4. 4.

Et labiis exultationis laudabit os meum.) Eſt etiam futurum יְהַלֵּל *jehallel*, quod vertit Hieron. *canet*, & רְנָנוֹת *renanoth* ab eodem, ut participium exponitur, *labiis laudantibus*; ab aliis, ut nomen *labiis jubilationum*. In Pſalterio Romano & Gallicano, atque apud Hilarium, Auguſtinum, Arnobium, Caſſiodorum, *labia exultationis laudabunt nomen tuum*. Sed conjunctionem, &, omittit Pſalterium Romanum, & Caſſiodorus; ſic eſt etiam Græcè in emendatis, ac in Pſalterio Æthiopico: in quibuſdam vero Græcis codicibus, χεῖλα, *labio* ut & in Arabico Pſalterio. Adhæret lingua ejus qui non meminit Dei; palato *u*: *mel & lac ſub lingua* laudantis Deum *o*, *Anima linguam* Bernardus *p* fervorem devotionis appellat: elinguem vero animam atque infantem, quæ linguam hanc non habet.

n Pſ. 136. 6. o Cant. 4. 11. p Serm. 45. in Cant. Animæ lingua, ſervor devotionis. Elinguis anima atq; infans, quæ dicatur.

Verſ. 7.) Si memor fui tui ſuper ſtratum meum, in matutinis meditabor in te,

Verſ. 8.) Quia fuiſti adjutor meus,

Et in velamento alarum tuarum exultabo.

Verſ. 9.) Adhæſit anima mea poſt te: me ſuſcepit dextera tua.

Senſus loci.

SEdulum illud ſuum de Deo meditandi, eumque laudandi ſtudium exprimit magis, nam ait: Siquando ſuccurriſſet in lecto jacenti memoria Dei, mox à ſe ſomnum excuſſiſſe, feciſſeque de ipſo ut ſedulo cogitaret vigilans, ac ſubmiſſa ſubmurmuraret ipſum voce, præterea vehemens concepiſſe deſiderium ut, coram præſenſque ante arcam idem aliquando uſurparet, noctes etiam totas inſomnes tranſigendo. Cauſſa erat, quod ut, opem adverſus hoſtes tuliſſet, adhuc laturum eum ſperaret, ſibique quum revertiſſet, poteſtatem fore ut in tuta ibi cuſtodia tamquam ſub alis avicula, lætus caneret. Deinde, quia comperit experimento, ſe quum per fiduciam & amorem adhæreret Deo, nec divelleretur ab illius memoria, fruſtatum non eſſe: ſed ſibimet Deum viciſſim illum firmiter conjunxiſſe, ſuæque providentiæ quaſi ſuppoſita manu fideliſſimè & amantiſſimè complexum eſſe, atque ſuſtentaviſſe.

Si memor fui tui ſuper ſtratum meum.) In aliquot codicibus Bibliorum, & enarratoribus nonnullis, ut Valentia, legitur, *ſic*. Auguſtinus & Hilarius, *ſi memoratus ſum tui*. Græcè in tempore imperfecto, εἰ ἐμνημόνευον, ſicut & ſequentis membri verbo ἐμελέτων. Euthymius ait hæc tempora pro præſentibus poni. Symmachus exponit ἀναμνήσκομαι, *recordor*: Hieronymus per participium, *recordans*. Hebræum præteritum volunt quidam ſumi pro futuro, aut ſequens poſtea verbum futurum, *meditabor*, pro præterito. Quod attinet ad particulam *ſic*. Richardus Cenomanus negat mendoſam lectionem eſſe, quia אִם *im* poſſit valere *certè* ac *verè*: & Felix reddat *certe*: alii, *annon*, cum interrogatione quæ reſponſionem exigit confirmatoriam: Hieronymus omiſſo, *ſi*, & *ſic*, per ſimplicem affirmationem, *recordans tui*: Budæus doceat *ei*, poni pro *ori*, ideſt, *ſi*, pro *quoniam*, &c. Janſenius & Genebrardus mendum volunt eſſe, ſicut in Joanne *q*, *ſic eum volo manere*, pro, *ſi*: ſi tueri licet tritam à multis lectionem, etiam in cantu tueamur; & fortaſſis Interpretem delectavit aliquoties antea repetitum, *ſic*: ſed poſtremam correctionem quæ habet, *ſi*, ſequi oportet, conſentaneam Pſalteriis aliis, & Hilario, Auguſtino, Arnobio, Caſſiodoro, Ruffino, Remigio, Bedæ, Hieronymo, Hugoni, Dionyſio, Brunoni utrique, Ludolpho, Richardo, Pampolitano, & aliis. Hi fere volunt ſenſum eſſe, aut à ſigno aut à comparatione minorum, aut à quadam cauſſa cur ipſe judicare poſſit, quod benedicat Deum in vita ſua, ſive ſemper, quoniam etiam in lecto, & matutino tempore, ubi & quo tempore quieſcunt alii, & ſomnum capiunt, ac interdum aliis rebus vacant, id faciat. Vel, quod matutino quoque tempore, ſi etiam nocte intempeſta; & idcirco per alias diei partes quibus minus incommodè id fieri videtur poſſe, ac in omni vita, ideſt, ſemper, idem facturus cenſeatur. Id præ ſe fert verſio Hieronymi carens particula, *ſi recordatus tui in cubili meo per ſingulas vigilias meditabor in te*: & Symmachi, ἀναμνήσκομαί σου ἐπὶ τῆς ϛρωμνῆς μου καθ ἑκάσην φυλακὴν ἐμελέτων σε, *reminiſcor tui ſuper ſtratum meum per unamquamque cuſtodiam meditabar te*.

q c. 21. 22. E i pro *ei*. Particulæ, ſi uſurpatio

Sed tropologicè *ſtratum* ſumunt quietem in puritate conſcientiæ *r*, aut pudicitiæ *ſ*, aut proſperitatis tempus, cui matutinum, in quo ſolent homines exire ad opus, opponatur, tamquam tempus adverſitatis *t*: aut pro beneficiis ac tranquilitate gratias, quæ in matutinis agantur Deo, ideſt, quando gratiæ radius illuceſcit *u*: aut ſcripturas, in quibus requieſcendum *x*: aut ſanctum otium comparatum cum operibus matutini temporis bonis ac in luce factis *y*. Multum refert *in cubili* ipſo *compungi z*: in lectulo, Dei meminiſſe: ex ſtrati puritate fiduciam habere poſſe, & conſcientiam orationis matutinæ, ut loquitur Hilarius: & quod idem addit, obrepentes ſub ſecreto noctis cogitationes Dei recordatione comprimere, noſque adverſus carnis incentiva luctantes metu nominis Dei noſtri juvare. *Lavit per ſingulas noctes lectum*, *lacrymiſque ſtratum rigavit a*; & Eſaiæ *Anima deſideravit Deum in nocte*, *& ſpiritu ſuo*, *in præcordiis ſuis*, *de mane vigilabat ad illum b*. Placet etiam Hugonii admonitio, ut Dei ſimus memores in ſtrato ægritudinis, exemplo Ezechiæ *c*, & menſæ ſive refectionis, ut ei manducemus & ad gloriam ipſius. Sed ultima notio iſta non congruit propoſitio, ubi ϛρωμνὴ ſubſtantivè non ſignificat cœnaculum, vel menſam ſtratam, ſicut nec יצועי *jetſubhai* (quod videtur Hieronym. in ſingulari legiſſe יצועי *jetſubhai*) ſed *lectum*, *cubile*, *ſtragulum*, *ſtratum* etiam ſubſtantivè. Urget Chryſoſtomus *d* hoc Davidis exemplum, ut perſuadet nocturnam orationem, reſpondens iis qui labores & occupationes diurnas cauſſantur, & quieti ac ſomno deſtinatum noctis tempus. Sed hac de re dictum alibi: Sanctis etiam ipſe ſomnus eſt oratio, ait Hieronymus *e*.

Tropologia *r* Bruno Carthuſ. *ſ* Hieron. *t* Beda, Hier. *u* Dion. Carth. *x* Hugo.

y Ruffin. Auguſt.

z Pſ. 4. 5. Conſcientia orationis matutinæ quam bona *a* Pſ. 6. 7. *b* Eſa. 26. 9. Hugonis admonitio. Dei memoris eſſe oportet in ſtrato ægritudinis & menſæ ac refectionis. Στρωμνή. *c* cap. 38. 3. *d* hom. 26. in Acta Apoſt. & hom. 41. ad pop.

Sanctis etiã ipſe ſomnus eſt oratio. *e* epiſt. 2. 2.

In matutinis meditabor in te.) Hieronymus, *per ſingulas vigilias* באשטרות *beaſmuroth*. Hoc denotat numerus pluralis, quemadmodum quum ſcribitur quod *ſabbatis Chriſtus ingreſſus in ſynagogam docebat f* & quod *caſtigatio* eſt *in matutinis g*. Quia vero *matutinum* eſt finis noctis, & diei principium, putat Ayguanus, per id continuationem ac perpetuitatem deſignari. Vox Hebr.

f Marci 1. 21. *g* Pſ. 72. 14.

Cuſtodiæ nocturnæ ternæ vel quaternæ olim à militibus obſervatio.

cuſtodias valet, ſicut etiam expoſuit Symmachus, ut ante dixi, κατ' ἑκάστην φυλακήν. Baſilius ac Theodoretus, *cuſtodias nocturnas* interpretatur, quæ olim ternæ vel quaternæ à militibus obſervabantur.

Illuſtrat hunc alius locus *a*: *A cuſtodia matutina uſque ad noctem ſperet Iſrael in Domino*, ubi Hieronymus, *à vigilia matutina uſque ad vigiliam matutinam*. Sed juxta diſtinctionem Hebræam, nectens cum prioribus verbis (*animamea ad Dominum*, &c.) nomen Hebræum ibidem ſimile noſtro eſt שמרים *ſciomerim*, ſignificans cuſtodes ipſos. Idem noſtrum cum ſimili ſententia nomen extat in Threnis *b Conſurge*, *lauda in nocte* (quod quidam legunt ἀδολέσχησαι, pro ὠγαλλιασαι *meditare*, vel, *ad meditandum exercere*) *in principio vigilarum* ἀρχὰς φυλακῆς σου, *ad principia cuſtodiæ tuæ*.

a Pſ. 129.6.

b evp.2. 19. De ternis vel quaternis vigilarũ cuſtodiis ſententiæ.

Ex duabus opinionibus de ternis vel quaternis vigiliarum cuſtodiis, proculdubio quæ quaternas tradit, præferenda, quia quartæ habetur in Evangelio Matthæi *c*, Marcique *d* mentio; nec à Luca *e*, excluditur, licèt nominet ſecundam & tertiam, & non quartam. Quatuor numerant Origenes *f*, Hieronymus *g*, Auguſtinus *h*, Euthymius *i*, Theophylactus *k*, aliique multi, & de militaribus ad clepſydram Modeſtus *l*, Vegetius *m*, Suidas *n*, Euthymius *o*, Iſidorus *p*, Cenſorinus *q*. Poſſent videri qui de tribus aſſerunt, ut R. Salomon *r*, Hugo *ſ* ſancti Victoris, & alii, diurnis partibus quartam h. e. ſero annumeraſſe, vel ternis horas quatuor aſſignaſſe, quum alii ternas quatuor vigiliis ſeu excubiis totidemque quatuor diurnis ſtationibus. Cognoſcat qui volet notata de hac re in commentario actuum Apoſtolorum *t*. Ergo pro *matutinis* ὄρθροις, *diluculis*, verti potuiſſet, ut legitur apud Auguſtinum, *in cuſtodiis & vigiliis*. Sed ſic redditum eſt, quia de tempore quo jacetur in lecto, ſermo fuerat, quod eſt nocturnum tempus, & ſolent homines ſtudioſi ſub diluculum ſurgere.

c cap.14. 25.
d cap.6. 48.
e cap.12.38.
f in Thr.c.2. gr.139.in c. 14.Mat.in Job.c.35.
g quæſt.in n. c.5.ſerm.14. de Ver. Dom. in cap.14. Matth, ibidem.
h de vocab. rei militar.
i de re militar.cap. 8.
n in voce πρόφυλακή.
o in Pſ. 119.
p 1.de offic. Eccl.t. 19.
q de die nat. cap. 23.
r in Thren. cap.2.
ſ Ibidem.
t in c.2. 15.

Hæc, opinior, verba ſimul cum primis pſalmi, moverunt Eccleſiam ad uſurpandum in officio matutinali ſive Laudum, pſalmum iſtum, ſicut priùs annotavi. Iſidorus *u* præterea ex his verbis confirmat matutinorum antiquitatem & auctoritatem, quem locum tranſcribit Aquiſgranenſe Concilium *x*, ad idem confirmandum. Scribit Navarrus *y*, Coſmam citans canoniſtam, apud veteres Chriſtianos in uſu olim fuiſſe ut prima vigilia quum plebs dormiret, ſurgerent ſoli clerici ad primum nocturnum, quia tempeſtive cubitum ibant: poſt mediam noctem clerici, & conjugati tam fœminæ quàm mares: antequam luceſceret omnes etiam ſoluti & pueri, ac puellæ. Plura de eodem hoc argumento Joannes Stephanus Durantus *z*. Cujus magis probo ſententiam, ſingulis nocturnis omnes initiatos interfuiſſe, nec quod Soto aſenſit, Apoſtolorum tempore clerum per partes nocturnos celebraſſe, hoc eſt quamlibet partem diſtinctam clericorum; diluculo autem ſeu vigilia quarta omnes conveniſſe ad laudes. Legatur etiam Marcellus Francolinus *b*, cui quàm dixi mihi placere, placet quoque magis opinio: ac fortaſſis etiam omnes quoque laicos quondam cunctas vigilias celebraſſe; quamvis noſter Theodorus *c* Peltanus putet initio per totum initiatorum cœtum diſtinctionem illam ſervatam, poſtea humanæ infirmitatis habita ratione matutinas preces cum laudibus recitari ſimul cœpiſſe diverſo tempore a diverſis.

u 1.de offic. Eccl.c. 23.
x cap. 119.
y de horis Gano,c.3. num.30.
z 3.de ritib. Eccl.Cathol. c.5 & 6.
a ult.de Juſtit. & jure.
q ol. concil.5
b de hor.canon.c.1.& 2.
c l.3.de tribus bonorum operum gen. c.8.pag.473.

Meditandi non obeſt verbum, quia non mentis dumtaxat actum ſignificat, ſicut & הגר *hagah* & μελετᾶν, ſed vocis quoque prolationem, quemadmodum alii ſupra locis aliquoties. Hieronymus *in matutinis meditationem* applicat ad Chriſti reſurrectionem, quia per integritatem fidei ea delectamur.

Meditandi verbum pro vocis quoq; prolatione.

Quia fuiſti adjutor meus.) In Pſalterio Gallicano, & apud Hilarium, Auguſtinum, Caſſiodorum, *factus es*. Diſtinguuntur iſta aliter ab Hebræis, ductoque hinc verſus principio ſequentibus junguntur: *quia fuiſti adjutor meus, & in umbra alarum tuarum ſperabo*: quo modo (&) (ה) (ve) valet *ideo*. Nihil hic ad ſenſum hoc intereſt, ſicut nec aliàs non raro, ut univerſè præcipit Auguſtinus *d* de vario diſtinguendi aut pronuntiandi modo. Hieronymus abſtractè dixit, *quia fuiſti auxilium meum*: עזרתה לי *hhezrathah li*. Hugo ſic obſervans dici quod fuit *adjutor Deus*, ut non etiam eſſe, ac futurus intelligatur, notat hìc & ſequentibus verbis

Et pro ideo. 3. de doct. Chriſt.c.2. & 3.

Hugonis obſervatio.

A innui multa beneficia divina, auxilium gratiæ prævenientis, cooperantis, confirmantis: protectiones contra mala ſub nomine velamenti alarum: tractionis ad ſe, ut adhæreſcamus: glorificationis per dexteram ſuſcipientem nos.

Et in velamento alarum tuarum exultabo.) Hieronymus, *& in umbra alarum tuarum laudabo*. Alii, *exultans cantabo*, vel, *ovabo*, ארנן *arannen*, ἀγαλλιάσομαι. Symmachus, κατασκεπόμενος & ἐπιζαίνων πτέρυξί σου εὐφήμουν, *& tectus in alis tuis benedicebam*. Paraphaſtes pro *alis* majeſtatem ponit שכינת *ſchechinath*; videlicet, quia tegebatur alis Cherubim Arca; quo videtur hìc alluſum. Vel, *alarum*, vocabulo quaſi brachia Dei ſignificare voluit; ſicut quum *ſub pennis ſperare* dicit *e*: quo pacto profani etiam ſcriptores *alas* pro brachiis accipiunt. *Velamentum* & σκέπη ſolidiorem ac firmiorem denotant protectionem, quàm umbra. Eadem jam prius formula eſt alibi *f* declarata, & hunc quoque Philo Carpathius *g*, explicat locum de expanſis in cruce brachiis Chriſti. Id Hugo præterea verbis illis confirmat *h*, *expandit alas ſuas, & aſſumſit eos, atque portavit in humeris ſuis*. Vocat item *alas miſericordiæ & veritatis* vel *potentiæ* atque *clementiæ*, ut una defendat, alia foveat: ſed & Prælatos bonos, tamquam gallinarum, quæ pullos tuentur ab imbre, vento, pulvere, milvo, vulpe, damnationis æternæ, ſuperbiæ, avaritiæ, detractionis, (etſi de milvo nihil dicit) hæreſis: malas alas eorum eſſe in quibus invenitur ſanguis pauperum & innocentum *i*. Adde alas aquilæ in leæna, & alas avis in pardo *K*.

e Pſ. 90. 4. Ala pro brachiis.
f Pſ.35.8.Pſ. 56.2.Pſ.60.5
g in Cant. De expanſis in cruce brachiis Chriſti loci explicatio.
h Deut.32.11 Prælatorum bonorum alæ quæ. Malæ alæ quorum dicantur.
i Ier.8. 34.
K Dan.7.46

Adhæſit anima mea poſt te.) Chaldaicè, *poſt vias tuas*, & Apollinarius;

ἴχνεϊ σῷ ξυνοπηδὸν ἐμὸν φίλον ἦτορ ἑρείδω:
Veſtigio tuo comes meus charus animus firmatus eſt.

Significat דבקה *davechah*, *apprehendit*, *amplexa eſt*, *conjuncta*, *agglutinata* (quomodo legit Auguſtinus) quod hìc dicitur ἐκολλήθη, poſtquam ſcilicet perſequendo & conſectando pervenit ac pertigit. Eodem verbo Cadhæſio viri ad uxorem expreſſa eſt *l*, cum qua Chryſoſtomus *m*, de hoc agens loco, animæ cum Deo conjunctionem comparat. Inde דבק *davek*; *conjunctis n*, & דבק *devek*, *junctura o*, & *glutinum* p. *Anima Jonathæ conglutinata* legitur *anima David* q. נקשרה *nikſcerah*, *colligata*, quod valet etiam τὸ συνδέθη. Religat nos Deo ſpes, Paulo *r* teſte, velut *anchora firma & tuta*; & *qui adhæreat ei, unum cum ipſo ſpiritum effici* ſcribit *ſ*: & noſter David *t* ſibi ait, *bonum adhærere Deo & ponere in illo ſpem ſuam*. Cave igitur adhæreas *meretrici u*, vel *adhæreat in terra venter* tuus *x*, ſive *anima pavimento y*, vel *tibi ſedes iniquitatis z*, & *cor parvum a*, ſed ut adhæreas Deo, *teſtimoniis ejus* adhære *b*, & *non recedas à veſtigiis ipſius faciens mandata illius*, exemplo Ezechiæ *c*, juxtaque monitum Joſue *d*.

Κολλᾶσθαι.
l Gen.2.24.
m in Pſ. 95. Animæ cũ Deo conjunctionis comparatio.
n Prov.18.24
o 2.Par. 18. 33.
p Eſa.41. 7.
q 1.Reg.18.1.
r Hebr.6.19.
ſ 1.Cor.6.17.
t Pſ.72.28.
u 1.Cor.6.16.
x pſ.43.25.
y Pſ.118.25.
z Pſ.93:20.
a Pſ 100.
b Pſ.
c 4.Reg.18.6
d c. 22.5. Auguſtini obſervatio.

Magnum in his verbis obſervat Auguſtinus deſiderium, ſitim, affectum ex toto corde; gluten eſſe charitatem; poſt Deum agglutinari animam illius, qui non conſilio ſuo vult vivere, ſed Dei ſequi præcepta, ne repellatur ſicut Petrus repulſus eſt, quando voluit conſilium dare Chriſto paſſuro pro nobis, juſſuſque *redire poſt eum e*, ut jam ſequens diceret; *Agglutinata eſt anima mea poſt te*. Finxerunt veteres amicorum neſcio quas quaſi conſolationes, & compoſitiones inſeparabiles & indiviſibiles. *Adhæſit Deo* Propheta, inquit Hilarius, non brandimentis ſæculi, non corporis vitiis amorem ſuum ab eo charitatemque retrahentibus. Probat id illo, quod attuli, teſtimonio Pauli, de *uno ſpiritu* cum Deo adhærentis, & illa Chriſti oratione qua ſuos *ſic unum effici* petebat à Patre, *quo modo ipſe cum eo unum eſſet f*. Nulla re ſe idem Paulus *g* negavit ab hac poſſe *charitate ſeparari*, quem vocat h. l. Nicephorus δεσμὸν ἀγάπης: & *credentium* inter ſe primorum *cor unum* erat, & *anima una h*, quoniam agglutinabantur eadem charitate divina, eodemque bitumine lita erat Eccleſiæ arca. *Surgite*, ait Michæas *i*, *& ite, qua non habetis hìc requiem*, hoc eſt, interprete Hieronymo *K*, in nullis mundi rebus, ita ut jubeamur quaſi à mortuis reſurgentes ad ſublime tendere & ambulare poſt Dominum Deum noſtrum, & dicere, inquit, *adhæſit anima mea*

e Mat.16.23

David quomodo Deo adhærerit.

f Ioan.17. 11.
g Rom.5.15.
h Actuum 4 32.
i c.2.10.
K Ibidem.

ma mea post te: hoc est, quum *in omnibus requiem quæsi-* A *veris*, nec inveneris, *in hæreditate Domini morari*, *a*. Erit in cœlo adhæsio in beatitudine penitus inseparabilis, de qua hunc locum Gaudentius Brixiensis *b*, usurpat. Manendum in Christo ut & maneat ipse vicissim in nobis, simulque sicut palmites inhærentes viti *c*, non per fidem solam sed per charitatem & mandati servationem, ut sic, quod Cyr. *d* monet, liceat dicere cuivis nostrum quod hic scribitur, si, inquam ardenti charitate, atque continuo immaculatè Christum sequamur, qua in re maxime spiritalis, inquit, conjunctionis virtus servatur.

Adhæsionem istam perpendens Chrysostomus *e*, exaggeransque vim verbi κολλᾶσθαι, & quod non tantum dicat David animam appropinquasse, quemadmodum nec prius desiderasse, sed sitivisse, hanc adhæsionem comparat cum confixione clavorum, quia idem David *per timorem Dei configi carnem suam* cupiebat *f*, & cum arbore, quæ profundas radices projecerit, ita ut nec vehementi procella valeat agitari.

Trahit post se Christus *in odorem unguentorum suo-* B *rum g*, animam, ut prosequatur abeuntem in cœlum, & in eo *habitemus* interim *confidenter*, & *inter humeros illius requiescamus*, ut *Beniamin amantissimus h*, vel, ut Joannes dilectus, *recumbamus in sinu supraque pectus i*.

Me suscepit dextera tua.) Additur *autem* in Psalterio Gallicano, *me autem*, & in codicibus Græcis Regiis & Complutensibus est, δέ. Eadem phrasis in Psalmo 17. *K Suscipere* protegere est, propugnare, juvare, sicut ἀντιλαβέσθαι, quod Apollinarius hoc pacto declarat.

ᾧ σὸ δεξιτέρη μὲ ὑπερμενέως προμαχᾶ πόσιν,
Et tua dextera me potenter propugnavit.

Hebræum verbum תמכה *thamechach*, significat *sustentavit*, *sustinuit*, *sulsulcivit*; & posset etiam passivè exponi de anima sustentata per Dei dexteram: Sed sæpius in activa voce redditur, quemadmodum & in Psalmo 40. *l*, in 16. *m*, autem *perficere gressus* oratur Deus, eodem verbo, quod sustentare Hieronymus interpretatur, & in 15. *n* quod habemus, *tu es qui restitues hæreditatem meam mihi*, Hebraicè est תומיך *thomich*, *sustentans*. Igitur significatur quod adhærere quærentem Deo, Deus ipse sibi conjungit, ac veluti prehendens manu adjungit sibi, & sustentat potente dextera sua.

Mysticè Christus est hæc dextera, & quatenus Deus humanam suscepit naturam, & factus est protector ac defensor noster, volens corpus nostrum conforme gloriæ corporis sui reddere, ut ait Hilarius, & animæ nostræ quodammodo inhiando, ut Ambrosius *o* loquitur, gratiam impartiri, ut faciat eam esse quod non erat, ut inquit, dicat *p*: *Vivo autem jam non ego, vivit vero in me Christus*, sit videlicet per singularis gratiæ beneficium, ut quem tenens non dimittas *q*; nec avellaris ab eo, qui *lævam capiti supponit tuo*, & *dextera amplexatur te* r. *Hæc dextera plena est justitia* *s*, ut suos vindicet, & in eadem est *longitudo dierum* *t*, & *delectationes* *u*. Dextera sua Deus *tenet manum dexteram nostram*, ut *in voluntate sua deducat*, & *cum gloria susciplat* x, *sit manus ejus super virum dexteræ suæ*, & *super filium hominis, quem confirmat sibi* y: *apprehendit dexteram ejus ante cujus faciem subjicere vult Gentes*, & *dorsa Regum vertere* z, tandem perducit ac statuit ac dexteram suam, proprium Beatorum locum *a* ut etiam videtur verba hæc Ecclesia intelligere, quum in officio defunctis præcinit isti psalmo pro antiphona.

Vers. 10.) Ipsi vero in vanum quæsierunt animam meam introibunt in inferiora terræ.

Vers. 11.) Tradentur in manus gladii, partes vulpium erunt.

Sensus loci. IN tam fida tutaque positus custodia Dei omnipotentis, & dextera tali protectus, gloriosè insultat adversariis nihil se penitus eos vereri dicens, nec dubitare ullo modo affirmans, quin quæcumque sint adhuc machinati contra se, frustra fuerint, ac prorsus irrita; è contrario autem potius esse se certum, fore ut pro meritis, gladiis trucidentur, & mortui esca fiant vulpium quarum præsertim vafrum ingenium sunt imitati, & aliarum sanguinariarum ferarum; tum denique si quid superst cadaverum alte defodiatur; & animæ in tartara trudantur, diris veluti proscindendæ suppliciis & luniandæ ritu infernalium bestiarum, *Absciso capite, Saulis corpus suspensum est in muro Bethsan b*, & filiorum ejus. De Judæis Christi hostibus; de persecutoribus justorum, de dæmonibus communibus adversariis commodè satis hæc exponuntur, nam cæsi sunt Romanorum gladiis Judæi, ferisque expositi: persecutorum exitus, infelix fuit; dæmones partim jam aliqui detrusi, partim in mundi fine detrudentur in Infernum. Denique videri potest hæc imprecatio similis vel diris vel minis, quibus hostes utentes inducunt Ethnici scriptores. Et Seneca *c* scripsit de nescio quo, quod,

—— objecit feris
Lanianda forsan corpora.

Item,

—— avibus epulandos licet
Ferisque triste pabulum sævis trahat.

Ipsi vero in vanum quæsierunt animam meam.) Hieronymus, *ipsi vero interficere quærunt animam meam*, vel, apud Trevetum, *ad calamitatem quærunt animam meam*. Alii, *ad desolationem*, *devastationem*, *perditionem*, aut, *ad desolandum*, *vastandum*, *perdendum*: vel, *in strepitu*, seu, *cum strepitu*. Chaldaicè, *in domum sepulturæ inquirent animam meam*: id est, quærent occidere. Hebraicè legitur nunc לשואה *lescioab*. Quæ major vastitas & desolatio, inquit Richardus Cenomanus, quàm vanum aut vanitas? Ita explicat in editione nostra non negari quin quæsierint perfidi animam perdere, sed simul dicere frustratos esse conatus eorum: Hieronymum, circumlocutione usum, id quod significat desolatio. Scepræus exponit voluisse Interpretes, quod *quærebant hostes animam ejus*, ut abiret in vanum & exinaniretur. Bredembachius placet magis, legisse LXX. non שואה *scioah*, sed שוא *schidu*; quod est etiam in illo præcepto *d*, *non assumes nomen Domini Dei tui in vanum* לשוא *lasciau*. In vanum quæsitus ad mortem David, quia neminem læserat. Deus illum tuebatur: qui quærebant, frustrabantur spe sua, & recidebant in nihilum conatus iplorum, nam *quærere animam in vapum*, ut exponit Scepræus, dure & exponitur, & omnino absque simili ullo exemplo. Tametsi verum est *quærendi* verbum accipi hoc loco in malam partem, idemque esse ac illud in alio Psalmo *e*, *qui quærunt animam meam ut auferant eam*, Subcipit Deus *in pace animam ab his qui appropinquant* f, *ei* ut scilicet de medio tollant: sed *frustra jacitur rete ante oculos pennatorum* *g*, ideest ut accommodatitiè id usurpemus cum Hugone, pennis & alis Dei protectorum, *in quibus est sanitas* *h*. Observat idem Hugo in *quærendi* verbo, diabolum Ursо similem esse, qui ligatus palo cæcatusque circuit, nec nisi accedentem lædere potest ac devorare: propterea monere auctorem Ecclesiastici *i*, *Fuge peccata; si ad illa accesseris, suscipient te dentes leonis*. Utitur ad idem Augustinus *K*, alicubi canis exemplo catenis innexi, qui neminem possit mordere, nisi eum qui se illi mortifera securitate conjunxerit, ita ut stultus sit, quem canis in catena positus mordet: qui se illi per voluptates & cupiditates sæculi non conjungit, ad eum non præsumere accedere. Certè justo noceri non potest; sed quivis persecutor vexando, potius ei servit & prodest; ut ita sit illud verum, quod ait Sapiens *l*, & exponitur à Gregorio *m*, stultum servire sapienti, dum ab omni vitiorum rubigine urendo purgat, & ad meliorem statum premendo provehit. Satanæ dixit Deus de Job, *Tu commovisti me adversus eum, ut affligerem eum frustra* *n*, non solum quia nil tale meruerat, sed quia non es quod volebas assecutus, ut de statu virtutis dejiceres.

Introibunt in inferiora terræ.) Hieronymus, *ingredientur in extrema terræ*, Et alibi *o*, *ingredientur ad extrema terræ*, item *p*, *intrabunt in inferiora terræ*. Vatablus exponit, morientur & peribunt. Lyranus uno modo declarat de adversariis Davidis quærentibus eum aliquan-

a Eccl. 24. 11 Adhæsio in cœlo in beatitudine inseparabilis. Præsentis loci usurpatio Manendum in Christo ut vicissim maneat in nobis.
b tract. 2.
c Ioan. 15. 2. 4. 5.
d l. 10. in Ioa. cap. 16.
e in 2. Tim. hom. 9.
f Ps. 1. 18. 20.
g Cant. 1. 4.
h Deut. 33. 12
Ioan. 13. 23. 25.
k vers. 36. Suscipere, quid sit.
Antilabesthai.
vers. 13. Perficere gressus.
m vel 5. numer 5.
o in Ps. 118. serm. 11.
p Gal. 2. 20.
q Cant. 3. 4. 5. 6. 6. 3
r Ps. 47. 11.
s Prov. 3. 16.
t Ps. 15. in.
u Ps. 15. in.
x Ps. 72. 24.
y Ps. 79. 18.
z Esa. 41
a Mat. 25. 23
Loci applicatio,
b 2. Reg. 21. 10. 12.
c in Tyeste.
d Exod. 20.
Quæ magna vastitas & desolatio sit
Quærendi verbum in malam partem hoc loco.
e Ps. 39. 15.
f Ps. 54. 19.
g Prov. 1. 17.
h Mal. 4. 2. Hugonis observatio in quærendi verbo.
Ad Ursum & carnem alligatos accedentis comparatio & ejus qui ad voluptates.
i cap. 21. 2.
K Serm. 197 de temp.
Stultus ut serviat sapienti.
l Prov. 11. 29
m 20. moral. cap. 22.
n Iob. 2. 3.
o in c. 24. Esp in c. 2 Ioan

quando in cavernis & ſpeluncis terræ. Cajetanus, de cavernis, ad quas receperint ſe mortuo Saule Iſraelitæ, fugientes Philiſtheos, nec diſpilicet Scepræo. At quamvis dudum prius Iſraelitis quiddam ſimile contigiſſe narretur in hiſtoria Regum *a*, ita ut abſconderent ſe in ſpeluncis & in abditis, in petris quoque & in antris, & in ciſternis: tamen Saule occiſo leguntur tantum fugiſſe, ac reliquiſſe *civitates ſuas* b. Quod ſi etiam tunc illo modo eos delituiſſe concedamus; non id ſanè innuit introitus *in inferiora & infirma terræ*, εἰς τὰ κατώτατα τῆς γῆς תחתיות ארץ *bethachnthijoth haarets*. Nec ſignificant iſta ſepulchrum, ut exponit Paraphraſtes ac Trevetus, & approbat Genebrardus.

a 1. *Reg.* 13. 6.

b *Capeuſt.* 7.

Maximè placet id hæreticis noſtri temporis, qui volunt, ex hac dicendi formula, quum nempe Chriſtum Paulus *c*, *in inferiores partes terræ deſcendiſſe* ſcribit, non probari deſcenſum illius ad inferos & ſubterranea loca, ſive receptacula animarum, ſed tantum in ſepulchrum, vel figuratè loquendo, quod pœnas ſuſtinuerit earum animarum quæ ſunt in loco damnatorum, quem ſolum agnoſcunt ſubterraneum animarum receptaculum, non autem Purgatorium aut Limbum Juſtorum ante Chriſti adventum, & alium cum ſolo morientium originali peccato. Articulus unus eſt ſymboli Apoſtolici de deſcenſu ad inferos, diſtinctè hunc exprimens. Ad ſepulturas & ad figuras recurri non debet, litterali relicto ſenſu, quem Patres, Eccleſiaque recipiunt. Hieron. etiam hoc ipſo loco: Non eſt ſepulchrum, præſertim ut eo Judæi utebantur, locus adeo profundus, ut per *inferiora terræ* intelligi commodè poſſit. Idem valet *infernus inferior*, ἅδης κατώτατος, שאול תחתיה *ſeel thachtjah*, à quo ereptam Davidi *d*, animam ſuam, vel Chriſti, in ſua canit perſona, quem vocat Hieron. *infernum extremum*, etſi quoque ibi non deſinit qui poeticè vel ſepulchrum ita dici velint, vel ſumma pericula mortemque manifeſtam, vel æternam damnationem, quam per peccata commeruerat, & commeriturus fuerat, niſi ſua illum Deus gratia prætervaſſet.

c Eph. 4. 9. Hereticis grata interpretatio de deſcensu Chriſti inferiores terræ partes.

d *pſ.* 85. 13.

Sed à communiore iſtorum locorum expoſitione qui recedit, periculo ſe temeritatis profectò exponit: & Genebrardus in ſecundi loci interpretatione pluribus acquieſcit, & inferni quatuor regiones cum Catholicis diſtinguit: non ſeptem cum Hebræis. Apud iſtos meminit ex R. Jehoſua Galatinus *e*, unum de ſeptem nominibus inferni eſſe ארץ תחתית *erets thachthith*, *terram inferiorem*; vel etiam *pavoris & contritionis*. Dicet præterea *f*, ex eorumdem ſententia Hebræorum, *inferiorem infernum* dici reſpectu ſuperioris? & ſuperiorem, animarum juſtarum receptaculum, inferiorem, malarum fuiſſe. Quod etiam confirmat verbi Deuteronomii; g; *Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, & ardebit uſq; ad inferni noviſſima* עד שאול תחתית *hhad ſeol thachthith*, affert item citatum Pſal. 85. locum, & alium ex Proverbiis h; *Semita vitæ ſuper eruditum, ut declinet de inferno noviſſimo* משאול מטה *miſſeol mattah*. Adde *terram noviſſimam* apud Ezech i, βάθη τῆς γῆς, *profunda terræ* תחתיות ארץ *erts chachijoth*: & k, *terram ultimam*, Hebr. ſicut prius, Græcè γῆς βαθυς, *terram profunditatis*. Vim majorem habere *l*, alibi docui teſtimonia in quibus eſt Græca vox ἅδης, quæ numquam pro *ſepulchro*, ſed ſemper ſumitur pro *inferno ſubterraneo*. Quamquam hic non valdè contendendum ſit, quum facilè admiſſuri ſint hæretici poſſe locum iſtum noſtrum de inferno ſubterraneo ſumi, ut eſt damnatorum carcer, quem concedunt, quia etiam concedent nunc Davidem prædicere hoſtium ſuorum damnationem æternam in eo loco. Tertullianus *m*, diſertiſſimè de Chriſto ad regionem inferùm ſubterraneam, ut ipſe loquitur, deſcenſu tradit, atque ita citatum ſuprà Paulum *n*, interpretatur, ſicut & hunc noſtrum Hieronymus in Jonam *o*. Quum Scythę Perſis occupantibus regionem dono miſiſſent murem, ranam, avem, ſagittas quinque, Gobryas, ut ſcribit Herodotus *p*, interpretatus eſt, ſagittis conficiendos eſſe, niſi velut aves in cœlum ſubvolarent, vel ut mures, terram ſubirent, vel, ut ranæ inſilirent in paludes. Conferri hoc poteſt cum inſultante hic Davide juxta unam interpretationem, *introibunt*, ſeu, *introeant in inferiora terræ*, *tradentur*, vel, *tradantur in manus gladii*, *partes vulpium erunt*, *ſintve*. Negari tamen non poteſt ut ad formulam illam dicendi redeam *de inferioribus terræ*, quin Pſal. 138. *q*, figurata oratione *inferiora*

Inferni quatuor regione diſtinctæ à Catholicis: ſeptem, à Judæis.

e *lib.* 6. *c.* 7.

f *cap.* 9.

g *cap.* 32. 22.

h *c.* 15. 24.

i *c.* 26. 20.

k *c.* 31. 14.

l *in pſal.* 15. ἅδης.

m *lib. de anima c.* 55.

n Ep. 4. 9.

o *in c.* 2. Scytharum ad Perſas regionem occupantes dona, & eorum interpretatio.

p *Lib.* 4.

terra κατώτατα τῆς γῆς, תחתיות ארץ *hachthijoth erets*, proximo matris ventre ſumantur; *Non eſt occultatum os meum à te quod feciſti in occulto. & ſubeſtantia mea in inferioribus terræ*. Verum aperta ratio perſuadet id ibi ita intelligendum eſſe quum ſatis communi Interpretum conſenſu; qui in hoc noſtro eſt is quem dixi, nimirum pro ſubterraneo animarum receptaculo. Enarratoribus hujus noſtri loci Origenem adde in Canticum Canticor. *r*, & Hieron. in Ezechiele *ſ*, Eſaiam *t*, Jonam *u*. Expreſſit præ aliis id magis Apollinarius:

q *verſ.* 9. *Inferiora terra* pro matris ventre.

r *Homil.* 4. *in Cant.*

ſ *in c.* 26.

t *in c.* 24.

u *in c.* 2.

Νερτερίον ὑπένερθεν ἰκνέεται ῥίμφα βερέθρων:
Profunda infra veniant ſtatim barathra.

Fortaſſis alludit ſimul David ad abſorptos humo Dathan & Abiron *x*, ſicut & quum in alio dixit Pſalmo *y*, *Deſcendant in infernum viventes*. Gagnejus, carmine Latino eleganter eum ſenſum extulit:

x *Num.* 16 27.

y *Pſal.* 54. 16.

B

Inferna ad ima vivi
Deſcendent cruciandi,
Subterq; terram abibunt
Ut Dathan, & Abiron.

Alter etiam elegans in Gallia Poeta *z*, Gallicè ſic luſit:

z *Phillipus de Portis.*

Ceux qui cherchent ma vie, & me liurent la guerre,
Me voulant perdre y demeurront:
Et pour toute leur peine au plus creux de la terre
Bas abyſmez ils ſe verront.

Hilarius vocat chaos invium, quo ſeparantur damnati à Sanctis *a*: Hieronymus, damnationem in inferno. Nicephorus, τὸν πάρταρον, *tartarum*, quod etiam numero plurali nominat Aponius *b*:

a *Luc.* 16. 26.

C

b *Lib.* 4. *in Cant.* Tropologia Allegoria.

Pertinet ad Tropologiam cum Allegoria, ut quod ait Auguſtinus aliique *introire in inferiora terræ*, dicantur Judæi, quia quum ne terram perderent, crucifixerunt Chriſtum, terrenis cupiditatibus ſarvierunt, & terram ipſam amiſerunt, & in ima univerſæ terræ diſperſi ſunt. Malæ cogitationes, inquit Caſſiodorus, in ima terræ verguntur, quia de ipſis exeunt, & in eamdem iterum cœnoſitatem volvuntur. Origenes *c*, moraliter etiam interpretatur, *introeuntes in inferiora terræ* illos eſſe, qui terram ſapiunt, de terra loquuntur, in profundum ſtultitiæ deſcendunt, & non carnaliter tantum vivunt, ſibique ipſis nocent ſolis, quomodo *terra eſſe*, & *in terra habitare* dici poſſent, non in inferiora illius introire, ſed terrenis & carnalibus ſenſibus ſcripturas intelligendo, & alios ita docendo, atque argutias quasdam argumentaq; carnalis & terrenæ ſapientiæ confingendo, decipiunt; ac propter gravius hoc delictum pœna iis etiam futura gravior imminet, nimirum in inferioribus quoque terræ, i. e. ipſiuſmet inferni loci. Aptat hunc Hugo locum ad pœnas damnatorum, ut ſit prima obſcuritas ac profunditas loci verbis iſtis indicata, *introibunt in inferiora terræ*; ſecunda, tormenti acerbitas deſignata per *traditionem in manus gladii*; tertia, malorum ſocietas, quum dicitur quod *partes vulpium erunt*, i. e. dæmoniorum. Adjicit de uſurariis morientibus, eorum corpora tradi vermibus *in inferioribus terræ partibus*; animas tormentis quaſi gladio, facultates prædonibus tamquam vulpibus. Vel de pœnis improborum in hoc etiam tempore, ut propriis premantur peccatis, veluti mole terræ *aggravando contra ſe denſum lutum d*, ut non rarò gladiis pareant latrocinantium; ut opes eorum perveniant ad prædones vel principes, vulpium in morem inſidiantes, ſicque qui prædas collegerant, prædentur & ipſi *e*.

Loci applicatio ad pœnas damnatorum.

De uſuratiis expoſitio.

De pœnis improborum in hoc etiam tempore.

c *Origen. Homil.* 4. *in Cant.*

d *Abac.* 2. 6.

e *Eſa.* 33. 1.

Tradentur in manus gladii.) Hieronymus, *congregentur in manus gladii*. Alii, *occident eum*, vel, *fundere facient eum*, vel, *diſtrahent eum*; vel, *dejicient eum*, vel, *facient ruere*, vel, *currere*, *vel*, *ſecari ſuper manus gladii*: vel, *abibunt ad eam partem ubi gladius vaſtat*. Sic habent Hebræa יגירוהו על ידי חרב *jaggiruhu hhal jede charev*. Primum verbum in hiphil futuri temporis numeri pluralis cum affixo tertiæ perſonæ maſculinæ ſingularis, eſt activæ ſignificationis à themate נגר *nager*, quod eſt *diffundere*, *decurrere cum impetu & in præceps*, & in hiphil,

a c. 18. 21. hiphil, *diffundere facere*, &c. Sic apud Jeremiam *a*, *deduc eos in manus gladii* ἔκχεον αὐτοὺς εἰς χεῖρας μαχαίρας, *congrega eos in manus gladii*, הַגְרֵם עַל יְדֵי חָרֶב *baggirem bhal jede cherev*. Chald. *trade eos in manus occidentium gladio* Igitur LXX. sensum rediderunt passivè, sicut & Hieronymus, & singularem personam tertiam collectivè positam, pluraliter expresserunt? Lxx. *tradi in manus gladii* dixerunt: Hieronymus, *congregari*, quod est gladium quasi manibus sui facere fundi ac decurrere, vel suum congregari sanguinem tùm Saulis ducis persequentium David, tùm etiam istorum aliorum; quod accidit in montibus Gelboe *b*: Quare nihil est quod suspicetur Agellius, aliud hic thema נגר *sagar* pro נגר *nagar*, etiamsi hic significet *dare*, *tradere etiam in manum*, *concludere*, &c. & in hiphil exponatur libi verbo *adendi c*. Gladio tribuitur *os d*, diciturque *de vorare e*, & *inebriari f*, sed & aliàs *g*, lego *manum gladii*, quidpe quod sit *ultor iniquitatis h*. & portet eum ad idpotestas *i*, seu Princeps ac Judex tamquam potestatis insigne *k* Gladium, ait Euthymius, metaphoricè manus habere finxit, ut illius ictum inevitabilem esse indicare, veluti qui quasi manu quadam illos apprehensurus, atque adacturus sit. Observavi aliàs gladio percussos martyres fere semper occubuisse, quamvis alia tormenta divinitus superassent, scilicet quia tortoris manu tenetur gladius, tractaturque illius quum sævitia, tum libertate, quæ non ita obsequi DEO solet ut inanimæ res; tametsi compelli ab eo possit.

b 1. *Reg ult.* 1.

c Ps. 77. 50. *Thren.* 2. 7.

d *Exod.* 17. 13. *Num.* 12. 24. *Deut* 13. 15. & *alibi sæpe*.

Gladio cur manus tributur.

e *Deut.* 32. 42. 2. *Reg* 18. 8. *Jeremy* 2. 30.

f *Esa.* 34. 5.

Circa martyres gladio percussos observatio.

g *Iob.* 5. 20. *Ezech.* 35. 5.

h *Iob.* 19. 29.

i *Rom.* 15. 4.

k *Bor.* 6. 14.

Manus gladii cur item dicantur.

Indicat Nicephorus aliam causam cur appellentur *manus gladii*, quasi sint *manus hostium invisibilium, quibus gladius agitatus evitari non possit*, χεῖρας ῥομφαίας, inquit, ἐπὶ τὸ ἀόρατον ἐχθρῶν τὸ ἀφυκτον τοῦξίφους. Deniqi *manus gladii* vim, robur, potentiam vel validum ejus ictum significant. Vel, κατ' ὑπαλλαγὴν, ponuntur pro gladio manuum seu pro manibus, ut ita dicam, gladiatis, & armatis, & pro gladio in manibus, aut quem manus corripiunt ad vulnera cædesque; quemadmodum *sanguinis gladii* dicitur *l*, quia gladio fusus est. Gladius quidam est qui utraque tractatur manu ad expeditiùs desecandum. Ore Christus gestasse describitur *m*; sed aliàs de mystica notione gladii satis, & paullo ante de ea quæ proposito convenit.

l 4. *Reg.* 3. 23 *Sanguis gladii* ut dicatur

m *Apoc* 1. 16

Partes vulpium erunt.) Hieron. in singulari, *pars* legerunt forsitan LXX. מָנוֹת *manoth*, in plurali מָנוֹת *menaoth*, non מָנָאת *menath*, in singulari. Reddunt alii *sortem*, *prædam*, *portionem*, quasi diceret futura cadavera illorum, prædam ac portionem vulpium, atque veluti dimensum; sicut quum leonibus Babylonicis dabantur quotidie *duo corpora & duæ oves* n, sive corpora hominum damnatorum intelligas, sive aliorum animalium majorum quàm essent oves, non ergo prius per *introitum in inferiora terræ* sepulturæ intelligebatur locus, quia partes vulpium non sunt nisi corpora insepulta: essque hoc supplicii quoddam genus, quod maximi faciebant Hebræi, carere sepultura, & exponi *escas volatilibus* o, *bestiisq*;

n *Dan.* 14. 31

Supplicii genus grave apud Hebr. sepultura carere, & exponi escas volatilibus bestiisque.

Jam dixi de Judæorum internecione per exercitum Romanorum, quod Cassiodorus bene monet, ita ut insepulti jacerent, esca vulpibus ferisque reliquis; non solùm de Saule suspendo, quando occidit in bello cum suis *p*, & aliquanto post de septem ex ejusdem familia crucifixis, quos *Raspha non dimisit aves lacerare per diem*, *neque bestias per noctem* q, ut alia omittam exempla *r*. Addit Cassiodorus, Judæos, qui nunc supersunt, esse partes vulpium, quia se dolosis & fraudulentis prava voluntate conjungunt. Cajetanus vult, quod nec improbat Scepreus, reticens nomen Auctoris, his verbis idem repeti quod præcedétibus est dictum *de introitu & in inferiora terræ*, ut scilicet se abdant in lustra sicut vulpes. Quin additur ut ea subeuntes inciderent in vulpes incauti à quibus laniarentur. *Quemadmodum si fugienti a facie leonis occurat ursus, & ingressum domum ac innixum manu sua super parietem, mordeat colaber* s. De vastitate ac solitudine habitationis indicat etiam Hieronymus in Ezechielem *t*. qui vulpes in desertis esse scribit locus. Cur vulpes potiùs nominatæ sint. servato litterali quoque dicto sensu. rationem reddit Euthymius, Nicephorus, Basilius, Theodoretus, quoniam Philistæi non erant fortes ac generosi, sed pusilli, imbecilles, dolosi, & aliquando irruentes, sedulo autem pulsi, fugientes. Jansenius refert hoc ad multitudinem vulpium in illis locis, ita ut Samson trecentas capere facilè potuerit *u*, & Jeremias x, *vulpibus* feras alias innuere voluerit, Testantur id etiam qui Palæstinam, atquæ Judæam describunt. Proprietates vulpis præcipuè comprehensæ sunt hoc disticho, quod Hugo recitat, & ad mores applicat:

Fœtor, avis, lar, vox, via, cauda, dolor, caro, pes,
Fraus, taxus, pulex, pellis, proles, pilus, unda, canis, lux.

p 1. *Reg. ult.* 10.

q 2. *Reg.* 21. 10.

Judæi qui supersunt quomodo partes vulpium dicantur.

r *Gen.* 40. 19. 22. *Num.* 25. 4.

s *Amor* 5. 19.

t *in cap.* 26.

Vulpes hic cur potius nominatæ.

u *Iudic.* 15. 4

x *Thom* 5. 18

Palæstina vulpibus abundans. 7

Proprietates vulpis. *ylib* 10. *redu. Asr* 15 *mirdie c.* 110.

zl 5. *exempl. & simil. c.* 43

a *Hom. ult. in Cant.*

b *c.* 2. 15.

c *Matt* 8. 32 *Luc.* 13. 29 *Iudic.* 15. 4. *Esar.* 1. *c.* 4. 3 *Adde Ezech* 13. 4 & *Thren* 5. 18.

d *Matt.* 8. 20

Alligatæ caudis vulpes quæ se. getes Philisthæorum incendant, quid sint mysticè.

e 4. *fast. die* 4. *post id Apri.*

Herodes cur *vulpes* dictus.

fl. 4. in Cant.

Herodes & Cæsar rege vulpes elogi à Judæis cùm verum regem Christum agnum rejecerunt, Aponii memoriæ lapsus.

g *ad Physiol. c.* 19.

Simulata vulpis mors ad quid, & aliæ ejusdem fraudes

h 12. *orig. c.* 3

i de Piscib. kde animal.

Vulpis imitatio proposita & quomodo,

lp 1. *annal. m gladu* 15. n *in l.* 9. *Luc.* o *Pers. Sat.* 5.

Cum vulpe vulpinari, & volpinè esse ut liceat Βαττάρισειν Ἀλωπεκίζειν πρὸς ἕτερον ἀλωπέκα.

p *Plato* 2. *de republ.*

A vulpibus ducta similitudo Earum esus Vafrities.

p 4. *de attenuante vitiatus ratione c.* 8. 3. *de alimentis. facultate.* 2 *in lib. Hippo. de morb. acut. comm.* 4. *n.* 101.

g *in Akarnensibus.*

Utilitas ad medicinas

f *lib.* 4.

t *lib* 28.

u *Serm* 66. *in Cant.*

Consulendus præterea Petrus Berthorius *y*, Joannes a S. Geminiano *z* Sylva Allegoriarum. Gesnerus, malæ licèt religionis auctor, in historia de quadrupedibus. Origenes *a*, tractans illud ex Cantico *b* Canticorum, *capite nobis vulpes parvulas quæ demoliuntur vineas*, docensque dæmones *c*, esse, qui per cogitationes pravas & intelligentiam perversam exterminant in anima virtutum florem, & fructum fidei perimunt, præterea perversos Doctores hæreticorum dogmatum; colligit alia scripturarum loca, in quibus de hoc animali mentio fit, præter locum Cantici, & hujus Psalmi. Docet autem eos qui introeunt *in inferiora terræ*, i. e. ut priùs quoque retuli, carnaliter & vivunt, & docent, *partes vulpium fieri*, h. e. pessimorum dæmonum: & hos in illis *foveas sua habere*, juxta mysticum videlicet verborum Christi *d*, sensum. Subdit, alligatas caudis vulpes, quæ Philistheorum segetes incendant (simile quid Ovidius memorat, *e*) esse confutatas Adversantes inter se propositiones hæreticorum: eos qui rident construentes mœnia orthodoxæ doctrinæ, quasi possint a vulpibus dirui, esse, qui putent falaciis dialecticis & calliditate sermonum everti facilè posse. Herodem postremo propter fallacem calliditatem nominatum esse *vulpem*. Attigit hæc omnia simul Hilarius hoc loco. Augustinus, Hieronymus, Ruffinus, Cassiodorus & alii, nec non Aponius *f*, illud de Herode atque etiam de Cæsare; ita ut Judæi repellentes agnum Christum verum regem, reges vulpes elegerint timidos & imbelles, simulque astutos & læves, ut sunt vulpes. Sed labitur Aponius memoria, quum ait Herodem qui *vulpes* appellatus est à Christo, illum fuisse qui occiderat infantes, Celebratur ab Epiphanio *g*. Isidoro *h*, Oppiano *i*, Alberto *k*, Glyca *l*, Michaele Hero, simulata vulpis mors, ut tamquam ad cadaver advolantes capiat aves. Climacus *m*, simulationem somni vocat. Addit Michael Herus, quem citat Scholiastes Epiphanii, in argilla rubra priùs volutari & inquinari, ut vulnerata videatur & cruenta. Unum reperio Arnobium qui vulpem propanat imitandam. Docet moraliter, quum Dæmones quærunt animas nostras, & preveniunt usque *ad inferiora terræ*. i. e. corporis nostri; gladio verbi DEI concidendos esse velut in partes; has autem partes tamquam vulpium esse, quia vulpes tam astutè agunt, quemadmodum ex Physiologo recitat, ut non solum suas partes non perdant, sicut canes, & aves, sed & alienas, ut lupi, occultè diripiant; ita & castitatis amatori faciendum, ut non solùm suam servet, sed eos quo dæmon prædatus est, arte qua potest quasi astutus eripiat, & has partes castitas comedat, & consumat. Hac ratione cum vulpe vulpinari licet, & vulpinem esse, ut Varroniane & Apulejane loquar, quod βαττακίζειν Cyrenæi dicebant Aristophanes, in Vespis, ἀλωπεκίζειν πρός ἕτερον ἀλώπεκα. Quod vulgo fertur & affirmat Ambrosius *n*, atque citatus ameante Isidorus, solam vulpis utilem pellem, ut plurimum ita est, indeque ducitur similitudo ad hypocritas, qui,

Astutam o, *servant sub pectore vulpem*;

Vel, à tergo illam Archilochi *p*, quorum sola laudabilis externa facies est. At prodit Galenus *q*, autumno quando nutriuntur uvis, palato gratissimas haberi, atq; in Græcia hæsitari à venatoribus. De Bœotis testis Aristophanes *r*, id universè sensisse Mnesimachum Athenæus *s*. Constat etiam ex Plinio *t*, plures alias ex eo animali utilitates capi ad medicinas, quæ de re plura Gesnerus, quem citavi. Ad vafriciem spectat vulpis etiam, quod, ut Bernardus *u*, scribit post alios, ita sua confundat vestigia, ut qua vel intret, vel exeat, non facilè queat ab homine deprehendi; quumque peteat opus, non appareat

auctor.

auctor: Adjice ex Oppiano tot facere foramina & aditus, ἑπταπύλους δ' ἰμῦς, ut minus facilè à venatoribus illaqueentur: & Aristomenes Messenius à Lacedæmoniis captus, ut scribit Plinius *a*, Pausanias *b*, Polyænus *c*, evaserit, angustos vulpium secutus aditus. Denique numquam mansuescere dicitur vulpes: quod Aponius *d*, ad auctores accomodat Hæreticorum, qui etiam capti & victi, numquam, inquit, redeunt ad salutem. Tali sunt etiam hypocritæ ingenio, quos acerrimè insectatus est. Christus supra peccatores alios, & gravissimum supplicii genus vocavit *parte habere cum hypocritis e*, quasi diceret, cum vulpibus, & cum iis qui videri, non esse, voluerunt boni, nec nisi *ad oculum servire f*. Quamquam Calpias, Amyntas *g*, apud Ælianum *h*, vulpes tradit cicures ut caniculas esse. Dicunt nominis Græci ἀλώπηξ etymon esse, παρὰ τὸ ἀγῶ τὸ πλανῶ *decipio*, & ἀλ' ὠπός, qui est *vultus facies ve*, & παίζω, *illudo*.

Aristomenes Messenius, à Lacedæmoniis captus, angustos vulpium secutus aditus, evasit. Vulpes numquam mansuescens.
a *lib.* 11. *c.* 38
b *in messen.*
Hypocritar. ingenia.
Gravissimũ supplicii genus partem habere cum hypocritis.
c 2. *Stratag.*
d *l.* 4 *in Cant.*
Vulpes cicures ut caniculæ.
Ἀλώπηξ,
e *Matth.* 24. 28. 51.
f *Eph.* 6. 6.
g *in mansion*
h 17. *de animal. c.* 17.
Sensus loci.

Vers. 12.) Rex verò lætabitur in DEO, laudabuntur omnes qui jurant in eo, quia obstructum est os loquentium iniqua.

JAm demum de hostium strage tutus ac lætus, deque sibi promisso regno certus, declarat quantam sit percepturus inde lætitiam, sed in DEO, quo solo auctore tanta proveniunt bona, cujusque adeo singularem experiatur nunc etiam benignitatem. Ait præterea illos in eodem DEO cum laude ipsius gloriaturos, qui quum jurandum erit, non per aliud quàm ejus jurabunt numen nomenque, utpote qui talem se colere Deum sciant, qui suos possit ac velit contra hostes juvare, istos profligando & delendo, illos liberando atque beneficiis afficiendo. Lætitiæ etiam ait esse caussam, quòd tandem deprehendum sit & evulgandum, quàm falsa crimina hostes objecerint, quàm inaniter sibi de illo victoriam promiserint, quàm in contrarium ipsis cuncta cesserint. Posset præterea si juramentum, *in eo*, in ipsomet rege intelligas, non in DEO, ut Euthymio, Nicephoro, Basilio, Theodoreto, placet, hic sensus esse, ut laudetur quisquis in rege Davide in quo dum Saul viveret, nemo audebat, jurare verit, vel optando sibimet eam fœlicitatem, quæ obvenerit Regi: aut ut laudetur, glorietur, compos votorum fiat qui regi fausta precatus fuerit: quum nempe obstruetur eos eorum qui contra regem sunt locuti, & dum illi alii in posterum nec hiscere audebunt istorum liberè os aperiatur ad gratulationes, vota, acclamationes, aut quidlibet aliud, ritè ac justè jurando.

Mystica expositio.

Mysticè Rex intelligitur Christus qui lætaturus erat in Patre post resurrectionem: vel justus qui se bene regit, atque Sacramenta Dei & Christi immobiliter servat, & mentis ei obsequium inviolabile compromittit: hi quorum obstruatur os, aut Judæi post Christi resurrectionem, aut iidem atque omnes reprobi in futuro judicio, quando victa obmutescet iniquitas. Ad hunc ferè modum enarratores.

Rex verò lætabitur in DEO.) In Psalterio Romano, & apud Cassiodorum, *in Domino*. *Rex* David dicitur, quia jam designatus & unctus adhuc vivente Saule: &, si ad Absolonis tempora Psalmus referatur, in throno jam & possessione regni constitutus Chald. *in verbo Dei*: quod exponi potest de Christo; quamvis, ut dixi, per regem, Christum intelligant lætantem in Patre per resurrectionem, ut Hieron. & Cassiodorus. Non in hostium se lætaturum David morte dicit, ut Græci notant, quum luxerit mortem tùm Saulis *i*, tùm Absalonis *k*, sed in Deo liberatore. *Domine*, inquit alibi *l*, *in virtute tua lætabitur Rex*. De lætitia justorum dictum aliàs.

i 2. *Reg.* 1. 11
k *c* 17. 33.
l Ps. 20. 2.
m *Ps.* 33. 3.

Laudabuntur omnes qui jurant in eo.) Græcè & apud Hieronymum ex Hebræo in singulari, *Laudabitur omnis qui jurat in eo*, ἐπαινεθήσεται πᾶς ὁ ὀμνύων ἐν αὐτῷ. ישחלל בל הנשבעבו *jithhaliel chol hannisbahhbo*. Chaldæa paraphrasis dirimit homonymiam dum exponit, *in verbo ejus*: *laudabit omnis qui jurat in verbo ejus*: ubi etiam activè reddit verbum primum, quod Hebraicè significat actionem in seipsum, ut in alio Psalmo *m*, *In Domino laudabitur anima mea*, תתהלל נפשי *thithhallel naphsi*, *laudabit se*, *jactabit se*, *gloriabitur*. Sic ergo hoc loco, *laudabunt omnes*, aut *laudabitur omnis*, i. e. gloriabitur, laudabit se, jactabit se, felicem se prædicabit. Sed falsum est, ἐπαινεθήσεται mediæ vocis verbum esse, ut quidam *n*, notavit. Potest porro futurum pro optativo esse; quo pacto Apollinarius explicat:

n *Salmeron. to.* 1. *prolego.* 16. *p.* 382.

Ἀντάρκης Θεῷ αὐφι φίλῳ φρένα γηθήσειεν.
Cetera Rex DEO charum animum exultet.

Clemens *o*, quoque Romanus locum hunc de juramento divino intellexit.

o 7. *constit. c.* 4.

Qui jurat in eo. In auctore qui nomen habet Hieronymi, errore scriptum est, *qui sperant in eo*. Dixi æquivocationem tolli à Paraphraste, qui declarat de eo qui jurat in verbo Dei, quomodo Latini passim exponunt de his, nempe qui jurent vel in Deo, vel in Christo; necnon Clemens citatus paullo antè, & Apollinarius:

Πᾶς δ' ἐὸιὸ μνύεν & κλέος ἄφθιτον ἀνετὸς ἔσαι.
Omnis verò ei jurans gloria immortali laudandus erit.

Sed alii Græci de juramento interpretantur quod usurpari solebat *per salutem*, aut caput Regis *p*, sicut & Rex ipse quandoque jurabat *per thronum & regnum suum q*, quod Homerus *r*, Herodotus *s*, alii de aliis produnt. Placet magis prior opinio, ad quem revocari potest modus dicendi tertius, quem Felicis versio una insinuat, *laudabitur omnis adjuratus*, idest, qui adjurabitur per Deum. Jurare in Deo, vel in nomine DEI, & Domini, non differunt, sicut nec per Deum nomenve illius: licèt Cassiodorus notet non esse dictum per eum, ne crederemus imperatum, quod alibi vetitum est *t*: sed *in eo*, secundùm inviolabile mentis obsequium & promissionem, pro qua juramentum ponitur, ut ibi, *juravit u*, *Dominus*, &c. quum jurare per alium DEUS non possit. Sed juramentum quo pacto fiat à DEO, & nobis qua ratione prohibitum sit, aut licitum, docui alibi. In Apostolicis constitutionibus *x*, vetatur perjurium ac omne quoque juramentum, videlicet non necessarium, sin minùs, saltem ait Clemens, jura verum: quia *laudabitur omnis qui jurat in eo*. Non assentior Hugoni, apud Matthæum prohiberi juramentum per creaturas, non *per Deum* & *in Deo*, quamvis id Hieronymus in Matthæum significet. Nec etiam concedo Nysseno *y*, laudari dumtaxat etiam per ista verba simplicem asseverationem veritatis, adhibito, est, vel, non. Inclinant Patres maximè Græci in eam partem quæ penitus vetat juramenta ut excessum cohibeant. Sed hac de re aliàs. Quod Græcè est in Apocalypsi *z*, ὤμοσεν ἐν τῷ ζῶντι, Latinè redditur, *juravit per viventem*: nec apud Matthæum *a*, *jurare in templo*, *in altari*, *in dono*, *in auro*, valet aliud quàm per templum, altare, donum, aurum. Quemadmodum *spiritum Patris in aliquo loqui b*, vel *Christum c*, est loqui per illum, nam quod est in libro Numeror. *d*, *Num per solum Mosen locutus est Dominus? nonne & nobis similiter locutus est?* Græcè legitur utrobique sine præpositione in dativo μωυσῆ & ἡμῖν, Hebr. cum præpositione בְּמשֶׁה *bemoseh*, & בָּנוּ *banu*. Unde nec aliud etiam est *principium loquendi Domini in Osea e*, quàm per Oseam, & iterum nil aliud *jurare in sancto f*, quàm per sanctum. Denique in Evang. Matthæi *g*, *jurare per cœlum*, *per terram per Jerosolymam*, *per caput*. Græcè dicitur cum præpositione, ἐν τῷ θρόνῳ, ἐν τῇ γῇ, ἐν τῇ κεφαλῇ, & cum alia præpositione atque accusativo casu plur. εἰς Ἱερουσάλυμα. Ex Hebræo fuspicor immediatè convertentem Interpretem Græcum, imitatum phrases Evangelii Hebraici. Idem censeo de ista formula, quum dicitur quis *jurare Domino h*, quod sic Græcè & Hebr. dictum in dandi casu, nonnumquam Latinè vertitur *per Dominum i*, interdum & Latinè; *In Domino k*, Græc. κατὰ τῶν κυρίου. Qua in re Drusius *l*, perperam reprehendit inscitiæ interpretem nostrum. Modum jurandi Domino religiosum apud Hebræos, & solemnem tradere videtur posterior Paralipomenon liber *m*, *Voce magna in jubilo & in clangore tubæ*, *& in sonitu buccinarum*, *cum execratione in omni corde*, *quærendo eum in tota voluntate*.

Juramenti formulæ.
p. 2. *Reg.* 11. 1. *c.* 14. 19.
q *Judith.* 1. 12.
r *Iliad.* 1.
s *lib.* 4.

t *Matt.* 5. 34

u *Ps.* 109. 4. *ps.* 131. 2.

x *l.* 7. *c.* 4.
Juramentũ non necessarium prohibitum.
Juramentũ per creaturas, non per Deum & in Deo, prohibitum.
y *Hom.* 13. *in Cant.*
Penitus vitanda juramenta ut excessus cohibeatur.
z *c.* 10. 6.
Jurandi formula & phrases scripturæ.
a *c.* 23. 20. 21
b *Matt.* 10. 20
c 2. *Cor ult.* 3
d *c.* 12. 2.
e *Osea* 1. 2.
f *Ps* 88. 4 36. *Amos.* 4. 2.
g *c.* 5. 34. 35. 36.
h *Ps.* 131. 2.
i *Esa.* 19. 18.
k *Soph.* 1. 5. *l.* 9. *observ. c.* 10.
Inscitiæ malè reprehensus interpres noster.
Solemnis & religiosus jurandi Domino modus.
m *c.* 15. 14. 15
Laus promissa jurantibus in DEO, quid itè requirat in jurante.

Quocirca hic etiam laus promissa jurantibus in Deo, requirit in jurante similem religionem aut saltem conditiones illas judicii, reverentiæ, veritatis, nec arbitro ve-

rum quod Hugo docet, si hoc minimum laudatur multo fortius & majora laudari, ad eum modum quo parva improperantur in illa sententia Judicis *a: Esurivi & non dedistis mihi manducare*, &c. Quidquid sit de hac tententia, non censetur minimum quid opus illud religionis, præsertim si comprehendat reliquum cultum DEI, quod in juramento, ut vocant, fidelitatis, ac in abrenuntiatione in Baptismo facta continetur, prout ferè ceteri enarratores volunt.

a Matth. 25 35-57.

Addit Folengius vota quæ nuncupantur à religiosis DEO.

De generali Christianorum quasi juramento, quo se obligant Christo, velutique jurant & statuunt custodire *judicia justitiæ illius b*, deque laude ac gaudio sic jurantium, & confusione pœnaque nolentium jurare: extat Esaiæ *c*, egregium testimonium; *Ecce servi mei laudabunt præ exultatione cordis*, &c. *vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione spiritus ululabitis; & dimittetis nomen vestrum in juramentum electis meis* (ut imprecari volens dicat, sic te vel me perdat DEUS, ut Judæos; vel, ut dicamur Judæi aut Israelitæ secundùm spiritum, & populus DEI) *& interficiet te Dominus Deus, & servos suos vocabit in nomine alio* (ut vocentur Christiani) *in quo qui benedictus est super terram, benedicetur in DEO, Amen*, (qui baptizatus est, benedicetur in DEO vero, quod LXX. vertunt *benedicent Deum verum*, ἐυλογήσουσι τὸν Θεὸν τὸν ἀληθινὸν) *& qui jurat in terra, jurabit in DEO, Amen*, (μνεῖται τὸν Θεὸν ἀληθινὸν), *juravit DEUM verum*; ubi etiam apparet nullam esse differentiam inter jurare Deo, Deum, in Deo vel in Deum, ut priùs monui) *quia oblivioni tradita angustiæ priores*, &c. Subdit Propheta descriptionem ingentis gaudii in populo illo sic jurante, & Deum verum videlicet tali ritu, qui cetera comprehendat, colente.

Christianorum generale quasi juramentũ quo se obligant Christo.

b *Ps.* 118. 106.

c c. 65.14.15 16.

Jurare Deo, Deum. in Deo, in Deum idem.

Hilarius *d*, tractans eum locum; anne ambigitur, inquit, quis juretur à Christianis? quis benedicatur? per quem nomen Christianorum benedictum sit? omne os credentium te Christe, DEUM loquitur; omnium credentium fides te Deum jurat, Deum verum esse confiteus, Deum verum esse prædicans. Quare *jurare in Deo* sive Christo non est solùm vocare rei alicujus affirmatæ testem, sed ei se devovere; & quod solent milites, fidelitatis ei Sacramentum offerre, militiam Christianam profiteri, inter Christianos censeri, & Christianè vivere. In hoc sensu juramentum sumsit ipse met David & verbis antea indicatis *e: Juravi & statui custodire judicia justitiæ tuæ*: & istis aliis *f*, *Sicut juravit Domino, votum vovit Deo Jacob*. Idem valet alter Esaiæ *g*, locus; *In illa die erunt quinque civitates* (plurimæ) *in terra Ægypti* (ibi ubi tot quondam etiam monachi, & alibi per universum mundum tot Christiani) *loquentes lingua Chanaan* (lingua sacræ Scripturæ, doctrina quam tradiderunt discipuli Christi qui erant Judæi) *& jurantes per Dominum exercituum; civitas Solis vocabitur una* (divini Solis lumine illustrata.) Ex eodem Propheta *h*, similis adhuc sententia; *In memetipso juravi* (DEUS loquitur) *egredietur de ore meo justitia verbum* (evangelicum quod justificat) *& non revertetur, quia mihi curvabitur omne genu*, & *jurabit omnis lingua* &c. *in Domino justificabitur & laudabitur omne semen Israel*. LXX. habent quidem ὀμεῖται πᾶσα γλῶσσα; sed videtur Paulus *i*, ad eum alludens locum *jurandi* verbum per confitendi exposuisse. In epistola verò ad Romanos Græcè additur *cœlestium & terrestrium & infernorum*.

d 5 *de Trin.*

e Ps.118. 106

f Ps. 131.2.

g c. 19. 18.

h c. 45.23. 24. 26.

i Rom.14.11 Phil.2.10. 11

Λέχθηται γὰρ, ζώ ἐγὼ λέγει κύριος, ὅτι ἐμοὶ κάμψει πᾶν γόνυ, ἐξομολογήσεται πᾶσα γλῶσσα τῷ Θεῷ. *Scriptum est enim, vivo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur* (flectêt nempe se) *omne genu*) *cœlestium & terrestrium & infernorum*] tum subditur καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται τῷ Θεῷ, *& omnis lingua confitebitur DEO*. Videntur ex epistola ad Philippenses illuc translata vocabula *terrestrium, cœlestium & infernorum*. Quamquam loquatur Apostolus priore præsertim epistola de judicio generali, quando cuncti boni, mali angeli, homines veluti genu flexo adorabunt eum, confitebuntur illius divinitatem, sententiam ejusdem excipient; & *laus erit unicuique ab ipso k*, qui merebitur illam.

k 1.Cor. 4.5

Hæc igitur omnia quæ dixi, per juramentum *in Deo*, licet hic intelligere: quamvis non propter vim phrasis Hebrææ, qua, ut multis exemplis docui, non plus importatur jurare *in Deum*, quàm *per Deum*, etiamsi Latina Adicendi forma majorem fortassis habeat emphasin, nempe *jurare in DEVM, ejusque verba*. Divinantes aliqui nomen illud DEI אלוה *eloha*, vel אלהים *elohim*, ab אלה *alah*, quod est *jurare*, sive affirmando, sive execrando, colligunt in omni juramento nomen DEI aliquo modo includi.

In omni juramento nomen DEI aliquo modo includi. Tẽpus pro tempore positũ sæpè.

Quia obstructum est os loquentium iniqua.) Hieronymus, *Obstruetur os loquentium mendacium*. Hoc significat שׁקר *sceker*, tempus autem pro tempore sæpè ponitur. Chaldaicè tribuitur DEO (*quoniam præfocabit os eorum qui loquuntur mendacium*,) quod Nebiensis tamen interpretatur, *claudentur ora*, &c. *Muta fient labia* l *dolosa; impii in tenebris, conticescent m*, coram Judice Christo, qui ut ovis *coram tondente se obmutuit* n, *ita ut miraretur præses vehementer* o, *vestem non habens nuptialem* obmutescet *p*; *omnis iniquitas oppilabit os suum q*. Rectè omnino qui abusus est officio linguæ orisque, non *ponendo ori custodiam, & ostium circumstantiæ labiis*, neque *custodiendo vias ne delinqueret in lingua* r, *camo* B *fræque* constringitur *s*, *obstruitur illi os*, & fauces præfocantur. Accusatores etiam justorum, diaboli projicientur, ne in judicio accusent Sanctos *t*: improbi verò nihil pro se respondere poterunt. Sed & hoc ipso tempore *benefacientes obmutescere faciunt imprudentum hominum ignorantiam*, qui detrahebant de illis *tamquam de malefactoribus u*: facit is etiam qui *in omnibus seipsum præbet exemplum bonorum operum, ut is qui ex adverso est vereatur, nihil habens malum dicere de illo x*. In inferno nihilominus Deum reprobi semper *blasphemabunt, commanducando linguas suas, præ doloribus, & vulneribus suis numquam agendo pœnitentiam y*.

l Ps.30. 19.

m 1.Reg.2.9

n Esa. 53.7.

o Matt. 27. 14.

p c. 22. 12.

q Ps.106.42.

r Ps. 38. 2. ps. 140.3.

s Ps. 31. 9.

t Apoc. 12.

u 1. Pet. 2. 12. 15.

x Tit. 2.7.8.

y Apoc. 16. 10.11.

PSALMUS

SEXAGESIMUS TERTIUS.

In finem.

1 Psalmus David.

2 EXaudi DEUS orationem meam quum deprecor: à timore inimici eripe animam meam.

3 Protexisti me à conventu malignantium: à multitudine operantium iniquitatem.

4 Quia exacuerunt ut gladium linguas suas: intenderunt arcum rem amaram, 5 ut sagittent in occultis immaculatum.

6 Subitò sagittabunt eum, & non timebunt: firmaverunt sibi sermonem nequam.

Narraverunt ut absconderent laqueos: dixerunt: Quis videbit eos?

7 Scrutati sunt iniquitates: defecerunt scrutantes scrutinio.

Accedet homo ad cor altum, 8 Et exaltabitur DEUS.

Sagittæ parvulorum factæ sunt plagæ eorum:

9 & infirmatæ sunt contra eos linguæ eorum: Conturbati sunt omnes qui videbant eos:

10 & timuit omnis homo.

Et annuntiaverunt opera DEI: & facta ejus intellexerunt.

11 Lætabitur justus in Domino, & sperabit in eo, & laudabuntur omnes recti corde.

Titulus & Argumentum.

In finem.

Vers. 1.) Psalmus David.

Cur magis spiritualis habendus hic Psalmus Græcorum canon, Psalmos qui nihil novi habeant in titulo, simile præcedenti continere argumentū. Psalmi argumentum. Typus ejusdem, interpretationes variorum, & adaptationes.

DE titulo nihil est quod dicatur, tam simplex est & communis. Quo magis Hilar. & Cassiod. spiritualem notant hunc habendum psalmum Græcor. etiam canon est, Psalmos qui nihil novum habeant in titulo, simile præcedenti continere argumentum.

Orat itaque David contra persecutionem Saulis; sub hoc autem typo ea intelligitur quæ contra Christum & ejus membra excitatur, non tantùm vi ferreque sed etiam dolis, fraudibus, falsis criminationibus, à quibus divina speret potentia liberationem cum triumpho; ita ut ipsimet suis hostes telis confodiantur, ac terribile de se cunctis præbeant spectaculum hominibus, augeatur Dei timor apud malos, boni, DEI prædicent judicia, gloriam ejus illustrent, gaudeant de ejusdem justitia & bonitate. August. docet, Domini passionem commendari maximè in hoc psalmo; martyribus tamen etiam & aliis tentationem patientibus à diabolo atque ab hominibus, convenire. Cassiodorus hunc ait esse Psalmum sextum ex iis qui passionem Domini resurrectionemque brevi relatione contingunt. Hilarius vult & de Christi passione Psalmum esse, sive de Judæorum in eum conspiratione, & de Apostolorum prædicatione, qua veluti vulneraverint eos, qui nullam justæ persecutionis causam contra ipsos habebant; & generaliter de persecutione, quam philosophi, hæretici, avari, ambitiosi, voluptuosi, moveant contra justos. Athanasius Marcellino quidem proponit recitandum Psalmum adversus quolibet, qui nobis insidias machinentur, perniciemque sperare jubens, fore ut sint imbelles ac invalidi tamquam puerorum ictus ipsorum: sed in Commentario psalmorum qui citatur in Catena Nicetæ Heracleensis, ait cani psalmum à Davide ex persona Apostolorum, orantium liberari ab hostibus prædicationis Evangelicæ, atque prudenter exponentium insidias sibi à Principibus Judæorum factas, & quanta subierint pericula propter pietatem ac fidem in Christum.

Marcellino ad quid propositus Psalmus.

In officio Apostolorū Psalmi hujus recitatio.

Recitans Ecclesia in officio Apostolorum psalmum istum, satis indicat non de persecutione tantùm quam sint Apostoli à Judæis passi, sed ab aliis quoque illum intelligere. Quapropter minùs profectò verisimilis opinio R. Salomonis, & antiquorum aliorum Hebræorum, & Midras thehillim, quam sequi Lyran. videtur, & Ayguanus, de Daniele sermonem esse, qui fuit de semine David ac semine regio, ut insinuatur in historia Regum *a*, & erat conjiciendus in lacum leonum, indeque mirabiliter liberandus. Vocat Valentia ineptam, extortam valde litteræ dissonam expositionem, quæque faciat injuriam prophetæ Davidi. Quamquam Ayguanus & Petrus de Harentals, interpretentur allegoricè per Danielem, *virum desideriorum b*, Christum, qui vocetur ab Aggæo *c*; *desideratus cunctis gentibus*, & morti traditus est *per invidiam d*, in agonia verò Patrem oravit *e*.

a 4. Reg. 20. 8. Dan. 1, 6.

b Dan. 9. 23. c 6. 2. 8. d Mar. 15. 10. e Matt. 26. 42. Luc. 22. 44.

Vers. 2.) Exaudi Deus orationem meam, quum deprecor; à timore inimici eripe animam meam.

Sensus loci.

SEntentia facilis; precatur enim enixè se in tantis constitutum periculis exaudiri ac liberari ab ingenti timore quem ex minis & machinationibus inimicorum conceperat, vel, ne timeat quidem illos. Petit Christus ut homo, ne timor eum impediret à complenda dispensatione passionis, inquit Cassiodorus: martyr, ne timori atque tormentis cedens, negaret Christum, ait Augustinus: quivis fidelis petit, ut notat Hilarius, ne periclitetur fides nostra, spesque, ac ne subrepentium illecebrarum æstu absorbeamur, & incautam securitatem hostis in speculis positus incurset, contra quem vigilandum in oratione: ut DEUS semper oratus exaudiat, nosque ab his quæ timemus etiam antequam ingruerint, & quorum dominatum formidamus, eripiat,

A *Exaudi DEUS orationem meam.*) Hieronymus, *Audi Deus vocem meam, Vocem* quoque habent Biblia Complutensia, & Regia, & Psalterium Gallicanum. Sic etiam textus Hebræus קולי *koli*, & multi libri Græci, φωνῆς μου, quo pacto item videtur Euthymius legisse. In emendatis Græcis est τῆς προσευχῆς, quam lectionem secuti sunt Basilius ac Theodoretus: Apollinarius item expositit ἱκεσίαν, *supplicationem*. Vox quam petit exaudiri, vox orationis est ac supplicationis. Auctor speculi peccatoris apud Augustinum *f*, legit, *deprecationem*.

f c. 7. tom. 9.

Quum deprecor.) Hieronymus, *loquentis*, est בשיחי *beschichi*, vel *in oratione* seu *locutio mea*, vel *in me loqui*, & *orare*, h. e. dum loquor & oro, sive dum narro afflictiones & labores meos. Potest שוח *sciath*, verbum esse aut nomen; & hoc significat *quemvis cordis* aut *oris sermonem*, *disputationem*, præterea, *colloquium, preces, querelas obmurmurantis ac mussitantis apud se, negotium, occupationem*. In Hilarii textu, & in quibusdam libris Augustini, & apud Cassiodorum, & Dionysio teste, nec non Fabro in translatione Romana, licèt nunc non extet, in Psalterio Ecclesiæ Vaticanæ legitur, *quum tribulor*. Potest eam notionem ferre vocabulum dictum Hebræum, & δ' ἑσθεν non solùm est *orare*, sed etiam *egere*. Sed non significat *deprecari*, contrarium ejus quod quis antea precaretur & optaret, precari, nempe pro carnalibus spiritualia. Notat id Hugo. Moneo, ne id exactè verum putes.

Δεῆσθαι *Deprecari*, non hic est, contrarium ejus quod quis antea precaretur & optaret. *Anima* pro *vita*.

A timore inimici eripe animam meam.) Hieronymus, *serva vitam meam*, id valet חון *chaji*. Sed *anima* sæpe pro *vita* sumitur. Quamquam pro anima rationali, & ejus salute, cui diabolus per se perque alios insidietur, multi accipiunt: aliqui de vita, cujus timebat Christus jacturam, quum cœpit pavere *g*, tædere, &c. Velle *eripi à timore inimici*, vel innuit jam præsentiam sævientis inimici, qui nocere possit, vel desiderium, ne quidem facultas detur inimico accedendi, ita ut liberetur quis timore atque suspicione. Nam præpositio מין *min* (*à*) vel (*ab*) hanc vim etiam habet, ut sententiam trahat ad negationem. Vix est qui sit, omni liber timore; sed beneficio DEI non timet justus mala, quoniam secum illum habet *h*. Non placet, quod ait Hugo, petere Davidem liberari *à timore inimici*, hoc est, ab eo quo corripitur is qui est inimicus DEI, timetque paupertatem, tribulationem, ægritudinem, eos qui *occidunt corpus i*, nec *in flagella* parati sunt *k*. Timor qui ab inimico est, non qui in eo, intelligitur.

g Marc. 14. 33.

Justus non timet mala, quia Deum secum habet. Hugonis impropata expositio.

h Psal. 22. 4. Psal. 16. 3. Prov. 28. 1. *i* Matt. 10. 28. *k* Ps. 37. 13.

Non libenter lego vel audio tropologias quantumvis veras bonasque, nisi cum sensu litterali aptè congruant. Multo minùs recipiendi qui de Daniele in leonum lacu petente servari vitam sibi, ut antea monui, interpretantur. Auctor speculi peccatoris, de quo priùs memini, locum hunc ad timorem illum accommodat quem de communi adversario diabolo morientes ut plurimùm experiuntur, sicut & Martinus, cujus quoq; affert exemplum. Certus esto, ait ille, quòd timor hujus horrendæ bestiæ omne genus tormentorum superat, plusquam in hoc mundo cogitari queat. Quod propheta pavidus expavescens, ad orationem confugit, dicens; *Exaudi Deus deprecationem meam quum deprecor, à timore inimici eripe animam meam*. Non dicit, à potestate, sed *à timore*; Quare? ad insinuandum quàm maxima jam sit pœna, quàm horribilis, quàm intolerabilis sit terror ipsius inimici. Heu heu frater mi, si talis & tantus tremor est animæ peccatrici ex solo Satanæ visu, quanta confusio quantusque horror, quanta afflictio, quanta lamentatio erit ejus consortium? Omnia sunt dicti Auctoris.

Loci accōmodatio.

Timor horrēdæ bestiæ i. e diaboli, omne genus tormētorum superans.

Athanasius in Catena Nicetæ Heracleensis, ait orare hìc Apostolos eorumve in persona Davidem, ut liberentur ab hostibus prædicationis Evangelicæ, ac prudenter exponere insidias sibi à principibus Judæorum factas, & petere ut sanet mentes suas, ne metuant insultus illorum: simile autem esse illud ex Actuum *l*, libro, *Et nunc Domine respice in minas eorum, & de servis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum*. Sicut Deus ipse appellatur *timor* à Jacob *m*, sive *timor patris sui Isaac*, nec defuere qui *DEUM* à δέος, quod *timor* est, vocatum dicerent, quia *primus in orbe timore Deos fecisse* dicitur, sed non nisi honestus laudabilisque convenit DEO timor, i. e. ur ex virtute timeatur: ita è contrario posset diabolo *timoris* nomen tribui, quum scilicet solâ formidine pœnæ

l c. 4. 29.

m Gen. 31. 42. 53. Dei etym.

Timoris nomen ut potest diabolo tribui.

odit quis peccare, quem dicunt serviliter servilem ac mundanum timorem.

Pavoris, Palloris, & timoris cultus.

Pavorem & Pallorem Tullus Hostilius figuravit coluitque teste Livio *a*, Augustino *b*, Lactantio *c*, Minutio *d*, Timorem sive formidinem φίβον Lacedæmonii, ut refert Plutarchus *e*, ei caput leoninum affingendo & constituendo prope triclinium, ubi Ephori tribunal habebant, ut essent hi ceteri terrori: quemadmodum scuto Agamemnonis, ut scribit Pausanias *f*, insidebat eadem forma Timor, cum inscriptione, HIC TIMOR EST HOMINUM, SED EUM GESTANS AGAMEMNON. Acutè Lactant. Quid de hoc dicam (Tullo Hostilio) nisi dignum fuisse, qui semper Deos suos, sicut optari solet, secum præsentes haberet, i.e. fautores? Quod ironicè dicit, quia pavor pallorque non possunt favere sed nocere. Cur & iniquitas Dea non sit vel externarum Gentium, ut ratiocinatur Aug. *g*, si pallor & pavor & febris, dii Romani esse meruerunt? irridens etiam Hostilium *h*, Hostilius certè rex, ait, & ipse novos pavorem atque pallorem propitiandos non introduceret, si deam istam nosset & coleret, præsente quippe fœlicitate, omnis pavor & pallor non propitiatus abiceret, sed pulsus aufugeret. Occasio Hostilio vovendi talibus templa numinibus fuit, quod commisso inter Romanos ac Vejentes prælio, nuntiatum esset Albanos desciscere, eamque obrem pallere & pavere Romanos videret. Unus verus Deus qui comprimit tete rrimos istos nominum affectus, quorum alter mentis territæ motus est, alter corporis, nec morbus quidem, sed color, inquit idem Augustinus *i*. *Timorem ejus* (hostis) *ne timeatis, neque p v atis. Dominum exercituum* (qui solent horrori esse) *ipsum sanctificate*, monet Esaias *k*; *ipse pavor vester, & ipse terror vester, & erit vobis in sanctificationem*. Interpretantur Esaiam Cyrillus, Basilius, Procopius, de Apostolis aliisque discipulis Christi, suadentibus ut gentes colerent illum, nec furorem persequentium timerent. Id non præmonuerat solùm jam prior Christus *l*, nempe ne eos qui *occidunt corpus* timeremus, sed postea Petrus *m*, Esaiam tantum non transcribens; *timorem autem eorum ne timueritis, & non conturbemini; Dominum autem Christum sanctificate in cordibus vestris*. Pollicetur autem Deus *n*: *Nullus stabit contra vos; terrorem vestrum & formidinem dabit Dominus Deus vester super omnem terram, quam calcaturi estis*.

g *sup. l. 4. c. 5.*
h *cap. 23.*
i *lib. 6. c. 23.*
k *c. 8. 12 13. 14.* Esaiæ loci interpretat.
l *Matt. 10. 28.*
m *1. ep 3. 14*
n *Deut. 11. 25.*

Vers. 3.) Protexisti me à conventu malignantium à multitudine operantium iniquitatem.

Sensus loci.

EX priùs percepto auxilio divinæ protectionis de futura spem se declarat habere, nec defuturam in posterum protectionem eamdem adversus conjuratos numero magno hostes, qui nihil nisi quomodo noceant communicatis inter se consiliis viribusque cogitant & moliuntur. De necatoribus Christi Judæis tam trita expositio, ut eam quoque ex Augustini Comment. recitet solemniter Ecclesia in officio matutino feriæ 6. hebdomadæ S. sicut feria 5. ex Comment. in Psalm. 54. Hi sunt vituli, tauri, canes, concilium malignantium, quibus David in eadem Christi persona circumdatum & obsessum conqueritur Psalm. 21. *o* Vallat nos etiam, & circumstat conventus multitudoque plurima inimicorum, internarum perturbationum, domesticæ carnis cum sensibus, externorum tùm hominum, tùm dæmonum. Opus *circumdante nos scuto veritatis divinæ p*; atque sumi debet in omnibus *fidei scutum q*: vitanda diligenter societas improborum: nec effugi contagium tantum sine protegente potest DEO. Usurpat hunc licet versum præsertim religiosis viris, ut Dionysius notat: à dæmonibus sunt tutiores, ab hominibus remotiores, etiam à domesticis qui solent esse magis intestini atque periculosiores inimici.

Hujus loci recitatio in Ecclesia.
o *v. 13. 17.*
p *Ps. 90. 4*
q *Eph. 6. 16.*
Hujus versiculi usurpatio apta religiosis viris.

Protexisti me.) Hieron. *abscondeme*. Hebr. verbum cum affixo תסתרני *thastbireni*, futuri temporis pro imperativo, sumi solet, in quo est etiam σκέπασον, quomodo legit quoque Basilius, Theodoretus, Euthymius, Nicephorus, præterea Psalterium Arabicum & Æthiopicum, quamvis in correctis Bibliis ἐσκέπασας, itaque Apollinarius exponat per ἔκρυψας.

A conventu malignantiu.) Hieron. *à consilio malignorum*. Est סוד *sod*, *secretum*, atque etiam, quia consilio secretum & arcanum necessarium est ipsummet consilium, ac deliberatio, & deliberantium consultantium-ve conventus. Vocem συσροφὴ Græci enarratores hic τύπημα exponunt coitionem conjuratoriam & conspiratoriam, præcipuè militarem. Opinatur Agellius de conjuratione, quam Absalon excitavit in patrem; hìc agi & in historia Regum *r*, pro σύντριμμα, legi debere συσσέμμα. Singularis opinio est, quum cuncti de persecutione Saulis velint hunc Psalmum esse; quod etiam Cajetanus probat, quoniam tractatur persecutio contra justum: eam vero quam Absalon movit, passus est David propter iniquitates suas. Deinde quid vetat conjurationem & conspirationem dici contra Davidem jam designatum regem à Deo; vel etiamsi hoc aut nescirent, aut non cogitarent curarentve conspiratores, contra principem Sauli quidem subditum, sed innocentem, adeoque bene de Republica Regeque ipso Saule meritum? Postremò, etsi correcta Biblia, cui Agellius rei operam quoque naviter contulit, pro σμακεμέγοις restituerint συσρεφολένοις tamen σύντριμμα reliquerunt. Utroque in loco est Hebræum vocabulum קשר *kescer*, & קושר *koscer*, quæ *colligationem, torquem, conjurationem* aut conjurantem & sese cum alio colligantem significant. Verùm quia σμμετειβης, Hesychio teste, dicitur, qui conversatur & commoratur cum aliquo, posset ipsa conversatio, & commoratio, qui conventus hoc loco dicitur, etiam σύντειμμα dici, atque pro conjuratione usurpari. Si autem ῥύντειμμα *contritio* exponatur, ad hanc tendit conjuratio, & τὸ συσρεμμα, *militum agmen ordine compositoprogredientium impressionemque facientium*. Hoc obiter de alieno loco.

Συσροφὴ
De conjuratione Absalon in patrē loci interpretatio, minus accepta. Lectio in hist. Regum correcta.
r *l. 2. 15. 22.*
Συντειβὴς.
Σύσρεμμα
Σύντριμμα.
Ad nomen *conventus* allusio.
s *Ser. 127.*
Lepida Grevæi descriptio diaboli, Abbatis personam in suo conventu gerentis, & quomodo.

Distinguunt Hugo & Grevæus *s*, alludentes ad nomen *conventus*, ut de religioso cœtu dicitur, ad conventum Dei, diaboli, mundi, & lepidè Grevæus ostendit, quo pacto diabolus Abbatis in suo conventu personam gerat, & qui sint monachi nigri, qui albi, qui Canonici regulares, qui ministri alii, qui cantus, & similia. Tolerari ac permitti hæc possunt, salva ea reverentia quæ personis debetur sacris, ac venerando statui hominum Deo devotorum, & quibus talia placent, indicasse sit satis.

A multitudine operantium iniquitatem.) Hieronymus, *à tumultu*. Alii, *à commotione, à fremitu, à congregatione, à societate*, sed in multitudine tumultus est. Parum differt רגתה *rigsciah* à רגש *reghes*. De hoc dictum Psalm. 54. t. *In domo Dei ambulavimus cum consensu*: Hieronymus, *in terrore*. Alii, *in una societate, in multitudine populi*. De verbo רגש *ragas*, actum etiam Psalmo 2. u, *quare fremuerunt gentes*, ἐφρύαξαν: nec enim coiri à multis potest sine strepitu.

t *vers. 15.*
u *vers. 1.*

Vers. 4.) Quia exacuerunt ut gladium linguas suas, intenderunt arcum rem amaram.

Vers. 5.) Ut sagittent in occultis immaculatum.

Sensus loci.
x *vers. 5.*

INimicorum, à quibus ut protectus antea fuerit, sic se protegendum speret deinceps & optet, arma dicit esse sagittasque, quemadmodum jam dixerat Ps. 56. *x*, *dentes* & *linguam* pro gladio acuto, ut citiùs, certiùs, magisque lædant; quod est parata & meditata habere verba, quibus innocentem accusent & calumnientur, nihil tale cogitantem, nihil tale commeritum, nihil tale prospicere aut cavere valentem, quo solent modo aucupes magno silentio valdeque tectè ad prædam capiendam arcum intendere. Quæ res ut avibus amara tristisque, sic misero innocenti, qui sic impetitur accidit utpote, mortiferas imprimens plagas.

De Judæis Christum ad mortem appetentibus loci interpretatio; y *Matt. 15. 25* Evangelistarum conciliatio.
z *Luc. 23. 44* Thearidæ gladium exacuentis acutum responsum.
a *in apoph. Lacon.*

Non est difficile hoc de Judæis Christum ad mortem appetentibus, falsis tum criminibus, tum testibus, & importunis clamoribus intelligere cum Augustino & aliis. Et Augustinus quidem ita Evangelistas conciliat quum unus crucifixum scribit Christum hora tertia *y*, alius ferè hora sexta *z*, quasi scilicet hora tertia Judæi dicendo *crucifige, crucifige*, milites hora sexta, manibus propriis. *In acutie gladii* acutissimè calumnias excogitatas, ne viderentur injustæ: *in arcu*, qui ferit eminus, insidias, & alienam operam, qua inficerent: *in gladio*, qui cominus, criminatricem linguam Thearidam Plutarchus *a*, memorat, quum gla-

gladium exacuens rogaretur *an esset acutus*, respondis- Actione versuum usque ad nomen, *immaculatum*.
se, ὀξύ τερον βολῆς, *acutiorem quàm calumniam*. Transferri possunt eadem ad quemlibet alium justum similia patientem. Videnturque de tota hac figurata dicendi formula satis multa dicta in illo Psal. 56. nec non in 10. *a*, ubi præterea habetur affinis isti sententia *a quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, paraverunt sagittas suas in pharetra, ut sagittent in obscuro rectos corde.*

a *vers.* 3.

Hugo Tropologiam applicat ad iniquos & fraudulentos, causidicos atque litigatores. Athanasius refert ad verba quæ Apostolis à Concilio dicta sunt *b*, *præcipiendo præcipimus vobis ne doceretis in nomine isto*. Ait etiam, verba τῆς διαβολῆς, *calumniæ*, dici hoc loco *gladium* acutum: *linguam συκοφάντου*, similem *sagittæ*, quoniam lædat etiam absentes,

Tropologia b *Act.* 5. 28.

Quia.) Hilarius, *qui*, nec non Regia & Complutensia Biblia: cujus item lectionis meminit Lombardus, & congruit editioni Græcæ, ὅ τινες. Hebr. est אשר *asser*, quam particulam Bredembach. si advertisset significari quoque *propter quod*, *eo quod*, & ejusmodi alia, miratus non esset etiam in versione Hieronymi esse, *quia*. nec debuit Varlenius Hebraicæ veritati tribuere priorem tantum notionem: vel Jansenius aliam lectionem præferre. Chaldaicè habetur די *qui* utraque lectio eumdem facit sensum, sed retinenda nostra.

Exacuerunt ut gladium linguas suas.) Hieronymus, *linguam*, in singulari לשונם *lescionam*.

Intenderunt arcum.) Hieronym. *tetenderunt sagittam suam*, In Psalterio Gallicano & apud Gregorium *c*, atque in Bibliis Complutensibus & Regiis additur, *suum, arcum suum*: Græcæ, αὐτῶν, est etiam affixum pronomen Hebræum cum nomine significante *sagittam* חצם *chitsam*, licet Paraphrastes reddiderit *arcus suos* קתותמון *Kasuathebon*. Notavit ante Genebrardum & Agellium Euthymius Nicephorusque ad hyperbaton explanandum, non sagittas, sed arcum intentum interpretatos LXX. quia intenditur arcus propriè, sagittæ diriguntur, mittuntur, jaciuntur. Quamquam & Hebræum verbum דרכו *darechu*, verti potuit, *direxerunt*, & ad sagittas accommodari; quod & Apollinarius fecit:

c 19. *mor.* c.

Genebrardi annotatio.

ἔργα δ' ῥιγηλῷ πρέσαν παγεμοίῃ τοξεύ:
Opera autem horrendo projecerunt omnino simili telo.

Ubi τόξον pro *telo* sumsit, quod interdum significat, non tantum arcum, & non solum τὰ βαλλοντα, sed etiam βαλλόμενα, ut Eustathius, Hesychius, alii docent.

Rem amaram.) Hieronymus, *verbum amarissimum*, ita quoque Aquila, ῥημα πικρόν; Theodotio, λόγον. Simmachus, ἐπλήρωσαν τὸ τόξον ἐκ κυτῶ λόγου πικροῦ, vel λόγῳ πικρῷ, *impleverunt arcum suum sermonem amarum*, aut *sermone amaro*. Sumitur verbum λόγο דבר *davar*, pro *re*, & *sermone*. *Arcus* per appositionem *res amara* dicitur: quo pacto Arnobius exponit de sagittis in arcu amaro paratis. Amara res, hoc est, gravis, ac molesta, inquit Euthymius hujusmodi uti apparatu dolosæ calumniæ, ut in aperto quis laudet ac benedicat, clam & latenter conspiret atque maledicat. Paraphrastes *unxerunt sagittas suas veneno mortifero & amaro*, figuratæ locutionis vim expressit magis. Ex occultis amicorum insidiis exsistunt sæpe mala, tanto, inquit Augustinus *d*, amariora, quanto pax dulcior fuit (unde illud *e*, *qui mecum dulces capiebas cibos*, &c. & innuit allusionem Cassiodorus ad convivio exceptum Judam proditorem) quæ vera putata est, quum astutissimè fingeretur. Quum dulcia degenerant, amariora evadunt, & dulcibus rebus bilis intenditur. Jubet Paulus *f*, ut *viri diligant uxores*, & *nolint amari esse ad illas*. *Amaram gentem* vocat Abacuc. *g*. Quid tam amarum quàm occidere CHRISTUM? inquit Ruffinus. Judæ, qui laqueo periit; & Judæis, quos Romani partim interemerunt, partim in captivitatem perpetuam abduxerunt, mors CHRISTI admodum amara fuit: & hujus illis *memoria* nunc mortis *amara h*, est: *amarum reliquisse Dominum Deum suum abjecto timore illius i*; cujus quoque mortem *Angeli pacis amarè fleverunt k*; quemadmodum & Petrus, quod eum negavisset *l*.

Res gravis in aperto laudare, clam maledicere.

Ex amicorum insidiis malum gravius tanto quanto pax dulcior fuit.

Allusio loci.

d 19. *de civ.* c. 5.

Quum dulcia degenerant. amariora evadunt.

f *Col.* 3. 19.

g *Hab.* 1. 6.

h *Eccl.* 41. 1.

i *Jer.* 2. 19. & *Esa.* 33. 7.

k *Mat.* 22. 75

Ut sagittent.) Augustinus, *ut sagittarent*, sicut & Hieronymus. Nihil porro refert quod hinc novus Hebraicè versus inchoetur, ac in Biblica Latina distinguatur.

In occultis.) Hieronymus, *in absconditis*. Augustinus, *in abscondito*. Hilarius, *in obscuro*. Symmachus, κρυφῇ, *clam*, & *occultè*, idest, ex insidiis. In Ps. 10. *m*, *ut sagittent in obscuro*. Quid sibi velit relege commentarium; ibi enim est אפל *ophel*, & σκοτομήνη, hic autem מכתרים *mistharim*, & ἀπέκρυφα; quod adverbialiter exponit Apollinarius λαθρᾳ, *clam*, quæ fieri dicique *coram Domino n* dicuntur, justè ac rectè tùm fiunt, tùm dicuntur, & Deo favente, aspirante, annuente: contra quæ perperam & cum peccato, solent, *à Deo abscondita* vocari. Sic Psal. 16. *o*, vidimus *de absconditis adimpletum ventrem*, quosdam intelligere, peccatis plenum cor.

m *vers.* 3.

n *Gen.* 27. 7. *Num.* 32. 22. *Ind.* 16. 1. 1. *Reg.* 16. 6. *libr* 3. 45.

o *vers.* 14.

Immaculatum.) Hieronymus, *simplicem*, תם *tham*, ἀμεμῶν, de quibus dictum sæpius: & quo pacto talem se David verè nominare posset, sive innocentem, integrum sincerum, videlicet quod ad crimen objectum talem se sciebat esse, sive, ut explicat Apollinarius ἀναίτιον. Hilarius, mysticè nimirum agens, per *immaculatum* intelligit recens ablutum à sordibus, & maculis peccatorum, per baptismum, nondum dignum qui vocari absolutè sanctus, fidelis seu firmata fidei, & doctrinis spiritualibus eruditus atque justus, possit, nondum contra pugnacis linguæ arma certantem, sed simplicem & ex novæ nativitatis infantia tenerum, & quem sine metu contradictionis alicujus per rerum ignorantiam in obscuro positum vulnerare intento jampridem arcu facilius queant. *Innocens* quandoque pro rudiore ac simpliciore sumitur, ut quum dicitur, *credere omni verbo p*. Sed Græcè ἄκακος, & Hebraicè פתי *pethi* vocatur quasi *inexpertus mali*, & *quem facile fallas*. Non memini ἀμωμον תם *tham*, *immaculatum*, in ea notione de qua Hilarius; qui tamen Latini nominis hanc monet esse proprietatem. Ex pro videtur is etiam qui Hieronymus dicitur, mutuatus. Quod Augustinus de Christo tradit, qui solus absolutè nominari debeat *immaculatus*, acumen habet, ut nec tantum haberet maculæ quantum posset pungi à sagitta, utpote agnus immaculatus, totus immaculatus, semper immaculatus, non cui maculæ ablatæ sint, sed qui maculas nullas contraxerit, & fecerit multos immaculatos, donando peccata, ipse immaculatus, non habendo peccata. Fortassis ad *maculam* respexit, ut Latinè significat colorem notabilem in corpore differentem à reliquo ejusdem colore, quique quasi pro meta, scopo, signo, possit esse, in quod dirigi sagitta valeat,

Innocens pro rudiore ac simpliciore interdum.

p *Prov.* 14. 15

Vers. 6.) Subito sagittabunt eum, & non timebunt. Firmaverunt sibi sermonem nequam. Narraverunt ut absconderent laqueos, dixerunt, quis videbit eos?

Sensus loci.

DOcet, adversarios suos non modo ex insidiis, tectè clamque veluti ejaculaturos aut ejaculari solitos contra se calumniarum tela, sed & subito, derepente, ex improviso, præter expectationem, dum nil minus cogitare vel suspicari posset: idque sine ullo aut Dei, aut hominis, aut ullius legis timore quo retraherentur: quia obfirmato prorsus obstinatoque animo decrevissent exequi, quod semel concepissent, ac sibi proposuissent, & inter se disceptantes constituissent, insidias abscondere, sibi persuadendo neminem cogniturum, impediturum, ulturum, ne Deum quidem ipsum.

Subito.) Augustinus, *repente*, significat, ait Nicephorus, ἐξάπινα, idem quod τὸ ἀφανῶς, *occultè*, *obscurè*, *clanculum*, *repentinè*, *ex improviso & inexpectato*: quod ἀφανῶς etiam dicitur & ἀφανῶς, putantque alique ἐξ' ἰφνης tenui in aspiratam mutata factaque metathesi vocalis (ι) natum ex ἐξαπίνης. Quidquid sit, ἐξάπινα vix alibi quàm hìc reperiatur, & iterum apud Marcum *q*, quod reddit Interpres, *statim*. Posset exponi locus hic de comprehenso Christo tempore nocturno, veluti ex improviso, quum suos ad vigilandum cohortatus esset, ne incauti deprehenderentur *r*.

Ἐξαίφνης.

Ἐξάπινα.

q *cap.* 9. 8.

r *Mat.* 26. 38 40.

Sagittabunt eum.) Repentinus ad Christum cum impetu cohortis Juda duce ipsum osculante adventus, potest allegoricè dici *sagittatio*, quia sagittæ cito, improviso, valide percellunt, quando audis;

Allegoria. f *Æn.* 11.

Extemplo f *telis stridorem, auraque sonantes.*

Et non timebunt.) Merito à timore inimici & inimicorum

rum nihil timentium poscebat initio cripi animam suam, non pepulit à persecutoribus Christi timore non modo tanta priorum multitudo miraculorum, sed nec quod ille unico eos verbo dejecerit *interram* a, immo, quamvis facta sibi ab eodem potestate b, comprendere ipsum veriti non sunt c. Judex inquitatis Deum non timet & hominem non reveretur d, *nec est timor Dei ante oculos* improborum e; sed *illic trepidant ubi non est timor* f, ideſt, ub aut quomodo timendum non eiset. Diabolus autem *factus est ut nullum timeret* g.

a 1 Sam. 18.6.
b Ibid. 8.
c Ibid. 11.
d Luc. 18. 2.
e Psal. 35. 2.
f 5. 2
g Job. 41

Firmaverunt sibi sermonem nequam.) Hieronymus, *conforta venunt sibi sermonem pessimum*, ἐπρατταίωσαν, pro quo Symmachus, ὑπάρυσαν, *tenuerunt*. Futurum יחזקו *jechazzeku*, vertunt alii etiam in futuro, quidam in præsenti, & significat *confirmare*, *obfirmare*, *corroborare*, *confortare*. Sermo item pro re accipi potest, qui hoc loco est λόγος & דבר *davar*; & ita nonnulli vertunt rem malam. In aliis Psalteriis & apud Hilarium, & Cassiorum, *firmaverunt sibi verbum malum*: apud Arnobium, *affirmaverunt sibi verbum injustum*, apud August. *obfirmaverunt sibi sermonem malignum*. *Firmare sermonem* h, vel aliquid *sermone* i, vel, *pactum* k, alibi legimus addito etiam juramento l: præterea *cor* m, quod ultimum significat contumaciam & obstinationem mentis, ac veluti obdurationem, & cor induratum lapideumque, ut nec à facie Dei turbetur quis & *considerans eum timore sollicitetur*, nisi Deus, *molliat cor* n, & ablato lapideo det carneum o. Scribit de Christo Lucas p, quod *faciem suam firmavit ut iret in Jerusalem*, ἐστήριξεν. Syriacè אתקן *athkhan*, paravit; hoc est, certus omnino fuit illuc proficisci, recta tendere firmo animo voluit, noluit ullo metu, ullave ratione ab eo proposito revocari, magno & erecto animo iter aggressus est. Sic *firmare super aliquem oculos*, in Psalmo 31. q denotabat fixam & permanentem sine diversione protectionem. A tauris ductam existimat Maldonatus r metaphoram, qui quempiam quum obstinati aggrediuntur, vultum corrugantes obfirmant. *Obfirmare faciem contra aliquem* hoc sensu dicitur Deus s, ut perdat eum: Ezechiel t, etiam, *ad civitatem*: denique *vir impius procaciter* u, quod simul innuit sævitiam. Huic opposita dicendi formula *vultum in diversa mutare* x, nimirum facilè vel erubescere, vel fiect. Hoc loco Apollinarius expressit procacitatem consiliorum & sermonum.

h 3. Reg. c. 12
i Lev. 5. 4.
k c. 26. 9.
l c. 5. 4.
m Job. 11. 13.
n c. 23. 25.
o Ez. 11. 19. c. 26. 26.
p c. 9. 51.
Firmare super aliquem oculos, quid sit.
q vers. 8.
x in Lucam. Obfirmare faciem contra aliquem dicatur Deus. Phrases scripturæ
s Lev. 17. 10. t cap. 4. 3.
u Prov. 21. 26.
x 1. Reg. 1. 28.

ἓ μπεδον ἐ στήριξαν ἀναιδέα δ'νεσι μῦθον,
Solidè firmarunt procacem (seu impendentem) *consiliis sermonem*,

Sermo nequam Judæorū contra Christum firmatorum.
y Joa. 19. 15
z ibid. 9.
a Mat. 27. 25.

Verbum fermove nequam, quam firmaverunt Judæi sibi contra Christum, fuit pronuntiare eum mortis, negare *se regem habere*, *nisi Cæsarem*, repetitio verbi, *crucifige*, *crucifige* z, quæ repetitio cessit ipsis in malum, sicut imprecati sunt dicendo; *Sanguis ejus super nos & super filios nostros* a, ut Augustinus notat, Ruffinus, Cassiodorus, Remigius, Beda, uterque Bruno & alii. Glossa vero & Haimo eximant sermonem illum esse, quem protulit Caiphas, *expedire ut unus homo moreretur pro populo* b, quem aitè in memoria infixerint. Valentia interpretatur de tota deliberatione occidendi Christum, quam subito & in occultis mandaverunt executioni, quia die Mercurii consilium inierunt, & sequenti die captus est ab eis: feria sexta crucifixus.

b Joa. 11. 50.

Nativum Judæorum vitium, obstinatio, cervix dura, & alia.
c Actor. 7. 51.
d ibid. 51.
Judaizat quodammodo qui est in peccato pertinax.
e Joan. 8. 44.
f Eccl. 19. 19

Nativum Judæorum vitium obstinatio & cervix dura durissimaque frons, ærea & attrita, ut cum Stephano docui, dum illius concionem declararem c, deque immortali eorumdem egi odio in Christianos d. Judaizat quodammodo qui est in peccato pertinax; immo quod Judæis obstinatissimis objecit Christus e, *ex patre diabolo* est, desideria ejus perficere volens, hoc est, animæ propriæ interitum, in quem obvinatio demergit, fit autem nescio quomodo, ut malum verbum firmius hæreat in memoria, sive in nos prolatum, sive in alium, neque commoriatur f.

Narraverunt.) In Psalterio Romano, & apud Hilarium atque Arnobium, *disputaverunt*: in Gallicano, & apud Cassiodorum, *disposuerunt*. Retinuit Hieronymus, *narraverunt*, ex ויספרו *jesapperu*, futuri temporis, quod significat *commentari*, *ultro citroque colloqui*, *deliberare*, *consultare*, quod pro διηγήσαντο. Symmachus reddit ἐτεκμήσαντο, quæ idem prævalent. Appollinarius ἐσυνέψαντο, *consideraverunt*. Nicephorus συνεβούλευσαν, *consultaverunt*, quod Symmacho tribuit Euthymius. Non intelligitur ergo per *narrandi* verbum simplex narratio, vel historiæ recitatio & expositio; sed disquisitio, discrepatio, ratiocinatio, &c. quemadmodum & in Psal. 72. g *Sic dicebam*, *narrabo sic*, *ecce nationem filiorum tuorum reprobavi*. g vers. 25.

Ut absconderent laqueos. Augustinus, *muscipulas*. Græcè παγίδα singulari numero in Complutensibus ac Regiis libris, & Apollinarius, δίκτυον, sed pluralem habent emendati codices, & alii enarratores Græci, sicut & Hebræus textus כיוקשים *molescim*. Vidit Antonius tensos orbe toto Diaboli laqueos, & audivit ab humilibus evadi tantum posse h. Rectè nam Diabolus *Rex est super filios superbiæ* i; & ejusdem filii aliis pariter filiis seu fratribus suis eos tendunt. *Absconderunt*, ait David k, *superbi laqueum mihi*. Alieni videntur à superbo insidiarum laquei, & aperto potius Marte agere debere: tamen, quod paradoxum est, superbus, ignavus, pusillanimis, timidus. humilis è contrario audax, magnanimus, fortis; quia omnia hic potest in Deo, *qui confortat* l, solamque voluntatem Dei curat; ille se ipso nititur & reformidat, si res non succedat, confusionem atque vituperationem.

h Athan. in Anto.
i Iob. 41. 2.
k Psal. 139. 6
Superbi & humilis natura.
l Phil. 4. 13.
m vers. 85.

In Psalmo 118. m quod legimus, *Narraverunt mihi iniqui fabulationes*, ἀδολεσχίας, *exercitationes in sermone cum quadam delectatione*, ut Augustinus explicat. Symmachus interpretatur, ὑπώρυξίν μοι ὑπερήφανοι ὑπόγεια, *suffoderunt mihi superbi subterranea*: Aquila, ἔσκαλλόν μοι οὐπερηφανοι βρόχες, *scarriebant mihi superbi laqueos*. V. editio, ὤρυξαν μοι ὑπερήφανοι βοθύνους, *foderunt mihi superbi foveas*; quo ultimo modo etiam Hieronymus. Sic adeo multi pro *iniquis*, quos LXX. περκινομα *superbos* expositerunt. Hebraicè זדים *zedim*, & גרו *charu*, juxta propriam suam notionem, pro qua Lxx. διηγήσαντο. Hoc item loco possumus intelligere *absconditos laqueos & fossas* à superbis; & quod narrare dicuntur, innuere tensionem laqueorum ac fovearum. Sed *frustra jacitur rete ante oculos pennatorum* n, qui mentem ad Deum attollunt, seseque ad illum surrigunt & gloriam ejus quærunt: lege Bernardum o.

n Pro. 1. 17.
o Ser. 64. in Cant.

Dixerunt, quis videbit eos?) Cassiodorus & Arnobius, *nos*. Quod etsi pronomen omnes personæ ἀυτὲς ferre potest, non tamen Hebræum למו *lamo*. Porro cum παγίδες fœminini sint generis, prononen masculini, non potest hoc referri ad laqueos, multo minus ad laqueum παγίδα numero singulari: sed erunt verba dicentium de se ipsis in tertia persona, *quis videbit eos?* vel, *dixerunt*, idem est quod, ita omnino decreverunt tum David ipse ait; miratus vafritiem, ac nonnihil timens; *quis videbit eos?* sed sequentibus versibus responsum subjicit quo se ipsum consoletur. Augustinus, de muscipulis quas posuerat, in textu intellexit, *quis videbit eos?* & tamen Bredembachius & Genebrar. *eos* referri volunt ad laqueos, fortassis id etiam voluit Interpres Latinus de sensu magis quàm de constructione Græca curans. Latere putabant Deum & Christum Judæi persecutores Christi: & in errore tali versantur multi insipientes in populo, dicentes, *non videbit Dominus*, *nec intelliget Deus Jacob* p, quos refellit acerrimè alibi David q, & nos aliàs non semel. *Væ qui profundi estis cordi*, ait Esaias r, *ut à Domino abscondatis consilium*, *quorum opera in tenebris sunt*. Quem locum Hieronymus ibidem hoc nostro & similibus illustrat, & exemplis primorum parentum s & Cain t, & testimonio Amos u, & Psalmi 138 x. Convicti ac detecti occisores CHRISTI ab Apostolis, & hoc in suo Consilio confitentes y, caussabantur palam, *velle* illos *inducere super ipsos sanguinem ejus* z, quasi apud præsidem egissent reum illum, qui erat innocens, sicque contra ipsos deinceps concitare eumdem Præsidem vellent. Caverunt propterea, ne in die festo caperetur Christus, testes subornaverunt, ad tribunalia Civilia & Ecclesiastica Christum protraxerunt, proditione discipuli usi sunt, nocte comprehenderunt, seditionis invisum crimen & ambitum affectati regni objecerunt, &c.

p Psal. 93. 7. 8.
q ibid. 9. 10. 11.
r c. 29. 15.
s Gen. 3. 9.
t c. 4. 14.
u c. 9. 3.
x v. 7. 8. 12.
y Act. 4. 13. & seq.
z c. 5. 28.

Vers. 7.) Scrutati sunt iniquitates, deficerunt scrutantes scrutinio. Accedet homo ad ad cor altum:

Vers. 8.) Et exaltabitur Deus.

Sensus loci.

SOlatur deinceps David se ipsum adversus tot fraudes, tamque dolosa secreta, pernicios a inimicorum consilia. Ait, illos varios excogitasse diligenter nocendi modos, & multiplices investigasse eum perdendi vias, ita ut scrutando, & ad ultimum scrutationis perveniendo, defatigarentur, nec satis idoneam reperire rationem possent præstandi quod moliebantur: præterea non prætermisisse quin adhiberent in consilium quemcumque scirent profundi cordis & magni consilii, valentem prudentia usuque rerum; aut quin ipsimet per se magis ac magis quasi descenderunt in imum cordis sui, ut eruerent artem perdendi ipsum: attamen frustra omnia fuisse, nec succedere contra Dominum consilia eorum potuisse, vel posse, quia Dominus, dum talia machinantur, velut ex edito & superiore loco dispiciens despicere solet, ac tamquam prius jaceret & dormiret, expergisci, excitari, exsurgere, erigi, comprehendere omnes tales sapientes ac prudentes in sapientia, prudentia, astutia sua, inefficaces & inanes reddere cunctas cogitationes, technasque, gloriam atque nominis sui exaltationem elicere cum depressione & confusione meditantium inania. Non est opus hoc pluribus verbis ad persecutores CHRISTI Ecclesiæve applicare: omnes nullo negotio percipiunt, restatque solum ut difficiliora de sententiæ singulis partibus declarentur.

Ad persecutores Christi & Ecclesiæ applicatio.

Scrutati sunt iniquitates.) In Gallicano Psalterio, & apud Hilarium, *perscrutati sunt iniquitates*. Augustinus, *perscrutati sunt iniquitatem*. Quamvis Faber tribuat Psalterio Gallicano, *scrutati sunt iniquitates*, & Romano, *iniquitatem*, & aliquando legatur in Hilario *in iniquitates*. Hebræum nomen עולה *hholoth*, est plurale: Græcum ἀνομίαν, singulare. Sed legerunt fortassis Lxx. עולה *hhaulah*. Paraphrastes explicat *pervestigabunt ut inveniant iniquitates ad disperdendum justos*. Nescias an iniquitates David intelligat scrutantium, ut quæ meditabantur & excogitabant iniqua essent; an eorum contra quos dirigebant ejusmodi cogitationes, ut scilicet invenire & confingere studerent crimina quæ objicerent & propter quæ videri possent innocentem juste persequi. Posteriori sensui favet lectio, *iniquitates*. Prior sensus placet pluribus, ut quum Judæi à discipulo tradi voluerunt CHRISTUM, damnari à Judice, crucifigi à militibus, pretium sanguinis non mittere in corbonam, resurrectionem, celare, totum facere, & nihil feciss videri: quam simulatam eorum innocentiam & æquitatem vocat Augustinus duplicem iniquitatem, quia iniquitas est, & simulatio. *Ne insidieris*, ait Sapiens *a*. *& ne quæras impietatem in domo justi, neque vastes requiem ejus.*

Duplex Judeorum iniquitas. a *Prov.* 24. 15.

Defecerunt scrutantes scrutinio.) Hieronymus, & alia duo Psalteria, & Cassiodorus, *scrutinium*. Augustinus, *scrutationes*. Hilarius aliquando, *in scrutinio*. Aliqui, *scrutinia*, & Francisci de Puteo in Catena textus, aliique quos Brugensis citat, Beda, Remigius, Ludolphus, Richelius, Pastura, simul cum nonnullis codicibus In Græcis Complutensibus ac regiis habetur, ἐζερευνήσεις in plurali accusativo, atq; ita Euthymius, Nicephorus, Apollinarius, legerunt, quia primi exponunt ζητήσεις δολερὰς, *investigationes dolosas*; ultimus, ἀπείρατα, *intermina*, hoc est, ut Basilius ac Theodoretus exprimunt, *solitudines*, & *petrosa loca*, per quæ nimirum constat à Saule investigatum Davidem. Apud Theodotionem est, ἐξερευνητὴς ἐξερευνήσει, sicut nunc in emendata editione Lxx. & apud Aquilam in eodem casu numeroque, σκαλεύσει σκαλευλευσι, *fossione fodientes*. Hieronymus *b* legit, *scrutinio*. Hebræa sunt תמנו חפש מחפש *thamcum chephes mechuphas*; quod quidam vertunt, *perfecerunt*, seu *executi sunt* (etiamsi non obtinuerint quod intendebant) *scrutinium perscrutatum*, sive *investigatum*, *& quod scrutando cogitarunt*, vel, *perfectè excogitaverunt quidquid scrutando excogitari potuit, ita ut nihil residuum fecerint*: hoc modo esset תמנו pro תמנו *thamemu* (ג) *num*, pro (מ) *mem*, aut pro תמנו *thammu*, ita ut (ג) *nun*, indicaret defectum daghes litteræ (מ) *mem*, in תמנו *thammu*. Idem judicium de תמנו *thammenu*, in libro Numerorum *c*, ubi significat *consumi per mortem*. Utrobique vero legendum videatur prolato sceva *thamenu*, si concedamus esse, pro *thamemu*: quamvis qui nolit, cum eo non contenderim. At juxta ultimam istam notionem illius verbi, alter nostri loci sensus esset, quem puto veriorem, quod usque ad deliquium quodammodo pervenerint deliberando, quod tamen ex alio sequitur, quia perfecerint, idest, nihil omiserint, quod ad consilium videretur quam optimum facere posse, ita ut quod in alio Psalmo *d*, eleganter dicitur, *omnis sapientia eorum devoraretur*, seu absorberetur & deglutiretur, *anima in malis tabescente, turbatis ipsis & motis sicut ebrius*. Hoc profecto hìc valet τὸ ἐξόλωτον, & apud Apollinarium, ὁλιγωπελέσσον, videlicet defectum, & quod dicebam, deliquium animi atque inopiam consilii. Et potest rursus id accipi, vel quia nihil supperet præterea quod consulerent, nimis fatigati consulendo: vel quia quod optimum factu judicaverunt, & perficere tentaverant, ad exitum perducere nequiverant. Contendit Genebrardus esse primæ personæ pluralis תמנו *thammu*, & supplendum, *dicendo, scrutati sunt iniquitates, dicendo, defecimus in scrutinio scrutato i*. Scilicet erit tunc pro תמנו *thammonu*. Confirmat in thesauro Pagninus alio loco ex Threnis *e*; *Misericordiæ Domini quia non sumus consumti*, ubi est etiam תמנו *thamnu*. Innuit Felix aliud verbum Hebræum ממנו *thamenu*: dum etiam exponit per *abscondendi* verbum, *absconderunt scrutinium investigatum*. Bredembachius ita omnino legit. Sed Hieronymo & LXX. & aliis omnibus Enarratoribus ac Interpretibus credendum; & jam prius præcesserat mentio de abscissione per idem illud verbum cum littera servili לממון *litmon*. Nec difficilè fuit apicem aliquem excidere ex littera secunda (מ) *men* in תממו *thamemu*, quod erat in textu, ita ut legatur nunc pro eo תמנו *thamnu*. Quæ ultima conjectura mihi magis placet, speroque placiturum lectori hoc editionis nostræ tuendæ studium nostrum, tametsi nonnihil spinosum & molestum.

Alter loci sensus.

b *in* 4. *cap.* 24. *Esa. in* c. 3. *Jerem. in* c. 5. *Eccl.*

c c. 17. 13.

d *Ps.* 106. 26. 27.

e c. 2. 22.

De re ipsa prius dixi, præsertim de irritis, occisorum CHRISTI consiliis & Ecclesiæ persecutorum. Docet id Augustinus, tùm verò de militibus mentientibus sublatum ex sepulchro a discipulis Christum, quem Augustini commentarium recitat Ecclesia, in matutino Sabbati sancti. Innocentiam Christi proditor ipse fassus est; Pilatus & uxor; latro, centurio, alii percutientes pectora sua. Diocletianus persecutor sævissimus anno persecutionis secundo abdicavit se ipsum impero; quod tæderet eum nihil proficere persequendo, ut innuit Eusebius *f* & apud eumdem *g* Constantinus, in concione ad Sanctorum fœtum, disertè autem traditur in actis Menæ & sociorum martyrum (apud Surium 10. Decembris) ubi est Diocletianum & Maximianum hanc abdicationis spontaneæ rationem amicis reddidisse, licet apud alios prætexerent fortunæ societatem, & amorem mutationis. Idem testatur Zonaras *h*, & alii, quum tamen iidem Imperatores jam columnis inscripsissent nomen Christianorum a se deletum, qui Remplubicam evertebant: superstitionem Christi ubique deletam, cultu Deorum propagato. Recitat Baronius *i*.

Diocletianus cur se imperio abdicarit.

f 8. *hist. c.* 26.

g *c.* 25.

Maximiani item abdicatio. Eorumdem contra Christianos inscriptio.

h 3. *par. Annal.*

i *tom.* 2. *annal. ann.* Chr. 304. *pag.* 738

Hilarius *defectionem* istam *scrutantium* contra Deum esse, & labefactari ingenia contradictioni veritatis in tenta philosophorum & hæreticorum. Utrosque Hieronymus *k*, nec non Judæorum Pharisæos, dicere solere scribit se non intelligi, quum revera *deficiant* ipsi *scrutantes scrutinio*, & absque Dei sapientia *in nihilum reputentur* l: & quemadmodum *in vanum vigilat sine Domino custodiens*, aut *ædificans civitatem* m, ita nisi Dominus adjuverit scientiam, nisi vanum laboret qui se putat esse sapientem; nisi Dominus omni custodia custodierit cor, in vanum vigilat qui putat illud sua diligentia posse servari. Denique ait Hieronymus *n* de istis omnibus, quod nudi vadunt in ventum, & nihil laborantes doctrinæ suæ secum ferent, quoniam *feruntur omni vento doctrina*, nec habent lucem, sed *in tenebris comedunt* sacramenta, *& in curis multis & in ærumna atque tristitia* o. Sed & hi *scrutatores majestatis opprimentur à gloria* p, & *scrutabitur* eos Deus *in lucernis* q, atque *peccata* r, *eorum*, dabitque *secretorum scrutatores* s *quasi non sint*, quia non *scrutantur vias* suas t, sed *fortiora* sed & supernas res u. Posset id prolixa oratione demonstrari, & quàta sit humanæ vel scientiæ vel prudentiæ vanitas, & quàm obtusi sint non modo

k *Hilarii expositio in c.* 29. *Esa.*

l *Sap.* 3. 17.

m *Ps.* 126. 1.

n *in c.* 5. *Eccl.*

o *Eccl.* 5. 16.

p *Prov.* 25. 27.

q *Sopho.* 1. 12.

r *Iob.* 10. 6.

s *Esa* 40. 23.

t *Thren.* 3. 40.

u *Eccl.* 3. 22. 24.

do Judæorum sensus *a*, verum etiam hæreticorum & quotcumque terrena sapiunt, seseque in aranearum evi-
a 1.Cor.3.14. scerant telas; nec intelligunt *quod stultum est Dei sa-*
b 1.Cor.1.15. *pientius esse hominibus* b: *disperdique superbos mente cordis*
c Luc.1.51. suæ, ideſt, eorum, ut alii legunt, canitque Ecclesia Mediolanensis, licet auctor tractatus super *Magnificat*,
d to.5.tract. apud Augustinum *d* de profundo Dei consilio interpretetur, ut homo fieret ac redemptor, ita ut hoc etiam hamo, quem prævidere nequiverat Leviathan, caperetur. Quod sanè violentum est, ac repugnans pronomini αὐτῶν.

Loci commodatio. Permitto accommodationis eum sensum quo torqueatur hic in illos locus, qui quos confitentes audiunt, curiosius quam par est perscrutantur, & nimis anxiè conscientias excutiunt. Verendum ne scrutando iniquitates, ipso deficiant in scrutinio, neu etiam deficere alios faciant, dum illis ignota imprudenter aperiunt, tamquam idola quæ supellectilem Jacob scrutando Laban quærobat *e*. Unus perfectè *scrutatur corda Deus renesque*, & *spiritus omnia scrutatur*, *etiam profunda Dei* g. *pravum*
e Gen.31.34. 1 Reg.8.39 Psal.7.10. Jerem.17.10. Rom.8.27. Apoc.2.23. Sap.1.6.
est cor hominis & inscrutabile h, ab homine, ac multo ad huc magis *cor meum* i: tamen spiritu illo quem dixi quum *sapiens videatur sibi dives*, *pauper prudens scrutabitur eum* k, nihil dans gratiæ, non propter divitias plus ei quam par sit tribuens prudentia & sapientia valens eum καταγνῶσθαι redarguere; atque confutare si sit opus.

g 1.Cor.2.10 h Jer.17.9. i Prov.25.3. k Prov.28.11.

Accedet homo ad cor altum.) Augustinus, *accedat*. In Regiis & Complutensibus Bibliis pro *ad*, legitur &: cujus quoque lectionis Lombardus, Haimo, Remigius, Beda, Dionysius Carthusianus meminit. Sic autem se habet editio Hebræa, in qua est duplex particula conjungens (ו) *ve*: Græcè est conjunctio ante *cor*, καὶ καρδία βαθεῖα. ita Augustinum legisse Richardus Cenomanus negat, quia in textu ejus ponitur *ad*, exponitque quod accessit Christus seu Filius Dei incarnatus *ad cor altum*, id est, secretum, quoniam quum susceperit passiones, objecit se oculis adversariorum, tamquam purus homo.

De Augustino contrarium sentit Jansenius, confirmans auctoritate Lombardi, & Brugensis, probans testimonio Bedæ. Beda vero hanc videtur lectionem sequi, nec non Bruno & Dionysius Carthusianus, atque Arnobius. Citant præterea Jansenius & Brugensis codices alios non paucos psalmorum. Quidquid sit de Augustino, qui mihi potius editione nostra videtur usus, non placet quod iidem Jansenius ac Brugensis, & præterea Richardus Cenomanus, errorem velint esse in editione nostra, quodque ita etiam in suo textu legant Lindanus & Agellius, nam Beda testatur suo tempore nostram translationem sic fuisse ut nunc est, aitque congruam esse posse, & Haimo negat illam aliam poni à sanctis Patribus. Auctor operis de operibus Cardinalibus CHRISTI, qui si Cyprianus non est, eadem vixit ætate, usus est eadem *l* lectione, licet *altum* sumens pro *excelso*, pro *accedet*, legis, *ascendat*: vel certe ita interpretatur, *accedere ad cor altum*, ut sit, ascendere & elevari cogitat, one ad alta & superiora. Hebræa ita se habent וקרב איש ולב עמק *vekereu isch veleuh hamoK*. Vertit Hieronymus nectens prioribus,) *defecerunt scrutantes scrutinium*,) hoc modo, *cogitationibus singulorum & corde profundo*: quod explicat Trevetus, facient tales investigationes cogitationibus singulorum & corde profundo, ideſt, quamvis singuli eorum cogitarent, & profundè studerent, adhuc defecerunt ab intento. Aliorum ex Hebræo versio est: & *intimum unius cujusque & cor profundum* nempe *perfecerunt* sive *absolverunt*, ideſt, quidquid humana potuit, inveniri diligentia, quidquid excogitari ab homine, quidquid iniri consilii & astutiæ, quid quid ex intimo cujusvis hominis & profundo promi corde, id ad se totum traxerunt ut me perderent; toti sunt in machinando quisque in sinu & pectore suo non prosiliunt inconsulto, præcipiti, furioso contra me impetu, nec se projiciunt: violenti sunt rapidique post maturè suscepta consilia, & interim alia fovent coquuntque animo, ad varios rerum eventus ac diversas in partes parati, nec in aperta ipsa eorum vi desunt fraudes, occulta consilia, latentes insidiæ.

in Trilogo

Auctoris sensus. Mea, nec vana, vel fallor, suspicio, lectum a Lxx. non וקרב *vekereu*, sed יקרב *jikrau*, facili mutatione punctorum, quibus cerebant Lxx. & contractionis ex longiore littera prima, quod significat *accedet*, *appropinquabit*, &c.

A Ut autem Latinus interpres exponeret ad quid pro particula (ו) &, maluit ponere *ad*, *accedet homo ad cor altum*: quod Græcè dicitur, *accedet homo*, προσελεύσεται progredietur ultra, scilicet scrutando, *& cor altum*, καὶ καρδία βαθεῖα, nempe & cor profundum accedet, aut erit illi: vel καὶ καρδία βαθεία, ideſt, & corde profundo, seu profundi cordis, homo inquam talis, vel, & quidem accedet ac progredietur ad scrutandum corde profundo, & profundè, quod Galli dicunt, *songer creux*. Alii Græci interpretes Hebræum, textum, ut nunc est secuti sunt. Aquila ἔγκατον ἀνδρός; καὶ καρδία βαθεῖα, *intimum hominis & cor profundum*. Symmachus ἐξ ἐγκάτων ἑκάστου καὶ δίας βαθείας, *ex intimis quisque* (significat etiam אישׁ *isch*, *unumquemque cordis profundi*: Theodotio, διάνοια ἀνδρός, καὶ καρδία βαθεῖα, *mens viri & cor profundum*; quod ex eodem refert in accusativo Theodoretus jungens membro sequenti, καὶ διάνοιαν ἀνδρὸς καὶ καρδίαν βαθεῖαν κατατοξεύσει ὁ θεός, *& mentem viri & cor profundum sagittabit Deus*. Ex his omnibus perspicitur per *cor altum* non intelligi hoc loco excelsum, elevatum, sublime, sive, in bonam partem, quod in meditatione occupetur superiorum cœlestium divinarum rerum, unde oriatur Dei in corde tali exaltatio, sive in malam, pro corde superbo, elato, ambulante in mirabilibus super se, à quo se Deus quasi altius ascendendo ac exaltando semetipsum subtrahat. Et tamen sensum priorem tradit hoc loco Hilarius Auctor operis de operibus Cardinalibus Christi antea citatus, & ille quidem confessionem laudis, hic ait, hinc inferri esse incomprehensibilem Deum. Cæsarius *m*, Arelatensis *altitudinem cordis* interpretatur fidei altitudinem & magnitudinem, quæ in suscipiendo Christi corpore se habeat, sicut in cibo sumendo aviditas.

Dei incomprehensibilitas.
m Hom.7.

Sententiam eamdem de alta, & quæ superet captum nostrum, Dei cognitione, sequitur Hugo, dicens in alia litteta legi, *ad cognitionem altam*: præterea Haimo, ut homo rationalis cor suum erigat ad intelligenda alta, scili, cet consilium Dei, vel, ut intelligat cor Dei, ideſt, ejus secretum consilium, accedendo, quia id cognoscere nullus plenè valet: tunc vero *exaltabitur Deus* apud illum.

Cordis alti, altitudinis variæ expositiones.

C Eodem spectant, qui quo quis corde animoque aggreditur excellentiora & sublimiora opera, hoc ajunt Deum magis exaltari & laudari quales qui renuntiant omnibus *n*, &c. vel cognosci superiorem ac majorem esse, plurimumque deesse, ut tanto domino vel ex parte satisfieri possit *o*. *Altitudinem cordis* Arnobius accipit in deteriorem partem, explicans de hoste invisibili, qui videns se defecisse, & hominem accedere ad superiorem gradum justitiæ, facit ei *cor altum* (quasi legerit, *accedet homo*, nempe ad eum superiorem gradum justitiæ, *& cor altum*, ei nimirum hostis ille facit) ut per elationem cordis ejus, exaltet se Deus ab eo. Exponit Beda *accedet homo ad cor altum*, hoc est, minor quilibet de Judæis ad consensum Principium, ut perniciosa consilia mortis CHRISTI perficiat, qui etiam Christus dicatur *cor altum*, & post mortem tamen idem qui simul est Deus, exaltetur. Refert Euthymius, quosdam, per *hominem* Indam intellexisse, qui ad principes Judæorum accesserit, ut proderet Christum, Iterum Haimo, ut *homo* pro stulto sit; & *accedat ad cor altum*, nempe ut nesciens impleat altum consilium Dei de interficiendo CHRISTO, sed *exaltetur Deus* illum resuscitando. Postremo idem ac Bruno etiam & Dionysius Carthusianus, legendo, *& cor altum*, & hoc in meliorem partem, & *hominis* nomine Christum intelligendo, *hominemque dominicum* appellando, ajunt quod accedet sponte ad mortem, & *cor altum*, ideſt, dispositio Dei erit cum eo, & *sic exaltabitur* Deus, ut laudetur, & Christus, qui homo ac Deus est, resurgat & in cælum ascendat. Eodem fere modo juxta editionem nostram, quæ habet *ad cor altum*, declarat Dionysius de Christo accedente ad intuendum profundum Dei consilium, ut passione redimeret mundum, eaque ratione laudaretur Deus, & exaltaretur Christus, & resurgeret atque ascenderet. Similis quam prius retuli expositio Augustini, accessisse Christum *ad cor altum*, in passione, ideſt ad secretum, ut divinitatem suam absconderet, & offerret formam servi. Remigius idem dicit, & ad idem fere quæ a pluribus aliis afferuntur possunt revocari. Propior litterali videntur sensus Hugonis, ut Judæus intelligatur esse ille homo, qui accedat *ad cor altum*, hoc est, profundum, volens CHRISTUM dolosè de terra tolle-

n Stella in Luc.c.1. in id, *magnificat anima mea*, &c. In malam partem interpretatio. oVirg.tom.2 concio. in 2. de commu. Martyr. Bonavent. in stimulo amoris p. 2. c.15.

tollere, quod antea dicebatur esse *scrutari iniquitates*; tamen exaltandum Christum, quia deficiet Judæi scrutinium, omneque consilium contra Christum; & resurget ac ascendet.

Litteralis sensus.

Quod attinet ad omnino litteralem sensum, hic meo judicio est jam judicatus ab Hugone, quod *accedet homo*, idest, quia is ex adversariis Davidis, *ad cor altum*, nempe ad suum, ut profundissimè simulque secretissimè commentetur quomodo capi & perdi queat: vel etiam ad quemlibet alium profundi cordis hominem, & maximè callidum, ut ab eo idem ediscat, cum illo conferat, quod acceperit ad Saulem secretò referat, avidissimum hujusmodi consilii. Contentit, si attendis, hic sensus cum interpretationibus ex Hebræo, quas prius attigi, quæ huc tendebant ut summam declararent in consulendo diligentiam, secretumque. Eadem ratione *profundo corde homines* legimus a, & *revelationem scrutationemque profundorum* b, *profundas cogitationes Dei* c; *profundum sermonem* d sive altum, *altam profunditatem* e, βαθβαθνο, & bis repetitum עמק עמק *hhamok hhamok*, quæ voces extant hoc loco, ita ut ex ultimo illo alio loco rectè intelligatur *altum* hìc pro profundo sumi; cujus Latini vocabuli, & *altitudinis* in eadem notione, alia sunt exempla non pauca: ut quum dicuntur de *mari* f, & *inferno* g *radice* h, *puteo* i. Idem sibi volunt Basilius, & Teodoretus, declarantes de studiis, quæ mille modis occultare nitantur, sed frustra.

a Esa. 29. 15.
b Iob. 12. 22. Dan. 2. 22.
i Cor. 2. 10.
c Ps. 91. 6.
d Ez. 3. 5. 6.
Esa. 33. 19.
e Eccl. 7. 25.
Altum, altitudo, profundo.
f Ps. 68. 3. ps. 91. 4.
Luc. 1. 4.
g Sap. 10. 19. Eccl. 51. 6.
h Sap. 4. 3.
i 2. Mac. 1. 19. Ioan. 4. 11.

Expositio Euthymii & Nicephori paullo alienior

Alienior paullo expositio Euthymii & Nicephori, ut ad molientes contra se consilia prava dicat David fore un *accedat homo* aliquis adversum se inserviturus, & sit homo ille cor profundum, hoc est, magni ac profundi consilii, & vergentis ad malum. Si *homo* non ad alios, sed ad ipsosmet adversarios collectivè referatur, nihil differet hæc ab expositione tradita.

Explicat Agellius legens, *accedet homo & cor altum*, nnovo quodam & subtili modo hunc locum, ut *accedere hominem* sit, quum scrutatus antea sit maligna consilia contra Davidem, tamen vultu & ore amicitiam simulare: & *cor altum* sit, corde abdito & obscuro consilia hostilia intus & secreto versare, exteriùs autem tegere. Talem putat fuisse Achitophelem, & hic illum innui. Con-C firmat præterea, tùm quia quandoque *accedere* idem valet quod favere: tùm quia psalmo 54. *k*, similis habetur sententia; *appropinquavit cor illius, molliti sunt sermones ejus, & ipsi sunt jacula*; tùm quia *cor altum* id solet dici, quod explorari ac deprehendi nequit. Novitas mihi primum nonnulla ingerit suspicionem; ut & quod solus dat Absalonis persecutione psalmum interpretetur, cujus partes juvabat Achitophel, ut jam pridem monui. Deinde ut *accedere* significet favere, quod eo loco quem citat ex historia Regum *l* dicitur quidem Hebraicè eodem verbo לרב *karau*, quod hìc habetur, sed Græco ὀργίζειν, non autem προσπελάσαι, pendet ex antecedentibus & consequentibus: nec minus accessio ad nocendum fieri, quam ad favendum potest. Denique citato psalmo 54. vidimus *appropinquare cor* ibi significare, hostiliter intus, foris amicè se gerere.

Accedere pro favere
k vers. 22.
l 2. Reg. 2. 7.

Et exaltabitur Deus.) Hieronymus, *sagittabit ergo eos Deus*, quod jungens cum sequentibus addit, *jaculo repentino*. Ex Hebræo ita fere alii reddunt, aut in præterio tempore, licèt sit futuri verbum ויורם אלהים *vajiorem Elohim*: & hinc ordiuntur novum versum. Discrimen oritur, quoniam nunc littera finalis (ם) *mem*, denotat pronomen affixum tertiæ personæ masculinæ, duæ mediæ sunt ex verbo ירה *jarah*, quod significat *jacere, jaculari, sagittare*, participium רוֹם *jorech*, quasi diceretur, & *jaculans* videlicet *est*, vel *erit*, vel *fuit*, *eos Deus*. At Lxx. a vero דם *rum* vel ירם *ram* legerunt in futuro ירם *jarom* aut ידם *jarcm*, *exaltabitur, elevabitur*, &c.

Quæ sit porro hæc *exaltatio* satis antea docui, & mysticè & litteraliter. Ad litteram egregia antithesis est, ut dum descendunt vasci porofundique cordis homines in intimos illos recessus cogitationum, Deus scrutator illarum ex altiore loco, ac super cardines cœli, ubi videtur stultis *res nostras non considerare*, ambulans *m*, atque veluti longius etiam recedens, absentque perspiciat, scrutetur, exactè cognoscat: vel quum reprobat consilia eorum, dissipatque & redigit in nihilum, celebrior illius laus atque sublimior exsistat. *Hoc est ergo*, ait *n.* Job, *in quo non es justificatus; respondebo tibi, quia major sit Deus homine*, ירבה אלוה מאנוש *jirbeh eolah meenosch*, ἀιώνιός ἐστιν ὁ ὑπὲρ βροτοῦς, *æternus est superior hominibus*. Sed Hebræum *Enos*, *mortalem* significat, *miserum*, *arumnosum* hominem; *heloah*, *Deum judicem*, *iirbeh*, quod *Deus quasi multiplicetur partibus infinitis supra hominem*. Quam Dei supra hominem hac in re, hoc est in cognoscendo &, dijudicando excellentiam bene insinuat editio Hebræa, ut nunc extat, nempe perinde ac si describat Deum de alto jaculantem dextera sua, non arces, ut ille cecinit *o*, sed vilissimas casas, humillima tuguria. Symmachus, ἀκοντίσει ἐν ait αὐτοῖς ὁ θεὸς, *sagittabit ergo Deus*, ut ex Hieronymo quoque retulimus: Theodotio, καταπλήξεται, *sagittabit*: Aquila, ῥοιζήσει, *insequetur cum stridore, circumaget*, ac *per aerem cum impetu agitabit*, ut cum sagitta mittitur.

Egregia antithesis,
m Iob. 22. 14.
n cap. 33. 12.
o Horat. l. 1. Carm. Ode. 2

Vers. 9.) Et exaltabitur Deus.

B Sagittæ parvulorum factæ sunt plagæ eorum.

Sensus loci.

DE priore membro quod alii adjungunt præcedenti versiculo, dixi. Posterioris membri sensus est, quod adversariorum verba, consilia, conatus, quibus tamquam plagis percutere ac vulnerare Davidem voluerunt, & ut ante dictum est *p*, subito sagitta verunt, non timendo, nihil parumve nocumenti allatura essent, sed similia futura imbellium & invalidorum ictibus puerorum, qui sagittando nihil aliud obtinent, quam laborem, fatigationem, & non rarò propter imperitiam sagittandi, etiam læsionem. Vel, quod iidem non a validis & peritis sauciandi sint ac interimendi, sed ab inexpertis & infirmis, cujusmodi erant Philist hæi toties victi ac prostrati, quorum occubuit Saul cum suis gladio. Rectè sagittantes sagittantur, suisve pereunt sagittis: quemadmodum *perit gladio, qui gladio percutit* q, *funditur sanguis ejus qui fundit eum* r, *redditur cuique sicut reddidit*, &, *in quo poculo miscuit miscetur ei* s, *qui oblivisci tur Dei*, &, *ipse illius* t, qui fornicantur, permittit Deus, ut *eorum filiæ fornicentur*, & *adulterent sponsæ* u: quia miscebant Ægyptii sanguinem infantum Hæbræorum cum aqua fluvii, coacti sunt versam in sanguinem aquam bibere x; *qui spoliant gentes spoliantur & ipsi* y; *qui prædantur & spernunt, idem patiuntur* z; *qui comedunt, devorantur* a: qui lædunt viduas & pupillos, parem in suis pœnam ferent *b*: denique, *per quæ quis peccat per hæc & punitur* c.

p vers. 5.
q Mat. 26. 52.
r Gen. 9 6.
s Apoc. 23. 6.
t Osea. 4. 6.
u Ibid. 12.
x Exod. 7 17.
y Aboc. 2. 8.
z Esa. 33. 1.
a Ier. 30. 16.
b Exod. 22. 22. 23. 24.
c Sap 11. 17.

Mystica expositio.

Mysticè nihil nocuisse August. & alli docent, Christo Judeorum conatus, sed puerorum similes ex cannatelis seu sagittis, ita ut his plagis mors ipsa moreretur, promissa mundi sospitas velociter impleretur, leve admodum esset vulnus, quia tam cito post Christus resurrexit, plagæ non lethales, quatenus ad immortalitatis translatæ statum à Christo. De ceteris eorumdem Judæorum cavillationibus & argutiis in CHRISTUM id quoque Hieronymus *d*, alibi explicat. Hilarius *e*; Russinus, & quidam alii, præterea exponunt de prædicatione humilium CHRISTI discipulorum. Hæc professio nostra scrutantium ingenia, inquit Hilarius, debilitat; hæc doctrinæ nostræ spicula; quæ per regeneratorum exordium *sagittæ sunt parvulorum*, stultas disputationes & ridicula de Deo dogmata vulnerant. Qui sagittabant & non timebant, ait Ruffinus, jam sagittis parvulorum feriuntur, *Elegit infirma mundi Deus ut confunderet fortia* f, & *multitudinem nimiam* vinci voluit *per pedissequos Principum Provinciarum*, ut *sciremt omnes quia ipse est Dominus* g. Verba humilium penetraverunt animos superborum, inquit Gregorius *h*, sic hunc ipsum declarans locum. Dionysius Carthusianus iterum exponens, *parvulos* esse Judæos: ait: *sagittas* illorum *factas plagas* eorumdem, quia per eas meruerunt a Romanis occidi, & in æternum damnari, atque ipsimet seipsos spiritaliter occiderunt: quia *parvulum occidit invidia* i.

d in cap. 23. Matth.
e hic & in Ps. 120.
Hilarii & aliorum expositio.
f 1. Cor 1. 27
g 3. Reg. 20. 14.
h 34. mor. c. 5. vel 10.
i Iob. 5. 2.

Ad Ecclesiæ persecutores eadem transferri modis iisdem possunt, nam, ut ratiocinatur Dionysius tyranni semetipsos damnarunt, & spiritaliter occiderunt: responsis justorum martyrumque confessi sunt, & dejecta idolola-

Ad Ecclesiæ martyres translatio.

lolatria: illi ipſi perſecutores non rarò cruciati ſunt iiſdem reſponſis; adde & in ipſimet corporibus ſuis dira divinitus immiſſa tormenta pertuliſſe. Hugo Tropologiam tradit non ſolùm de invidis, qui ſuiſmet lædunturTropologia invidiorum conditio. ſagittis, per ſe aliis non nocent, ſed de Prædicatoribus, qui quod dicunt, non faciunt, ideoquæ leviter admodum feriunt, ac potius damnant ſeipſos. Iſtos deridet diabolus *vibrantes baſtam* a, *corpus habens quia ſcuta fuſilia* b; *nec timens fugari a viro* tali *ſagittario*, ſed *æſtimans ut ſtipulam lapides funda & malleum* c; quoniam ſolis *mundis manibus addit Deus fortitudem* d. Ephrem. *e*, uſurpat hunc locum adverſùs inimicorum, præſertim invſibilem, inſultus & inſidias, quemadmodum & illum Lucæ *f*, *Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit*. Eamdem vim habet illud *g*, *Nolite timere puſillus grex: Ecce ego mitto vos ſicut agnos* h, *inter lupos*; *nolite* i *timere eos qui occidunt corpus*.

a c.41.20.
b *ibidem* 5.
c *ibid.* 20.
d *cap.* 17.9.
e 10.1 *perenaſ.* 30.
f c.10.9.
g 12.32.
h 10.3.
i 12.5.

De myſtica varia *ſagittarum* ſignificatione diximus aliàs, ut in deteriorem ſumuntur partem, poſſunt exemplo eſſe Iſmael *k* & Eſau *l*; nec non lanceam vibrandi & jaciendi peritus Saul *m*. Optimum Bio Magiſtratum cum ſagittario perito comparabat: cujus non genus autquid aliud tale interrogandum eſſe, ſed ſcopo propoſitio quam bene collimaret *n*. At refert quibus utare ſagittis, ut non ſolum tangas, ſed vulneres etiam & interficias.

Myſtica *ſagittarum* ſignificatio.
k Gen.16.11.
l c.27.3.
m 1.Reg.19.9. 20.
Magiſtratus optimi cum perito ſagittario comparatio.
n *Stobeus ſer.* 44.

Sagittæ parvulorum factæ ſunt plagæ eorum.) Licèt Hebraicè ſit ſingulari numero חץ *chets*, & Græcè βέλος. Latinè dicitur pluraliter *ſagittæ*, quia, ut ait Hieronymus *o*, non reſonat, *ſagittæ parvulorum factæ ſunt plagæ eorum*. Idem Hieronymus, ut antea quoque memini, illud, *& exaltabitur Deus*, aliter interpretans, *ſagittabit ergo eos Deus jaculo repentino, inferentur plagæ eorum*. Alii, *& jaſculabitur ſeu jaculatus eſt in eos Deus ſagittam ſubito, fuerunt* (nempè etiam ſubito ſive unox) *plagæ eorum*, vel, *ſed petet eos Deus ſagitta de improviſo, qua plagis afficientur*. Hebr. omiſſis primis verſus verbis quibus reſpondent noſtra, *& exaltabitur Deus*: & ſunt prius expenſa, ſi legitur פתאם היו מכותם חץ *chets pithom haiu macchotam*. Pro פתאם *pithom* legerunt Lxx. פתים *pethaim*; facileque eſt ex (ו) *vau*; fieri (י) *jod*, & contra, & una migrat non rarò in aliam; & (א) *aleph*, prioris quieſcit in puncto magno (י) *camets* poſterioris, vel etiam aliquando exprimitur: ſignificat autem *pithom*, *ſubito* (quod puto ſic legere voluiſſe aliquos, ut eidem reſponderet in verſu 5, *ſubito ſaggitabunt eum*:) *pethaim*, *parvulos*, *ſimplices* interdum, præterea *imperitos*, *inſipientes*, *ſtultos*, *qui facilè capiantur verbis*, cum quo habet nonnullam affinitatem Latina *fatui* vox, ſicut & Græcum verbum ἀπατᾶν de eo dicitur qui decipit. Benè conveniunt hæ notiones Prædicatoribus Evangelii, qui habiti ſunt *ſtulti propter CHRISTUM* p, & *prædicatio* ipſa *ſtulta* atque *ſtultitia prædicationis* dicta eſt q. Cur tales elegeris CHRISTUS Paulus docet r, & Auguſtinus ſ, Chryſoſtom. t, Lactantius u, & alii, ſed & omnino verè ſtulti perſecutores CHRISTI, Evangelii, Eccleſiæ: tandemque quamvis nimis, ipſe ſe inſenſatos fatebuntur, vocabuntque, quod vitam eorum quos anguſtiabant, & quorum auferebant labores, *æſtimabant* & nominabant *inſaniam* x. Eadem ratio de philoſophis Gentilium, de hæreticis, de malis Chriſtianis; qui qua poſſunt ratione adverſantur orthodoxæ doctrinæ ac religioſæ vitæ. Interea quæ reddunt irreconciliabiles inimicitias eſt *plaga doloſa* y: & *plaga linguæ comminuere* dicitur *oſſa*, quum *flagelli plaga livorem* tantam *faciat* z.

o *Epiſt.* 335.
p 1.*Cor.*4.10.
q 1.*Cor.*1.21.
r *Ibid.*27.
ſ *in Pſ.*65. *ſer* 25. & 61. *de verb. dom.* 22. *de civ.* c. 5. *tract.*6. *in Joan.*
t *Hom.* 5. *in* 2. *ad Cor.*
u *Lib.*5.c.7.
x *Sep.*5.c.
Irreconciliabiles inimicitias quid reddat.
y *Eccl.*22.27.
z c. 28.21.

Tandem illuſtrari locus hic poteſt Caſſiani martyris exemplo, qui ut lentiore ac proinde ſæviore morte cruciaretur, puerorum quos inſtituerat, ſtylis fodicandus permiſſus eſt. Deſcripſit egregiè id Prudentius *a*. Idcirco Zebee & Salmana deprecati ſunt Gedeonem, ne à puero interficerentur, *quia juxta ætatem robur eſſet homenis* b. E contrario irritus conatus eadem phraſi denotatur, qualis Pygmæorum qui ſunt auſi Herculem dormientem baliſtis machiniſque admotis aggredi. Teſtis Philoſtratus in imaginibus, & in Emblemate Alcia-

a *De Coron.* 9.
b *Judicium* 8.c.20.21.

tus,

Verſ. 10.) Et infirmatæ ſunt contra eos linguæ eorum.

Conturbati ſunt omnes qui videbant eos.

Verſ. 11.) Et timuit omnis homo.

Et annuntiaverunt opera Dei, & facta ejus intellexerunt.

PLagas quas antea dixit parvulos ex ſuiſmet ſagittis fruſtra in alios projectis, ac in eos potius reſilientibus, experturos, vocat linguas maledicas, quibus lædere alios nitebantur, & quas etiam prædixit *c*, *exacuiſſe ut gladium, & intendiſſe arcum rem amaram*, ut ſagittarent; perniciosis nimirum prolatis conſiliis & ſententiis. Has affirmat nullam vim habituras in alios, ſed irrito in eos ictu, in auctores proprios redituras, ac vulneraturas: hac de cauſſa quotquot illos videbunt adeo turpiter fruſtratos conatibus ſuis, ingenti quodam ſtupore corripiendos, ac magno timore conturbandos, ita ut revereantur atque pertimeſcant divinam juſtitiam, potentiam, ſapientiam in tali vindicandi ſceleratos ratione: rideantque illos qui dicebant *d*. *quis videbit eos?* Sed & hæc ipſa dictorum attributorum opera paſſim prædicent: atque magis ac magis cum admiratione perpendant, intelligant, æſtiment, magnificiant.

Senſus loci.
c *verſ.* 4.
d *verſ.* 6.

Liquet in Davide poſt Saulis mortem, eorum veritas quæ hic dicuntur. Quivis autem facilè quoque percipit quemadmodum quadrent iſta CHRISTI perſecutoribus, atque prædicationis Evangelicæ & Eccleſiæ; nec non quo pacto tam inſignia divinorum illorum attributorum opera contra perſecutores Judæos à Romanis deletos, ac deinde contra alios, celebre reddiderint nomen Chriſtianum, effecerintque ut & diſcipulis Chriſti, ac eorum ſucceſſores, prædicarent alacrius, & ex perſecutoribus non pauci obſtupefacti talibus operibus, evaderent Chriſtiani *e*, atque præcones impugnatæ prius veritatis atque religionis *f*. *Infirmatas* contra Judæos *linguas* Auguſtinus & alii exponunt, dum convicti ſunt mendacii ſive quod furto ablatum de ſepulchro CHRISTI corpus divulgaſſent *g*, ſive quod quem irridendo ac impoſſibile credendo, deſcendere de cruce juſſerant *h* reſurgere vidiſſent: ſive quod in diſputationibus cum Chriſto, retortis ipſorummet argumentis confutati eſſent *i*. Quæ ſit præterea illico poſtquam expiravit in cruce Chriſtus, animorum facta commotio mutatioque, in Centurione: ac turba quæ convenerat ad ſpectaculum, & in aliis, ob apparitionem Sanctorum ſuſcitatorum, ut poſteriora omittam tempora, conſtat ex Evangelica hiſtoria. His adverſari profanæ linguæ contradictio non poteſt; ait Hilarius: ad horum omnium diſputationem & adhortationum noſtrarum fidem & trepidatio abnuentium, & metus eſt audientium. Refert Hugo ex quodam officio Eccleſiaſtico in ſeptimana Paſchæ verba quibus ridens Judæos canit Eccleſia. Dicant nunc Judæi quomodo milites cuſtodientes ſepulchrum, perdiderunt JESUM: &, aut ſepultum reddant, aut reſurgentem adorent. Canitur etiam ab aliquibus, credendum eſt magis ſoli Mariæ veraci, quàm Judæorum turbæ fallaci.

Chriſti perſecutoribus quadruplex. Eiusdem aliæ interpretationes.
e *Aſſu.*2.& 4.
f c.9. & *alibi*.
g *Mat ult.* 13.
h c.27.40.
i c.19.c.22. & *alibi*.
Verba quæ Judæos ridens canit Eccleſia in officio Eccleſiaſtico in ſeptimana Paſchæ

Infirmatæ ſunt contra eos linguæ eorum.) Hieronymus, *& corruent in ſemetipſis linguis ſuis*. Alii, *& impingere fecerunt*, aut *facient in ſemetipſos, ipſam linguam ſuam*. Ad verbum, *& impingere, facient eam*, vel *eum contra ſe linguam ſuam* ויכשילוהו עלימו משונם *vaijachſeiluhu hhalemo leſcionam*. Ubi affixum in verbo pronomen maſculini generis poteſt reddi in fœminino *propter linguam*, quæ Græcè ac Latinè hujus generis eſt; ſed propter לשון *leſcion*, quod eſt etiam generis maſculini, poſitum eſt pronomen in eodem genere. *Impingere facient eam contra ſe linguam ſuam*, i. e. accipiendo relativum cum antecedente pro ſolo antecedente, ut Hebræi ſolent, facient ut lingua ſua in ſeipſos impingat. Aut certè non ad linguam referendo pronomen, *eum* pertinere poterit ad איש *iſh*, ex verſu 7. i. e. ad quemlibet hominem; vel ad principem adverſariorum Davidis apud Saulem in deferendo, & accuſando, calumniando: ut ſit ſenſus, impingere, offendere, irruere, lapſare facient (nempè indefinitè loquendo, aliqui,) eum calumniatorem, contra eos linguam ſuam; quia

ipſi-

ipſiſmet nocebit & calumniatori calumniatrix lingua illius. In Pſalt. Romane & apud Arnobium, & *pro nihilo habuerunt contra eos linguæ ipſorum*, quod videtur exponere Arnobius licèt myſticè agat, de dæmonibus, ut qui pro nihilo computant adverſarios, contra ipſos faciant reverti linguas eorum, & ea quæ malè locuti fuerint & ſuggeſſerint. Hilarius, *& nihil habuerunt contra ipſos linguæ eorum*: h. e. nihil profecerunt; utpotè quarum plagæ fuerint ut parvulorum & invalidæ. In Pſalterio Gallicano, *& infirmatæ ſunt in ipſis linguæ eorum*. Apud Auguſt. *& infirmatæ ſunt ſuper eos. Infirmatæ* in ipſius *linguæ* ſunt, quæ vim non habent contra alios; *ſuper* aut *contra*, quæ ipſiſmet nocent, quorum ſunt, & infirmæ ſunt contra alios. In edit. LXX. emendata extat, καὶ ἐξεδέησαν αὐτὸν ἐπ' αὐτὸς ἀγλώσσαι αὐτῶν, *& pro nihilo habuerunt eum linguæ eorum*. De pronomine αὐτόν referri putat Agellius ad ſermonem nequam ex verſu 6. quem ſermonem quaſi gladium firmaverant hoſtes David, ſed hoc loco illum linguæ ipſorum ſtrinxiſſe ac impegiſſe dicuntur contra ſe ipſos vel ad aliquem unum hominem, quem ait fuiſſe Abſalonem. Quod attinet ad verbum ἐξεδέησαν, Hilarius, Arnobius, & Pſalterium Rom. id expreſſerunt latinè, ut dixi. Sed editio noſtra communior eſt, magiſque conſentanea Hebræo verbo ויכשילו *jachſcila*: & Græcum ἐξισθένησαν, quod eſt in Compute nſibus, Regiiſque Bibliis, retinent Patres Græci, & Appollinarius interpretatus eſt *debiles linguas*, intelligens illud ἐπ' αὐτὸς, ſignificare *ſupra vires* ac ſuperbè loqui,

Ἠσθενηκόσι γλώσσησιν ὑπέρβια μυθίζοντες:
Debilibus linguis ſuperba loquentes.

Citat hunc ita etiam locum Ephrem *a*, eodemque pacto redditur in Pſalterio Æthiopico, & Arabico. *Infirmatas linguas* jam docui contra loquentes eſſe, quum loquentibus ipſis nocent, & vires nullas in alios in quos erant exertæ, habent. Aquila vertit, ἐσκανδάλισαν αὐτῷ ἐπ' αὐτὸς αἱ γλῶσσαι αὐτῶν, *ſcandalizaverunt*, i. e. impingere fecerunt *eam adverſus ipſos linguæ eorum*, αὐτῷ *eam*, nempe καρδίαν, i. e. linguæ eorum fecerunt, ut cor noxia cogitans, machinantique contra alios, impingeret contra ipſoſmet, qui cogitabant & machinabantur aliis nocere. Porro ἐξεδέησαν neutrale verbum ad paſſivam ſignificationem reſtringitur hoc loco, vel ad actionem tranſeuntem, cujuſmodi eſt Hebræi רושיל *hichſcil*, ut linguæ, infirmos reddiderint, percuſſerint, vulneraverint auctores ſuos. Per idem *infirmandi* paſſivum verbum redditur alibi *b*, τὸ ἀσθενεῖν, ſimul cum προσκόπτειν & σκανδαλίζεσθαι *offendi & ſcandalizari*. Sic etiam *ſcandalizari alios* in lege *c*, dicitur ἀσθενεῖν & הגשיל *hichſcil*.

Valet hìc illa præcedentis verſus Tropologia in Prædicatores, quorum non reſpondent facta dictis, ut *infirmentur contra eos linguæ eorum*; quia in quo alios judicant, ſeipſos condemnant, *eadem agendo quæ judicant d*: vel contra eos quibus prædicant, quia debilis eſt lingua, quam manus non adjuvat. In bono quoque ſenſu contra parvulos, i. e. humiles ac probos Prædicatores infirmantur linguæ detractorum, quorum *benefacientes faciunt obmuteſcere ignorantiam e*: ita ut conturbentur ad pœnitentiam qui vident eos, & ſuam cum illorum vitam comparantes, timeant, ac laudent DEUM, ſeſeque ad rerum divinarum cognitionem applicent.

Conturbati ſunt omnes qui videbant eos.) Hieronymus, *fugient omnes qui viderint eos*. Significant יתגרו *jithnodedu*, *commovebunt ſe*. *excitabuntur*, *commovebuntur*, *ſtupebunt*, *capitis motu admirabuntur*: Chald. *movebunt capita ſua* יטלטלון גרישרון *jetaltelun bereiſcehen*. De commotione capitis in hoc uſu & aliis egimus Pſalm. 43. *f*. Non repeto myſtica, ut de compunctis ad prædicationem Petri *g*, & quo modo præ magna reverentia *eterorum nemo audebat ſe conjungere diſcipulis*, *ſed magnificaret eos populus h*. Auguſtinus conturbationem malam interpretatur Judæorum aliorum dicentium, *quid faciemus hominibus iſtis i*? illo priore modo Balaam quos maledicere jubebatur, divinitus benedicere compulſus mirabatur *k*. Vult etiam Petrus *l*, nos adeo probos ut adverſarii *conſiderent in timore converſationem noſtram*; ita ut quod ſcribit Paulus *m*, *vereantur*, *nihil malam habentes dicere de nobis*: ſed, ut ait Eſaias *n*, Omnes *qui viderint cognoſcant*, & dicant; *hi ſunt ſemen cui benedixit Dominus*.

Cajetanus, legens, *movebuntur*, litteraliter exponit, quod viſa in Saulem vindicta Dei, ſpontè tranſituri eſſent de illius familia ad Davidem, tamquam ad legitimum Regem, timendo ac prædicando magnitudinem ea in re divini judicii; dicendo: *Ecce o, nos os tuum & caro tua ſumus; ſed & heri & nudius tertius quum eſſet Saul Rex ſuper nos, tu eras educens & reducens Iſrael: dixit autem Dominus ad te; tu paſces populum Iſrael, & tu eris Dux ſuper Iſael*. Videri quoque poſſet ſimilis fuga quam expreſſit Hieronymus, ei de qua in Pſalmo alio *p*, *qui videbant me foras*, *fugerunt à me*, quaſi quod ibidem habetur *q* timori eis eſſet & horrori ob atrocitatem calamitatis. Huc ſpectat hujus loci ſenſus communis, quotquot viderint tales viros tantis excidere auſis, ut Athanaſius loquitur, turbatione ac terrore: ſeu horrore quodam divino replendus, admirando divinam providentiam, & Deum fuiſſe qui dolos ac inſidias iritas fecit, δ λοιπὸν ἀπρακτον, & demonſtrata ab eo contraria in Davidem conſilia vana eſſe, Badeo ut jam omnes pronuntient Dei hoc opus, eique omnia adſcribant, ac ſibimet ejuſmodi animaverſionem quam approbant, & laudant, ſi pariter peccaverint, pertimeſcant.

Et timuit omnis homo.) Hieronymus, *& timebunt omnes homines*. Hebr. verbum ויראו *jireu*, eſt plurale cum nomine ſingulari גל *chol*, & ארם *adam* collectivè ſumtis. De timore intelligit, & eorum qui ſagittabant nihil timentes *r*, & aliorum qui priorem viderint exitum infelicem. Vertunt alii, *videbunt*, exthemate ראה *raah*, non autem ירא *jare*, ſed tunc non deberet eſſe duplex *jod* (י) Talis hæc ſententia qualis illa *ſ*, *Videbunt multi & timebunt*, *& ſperabunt in Domino*: *&* *t*, *Videbunt juſti & timebunt*, *& ſuper eum ridebant*, &c. Videlicet editur in improborum ſupplicio παράδειγμα, indeque proficiunt moniti, non ſolum improbi, ſed juſti etiam. Vim facit Auguſtinus in *hominis* vocabulo, ut qui ratione utitur timeat: qui non timet, non fit homo: ſed pecus & beſtia: item timeat is qui principio Pſalmi petebat *à timore inimici erui animam ſuam*, ut dum ab illo erueretur, timori Dei ſubderetur; non timeret hominem, *occidentem corpus u*, quemadmodum prius Petrus negans Chriſtum *x*, ſed qui poteſt *animam quoque perdere in gehennam y*: ſicut idem Apoſtolus qui poſt reſurrectionem in amore firmatus per trinam confeſſionem *z*, *obediendum* fortiter reſpondebat *Deo magis quam hominibus a*, quod ceteri quoque Apoſtoli fecerunt; de quorum omnium hac in re conſtantia lege Gregorium *b*. *Deum timens & mandata ejus obſervans*, *eſt omnis homo c*, i. e. in hoc ſita eſt perfectio hominis.

Et annuntiaverunt opera Dei, *& facta ejus intellexerunt*.) Reddit Hieronym. in futuro, ut ſunt Hebræa verba. Sed confundi tempora ſæpius monui. Opus quoque ſingulare ponit priore loco, opera in poſteriore, fortaſſis quia legit cum (י) *jod*, טעשיהו *mahhaſechu*, ſine qua littera nunc extat.

Myſticè ipſamet Eccleſia de Apoſtolorum prædicatione uſurpat hunc locum. Poteſt verò prior ejus pars de illa, poſterior de fructu accipi, ut ſcil. annuntiata & prædicata opera DEI ab Apoſtolis, alii rectè intellexerint. Opus potiſſimum paſſionis Chriſti Auguſtinus intellectum dicit, & quod invitatus ad deſcendendum de cruce, noluerit; poſt reſurrectionem cognitum ſit cur noluerit. Sed & utrumque congruit Apoſtolis, quod *annuntient opera DEI*, *& facta ejus intelligant*, propter lumen acceptum à Spir. Sancto in Pentecoſte *d*, quando quæ non poterant prius portare ac percipere, per eum ipſis ſuggeſta ſunt, & illi aliis declaraverunt, qui magis expreſſam fidem quoque conſecuti ſunt, quàm qui ſub lege aut naturæ aut ſcripta vixerunt. *In operibus & factis manuum DEI exerceri*, *meminiſſe*, *meditari*, *exultare e*, utile atque jucundum; & ea videbat David libenter *f*; & alios invitabat *g*, immo & ipſamet opera recenſens, ut lauderent atque benedicerent Dominum, & confiterentur ei *h*: rurſus ut alii eadem annuntiarent *i*, conquerens quod oblivioni traderentur *k*, & non intelligerentur *l*. Merentur ac exigunt id à nobis multò magis gratiæ *opera* planè *mirabilia*, & cogniſcenda nimis ab anima noſtra *m*, *Magna & exquiſita in omnes voluntates*

Dei

n *cap.* 61. 9.

Litteralis expoſitio.

o 2. *Reg.* 5. 1. 2.

p *Pſ.* 30. 13.
q *Ibid.* 12.

Loci ſenſus communis.

r *verſ.* 5.

ſ *Pſ.* 30 41
t *Pſ.* 51. 8.

In improborum ſupplicio proficiunt moniti improbi & juſti.

In *hominis* vocabulo vis facta ab Auguſtino.

u *Matt.* 10. 28.
x *c.* 16. 34.
y *Matt.* 10. 28.
z *Joan.* 21. 15. 16. 17.
a *Act.* 4. 19. *c.* 5. 29.
b 17. *mor.* *c* 16. *vel* 19.
c *Eccl.* 12. 13

Myſtica loci hujus uſurpatio de Apoſtolorum prædicatione.

d *Act.* 2. 4.

e *Pſ.* 76. 12. 13. *Pſ.* 91. 5. *Pſ.* 142. 5.
f *ib.* & *pſ.* 6. 4
g *Pſ.* 45. 9. *Pſ.* 77. 7.
h *Pſ.* 102. 22
i *Pſ.* 104. 1. *Pſ.* 105. 22.
k *Pſ.* 105. 13.
l *Pſ.* 27. 5.
m *Pſ.* 138. 14

a *tom.* 1. *par.* 30.

Infirmata *linguæ* quæ dicantur.

b 4 *Reg.* 1. 25. 1. *Cor.* 11. 29.

Ἀσθενεῖν. Προσκόπτειν. Σκανδαλίζεσθαι.

c *Mal.* 2. 8.
d *Rom.* c 1. *Pet.* 2. 25.

verſ. 15. Myſticæ in tarpret.

g *Act.* 2. 37.
h *c.* 5. 13.

i *c.* 4. 16.
k *Num.* 24. 9. 10.
l 1. *ep.* 3. 2.
m *Tit.* 2. 8.

a *Pſ.* 110. 2. b *Apoc.* 15. 3 *Dei* a, ut dicamus cum cœlitibus b, *Magna & mirabilia ſunt opera tua Domine Deus omnipotens, juſtæ & veræ ſunt viæ tuæ, rex ſæculorum.* Etſi loquuntur de tamdiu tolerato Antichriſto & Miniſtris ejus à Chriſto, de adeo attrocibus facinoribus illorum atque de ſuppliciis quibus eosdem demum affecit. Subdunt eodem loco quod facit ad timorem, de quo prius actum eſt, quem concipiant qui viderint punitos improbos; *Quis* c, *non timebit te Domine, & magnificabit nomen tuum, quia ſolus pius es, quoniam omnes gentes venient, & adorabunt in conſpectu tuo, quoniam judicia tua manifeſta ſunt.*

c *verſ.* 4.

Verſ. 12.) Lætabitur juſtus in Domino, & ſperabit in eo, & laudabuntur omnes recti corde.

Genius loci.

HActenus de perſecutione ac perſecutorum interitu, quo cognito laudetur ab aliis DEUS; nunc de victoria ac triumpho ejus, quem vocavit *immaculatum*, dixitque in eum improbos exacuiſſe *ut gladium linguas ſuas, & arcum intendiſſe* abſque ullo metu ut eum *ſagittarent* d. Seipſum in tertia perſona intelligit, certuſque de victoria, & triumpho atque deliberatione à gladio, arcu, ſagittis, ſermone nequam, ſcrutatis iniquitatibus, quodque caſſi prorſus futuri eſſent inimicorum conatus contra Dei de ſe conſilia, & quod qui terribilem illorum viderent interitum, conturbarentur ac timerent, geſtit omnibus lætitiis, & magnis ſpebus gaudet, & gloriatur in Domino, tantum ei beneficium adſcribens: ſed & lætitiæ tam magnæ ſocios habere optat, habiturumque præcinit, qui congratulentur, & unà ſecum gratias agant DEO, quotquot longè diſſimiles ab illis aſcendentibus *ad cor altum*, profunditque cordis, vafris, & fraudulentis, cor habent & animum rectum, ſimplicem, apertum, integrum, ſincerum, ſine dolo, ſuco, fallacia, fraude. Vel qui tales ſunt, ait, quod ſint tales, ut quemadmodum ipſe, eadem de cauſa mereantur ab inſidiis aliorum liberari, & quod ejuſmodi nacti ſint candorem mentis, ut propterea ſimile huic ſuo beneficium obtinuerint, ingenti gaudio perfundendos, & DEO gratias maximas acturos, & ſemetipſos hoc nomine fortunatos ac beatos prædicaturos: denique tali ac tanto, tam bono, fideli, forti patrono, et eſt DEUS, gaviſuros atque gloriaturos.

d *verſ.* 4. 5.

Myſtica adaptatio.

Chriſto congruunt hæc myſticè, ac myſtico ejusdem corpori, nimirum Eccleſiæ omnibuſque juſtis, nam lætatus eſt Chriſtus in Domino, & cum ſumma exultatione gloriaque, diaboli, perſecutorum, mortis ipſius vinculis diruptis reſurrexit. *Reſurrexit* verò etiam *propter juſtificationem noſtram* e, & victoriæ nobis fructum communicavit, ut *de manu omnium inimicorum liberati ſerviente ſque Deo in ſanctitate & juſtitia* f, & recto corde, quo recta judicamus, juſtaque omnia judicia Dei, tandem & ipſi reſurgamus, & exultantes gloriemur, & ſedentes cum Chriſto, alios judicemus, & jucundum ſupremi judicis excipiamus ſententiam: *Venite benedicti* g, &c. quum *laus erit unicuique ab illo* h. Auguſtinus lætitiam quoque intelligit, quam contulit Chriſtus diſcipulis reſurgens, mœſtis priùs, conturbatis, timentibus propter ipſius paſſionem & mortem, præterea quam promiſit, non videntibus & credentibus i.

e Rom. 4. 25
f Luc. 1. 75.
g Mat 25. 35
h 1. Cor. 4. 5.
i Joan. 20. 29. Pſ. 31. verſus ſimilis iſti.

Dixi ultimo Pſalm. 31. verſu qui ſimilis eſt iſti, quæ ad iſtius intelligentiam facere poſſunt; *Lætamini in Domino & exultate juſti, & gloriamini omnes recti corde.*

k *verſ.* 3.

Et laudabuntur.) Hieronym. *exultabunt*. Laudabuntur, ipſi à ſe ipſis, laudabunt ipſi ſe, quod propriè valet יתהללו *jithhalelu*: ſed in Domino, quod ex primo verſus membro ſuppleri debet, exprimitur autem in 33. Pſal. k; *In Domino laudabitur anima mea*, i. e. gratulabitur ſibi in eo. Videtur Hilarius legiſſe, *laudabunt*; quia exponit quòd Deum, qui recto ſunt corde, laudant. Forſitan intellexit, ut dixi, quòd laudant ſe in DEO, ac proinde ipſum Deum magis.

Recti corde.) Auguſtinus, *qui recti ſunt corde*. Et indicat Hilarius legiſſe ſe, *qui recto ſunt corde*. Qui ſint autem iſti, docui dicto Pſal. 31. extremo.

PSALMUS
SEXAGESIMUS QUARTUS.

In finem, Pſalmus David.

1 Canticum Jeremiæ, & Ezechielis populo tranſmigrationis, quum inciperent ſubire.

2 TE decet hymnus DEUS in Sion: & tibi reddetur votum in Jeruſalem.
3 Exaudi orationem meam: ad te omnis caro veniet.
4 Verba iniquorum prævaluerunt ſuper nos: & impietatibus noſtris tu propitiaberis.
5 Beatus, quem elegiſti, & aſſumſiſti: inhabitabit in atriis tuis.
Replebimur in bonis domus tuæ: ſanctum eſt templum tuum, 6. mirabile in æquitate.
Exaudi nos Deus ſalutaris noſter, ſpes omnium finium terræ, & in mari longè.
7 Præparans montes in virtute tua, accinctus potentia: 8. qui conturbas profundum maris ſonum fluctuum ejus.
Turbabuntur Gentes, 9. & timebunt qui habitant terminos à ſignis tuis: exitus matutini & veſpere delectabis.
10 Viſitaſti terram & inebriaſti eam: multiplicaſti locupletare eam.
Flumen Dei repletum eſt aquis, paraſti cibum illorum: quoniam ita eſt præparatio ejus.
11 Rivos ejus inebria, multiplica genimina ejus: in ſtillicidiis ejus lætabitur germinans.
12 Benedices coronæ anni benignitatis tuæ: & campi tui replebuntur ubertate.
13 Pingueſcent ſpecioſa deſerti: & exultatione colles accingentur.
14 Induti ſunt arietes ovium, & valles abundabunt frumento: clamabunt, etenim hymnum dicent.

Titulus & Argumentum.

In finem, Pſalmus David.

Verſ. 1.) Canticum Jeremiæ, & Ezechielis, populo tranſmigrationis, quum incipere exite.

In tituli verbis diſcordia.

IN hujus tituli verbis diſcordia magna. Omiſſis primis duobus, in quibus conveniunt omnes editiones, reſpondentque Hebræo למנצח *lamnatzheach*. Hebr. nihil eſt præter שיר *ſcir, canticum*. In Codicibus Græcis mandatis extat ſolum, ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ, ὠδὴ, ὁ δή, *Pſalmus David, canticum*. Baſilius ac Theodoretus omittente nomen ὠδή, meminerunt in nonnullis exemplaribus adjungi, *Canticum Jeremiæ, & Ezechielis, & populi peregrinantis quum profecturi eſſent*: ſed hæc nec legi in Hebræo textu, neque in aliis interpretibus, neque apud LXX, in ſextuplici ſeu hexaplo: Videri autem quempiam, quum neque Pſalmi ſententiam attendiſſet, neque hiſtoriam didiciſſet, hanc appoſuiſſe inſcriptionem; ceterum non convenire Jeremiæ, quia conceſſa ſibi electione vivendi ubi liberet, voluit in patria vitam degere: nec profectis in ſervitutem: quia, prout nefas iis erat per legem, & juxta Pſalmi *l*, alterius verba, *Quomodo cantabimus canticum Domini, in terra aliena?* Canticum reſervabant uſque ad reditum: quod etiam præ ſe fert prima præſentis ſententia; *Te decet hymnus Deus in Sion, & tibi*

l Pſ. 136. 4.

& tibi reddetur votum in Jerusalem, Nicephorus præterea monet, quòd quæ præter ista, Ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ, adjiciuntur, πᾶσιν ἅπαξ ὠβέλισται τοῖς ἐξηγηταῖς, *ab omnibus omnino explanatoribus obelo confessa sunt*: qui verò adjecerunt, innuere voluisse ex quorum persona Psalmus intelligendus esset: Attamen Appollinarius expressit Jeremiam, Ezechielem & populi transmigrationem. Sic autem ille in paraphrasi:

Μέλπε μ'' Ἰεζεκιῆλε, κ᾽ Ἱερεμία τόσσον,
πῶς τίτε δ᾽ ἑλκόμεν᾽ ἀπήλυδον ὄιμετὰ γκῶν,
ἐς ποτε νηοῦ ἄναχτ᾽ ἀπὸ προλιπόντει ἔβησαν,
μέλψατε τιμήεσσανὸδυρόμενοι βασιλῆτο,
λαός τ᾽ ἐυκλειὴς σφετέρων χάειν ἀμπλακιάων;
Cane mihi Ezechiele, & Jeremia clama,
Quo pacto tunc servilem diem subierunt ipsi post terram,
Ut aliquando templum Regis (DEI) deserentes venerunt.
Canite honoratam lamentantes Regis,
Populusque celebris suorum gratia peccatorum.

Ex Latinis antiquissimus omnium qui extent, Hilarius omnia ista omisit. In Arnobii textu memoratur Aggæus, Jeremias, Ezechiel; sed in Commentario prætermittit Ezechielem: notat autem, in Hebræo nec Jeremiam, nec Aggæum haberi, sed solum David; Esdram verò ex charitate qua illos prosequebatur, voluisse eos memorare, asserendo Davidis Psalmum istum illos cecinisse in prophetationis suæ initio, hoc est, extra. Quod ego interpretor, ut cecinerint repræsentando populi captivitatem, quia, ut ipse addit, non potest cantare hymnos *in terra aliena a*.

a Ps. 136. 4.

Ponere videtur hic auctor, titulos Psalmi affixos ab Esdra, sicut & Beda, Brunoque Carthusianus, qua de re dixi in præfatione. Augustinus recitat nomen Jeremiæ & Ezechielis; Aggæi non item (*canticum Jeremiæ & Ezechielis, ex populo transmigrationis quum inciperent exire.*) Ita etiam vocatus Hieronymus, Cassiodorus, Beda (apud quem in titulo corruptè legitur *Ezechias*) Brunoque uterque, saltem in suis commentariis; Remigius sicut Arnobius, nec non Ruffinus & Dionysius, prætercunt in Commentario Ezechielem, & cum Jeremia recensent Ezechielem. Hugo & Haimo memorant etiam Aggæum; huncque post captivitatem fuisse, Jeremiam ante, Ezechielem in ipsa. Lyranus dum recitat ex quibusdam Bibliis, *in finem Psalmum David canticum Jeremiæ & Aggæi, vel Ezechielis de verbo peregrinationis*, docet esse additionem factam ex expositionibus, eò quod Psalmus iste loquatur de reditu captivitatis Babylonicæ, quam captivitatem prædixerunt Jeremias, & Ezechiel: Aggæus autem prophetavit his qui redierant pro reædificatione templi: Davidem hic agere de illo reditu deque fertilitate Judææ quo reditus desiderium captivis generabat. Refert Valentia, docens expositoris quoque hoc additamentum esse, lectionem aliam, quæ addit Zachariam cum illis aliis tribus. Meminit & Ruffinus pro Aggæo quosdam posuisse Ezechielem: alios cum illis & Jeremia etiam Zachariam. Dionysius contentiens cum Lyrano & Valentia, hanc esse additionem Expositorum, scribit post Ruffinum, addi posse ad Jeremiam & Aggæum, præterea Ezechielem atque Zachariam: quia, inquit Ruffinus, exultaverunt Aggæus & Jeremias de reditu, alii duo fuerunt ex populo transmigrationis. Idem tradunt de additione ista Jansenius, Genebrardus, Bredembachius.

Non sequitur Psalmos eorum esse quorum præter David, nomina gerunt, vel etiamsi nec David nomen sit, sed alterius

Jam non permittitur de titulo, quemadmodum extat ambigere, quisquis eum confecerit, quod aliàs *b*, in genere definivi: quemadmodum item docui *c*, nec sequi Psalmos eorum esse, quorum præter David nomina gerunt, vel etiamsi nec David nomen sit, sed alterius. Meritò soli Jeremias & Ezechiel expressi sunt, ut nihil de Zacharia dicam: quem valdè pauci nominant, quoniam Aggæus post reditum de Babylone prophetavit.

b *in præfat.* c. 10
c *Ibid.* c. 2.

Agit autem Psalmus de tempore ipso captivitatis quam illi prædixerunt, & quasi suum iidem de reditu desiderium similibus Psalmi verbis exposituri essent, aut ipsummet hunc recitaturi Psalmum; sic David hoc prævidens illum composuit, & vel ipsemet in titulo ipsos nominavit, vel Esdras, vel LXX. juxta diversas de titulis opiniones, non autem alius quispiam ex expositoribus; qui si tamen aliquis fuisset, jam auctoritatem Canonicam ab Ecclesia haberet. Nec refert quòd Jeremias non abierit in captivitatem Babyloniçam, vel quòd populus non cantaret canticum Domini in terra aliena, ut objiciebant Basilius ac Theodoretus, quia desiderans populi sui reditum Jeremias, potuit recitare hunc Psalmum, præsertim tunc quum, ut est in titulo, inciperet exire: populus autem, licèt non significetur in eodem titulo cantasse, sed cantatum ab aliis de illo, exire seu redire incipiente, Psalmum, potuit quoque cantare in ipso exitu sive egressu. Præterquam quòd etsi negaverunt Hebr. in captivitate cantare canticum Domini coram populo profano, & solemni eo ritu qui usurpabatur in templo Jerosolymitano; ac fortassis privatim ac inter se, si non cantando, certè recitando hunc & alios Psalmos recitaverunt.

Canticum.) Complutenses, Regii, aliiq; codices, pro Ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ ᾠδή, habent, Ψαλμὸς ᾠδῆς τῷ Δαυὶδ, ᾠδὴ Ἱερεμίᾳ, &c. *Psalmus Cantici Davidi, canticum Jeremiæ*, &c. Videtur vacare ὁ᾽δὴς, quum Hebraicè שִׁיר מִזְמוֹר *scir, semel ponatur tantum post* מִזְמוֹר שִׁיר *mismor le David, Psalmus Davidis*, aut *Davidi*. In codice quodam Vaticano extat, Ψαλμὸς ᾠδῆς τῷ Δαυὶδ, *Psalmus cantici ipsi David*.

Nomen *cantici* collatum post nomen proprium David & vocem *Psalmi*, hoc modo, *Psalmus David canticum*, etiam in textu Hebræo, ubi nihil aliud additur, facit me in suspicionem venire aliquid desiderari in eodem textu Hebræo. Nam in alio nullo Psalmo fit ejusmodi transpositio, sed semper dicitur *Psalmus Cantici*, vel *Canticum Psalmi*: in 75. *Psalmus Asaph. Canticum ad Assyrios*. Ergò rectè addita sunt nomina Jeremiæ & Ezechielis, qui, ut indicat Nicephorus, ore tantum cecinerint, David autem etiam pulsato Psalterio; hoc enim significat *Psalmus*, *canticum* verò, illud; ut aliàs docuimus. Euthymius habet, *Psalmus Cantici ipsi David*; & nihil præterea. Eodem pacto videtur legisse Athanasius in catena Nicetæ Heracleensis, ubi notat Psalmo conjunctam odam seu canticum denotare praxi copulatam theoriam, unde reddatur homo perfectus.

Psal. conjuncta oda seu canticũ quid denotet.

Jeremiæ & Ezechielis.) Dixi additos à nonnullis, Aggæum & Zachariam, & errore quodam Ezechiam pro Ezechiele. De Jeremia autem non videor plura dicere nunc debere: quum jam dicta sufficiant ad intelligendum titulum, nempè dum Ezechiel in Babylone, Jeremiam vaticinatum Jerosolym. de captivitate, & Psalmum istum vel recitasse, vel recitare de eadem potuisse.

Populo transmigrationis.) In Græcis codicibus Complutensibus, Regius, & aliis τοῦ λαοῦ τῆς παροικίας, *populi transmigrationis*. Quidam præponunt καὶ, &, ut scilicet indicetur. Psalmum hunc Davidis fuisse Canticum, non solùm Jeremiæ & Ezechielis, sed etiam populi transmigrationis, sive ab hoc, sicut ab illis cantatum. Id præ se fert Apollinarius in carmine quod recitavi. Et putatus Hieronymus, *& populi de captivitate*, & in ipsomet textu tituli, *& populi peregrinationis*, vel *transmigrationis*. In editis Bibliis Basilææ anno 1550. ὑπὲρ τῆς τοῦ λαοῦ τῆν παροικίας, *de populi transmigratione*: ut scilicet hoc sit argumentum Psalmi, & de hoc Jeremias ac Ezechielem quoque cantaverint. Idem valet apud Cassiodorum & Remigium (cui non bene Brugensis tribuit sequentem lectionem) & in aliquot Latinis libris, *de populo transmigrationis*, apud Bedam, Rufinum, Brunonem, Dionysium, Ludolphum, Carthusianos, *de verbo peregrinationis*: sed apud Arnobium & Haimonem utrumque est, *de verbo peregrinationis*, & *de populo transmigrationis*: apud Glossam ordinariam, Hugonem, Ayguanum cum disjunctiva, *vel*. Fieri potest ut pro μαὶ legerint aliqui λοιπὸν. Meminit Ruffinus alios legisse, *ex populo transmigrationis*, pro, *de verbo peregrinationis*, & monens, si verba discrepant, sententiam non discordare, exponit *verbum peregrinationis*, revelationem pro captivorum peregrinatione; *ex populo transmigrationis*, quia Jeremias & Aggæus, sive Zacharias, sive Ezechiel, fuerunt *ex populo transmigrationis*. Bruno Carthusianus dicit, *verbum peregrinationis* fuisse, quando Eva & Adam cogitando in corde dixerunt, *Erimus sicut Dii*, si pomum à DEO vetitum comederimus, quod verbum fuit causa peregrina-

Argumentum Ps.

Quæ verba caussa peragrinationis totius generis humani.

grinationis totius generis humani, tùm quia propterea omnes a DEI fide, & contemplatione, & virtutum perfectione, ante Christi mortem, qua redempti sunt, alienabantur, tùm quia etiam nunc peregrinantur ob mortalitatem, a DEI præsentia, & consortio Angelorum; & hoc innui, quùm dicitur in isto Psalmo *a*; *Verba iniquorum prævaluerunt super nos.* Mysticum hoc est. Haimo verbum *exultationis* interpretatur, quum incipierent peregrini reverti. Sed *verbum peregrinationis* si hæc recipiatur lectio, nil aliud est quam peregrinatio ipsa. Legit August. *expopulo transmigrationis.* At Jeremias quamvis fuerit ex popolo qui transmigravit in Babylonem, non tamen illuc transmigravit, sicut nec Aggæus, & Zacharias, de quibus duobus ultimis minus curandum nunc, quia non sunt in titulo nostro. Quocirca quod in eo habemus, *populo transmigrationis*, significat in illius gratiam populi transmigrantis & de ipso transmigrante Psalmum esse.

Quum inciperet exire. In Complutensibus, & Regiis, *quando profecturi erant.* Hieronymi nomen habens auctor, *quum inciperet proficisci.* Remigius, Haimo, Beda, Cassiodorus, quum *inciperent proficisci.* Sed Beda in textu tituli, *quando incipiebant proficisci*, quam lectionem sequitur Hugo, Bruno, Dionysius, Glossa ord. Hoc quoque modo Ruffinus; & præterea, *quando incipiunt.* Utitur lectione nostra Augustinus. Græcè est, Τὸ ἤμελλον ἐκπορεύεσθαι, quod significat, *quando erant exituri, quando nihil propius erat quam ut exirent, quando jam jam exituri erant, quando jam erant in procinctu*, quod bene verti potuit, *quum inciperet*, & numeri quidem singularis verbo, quamvis ἤμελλον sit plurale, habito respectu ad populum, cui quum collectivè multos significet, utriusvis numeri tribui verbum potest. Hæc pro titulo, quem nimis perfunctoriè alii declaraverunt, alii omnino neglexerunt: diligentiùs autem tractaverunt Bredembachius, Brugensis.

Argumentum Psalmi

Quod attinet ad argumentum, captivitas populi est, præsertim Babylonica, ut passim omnes docent, & ex dictis constat, dum ibi populus reditum expeteret, aut ad eum jam sese pararet, vel etiam iniret, suspirans ad celebritatem religionis in templo, & perfruitionem fœcunditatis copiæque frugum ac fructuum in Judæa. Jansenius magis propendet, ut Psalmum quadrare dicamus in tempora Davidis, ut ipse extructo in monte Sion Tabernaculo precetur DEUM, quo liberiùs illuc omnibus ex locis convenire possit, removeat penitus habitantium in circuitu hostium jugum, & quemadmodum ibi DEUS perculiari quodam modo habitabat, ita peculiariter laudaretur, tùm propter alia, tùm ob illam potentem benignitatem, qua immissis de cœlo imbribus, facit in usus hominum terram fruges ac fructus copiosè producere. Genebrardus omissa mentione de Tabernaculo, vult laudem DEI proponi ob ipsius in Sionem atque in universum genus hominum beneficentiam. Agellius ait esse orationem in persona Levitarum factam pro fœcundanda pluviis terra, quæ siccior aridiorque minitabatur annonæ penuriam, quum in cetera sua DEUS hujus universitatis administratione, insignem potentiam ostenderit. Meminit Folengius istius opinionis.

Sensus litteræ, Mysticus.

Verùm admisso eo sensu litterali de captivitate Babylonica, qui pluribus placet, mysticus erit, quem Patres etiam tradunt de reductione Gentium ab hac quasi Babylonica idololatriæ, & de aliorum peccatorum liberatione, a servitute diaboli ad unius veri DEI cultum, qui bonis ineffabilibus ditet, atque tùm doctrina tùm miraculis reereet & consoletur, donec ad cœlestem Sionem Jerusalemve perducat. Tractant copiosius hoc mysterium Augustinus, Remigius, Hugo. Beda verò ait. Psalmum totum auctoritate Patrum his aptandum, qui post peccata priora, mundi istius confusione (quam *Babylon* significat) damnata, ad Ecclesiam Christi venire contendunt.

Afferunt eumdem sensum Græci enarratores, Basilius, Teodoretus, Nicephorus, & in Catena Nicetæ Heracleensis, Athanasius. Hic ait introduci eos qui ex Gentibus in Christum crediderunt, κατιβοῶντας τὸν σοφὸν Τοῦδε τοῦ αἰῶνος τοῦ: *vociferantes contra sapientes sæculi hujus*, ac orantes prioris impietatis: dimissionem: præterea pro in qui olim steriles & infructuosi erant, nunc vero fertiles facti sunt per fidem in Christum.

A Utitur Ecclesia Psalmo isto in officio defunctorum, ut etiam notat Alcuinus apud Lombardum, quasi deducens peregrinos regredientes de captivitate exilioque vite præsentis, & valet ad nos in hoc exilio consolandos quia certos reddit de libertate, & quod pervenire aliquando valeamus ad patriam, ut notavit Ayguanus. Aptum censet Athanasius Marcellino scribens, hunc Psalmum, si necesse sit laudare hymnis DEUM.

Usus Psalmi istius in Ecclesia in officio defunctorum. Marcellino Psalmum hunc quando aptum esse vult Athanasius

---

Vers. 2.) Te decet hymnus DEUS in Sion, & tibi reddetur votum in Jerusalem.

Sensu locis.

ASserit Propheta vel ex sua, vel ex peregrinantis Hebræi populi persona, vel etiam cujusvis justi suspirantis, tùm ad Ecclesiam militantem, ut in illa numero ac merito & ipse & alii permaneant, atque aggregentur, qui nondum sunt; tùm ad triumphantem; quum Deum optimum & maximum deceat laus eique Bdebeatur, nullibi verè omnino ac sincerè laudari posse præscriptis à lege ritibus ac sacrificiis, quàm in Jerusalem; nullibi, abrogata jam lege scripta, quàm in Ecclesia, nullibi cum exacta prorsus perfectione, quàm domicilio beatorum. Dum hic *peregrinamur b*, *in cœlis conversari* debemus *c*, votis ac desideriis donec detur hæc reddere, nobisque reddi, hoc perfici, & quum habitaverimus *in domo Domini*, *in sæcula sæculorum* laudare eum *d*. Quasi per fenestras nunc Danielis *e*, exemplo contra cœlestem Jerusalem tendimus supplices preces: ædificatis muris ejus, quod hic interim fit tunsionibus pressurisque *f*, *acceptabitur sacrificium justitiæ* (sine periculo amittendi amplius illam) *oblationes*, *holocausta*; *& imponentur super altare divinum vituli labiorum g*, perpetuò *confitentium DEO h*. Non ita nunc delectat decetque in ista plorationis valle, in hoc Babylonico ergastulo, *in hac terra aliena* non viventiam, sed mortalium, cantare ore rotundo, cordeque pleno, *canticum Domini i*, quod soli cantant qui sequuntur agnum *k*; vel audiunt certè, si id aliud est ab eo quod cunctis beatis est commune. Qui *spe gaudet l*, atque navem in *anchora* hac *animæ tuta & firma m*, habet, ac secundùm hanc spem cantat, jam censeri potest in portu *terraque* cantare *viventium*, in qua carne est, non corde, ut Augustinus docet; dicens hoc esse cantare ac *psallere in corde Domino n*, inde scilicet non unde sumus in Babylonia, sed sursum habitamus; quia *non est speciosa laus in ore peccatoris*, o *rectosq*; tantùm *decet collaudatio p*: *Deo* ab istis solis est *decora jucundaque laudatio q*. Hinc elicitur quoque certis DEO dicatis locis decentius coli DEUM.

b 2. Cor. 5. 6
c Phil. 3. 20.
d Ps. 83. 5.
e cap. 6. 10.
f Hymn. de dedic.
g Ps. 50. 21.
h Osea 14. 3. Heb. 13. 15.
i Ps. 136. 4.
k Apoc. 5. 9.
l Rom. 12. 12
m Heb. 6. 19
n Eph. 5. 19.
o Eccl. 15. 9.
p Ps. 32. 1.
q Ps. 143. 1.

Certis Deo dicatis locis, decentior DEI cultus.

Te decet hymnus Deus in Sion.) Hieronymus, *tibi silentium laus Deus in Sion.* Alii, *te expectat*, seu *manet tibi expectatio laudis aut hymni in Sion*: vel, *tibi silet*, vel, *tibi formosa est.* Chald. *coram te reputatur sicut silentium laus Angelorum*, *ô Deus*, *cujus majestas residet in Sion*: sed Nebiensi textus habet dumtaxat, *coram te reputatur sicut silentium laus Deus in Sion.* Vox Hebr. דמיה *dumijah*, quam scribunt alii per (י) à verbo דמה *damah*, potest significare *tacitam laudem*, vel *hymnum*, *silentium ejus expectationem*, *similitudinem* & quasi *imaginem pulchram*. Silet ac tacet DEO laus omnis etiam Angelorum, ut Paraphrastes declaravit; nec par tantis afferri operibus majestatisque illius potest. Testatur id gestu quodam sancta beataque Seraphim, dum celebrando trisagion hymnum, velant faciem ac pedes. *Expectat Deum* & *manet laus*, quia illi uni per se soli absolutè atque simpliciter debita, nil ei à nobis aliud reddi potest, hac se ratione honorificari sentit, quum ait *r*: *Sacrificium laudis honorificabit me*: laus nostra expectat à Deo beneficia *s*, nobis quippe non ipsi utilis; *laudans* namque & invocans *Dominum ab inimicis salvus fit t*: *laus expectat Deum in Sion*, quia ibi perfectè laudatur, hoc est, à Judæis olim in Sion materiali, in Ecclesia à Christianis, in cœlo à beatis; *expectat* etiam ipsum, quia consequi non potest, & expectat ut se ipse captui nostro accommodet, quum aliter non possit laudari Deo reddenda laus, ut dicebam, decora, & per expressionem quamdam veluti elegantis similitudinis atque imaginis, quam pro virili & gratiæ divinæ munere concipiamus, ac formemus de Deo ipso. Est enim gloria, inquit ille *u*, solida quædam, & expressa: non adum-

Phrases scripturæ.

Seraphim quum celebrando trisagion hymnũ, faciem & pedes velãt, quod testantur.

r Ps. 49. 24.
s Cajetan.
t Ps. 17. 4.

Gloriam ut definit Cicero.

u Cic. Tusc. 3.

adumbrata, ea est consentions laus bonorum, incorrupta vox bene judicantium de excellente virtute, ea virtuti resonat tamquam imago voci.) Adhanc ultimam notionem respicit τὸ πρέπει, & *decet*; nec non ad priores duas: Nec enim cum decoro laudat DEUM, nisi qui omni superiorem ac majorem laude *a*, sed qua potest tamen, dignum considerat, & attendens quàm à nobis expectet, conatur quantum valet congruentem afferre meritis ipsius.

Deum cum decoro non laudat nisi qui omni superiorem ac majorem laude.

a *Eccl.* 43. 33.

Tractans de officiis Ambrosius *b*, decorum ac honestum quod in iis tantoperè spectatur, & πρέπον vocatur, hoc inter alios *c*, ex loco probat: exponitque præsentem sententiam, ut sit idem dicere: *Te decet hymnus Deus in Sion*, atque, honestum est ut te timeamus, te diligamus, te precemur, te honorificemus. Adeo multa comprehendi vult hymni ac laudis exhibitione; quia præcisa laus non sufficit, ac Aristot. teste *d*, ἐ εἰσὶν ἔπαινος, ἀλλὰ μείζων τι ἡ βέλτιον, *optimorum non est laus, sed majus quid & melius*; quod probat, quia θεὸν μακαρίζομεν, καὶ εὐδαιμονί ζομεν, *Deos beatos ac felices prædicamus*, ut & viros maximè divinos vitam beatam degere dicimus; nec beatitudinem laudibus effert, ut justitiam & virtutes alias. Quum laudatis, August. *e*, Deum toti laudate, cantet vox, cantet vita, cantent facta. Dionysius Areopatita præfatus in opere de divinis nominibus *f*, τὸ ἀπρόσδεκτον & ἄῤῥητον, *incomprehensibilitatem*, ac *ineffabilitatem Dei*, scribit tamen, quantum, tenuitas humana patitur & edisci ex Patribus potest, celebrandos θεὸν θεαρχικοὺς ὕμνους. γαρ τὰς ἱερὰς ὑμνολογιας, *thehachicos himnos, & sacras hymnologia*. Idem certa quadam proportione dici de Deipara debet, quam quum sponsus, qui penitus incomprehensibilis est, ac involvendus tamquam silentii pallio, sicut pictor eum cujus exprimere latis dolorem nequibat, involvit *g*: (& quomodo alius quum formosas alius puellas depinxisset, designatum Helenæ vacuum reliquit locum inscriptione. *Hic locus est Helenæ*) laudavisset, addidit, *absq; eo quod intrinsecus latet* h ἐκτος τῆς σιωπῆσεως, *extra silentium*, ut omnis latus haberi silentium possit, & honoretur silentio melius quàm sermone, quod V. editio vertit, ἀπὸ πλήθους τὸ κάλλός σο, *ex multitudine pulchritudinis tuæ*, quam pulchritudinem alio epitheto nominarent Græci σιγαλοισσαν, quem silentium ac stuporem inducat: ut merito poscere à Deipara quemque jubeant Ecclesia, dignare me laudare te; quod à DEO perimus dicentes *Domine* i, *labia mea aperies & os meum annuntiabit laudem tuam*: nec scilicet, claudat ora canentium, idest, canere volentium eum. Idem Dionisius arcana cœlestia silentio veneranda dicit, quòd importat quoque παρὰ τὸ μύειν, nomen μυσηείω, *mysterii*: præterea Basilius *k*, & Chrysostomus *l*; qui postremus refert olim supernè inscriptum in templis silentium fuisse. Angeronia Romanis erat Dea, ore obligato signatoque *m* vel digito ad nos admoto, cum Tacita, sicut Harpocrates apud Ægyptios, dictus etiam Sigaleon à silentio. Colebant præterea crocodilium Ægyptii, qui caret lingua, ut innuerent, & perpetuo in silentio DEUM quodammodo esse, & silentio coli melius. Trimegistus in hymno quem canit DEO, *ineffabilem* vocat, solò prædicandum silentio: & Lyricus *n*, *utrumque* ait *sacro digna silentio Mirantur umbræ dicere*. De his Gyraldus *n*. Spectat eodem cognitio DEI per negationes, de qua R. Moses *o*, Cyrus Smyrnensis Episcopus, ut Nicephorus *p*, Calixti memorat in die natalis Christi, concionans hortatus est silentio coli, quoniam auditu solo in virgine sancta conceptum esset Dei verbum. Quasi diceret *q*; *Benedic anima mea Dominum, Dominus Deus meus magnificatus est vehementer* r, *confitemini* s, *Domino*; &c. *quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes ejus?* David *t*, tamen impetrat laudari Dominum *secundum multitudinem magnitudinis ejus*, ut magis magisque in infinitum laude dignum judiceremus, nec satis umquam laudatum arbitremur. Tritumillud Simonidis, non posse quavis data dilatione temporis, quid Deus sit, exponere pro dignitate *u*, ut dolor sic amor, & quælibet immodica ligat linguam perturbatio, atque quod quidam *x*, dixit, *parva cura loquuntur, ingentes stupent*; sic effari de Deo nequit, qui magni eum eum æstimat.

Sanè ad DEI decentem laudationem quæ celebratur

b *in Ps.* 148.

c *cap.* 1. Quantum tenuitas humana patitur, the archici hymni & sacræ hymnologiæ celebrandæ

g *Plin. l.* 35. *c.* 10. Helenæ pictura cum inscriptione.

h *Cant.* 4. 13

i *Ps.* 50. 17. Arcana cœlestia silentio veneranda.

k *de Spir. S. c.* 27.

l *hom.* 1. *in* 1. *Tim.* Olim supernè in templis inscriptum silentium.

Angeronia Tacita, Harpocrates, Sigalion silentii numina.

Crocodilus cur colerent Ægyptii.

Deus quodam modo perpetuo in silentio, & melius silentio colitur.

m *Hor.* 2. *c. Ode* 13.

n *de dis Gent. Syntag.* 1.

o 1. *ductoris dubior. c.* 58.

p *lib.* 14. *c.* 46

q *Ps.* 103. 1. 3 c.

r *Ps.* 101. 12

s *Ps.* 105. 1. 2

t *Ps.* 150. 2. Quid Deus sit, exponi pro dignitate, quavis data dilatione temporis, non potest.

u *Cic. l. de nat. Deor.*

x *Seneca.*

Ad Dei decentem laudationem silentio opus est.

Præsertim in Ecclesia, silentio opus est, quod mater ibi Nazianzeni Nonna tenacissimè servabat *y*: qua de re Ambrosius *z*, allatis profanis etiam exemplis, Augustinus *a*, Basilius *b*, Crysostomus *c*, Isidorus *d* Pelusiota, et de diaconis Clemens Romanus *e*, qui per templum inambulando contemplarentur viros mulieresque ne quis fieret strepitus, ne quis nutus faceret, aut mussitaret, aut dormitaret. Tale illud apud Ethnicos; *Favet linguis*, ut ritè peragi sacrum posset, nulla voce mala obstrepente, inquit Seneca *f*, &, σίτας πᾶς ἔστω μεσὸς; *taces omnis esto mutus*. Brissonii formulas lege *g*, & de silentio in Ecclesia Joannem Stephanum Durantum *h*, quæque ipsi diximus in historiæ Apostolicæ commentario *i*, & Ecclesiastæ *k*, & Psal. 38. *l*. Denique si silentium retineatur, poterit venerationem ac reverentem timorem denotare; sicut apud Zachariam *m*: *Sileat omnis caro à facie Domini*. Cessationem quoque veterum prophetiarum tempore Christi, quam patris Joannis Baptistæ, ad quem usque lex & prophetæ *n*, silentium *o*, innuit. Ruborem injiciunt quæ citatus profert Ambrosius exempla Gentilium: Item quod Quintilianus docet *p*, in templo parcitum verbis, animos compositos, tacitam mentem custodiri solitam, ut proinde ibi pulsare velut in solitudine, velut in secreto quodam ferendum non esse. Arrian. etiam *q*, Gentilium & Paganorum templis religioni scribit fuisse exspuere, aut nasum emungere. Sed veriora, mirabiliora, religiosora hac de re monachis Ægyptiis, apud Cassianum *r*, leges.

y *Naz. in. or* 19. *in laud. pat.*

z 1. *de virgin.* Diaconor. officium.

a *Serm.* 251. *de temp.*

b *hom. in ps.* 28.

c *hom.* 38. *ad pop.*

d *l.* 1. *ep. in* 45

e *S. const. c.* 11. Silentium in Ecclesia.

f *lib. de vita beata c.* 16.

g *lib.* 1. *p.* 10. *& seqq.* Silentii observatio, venerationis & reverentis timoris denotatio.

h 1. *de rit. Eccl. c. ult.*

i *in c.* 13. *v.* 16.

k *in c.* 3. *v.* 7. o 1 *vers.* 1. Circa silentium religio.

m *c.* 2. *ult.*

n *Matt.* 11. 12 o *Luc.* 1. 20.

p *declam.* 265.

q *in Epist. l.* 4. *cap.* 11.

r 2. *inst. c.* 19.

s *cap.* 9.

t *l. de mundo.*

u Col. 3. 16.

x *hom.* 9. Hymnus res divinior quam Psalmus, Chrysostomo. Peculiariter pro carmine in honorem Dei & quo Dei laudes dicuntur.

Hymnus.) Hieronymus, *laus*, תהלה *thehillah*, unde huic quoque operi nomen est כפר תהלים *sepher thehillim*, ut in præfatione *s*, vidimus, & à Philone *t*, David vocatur ὑμνοχάρος. Synonyma vox est sæpè cum Psalmos licèt quandoque distinguatur, sicut & à Cantico. Paulus *u*, certè distinctè numerat: *Commonentes vosmetipsos psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus*. Ubi Chrysostomus *x*, vult *hymnum* esse rem diviniorem quam Psalmum, & Angelis attribuit, & apud Græcos etiam profanes peculiariter accipitur pro carmine in honorem DEI, & quo Dei laudes dicuntur. Non omnino ineptè hymnum de quo hic mentio est, ad eum applicaret aliquis quem dixisse post cœnam Christus scribitur *y*, videlicet ut intelligatur eum decere dicere hymnum illum.

In Sion.) De *Sion* monte, ubi arx David, & in ejus postea parte templum, dixi priùs non semel, nec non quod sit extymon ejus. Quum in scholio exponatur κιδῶσα, *sitiens* & *siticulosa*, putat Agellius aliud simul cum templi loco ad siccitatem, cujus tempore ob penuriæ periculum Psalmus hic sit editus. A communiore opinione recedit hic auctor de Psalmi argumento (ut antea monuimus. *Speculationem* quoq; significat, & in speculatione virtutum laudatur Deus, non in Babylone, h.e. in confusione peccatorum, inquit Ruffinus, aliique, & hic ubi DEUS videtur *per speculum in anigmate* z, donec in Jerusalem, quæ visio pacis est, perveniatur. Quamquam pro speculo non quadrat etymologia. Rationes alias de speculo, vide apud Hugonem.

y *Mat.* 14. 26

z 1. *Cor.* 13. 12. Pro *speculo* non quanta *Sion* etymologia.

Et tibi reddetur votum in Jerusalem.) Voces ultimæ duæ non sunt in Hebræo textu, nec in emendata editione LXX. quum tamen non solùm alii codices Græci habeant, sed enarratores quos viderim. *Sion* & *Jerusalem* valent sæpè idem, & à Sion principali parte denominatur civitas tota. Certè in ea Jerusalem parte ubi Sion erat, sicut laus ita reddi votum debebat, quemadmodum jam diximus, h. e. votiva hostia, de qua etiam actum alibi aliquot præcedentibus psalmis. Vim autem habet *reddendi* verbum, ut omnia DEI esse intelligatur, maximè verò quæ quis voto eidem addixerit; Hebr. ישולם *jesciullam* significat *cum pace perfici, perfectæ; persolvi*. Porrò ne repetam indicatam initio anagogen Augustini & aliorum, de complemento votorum nostrorum in cœlesti Sione & Jerusalem, h. e. desideriorum vel eorum quæ Deo promisimus, ut in Baptismo corporis & animæ integritatem, Allegoriam de præsenti Catholica Ecclesia, sub qua comprehendi Euthymius privata templa in variis mundi partibus, persequitur Hilarius, egregiè docens, nullam extra illam laudem, votum DEO nullum placere posse. Hujus Doctoris notatu dignissima propter nostris temporis hæreticos sententia. Omnia inquit, superstitionum genera,

Sion & Jerusalem idem sæpe.

Allegoria. Notatu digna Hilarii sententia. Omnia superstitionum genera, quæ extra religionem Dei sint, condemnantur

quæ extra religionem DEI sint, condemnat. Plures enim sunt in demersissimo erroris profundo locati, qui doctrinæ suæ perversitatem quadam inanis laboris probitate commendent. Cernimus namque nudis corporibus Philosophos algere (Gymnosophistæ vocabantur illi) ipso etiam conjugiorum usu magistri abstinent: hæretici sicco panis cibo vivunt, (Encratitas forsan innuit, quales nunc paucos aut nullos habemus) sed qui tandem otiosi hujus propositi profectus est? Totum hoc inane atque ridiculum est, & cum ipsis superstitionis caussis miserabile. DEO ergo vovenda sunt, contemtus corporis, castitatis custodia, jejunii tolerantia. Luculentum profectò tam antiqui & gravis auctoris testimonium, & pro vitis eorumque materia & pro unitate Ecclesiæ; quia ut subdit, vota tantùm Ecclesiasticæ religionis utilia sunt, & dignis DEO cantionibus, & propositæ in Ecclesia observantiæ studio probantur. Hugo transfert hunc locum ad omnem religiosum, in quo à viris religiosis hymnus ac laus exigitur DEI, & nuncupatorum DEO propter ipsummet Deum meditio votorum in Sion contemplationis & remotionis ab his inferioribus, atque in Jerusalem pacatæ pacificæquæ conscientiæ.

Gymnosophistarum, Encratarũ & aliorum vana superstitio.

Vota quæ sint utilia.

Vers. 3.) Exaudi orationem meam: ad te omnis caro veniet.

Quum destinatum laudationi ac votivis hostiis oblationibusque dixerit Sionis locum esse, tamquam jam eo in loco esset, vel certè ut ad eum pervenire concedatur exulibus captivisque, orationem flagitat exaudiri: si annuerit Deus, in domo quam *orationis* voluit appellari *a*, & in qua ipse prævidet cunctos esse exaudiendos *b*, ait quemlibet alium eò religionis atque orationis caussa venturum, & quotquot volent de captivitate Babylonis redituros. Itaque hoc ac priore versu quasi procœmio flectere DEUM nititur, quòd se profiteatur ei laudes debere, vota spondeat: eidem conveniat DEO cunctorum exaudire orationes prout etiam id promissurum prospicit: hominem recordetur DEUS esse *carnem* *c*, probeque noverit figmentum illud *d*, tot obnoxii ærumnis. Dedicato templo Salomon postulavit ut audiret DEUS *hymnum & orationem* suam, essentque ipsius, *oculi aperti super domum* illam *die* ac *nocte* *e*; petivit inter alia ut *postulantes pluviam exaudiret* *f*: insuper ut nec *alienigenæ* repelleret orationem, *differentque* hoc modo *universi populi terrarum nomen ejus timere* *g*. Juxta Hebræi textus formam enuntiantis, non precantis, & omisso pronomine, *meam*, quod in eo non est, ait, quòd deceat Deum hymnus, eique persolvetur votum, qui exaudit cujuvis orationem, etiamsi caro sit & infirmus atque peccator.

Sensus loci.

a *Matth.* 21. 13
b 3. *Reg.* 8. 28. *& seq.*

c *Ps.* 77. 39.
d *Ps* 102. 14.

e 3. *Reg.* 8. 28. 29. 52. 35. 36.

f 41. 42. 43

Loci interpretatio de gentium omnium ad Ecclesiam vocatione.

De Gentium omnium ad Ecclesia vocatione consurgunque ex omni genere & conditione virorum mulierum, pauperum, divitum, humilium, sublimium, doctorum, indoctorum, dominorum, servorum, senum, juvenum, adolescentum, puerorum, infantum, Judæorum, Græcorum, Romanorum, Barbarorum, quam facit inductionem Augustinus; non est ferè Catholicorum ullus qui non exponat: præterea de generali resurrectione, quem Hugo litteralem putat sensum, indicatq; Ruffinus. Cajetanus de sistendis omnibus judicio Dei tùm particulari, tùm universali. Ego omnes mystico recipio; sed primus propter tantum consensum existimari debet intentus à Spiritu S. Idem traditur à Hieronymo alibi *h*, sensus, & à Gregorio *i*.

Aliæ interpretationes.

Litteralis sensus.

h *in c.* 1 *Zac.* i *Hom.* 11. *in Evang.*

Exaudi orationem meam.) Hieronymus, apud Trevetum, *exaudies*: quod idem valet ac *exaudi*, vel, *exaudiens*. quod nunc participium est Hebraicè, שֹׁמֵעַ *sciomeahh*, sed ablatis isti punctis potest esse Imperativus, שְׁמַע *scemahh*, quo pacto legerunt Lxx. Chaldæus Paraphrastes in participio sic enarrat; *recipiens orationem ad te omnes filii carnis venient*, pronomen, ut antè dixi, *meam*, abest ab Hebræo textu. Hilarius negat id esse in authenticis, licèt multi addiderint: & absentiam insinuere orationem hanc esse à Spiritu Sancto interpellante *pro nobis inenarrabilibus gemitibus* k, non ex sensu proprio Davidis. Etiam Davidis oratio ex instinctu divino quem concedit Hilarius, illius dici potest, sicut & alia gratiæ munera, quando dantur, eorum dicuntur esse, quibus dantur.

k *Rom.* 8. 27.

Ad te omnis caro veniet.) Hieron. *Donec ad te omnis caro veniat*, supplent alii, *propterea*: ut sit sensus, quum sit DEUS exaudiens orationem, propterea facilè ad ipsum omnes accedere etiam carnales, est עָדֶיךָ *hhaecha*, *usque ad te*; innuit antichesin, ut etiam caro perveniat usque ad DEUM, loquatur ei pulvis *l*, & cinis, Frequentabatur etiam à Gentilibus religiosè olim templum Jerosolymitanum, ut demonstravi, disputans de Eunuchio in actibus Apostolorum *m*. Nota Synecdoche, de qua monent hic ferè omnes, ut sicut *anima*, ita sumatur *caro* pro toto homine, & universitate generis humani. Valet annotatio contra hæresin, quòd in Christo non esset anima, sed solacaro, eo quòd *verbum caro factum* dicatur *n*, & *incarnatus*. Observavit hoc Augustinus *o*, docens, quamvis philosophicè loquendo valeret aliquid fortassis ea locutio, tamen advertere nos oportere, libri Christiani quemadmodum loqui soleant. Ait præterea idem esse in Scriptura, vivere secundùm hominem & *secundùm carnem* *p*, carnalem esse, & *secundùm hominem ambulare* *q*, idest, non secundùm Deum, sed secundùm seipsum; ut etiam diabolus, qui non est caro, ambulat secundùm seipsum. Respondit Fulgentius *r*, idem hæresi idem objicienti, non fuisse in Christo animam rationalem, eodem modo. Sed hoc, ut dixi, nimis compertum, & aliàs notatum. Quod *omnis caro*, ait Hieronymus *s*, non absolutè hominum & bestiarum, & volatilum & piscium, sed specialiter hominum accipiatur, illa scriptura significat; *exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet*, neque enim ad Dominum omnis caro irrationabilium ventura est animantium, sed illa quæ donum Spiritus Sancti susceptura est, & de qua dicitur *t*; *Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Sagenam* declarans *ex omni genere piscium congregantem* u. Gregorius *x* de vocatis ad Ecclesiam, rationem comparationis & præsentis assignat loci, quia ad peccatorum veniam sapientes & fatuos, liberos & servos, divites & pauperes, fortes & infirmos vocati. Quidni vero omnis ad Deum veniat caro tùm credendo & amando, tùm suo post mortem tempore resurgendo, quum fieri Deus caro & ad carnem venire dignatus fuerit, eamdemque carnem super omnes omnes cœlos sublimen constituere? *Incarnationis* vocabulum humilitatem Christi magis commendat & charitatem, ut annotat Augustinus *y*, Nazianzenus *z*, Cyrillus *a*, Alexand. Theophylactus & aliis in Joannem *b*: & quod non Angelos ac spiritus apprehendit Deus, sed hominem corporeum carne constantem, qui opponi solet spiritui: ut in ea Mosis oratione *c*, *Dominus Deus spirituum omnis carnis*. Egi hac de re uberiùs in commentario Actuum Apostolorum *d*. De nota universali quo pacto ad Deum *omnis veniat caro* sive homo, nihil præter id quo ex Augusto attuli, dicendum censeo: exempla plura collegit Cantapetrensis *e*, nec desunt adhuc alia multa latis frequentia & obvia; ex quibus aliqua prioribus quoque psalmis occurrerunt.

l *Gen.* 18. 27.

m *c.* 8. 27. 34 *Synecdoche.*

n *Joan.* 1. 24.

o *lib. de continentia c.* 4 *Phrases scripturæ.*

p *Rom.* 8. 13.

q 1. *Cor.* 3. 4.

r 1. *ad Thrasymund. c.* 27.

s *in cap.* 2. *Zach.* Vocum, *omnis caro* pro hominibus tantum, specialis interpretatio.

t *Joel.* 2. 28. Sagenæ ex omni genere piscium congregatis, *ex loco Matthæi, interpretatio.*

u *Mat.* 13. 47

x *hom.* 11. *in Evang.*

Humilitatem Christi & charitatem commendans incarnatio.

y *epist.* 1. *ad Clido.*

a *l.* 1 *in Ioa. cap.* 15.

b *in c.* 1.

c *Num.* 27. 16.

d *in c.* 2. 17.

e 6. *hypotyp. cap.* 3.

Vers. 4.) Verba iniquorum prævaluerunt super nos, & impietatibus nostris tu propitiaberis.

Hæc interim, dum reditum expectat orationis materia & summa, ut in Deum præsertim commissa peccata ignoscere Deus velit, propter quæ durum illud sustineat in Babylone ac intolerabile jugum servitutis, & improbissimis subsint hominibus, quos ferre amplius nequeant, tam atroces in eos injurias, blasphemias in Deum jactantium, & quorum imitari improbitatem quodammodo compellantur, & tot etiam denuo alia scelera committere, ut horum jam numero ac mole fere obruantur, nec eluere possint, vel evitare, nisi ab eadem Dei benignitate ipsis cito succurratur, videlicet ingruente jam termino annorum septuaginta, quem captivitati præscripsit *f*. Hostes visibiles, invisibilesque mystico intelliguntur sensu, suadentes idola coli, aut creaturam pro Creatore Deoque vero; *propitiatio* autem allata per Chri-

Sensus loci.

f *Jer.* 25. 12. Mysticus sensus.

Christum sacerdotem & oblatorem, ac simul sacrificium, victimam, oblationem, ut præ ceteris optimè declarat Augustinus, & prior jam attingerat Hilarius. Arnobius autem faciens hìc loquentes Apostolos, interpretatur *verba iniquorum*. Pharisæorum, qui persequebantur eos, & *impietates* p sivè sumtas, pro iis accipit quas Apostoli patiebantur ab iisdem Pharisæis, impiè affligentibus.

Verba iniquorum.) Augustinus, *sermones*. Hieronymus, *verba iniquitatum*. *Verba* pro rebus usurpantur sæpe numero, abstracta pro concretis, ideſt, עונת *hhauonoth*, iniquitates & pravitates pro iniquis pravisque. Quare non tantùm exponi potest oratio maledica & blasphema impiorum, & iniquorum apud quos captivi erant Hebræi, ut Euthymio placet ac Nicephoro, Basilio, Theodoreto, & juxta sensum mysticum Augustino; sed ipsæmet Hebræorum iniquitates atque impietates, ob quas captivitatem paterentur: quomodo *sermo Uriæ* dicitur, negotium pertinens ad illum, in quo peccavit David *a*. Videri possunt Lxx. debuisse vertere ἀνομιῶν, tamen etiam ἀνόλων reddiderunt Simmachus, Aquila, V. editio: & hæc quidem ἐκραταιώθησαν ὑπὲρ ἐμέ, *invaluerunt super me*. Aquila, ἐδυναμώθησαν παρ' ἐλέ, *roborata sunt pro me*: Symmachus, κατεδυνάστευσάν με, *subjecerunt & oppresserunt me*. Hilarius, *invaluerunt super nos*. Pro גבו *menni*, legerunt Lxx. מנו *mennu*, pro affixo singulari primæ personæ, affixum pluralis. Præpositio autem מן *min*, comparativa est, significans, verba iniquorum supra vires fuisse; aut quod in ipsis fuit, prævalere hostes supra vires captivorum voluisse, vexando verbis, aut, si pro rebus verba sumuntur, & iniqua verba pro iniquitatibus, excreviſse nimium iniquitatum molem, *sicutque onus grave gravatas* super illos captivos *b*, plusquam ipsummet captivitatis ac servitutis alioqui gravissimum jugum. Malo *verba*, seu *sermones*, & λόγους & דברים *devarim*, pro molesta minacique captivos opprimentium oratione sumere, qua captivi frangerentur. Nicephorus oppositum tradit sensum, qui est alter duorum, quos affert Euthymius, λόγοι ἀνομων ὑπερεδυνὰ μησαν ἡμᾶι. *Verba iniquorum valde fortes reddiderunt nos*, nec infirmarunt fiduciam adversus te, sed potiùs effecerunt ut confideremus non inultas abituras injurias eorum, & nostras nobis te impietates condonaturum. Repugnat phrasis Hebræa, & aliorum Interpretum versio. Agellius ad semel traditum de arenti solo sensum precesq; pro pluvia, trahit omnia, & *prævalendi* verbum aquarum innuere vult exundantiam, qualis de diluvii dicitur aquis *c* גברו המם *hammaim gaveru* ὑπερράτει τὸ ὕδωρ.

Placet mihi sensus adhuc abundantior, nec tam restrictus, de quo dictum satis. Planè mysticum quod Bruno Carthusianus, Hugo, & alii de verbis dicunt parentum primorum quibus *diis se similes futuros* dixerunt *d*, ac se post lapsum excusaverunt *e*, quin addunt patris mendacii Evam tentantis verba. Est alia Tropologia Hugonis, prævalere detractorum verba super justos, qui non resistunt, non in eis, quia nullum contra illos odium concipiunt; ut proinde, quod sequitur, liberiùs ac securiùs propitiationem postulent pro suis peccatis *f*.

Et impietatibus nostris tu propitiaberis.) Hieronimus, dempta conjunctione, *sceleribus nostris tu propitiaberis*. Augustinus, & *impietates nostras tu propitiaberis*. Hilarius, & *impietates nostras tu propitiaberis*, utitur tamen etiam idem Augustinus in commentario casu dativo. Emendati Codices Græci habent accusativum ἀσεβείας, alii dativum, ἀσεβείαις. Psalmo 102. *g*, in dativo quoque casu legimus, *qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis*, ubi correcti Codices Græci habent eumdem casum, πάσαις ταῖς ἀνομίαις, ceteri accusativum, πάσας τὰς ἀνολίας: priorem omnes editiones Latinæ. Potest futurum vim habere imperativi optativi. In hoc Apollinarius reddit;

νῶι δ' ὑμῶν ἔχαις ἐλεήμονα δυσφροσύνησιν.

Nostris vero animum habeas misericordem stultitiis. Non semper *impietates* & ἀσέβειαι *peccata in Deum* propriè significant, sed latiorem habent significationem, sicut פשעים *pesciahhim*, quæ vertit Hieronymus hoc loco *scelera*; quemadmodum & aliis præcedentib; Psalmis *h*, etsi in uno *i*, est עון *hhauon*, quod in hujus Psalmi

Versus priore membro pluraliter habetur. Quomodo Christus *propitiatio* sit, docui, Joannis epistolas interpretans *k*.

Vers. 5.) Beatus quem elegisti, & assumsisti, inhabitabit in atriis tuis.

Replebimus in bonis domus tuæ, sanctum est templum tuum.

Vers. 6.) Mirabile in æquitate.

POstquam deprecatus est peccatorum veniam, quæ detinerent in captivitate ac reditum impedirent, exardescens in captivorum persona, desiderio magno redeundi in Sion, & in tabernaculum templumque, prorumpit in epiphonema, quo pronuntiat fortunatum ac felicem eum cui contingat ex Dei electione ipsi propinquum fieri, assiduèque versari & manere in sanctis illis locis. Tum addit, sit tam optaræ res miseri contingat exulibus captivisque futurum ut bonorum divinorum quæ ibi sunt, contemplatione & gusto saturentur: templum etiam quod præcognoscit construendum propter sancti Dei eximiam quamdam præsentiam, omnino sanctum fore; in illo Deum responsa dando & exaudiendo, ac ratum & constantem tum fabricæ, tùm ministerii ordinem constituendo, admirabilem justitiam suam declaraturum. Videtur porro peculiarem respectum ad Levitas habere, qui sacra tractabant ex propria Dei designatione, ac oblatis vescebantur, & una cum Tribu Juda redierunt, aliis Tribubus remanere in Babylone volentibus. Sic ipsemet aliis Psal. David suum viscendi templi desiderium exposuit *l*, & beatos affirmavit habitantes in eo, semperque ibi Deum laudantes idem *m*. Hìc ergo etiam renovat idem votum nomine captivorum, ex persona potissimùm Levitarum, quos dixi, & Tribus Juda, in cujus ditione Sion erat, locus templi, & Jerusalem sancta, cujus pars mons idem. Horum eorumdem de reditu ingens gaudium declarat Psalmus ille *n*. *In convertendo Dominus captivitatem Sion, facti sumus sicut consolati*, &c. Sensu mystico beatus prædicatur quisquis ad Ecclesiam Dei vocatur & secernitur ab insidelibus, particepsque sit spiritualium bonorum, habitans in particularibus mundi Ecclesiis, Euthym. & alii Græci. Sed beatior adhuc quem Deus à massa perditorum assumit in sortem sanctorum et electorũ, ut cum illis habitet in cœlesti domicilio, cumulatus omni bonorum genere, ubi non aliud *templum*, quàm *Deus* ipse *o* sanctus, mirabili quadam æquitate singulis partinens bona illa & præmia, quemadmodum reprobis mala & supplicia *p*. Vel, beata dicitur humana natura *q*, quam assumsit magno delectu filius Dei, & à primo conceptionis instanti habitare animam ejus in atriis beatitudinis fecit, propterque ipsam ac merita Christi, *potestatem dedit filios Dei fieri qui crederent in nomine ejus* r, &, *ut explenitudine ejusdem omnes acciperent* s, hìc munera gratiæ, in cælo gloriæ, quum sit & ipse *templum* t, in quo *habitat plenitudo* divinitatis corporaliter *u*, & utraque tùm militans tùm triumphans Ecclesia, præterea mater ipsius denique cujus vis etiam anima justi corpusque *x* in quo omni templo est mirabilis ac æquabili quodam ordine multiplex animque ornamentum, & in omnibus fidelibus unius tanta, ut unius membra sint corporis sub uno capite Christo *y*.

De Gentibus vocatis, deque quolibet justo, in quo *habitat & mansionem facit* Deus *z* & qui præclaro vitam fine concludat, & assumatur in mansiones cœlestes, declarat in Catena Nicetę Heracleensis, Athanasius, dicitque verba hæc & exclamationem proferre merito illos, qui sunt τὲς ἀπαλλαγέντας τῦ βίυ ζηλέντες καὶ μακαρίζοντες, *præsenti vita abstractos imitantes, & beatificantes*. Docet etiam, in Ecclesiæ domo bona esse diversorum donorum Spiritus Sancti; & in eadem perfici mirabiliter virtutem justitiæ cum puritate quæ vocatur sanctitas. Alibi *a* de natura quoque humana quam Dei filius assumsit, interpretatur, ut & similes alios loco *b*. Ambrosio *e* placuit anagoge de beatitudine, bonisque ipsius, de quibus tam sæpe David meminerit *d*, quum ibi tantum sint, ubi vita perpetua, vita sine crimine; ut sciremus

Sensus loci.

k 1. *Eph.* 2. 2

Verba, pro rebus.

a 3. *Reg.* 15. 5.

b *psl.* 37. 5.

Nicephori oppositus loci sensus.

c *Gen.* 7. 19.

d *Gen.* 3. 5.
e *ibid.* 12. 13.
Tropologia

f *Eccl.* 28. 2. 3. 4.

g *vers.* 3.

Impietatis nomen latius acceptum.
ἀσέβεια.

h *psl.* 5. 11. *psl.* 31. 5.
i *psl.* 31. 5.

l *psl.* 25. 8.
psl. 26. 4.
psl. 27. 2.
psl. 30. 21.
psl. 35. 8. 9.
psl. 41. 1. & *s.*
psl. 47. toto.
psl. 56. 8. 9. 10
psl. 60. 4.
psl. 62. 2. 3.
psl. 83. 2. & *s.*
m *psl.* 85. 5.
n *psl.* 125. 1.
Mysticus sensus.
Qui beatiores dicantur.
o *Apoc.* 21. 22.

p *Euthym. Athan. Cassiod. Glos.* Humanæ naturæ beatitudo.
q *August. Arnobius.*
r *Joan.* 1. 12.
s *Ibid.* 16.
t *Joan.* 2. 9.
u *Coloss.* 1. 19.
x 1. *Cor.* 6. 19.

y *August.*
z 1. *Cor.* 3. 16.
Joan. 14. 22.

Verba hujus loci & exclamationes qui merito proferantur.
a l. 3. *de assumpt. hominis.*
b *psl.* 17.
psl. 26.
c *De bono mortis* c. 12
d *psl.* 4. 7. & *seq. psl.* 20. 4. & *seq.*

mus hinc bonum illud philosophos transtuliſſe quod summum aſerunt: in quo bono eſt requies pura, lux immortalis, gratia perpetua, hæreditas animarum, pia & ſecura tranquillitas, non morti ſubjecta, ſed erepta de morte, ubi nullæ lacrymæ, nullus eſt fletus. Hilarius hoc loco videtur omnes attigiſſe ſenſus myſticos de Eccleſia, de beatitudine, de Chriſto. Licèt aptare præterea locum iis quos aſſumſit Jeſus in montem ut ante eos tranſfiguraretur *a*, quis non enim illos ad rem tantam aſſumtos, electos pronuntiet beatoſque, licèt ibi diutius habitare conceſſum non fuerit, ut maximè coryphæus illorum volebat? Convenit & ſuo modo locus hic dicatis Deo, ſive clericali honore, ſive ordine religioſo hominibus.

Bonũ ſummum apud Philoſophos.

Hilarii interpretationes myſticę.

Loci aptatio.

a *Matt.* 17. 2.

Beatus quem elegiſti & aſſumſiſti.) Hieronymus, *beatus quem elegeris & ſuſceperis.* Alii, *quem elegeris & appropinquare feceris tibi*, vel *adjunxeris, ſociaveris.* Valet hæc omnia תקרב *the Karcu.* Aſumtionem quoque iſtam ad proprius cum Deo veluti habitandum expoſuit Apollinarius:

> ὄλβιος ὃς παρὰ σοὶ προλεγμένος οἶκια ναίει
> Σοῖ παρ' αὐλείοις κλισίῃ πτύξοιτο μελάθροις.
> *Beatus, qui apud te prælectus domos habitat,*
> *Tua apud atrienſia caſam figat palatia.*

b *Num.* 16. 5.

Quos elegerit Deus ait Moyſes *b*, *appropinquabunt ei* את-אשר יקחר בויקריב אליו *eth aſcher jiukchar-boiakriu elau*, *quem elegerit ſibi*, *appropinquare faciet ad ſe.* Quod de Levitis & ſacrificantibus dicitur. Hoc autem loco Paraphraſtes explicat, *beatus in quo tibi complacueris, & eum applicueris ad timorem tui.* Quamvis pauciora ſint in textu Nebienſis, hoc eſt, eadem quæ in Hebræo. Circa illum de electione ad beatitudinem ſenſum ex iis quos priùs attuli, cautè Hilarium intelligas, quum ſcribit hanc electionem non eſſe rem indiſcreti judicii, ſed ex meriti delectu factam diſcretionem; beatumque eſſe, quem elegit Deus, ob id quia electione ſit dignus. Monuit hac etiam de re *c* Sixtus Senenſis, & ſimilis aliorum patrum dictis, bene reſpondet *d* cum Thoma *e*, non eſſe ex prævisione meritorum noſtrorum primam dilectionem, qua diligit Deus, electionem, conſcriptionem in librum vitæ, prædeſtinationem, vocationem, & juſtificationis inchoationem, ſeu primam juſtificationem & gratificantis gratiæ receptionem: ſed gratiæ auctionem, juſtitiæ incrementum, æternæ felicitatis adoptionem, quia decrevit Deus dare amplioris juſtitiæ incrementa his qui eſſent benè uſuri primo juſtificantis gratiæ dono, & reddere ob merita benè ſervatæ juſtitiæ beatitudinis coronam: & quia hæc ipſa media ſunt ex gratia & ordinatione ejuſdem Dei qui *elegit nos* ac *prædeſtinavit, ut eſſemus ſancti & immaculati coram eo, in laudem gloriæ ejus* f, & *creavit in bonis operibus* g: propterea hanc quamdam prædeſtinationis partem & complementum ſpectando, & ab eo prædeſtinationem totam denominando, dici poſſe prædeſtinationem eſſe ex meritis. Poſſet hoc modo Hilarius intelligi, & nonnulli alii Patres. Sciendum præterea *electionis* nomen quandoque tam latè patere, quàm *vocationis*, quatenus non omnis, qui eligitur, etiamſi gratiam quoque conſequatur, perſeverat, ut Judas de quo Chriſtus *h*. *Nonne ego vos duodecim elegi, & unus ex vobis diabolus eſt?* Interdum opponitur electio reprobationi, nec quiſquis vocatur etiam electus eſt; *multi enim ſunt vocati, pauci electi* i. Hanc electorum paucitatem indicat beatus Paulus hoc loco in numero ſingulari; *ſicut unus accipiens bravium* k. Qua ratione adjuncta *electioni* juxta priorem notionem *aſſumtio* accipi poterit ut propria eorum qui ad beatitudinem aſſumuntur. Alioqui etiam *aſſumtio* convenit electioni in poſteriore ſignificatione, ut quum Paulus *l*, docens *amiſſionem* Judæorum fuiſſe *reconciliationem mundi*, ſive Gentium; ſubdit; *quæ aſſumtio, niſi vita ex mortuis?* nam non quicumque aſſumitur ex mortuis ad vitam gratiæ, tranſfertur quoque vel aſſumitur ad vitam gloriæ.

Si te delectat uberior tropologia, Ayguanum lege, qui demonſtrat quot Deus modis priùs probet quem ad beatitudinem elegit, ut ſolet probari clericus ante promotionem, novitius ante profeſſionem, baccalaureus ante inceptionem, denarius ante oblationem. Perſequitur hæc multis non ineleganter; exemplo David *electi* m, Levitarum *n*, Moſis qui dicitur *electus ex omni carne* o, populi *in caminopaupertatis* p, ut ſic ſit Deus *electus cum electo* q, adde ut colat ſicut *vineam electam* r, & ſibi complaceat habitare in ea. Diſtinguit item Hugo electionem quæ à Deo fit prædeſtinando *ſ*, vocando *t*, juſtificando *u*, prærogando *x*, probando *y*: quæ à ſapiente, bonorum operum *z*, contemplationis *a*, afflictionis *b*, abjectionis *c*; quæ à ſtulto, vanitatum *d*, voluptatum *e*, mundanorum honorum *f*; quæ à Diabolo, principium *g*, nobilium *h*. Delectatur iſtis Hugo percurrendo Bibliorum quas vocant concordantias, quarum primus auctor fuit. Adjice beatum, *cui quæ placita Deo ſunt, manifeſtantur* i, qui *timet Dominum* k, qui *non abiit in conſilio impiorum*, &c. *l*, qui *confidit in Domino* m, cujus *remiſſa peccata* n, cujus *auxilium à Deo* o, quem *erudit Deus* p, cujus *ipſe Dominus* q, qui *ſcit jubilationem* r, qui eſt *immaculatus in via* ſ, qui *in domo Domini jam beatus in ſæcula ſeculorum laudat eum* t. Sunt hæc omnia effecta electionis & aſſumtionis divinæ.

n *Num.* 16. 5
o *Eccl.* 45. 4.
p *Eſa.* 48. 10
q *Eſa.* 17. 27
r *Eſa* 5. 7.
Diſtinctio electionis quæ à Deo fit.
ſ *Eph.* 1
t *Joan.* 15.
u *Rom.* 8.
x *Eſa.* 42.
y *c.* 48.
z *Sap.* 8.
a *Job.* 7.
b *Hebr.* 11.
Concordantiarum Bibliorum primus auctor Hugo.
c *pſ.* 83.
d *Eſa.* 41.
e *cap.* 1.
f *cap. ult.*
g *Exod.* 15.
h *Abac.* 1.
pſ. 140.
i *Baruch.* 4. 4.
k *pſ.* 111. 1.
pſ. 127. 14.
Effecta electionis & aſſumtionis divinę.
i *pſ.* 1. 1.
m *pſ.* 2. 12.
n *pſ.* 31. 1.
o *pſ.* 83. 65.
p *pſ.* 93. 12.
q *pſ.* 143. 11.
x *pſ.* 88. 16.
y *pſ.* 118. 1.
t *pſ.* 83. 5.

Inhabitabit in atriis tuis.) Hieronym. *habitabit enim in atriis tuis.* Plalterium Gallicanum, *habitabit in atriis tuis.* Romanum & Caſſiodorus, *inhabitabit in tabernaculis tuis.* Arnobius, *habitabis in tabernaculis tuis.* Hilarius, *ut inhabitet in tabernaculis tuis*: quamvis legat in ipſo commentario, *inhabitabit in tabernaculis tuis.* Secundùm propriam acceptionem *atriorum*, per quæ videlicet in interiora intratur domus, præſentis ſtatum vitę intelligere myſticè licet, in quo benè vivens tranſeat poſtea in cœleſtia intima palatia. Tamen eodem nomine templum totum nonnumquam appellatur, & *domicilium beatorum* u, ſicut & vocabulo *tabernaculorum æternorum* x. Pluralis numerus innuit ampliſſimam capacitatem domus Dei Eccleſiæque, tùm hic ubique diffuſæ, tùm in cœlo: ut liceat cum illo *y*, exclamare, *ò Iſrael quàm magna eſt domus Dei, & ingens locus poſſeſſionis ejus!* & *cœleſtes manſiones multas* Chriſtus eſſe dixit *z*, *Stantes pedes in his atriis* a, nec inde Crecedentes, benedicendo Deum corde, verbo, opere, tranſibunt ad æterna non manufacta, & in ſancta ſanctorum. Hugo varios ordines religioſos, atria vult diverſa eſſe, vel omnem ordinem religioſum cenſeri atrium propius templo ſeu ſanctis ſanctorum, alia atria (ſub Salomone tantùm duo erant, alia deinde adjecta ſunt *b*) clericorum, laicorum, conjugatorum, pœnitentium. Si de communicatione beatorum per anagogen locus hic ſumatur, eſt quod adhuc de Hilario moneam, ne quis fallatur. Ait in domo illa *manſiones multæ* quum ſint *c*, Apoſtolis eam, quæ ſibi propria eſt Deum communicare, nec ob id bonorum cœleſtium ſpem adimi, ſi non omnes ad cohabitationem Dei eligantur. Quiſquis beatus eſt, cohabitat Deo, immo *intrat in gaudium Domini ſui* d, & *in lumine videt lumen* e, Deum in Deo, *cognoſcens* cum *ſicuti & ipſemet cognitus eſt* f, *ſimilis ei*, quia *videns ſicuti eſt* g, Apoſtolos ergo ibi manere ubi Chriſtus eſt, ſicut ipſemet oravit Patrem Chriſtus id ipſis concedi *h*. Hilarius intelligit de peculiari quodam dignitatis gradu in beatitudine, quo propiores fiant Chriſto; quemadmodum ſingularem in hac vita, præ cæteris ſanctis, dignitatis gratiæ gradum conſecuti ſunt.

z *Joa.* 14. 2.
a *pſ.* 121. 2.
pſ. 133. 1.
Varii ordines religioſorum, diverſa atria ſunt Hugonis.
b *Ribera* 1. *de templo c.* 16. *Barrad. tom.* 2. *harm. l.* 3. *c.* 39.
Cautio adhibenda in lectione Hilarii.
c *Joan.* 14. 2.
d *Mat.* 25. 21.
e *pſ.* 35. 10.
f 1. *Cor.* 13. 12.
g 1. *Joan.* 3. 2
h *Joa.* 17. 24.

Replebimur in bonis domus tuæ.) Supplet Paraphraſtes, *dicentq; juſti. Repleri*, ſeu *ſatiari in bonis* Hebræo idiotiſmo dicitur, quod Græcè ac Latine abſque præpoſitione: ſicut *videre in bonitate*, & *lætari in lætitia* i, & alibi *k* rurſus, *replere in bonis deſiderium.* Quamvis præpoſitio cauſſa innuere poteſt, ob quam repleri ſe, aut gaudere dicat: quæ autem ſint bona iſta, priùs diximus, in Eccleſia, in ordine religioſo, in beatorum domicilio. Ayguanus autem rectè demonſtrat quanta ſit excellentia bonorum gloriæ, comparendo cum bonis poſſeſſionis temporalis, operationis moralis, gratiæ ſalutaris, quia prima deceptoria, ſecunda inſufficientia, tertia dubia. Id ille multis exequitur. *Domum* ſynonymicè accipere poſſumus & *atria*. Vel, tropologicè *atria* ſunt præſentis vitæ, *domus* futuræ, ut hinc quaſi ex eſurie & emendicato velut pane tranſeamus ad ubertatem domus Dei, ut *torrente inebriemus voluptatis ejus*. *In bonis* Hugo etiam exponit *inter bonos*. At Hebræa vox בטוב *be tuu*, ſingularis eſt.

i *pſ.* 1. 1.
k *pſ.* 111. 1.
Repleri ſeu *ſatiari in bono*, idem quod, repleri bonis.
Phraſes ſcripturæ.
i *pſ.* 105. 5.
k *pſ.* 102. 5.
Excellentia bonorum glorię comparatione Tropologia.

Sanctum eſt templum tuum.) Hieron. *ſanctificatione templi tui.* Alii, *replebimur*, ſeu *ſaturabimur bono domus*

k 1. *Cor.* 9. 24.
l *Rom.* 11. 15
Tropologia Dei ad beatitudinem electio quot modis probetur ab ipſo.
m *pſ.* 77. 67.

mus tuæ, loco sanctiore templi tui, sacrario templi, sacra regia: קדשהיבלך *Kedos hechalecha*. Juxta editionem nostram sensus idem, sed non per appositionem in eodem casu cum præcedentibus; verùm seorsim describendo quam dixerat *domum Dei*, ut nempe hæc intelligatur esse *templum sanctum*. Creberrimè hoc epithetum templo tribuitur. Quid vero etiam significet, mysticè jam antea notavimus. Inter alia congruit hæc denominatio beatorum habitationi *per quam non transit pollutus* a *in quam nihil coinquinatum intrat* b, ubi sanctorum Sancto canitur semper τρισάγιος ὕμνος, *Sanctus, Sanctus, Sanctus* c, Greveus d, demonstrat quo pacto *templi* nomen cœlo, ut in hæc inferiora naturaliter influit, conveniat, tùm Mariæ, tùm loco beatorum; præter alias priùs allatas notiones. De Maria idem Hugo demonstrat, quot per eam bonis repleti simus: ut idcirco nata videantur Septembri mense, qui est mensis fructuum, & celebriorum dierum apud Judæos; quomodo templum sanctum, quia per eam porriguntur preces Deo, & sanctificata est (immo & præservata ab omni peccato:) cur dicatur *mirabile templum in æquitate*, quoniam in Incarnatione, quæ multis de caussis vocatur *æquitas*.

Mystica expositio.

a *Esa.* 35. 8.
b *Apoc.* 21. 27
c *Esa.* 6. 3.
d *Ser.* 129. *Templi* nominis adeptæ o Maria virgo cur nata videatur mense Septembri. September, mensis fructuum & celebriorum dierum apud Judæos.

Mirabile in æquitate.) De lectione Hieronymi, Hebræorumque sive Hebraizantium, dicetur sequenti versu, quem hinc illi ordiunt, sensu quoque pertinente ad sequentia. Est istud templi ac domus Dei epithetum juxta editionem nostram; quo simul cum epitheto *sancti* comprehenduntur, quæ pluribus aliis verbis hactenus in Psalmo dicta fuerant de sanctitate ac majestate templi. Ad verbum Hebræa נורא אות בצדק *noraoth betsedek*, significant *terribilia*, vel *mirabilia in justitia*, & supplendo verbum substantivum, sensus est, quod in templo sancto sint mirabilia & terribilia cum justitia seu æquitate. *Terribilem* vocavit Jacob *locum* in quo *vidit scalam* e: *mirabilem Deum in sanctis suis* f. נוראמי מקדשיך *noramimmikdaschecha*, *terribilis de sanctuariis tuis*. Excitat admirationem terror; eaq; voce Hebræa quidquid *illustre*, *manifestum*, *eximium*, *mirabile* est, ἐπιφανὲς, θαυμαστὸν, μέγα, ἐνδιξον κραταιὸν, nominant, ut alibi ostendi g. Ex Sanctuario divinus oriebatur horror secundum partes ejus omnes, *ulam hechal*, *devir*, porticum, templum externum, aditum, sive oraculum, ut in edito dudum Psalmi 67. commentario docui. Jubet ipsemet Deus h *sanctuarium meum metuite; ego Dominus:* ἀπὸ ἁγίων μὲ φοβησεσθε, מקדשי תיראו *mikdaschi thirau*, id idem David facturum se canebat i, *Adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo*. *Mirabile* autem ac terribile *in æquitate* templum Dei erat, quia Deus ibi mirabilia edebat signa justitiæ suæ: vel ipsa fabrica & ministerium templi divinitus præscripta adeo aptè, concinnè, æquabiliter, constanter, quanta inesset Deo justitia, indicabant, quam ubique eidem in externis operibus chara & in mundi universitate, quam tabernaculum & reliquus ornatus templi repræsentabat, maxime qui ad Pontificem pertinebat. Addit Rickelius quod in templo caussas dubias atque difficiles judicarent sacerdotes, prout Dominus Mosi jusserat k: vel sumi *templum* pro congregatione populi quam reducebat Deus de captivitate, quoniam constabat sanctissimis ac justissimis viris, ut Esdra, Nehemia & aliis, sed quod primo dicitur, melius. Quod si *justitiam*, ut sæpe fit, sumas pro misericordia, ejusdem in templo magnitudo horrori erit summæque admiratio-ni, ut idcirco antea dictum sit, omnem illuc carnem ventitare omnes cò accurrere, opis & gratiæ caussa. Regina Saba visa Salomonis domo, *ordinibus ministrantium*, cetera suppellectile *& holocaustis quæ offerebat in domo Domini, non habuit ultra spiritum* l. Josephus m, ait miratam etiam de fabrica templi cum ordine ministrantium. Umbræ ac typi erant illa omnia Ecclesiæ, atque materialium etiam templorum & rituum nostrorum. Ornamentum internum quod maximi fit, æquitas est, justitia, sanctitas, fides, aliæ virtutes, earumque opera, ut antea vidimus, & præcipuè docet Hilarius. Refellit Origines n Celsum, comparantem mysteria nostra cum rebus Ægyptiorum: quorum luci, delubra, templa, propylea permagnifica erant, omnisque cultus in penetralibus, crocodili, canes, hirci, simiæ, & similia. Facit item ad admirabilem æquitatem æqualitas, ut non sit personarum acceptatio, & cuivis velit Deus in Ecclesia patere aditum, saluti necessaria

Sensus verborum.

e *Gen.* 28. 12. 17.
f *ps.* 97. 38.
g *Act.* 2.
h *Lev.* 19. 30
i *ps.* 5. 8. *Mirabile in æquitate* templum Dei ut dicatur.
k *Deut.* 17. 8
Justitia pro misericordia.
l 3. *Reg.* 10. 5
m *Lib.* 9. *c.* 8.
Ornamentum internum quod maximi fit, quare fit. Celsi comparatio mysteriorum nostrorum cum rebus Ægyptiorum, refutata.
n *l.* 3. *contra Celsum*.

exponi, salvo charitatis ordine o, & *bene ordinata castrorum acie* p, & politici Ecclesiasticique magistratus cum variis gradibus, distinctione & subordinatione. Quæ omnia locum suo habent modo in religiosis ordinibus, ubi major adhuc æquitas, idest æqualitas, in usu externarum rerum & exercitiorum conspicitur. Ibidem viget æquitas justitiaque, idest, virtus omnis & sanctitas; Sed in cœlo maximà ubi offertur perpetuo *sacrificium justitiæ super altare* illud q, sine periculo metuve amittendi umquam justitiam, ubi nihil maculosum ullave quamvis levissima inquinatum iniquitate admittitur: ubi habetur exacta cognitio judiciorum divinorum; ubi præmia singulis æquissimo jure redduntur ac distribuuntur ab eo qui *judicat orbem in æquitate* r, & *populos in justitia*.

o *Cant.* 2. 4. p *c.* 6. 3. 9.
q *ps.* 50. 21.
r *ps.* 9. 9. *ps.* 95. 10.

Vers. 6.) Mirabile in æquitate.
Exaudi nos Deus salutaris noster, spes omnium finium terræ & in mari longè.

REdit ad orationem inchoatam versu 3. juxta Hebræorum editionem ac distinctionem, Deum primis verbis, quæ nexa sunt apud nos priori versiculo, appellans *terribilem in justitia*, vel optans ut in terribilibus ac stupendis miraculis, atque pro sua justitia seu pro bonitate, quæ per *justitiam* quandoque significatur, exaudiat captivos in Babylone, ut illos quondam in Ægypto, & in traditione legis promit nomine captivorum eorumdem hanc orationem, in qua simul Deum nominat Salvatorem populi sui, quin & spem omnium omnino hominum ubique terram totam incolentium, ac longè dissitas quoque maris insulas. Vel hoc sibi vult, Terribilia in justitia Deus sunt opera tua, & stupenda prorsus hæc ratio justitiæ, ut quum sis ipsissima justitia, nos peccatores tamen exaudias, & oracula tua edas, & salutem impertias, ipse, inquam, tu, in quem sperant quotquot in terra marique vivunt. Quæ oratio mirificè conciliat benevolentiam Dei: omnes autem Cubique sperare intelligit instinctu quodam naturæ, quo Numen aliquod agnoscunt & invocant, licèt non bene cuncti quod verum est cognoscant, colantque. Resecatis primis tribus dictionibus efficitur idem sensus. Angustinus, ut adhuc fecit, Agellius, Levitas orare vult non sua ipsorum caussa, qui replerentur bonis domus Dei ac templi, nec tali quasi horreo ac fonte bonitatis divinæ nutriti metuerent sibi à siccitate, sed propter longiùs remotos terra mariq; quos premeret siccitas ac inopiæ malum, & quibus æquum esset Deum misereri, utpote in eo spem suam collocantibus. Angustum dixi sensum; potui nimis amplum hac ex parte dicere, quod siccitatem Agellius adeo extendat, & velit Levitas de ea sollicitos precari Deum; quod etsi fieri posse non negem, certè ita factum non ita confidenter assernero.

Senſus loci

Justitia interdum pro bonitate.

Agellii expositio.

Invocatur mystico sensu auctor salutis Christus, quem Deum priùs nominaverat ad quem carnem omnem venturam dixerat, in quem non una gens Judaica dumtaxat, sed omnes Gentes sperent, nec *sit aliud sub cœlo nomen, in quo oporteat* cunctos *salvos fieri* s, & *pax evangelizatur* non his tantùm *qui prope*, sed & *qui longe* sunt t. Theophylactus u tamen de Patre interpretatur hìc dici spem omnium finium terræ.

Mysticus sensus.

s *Act.* 4. 9. 12.
t *Eph.* 2. 132 13.
u *in Tim.* 1
x *De vera & interitu Prophet.* De Ezech. narrata ab Epiphanio, Dorotheo, & aliis.
y *in Symp.*
z *Ezech. c.* 4. *hist. Scholast.*

Mirabile in æquitate.) Quid hoc sit, ut sic in editione nostra legitur, dictum antea satis. Sed & juxta Hebræam editionem exposui in istius versus paraphrasi. Si vera narrant Epiphanius x, Dorotheus y, Comestor z, Ezechielem auctorem captivo in Babylone populo fuisse vastissimi fluminis Chobar trajiciendi sicco vestigio, ita ut quam plurimi de Chald. qui fugientes insequebantur, submersi fuerint: si præterea precib. impetrata piscium multitudine populum fame pene enectum recreavit: si Danitarum & Gaditarum scelera morsibus vindicavit serpentum: si per multos mortuos revocavit in vitam: si signum dedit in eodem illo fluvio, quando deficeret, desolandam populi regionem, quum inundare rediturum ex captivitate si complecebat hostes editis signis: si rapiebatur ex Babylone puncto fere temporis in Jerusalem & hinc illuc; si hæc, inquam, non commentitia sunt, ut equidem esse arbitror, sed vera, Hebraizantium sensus,

quem huic assignant loco, rectiùs perciperetur, ut sit oratio cum vaticinatione in terribilibus miraculis justè contra hostes editis, populum de captivitate Babylonica liberandum, sicut olim duce Mose de Ægyptiaca: & eò referri sequentia possent, accinctum Deum potentia, conturbatse profundum maris: flumen Dei repletum aquis, putasse cibum illorum, &c. Constat in ipsa captivitate occisum Ezechielem à suis *a*: & quidquid sit de illa prodigiis, hoc non est templum ipsum esse *mirabile in æquitate*, sicut in editione nostra, quam sequi debemus, legimus.

a *Hieron. & alii.*

Salutaris noster.) Hieronymus, *Salvator*. Quo item pacto Augustinus: quod & aliàs accidisse non semel vidimus.

Spes omnium finium terræ & in mari longè.) Hieronymus, *confidentia omnium finium terræ, & maris longinqui*. Ad verbum ex Hebræo ויֹם רחקים *vejam rechoKim*, & *maris remotorum*, nempè & finium terræ qui remoti sunt, & finium maris qui sunt remoti, nempe à Sione, qui remoti degunt in mari, qui procul mare habitant, idest, insulas. Bredembachius existimat indicari homines veros in ipsomet mari more piscium habitantes & degentes. Citat Plinium *b*, & Ludovicum *c* Vives, hunc que qui narret ætate sua in Batavia hominem marinum caprum, & supra duos annos detentum, & jam cœpisse fari, quum priùs esset mutus, ac tandem bis ictum pestilentia in mare esse remissum, gaudentem & exilientem. Hoc de argumento diligenter pravæ licèt auctor religionis Conradus Gelnerus in historia de aquatilibus *d*, laudans multos alios qui tractent eadem physiologiam quibus adde Simonem Majolum *e*, Alexandrum ab Alexandro *f*, & alios quos hìc etiam citant. Sed ego quod attinet ad veram hominis naturam, si quis animalibus talibus inesse contendat, non magis credam quàm fabulamentis Tritonis, Nereidum, Sirenum, & terrestrium Faunorum ac Satyrorum, qui videlicet veri sint homines. Quare quid hi conficti homines, vera autem monstra & belluæ, de Deo iciant vel iperent, non est quod laboret Bredembachius. Et quod ait esse certum illud de ipsis, quod est aliis etiam irrationabilibus commune *g*, *Oculi omnium in te sperant Domine, & tu das illi escam in tempore opportuno*, propriè dictum ipem scientiamque non importat. Concedi potest, ob longam aquarum consuetudinem, & natandi usum, quoque in mari quidam libentiùs ac diutiùs agerent, vitos fuisse homines aquatiles & marinos, ut quem ex Nicolao Cola piscem postea cognominatum memorant hi quos Majolus refert, aut nescio quem alium Calanum.

b *l. 9. c. 5. l. 32 c. 11. add el. 45. c. 5* De homine marino in Batavia capto, quæ narrentur.

c *2 de veritate fidei Christianæ.*

d *pag 514. & seq.*

e *colloquio 2 dierum canicularium pag. 114. & seq. & colloq. 9. pag. 457. & seq.*

f *l. 3. c. 8.*

g *ps. 144. 4.*

Aquatiles & marini homines quidam creditti ob longam aquarum consuetudinem & natandi usum.

Interpretatur secundùm Tropologiam August. *mare* de hoc sæculo, quod salsitate amarum est, procellis turbulentum, ubi homines cupiditatibus perversis & pravis facti sunt velut pisces invicem se devorantes: ad istos etiam capiendos fecisse Christum Apostolos piscatores *h*, intra rete fidei esse bonos cum malis, donec perducto ad litus reti *mittantur foras, eligantur in vasa bona*; cavendum interim ne quis rete schismate scindat: orandum *k*, Deum verbis hujus Psalmi, ut litore stans, nostraque aspiciens pericula, nos qui versamur in mari turbulento salvos faciat propter nomen suum, detque inter Scyllam & Charybdim ita tenere medium, ut utroque periculo evitato, salva nave & mercibus securi perveniamus ad portum. Aliter Dorotheus *l*, Abbas ait *in finibus terræ* esse, qui in perfecta iniquitate sunt, *in mari longè*, qui in extrema ignorantia, & tamen horum omnium Christum ipsem esse recitat Galatinus *m*, & ex eo, ut fulget, mutuatus Augustinus Nebiensis hoc loco, nomen tamen reticendo, ut probaret R. Hanina portas pœnitentiæ unquam claudas esse in mundo isto, usurpavisse præsentem Psalmi sententiam: Quemadmodum enim, ajebat ille, mare hoc numquam clauditur, sed quicumque vult, lavat se ibi in omni hora qua vult: ipsam pœnitentiam, quacumque hora vult homo ipsam facere, facit; & Deus sanctus & benedictus recipit eam. Hugo *finium terræ* dicit ipsem Deum esse, quibus omnis terrenitas finita est & consumta, & qui sunt *in mari longe* non in eo periclitantes vel subversi, hoc est, qui sunt in arcta pœnitentia. Vult Ayguanus *terra* peccatores; *mari*, designari pœnitentes: Deumq; omnium peccatorum, & pœnitentium ipsem esse. Bruno Charthusianus, Judæorum finientium in se terrenitatem fide-

h *Mat. 4. 18 & c. 13. 48.*

k *Soliloq. c. 35.*

l *Doctrin. 12 In finibus terræ, & in mari longè qui dicantur.*

m *l. 10. c. 3.*

Portæ pœnitentiæ numquam clausæ in mundo isto.

Terræ, peccatorum designatio: mare pœnitentium.

Alium, quatenus fidem adepti erant Christi ante ipsius adventum, & infidelium qui adhuc longè erant & convertendi erant post adventum ejusdem.

---

vers. 7.) Præparans montes in virtute tua, accinctus potentia.

vers. 8.) Qui conturbas profundum maris sonum fluctuum ejus.

Turbabuntur gentes.

DEum, à quo exaudiri flagitaverat, quod omnium eum spes votaque respicerent, describit à potentia qua promtè, expeditè, facilè, uti possit, perinde ac suo quis quo accinctus est gladio strenuus miles, vel adstringens vestimenta, diligens opifex, famulusve opus exequitur. Docet nimirum non esse, quod suam diffundat Deus bonitatem per orbem, gratiamque cunctis hominibus communicet, quum ab initio statim mundi nullus fuerit terræ angulus, in quo non reluxerit potentia ipsius. Inter potentiæ autem illustriora opera stabilem recensent montium dispositionem, excitationemque tempestatum inde ab ipso maris profundo, ut sedare quum voluerit, etiam possit, hoc est, plenam exercere in terra marique potestatem. Unde cunctæ gentes ingenti quodam timore percelluntur & perturbantur, ac tamquam mare exæstuant.

Sensus loci.

Mysticè Hilarius *præparari montes* explicat, supereminentis creatæ potentiæ, contra Deum sese efferentis, à Deo ipso, ut subdat eos sibi, & destinet ad pœnas; item conturbari doctrina Evangelica, & circa fluctus quoldam degente in hoc sæculi salo homines, idque ob vim ejusdem Dei, qui sese accinxit, corpus coaptando per incarnationem sibi: Augustinus, Arnobius, alii interpretantur per *montes*, Apostolos & Apostolicos viros, qui emineant in Ecclesia supra ceteros, ut eos Dei filius præparaverit in humana natura: sed potentia naturæ divinæ, quæ in eodem Christo est velut accincta, opera autem illorum commoverit corda infidelium, & resistentium sermones excitaverit, atque persecutiones, sed compescuerit. Possunt & *montes* Angeli esse quos dedit Deus Ecclesiæ suæ custodes ac propugnatores adversus marinos fluctus dæmonum atque tempestates, quibus Deo permittente, vehementer homines conturbantur. Athanasius etiam exponit adversarias potestates quibus abysus præparata est, ac supplicia, esse *montes quos præparavit Deus potens*. Idem & Cyrillus in Catena Nicetæ conturbata ajunt à Christo Gentium multitudinem instar maris profundi ac latissimi, non finendo conquiescere in antiquis erroribus, sed perducendo ad cognitionem suę potentiæ, & ad sui laudem excitando quasi fremitu quodam fluctuum. Vel, mare hìc appellari ingentem illam spirituum impurorum multitudinem, qui conturbantur Christi adventu; unde etiam metuentes dicebant, *Ante tempus venisse torquere eos* n. Vel, Tyrannos propter saltedinem sive acerbitatem idolatriæ sonitum fremitumve fluctuum, insidias sanctis martyribus intentatas.

Mystica interpretatio.

n *Mat. 8. 29.*

Præparans montes in virtute tua.) *Virtus* est vias ac robur, synonymum potentiæ, sicut σχύς & δυναστεία: etsi hæc *potentatum* valet: בח *choach*, & גבורה *ghevurah*: *præparans* ἑτοιμάζων טבין *mechin*, idem est quod stabiliens, firmans, instruens, roborans, erigens, unde una templi columna *jachin*; quod & aliàs notatum *o* est; ubi Deus dicitur *orbem terrarum super maria fundasse*, & *super flumina præparasse*. Symmachus, vertit ὃς ἡδρασας ἐπὶ τῇ δυνάμει σου τὰ, vel, particulariter ἑδράζων, *qui firmasti*, vel *firmans*. Aoristus autem secundæ personæ quo Symmachus utitur, confirmat editionem nostram, quæ habet ejudem personæ pronomen, sicut Hieronymus, licèt Hebræum affixum sit tertiæ בנחו *bechocho*, nisi dicas loco ultimæ litteræ (ו) *vau*, fuisse (ך) *caph*, finale, quod facilè credi potest. Paraphrastes retinens pronomen tertiæ personæ sic declarat, *qui præparat cibaria ibicibus montium in virtute fortitudinis suæ*. *Præparandi* verbum quia valet idet ae *firmandi*, ut Psalmo 23. *p*, vidimus, Hilarii non v detur notatio recipienda, ad terrenorum montium naturam sermonem istum non pertinere, quia firmati sint, non præparati, & præparatio futu-

o *ps. 23. 2.*

Præparare idem valens quod firmare. Hilario notatio non recipienda.

p *vers. 2.*

futuræ operationis ceptum, & de accinctu potentiæ ac virtute hìc fiat mentio.

Creatio & constitutio mundi pro miraculo proprio non habentur.

Quamvis porro creatio constitutioque mundi pro miraculo propriè non habeatur, non idcircò non rectè ad litteram hìc intelligitur celebrari hoc nomine Deus creator, tamquam de re prorsus admiratione dignissima. Mysticus quidem merito sensus Patrum præfertur, quem dum erunt, à spiritu ipso sancto credi potest intentum fuisse; at non damnandi qui solo litterali contenti sunt, dummodo non respuant potiorem. Qua fortasis de caussa Bredembachius Judæorum & Paraphrastis crassitiem hic accusat. Est David satis frequens in celebrandis & commendandis creationis operibus, atque in extollenda Dei circa illa potentia. Nam similis exempli caussa, canit David *a*, *Dominum regnantem, decorem indutum, indutum fortitudine, & præcinctum*, quia *firmavit orbem terræ, qui non commovebitur*: item *b*, quod *ascendunt montes & descendunt campi in locum, quem Deus fundavit eis*. Esaias quoque *c*, quasi exprobrans ignorantiam vel inconsiderantiam: *Numquid*, ait, *non intellexistis fundamenta terræ?* Ob naturalem tantam montium firmitatem, quos erexit Deus absque trochleis, machinis, instrumentis, sola vi potentiæ, *gravique mole* constituit *d*, & *liberavit in pondere e*, & *confirmavit columnas ejus, f* prodigia ejusdem divinæ potentiæ censetur, si quando fundamenta eorum conturbentur & commoveatur *ab irato g*; si *conturbet* ipse illos *in fortitudine sua h*; si *sicut cera fluant à facie ejus i*: si *exultent K*: si *tacti fumigent l*; si *transferantur à fundamentis m*: si *subvertantur à radicibus n*: si *cadentes cadentes defluant o*: si *tabescant p*: si *humilientur q*: si *triturentur & comminuantur r*: si *subvertantur s*: si *consumantur t*; si *in planum redigantur x*: si *separentur & scindantur y*: tametsi figurata in his interdum dicendi forma sit. Multiplex è montibus utilitas, ad universi pulchritudinem, salubritatem aeris, fertilitatem ac maturitatem fructuum quasi sedem & habitationem certi generis plantarum & animalium, scaturaginem plurimum fontium, fluminumque *z*, ad eompages telluris viscеribus densandas, & minime quietas partes coercendas, durissima sui materia, ut scribit Plinius *a*, præterea, ut furor ventorum reprimatur; frangantur fluctus ac impetus maris; tutum sit ab hostibus confugium: iisdem transitus inhibeatur, quasi positis repagulis, septis, mœnibus, castris. Quo fit ut probanda non videantur eorum opinio qui diluvii tantùm tempore montes extitisse sentiunt, rapta subductaque quibusdam in locis terra ab aquis in mare præcipitantibus: quod auctor libri de proprietatibus elementorum creditus Aristotele, de inundationibus loquens, innuit: Certè quidem arcam constat, quam fabricavit Noe, diluvii tempore *quindecim cubitos supra* editores *montes elatam esse b*: *vigesima septima die mensis septimi quievisse super montes Armeniæ c*; *prima demum die decimi apparuisse montium cacumina d*. Existimat Basilius *e*, Jansenius *f*, Eugubinus *g*, ipso primo conditionis mundi die quum terra creatos montes. Contendunt alii, ut Conimbricenses nostri cum Damasceno, *h*, terram in toto aquis circumfusam fuisse, ac ita perfectè globosam, ut ejus exigebat natura: deinde tertia die montes qui primo constiterant in terra effectos, quum Deus aquas secrevit tertia die in locum unum & terræ cavernis inclusit: quod vero est in Psalmo *i*, *super montes stabunt aquæ*, vel ad tempus diluvii spectare, ut Augustino *k* placuit; vel nomine *montium*, quod noster item *l* tradit, designari non aliquas terræ eminentias, sed terræ globum totum, quem tunc aquæ undique circumfluebant: adde, idiotismo Hebræo posse intelligi, ut observat Genebrardus, quotidianas maris exundationes, quibus obrui montes ipsi possint. Ad priores libentius me adjungo, credoque (quidquid sit de nova alia montium generatione, ex vi impetumque aquarum, terræ motu, vi ventorum, ridet vero Cardanum Scaliger *m*, in solis radios rejicientem caussam) ob aquarum distributionem, quæ fieri paullo post debebat, quod vidisse etiam Vallesius *n* videtur, & ad alias necessitas ac utilitates, quas attigi, terræ partes aliis alias altiores jam statim à principio factas fuisse, sed cum justa quadam libratione in pondere reliquarum partium, de qua Esaias *o*. Assentitur nobis quoque cum Vallesio Scaliger quos citavi.

Judæorum & Paraphrastæ crassitiem hic accusata.

a *ps.* 92. 1.
b *ps.* 103. 8.
c *cap.* 40. 21.
d *Prov.* 8. 25.
e *Esa.* 40. 12.
f *Ps.* 74. 4.
g *ps.* 17. 8. 2. *Reg.* 22. 8. *Esa.* 5. 25. *Nahum.* 1. 5.
h *ps.* 45. 4.
i *ps.* 96. 5.
k *ps.* 97. 8. *ps.* 113. 4.

Inter prodigia divinæ potentiæ magna quid numeretur.

l *ps.* 103. 32. *ps.* 143. 5.
m *Mat.* 21. 21. *Judith.* 16. 18.
n *Jeb.* 28. 9. *Oc.* 14. 18. *Esa.* 64. 13.
p *Esa.* 34. 3.
q *c.* 40. 4. *Luc.* 3. 5.
r *Esa.* 41. 9.
s *Ez.* 38. 20.

Multiplex è montibus utilitas.

t *Mich.* 1. 4.
u *Abac.* 3. 6.
x *Zach.* 4. 7.
y *c.* 14. 4.
z *ps* 103. 6. 10.
a *l.* 36. *c.* 1.

Improbata eorum opinio qui diluvii tempore montes tantum extitisse credunt.

b *Gen.* 7. 20.
c *c.* 8. 4.
d *Ibid.* 5.
e *hom.* 4. *hexa.*

Montes cum terra creatos qui velint, qui aliter.

f *in ps.* 103.
g *Ibidem.*
h *in probl. fuc.* 1. *in* 2.
i *lib.* 2. *c.* 9. & 10.
k *ps.* 103. 6.
l *Ibidem.*

Idiotismus Hebræus.

m *de opere seu dierum disput.* 11. *ad* 4.
n *Extrc.* 43.
o *De sacra philosophia c.* 59.

A *In virtute tua.*) Dixi Hebraicè legi *in virtute sua*, & *virtutem* pro vi ac robore sumi. Allegoricè virtus illa est qua induendos promiserat Christus Apostolos *p*; tropologicè autem Hugo virtutem paupertatis intelligit; quam in beatitudinibus primam idem Salvator recensuit *q*, & est prædicatori cum primis necessaria. Potest amplecti mystico sensu plures virtutes.

Virtus pro vi ac robore.

p *c.* 40. 12.
q *In c. ult.* 49.

Accinctus potentia.) Hieronymus, *fortitudine*. Chaldaicè, *accingens se cingulo in robore*. Augustinus, *circumcinctus in potentatu*: vel apud Lombardum, *potentatu tuo*, quod exponit mysticè ut circumcingant Christum qui credunt; quod ipsum ab ejusdem potentia habent. De hac formula repete dicta psalmo 44. *r*: *Accingere gladio tuo super fremur tuum*. Accingitur (nullo nunc discrimine à cingendo, præcingendo, succingendo, de quo Augustinus *s*) qui aut ad opus bellicum, aut domestici servitii, aut opificii, aut peregrinationis. Dicto psalmo de cinctu militari sermo est, quemadmodum quando Cyro dicitur à Deo, *accinxi te* t. Omnia hæc executus Christus, pugnavit, servivit, B operatus est, peregrinatus. Quod cingitur extrinsecum est cingenti, & cingens se cingulo nobilior; ita si placet incarnationem per *accinctionem* intelligere, videretur potiùs humanitas rei habere accinctæ rationem, ut retulimus de Hilario. Quamquam *potentia* nomen propter similitudinem cum gladio, & ob efficacitatem, convenit magis, divinitati, ut ea dicatur accincta humanitas, quæ vim inde accepit. Quamvis dixi Augustini sententiam, & est communior. Sed is qui cinxit, Deus fuit, ac omnes personæ Trinitatis; ipsum ut ita dicam cingulum, sola secunda persona: sicut è contrario si humanitas cinguli rationem habet, applicuerunt cingulum id secundæ personæ aliæ etiam duæ cum ipsa, sed applicitum est secundæ dumtaxat. *Cingulum* istud divinitatis numquam deposuit Christus, ita ut etiam in morte non esset hinc vinctum animæ, hinc autem corpori: tametsi triduo mortis non cingeret, ut ita dicam, integram humanitatem, quæ dissoluta erat in partes. Si potentiam ipsam activam, agendive vim consideremus, ea dicitur accinctus Deus, quasi proximè semper aptus dispositusque ad agendum, nec alio C egens ad operandum, nisi ut velit, sicut qui accingit, aut accinctus est, videtur jam iis instructus, qui requirantur ad agendum, quoniam cinctus, inquit hoc loco Basilius, Theodoretusque, ad conficiendum quod vult, magna expeditus est: *zonam* eleganti figura virtutem nuncupavit, innuit etiam infinitatem ac immensitatem potentiæ Dei, quo ea cinctus dicatur, quasique circumdatus. *Populus* esse *accinctus* debemus *u*, in hac peregrinatione, servitutis ergastulo, loco laboris, tentationis *x* militiæque; una gladius manu tenendus, altera fabrile instrumentum *y*. Oportet Prædicatorem maximè accingi & restringi continentia, quæ potentia dici potest, quia quum infirma est caro, spiritus convalescit, & qui eo modo infirmatur, *potens est z*, ut hìc Hugo notat.

r *verf.* 3. Formulæ loquendi, circa voces, *accingi*, *accinctio*, earum expositio.

s *in ps.* 92.
t *Esa.* 45.

Virtus eleganti figura *zona* nuncupata.

u *Abac.* 3. 16.
x *Iob* 9. 10. y 2. *Esdr.* 4. 17.

Qui conturbas profundum maris.) Hieronymus, *compescens sonitum maris*. Sic alii quoque ex Hebræo, nec non Theod. κατευπραΰνων, *sedans & mulcens*. Vocem Græcam κῦτος, scholion exponit κοίλωμα, πλάτος ἢ βάθος, *cavitatem, latitudinem*, aut *profunditatem*: & in alio scholio dicitur idem etiam esse atque quod alibi vocatur περιβόλαιον, *amictus & vestimentum*. In quodam Vaticano Codice legitur, τὸ ὕδωρ *aquam*: in aliis, τὸ κῦτος, quod non *cetum* animal marinum dumtaxat significat, sed Hesychio etiam ἀπρίαν, στέρησιν, ἐρημίαν, ἔνδειαν, σπάνιν, *penuriam*, *privationem*, *solitudinem*, *indigentiam*, *inopiam*: quam alii malunt dici κῦτας, & conveniret imo ac fundo maris, ubi desinunt aquæ. Euthymius conturbationem in eo docet esse, ut arena, quæ in fundo maris jacet, commoveatur, ac sursum feratur; et considerandum, quod venti nulla propria virtute, sed mandato Dei, ideſt, ab eo virtute accepta, & naturaliter indita, quamvis aliquando de novo illos concitet, mare atque alia elementa conturbant. Digna profectò consideratione res omnibus effectis naturæ communis; sed in hoc maris conturbatione potissimum spectabili, ubi se Deus potentem ac terribilem declarat, ut memini ostendisse *a* alibi, nec non & de maris profunditate *b* disseruisse: *Ego sum Dominus Deus tuus, qui conturbo mare, & intumescunt fluctus ejus; Dominus exercituum nomen meum*, (ait apud Esaiam

Κῦτος.

Κῦτος.

In maris commotione & profunditate spectanda & admiranda.

z 2 *Cor.* 12. 10.

a *in Sap. c.* 5. 23. *c.* 10. 18. 19. 20.
b *ibi & Act.* 27. 28.

a Deus.) Scribit etiam Jeremias *b*: *Hac dicit Dominus, qui dat solem in lumine diei, ordinem lunæ & stellarum in lumine noctis* (valent ista pro sequentis versus intelligentia) *qui turbat mare, & sonant fluctus ejus.* In Psalmo 76. *c*. *Viderant te aquæ Deus, viderunt te aquæ; & timuerant, & turbatæ sunt abyssi*: apud Jonam *d*: *Dominus misit ventum magnum in mare, & facta est tempestas magna in mari.* Job e de Leviathan; *Ferveſcere faceret quaſi oltam profundum mare, & ponet quaſi quum unguenta bulliunt*: quod de cete sive balæna proditur ab Ælianoſ, & Plinio g. Quod attinet ad Hebræum participium præsentis loci משבית *maſchiach*, pro quo redditur *compescens* à Hieronymo, ut dixi, & à Theodotione παραύων, suspicatur Agellius LXX. legisse מבעית *mauhbiach*, *turbans* seu *turbare faciens*, *exagitans*, *extimulans*, *terrens*, *obstupefaciens*: Richardus Cenomanus מצבה *maſtebeh*, *intumeſcere faciens*, vel, *inflari*. Proprius accedit hoc ad id quod nunc habemus, quàm quod affert Agellius. Nulla quoque facta mutatione idem Richardus ac Genebrardus docent idem verbum Hebræis nonnumquam contraria significare, præsertim in piel & hiphil, ut ברך *berech*, *benedixit & maledixit* קרש *Kiddeſeh*, *sanctificavit & profanavit*. Denique Pagninus de hoc ipso nostro themate, sive verbo, tradit velle aliquos non tantum significare *laudare*, *laudibusque promovere*, sed etiam *continere*, *cohibere*, *compescere*. Pro *profundo* notavi ex Hebraico verti *sonitum*, quem alii vocant *strepitum*, *commotionem*, *fastum*. Est שאון *scioan*, *sonitus ac strepitus & ex irruptione aut ruina*, *ubi est profunditas*. In Psalmo 39.* nomine *miseriæ* translata est illa vox, atque cum *lacu* conjuncta. Græcum vocabulum χάος generaliter significat *quidquid cavum est*, *cavitatem*, *cavum sinum*, *sinuosam cavitatem*, *ventrem cavum*, *cavitatem ventricosam*, *capacitatem*, *profunditatem*, ea demum quę initio retuli. Hugo tropologicè præter dicta initio turbationem humilitatis ac timoris requirit in Evangelico præcone; tunc quum Angelus Domini turbaverit hanc piscinam, qui descenderit in eam; sanari ab omni infirmitate, ideſt, à peccatis erroribusque auditores. Hilarius *matris fundum* de diabolo interpretatur, sicut *sonum fluctuum* qui mox subditur, omnia terroris diabolici ministeria, ut vatum murmura, inconditos bacchantium fremitus, æra simulacrorum sonantia, profanum ceremoniarum cantum resultantem; quæ Christo prædicato fileant, & dii virtute fidelium subjiciantur ad pœnam, verbis eorum torqueantur, lanientur, urantur, contineantur, puniantur, abigantur, fileant quoque vates, muta sint templa.

Sonum fluctuum ejus.) Hieron. *fremitum fluctuum ejus*. Græcè ἦχος, in plurali *sonos*, repetitur Hebr. prior vox שאון *sceon*. Additur in Codicibus Complutensibus, Regius, aliis & apud Euthymium, τίς ὑποίσεται; *quis sustinebit?* quod etiam Latinè recitantur in dictis illis duobus Bibliis, & in Psalterio Romano atque Gallicano, nec non apud Cassiodorum; Apud Augustinum vero *quis sufferet?* Est præterea in Psalterio Æthiopico, & iterum Græcè apud Apollinariuum.

τίς φορήσει σφοδρότητα βίας ὁρμῆς αὐτοῦ;
Quis ferre ejus vim poteſt æſtus impetum?

Docet tamen Hieronymus *h* hoc esse superfluum, & subaudiri, *qui conturbas profundum maris, & conturbas sonum fluctuum ejus*. Videtur *i* auctor operis imperfecti confusè præsentem locum citare, *qui conturbas fundum maris, sonum autem fluctuum ejus tu mitigas*. Hoc ultimum ex alio psalmo est, ubi dicitur, quod Deus *dominatur potestati maris, motumque fluctuum ejus mitigat* *k*, (juxta præcedentis quoque membri Hebræam Hieronymi expositionem) etsi tantùm dicat, *stabit spiritus procellæ* l (quod re ipsa fecit Christus *m* *stratuit procellam in auram, ut sileant fluctus maris* n. De mystica nil est quod addi debeat, nec raro vidimus *aquarum* vocabulo designari tribulationes: quia & altè decidentes & inferiores impetu copiaque submergunt & consumunt: quia periit diluvio mundus: quia gravissimum Hebræorum periculum in rubro mari fuit.

Turbabuntur gentes.) Hæc recitantes & canentes principium non faciunt versus Hebræi: annectunt isti ultimo, qui aliter exponunt, sicut & Hieronymus ac Hebraizantes, & *multitudinem Gentium*, apud Trevetum, *plebium*. Alii, *strepitum*, *fremitum*, *tumultum populorum* והטון לאטים *vahamon leummim*, quę videtur expressior declaratio profundi aut sonitus maris & fluctuum. Si veritas, ut verti potest, & *fremitus gentibus* vel *populis*, & suppleas, *erit*, efficies sensum quem LXX. reddiderunt, *turbabuntur Gentes*, ταραχθήσονται ἔθνη. Fortassis etiam legerunt LXX. והטון *vahamum* ab חטה *hamah*, *resonare*, *tumultuari*, *strepitum facere*, addito (ן) *nun*, finali, & (ו) *vau* primo, vertente significationem præteriti in futurum: vel pro primo (ו) *vau* [י *jod* יהטון *jehemun*. Sic psalmo 45. *o*. *Sonuerunt aquæ eorum*, ἠχησαν והטו *jehemu*.

Vers. 9.) Turbabuntur gentes, & timebunt qui habitant terminos à signis tuis; exitus matutini, & vespere delectabis.

POtentiam Dei, quam in terra marique declarari dixerat, montes præparando ac firmando, conturbando mare sonumque fluctuum ejus, unde spem & venerationem concipere omnes possent deberentque, nunc ait in signis cœlestibus atque sideribus conspici, quæ propterea eamdem cum fiducia reverentiam Dei valeant conciliare; simul etiam ingenti lętitia complere, efficereque, ut oyantes laudent Deum, qui ortus stellarum tùm matutinos; tùm occidentibus aliis, aliarum vespertinos contemplantur, ubicumque tandem hi habitent, & quantum vis remotos orbis fines aut ad Orientem, aut ad Occidentem; sive etiam vel ad meridiem, & vel ad Septemtrionem. Sensus loci.

Illustrat communioremistum litteralem sensum locus Jeremiæ *p*, antea citatus *Hac dicit Dominus qui dat solem in lumine diei, ordinem lunæ & stellarum in limine noctis, qui turbat mare* (sicut præcedentibus versibus hìc dictum fuit) *& sonant fluctus ejus. Dominus exercituum nomen illi*. Lyranus, Dionysius Carthusianus, Cajetanus, Placidus Parmensis (qui vestigiis insistit Cajetani, quamvis eum non nominet) primum quidem membrum de admiratione accipiunt hominum omnium, propter mirabilia opera Dei in mari terràque, de quibus hactenus, alterum autem explicant de sacrificiis; quę manè vesperi solebant offerri; facturum ea sibi Deum accepta, & offerentibus delectabilia, nimirum post reditum de captivitate. Initio psalmi per *hymnum* ac *vota* innuebantur sacrificia, ut vidimus: & in historia Esdræ *q*, narratur, à jam reversis *holocaustum oblatum Domino super altare mane & vesperi*: & qui ad ea sacrificia accedebant, quando introibant, & aliis expletis exibant, DEUM laudabant; ita ut hic dicatur, exitus matutini & vespertini, hoc est, quando laudantes Deum ab utroque sacrificio exeunt, delectabit DEUS, ideſt, delectationem pro ea laude accipiet, eritque ipsi grata: vel ipse populum sic laudantem & sacrificio colentem, ut magnam inde percipiat delectationem & utilitatem; aut magna cum delectatione laudet ac offerat. Eodem ferè modo Bredembachius, quando ex Babylonis captivitate reducentur, fore ut gentes, quæ illos vexaverant, turbentur: hi etiam, qui habitant terminos, ideſt, confines patriæ, nempe Palęstini, à signis & prodigiis quæ in reducendo edet DEUS: egressus verò matutini ac vespertini sint dicta sacrificia. Retuli hanc expositionem propter acumen, & nonnullam speciem probabilitatis; quum in ea non aquiescam, quod & pauciorum sit, & nonnullas difficultates in littera patiatur, de quibus postea: & non ita faveat sensui mystico, qui passim traditur à Patribus. Acuta expositio, nec ita probata.

Mysticus autem sensus est, quum viderint Gentes orbe toto dispersæ ad ultimos usque fines ejus, potentiæ divinæ mirabilia signa, seu miracula Christi magno ipsius timore percellandas, tamen sua Christum benignitate perturbationem timoris ablaturum, ut hilariter & cum gaudio spirituali eum laudibus celebrent mane ac vesperi, aut quippe in Oriente habitant, quique in Occidente: *A solis ortus cardine ad usque terræ limitem* r: aut & juvenes & senes; aut & in prosperis & in adversis, in blanditiis & minis. Attingit omnia Dionysius Chartusianus; quæ partìm reperiuntur apud Hilarium, Arnobium, Mysticus sensus.

a Esa. 51. 15. b cap. 31. 35. c vers. 17. d cap. 1. 4. e 2. Esd. 22.

f l. 10. c. 19 de animal.

g l. 9. c. 7.

Eadem verba apud Hebræos contrarium significantia.

Tropologia Turbatio humilitatis ac timoris in Evangelico præcone requisita. *Maris fundum sonum fluctuum* ut exponit Hilarius.

h epist. 135. i hom. 23. in Matth.

k Ps. 88. 10.

l Ps. 106. 25. m Matth. 8. 26. 27.

Aquarum vocabulo designatæ interdum tribulationes.

p vers. 3.

p c. 31. 35.

q l. 1. 3. 3.

r Sedulius in hymno.

bium, Augustinum, & alios. Hugo addit delectationem ex felici eventu resurrectionis & passionis Christi, ob glorificationem & redemtionem nostram: præter eam quam capiunt auditores ex Prædicatoribus, & mane & vesperi libenter eos audiendo, in quibus deprehendunt illa signa, quæ sunt priùs dicta paupertatis, mortificationis, humilitatis: denique canonici ex proventibus quos colligunt surgendo ad matutinas, & recitando vigilias & anniversaria.

Basilius, Theodoretus, Euthymius, per turbationem ac timorem ex miraculis CHRISTI oriturum dicunt; exitus matutinos ac vespertinos qui delectent, laudes divinas utroque celebrandas tempore: vel etiam ab habitatoribus Orientis & Occidentis, & in ultimis terræ finibus: duo primi & Nicephor. atque Athanasius miraculis adjungunt τὸ παράδοξον Evangelicæ doctrinæ, ut quòd *separandus esset homo adversus patrem* a, &c. & quod, inquit Athanas. amoliretur, dissolveret, immutaret, τὸ πατρῶον τῶν σεβασμῶν τῶν τῶν πολιτείαν αὐτῶν, *paternum* seu *avitum Gentilium decus cultumve*, & *civilem conversationem*, & *agendi rationem ipsorum*. Ex eodem Athanasio unà cum Eusebio, & Cyrillo, Nicetas addit delectationem; ἐκ τῶν ἐξόδων, *ex egressibus* duobus; altero, *principio à diebus æternitatis* b; altero, vesperi ex virgine sub complemento sæculorum. Adde summam oblectationem in ortu Christi evangelizatam quoque ab Angelis c; & eam quæ electis erit tùm in morte, tùm in judicio: præterea quam capit justus in prima justificatione: & rursum in Domino moriens, quum tempore medio tolleret quasi æstu tribulationis, quemadmodum longiorem diei ac proinde calidioris lætius principium ac finis.

a Mat. 10. 35

b Mich. 5. 1.

c Luc. 2. 10.

Timebunt.) Additur in Psalterio Romano & apud Cassiodorum, Arnobium & Augustinus, *omnes*.

Qui habitant.) Augustinus, *inhabitabant*.

Terminos.) Hieronymus, *in extremis*. In Psalterio Romano & Gallicano atque apud Cassiodorum, Arnobium, Augustinum *fines terræ*, apud Hilarium, *fines*. Paraphrastes, *incolæ finium abyssorum*; סיפי תהומיא יתבי *jathevsejaphe thehomaijo*, quamvis in textu Nebiensis non sit ultima dictio. Nescio quas abyssus velit ille alius textus, an eorum, qui dicebantur versu 6. *fines terræ* & *habitare in mari*, longè; an qui extremas orbis partes, unde tamquam ex reconditis & abstrusis locis oriri videntur, & ad oppositos astra occidere. Apollinarius quidem quasi sequenti nomini σημείων, absque præpositione, jungenda sit τὰ πέραβα, quæ hic sunt, ita expoluit:

> Πείραβα ναιετάοντες ὅπως σφίσι πῆξαο τέκμωρ;
> *Terminos habitantes, ubi ipsis fixisti signum.*

Valentia, *terminos habitationis* exponens cum magis recepta sententia, nominatim exprimit Indos ab Oriente: ab Austro Æthiopes; Scythas ab Aquilone; ab Occasu Hispanos & Mauritanos.

A signis tuis.) Eodem pacto Hieronymus. Habet etiam textus Hebr. & Græcus præpositionem מאותתיך *meothothecha*, ἀπὸ τῶν σημείωσιν, ut non videatur probabilis interpretatio Apollinarii, quam recitavimus, ut *fines* aut *termini* dicantur, ubi fixerit Deus habitantibus signum, nisi eumdem interpreteris Apollinarium, de fixis, ut Astrologi loquuntur, polis, sub quibus homines habitare dicantur. Sed communis opinio est, hæc signa magis universè accini, vel de cunctis astris, præsertim Solis ac Lunæ, quæ dicitur Deus fecisse *in signa & tempora, & dies, & annos* d: eo ferè modo quo termini quos antea nominavit, distinguunt agros & possessiones; vel de iisdem, ut ortu suo & occasu quasi dant signum, ac præfigunt agendis rebus terminum, ut orto sole *ad opus exeat homo usq; ad vesperam* e, vel ut harum rerum peritis indicant variam qualitatem tempestatum anni, seu imbres, ventos, nubilum aut serenum tempus f, famem, pestem & similia: vel ut in ipsis ob insolitum ac novum aspectum protenditur aliquid, quemadmodum sub mundi finem futura signa dicuntur g.

Apollinarii non probabilis interpretatio.

d Gen. 1. 14.

e Ps. 103. 22. 23.

f Luc. 21. 11.

g Matt. 16. 2. 3. 4.

Litteralis expositio. Trevveti.

Ad litteram Trevetus explicat adhuc de signis, quæ Deus facturus esset in reducendo populo in terram promissam de captivitate Babylonica. Nulla recitat idoneus auctor tunc edita, sed ex apocryphis dumtaxat aliAqua memorantur, ut nuper dixi. De miraculis Christi monui etiam communem esse consensum Patrum, saltem juxta mysticum Allegoriæ sensum; in quo sensu signa non in astris tantum spectanda sunt, sed generaliter, in quibuscumque rebus. Infinitam prope miraculorum multitudinem nihil attinet hic persequi & quod ad hoc argumentum pertinet, sufficiunt quæ disputavi Actuum Apostolorum commentario. Nec hìc inculcare debeo, quod sum ibidem & alibi executus, à quibus cœli signis, ut Deus ipse canit, abstinendum sit. Consumit Jerem. bonam capitis decimi partem in hac prohibitione, potentia DEI exaggerata. Sic autem orditur h. *Hæc dicit Dominus; juxta vias Gentium nolite discere; & à signis cœli nolite metuere, quæ timent Gentes, quia leges populorum vanæ sunt.* Eodem tendit prohibitio Deuteronomii i, ne colantur astra; quod Plato k, postea præcepit, & factitatum à Gentibus Jeremias innuit, ac Deuteronomii liber, scilicet quòd etiam vigeat apud multos opinio, animata esse.

Mysticus allegoriæ sensus.

h *vers.* 2.

i *cap.* 4. 19.

k *in epin.* Platonis præceptum de non colendis astris. Astra animata esse, apud multos opinio.

Exitus matutini & vespere delectabis.) Hieronymus, *egressus matutinis & vesperi laudantes facies*: apud Trevetum, *egressus matutinos & hesperi cantabis*, videlicet cantare facies: apud Valentiam, *exitus matutinos & vespertinos laudantes facies*. Unde liquet *exitus* in editione nostra esse Accusativi casus, qui casus exprimitur magis Græcè, ἐξόδους πρωΐας καὶ ἑσπέρας τέρψεις, ubi etiam Genitivi casus intelliguntur esse *matutinis*; & in *vespere* suppleri (qui sunt) nisi scribatur cum diphthongo, *vesperæ*, ut in Regius Bibliis, & in Psalterio Gallicano, quo utitur Ecclesia Mediolanensis, & nos etiam ita legere Genebrardus jubet. In Psalterio Romano & apud Cassiodorum Arnobium, *exitus matutini & vesperi.* (Cassiodorus, *vespere*) *delectaberis*. Hilarius, *exitus matutini & vespere delectationes*. Augustinus, *exitus mane & vespere delectabis*. Idest, ipsos exitus delectabis, vel homines propter illos exitus & in illis: ob exitus qui utroque tempore sunt, delectationes erunt, & quas communicabis aliis, & quas ipse capies: *delectaberis* passivè, propter exitus matutini & vesperi, vel, deponenter & activè, pro *delectabis*, nempe teipsum caut alios, per, seu propter eosdem exitus. Omnibus verò his modis possunt *exitus matutini & vespertini* sumi pro hominibus qui habitant ubi exit dies, & ubi exit dies, & ubi exit nox, hoc est, pro Orientalibus & Occidentalibus, ut sic iidem sint atque quos antea dixit vates, *qui habitant terminos*, & istos homines dicatur DEUS delectaturus, sive delectare solere: quam vim futuri temporis habere verba in hoc tempore sæpius notavimus, ut denotent morem, idque quod habet quis in usu. Hoc pacto non esset *exitus* hi materia delectationis, vel tempus, sed locus delectationis, hæcque ex signis, quorum facta mentio, ut nemo seu in Oriente seu in Occidente non percipiat ex illis signis delectationem. Plures interpretantur de tempore, ut DEUS egressibus matutini temporis & vespertini faciat ovare & laudare (quod valet תרגין *tharnin* à דגן *ranam*) sive ut illis temporibus laudem excitet, vel qua laudent homines DEUM propter varias causas, vel qua laudent eum ob ipsosmet exitus seu egressus astrorum matutinorum & vespertinorum, vel qua ipsamet astra laudent DEUM; vel ut egredientes sive progredientes mane ac vespere homines DEUS exhilaret ac provocet ut laudent eum: nempe & ubique *qui habitant terminos*, & semper, tum mane, tum vespere, intra quæ diei extrema medium etiam illius includitur, partìm ob ipsorummet astrorum jucundum aspectum, partìm ob alia beneficia, quæ numquam cessat DEUS omnibus hominibus conferre: sic verò *exitus*, ἔξοδοι, מוצאים *motsaim*, *ortus*, *egressiones*, *exitus*, *excessus* tantùm significant, non occasus. Observat Valentia per Orientem & Occidentem ac Orbem totum numquam ullo puncto temporis in Ecclesia cessari à laudibus divinis, recitando Canonicas horas (id alii addunt etiam de Missæ sacrificio) ut quum in hemisphærio nostro diurnæ in alio celebrentur nocturnæ, viceque versa: idcirco quæ hic dicuntur non posse convenire Jerusalem materialiter. Probabile hoc attendendo ad mysticum sensum. Illud aliud nescio quàm exactè sit verum, ersi aliqua ex parte concedi possit juxta variam graduum & climatum altitudinem. Postremò per prosopopejam ipsimet *exitus matutini ac vespertini delectare* nos, qua etiam Deum cele-

Valentiæ observatio. In nulla orbis parte, ullo puncto temporis omisso, cessari in Ecclesia à laudibus divinis.

Prosopopœja.

celebrant laude, dici poſſunt, eo modo quo cœli *enarrare gloriam DEI*, a, illum creaturæ omnes laudare *b*, nominatim *aſtra matutina* c, & *filii DEI jubilare*. Ipſamet ſapientia DEI *delectata* ſcribitur *per ſingulos dies ac luſiſſe coram Deo* condente Creaturas, *deliciaſque cum filiis hominum habuiſſe* d. Citat Theodoretus interpretationem Symmachi hoc loco, *progrediente diluculo, & veſperi hymnos dicent*. Baſilius, *ortus diluculi & veſperas hymnis, & pacem celebrant*. Sed Symmachi verba hæc ſunt, quæ omiſſa miror in ſcoliis ad editionem LXX. correctam, προελεύσεις τοῦ ὄρθρου περὶ τῆς ἑσπέρας ὑμνολογήσας ποιήσεις, *pregreſſiones diluculi & veſperæ hymnum dicentes facies*. Ἀτίρπειν quod verbum hic uſurpant LXX. unam Poetæ mutam denominaverunt τερψιχόρλω, quod chorea & cantu delectetur, & delectet, & in Job e, LXX. vocabulo τερπολένων, *aves muſicas*, intelligi Agellius putat, quod non credo, quum aves de quibus auctor ille loquitur, abſonæ potiùs ſint: ſtruthio, (pro *pavonem* alii accipiunt) herodius, accipiter.

a Pſ. 18. 2.
b pſ. 148. 12. 38.
c Job. 38. 7.
d Prov. 8. 30.

Τίρπω. Τερψιχόρη Τερπομέρα.

e c. 39. 13.

Verſ. 10.) Viſitaſti terram & inebriaſti eam: multiplicaſti locupletare eam.

Flumen Dei repletum eſt aquis, paraſti cibum illorum: quoniam ita eſt præparatio ejus.

Senſus loci. HOc aliud potentis providentiæ DEI opus, quo allicitur ac fovetur ſpes hominum, & propter quod cum reliquis antea recenſitis, captivi reditum ſuum de Babylone ſperabant. Aſſerit Propheta ſemel à ſe conditas initio Deum Creaturas numquam deſtituiſſe cura ſua, ſed veluti reviſiſſe quum opportunum erat, & aridiorem terram pluviis irrigaſſe ac fœcundiorem reddidiſſe, pluviis inquam adeo copioſis, ut è nubibus tamquam è flumine decidere videantur, torrentes gignant, redundent quoque in flumina & ea repleant; unde proveniat quaſi ab eodem Deo paratus ubertim victus, ejuſmodi præparationem tam providè curante.

Qui pro imbribus impetrandis Pſalmum exiſtimat editum Agellius, preſſiore, ac nimis, ut dixi, anguſto ſenſu, hoc in ultimum locum opus conjectum propterea dicit, & quia mox precatio ſubjici videtur de re eadem. De fertilitate majore poſt reditum ex Babylone vaticinari videtur Ezechiel *f*. *Vos autem montes Iſrael ramos veſtros germinetis*, &c. In Ægypto etiam quanto magis opprimebantur, tanto creſcebant magis *filii Iſrael* g. Intelliguntur iſta myſticè de DEI ad terram corporis, quod ſumſit, & ad homines terrenos, per incarnationem ſalutari deſcenſu, atque benefica viſitatione, cum divinis muneribus, quibus nos ditavit, deque cœleſtis affluentia doctrinæ per ſe ipſum & diſcipulos tanta, ut redundat ſemper, nec exhauriatur umquam deficiatve, ſed ſuppetat omnibus, inde verò bonorum operum meritis præter Euchariſtiæ ſuaviſſimum cibum nunc reficiamur, poſtea beato eorumdem meritorum fructu potiamur & gaudeamus in æternum.

f c. 38. 8.

g Exod. 1. 7. Myſtica interpretatio.

Viſitaſti terram.) *Viſitandi* verbum ἀδιάφορον ſæpè in meliorem ſumitur partem, quod ex adjuncta dignoſcitur, ut 8. *h*, Pſalmo docuimus, ubi videtur idem valere, ac memorem eſſe. Hoc loco Paraphraſtes pro *viſitare* ac poſuit *recordari*, *recordatus es terræ Iſrael*. De terra quoque Iſrael in reditu ex Babylone declarat Euthymius non ſolùm Lyranus, Trevetus & Hebraizantes. Symmachus in Imperativo ἐπίσκεψαι, *viſita*. Sed Agellium mallem tueri ſuos LXX. ut profitetur, nec præferre hac in re interpretationem Symmachi, etiam ſi commodum gignat ſenſum orantis modo acceptum verbum.

Viſitandi verbum, ſæpe in meliorem partem.

h verſ. 5.

Et inebriaſti eam.) Hieronymus, *& irrigaſti eam*. Alii תשקקה *theſciokekeha*, vertunt ſumto futuro pro præterito, & ſupplendo aliquid (poſtquam deſiderare feciſti eam) vel, deſiderare feciſti eam, deſiderium dediſti ei, ideſt, viſitaſti pluvia, cujus deſiderium priùs habebat, & eam differendo, illud viſus es ipſi dediſſe, vulgo (*glie l'havete fatto deſiderare, doppo d'haverglielo fatto deſiderare*, vel, deſideraſti eam, ut nempe ſatiares, bene voluiſti ei. Sic erit quadratum שקק *ſciokek*, a שוק *ſciuk*. Exiſtimo lectum à LXX. cum unica littera (ק) *Koph*, תשקה *thaſchKeh*, שקה *ſciaKab*, *propinare*, *potare*, *irrigare*, quo pacto reddidit Symmachus, ποτίζεις ἄρδω, *potabis eam*. Inebriationem iſtam Apollinarius nivibus ait fieri:

Σκεδάμενος νιφάδεσσιν ἀνοξμίδυσας ἄρουραν; *Viſitans nivibus, rex, inebriaſti terram.*

Per Metaphoram *potari*, *bibere*, *inebriari* terra dicitur aqueo humore poſt ariditatem, ſicut & *ſitire*, quando arida eſt. Sic alibi legimus, *cataclyſmo*, i. e. aquarum copia, *aridam inebriatam*, & huic inebriationi atq; fluvio comparatam benedictionem Domini *i*, ſive beneficentiam; ut è contrario ſeveritatem & ultionem *converſioni aquarum in ſiccitatem*, ſterilitatem, ſulfuginem *k*. Similem quoque facit Deus efficaciam verbi ſui *imbri deſcendenti & nivi de cœlo, quæ illuc ultra non revertitur, ſed inebriat terram & infundit eam, & germinare eam facit, & dat ſemen ſerenti, & panem comedenti* l. Hyberno pulvere lætiore fieri meſſes luxuriantis ingenii fertilitate (illius qui ſic nimirum locutus eſt) dictum eſſe Plin. *m*, ſcribit; vota verò arborum frugumq; aſſerit communia eſſe, nives diutinas ſedere, non ſolùm quia animam terræ evaneſcentem exhalatione, includunt & comprimunt, retroq; agunt in vires frugum, atque radices, verùm quòd liquorem ſenſim præbent, purum præterea leviſſimumque; quando nix aquarum cœleſtium ſpuma eſt: & humor ex nivibus non univerſus ingurgitat diluitque, ſed quo modo ſtitur diſtillans (num hæc non eſt ebrioſi bibentis hypotypoſis?) velut ex ubere alit omnia quæ non exundat.

i Eccl. 30. 28.
k verſ. 29.
l Eſa. 55. 10. 11.
m l. 17. c. 2. Arborum frugumque vota communia.

Senſus myſticos priùs indicavimus. Hi ſunt ferè de ſpiritualibus gratiis, quæ vocat Athanaſius, τὰ πνευματικὰ χαρίσματα, Eſaiæ citatum quoque ita intelligens locum, τῶν τῶν εὐαγγελικῶν κηρυγμάτων χορηγίαν. (Evangelicarum prædicationum munus.) Eodem etiam pacto loquitur Auctor operis imperfecti *n*. Addit Hugo viſitandam terram tempore judicii, ut reddat mortuos ſuos, & ex his fuerint juſti *torrente voluptatis potandos, & ac ubertate domus DEI inebriandos* o, atq; cœleſtibus gloriæ divitiis locupletandos. De ſpirituali ebrietate nonnihil Pſalmo 22. *p* & 35. *q* & in Actibus Apoſtolorum *r*, plura, & quomodo *inebriandi* verbum pro plena atque copioſa fruitione, non pro ebrietatis vitio dicatur, etiam quum de potu eſt ſermo. Confirmat hanc notionem Auguſtinus *ſ*, loci præſentis teſtimonio, quum refellit ebrioſos abutentes ſcriptura: in qua Joſeph narratur *bibiſſe*, & *inebriatus* eſſe *cum fratribus* t. Hieronymus *u*, ut idem probet, affert cum hoc alia ſimilia loca, & illum ipſum ex hiſtoria Joſeph. Legi etiam Turnebus *x*, poteſt de uſu eodem iſtius verbi apud profanos Ambroſius * porro eadem opera vim phraſis declarans, & eruens hujus loci myſteriam, ita ſcribit: Ebrietas terræ quum infuſa fuerit imbre cœleſti, ſuſcitare lemina, fructus multiplicare conſuevit. Itaque ubi verbum, quod ſicut pluvia deſcendit de cœlo, venas terræ noſtræ, ideſt, animæ ac mentis, inebriavit prædicatione divina, excitantur virtutum ſtudia diverſarum (hoc eſt, *multiplicari genimina*) fructuſque fidei & caſtæ devotionis adoleſcit. Tum ſubjicit allegoriam de Chriſto quomodo viſitaverit terram & inebriaverit eam. Suſceptione etenim corporis viſitavit, ut ſanaret infirmos: inebriavit gratia ſpiritali, ut anxios jucunditate mulceret. Vocat denique bonam ebrietatem quæ ad meliora atque jucunda facit quemdam mentis exceſſum, ut immemor ſollicitudinum animus noſter vino jucunditatis hilaretur. Admirabilis ebrietas, quæ ſobrios facit, & ut quum temporalia pollicens ac dans DEUS bona, tam paucos haberet in Vetere Teſtamento ſectatores, prædicans beatos pauperes Chriſtus *y*, tantam poſt ſe traxerit multitudinem diſcipulorum. Arnobius *inebriationem* refert ad Chriſti ſanguinem. Exaggeratio quoque divinæ benignitatis magna & largitatis continetur in verbis *viſitandi* & *inebriandi*, & in ſequentibus *multiplicandi locupletare*, & *replendi*, & *parandi*. Chriſtus ipſe in die magno feſtivitatis ſtans & clamans invitabat ſitientes, promittens *flumina de ventre credentium fluxura aqua viva* z Eſaias *a*, præterea vaticinatus quòd *floreret ſolitudo*. & *arida eſſet in ſtagnum, & ſitiens in fontes aquarum*. Bernardus, Malachiæ ſcribens vitam, de monachorum numero maximo & multiplicatione in Hybernia,

n Hom. 42.
o Pſ. 35. 9.
p verſ. 5.
q verſ. 9.
r c. 2. 15. Inebriandi verbum pro plena atq; copioſa fruitione.
ſ q. in Gen. 144.
t Gen 43. 44.
u in c. 14. Oſeæ.
x 3. adv. c. 6.
* in Pſ. 118. ſerm. 3.

Allegoria de Chriſto ut viſitaverit terram & inebriaverit eam. bona ebrietas quæ ſit.

y Matt. 5. 3.
z Joan. 7. 37. 38.
a Eſ. 35. 1. 7. Loci hujus uſurpatio à Bernardo de maximo monachorũ numero, & multiplicatione in Hybernia.

nia, ita usurpat locum istum, ut eam potissimùm asserat his ac seqq; verbis Davidem videri præcinuisse. Ad extremum aptè sententia congruit visitationi bonæ Prælatorum, quæ magnam subditis gignit utilitatem spiritualem.

Multiplicasti locupletare eam.) Hieronymus, *ubertate ditasti eam*. Alii, *locupletas eam*. Augustinus, *multiplicasti ditare eam*. Vertit Hieronymus eo modo quo Symmachus, πομυκαρτί ϕ πλετίσεις ἀυτὴν. Apollinarius verò:

Θήκαο δὲ ἀφενειὴ ἀγαθῇ νέτκύμονα κάρπῶν;
Posuisti verò divitem bonis prægnantem (γῆν scilicet) *fructibus.*

Hebræa vox רבת *rabbath*, nomen est in regimine significans *multum* substantivè aut *multitudinem*, & adverbialiter sumi potest, ut sit idem quod *admodum, valde*, &c. interdum *sæpe*; ut ibi *a*, *sæpe expugnaverunt me*, &c. Legerunt LXX. à verbo רבב *ravav*, רבת *rabbotha*. Verba ista, inquit Cassiodorus, inexplicabilem modum donationis ostendunt: nam qui *multiplicat locupletare*, quantum sit, non videtur exprimere, sed in immensum ducitur, quod verbis talibus pollicetur. Ludit deinde in etymologia Latina, ut sit *locuples*, quasi plura loca tenens. Reperimus alibi similem phrasim, qua quis dicitur *multiplicare loqui* b, *magnificare facere* c, idem valet, *multiplicare misericordiam* d; *magnificentiam* e, quod, spiritualiter loquendo, est, quando ita vocat Deus, ut bonum usum vocationis atque gratiæ tribuat, maximè verò si etiam perseverantiæ donum. Nec verò abhorret à communi loquendi modo, ut *frugibus* ac *fructibus ditari* dicatur *terra & locupletari*, quamvis videatur Hilarius negare, sed ex fructuum suorum ubertate locupletare. *Divitem* insulam, agrum, glebam, terram, vocant, & ὔλβιον, ὀλβιόμοιρον, ἀφνειὴν, ut ex Apollinario retulimus.

Mysticè, per Christi incarnationem, quum *visitavit nos*, ut Joannis Pater loquitur, in eodem Christo inebriati sumus *f*, & *in omnibus divites facti, in omni verbo, & in omni scientia, ita ut nihil nobis desit in ullagratia* g.

Flumen Dei repletum est aquis.) Alia Psalteria & Hilarius *aqua*. August. *fluvius Dei repletus est aqua*. Hieron. *rivus Dei plenus aqua*. Significat פלג *peleg*, *rivum*, & quasi derivatam aquam. Intelligitur porro quivis fluvius terræ promissæ, qui Dei dicatur, quia sicut & illa terra tota Deo peculiariter dedicatur; celebrior erat Jordanis, quem Plinius *h*, amœnum vocat, sese; etiam invitis communicantem, & aquis laudatis salubribusq; calidis præditum. Opponit hunc præsertim David Nilo, ex quo in hortorum morem aquæ ducebantur irriguæ ad Ægyptum fœcundandam, quum terra promissa montuosa & campestris de cælo expectaret pluvias *i*. Erat Jordanis magnus, de quo etiam Arnobius; Trevetus, Dionysius, Lyranus, verum eo alii majores, ut non propterea *DEI* dici censeri debeat, quia magnus, copiosus, abundans, eo modo quo montes *k*, cedri *l*, & aliæ hujusmodi res ob magnitudinem denominatur à DEO. Quamquam Lyranus audivisse se dicit, prout aquæ Jordanis majores aut minores sunt, plures vel pauciores produci fructus, & illius fertilitas indicetur in libro Ecclesiastici *m*, deque eadem prodat Aristeas *n*, cum Nilo comparans, Josephus *o*, Strabo *p*.

In Psalmo 103. *q*, quæ dicuntur Latinè, *lingua campi*, Græcè, ξύλατῦ πεδίς, vocantur Hebr. עצי יהוה *hhatse Jehovah*, *lingua Dei*, & à V. ac VI. editione, & à Symmacho, τῦ Κυρίυ, ab Aquila & Theodotione, τῦ πεδίυ Κυρίυ, scil. quia non agricolæ manu consita erant, sed sponte provenie bant, velut ab auctore naturæ. Posset quis opinari *flumen Dei* hoc loco nubem vel vaporem esse, quemadmodum opinione nonnullorum, *fons* ille, in Genesi *r*, *ascendens è terra, irrigans universam superficiem terræ*, nubes erat seu nebula, vel vapor; sicque innui nunc pluviis necessariis abundavisse Palæstinam. Solet autem pluvia & ejusmodi res aliæ meteorologicæ tribui peculiariter Deo: & impersonaliter dicendo, quod *pluit, ningit, gradinat, tonat, fulgurat*, intelligi, Deum hæc operari. Obstat nonnihil, quòd non ita bene congruunt פלג *peleg* ποταμὸς, vapori & nubi, quum jam derivatas aquas denotent. Sed favent nihilominus Augustinus, Ruffinus, & alii, qui *visitationem terræ* per nubes factam exponunt: quamvis mystico sensu Apostolis nomen *nubium* tribuant. R. Elaias Tranensis, quem mutuum ex sua Columnensi bibliotheca liberaliter dedit magnæ indolis Comestabilis, *rivum* ait locum esse ubi sunt aquæ congregatæ sive in palude, sive in nube, sive in fluvio. Chaldæa paraphrasis. *Ex fonticulo Dei qui est in cœlis, qui plenus est imbribus benedictionis, præparabis segetes eorum.*

Quid mysticè *flumen* valeat, dixi Psalmo 45. *s*: Populum Dei Augustinus aliique interpretantur, divini Spiritus & gratiæ quasi aquis repletum, unde & cetera terra irrigaretur. Mundialis aqua, inquit Cassiodorus, aut imbribus accipit augmentum, aut siccitate defectum. Dei fluvius semper plenus, & æqualis, *lætificans civitatem Dei* t. Sitim sic sedans ut fiat in bibente *fons aquæ salientis in vitam æternam* u. Putatus Hieronymus in *flumine* baptismum nostrum observat, in *repletione aquarum* dona divinæ gratiæ. Athanasius ait Dei filium *flumen* esse, nascentem ex substantia Patris, ut ex fonte, *plenumque gratiæ, & veritate* x. Vel Spiritum Sanctum, qui plenus sit aquis, hoc est variis gratiæ donis. Procopius y, *flumen & rivos aquarum* sumit anagogicè pro beatitudine, ubi *fons vitæ* DEUS z ex quo emanat tamquam flumen Verbum DEI unigenitum Chrysostomus *a*, allegoricè pro doctrina, nec non Hieronymus *b*, explicans Esaiam *c*; *Egeni & pauperes quærunt aquas, & non sunt; lingua eorum siti aruit: ego Dominus exaudiam eos, Deus Israel non derelinquam illos: aperiam in supinis collibus flumina, & in medio camporum fontes: ponam desertum in stagnum aquarum, & terram inviam in rivos aquarum.* Ait præterea *d*, hunc esse apud eumdem Esaiam *e*, *fluvium pacis*, & *torrentem inundantem*. Typus præcessit in deserto divinitus communicata populo aqua *f*. Malorum & bonorum fluminum *g*, idem observat acceptionem, & de malis Augustinus *h*, eleganter disputat: quum de fluminibus Babylonis. His etiam fortassis opponit propheta *flumen Dei*, agens hìc de re reditu Populi ex Babylonis captivitate.

Parasti cibum illorum.) Hieronymus, *præparabis frumentum eorum*. Ad præparationem pertinet *vitatio & inebriatio terræ, locupletatio* ejusdem: Symmachus, τελεσφορήσεις γὴν παντοσπερμίαν αὐτῦς, *ad finem*, seu *maturitatem*, & *fructum perduces omne semen ejus*, nempe terræ. Est דגן *dagan*; generale nomen ad omnes fruges, & ad septem frumenti species, præsertim post excussionem & ventilationem. Vertitur Psal. 4 *i*, *frumentum*; in 77. k, *panis*. *Cibum* istum mysticè pro Christo, pro Eucharistia, pro verbo divino & gratia, satis communiter accipiunt, vel etiam pro esca beatitudinis. Penultimus dicendi modus est Euthymii, Nicephori, Basilii, Theodoreti: secundus Athanasii vocantis τὸ τῦ χριςῦ μυςήριον ὃ ὅτιν ἄρτος ἐκ τῆς ἁρανῆ καταβὰς, ἡ ζωὴ γιδυς τῶ κόσμω. *Christi mysterium* (quæ vox insinuat Sacramentum) *qui est panis de cælo descendens & dans vitam mundo* l. De eadem Eucharistia deserte Hil. exposuit, docens hunc cibum esse, à quo ad Dei consortium præparamus, & per communionem sancti corporis non in communione deinceps Sancti, ut illo in præsenti salvemur, in posterum præparemur. Ita præterea sentit quem vocant Ruffinum auctorem commentarii, item Remigius, etsi dicat *panem* hunc *Angelorum* m, *vitæ & intellectus* n, non dentibus mandi, hoc est, more vulgaris cibi, sed animi aviditate devorari. Dixerat jam id prior Cassiodorus, docens locum totum ad communionem sacram convenientes referri, quando & Christi sanguinem bibimus, & de ejus corpore saginamur. Expplicat eodem pacto Glossa ord. Hugo, Ayguanus, Dionysius Carthusianus, Valentia, Ludolphus. Præter enarratores Psalmi, Cyrillus Alexandrinus *o*, interpretatus videtur hoc pacto locum istum, etsi etiam de gratia quam fideles frequenter accipiant, antequam quidquam à Deo petant, quum *nesciant orare*, ac petere, *ut decet* p. Lege dicta Psal. 22. q, *Parasti in conspectu meo semper*.

Quoniam ita est præparatio ejus.) In aliis Psalteriis, & apud Augustinum, Arnobium, Cassiodorum, *tua* apud Hilarium, & *tua*, &, *sua*. Græcè in pluribus codicibus deest pronomen. Hieronymus *r*, tamen retineri vult estq; in Psalterio Arabico, & Æthiopico. Idem Hieron.

quia

Mysticus sensus.
Nubium nomen Apostolis tributum.
Rivus pro loco ubi sunt aquæ congregatæ sive in palude, sive in nube, sive in fluvio.
Myst. *flumen* quid valeat.
f verſ. 5.
t Pſal. 45. 5.
u Joan. 4. 14.
Putati Hieronymi observatio.
h Ibid. 1. 14.
y in c. 30. *Eſ.*
Anagogica expositio.
z Pſ. 35. *v.* 10
Allegorica.
a Hom. 10. *in ep. ad Hebr.*
b in c. 43. *Eſ.*
c c. 41. 17. 18.
din c. 65. *Eſ.*
e c. 65. 12.
f Exo. 17. 6.
g in c. 3. *Ap.*
h in Pſ. 130.
i verſ. 8.
k verſ. 24.
Myst. ea *cibi* expositio.
l Joan. 6. 33
m Pſ. 77. 25.
n Eccl. 15. 3
o lib. 3. *in Joan. c.* 13.
p Rom. 8. 26.
q verſ. 5.
r Ep. 135.

Etymologia
a Pſ. 128. 1.
b 1. *Reg.* 2. 3.
c Pſ. 125. 3.
d Pſ. 35. 8.
e Pſ. 70. 21.
Hilarii improbata sententia.
Mystica interpretatio.
f Luc. 1. 68.
g 1. *Cor.* 1. 5. 7
Jordanis amœnitas,
h lib. 5. *c.* 15.
Jordanis cur à Davide opponatur Nilo.
i Deut. 10. 10 11.
k Pſ. 35. 7.
l Pſ. 38. 11.
De Jordane quæ narrentur.
m cap. 14 35.
n de Septua. Interpp.
ol. 4. *de bello Jud. c.* 18.
p lib. 16.
q verſ. 16.
Flumen DEI hoc loco ut posit exponi.
r cap. 2. 6.

quia ſic fundaſti eam, בכחיגה *chi chen thechineha*, *quia ſic præparabis, firmabis, ſtabiles eam*. Imitatus eſt Hieron. Symmach. ὅτι οὕτως ἡτοίμασας αὐτήν. Legerunt LXX. תבונה *thechuneah*, à תבוגה *thechunah*, quæ vox ſignificat *locum paratum*, *diſpoſitionem*, *ideam*, ſeu *figuram*. Sic ſecundùm poſtremam acceptionem ſignificaretur, quòd ad cibum illum præparata à DEO ſit terra, quam indicat affixum pronomen fœminarum juxta peculiarem quamdam quaſi ideam ac typum animo ejus conceptum atque formatum, ut non aliter aut meliùs præparari potuerit. Id quod attinet ad materialem cibum, declarant Euthymius & R. Eſaias modum *præparationis* fuiſſe, ut prius pluviis inebriaretur terra. Dionyſius, ut etiam flumen repleretur aquis ad eamdem terræ fœcunditatem. Prima ratio ſpiritali quoq; cibo convenit, ac nominatim Euchariſtiæ, ut & utrique, ac præter Euchariſtiam, cujus alteri ſpirituali, quòd, ut de Euchariſtia Caſſiodorus ait, non caſu ſed ex ſingulari quadam providentia & diſpoſitione divina eſt inſtituta. Deſcribit Joannes *a*, apparatum Chriſti in celebranda priùs legalis cœna, & lavandis pedibus diſcipulorum: eodemque ſpectare poſſunt quæ narrant alii Evangeliſtæ *b*, & Paulus *c*, ſimul tractans quæ requiratur ab iis præparatio qui velint Euchariſtiam ſumere. Multo ſtudio egit Deus & multo labore, ait Ruffinus, quatenus electorum mentes de ſe ipſo poſſent reficere; ita vero eſſe *præparationem*, ideſt per Deum, quia tantùm cibum præparare nec Apoſtolus, nec Propheta, nec Angelus potuiſſet, ſed ſolus mediator Dei & hominum homo Chriſtus Jeſus, qui nimirum erat quoque Deus. Non indignum paſtorem vel coquum, ait Hugo habet, populus Chriſtianus, ſed ipſum Dominum, qui non vilem cibum vel inſuſſum præparat. Auguſtinus, Beda, Remigius, & alii, quia ſine meritis noſtris & ex ſola gratia, qui ſolus poterat, Deus contulit hujuſmodi cibum ſpiritualem. Athanaſius videtur legiſſe pronomen αὐτῆς, ut & in Commentario Baſilius ac Theodoretus, & refert ad σβοθλω, quod fœminini generis nomen *cibum* ſignificat: explicat verò, quia ſumma providentia dignèque Majeſtate divina ſit præparatus talis cibus: & conveniat Deo talia præparare, quorum qui fiant participes, ii conſcendant per pœnitentiam ad divinam dignationem, vel dignitatem ἀξίαν. Uno verbo Apollinarius attigit rationes quotquot afferri poſſent:

καὶ σφίσιν ὥσε θεὸς βρώσιν προέηκας ἑτοίμην.
& ipſi ut Deus cibum dediſti paratum.

Quaſi diceret, ut decuit DEUM; quo dici nihil amplius poteſt. Omnia placent: ſed ita ut *præparatio* non directè ad cibum referatur, nec hunc indicet pronomen *ejus*, verùm terram, quia *cibus* Hebraicè דגן *dagan*, eſt maſculini generis: affixum pronomen Hebræum in תביפה *thechinehh*, vel תבונה *thechuneah* fœminini, ſicut nomen *terræ* ארץ *eretz*.

a c. 13. 5. & ſeq.
b Mat. 16. 18. Marc. 14. 12. Luc. 22. 7.
c 1 Cor. 11. 24.

Verſ. 11.) Rivos ejus inebria, multiplica genimina ejus: & in ſtillicidiis ejus lætabitur germinans.

Senſus loci.

QUam prævidens ſpiritu, terræ Paleſtinæ fertilitatem in reditu populi de Babylone antea dixit, nunc orat ut præſtet Deus, multiplicando fruges ac fructus illius per inebriationem fœcundantium aquarum, ut quidquid in ea terra germinabit, dictarum aquarum irrigatione lætè proveniat & matureſcat, ſeu terra ipſa ſic germinans ac fructificans lætior exiſtat, ſeleque ſpeciosam ac feracem exhibeat. Myſticum ſenſum de imbre cœleſtis doctrinæ percipit facilè, qui hactenus dicta perlegit, ut ſcilicet terrena corda noſtra, veluti proſciſſa prædicationis aratro, proficiant, & ſuis juſtitiæ frugibus lætentur, atque alios & Deum ipſum lætificent. Orandus verò DEUS de iis etiam quæ dare decrevit, quia inter alia media propter quæ, aut per quæ ſic decrevit, orationes ſunt.

Myſticus ſenſus.

Orandus Deus etiam de iis quæ dare decrevit.

Rivos ejus inebria.) Hieron. & Auguſt. *ſulcos ejus inebria*. Volunt aliqui רוה *rauveh*, non imperativum, ſed infinitivum eſſe, ut & ſequens נחת *nacheth*, ſupplendo ſervilem (ל) *lamed*, & poni pro tempore præ-

A ſenti, ut non ſit oratio, ſed ſicut hactenus, commendatio atque commemoratio beneficiorum DEI. Latini etiam Codices nonnulli habent, *inebrians*, nec non Pſalter. Romanum, & Gallicanum; indicatq; Arnobius, legens, *inebriaſti*; quaſi, inebrians fuiſti. Ita quoq; lege apud Gregorium *d*, & Bernardum *e*. Sed & רוה *rauveh*, poteſt eſſe imperativus, & μίβυσον non poteſt eſſe niſi hujuſmodi verbum. Chald. *Vi ſulcorum germina ejus inebria*, vel, *irrigationes germinum ejus ſatia*. Quid *inebriare* valeat, dixi priore verſu. Sulci qui medii ſunt inter duas liras, ſive porcas, ut agriculturæ Scriptores loquuntur, i. e. partes terræ quæ inter ſulcos effertur, ſimiles rivis rivulisve & canalibus ac tubis ſunt, nec ſolum ſunt per quos delabitur aqua pluviæ, ut Varro *f*, ſcribit, quos & alii *elices* vocant, ſed quibus aqua detinetur, ut præcipit Virgilius *g*. Hi quum irrigantur & per eos fluunt aquæ, aut quum adeo copiosè decidunt imbres, ut per ſulcos decurrant aquæ in morem rivulorum, faciunt ut iis inebriatus ager ſegetem reddat uberiorem. Hebræum nomen רוה *rauveh*, ut

B & Græcum αὐλακος, ſignificat *ſulcos* & *areas*, *aut* etiam illos terræ tumulos ſive cumulos, qui inter arandum prominentes relinquuntur in arvo. Deducebatur etiam Jordanis in alveos, ut in Ægypto Nilus, & certis locis terra ſancta fontibus erat irrigua, ut prodit Plinius *h*. Rectè *inebriari* petit *ſulcos*, qui dum fiunt, videntur *flere*, ut Job *i*, poeticè deſcribit, quoniam agricola ipſe propter laborem flet, ut in alio Pſalmo *k*: atque taurus ipſe ingemit, ut Poeta *l*, Latinus cecinit.

Depreſſo incipiat jam tum mihi taurus aratro
Ingemere,

Maximus labor docendi, ut alibi docui *m*, ut *benè patientes* ſint *qui annuntiant* n, Pauluſque cum doctrina omnem *patientiam* conjungit *o*, cui ut portaret nomen Chriſti, oſtendit idemmet Chriſtus, *quanta oporteret eum pro nomine ipſius pati* p. Conſcindenda vomere dura corda, & belli labor *gladiuſq;* commutandos *in vomerem lancea in falcem* q, ut præter laborem veterum Patrum *in quem introierunt diſcipuli Chriſti* r, proprium

C adhibeant, & ſeminandi inter infideles maximè idololatras, & metendi inter Judæos verbo divino jam ſeminatos. De doctoribus, per quos derivatur ad alios divina doctrina, etiam Gregorius *ſ*, locum iſtum interpretatur, ut quum ni rivi uberiore gratia ſpiritus inebriantur fidelium numerus augeatur, & lætetur Eccleſia in iiſdem, tamquam *in ſtillicidiis*, dum in eos velut in tectum, quo protegunt ac muniunt, intercedendo & admonendo cadit de cœlo aqua gratiæ, & ab iis ac per illos pervenit in nos, ſicut in terram. *Sulcos* item Athanaſius & Euſebius in Catena Nicetæ, profunditates cordium humanorum vocant, quæ inebriatione gratiæ reddantur fertilia, proferantque multos juſtitiæ fructus: opera quoque magiſtrorum, quos comparant cum nubibus, quæ ſtillas rorantes mittunt. h. e. notitiam & intellectum divinarum ſcripturarum. Ambroſius *r*, quem priùs protuli, ubi verbum, inquit, quod ſicut pluvia deſcendit de cœlo, venas terræ noſtræ, i. e. animæ ac mentis inebriavit

D prædicatione divina, excitantur virtutum ſtudia diverſarum (quæ ſunt *genimina*, ſive *generationes*) fructuſque fidei & caſtæ devotionis adoleſcit. *Rivos* iſtos *inebriatos* Arnobius Apoſtolos affirmat, quos per ludibrium appellabant *ebrios*, ac *muſto plenos*, in Pentecoſte *u*. *Genimina* fuiſſe omnem nationem eo tempore Jeroſolymis congregatam. Derivati ſunt à fonte Chriſto Apoſtoli, & humilitatis effoſſi virtute. Vel, ut *flumina* cenſentur Apoſtoli; doctores inferiores, *rivi*.

Multiplica genimina ejus.) Hieronymus, *fruges*. In Pſalteriis aliis, *multiplicans generationes ejus*. Apud Hilarium, Auguſtinum, Arnobium, Caſſiodorum, Gregorium *x*, Ambroſium *y*, *multiplica generationes ejus*. Alii, *aqua cumulos ejus*, vel, *deſcendere fac in lineas ejus* aut *ſulcos*, nempe pluviam. Vel, *dimitte pluviam in valliculas ejus*, vel, *comprime*, ſeu *frange glebas ejus*, vel, *deprime cumulos ejus*, vel, *occa glebas ejus*, vel, *humilia ripas*, ſeu *aggeres*. Chald. *compeſce cohortes* aut *acies ejus*. Fortaſſis ne colonis & ſegetibus milites moleſti ſunt, & proventum impediant. *Genimina* in hac ſignificatione pro frugi-

d *hom.* 10. *in Ezech.*
e *in vita Malach.*
f *de re ruſt.* c. 19.
g 1. *Georg.*
h *lib.* 5. c. 14. Sulcorum, taurorū, & agricolarū fletus.
i *cap.* 31. 38.
k *Pſ.* 125. 6.
l *Virg.* 1. *Georg.*
m *in pſ.* 50. 15. Patientia neceſſaria prædicatoribus.
n *Pſ.* 91. 16.
o 2. *Tim.* 4. 2
p *Act.* 9. 16.
q *Eſa.* 2. 4.
r *Joan.* 4. 38. De doctoribus ad alios divinā doctrinam derivantibus loci interpretatio.
ſ *hom.* 10. *in Ezech.*
t *in Pſ.* 118. *ſerm.* 13.
u *Act.* 2. 13.
x *hom.* 10. *in Ezech.*
y *in Pſ.* 118. *ſerm.* 13. *Genimina*, generationes.

pro frugibus ac fructibus quæ germinant & adolescunt.

fugibus ac fructibus quæ germinant & adolescunt, sæpius alibi occurrunt *a*, *generationes* non nisi semel *b*, ut puto; sed semper Græcè γενηματα, non γενεαι. Hoc loco non est דור *dor*, sed numero singulari גדורה *ghedudeha*, pro quo forsitan legerunt LXX. cum (י) *jod* in plurali גדודיה *ghedudeha*. Est autem גדוד *ghedud*, *turmaglobusq; militum & exercitus*, ut etiam Paraphrastes vertit hoc loco גיטהא *gaijasaha*. Sed aliis alia placet acceptio, ut notavi, pro *lineis* ac *profunditatibus inter sulcos*, sive pro convallibus inter eosdem, quas vocant quoque *liras*, & quidam *porcas*: quamvis quidam hoc Latino vocabulo significari volunt partes altiores. Placet conjectura Agellii, reddidisse LXX. latentem metaphoram, ut quia גדוד *ghedud* est *conglobatus militum cuneus*, intellexerint aristas ita fructibus densas, ut cuneus densatur militibus. Si audiendi datur facultas, dicam legisse illos fortassis פריה *piricha*, *fructus ejus*. Affinis quodammodo est littera (פ) *pe*, secundùm formam litteræ (ג) *gimel*; multo magis littera (ר) *resch*, litteræ (ד) *daleth*, nonnihil etiam littera (י) *jod*, eidem litteræ (ד) *daleth*. Pro *genimine* in Job ponitur, *c*, תנובה תבואת *thevuah*, *proventus*, & in Ezechiele *d*, *thenuavah*, ejusdem significationis, nempe *germen* & *fructus*. Postremò verbum נחת *nacheth*, quatenus valet inter alia *castrametari*, scitè à LXX. conversum est, figuram evolventibus, per πληθυνον *multiplica*, quia ex multis constant castra, & genimina, fruges, fructus, hic denotari *exercitum* significante Hebræo nomine גדוד *ghedud* existimaverunt, si hoc inquam nomen retinemus, nec aliud quod dixi substituimus, cui tamen etiam conveniet dicti verbi ea notio, aut illa quæ significat *descendere facere*, i. e. ut erumpant ac prodeant numero magno fruges fructusq; Hominis frugi est bene sentire de LXX. interpretibus, ac vulgatum nostrum præsertim tueri; quod qui bona mente conatur, profectò consequitur ut videor mihi jam toties effecisse.

Conjectura Agellii.

c cap. 31. 12.
d cap. 36. 39.

Satis autem de mysticis actum priùs, & quòd seminet semen suum DEUS *e*, & *incrementum det* *f*, cujus nos *agricultura* *g*, ut observavit Procopius *h*. *Genimina* quoque dixi esse credentium multitudines; vel quas Apostolus *i*, nominat, *fruges justitiæ*. Addit Hilarius *generationes* sive *genimina* esse Evangelicos illos fructus, *trigesimum*, *sexagesimum*, *centesimum*: præterea eadem *generationes* ac etiam *stillicidia*, sacramentorum intelligentiam, prophetiæ scientiam, sermonem sapientiæ, spei firmitatem, sanationum charismata; in dæmonia subjecta dominatum.

e Matt. 13. 23
f 1. Cor. 3. 6.
g Ibid. 9.
h In c. 55. Es. i 2. Cor. 9. 10.

In stillicidiis ejus lætabitur germinans.) Gregorius *k*, *in stillicidiis suis lætabitur, quum exortetur*. Hieronymus aliter Hebræa distinguens, *pluviis irriga eam, & germini ejus benedic*, ubi ultimum verbum ex initio sequentis versus juxta editionem nostram sumtum est. Alii quoque ex Hebræo, *imbribus liquefac eam, germini ejus benedic*, vel, *imbribus lubricam eam redde*, &c. Vel, *subtilissimis imbribus eam macera, & germen ejus amplifica*. Chaldaicè, *guttis dissolvas eam, germini ejus benedicas*, vel, *stillicidiis liquefacias eam, germinationibus ejus benedices*. Apollinarius explicat de rore cœlesti:

k In Ps. 71. 6.

Διυδελης ψεκάδεσσι γανύσεται ἀντέλλουσα;
Cœlestibus irrorationibus lætabitur germinans.

Sic sunt Hebræa נרבובים תטנגה צמחה *birvivim thèmogheghenna tsimmechah*. Significant רביבים *revivim*, *guttas & stillas*, *pluvias & imbres*: quidem præsertim temporaneas in Octobri, seu etiam quaslibet alias, à multiplicatione quam denotat verbum רבב *ravav*: & iterum exponitur id nomen per *stillicidia* l, & per *stillas* m. Græcè per nomen σταγὸνος, pro quo uno loco n, est ὑμετὸς, *vehementer gutta*. Additum est pronomen αὐτῆς *ejus*, quod indicat stillas quæ sint terræ, quia eas recipit, & si esset cum spiritu aspero αὑτῆς, ut Genebrardus vellet, idem esset, τοδὲ αὐτῆς, inquit Nicephorus, τὸδι αὐτὴν εἶναι τὰι σταγόνας δηλοῖ, *illud* verò *ejus propter eam esse stillas significat*, unde *in stillicidiis ejus* exponi potest, *in stillicidiis suis lætabitur germinans*, nimirum terra; sicut retuli legisse Gregorium, *suis*. Altera vox תמוגגנה *themogheghennah*, cum affixo tertiæ personæ singularis fœmini generis est verbi מוג *mug*, in conjugatione piel futurum, quòd potest esse tertiæ personæ singularis item fœminini & secundæ masculini: sed ratione dicti affixi debet esse secundæ masculini: & exponi, *liquefacies eam*, videlicet ò Deus, ita nimirum ut gaudio liquefieri videatur, eam, inquam, terram germinantem, sive quæ germinat, ut mox dicam. Propterea LXX. respicientes ad sensum, verterunt, *lætabitur germinans*, εὐφρανθήσεται ἀνατέλλουσα, quum potuissent vertere, *liquefaciet*, nimirum Deus, *gaudio* (vulgo, *la dissara & liquefara dallegressa*,) *germinantem*, terram nempe. Ultima dictio צמחה *tsimmechah*, cum mappik in ultima littera (ה) *he*, & daghes (ט) *mem*, prout est in Bibliis Regiis, videtur mendosè legi, & vel tollendum daghes à (ט) *mem*, ut sit צמהה *tsimchah*, *germen ejus*: ut est in Bibliis Complutensibus, à nomine צמח *tsemach*, vel tolli debeat mappik ab *he*, & retineri daghes in (מ) *mem*, ut sit צמחה *tsimmechah*, participium fœmininum in piel, pro quo Riccardus Cenomanus legi vult צומחה *tsomechah*, quod est item participium in Kal, ejusdem generis fœminini, & significat *germinantem*. Placet magis ut sit צמחה *tsimmechah*, quia transferunt LXX. ἀνατέλλουσα, cujus vice Genebrardus non debet exigere ut legamus ἀνατέλλον, *id quod germinat*, nec negare esse epithetum terræ, quum contradicant omnes textus Bibliorum, & Enarratorum Græcorum: & Hebræum צמחה *tsimmecha*, omnino faveat & elegantior figura sit, ut ipsamet terra dicatur *germinare*, quod aliàs dicitur non semel in scriptura *o*. Ineptè aliqui *germinantem hominem* interpretantur, & comparant cum *metente*: nisi tropologicè sumant, tamquam terram, cui semina mandantur. *Terram* & *prata lætari* sicut & *ridere*, vel *segetes ipsas lætas esse*, dicitur figuratè etiam à poetis profanis *p*; quemadmodum & Homerus *q*, appellavit, πεκίαλωτεύονταχὴ ἀνδρῶν πίονα ἔργα. Inde *lætamen* *r*, pro fimo, qui pingues ac lætas facit segetes, quod etiam nunc vulgo Itali vocant *letame*, & *lætandi* verbum significans *fimum jacere* *s*. Miratus DEI providentiam Job *t*, ac potentiam, quòd liget aquas in nubibus, ut non erumpant pariter deorsum, ne *si contineret, omnia siccarentur*; *si emitteret eas, subverterent terram* *u*. *Colligata in nubibus aqua* in libro Proverb. *x*, scribuntur, *quasi in vestimento*, i. e. linteo, aut panno: unde propterea necesse est exprimi, distillari, guttatim emitti. Non dicam plura de mysticè sumtis stillicidiis ac stillis. Comparavit Moses *y*, sermonem suum à Deo acceptum cum *stillis super gramina* decidentibus: præterea Job *z*, cum *parva stilla*: etsi Hebr. sit dumtaxat שטץ *seemets* particula absq; mentione *stillæ*: possitque pro re sermo accipi. Divinam quoque gratiam bene contulisse Arausicanum secundum Concilium *a*, videtur cum stillis & rore. Nemo, ait, habet de suo nisi mendacium & peccatum (h. e. quamvis aliquod opus bonum naturæ viribus facit, ut ego interpretor, sine gratia supernaturalis ordinis, illi est perinde in ordine ad amicitiam Dei & ad beatudinem, ac si mentiretur dumtaxat & peccaret, sit quis autem habet homo veritatem atque justitiam, ab illo fonte est quem debemus sitire in hac eremo, ut ex eo quasi guttis quibusdam irrorati, non deficiamus in via.

l Ps. 71. 6.
m Deut. 32. 2.
n Deut. 32. 2.

o Gen. 1. 21. c. 2. 5. c. 3. 10 & alibi.
p Virg. 1. Georg. ecl. 7
q Iliad.
r Plin. l. 18. c. 16.
s Sezzius in 1 Georg. Pallad. 3. de re rust. tit. 1
t Job 26. 8.
u cap. 12. 5.
x cap. 30. 4.
y Deut. 32. 2
z cap. 26. 14.

Illud tandem acutè dictum ab Hilario, quem solet imitari ac transcribere is quem vocant Hieronymum, stillicidia multiplicari posse ut rivi sint, rivos inebriari, ut flumina, hoc est, ut eum ipse intelligo, augeri ac intendi gratiam posse meritorum nostrorum cum eadem gratia, accessione, & cooperatione, rivos & stillicidia esse Spiritus Sancti varia dona.

Divinæ gratiæ eũ stellis & coro comparatio a can. 22.

Hilarii acumen.

Vers. 12.) Benedices coronæ anni benignitatis tuæ: & campi tui replebuntur ubertate.

VEl adhuc orat, ita ut sit futurum loci imperativi; vel, exauditum se certus, prædicit, nomine captivorum; fore ut DEUS toti circulo anni benedicat, suam in ipso benignitatem ac beneficientiam declarando, ita ut campi compleantur fructuum abundantia, quæ in annum integrum ejusve ambitum & circulum sufficiat, ad vitam hilariter transigendam. *Annum benignitatis* intelligi aut quemlibet fructuum insignem ubertate; aut illum

Sensus loci.

illum qui *remissionis* dicebatur, in quo vocabatur ab operibus agricolarum, cultuque terræ. Dicit, ergo si, ut antea meminit, visitet DEUS terram, atque imbres largos concedat, futurum frugum & fructuum cumulum tantum, ut septimo vacationis anno suppetat affatim ad victum; & idem annus, aut etiam alius, copia illa opibusque quasi corona & diademate cinctus coronetur. Nam *corona sapientium divitiæ eorum* dicuntur *a*; & inter divitias & coronam elegans est similitudo in vocabulis Hebræis עטרה *hhatarah*, seu עטרת *hhatereth* & שער *hhoscer*.

a Pro. 14. 14.

Tempus universũ gratiæ annus benignitatis est.

Mystice, tempus universum gratiæ, appellatur *annus benignitatis*, & circulos anni numquam destitutus benignitate ac beneficentia magis singularis gratiæ cum fertilitate munerum divinorum, & operum, quibus excolantur & adornentur particulares tùm Ecclesiæ, tùm animæ, postq; benedictionem remissionis peccatorum, atq; aliorum gratiæ donorum, concedatur demum evoluto circulo præsentis temporis, corona fœlicitatis æternæ, cujus Hugo numerat duodecim lapides pretiosos, aut fructus, i. e. gaudia totidem, quæ tu apud ipsum legere potes; sicut apud Ayguanum, quot Deus coronet modis, eligendo, redimendo, dispensando, præservando, illustrando, roborando. Nec improbabile, quod Cassiod. ait & Hugo, *coronam* pro cœtu & multitudine hominum totius mundi sumi; cui benedicat Christus, dicaturque *corona anni benignitatis* ipsius, quoniam acquisivit illam tempore gratiæ summæque benignitatis. Rectiùs temporis gratiæ universitas *corona* vocatur *anni*, ut Hieronymo placet, quia circuli ad modum annus decurrit, quem & idcirco ἐνιαυτὸν appellant Græci, velut redeuntem in seipsum; & ejusdem symbolum sive hieroglyphicum Ægyptii expresserunt in angue, caudam suam sub guttur attractam occultante, quem Saturnus dextera teneret.

Corona pro cœtu multitudine hominẽ totius mundi, cui benedicat Christus

Anni hieroglyphreum

Nam,

In se b *sua per vestigia volvitur annus.*

Alter Poeta c Illud etiam habet de dicto hieroglyphico.

——quæ tempora vasto
Omnia qui placido consumit numine serpens
Ore vorat, tacito relegens exordia lapsu.

b *Virg. 2 Georg.*

c *Claud. de laud. Stilic.*

Denique alius rotæ *d* similem facit annum.

——volucrique die
Rota præcipitis volvitur anni.

d *Seneca in Hercule furente act. 1. in chor.*

Nomen ipsum *anni* apud Macrobium à circuitu derivat Capito, quod *an*, olim pro *circum*, solerent ponere. Athanasius amplexus est utrumque sensum litteralem & mysticum, ut sit ad litteram, *annus benignitatis*, εὐλογούμενος, benedictus, & εὐθηνίας, *prosperitatis* ac *fœcunditatis*, habensque à Deo benignitate τὴν εὐκρασίαν, *commodam aeris temperiem*, sed & futurum sæculum in quo sancti coronabuntur, ἐν πολλῇ χρησότητι, in multa magnave Dei benignitate. Tribuitur in Catena Nicetæ hic idem sensus ultimus Theodoreto, non extat in ejus commentario. Sed cum Basilio eumdem docet *annum benignitatis* esse cum eo quem nominat Elaias *e*, *acceptabilem*, ac tempus quod Incarnationi Salvatoris successit, & pietatis attulit ubertatem. De cœtu fidelium, & de corona beatitudinis explicat simul hunc quoq; locum Pagninus *f*, post Hilarium, & Hieronymi nomine vocatum auctorem; qui victoriam præterea in passione CHRISTI, de toto orbe, addit, & Hugo, de Diabolo, carne, morte, Judæo: adjice de peccato. Nazianzenus *g*, demostrans quo pacto Christus sit *agnus anniculus* juxta legem *h*, assignat causam, quia est sol justitiæ, vel è cœlo progrediens, vel circumscriptus & definitus, atque ad seipsum rediens, postremo ut benignitatis corona benedicta omni ex parte sibi similis & æqualis, ac ut virtutum quæ amicitiæ ordinisq; lege leniter placideq; inter se conjunguntur & commiscentur, orbem progignens. Niceta scholiastes explicat magis de egressu CHRISTI & regressu ad pristinam gloriam, & potentiam. Quod & verbis ejusdem CHRISTI confirmari potest *i*. *Exivi à Patre & veni in mundum; iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem*; & aliis ex psalmo 18. *k*, *tamquam sponsus* (comparatus cum sole) *procedens de thalamo suo, exultavit ut gigas ad currendam viam; à summo cœlo egressio ejus, & occursus ejus* usque *ad summum ejus*. Addit scholiastes *coronæ* vocabulum de anno dici, quia quadripartitis temporibus circulus ejus cinctus est: vocari *coronam* Christum, quoniam credentium animos exornat & condecorat. Ambros. *l* scribit, Dominum operibus suis gloria & honore sui tempus coronavisse adventus: totum illum annum conversationis ejus in hoc mundo, diversarum habuisse certamina passionum: præterea *m*, coronatum ab utero virginis quando eum formavit, (sic exponit quod est in Cantico *n*, *coronam matris*) concepit, peperit, generavit, ad omnium salutem, sicque coronam capiti ejus æternæ pietatis imposuit, ut per fidem credentium fieret *omnis caput Christus* o. Gregorius *p* quasi *coronam anni benedici* dicit, quum finito laboris tempore, virtutum remuneratio confertur; *dies* hujus *anni* singulas quasq; virtutes esse; *menses*, multiplicia facta virtutum. De quovis justo explicat Glossa moraliter, ut benè concipientem perducat. Deus quasi circulo ad terminum bonæ consummationis, & percipiatur tunc fructus divinæ benedictionis. Indicat id etiam Gaudentius Prixiensis *q*, dicens, circulum victorialem operibus bonitatis Christi benedicendum. Est justus *corona gloriæ in manu Domini*, *& diadema regni in manu Dei sui* r, cui opponitur *corona superbiæ & ebriorum similis flori decidendi* s. Constat ea corona variis vel gemmis vel floribus Sanctorum: & Paulus t *coronam suam* vocat discipulos suos: nec abhorret à vero, ut *annus benignitatis* dicatur de tempore legis Evangelicæ secundum etiam externam cladium maximarum cessationem, & pacatiorem atque fœcundiorem mundi statum, ita ut aptè de Christo illud valeat usurpari.

Coronæ vocabulũ de anno.

Coronæ Christus cur vocetur.

m *cap.* 16.

n *cap.* 3. 11.

o 11 Cor. 11. 3

p 4 *mor. c.* 12 *vel* 22

Coronæ anni quomodo benedici dicatur. Moralis expositio.

q *tract.* 3.

r *Esa.* 62. 3.

s *cap.* 28. 1.

t *Phil.* 4. 1. 1. *Thess.* 2. 19.

Aspice u *venturo lætentur ut omnia sæclo*,

qua de re Thomas *x* Bozius accuratè, citans quoque Sibyllam Erythræam ex Lactantio *y*;

u *Virg. eclo.* 4.

x 15. *de signis Eccl. c.* 17. & 18. *l.* 10. *c.* 3. *l.* 22 *c.* 2. & 6

y *l.* 7. *c.* 23

καὶ τότε δὴ γε χαρὰν μεγάλην θεὸς ἀνδράσι δώσει
καὶ γὰρ γῆ καὶ δένδρα καὶ ἄσπετα θρέμματα γαίης
δώσουσιν καρπὸν τον ἀληθινὸν ἀνθρώποισι·
οἶνον, κατὶ μέλιτος γλυκέος, λευκήτε γάλακτος,
καὶ σῖτ ὅπερ ἐστὶ βροτοῖς κάλλιστον ἁπάντων.
Et tunc sane gaudium magnum Deus hominibus dabit:
Etenim tellus, & arbores, & innumera pecora terræ
Dabunt fructum verum hominibus,
Vini, & mellis dulcis, candidique lactis,
Et frumenti, quod est hominibus optimum omnium.

Tùm recitatis aliis ejusdem Sibyllæ similibus versibus concludit Lactantius: Vivent itaq; homines tranquillissimam vitam, & copiosissimam, & regnabunt cum Deo pariter, & Reges Gentium venient à finibus terræ cum donis ac muneribus, ut adorent & honorificent Regem magnum, cujus nomen præclarum ac venerabile universis nationibus, quæ sub cœlo erunt, & regibus, qui dominabuntur in terra. Hoc ipso quoq; modo *benedictionem* dedit *legislator* z. Bona quidem veteris Testamenti ad veterem hominem pertinent, & bona nobis optanda sunt, ut Augustinus *a*, admonet, potiora, nihilominus nec voluit hæc deesse Deus, ut homines quoque carnales alliceret, & novæ legis argumento etiam tali apud infirmos veritatem confirmaret. Applicant Arnobius & Chrysologus *b* præsentem locum ad recurrentem solemnem Paschalem diem, quo tempore baptismus quoq; frequentabatur. Valere etiam locus potest ad missum Spiritum sanctum, quum invivit veluti coronam regni ascendens CHRISTUS, & orbem circulumve complevit. Tunc repleta omnia benedictione sunt, & leti prolati fructus: & impleta gavisa vilcera, afflata sancto Spiritu, diversas voces innuerunt loquendo magnalia Dei *c*. Obtulit quoque tunc primitias naturæ nostræ Christus, evehendo in cœlum, & se alios secum. Nec ineptè cuncta quæ hìc dicuntur, ad annum Jubilæum Christianum possunt accommodari, in quo benignitatis thesauri largius aperiuntur, *campi* convenientium in urbem undique nationum *ubertate* operum bonorum *replentur*, *pinguescunt speciosa deserti*, hoc est, peccatores gratia priùs destituti, evadunt per pœnitentiam ad fructificandum Deo apti: *exaltatione colles accinguntur*, dum justi etiam & probi alacriores eodem convolant: *indurratur arietes ovium* idest ditiores & viri principes, lana misericordiæ: vel qui

z *Ps.* 83. 7

Bona veteris testamẽti ad veterẽ hominem pertinent, bona novi potiora nobis optanda sunt.

a *ep.* 120. *c.* 6 & 7

b *Serm.* 73 Præsentis loci applicatio.

c *hymnus de Pent. & Actu.* 2. 4 Ad annum Jubilæi accomodatio

Vocis *anni* derivatio. *An* pro *circum*.

Anni benignitatis variæ explicationes,

e *Esa.* 61. 1. *Luc.* 4. 18. 16

f 1. *Isago ad myst. sens. c.* 51.

g *orat.* 2. *de pasch.*

Christus ut *agnus anniculus* dicatur.

h *Exo.* 12. 5.

i *Joa.* 13. 3.

k *vers.* 26

qui etiam aliis præcellere videntur, meritis, & ſatisfactionibus Chriſti, atque Sanctorum: *valles abundant frumento*, nempe quum copiosè ſubvenitur egentibus, aut magno concurſu plurimi uſurpant Euchariſtiam: poſtremò *clamant* omnes & *hymnum dicunt* ex Urbe templum efficiendo, & per omnes plateas die noctuque cum divinis laudibus publicè producendo. Quemlibet eriam annum in ſuo principio, Kalendiſque Januariis, affirmare poſſumus benignitate CHRISTI benedictum & coronatum, quod ſanguinem circumciſus obtuliſſe memoratur. De ſpinea CHRISTI corona poſſent hæc quoque declarari, cui tantopere benedixit Deus, & ipſimet Chriſto, quum ut Euthymius notat, *filium dilectum* nominavit, *in quo complaceret ſibi* a. *Campi* cum reliquis ad finem uſq; pſalmi quid myſticè deſignent, dicam in expoſitione verbali.

a *Matt.* 3. 17

Benedices coronæ anni benignitatis tuæ.) Hieron. *volvetur annus in bonitate tua*: nectit enim textum aliter primum verbum jungendo præcedenti ſententiæ, ut vidimus. Idem faciunt alii qui ex Hebræo transferunt, *coronaſti*, vel, *coronas*, vel, *coronabis*, *cinges*, *cumulabis*, *exornabis annum bono tuo*: aut, *annum* b *nitatis tuæ*: in quo ſcilicet notum facies bonitatem tuam: quod quum nullo non anno facit, quamvis nunc liberalius, nunc reſtrictius: quodam tamen maximè quum is præcellit copia & varietate bonorum. Paraphraſtes eodem pacto, *coronaſti annum bonitate benedictionis tuæ*. Exponit R. Eſaias Tranenſis, annum illum quem benedicere intendis tuo magno bono, benedictione coronas: Trevetus, juxta verſionem Hieron. quod circumducetur annus in illa Dei bonitate, qua det pluvias & ſiccitates tempore opportuno. Haud abſimilis verſionis noſtræ ſententia, ut, quod ait Lyranus & Carthuſianus, ex tua benignitate benedicat Deus anni circulo, dando rores, pluviis, calores, & alia quæ ad fœcundandam terram requiruntur. Hebræus textus ſic habet, omiſſo verbo תארך *theuarech*, *benedices*, quod jungi priori membro ab Hebræis monui טובתך עטרת *hhitharth ſcenath thouathecha*: ubi prima vox eſt verbum in piel, ſignificans *coronaſti*, ideſt, cinxiſti, cumulaſti, &c. ut pſalmo 5. *b*, declaratum eſt, & exemplo alterius quoque *c* pſalmi explicatum, qui *coronat te in miſericordia & miſerationibus*. Cave ne quis *coronam tuam accipiat* d, ne *cadat* e, *legitimè certa ut coroneris* f, & *eſto fidelis uſque ad mortem*, *ut coronam conſequaris vitæ* g, *pro cinere* h. Legerunt autem LXX. nomen *coronam* ſignificans עטרת *hhatereth*. *Corona* autem *anni* quid ſit, jam docui, nempe totus anni circulus aut ornamentum à frugibus & fructibus copioſis. Quod habetur in pſalmo 141. *i*, *Me expectant juſti*, Hieronymus vertit *in me coronabuntur juſti*, reddique poteſt activè, *me coronabunt*, ideſt, cingent & circumſtabunt, *magno numero*: ſicut alibi dicitur *k*, *Synagoga populorum circundabit te*, Coronam iſtam ſibi confecit Chriſtus benignitate ſua: *nam vix pro juſto quis moritur*, *pro bono audeat quis mori* l: hoc eſt, interprete Hieronymo *m*, pro Deo quamdiu legere vetere vigebat juſtitia, vix pauci inventi ſunt, qui ſuum fuderint ſanguinem: in novo autem inſtrumento, in quo bonitas eſt atque clementia, innumerabiles exſtiterunt martyres. In aliis pſalteriis, apudque Auguſtinum, Caſſiodorum, Hilarium, Hieronymum, ſaltem in commentario, & Chrytologum *n*, Gaudentium *o* Brixienſem, Ambroſium *p*. *benedices coronam*, εὐλογήσεις τὸν στέφανον.

b *verſ.* 13.
c *pſ.* 102. 4.
d *Ap.* 3. 11.
e *Tbe.* 5. 16.
f 2. *Tim.* 2. 5.
g *Apoc.* 2. 10
h *Eſ.* 61. 3.
Corona anni, quid ſit.
i *verſ.* 8.
k *pſ.* 7. 8.
l *Rom.* 5. 7.
m *ep.* 11. *ad Aglaſiam q.* 7.
n *ſer.* 73.
o *tract.* 3.
p *inſt. virg. cap.* 15.

Et campi tui replebuntur ubertate.) Hieronymus, & *veſtigia tua rorabuntur pinguedine*. Paraphraſtes, & *itinera via tua ſtillabunt dulcedinem pinguedinis*: vel, ex Nebienſis verſione, & *conculcatione itineris tui ſtillabunt pinguedinem*. Alii, & *ſemitæ tuæ ſtillabunt pinguedinem*, vel, & *orbitæ currus tui ſtillabunt pinguedine*, ideſt, quacumque iveris, apparebunt in veſtigiis tuis ſigna fertilitatis maximæ. Nomen Hebræum cum affixo טענליך *mahhaggalecha*, ſignificat inter alia *viam plauſtro tritam*, *ſemitam*, *callem*, *orbitam*, & quem vocant rei ruſticæ Scriptores *actum*, *ubi armenta trahere & vehiculum ducere licet*. Iſti acceptioni convenit nomen *camporum*, & τῶν πεδίων. Alia pro nubibus & cœlis, quatenus hi de illis etiam aereque dicuntur, admitti poteſt, ut Deus quodammodo veſtus nubibus (de quo figurate ſumto curru Dei aliàs egi *q*,) eas circumagat, & veſtigia orbitaſque, τροχιὰς relinquat & ex iis rorem ac imbrem demittat ad pinguefaciendam terram, nam ירעפון *jirhhaphun* quod ſequenti repetitum verſu vertitur, *pinguescent*, irrorationem ſignificat. *Aperiente manum Deo implentur benedictione* r, pedem inferens quodammodo & calcans hoc ſolum, ditat, locupletat, impinguat, juxta paræmiam *ſ*, quod ut equum Domini oculus pinguem facit, ita optimum ægro ſterquilinium veſtigia ejuſdem forent. Quadrant illa Virgilii *t*,

r *pſ.* 144. 16.
ſ Ariſt. 1. œcono. cap. 6.
t 2. Georg.

Complentur valleſque cavæ, ſaltuſque profundi,
Et quocumque Deus circum caput egit honeſtum.

Eodem facit juſſu Cereris Triptolemus agriculturam ab ea doctus, per orbem curru vectus, artem tradens hominibus ſeminandi *u*. Loquitur Virgilius de circumlata Bacchi ſtatua, ut ubicumque circumferretur, exiſtere crederetur vini proventus.

Triptolemus agricuturâ, à Cerere edoctus. Bacchi ſtatuæ circulatio ad vini proventum uberè.
u cir. Greg. Ovid. 5. Met. Sen. in App. actu 3. Dion Halic. l. 1. Strabo l. 15.

Hilarius myſticè varios hic ſanctorum aut meritorum ordines agnoſcit & in ſequentibus. *Campos* quorum in cultura uſus eſt, vocat opera ſub lege & cultura Dei; *fines* (ſic enim legit pro *ſpecioſa*) *deſerti*, populum Eccleſiæ ac repromiſſionis, qui diu antea deſertus fuit: *Colles exultantes*, martyres ceteris celſiores: *arietes ovium*, Patriarchas, Prophetas, Apoſtolus, Duces gregis, quum *induentur* habitum glorioſæ *immortalitatis* & *incorruptionis* x, *convalles* ſive *valles*, humiliores, non impiæ fidei atque operis homines fructum vitæ ſortientes. Non abeunt hinc longius alii, ut Hugo, qui nomine *camporum*, qui ſunt lati ac ſpatioſi, æquales, ut addit Auguſtinus, omnes intelligit juſtos, vera libertate potientes: deinde, gentiles converſos: tùm Martyres: poſtea, Apoſtolos, Doctores, Prælatos; denique ſubditos. Præterea interpretatur *ſpecioſa deſerti* religioſos, qui ſunt in habitu externo pulchri, pingues intus devotione & charitate: *colles* contemplativos: *arietes*, Prælatos Sacerdoteſque indutos non *lanis ovium* y, ſed *juſtitiam* z, *viſcera miſericordiæ*, *benignitatem* a, &c. *valles* humiles, clauſtrales. Euthymius, *campis*, *collibus*, *vallibus*, ait loca omnia fidelibus replendas denotari: *campos*, Eccleſiarum miniſtris: *montes*, Anachoretis; *valles*, iis qui habitant in ſpeluncis. Vel, *campos* eſſe humiles, nihil ſublime cogitantes: *montes*, qui ad manes doctrinas & ad exteriorem hanc mundi ſapientiam elevati ſunt: *valles*, dejectiores, quique *in profundum peccatorum prolapſi ſunt* b: *ſpecioſa deſerti*, qui deſtituti virtutibus, aptiores tamen videntur ad earum proferendos fructus: *arietes*, Apoſtolus, Principes gregum Chriſti, qui ſunt induti gratiam Spiritus in Pentecoſte; nec non Epiſcopos & ſacerdotes. Poſtremo admonet, hunc, quem vocat anagogicum ſenſum, (allegoricus propriè eſt) pſalmo magis congruere, quia nullibi reperiatur in hiſtoria quod populus qui ex Babylone reverſus eſt, hujuſmodi abundantiam habuerit, Concordant fere Græci Latinique: ſed quæ reſtant expendamus: nam quod attinet ad *campos* in bono adhuc ſenſu alibi Auguſtinus *c*, interpretatur, lenes, mites, æquos, de quibus in alio pſalmo *d*, *gaudebunt campi*: in malo *e*, latam viam perditionis & voluptatis, atque pecuniam, ubi nihil arduum, nihil laborioſum, ubi Abel occiditur *f*, ubi verſantur *pecora campi* g, quum ſit *juſtitia ſicut montes Dei* h.

x 1. *Co.* 15. 53
y *Ez.* 34. 3.
z *pſ.* 131. 9.
a *Col.* 3. 10. 11.
b *Prov.* 18. 3.
Anagogicus ſenſus.
c *in pſ.* 8. 95
d *pſ.* 96. 12.
e *in pſ.* 8.
f *Gen.* 4. 8.
g *pſ.* 8. 8.
h *Pſ.* 35. 7.

Verſ. 13.) Pingueſcent ſpecioſa deſerti, & exultatione colles accingentur.

HIC alius effectus benedictionis divinæ atq; fœcundantium aquarum, ut ſterilis prius deſerti paſcua pinguia reddantur opportuno tempore, ac ſpecioſa & amœna: colles veſtiantur lætiſſimo gramine, copiaque frugum & fructuum exornentur, nec campi dumtaxat exarati cultique, ſed nulla etiam loca hominum labore procurata, utpotè deſerta, ſicciora, horridiora, quaſique ſacco & cilicio ſterilitatis, mœſta atque gementia. Senſus myſticos prius attigi, &, ſi quid aliud occurret, dicam poſtea.

Senſus loci.

Pingueſcent.) Ita quoque Hieronim., licet ſit idem

Ver-

Verbum יהעלו *jirhbaphu*, quod priore versu per *irrorandi* verbum exposuerat. *Fœcundum rorem* cognominant Poetæ, ut, ille *a*:

a Claud.

Et glebas fœcundo rore maritat. &,
Ros b *in tenera pecori gratissimus herba.*

b Virg. eclog. & 3. Georg.

Habet ergo vim *ros* pinguefaciendi, conjungiturque *ros cœli* ac *pinguedo terræ* in benedictione Jacob *c*, & Esau *d*, quamvis illa sit priore loco *ros* nominatus; posteriore in ista, quod Tertullianus *e*, observavit, quasi innuatur in forma benedictionis Esau, à terrenis bonis eos qui ad legem veterem pertinerent, ac cœlestia postea per Evangelium credendo deducendos.

Roris vis & efficacia.
c Gen. 27. 28
d ib. v. 39. 40.
e 3. cont. Marcion. ul.

Speciosa deserti.) Hieron. *pascua deserti*. Paraphrastes, *dulcescenti laudabilia deserti*. Alii, nonnulla supplendo, *stillabunt* (super) *habitacula*, seu *casas & caulas* (pastorum:) vel, stillabunt super mansiones seu super habitacula, super campestria, super pascua: ut sit sensus, quod non tantùm è cœlis nubibusq; hauriet humorem terra, quo fœcundetur, sed effundet quoq; pluviam Deus & irrorabit (*ros* enim pro pluvia sumitur) loca deserta, & suæ partem benedictionis aliquam communicabit. De vocabulo נאות *neoth*, dixi Psalmo 22. *f*, in loco *pascua*, &c. & in pridem evulgato 67. g, *speciei domus*, &c. de נות *navah*, & eò Epiphanium *h*, fortassis allusisse, scribentem, apud Ægyptios pascua circa urbes vocari, *nomos*, quum dicere voluerit aut debuerit *neoth*, *speciosa deserti* reperio alibi *i* non raro appellata, item *speciosa pastorum k*, & absolutè *speciosam l*, pro loco amœno, graminoso, pascuo, & pro rure campo ve inarato & inculto, in quo sit quædam species, pulchritudoque diversarum herbarum ac florum. In emendatis Bibliis LXX. non est ὡραῖα *speciosa*, sed τὰ ὄρη, *montes*, quod secutus videtur Appollinarius:

B

Ros pro pluvia.
f vers. 2.
g vers. 13.
h Hæb. 24.
i Jer. 9. 10. Joel. 1. 19. 20. c. 2. 22.
k Amos 1. 2. Isa. 27. 10. Sophon. 2. 13.

Ὡραῖα θηροκόμοις γεροίατο πίον ἐρῆμος,
Montes feras nutrientis fiant pingues deserti,

C

Et forsitan ad colles & valles, de quibus mentio subditur, respectum habuerunt. In Æthiopico quoque Psalterio *montes*: in duobus aliis Latinis Psalteriis, & apud Hilarium, Augustinum, Arnobium, Cassiodorum *m*. Ambrosium, Paulinum *n*, *fines*: quasi legerint ὅρους. Qua in re habita ratio videtur deserti, quod esset remotius solet, velutique in finibus & extremis. Sed propriùs accedit ad Hebræam vocem nomen ὡραῖα, & *speciosa*. Symmachus habet γνοφωθήσονται τὰ ὡραῖα τῆς ἐρήμου, *caligine densa & roscida obtegentur* aut *madescient*. Simonion, ὁμιχλωθήσονται ἀνομαι τῆς ἐρήμου, *nebula obtegentur pascua deserti*: quamvis Agellius primum Aquilæ verbum, Symmacho tribuat secundum. Euthymius ac Nicephorus *deserti* nomine redactam intelligunt in solitudinem à Babylonis Jerosolymam: per *speciosa* eas regionis partes quæ omnibus, anni partibus aptiores ac elegantiores sunt, ideſt, fructiferæ, vel fructus ipsos ad maturitatem tempestivè productus.

m de instit. virg. c. 15.
n epist. 14.

Mystica expositio.

Mystica non repeto de Gentilibus aut de idoneis ad virtutum quibus careant ornamenta; aut de Anachoretis: & de spirituali pinguedine dixi psalmo 62. *o*, & hoc loco differit Græveus *p*, August. *q*, de monasteriorum loquens gregibus, in iis mores divinæ suaveolentiæ fuisse scribit, & ubera deserta eremi. In his degentes reperimus corpore etiam ipso pingues atque speciosos, vultuque meliore & corpulentiore, præ aliis in sæculo optimè viventibus, quemadmodum pueris illis Hebræis in Babylone contigit, de quibus Daniel *r*. Athanasius ὡραῖα interpretatur Apostolos & Evangelistas, τὰ ἐντραφεῖς γιγνομένους τοῖς πνευματικοῖς χαρίσμασιν, *bene nutritos & saginatos spiritualibus donis*: *desertum*, Ecclesiam, τὴν πάλαι ἔρημον ἔσαντῇ περὶ θεολογίας: *olim desertam vacuamque Dei cognitione*. Addunt Basilius ac Theodoretus dæmonum templa, videlicet priùs omni vera religione destituta, (ac non infrequenter in sylvis, lucis, desertis condita) quæ nacta viros Deum continuè laudantes, & angelicam vitam complexos, illustria evaserunt, & spectatissima. Paulinus *s*, pingue factum docet cophino verbi Dei, nec non stercoris, ideſt humilitatis, de sterili fertilem reddi, succumque virtutis

o vers. 6.
p Serm. 130.
q 8. confic. c. 6

r cap. 1. 15.

s ep. 29.

Aaccipere, & qui operibus erat justitiæ sterilis, evadere fructuosum.

Et exultatione colles accingentur.) Solus variat in textu Hilarius, habens *erigentur*, quum in Commentario solam recitat lectionem communem. Trita figura, ut *colles* ac *montes exaltare* dicantur, sicut in Psalmo 113. *t*, & alibi *sol* u, *cœli*, *terra* x, *ligna sylvarum* y, & rursus *montes* z, idque à conspectu Domini, quoniam venit: quamvis *exultatio* commotionem ac tremorem alicubi significet. Eadem ratio de laude ac benedictione quæ rebus assignatur etiam inanimatis, tam sæpè in psalmis, & cantico trium puerorum. *Accingi* vero est tamquam pulchra stola & eleganti vestimento circumdari & ornari. Sic *vestire vitem hedera corymbo* poetæ *a* usurpant, *gramine campos vestiri* b: *vestibulum fronde* c, &c. & Hetruscos inter celeberrimus d, *vestir' i colli*, & *le campagne intorno*. Christus etiam videtur usus hac formula *e*, comparans vestimentum nostrum cum liliis & fœno agri, sicque vestire nos Deum dicens. Affinitatem habet illud Esaiæ *f*: *Lætabitur deserta & invia*, & *exultabit solitudo, & florebit quasi lilium, germinans germinabit & exultabit lætabunda & laudans*. Exultant colles dum varietate florum, frugum, fructuum, oculos oblectant aspicientium, & exultare faciunt. Basilius ac Theodoretus, ne plura de mysticis afferam, jam satis priùs indicata, hoc suamet ætate impletum scribunt, quum essent ipsi montes quamlibet alti, occupati ab iis qui virtuti ac pietati darent operam. Athanasius præterea cum Cyrillo, in Catena Nicetæ, colles ajunt idolorum sacrificiis pollutos (quod & duos illos modo citatos observasse retuli) ab angelicis viris occupatos exultavisse: vel designari Ecclesiarum ἡγεμένας *duces* & populorum προεστηκόσας, *præsides* ἤτοι ποιμένας καὶ διδασκάλους; *sive pastores & doctores*: quod horum sit dignitas ὑψηλοτέρα, *altior*; & exultatione circumcingi, hoc est, consolatione spiritus. Berengosius g. Abbas, excellentiores sanctos interpretatur, quorum dicatur CHRISTUS *desiderium* h. Minores sanctos tamen alii colles volunt designare, majores montibus indicari, quos vidimus priore membro pro *speciosis* nonnullos reddidisse. Qui exultat & saltat, sic altè corpus librat, ut in tertam reducat. Sic qui gradu, scientia, sanctitate ceteris eminet, descendere cum Mose *i* de monte debet, seseque ad inferiorum commoda captumq; attemperare, ac si opus sit, inclinare se, ut requiescant & recumbant, quomodo in Arnon scopuli torrentium inclinati sunt, ut liberè transiret populus, sicut prius per mare rubrum *k*. Ruffinus martyres exponit cingendos, ideſt, circumdandos in corpore & anima exultatione: quando circundati repletique fuerint ipsa divinitate,

t vers. 4. 6.
u ps. 18. 6.
x ps. 95. 11.
y vers. 12.
Exultatio pro commotione ac tremore.
z ps. 97. 8.

a Virg. eclog. 3
b Claud. 13 de raptu Proserp.
c Catull. in epithal.
d Petrarcha
e Mat. 6. 28 29. 30.
f cap. 35. 1.

g l. de Mysti. ligni Dominici.
h Gen. 49. 26

i Exo. 29. 14

k Num. 21. 24

Vers. 14.) Induti sunt arietes ovium, & valles abundabunt frumento, clamabunt, enim hymnum dicent.

Sensus loci.

ALia vaticinatur effecta beneficientiæ divinæ in terra promissionis, ut præ pascuorum bonitate ac pinguedine, valleribus arietes induantur, & frumento valles abundent, nec læsæ objectorum umbra montium, nec exundantium impetu torrentium. Tunc ait, cantaturos & hymnum dicturos, vel homines, tantisquæ adhuc numerata sunt beneficiis effectos, vel campos, colles, valles, propter ornatum suum tam optimum & pulchrum; vel, quod ultimo loco commemoratum est, frumenti spicas & aristas granis plenas, & levi aura agitatas, sicque quemdam veluti cantum edentes. Ultimus modus confirmatur ex simili prosopopœja rerum aliarum sensu carentium, de qua priore dixi versu, & præterea ex Esaia *t*, qui tribuit montibus & collibus *canum laudis*, & linguis sylvarum *plausum manuum*: item vineæ, *cantum* m, rursus David *n* fluminibus eumdem *plausum*. Secundum modum probant quæ dicta sunt versu 11, de lætitia germinantis terræ. Primus, quem sequitur etiam R. Esaias Tranensis, est magis consentaneus psalmi principio; *Te decet hymnus Deus in Sion, & tibi reddetur votum in Jerusalem*. Idcirco magis quoque placet ut intelligamus eidem principio respondere finem, ac renovari desiderium laudes divinas celebrandi, &

t c. 55. 12.
m c. 27. 2.
n ps. 97. 8.

di, & sacrificia frequentandi post reditum de captivitate Babylonis, in loco ad id ritè præstandum divinitus constituto. Atque hæc communior sententia est, mysticoque sensui magis opportuna de hominibus cantantibus hymnos laudesque ob spiritualia præcipuè beneficia & gratiam novi Testamenti, sive mysticè item loquendo similes dicantur homines *campis*, sive *speciosis deserti*, sive *collibus*, sive *arietibus*, sive *vallibus*, quæ omnia priùs declaravimus. Hilarius quidem pluris merito hunc mysticum sensum faciens quam litteralem, ait: ne propheticus sermo, hos campos, hæc deserta, hos colles, hos arietes, hæc convallia, quæ aspectui nostro subjacent, voce & sensu carentia, significare existimatur, adjeciſſe quod in fine Psalmi continetur, de hominibus qui Dei laudes ob hæc diversa retributionum præmia indefessis & maximis vocibus concinant.

Induti sunt arietes ovium.) Potuit verti sicut antecedentia & consequentia in futuro, quamvis Hebræum verbum sit præteriti temporis לבשו *lavesciu*, quo pacto vertit quoque Hieronymus, *vestientur agnis greges*. Alii, *induerunt se pascua pecudibus*, vel, *vestita sunt ovium caulæ*: vel, *vestierunt gramina pascua gregem*; vel, *vestient planicies pecora*: vel, *vestient se campi ove*, Paraphrastes explicat de fœcundo coitu, *ascendent arietes super pecora*. Sic sunt Hebræa, לבשו ברים הצאן *lavesciu charim battson*. Non reperio ullum exemplum notionis verbi quam Paraphrastes expressit, quidquid sit de usu aliarum linguarum, & quod ipse insensus maris super fœminam vestimenti rationem habere nonnullam videri possit. Nomen ברים *charim*, potest significare tum *pascua*, *locumve pascuæ*, *& planitiem*, tum *arietes*, vel etiam *sectos verveces*, vel *agnos*, vel *monocerotes*, cujus ultimæ acceptionis exemplum extat in Psal. 36. *a*, secundùm versionem Hieronymi: licet ibidem alii vertant *agnos* aut *verveces*. Denique צאן *tson*, ut aliàs quoque dixi, significat animalia minuta ut plurimum, idque collectivè, ut multas oves, capras, &c. nisi numeri adjecti restringant: aliquando animalia etiam grandiora: interdum certam speciem minuti, quam *ovem* vocamus. Placuit LXX. secundam dictionem pro arietibus accipere, quamvis hoc unico tantum loco sæpius pro agnis (qui tamen quum paullo majores sunt, *arietes* quoque nominantur:) & ultimam pro *ovibus*, ἐνεδύσαντο ὀραιοὶ τῶς προβάτων, quod activè reddi possent, quum sit mediæ vocis verbum, *induerunt se arietes ovium*. Nec ita benè *campos* quis interpretetur, quia Judææ campestria & plana frugifera; montana compascua erant. Occurrit Geneb. poni ברים *charim*, absol. non in regimine s. syntacticè ברי *chare*, quod illud usurpent pro isto Poetæ ac Prophetæ, vel quod littera (מ) *mem*, pertineat ad sequentem dictionem, tamquam nota præpositionis מהצאן *meathson*, arietes ex ovibus nati. Objici potest Genebrardo quod attinet ad hoc ultimum littera finalis (ם) *mem*, quæ in dictionis initio non ponitur. Expositio Paraphrastæ non abhorret à Græca phrasi, quia ἐνδύειν est *ingredi* & *subire*: quumque de copia & fœcunditate locus hic totus tractet, commodè mentio fieri de gregibus intelligitur, qui generaliter sub certa specie arietum & ovium comprehenduntur. Editio tamen Latina nostra non patitur hunc sensum, *induti sunt arietes ovium*: nec enim illo modo induuntur qui ineunt, sed qui ineuntur. Placet nihilominus Bellarmino secundùm Hebraicam phrasin, *induere*, esse abundanter copioseque tegere, ac sensum hujus loci esse, abundasse greges fœtibus. Sed ægrè id intelligitur salva nostra versione, nisi dicat, indui arietes ovium ovibus, quando multis ovibus quas ineunt, veluti cinguntur: vel, indui facultate generandi. Augustinus & alii supplent nomen exultationis, ut dicantur *induti arietes* exultatione propter stolam jucunditatis, & vestem immortalitatis, atque quoniam duces animarum cum grege suo gaudebunt in æterna pace: & erit quasi indumentum, quando jam nulla pars molestiæ remanebit.

Communior & facilior expositio.

Communior expositio ac facilior est, sermonem esse de lanis ad vestitum nostrum, quibus lanis ipsimet arietes, dum eas ferunt, *indui* dicuntur, sicut nos ipsi *pelle & carnibus vestiri* b: & paullo antè *colles exultatione accingi*: & valde sæpe *indui virtute aliqua*, vel *vitio*, vel *morbo*, seu *infortunio* dicimur: & res inanimatæ, ut ligna, *vestiri auro*, *argento*, &c. Apollinarius lanas ovibus attribuit ex arietibus natis, non ipsis arietibus.

ὅτω ἐιροχότων βαββάθρες ἐισὶ τοκῆες.

Ovium lanigenarum abundantes sunt parentes. Ubi etiam fœcundos ait esse arietes, quæ est alia illa expositio, de qua proximè dicebam. Arietes non alii sunt quàm ovium, ut nec agni: tamen sicut agni addito nomine ovium alibi *e*, exprimuntur, ita nunc arietes, ovium, illo ipso idiotismo, quo *filii hominum* pro hominibus, *filii arietum* d pro agnis. Confert plurimum ad velleris ac lanæ copiam bonitatemque copia pascuorum bonorum, ut idcirco sponsæ capilli comparentur cum gregibus caprarum, quæ *ascendebant de monte Galaad* e: qui maximè pascuosus erat, feraxque plantarum odoriferarum, ac totus coopertus gregibus: quo pacto & profanus Poeta *f*, de capillo puellæ cujusdam cecinit:

Quæ crine vincit Bartici gregis vellus.

Quod vellus laudatissimum est ac in pretio maximo hodieque, nec nisi propter pascuorum præstantiam; ut ex eodem constat Poeta *g* (qui etiam de ovibus ad Galesum Tarenti flumen *h*) & ex Plinio *i*, qui de laudatis aliorum locorum lanis agit. Inter laudes ovis arietisque lanam numerant, qui de re rustica præscribunt. Virgilius *k* Columella *l*, Palladius *m*, Varro *n*. Pabuli describit primus conditiones:

Si tibi lanicium (deest lanatum pecus) *cura, primum*
aspera sylva
Lappæque tribulique absint; fuge pabula læta (nimis pinguia.)

Celebrantur præterea valde in Scriptura *o*, *arietes Basan* regionis fertilissimæ in Galilæa.

Et valles abundabunt frumento.) Alia Psalteria, & Hilarius. Augustinus, Arnobius, Cassiodorus, Gregorius *p*, Ambrosius *q*, *convalles*. Hieronymus, & *valles plena frumento coæquabuntur*. Ultimum verbum nescio cur posuerit & quo pacto respondeat sequentis membri verbo יתרועעו *jithrobbahhu*, pro quo habemus, *clamabunt*, nec aliter ipse convertit. Alii, & *valles operientur se*, vel, *accingentur*, *amicientur*, *operientur*, *obtegentur*, *multiplicabuntur*, quæ omnia significat יעטפו *jahhatpu*. Rectè, *abundandi* verbo eadem declarata sunt, & Græci πληθύνειν, καὶ ἀκροιλάδες πληθυνεῖσιν σῖτον, & *valles multiplicabunt frumentum*. Aquila, ἐκλεκτὸν, *electum* nempè σῖτον, *eximium frumentum*, vel *cibum*, *siliginemque* sunt qui quasi *selectam* denominent *r*. Symmachus, τροφὴν *alimentum*, sed forsitan Aquila per *electum* intellexit Christum, sic in Cantico *s* vocatum, quia in humiliore loco tùm conceptus, tùm natus, & rorante cœlo desuper ac nubibus pluentibus justum *germinavit terra Salvatorem* t, sed interim omisso mysterio, *frumenti*, οὔτου, & בר *bar*, genera varia sunt, præteritis leguminibus omnem frugem quandoque frumenti vox comprehendit, & legumen *u*, quum propriè distinguitur *x*, & sit frumentum, cujus culmus spicam effert. Recensentur hordeum, far, seu adoreum, siligo, blatta, farrago, triticum, & quarumdam terrarum arinca, zea, sive spelta, generalique vocabulo semen, secale, seu sigala, centenumve, brance, sive sandala, olyra, typhe: & tritici veluti species robus, siligo, trimestre vel trimense, bimestre. Infima & maximè propria frumenti ac tritici species excellenter sic nominata videtur *robus*. Exquisitè de his Delrius *y* noster. Porro inter agriculturæ præcepta non ultimum prædiscere;

Et z quid quæque ferat regio, & quid quæque recusset
Hic segetes, illic veniunt felicius uvæ.

Qua de re præterea Varro *a*, Plinius *b*, Columella *c*: satis constat frumentis opportunos magis campos esse, & convalles atque planities; utpotè pinguiores; Nam

Nigra d fere, & presso pinguis sub vomere terra,
Et cui putre solum (*namque hoc imitamur arando*)
Optima frumentis.

Talis montosa terra plerumque non est. Plinius *e*, ex sententia Catonis, agrum crassum & lætum frumento assignat; adoreo cretosum, rubricatum aquosiorem; siccum

a *verſ.* 20.

Ενδύειν.

b *Job.* 10. 11.

c *Pſ.* 113. 4. 6 *Eccl.* 47. 3.

d *Pſ.* 28. 1. Ad lanæ & velleris copiam & bonitatè confert multũ bonorum pascuorum copia.

e *Cæs.* 4. 1. *c.* 6. 4.

f *Mar. l.* 5. *epigramm. in* 38.

g *l.* 12. *in* 64. *& in* 100.

h *Ibid. & l.* 5. *in* 38. *& l.* 4. *ep.* 18. *& l.* 8. *ep.* 28.

i *lib.* 8. *c.* 48.

k 3. *Georg.*

l *l.* 7. *c.* 2. *& 3*

m *l.* 8. *tit.* 4.

n *lib.* 2. *c.* 2.

o *Deu.* 32. 14

p *Hom.* 20. *in Evang.*

q *de Inſtit. virg. c.* 14.

C

D

r *Iſid.* 17. 9. *cap.* 3.

ſ *cap.* 5. 10.

t *Eſa.* 45. 8.

u *Plin. l.* 18. *cap.* 7. 10. 11. 16. *Columel. l.* 2. *c.* 9.

x *Plin. ſup. c.* 7. *Columell. ſup. l.* 18. *c.* 7. *Varro de re ruſt. c.* 44. 45. *& 48.* Frumenti vox quid comprehendit.

y *Palla. l.* 8. *c.* 1 *l.* 10. *c.* 2. *l.* 11. *c.* 1. *Iſid.* 17. *Hieron. in c.* 4. *& 28. Ez.* *in Hippol. Seneca act.* 3. *n.* 833.

z 1. *Georg.*

a *de re ruſt. c.* 7. *& 23.*

b *l.* 18. *c.* 18. *cl.* 1. *in Præf. & c.* 4.

c *Virg.* 2. *Georg.*

e *l.* 18. *c.* 17.

Frumento, adoreo, tritico loca convenientia.

siccum non herbosum, nec umbrosum tritico; eidem adhuc & siligini apertum editumque, qui sole diutissimè torreatur: item adoreo farrive humilem: colles robustius sed minus reddere triticum. De sensu mystico dictum prius, proque ethnicis fructu spirituali abundantibus, quum essent prius egentissimi & infœcundi, declarat Nazianzenus cum Athanasio in Catena Nicetæ. Gregorius *a* præterea *convalles*, sive *valles* asserit esse *humiles*, quorum mentes verbum prædicationis & gratiam accipiunt, qui sacræ doctrinæ repleantur eloquio, & virtutum gratia, juxta illud etiam aliud *b*, *Qui emittit fontes in convallibus*, & illorum ora pabulo veritatis implentur, qui mites ac simplices huic mundo despicabiles esse videbantur. Chrysostomus *c*, *convallem tabernaculorum dimetiendam* d, ait Ecclesiam esse, quæ spiritualium aquarum fontes, hoc est, baptismi, obtineat, quia salutis nostræ fructus in baptismi piscina multiplicatur. Ambrosius *e*, vaticinium Christi de fructu ex grano frumenti, quod ipsemet erat, post mortificationem ejus multiplicando implendum dicit: hic etiam prædici, ut esset Ecclesia sicut *acervus tritici* f, continens in se *lilium convallium* g, *vallata liliis* h: item sic intelligit *cibationem ex adipe frumenti* i. Arnobius autem hoc loco frumentum de Christi corpore interpretatur, quod scilicet adeo frequenter in Ecclesia percipitur, sed cum fructu solum ab humilibus. Augustinus, Cassiodorus, Hugo, alii, explicant de fruge bonorum operum, cujus profecto feraciores qui humiliores, ut Publicanus *k*: Hieronymus & Ruffinus, de fructu vitæ æternæ: Cyrillus *l*, de fructu multiplici ex semine quod Christus seminavit in agro suo *m*.

a *Hom.* 20. *in Evang.*

b *Ps.* 103. 10.

c *in Ps.* 107.

d *Ps.* 107. 8.

e *de instit. Virg. c.* 14.

f *Cant.* 7. 2.

g *Can.* 2. 1.

h *Can.* 7. 1.

i *Ps.* 80. 16.

k *Luc.* 18. 14

l *in Abac. c.* 3

m *Luc.* 8. 5.

Clamabunt.) Dixi vertisse Hieronymum, *coæquabuntur*: *valles plenæ frumento coæquabuntur*. Quod cur fecerit non video caussam, nisi voluerit metaphoram ex parte evolvere, & explicare caussam lætitiæ in frumento, quum scilicet valles spicis plenæ sunt, ita ut coæquentur; unde fiat quodammodo ut concordantibus inter se quasi fidibus harmonicum valles edant sonum. Etsi etiam docui satius videri clamorem musicum & jubilationis, atque recitationem hymni, hominibus assignare, quàm vallibus & collibus, & quàm segetibus.

Etenim.) Hieronymus, &, quo item pacto duo alia Psalteria & Cassiodorus atque Arnobius: Hilarius vero hoc ponit ante, *cantabunt*. Euthymius & Nicephorus notant, γὰρ *enim*, abundare, lege Psalm. 36. *n*, ubi est גם *gam*, non autem hic sed אך *aph*, ut Genebrardus tamen innuit hoc loco.

n *vers.* 25.

Hymnum dicent.) ὑμνήσουσιν ישירו *jasciru*, ex quo est שיר *scir*, *canticum*. Græcum verbum respondet τῷ ὕμνῳ, qui erat initio Psalmi: sed ibi vox Hebræa erat תהלה *thehillah*. Aptiùs ergo de hominibus propriè asseritur hymni sive Cantici prolatio, quàm de aliis rebus ratione carentibus, secundùm prosopopœjam, quod Cyrillus *o* quoque observat.

o *Abac. c.* 3.

PSALMUS SEXAGESIMUS QUINTUS.

In finem.

1 Canticum Psalmi resurrectionis,

JUbilate Deo omnis terra, 2 Psalmum dicite nomini ejus: date gloriam laudi ejus.

3 Dicite Deo, quam terribilia sunt opera tua Domine! in multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui.

4 Omnis terra adoret te, & psallat tibi: psalmum dicat nomini tuo.

5 Venite, & videte opera Dei: terribilis in consiliis super filios hominum.

6 Qui convertit mare in aridam, in flumine pertransibunt pede: ibi lætabimur in ipso.

7 Qui dominatur in virtute sua in æternum, oculi ejus super gentes respiciunt: qui exasperant, non exaltentur in semetipsis.

8 Benedicite Gentes Deum nostrum: & auditam facite vocem laudis ejus.

6 Qui posuit animam meam ad vitam: & non dedit in commotionem pedes meos.

10 Quoniam probasti nos Deus: igne nos examinasti, sicut examinatur argentum.

11 Induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorso nostro: 12 imposuisti homines super capita nostra.

12 Transivimus per ignem & aquam: & eduxisti nos in refrigerium.

13 Introibo in domum tuam in holocaustis: reddam tibi vota mea, 14 quæ distinxerunt labia mea.

Et locutum est os meum, in tribulatione mea.

15 Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum, offeram tibi boves cum hircis.

16 Venite, audite, & narrabo, omnes qui timetis Deum, quanta fecit animæ meæ.

17 Ad ipsum ore meo clamavi, & exultavi sub lingua mea.

18 Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus.

19 Propterea exaudivit Deus, & attendit voci deprecationis meæ.

20 Benedictus Deus, qui non amovit orationem meam, & misericordiam suam à me.

Titulus & Argumentum.

In finem.

Vers. 1.) Canticum Psalmi resurrectionis,

DE titulo difficultatem facit postremum nomen *resurrectionis*. Nam primæ dictionis duæ occurrerunt sæpius; de Cantico Psalmi dictum, quum egimus de Psalmo Cantici, in titulo Psalmi 29. & est nostro similis quantum ad hoc titulus 82. 87. 107. Chaldaicè, *ad laudandum, canticum, & hymnus*: & in textu Nebiensis, *laudatoria Davidis, & canticum*. Neutri bi est vocabulum *resurrectionis*; nec apud Hilarium, licèt in Commentario, de resurrectione facit mentionem, & Basilius, ac Theodoretus referunt non esse in Hebræo textu, non in editione aliorum Interpretum, non in hexaplo, secundùm eam, quæ est LXX. & videri appositum ab aliis. Leo castro *p* conqueritur ab Hebræis abrasum hic *resurrectionis* nomen: quod præter proprios præsentis Psalmi enarratores, agnoscat etiam ex Latinis Ambrosius *q*, ne adeo expressa esset de resurrectione CHRISTI mentio, quemadmodum feciſſe ait in aliorum titulis, qui de passione sunt ejusdem. Nominat Ambrosius Psalmum istum *resurrectionis*, qui Christum exprimat resurrecturum. Non Euthymius tantum & Nicephorus ex Græcis absolutè id nomen recipiunt, & iis vetustiores, quos dixi, Basilius, atque Theodoretus, sed in paraphrasi quoque Apollinarius:

p *lib.* 3. *Apol. pag.* 347. Ab Hebræis abrasum *resurrectionis* nomen in hoc titulo, & cur.

q *in Ps.* 36.

ἐι τις ἀνεγρομένων νεκύων σκέψαιτο βιώνην,
κλῆσις πᾶς βασιλῆ & ἐφιμοσύνη ὤπυιε,
μάλα θαυμάσει:
Si quis excitatorum mortuorum consideret vitam,
Appellatio (seu vocatio) quo pacto regis mandata sequitur,
Non valde mirabitur.

Ubi

Ubi *resurrectionem* intelligit generalem corporum nostrorum, quæ vocatione ac Dei fiet voce, sive Archangeli, Dei jussu *a*. Eamdem cum CHRISTI resurrectione Latini ferè intelligunt. Græci sumendo *resurrectionem* pro transmutatione, volunt de reditu captivorum ex Babylone Psalmum esse, anagogicè autem (magis propriè allegoricè) de mutatione ex captivitate peccati in Dei filiorum libertatem. Non sequor Agellii conjecturam pro primo verbo Psalmi Hebræo הריעו *haribhu*, quempiam ordine inverso legisse העיר *habhir*, & interpretatum ἀγασάσεως, *resurrectionis*, ad indicandum, vel excitandos homines ad laudes Dei, vel excitatum Deum ut populi sui debellaret hostes. Qui credat primum Psalmi verbum, quod extra titulum est, ac extra scribi solet, rejectum esse in titulum, mutila sit remanente sententia textus, vel inversa? Deinde העיר *habhir*, ut aliquo modo resurrectionem sonat, non est nomen, sed verbum in hiphil, significans *suscitare* à themate עיר *hhur*: nomen autem עיר *hhir*, cui præponatur (ה) *he*; demonstrativum, significat *civitatem*, *hostem*, *vigilem*, &c. nihil autem per se pertinens ad resurrectionem. Postea quo evasit ex הריעי *haribhu* transmutatio in העירו *habhiru*, postrema littera (ו) *vau*, quam scirek, quæ indicat personam pluralem masculinam secundam in Imperativo? Denique non est credibile tam leviter, exque imperitia factam mutationem approbatam à Patribus, atque declaratam quasi mysterium magnum continentem. Quod Castro Hebræis objicit, facit suo more paullò severiùs. Debuissent multo clariora de resurrectione Christi testimonia ex Psalmis auferre, nec deesset illis modus nomen resurrectionis aliter interpretandi, sicut ex nostris Græci fecerunt. Undecumque titulus hic aut alii, ut nunc sunt in editione nostra, provenerint, auctoritatem habent ac retineri debent.

a 1. *Thess.* 4. 10.

Anagoge. Allegoria. Agellii conjectura improbata.

Hebræis quæ objiciat Castro.

Argumentum.

Argumentum, ex plurium opinione, quos indicavi, resurrectio CHRISTI est, & nostra, tùm secundùm animam per justificationem, quam solam assignat Rickelius pro argumento, tùm secundùm corpus. Nec id negant Græci, qui cum liberatione Hebræorum de captivitate Babylonica, ajunt agi de gentium salute, atque de Martyribus, quos addit Nicephorus, hoc est, de gloria illorum. Id concedet etiam sensu mystico saltem Lyranus, qui refutato R. Salomone de Hebræorum aliquando futura liberatione per Messiam, docet Psalmum continere gratiarum actionem pro liberatione populi Judaici de Ægypto. Hoc etiam affirmat Ayguanus. Rectè convenit resurrectionis nomen his qui mortuis similes, dum essent in ærumnis, ex iis eruuntur, nec aliud per se ad literam valet quod Ezechiel *b*, vidisse se scribit de ossibus aridis revocatis ad vitam, atque id hìc valet infra *c*, quod *positam* dicit David *animam suam ad vitam*. Perinde est si contendas tùm antiqua populi beneficia commemorari duobus primis diapsalmatis, tùm in tertio agere gratias Davidem pro seipso, alios ad id secum faciendum invitando, & compositum totum Psalmum, non tam ex occasione rei gestæ, quàm ut formula cuivis parata esset ad Deum pro opportunitate laudandum, & vovendum Deo laudes, & hostias in loco sacro. Usurpari meritò à nobis potest, quod refutatis Judæis vocati fuerimus ad spem resurrectionis per Christi merita, ut Valentia notat, & Ecclesia videtur facere, dum Psalmum istum recitat in secundo nocturno Epiphaniæ, quod est proprium festum gentium. Quod Ayguanus advertit, gaudium de resurrectione CHRISTI majus esse, & de incarnatione, ideo tamquam infirmiori sexui apparuisse mulieribus Angelos, viris in ascensione, & nativitate, nolim simpliciter accipi. Nam nec virgo, cui soli apparuit Angelus, infirma erat: & non constat cum pastoribus aliquas nato Christo, & eodem ascendente nonnullas cum discipulis mulieres non fuisse, quæ Angelos possent audire. Hoc secundùm certè aliàs *d* docui verisimilius esse.

b 57. 3. 4. & *seq.*

c *vers.* 9.

Hujus Psalmi usurpatio & recitatio in secundo nocturno Epiphaniæ. Ayguani observatio examinata.

d *in c.* 1. *Act.*

Vers. 2.) Jubilate Deo omnis terra, psalmum dicite nomini ejus, date gloriam laudi ejus.

Sensus loci.

QUatuor prima vocabula non satis aptè cum titulo versum unum integrant, sed cum sequentibus aliis. Sententia facilis. Quotquot in orbe sint homines, invitat edere voce signa lætitiæ in honorem Dei, canendo etiam, Psalmumque quo nomen ejus celebrent, recitando, atque glorificando laude dignam magnificentiam ipsius, quanto fieri potest apparatu, pompa, celebritate, ut omnes palam publicèque intelligant quantas mereatur laudes, quam sit cunctis, quæ dici possunt, superior, quantopere conniti omnes oporteat, ut laudabilem nimis quantum possunt, laudent. Exordium hoc hominis est, gaudii copiam intra se continere, seseque capere præ magnitudine illius non valentis, & voce potius incondito sono, quàm articulata oratione ipsam illam lætitiæ vehementiam foras erumpentem declarantis. Hoc enim quod sæpe monui, *jubilus* importat, & *jubilare*, nempe, ut Hilarius quoque notat agrestem, & pastoralem sonum atque הריע *hariahh*, quasi dicas *tarantirizare*, & ἀλαλάζω onomatopœicum ab ἀλαλὰ, quæ vox est ἀναρθρος & *inarticulata*, edi solita à militibus ante pugnam, ut ese provocent, & incitent, vel in ipso concursu proterentibus hostem, vel successum victoriæ testantibus, ut idem Hilarius observat, & ut placet Eustathio, ab ἄλα accusativo nominis ἅλς, quod est *mare*, quasi strepitum ejus perpetuum referat, maximè propter scopulos, de quibus etiam Silius *e*, *jubila* usurpavit:

Ἀλαλάζειν.

e *lib.* 14.

Et latus scopulis audivit jubila Cyclops,

Dolendos dicit Augustinus non solùm Judæos nondum collectos, sed multo magis hæreticos, qui collecti divisi sunt, & quum partem teneant, ac à toto præcisi sint, ululare volunt non jubilare. Lætandum, ait Athanasius *f*, Gentibus omnibus, ac laudes ab iis triumphales offerendas Deo per ἀλαλαγμὸν εὐωχικὸν ὕμνον, *jubilationem*, *qui est victorialis hymnis cani solitus*, ἐπὶ ἐχθρᾶ ἐπτερωκόσι, *propter hostes devictos*, qui principes sæculi hujus per Christi præsentiam sublati sunt, qui *nomen Dei* dicatur, quia quemadmodum nos cognoscimur ex nomine, ita Pater per filium. Inducit præterea *g*, usurpantes Angelos occurrentes Patriarchis prodeuntibus cum resurgente Christo verba ista, & provocantes omnes ad spectaculum: sicut & alia quæ hic *h* subduntur. *Venite & videte opera Domini, terribilis in consiliis super filios hominum.* Atqui quod ad nos attinet, si *jubilum* vocis nostræ, non autem soni, ut editur musico instrumento, sumimus, quem potest significare, ut clangorem, aut similem alium, Chrysostomo *i* parendum admonenti, ut in jubilo cantuve Ecclesiastico vocem caveamus nihil significantem, vocem absurdam, vocem inconditam. Sed hac ipsa de re monita priùs dedi Psalmo 32. *K*, ubi præcipitur bene psallere Deo in vociferatione.

f In catena Nicetæ.

Ἀλαλαγμὸς.

g *Ser. in pass. & cruce Dom.*

h *vers.* 5.

i *Hom.* 1. *de verbis Esaiæ* Chrysostomi monitum circa *jubili* vocem. *K vers.* 3.

Jubilate Deo omnis terra.) Chaldaicè, *Jubilate coram Domino omnes habitatores terræ*. Vis verbi antea declarata est, *omnem terram* pro habitatoribus Paraphrastes exponit, quibus in lege præsertim gratiæ, nonnullis jubilus convenit, quum is absolutè proprius ac perpetuus beatorum sit: satisque verbo plurali, ut Hilarius monet, universitatem nostram monstratur in primo parente Adam ex terra genitorum hìc indicari, ut simul officium omnium doceatur, & origo. Profecto necesse est, ut dum hic jubilas, esse te terram cogites, & *exultes Deo cum tremore* l. Valere idem Hilarius, & qui sæpe illum sequitur appellatus Hieronymus, affirmat, jubilationem, ut eruamur à spiritualibus nequitiis Præcipiebat hoc etiam Antonius, & alii ascetici, & exemplo potest esse abactus à Saule spiritus malus Davidis *citharam*. Ait idem Hilarius moneri nos verbo Græco ἀλαλάξητε positos nos in vitæ istius prælis, & in hoc carnis & sanguinis nostri certami e adversus diabolum, exercitumque ejus armis spiritualibus dimicantes, Deo in voce exultationis jubilare illos terrere confessionis nostræ sermone, & orationum sonitu, atque belli victoriam exultationis voce monstrare. Veri jubili objectum & causa Deus tantùm est, præsertim ob collatam salutem: sicut invitat alibi David *n*: *Jubilemus Deo salutari nostro*: ut demum beati *sciamus jubilationem* o, hìc solùm inchoatam. Symmachus vertit, πάντες οἱ ἐν τῇ γῇ, vel ἐπὶ γῆς, προσκυνήσατε, μελῳδήσατε σοι ἄσμα, τὸ ὄνομά σου, *omnes qui in terra, adorabunt te, melos dantes canent nomen tuum*. Hoc est quod sequitur.

l *Ps.* 2. 11. Valet jubilatio ut eruamur à spiritualibus nequitiis. Antonii præceptum. Ἀλαλάζειν. m 1. *Reg.* 16. 23.

n *Ps.* 34. 1

o *Ps.* 88. 16.

Psalmum dicite nomini ejus.) Hieronymus, *cantate gloriam nomini ejus* potuit etiam reddere *nominis*, & *psallite*, quod verbum Trevetus in Hieron. textu ponit, & in

suo habet Hilarius, atque Augustinus, & id significat זמרו *zammeru*, & ψάλατε, nomen *gloria* omissum est, fortassis ut minùs necessarium, & mox repetitum *Gloria nominis* gloriosum nomen valet. Chaldaicè, *laudes dicite, glorificate nomen ejus*, vel in textu Nobiensis, *laudes dicite gloriæ nominis ejus*, legit enim איקר *ikar*, nomen pro verbo יקירו *iakkiru*. Præter vocis officium, corporis quoque, ac operum, per Psalmum, sive Psalterium, hic indicari passim notant: idque ad laudem nominis divini, non propriam quærendo, ut qui lucem illorum vident, *glorificent Deum* a.

a Mat. 5. 16.

Date gloriam laudi ejus.) Elegans Hebr. paronomasia שמו שימו *scemo scimu*, quamvis *scemo* jungatur priori membro. Est שימו *scimu*, *ponite*. Sensus verò, laudem DEO extollite, ut sit gloriosa, gloriosè ac magnificè laudem celebrate, pleno ore prædicate, ponite laudem DEI in gloriam & efficite ut sit verè gloriosa, obtineatque quod meretur, & dignè quantum fieri potest, laudetur DEUS, & *secundùm nomen* ipsius, *sic & laus* ejus sit *b*. Vulgò, *laudatelo onoratamente*. Id Euthymius, ac Nicephorus declarant, ut sit, ἐνδόξως αἰνεῖν, *gloriosè ac magnificè* laudare, non humano more. Si *laus* pro virtute sumatur, quia hujus illa præmium est: Nam,

b Psal. 47. 21.

Sunt c, *hic sua præmia laudi*, &,
Primam d, *meruit qui laude coronam*;

c Virg. Æn. 1
d Æn. 5.

Ut ad 8. *e*, quoque Psalmum annotavimus, & Roa *f*, noster in suis singularibus profanis quoque testimoniis aliis, erit *dare gloriam laudi DEI*, idem quod rebus ejus præclarè magnificèque gestis, quemadmodum *narrare laudes* g, idem importat, *infrenare laude* h, continere vi ac potentia, quod LXX. reddunt, τὰ ἐνδόξα ὀπάζειν ἐπίτινα, *gloriosa inferre super aliquem*; unde quoque vocatur Deus *laus nostra* i, ideſt, non tantùm, in quo solo laudamur, sed & à quo solo habemus unde laudari possimus in ipso, nempè vires omnes. Alius præterea sensus, *date* ac *ponite gloriam* scilicet vestram, *laudi ejus*, persuadete vobis dum laudatis eum, redundare in gloriam vestram, ducite hoc vobis gloriæ, laudate ipsum, eò referantur omnes laudes vestræ, ut glorificetur Deus, aut illuc tendat gloria vestra, ut ille laudetur, ne gloriam quidem beatitudinis æternæ velitis, nisi propter laudem Dei, sicut beati spiritus in illo templo nihil aliud agunt, nisi DEO dicunt gloriam *k*, & hymnum gloriæ canunt sine fine trisagion. Favet Symmachus, τάξατε εἰς τιμὴν τοῦ ὕμνου αὐτοῦ, *ponite in honorem hymnum ejus*. Urget multis verbis Augustinus, *dare gloriam laudi Dei*, esse omnia illi bona tribuere, sibi nihil. Vel *dare gloriam laudi*, sive laudatione DEI, τῷ αἰνέσει, est, glorificare Deum, quòd se à nobis laudari dignetur. Dat gloriam item Deo, laudique ejus qui confitetur peccata, quemadmodum Achan *l*. At vereor, ut id hoc loco Vates voluerit, prout Agellio videtur. Hugo *gloriam* numero singulari ait hìc poni, ut eamdem intelligamus trium personarum gloriam esse, quumque ter priùs diceretur: *Gloria Patri, gloria Filio, gloria Spiritui Sancto*, propter Arianos institutum fuisse, ut semel tantum nomen (gloriæ) tribus Personis simul tribueretur. Non reperi alium, qui hoc prodat, nec umquam aliter quàm junctis unà personis sub uno nomine gloriæ non repetito. Lege Joannem *m*, Stephanum Durantum. Si cui placet כבוד *chevod*, *gloriam* pro arca sumere, ut alibi docui quandoque fumi, dicat invitare Davidem ad laudandam arcam, sive in illa Deum. Verbum item שימו *ſtimu* R. Esaias Tranensis exponit *ordine componere*, quasi videlicet ad carmina componenda David provocet in laudem DEI. Sed hæc mihi minùs placent.

e vers. 3.
f lib. 2. c. 12.
Phrases Scripturæ.
g Ps. 77. 4.
h Esa. 48. 9
i Deu. 10. 21. Ps. 117. 14. Jerem. 17. 14
k Ps. 28. 9.
Dat gloriã DEO, qui confitetur peccata
l Jos. 7. 19. 20.
Quum ter priùs diceretur, *Gloria Patri, gloria Filio, gloria Spiritui S.* hunc semel tantum dici vult Hugo.
m Ad. 1. 1. Eccl. c. 15.

Vers. 3.) Dicite Deo quàm terribilia sunt opera tua Domine! in multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui.

Sensus loci.

HOc veluti laudationis thema, quòd ea sit operatus, quæ populo pepererint gaudia maxima, hostibus intolerabilem pavorem, utroque utriusque nomine ingentem admirationem, & ob magnitudinem potentiæ Dei, non solùm subjiciantur ipsi ipsi pontè amici, sed etiam inimici nolentes invitique, & animo ficto, ac serviliter præ se ferant subjectionem, atque quum illustrissima extiterint divinæ potentiæ argumenta, deprehendantur mendaces fuisse, qui hostiliter Deo resistebant, ac divinum de medio Numen tollebant. Terribilia opera DEI in liberando populo Hebræo. Cecinit Moses *n*, post evasum mare rubrum, ut præcedentes omittam plagas decem in Ægypto, Dominum, cui nullus esset *similis in fortibus, magnificatum in sanctitate, terribilem, laudabilem, facientem mirabilia*. Jubens præterea *o*, ut populus bonum haberet animum. *Non timebis*, ait, *eos quia Dominus Deus tuus in medio tui est, Deus magnus, & terribilis, ipse consumet nationes has in conspectu tuo, paullatim, atque per partes*. Pollicitus est etiam se suum *terrorem* immissurum *in præcursum* populi, ut audito nomine ipsius paverent omnes habitantes sub cœlo, & in morem parturientium contremiscerent, & dolore tenerentur *p*. De iisdem divinis operibus David loquens, quæ posteri prædicarent, hoc modo canit *q*: *Generatio & generatio laudabit opera tua, & potentiam tuam pronuntiabunt, magnificentiam gloriæ sanctitatis tuæ loquentur, & mirabilia tua narrabunt: & virtutem terribilium tuorum dicent, & magnitudinem tuam narrabunt*. Dixit item Rahab percrebuisse apud exteros *terrorem* Israel, quem nempe incutiebat hostibus eorum, ita ut *elanguescerent omnes habitatores terræ, nec remaneret in eis spiritus ad introitum* eorum *r*: & tamen, sicut Pharao, de quo Lyranus, ac Trevetus, ita Moabitæ, Amalecitæ, Amorrhæi, ceteriquè populi Chanaan territi sæpè divinis prodigiis, pacem dumtaxat simulabant, quum autem sese offerret occasio, bellum denuò instaurabant.

n Hom. 15. at Deut. 2. 25.
o Deut. 7. 22. 23.
p Exo. 23. 27.
q Ps. 144. 4.
r Jos. 2. 9. 11.

Convenit id mysticè in Judæos, qui mirificis operibus Christi, quæ considerans Abacuc *s*, expavit, non commovebantur, sed calumniabantur, adscribentes diabolo *t*, struentes insidias, crimina objicientes, subornantes falsos testes, tùm ante mortem *u*, tùm post resurrectionem *x*; in qua potentiam Christus maximè declaravit, quum quod nullus ante ipsum ipse fuscitaverit seipsum, ut proinde appelletur *virtus* hæc *ejus y*; denique mentiebantur, atque contra mentem loquebantur, dum quod revera non poterant, negabant, scilicet divinitatem Christi *z*, cujus tot supra naturam mirabilia opera videbant, & ab ipsomet facta, & ab ejusdem deinde discipulis per invocationem, & virtutem ejus, & ad confirmandam veritatem prædicationis, quæ de illo erat. Sic Augustinus, & alii multi ex Latinis. Hilarius altius repetit ab exordio ferè mundi, & in ipsiusmet mundi fabricatione admiranda opera DEI, ex quorum consideratione perveniri poterat in ejusdem veram cognitionem, cultumque, quum plures nihilominus ex tanta multitudine virtutum DEI, venerationem falsorum Deorum mentiti sint.

Mystica adaptatio
s c. 3. 1.
t Luc. 11. 15
u Matt. 26. 60.
x c. ult. 13.
y Phil. 3. 10.
z 2. Cor. 6. 19

De hypocrisi & simulatione interpretantur, non Judæorum præcisè, ut opinio prima, in qua sunt etiam Cyrillus, & Athanasius in Nicetæ catena, sed Gentilium, & Hæreticorum, Basilius, Theodoretus, magisque disertè Euthymius, ac Nicephorus, qui summam Dei & Christi potestatem timentes, quam declaravit præsertim in resurrectione, & quam habet in regno fidelium, & quam habent etiam fideles ab ipso, nec non civiliter simulaturi erant Deum, Christumque, hoc est, fidem ipsam, & asserturi falsò, se illam in eo habere. Quem appellant Hieronymum complexus est recitatos dicendi modos, de terribilibus operibus DEI, in creatione, in electo Gentium, reprobato Judæo, in occulto judicio, quòd qui videntur electi, sunt reprobi, & vice versa: quòd attinet ad mendacium, id exponit in Judæis (quod etiam facit illum citans Trevetus) quorum *mentita est iniquitas sibi* a, & velut *inimici mentiti* sunt DEO *b*, cui promiserant, post visas virtutes, ac signa in Ægypto, & in mari rubro, omnia quæcumque præceperat, se facturos *c*.

a Ps. 26. 12.
b hic vers. 3
c Exod. 14. 3

Dicite DEO.) Cyrillus & Athanasius dirigi volunt orationem ad Judæos, qui quum stupere deberent, calumniabantur miracula Christi, quasi diceret David, desistite, ac potiùs dicite ipsi, *quam terribilia sunt*, &c. prout statim sequitur.

Quàm terribilia sunt opera tua Domine!) Additum est, *Domine*: quod nec Hebr. nec in multis codicibus Græcè est, licèt sit emendatis, nec lego apud Patres

Græ-

Græcos, vel in duobus aliis Psalteriis Latinis, præterea in Hilario, Augustino, Arnobio, Cassiodoro. Augustinus autem habet, *quàm timenda:* Hieronymus in singulari, *terribile est opus tuum*. Ad verbùm ex Hebræo, *quàm terribile opera tua*, מה-נורא מעשיך *mah nora mahhasecha*, quod sic resolvi potest, quàm terribile est unumquodque operum tuorum! vel verti, quàm terribilis es operibus tuis, vel legit Hieronymus absque jod מעשך *mahhasecha*. Exponi autem solet נורא *nora*, non solùm *terribile*, ac *timendum*, sed *miraudum* quoque, ac *mirificum*, quia conjunctum habet sæpe timorem, tremorem, horrorem, admiratio stuporque, & vicissim vix sunt illa sine istis. Sola DEI opera merentur absolutam admirationem; ac terrorem, hæcque nobis dicenda, & celebranda, nec os nostrum loqui debet *opera* a, *hominum*, ut ea curet, nisi quatenus sunt etiam opera Dei, & referuntur ad eum.

a *Ps.*16. 4.

In multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui.) Vertit Hieron. *fortitudinis*. Augustinus legit, *potentiæ*. Hoc valet δύναμις & עז *hhoz*, neque hic de morali virtute agitur. Præpositio *in*, significat, *propter*: vel sumitur in suamet significatione, ut denotet objectum in quo, seu circa quod versetur mendacium inimicorum: pronomen, *tibi*, non propriè significat in gratiam & utilitatem tuam, h. e. quod redundet in illam, etiamsi mentientes id non intendant. Quocirca verum est quidem qui mentiti sunt Judæi, ac postea ceteri persecutores, hostesve Ecclesiæ, & hæretici circa virtutem, potentiam, divinitatem Christi, aut quòd propter evidentiam istorum simulaverint, atque per hypocrisin coluerint illum, & religionem Christianam, redundasse in utilitatem Ecclesiæ & Christi, juxta mysticum hujus loci sensum: tamen in litterali sensu ille non fundatur. Nam litteraliter *mentiri alicui* non significat, in ejus utilitatem, ut docui Psal. 26. *b*, ad ea verba *mentita est iniquitas sibi*. Litteraliter *mentiri alicui* significat hoc loco subjicere se illi, ac eidem suppliciter accidere, sed animo ficto. Negare etiam se priùs inimicitias gessisse, & præ timore mentiri multa subinde, ut servi solent, quum sit mendacium servile vitium, ut hìc notat Genebrardus, & ante illum Antonius Fonseca in annotatione marginali ad Commentar. Cajetani super caput 33. Deuteron. de quo postea. Sic in 17. *c*, *filii alieni mentiti*, dicuntur Davidi, vel utrobique, & Psalmo 80. *d*, ubi etiam est quòd *inimici mentiti sunt* ei, h. e. mentiti essent, si Hebræi obediviſſent illi, significatur eadem subjectio, sed quatenus *mentiri* est ipsem frustrari, quod Abacuc *e*, ait de opere olivæ, ut aliàs quoque ostendi etiam profanis exemplis, & non respondere expectationi, ac labori, vires debilitari, & frangi, quas quis existimabat, & affirmabat, & jactabat magnas despiciendo, nec tanti faciendo alienas, quasi facili eas negotio superaturus, experiri autem postea istas multo superiores atque vel nolentem confiteri se victum, & vanam confidentiam fuisse, & magnæ temeritatis tam forti adversario resistere, aut nihil nocentem, nec provocantem adoriri, & aggredi. Vulgò cupientes aliquid non ita esse, ut esse credimus, optare nos dicimus *mendaces esse* f, aut quum confidimus non ita futurum ut alius persuadeat sibi, effecturos nos, ut sit mendax. Alius adhuc ex Deuteron. *g*, locus illustrat hunc locum, in quo sunt eadem verba quæ in nostro eademque phrasis omnino Hebræa & Græca quamvis Latina variet, *negabunt te inimici tui*, יכחשו איביך לך *jicchachasciu oje vechalah*, ψεύσονται σοὶ ἐχθροί σου, & Latinè verti potuit, *mentientur te* vel *tibi*. Subditur autem ibidem velut expositio, *Et tu eorum colla calcabis*. Priora verba Oleaster exponit, *deficient inimici tui*, quemadmodum illud Psalmi 108. *b*, *Caro mea immutata est propter oleum*; ideſt, defecit כחש *chachas*, propter defectum olei, sine oleo. Symmachus, ἀπὸ ἀγρλειψίας, *ob omissionem unctionis*. Vatablus declarat eumdem locum Deuteronomii, *subjicientur inimici tui tibi*. Clarius, *debilitabunt se inimici tui ergate*. Habent in usu Hebræi alia pro aliis verba ponere, quum res significant vel affines vel conjunctas, vel quorum una ex alia sequi solet: sic *fugere* i, dicunt pro festinare, quia festinat maximè is qui fugit; *consolari* pro dolere K, quoniam dolentibus adhibetur consolatio. Ad eumdem modum *mentiri* pro subjicere se, eo quòd multa mentiuntur, vel timendo qui se subjiciunt, ut pro deficere ac debilitari: non enim subjicere se solent, nisi quorum deficiunt vires atque debilitatæ sunt.

In pro *propter*.

Mysticus sensus.

b *vers.* 12. *Mentiri alicui* quid sit hìc. Mendaciũ servile vitium.

c *vers.* 41. d *vers.*16.

Men.iri pro ipsem frustrari. e *c.* 3. 17.

Phrases Scripturæ.

f *Mich.*2.12.

g *c.*33. 29.

h *vers.* 24.

i *Cant.*8. *v. ult.* *Fugere* pro festinare. Hebræorũ phrasi.

k *Esai.* 1. 24. *Consolari* pro dolere, Hebræorũ phrasi. *Mentiri* pro subjicere se, Hebræorum phrasi

Non sunt de sensu mystico addenda plura, ut de Judæis, Hæreticis, Gentilibus, quibus adde Christianos malos, qui quem *nosse* Deum *dicunt* & profitentur, *factis negant* l. Cyrillus, & Athanasius volunt Davidem prospiciendo Judæos non gerere sibi morem, ut revereantur terribilia opera Christi, convertere hic se ad Christum calumniis affectum, eique dicere multam esse potentiam ejus, quantumvis hostes ipsius de illo mentiantur, nec se præcellentia miraculorum ad obediendum promoveri sinant. Usurpat eumdem hunc in Judæos locum Rupertus *m*, qui in tantæ virtutis admirabilisque potentiæ Christi multitudine, qua cæcum natum curaverit, inimici mentiti sunt, negantes esse *à* DEO, *qui sabbatum non custodiret* n. Mentiuntur, ait Rupertus, & usque hodie in mendacio perseverant odientes te, i. e. non ignorantes, sed scientes, & invidentes multitudini virtutis tuæ. Non autem gentes benedicimus te. Deum nostrum, dicentes cum propheticæ vocis firmitate, *omnis terra adoret te*, &c. quia videlicet omnis terra illuminata est (sicut cæcus in corporeis oculis) ab ipsa in qua mentiuntur tibi inimici tui multitudine virtutis tuæ. Hoc jam sequitur. Illud interim permirum sed verum, quum vincere veritas debeat apud potentiores, minùs locum sæpe reperire, nec faciles ad eos aditus habere, quia amatur à paucis & *veritas odium parit* o, & *cum fortuna Principes loquuntur plures, quam cum ipso* p, *veri copiam non faciendo, sed suspensa & quo ducantur inclinatur à respondendo* q. *Miser est Imperator, apud quem vera reticentur* r.

Mysticus sensus.

l *Tit.*1. 16.

In Judæos loci usurpatio.

m *in c.*9. *Joa.*

n *Joan.*8. 10.

Veritas apud potentiores minus locum habet, & cur.

o *Terent.* p *Tacit. hist.* q 11. *Annal.*

Miser Imperator apud quem vera reticentur.

r *Capitol. in Gordia jun.*

---

*Vers.*4. (Omnis terra adoret te, & psallat tibi, Psalmum dicat nomini tuo.

Senſus loci.

QUum de inimicis Dei meminisset, sub ejus potestatem non sponte, ac ex animo venientibus, sed ex quadam necessitate, & cum hypocrisi atque simulatione: Sincerè autem colere DEUM, verèque sine eodemmet Deo, & gratia ipsius, nemo possit, Deo desiderium illud suum exponit, quod initio Psalmi posuerat, omnes invitans, & ab eo petit ut dignetur laudari, & celebrari ab omnibus, quo modo decet. Quod rejectis Judæis potissimum de Gentilibus ad Ecclesiam convocandis, communi satis consensu Enarratores nostri declarant, potissimum Athanasius, Nyssen. Cyrillus: licèt inquiunt, quasi verbis Davidis, Judæi te negaturi sint subjicietur tibi tamen pro ipsis, & *adorabit te omnis terra*, sive gentes quæ inhabitant terram; neque enim amplius adoratio fiet Jerosolymis, quum jam legalis umbra cessaverit, secundum illud adorabunt eum quinque in loco suo, & adoratio jam fiet in spiritu, & veritate. Hanc autem prædictionem impletam nunc dicunt, quum in omnibus Gentibus universorum Deus laudatur, ac Dominus noster Jesus Christus Altissimus ab omnibus vocatur.

Loci adaptatio.

Omnis terra.) Per id quod continet, significatur id quod continetur, quemadmodum *loqui forum* dicitur, quia qui in eo sunt, ut notat Augustinus *s*, loquuntur. Id Prius dixi à Symmachus expositum per τὰς ἐπὶ τῆς γῆς, *qui sunt in terra*, nempe hac morientium, non autem qui in terra viventium beati, & qui in terra mortuorum damnati, quamvis ab omnibus adoretur Christus *t*.

s *de Continentia c.*14.

t *Phil.*2.10.

Adoret te.) Cum singulari *terra* nomine sunt verba pluralia Hebræa & Græca, ישתחיו *jisthachavu*, & his יזמרו *jezammeru*, προσκυνησατωσαν, & bis ψαλάτωσαν, futuraque Hebræa pro imperativis.

Nomini tuo.) In multis codicibus Græcis ponitur epithetum Græcum, ὑψίστε, & *altissime*, in aliis duobus Latinis Psalteriis, apudq; Hilar. August. Cassiodorum, qui de Christo etiam id interpretantur cujus post humilitatem exaltatio, & *nomen super omne nomen* ab omnibus cognitum, & adoratum est *u*. In emendata editione LXX. sublatum est hoc epithetum; tamen meminerunt illius, Athanasius, Cyrillus, Nyssenus. Denique occurrit סלח *selhh*, & διάψαλμα, quo Hilarius & Hieronymus muneri nos volunt de transitu à DEO ad alios in sequenti versu. Sed quid hoc sit, alibi dixi. Omitto quæ aufert Hugo, ut *adorare* respiciat Deum Creatorem, vel Patrem potentem, vel actum fidei: *psallere*, filium Re-

u *Ibid.* 9.

Adorare, psallere, psalmum dicere, ut applicat Hugo.

demptorem, vel filium sapientem, vel actum externum; *psalmum dicere*, Judicem, vel Spiritum Sanctum, vel actum locutionis.

Vers.5.) Venite, & videte opera DEI, terribilis in consiliis super filios hominum.

Sensus loci.

REdit ad invitationem initio factam, hortaturque omnes ad attentè & diligenter considerandum opera Dei, quum sit, ut antè dixit, terribilis & admirandus in operibus, magis verò in modo, ratione, consilio, quo illa operatur, ut qui superat omnem captum, atque prudentiam hominum, in quorum gubernatione tanta illa sapientia & providentia DEI maximè percipitur.

Sensus mysticus apertus est. Athanasius autem ait induci personam Apostolorum, qui doceant Gentes, quòd iste, qui in præsentia sua secundùm carnem divina illa miracula operatus est, ipse idem sit, qui olim mare rubrum arefecit, & alia fecit, quæ dejnceps recensentur, & ut intelligant quàm sit in consiliis ejus ἀκατάληπτοι *incomprehensibilis*, quamque sit sapientia ejus ἀρρητος *ineffabilis*, per quam humanus genus perduxit ad pietatem.

Venite.) Quidem hortantis ac invitantis verbum est, ad considerandum quæ commemorabit, sic alibi, ut aliàs *a*, notavimus. Tamen rectè mystico sensu cum Hilario, Augustino, & aliis, intelligitur David, aut Prædicator Evangelicus, tamquam ex loco superiore, contenta voce, vel obeundo remotiora loca convocare, & provocare laborantes DEI ignoratione. Evangelizavit Christus, ut Hilarius observat, veniens, pacem iis *qui longè* fuerant, videlicet Gentilibus, & pacem iis *qui prope* b, nimirum istis per seipsum, ac immediatè illis per discipulos suos.

Et videte opera DEI.) Sic in Psalmo 45. *c*. *Venite, & videte opera Domini*. Utilis admodum consideratio divinorum operum, in iis delectari, illa *meditari* d, quod facere omittentes vacantesque voluptati reprehenduntur ab Esaia *e*, apud quem mentio fit *f*, de *opere alieno* à DEO, & de peregrino, quod possumus incarnationem interpretari, & passionem, quæ attentissimè frequentissimèque considerandæ sunt, sed simul cum consiliis, quæ hic statim subjiciuntur.

Terribilis in consiliis.) Hieronymus, *terribilia consilia*, Alii, *terribilis opere*, vel, *studio*, vel, *consilio*. Paraphrastes accepit ut epithetum Dei, quo appelletur *terribilis*: *Videte opera Dei terribilis, auctoris adinventionum*. Hebræa sunt numeri singularis נורא עלילה *nora hhalilah*, Græcè, ὡς φοβερώς, *quàm terribilis*, nempe sit, sicut versu 3. ὡς φοβερὰ τὰ ἔργα, *quàm terribilia opera*, ubi etiam extat Hebræum nomen נורא *nora*, singulare. Habent quoque alia Psalteria Latina, & Cassiodorus, *quàm terribilis*. De nomine עלילה *hhalilah*, dixi Psal. 9. *g*, & 13. *h*, ubi Græce sunt ἐπιτηδεύματα; Latinè, *studia*, & in editione Hieronymi Psalmo 9. *cogitationes*: apud Augustinum, *mirabilia*: apud eumdem in 13. *affectiones*, in priore juxta versionem Symmachi, μηχαναὶ, & alterius quem citat Chrysostomus μηχανήματα, *artificia*, *machinamenta* & *molitiones*. In ea quæ est Aquilæ, ἐναλλαγαὶ, *commutationes*, *inversiones*, quasi diversos ac interdum contrarios dicas exitus initiis, longè discrepantia consilia, vias, cogitationes divinas à nostris, ut ipsemet dicit apud Esaiam *i*. Posuit hoc loco Symmachus μεχανήλατα, φοβερὰ μεχανήματα, quibus affines Paraphrastæ תסקיפין *thiskophin*, *adinventiones*. Omnia comprehenduntur vocabulo τῶν βουλῶν, *consiliorum*. *Consilium Dei in æternum* k, *stat que* l, nec ullum adhibet *consiliarium* m, nec ipse disquirit quasi dubitans, vel ignorans, ut nos facimus, quo pacto Damascenus *n*, in DEO negat esse consilium, sed quod semel voluit, constanter facit, sicut solent qui maturè deliberaverunt. Propterea *terribilis Deus in consiliis*, quæ prorsus immutari nequeunt, quem Apollinarius interpretatur ἀσχετον, idest *invictum*, *non* enim *est consilium contra Dominum*, *non* sapientia, *non* prudentia o.

Super filios hominum.) Hieronym. *super filiis Adam*, accipiendo appellativè *Adam*, non ut proprium primi hominis nomen, etsi nihil vetet ita quoque accipere: quæ de re sæpius dictum. Victorius recitat Hieronymum, *super filios hominum*. Trevetus, *super filios Adam*. Symmachus, in genitivo, cui respondet Latinè ablativus, ὑπὲρ υἱῶν, *super filiis*. Aquila, ἐπὶ τοῖς υἱοῖς *in filios*. Utrumque sensum facere possunt omnibus linguis & versionibus hæc verba, ut consilia in quibus Deus *terribilis* dicitur, sint de filiis hominum, sive circa & extra illos, atque gubernationem eorum, vel supra captum ipsorum, ut neque excogitare neque comprehendere, neque impedire possint. Juxta editionem Hieronymi Trevetus addit tertium, ut sint *terribilia consilia super filios Adam*, p sive *hominum*, istis mecum incutiendo. Melior & communior expositio secunda, sed ita ut terror attendatur in iis qui adversantur illis, quos decrevit DEUS salvare. Nam ut explicat Nicephorus, λίαν φοβερὸι καὶ μέγας ἐστὶν ἐν λεθόδοις καὶ οἰκονομίαις ὅταν θελη σώσαι τὸν λαὸν αὐτε, *valde terribilis & magnus est in methodis, & œconomiis, quando voluerit salvare populum suum*. In ceteris quidem operibus spectari possunt consilia DEI terribilia, hoc est, mirabilia, & horrorem quemdam incutientia, quia *omnia in sapientia fecit* q, & *mirabilis scientia ejus* ex nobis, hoc est, supra vires nostras, *confortata* est, *nec poterimus ad eam* r, sed in conditione, gubernationeque hominis longè terribiliora & admirabiliora, præsertim secundùm ordinem supernaturalem prædestinationis illius & aliorum quæ cum ea conjuncta sunt, simul cum mysteriis totius œconomiæ, pertinentis ad redemptionem nostram, ut de his maximè affirmare liceat esse *abyssum multam* *, esse *exquisita in omnes voluntates ejus* t, esse *inscrutabilia judicia*, & *investigabiles vias* t. Percurrat animo qui potest immensitatem, atque innumerabilitatem consiliorum istorum, sed pia ac sobria fide, non investigatione & perscrutatione, ne *opprimatur à gloria* u, ut admonet Rickelius. Affert huc exempli caussa, quod quum nolit Deus mortem peccatoris, sed ut convertatur & vivat *x*, ut *omnes salvi fiant*, *& ad agnitiones veritatis veniant* y, tamen vetuit ne prædicaret *in Asia* Paulus z, & aliàs misit etiam ad eos quod sciebat non audituros *a*, & obedituros, denique *Jacob dilexit*; *Esau odio habuit* b: Judæos rejecit, quod & Augustinus, & alii hic notant, Gentes elegit. Qua de caussa Ambrosius *c*, adhibens præsentis loci testimonium, præcipit ut interioris perfectionis cura potior apud nos sit, & laus hominis in finem differatur, quia Deus initio mundi conditas à se aliàs Creaturas laudavit, non hominem, & ipse Deus laudandus magis in consiliis tuis, ut hìc dicitur, quàm in operibus externis Bernardus *d*, exigens à quopiam ut quod animo proposuerat promiseratque, vitæ iniret institutum religiosæ, terret alterius exemplo, qui in ipsa re dilatione obierat. Tum exclamat: *O judiciorum DEI abyssus*, ò *terribilis in consiliis Deus super filios hominum*. Spiritum donavit, quem erat denuò ablaturus, ut esset supra modum peccans peccatum, & gratia subintravit, ut abundaret delictum. Gregorius *e*, egregiè demonstrat quomodo humana consilia in eo quòd DEI consilio nituntur resistere, obsequuntur: quod probat ex Judæis contra Christum, ex fratribus Joseph, qui vendiderant illum, ex Saule, qui Davidem impugnaverat, ex Jona, qui mittentem fugerat Deum. Hac ratione, inquit, *comprehendi sapientes in astutia*, & *consilia pravorum dissipari* f. *Opera DEI magna esse*, *exquisita in omnes voluntates ejus* g, ut per omne quod ab hominibus agitur, ejus voluntas exquiratur, *omnia quæcumque vult faciat* h, *non sit*, ut etiam dixi, *consilium contra Dominum* i. Lege dicta Psal. 32. *K*. Pænè *terribilis Deus in consiliis suis super filios hominum*, sed si terribilis est, ut sapienter monet Bernardus *l*, etiam misericors invenitur. Videlicet, inquit, dum futuri formam judicii non occultat, & quod alibi *m*, vidimus *dat metuentibus se significationem*, *ut fugiant à facie arcus*. Hanc eamdem benignitatis cum terrore permixtionem ostendit adhuc idem Gregorius *n*, ut si *terribilis* hoc loco dicatur Deus *in consiliis* à Davide dicat is exhilaratus *o*, *Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine*, & *Quàm* p, *bonus Israel Deus*! hocque sibi voluisse, quòd Moysi aliquando apparebat in igne, nonnumquam in nube: quia nunc terret justitiæ pavore nunc erigit blandimento protectionis. Utraque in re profectò terribilis Deus, idest mirabilis, & incomprehensibilis.

Vers.6.

a Psal.33.12.
b Eph.2.17.
c vers.9.
d Psal.142.5.
e c.5.12.
f c.28.21.
g vers.12.
h vers.2.
i c.55.8.
K Psal.32.11.
l Esa.46.10. & 40.13.14
m l.2.c.22.
Damascenus ut negat in DEO esse consilium.
o Pro.28.30.
p Psal.103.24.
q Psal.103.24.
r Psal. 138.6.
* Psal.35.7.
f Psal 110.2.
t Rom.11.33.
u Pro.25.27.
x Ez.18.32. *y* 1.Tim.2.4.
z Act.16.6.
a Ezech.3.5. *b* Malach.1. Rom.9.13.
c de inst.vir. c.3.
Interioris perfectionis cura potior apud nos esse debet. Laus hominis in finè differenda.
d Epist 108. Rei dilatio cavenda si quid boni Deo vovimus.
e Mor.c.11. Humana consilia quum DEI consilio nituntur, resistere, obsequuntur.
f Iob. 5.13.
g Ps.110.2.
h Ps.134.6. & 113.3.
i Pro.21.30.
K v.10.
Si Deus terribilis etiã est misericors.
l de convers. ad cler.c.17.
m Ps.59.7.
n in c.3.l.1. Reg.
o Ps 30.20.
p Ps 72.1.
Moysi DEI apparitio in igne, nonnumquam in nube, nunc terrētis justitiæ pavore, nunc blandè protegentis signum.

Verſ. 6.) Qui convertit mare in aridam, in flumine pertranſibunt pede: ibi lætabimur in ipſo.

Senſus loci.

EX mirandis terribilibuſque operibus Dei primum illud memorat, quum rubrum mare ſiccavit, ut liberè populus Ægyptios fugiens tranſiret, & iterum fecit, ut Jordanis alveum ſicco tranſiret pede. Quæ fuit & illis qui tunc vivebant, beneficiumque tantum percipiebant, lætitiæ cauſſa in Deo, & poſteris propterea in quos illud redundavit, ut ejuſdem recordatione toti recrearentur. Commemoratione iſtorum faciliorem reditum de captivitate Babylonis demonſtrari Euthymius notat. In eo ſimile quid veniſſe dixi priore Pſalmo Hebræos nonnullos fabulari. De hiſtoria ipſa duplicis tranſitus per mare rubrum, & flumen Jordanis, lege quæ dixi in librum Sapientiæ *a*, & Actuum Apoſtolorum *b*.

a in c. 10. 18.
b in c. 7. 36.

Myſticè declarant Latini ferè omnes, converſum ab amaritudine mundi, qui ſitiat baptiſmi vel juſtitiæ aquam dulcem, & eum qui facilè tranſeat fluxum iſtius mortalitatis, ſed in humanitate, atque in ſeipſo, verùm in Domino, exultando. *Cor impii quaſi mare fervens* c, convertitur in aridam dum conculcat mundum, ut inde tranſeat in deſertum, tandemque in terram promiſſam, ut notat Hugo. Vel, converſio hæc deſignat ſubmotionem, tribulationem, ut ſufficiat videre aquas à dextra & læva, i.e. bonos & malos affligi, ſoloque alieno malo timere, & ſapere, ut Grevæus docet *d*. Calcavit Chriſtus, & Petrus mare *e*, quia fortes fuerunt in tribulatione. Mare quomodo pœnitentiam deſignet, Ayguanus differit copiosè, conditiones ejus tractans juxta illas, quas habebat mare æneum ædificatum à Salomone ante introitum templi *f*. Indico hæc ſcire ſtudentibus.

Myſticus ſenſus.

c Eſa. 57. 27.

d Ser. 131.
e Mat. 14. 29
Mare quomodo pœnitentiam deſignet.
f 3. Reg. 7. 23 & ſeq.

Convertit mare in aridam.) Hieronymus, *convertet*. Sed apud Victorium & Trevetum, eo modo quo in editione noſtra. Verbum Hebræum הפך *baphach*, præteriti temporis eſt: licèt autem pro peccato ſumatur aliquando præteritum, ratio tamen hiſtoriæ requirit præteriti ſignificationem retineri, ne quis putet prædici ſimile quid fore, ut jam aliquos monui exiſtimaſſe factum in egreſſu de Babylone. Græcum participium ὁμεταῤῥέφων eſt præſentis temporis, quod obſervant Baſilius, Theodoretus, Euthymius, Nicephorus, pro præterito eſſe: ſed ſi ſuppleas verbum ſubſtantivum, ἦν, *erat*, habebit ſignificationem præteriti. Symmachus expreſſit præteritum μετέβαλε, *tranſmutavit*, & Apollinarius,

Κελεύσας πόντον τραφερὸν μετεπήξατο γαῖαν.
Jubens mare ſiccam coagulavit (tranſfixit) in terram.

Verſam quoque aquam in ſiccum ſcribitur in Exodo *g*, & in libro Joſue *h*. Converſionem ſubſtantialem veram concedere neceſſarium non duco, cujuſmodi fuit petræ *in ſtagna aquarum*, & rupis *in fontes aquarum* i, virgæ *in draconem* k, uxoris Lot *in ſtatuam ſalis* l, aquæ *in vinum* m, & ſimiles aliæ. Nam in iſtis converſionibus exiſtit novus terminus, quum verò populus tranſivit mare rubrum, & fluvium Jordanis, nudatum eſt dumtaxat ſolum aquis, & in mari rubro *reducta* dicuntur *aquæ* n, ac *reverſæ* o, ſuper Ægyptios, *ac operuiſſe illos* p, quæ priùs erant coactæ velut in murum denſum, vel in utrem, quod eodem modo ferè de aquis Jordanis dicitur. Igitur *converſio* ſignificat idem quod averſio, aut diverſio; vel perinde liberum patuiſſe tranſitum Judæis per illos alveos, ac ſi converſæ re ipſa fuiſſent, atque in auras evanuiſſent. Si ad hiatus fundi implendos, & ad æquabilitatem totius ſoli contendat quis aquarum partem converſam in terram non poterit convinci. At quod nemo affirmat, primus excogitare aut proponere nolo; & venti vis fuit ſatis ad ſiccandum lutulentum, & limoſum ſolum, in quo nulli tanti videntur hiatus, aut inæqualitas fuiſſe tanta, quæ impediret quo minus Hebræorum pedibus meabile eſſet. Certè *converti planctum*, & triſtitiam *in gaudium* q, eſt primo ſuccedere ſecundum. Sic veluti fuga maris, & *converſio Jordanis retrorſum* r, denotant receſſum aquarum. Quamvis ibi fit ſucceſſio poſt corruptionem rei, quæ quum fit tranſit: hic verò rei permanentis, quæque, ut Zeno Veronenſis *ſ*, loquitur, gelido ſtupore frænata, quodammodo vitreum directa eſt in murum.

g c. 14. 22.
h c. 2. 10.
i Pſ. 113. 8.
k Exod. 7. 15
l Gen. 19. 26.
m Luc. 2. 11.
n Exc. 15. 19.
o c. 14. 27.
p ibid. & Pſ. 105. 11. & Judith. 5. 13
Converſio idem quod averſio aut diverſio.
q Pſ. 29. 12. Joan. 16. 20.
r Pſ. 113. 3.
ſ Serm. 12.

In flumine pertranſibunt pede.) Sic vertit & Hieronymus in futuro, in quo etiam eſt Hebræum verbum יעברו *jahha vru*, ſed obſervatum eſt, poſt aliud verbum præteriti temporis, id quod ſequitur in futuro habere ſignificationem præteriti. Tranſtulit in præterito Symmachus,

ποταμὸν διέβησαν ποδί;
Et Apollinarius:
καὶ ποταμοὺς κελάδοντας ἐθήκατο ποσσὶ κελεύθους;
Et flumina reſonantia poſuit pedibus vias.

Ceteri notant pro præterito poſito futurum. Euthymius alibi *t*, præterea ex Nazianzeno *u*, qui quædam loca objicientibus Arianis contra coæternitatem Filii, reſpondet multa, quæ ratione temporis dicantur inverſo & commutato temporum ordine pronuntiari: eam item eſſe Scripturæ conſuetudinem, ut non præterita ſolùm tempora, aut præſentia, ſed etiam futura commutet. Affert exemplum Pſalmi 2. *x*: *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania?* nondum enim, inquit, fremuerant. Item præſentis, *in flumine pertranſibunt pede*, ideſt, pertranſierunt. In aliis Pſalteriis Latinis, *flumina pertranſibunt pede*. Præponit autem, &, Romanum. Hilarius, *in flumine tranſibunt pede*: etſi etiam in Commentario, *pertranſibunt*. Hebraicè præpoſitio eſt utrobique, *in flumine*, & *in pede*. *Pertranſire in flumine*, non eſt ipſomet flumine calcato, ſed in alveo ejus remotis aquis, factiſque, ut Apollinarium dicentem audivimus, viis, & pede, ita ut pedeſtres tranſire poſſent, quamvis fortaſſis aliqui vel in equo, vel in curru tranſirent: quod adhuc in tanta vaſtitate aquarum fieri non poſſet, niſi ſemoverentur. *Pede ſiccho fundum maris per ambulando tranſitum*, dixit Achior *y*. Credo pedibus omnes iter illud per mare feciſſe, quamvis apertè de ſolo tranſitu per Jordanem ſcribatur, quòd *poſuerint veſtigia* pedum ſuorum in eo *z*, quod etiam nominatim de Sacerdotibus tantùm exprimitur portantibus arcam: ſed non videtur dubitandum de aliis. Erravit proculdubio R. Samuel Marrochianus, qui ex Judæo Chriſtianus fertur ante 600. annos vixiſſe, quum ſcripſit in libro de adventu Meſſiæ *a*, quem Judæi fruſtra expectant, ab aqua in exitu de Ægypto portata corpora filiorum Iſrael. Divinæ litteræ tranſiviſſe tradunt per ſiccum, & diviſas aquas fuiſſe, & factas veluti murum, & concluſas ſicut in utre. Denique primus Chriſtus ſic aquis tranſivit calcatis. Eliſæus cum diſcipulo diviſis etiam aquis per ſiccum. Qua de cauſſa Caſſiodorus notat in editione qua utitur plurali numero poſita flumina, etſi addit pro numero numerum poni.

t Paropl. 1. p. 811.
u Orat. 1. contra filio.
Scripturæ S. loquendi conſuetudo
x verſ. 1.
y Judith. 5. 12
z Joſ. 3. 12. & ſeq.
Error R. Samuelis Marrochiani, in exitu de Ægypto, ab aqua portata corpora filior. Iſrael
a c. 13. tom. 4. Bibl. PP.

Ibi lætabimur in ipſo.) In Pſalt. Rom. & apud Caſſiodorum, *in idipſum*; apud Arnobium, *in unum* Auguſtin. *ibi jucundabimur in ipſo*. Hic etiam pro tempore tempus eſt, nempe lætati ſumus, aut lætabimur: *in ipſo* autem Deum intelligit. *Ibi*, h.e. in commemoratis operibus, aut locis, ubi facta ſunt. Niceph. ἐκεῖ, ait, ἀντὶ τοῦ ἐν τοῖς τοιούτοις θαύμασι, *ibi, pro talibus mirabilibus*. Lætatos Hebræos ambigi nequit in utroque tranſitu, maris rubri, & fluminis Jordanis. Verùm de Cantico mentio fit ſolùm tranſito mari *b*: de ritu fixorum lapidum in monumentum intra alveū aquarum, dumtaxat quando Jordanem transmiſerunt *c*. Admirabilior ſimpliciter tranſitus primus, majoris quoque cauſſæ lætitiæ fuit: major ibi moles aquarum erat, iterque per mare longius, hoſtes interfecti plurimi, quos evadere aliter Hebræi nequibant, & quorum opimis ditati ſunt ſpoliis. Valida vi urentis venti ſiccatum eſt maris fundum: Celebrior demum, ac apud externos terribilior ejus fama, memoriaque extitit *d*. Communem àtriuſque miraculi finem Joſue prodidit, ut diſcerent omnes terrarum populi fortiſſimam Domini manum, & Hebræi ipſi *timerent Dominum DEUM ſuum omni tempore*. Tropologia Hugonis eſt, lætari eos, qui pervenerint in portum felicitatis, poſtquam pertranſierint fluentem vitam iſtam, pedeque uno attigerint affluentes divitias propter neceſſitatem. Imitatur Hugonem Grevæus *f*. Violentior eſt, quia conſtat pro pedibus pedem poni, quos etiam pluraliter expreſſit Paraphraſtes, & Apollinarius. Paraphraſtes autem videtur exiſtimare, verba quæ nunc tractamus, eſſe Davidis aut alterius, in cujus perſona dicat, *ducam eos ad montem domus ſanctuarii, ibi lætabimur in verbo ejus*. Quod poſſet intelligi de captivis in Babylone, ut redirent inde in Jeruſalem

b Exod. 15. & ſeq.
c Joſ. 3. 15.
d Joſ. 2. 10. Judit. 5. 2. 13
e Joſ. 4. ult. Tropologia
f Serm. 131.

ad templum. Sed traditum sensum sequuntur etiam Hebræi, ut R. Esaias Tranensis, nimirum de præterita lætitia Hebræorum. Allegoria, Cassiodorus post Hilarium allegoricè accipit de futura Ecclesiæ lætitia ob mysteria, quæ recognosceret, detulisse in dictis operibus. Athanasius de lætitia regnantium in cœlo cum Christo, qui difficilia erant, levia reddidit.

Vers.7.) Qui dominatur in virtute sua in æternum, oculi ejus super gentes respiciunt; qui exasperant, non exaltentur in semetipsis.

Sensus loci. HIc ille est in quo lætabantur Hebræi mirabiliter traducti pede sicco per mare rubrum, & per Jordanem, & in quo lætandum his qui ejusdem egent opè, eamdemque sperant, & cui jubilandum, Psalmum dicendum, ejusque nomini gloriam dandam, initio Psalmi dictum est; Deus, inquam, est, qui suamet propria virtute, non mutuò accepta, vel ab alio communicata, perpetuum obtinet in res omnes imperium: ille ipse est qui perspicacissimis intelligentiæ atque providentiæ suæ oculis penitus cognoscit quæcumque toto terrarum orbe fiunt in omnibus nationibus. Quare caveant qui suis Deum provocare ac irritare contumaciter non dubitant iniquitatibus, ac impietatibus, & præcipientem, monentem, minantem contemnere non desistunt, ne apud seipsos insolenter atque impotenter efferantur. Nec enim potentiam ac scientiam tantam justi DEI effugere poterunt, Monitum contra seipsos insolenter & impotenter afferentes.

Secundùm allegoriam exponitur ab Hilario, Augustino, & aliis Latinis, Græcisque, necnon ab Athanasio, & Eusebio in Catena Niceræ, sententia contra pervicaciam rebellium Judæorum, quorum loco providi benevolique Dei oculi, Gentes, quibus invidebant ipsi aspecturi sint, & vocaturi, quantumlibet illi jactent legem; & cæremonias & glorientur in harum observatione. a *Matt.* 21.43 *Auferetur à vobis regnum* a, ait Christus, quem hìc Arnob. citat, *& dabitur genti facienti fructus ejus*: & in Christo, cui *data est omnis potestas* b tristatur Judæus, lætatur Gentilis: dicit Judæus se patrem habere Abraham, sed *de lapidibus suscitat* Deus alios veriores *filios Abrahæ* c, quia ille opera *Abrahæ* non *facit* d, vocat se Primogenitum, sed Esau refutatus est.

b *c.* 28. *v.* 18. c *c.* 3. 9. d *Joan.* 8. 39.

Qui dominatur in virtute sua in æternum,) Hieronymus, *qui dominatur in fortitudine sua in saculum*, Sed apud Trevetum, *à sæculo*: apud Victorium, *sæculo*. Alii, *sæculo*, ideſt, orbi toti, nam עולם *mundo*, & αἰὼν, vel pro *mundo*, vel pro *tempore* potest accipi. Primo modo significatur imperium Dei & Christi, non in Judæos tantum, sed in ceteras gentes, orbemque universum. Hilarius, *qui dominabitur in potentia sua in æternum*. Quamvis in Commentario usurpet etiam, *in virtute*. Cassiodorus, *qui dominatur in potentia sua in æternum*. Notat autem Hilarius de Christo, ut homine, istud dici, sicut quòd sit *exaltatus*, *eique datum nomen super omne nomen* e & *omnis potestas in cœlo, & in terra* f. Ait præterea, phrasin Græcam, τῷ δεσποζοντι ἐνδυναστεία αὐτῦ τῶν αἰώνων, Latinè non satis propriè reddi potuisse. Apud Græcos, τὸ αἰώνιον, certi & designati sæculi significationem, inquit, habet, apud Latinos (in æternum,) omne tempus, sine definitionis alicujus proprietate, Christus verò, subdit ipse, ut Unigenitus DEI filius regnavit semper, non tamen semper in corpore, idcircò Græca voce tempus illud ostendi quo glorificato in gloriam DEI corpori Christi & nomen datur, & regnum, quum scilicet evacuaverit omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & *novissima devincetur mors* g, tuncque solus in virtute sua sæculo dominabitur. Hoc mihi cum Hilario disceptandum non est, αἰώνια *æternitatem* quoque significare posse, omneque tempus sine definitionis alicujus proprietate, nam suppetunt exempla permulta. Sive pro αὐτῦ legatur αὐτῷ, sive illud retineatur, potest exponi, *qui dominatur in virtute potentiæ, potentatu sui ipsius*: Vel, *sui ipsius sæculi*, sæculi quod suum est. Priorem sensum sequitur editio nostra: nec alium fert affixum Hebræum cum nomine, & præpositione בגבורתו *bigvurathò*. Existimo etiam idem valere *Dominum* dici *sæculi*, ut comprehendit omnia tempora quæ cœlestium orbium circulationibus existunt, & esse mundi, qui ab iis pendet, vel sæculi, ut alias etiam durationes comprehendit indivisibiles, quomodocumque vocentur, & cunctarum rerum creaturarum. In isto sensu dicitur Christus, ut Deus præsertim; *rex sæculorum* b, & *per eum facta sæcula* i. Apollinarius exposuit de regni æternitate, quod præ se fert Latina versio:

b 1. *Tim.* 1. 17. i *Heb.* 1. 2.

Κράτει νωλεμέρω σφετέρω μεδέοντι ἠ ἀλκῇ;
Fortitudine semper sua dominante, & virtute.

Gemina *sæculi* acceptio.

Græci reliqui de utroque *sæculo*, quod & utrumq; mundum, & utriusque significare durationem potest, qui sensus in idem recidunt. Lege de utraque *sæculi* acceptione Augustinum k. Dativus Græcus, τῷ γεσπόζοντι, refertur ad proximè præcedentem in alio versu, *ibi lætabimur in ipso*, ἐν αὐτῷ, ut sit videlicet lætitia in DEO dominatore omnium rerum. Dominationem, & potestatem quæ sese exerat, ac exerceat actionem, significari putat per משל *mascial*, cujus hic participium est משׁל *moscel* Hebræus, qui Cajetanum docuit l. Non est id perpetuum, licèt quandoque alibi, atque hoc etiam loco, verum, sed sumitur non ratò pro ipsa ditione, dignitate, facultate, dominio habituali. *Gloria magna est sequi Dominum* (talique servire Domino, & in eo sperare) *longitudo enim dierum*, (& præsentium, & æternorum, quum sit omnium Dominus utpote in æternum, & sæculi, sive mundi) *assumetur ab eo* m.

k *S. de Gen. ad lit. c.* 17. l *in Job. c.* 25 m *Eccl.* 28. 28

Oculi ejus super Gentes respiciunt.) Omittit Hieronymus præpositionem, dicitque, *aspiciunt*. De vario in utramque partem DEI aspectu in peccatores, & justos, quodque *in omni loco oculi Domini contemplentur bonos & malos* n, nempe velut ex specula, quam judicat verbum צפה *tsaphah*, quod utrobique est, agit Hilarius, nosque ipsi jam satis aliquoties alibi egimus. Misericordiæ hìc ille oculum interpretatur, & tamquam ministerio famulantium Angelorum protectionem gentium, atque in omnes credentes doni divinæ miserationis effusionem. Communis autem ille de Gentium vocatione sensus à Cyrillo quoque traditur Alexandrino o.

n *Prov.* 15. 3. o *l.* 4. *in Joa. c.* 31.

Qui exasperant, non exaltentur in semetipsis.) Hieronymus, *qui incredulis sunt*. Alii, *rebelles*, vel, *defectores*, vel, *desertores*, המורדים *hassorerim*, aptum & conveniens Hebræis epithetum, quod etiam est in Psal. 67. p, cum eodem participio Græco loci præsentis παραπικραίνοντες, ubi reddit quoque Hieron. *incredulos*. Utrobique Symmachus, ἀπειθεῖς, *incredulos*, Aquila, ἀφισαμένους, ibi Theodotio ἐκκλίνοντας, *declinantes*. Adi Psalmi illius separatim editum à me commentarium. Nec enim repetere delectat dicta, vel decet. Romanum Psalterium, Hilarius & Arnobius, *qui in ira provocant*. Psalterium Gallicanum, & Cassiodorus, *in ira*. Augustinus, *qui amaricant*. Sed non vacat plura dicere. Solùm considera tale cognomen generationis Judaicæ sæpius repeti, ut non tantùm prava, sed *exasperans* q, dicatur, & exasperatrix. Eodem conducunt quæ de *felle amaritudinis* docui, in quo Simonem Magum Petrus *videre* dicebat *esse* r. Multa sunt quę DEUM exasperant, & iracundiam provocant, sed hypocrisis, ac simulatio maximè. *Spiritus* namque *Sanctus disciplinæ effugiet fictum* s; & *simulatores & callidi provocant iram DEI* t, nec acerbiùs indignatus legitur Christus quàm hypocritis: & à gravissimè irato DEO rex datur *hypocrita* u: & gravissimum supplicium idem Christus ait esse, *ponere partem alicujus cum hypocritis* x: Occurrunt & hic memoriæ ad librum Sapientiæ y, disputata. Quicumque ipso vitæ genere, ac munere profitetur, præque se fert probitatem, sanctitatem, orthodoxam doctrinam, nec præstat, hypocrita est. Unus palam ac ritè populus Hebræus illa quondam quum profiteretur, nec factitaret, meritò *exasperans, defector, desertor, declinator, apostata, hypocrita*, nominabatur, tum etiam quum suæ illius prætextu professionis, quæ jam exoleverat, acerbat Gentiles ab expositа cunctis Novi Testamenti gratia. Ergo hìc *exasperantes* intelligimus *DEUM*, tametsi DEI non apponatur nomen, quod addidit de suo Interpres in Job z. *Simulatores, & callidi provocant iram DEI*, quod LXX. exponunt, quasi provocent DEUM, ut instruat in eos exercitam, (τάξασι θυμὸν,) & partes vulpium faciat, ponatque illos cum hypocritis, ut aliàs etiam dixi a. Asperiores tùm verbis, tùm factis, indigni sunt qui exaltentur,

p *vers.* 7. q *Ps.* 77. 8 *Ez.* 2. 5. 6. 8 *c.* 3. 9. 26. 27 *c.* 12. 2. 3. 9 25. *c.* 17. 12 *a.* 44. 6. r *Act.* 8. 23. s *Sap.* 1. 5. t *Job.* 36. 13. u *c.* 34. 30. x *Matt.* 24. 51. y *in c.* 1. 5. z *c.* 36. 13. a *in Ps.* 62. 11. Asperiores tùm verbis tùm factis, aut etiam erga seipsos nimis asperi; indigni Præsse a iis.

tur, & præſint aliis: hi etiam qui nimis erga ſeipſos auſteri quum verendum ſit, ne ſe & adverſus alios eodem gerant modo, quoniam, *Qui ſibi nequam eſt, cui alii bonus* a *erit?* Sed hæc, quæ hinc elicit Hugo, non ita certè aptè contextus verbis congruunt, nam *exaltari in ſemetipſis* non eſt aliis præeſſe, & imperare, ſed inſoleſcere, & efferri, ſuperbire, arrogare ſibi munera præſertim gratiæ.

a Eccl.14.5.

Eſt in fine סלה *ſelah*, & διάψαλμα, quo denotari putat Hilarius, quæ ſequuntur, non ex Prophetæ perſona, ut priora, ſed ex Apoſtolorum dici, ut illo invitante, prædicantibus iſtis, eadem doctrina Veteris ac Novi Teſtamenti prædicatio contineretur. Aliis placet indicari ea nota reditum ad id quod initio Pſalmi Vates dixerat, invitando populum ad laudes DEI, gratiaſque pro beneficiis divinis.

Verſ. 8.) Benedicite Gentes Deum noſtrum: & auditam facite vocem laudis ejus,

enſus loci.

INcitatio eſt ſive Prophetæ, ſive juxta myſticum ſenſum, Apoſtolorum, & Apoſtolicorum Prædicatorum, qua Gentes omnes advocantur, idolorum deſerto cultu, ad laudandum, & colendum unum verum DEUM, & quod in ſe eſt, nomen ejuſdem notitiamq; longè ac latè ubique propagandum. Tempus eſſe ut ſuccedant Gentes Judæorum ingratiſſimo populo, qui non deſinit exaſperare, atque ad iracundiam provocare Deum, apoſtatare, ac recedere à DEO, prævaricari

b Ezech.2.4 pactum illius, *dura facie & indomabili corde* eſſe *b*. Confirmavit DEUS promiſſiones Patrum, ſed ad

c Rom.15.8. & ſeq. *Gentes* pertinet *ſuper miſericordia honorare illum c*. Decet benedici à Gentibus Deum, quas ille benedixit in ſemine Abrahæ, & numero prope infinitas velut *ſtellas cœli & arenam, quæ eſt in littore* d, *maris*: Eccleſiæ ſuæ dignatus eſt aggregare, *& omni benedictione ſpirituali in cœleſtibus in Chriſto benedicere* e.

d Gen.22.17

e Ephes.1.3.

Benedicite gentes.) Hieronymus, *populi*. Alibi monui *f*, *gentes* ac *populos* גוים *goim*, & עמים *hammim*, ſæpe ſynonyma eſſe, quemadmodum λαὸς & ἔθνη, nec de ſolis Judæis (populorum) de ceteris (gentium) nomen uſurpari.

f Pſal.2.1.

DEUM noſtrum.) Nihil refert quòd caſu Dativo exponat Hieronymus. Utroque in caſu noſter interpres utitur *benedicendi* verbo ſatis frequenter, ut non ſit opus exempla commemorare. Additur in Romano Pſalterio, *Dominum*: *Benedicite Dominum Deum noſtrum*. Perpendit pronomen, *noſtrum*, Hilarius, non eſſe ex inani, hoc eſt, fruſtra, poſitum, ut ille ſignificetur benedicendus DEUS, cujus hìc opera recenſentur, & *terrebilis* dicitur *in conſiliis ſuper filios hominum*, hoc enim proprium Apoſtolicæ doctrinæ eſſe, (Apoſtolos enim hìc loquentes facit) DEUM ex lege ac Prophetis prædicare. Valet id etiam ne Gentes participes factæ ſpiritualium Ju-

g Rom.15.27 daicorum *g*, adverſus Judæos inſoleſcant, & hoc exaſperantes, ac invidentes eorum ſaluti, imitentur. Mutuas utriuſque populi querimonias hac in re Paulus compeſcit, componitque, præſertim in Epiſtola ad Romanos; tùm verò in cap. 16. ejuſdem. Qui priora tropologicè ad agendam pœnitentiam tranſtulit Ayguanus de converſo in aridam mari, &c. ait hìc ſuaderi patientiam, ac DEI laudem in tribulationibus, quæ remorari nos à pœnitentia ſolent.

Et auditam facite vocem laudis ejus.) Non diſcrepat Hieronymus. In Pſalterio Romano, apudque Hilarium, *obaudite vocem laudis ejus*. In Gallicano Pſalterio, & apud Arnobium, *obedite voci laudis ejus*: apud Auguſtinum, & Caſſiodorum, *audite vocem laudis ejus*. Quo item pacto legit Hilarius in Commentario Lectionis autem Græcæ vim, ex qua Latina noſtra translata eſt, explicat idem Doctor, ut ſit ἀκουτίσατε τῇ φωνῇ τῆς αἰνέσεως αὐτοῦ, efficere ut, *audiatur vox laudes DEI*, ſicut

h Matt.10.27 præcedit Chriſtus *h*: *Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, & quod in aure, auditis prædicate ſuper tecta*. DEUS namque, inquit, conſtanti & publica prædicatione laudandus eſt, neque debet in commemorandis virtutibus ejus fides noſtra trepidare. Exprimit id magis translatio Symmachi, ἀκουστὸν ποιήσατε,

In commemorandis Dei virtutibus fides noſtra trepidare non debet.

A vel ποιεῖτε, *auditam facite*. In Pſalmo 105. *i*: eadem prorſus formula dicendi eſt à LXX ſic etiam expreſſa, *auditas faciet omnes laudes ejus*, ἀκουστὰς ποιήσει, &c. Item in 142. *K*, *Auditam fac mihi mane miſericordiam tuam*, ἀκουστὸν ποίησον, &c. Aliis exemplis ſuperſedeo *l*, in quibus eſt Hebræum verbum huju, loci השמיע *hiſmiahh*; quod propriè valet, *audire facere*. Sic melius Latinè circumloquimur, quia, ut Hilarius ait, Latinitas noſtra proprietatem in alia translatione non habet, in qua nimirum legitur, *obaudite*, vel, *audite*. Auguſtinus legens, ut dixi, *audite vocem laudis ejus*, explicat, ne nos ipſos laudemus, ſed ipſum, quia gratia ipſius ſumus, quicquid boni ſumus. Certè laus omnis debetur DEO, etiam in eo opere moraliter bono, ſi quod eſt, quod cum ſolo auxilio generali operari per naturales vires valeamus. Sed editio noſtra non gignit hunc ſenſum, verùm ut prædicetur, atque celebretur voce & ſermone laus DEI, ut ore confeſſio ejus fiat *ad ſalutem m*, ut qui audit vocantem Deum, dicat cuivis alteri, *veni n*, ut *ex abundantia cordis* gratia

B DEI pleni, *os ipſum loquatur o*, & *eructent labia hymnum p*, & *memoriam ſuavitatis divinæ q*.

i verſ. 2. K verſ. 8. l Eſa. 30.30. c. 43.12. c. 1. & 21. c. 48. 6. 20 c. 62. 11. & alibi.

m Rom. 10. 10.
n Apoc. ult. 17.
o Matt. 12. 34
p Pſ. 118. 171.
q Pſ. 144. 7.

Verſ. 9.) Qui poſuit animam meam ad vitam: & non dedit in commotionem pedes meos,

MAteriam laudis proponit, quòd ſeipſum, atque alios, quos in ſua comprehendit perſona, liberaverit ex maximis malis, & ex ipſa morte impendente ereptos reſtituerit vitæ, neque permiſerit lapſum, & caſum, quaſi fallentibus pedibus, in ultimum exitium, & in calamitatum barathrum profundum. Intelligitur nonnulli de Hebræis quum eſſent in Ægyptiaca, alii, in Babyloniça captivitate, Servitus morti ſimilis eſt, ait Euthymius. Myſticè convenit, ut Hilario placet, Apoſtolis, & Apoſtolicis viris, quos prædicatum Chriſtus mittens, utque auditam facerent vocem laudis divinæ, *juſſit* vitæ propriæ

C non timere, certos de vita æterna, ad quam ipſe animas eorum poneret. Auguſtinus, & alii Latini, nec non Nicephorus, de vita ſpirituali, deque liberatione ab oppoſita morte interpretantur, ut ſcilicet à morte peccati transferamur ad gratiæ vitam. Athanaſius vitam quoque accipit paradiſi, ac æternam, ſimilem quodammodo ei, quæ in paradiſo terreſtri erat. Unde, niſi peccaviſſet Adam, translatus eſſet ad illam meliorem; de qua etiam Paraphraſtes exponit hunc locum.

Qui poſuit animam meam ad vitam.) Hieronymus, *noſtram*. Legerunt LXX. pro נפשנו *naphſcenu*, cum affixo primæ perſonæ pluralis נפשני *naphſceni*, cum affixo ejuſdem perſonæ ſingularis: & eodem modo in ſequenti membro, ubi *pedes meos* dicunt, pro noſtros, in quo etiam numero ſunt verſus ſequentes tres; quamvis inde ad finem Pſalmi alii ſint in ſingulari. Paraphraſtis expoſitio eſt, *qui connumeravit animam noſtram in vita ſæculi*, ſive *mundi venturi*. Solent quæ magnifiunt in numerato haberi & recenſeri. Quare indicat Chaldæa paraphraſis ita ſingulos hìc dici numeD ratos à Deo propter ſingularem ipſius de illis curam, & providentiam. Quod Abigail dixit: *animam cuſtodiri quaſi in faſciculo viventium apud Dominum Deum r*, & Chriſtus neminem oves illius *rapturum de manibus ſuis ſ*, ſeque *ex iis quos dediſſet ei Pater, non perdidiſſe quemquam t*. Ad eumdem igitur modum *ponere* Deum *animam aliquorum ad vitam*, eſt, quaſi collocare in tuto, ac veluti intra locum vel vas, ubi conſervetur anima, ita ut vivificari poſſit, & vita per eam conſervari, dum conſiſtit tamquam in bene diſpoſito loculamento, ideſt, in corpore. *Vivet*, inquit David *u*, alibi, *anima mea*, & *laudabit te*, *non moriar x*, *ſed vivam*, *& narrabo opera Domini*, ac ſi dicat in præſenti Pſalmo cauſſam, cur ipſe & alii ſecum benedicere Deum debeant, & auditam facere vocem laudis ejus eſſe, quoniam fecit, ut retenta in corpore anima vivere liceret, idque per eximiam quamdam providentiam, quam phraſis *ponendi animam ad vitam* importat: nam *ponere quidpiam ad aliquid*, eſt ordinare juvare dirigere, deducere, ita ut infallibiliter, & ſine errore illuc perveniat. Quo pacto dixit Chriſtus poſuiſſe ſe diſcipulos, ut *irent*, *& fru-*

Senſus loci.

Servitus morti ſimilis eſt.

Myſtica adaptatio.

r 1. Reg. 25. 29.
ſ Ioan. 10. 28
t c. 18. 9.

u Pſ. 118. 175
x Pſ. 117. 17.

Ponere quidpiam ad aliquid, quid ſit.

& fructum afferrent, & fructus eorum maneret a. Expli- A cant Lyranus, & Trevetus, de Hebræorum in Ægypto vita, ut quo magis illam Ægyptii niterentur eripere maximis oneribus, & laboribus, hoc eam quoque Deus conservaret magis, faciens ut magis multiplicarentur. Tandem innuit hæc oratio vitam humanæ animæ immortalem. *Ponere animam in manu alterius* b, esse permittere potestati ejus, ut possit illam exttahere; *ponere ad vitam* erit efficere ut vitam tribuat. Denique *ponendi* verbum frequentissimè singularem quamdam, & accuratam aliquid faciendi rationem denotat. Innuit Hilarius alium sensum, *ut ponere animam ad vitam*, vel *in vitam*, ut etiam loquitur, sit tribuere animæ dominium vitæ; ut quum se tolerandi dat occasio, anima quis præsente ac vivace spernat vitam, & quod mox subditur, non commovea- tur, nec quod Paulus dixit c, *æstimet animam*, idest vitam, *pretiosiorem quàmse*, hoc est, quam animam, ut rationalis est, & pro dignitate quam habet, comprimat inordinatum amorem vitæ. Sic *ponere animam ad vitam* erit, eam applicare ad dominandum vitæ. Nec displicet B *ponere animam ad vitam* esse, veluti exanimatum animare, quod alibi vidimus dici *convertere animam*. Eleganter carmine Gallico sic Philippus de Portis cecinit:

C'est luy qui nous r'anime, & nous faict cheminer,
Si seurement pur tout, sans que le pied nous glisse,

Tropologia d Tropologicè hoc loco *ponere ad vitam*, ut jam prius attigi, est à Christo, qui se ipse nominat *vitam* d, vitam habere, & *abundantius habere* e, & pietatis consequi donum, quæ *promissionem habet vitæ quæ nunc est, & futuræ* f, à Deo proponi, præscribi, exhiberi cuncta, quibus adipisci vitam queamus tùm gratiæ, tum gloriæ. Applicat nos Deus ad vitam, & *viæ* docet g *vias* in sua veluti schola; diabolus ponit ad mortem; & mundi carnisque prudentia, quæ mors est ad mortem, ut indicat Hugo. Ayguanus autem explicat, adversis non vivificari. Quo sensu diceret interpretari tentationem, sive *militiam* esse *vitam nostram* h, quia confert ad spiritualem vitam recuperandam & conservandam in hoc corpore, ac ad æternam in futuro consequendam.

Et non dedit in commotionem pedes meos.) Hìc quoque C monui plurali numero *pedes nostros* esse. Hebraicè. In Psalterio Romano & Gallicano seu vetere, seu Ambrosiano, & apud Hilarium, Arnobium, Cassiodorum, *non dedit commoveri pedes meos*. Apud Augustinum, & Isidorum i, *non dedit in motum pedes meos*. Quid sit, *pedes commoveri*, repete ex psalmo 37. k. *Dum commoventur pedes mei, super me magna locuti sunt*, quid *lapsum pedum*, ex Psalmo 55. l de eodem præterea pedum motu, & commotione, aliis in psalmis mentio m fit, & de *offensione ad lapidem* n, censeturque in beneficiis Dei, liberare pedes de lapsu, nec eos *dare in commotionem*, & *pedes servare* o, quemadmodum non permittere ut *manus peccatorum moveat* p *nos*, *ne exultent qui tribulant*, *si moti fuerimus* q, sed à *dextris nostris esse*, *ne commoveamur* r. Hæc Isidorus s de nutante vaganteque Cain disputans, considerat, qui dispersorum nunc Judæorum typus fuerit. Cui est otium, persequatur causlas propter quas firmiter pedes non consistunt, sive podagra laborent, sive spina transfixi sint, sive quid aliud occurrat. *Claudicatio* inconstantia est: *podagram* Hugo inflationem, tumorem- D ve superbiæ interpretatur. *Spinas* amorem divitiarum. Si clavis Christi, ac timoris, sancti configantur, non infirmabuntur, & cui auxilium est à Domino, non *dabit eis in commotionem pedes* illius, neque dormitabit, aut dormiet custodiens ipsum t.

a *Ioan.* 15. 16

b 1. *Reg.* 19. 5 c 18 11. *Ponere animam in manu alterius*, quid sit. *Ponere ad vitam* quid item.

c *Act.* 20. 24.

d *Ioan.* 14. 6. e c. 10. 10.

f 1. *Tim.* 4. 8.

g *Ps.* 15. 11.

h *Isa.* 7. 1.

i *in Gen. l.* 6. Phrases scripturæ.

K *vers.* 17. l *vers.* 14.

m *Ps.* 72. 2. *Ps.* 93. 18. *Ps.* 114. 8. *Ps.* 120. 3.

n *Ps.* 90. 12.

o 1. *Reg.* 2. 9.

p *Ps.* 35. 12.

q *Ps.* 12. 5.

r *Ps.* 15. 8.

s *supra*. Cain Judæorum nunc dispersorũ typus.

t *Ps.* 12. 4.

Vers. 10.) Quoniam probasti nos Deus, igne nos examinasti, sicut examinatur argentum.

Sensus loci. FActa priùs mentione de benignitate Dei liberantis à maximis periculis, ad eumdem convertens orationem, ait, illa pericula tribulationesque examinis loco fuisse atque probationis, & purgationis à peccatis, quemadmodum probatum igne ac examinatum argumentum non consumitur, sed à scoria liberatur, mundum declaratur, purius evadit. In ista Babylonica captivitate, de qua hic haberi sermonem volunt, pueri tres in ignis fornacem conjecti sunt u, Daniel in lacum leonum x, alii variis vexati modis, ut omittam eos, quos justè *fruxit in igne Rex Babylonis* y, etiamsi de lapidatione intelligant alii, ut & per ignem quæque cum igne conjuncta sunt, quamlibet tribulationem, quod aliàs notatum est: quidam utrumque passos, primùm lapidationem, deinde concremationem, sicut diu ante illos Achan z. Qua de re consule Christophori à Castro nostri commentarium sanè doctum in Jeremiam, qui demonstrat fuisse illos ipsos impudicos senes, ac iniquos Susannæ accusatores, & judices. Profecto non illis sed aliis fuisset illa pœna utilis *ad probationem*, ad παράδειγμα. Ignis & ollæ succensæ meminit idem Jeremias crebro, nec non alii Prophetæ, qui de Babylonica captivitate scripserunt. Istam examinationis per ignem similitudinem ex argento examinavimus alibi a. Benè monet Hilarius, Deum non examinare tamquam ignoret, & ad comparandam cognitionem, sed *ut operetur tentatio probationem* b, eorum, qui examinantur, ut igne purgati, & ab admixtione vitiorum carnalium defæcati, splendeant examinatæ innocentiæ claritate. Omnes historiæ sacræ & Ecclesiasticæ plenæ sunt exemplis egregiæ istius examinationis & fortitudinis in Apostolis, Martyribus, Confessoribus: de quibus Enarratores hunc locum communiter interpretantur, prætereaque Athanasius & Cyrillus in Catena Nicetæ, & Epiphanius c, & Ambrosius d.

u *Dan.* 3. 6. x *cap.* 6. 7.

y *Ier.* 29. 12. Per *ignem* quælibet tribulatio intellecta.

z *Iosue* 7. 14.

a *in Ps.* 11. 7. & *Ps.* 16. 3. Deus non examinat tamquam ignoret.

b *Rom.* 5. 4.

c *Harm.* 64. d 2. *de Iacob. cap.* 11.

Probasti nos Deus.) Idem Hilarius observat sermonem cœptum ex uno referri ad plures, quia unus est spiritus, & una credentium fides, *anima una*, *cor unum* e. At Hebraicè, ut dixi, etiam superiora sunt in numero plurali, & quod priùs collectivè dicitur, exprimitur postea distributivè. Vera tamen illa & salutaris annotatio.

e *Actuum* 4 32.

Igne nos examinasti sicut examinatur argentum.) Hieronymus, *igne nos conflasti*, *sicut conflatur argentum*. Augustinus, *igniisti nos sicut ignitur argentum*, Duo alia Psalteria, & Cassiodorus, *igne examinasti*, *sicut igne examinatur argentum*. Includitur quidem vocabulum *ignis* utrobique in repetito verbo צרף *tsaraph*, & πυρόω, sed satis intelligitur in argenti examinatione. Celeberrimus est hic locus, frequentissimèque de qualibet usurpatus tentatione ac tribulatione. Ad eos, quos citavi, adjice f, auctorem operis imperfecti, qui baptismatum quinque genera ait unum esse, in igne, hoc est, in tentatione præsente. Idem de igne Cyrillus g docet, addita thuris comparatione, quod in ignibus odoris emittit suavitatem, dicitque viros, sanctissimos æquo animo hilarique fronte tolerantes, præsentis loci verba pronuntiare, & nimia charitate quàm scilicet *ignis* designat) Deum diligere. Tertullianus h non solùm tormenta ignium, sed alia quoque supplicia, & martyria fidei examinatoria *ignis* vocabulo intelligit, Zachariam i citans. Alios proferemus versu 12. qui est de transitu per aquam & ignem. Conflantur reprobi sicut plumbum, quorum *non consumuntur malitia* k, & excoquuntur, *sed non quasi argentum* l, ideoque non *argentum* absolutè, sed *reprobum* nominantur m. Quod ab Ezechiele n scribitur de ære, stamno, ferro, plumbo, scoria argenti, deque ira Dei conflantis. Eusebius o, ait Platonem videri transcripsisse, ac ut fabulam, ut Plato ipse vocabat, proposuisse. Videlicet narrabat omnes in eadem civitate degentes fratres esse; quum Deus illos fingeret, aurum immiscuisse, qui ad gubernandum apti sunt: argentum, qui armis civitatem defendunt: ferrum, & æs agricolis, aliisque opificibus assignasse; interdum ex auro nasci argentum, ex argento aurum: præcipere magistratibus Deum, ut magnam diligentiam habeant, si quis degenerave rit ab auro in argentum, aut ex argento in pejora, nullo modo ignoscant, sed naturæ congruentem reddentes honorem, in opifices aut agricolas deducant: si à pejoribus argentum, aut aurum productum sit, honoretur iste, & ad convenientem locum argenti vel auri conscendat: si ferrum, aut æs ad regendum pervenerit, civitatem destruendam. Permixtum itaq; argentum vel aurum vili metallorum aliorum colluvie purgandum flammis est, si fortè consumtis criminibus, ex plumbeo, ferreo, æneo, stamneo evadat quis argenteus totus, vel aureus; ex avaro, contumace, ac diro, & ex hypocrita, contrariis ornatus virtutibus. Quamquam ex arte conflatoria, vel chymica olim plumbum argen-

f *Chrysost.* 5. Baptismatum quinque genera.

g *lib.* 10. *in Gen.*

Ignis charitatis designatio.

h *in Scorpiace cap.* 7.

i *c.* 13. 9.

K *Ier.* 6. 29.

l *Esa.* 48. 10.

m *Iere.* 6. 10.

n *c.* 22. 18. & *seqq.*

o 13. *de præparat. c.* 25. A Platone ex Ezechiele transcripta.

argento purgando permiscebatur, priusquam argentum vivum repertum esse, ut flueret facilius, minoreque detrimento excerneretur. Hoc potest censeri Dei auxilium internum, vel externum Angelorum solatium, quo recreantur igne tribulationis excocti, sed interdum consumitur hoc fine fructu plumbum, non consumtis malitiis *a*; ut ante dixi. Laborat sæpe quoque frustra probator, qui *probat* aliorum *viam b*, videlicet Prædicator, aut Prælatus, velut alter Jeremias, non solùm Deus ipse, tot utens ad expurgandum modis, ut Nazianzenus *c* quoque observavit. Rupertus *d*, in igneo flammeo gladio versatili ante *e* paradisum observat iram Dei cum misericordia, quia significabat non semper eadem districtione claudi hominibus aditum paradisi, & quod per ignem examinati, & per Angelorum illuc transituri ministerium simus. Tritum etiam profanis res adversas *igni* designare, ac dicere de illo qui summa obeat pericula, *transire* (quod hìc versu sequenti est) *per ignes medios*, vel incedere vel irrumpere, & parasitus ille Terentianus non gravabatur vel è flamma cibum petere.

a Isa. 6. 29.
b vers. 27.
curat. in plagam grandinis.
In igneo flammeo gladio versatili ante paradisum Ruperti observatio.
c in Gen. c. 3.
d Gen. 3. 24.
Res adversæ per ignem designatæ.
Transire per ignes medios.
pro summa pericula obire.

Vers. 11.) Induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorso nostro.

Vers. 12.) Imposuisti homines super capita nostra.

Transivimus per ignem & aquam: & eduxisti nos in refrigerium.

Sensus loci.

IGnis examinationem, hoc est tribulationem declarat distinctiùs fuisse, quod permiserit Deus in captivitatem servitutemque induci, ut viderentur veluti laqueo & vinculis constringi, quod gravissimas molestissimasque quasi moles vexationum humeris ac dorso imponi siverit, ita ut depressi pæne succumberent, quod duros experiri dominos fecerit, incumbentes & insidentes tamquam jumentis, vel etiam pedibus conculcantes, & proterentes, quod in summa, nullum defuerit ipsis calamitatis genus, per extremas illas duas res, *ignis* & *aquæ*, satis intellectum. Subdit nihilominus benignitatis tandem suæ Deum non oblitum, ex tot malis liberaturum, & ad jucundam, tranquillam, prosperam vitam traducturum. Et literaliter de Hebræis aut in Ægypto, aut in Babylone sumuntur ista, aut mysticè de Ecclesia, & quodlibet justo. Nec nunc hærendum diutius, sed in particulari enucleatione, quid occurrat afferendum.

Abusus istius loci ab Origenistis ad errorem suum de animarũ existentia.
f Har. 64.

Hoc unum hic notari debet abusos Origenistas, Methodio teste, apud Epiphanium *f*, loco isto ad errorem suum, de animarum existentia, peccatoque, vel merito priusquam demitterentur in corpora, vocabant corpora laqueos, uteros matrum, ignem & aquam, propter calorem, & humiditatem, vel sphæram ignis, & aquas, quæ dicuntur esse super firmamentum, per quæ loca de cœlis delaberentur. Post alia Methodius eaque, quibus antea docuerat, peccatum nullum admissum ab anima separata, sed ab homine composito ex eadem, & ex corpore, declarat hunc locum totum de martyribus utriusque testamenti, qui pie ac fortissimè decertantes, gratias agunt Deo. Confirmat id etiam simili loco sapientiæ *g*, & cujusdam alterius Psalmi *h*, in quo canitur evasio ab hominibus vivos deglutire volentibus, à torrente, aquaque intolerabili, à laqueo: & 25. *i*, qui cum isto nostro affinitatem habet, ubi mentio probationis *ustionem renum, & cordis*: & Esaiæ *k* pollicentis liberationem ab aqua, & igni; Addi vero potest psalmus 16. *l*, eadem continens cum nostro, & cum 25. Adjungit ad martyres exemplum Abraham, Job, trium puerorum in fornace Babylonis, quos hic innui antea dixi, ut notat Euthymius. Tandem idem Methodius ait, quod sibi licebit ubi in die Domini citra dolorem transgressus fuerit ignem: & impetum, aquarum usurpare cum actione gratiarum præsentis loci sententiam. Eam Bernardus *m* beato Malachiæ attribuit. Porro refellit Origenem fusiùs Sixtus Senensis *n*. Quo pacto etiam inducat Deus in laqueum, ac tentationem,

g cap. 5. 10.
h Ps. 123. 3. 4.
i vers. 2.
k c. 43. 2.
l vers. 3.
Præsentis loci sententiæ usurpatio.
m serm. de S. Malachia.
n Bibl. annotat. 185.

Aita ut *non sinat nos tentari supra id quod possumus o*, dicam alibi.

o 1. Cor. 10. 13.

Induxisti nos in laqueum.) Hieronymus, *introduxisti nos in obsidionem*. Alii, *in angustum*, vel *in rete*. Videtur Hieron. legisse cum littera (ר) *resch* מצורה *metsurah*, & qui *constrictionem* vel quid tale reddiderunt. Extat modo cum (ד) *daleth* מצודה *metsudah*, quod valet *rete*, *laqueum*, *sagenam*, *muscipulam*, quam hìc legit Augustinus & similia. A radice צור *matsad*, significat *arcem*, *munitionem*, *cavernam*. Et inde potiùs videtur nomen tractum Hieronymus legisse, ita ut non intelligatur ex filis confectum rete, laqueusve, sed ergastulum, in quo dura quis catena vinculoque constringatur, sicut in Ægypto, & Babylone Hebræi. Basilius, Theodoretus, Euthymius, ajunt indicari lacum leonum, in quem Daniel conjectus est. Euthymius, ac Nicephorus etiam πᾶσαν κακῶσεως συνοχήν, *omnem afflictionis complexum*, & *universitatem*. Vide psalmum 10. *p*. *Pluet super peccatores laqueos*. De martyribus exponens Hilarius, Cassiodorus, & alii, custodiæ catenas hìc accipiunt, vinculaque, carcerem, alii etiam strangulationem. Laqueo vitam finire jussi, Dorotheus, & Gregorius, ut memorat Eusebius *q*, sed rariora hujus de martyribus nostris exempla, supplicii alioqui apud Romanos vetustissimi frequentissimique. Causa opinor, quod intra carcerem ferè tantùm lucretur, ut Petrus *r* Faber docet martyres plecterentur palam & publicè. Notatu porro dignum, hic Deum *induxisse* dici, sicut priùs *probasse*, & *examinasse*, postea *posuisse*, & *imposuisse*, quia nihil horum alii facerent, nisi permissi à Deo, mala voluntate aliorum utente benè. Canonis hujus extant exempla plurima, traduntur ab Augustino *s*, Damasceno *t*, R. Mose *u*. Hac de causa David præceptum Semel dicebat à Deo, ut *malediceret* ei *x*. Rabsaces dixisse sibi Deum ut accederet ad terram Jerusalem, & *demoliretur* *y*, *eam*: Nechao jussu Dei venisse, nec impediri debere *eum quo Deus esset z*. Propter eamdem rationem calamitates illatas à Satana Job tribuebat Deo *a*. Denique, ne plura Totila cuidam respondit: *Dei se flagellum* esse, & Tamerlanes *iram Dei*, & Alexander se à Deo missum *in expeditionem b*, & Titus se Deo iracundiam contra Judæos demonstranti manus *c* præbuisse. De duplici laqueorum bonorum & malorum notione aliàs egi.

p vers. 6.
q 8. hist. c. 6. Strangulationis supplicii apud Romanos frequens & vetustum.
r 2. Semestr. c. 7. & 9.
s 6. de Civ. cap. 5.
t l. 4. c. 14.
u 2. direct. cap. 48
x 2. Reg. c. 16 10
y 4. Reg. 18. 25
z 2. Par. 35. 21.
a Iob. 1. c. 2.
b Iosephus 11. antiq. c. 8
c Philostr. 6 de vita Apollin. cap. 14

Posuisti tribulationes in dorso nostro.) Hieronymus *posuisti stridorem in dorso nostro*. Alii, *angustiam in lumbis nostris*, vel *coarctationem*, *anxiam molestiam*, *morbum constringentem*, *tribulationem*, *gemitum*, *catenam*, *strepitum*, *fremitum*, *crepitum*. Chaldaicè, *posuisti catenam in lumbis nostris*: Extat vox Hebræa מועקה *muhhakah* à radice עיק *hhik* in hoc tantùm loco. Catenæ, onera, flagella, stridorem gemitumque ac alia similia extorquent. Aliud nomen cum affixo מתניו *mothnenu* significat *lumbos*, sed *dorsum*, & νῶτος comprehendit utrumque lumbum. In Ægypto Hebræi oneribus affligebantur, & opprimebantur à magistris operum, & *operibus luti*, & *lateris*, *omnique famulatu* d, & *illusione*: sed & *qui præerant operibus filiorum Israel flagellati sunt ab exactoribus Pharaonis e*. Credi potest similia passos Hebræos in Babylone. Euthymius, Nicephorus, Basilius, Theodoretus, de verberibus interpretantur in Babylone toleratis, τὰς θλίψεις, vel, ut inquit Nicephorus, sunt non solum μάστιγες *plagæ*, sed etiam τὰβαρη τῶν πειρασμῶν *graves tentationes*, sive onera tentationum aliarum. Lyranus, Trevetus, & alii qui sequuntur Hebræos, malunt de captivitate Ægyptiaca intelligere. De Babylonica est illud in Threnis *f cervicibus nostris minabantur*, quod Paraphrastes explicat de sarcinis impositis ab hostibus, quum deducerent captivos, aut de lapillis data opera inclusis in saccos ad onerandum. Hilarius, Ruffinus, Cassiodorus, Bruno Herbipolensis, aliique, mysticè sumunt de flagellatis Apostolis, quod convenit & aliis martyribus & confessoribus nec non etiam justis, atque præterea peccatoribus pœnitentibus, quos castigationibus curvat Deus ad humilitatem, ut ait Hugo, ut sit *virga in dorso ejus qui indiget corde* g, *Fabricent supra dorsum* justorum *peccatores h*, sed, ut antè dicebam, ipsemet Deus censetur id facere, immo & omne malum quod fit *in civitate* i, ac ubique, non solùm permittendo, & ad bonum referendo malitiam

d Exod. 1. 11. 12. 13. 14. c. 3. 7. 8. 17. c. 4. 31 c. 5. 4. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13.
e c. 5. 14. 15. 16. 17. 18. 19.
f cap. 5. 3.
g Pro. 10. 13
h Ps. 128. 3.
i Amos 3. 6

tiam peccati, sed pœnam etiam per se constituendo. Recte facit qui flagellorum stridorem & contusionem, ut voces Hebræa & Græca denotant, ipsemet sponte suscipit, & in dorso suo ponit, dico de flagellis etiam externis, quas vocamus *disciplinas*, de quo argumento copiosè doctèque libris tribus Gretserus noster nosque alicubi tomo priore. Possent huc revocari pondera ferri, & saxorum, dorso, collo, pedibus, ori martyrum ad cruciandum appensa. Commodè satis locus hic totus de religiosis exponi potest. His manicæ compedesque imponuntur, & collo torques *a*, sed aurei, quia spontanei, & ex singulari gratiæ divinæ beneficio: *subjiciunt humerum, & portant* disciplinam, *ne acedientur vinculis ejus b*, ideſt tegulis, & aliis oneribus, nec non severioribus pœnis, vel impositis, vel ultro susceptis: impositos habent homines super capita sua, h. e., superiores tùm mediatos, tùm immediatos, transeundum illis per ignem & aquam carnalium tentationum; & frigiditatis, s. tepiditatis ac corporis: ut sic domo Dei, in qua degunt, alacriùs offerant holocausta bonorum externorum corporis, animæ, operum omnium, pro ut conceptis verbis per labia distinctè pronunciatis promiserunt, idque cum medulla hilaritatis, & incenso devotionis, nec bobus parcendo, nec hircis, ideſt, magnis, parvis, sed cuncta absque exceptione consecrent Deo. Paullo aliter de iisdem religiosis Hugo.

a *Eccl* 6.25.

b *vers.* 26.

Imposuisti homines super capita nostra.) Sic Hieronymus, quamvis Hebræum nomen sit singulare, אנוש *enos*, quod *obscurum*, & *ignobilem hominem*, indignumque qui commemoretur, significat, sed oblivione obrui debeat. Collectivè sumitur nomen singulare, sicut & ראשנו *roscenu*, cum affixo. Tales Ægyptii & Babylonii idololatræ, quibus Hebræi serviebant. *Imponi aliquem super caput alicujus*, vel ut sonat Hebræum verbum הרכבת *hirchautha*, *equitare*, est ei superiorem esse, sibique subdere, ac subjicere, & in illum insidere atque insultare, ut eques jumentum, cui insidet, fræno regit, & calcari, & virga, ipsæque proprii corporis, vel alterius oneris farcina premit, sic Psalmo quadragesimo quarto *c*, quod habemus, *prosperè procede*. Hebraicè extat, *prospere ascende*, vel, *equita*. רכב אלה *tselach rechau*. Sumtam vult Euthymius metaphoram à vetere consuetudine, ut qui alios devicissent, captivorum in triumphis colla calcarent. De ea egimus alibi, & omitto petulans Libani servuli exemplum in Plauto *d*. Denique hoc est *fieri hostes in capite e*, *subditos in caudam f*. Possunt etiam intelligi ἐργοδιώκται, *exactores operum*, qui adeo crudeliter urgebant Hebræos in Ægypto, ut dixi, ac fortassis etiam in Babylone. Paraphrastes hoc innuit, *jussisti æquitate auctorem exactionis*, vel, *increpationis*, *super caput nostrum*. Placet hic sensus Lyrano, Treveto, Cajetano (hic addit equitatum Pharaonis persequentem, ac imminentem cervicibus Hebr. fugientium) & aliis Hebr. sectatoribus. De Babylonica servitute sunt illa in Esdræ 2. libro *g*. *Ecce nos ipsi hodie servi sumus, & terra, quam dedisti patribus nostris, ut comederent panem ejus, & quæ bona sunt ejus, & nos ipsi servi sumus in ea, & fruges ejus multiplicantur regibus, quos posuisti super nos propter peccata nostra, & corporibus nostris dominantur, & jumentis nostris secundùm voluntatem suam, & in tribulatione magna sumus.* Qui congruant hæc mystico sensui Ecclesiæ, justisque, nemo non videt, quum sub tyrannis, subque dyscolis, duris, crudelibus dominis vixerunt, & suismet *cervicibus minati* sunt *h*, sicut miseri hodie apud Turcas captivi Christiani terram proscindere coguntur loco tracti, gravia plaustra, vel aratra trahentes. Idem est, si quando tales contingat heros & magistratus etiam Christianos tolerare diabolum addit Hieronymus, erectum super contraque nos ad vexandum, probandum, & tentandum, sed nec hi, nec homines haberent potestatem, *nisi data esset desuper* i, ab eo per quem *reges regnant k*, & *regnare hypocritam l*, quoque facit. *Impositos homines super capita* propter capitalem sententiam Cassiodorus, Bruno Herbipolensis, Beda, Haimo interpretantur. Hilarius, ob martyres, qui potestati irreligiosorum desecanda felicium capitum colla submittebant. A Deo *impositos super capita nostra* homines, ut sint ipsi capita nostra & nostra subdantur eis, ferre patienter debemus, quamvis improbos & sœvos, eosque obtemperare quamdiu contraria Deo non præcipiunt. Hoc Hincmarus *m*, Davidem fecisse scribit, dum regnaret Saul, ac de illo ipso intellexisse quum ista scriberet. In eodem sensu locum hunc usurpat Pistense Concilium *n*. Sensu adhuc opposito qui præsunt aliis, dici possunt *habere homines super capita sua*. Quo pacto Moses querimonias exponens apud Deum, dicebat, *cur imposuisti pondus universi populi hujus super me? & non possum solus sustinere omnem hunc populum, quia gravis est mihi p*. Hoc ipsum Mosi soror ejus dudum antea prædixerat *q*. Solent etiam profani quemlibet magistratum: *onus*, *pondus*, *farcinam* nominare, denique honorem onus appellare. Nomina Tribuum inscripta in Rationali, & in Superhumerali Pontificis, ob recordationem, & memoriale coram Domino, & Judicium filiorum Israel, hoc designabant *r*.

c *vers.* 5.

d *In Asinaria act.* 3. *scen.* 3 e *Thren.* 1. 5. f *Deut.* 28. 13 44.

g *c.* 9. 36. 37.

Ecclesiæ justisque vexatis loci adaptatio.

h *Thren.* 5. 5

i *Joan.* 19. 11. *k Prov.* 8 16 l *Job.* 34. 30.

m *Epist.* 5. *c.* 33.

n *c.* 1. *Tom.* 3 *Concil.*

o *Num.* 11. 11.

p *vers.* 14.

q *Exod.* 28. 18.

r *Exod.* 28. 9 10. 11. 12. 15. & *seq.* 29. 30.

Transivimus per ignem, & aquam.) *Fornacem* Paraphrastes exprimit cum *aqua*. Lyranus autem, & Trevetus explicant de labore lateres coquendi, & aquam comportandi ad commiscendum. Addit Lyranus *ignem*, qui *devoravit extremam partem castrorum* populi murmurantis *s*, & *aquam* Jordanis populo prætereunte *exsiccatam t*. Trevetus item per *ignem* exponit columnam ignis iter nocte ostendentem, per *aquam* rubri maris aquas cedentes, ac stantes à dextris & à sinistris. Ceteri paræmialem phrasin esse dicunt, qua calamitates omnes sub duobus his velut externis comprehendantur. Eadem ratione varii cruciatus inferni *ad nimium calorem*, & *aquas nivium* revocantur *u*, ad fletum, qui colliquescit ignis æstu, tumoque, & *stridorem dentium x*, quem intensissimum frigus efficit. De illo loco Job consule Pinedæ dissertationem. Utitur Philippus presbyter *y* similitudine rigoris, qui præcedit ignem febrium ardentissimum. Elementa maximè hominibus necessaria ignis & aqua sunt, quo utroque interdicebant, qui extinctum, ac deletum de hominum societate hominem volebant. Quare *per hæc transire* est multiplici tentari ærumnarum genere: & *transeundi* verbum indicat brevem moram. Loquitur eodem modo apud Esaiam *z* Deus; *Quum transieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te; quum ambulaveris in igne, non comBureris, & flamma non ardebit in te*. Mundi etiam universi purgatio, expiatioque sicut jam fuit per aquas in diluvio *a*, sic erit in fine per ignem *b*.

s *Num.* 11. 1. 2. 3.

t *Josue* 2. 10. & *c.* 3. 8o 13. & *seq.*

Paræmialis Phrasis, *transire per aquas & ignem.*

u *Job.* 24. 19.

x *Mat.* 8. 22. 33. 24. 51. *Luc.* 13. 28o

y *in Job.*

z *cap.* 43.

a *Gen.* 6. 17.

b *Ps.* 96. 3.

Mystica interpretatio.

Mysticè Hilarius & alii supplicia Martyrum designari volunt, qui etiam ultro in extructos rogos cucurrerunt, & trepidantibus pæne ministris, ignem saltu devotæ festinationis insilierunt, vel in profundum fese aquarum demerserunt, tuto ipso se corpore Deo hostiam, tamquam holocausta, præbentes. Nota sunt exempla. Nazianzenus *c*, omne tribulationis genus per hæc duo intellexit. Nam, inquit Scholiastes Elias, partim urunt, partim suffocant: sed imbecilliores, parumque attentos: attentiores verò magisque sobrios corroborant, confirmant, consolidant, magis acutos reddunt, sicut ferri acies per ignem & aquam durior efficitur. Ephrem *d* præterea in ambobus agnoscit tribulationes. Anastasius *e* Synaita, has voces dicit esse celebrantium diem festum beatorum, qui pro Christo sunt accensi. *Transivimus per ignem, & aquam, & eduxisti nos in refrigerium*. Plures, Augustino duce, *transitum* explicant per adversa & prospera; quia ignis adversitatis urit, aqua prosperitatis corrumpit, & vas igne solidatum aquam non timet, si solidatum igne non fuerit, tamquam lutum solvitur, idcirco in exorcizando adhiberi prius ignem, spiritu immundo clamante, ardeo, postea veniri ad aquam baptismi, denique in refrigerium æternæ beatitudinis. Auctor *f*, Ecclesiastici *igni & aqua* res intellexit adversas & prosperas: (apposita namque dicit à Deo nobis, ut ad quod vellemus, porrigeremus manum, & ante uos constituisse vitam & mortem, bonum & malum, ut quod placeret, daretur nobis.) Quæstionem, *An aqua sit dignor igne*, recitat ex Plutarcho Rhodiginus *g*. Indicat Hieron. *h*, *ignem* esse Spiritum Sanctum; *aquam*, baptismum, & quod attinet ad *ignem*, hunc esse quem *venit Christus mittere in terram*, cupiens ut arderet *i*, & quo Paulus *K* fervere nos volebat, adjunges mox in tribulatione patientiam *l*, ideo nos incendio flammaque tribulationis non consumi, & devorari, quia vox Domini *intercidit flammam ignis*

c *Orat.* 16. *in elect. Eulalæ & Orat.* 2. *contra Jul.*

d *to.* 2. *serm. ascetico pag.* 268.

e *l.* 4. *hexæm.*

f *c.* 15. 17 18

g *lib.* 3. *c.* 12.

h *hic, & in Zach. c.* 13.

i *Luc.* 12. 49.

K *Rom.* 12. 20

l *Ibidem.*

ignis a. Ambrosius *b*, videtur in *aqua* baptismum, in *igne* ignem, quo sunt purganda etiam justorum peccata post hanc vitam, interpretati, & ita quidem, ut nec Petrus, nec Joannes sint immunes. Idem videtur dicere hunc etiam usurpans locum Isidorus *c*.

De hac sententia ultima quod attinet ad *ignem*, egi alibi *d*, docuique ut sonat. verum non esse. Exponit quidam, hos Patres de Purgatorio loqui, sicut & iterum alio loco Ambrosium *e*. Cassianus *f*, *ignem* vitiis attribuit, *aquam* virtutibus, quæ ardorem illorum extinguant, ut sic ad refrigerium perfectionis, puritate cordis mereamur perduci. Utraque re tribulationes rectè innuuntur, tùm igne, tùm aqua, ut exemplis multis ostendi potest, quæ facilè occurrent, & non semel indicata sunt hactenus à nobis. Bernardus *g* tristia & mollia exponens, ait deorsum esse locum quem sibi totum vindicat ignis absque gutta etiam aquæ *h*, & sursum, quem *lætificat fluminis impetus* i, *voluptatis torrens* k, *calix inebrians* l. In hoc medio boni & mali scientiam contineri, voluptatis & tribulationis experimentum, diem & noctem, B beatum esse, qui pertransit utrumque, nec voluptati inhærendo, nec deficiendo in tribulatione. Energumenum illum ex Evangelio *m* diabolus frequenter & in ignem & in aquam mittebat. Abraham *n* *de Ur Chaldæorum*, Moses *de aquis eductus* o, est. Athanasius *p*, interpretatur ignem ferventis iræ, & aquam diffusarum voluptatum atque cupiditatum, quas *transire*, sit in ejusmodi animi passionibus non permanere. Ita quoque Cyrillus *q*, Jerosolymitanus scribit sanctos de transitu tentationis piè loqui, & profiteri se in illa non hæsisse. Ejusdem nominis alter Alexandrinus *r* Patriarcha, ignem aquamque tribulationes asserit esse. In Romano Martyrologio 2. Aprilis scribitur de Amphiano martyre, quod quum obvolutus pedibus, lino in oleum intincto & incenso cruciatus, (id genus cruciamenti tunicæ molestæ simile Baronius vocat) in mare demersus postea fuisset, transiens per ignem, & aquam, *eductus est in refrigerium*. Quatenus ergo prosperitas hujus mundi noxia est etiam ac periculosa, merito censetur inter tentationes, & quidem graviores, & opponitur C cum rebus adversis refrigerio pacatæ mentis, tùm hìc quoad licet, tùm penitus perfectè in beatitudine. Novæ Nuptæ veteres ignem apponebant cum aqua in limine domus, & ut significarent puram castamque permanere debere, quia res hæ conferunt ad purgandum: & ut intelligeretur, quia ignis agendi vi præditus est, aqua potiùs patitur, quæ sint viri & fœminæ propria munera: & ut sciretur duci uxorem tamquam necessarium quoddam malum, quia

Θάλασσα, καὶ πῦρ, καὶ γυνὴ κακὰ τρία.
Mare, & ignis, & fœmina mala tria.

Proferuntur hæc à Pierio *f*. Nec absonè quis dicat, Christum æstuantem magis amore quàm ipso meridiano æstu, itinerisque fatigatione, à Samaritana, quam sibi desponsare cupiebat, igne illo suo oblato, aquam exegisse *t* Fabulantur, ut est apud eumdem Pierium *u*, mortalem Thetim partus ex Peleo conceptos in ignem purgandos projecisse; & Ægypti Sacerdotes thuribu- D lum, aliudve vas ignarium in aquario pingebant vase, aut phiala, quibus admonerent eluendas sordes igne rationis & vitii. Quod autem divinius adhuc, innuebant *mare ante Templum* x, & perpetuus *in templo ignis* y, apud Hebræos. *Vidit Joannes, 2. tamquam mare vitreum mixtum igne, & eos qui vicerunt bestiam, & imaginem ejus, & numerum nominis ejus stantes super mare vitreum, habentes citharas Dei, & cantantes canticum Moysis servi Dei, & Canticum Agni.* Hi sunt aquis abluti baptismi & igne Spiritus sancti, & magis adhuc purgati flammis tribulationum, ac nisi hic satisfecerint, igne purgatorio, ut sic demum evadant in beatitudinis refrigerium. Arnobius hoc loco aquam baptismi, & ignem martyrii declarat.

Et eduxisti nos in refrigerium.) Augustinus habet *ad*, pro *in*. Duo Psalteria, Cassiodorus, & Ambrosius *a*, *induxisti*, pro *eduxisti*. Sed *eduxisti* significant ἐξήγαγες תרציאנו *thotsienu*, pro futuro præteritum, ut Ruffinus observat: si nimirum de captivitate Babylonica, vel de reditu in cœlum sit sermo: propriè autem præteritum, si commemoratio, est liberationis de Ægypto, & possessionis promissæ terræ. *Pro refrigerio*, quæ Græcè dicitur ἀναψυχή; Hebraicè רויה *revajah*; Apollinarius explicat ἀνάπαυμα *requiem*. Paraphrastes רוחה *revacha*, *latitudinem*. Alii, *tetram irriguam*, vel *fatietatem*, *abundantiam*, *copiam*.

Terram promissam litteraliter intelligit, *melle & lacte manantem*: mysticè tùm præsentis temporis consolationes divinas, de quibus Cassianus *b*, post tribulationes & extincta vitia, &, ut Beda loquitur, propter conscientiam refrigeratam, ut Cyrillus Alexandrinus *c*, propter πόνων ὑπελειαν καὶ τρυφὴν, *laborum gloriam*, *& voluptatem*, tùm præsertim beatitudinis æternæ, de quibus fere ceteri omnes. Ephrem *d*, vero potissimùm tractans locum istum, ostendit necessariò transeundum tribulationum via ad beata. Innuit quoque præsens tempus, dum explicat quo pacto *serpentes* nos esse oporteat priùs, deinde *columbas* e, odio haberi, ut illos, priusquam amemur, ut istæ: antea formicas, quàm apes, viles abjectosque, tùm industrios: non antè mel cum resurgente Christo edere, quam lactucas agrestes cum moriente, primùm filios obedientiæ per labores, ut evadamus patres in requie. Hanc vicissitudinem requiri post laborem David Psalmo 114. describit, ut Hilarius hìc etiam notavit; *Convertere anima mea in requiem tuam*, &c. *Placebo Domino in regione vivorum. Pro certo habet omnis qui colit Deum*, inquit Tobias *f*, *quia si in tribulatione fuerit, liberabitur, quia post tempestatem tranquillum facit, & post fletum exultationem infundit.* Introgressos in illam paradisi amœnitatem, & à materialibus atque mundanis ad illa incorruptibilia, atque perpetua, gratias acturos domino suo dicit Ambrosius *g* his verbis, *Induxisti nos in refrigerium*. Jam quum transierimus, ait Augustinus, ad illud refrigerium, nullum ibi timebimus inimicum, nullum tentatorem, nullum invidum, nullum ignem, nullam aquam. Monet autem *refrigerium* non à frigore hìc dici, sed propter quietem, & calorem etiam ibi censeri posse ubi refrigerium est, quia ibi non torpescimus: tamen non etiam ibidem æstum esse, quamvis *ferveant Spiritu h* beati, nec se abscondat quis à beatificantis Dei *calore i*. Cassiodorus ad curas, priùs urgentes refrigerium habitudinem dicere vult. Valentia refert hoc ad pacatiora Ecclesiæ tempora sub Constantino. Communior expositio de refrigerio futuræ vitæ, *Justus enim si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit k*, & qui *steterit super vias suas, & viderit, & interrogaverit de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulaverit in ea, inveniet refrigerium animæ l suæ*. Vocat denique Petrus *m*. alterius beatæ vitæ statum *tempora refrigerii*. Syriacè דגיחתא *denichatha*, *tranquillitatis*, & *quietis*, quod Athei nullum concedunt *n*.

Vers. 13.) Introibo in domum tuam in holocaustis: reddam tibi vota mea.

Vers. 14.) Quæ distinxerunt labia mea,

Et locutum est os meum, in tribulatione mea.

Vers. 15.) Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum: offeram tibi boves cum hircis.

PROpter vetera beneficia collata populo suo spemq; certam, quam de futuris concipit, spondet nomine populi ejusdem in Babylonica captivitate constituti, vel suimet ipsius gravem calamitatem tolerantis, fore, ut, si quod maximè confidit, liberare dignabitur Deus, sive seipsum, sive populum, vel populus, vel ipsemet, quemadmodum antea obligaverat seipsum voto, quando vexabat eum tribulatio, offerat in Templo aut in loco Tabernaculi hostias pacificas, optimaque holocausta, incensum thuris, quod in arietum & aliorum oblatione adoleri solebat, boves denique & hircos.

Sensus loci.

Variè juxta mysticum sensum ista sumuntur, scilicet de intrante intra seipsum, intra Ecclesiam, intra domicilium beatorum quot accipi domus Dei modis potest. Holocaustum offert qui se totum dicat Deo absque ulla

exce-

a Ps. 28. 7. b Ps. 128. ver. 3.

c tract. de Nat. Dom. circ. cap. 61. d in 2. Epist. Petr. e in Ps. 36. f 5. Inst. c. 2.

g Serm. de S. Malach. h Luc. 16. 24 i 1 Pet. 4. 5. k Ps. 35. 9. l Ps. 20. 5.

m Mat. 17 15 n Gen. 15. 7. o Exod. 20. 2. p in Catena Nicetæ.

q Catech. 5. Mystag. r in Michæa cap. 2.

Amphiani martyris cruciatus.

Prosperitas hujus mundi noxia, inter tentationes censenda.

Novarum nuptarū ritus, ignē apponendi cū aqua in limine domus. Uxor ducitur tam quam necessariū malū.

f l. 46. fol. 344.

t Joan. 4. 7. 10. & seq. u lib. 46. fol. 343.

Thuribulū aliudve vas ignarium in aquario vase cur pingerent sacerdotes. Ægyptii.

x 2. Reg. 8. 8. y Lev. 6. 12. z Apoc. 15. 2. 3

a in Ps. 118. serm. 3.

b 5. Inst. c. 2

c in c. 1. Michææ.

d Tom. 2 ser. ascetico pag. 168

Per tribulationes transeundum ad beata i

e Mat. 10 16

f c. 3. 21. 22.

g in Ps. 118. serm. 3.

h Rom. 12. 15

i Ps. 18. 7.

k Sap. 4. 7.

l Jer. 6. 16.

m Act. 3. 20.

n Sap. 2. 1.

exceptione, paratus pro Deo quidvis, ac mortem ipsam pati, cum aliis oblationibus bonorum operum, idque intra Ecclesiam, extra quam nihil est gratum Deo, ut sit tandem in cœlo pura prorsus sanctaque victima per omnia placens illi.

Introibo in domum tuam.) Aliquot antea aliis in Psalmis Dei *domum* vocari vidimus *Templum*, & *locum Tabernaculi sacri*. Miror Euthymium & Nicephorum legere pluraliter εἰσελευσόμεθα *introibimus*, contra communem lectionem, & contra contextum sequentium verborum, quæ ipsimet numero singulari legunt. Videtur etiam ita legisse Athanasius in Nicetæ Catena; & Apollinarius optativi modi plurali verbo expositit εἰσίμεθα. Quamquam uter sit numerus nihil refert, quia singularis collectivè sumitur pro tota captivorum universitate.

a 2. *de S. sanct.* c. ap. 20.

In holocaustis.) Ideſt, ut annotat Ambrosius *a*, cum holocaustis, quemadmodum *in muneribus deprecari b*. Affert Ambrosius exemplum ex Psalmo 104. *c*, ut ipse legit. *Eduxit eos in argento, & auro*, quod legimus (*cum*) & ex 43. *d*. *Non egredieris in virtutibus nostris*, ideſt, cum virtutibus. Videtur ex Basilio *e* mutuatus Ambrosius, legensque Augustinum, locum citatum ex Psalmo 104. per præpositionem (*in*) idem admonet. Congerit exempla plura noster Salmeron *f*.

b Psal. 44. 13.
c vers. 37.
d vers. 10.
e de S. sanct. cap. 25. In pro cum.
f Tom. 1. prolog. 16. pag. 393.

Holocausta quid sint, aliàs diximus, utque mysticè sumantur, legi Gregorius potest *g*. Athanasius explicat, καὶ νέπυρα νιον, *domum cœlestem*, ubi se consecrent Deo Apostoli, provocantes alios quoque ad sui imitationem ἐν τάξει ὁλοκαυτωμάτων, *instar holocautomatum*. Docui quoque alibi holocausti rationem convenire maximè martyrio, quod Hilarius afferit hoc loco, & solitus eum sequi is, quem vocant Hieronymus, & alii, ita ut ignis, quo consumuntur holocausta, denotet ignem charitatis, cum qua martyres offerunt sese, atque patiuntur, & sine qua nihil prodest *etiamsi qui tradat corpus suum, ita ut ardeat h*. Eadem ratio de holocausto religiosorum.

g 1. Moral. c. 34. 35. Hom. 12. & 20. in Ezech. Holocausti ratio maxime martyrio conveniens?
h 1. Cor. 13. 3

Reddam tibi vota mea.) Votivas oblationes, & *reddendi* verbum, & nomen Hebræum נדרים *nedarim* votivas promissiones Deo factas indicant, quæ obligant, nec retractari, vel non solvi propria auctoritate possunt, non sola desideria, optata, animi prosita, quæ interdum vocabulis εὐχῶν, & *votorum* significantur. Et Cassiodorus, Beda, Haimo, uterque Bruno hoc loco accipiunt pro desideriis laudandi ac celebrandi Dei laudes in beatitudine præsertim. Sed neque vota propriè censenda, de quibus aliqui exponunt, quum in Baptismo abrenuntiamus diabolo, & pompis ejus, & nomen, ac religionem Christianam profitemur. Non item solemnes preces, quas tenentur aliqui solvere distinctè, & apertè ad intelligendum *i*, ut placet Hugoni locum hunc etiam intelligere. Præcessit aliquot locis *K*, eadem phrasis, & habetur in sequentibus nonnullis *l*, ut aliorum librorum testimonia omittantur. Ex his & similibus alibi argumentati sumus, quanta sit votorum vis ad obligandum, quam hæretici nostri temporis & facto violant, & scripto violari debere suadent, non attendentes *habere se damnationem, quia primam fidem irritam faciunt*, sicut *viduæ luxuriantes* post votum, de quibus Apostolus *m*, Præsentem locum, præter Basilium, Theodoretum aliosque nonnullos Enarratores, de promissionibus Deo factis intellexit Fulgentius *n*, & Bernardus *o*. Rogo, soror dilecta, inquit Bernardus, ut dicas cum propheta; *Introibo in domum tuam*, ideſt, in monasterium, *in holocaustis*, hoc est, in spiritu contritionis, & compunctionis, *reddam tibi vota mea*, ideſt, me integrum offeram tibi in ara cordis, quam tibi vovi. Subdit postea; Necesse est, ut qui salvari desiderat, bona, quæ Deo vovit, cum omni devotione reddat. Quicumque ad gaudia æterna desiderat pervenire, necesse est, ut bona, quæ Deo promisit, studeat adimplere. Unde Propheta *p*; *Vovete, & reddite Domino Deo vestro*, ac si diceret: vos ipsos vovete & reddite, quia necesse est, ut qui vovit, etiam reddat, quia vovendo se debitorem fecit, & melius esset non vovere, quàm post votum promissa non solvere. Hactenus ex Bernardo.

i 2 Esd 8. 2.
K Psal. 21. 26. Psal. 49. 18. Psal. 55. 13. Psal. 60. 9. Psal. 64. 2. Quanta sit votorum vis ad obligandum.
l Psal. 115. 14. 18. Psal. 131. 2.
m 1. Tim. 5. 12.
n Epist. 1. de conjug. deb. c. 5.
o Ser. 26. ad sororem, seu de modo bene vivendi.
p Psal. 75. 12. Bona quæ Deo promisimus, studendum est adimplere. Melius non vovere quàm post votum promissa non solvere

Quæ distinxerunt labia mea.) Hieron. *quæ promiserunt labia mea*, Alii, *voverunt, aperuerunt: quæ dixerunt labiis vovi*. Sign. פצו *patsu*, à פצה *pathsah amplè ac liberos aperire, cum lætitia, & cachino* interdum, aut *vorandi aviditate*; ut ubi *a*, *Aperuerunt super te os suum*, & *r*, *Aperuerunt super te os suum*, & *s*, *Ergo Job frustra aperit os suum, & absque scientia verba multiplicat*. Post etiam innuere clamorem, & vociferationem calamitosi, & ærumnosi, qui oris ac rictus diductione implorat opem, multa pollicens liberatori suo. Hoc ultimum congruit magis proposito, & his quæ sequuntur de nuncupatis votis in tribulatione. Qui vovet in tribulatione positus, clarè & distinctè illam ei exponit, qui afferre remedium possit, contenta loquitur voce, ut exaudiatur, moveat, & persuadeat. Euthymius, *labia distinguere* idem affirmat esse, ac os loqui, ut proximè adjicitur. Genebrardus benè reprehendit volentes (*quæ*) nominativi casus esse, & referri ad vota, ut ipsa vota dicantur esse, quæ distinguant labia, ideſt, faciunt, ut ea distinctè sermonem forment de ipsis internis votis. Articulus ἃς, est accusativi casus. Distinctionem Augustinus, & alii in eo esse volunt, quum voves, ut te accuses; Deum laudes, te intelligas; & confitearis Creaturam, illum Creatorem; te tenebras, illum illuminatorem; te mutabilem, illum incommutabilem te sine illo nihil esse, ipsum sine te perfectum esse; te indigere illo, illum tui non indigere. Remigius addit; te peccatorem, illum misericordem; te mendacem, illum veracem. Ruffinus, præter modo dicta, *labiis vota distinguere* docet illum, qui præ omnibus aliis eligit Deum sibi, & seipsum offerre ei, quod est aliis votis præferendum: qui mente ac ratione discernit, rectè simul & offerendo, & dividendo *t*, nec mundi lucrum aut gloriam aliquam præter Deum requirendo, quæ vocat labiis internis edita vota. Hugo distinctionem in discretione spectat, reprehendens votum Jephte *u*, & omnem *stultam promissionem*, quæ sicut *infidelis displicet Deo x*. Item in duobus testamentis, iisque quæ in illis discernuntur facienda. Denique *distinctio* posset conceptam vovendi formam verbaque importare cum distincta expressaque mentione eorum, ad quæquis promissum fidemque, dum vovet, intendit obligare: quod fieri & attendi diligenter debet. Hæc est *vitta coccinea* quibus labia religantur *y*, & *funiculus* ejusdem coloris, Cindex libertatis *z*, & juramenti Deo dati, ac voti, ne *quæ procedunt de labiis fiant irrita a*, rubricatis Christi sanguine, & hunc sermone libenter, crebroque usurpantibus.

Distinctio labiorum in nostris votis quæ esse debeat.
q Psal. 21. 14. 1 Thes. 2. 16. Job. 35. 16.
Labia distinguere quid sit.
t Gen. 43. 4.
u Iud. 11. 30. & seq.
x Eccl. 5. 3.
y Cant. 4. 3.
z Iosue 2. 18.
a Psal. 88. 35.

Et locutum est os meum in tribulatione mea.) Hieron. *quum tribularer*, כצר לי *hatsar li*. Alii, *dum esset angustia mihi*, vel, *coarctatio*. Sic Psalmo 119. *b*. *Ad Deminum quum tribularer, clamavi*. Hebraicè בצרתה יל *hatsarathah li, in tribulatione mea*, & in 85. *c*. *In die tribulationis meæ clamavi ad te*, & in 129. *d*. *De profundis clamavi ad te Domine*, quum locis, tum calamitatibus. Multi sequuntur exemplum illius, qui dicebat *e*:

b vers. 1.
c vers. 7.
d vers. 1.

Cogar opemque tuam timidis exposcere votis,
Nam *f*.
In vota miseros ultimus cogit timor.

e Ovid. 9. Metam.
f Senec. in Agamemn. Act. 3.

& Ovidius: *g*

Dum pejora timentur
Est locus in voto, sors autem ubi pessima rerum,
Sub pedibus timor est, securaque summa malorum.

g 14. Metam.

Tandem Lucanus *h*:

Nova vota timori
Sunt inventa novo.

h 5. Pharsal.

Testes hujus rei tabellæ votivæ, præsertim propter maris periculum, cujusmodi *i*, alterius Poetæ illa:

Me tabula sacer
Votiva parietes indicat humida
Suspendisse potenti
Vestimenta maris Deo.

i Hor. l. 1. Carm. Ode 5 Vide item Virgil. 12. Æn.

At votorum ei postquam sua Deus audivit vota, satisfacere Deo sæpè non curant, exque reis obnoxiis damnatisque fieri recusant absoluti, exemtique, illi similes qui,

k Destituit Deos
Mercede pacta.

K Hor. l. 3. Carm. Ode 3

Et aliter, qui Thessalico dolo proverbium *l* fecit, sive sophismati, cui, vulgari multorum sermone non dissimili, præ-

l Chiliad. Adagio.

li, præterito jam periculo falli promisso liberatorem sanctum, & solpitatorem cui nuncupatum fuerat votum. Narrat de nescio quo Britone Hugo exemplum. Contra vero solemne illud in vetustis monumentis, V. S. L. M. *Votum solvit libens merito.* Multa de voventibus ceremoniis, & materia votorum Alexander ab Alexandro *a*, & in formulis Brissonius *b*. Ex historia sacra suppetit præter exemplum Jephte, cujus antea memini, Absalonis *c*, etiam exemplum, & Jacob *d*; si reduceret priorem Deus in Jerusalem; si posteriori suppeditaret necessaria. Violantium vota pœnas divinitùs immissas exempla plurima extant in historiis nostris. Petrus Damiani *e* nonnulla commemorat, & quidem unum cujusdam, qui jactatus mari voverat ordinem religiosum. Docet vero etiam *f*, votum quamvis necessitate, vel metu mortis emissum, observandum: confirmatque auctoritate libri Numerorum *g*. *Si quis virorum votum Domino voverit, aut se constrinxerit juramento, non faciet irritum votum suum, sed omni quod promisit, implebit.* Fulgentius *h*, autem, quum probat ex hoc loco vota impleri ac reddi debere, ait, B ne quisquam sibi vellet excusationem tribulationis ad frustrandæ licentiam promissionis assumere, nec se putaret voti reum, si se dixisset ad aliquid vovendum non voluntate quidem sua, sed tribulatione compulsum, docere B. Davidem omnia esse Deo reddenda, quæ fuerint legitimè dumtaxat etiam in tribulatione promissa, quia quum dixisset Deo, *Reddam tibi vota mea quæ distinxerunt labia mea*, continuò subdit, *Et locutum est os meum in tribulatione mea.* Profert alia duo scripturæ testimonia, ex Deuteronomio *i*, & Ecclesiastico *k*. De hac re dixi aliàs.

Holocausta medullata offeram tibi.) Vatablus, & Pigninus supplent, *mechim*, ut sit adjectivum sine substantivo. Credo quia mentio additur de arietibus, bobus, hircis, ex quo quadrupedum genere sacrificabatur, simul cum ove, sed ovem, & agnum Genebrardus comprehendit forsitan sub ariete, quando genera ex quibus tantùm sacrificare fas esset, recenset dumtaxat arietes, boves, hircos. Nam in Levitico *l* mentio est de ovibus & capris, apud Danielem *m* de holocausto arietum, C taurorum, agnorum pinguium. Nomen טתים *mechim* aliquando per *agnos* exponitur ab interprete *n*. Solent agni pingues esse, & medulla abundare. Conqueritur Deus *o*, victimam oblatam sibi cæcam, claudam, languidam, contemtibilem, debilem. Non repetam quod hìc Hilarius monet, Deo per se non placuisse sacrificia externa. Id jam vidimus psalm. 49. *p*, & 50. *q* quos citat, & quo pacto debeat intelligi, quum pro eo tempore quo Deus illa præcepit, ac exegit, dubitari nequeat ipsi placuisse. Egimus præterea psal. 62. de pinguedine. Certum est quod etiam affirmat, Martyres non hæc voviſse, sed hos edoctos Apostolica doctrina offerre Ecclesiam, & eosdem exemplo suo fecisse, ut alii quoque Sacerdotes & Episcopi sese offerrent per preces sacrificiaque in odorem suavitatis, & ipsummet Martyrium, deinde ut ex Gentilibus, aut Judæis conversi, qui ararent, aut triturarent, in area Domini, docendo, & prædicando, postremo ut etiam rudes ac idiotæ nec idonei ad docendum, nec ad sacrificandum ordinati, sed aliorum commoti exemplo, ita ut isti sint similes hircis, primi holocaustis medullatis, secundi arietibus; tertii bobus. Auctor operis *r*, imperfecti facit hìc loquentem Christum, & offerentem Patri rationales arietes, ideſt, Principes Christianorum, boves rationalem terram colentes, hircos ex Gentibus, qui pro nomine Christi sunt passi, & hos posse intelligi tauros *s*, & altilia prandii parabolici, sanctos videlicet occisos ex utroque Testamento, ut firmiter figeretur Tabernaculum, velutique in festo scenopegiæ, idcirco exempli causſa dixisse Paulum, quod *impenderetur*, & *superimpenderetur*, *t*, quodque *delibaretur u*.

Tropologicè, *holocaustum medullatum*, sive pingue, de quo etiam in psalm. 19. *x*, est, ut Gregorius *y* docet, bonum opus corde humili, etiam per lacrymas irrigatum. Quumque visioni quis Creatoris sui inhiat, ad æterna contemplationis gaudia pervenire festinat, seipsum ex amore, quo accenditur, in fletibus mactat. Augustinus negat, holocaustum offerri alibi quàm in domo Domini posse, hoc est, in domicilio beatorum: nec enim penitus antea consumi igne divino, quam mors Aabsorbeatur in victoria: medullam esse charitatem internam, qua Deo placere penitus studemus. Addit Cassiodorus fidei efficacis pinguedinem, & firmitatem. Nicetas Athanasium, Cyrillum, Basilium citat, declarantes, offerre arietes qui mactat & mortificat κινήσεις καὶ ὁρμὰς *motus, & impetus*, excitatos ὑπὸ τὸ θυμικὸν τῆς ψυχῆς, *abiratscibili animæ parte*, vel qui exhibeant λογισμοὺς ἡγεμονικοὺς, qui *passiones compescant*, quasique *cornibus petant* τὰ πάθη κερατίζοντες: boves sacrificare, qui seipsum offerat DEO hostiam vivam per actiones honestas: hircos, opera resipiscentiæ, quoniam pro peccato offerebantur: incensum bonum, odorem de animo puro exspirantem. Videntur hæc Euthymius & Nicephorus transcripsisse. Arnobius, *holocausta medullata* de oratione facta spiritu ac mente interpretatur: *incensum arietum*, de zelo repugnandi hæreticis: *boves*, de prædicatione: *hircos*, de subjugatione libidinis. *Gladius DEI discretor cogitationum, & intentionum cordis, pertingit usque ad divisionem animæ ac spiritus, compagum quoque ac medullarum z*, & dijudicat an insit intus medulla, eaque irrigentur ossa nostra *a*, veræ devotionis, atque charitatis, an sint *arida ossa* nostra, *ut cremium b*, an abundemus *medulla olei, vini, frumenti c*, h. e. misericordiæ, compunctionis, scientiæ.

Cum incenso arietum.) Ita etiam Hieronymus, qui reprehendit aliam lectionem, μετὰ θυμιάματος καὶ κριτῶν κεκῶν, *cum incenso, & arietibus*, quia in Hebræo, inquit, est עם קטרת כלים *hhim Ketoreth elim*, scilicet absq; conjunctione. Hanc tamen habent non tantùm Græci codices Bibliorum, & enarratorum, sed etiam Latina duo alia Psalteria, Hilarius, Augustinus, Cassiodorus. Ita quoque Paraphrastes Chaldæus legit, interpretans, *cum suffitu, vel thure aromatico, sacrificioque arietum.* Qui tollunt conjunctionem, exponunt suffitum nidoremque arietini adipis, ut Trevetus, Lyranus, Cajetanus, Titelmanus, Genebrardus, Agellius, Vatablus & fermè quotquot ex Hebræo vertunt, explanantium. Jansenius id refellit, quia *incensum*, propriè dicitur suffitus thuris, Græcè θυμίαμα; quia quum dicitur, *offeram tibi holocausta cum incenso*, &c. significatur *incensum* esse diversum ab holocaustis, inter quæ videlicet unum est ex arietibus; quia Græcè extat μετὰ θυμιάματος καὶ κριῶν, *cum incenso, & arietibus*; quia legendo etiam cum vulgata, *cum incenso arietum*, explicari potest, offeram holocausta arietum cum incenso, ut nempe, quod fieri solebat, inter libamina, quæ offerebantur, cum libaminibus thus effet. Sed & non Græci tantùm, verum etiam Latini ferè ita *incensum* accipiunt, dum per id orationem interpretantur, alibi cum incenso comparatam *d*. Apollinarius vocat μύρου ἐνώδεα καπνὸν, *pigmenti fragrantem fumum*. Potest quidem הקטיר *hiktir* esse *suffire*, & *adolere adipe victimæ e*, licèt altare מקטר *miktar*, sit id quod vocatur *thymiamatis*, & *thuribulum* מקטרת *miktereth*, tamen θυμίαμα, & *censum* pro alio quam pro aromatico odore vix videtur sumi, ac ne vix quidem quod sciam, si propriè loquamur. Quare fateor me non aliter intelligere, nec aliter posse, sed non hoc nomine arbitror me insciticæ reprehendendum à Genebrardo. Concedo quod ille tamen D non objicit, dici *arietem offerri in incensum super altare oblationem Domino, & odorem suavissimum victimæ Domino f*, & *Deum odorari odorem suavitatis*, quum victimæ mactantur ei *g*. Sed quidquid sit de aliis editionibus locorum, in quibus id habetur (in priore correcti codices habent υμίαμα, pro θυτίαμα) nego, *incensum*, & θυμίαμα, propriè aliud valere quàm quod dixi: quum ita verò sumi possint, eo etiam modo hìc debere nos sumere, quia sic sumunt passim Græci & Latini Patres. Cápensis declarat (offeram tibi holocausta pinguium, & cum suffitu arietes, & vel victimas arietum quasi Hebr. dicta vox pro *victima* etiam usurpetur. R. Esaias Tranensis exponit de suffitu, eaque omni re, quæ super altari adoleretur. Non est ratio cur commendetur potiùs nidor arietum, quàm aliarum victimarum, neque quare incensum odoriferum potiùs intelligatur adhibitum arietum sacrificio, quàm animalium aliorum. Quapropter sensus est, offerenda holocausta arietum, & aliorum animalium simul cum incenso, non qui sit nidor, hìc enim non est diversa res à crematis animalibus, sed excitatus ex odoriferis rebus, ut ex thure, odor, super

altare

a *l.*3. *c.* 21. b *lib.*1. c 2. *Reg.*15.8 d *Gen.*28.20

e *l.*2. *Epist.in* 15 *l.*4. *in* 17. *l.*5. *in* 16. *Et in vita* 8. *Maust Epi. fl.*5. *ep.in* 16

Votũ quam vis necessitate vel metu mortis emissũ, observandum.

f *cap.* 30. 3.

h *Ep.*1. *c.* 5.

Vota omnia Deo reddenda, quæ fuerint legitimè dũtaxat etiã in Tribulatione promissa.

i *c.*23. 21.

k *cap.*5. 3.

l *c.*1. 10

m 3.40.

n *Esa.*5. 17. o *Mala.*1.8. *& seq.*

p *vers.*8.

q *vers.*18.

r *thom.*4.1.

s *Mat.*22. 4.

t 1. *Cor.*12.15 u 2. *Tim.*4.6

Tropologia

x *vers.*4.

y *Hom.*20. *in Ezech.*

z *Hebr.*4.12.

a *Iob.* 21. 24.

b *Ps.* 101. 4.

c *Num.*18.12

d *Ps.*10.2.

e *Lev.*17. 6.

f *Exo.*20.18.

g *Gen.*8. 21.

α θυμίαμα

altare thymiamatis præſertim quod erat à victimarum, ſeu hoſtiarum altari diverſum. Felix quoque reddidit *cum thure*, aut *ſuffumigatione*. Incenſo, thure, odoribus in ſacrificiis uti ſolemne legi veteri, ethnicis etiam, & religioni Chriſtianæ. Tractat de thymiamaterio, thureque Joannes Stephanus Durandus *a*, copioſè. Magi thure oblato *b*, Chriſtum profeſſi ſunt inter alias cauſa Sacerdotem, Deumque, ut Patres tradunt *c*. *Thymiamatis* veteris mentio fit in Exodo *d*, & thuribuli, quo uſus eſt Aaron, ut *ignem, vaſtantem* cohiberet, in Numeris *e*. Arnobius *f*. thuris uſum recentiorem ſcribit in Gentilibus ſacris fuiſſe, h. e. poſt Romuli tempora. Lege Briſſonium *g*, in formulis, & Alexandrum ab Alexandro *h*, cum Tiraquello, & quæ diximus ipſi Comentario libri Sapientiæ *i*, ubi de dicto Aaronis thuribulo. De incenſo, ut orationem deſignat *k*, alio loco egimus *l*.

Offeram tibi boves cum hircis.) Hieron. *faciam*, pronomine omiſſo. In emendatis Græcis Bibliis eſt, ποιήσω, *faciam*, in aliis, ἀνοίσω, *offeram*. Eſt אעשה *ehheſeh*, *faciam*, i. e. ſacrificabo, ut apud Poetam *m*;

Quum faciam vitula,

Quem imitatus alius *n*, cecinit,

Pro populo faciens.

De qua dicendi formula Macrobius *o*, ex tantoque apud auctores Latinos & Græcos exempla. Hi δρᾶν, εἰρδειν, ῥέζειν, ποιεῖν, murpant. Teſtis *p*, Athenæus, quod ἀ παλαιοὶ τὸ θύειν δρᾶν ὠνόμαζον. *Veteres ſacrificare, facere nominaverunt*: Rem divinam facere crebrò ſic dicunt Latini *q*, aut rei divinæ operam dare *r*, aut operari, & quod Varro *ſ*, ait, *Dii facientes adjuvant*. Muretus *t*, interpretatur *operantes ſacris*. Idem aut Varro *u*. Q. Scævolam refert voluiſſe nomen *Pontifex* dici: quòd ſit potens facere, i. e. ſacrificare. Enarratores boni, Virgilii, de noſtris Pontanus, & Cerda, & præterea Salmaſius *x*, atque Pineda *y*, necnon Joannes Stephanus Durandus *z*, & hoc loco Joannes Bochius, item Baronius *a*, diſſerunt ſuper hac notione verbi eruditè. Hoc ſenſu dici poteſt dixiſſe Chriſtum, Euchariſtiæ inſtituto ſacrificio *b*: *Hoc facite in meam commemorationem*. De ſacrificio verba Chriſti qui exponant, veteres Patres producit Joannes Stephanus Durandus *c*. Id ſibi velle quoque poteſt, quòd pater *eum, qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum feciſſe* ſcribitur *d*, & quod *qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt, edunt e*, & quòd *fecerunt* parentes pro Chriſto; *ſecundùm conſuetudinem legis f*, denique *facere hircum* g, *& bovem* h, *vitulum* i, *phaſe k*, eſt hæc offerre ac ſacrificare. Hac ratione putant aliqui *animas feciſſe in Haram*, dici Abraham cum uxore *l*: quia dicaſſent ac veluti ſacrificaſſent DEO: ſic Job *feciſſe cunctis diebus pro filiis* m, hoc eſt, ſacrificaſſe. Ratio eſt, quia quod in ſacris præconiis edicebatur clamore, *hoc agendum* n; ſummo apparatu, ornatu, ſedulitate peragi ſacrificium debet: quod adhuc nos præconium monet, idem Latinè eſſe *agere*, quod ſacrificare, ut demonſtrat Briſſonius *o*.

Quod attinet ad *hircos*, Hilarius expendit nomen Græcum χιμάρων, eos hircos qui eduntur, ſeu naſcuntur hieme, eodemque vocabulo *torrentes* appellari, ſignificari autem nempe myſticè per iſtos ita nominatos hircos, eos quos ipſa perſecutionis tempeſtas in martyrii gloriam generat, ſequendo exemplum aliorum, ſicut latro in ipſa ſua damnatione confeſſus eſt *p*. Laudo piam interpretationem Hilarii, ſed non hoc tantùm loco quod ipſe ait, Scriptura vocem illam Græcam uſurpavit χιμάρρων pro hircis, ſive hædis, alibi πρόβατος. Lege Leviticum *q*, Numeros *r*, Paralip. *ſ*, Eſdram *t*, Michæam *u*. Omitto, quòd non appellatur torrens χίμαρος, ſed χειμάρρος, licèt aliquando abſque diphthongo hoc, & ſimilia ſcribantur, & alterum (ρ) intercidere poſſit, vel dici, per alluſionem locutum Hilarium. Præteriri notatio tota poterat, ut minoris momenti, niſi tanti Doctoris præjudicaret auctoritas, quam viri etiam docti examinatam ſequuntur, ut Bredembachius fecit. Longior fui, nec opus de myſtico ſenſu afferre plura. In fine eſt סלה *ſelah*, διάψαλμα.

Verſ. 16.) Venite, audite, & narrabo, omnes qui timetis Deum, quanta fecit animæ meæ.

Senſus loci.

REdit ad provocationem, & invitationem priùs non ſemel poſitam, quam reditum, & mutationem converſionemque orationis indicari per diapſalma Hilarius exiſtimat. Quidquid de hoc ſit, quod alibi oſtendi perpetuum non eſſe, quos antea invitavit ad videndum & celebrandum terribilia opera Dei, Deumque ipſum *terribilem in conſiliis ſuper filios hominum*, hoc eſt, in cura & providentia de hominibus, nunc exemplo præit, atque demonſtrat in ſeipſo ejuſdem curæ ac providentiæ effectum. Alloquitur porrò illos, qui DEUM timent, quaſi jam perſuaſos DEI terribilia eſſe opera, Deumque terribilem, & omni veneratione obſervantiaque dignum. Jubet ne mirentur, ſi tam multa offerre ſe dixerit DEO velle, & ut audiant quanta in eum Deus beneficia contulerit, quoque pacto celeriter exaudierit videlicet abhorrentem ab omni peccato, & iniquitate ac ipſum ſemper & in adverſis, non minus quàm in proſperis laudantem. Verùm hoc ſequentibus verſibus continetur. Vult ut hinc diſcant alii petere ſimilia his quæ acceperit ipſe, ſpemque in DEO locare, ſicut fecit ipſe. Etſi verò unus hìc loquitur, & alios ad audiendum excitat, non ſequitur unum pro ſe tantùm loqui, ut Agellius argumentatur, non pro populo univerſo, aut univerſum populum ipſum. Poteſt populus bene multus alios populos invitare, ſcilicet Hebræus in captivitate alios ejuſdem gentis ſuæ, qui remanſerant in patria, vel etiam quoſcumque per orbem, qui verum DEUM colerent, quamvis non Hebræo ritu: & myſticè Chriſtianus populus omnes infideles & alienos a vera religione. Apoſtolos Athanaſius interpretatus Salvatoris mirantes miracula, quæ is omnium noſtrum animabus largitus eſt.

Agellii argumentatio

Venite, audite.) Alia Pſalteria, & Hilarius, Arnobius, Caſſiodorus inſerunt (&) & Pſalterium Romanum (*me*) in fine. Omittit etiam primum verbum Apollinarius, metri fortaſſis cauſſa, quum alioqui habet ἐνέργειαν. *Audite* hìc dicit, ſuprà *x*, *videte*, quia ibi de magis communibus, & expoſitis omnium quaſi oculis ac intelligentiæ, loquebatur operibus DEI, nunc de magis particularibus ac nondum factis, ſed futuris, quæ non niſi alio narrante cognoſci poſſent. Placet Hugonis Tropologia, ut *venire* ſit per fidem; *audire*, per obedientiam. *Accedentem ad DEUM oportet credere y*, nimirum, credendo accedere. *Appropinqua, ut audias*, ait Eccleſiaſticus *z*, & Joſue *a*. *Accedite huc, & audite verbum Domini*, & Moſes *b*. *Qui appropinquant pedibus ejus, accipient de doctrina illius*. Et iterum David noſter *c*: *Venite filii, audite me*. Ayguanus reſpiciens ad invitatorium Matutinalis officii, diſtinguit varia quaſi cantorum invitatoria dicentium, *Venite*: voluptuoſorum *d*, malitioſorum *e*, ſuperbiorum *f*, bonorum *g*, quod qui admittunt, audituri erunt; *Venite benedicti*, &c. *h*.

Tropologia

x verſ. 5.

y Hebr. 11. 6.

z cap. 4. 14.

a cap. 3. 9.

b Deut. 32. 2

c Pſ. 33. 10.

d Sap. 1. 6.

e Ier. 18. 18.

f Gen. 11. 3.

g Pſ. 94. 1.

h Mat. 25. 34

Et narrabo.) Addit Pſalt. Romanum, & Gallicanum, & Caſſiod., Hilariuſque, *vobis*. Hic verò, & pſalter. Gallicanum, *Enarrabo*. Eſt hyperbaton, ſic evolvendum, *Venite, audite omnes qui timetis Deum & narrabo*, &c. *Narrandi* verbum διηγήσασθαι & ספר *ſapper* diſtinctam commemorationem ſignificat, & accuratam enumerationem, qua uti ſolent, qui grati animi cauſſa, vel; ut alios inſtituant res recenſendo ſuas. Simplicitatem notat Hugo in proponendis abſque argumentis divinis judiciis, beneficiis, myſteriis. Horum certè reddi exactè ratio nequit, quamvis quibuſdam rationum adminiculis illuſtrari & confirmari poſſint.

Omnes qui timetis Deum.) Caſſiodorus, *Dominum*. Per *timentes Deum i*, aliàs docui: proſelytos à nonnullis intelligi. Poſſemus & hìc cum illis intelligere illos etiam, qui ex Gentilibus accedere velint ad Eccleſiam ſi myſticum ſectemus ſenſum, & in lege naturæ ita per DEI gratiam vivant, ut ad magis explicitam fidem ſint magis diſpoſiti. Et notio pro proſelytis ex adjunctis attendetur, & eorum ratione vera eſt. Alioqui non videtur ubique ad illos reſtringenda, ut, *Timentes k Dominum glorificant*. *Qui l, timetis eum laudate eum*. *Vota m, mea reddam in conſpectu timentium eum*. *Non eſt n inopia timentibus eum*. *Quam o, magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abſcondiſti timentibus te*. *Immittes*

i Act. 2. 11.

Myſticus ſenſus.

k Pſ. 4. 4.

l Pſ. 21. 24.

m ibid. 26.

n Pſ. 33. 10.

o Pſ. 30. 20.

Incenſu thurre odoribus in ſacrificiis uti ſolemne legi veteri, ethnicis & Chriſtianis.

a 1. *de rit. Eccl. c. 9.*

b *Matt. 2. 11*

c *Citat. Joan. Steph.*

d *cap. 30. 34. & ſeq.*

e *c. 16. 47. 48*

f *lib. 7.*

g *lib. 1. p. 16.*

h *lib. 2. c. 7. ic. 18. 21.*

i *Pſ. 140. 2. Apoc. 8. 3. 4.*

l *in lib. Sap. c. 17. 21.*

m *Virg. ecl. 3*

n *Juv. Sat. 9.*

o *lib. c. 2.*

p *lib. 14. c. 23*

Δρᾶν.

Εἰρδειν.

Ῥέζειν.

Ποιεῖν.

Facere pro ſacrificare. Loci Varronis ex Muretо interpretatio.

Pontificis etymon.

q *Plaut. Curcull. Ammian. l. 22. Cic. pro Mure.*

r *Plaut. Curſ. de re ruſt. t in Tibull.*

u 3. *de ling. Lac.*

x 10. *gstraff. 27.*

y *in Iob. c. 1. n° 3.*

z 2. *de rit. Eccl c. 3. & 41.*

a *in annis ad diem 9. Apr.*

b *Luc. 22. 19*

1. Cor. 11. 24.

c *Supra c. 3.*

d 2. *Cor. 5. 31*

e 1. *Cor. 9. 13*

f *Luc. 2. 17.*

g *Lev. 3. 18.*

h 3. *Reg. 18. 23.*

i *Ez. 46. 6. 25*

k *Num 9. 2 8. 29.*

l *Gen. 12. 5.*

m *Iob. 1. 5.*

Agere, idem quod ſacrificare.

u *Plut. in Numa & in Coriol. & alii. Apud Briſſ. in form. l. p. 14. & 17.*

o *ibid.*

p *Luc. 23. 41.*

Χίμαρος.

q *c. 4. 23. c. 9. 3. 15. c. 10 16. c. 26. 6. 7. 15. 18 20. 22. 27 c. 23. 19.*

Χειμάρρος.

r *c. 7 16. 7. & alibi eod. libro ſæpe.*

ſ *lib. 2. 29. 21. 23.*

t *lib. 1. 5. 17. c. 8. 35.*

u *c. 6. 7.*

mittet a, *Angelus Domini in circuitu timentium eum.* Dediſti b, *hæreditatem timentibus nomen tuum. Prope* c, *timentes eum, ſalutare ipſius. Particeps* d, *ego ſum omnium timentium te. Corroboravit* e, *miſericordiam ſuam ſuper timentes ſe. Miſericordia Domini ab æterno, & uſque in æternum ſuper* f, *timentes eum. Eſcam* g, *dedit timentibus ſe. Convertantur* h, *mihi timentes te. Beati* i, *omnes qui timent Dominum. Voluntatem* k, *timentium faciet. Beneplacitum* l, *eſt Domino ſuper timentes eum.* His locis, ut alios aliis ex libris præteream, alii præter proſelytos intelliguntur, nec Hebræi dumtaxat, ſed ubivis gentium colentes DEUM, atque timentium Deum eadem nunc acceptio.

a Pſal. 33.8.
b Pſal. 60.6.
c Pſa 84.10.
d Iſa.18.63.
e Pſ. 102.12.
f Ibid. 17.
g Pſ. 110.5.
h Pſ 118.79.
i Pſal.127.1.
k Pſ. 144. 9.
l Pſ. 147. 11.

Quanta fecit animæ meæ.) Alii. *quæ.* Valet, אשר *aſcer*, *quæ*: ſimul etiam *quæcumq; quotcumq;* quod etiam *quanta* ſignificat. Ardens amore, & memori gerens amatorem beneficum mente, apud omnes exponere ſigillatim beneficia illius geſtit, nec narrandi finem ullum reperit. Confirmat hujus loci teſtimonio Thomas *m*, paralytici factum nuntiantis Judæis ſe à JESU ſanatum fuiſſe *n*, ut manifeſtaret, inquit, Chriſti virtutem ad ſanandum. Cauſſam præterea dat Cyrillus *o*; ut medicum indicaret, ſi quis fortè ſanitate indiguiſſet. Chryſoſtomus *p*, ut tamquam gratus, auctorem beneficii profiteretur. Non fuit piger, ait Auguſtinus *q*, in evangelizando quem viderant. Chriſtus quandoque exigebat *r*, interdum vetabat *ſ*, evulgationem ſuorum miraculorum, quibus curabat. Cuidam à quo exegit, dixit *r*, *Vade in domum tuam ad tuos, & annuntia illis quanta tibi Dominus fecerit, & miſertus ſit tui. Ille mox abiit, & cœpit prædicare in Dechapoli, quanta ſibi feciſſet Jeſus* u. Diſcrimen horum juſſorum alibi aſſignavit. Quæ *feciſſe* intelligat Deum *animæ ſuæ*. Hilarius explicat jam priùs dicta, quòd poſuiſſet eam in vitam, quòd induxiſſet in refrigerium, quòd introitura eſſet in holocauſtis domum Dei. Vult Auguſtinus, & alii, quæ ſequuntur eſſe illa, quæ vellet animæ ſuæ facta narrare. Ejuſdem Auguſtini ſalubre monitum non inanibus narrandis rebus teri tempus debere, quantum pateat terra, quantùm diſtendatur cœlum, quot ſint ſidera, quæ vices Solis & Lunæ, & alia, quæ qui multum curioſè quæſierunt, creatorem ignorarunt. Diſſerui alio *x*, loco de commodis piæ narrationis earum etiam rerum, quæ à nobis ipſis, & à noſtris geruntur, ſed per gratiam DEI, cumque ea moderatione, quæ timentes Deum decet, non narrantes minus quàm audientes. In Hebræo verbo עשה *hhaſah*, alluſio videtur ad illud præcedentis verſus: *Offeram tibi boves cum hircis*; ubi erat, עשה *hheſeh*, ποιήσω, *faciam*.

m in Joan. cap.5.lect.2.
n Joan.5 15.
o 2. in Joan. cap.131.
p Hom. 37.
q tract. 17.
r Marc.5.19.
s cap.1.44.c. 5.43.
t cap 5 19.
u verſ.20.
Salubre Auguſtini monitum, de non terendo tempore innanibus rebus narrandis.
x Act.14.26 cap. 15.12.c. 21.19.

Et exaltavi ſub lingua mea.) Aliquot codices habent, *& exaltavi*, ut Beda meminit, ſicque legit Haimo, Bruno Carthuſianus, Hugo, Ruffinus, Remigius. Richelius, Rudolphus Pampolitanus, Turrecremata, Rainerius, & alii, nec non, præter enarratores, Gregorius *d*, & quod miror, etiam Lyranus. Reprehendit id meritò Trevetus: nam Hebr. eſt רומם *romam*, Græcè, ὕψωσα. Quare fruſtra exponunt de lætitia ſpirituali. Occurrerunt jam priùs non ſemel ſimiles permutationes verborum *exaltandi & exultandi*, ut poneretur unum pro alio. Ex Hebræo meliùs verteretur, *& exaltatus* eſt (nimirum Deus) *ſub lingua mea*: nam hoc valet ורומם *veromam*. Legerunt fortè alii omiſſa conjungente littera (ו) *vau*, cum (א) *aleph* in futuro ארומם *aromen*, quod pro præterito ponitur, vel רומם *romam*, ſive רומם *romem*, (quia permutantur puncta iſta) activè ſumpſerunt, *exaltans*, ſcilicet ſui, *eum ſub lingua mea*: quod eſt, exaltavit. Hieronymus legit, *in lingua*: quamvis תחת *thachath*, propriè ſignificat, *ſub*. Chaldaicè, *laus ejus ſub lingua mea*, לשני חשבחתה תחות *thuſbacheth thechoth liſciani*. Euthymius & Nicephorus obſervant, ὑπὸτὴν γλῶσσαμ, *ſub linguam*, idem eſſe ac ἐν τῇ γλώσσῃ, *in lingua*, ſicut ait Euthymius, illud, *ſub lingua ejus labor, & dolor* e, & f, *venenum aſpidum ſub labiis eorum*, addeg, *mel & lac ſub lingua tua*, i. e. in lingua, in labiis. Exponit idem Euthymius *exaltaſſe linguam*; Nicephorus, *vocem*. Multò melior ſenſus, ut dicatur exaltaſſe ſub lingua, vel in lingua, DEUM, ſive *ſub lingua* mavis intelligere in corde, in ocultis, intra *cubiculum* h, quodam tacitæ voluntatis eloquio, omni cordis puritate, ut Hilarius, & paſſim alii Latinii loquuntur; eſt namque ſub lingua fibra protendens ad cor: ſive ſubmiſſiùs, ac voce preſſiore: quaſi præ doloris acerbitate continuare clamorem non poſſet: vulgò dicimus, *parlar ſotto-voce*: ſive, ut ſignificet, abundaſſe, ac in promtu habuiſſe verba, quibus exaltaret Deum, ſicut è contrario os improbi cujuſpiam dicitur *maledictione plenum*, & ut antè retuli, *ſub lingua ejus labor eſſe*, & dolor. Credo Euthymium ad Symmachum aluſiſſe, qui ſic tranſtulit, τῦ σώματα μῦ ἐωεκαλεπάμλω, ἡ ὑψώθη φαρχῆμα ἡγλῶσα μῦ, quod explicat Theodoretus, ſtatim ut obtuli preces, accepi quod petebam, & lætitia repletus ad Euchariſticum, ſeu gratiarum actionis hymnum linguam movi.

d in 1. Reg. cap. 13.
Sub lingua, pro in lingua.
e Pſ.9.28.& 139.4.
f Pſal. 13.3.
g Cant.4.11.
h Matt.6.6.

Iniquitatem ſi aſpexi in corde meo, non exaudiet Dominus.) Hieronymus, *ſi vidi*. Pſalterium Romanum, & Gallicanum, & Caſſiodorus, ac Hilarius, item Gregorius *i*, *ſi conſpexi*. Auguſtinus, *reſpexi*, *aſpexi*, *conſpexi*. Hilarius, *injuſtitiam*. Pſalterium, *non exaudiet me*. Hilarius, Caſſiodorus, Arnobius, Pſalterium Romanum, *DEUS*. Caſſiorus, & Arnobius, præterea Gregorius, *non exaudiat*: quomode etiam Lxx. μὴ εἰσακουσάτω, & Symmachus eodem pacto, vel, μὴ εἰσακήσῃ. Affirmat Agellius ita præterea in Pſalterio Romano legi. Equidem contrarium deprehendo, niſi alio ipſe codice uſus eſt ab iis diverſo, qui proſtant. In ceteris parvum eſt momentum: verbi *exaudiendi* differentia mutat ſenſum. Nam ſi legamus, *non exaudiat*, imprecatio erit, ne Deus, ſive Dominus, exaudiat, ſed orans divinæ ſit exors benignitatis, ut exponit Theodoretus, de populo, qui imploret liberationem à ſervitute, atque redditum in patriam, ſi nimitum fuerit intentus ad maleficia, & animo addictus ad injurias inferendas. Pro ἀδικίαν, reddit Apollinarius, ἀδικίωμον ὕβριν, *iniquam contumeliam injuriamvè*: vel etiam; ſi adhæſerit impietati falſæquæ religioni, quæ vigebat in Babylone, à qua, verbi gratia, tres pueri cum Daniele tantopere abhorruerunt. Scio, & monui non ſemel uſurpari futura pro imperativis, & verum eſt hujuſmodi imprecationes eſſe in uſu, quod Pſalmo 7. *k*, vidimus, (ubi ſicut & hìc non bene interpretatur Auctor operis imprefecti *l*, nimiam Davidis de ſua juſtitia confidentiam) & ita quoque Græci declarant, & ex Latinis Arnobius, indicant vero etiam Caſſiodorus, & Btuno Herbipolenſis, de recentioribus, Bredembachius & Agellius. Placet magis tamen ſententia communior, ſimpliciorque, ut indicetur, DEUM non ſolere peccatorem exaudire, & ut περικῶς exponatur hic locus cùm

i 1 aa Mor c.2.
K ver.4. & ſeq.
l hom. 1.

Verſ. 17.) Ad ipſum ore meo clamavi, & exaltavi ſub lingua mea.

Verſ. 18.) Iniquitatem ſi aſpexi in corde meo, non exaudiet Dominus.

Verſ. 19.) Propterea exaudivit Deus, & attendit voci deprecationis meæ.

Senſus loci.

HÆC videtur ſuma tantarum illarum rerum, quas *animæ ſuæ* dixerat Deum *feciſſe*, quum ſe diffideret parem eſſe poſſe tam multis recenſendis. Quum ore clamarem ad Deum flagitans opem, interq; clamandum lingua illum celebrarem, proteſtando ab eo uno expectandam ſalutem, ita ut mihi malè conſcius non eſſem, nec prava eum precarer intentione, ſenſi exauditum me ab ipſo, & votis meis annuiſſe, quòd profectò non ſenſiſſem, nec expertus eſſem, ſi animum ad iniquitate applicuiſſem. Vult Auguſtinus beneficium indicari gratiæ Dei, ut verus præponatur & invocetur Deus, non idola. Hugo vocat gratiam orandi, qui appellatur *ſpiritus precum* y. Bruno Carthuſianus, *puritatem innocentiæ*.

y Zac.12.10

Ad ipſum ore meo invocavi.) Hieronymus, *ipſum ore meo invocavi*. Sed editio noſtra rectiùs exprimit præpoſitionem אל *el*, & πρὸς. Pleonaſmus eſt: *ore clamare*, ſicut & *voce* z, & *gutture* a. Quamquam clamor quoque quidam ſit affectus, & animi & cordis *b*, ſicut Mo-

z Pſal. 3.5. Pſal. 76.2. Pſal. 141.2.
a Pſal 113.7.
b Pſ118.145
c Exod.14.15

cum Titelmano, Jansenio, Vatablo, Genebrardo, Bredembachio, Placido, & aliis, si conscius fuissem peccati, minimè id studens pœnitentia delere, non exaudisset DEUS, aut non exaudiet si talis fuero. Cæcus à nativitate, quem curavit Christus, generaliter atque liberè pronuntiavit *a*: *Scimus, quia peccatores Deus non audit, sed si quis* DEI *cultor est, & voluntatem ejus facit, hunc exaudit.* Origenes *b*, & Augustinus *c*, docent pronuntiatam sententiam falsam à nondum illuminato per fidem. Leontius, Euthymius, Theophylactus *d*, locutum volunt de miraculis, quæ faciat quis in confirmationem innocentiæ, & sanctitatis suæ. Addit Toletus *e*, peccatorem simplici oratione sua non impetrare miraculum absque ullo signo Christi, aut Ecclesiæ, per quod comprobetur veritas illorum, & sanctitas, & virtus: Christum solo verbo suo, vel facto proprio, vel oratione simplici, edidisse miracula. Idem judicium de verbis illis alii nonnullorum Pharisæorum *f*, *Non potest homo peccator hæc signa facere*: & Nicodemi *g*: *Nemo potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo.*

a Joan. 9.31.
b hom. 5. in Ps.
c Tract. 44. Joan. & 2. contr. Epist. Parm. cap 8. d in Joan c. 9 e ib. Ann. 9.
f Joan. 9.16.
g cap 3 2.

Peccator quomodo exaudiatur.

Universe loquendo constat peccatorem deposita peccandi voluntate, nec petentem, quæ ad peccatum spectant, (quod est, *iniquitatem aspicere in corde suo*) sed ad salutem animæ præsertim aut corporis, etiam exaudiri posse: præterea quandoque dum induit Ecclesiæ personam, utiturque precationibus ejus: ad hæc ob sacrificii dignitatem; propter fidem, atque devotionem eorum pro quibus orat; vel merita, & intercessionem Sanctorum; vel fidei propriæ firmitatem, vel quia confert valde quod petit ad commune bonum, & gloriam DEI. At quibus tandem quumque peccator oret modis, verum etiam est numquam exaudiri peccatorem ex dignitate suæ personæ, aut meriti, sed ex Dei gratia, misericordia, benignitate. Lege B. Thomam *h*. Navigans cum sceleratis Bias qui orta tempestate, Deorum implorabant opem: *Silete*, ait, *ne vos hic illi navigare sentiant i. Nos peccavimus*, inquit querulus Jeremias *k*, *idcirco tu inexorabilis es*. Videlicet intelligit quorum scripta veluti sunt peccata *ungue adamantino* l, & obstinati sunt quorum quia *manus plenæ sanguine* m, indignæ sunt ut exaudiantur. Alioqui, cur juberemur orare *n*, *dimitti nobis debita peccatorum?* quomodo exauditi essent Publicanus *o*, & Magdalena *p*, quare in Litania solemniter precamur, peccatores, te rogamus, audi nos? Exaudit Deus *plagam cordis sui cognoscentes* q. Refellit Augustinus *r*, argumentantes hinc Donatistas, non valere collatum ab hæreticis Baptismum, ideò enim valere si consuetam adhibeant Ecclesiæ formam, quia sic nihil de suo conferunt, nec opus id ipsorum est, sed Christi, sicut quum mali nomine JESU invocato, vel per signum Crucis edunt miracula, quæ pariter non sunt illorum. In eo aliquando Cyprianus *s*, errore quum esset, simili utebatur argumento.

Numquam exauditur peccator ob dignitatem suæ personæ, sed ex Dei gratia, benignitate, misericordia,
h 2. 2. q. 83. a 16.
Biantis ad sceleratos quibus navigabat, egregium apophthegma,
i Lacertius.
k Thr. 3. 42.
l cap. 17. 1.
m Es. 1. 15.
n Matth. 6. 12.
o Luc. 18. 13.
p cap. 7. 48.
q 3. Reg. 8. 38
r 5. cont. Donat. cap. 20. Donatistar. argumentatio, non valere collatū ab hæreticis baptismum refutata.
s Epist. 64. & 80.

De oratione hic propriè sermo est, nec habet difficultatem quod asseritur, *aspicientem iniquitatem in corde suo*, non exaudiri orationem, si rem iniquam postulet, quia *fit ei oratio in peccatum* t, (nam si præstat Deus quod petitur malum, non exaudit, sed punit,) & *qui declinat aures suas, ne audiat legem* u, *oratio ejus erit execrabilis*, & qui vocantem non audit Deum, quum invocat, sæpius *non exaudiet illum Deus* x: & *si cor nostrum non reprehendit nos, fiduciam habemus ad Deum, quidquid petierimus, accepturos ab eo, quoniam mandata ejus custodimus, & ea quæ sunt placita coram eo facimus* y. In hujus postremi loci commentario nostro, leget qui volet, quæ ad rem præsentem faciunt. Adde ex Job z: *Si iniquitatem, quæ est in manu tua abstuleris à te, & non manserit in tabernaculo tuo injustitia, tunc levare poteris faciem tuam absq; macula*, &c. Ubi apponitur discrimen inter *innocentem*, & *impium*, *levare* verò *faciem* Gregorius *a*, exponit de oratione, afferens utrumque modò citatum locum ex Joanne & ex Proverbiis.

t Psal. 108. 7.
Si Deus præstat quod petitur malum, non exaudit sed punit.
u Prov. 28. 9
x cap. 1. 28.
y 1. Joan. 3. 21. c. 22.
z c 11. 14. 15.
a 10. Mor. c. 17.

Crassus Judæorum error de peccatis corde tantum admissis.

Crassior adhuc error Judæorum observatus Ab Agellio, iniquitatem, & peccata, quæ *aspicias in corde*, cordeque tantum & intus admittas, denique non externa, sed interna, non exaudiri à Deo, h. e. non curari, non puniri. Confutavit Christus quum damnavit eum, *qui viderat mulierem ad concupiscendum*, quòd *jam in corde mechatus eam* censeretur *b*, & jam in Decalogo vetita fuerat concupiscentia *c*. Postremò de orationis exauditione, non de iniquitatis sermonem esse demonstrant proximè sequentia: *propterea exaudivit Deus, & attendit voci deprecationis meæ*. Ceterùm existimo potissimùm *iniquitatis* hìc vocem sumi, pro ea qua lædunt alii, & *quum malum vir fratri suo cogitat in corde suo* d. Nihil ita impedit, ne exaudiamus. Christus negavit DEO placere sacrificium absque *reconciliatione cum fratre* e, & *magis misericordiam velle* dixit *quàm sacrificium* f, & sub mortem adeò enixè charitatem commendavit g, ne discipuli denegarent eam postea occisoribus ipsius, omni supra mortales omnes odio dignissimis, nec iis mala quæque imprecarentur, ut illi antea duo in Samaritanos inhospitales in Christum *h*, & Chromatio teste *i*, qui docet hic *Da* videm Evangelici præcepti per Spiritum S. non ignarum esse. Repudiatus est Cain *k*, quia iram retinebat adversus fratrem, & miratur auctor Ecclesiastici *l*, *hominem qui homini reservet iram* à DEO quærere misericordiam.

b Matt. 5. 28.
c Exod. 20. 17.
d Zach. 7. 10. Quid super omnia impedit, ne exaudiamur à DEO in precibus.
e Mar. 5. 24.
f cap. 9. 13.
g Joa. 13. 34.
h Luc. 9. 54.
i in Matth.
k Gen. 4. 5.
l cap. 28. 3.

Iniquitatem si aspexi in corde meo.) Supereſt dumtaxat, ut vim phrasis observemus, quum de re jam sit dictum satis. Aliud est, inquit Gregorius *m*, videre per judicium; aliud, per appetitum. Videlicet tamquam judex iniquitatem suam David cognoscebat, & peccatum contra se, sive coram se, ac velut è regione oppositum adversarium, quem odissent, atque persequeretur, habebat, ut Psalmo 50. *n*, docuimus, nunc negat *aspexisse in corde*, ut appeteret, & delectaretur: non modò injustitiam re non efficiebat, inquit Hilarius, sed nec corde concipiebat, nullumque vitium iniquæ suæ voluntatis (vitium grave) in corde suo contuebatur. Non diligebat, ait Augustinus, nec acceptabat: dicens, *respectum* pro dilectione quotidiano sermone poni, ut quum dicimus quòd Deus *respexit nos*, ideſt, dilexit: & volentes, ut quis misereatur nostri, rogamus, ut *respiciat nos*, hoc est, diligat, attendat, misereatur. Ludit Augustinus in *respiciendi* verbo, quamvis usurpet etiam verbum *conspiciendi*, ut iniquitatem, quæ subinde suggeritur, non respicias, ideſt, non retrò aspicias, reddens te sic *ineptum regno Dei* o: sed *quæ retrò sunt oblivisearis* p. Solemus quæ amamus præ oculis ponere, ut nos iis delectemus. Ita existimant intelligi Deum dici *vidisse* quæ creavit *q*, ut significetur delectatus operibus suis: & quidam *scandalum iniquitatis suæ statuisse contra faciem suam* r, quia habere volebant ante mentis oculos ut inde perciperent voluptatem. Ex opposito *non videre*, vel *avertere faciem* scripturæ usurpant, ut iram, indignationem, tristitiam significent. Prioribus Psalmis occurrerunt exempla non pauca. Et præterea tamen *ponit Deus iniquitates nostras in conspectu suo* s, dum vult punire; *avertit faciem à peccatis* t, quando decrevit misereri.

m 22. Mor. cap. 3.
n vers. 5.
Respectus pro dilectione respicere, pro diligere.
o Luc. 9. 62.
p Phil. 3. 13. Deum vidisse quæ creavit, quid sit.
q Gen. 1. 4. 10. 31.
r Ez. c. 14. 3. Non videre, avertere faciem quid sit.
s Ps. 89. 15.
t Ps. 50. 11.

Propterea exaudivit Deus.) Græcè est pronomen (μὲ) & in duobus aliis Latinis Psalteriis, apudque Hilarium Augustinum, Arnobium, Cassiodorum, Bedam, Haimonem, Hieronymum, qui nomen, inquam, præfert Hieronymi. Nam verus Hieronymus non in sua tantùm versione omisit, sed monuit quoque *u*, superfluum esse, affirmat verò David ex eo quòd Deus eum exaudierit, liberando nimirum ipsum, aut alios in sua persona, ab ærumnis, probabilem conjecturam esse, quòd non *aspexerit iniquitatem in corde suo* illam approbando, & volendo. *Quod non mentiar*, inquit, explanans Theodoretus, & Basilius, *opera ipsa testantur*, ὅτι κ᾽ δ ψεύδομαι, τὰ ἔργα μαρτυρεῖ.

u Epist. 135.

Et attendit voci deprecationis meæ.) Psalterium Romanum, *intendit*. Gallicanum, *intendit voci orationis meæ*, sicut & Hilarius, Augustinus, Cassiodorus. In Psalmo 5. x. *intende voci orationis meæ*. Eadem Græca phrasis Hebræa dicitur, nisi quod ibi est שׁוּעִי *sciauhhi*, *clamoris mei*, hic תְּפִלָּתִי *thephillathi*, *orationis*, aut *deprecationis meæ*. Exauditionem refert Hugo ad concessionem bonorum, hoc posterius membrum ad remotionem malorum. Videntur synonyma.

x vers. 3.

Verſ. 20.) Benedictus DEUS, qui non amovit orationem meam, & miſericordiam ſuam à me.

Senſus loci.

GRatiarum actione clauſulam imponit Pſalmo, quod non repulerit DEUS fuſas pro auxilio præces, nec retraxerit benignitatem ſuam, laude dignum affirmans, & à ſe laudatum pronuntians. Intelligit autem de perſeverante oratione, quæ miſericordiæ munus eſt, merceturque alia ejuſdem dona, & perſeverantiam, pro qua orandum, ut Auguſtinus monet. Magnus hic ac prope infinitus theſaurus, ut *quidquid orans petas, accipias a*, ſi quod petis, juſtum ſit ac bonum. Irati DEI maximum indicium, atque iniquitatis tuæ argumentum, quum *tranſire ad eum oratio non poteſt oppoſita* b, veluti *nube*: & Deus *quum clamaveris, & rogaveris, excludat orationem tuam* c. *Excludere* eſt שיחם *ſehiatham*, *occludere, obturare*, ὃ᾽ προφάσεων *ſepire*, ne poſſit foras prodere. *Iniquitates noſtræ dividunt inter nos, & Deum noſtrum, & peccata noſtra abſcondunt faciem ejus à nobis ne exaudiat* d. Caverat quoque Deus, ne *oraret* Jeremias e, *pro populo*, nec orando, *obſiſteret ſibi*, quum decreviſſet *non exaudire*. Graviſſimum item Dei ſupplicium non inveniri qui *obſiſtat ei*, de quo ipſemet DEUS queritur aliquoties f, nec non Eſaias g, ſi minetur tantùm, excitat ſimul Deus, qui fiducia magna deprecentur, & interpellent *gemitibus inenarrabilibus* h, & ipſimet DEO reſiſtant i, ita ut is etiam cedens quodammodo de ſibi illata vi conqueratur k, legendi Hieronymus l, & Chryſoſtomus m. Hic ait ad deterrendum populum prohibuiſſe Deum, ne oraret Jeremias pro illo, non quod eum ceſſare vellet ab oratione. Nec pro ſorore Moſes n, nec Samuel exauditus eſt pro Saule o, nec Antiochus pro ſe p. Egimus hac de re tractantes de *peccato ad mortem, pro quo* Joannes q, *non dicit ut roget quis*. Quum vult Deus ignoſcere, aut quidpiam aliud concedere, priùs impertit fiduciam deprecandi, ut Ambroſius docet r, & *ut quis poſtulet*, credens, *in fide nihil hæſitans* ſ, & *ſemper* t, i. e. perſeveranter.

Perſeverans oratio miſericordiæ munus.

a *Marc.* 11. 24.

Maximum iniquitatis noſtræ argumentum & irati DEI indicium, quum tranſire ad Deũ oratio non poteſt.

b *Thren.* 3. 44.

c *verſ.* 8.

d *Eſa.* 59. 2.

e *Jer.* 7. 16. c. 11. 14. c. 14. 11.

Graviſſimũ à Deo ſupplicium nõ inveniri qui obſiſtat ei.

f *Eſa.* 47. 3. c. 57. 17. *Ezec.* 22. 30.

g c. 64. 7.

h *Rom* 8. 26

i *Exod.* 10. 4.

k *Exod.* 32. 10. *& ſeq. Sap.* 18. 24.

l *in* c. 11. *&* 14. *Jerem.*

m *Hom* 14. *in p. ad Rom. & hom.* 1. *in* 1. *ad Theſſ. & Homil.* 5. *in Matth.*

n *Num.* 12. 14.

o 1. *Reg.* 26. 1

p 2. *Mac* 5. 1.

Quum vult Deus ignoſcere, priùs impertit fiduciam deprecandi.

q 1. *Ep.* 5. 16.

r *in Pſalm.* 37.

ſ *Jac.* 1. 6.

t *Luc.* 18. 1. 1. *Theſſ.* 5. 17.

u *verſ* 25.

x *verſ.* 23.

y *verſ.* 18.

z *verſ* 15.

Qui non amovit orationem meam.) In Pſalterio Romano, & apud Hilarium, Auguſtinum, Caſſiodorum, *deprecationem*. Non amovere, auferre repellere, rejicere, ſpernere, deſpicere orationem, ſive deprecationem, eſt exaudire, & acceptare. Sic in Pſalmo 21. *u*: *Non ſprevit, neque deſpexit deprecationem pauperis, nec avertit faciem ſuam a me, & quum clamarem ad eum, exaudivit me*. In 54. *x*; *Exaudi Deus orationem meam, & ne deſpexeris deprecationem meam, intende mihi, & exaudi me*. In 10. *y*: *Reſpexit in orationem humilium, & non ſprevit precem eorum*. In 87. *z*: *Ut quid Domine repellis orationem meam, avertis faciem tuam à me?* R. Eſa. Tranſenſ. & Vatablus, volunt ſuppleri hoc loco (qui non amovit orationem meam à conſpectu ſuo) cui favent quæ nunc dixi. Alter ſenſus videtur Auguſtini, & aliorum, ut dicat ſe DEI gratia in oratione perſeveraſſe. Quo modo *amovendi* verbum jungendum erit ſimul cum oratione, & miſericordia, ut nec à ſe David amoviſſe orationem Deum ſignificet, nec miſericordiam. Numquam de manibus oratio deponenda tamquam *ſcutum* a, militantibus nobis militiam iſtam *b*. Modos tradit Hugo, quibus amoveatur oratio. Tu conſule.

Modi quibus amoveatur oratio.

a *Sap.* 18. 21.

b *Job.* 7. 1.

PSALMUS SEXAGESIMUS SEXTUS.

In finem.

1 In hymnis, Pſalmus Cantici David.

2 DEUS miſereatur noſtri, & benedicat nobis: il luminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereatur noſtri.

3 Ut cognoſcamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus ſalutare tuum.

4 Confiteantur tibi populi DEUS: confiteantur tibi populi omnes.

5 Lætentur & exultent gentes: quoniam judicas populos in æquitate, & Gentes in terra dirigis.

6 Confiteantur tibi populi DEUS: confiteantur tibi populi omnes: 7 Terra dedit fructum ſuum.

Benedicat nos DEUS, DEUS noſter,

8 Benedicat nos DEUS: & metuant eum omnes fines terræ.

Titulus & Argumentum.

In finem.

Verſ. 1.) In hymnis, Pſalmus Cantici David.

HUjus Tituli partes aliis in Pſalmis præcedentibus extant, & quædam etiam in ſequentibus, vel ſimul omnes in hoc tantùm. Tit. 61. habet *in hymnis*. Ibi Hieronymus vertit, *ſuper organum*. Numeri ſingularis nomen גניגת *neghinath*, hoc loco quum ſit גניגת *neghinoth*, plurale, reddit; *in Pſalmis*, & reliqua interpretantur, *Canticum carminis*, מיזמות שיר *mizmor ſcir*. *Pſalmos* nempe hìc accipit pro Pſalterio, vel Organis. Chaldaicè, *ad laudandum, in fidium pulſatione, hymnis*, & *canticum*. Vel, *in laudem laudatoris, laudatoria, & canticum*. In emendatis Græcis omittitur nomen ὠδῆς. Nomen *Davidis* Hebraicè non extat, ſed inde colligè Agellium miror Davidis non eſſe, quum additum fateatur à LXX. quos ipſe tanti facere ſolet. Argumentum Græci affirmant eſſe, ac Hilarius, bonaque Latinorum pars, de Incarnatione; deque Gentium vocatione. Pſalmum vocat Hilarius brevem, ſed Evangelica prædicatione abſolutum, & omnem in eo ſermonem dicit eſſe vel Prophetarum, vel Apoſtolorum, quorum alii venturum in corpore Unigenitum DEUM, alii veniſſe docuerunt. Tranſcribit eadem Hieronymus, & ideo inter alias cauſſas non Hieronymus. Saltem hoc argumentum latet ſub typo litteralis ſenſus, quem tradunt Hebræi, teſte Lyrano, Treveto, Bredembachio, Placido, de gratiarum actione pro fertilitate cujuſdam anni, quem nimirum indicant illa verba, *Terra dedit fructum ſuum*. Certè, ut ratiocinatur Janſenius, anni terrena fertilitas, aut alius temporalis exhibitus Hebræis favor, non eſt conveniens occaſio lætitiæ Gentium omnium. Athanaſius Marcellino ſuggerit ut miſericordiam à DEO poſtulans, laudet eum, canens hunc Pſalmum. Continetur hoc Pſalmo communis oratio pro omnibus, quam Ambroſius *c*, docet eſſe cum arrogantia nulla, humilitate majore, fructu uberiore. Monui Pſalmo 62. eum cum iſto recitari quotidie ad laudes ſub uno verſu, *Gloria Patri*, &c. unaque Antiphona. Gullielmus *d* Durantes in Rationali divinorum officiorum reddit cauſſam, quòd in 62. ſitis ad DEUM exprimitur, Trinitas in 66. ſicque indicatur ſitis, & deſiderium continuum ad DEUM. Deinde quia in 62. populi Gentilis mentio fit, in 66. Judaici, qui in tandem convenient in eamdem fidem. Ad hæc, quoniam primus indicat amorem DEI, ſitimque ejus, hic amorem proximi, ut cognoſcamus in omnibus Gentibus ſalutare DEI. Poſtremò, quoniam gratiam, quæ videtur in priori ſententiri, in poſteriori, ut collata declaratur. Et ad extremam gloria capitur propter miſericordiam, quà miſeria ſublevatur Adjicit numquam hos Pſalmos omitti, & 148. 149. 150. quòd ſine fide ac deſiderio Trinitatis, quæ in 62. & in 66. exprimuntur, & ſine laude DEI, quæ per alios deſignatur, numquam poſſumus eſſe Chriſtiani. Placuit ratio tertia Joanni *e* Beletho, ſecunda Hugoni à S. Victore *f*. Petrus Lombardus *g*, hoc loco notat, ei. qui tertius eſt in Laudibus, hunc adjungi Pſalmum, quia benedictio Trinitatis in illo imploratur, & in 62. ſitis, atque ariditas exponitur, in iſto Dominicæ benedictionis pluvia ad reficiendam ſitim. Si minùs cui ſatisfit, ſciat in huiuſmodi

Argumentum Pſalmi De Incarnatione deque Gentium vocatione, locus.

Marcellino quãdo præſcriptus hìc Pſalmus.

o 1. *de Abel & Cain* c. 9. Hujus Pſalmi cum 62. recitatio

d *lib.* 5. *ca.* 4. *num.* 15. Pſalmi 148. 149. 150. cũ 62. & 66. recitatio.

e *de div. officio, cap.* 30.

f *Erudit. Theol.* 3. *&* 2. *de offic.* c. 10.

g *Epiſt.* 113 *cap.* 19.

modi varietate ceremoniarum multa esse, quorum vix, aut numquam inveniri causæ possunt, ut ex Augustino refertur in Decretis *a*. Gerson *b*, etiam docet in nonnullis observationibus per Ecclesiam datis, vix rationem posse aliter dari, quàm quòd sic placuerit legislatori, vel Ecclesiasticæ consuetudini. Habetur præterea in quadam *c*, lege, non omnium, quæ à majoribus constituta sunt, reddi rationem legum posse. Meminit autem Cassianus *d*, de multiplici hac in re ritu, & alii, qui de hoc argumento disputant.

a c. omnia d. 12
b 3. p. tract. de direct. cordis.
Confid. 22. Nom omnium quæ constituta sunt, legum reddi ratio potest
c l. 20. ff. de leg.
d 2. Inst. ca. 20.

Vers. 2.) DEUS misereatur nostri, & benedicat nobis, illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri.

Sensus loci. IMplorat DEI misericordiam, beneficentiam, favorem, ut vel iratus antea misereri dignetur, vel si propitius erat, plura misericordia ejusdem signa effectaque declaret, ac præbeat. Hæc porrò maximè optata viscera misericordiæ sunt à Patribus: hæc in benedictionibus illorum præfigurata benedictio: hæc summa benevolentia, favorque, ut mediator adveniret hominum, Deique DEUS homo Christus JESUS expressa facies Patris, cumulans nos *omni benedictione spirituali in cœlestibus* *, & divino replens lumine tùm fidei, tùm gratiæ sanctificantis. Benedictionis primi parentes jacturam fecerunt tùm spiritualis, quæ ornabat, ditabatque animam, tùm terrenæ, quæ feracem reddebat terram. In lemine novo benedicendæ fuerunt omnes gentes, ut audire tandem iis lætam illam liceret vocem: *Venite benedicti* e, ab eo, qui *gratiam dat & gloriam* f. Videri potest David, ut hoc loco monet Agellius, & innuit ante ipsum Oleaster *g*, ad Pontificiæ benedictionis formulam, quam præscripsit DEUS, respexisse, & oculos convertisse ad *Pontificem* Christum fidelem *reconciliatorem delictorum nostrorum* h, *magnum compatientem infirmitatibus nostris, qui tentatus est per omnia* t, sedentem *in throno gratiæ* k, *sanctum, innocentem, impollutum, segregatum ab omnibus, non habentem necessitatem* C *pro suis delictis offerre*, sed pro populi tantùm *l*, *Sanctorum ministrum*, & *tabernaculi veri* m, & *futurorum bonorum* n. Sic autem præcepit DEUS, ab Aaron & filiis ejus benedici filios Israel o: *Benedicat tibi Dominus, & custodiat te. Ostendat Dominus faciem suam tibi, & misereatur tui. Convertat Dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem.* Mox subdit Deus p, *Invocabunt q; nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eis.* Memor benedictionis ejusdem auctor Ecclesiastici *q*, sic orabat, *Da mercedem sufficientibus te* (expectantibus Messiam) *ut Prophetæ tui fideles inveniantur, & exaudi orationes servorum tuorum, secundùm benedictionem Aaron de populo tuo, & dirige nos in viam justitiæ, & sciant omnes, qui habitant terram, quia tu es DEUS conspector sæculorum.* Explicat rectè Abulensis *r*, post Lyranum *s*, & Hugonem *t*, post omnes hos verò Rickelius *u*, dictam benedictionem, præter carnalem Hebræorum exponendi modum, de quo etiam facit mentionem. Ut benedicat D Deus per gratiam gratum facientem: custodiat ne amittatur, ostendat faciem, illustrando intellectum cognitione sua misereatur: debitas peccatis pœnas remittendo, convertat vultum ad nos, consolando, ac tribulationes amovendo, det pacem, perturbationis materiam auferendo. Oleaster *x*, observat sex in eadem benedictione, ut bene faciat nobis Deus, ut custodiat, ut dirigat ne erremus, ut misereatur, ut amicè nos respiciat, ut pacem nobiscum faciat. Cajetanus *y*, paullo aliter distinguit, partim de temporalibus bonis & malis concedendis ac repellendis, partim de spiritualibus. Idem autem Oleaster ex Hebræorum traditionibus notat, sex ad eam benedictionem necessaria fuisse, ut lingua sancta proferretur, i. e. Hebræa, ut stando, ut manus attollendo, ut alta voce, ut versa facie ad populum, ut in nomine DEI Tetragrammaton. Huc nunc ponere placuit propter similitudinem, cum præsenti precatoria, & benedictionis sententia, atque cum nonnullis, quæ in eodem isto psalmo sequuntur.

* Ep. 1. 3.
e Matth. 25. 34
g in c. 6. Nu Ad Pontif. benedictionis formulam respectus fortitâ Davidis.
h Hebr. 2. 17.
i c. 9. 11. 15.
k vers. 15.
l c. 7. 16 27.
m cap. 8. 2.
n cap 9. 11.
o Num. 6. 24. 25. 26.
p vers. 27.
q c. 36. 18. 19
r In Num. c. 6. q 24.
s ibidem.
t ibidem.
u ibidem.
x Ibidem. Oleastri observatio.
y Ibidem.

Deus misereatur nostri.) In Gallicano Psalterio, apud Hilarium, *nobis*. Græcè ἐπικεκρυπται, non solùm est optativi modi, ut Gulielmus Scepræus dixit, sed etiam imperativi, sicut & in fine versus ἐλέησον, & Latinum verbum est ad utrumque indifferens. Hebræum autem יחנגנו *jechannenu*, futuri temporis poni pro imperativo solet, nec refert Græcè esse Accusativum ἡμᾶς *nos*, nam ultimo versu Latinè quoque ponitur, *Benedicat nos Deus*, ubi tamen Hieronymus vertit etiam, *nobis*. Et docet Jansenius *z*, apud Latinos Græcosq; constructionem utramque vim eamdem habere. Observat Hilar. doctrinæ ordine primùm misericordiam Dei posci, quia ex copia bonitatis suæ misericordiam in peccatorum remiss. largitur, & peccatorum remissio non probitatis est meritum, sed spontaneæ indulgentiæ voluntas ex bonitatis divitiis ad miserandi munus exuberans. Hoc est quod Theologi docent remissionem peccatorum non cadere sub meritum nostrum, quia meritum est personæ dignæ, quæ dignitas est per gratiam sanctificantem. Hugo attribuit hæc verba pœnitentibus: (*benedicat nobis*) proficientibus, (*illuminet vultum suum super nos*) pervenientibus sive perfectis: & *misereatur nostri*) morientibus: primos petere veniam; secundos, gratiam justificantem; tertios, sapienrem, sive gratiam contemplationis, postremò, gloriam. Assignat quoque cuivis justo, vel religioso confessionem miseriæ cum petitione misericordiæ confessionem maledictionis cum petitione benedictionis, confessionem tenebrarum, culpæ & ignorantiæ cum petitione illuminationis per vultum Patris, qui est Christus, vel secundum rationem nobis impressam, quòd est *lumen vultus Dei signatum super nos* a, confessionem pietatis cum petitione gloriæ. Ad hæc docet, verbis primis postulari liberationem ab omni miseria, & pœna; secundis, omnem felicitatem, tertiis, plenam animæ cognitionem, & corpori claritatem Solis; ultimis, corporum resurrectionem. Addit gloriosæ resurrectionis dotem primam, quæ est impassibilitas, indicari primo *miserendi* verbo, ultimo simili subtilitatem; secundo agilitatem, tertio claritatem. Tandem notat in *Dei* nomine unitatem essentiæ, in verbo *miserendi* proprium actum Dei, in verbo *benedicendi* personam Patris, qui benedicat filiis sicut Patriarchæ suis; in *illuminandi*, personam Filii, qui est lux mundi; in repetito verbo *miserendi*, appropriatum, ut dicunt, actum personæ Spiritus Sancti propter attributum bonitatis. Vita sunt mihi hæc ingeniosa, & pia. Hugo item S. Victoris *b*, scribit priori Psalmo, qui erat de resurrectione, istum annecti, ut misericordia gratiaque impetretur ad credendum. Erat quippe, ut in Commentario Actuum Apostolorum docui, Gentilibus hoc mysterium creditu perdifficile. Vide, si placet, aliam horum distributionem apud Brunonem Carthusianum.

z Concord. Evang. c. 47. Hilarii observatio.
Remissio peccatorũ non cadit sub meritũ nostrum.
a Psal. 17.
b 2. de off. Eccl. p. 10.

Et benedicat nobis.) Alia Psalteria, & Hilarius, Augustinus, Cassiodorus *nos*. *Benedicere DEO*, esse, bene cum copia facere, vidimus aliquoties, & quo pacto benedicatur à nobis DEUS. Augustinus advertit prioribus duobus Psalmis animam nostram invitatam fuisse ad benedicendum DEUM: in hoc rectè orari, ut benedicat Deus, utroque modo crescere animam nostram, & prodesse nobis utrumque, non DEO, priorem in nobis esse benedictionem illius, tùm sequi, ut & nos benedicamus, illam esse pulviam, istum fructum. Quid importet benedictio hic postulata, jam priùs dixi cum Hilario quem imitantur alii.

Augustini observatio.

Illuminet vultum suum super nos.) Hieronymus, *illustret faciem suam super nos*, quibus ipsis verbis in Psalmo 30. *c*, legimus, secundùm editionem nostram, *illustra faciem tuam super servum tuum*, ubi Hieronymus, *ostende*: quum sit eadem utrobique phrasis Græca & Hebræa. *Vultum* Græci, & Hieronimus de Filio DEI interpretantur, ut eum Pater mittat, atque ipse se Filius ostendat, κατ' ἐνανθρώπησιν, *secundùm inhumanationem*, seu *incarnationem*. Redditus est per hanc visibilis Deus, licèt simul *absconditus* d, sit, quia tectus humanitatis velo, ut qui quasi absconditus est, idem posset esse *despectus, nec reputatus* e, sed ita ut velut per laternam emicaret divinitas; & *lux in manibus abscondita* f, tamquam per digitorum interstitia.

c vers. 27.
d Esa. 45. 15
e cap. 53. 3.
f Job. 36. 32.

In ea benedictione sacerdotali, quam prius recitavi, ex libro Numerorum *g*, Theodoretus agnoscit postulatum Christi adventum verbis illis. *Ostendat Dominus faciem suam tibi, & misereatur tui, & convertat Dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem.* Sic præterea

g q. 21. in Num.

per

per *faciem* intelligi Chriſtum apud Malachiam *a*: *Qui* Ari ſed ob id deprecantur, nempe Apoſtoli, ut cognita
præparabit viam ante faciem tuam, ſcribit Galatinus *b*, fiat Dei via, quæ eſt doctrina vitæ religioſæ, per quam
& R. Moſes. Apud Oſeam *c*. *Vivemus ante faciem ejus*: ad Deum pergitur, & Chriſtus eſt, qui ſe *viam* appel-
& in Pſalmo 79. *d*, *Oſtende faciem tuam*, & *ſalvi erimus*: lavit *l*, ac *neminem* aſſeruit *venire ad Patrem*, *niſi per* 1 *Joan.* 14. 6.
ut & nominatus Hieronymus in Pſalmum 88. *e*, *Miſeri- *ipſum* m, quum Thomas de via interrogaret *n*. Idem m *ibidem.*
cordia & veritas præcedent faciem tuam. Significat ut illo vero ſibi voluit, quum hanc dixit *eſſe vitam æternam*, *ut* n *ibidem* 5.
alio Pſalmo docui, *illuminatio*, ſeu illuſtratio hilaris *cognoſcerent homines Deum vivum*, *& quem miſiſſet Jeſum*
vultus, & faciei divinæ *ſuper aliquem*, benignum favo- *Chriſtum* o. Certè non tam curabat David cognoſcere o *cap.* 17. 3.
rem ipſius atque beneficum. Maxima profecto benedi- hanc viam cum ſuo populo, jam priùs & ſcripturis, &
ctio, & ceterarum fons omnium, cauſſaque incarnatio majorum traditione, utcumque indicatam, quàm ut
eſt. Explicant Latini tamen etiam de communicato lu- nota Gentibus omnibus fieret per totum mundum. Com-
mine divino in intellectu noſtro, per quod inter cetera, munis ſenſus noſtris quem dixi de Meſſia, ſive Chriſto,
diſcat anima benedicta *nomen Dei benedictum* celebrare, atque Salvatore, innuitur in Midras thehillim, ut Ga-
etiam inter calamitates, exemplo Jobf, ut Auguſtinus latinus *p*, etiam citat, & à Gregorio traditur *q*, ſa vent- p *lib.* 6. *c.* 14.
f *cap.* 1. 21. monet. Idem verò, bonorum externorum, quibus ma- que in paraphraſi זיו אפהי עטנא *ziu appobi himmana*, q *Hom.* 22.
li etiam abundant, benedictiones: quamvis à DEO ſint, ex quibus vocabulis ultimum eſt pars nominis *Imma-* *in Ezech.*
meritò tali benedictioni poſtponit, & præoptandam *nuel*: primum ſignificat *ſplendorem*, quem Patris reſpe-
iſtam docet, eleganti facta inductione ac demonſtratio- ctu affirmat Paulus *r*, eſſe Chriſtum. Sed & ille alius, r *Hob.* 1. 3.
ne, cur voluerit Deus communia bonis ac malis externa etſi non ita præcipuus, admitti poteſt, & ad hunc re-
illa bona eſſe: tùm præterea id ait hic peti, ut impreſſa duci, de cognoſcenda via, ideſt, ratione ac modo,
imago DEI cognoſcatur à nobis in nobis, & attendamus B quem tenet Deus in rebus noſtris gubernandis, qui mo-
quanti valeamus, quidque pro nobis datum ſit, & diſ- dus, ratio, *via* duplex eſt, *miſericordia*, atque *veritas* ſ. Colligit Gregorius *t*, hinc eamdem eſſe viam no- ſ *pſ.* 24. 10.
cutiantur peccati tenebræ hanc obſcurantes imaginem. bis ad cœleſtem patriam, qui ex gentilitate venimus, t *ſupra*.
Et miſereatur noſtri.) Deſunt hæc in Hebræo textu, & illis Patribus, qui fuerunt in Judæa, ut ideo in ter- Gentium et Patrum qui fuerunt in
& præciſa quoque ſunt in editione Græca emendata, ra cognoſcatur ſalutare, ideſt Jeſus, quia Jeſu Deus Judæo, ad
quòd in ſcholio Græco notatur non ſcribi, ut Collector ante ſæcula, & homo factus in fine ſæculorum gentibus cœleſtem
notationem in dictam editionem notat, & quod non eſt manifeſtatus. Rurſus idem *u*, oſtendit *viam* de Chri- patriam via
ſint apud Auguſtinum, nec in metaphraſi Apollinarii. ſto dici, propter humanitatis tranſitum, in quo cæcos eadem.
Bredembachius ſuppoſitum putat, ac repetitum ex prin- ſecus viam clamantes audivit, & ſtans per divinitatis u *in. moral.*
cipio Pſalmi loco dictionis סלה *ſelah*, & διάψαλμα. Eu- potentiam curavit. Hominibus per trivia, & avia in- *cap.* 2.
thymius id recipit, & exponit bis Deum rogari à Da- cedentibus, ac errantibus non per via ſolum Herculea, *Via* de Chri-
vide ut miſereatur, veluti à rei optatæ valdè cupido. Chriſtus plus quam lapis millarius, Theſei filum, & ſto cur di-
Caſſiodorus, Haimo, Beda, Bruno Carthuſianus, & Ariadnes, vel Mercurius: nec auditur tantùm poſt ter- catur.
alii, neceſſariam iterationem affirmant, quoniam, & à miſericordia Domini proficere incipimus, & in bona ſpe, ipſo largiente ſervamur. Omnia Pſalteria Latina hæc gum monens, *hæc eſt via* x. Sed deducit ac dirigit etiam x *Eſa.* 10. 21.
retinent verba, & in multis codicibus Græcis extant, nec *y*, in via & ſemita, ipſemet prædux factus, & via, at- x *pſ.* 76. 20.
ſequitur, eos qui non expoſuerunt, non etiam admiſiſſe, que ſemita in mari quoq; & in aquis torrentibus z, in z *Jer.* 47. 2.
quia fortaſſis nihil occurrit quod notarent, ſicut videre quibus homines, quum nullum veſtigium ac indicium *pſ.* 77. 20.
eſt præter Auguſtinum apud Ruffini ac Hieronymi no- impreſſum fixumque habeant, ad aſtra recurrunt, ocu-
mine indigitatos auctores, & apud Arnobium, qui ne los, quæ dirigunt. *Notam* ajebat noſter alibi *a* Prophe- a *pſ.* 142. 8.
quidem quæ primo ſunt loco, explanat. Cum Caſſiodo- ta, *fac mihi viam*, *in qua ambulem*, *quia ad te levavi*
ro autem ceteri fere hac etiam repetita declarant: & in *animam meam*, hoc eſt, periclitans in hoc mari, ſuſtu-
textu Hilarii expreſſa ſunt. Græcè in principio eſt διάψαλ- Cli ad te oculos mentis meæ. Nolebat Moſes, *niſi ipſe-*
μα, hic ἐλάλησαν: in Pſalterio Æthiopico, & *vivemus*. *met Deus præcederet*, & niſi ambularet ſecum, atq; cum
Conjectura Bredembachii, de סלה *ſelah*, refellitur, ex eo populo Hebræo, *& ſic glorificaretur Deus ab omnibus po-*
quod Hilarius vim ejus ait eſſe oſtendere in quem pro- *pulis habitantibus ſuper terram*, educere populum He-
fectum *illuminationem vultus Dei* ſuper ſe David pre- bræum, nec aliter ſibi *ſcire* poſſe videbatur *hunc*, ac ſe
cetur: Denique quia illius vocabuli alius tradi uſus ſolet, *inveniſſe gratiam apud Deum* b. Sed non rectè Agellius b *Exod.* 33.
de quo aliàs egimus, ut non ſit veriſimile quempiam lo- dixiſſe Moſen citat *c*, *ſi inveni gratiam in conſpectu tuo*, 15. 16.
co illius repetere voluiſſe, (*& miſereatur noſtri*) vel *oſtendi mihi viam tuam*. Ibi enim habetur, *faciem tuam*. c *verſ.* 15.
(*nobis*) ut habet Caſſiod. Hilar. & Pſalter. Romanum. Via Chriſti *gigantis currentis* d, multiplex, difficiliorq; d *pſ.* 18. 6.
Hujus formulæ benedictionis uſurpatio à Clemente Papa. Vetus Pſalterium, in quo deſint, Agellius neſcio quod cognitu, quàm *aquilæ in cœlo*, *colubri ſuper terram*, *na-* e *Pro.* 30. 19.
vis in medio mari, *viri in adoleſcentia ſua* e, quæ myſticè
intelligat: de Vaticano uno conſtat. Sed ſunt eadem ver- ſolent ad Aſcenſionem Chriſti, Reſurrectionem, Paſſio-
ba in Arabico: in Æthiopico eo modo quem dixi. Cle- nem, Incarnationem, accommodari: de quibus hoc
mens Papa V. hanc formulam benedictionis pro ſigno etiam loco Hugo.
accepit g.
g *Alphonſus Diaconus in vita.*

In omnibus gentibus ſalutare tuum. Si *gentes* pro gentilibus propriè ſumi volumus, deſignabit in priori membro terra terrenos Judæos. *Salutare* autem voce ipſa Hebræa præſentis loci ישועה *jeſuuhhab* Jeſum notat. Sæpe de hoc vocabulo actum eſt, nec non de Græco σωτηρία, deque aliis גוים *goim*, ἔθνη, *gentes*, quæ Judæos etiam comprehendere poſſe oſtendimus. Ardens alienæ cunctorum ſalutis hinc oſtenditur & ſingularis quidam amor prioribus in verbis, quibus ſecundum interpretationem Lxx. conjungit Propheta perſonam ſuam cum aliis, *ut cognoſcamus*. In commune nos *orare* præcipit Chriſtus *f*, *ſanctificationem nominis Dei*, & alia. Flagrans f *Mat.* 6. 9.
eodem deſiderio preces fundit Eccleſiaſtici auctor g, ut g *cap.* 36. 1. *& ſeq.*
Deus miſerens oſtendat lucem miſerationum ſuarum, *& im-*
mittat timorem ſuum ſuper Gentes, *quo cognoſcendo*, *quia*
non eſt Deus, *niſi ipſe*, *enarrent magnalia ejus*, *& viden-*
do potentiam ejuſdem, *ſicut in conſpectu illarum ſanctifica-*
tus fuerat Deus in Hebræis, *ita in iſtorum conſpectu magni-*
ficetur in illis, *denique cognoſcant Deum*, *ſicut Hebræi co-*
gnoverant, *quod non eſſet alius Deus præter Dominum*.
Quadrant hæc ſatis belle his quæ ſunt hactenus in pſal-
mo dicta, deincepſque dicentur. Hoc eſt quod vetulus
cecinit Simeon *h*, *lumen ad revelationem Gentium*, *&* h *Luc.* 2. 32.
gloriam plebis Iſrael: & ante illum noſter idem David i *pſ.* 97. 2. 3.
i, *notum factum ſalutare Dei*, *& revelatam in conſpectu*

Verſ. 3.) Ut cognoſcamus in terra viam tuam: in omnibus Gentibus ſalutare tuum.

Senſus loci.

TAnta verborum exaggeratione laudat miſericordiam Dei David, benedictionem, & illuminationem, ut omnes (quod converſa exprimit oratione ad Deum) tota terra percipere Dei viam poſſent, quæ eſt, ut bonis inopes ditet, det opem periclitantibus, & egentibus, & quo pacto ſalvari genus humanum Deus decreviſſet, & ſalutis hujus auctorem ac ſalvatorem, non Judæi dumtaxat, ſed omnes ubique cognoſcerent, & adhæ-
h *Joa.* 14. 6. rerent ei, qui ſe *viam eſſe* dixit *h*, hoc eſt, Chriſto, Apoſtolos hìc loquentes Hilarius facit, tantæ prædicationi ſe impares eſſe, niſi illuminentur, oſtendentes, & niſi quo-
i *Joan.* 8. 12. dam vultus Domini ſplendore luceſcant, qui quum ſit
k *Mat.* 5. 14. *lux* i, *lumen* quoque illos *mundi* voluit eſſe *k*.

Ut cognoſcamus in terra viam tuam. Hieronymus, *ut nota fiat in terra via tua*. Ad verbum לרעת *ladabbat*, & τὸ γνῶναι, *ad cognoſcendum*. Quod, inquit Hilarius, ſine perſonæ definitione eſt, atque ita ſecundum illam Græcitatis, ut ipſe loquitur, translationem, illumina-

Gentium justitiam ipsius, & visum salutare ejusdem ab omnibus finibus terræ, &, ut Etaias *a* loquitur, *ab omni carne*. Eadem repetuntur clarius sequentibus versibus.

a cap. 10. 5.

Vers. 4.) Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes.

Sensus loci.

QUasi jam exauditus, & animo præsagiens quod optavit, omnino ita fore, & tamquam factum contemplans, ut *repleatur terra scientia Domini sicut aqua maris operientes* b, & *multiplex scientia* sit c, invitat omnes Θεοδίδακτους, *docibiles Domini*, *doctosque à Domino* d, seu immediatè, seu per Doctores ipsius, ut cognitum Deum humiliter, ingenuè, intrepidè, liberè, gratè, magnificè confiteantur, & laudent velut auctorem omnium bonorum, liberalissimum largitorem, salvatorem, justificatorem, glorificatorem, se vero sicut omni bono per se destitutos, omnium pœnarum reos, peccatis obstrictos. Hilarius, quum similis versus postea repetatur, existimat in isto loqui Prophetam de confessione peccatorum; in illo, de confessione laudis: & per *populos* intelligere Judæos, per eosdem addito nomine, (omnes,) Gentiles. Hieronymi nomen habentes commentarii idem indicant, & ut confessio laudis sit, imaginem Patris esse in Patre, & ut in Filio videatur, adoretur, laudetur Pater. Ruffini quoq; nomine dictus consentit, necnon alii Latini multi post August. Credo de utrisque populis utroq; versu sermonem esse, ac de confessione præsertim laudis, & professione fidei, non excludendo confessionem peccatorum. Ad cujus frequentationem facere Hugo notat quater repetitum *confitendi* verbum, vel ad effectus totidem ipsius, ut Deum glorificet, reconciliet advocatum, excusatoremq; faciat, ut Ecclesiam redintegret, mundet, scopetq; advocatum faciat, & obliget ad orandum, ut animam purget, decoret, exhilaret, cautam reddat, humiliet, ut diabolum accuset, ac prodat, confundat, & interficiat, oblivionem efficiat, atq; deleat scripturas ejus. Ea distinctio de Judæis & Gentibus est etiam Euthymii. Colligit argumentum cum Augustino Cassiodorus contra Donatistas, qui putabant Ecclesiam non esse ubique diffusam. De cognitione Messiæ habenda à populo utroque Rabini ité declarant in midras thehillim, ut Galatinus e refert. Distinguit idem Hugo confessionem quadruplicem, propter *confitendi* tot vicibus hic & sexto versu inculcatum verbum, peccati, & laudis, de quibus meminimus: præterea, fidei & prædicationis: & fidei, pertinere ad omnes; prædicationis, ad Prædicatores ac Prælatos, laudis, ad Clericos & religiosos, peccati, ad peccatores. Galatinus f, ex R. Acha in bereicith rabba, recitat denotari, quod omnes populi confessuri essent Deum corde, ore, operibus, & pariter his omnibus.

b *Esa* 41. 9.
c *Dan.* 12. 4.
d *Esa.* 54. 13. *Joan.* 6. 45.

e *lib.* 6. *c.* 14. Contra Donatistas, de Ecclesia nō ubique diffusa, argumentum. Quadruplicis confessionis distinctio hoc loco.

Confiteantur tibi.) Chaldaicè קוסך *cosaach*, quod subjectionem voluntariam velut servorum coram Domino, & in oculis ejus magis demonstrat, quemadmodum in psalmo 85. g. *Omnes gentes quascumque fecisti, venient, & adorabunt coram te Domine*. Nec refert futuri temporis Hebræum verbum cum affixo יודוך *joducha*, quia loco imperativi poni solet. Latinum est indifferens ad optativum, & imperativum. Græcum ἐξομολογησάσθωσαν est imperativi modi; licèt Apollinarius utatur futuro ὑμνήσουσι, quod restringit alterius verbi Græci & Hebræi significationem ad confessionem laudis.

f *lib.* 6. *c.* 14.

g *vers.* 9.

Vers. 5.) Lætentur, & exultent gentes, quoniam judicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis.

Sensus loci

UT sit confessio laudis gratior & lætior omnium gentium, & animo lætentur, vocemque & corpore exultent, orat ut intelligere illas faciat Deus, quanta æquitate, & bonitate judicet, regat, moderetur, nullum vi opprimens, cunctos tuens, ac liberans, cuique reddens secundùm merita, cunctis rectum iter monstrans, per idque deducens, ac dirigens, nullo eos bono carere sinens, donec ad summum perducat. Equitas & directio innuunt præterea facilitatem divinorum præceptorum, & summam eorumdem congruentiam cum ratione, nam *Plenitudo legis est dilectio* h, quam Christus maximum commendavit in modum, vocans *novum mandatum* & *suum* i, & invitans ad *onus suave*, *jugumque leve* k. Hæc *virga* regis nostri, ac *regni* ejus, est *æquitatis*, *ac directionis* l. Applicat Augustinus, & alii lætitiam exultationemque ad confitentes peccata sua, quia confessio hæc non ducit ad pœnam, nec timent futura judicia, tamquam damnandi, quibus Christus est advocator, & indultor, non vindex aut ultor, & quos ad bona dirigit.

h *Rom.* 13. 10.
i *Joan.* 13. 34
k *Matth.* 11. 30.
l *Psal.* 44. 7. *Hebr.* 1. 8.
Lætitiæ & exultationis applicatio ad sua peccata confitentes

Lætentur, & exultent.) Hieronymus secundo loco, *laudent*. Sed Hebræum verbum ירננו *jerannenu*, significat exultantem lætitiam clamore quodam, vel etiam gestu corporis proditam, ut aliàs docui, sicut & Græcum ἀγαλλιάσθωσαν.

Gentes.) Non sunt hìc גוים *goim*, quæ vox pro gentilibus usurpatur sæpe, ut à Judæis distinguuntur, licèt etiam pro utrisque nonnumquam, sed לאמים *leummim*, quo nomine passim quicumque populi comprehenduntur, sicut & Græca ἔθνη, quæ hìc est, non solum Ethnici significantur non raro.

Quoniam judicas.) Futuri temporis est תשפוט *thisphot*, & κρινεῖς, sicut pro sequenti *dirigis*. Græcum est ὁδηγήσεις in futuro, quo item pacto habetur in Psalterio Gallicano, & apud Hilarium. Sed in præsenti bene redditum est etiam à Hieronymo, quia Hebræi verbis futuri temporis denotant id quod semper omnique tempore fit, ac fieri solet, non modo quod futurum est. Atque id hoc loco voluerunt qui סלה *seiah* in fine versus interpretati sunt, *semper*, ut Hieronymus, aut Chaldæus Paraphrastes, *in sæcula*. Melius autem perpetuitatem indicat præsens tempus, ut aliàs docui.

Populos.) Hoc item vocabulum synonymum est cum gentibus, quemadmodum λαοὶ cum ἔθνη, & עמים *hhammim* cum לאמים *leummim*, nec non cum גוים *goim*.

In æquitate.) Suppleta est præpositio nomini מישור *miscior*, de quo, & de Græco εὐθύτης lege Psalmum 44. *m*, ubi de *virga directionis*, aut *æquitatis*. Providentiam Dei probat hic locus erga res humanas, tùm vero ut hominum corda renovat, vitamque componit, & reformat; & cognoscitur etiam hic *judicia faciens* n, vindicans illatas aliis injurias sæpenumero, nec raro, studiosos autem virtutis præmiis afficiens, maximè vero in generali futuro judicio.

m *vers.* 7. Dei providentia erga res humanas ex hoc loco rectè probata.
n *Psl.* 9. 17.

Et gentes.) Priùs de hac egimus voce, & de Hebræa, Græcaque illique respondentibus.

In terra.) Vel tu, ò Deus, existens in terra dirigis gentes, vel gentes quæ in terra sunt. Utrumq; tradit Euthymius sensum. Hieronymus expressit secundum, *& gentium, quæ in terra sunt, ductores*. Tertius ex utroque sensus, ut per terram Deus dirigat, videlicet in hac degentes terra, tamquam in vite ad illam *terram viventium* o, nostræ huic velut ἀνταχθονα, ipse, qui præsens est in terra, non tantùm in cœlo. Apollinarius vertit hoc modo:

o *Psl.* 26. 13.

ἔθνη δὲ ἡγήσαιο φίλην ἐπὶ γαῖαν ὁδεύειν,
Gentibus vero præeas amicam per terram iter facere.

Quartus, ut sit Christus director aut judex omnium qui orti sunt de terra, etiam qui mortui jam sunt, utpote constitutus à Deo judex vivorum, & mortuorum. Quintus, juxta lectionem Hilarii, *in terram diriges*, ut quod paullo antè dixi, dirigat in terram viventium, & beatorum. Etsi forsan legit, *in terra*, sicut Gallicanum Psalterium, cum futuro, *diriges*.

Dirigis.) Jam dixi aliam lectionem esse in futuro, *diriges*. Valet id verbum ad litteram *prosperum reddere*, & sæpius occurrit alibi. Inter alia dicitur Deus *dirigere viam nostram* p, *gressus* q, *in semita recta* r, *& in terra* s. Hieronymus, *& gentium quæ in terra sunt, ductores sempiternus*. In Bibliis Regiis ex editione Hieronymi pro סלה *selah* additur, *semper*, post epithetum, *sempiternus*. Sed nec Victorius, nec Trevetus recitant, nec præter סלה *selah* quidquam est, quod respondere possit dicto epitheto. Habent emendati codices Græci διάψαλμα, & meminit Hilarius, admonens tamen nihil hic innovasse. Sed Scepræus, quia non vidit emendatam editionem Lxx. negavit, quidquam respondere voci סלה *selah*, Græcè, sicut nec Æthiopicè, vel Arabicè.

Dirigere, pro prosperum reddere.
p *Psl.* 5. 9.
q *Psl.* 36. 23. *Psl.* 39. 3.
r *Psl.* 26. 11. *Psl.* 118. 133.
s *psl.* 139. 12.

Vers. 6.

Verſ. 6.) Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes.

Verſ. 7.) Terra dedit fructum ſuum.

REpetit verſum jam priùs poſitum, ut celeres faciat populos, vel promtiores reddat, inquit Euthymius, Baſilius, Theodoretus, Hieronymus; qui ait, quum Apoſtoli, quibus tribuit priorem verſum, viderent eos reticeſcere, propterea id ipſum reiterare, quaſi dicerent, ſemel diximus, non audiſtis, iterum dicimus, ut canatis. Dici quoque poteſt, præter ea quæ jam ſupra diximus, quum egiſſet priùs Propheta de viæ Dei cognitione, ac revelando Chriſto, qui eſt via Patris, & ideo gratias agendas, confitendumque Domino, nunc, quoniam etiam dixerat Deum judicaturum populos in æquitate, & gentes in terra directurum, denuo invitare populum ad eaſdem laudes, gratias, confeſſionem reddendam Deo. Quod ultimo loco eſt, juxta vulgarem verſuum diſtributionem, ſignificat, Prophetam de ſeipſo affirmare ſe plurimum fructum afferre, ſeu ſicut certa ſuggerit ſpes, allaturum, quaſi terram cœli rore profuſam, atque pluvia irrigatam, ob dictam cognitionem Dei, & quod vias rectas fuerit edoctus. Id Hebræi de fertilitate anni, frugibuſq; in horrea congregatis, interpretantur, ſicut & alii nonnulli, de quibus, initio pſalmi dixi, ut Lyranus, Trevet. &c. à quo ſenſu receſſiſſe Cajetanum, proque litterali tradidiſſe eum miror, præter morem, qui moralis eſt dumtaxat. Sed ſecundum aliam ſeparationem verſuum, ut initium ultimi ducatur ab ultimis quæ hìc recitata ſunt, ſic explanant, quod omnia ſuppetent ad perfectam temporalem felicitatem, ſi benedicat Deus, vel poſtponendo, ſi Deus benedicat, ſeu quia benignus eſt, ideo terram largè ſuppeditaturam victum, & quæ terra oriuntur ad nos juvandum, ſeſe effusè impenſura.

L ci interpretatio.

Myſticus ſenſus.

Idipſum ſenſu myſtico deſignatur, poſtquam *cœli roraverint deſuper, nubeſque pluerunt juſtum, & aperta terra germinaverit Salvatorem* a, *Spiritus ſanctus ſupervenerit* in terram virgeneam, ac *virtus Altiſſimi obumbraverit* ei *b*, & Chriſtus ipſe miſerit tamquam imbres *eloquium* ſuum *c*, fore ut deſideratus tot ſæculis prodeat fructus, tùm Chriſtus ex utero Virginis, tùm juſtificatiſper Chriſti prædicationem, cujuſmodi fuiſſe fructum Magdalenam Auguſtinus ait. Item, ubi Apoſtoli poſt acceptam doctrinam, & præceptum à Chriſto, tamquam *nubes volantes* d, quæ tonent minis, coruſcent miraculis, compluant verbis Evangelicæ prædicationis, effuderint imbres in terram, tunc hanc quæ *maledicta* e, eſt propter peccatum hoc eſt nos ipſos & animas noſtras, liberas à peccatis, atque ab ea maledictione & benedictionis divinæ participes, ac ſervos factos juſtitiæ, edituros fructum in ſanctificationem, cujus *finis ſit vita æterna* f. Comparationem illam cum maledictione terræ noſtræ ſumtæ ſecundùm tropologiam ob ſpinas, tribuloſque vitiorum, & cupiditatum aculeos, & cum benedictione divina per configurationem cum cœleſti Adamo, Hilarius tradit, & Auguſtinus, poſtque illos alii Latini, ut Hieronymus, Arnobius, & innuit Gregorius g: quamvis quidam fructum velint etiam contineri ſententia ſequentis verſus. Euthymius amplectitur ſimul ſenſus tres, ut hominibus à Deo benedictis terra abundè fructificet (quo modo videtur conflare verſum ex ſequenti & poſtremis hic recitatis verbis, ut Hebræos facere dixi) ut homines ipſi à terra nati ſint fructus, ac per tribulationes, & virtutum exercitationes (nimirum quaſi per agricolationem) Deo in fructum dati ſint, quod affirmant etiam Baſilius, & Theodoretus: Ut ipſemet Chriſtus ſit fructus, nempe eo modo, quem expoſuimus, ex terra ortus virginea. Vocat Eſaias h, Chriſtum *germen Domini in magnificentia, & gloria, & fructum terræ ſublimem*. Tertulliani i, expoſitio mirabilior, qui legens k, *terra dedit benedictiones ſuas*, declarat de ligno crucis, quemadmodum locum alterius pſalmi, additis vocibus, quæ nunc deſunt, *regnabit à ligno*, nam & alibi ait Propheta ligni hujus fructum prædicat, dicens, *Terra dedit benedictiones ſuas*, utique illa terra Virgo (innuit etiam dictum illum alium ſenſum) nondum pluviis rigata, nec imbrib. fœcundata, ex qua homo tunc primum plaſmatus eſt, ex qua nunc Chriſtus ſecundùm carnem ex Virgine natus eſt. Similis locus eſt in Pſalmo 84. l.

a *Eſa.* 45.8.
b *Luc.* 1.35.
c *Deut.* 32.2
d *Eſa.* 60.8.
e *Gen.* 3.17.
f *Rom.* 6.22.
g *In c.* 1. *lib.* 1. *Regum*.
h *cap.* 4.2.
i *Contra Judæos c.* 13.
k *pſ.* 95.10.
l *verſ.* 13.

Dominus dabit benignitatem, & terra noſtra dabit fructum ſuum, de quibus duobus locis conſule Galatinum *m*.

m *lib.* 3. *c.* 16

B. Virgo, cur *Terra* dicatur.

Cur B. Virgo dicatur *Terra*, cauſsas dat Hugo, quia humilis: in ea fundanda omnia bona noſtra, cadentes recipit, iidem ejus auxilio levamur: immota permanſit in fide: vivunt omnes de illa. Dicit præterea *noſtram* vocari, quia nobis data eſt: velut *lacte ac melle manentem*, quatenus filium genuit hominem ſimul, Deumque: dici *dediſſe fructum ſuum*, non autem reddidiſſe, quia abſque ſuſceptio ſemine; *ſuum*, quia abſq; commixtione viri; *fructum*, quia filio ejus fruuntur ſancti Plurimi fieri debere hujuſmodi terram, ac pro ea *optimæ benedicendum Domino Deo* n. Exponit etiam de terra voluntatis noſtræ, quæ ſuſcepto imbre gratiæ temporaneo, & ſe rotino, ideſt, prævenientis & ſubſequentis, profert dignos pœnitentiæ, ac juſtitiæ fructus, ſemina boni propoſiti, ac maturatas operum fruges. Symbolicam porro terræ imaginem Ayguanus explicat de Maria, ut ſcilicet mulier effingeretur nomine *matris almæ*, cujus corona in capite eſſet, inſideret corrui, quem leones vectarent, una manu clavem gereret, cymbalum alia: ejus aurigæ vibrarent gladios, procedentem galli ſequerentur.

n *Deut.* 8.10

Symbolica terra imago, Mariæ Virginis imago.

Terra dedit fructum ſuum.) Paraphraſtes *terra Iſrael*. Hieronymus, *germen*. Alii, *frumentum*. Tertullianus, ut antea retuli, *benedictiones*. Eſt יבול *jevul* generale nomen ad omne quod gignit in uſum animantium terra, quaſi vocis *productionem*, dicitur potiùs פרי *peri* de fructu arborum, ſed confunduntur interdum, & καρπὸς *fructuſque* omnia iſta comprehendunt. Interpretatus myſticè Hilarius de innocenti terræ fructu, quique ſit Dei cognitione locuples, & caſtitatis, juſtitiæ, miſericordiæ operibus glorioſus; monet dici quod noſtra terra, vetuſque homo exutus vitiis, & concupiſcentiis, dat fructum ſuum, quia eum Adam quum habuiſſet, amiſerat, & primum quidem exhibuit illum in Domino noſtro qui terrenum corpus aſſumſit, nihil peccans. Jam priùs tempore talis in Maria propter honorem futuri filii fructus præceſſerat, ut nempe præſervaretur à peccato quod alioqui incurriſſet. Juxta hunc modum poſſet dici *reddidiſſe*, non tantùm *dediſſe fructum* ſuum, ideſt, illum qui fuerat in ſtatu innocentiæ. Generaliter quoque quilibet reſpondens gratiæ, quam accepit, ſive peccator, ſive jam juſtus, cenſeri poteſt *reddere fructum*, non *dare*, quia gratiam accepit tamquam ſemen, & tamen fructus ipſe ita eſt illius, quatenus liberè cooperatur, ut ſit magis ejuſdem, cujus gratiæ ſemen, ſicut ſemen eſt agricolæ, vel domini agricolæ, non autem terræ, quæ non eſt capax dominii, quamvis dicatur ejus prout ab ea producitur. Delectatus eſt Chriſtus parabolis ex ſemine, & ex fructu vario inde producto o.

Myſtica interpretatio.

Qui reſpõdet gratiæ quam accepit, afructũ reddere cenſenti us non da re

o *Mat.* 13.23

Verſ. 7.) Terra dedit fructum ſuum.

Benedicat nos Deus, Deus noſter.

Verſ. 8.) Benedicat nos Deus, & metuant eum omnes fines terræ.

DE verſuum iſtorum, & præcedentis diſtinctione priùs egi. Qui hanc, ut hìc & ſequuntur, declarant ideo terram copioſè fructificaturam, quoniam largiter Deus benedicet, & benefaciet, & benignè fovebit homines: vel modo id faciat, illud futurum. Tunc adhuc reperitur, & inculcatur eadem benedictio, ut eam homines ingrati conſiderent attentiùs: & ne diffidant: ſed viciſſim hunc quaſi fructum beneficentiæ divinæ rependant, tum in bonis temporalibus, tùm præſertim in ſpiritualibus, ut nullo excepto, quemadmodum experiuntur omnes, benignitatis Dei effectu, timeant, revereantur, ament, colant Deum. Secundùm receptam uſu Eccleſiaſtico diſtinctionem, ut quatuor prima verba rejiciantur in priorem verſum, ſenſus eſt iſte. Concludit David pſalmum oratione, qua ter à Deo efflagitat benedictionem. Enumeraverat priùs tria Dei munera, cognitionem viæ, quæ Chriſtus eſt, per quam videlicet viam cognoſcatur Pater; præterea directionem in terræ cum

Senſus loci.

judicio æquo ; & imbrem divinæ gratiæ ad fructum proferendum. Hic rotidem proinde vicibus à Deo benedictionem petit, ut retinentes fidei dogmatum simus, ut obediamus Dei mandatis, ut bonorum fructus operum reddamus.

Trinitatis mysterium hic observatum.

Satis multorum consensu repetitum ter nomen *Dei* verbo numeri singularis, designat in personis Deum trinum, unum in essentia. Vide, ait Euthymius, apertum ac denudatum sanctissimæ Trinitatis mysterium hac triplicatione, *Deus, Deus, Deus.* Notavit idem Nicephorus, & ex Latinis Arnobius, Hieronymus, Ruffinus, Cassiodorus, Beda, Haimo, Remigius, Bruno uterque, Hugo, Rickelius, Glossa interlinearis, Lyran. & passim alii posteriores, præterea in Symbolum Ambrosius *a*, Gregorius *b*, Ad hæc Durantus *c*, & Magister *d*, & ante omnes Alexander Papa I. *e* quem postea deprehendi, à Fabio & à Nebiensi citatum. Si tamen ambigi non possit, an ejus nomine epistolæ, quæ extant, ab illo revera datæ sint. Item Athanasius *f*, qui tamen sic recitat, ἐυλογήσει ὑμᾶς ὁ θεὸς, ὁ θεὸς ὑμῶν, ἐυλογήσει ὑμᾶς ὁ θεὸς, *benedicat vester Deus, Deus vester benedicat, vos Deus*, Producit hoc etiam testimonium contra Judæos cum aliis similibus, Paulus Burgensis *g*, & Galatinus *h*.

a cap. 10
b in 1. Reg. & 29. mor. c.16. vel 27.
c 4. Ration. c. 9. n. 15.
d d 2. lit. f.
e Epist. 1. f de communi essentia Patris, &c.
g 1. par. Scrutinii scripturæ d 9 c. 4. & addit. ad ps. 112.
h lib. 2. c. 11.

Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus.) Dixi de diversa lectione apud Athanasium, *benedicat vester Deus, Deus vester, benedicat vos*, nescio unde sumserit, ac suspicor alium quemdam locum innuere ab hoc diversum. Nihil refert hic non haberi nomen Tetragrammaton יהוה *jehovah*, sed אלהים *elohim*, communicabile creaturis. Nam ex adjunctis colligitur de Deo vero sermonem esse, nempe quod oretur benedicere, & optetur, ut *eum timeant omnes fines terræ*. Observant autem ex iis quos dixi Trinitatis hinc inferre mysterium aliqui, dici *Deum nostrum* secundo loco, quia persona secunda per incarnationem nostra peculiariter facta est. Nobis namque datus, nobis natus est Dei filius generatione temporali, puer datus nobis, filius natus nobis. Sed & Augustiniani Ordinis Religiosi ad nomen Christi, semper addunt Domini nostri, etiamsi non exprimatur. Quod si quis inter legendum id omittat, jubetur exprimere repetendo. Observari quoque potest in novo Testamento, sæpe *Dominum nostrum* nominari peculiariter Christum. Moses item contestans Deum unum, Deus, ait, Deus tuus unus est: secundo loco vocans *tuum*, sicut & Zacharias, ac alii *regem tuum* nominat. Affinitatem quamdam habet illud ex Deuteronomio *i*, *Audi Israel Dominus Deus noster, Dominus unus est*, ubi primo loco est nomen יהוה *jehovah*, in aliis אלהים *elohim*. Quem pro eadem Trinitate Augustinus *k*, urget locum, & Idacius *l*, Nyssenus *m*, Theodoretus *n*. Notat etiam Cassiodorus bis *benedicendi* verbum poni, quia reperi sæpius debet, & sine fine optari, utpote semper necessarium, & ut ipse loquitur semper proficuum: Basilius, & Theodoretus, ut quemadmodum bis ad hymnodiam Gentes excitatæ fuerant, ita & salutem bis Propheta iisdem exoptaret. Augustinus tamen, ac Hilarius, & Basilius atque Theodoretus nihil hic de mysterio Trinitatis, & Apollinarius ac Dei etiam nomen pluriquam semel ponit. Hujus vero alienior interpretatio circa *benedicendi* verbum, ut non petatur benedictio, qua nos benedicat Deus affluendo beneficiis: sed qua nos illum, scilicet concedendo, ut eum ipsi benedicamus: sicut paullo antè invitaverat David ad confitendum eidem, & in fine ad eumdem metuendum.

Augustiniani Ordinis religiosi ad nomen Christi, semper addunt Domini nostri.

i cap. 6. 4.
k 3. contra Max. c. 23.
Cassiodori observatio circa *benedicendi* verbi bis positum.
l Contra vanum mandum m De cogn. Dei contra judæos.
n De curan. aff. Græcorum.
Apollinarii alienior interpretatio.

ὁ θεὸς ἡμῶν εὐλογήσαι ἡμᾶς εὐλογίαν.
αἶνον ἀνάξιόν μοι ἄμμι πόροι χαρίσασθαι αἶνον.
Noster Deus nobis præbeat gratissimam laudem,
Laudes rex præbeat nobis.

Et metuant eum omnes fines terræ.) Ex pronomine singulari colligunt hi quos ante dixi, unum Deum essentia, trinum in personis. Probabile satis argumentum propter auctoritatem, non tamen concludens, quum ejusmodi repetitiones fiant non raro in aliis, ita ut in repetitione censeri possent, non magis personæ distingui quam naturæ. Propterea talibus non admodum premuntur adversarii, sed melioribus, quæ non desunt. Ex his autem qui propriè disputant, & magis presse atque scholasticè de Trinitate, non legi, qui urgeret hoc testimonium, A etsi adferunt alia, quorum haud vis major, quæ inquam propter gravitatem Auctorum habent apud nos momentum.

Quid autem valeant *fines terræ* litteraliter ac mysticè, diximus aliàs, & hoc posteriore modo tum in bonam, tum in malam partem, prout etiam declarat Hugo. Galatinus *o* refert, veteres Thalmudistas statuisse ut similes loci ab unoquoque Judæorum bis saltem in die mane & vespere dicerentur. Utpote quod sub illis arcanum quiddam revelandum tempore Messiæ asserrent. Inter antiquos autem Rabbinos, quorum nunc ab Hebræis corrupta exemplaria sint, ait se legisse, qui disertè Trinitatis mysterium ex iisdem colligerent, tùm verò, quam Græci tamen negant, processionem Spiritus sancti à Patre, & Filio.

A veteribus Thalmudistis hujus loci & similium recitatio bis in die imperata. Trinitatis mysterium disserte ex iisdem locis à Rabbinis collectum.
o lib. 2. c. 10.

PSALMUS

SEXAGESIMUS SEPTIMUS.

In finem,

1 Psalmus Cantici ipsi David.

2 EXsurgat Deus, & dissipentur inimici ejus, & fugiant qui oderunt eum, à facie ejus.

3 Sicut deficit fumus, deficiant: sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei.

4 Et justi epulentur, & exultent in conspectu Dei: & delectentur in lætitia.

5 Cantate Deo, psalmum dicite nomini ejus: iter facite ei, qui ascendit super occasum: Dominus nomen illi.

Exultate in conspectu ejus, turbabuntur à facie ejus, 6. Patris orphanorum, & judicis viduarum.

C Deus in loco sancto suo: 7. Deus qui inhabitare facit unius moris in domo.

Qui educit vinctos in fortitudine, similiter eos, qui exasperant, qui habitant in sepulchris.

8 Deus quum egredereris in conspectu populi tui, quum pertransires in deserto:

9 Terra mota est, etenim cœli distillaverunt à facie Dei Sinai, à facie Dei Israel.

10 Pluviam voluntariam segregabis Deus hæreditati tuæ: & infirmata est, tu vero perfeciſti eam.

11 Animalia tua habitabunt in ea: parasti in dulcedine tua pauperi, Deus.

12 Dominus dabit verbum evangelizantibus, virtute multa.

13 Rex virtutum dilecti dilecti: & speciei domus dividere spolia.

14 Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi ejus in pallore auri.

15 Dum discernit cœlestis reges super eam, nive dealbabuntur in Selmon. 16. Mons Dei: mons pinguis.

Mons coagulatus, mons pinguis: 17. Ut quid suspicamini montes coagulatos?

Mons, in quo beneplacitum est Deo habitare in eo: etenim Dominus habitabit in finem.

18 Currus Dei decem millibus multiplex millia lætantium: Dominus in eis in Sina in Sancto.

19 Ascendisti in altum, cepisti captivitatem: accepisti dona in hominibus:

Etenim non credentes, inhabitare Dominum Deum.

20 Benedictus Dominus die quotidie: prosperum iter faciet nobis Deus salutarium nostrorum.

21 Deus noster, Deus salvos faciendi: & Domini Domini exitus mortis.

22. Ve-

22 Verumtamen Deus confringet capita inimicorum suorum: verticem capilli perambulantium in delictis suis.
23 Dixit Dominus: ex Basan convertam, convertam in profundum maris:
24 Ut intingatur pes tuus in sanguine: lingua canum tuorum ex inimicis, ab ipso.
25 Viderunt ingressus tuos Deus, ingressus Dei mei: regis mei qui est in sancto.
26 Prævenerunt principes conjuncti psallentibus, in medio juvencularum tympanistriarum.
27 In Ecclesiis benedicite Deo Domino, de fontibus Israel.
28 Ibi Beniamin adolescentulus, in mentis excessu. Principes Juda, duces eorum: principes Zabulon, principes Nephtali.
29 Manda Deus virtuti tuæ: confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis:
30 A templo tuo in Jerusalem, tibi offerent reges munera.
31 Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorum: ut excludant eos, qui probati sunt argento.
Dissipa gentes, quæ bella volunt: 32. venient legati ex Ægypto: Æthiopia præveniet manus ejus Deo.
33 Regna terræ, cantate Deo: psallite Domino: Psallite Deo: 34. qui ascendit super cœlum cœli, ad Orientem.
Ecce dabit voci suæ vocem virtutis, 35. date gloriam Deo super Israel magnificentia ejus, & virtus ejus in nubibus.
36 Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Israel ipse dabit virtutem, & fortitudinem plebi suæ, benedictus Deus.

Hunc Psalmum, ut jam dudum in Commentario nostro in Ecclesiasten, editus est, suo hic loco, & ordine, inter cæteros Psalmos, quorum omnium interpretationem paullo accuratiorem suscepimus, collocare omnino debuimus. Attamen quum eumdem recognovimus, non tam retractandum quam nonnulla Paralipomena priori editioni duximus inferenda: quemadmodum utrumque editionem comparare cupienti haud erit obscurum.

Titulus & Argumentum.

Vers. 1.) Psalmus Cantici David.

Non patiuntur angustiæ temporis, quod ad docendum superest, nec Instituti ratio, cum supplementi loco hunc exponamus Psalmum, ut quæ ad universum Psalmor. spectant opus nunc dicamus. Ponimus absq; dubio contra Nicolaitas, Gnosticosque, & Paulum Samosatenum *, esse canonicum hunc, & sacrum librum, quem solent Hebræi velut in quinque partiri. Nec etiam disputamus de nomine Psalmorum, numero, divisione, ordine, metro, auctore, materia, titulis eorum, multiplici editione, difficultate, dignitate, sive utilitate. Illa persequemur, quæ necessaria, propriave sunt huic Psalmo.

* Praetaeas.



Ic titulus est: דייד מומור שיר למנצחל *lamnatseach le David mizmor scir*, Εἰς τὸ τέλος ᾠδὴ ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ. Chaldaice. ירחא לצבחא על ירריך שכחא וש *leschebbacha hal jad David schebacha veschirecha*, *Ad laudandum per manum David hymnus*, sive *laus*, & *Canticum*. Pro, *In finem*, Hebraicè habetur למנאת *lamnatseach*. Interpres autem Latinus sequitur in versione sua Septuaginta Interpretes, qui reddunt: Εἰς τὸ τέλος, Illi vero, ut suspicatur Eugubinus *a*, legerunt, נצח *nehtsach*, quod sonat *æternum*, ac *sempiternum*: sicut in Psalmo quadragesimo nono *b*: *Et vivit adhuc in finem*, עור לנצח *hhod lanetsach*. Hieronymus vertit: *Adhuc in sempiternum*. Aquila exponit, τῷ νικοποιῷ, ut meminit idem Hieronymus *c*. Symmachus, ἐπινίκιος. Theodotio: Εἰς τὸ νῖκος: quamvis testetur Theodoretus *d*, istum, & Aquilam posuisse, τὸ νικοποιῷ, & Symmachum, ἐπινίκιος, in quolibet Psalmo, in quo Lxx, τὸ τέλος. Hi ipsi Interpretes ad fines videntur sæculorum respexisse, hoc est, ad tempora Messiæ, quod & Rabbini fatentur. Ex quibus David Kimhi ait referri לנא לעתור *labhathir lana*, ad futurum, quæ est velut descriptio sæculi Messiæ. Vel finem intellexerunt ipsammet victoriam, quam sibi Messias sui adventus finem proposuit. Innuit hoc Nyssenus *e*, licèt potiùs secundùm tropologiam ad nos ipsos. Alii translatores rationem habuerunt in ejusmodi titulis ad musicam adhiberi solitam, & ad cantorem qui præest, atque alios vincit, & ad illum maximè, qui victoriale canit carmen: tales enim præfecti operum appellantur מנצחים *menatsechim*, in libris Paralipomenon *f*. Et quando mentio etiam est de *cantantibus epinicon* g, ut nostra continet versio, legitur Hebraicè לנצח *lenatseach*, idemque vocabulum est, quum pro illo ponitur *ministerium* h. Præterea in Cantico Habacuc *i*; *Deducet me victor in Psalmis canentem*: Hebraicè: למנצח בנגיכותי *lamnatseach binginothai*, Græcè, ἐπιδύσει με τῷ νικῆσαι ἐν ᾠδῇ αὐτοῦ. Lege ibi Riberam nostrum, qui bene demonstrat tenuisse Prophetæ esse de victore, triumphatoreque Domino, qui finito judicio deducat cum Sanctis in cœlum ad canendum laudes ipsius. Eodem pertinet Chaldæus titulus: *Ad laudandum*, vel, *Ad laudem*. Sed pars est nos sequi potissimùm expositionem de Christo, quæ Patribus passim placet, neq; tamen recedendum à vulgata lectione in Cantico Habacuc, ut pro *victor* legatur *victori*, quod Ribera contendit.

a *In psal.* 4. & *in* 97.
b *vers.* 10.
c *Præfm. in Dan.*
d *in psal.* 8.
e *Tract.* 11. *psal. ex recens. edit.*
f *lib.* 2. *c.* 2. 15. 11.
g *lib.* 1. *Paral.* 23. 4.
h *ibid. c.* 4. 3. 19.
i *Cantici à Psalmo distinctio.*

Psalmus Cantici.) Chald. *Hymnus*, seu *laudatio*, & *Canticum*. Distinguunt nonnulli Canticum à Psalmo: quòd Canticum ore caneretur, & magis soluto metro, communiq; cantu, & quasi plano, Psalmus ad citharam, lyram, psalterium, aliaq; musica instrumenta cantaretur, metro magis lyrico, & artificioso. Quare *Psalmus Cantici* esset, quem simul ore, ac instrumentis canto:es modulentur. Quod tamen à Psalmo denominatur Psalterium, Psalmis modulandis adhibitum sæpius videtur, quod quale fuerit, describere non vocat *k*. Meminit aliquando *citharæ* David *l*: sed Joannes in Apocalypsi *m* non alia dat in Beatorum manus instrumenta musica: fortasse propterea, quoniam etsi *psalterium* concavum sit in parte superiore, sonumque edat sursum, qui proprius videtur Beatorum, tamen significare vult laudes, quas Beati reddunt Deo, & lætitiam, quam percipiunt ex victoria per mortificationem: habet enim, teste Hieronymo *n* cithara concavitatem in parte inferiori. Lege Joannem Ferdinandum *.

k *Lege Eugubinum.*
l *psf.* 32. 2. l *psf.* 42. 4. *psf* 146. 7. & *aliis.*
Psalterium quale instrumentum
m *cap.* 5. 8. *cap.* 14. 2. *cap.* 15. 2. *cap.* 18. 22.
n *Epist. ad Dardanum.*
* *In Thesauro verbo Cithara.*

Eugubinus vult *Psalmum* & *Canticum* esse synonyma, nec in Titulo dicendum *Psalmus Cantici*, sed, *Psalmus Canticum* vel addita conjunctione *Psalmus* & *Canticum*, ut si dicas melos atque oda, ad majorem expressionem: sicut & Chaldaicè dicitur *laus* & *Canticum*. Id quidem verum est, aliquando poni Latinè *Canticum* pro מזמור *mizmor* o, pro quo ferè semper alias ponitur *Psalmus*, & Græci ponì ᾠδὴ pro eodem illo Hebræo nomine, quum tamen ᾠδὴ, & *canticum* respondeant Hebræo שיר *schir*. Item *laus cantici* p, videtur dici pro Psalmo ὕμνος ᾠδῆς. Attamen plurium prævalet in eo quod diximus, auctoritas præsertim, quum non adeo sæpè in titulo duo ista nomine exprimantur *q s* ut ordine contrario *canticum Psalmi* r. Nonnulli *Psalmum cantici* dicunt esse similem cantico, *canticum Psalmi* similem Psalmo. Sic Vatablus, & alii. Aliqui, quum vox & instrumentum musicum *una* jungebantur, sed modo unum magis, modo aliud, ixèst, ut *Psalmus cantici* esset, quando post vocem instrumenti musici vox sequebatur humana, *canticum Psalmi*, è contrario. Sed Hæbræi profitentur se hoc ignorare.

o *In Titulo Psalm.* 38.
p *psf.* 90. & 92. & 94.
q *psf.* 47. 66. 74. 91. & *in isto*
r *psf.* 65. 82. 87. 107.
Psalmus Cantici: *Canticum Psalmi*, quid.

David, לדוד *le David*. τῷ Δαυὶδ. Chaldaicè על יד דוד *hhal iad David*. *Per manum David*. Mavult Eugubi-

gubinus esse genitivum casum, sed quum jungi possit etiam dativo, juxta Grammaticos, credendum LXX. Interpretibus, atque ceteris, præsertim quum sic indicetur, ut notat Genebrardus, non tam auctorem esse David, quam velut amanuensem Spiritus Sancti, qui, ut Chaldæus præfert, illius quasi manu uteretur. Putat præterea idem Genebrardus, per Hebraismum poni dativum pro genitivo. Certè non est omnino certum scriptos omnes Psalmos à David. Et ratio illa prima non minus habet locum in reliquis Scriptoribus sacris. Non apparet quoque, cur talis Hebraismus toties repetatur in titulis Psalmorum. In Psalmo 15. sic habet titulos: *Tituli inscriptio ipsi David*. Aliud ergo sibi vult, quàm quod David sit Psalmi scriptor. In 17. item satis innuitur talis formula Psalmos peculiariter factos in gratiam David, sive ab ipsomet, sive ab alio aliquo. In emendatis Bibliis Psalmus 27. continet titulum Latinè, *Psalmus ipsi David:* quum tamen aliæ editiones non varient. Idem est in 31. addito, *Intellectus*, in Genitivo, Συνέσεως. Item in 33. *Davidi*, declinato nomine, in 34. 35. 36. 39. 40. 67. 85. 92. 94. 95. 97. 98. 102. 103. 107. 137. 144.

Non est omnino certum omnes Psalmos à David scriptos.

Eadem ratio videtur, quum in titulis alia nomina exprimuntur. Exempli causa in 38. *Ipsi Idithun Canticum David*: utrique enim nomini præfigitur idem articulus ל *le*, & τῷ. Dicitur autem *Idithun*, unus de Præfectis Cantorum, sicut & *Core* a, & *Asaph* b, & *Ethan* c, quamvis Rabbi Abraham velit esse concentum, vel tonum, quo tales Psalmi canendi essent. In Psalmo quidem 76. est, *pro Idithun, Psalmus Asaph*, quemadmodum nonnumquam sunt in titulis nomina instrumentorum musicorum. Sed & pro dicto articulo (ל) *le*, repetio præpositionem עַל *hhal*, & Græcam ὑπὲρ, ut in Psalmo 61. Ad hæc eumdem articulum (ל) *le*, reddunt interdum Græci per præpositionem εἰς, Latini per (*in*) ut Psalm. 71. Denique res obscurissima est de titulis, præsertim quum in textu Hebræo multi Psalmi careant illis, & in aliis editionibus non eodem omnes modo se habeant: ita ut censuerint summæ auctoritatis viri *d*, aliquando abradendos penitus omnes titulos: quod merito tamen obtineri non potuit.

a *In multis Psalmus incipiendo à 41.*
b *In multis incipiendo à 49. tum in 72. & aliis.*
c *Psalm. 88. & alibi.*
d *Sixtus V.* Abradi de Psalmis omnes titulos voluerunt nonnulli.

Quod attinet ad præsentis argumentum Psalmis, quem Rabbi Abraham Aben-Ezra testatur esse גִּבּוֹר מְאֹד *nichhad meod*, valde nobilem & gloriosum, nec non gravem, adde etiam, quod epithetum Hebræum significare potest, difficilem: certi esse debemus illum esse de Christo, quum sic eum Paulus usurpaverit, & intellexerit in Epistola ad Ephesios *e*, quem Cajetanus, & Jansenius in Commentario Psalmi non satis consultò dixerunt usum esse solo sensu mystico, vel etiam accommodationis. Græci Patres, Augustinus quoque, Hilarius, & cum ipsis multi Latinorum, arbitrantur, David admonitum ab Spiritu Sancto de adventu Filii Dei, contra perditores orbis Dæmones precari, ut acceleret, commemoratis multis prodigiis à Deo factis, quæ rei hujus symbola erant: & adeo multorum beneficiorum nobis conferendorum à Christo, atque præterea mysteriorum ipsius. Non ergo Psalmus est dumtaxat, ut Hebræi volunt, aut de lata lege, aut de bellis David, aut de victoria contra Sennacherib, aut de Gog & Magog, sive, de Antichristo: nec institutus tantum, quando Arca portabatur in Sion: vel quum progrediebatur David contra inimicos. Sed est his simul vel aliquibus eorum, ut præsignificant, ac referunt Christum, cujus etiam Christi mysteria nonnulla satis in illo indicantur, ut Resurrectio, Ascensio, Missio Spiritus Sancti, Propagatio Ecclesiæ, Providentia in tribulationibus fidelium:

e *cap. 4. 8.*
Psalmus hic nobilis, gloriosus, gravis, difficilis. De Christo Psalmus usurpatus.

Vers. 2.) Exsurgat Deus, & dissipentur inimici ejus, & fugiant qui oderunt eum, à facie ejus.

Hic versiculus totus ex libro Numerorum *f* sumtus est, ubi narratur, *quum elevaretur Arca* ad iter, dicere solitum Mosen: *Surge Domine, & dissipentur inimici tui, & fugiant qui oderunt te, a facie tua*. Quo fit, ut si metro scripti sunt psalmi, metricè quoque tunc Moses locutus sit. Septuaginta eo loco, Ἔξεγέρθητι, *expergiscere*, quasi dormiret Deus: Sicut in Psalmo 43. *g*.

f *cap. 10. 35.*
g *vers. 23.*

A surge, quare obdormis Domine? Rabbi Salomon hoc Psalmo notat, id quod antè dixi, cantatum istis verbis, quando portabatur Arca: quum deponeretur, illis aliis ex Psalmo 131. *h. Surge Domine in requiem tuam, tu, & Arca sanctificationis tuæ*: quibus habentur similia, nec non sequentibus in eodem Psalmo, in secundo Paralipomenon *i*, postquam Salomon Arcam depositerat; & citato loco libri Numerorum ista *k*: *Revertere Domine ad multitudinem exercitus Israel*.

h *vers. 8.*
i *c. 6. 41.*
k *c. 10. 36.*

Quiddam simile facere videtur Romanus Pontifex, quum peregrè proficiscens immittit, ut itineris ducem venerabilem Eucharistiam, ut fecisse meminimus anno 1598. Clementem VIII. in expeditione Ferrariensi. Edidit hoc de ritu tractatum Angelus Rocca Papæ Sacrista, confirmans præsertim dicto exempo de Arca, præter alia exempla, portatæ pro viatico Eucharistiæ, & præter Reliquias Sanctorum in castris præferri solitas, aut res alias ejusmodi pias: quod & nos illustrare pluribus testimoniis possemus, ut Constantini Magni, Narsetis, &c. Aulensis *l*, existimat ex his verbis Moysis inBlevisse in Ecclesia consuetudinem, ut in principio Canonicarum Horarum dicatur, *Deus in adjutorium meum intende*, &c. Hoc multo antè docuerat Amalarius *m*, & Vvalfridus Strabo *n*, etsi non meminit de Arca, sed de Patribus antiquis, qui decreverint in suis collationibus non tantum officiis, sed etiam operibus id præmitti. Plurima sunt de Versiculo illo Psalmi 96. apud Cassian. *o* pia valde atque utilia. Utebatur Antonius contra Dæmones hujus nostri psalmi versiculo, ut testatur Athanasius *p*. Idem, aliusve in Quæstionibus, decimam quartam proponit, quàm diabolus maximè orationem timeat. Respondet verò, fide dignos πνευματοφόρους retulisse ab eodemmet diabolo visibiliter apparente responsum, in utroque Testamento adeo timeri à se, ut istam, & quamprimum pronuntiatur, se ululando evanescere. Narrat Petrus Damiani *q* narravisse beatum Leonem Papam IX. quod ex amitæ suæ sanctimonialis narratione acceperat, quum comitem suam ad divinas laudes decantandas nocte somno pressam vocans excitare nequivisset: iratiorque ac minus attenCdens quid diceret, Diabole surge, dixisset, Diabolum sub comitis pygmææ forma præsto fuisse; una cum illa mutuos versiculos psallendi reddidisse: sed quum ad hujus Psalmi exordium perventum esset, ultra progredi nequivisse, sicque deprehensum, atque signo crucis mox pulsum evanuisse. Eodem spectat quod scribit Marcellino idem Athanasius, si terreant eum hostes, neque conquiescant ab insidiis, omniaque machinentur in ipsius perniciem, etiamsi plurimi fuerint, ne remittat, quia jacula puerorum erunt plagæ eorum, siquidem cecinerit Psalmum istum cum 63. 69. 70.

l *In cap. 10. Num. 10.* Unde mos in Ecclesia in principio Canonica. rum horarum, *Deus in adjutorium meum* m *de Eccl. offi. cap. 2.*
n *De reb. Eccles. c. 25.*
n *Collat. 10. c. 10.* Contra Dæmones verficuli usus.
p *In vita.*
q *Lib. 6. ep. 26. sive 109.*

Exsurgat.) Ἀναστήτω. Hebraicè est futurum tempus יָקוּם *jakum*, sed utantur Hebræi futuro, pro imperativo. Unde sine causa Vatablus vult nos in præsenti legere, *Simul atque exsurgit Deus, inimici ejus dispergun-tur*, &c. Passim verò hic observant Interpretes planam fiduciam rei, quam sciebat David futuram, vel sine preco prædictionem, si persistamus in futuri propria significatione, hoc est, ut veniret DEUS DEI filius ad salutem generis humani contra Dæmones, quasi adhuc sedens, quia differens adventum, aut in suæ adhuc Deitatis majestate manens, nec dum factus homo *r*: *Propter miseDriam inopum, & gemitum pauperum nunc exsurgam, dicit Dominus*. Itaque, ut ait Euthymius, *exsurgere*, est moveri quodam modo ad delinquentium vindictam: adde ad oppressorum auxilium. Verùm, quia Christus ante Resurrectionem ipse potiùs visus est ab adversariis opprimi, Glossæ, & alii de resurrectione interpretantur, ut Hilarius, Arnobius, item Athanasius *s*, Gaudentius *t* Brixiensis. Rursus, quoniam ante Judicium grassantur adhuc inimici: paullo post verò dicitur quod deficient ac peribunt: explicat Cyprianus *u*, de Judicio. Interim *sedet Christus à dextris Patris, donec ponantur inimici scabellum pedum ipsius* x. Latiùs quoque sumi potest *exsurgendi* verbum, sicut de simplici *surgendi* aliàs docuimus *y*, pro eo quod est aggredi, & excitare seipsum ad res gerendas, & in proposito ad ea omnia quæ pertinent ad Ecclesiæ salutem. Figmentum est Hebræorum, de quo Abulensis *z*, quum præcedente Arca verba ista pronuntiarentur, omnem montem, & abruptam viam explanari solitam.

Interpretū observatio.
r *Ps. 11. 6*
Exsurgere quid sit hic.
s *de Incarn. Conc. Apoll.*
t *Tract. 2.*
u *lib. 2. c. 28.*
x *Ps. 109. 1.*
y *Act. 1. 15.*
Figmentum Hebræor.
z *in c. 10. Num.*

Et

Et diſſipentur inimici ejus.) Deeſt Hebr. & יָפֻצוּ *japhutſu*, in futuro, juxta ſenſum primi verbi hujus ejuſdem verſus. Significat etiam *diſpurgantur, conterantur, confringantur cum diſperſione*: & Græcè διασκορπισθησαν, *exaſperentur in modum ſcorpii*: vel etiam ſimpliciter *diſpergantur*. *Inimicos* a, quidam intelligunt Gentiles, quorum per converſionem ſit Gentilitatis titulus; ac ſuperſtitio penitus delenda: ita ut hi qui oderunt Deum, & quos optat David ut fugiant, ſint Judæi qui permittuntur in ſua lege vivere, de quibus Chriſtus dixit, quòd quum ſe vidiſſent, *oderant ipſum* tamen *ac Patrem* b. Gloſsa interlin. & Lyranus, & Beda, & alii exponunt utrumque de Judæis. Euthymius de Dæmonibus. Alii tropologice, de peccatoribus, idque in bono ſenſu. Sed hunc ego ſenſum perſequi non intendo: & iſta duo συνωνύμως accipio, & quidem generaliter, comprehendendo ſimul Dæmones maximos inimicos DEI, quique mortales ſimul excitant ad odium ejuſdem. Nam Judæorum epithetum eſt, ut diperſi *dicantur*, & *Diſperſionis* nomine itelligantur, & proinde quadrat iſtud verbum, *diſſipentur*, ſimul cum eventu ſub Veſpaſiano, & Tito. Sed concedo de Dæmonibus etiam inimicis, qui aliis nocet hominibus, multo melius Davidem dixiſſe *inimicos* eſſe Dei, quàm ſuos, quia nullus odit Juſtum, qui non oderit DEUM, nec peccatorem Juſtum odit, quod illi noceat, ſed quia DEO inviſus eſt. *Nonne qui oderunt Domine, oderam*, ajebat David c, *& ſuper inimicos tuos tabeſcebam? Perfecto odio oderam illos, & inimici facti ſunt mihi.* Hi ſunt quos nominat Paulus d, Θεοστυγεῖς, *Deo odibiles*, vel etiam *Dei oſores*, vel, ut legit Cyprianus e, *Deo abhorrentes*, tamquam aut ἄθεος, aut ἀσεβεῖς. *Inimicus ero inimicis, ait* Deus f.

a Lucret. Tertulliſcus

b Joan. 15. 24.

Tropologia

Nullus odit juſtum, qui non oderit Deum.

c Pſ. 138. 21. 22.

d Rom 1. 30.

e Epiſt. 68.

f Exod. 23. 22.

Qui oderunt eum.) Poſſunt aliqui eſse inimici DEI, quos ipſe odio proſequatur: *Similiter* enim *odio ſunt Deo impius, & impietas ejus* g: ille propter impietatem; quæ *non eſt ex Deo* h, quia *diligit omnia quæ ſunt, & nihil odit eorum quæ fecit* i; ut non videtur poſſe DEUS odio haberi, ne à damnatis quidem, quia nulla in ipſo eſt ratio mali, quod eſt odii objectum. Nihilominus qui Deo charos odit, cenſetur & ipſum DEUM odiſſe, ſicut *qui tangit*, ac lædit eos, *tangere*, lædereque *pupillam oculi* DEI k. Oderunt Deum quidam peccatores, ut aliis quoque locis dicitur l, odio, quod ſpeciale peccatum eſt, vel eo quod vocant, abominationis, dum alienantur ab ipſo, quatenus eum experiri videntur ut noxium, & averſantes malum, tendunt quoque in Deum ipſum, ut aliquem habet ordinem ad illud: vel etiam odio inimicitiæ, volendo DEUM, ſi fieri poſſet, non eſse omnipotentem, &c.

g Sap. 14. 9.

h 1. Joa 3. 19

i Sap. 11. 25.

k Zach. 2. 8.

Peccatorum odia in Deum.

l Joſua. 16. 25. Deus. 32. 41. a Pſal. 73. 4. Pſal. 138. 21

Magis generaliter accipitur hic *odium Dei*, nec ita formaliter, nec tamen in ampliſſima illa notione, ſecundùm quam quivis mortaliter peccans, Deum cenſetur odiſse, à quo avertitur. Verùm quatenus quis pios, & Dei amicos inſectatur, etiamſi fortaſse non adeò directè, quia ſint amici DEI. Lege Beatum Thomam m, & quæ ipſi, dum illum exponeremus, diximus.

m 2. 2. q. 34.

Fugiant à facie ejus.) Nec refellendus craſſus error Anthropomorphitarum. DEO membra, & materiales quædam tribui ſolent actiones ἀνθρωποπαθῶς, accommodatè ad humanum captum noſtrum: Sed intelligi θεοπρεπῶς debent congruenter Divinitati ejuſdem penitus immateriali. Sic etiam *à facie*, i. e. à conſpectu DEI, qui ubique eſt, & *à cujus facie fugere* nemo poteſt n, dicitur fugere, qui ſic perterretur, DEO peculiari quodam effectu vel re præſentiam ſuam declarante, ut ſolet homo hominem fugere, à quo ſibi timet. Præſens erat DEUS ſpeciali quodam modo in Arca, idcirco precabatur Moſes o, ut ea præcedente, obvii exime-ſcerent inimici, loco cederent, non reſiſterent. Jonas p, *fugere* velebat *à facie Domini*, non quaſi putaret, ut de eo Joſephus q, ſcribit, ſe poſse DEUM effugere: non enim erat adeo rudis Propheta, neque, ſentit Joannes Cathardus r, quod crederet non loqui Deum Prophetis extra terram Iſraelitarum: non ignorabat locutum in Ægypto ac Meſopotamia Abraham, Iſaac, & Jacob, Moſi, ut & poſtea in Babylone Danieli, & Ezechieli. Volebat longè abire, unde non eſset probabile quempiam eſse mittendum ad Ninivitas: idcirco tenebat per mare mediterraneum verſus Occaſum, Aquum vergeret Ninive verus Orientem in Septemtrones. Simili de cauſſa Satan, qui affuerat, *quando filii DEI*, ideſt, Angeli, *venerant, ut aſſiſterent coram Domino*, quod perinde dictum eſt, ac ſi dictum eſſet, ante faciem Domini, & *cui Dominus dixerat: unde venis?* traditur poſtea egreſsus *à facie Domini* ſ, quoniam deſiit ei loqui Dominus: nec enim eis loqui ſolemus, aut quid cum illis agimus, qui nobiſcum non ſunt, aut à nobis receſſerunt. Propterea dicitur etiam DEUS quoſdam *projicere à facie ſua* t, & alioqui *projecti à facie oculorum DEI* u. Denique Cain dixit Deo x: *Ecce ejicis me hodie à facie terræ, & à facie tua abſcondar*, i. e. Non me hic permittit habitare, ubi te præſentem exhibes, non me deinceps benignè accipies. Crebrò Scripturæ, ut DEI declarent benignitatem, uſurpant *oſtendere faciem & vultum illuminare*, ſeu *illuſtrare ſuper aliquem*, & oppoſitis phraſibus, oppoſitum denotant. Ad eumdem modum fugiunt DEUM, & ab ejus facie, qui deſpiciunt Deum, vel quos ipſe perſequitur. Lege Riberam noſtrum y, & Pererium z. Porro quum, ut dictum eſt, his, & ſequentibus verbis, contineatur divina prædictio declarata in modum optantis, non propriè David malum imprecatus: Videt hoc, ait Auguſtinus a, certiſsimè peccatoribus imminere, & placet ei, quod Deus ſtatuit, ne Deo ipſe diſpliceat. Confirmat ut Canonem aliis exemplis, ut Pſalmi 68. in quo eſt maledictio Judæ traditoris, & eorum, qui auditis vinculis, quæ Paulus paſſurus erat, dixerunt: *Domini voluntas fiat* b. Legendus ſermo totus.

Phraſes Scripturæ.

t Pſ. 50. 13. u Pſ. 30. 23. x Gen. 4. 14.

y in Joa. c. 1. z l. Gen. c. 19

a Serm. 105. de tempore.

b Act. 21. 14

Verſ. 3.) Sicut deficit ſumus deficiant: ſicut fluit cera à facie ignis, ſic pereant peccatores à facie DEI.

TAm facile tibi hoſtes de medio tollere, quàm evaneſcit facilè fumus, & colliqueſcit, ablumiturque ad ignem cera. Poſteriore uſus eſt David Pſalmo 57. c, ſimilitudine, ut repentinum deſcriberet hoſtium interitum: *Sicut cera, quæ fluit, auferentur*. Lege quoque Pſalmum 21. d, & 101. e. Michææ 1. f, & Amos 9. g, & Eſa: 64. h. Prior habetur Pſalm. 36. i, & & 96. k. Hoc eſt: *diſſipari*, & *fugere*, quæ ſunt priore verſu dicta, nempe deficere, liqueſcere, tandem abire in nihilum. Argutè nonnulli l, *fumum aſcendentem*, dicunt Gentiles elatos ob ſapientiam, & potentiam, qui evanuerunt m, *ceram liquefactam*, Judæos compactos ex favo legis, & privilegiorum divinorum: qui conſumuntur igni tribulationum. Utrumque præſtat vi divina Chriſtus, ſuo veluti vento & igne, quæ duo ſunt ſymbola divinitatis, in quibus & Spiritus S. in die Pentecoſtes apparuit n. Beda in bono ſenſu de Judæis illis accipit, qui Spiritus S. vi, qui loquebatur in Petro o, dixerunt, *Viri fratres quid faciemus?* Sed generalior oratio eſt: Comminatur DEUS Idololatris p. *Idcirco erunt quaſi nubes matutina, & ſicut ros matutinus prateriens, ſicut pulvis turbine raptus ex area, & ſicut fumus de fumario*. Lege quem antè citavi Auguſtini Sermonem 109. qui totus verſatur in declaratione iſtius verſus. Aggreditur illum cum acerbo epiphonemate pleno tremoris, & horroris: & tropologicè interpretatur interitum peccatorum ſpiritualem, ut intereant in ipſis nunc peccata, ne ipſis intereant in futura vita: ut liqueſcant à DEI amore, & calore Spiritus, & Scripturarum, hoc pacto Spiritu ferventes, & colliqueſcentes in pœnitentiæ lacrymas: at non deficiant tamquam fumus, ſua per ſuperbiam peccata defendendentes. Quid myſticè *fumus* ſit, docent Pagninus q, Sylva allegoriarum r, Berchorius ſ, à S. Geminiano t, Viegas u, & in hunc locum Michael Ayguanus antea dictus Incognitus.

Senſus loci.

c verſ. 9.

d verſ. 35. e verſ. 4. f verſ. 4. g verſ. 1. h verſ. 1. 2. i verſ 20. k verſ. 5. Arguta expoſitio. l Tyroboſcus m Rom. 2. 21

n Act. 2. 2. & ſeq. o ibid. 37. p Oſee 13. 3.

Tropologia

Deficit. Hebraicè הנדף *hindoph*, *propellitur*; quod ſit verto, quum attollitur fumus in aere. Septuaginta per verbum ἐκλείπει, rem ac finem, ſeu exitum expreſserunt.

Deficiant.) Hebraicè תנדף *tindoph*, *propelles*.

Eluit.) Hieronymus, *Tabeſcit*. Hoc propriè eſt τήκεται, ſeu *diſſolvitur*, *abſumitur*, המס *himmes liqueſit*.

Cera.) Docui alibi ſatis incertum videri quod quidam

q lib. 5. Iſag. ſcript. c. 13. Fumus myſticè quid ſit.

r Verbo Fumus.

ſ In Dict. t 1. de Similitudin. c. 66

u Apoc. 5. Com. 2. ſect. 5.

x Act. 20. 8.

dam volunt, ceræ usum Hebræis non fuisse ad fomentum luminis, sed oppositum hinc potiùs, aliisque ex locis colligi posse. De mystico sensu idem Michael, & Augustinus, ac Hieronymus.

Superficies quasi superior facies.

A facie ignis.) Ideſt, à præsentia, quomodo dicitur *facies terræ, cœli, maris abyssi*, &c. Græcè πρόσωπον, quasi anterior cujusque rei aspectus; & Latinè *superficies*, quasi superior facies. Nec sola tamen significatur præsentia, sed efficacia, verum tanta, ut oriri videatur ex sola præsentia. Gellius *a*, ex professo docet Latinam vocem *facies* non hominis dumtaxat esse in ore, oculis, genis, sed formam omnem, & modum, & facturam quamdam corporis totius, à *faciendo* dictam, vulgò vocant *la fortezza*.

a lib. 13. c. 28. Facies, ex Gellio quid sit, & unde dicta.

Peccatores.) השעים *reschahhim*. Hi qui priùs vocati sunt *inimici & odientes DEUM*. Plus significant Hebræa vox, quàm Græca ἁμαρτωλοὶ, nempe quos pro eadem illa Septuaginta Psalmo primo *b*, reddiderunt ἀσεβεῖς, & *impios* noster Interpres, eodemque hìc modo Hieronymus, quolque antea vocavimus ἀδίκους καὶ δαιμονας, homines quidem, sed etiam ac præsertim Dæmones omnium impiorum hominum primarios duces. Theodoretus notat, *impios* hoc loco vocari à reliquis Interpretibus, & ab Hebraico exemplari, atque Syro. Videntur aliquando *peccatores* κατ' ἐξοχὴν sumi pro impiis, & infidelibus; & *peccatum* pro infidelitate. Sic Christus tradendum se dixit *in manus peccatorum* c, i. e. Gentilium Idolatrarum, & *Paracletum quum veniret, arguiturum de peccato mundum* d, quia videlicet non credidissent in eum, Judæi quidem, sed, & alii quicumque. Paulus *e*, Judæos distinguens à Gentilibus, vocat istos peccatores, *Nos natura Judæi, & non ex Gentibus peccatores*. Ita Gentiles nominari solebant à Judeis propter impietatem, quæ multo magis laxat criminibus omnibus frænos, præsertim inhonestioribus, à quibus iidem Hebræi denominabant, sed alio modo κατ' ὀνομασμὸν honestatis caussa meretrices. Idem illud vocabulum Hebræum significat *inquietos*, & *savos*. Quæ significatio quadrat persecutoribus Hebræorum, de quibus litterali proximo sensu sermo est.

b vers. 1.

Vocis peccatores acceptio. c Matt. 26. 45. Luc. 24.

d Joan. 16. 8.

e Gal. 2. 15.

Pereant à facie DEI.) Vel recedendo ab ipso, juxta dictum priùs modum, vel consumpti ab ipso tamquam ab igne, sicut ab hoc & recedit cera, & consumitur. Vis comparationis exigit secundum, nec non *pereundi* verbum יאברו *jobadu*. Ab hoc verbo unus ex Angelis Abyssi vocatur *Abadon* in Apocalypsi *f*, Græcè Ἀπολλύων Latinè, *Exterminator*. Immo & *proditio* pro *Morte* sumitur, vel *Inferno cuncta perdente* g, & nunc jungitur cum illa, nunc eum isto, estque nomen Hebræum, אברון *abedon*. *DEUS* h, quoque *ignis consumens est*, & *in dextra ejus ignea Lex* i, ut nempe prævaricantes perdat. Chaldæus, *Legem scriptam dedit nobis de medio ignis*.

f cap. 9. 11.

g Job 28. 22. cap. 31. 3. Psal. 87. 12. Prov. 15. 11.

h Deut. 4. 24. Deut. 33. 2.

Vers. 4.) Et justi epulentur, & exultent in conspectu DEI: & delectentur in lætitia.

Sensus loci.

EGregia antithesis; nihil enim ferè magis familiariter usurpatur ab hominibus, quam invicem epulari. Testes filii Job celebrantes *convivia per domos unusquisq; in die suo* K: testis, aliis omissis, Christus, qui toties protulit parabolas ex pœnis *l*, & nuptialibus conviviis *m*, & meminit futurum ut *Beati manducent panem in Regno Dei* n: ubi *recumbant* o, *edant & bibant, super mensam illam* p, ipsomet iis *Deo ministrante* q. Potuit & alludsum intelligi à peritissimo Latino interprete, (qui profectò non ignorabat Hebræum ישטחו *jischmechu*, & Græcum ἐυφρανθήτωσαν, significare *lætentur*, ut reddit Hieronymus, & legit Hilarius, aut *jucundentur*, ut Augustinus) ad solemnitates, in quibus epulabantur coram Domino de pacificorum carnibus, & libaminibus in Templo *r*. Id factitatum quoque à Gentilibus colligitur, tùm ex his quæ scribuntur de Jethro invitante eum Moyse, & Aarone, omnes seniores Israel *s*, tùm quæ sunt apud Virgilium de Mauritia gente, epulata pictis thoris, quum Jovi *Lenæum libaret honorem* t: & quum tibi incurva indixit choros Bacchi, dapes, *plena pocula mensa*, hostiam pinguem *u*. Quin etiam adeo interdum genialiter id fiebat, ut epulati dum parum sobrii reverterentur. Id suspicatus Heli de Anna videtur, vocans tumulentam, quòd sola labiorum motu orantem vidisset *x*: & Tibullus cecinit quòd

x 1. Reg. 1. 14.

Rusticus elucoq; vehit malè sobrius ipso,
Uxorem plaustro progeniemq; domum.

Convertebant etiam se præterea quidam inde ad lasciviam libidinemq; ut illa quæ se pro salute victimas devovisse dicebat, vota reddidisse, idcirco egressam in occursum adolescentis, &c. *y*. Quare non debuit August. Eugubinus carpere Interpretem, quasi nesciret quid Latinè sit *epulari*, & Bacchanalia Justis attribueret. Intellexit non spirituales tantùm hujus vitæ epulas *in azymis sinceritatis, & veritatis* z, nec etiam omnis cibum saporis venerab. Eucharistiæ dumtaxat, ut placet Lyrano: nec item *securam mentem, quæ est quasi juge convivium* a: sed *cœnam nuptiarum Agni* b. Reprehendisset, opinor, idem Eugubinus, si meminisset quod Latinè legimus apud Lucam *c*, *epulabatur*, ἐυφραινόμενος, & alibi *d*, *epulare*, ἐυφραίνου & *e*. *Manducemus*, & *epulemur*, φαγόντες ἐυφρανθῶμεν, & *f*, *Cœpernunt epulari*, ἐυφραίνεσθαι, & bis adhuc ap. eumdem *g*. Minùs id Eugubino licuit iis locis, qui sunt perspicuè de lætitia, & hilaritate ciborum, quæ *bona* quoq; juxta scil. divitiis illius opinionem, Abraham appellavit *h*: sed nec potuit jure præsentis loci interpretationem aguere, ut dictis constat. Adde probabile videri, Christum verbis illis *i*: *Intra in gaudium Domini tui*, idem significare voluisse, ac si dixisset: Recumbe, pascere cum Domino tuo. Notavit id Martinus Roa *K*, noster confirmavitque, pro *cœna gaudium* sumi testimonio Horatii *l*, & Juvenalis *m*.

y Prov. 7. 14 Interpres malè ab Eugubino reprehensus.

z 1. Cor. 5. 8.

a Prov. 15. 15

b Apoc. 19. 9

c cap. 16. 19.

e cap. 12. 10.

e cap. 15. 23.

f ibid. 24. Εὐθρανθῆναι.

g Luc. 15. 29. 32.

h Luc. 16. 21

i Matt. 25. 21. 23.

K a. Singularium, c. 24. *Gaudium* pro *cœna*.

l lib. 4. ed. 12.

m Sat. 15.

„ *Ut tamen noris* (ait primus) *quibus advoceris*
„ *Gaudiis.* Et secundus:
——— *ne magna gaudia cœna*
„ *Sentirent positis ad templa & compita mensis.*

Exultent.) יעלצו *jabhallsu*, ἀγαλλιάσωσαν. Ter invitat, prædicitvè gaudia Justorum, epulentur, exultent in conspectu Dei, delectentur in lætitia. Vel sunt synonyma tria illa, vel unum altero majus. Utrovis modo crescit oratio, primò scilicet, propter majorem expressionem. Primum verbum jam declaratum est, comprehendit nempe objecti beatifici perceptionem, gustum, fruitionem, tametsi verba ipsa tùm Hebræum, tùm Græcum de simplici lætitia, & jucunda sumi possint animi affectione עלק *hhalats*, cum quo est idem עלם *hhalas*, & עלז *hhalaz*, & est *gestire lætitia*. Talis acceptio in alio Psalmo *n*, *Exultabunt Sancti in gloria*. Importat motum quemdam instar saltantis, quem & verbum Latinum denotat, sicut & Græcum ἀγαλλιᾶν, quasi ἀπὸ τοῦ ἄγαν, καὶ ἅλλεσθαι, *valde saltare*.

n Psal. 149. 5.

ἀγαλλᾶν.

In conspectu Dei.) A quo fugiunt, qui oderunt eum, & in cujus aspectu beatitudo est. *Lætificabis me in gaudio cum vultu tuo* o. Intelligi potest etiam de gaudio ex ea peculiari præsentia, quam ritè sacrificantes DEO percipiebant, ut priùs dixi. Nulla, nisi in conspectu Dei, lætitia vera, & vanam cohibet Dei præsentia, atque *proponere in principio lætitia Jerusalem* p, i. e. beatitudinem.

o Psal. 15. 7.

p Psal. 136 6.

Delectentur in lætitia.) ישישו בשמחה *jaschischu beschimchah*, Τερφθήτωσαν ἐν ἐυφροσύνῃ, *Animo oblectentur*, & cum quadam veluti reflexione animi, quod ipsum quoque per se verbum שום *schus*, dicitur significare. Hieronymus vertit, *gaudeant*. Hilarius, *epulentur in lætitia*.

Vers. 5.) Cantate DEO, Psalmum dicite nomini ejus iter facite ei, qui ascendit super occasum: Dominus nomen illi.

Exultate in conspectu ejus, turbabuntur à facie ejus.

Sensus loci.

PRovocatio est, ac exhortatio ad celebrandum laudibus Deum, præsertim ob triumphum. Sed nec Angeli soli, nec per se, ut Lyranus sensit, sed & homines invitan-

K Job 1. 4.
l Luc. 14. 16.
m Matt. 22. c. 25. 10.
n Luc. 14. 15
o Matt. 8. 11
p Luc. 22. 30
q Luc. 12. 37

r Ex. 24. 11. Deut. 12. 12. c. 15. 19. c. 16 14. c. 26. 11. 2. Reg. 6. 19. 2. Esa 8. 10. Ezech. 18. 6. Exod. 18. 12

s Æn. 4.
t Æn. 10.
u Æn. 10.

Cantare & psallere, ut differant. a 1. Cor. 14. 15. b *inc. 5. Jud.*

vitantur, *Cantare* videtur spectare ad altiorem theoriam; *psallere*, ad opera: hoc manibus fit, illud ore Tamen utrumque vult Paulus *a*, fieri *spiritu*, & *mente*. Lege differentiam aliam traditam ab Aria *b*. Theodoretus dicit invitari Apostolos, ut cum tripudiis & hymnis ad Gentes currant, & iter universorum Imperatori præparent.

c *lib. 1. c. 6.*

Iter facite.) Hieronimus, *Præparate viam*. Cyprianus *c*, *Viam facite*. Chald. קלסון *Kallasun*, *extollite*. Eodem modo Vatablus, Pagninus, Clarius, Cajetanus. Hebræum autem סלו *sallu*, à סלל *salal*, significat *elevare viam*, sive *sternere aggesta terra*, *lapidibusve*. Symmachus, teste Theodoreto, reddidit μεταστρώσατε, aliàs κατασρωσατε, *sternite viam*. Aquila, ut refert Scholiastes, αποσκολοίσατε, *purgate complanate*: unde *via Justorum* dicitur סלולה *selulah*, *absq; offendiculo*. d. Græcè in plurali τετριμμένας *tritas*, & per translationem significant quoque quempiam laudibus evehere, ut quod in proverbiis *e*, est: *Arripe eam*, *& exultabit te*. Hebraicè habetur סלסלה *salseleha*, hinc forsitan Italicum *innalzare*, idest, exalta, & exaltabit te, lauda, & laudabilem reddet, &c. R. Abraham, & Salom. & David, hunc locum Psalmi exponunt per הללו *halelu*, *laudate*, quasi dicas; Cumulum laudum importate, parare, & ornate viam triumphaturo, varia laudatione, plausu, pompa, &c. Mysticè pertinet hoc ad parandam viam Domino per Apostolicam prædicationem, sicut placuit Augustino, Theodoreto, & aliis.

d *Prov. 15. 19*

e *c. 4. 8.*

Et qui ascendit super occasum.) Επιβεβηκότι ἐπὶ δυσμῶν. Symmachus apud Theodoretum, τῶ ἐποχουμένω ἐν τῷ ὀχήτω, *ei qui vehitur inhabitato*, seu *deserto*. Hieronymus: *Ascendenti per deserta*. Pagninus: *Exaltate equitantem in supremis cœlis*. Vatablus: *Super cœlos*, *quibus velut equo insidet*. Isidorus Clarius addit præterea: *Qui pro vehiculo utitur nubibus*: Item ait per *desertum* posse cœlum supremum intelligi, quod ambit omnia, & sphæras motu movet suo, & destitutum est stellis: aut idem dici *desertum*, quia perfectius reliquis orbibus, & ita secretum ac separatum ab iis, nec habens supra se corpus, in quo videatur habitare, & expansum latumque est ceu campestria, quo pacto solet dici εὐρὺς ὀλυμπος. Alii volunt *cœlum* sic dici, ab alia notione vocis Hebrææ pro dulci, & jucundo.

Εὐρὺς ὄλυμπος.

Cajetanus Deum *equitare* dicit *super cœlum*, quia est primus, sed liber orbium motor. Chaldæus interpretatur: *Extollite sedentem super sedem gloriæ in nono cœlo*: existimavit nempe non esse plures novem cœlis, Paulus Burgensis, ut & Rabbi David, primum mobile vocari putant Occasum, quia tendit ab Ortu in Occasum. Longè post dici DEUM ascendere ad Orientem, ut intelligatur auctor totius cœli ab uno ad aliud punctum. Legimus Hebraicè, רלכב בערבות *Lirocheb bahharaboth*. Multiplex acceptio nominis ערבות *bharaboth*, peperit tam varios explicatus, sicut & adeò multos habet verbum ערב *bharab*. Sed quum constet inter alias significationes unam esse pro eo quod est *occidere*, & *advesperascere*, quemadmodum & nominis pro *occasu*, & *vespera*, non debet in dubium revocari nostra versio, quæ differt solo numero à Septuaginta, qui plurali τῶν δυσμῶν utuntur. Passim exponunt Interpretes ad ascensu Christi in cœlum versus occidentalem partem, sicut & facie fuit in cruce versa ad illam, ideo inter alias causas adoramus ad Orientem, quum Judæi id facerent ad Occidentem, ut aliàs docui. Et putant aliqui *f*, denotatum singulare privilegium, quo ipse proceutus est occiduas regiones. Nonnulli, maximè Græcorum Expositorum, asserunt significari. Christum opera discipulorum ascensurum fuisse *super occasum*, i. e. tenebras, & ignorantias Gentium. Aliqui *g*, Deum simpliciter *inequitare*, seu *habitare in occasibus*, i. e. in tenebris, quia nobis invisibilis est, ac *posuit tenebras latibulum suum* h. Gregorii *i*, alius mysticus sensus est, *Ascendisse super occasum*, quia mortem, quam pertulerat, resurgendo superavit: & parari viam illi, ac iter fieri per prædicationem, immò & per cantum, de quo nuper hic facta mentio, quoniam, ut verbis David ait Deus *k*, *Sacrificium laudis honorificabit me*, *& illic iter est*, *quo ostendam illi salutare Dei*. Cæsarius fratet Nazianzeni *l*, dicit spiritualiter Deum *ascendisse super occasum*, quia reformavit ærumnosam ac tenebrosam naturam, & orcum ipsum spoliavit. Haud

Cur adoramus ad orientem Judæi ad occidentem.

f *Geneb. arduc.*

g *Jansen.*

h *Ps. 17. 12. i 16. Mor. c. 3. & Hom. 1. in Ezech. & hom. 17. in Evang.*

k *Ps. 49. 23.*

l *Dial. 1.*

abludit Hilarius hoc loco. Isidorus Pelusiota quærit, quum nomen DEI sit, ut dicatur *Oriens* m, & sit lumen inaccessum, quo pacto hìc dicatur *ascendere super occasum* n. Respondet, nomen illud convenire ratione divinitatis: hoc autem dici propter humanitatem, quæ occasus est, ac veluti nox, comparatione superni luminis, quod est incomparabile.

m *lib. 1. ep. in 48*

n *Zach. 3. 8. c. 6. 12.*

Porrò poeticè videtur David Deum *equitare* dixisse, sive *ascendisse* velut super equum in cœlum. Simile profert Eugubinus *o*, exemplum ex oraculo Apollinis, quod extat in libro Porphyrii, ubi Deus appellatur ἐποχούμενος, quo utitur Symmachus, i. e. *equitans*, *invectus*, κόσμων ἀμφιδρόμων, *in mundis*, *orbibus*, *circumrotantibus*, & habitans ἐπὶ νώτῳ ἀιθέων, *in campis æthereis*. Alioquin, si propriè *desertum* accipias, videri posset sermo de DEO ascendente cum populo per desertum.

o *Hie & lib. 3. de peren. Philos. c. 20.*

Dominus nomen illi.) Hebr. ביה שמו *bejah schemo*, *In Domino nomen ejus*, ut vertit quoque Hieronymus, sive in יה *jah*, quod est nomen ejus; quasi dicat, ut laudemus Deum, appellantes nomine suo, יה *jah*. Symmachus, διὰ τὸ ἰδιόνυμον αὐτῦ, *per Id nominatio ejus*. Cyprianus *p*, legit: *Deus nomen illi*: indeque probat Deitatem Christi. Quum ascendit Christus in cœlum, iniit tunc demum possessionem omnem sibi datam *in cœlo*, *& in terra* q, tamquam Dominus. Vel ascendit Christus verus Deus, gubernans cœlum, & omnia. In יה *jah*, nomine ejus, idest, per nomen, ac virtutem Divinitatis, vel assentiæ suæ. Hieronym. *r*, recenset hoc inter decem Dei nomina, dicens esse solius nomen ejus, & extremam in הללויה *hallelujah*, syllabam. Sed quid valet ibi, non exponit. Verùm alio loco *s*, ait significare *invisibilem*. Hebræi tradunt significare Deum ut Creatorem mundi; quibus consentit Vatablus: R. Salomon, denotare eumdem ut timendum, quasi moneamur per הללויה *hallelujah*, quod est adeò frequens in Psalmis, idest, *Laudate Jah*, ita laudate Deum, ut simul timeamus, ac vereamur. Si est ex verbo היה *jahjah* abbreviatum, ut paullo post dicam, habebit potiùs notionem entis, quo pacto Justinus *t*, *Hallelujah* explicat, ὑμνήσατε τὸν μίαν τὸ ὄν. Turrecremata *u*, ait, *Hallelujah* significare, *Laudate nomen Domini*, ex Hieronymo, *hale*, esse, *cantate*: *lu*, *laudem facite*: *Jah ad Deum*: ex Ambrosio, *Alle*, *lux*: *lu*, *virtus*: *Ja*, *vita*. Ex Gregorio, *Alle*, *Pater*: *lu*, *Filius*: *ja*, *Spiritus S.* Hæc in citatis Patribus nec ita digna duco.

p *lib. 2. c. 6.* Deiras Christi ex hoc loco probata.

q *Matt. ult. vers. 18.*

r *Epist. 136.*

s *lib. 8. int. 26. Esa.*

Hallelujah quasi, *laudate Jah*. Aliæ vocis expositiones.

t *Quæst. 50. Orthod.*

u *in Reg. 8. Bened. c. 72.*

Scripsit de *Haleluja* epistolam Hieronymus *x*, Marcellæ. Sed solùm reddit causam, quum Ecclesia verbum istud Hebræum, quemadmodum alia similia retinuerit, Alibi meminit Monachos revocatos ad collectam per *hallelujah* y, & rusticos etiam ipsos inter laborandum id cantare solitos esse z: Vigilantium negavisse aliàs quàm in Paschate *Haleluja* cantandum *a*: & ubi duo *haleluja* præcinebantur Psalmo, unum spectare ad finem prioris Psalmi, alterum ad eum, qui sequitur. hunc titulum Psalmi viginti, 104. 105. 106. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 134. 135. 145. 146. 147. 148. 149. 150. qui omnes Psalmi pleni sunt exultationis, & enarrationis magnificorum Dei operum. Idem Hieronymus *b*, epistola quadam ad Damasum petit ab eo, ut ubi Deus & homo honorabili voce cantatur, *Haleluja* semper cum omnibus Psalmis affigatur. Quo fit, ut non ineptam arbitre conjecturam esse יה *jah*, contractum nomen ex יהוה *Tetrhgrammaton*, & designare verbum abbreviatum per incarnationem, & fortasse punctum mappiK, quod tonum magis extundit, magis exprimit sensibilem naturam assumtum à verbo. In Cantico illo Esaiæ *c*, quod est de Christo; *Urbs fort tudinis nostræ Sion*, *Salvator*, &c. Versiculus ille: *Speratis in Domino in saculis æternis in Domino Deo forti*; &c. pro, *In Domino Deo*, habet Hebraicè: ב ה יהוה *bejah Adonai* quasi dicas, *in Incarnato DEO*. Ubi tamen Chaldæus *timorem* ponere videtur pro יה *jah*; juxta unam ex allatis antea notationibus. Forerius putat ibi designari quod dixi, scilicet Deum de DEO, aut Filio Dei. Confirmat verbis alterius Cantici ejusdem Esaiæ *d*: *Quoniam fortitudo mea*, *& laus mea Dominus* יה יהוה לישועה *jah Adonai lischuhhah*, *Et factus est mihi in salutem*. *Deus de Deo erit mihi Jesus*, aut *in Jesum*, i. e. Factus est homo mihi. Leo Castro ibi, & in priorem locum notat

x *Epist. 13. Cur Ecclesia verbum Allelujah retinuerit, & similia plura de voce.*

y *Epist. 27.*

z *Epist. 17.*

a *Cont. Vigilant. quæ de re inter epist. To. 9. Epist. 21. & August. ad Cresulanum, & in Psal. 106. 110. 146. & ser. 1 de Paschat. & plura Joan. Steph. Durantus 2 de rebus Eccl. c. 20.* Psalmi cum titulo *hallelujah*.

b *Tom. 9.*

c *cap. 26. 4.*

d *cap. 26. 3.*

quo-

quoties de Christo dicitur nomen *Dei*, non rarò utrumque poni, יה *jah* יהוה *Adonai*. Fateor tamen illam caussam non adeò probabilem; alioqui dicendum idem foret de אל *el*, ab אלוה *eloah*, aut אלוהים *elohim*.

Epiphanius *a*, auctor est, ab Aggæo primo decantatum solemniter *Halelujah* juxta Tobiæ *b*, prophetiam. Eximiam quamdam ac lætiorem denotat laudem verbum הלל *halam*, præsertim interia conjugatione Piel, ita ut à Thalmudicis teste Rabbi David *c*, vocetur *domus gaudii*, & *genialis*, sive etiam *thalamus*, היכולח בית *beth hillulah*, eo modo, quo Moles *d*, appellavit חלולים *hillulim*, *fructus laudabiles Domino*, pro quibus cum insigni gaudio laudandus Dominus. Faxet id, quod est in Psalmo centesimo quadragesimo sexto *e*: *Laudate Dominum*, *quoniam bonus est Psalmus*, ideſt, jucundus, lætus, הללויה *hallelujah*. Ac tantam quandoque idem verbum lætitiam importat, ut de insaniente dicatur, quemadmodum de David *f*: & in Ecclesiaste aliàs notavimus, quod legimus *g*. *Risum reputavi errorem*. Hebraicè dixi, *Risui dixi*, *Insanis*, vel *Insanire facis*. Tale videtur apud Hebræos, quale apud Gentiles *Io Paan* lætantium, vel bacchantium.

Exultate in conspectu ejus.) Eadem phrasis, quæ versu quarto, ubi יעלצו *jahhalisu*, hic verò עלון *hhilzu*, ejusdem significationis verbum. Reliquæ omnes editiones habent conjunctionem, & quæ in iis deerat priore versu ante *exultent*, quasi nectantur hæc, & pendeant à præcedentibus. Nulla major lætitia & alacritas quam ante Principem suum esse, ita ut ei simus conformes: nulla major in hac vita securitas, quàm incedere in oculis Dei: optima religio, quæ exercetur præsente ac intuente Deo absque hypocrisi, & simulatione. Hilarius intelligit de gaudio discipulorum ob visum Dominum post resurrectionem, & contrectatum *h*.

Turbabuntur à facie ejus.) Desunt hæc in textu Hebræo, & Chaldæo, & versione Hieronymi, atque recentiorum. Græcè est in Imperativo ταραχθήτωσαν ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ. Quæ putat Eugubinus ad rem eis, nec à Septuaginta posita, sed aliquo casu irrepsisse, & delenda. Genebrardus ait ad connexionem commodè inferta, vel potiùs duplicem lectionem fuisse, ac significatus Hebræi verbi, quod significat tùm gestire præ lætitia, tùm tremere ac moveri præ metu, vel impotentia: esseque sive præteritum, sive imperativum עלץ *hhalzu*, aut עלז *hhilzu*, pro futuro ועלץ *vahhalzu*. Non debet ullo modo lectio ista improbari, quam omnes recipiunt, & interpretantur. Sed nescio cur Cyrillus Jerosolymitanus *i*, legat, *Turbatus sum à facie tua*. Augustinus *k*, sic explicat exultandum in conspectu Dei Prædicatoribus, ut sciant tamen se ab alia turbandos. Sed (quasi per parenthesin adjectum sit,) *Turbabuntur à facie ejus*, qui conturbabunt illos in conspectu hominum, turbandos esse à Deo ipso qui est, quod sequitur sequenti versu, & nexum habet cum dicta exultatione, tamquam caussa, ob quam sit exultandum, pater orphanorum, & judex viduarum, consolans videlicet tùm prædictos Prædicatores, & desolatos, tùm illos quos ipsi docent juxta monita Christi, separari à parentibus, & conjugibus, eaque de caussa & illi & dicti Prædicatores tribulationem patiuntur ab hominibus istius mundi. Affinis interpretatio Hilarii aliorumque, nisi quòd Arnobius ad Judæos restringit. Theodoretus extendit ad tempus, quo Christus ipse prædicabat, Dæmones tunc pertubabantur. Quare de inimici Dei sermo est, quibus malè initio imprecatum est, quique, quia Justos persequuntur Deo charos, Dei censetur inimici. Non igitur justi à cantu & exultatione abstinere debent, quantumvis Dei turbent inimici; turbabuntur enim & ipsi à DEO.

Patris orphanorum.) אביהוטים *abi jethumim*. Resolvunt alii per casum rectum, & verbum substantivum, *Pater, est pupillorum*. Hieron. *Et exultate coram eo, Patre pupillorum, & Judice viduarum*. Cajetanus vertit: *Pater meus pupillorum*. At constat non aliter exprimi nomen hoc אב *ab*, in regimine. Quum autem est cum affixo primæ personæ numeri singularis, scribitur hoc modo, אבי *abi*, cum camets *l*. Illud etiam confirmatur ex composito nomine *Abimelec*, quod significat *Pater Rex*, non autem Pater meus Rex. & simile est in Melchisedec, Adonibesech, Adonitech, Achimelech, Achitob, Aminadab, Abinadab, Abisag, & similibus, in quorum compositione additur (*i*) ornatus caussa. Paulus *m*, quidem interpretatur, *Melchisedec*, *Rex Justitiæ*, non, Rex meus justitiæ: Josephus *n*, *Rex justus*, nec non Hieronymus *o*, & alii. Cyprianus *p*, colligit, non propriè Deum ab hominibus Patrem appellari: qui enim recens Patres suos amiserunt, eorum Pater DEUS vocatur, non quòd ex eo sint progenti, sed quòd illorum curam gerit, & illos protegit. Christi verò solùm natura pater est DEUS, non per adoptionem (nota contra illos, qui vocant ipsum Filium Dei adoptivum, & hominem quidem in tempore, Christum ante tempora. Idem prorsus annotavit Cyrillus Jerosolymitanus *q*. Peculiaris illa, quam Deus habet de orphanis cura, rectè dicitur ipsius esse, ut Patris, quoniam locum supplet patris, licèt generalis providentia ejusdem erga omnes homines: immò & erga res omnes, denominat ipsum patrem, quia quas creavit, conservat & gubernat.

Plurimis Scripturæ locis declaratur singularis, & maximè benigna Dei de orphanis, sive pupillis, atque de viduis cura, quos etiam sæpiùs conjunctos legimus. Enumerat nonnullos Cyprianus *r*. Duo ista nomina, inquit Tertullianus *s*, in quantum despectui humano, in tantum divinæ misericordiæ exposita, Dominus suscepit tueri. Quare per hoc miserorum duplex genus, qui sunt omnium maximè destituti, cetera genera solent comprehendi, licet con rarò quoque iis advena conjungatur *t*, & interdum mercenarius *u*. *Job ne buccellam* quidem *comedebat*, *ex qua non etiam pupillus* x, quem ad propriam adhibebat mensam, ut existimat Gregorius *y*. Curam gessit semper magnum in Ecclesia magistratus uterque, Civilis, & Ecclesiasticus, orphanorum, ut testantur orphanotrophia in utroque Jure, atque exemtio à censu capitationis iis concessa cum viduis, & sacris Virginibus à Valentiniano, & Valente *z*. Extat etiam in actis Basilii, Ambrosii, Chrysostomi, aliorumque Episcoporum, qui *pauperum Patres* nominantur, & sunt, peculiari studio consuluisse viduis, & harum contra ipsomet Imperatores, aliosve Principes patrocinium fortiter suscepisse. Clericorum regularium ordo, qui *Somaschini* vocantur, Orphanorum ex instituto curam profitetur.

Spiritualiter *orphani*, quorum pater DEUS, inquit Hilarius, sunt, qui diabolo patri renuntiarunt, & hi quibus Christus recedens alium submisit *Paracletum* a. Illi quoque, juxta Augustinum, orphani, qui verbi gladio, separati sunt à parentibus: ut & viduæ, quæ à viris. Hi consolationem habent; qui dicere quoque possunt *b*: *Pater meus, & mater mea derelinquerunt me, Dominus autem assumsit me*.

Judicis viduarum.) Citatis locis Judicium viduarum commendatur, i. e. ut earum sedulò tractentur causæ, & ab injuriis, quibus expositæ, sunt, vindicentur. *Judex* hic ergo idem est, atque, ut exponere Tertullianus *c*, videtur, assertor. Hebr. דין *daijan*, à דון *dun*, hanc quoque significationem habet, nec non præterea ejus qui consulit alteri, & prospicit. Job *d*, quidem certè, ubi enumerasset aliquot beneficia Dei ex creaturis, quas concedit in gratiam hominum, vel ad potentiam suam declarandam, subdit: *Per hac enim judicat popu-*

Vers. 6.) Patris orphanorum, & Judicis viduarum DEUS in loco sancto suo.

Sensus loci.

QUo pacto necti debeant prioris membri verba cum posterioribus, diximus. Addunt Clarius & Eugubinus hæc dici, ne quis arbitretur, Deum, quòd ascendat, vel obequitet *super occasum*: i. e. cœlum, aut in nubibus, tenebrisve habitet, vel non videre, vel non curare res humanas, vel tantam [Majestatem non dignari descendere. Item Eugubinus ait, videri proponi argumentum, ac verba cauenda à Justis de Deo, & nomine ejus, nempe *Pater orphanorum*, *Judex viduarum*, *Deus in loco sancto suo*. Idem ferè habet Cajetanus, ut jam invitati ad gratias agendas Deo, nunc aggrediantur exponere beneficia collata populo Hebræo. Hoc nimis angustum.

a *De vitis Proph. in Aggæo.*
b *cap.* 13. 22.
c *in Ps.* 104.
d *Lev.* 39 24
e *vers.* 1.
f 1. *Reg.* 21. 13.
g *cap.* 2. 2.
h *Joa.* 20. 20.
i *Catech.* 7. *Illuminator.*
k *hoc loco.*
l *Lege Thesaur. Linguæ Hebraicæ.*
m *Heb.* 7. 2.
n 1. *Antiq. c.* 11 & 7. *de bello Jud. c.* 18.
o *Epist.* 118.
p *in Symb.*
q *Catech.* 7.
r *lib.* 3. *c.* 113
s *l.* 1. *ad Vxor. c.* 7.
t *Deut.* 14. 29. *c.* 16. 11. 14. *c.* 24. 29. & *seq. c.* 26. 12 13. *c.* 29. 19 *Jerem.* 22. 3. *Zach.* 7, 10. *Malach.* 3. 5. *Ps.* 145. 9.
u *Malach.* 3.
x *Job* 31. 17.
y *in eundo loc.*
z *l.* 4. *de consc. C. Theod* Somaschinorum regulariorum ordo.
a Joan. 14.
b *Ps.* 26. 10.
c *l.* 1. *ad uxor. c.* 6.
d *c.* 36. 31.

Justi turbentur ab inimicis: iidem inimici turbabuntur à DEO.

Spiritualiter orphani qui dicantur.

populos, & dat escam multis mortalibus. Quamvis sensus ibi simul esse possit, Deum condemnare illos, qui talibus beneficiis abutantur, & ab ipsis rationem exigere.

Hebræi *viduam* vocant אלטנח *almanach*, quasi ab אלם *alam*, *colligavit*, *obmutuit*, quòd viro mortuo velut ligata sileat, ne gaudens latis canticis, colloquiisq; &c. nec valens litigare: unde & אלמון *almon*, cujus nomen retinetur, פלני *peloni*, cujus est ocultum *a*. Hispani eadem significatione dicunt *fulano*. Græcè χήρα, vel est παρὰ τὸ χαίρειν per antiphrasim, quia caret deliciis & oblectamentis: vel χηρόω, *desolo*. In Ecclesia proprius fuit quodam viduarum gradus, & illas Ignatius *b*, appellabat *altare Dei*. Sed non omnes viduæ, *veræ viduæ* c. Hilarius indicat idcirco vocari Deum *judicem viduarum*, quia sub nomine *viduarum* pleræque non viduæ sunt sed *deliciatæ* (aut *luxuriatæ*) *in Christo nubere volunt* d, vel fallunt humana judicia: *Scrutans* autem *corda & renes Deus* e, earum solus mentem sensumque dijudicat. Quid si & illud adjiciamus, viduis assignati peculiariter DEUM, qui omnium est, quoniam dedecet à fœminis etiam orbatis viro judicia exerceri, ita ut proximè venturi signum Antichristi Sibylla Erythræa *f*, prædixerit unius imperium viduæ: qua de re Petrus Gregorius *g*. Legendi qui de bono viduitatis scripserunt, maximè Tertullianus *h*, jam citatus, Augustinus *i*, Hieronymus *k*, Fulgentius *l*, & Ambrosius *m*, testatur se viduis librum scripsisse: is verò Tom. 4. operum continetur. Longè alia Lex Christi, quæ ipsam etiam virginitatem suadet, & Romanorum, quæ viduas ducere detrectantes puniebat *n*, quam legem Imperatores Christiani revocaverunt *o*. Isidorus Pelusiota *p*, cuidam Petro præcipit, ut ad eos qui pupillis injuriam inferre minimè verentur, hoc dicat, quòd *rex* ille *regnum*, & *dominus dominantium*, *pater orphanorum*, & *judex viduarum* appellari gaudeat: at in sublimibus quidem, ut quando agit cum David, cum Nabuchodonosor & similibus, dominationis nomen collocat: in humilibus autem curæ ac sollicitudinis: illorum enim, inquit, Dominum se asserit, horum parentem. Quocirca nemo pupillos injuria afficiat, patrem cogitans, nec viduam opprimat, judicem ob animum sibi proponens, &c.

Porro his verbis, & sequentibus: *Qui educit*, &c. putat Pradus *q*, exprimi vim nominis יה *jah*, & proinde etiam יהוה *Adonai*, ex quo illud est abbreviatum, ut nempe יהוה *Adonai*, significet redemtorem Israel, qui prospexerit viduitatis uxoribus, interfectorum orphanis, ne submergerentur, ut Pharao præceperat, parentibus, ne orbarentur liberis, vinctis servitute, ut liberarentur. Unde vult significare יהוה *Adonai*, seu Tetragrammaton, *Ego sum qui sum*, vel Hebr. *Ero qui ero*, non tantùm ipsam Essentiam vel fidelitatem, sed facinus, quod edicturus erat, liberando populum, quasi dicat: Sum, qui futurus sum, i. e. is, qui liberabo.

Dominus in loco sancto suo.) במעון קדשו *bimhhon Kodsehho*. Chald. *In habitaculo domus Majestatis sanctæ suæ*, ὁ Θεὸς ἐν τόπῳ ἁδίῳ αὐτοῦ. Hieron. *Deus in habitaculo sanctificationis suæ*. Symmachus: Ἐν ἡγιασμένῳ κατοικητηρίῳ αὐτοῦ. Aquila, Ἐν βασιλείοις ἁγίοις αὐτοῦ. *In regiis*, sive *palatiis*, & *basilicis* Hebræa vox טעון *mahhon*, per se quoque sola sumitur interdum pro *ade sacra, temploq;* r, & Deus quidem sedebat in Arca ut in loco, & sed sua sancta. Unde in Psalmo *s*: *Deus sedet super sedem sanctam suam*. Hoc loco cœlum intelligitur, quæ propria DEI sedes, & habitatio dicitur, quum sit ubique, qua de re aliàs & legi Augustinus *t*, potest, & in Psalmo *u*, dicitur: *Dominus in cœlo sedes ejus*, quia ibi se manifestat Beatis, & suam potentiam declarat. Id profani etiam homines agnoscunt, insita quadam opinione, ut Aristoteles *x*, sed non idonea ratione, quod immortali immortale coaptetur, nisi de quadam id attributione accipiatur.

Cur ergo *Sanctus* appellatur *locus*? Propterea Hebræi de Jerusalem, sive de Sion sermonem esse volunt, ubi religiosè celebratur Deus. Patres, de Ecclesia, ut universitatem fidelium, comprehendit, qui vocari solent Sancti: vel peculiari quadam ratione de orphanis, viduisque quorum proximè facta mentio, & qui sunt DEO curæ, necnon de aliis, de quibus mox dicetur, qui sunt unanimes, & concordes. Non obstat nihilominus, ut *sanctum* vocetur cœlum, quia Sanctus Sanctorum, & soli incolunt id Sancti, illum perpetuo celebrantes Trisagio hymno. Sapiens postulat, ut sapientiam ipsi *mittat Deus de cœlis sanctis suis, & à sede Majestatis suæ* y. Litteraliter intelligi potest cœlum, & Ecclesia. Eamdem porrò Ecclesiam aliis hìc nominibus appellatam videmus, *domum*, *hæreditatem*, *Dei montem*, *montem pinguem*, *montem coagulatum*, *sanctum currum Dei*, *millia lætantium*, *Ecclesias*, *templum Dei in Jerusalem*, *Sancta*, sive *Sanctuaria*.

y Sap. 9. 10.

Vers. 7.) DEUS qui inhabitare facit unius moris in domo.

Qui educit vinctos in fortitudine, similiter eos, qui exasperant, qui habitant in sepulchris.

ALis divinæ providentiæ ac beneficentiæ effecta, ut non solùm fœcundet, & posteritatem donet sterilibus, verum etiam propaget domum Ecclesiæ suæ, in quam adeo multos congregat per unitatem Fidei, & morum, ut extrahat de limbo Justorum animas, & dissolvat efficacia gratiæ suæ peccatorum vincula, etiam proteriorum, quique suis sunt vitiis totis consepulti.

Qui inhabitare facit unius moris in domo.) Chald. *Deus est, qui copulat conjugia unica cum filio legitimo simul, ut ædificet domum ex eis.* Septuaginta, pro *unius moris*, dicunt, μονοτρόπους. Symmach. Δίδωσι μοναχοῖς οἰκεῖν οἰκίαν, *Dat monachis*, idest, solitariis, *habitare domum*. Aquila, Καθίζει μονογενεῖς ἐν οἴκῳ. *Sedere facit unigenitos in domo*. Quinta editio: κατοικίζει μονοζώνους, (alias μονοζώνους, quasi dicas *eximios*.) *Habitare facit eos, qui sunt ejusdem vitæ*, vel *ejusdem studii ac præstantiæ in domo*. Augustinus, *Unius modi*. Hieronymus, *Solitarios*, *Unanimes*: quo pacto & Cyprianus, qui postea citabitur. Hebraicè יחידים *jechidim*, significat *solitarios*, *singulares*, *unicos*, quomodo vertit Pagninus, Vatablus, Clarius, Cajetanus, ac proinde etiam eos qui erant desolati. Itaque sensus potest esse, Deum efficere, ut steriles familiam habeant, ficuti obstetricibus in Ægypto *ædificavit domos* z: quod exprimit illud μονοδενεῖς, Aquilæ: & Chaldæi מזוד זו נים *mezauuer zivugim*, *copulans conjugia*, ubi videtur uti Græco ζεύδνυμι. Item quòd quemlibet derelictum destitutum ab omni ope, quale antè nominati orphani ac viduæ, juvat Deus tribuens vitam, opes, domum, familiam. Præterea subvenire præsertim Deum iis, qui sunt simplicium morum, sine duplicitate, vafricia, & parando ipsis, tùm aliquando materiales domos in hac vita, tùm præcipuè *non manufactas*, *in cœlis* a. Ad hæc facere ut præ amore cœlestis contemplationis sese nonnulli recipiant ad deserta: vel careant peccatis, ut ait Hieronymus.

Sensus loci.

z Exod. 1. 21.

a Cor. 5. 1.

Sed melior, ut communior, expositio, de concordia fidelium, quæ describitur in Actibus Apostolicis *b*, ubi non egimus de illa. Sic præter Interpretes locum istum intellexit non semel Cyprianus *c*, utens columbæ exemplo, & moribus. Et favet Chrysostomus *d*, utens similitudine ficus, quę constat multis granis, etiamsi de Synagoga loquitur: Eodem sensu locus hic usurpatur à patribus Concilii Triburiensis *e*, unà cum verbis ultimi versus.

b c. 2. & 4.

c *Epist.* 8. *aut. l.* 4. *Ep.* 4. & *ep.* 76. *aut. l.* 1 *ep.* 6. *lib. de Unit. Eccles. & in Orat. Dom. & l.* 2. *contr. Jud. c.* 8.

d *Hom.* 30. *in Matt. c. cap.* 1. Variæ expositiones.

Alias explicationes non respuimus, excepta Rabbi Salomonis, & aliorum Rabbinorum de desolatis & desertis Judæis, per Messiam, quem expectant, colligendis in stationem tranquillam: at contendimus editioni nostræ magis congruere quam attulimus, eamque bene cohærere cum vocabulo Hebræo יחדים *jechodim* significante *unitos*, & ex multis compositos: nec oportuisse aliter verti, eo modo quo Calvinus vult, reprehendens translationem vulgatam. *Qui habitare facit unitos in domo*. Quasi solus ille recipi sensus debeat, quod orbos & solitarios ditet Deus familia. Lege Bellarminum *f*.

e 2. *De Verbo Dei*, c. 13.

Qui educit vinctos in fortitudine.) Chald. *Qui eduxit filios Israel, qui erant ligati in Ægypto, propter opera patrum suorum recta, salvavit eos in pompa*, Hebr. בבושרות *bakkoosharoth*. Vatablus, *compedibus*, & Pagninus, & Clarius. Cajetanus, *in congruentiis*: idest, educens vinctos filios Israel vinculis Imperii Pharaonis, tempore congruo, in quarta generatione, juxta promissio-

a *Reth.* 4. 1. χηρα.

b *Epist. ad Tarsenses.* c 1. *Tim.* 5. 3.

d 1. *Tim.* 5. 11.

e *Ps.* 7. 11.

f 3. *Oracul. Sibyl.*

g *l.* 47. *Synagma c.* 11. Sibyllæ Erythrææ *orac. de adventu Antichristi tempore.*

h 1. *ad uxor. lib. de Bono viduitatis.*

k *Ep.* 9. 10. 11. & 150. 9. 1.

l *Epist.* 2.

m *in lib.* 4. *in c.* 4 *Luc.* Viduæ nubere detrectantes à Romanis punitæ.

Isidori Pelusiotæ præceptum contra orphanos & viduas afficientes injuriam.

n *Val. Max. l.* 2. *c.* 1. Plutarch. *in Camillo. ol.* 2 C. *de inofficiosis dot. cœlib. &c.*

p *lib.* 3. *epist.* 294.

q *in Ezech. ac prima Visione part.* 2. *sect.* 2.

r 1. *Reg.* 2. 29. 32. *Ps.* 46. 9.

s *Ps.* 10. 4.

t *lib.* 83. *Qu. in* 20.

u *Ps.* 10. 4.

x 1. *de cœlo text.* 22.

missionem Abrahæ factam *a*. Eugubinus interpretatur de eorumdem Hebræorum catenis, & clausura, ita ut πεπεδημένους ἐν ἀνῳρείᾳ sint, *compediti fortiter*. Confirmat ex Didymo, qui exponit πεπεδημένους ἐν σειραῖς τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων, *compeditos catenis suorum peccatorum*. Est hæc quidem quoque Patrum aliorum sententia, sed catenas, aut vincula includunt participio πεπεδημένους, & *vinctos*: at, ἐν ἀνδρείᾳ, *in fortitudine*, referunt ad educentem Deum seu Christum verbo virtutis suæ, verbi gratia, quando Christus filiam illam Abrahæ tamdiu ligatam à Satana liberavit *b*. Sic Hilarius, Hieronymus, & alii. Vel, *educit in fortitudine*, ita ut qui vinculis undique peccatorum circumdati sunt, fortes evadant. Hoc modo Theodoretus: qui cur exempli loco cum Matthæo & Zachæo Jacobum proferat, nescio; is enim idem est cum Jacobo minore, quem in ipso etiam utero sanctificatum, ex aliorum traditione meminit Hieronymus *c*: & si alius fuit, quod aliqui sentiunt, ut aliàs *d* docui, non video quare ille peculiariter peccatorum vinculis fuisse ligatus dicatur. Quidam id referunt ad Christi descensum ad inferos, liberationemque justorum de limbo, ut Nicetas Choniata *e*. Interpretatio Cajetani non abhorret prorsus ab Hebræa dictione, cui similia שְׁשִׂרוֹן *cheschiron*, ejusdem significationis, de qua diximus in Ecclesiasten *f*, sed passim deseritur ab omnibus. LXX. & editio nostra *fortitudinem* intellexerunt, seu causam pro effectu, videlicet aut ligatos fortiter ab alio, aut eductos fortiter. Tamen quia ἀνδρεία est potiùs nomen virtutis; virtute autem non qui ligaverunt, sed qui solvit præditus fuit, ad hunc potiùs referre, quàm ad illum debemus, hoc sensu, qui virtute sua, & robore magnitudineque virtutis solvit compeditos, immo & *fortem*, illum de quo Christus in Evangelio *g*. Cyprianus *h*, legit, *in virtute*, Augustinus exponit de virtute, & gratia communicata iis, qui erant vincti, ut valeant deinceps incedere in via præceptorum DEI.

Similiter eos, qui exasperant, qui habitant in sepulchris.) Chald. *Pharao autem, & exercitus ejus, qui pertinaces fuerunt ad dimittendos illos* (Israeliticas) *inhabitante siccum* (ibi mersi, ubi sicco Israelitæ vestigio evaserunt, & qua ipsi eos persequentes transibant, perinde ac si tellus foret sicca. Sed alium attuli sensum: quamvis hoc ipsum per allegoriam solet intelligi de diabolo, & liberatione spirituali.

Symmachus: ὁμοῦ ἀπειθεῖς κατοικήσουσιν ἐν ὑπωρείᾳ ξηρότητα. *Increduli autem habitabunt æstus siccitatem*. Aquila, ὁι ἀφεστὰ μένοι ἐσκήνωσαν λεωστρίαν. *Rebelles habitaverunt rupem*. Theodotio Ἐκκλίνοντες, *declinantes*. Augustinus, *amaricantes*. Hilarius, *Qui exacerbabant*; exemplum afferens, Paulum antea persecutorem *i*, tùm etiam persecutores legit, & quotquot contra nomen Christi diserebant. Hieronymus, *Increduli autem habitaverunt in siccitatibus*. Arnobius in Commentario: *Qui iram provocant*, dicens tales esse Magos. Illo verò modo legit Psalterium Vaticanum: *Similiter & eos, qui in iram provocant*, item Ambrosianum. Pagninus: *Verumtamen rebelles habitaverunt ficum*, i. e. in sicco. Vatablus: *Habitant in siticuloso loco*. Cajetanus: *Tantùm rebelles habitaverunt siccitatem*. Quasi dicat, hos solos non esse liberatos propter siccitatem: qui sensus innuitur quoque à prioribus duobus Auctoribus, & à Clario: *Sed qui eum exasperant, habitant in locis aridis*: nec non à versione Hieronymi allata, & à Felice: *Certè rebelles inhabitaverunt siccitatem*. Omnes enim isti sumunt particulam אך *ach*, exceptivè, non similitudinariè, quod Septuaginta dicunt ὁμοίως. Favent præterea Symmachus, & Aquila, tempore quoque futuro utentes, & adversativa, seu assertiva (כִּי). Verùm adhærendum editioni nostræ, & communiori sententiæ de qualibet magnis peccatoribus ope divina liberandis. Et quidam de Hebræis sub typo intelligunt, qui disertores erant, & vita indigni.

Similiter.) אך *ach*, inter alias significationes hanc habet, seu, quod idem est (*etiam:*) licet Eugubinus omnino neget. Forsitan erat אך *aeh*, cujus hæc significatio crebrior.

Eos qui exasperant.) סוֹרְרִים *sorerim, perversos, refractarios, rebelles, recedentes, contumaces, immorigeros, intractabiles, indisciplinabiles, avertentes se ab alterius imperio*, vel *à consuetudine*: quos Apostolus nominat, μὴ ὑπειθεῖας, *filios diffidentiæ*. Augustinus Græcum παραπικραίνοντας k, melius expressit per *amaricantes*, qui aliter dici possunt *exacerbantes*, ad amaram itam concitantes. Omnis quidem peccator Deum natura dulcem ad amaritudinem adducit, & facit sibi amarum, ut Hieronymus docet; at is præsertim, qui, ut alii exponunt, contumax est, rebellis, &c. de quo apud Jeremiam *l* Deus ipse: *Scito & vide, quia malum & amarum est reliquisse te Dominum Deum tuum & non esse timorem mei apud te, dicit Dominus Deus exercituum*. De talibus quoque loquitur Paulus *m*, verbis Psalmi 94. *n* qui obdurarunt *corda sua, sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto*, idest, sicut in die tentationis, &c. & *audientes exacerbaverunt*, ubi est παρωπικρασμός, & παραπικρίνω. Apud Oseam *o* loquitur etiam Deus; *Ad iracundiam me provocavit Ephraim in amaritudinibus suis*, & apud Jeremiam *p*: *Pone tibi speculam, constitue tibi amaritudines*, idest, considera peccata idololatriæ tuæ, quibus ad iracundiam me provocasti. Petrus Simoni Mago dicit *q*: *In felle amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te esse*. Et in Threnis est *r*: *Ad iracundiam provocavimus*. Hebraicè מרינו *marinu*. *Ad amaritudinem*. Postremo quoddam iracundorum extremum genus est, quos vocat Aristoteles *s*, *amaros*, qui difficilè placantur, & longo tempore sunt sub ira. Sed & *amaritudo* pro morte crebro *t* capitur. Itaque peccatores hi sunt, qui sibi ipsis mortem à Deo, provocata ejus ira, conscisunt, aut sunt quoque sæviores, & crudeliores in alios, ideoque indigni misericordia, quoniam *Judicium sine misericordia ei, qui non fecerit misericordiam* u.

Qui habitant in sepulchris.) Hebr. dictio צְחִיחָה *tsechicha*, significat locum eminentem, & altum in petra, sive rupem, aut siccum, atque squalentem, idest, siccitatem ipsam, sitim, horrorem, & aliquando nitorem, & glabritiem, & veluti calvitiem, qualis est in talibus locis, ubi nullæ crescunt herbæ, vel gramina. Quia vero sepulchra solent esse arida & sicca, idcirco LXX., τάφους posuerunt, eosque vulgata editio sequitur, quum ceteri vertant vel *siccum*, seu *siccitatem*, vel *rupem*, ut vidimus. Rectè peccatores maximi, & in malo obfirmati dicuntur *habitare in sepulchris*, quasi longiùs remoti à vita, & à salutis remedio. Idcircò solet Lazarus ex sepulchro ipso excitatus *x* dici Symbolum hujusmodi peccatorum. Ita quidem hoc loco Augustinus, qui deteriores istos ait esse, quàm priores vinctos, sive compeditos. Quin etiam innuitur resurrectio corporum per istam loquendi formulam de habitantibus in sepulchris, qui sint inde educendi. Igitur malè Calvinus contendit legi debere tantum, *in siticuloso loco*: non potuerunt Septuaginta ignorare vocis illius notionem, sed horrorem Deserti expresserunt, unde populus Hebræus eductus est: & sub hoc typo peccatores, quo modo Ezechiel *y* captivitatem Babylonicam appellavit *sepulchra*, & populum *ossa arida*, ut etiam ibi explicat Hieronymus.

Vers. 8.) Deus quum egredereris in conspectu populi tui, quum pertransires in deserto.

DEsumtus videtur hic & sequens versus ex Cantico Deboræ *z*: *Domine quum exires de Seir, & transires per regiones Edom, terra mota est, cœlique ac nubes destillaverunt aquis. Montes fluxerunt à facie Domini, & Sinai à facie Domini Dei Israel*. Exemplo maximi beneficii adversus Hebræos liberatos de Ægypto confirmat, & ostendit, usus etiam argumento ex comparatione minorum majorumque: quantum sit illud, quod ab ipso Christo liberatore generis humani oporteat sperare, expectare, quando cœperit Evangelium disseminari in Gentilitatis deserto.

Putat Augustinus, hæc & sequentia sensu litterali de Hebræis non intelligi, quoniam quo tempore sunt educti de Ægypto, nulli tunc propriè compediti, seu vincti, nulli habitantes in sepulchris ostendi possunt, etsi quod habetur versu 10. de pluvia voluntaria segregata hæreditati Dei infirmatę, sed à Deo perfectæ de manna, & eodem

a Gen 15.16

b Luc. 13. 11. 16.

Jacobus cum Matthæo & Zachæo peccati vinculis circumdatis in exemplum adductus.

c De Script. Eccles.

d Act 1. 13.

e 2. Thess. c. 2. num. 15.

f cap. 4.

g Luc. 11. 22.

h lib. 2. c. 28.

Allegoria.

i Act. c. 9. 1. Tim. 1. 1 Corinth. 15.

Omnis peccator Deum natura dulcem, ad amaritudinem adducit.

k Epist. 2. 2. c. 5. 6.

l c. 2. 19.

m Heb. 3. 8. 16.

n vers. 8.

o c. 12. 15.

p c. 31. 21.

q Act. 8. 23.

r c. 3. 42. Iracundorum extremum quoddam genus, qui amari dicti.

s 4. Et hic cap 5. Amaritudo, pro morte.

t Deut 32. 25 ps. 63. 4. & alibi.

u Eccl. 21. 3.

Peccatores maximi, & in malo obfirmati, rectè in sepulchris habitare dicti.

x Jer. 1. 11. 39. 41. Lazarus è sepulchro excitatus, peccatorum Symbolum. Calvini lectio improbata.

y cap. 37.

Ex Cantico Deboræ loci desumtio.

z Jud. 5. 4. 5.

dem populo ſumatur illud faſtidiente, non debuit, in-A quit, dici perfectum populum fuiſſe, ſed percuſſum: Denique mortui ſunt omnes in deſerto, demtis duobus: & licèt in poſteris poſſet cenſeri hæreditas perfecta, ſpiritualis ſenſus liberiùs teneri debet, quum omnia contingerent illis in figura. Nec ego dubito potiorem eſſe ſpiritualem ſenſum, atque per ſe ab Spiritu ſancto intentum illum qui traditur communi conſenſu à Patribus. Verumtamen ſimul exiſtimo, verba eadem aptè poſſe exponi de Hebræis, quod faciunt quoque non pauci ex Interpretibus, ac præterea Cyrillus Alexandrinus *a*, & faciliùs, ſuaviùs, firmiùs elici alium illum ſpiritualem ſenſum, ſi prior bene ſtabiliatur, atque declaretur. Non hoc negat Auguſtinus. Hilarius autem Hieronymus, & ceteri ut certum ponunt, & monent: Eugubinus, malè negat.

a *Lib. 4. in joan. c. 28.*

Quum egredereris.) Auguſtinus: *Quum egredieris:* item Eugubinus: videlicet, ut ſic oſtendatur, ſermonem totum eſſe de re futura, non de præterito egreſſu Hebræorum ex Ægypto. Hebræum & Græcum verbum infinitivi modi cum præpoſitione בְּצֵאתְךָ *betſethecha*, ἐν τῷ ἐκπορεύεσθαί σε, admittit illam verſionem: ſicut & quod Symmachus reddit προπορευομένου σοῦ, *procedente te*: Sed repugnat omnibus aliis, & ſequentibus etiam, quæ ſunt præteriti temporis. Chaldæus vertit hoc modo: *Deus quum egredereris in columna ignis nocte, & in columna nubis die, ante populum Iſrael, quum perambulares in deſerto ſolitudinis*: quam paraphraſim Hilarius approbat, Hieronymus, & paſſim alii, ut dixi.

B

Egreditur Deus pertranſitve, ſicut & exſurgit, propter novum effectum, ducis inſtar, aut paſtoris, &c. quem alicubi operatur, qui nullo abeſt à loco. Rabbi *b* Moſes ait *egredi Deum* dici, quando magnum parat de aliquo ſumere ſupplicium, vel aliquo opere potentiam, quæ prius abſcondita videbatur, erigit. Hieronymus *c*, quum vult ultionem ſumere, quod eſt alienum ab ejus ingenio, ideſt, à benignitate. Quieſcit veluti domi Deus, nec niſſi laceſſitus foras exit. Hinc Eſaias *d*: *Ecce enim Deus egredietur de loco ſuo, ut viſitet iniquitatem habitatoris terræ contra eum*. Et in Pſalmo *e*: *Non egredieris Deus in virtutibus noſtris*, ideſt, quum noſtri exercitus pugnaverint. Sic igitur nunc *egredi* dicitur *in conſpectu populi*, ut nempe illorum adverſarios perderet.

b *Dicit Ior. dubio cap. 23 Egredi Deus* ut dicatur.
c *in cap. 26. Eſa. & in c. 5. Micheæ.*
d *c. 26. 23.*
e *Pſ. 43. 10.*

C

Quum pertranſires in deſerto.) Auguſtinus, Eugubinus, *tranſieris*, aut *pertranſieris*. Hieronymus, *Et ambulares per deſertum*. Pſalterium Romanum, ſeu Vaticanum (quod nunc nempe in æde S. Petri recitatur:) *Et quum tranſgredereris per deſertum*. Ambroſianum: *Dum tranſgredereris in deſerto*. Symmachus, Theodoreto etiam teſte, βάσεως διὰ τῆς ἀοικήτου, & refertur ad λαόν σου, & ad præcedentia alia verba: *Deus quum egredereris*, &c. & ut Symmachus vertit, *Deus quum tu præcederes ante populum quum tranſeuntem per deſertum*. Repugnat Hebræo verbo נִצְעַרְתָּ *betſabbdeca*, quod affixum habet ſecundæ perſonæ. Significat autem id verbum *incidere cum pompa, deambulare*, vulgo *paſſeggiare*. Cur autem tam lentos progreſſus populum facere per deſertum Deus in terram promiſſam voluerit, dixi in Actibus Apoſtolicis *f*; nec non de annis, fuerintne quadraginta, pluresve. Additur hìc Hebraicè, ſicut & aliquot locis aliorum Pſalmorum, & in Cantico Habacuc, vicibus 73. סֶלָה *ſela*, Græcè διάψαλμα. Reddit hoc loco Chaldæus, *In æternum*. Hieronymus, *Semper*. Diſputat de iſta voce diligenter Ribera in Habacuc, Toletus Commentario in Pſalmum trigeſimum primum *g*, poſt veteres, Hieronymum *h*, Chryſoſtomum *i*, Theodoretum *k*, Euthymium *l*, & recentiores, Paulum Burgenſem *m*, Auctorem Theſauri Hebraicè *n*, & Græcè *o*, Eugubinum *p*, Vatablum *q*, Genebrardum *r*, &c. Variis modis exponitur, pro ſigno interponendi ſilentii, quam Muſici vocant *pauſam*: aut commutati metri, aut novi ſenſus: aut rhythmi, ideſt, vel vocis intermittendæ, vel inſtrumenti muſici. Hæc ex Hieronymo, qui citat Origenem. Addit Theodoretus pro ſigno variandæ novæ vocis humanæ, vel inſtrumenti: & idcirco dici à Septuaginta διάψαλμα: quod facit etiam Symmachus ac Theodotion. Qua in re non audiendus Eugubinus, dum negat ſic vertiſſe Septuaginta: Suidas autem ſcribit, διάψαλμα eſſe μίλος ἐναλλάγης, *cantus immutatio-*

Cur tã lentos progreſſus in terrã promiſſam per deſertũ populũ facere voluerit Deus.
f *c. 7. 36.*
g *Serm. 1. in pſ. 31 in c. 3. Abac. cap. 338.*
i *præf. in pſ.*
k *Præf. in pſ.*
l *Præf. in pſ. maddit. 3. in pſ. 46.*
Vocis *ſelah* variæ expoſitiones.
m Radice סאל ſala.
o Verbo Διάψαλμα.
p *in pſ. 3.*
q *ibidem.*
r *ibid.* Διάψαλμα.

D

nem. Vatablus *ſ*, & Rab. David, pro ſigno, vocem eſſe intendendam, & magna quadam attentione perpendendum id quod præceſſit, ſicut, ait Toletus, quando nunc Muſici infigunt bemol. Eugubinus *t* pro nota ornationis orationis, illo ferè modo, quo uſurpatur à Græcis, ῥα, χὶν, μλὼ, τοὶ, δὴ, μὲ, θὶν, &c.

f In pſ. 3.
t Ibid. & in pſ. 67.

Aliam retuli ſententiam ex Chaldæo, & Hieronymo, ut ſignificet *ſemper*, ſive *in ſæcula*, (quam item ſequitur V. & VI. Editio, & Aquila, ſignificationem,) ſive quod, ut Hieronymus dicit, quæ præceſſerunt, aut ſequuntur, ad æternitatem pertineant. Idem Eugubinus adhuc refert eſſe vocem exaggeratoris affirmationis, ut apud eoſdem Hebræos, *amen*, ſeu, *emeth*, ſeu *chen hu*, ut ait Rab. Abraham, & Auguſtinus *u* meminit; qui tamen potiùs aſſentit in dictam dictionem διαψαλτικὸν pro *intervallo*, *intermiſſione*, *ſilentium in pſallendo*. Rurſum *x* Hieronymus docet idem valere quod apud Latinos, opere completo explicuit, aut feliciter, aliudve tale: & Hebræos ſcripta, confirmando ponere *Amen*: ut feliciter translata proteſtentur, *Salom*, ideſt, *pax*: ut ſcripta ſcribendave magis celebrent, *ſelah*, ideſt, *ſemper*. Poſtremo recitat Euthymius ſententiam dicentium; denotare illuminationem divini Spiritus, quæ canentibus tunc appareret. Difficile eſt inter tot opiniones optio, immo vix ulla ſatisfacit, quum cunctæ rationes hæ locum videantur habere non minùs aliis in Pſalmis, in quibus illa dictio non ponitur. Reperitur præterea in Pſalmorum fine *y*, & in Pſalmis benè longis *z*, inquit Hieronymus, non invenitur; in his exigeretur mutatio aliqua, ini llis non poteſt eſſe.

u in pſ. 40
x Ep. ad Marcell.
y Vt in pſ. 3 & 23.
z Vt in pſ. 36 & 77. & 118.

Probabilius videtur nolam eſſe vocis contentioni, vel potiùs è contrario quietis, ac ſilentii, ad monendum de notabiliore ſententia, quæ mereretur memoriam ſempiternam, quod nempe potiſſimum pertineret ad Chriſtum, & Gratiæ myſteria, & mores. Sic auditores invitabantur ad favendum, & conſentiendum dictis, aut ad rei propoſitæ gravitatem meditandam. Et quidem διαψάλμα ſignificans intermiſſam cantillenam, ſatis deſignat dictum ſilentium: ait, *ſemper*, indicat cauſſam cur ſilentium fieret. Itaque narrato hic beneficio liberationis populi Hebræi de Ægypto, quum ipſemet præibat dux Deus, & tanta edebat prodigia, merito oppoſitum eſt סֶלָה *ſelah*, & διάψαλμα, ut tanti momenti res facto ſilentio attentiùs conſideretur, aut per contentionem vocis, quàm ſit magna, intelligatur. Si Pſalmus, in cujus fine collocabatur *ſelah*, ultimus etiam erit eorum, qui tunc canebantur, non ita congrueret ratio de ſilentio: ipſe enim quum eſſet cantus totius finis, ſilentium per ſe ſatis imponebat.

Equidem quum videam ab Interprete Latino præteriri hanc dictionem, mihi perſuadeo non pertinuiſſe ad integritatem orationis, verum fuiſſe dumtaxat notam onum aliquod ſignificantem ex dictis, fortaſſe magis intendendam vocem, aut ſonum propter allatam cauſſam. Illa porro cauſſa de majore orationis vel aſſeverationè, vel ornatu requirit, ut dictio ipſa exprimeretur: ea vero quam nunc dixi, non item, ſed ſolum monebat cantorem, quo pacto quæ caneret, aut inſtrumento muſico pulſaret, certa modulatione exprimeret. Nec tamen adhuc video cur dictione ad id opus fuerit, ut non ſuffecerit nota alia ſive character, ut ſunt, quibus apud Hebræos accentus notantur, non Grammatici tantum, & Rhetorici, ſed præterea Muſici: & Muſici noſtri, ſicut dixi, notas habent pauſæ, & mollioris vocis, & Carthuſiani, ut ad ea quæ cantant, magis attendant, pſallantque, juxta conſilium Pauli *a*, melius mente ſpirituque, utuntur in medio c juſvis verſus aliquo temporis interſtitio. De radice שָׁלַח *ſchalach*, nihil certi comperio. Conſtat סָלַל *ſalal*, eſſe *exaltare*, & *elevare*: שָׁלָה *ſchalah*, *æſtimare*. Hodie Hebræi addunt extremis ſuis precibus & epitaphiis סֶלָה אָמֵן *amen ſelah*.

E

a *1. Cor. 14. 15.*

Vers.9.) Terra mota est, etenim cœli distillaverunt à facie Dei Sinai, à facie Dei Israel.

HInc narratio incipit de prodigiis. Terræ motum, & cœli distillationem Genebrardus metaphoras esse putat de calamitatibus in hostes Judæorum Ægyptios & Arabicos immissis, quo pacto & Rahab *a* celebrat perterrefactos hostes Hebræorum à Deo. Cyrillus Alexandrinus *b*, *terram commotam* ait sibi videri Ægyptiam hic intelligi: & commotam tunc, quia agitationem inconsuetam sustinuit in tam nobili excessu filiorum Israel, latente mortalium nemine. Videtur sententia Rabbi David Kimhi: propterea subjici mox versu sequenti: &c. *Pluviam voluntariam segregabis Deus hereditati tuæ*. Annuit Cajetanus juxta illud *c*: *Tunc conturbati sunt Principes Edom, robustus Moab obtinuit tremor*. Ribera *d* quoque indicat solam indicari admirationem & stuporem, quo commoverentur omnes ad res admirabiles quæ fiebant, sicut & in Psalmis dicuntur *montes exultare*, & *colles*, & *terra moveri à facie Domini* e, & provocantur cœli, *ut lætentur*; *terra*, *ut exultet*; *mare*, *ut commovertur* lætitia, *campi gaudeant* f, & apud Aggæum *g*, est de adventu Christi in carnem: *Adhuc unum modicum est*, *& ego commovebo cœlum*, *& terram*, *& mare*, *& aridam*, *& movebo gentes*, *& veniet desideratus cunctis Gentibus*. Lætati sunt enim Angeli, ac descenderunt *h*, & magna extiterunt bella paullo ante, atque prodigia, etiam terræ motus, &c. Melius Chaldæus, & ceteri de Lege interpretantur, quæ quum daretur, auditæ sunt voces *i*, vilæ coruscationes, totus fumigavit mons, & ut Hebræi tradunt, tremuit etiam. Typus autem fuit ejus terræ motus, qui contigit Christo patiente, atque mystici alterius, quo Gentium natio accurrit ad Evangelium opera Apostolorum *k*, qui *ut cœli distillaverunt à facie Dei*, ideſt, per gratiam ipsius: super quas præterea Gentes divini roris favoris defluxit, & panis cœlestis Christi corporis ipsis communicatus est. Ita ferè Patres Hilarius, Hieronymus, Augustinus, Theodoretus, ac reliqui nostri colligentes etiam eumdem esse utriusque Testamenti Deum. Sed Arnobius de stella Magorum *l*, accipit distillationem, & pluviam, cantum Angelorum nato Christo *m*.

Terra mota est.) Dixi quomodo: & aliàs *n* docui, majestatem ac potentiam suam hac ratione Deum declarare solere. Legendus Aretas in Apocalypsin *o*. Hinc docet *terra motum* sumi pro rerum mutatione, ut ibi *p*: *Adhuc semel commovebo*: Dicit etiam hoc loco egressionem Israelitarum ex Ægypto vocari terræ motum. Eodem pacto vult vocari terræ motum, qui prædicitur in Apocalypsi *q*, vel de Romanis everturis Jerosolymam, vel de gravissimis afflictationibus tempore Antichristi. Verumtamen propriè sumendos censeo terræ motus, de quibus reliqui dictorum locorum disputant Interpretes, & de præsente idem censeo: tametsi liber Exodi non adeo diserte meminerit: nam & quædam Psalmus LXXVIII. exprimit, quæ ibi non sunt de plagis, &c. ut ærugine fructus consumtos, motos in pruina, possessiones igni, licèt conetur Pererius *r* ad decem plagas revocare, quæ sunt in Exodo. Sic verò in Deboræ recitato Cantico habetur, *Terra motus*, *& cœlorum*, *& nubium in aqua distillatio*: ut & Arias in ejus loci expositione annotat.

Etenim cœli distillaverunt.) Hebraicè, אַף *aph*, *etiam* &c. Sic nonnumquam *enim* aut *etenim* affirmat, vel nectit, non causam reddit, & causalis apponitur conjunctioni per τὸ παρέλκον. Hoc modo dicimus, *enim vero*, *verum enim vero*. In Psalmo centesimo vigesimo octavo *s*: *Sæpe expugnaverunt*, &c. *etenim non potuerunt mihi*, גַּם *gam*, *etiam*, *certè*, &c. Chrysostomus & alii legunt, ἀλλ' ὅμως, *sed non*, &c. *Cœlorum* porro *distillationem* pro favore divino interpretatur Eugubinus, ut illud: *Dabit tibi Deus de rore cœli benedictionem*, &, *Rorate cœli desuper* u: Rab. Kimhi, & alii pro aeris obfuscatione contra hostes, ingentibusque pluviis quibus Sehon oppressus est Rex Amorrhæorum: Theodoretus, pro manna, id quod etiam tenet Cajetanus, nec negant Patres Latini, & multi tradunt Hebræorum: qui præterea dicunt duplici rore manna tectum fuisse; inferiore, qui purgabat terram, & cui manna superveniebat; superiore, quo cum priore cœli in theca concluderetur; & quando superior ad Orientem Solem evanescebat, illud appareret: qui typus, inquit Genebrardus, censeri posset Corporis Christi latentis in speciebus Sacramentalibus, & non priùs ab intellectu nostro intellecti, quàm ros humanæ rationis dispareat ad lumen fidei. Verùm hoc egimus in librum Sapientiæ *x*. Addit Jansenius, & Hieronymus Osorius, pluvias, & fulgura. Favet Deboræ Canticum priùs citatum *y*: *Cœlique ac nubes destillaverunt aquis*. De Pluviis Lyranus consentit ex nube densissima defluentibus, quæ operuerat montem. Augustinus exponit de rore prædicationis Apostolorum, qui vocantur *cœli enarrantes gloriam Dei* z, cujus quoque verbum comparatur cum *rore* a.

Cœli.) Notissimum est pro aere *cœlos* usurpari: quo pacto & ipsum manna *panis de cœlo* nominatur *b*, ideſt, decidens de aere: quamquam & à cœlitibus factum, sicque panis Angelorum. *Et mandavit nubibus desuper*, *& januas cœli aperuit*. *Et pluit illis manna ad manducandum*, *& panem cœli dedit eis*, *panem Angelorum manducavit homo* c. Appellatur item hoc manna *pluvia de cœlo* d: *& quum descenderet nocte ros*, *descendebat pariter & manna* e.

Distillaverunt,) נִטְּפוּ *natephu*, ἔσταξαν. Hæc verba de manna, & rore, & pluvia intelligi possunt, non ita de fulguribus, quæ Jansenius addebat; nec etiam de aeris obfuscatione propriè loquendo, quam Rab. Kimhi; sed nec de majoribus imbribus, qui decidentes impetu terrefacerent hostes. Quamquam terrorem in Sina fuisse certum est, non propter hostes, sed propter Hebræos ipsos, ut sancto quodam terrore concussi, legem religiosiùs acciperent. Fateor, *stillandi* verbo, sicut & *pluendi*, interdum significari animadversionem, & punitionem divinam *f*, fortassis eo tempore, quo pluviis aquæ periit mundus: & Sodomæ ignis, ac sulphuris: & crebro quando pugnat Deus adversus impium aliquo supplicio, id facere inducitur tamquam *pluens de cœlo* g; sed & *stillare* Propheta dicitur, quando comminatur severiùs *h*: stillæ namque descendunt cum nimbo, & impetu, & quamvis leviter primùm cadant, indicant tamen procellam sæviorem. Attamen constat quoque, *stillare* esse blandè loqui, & accommodatè ad captum auditorum *i*, & cum fructu: diciturque de rebus maximè Codoriferis, ut & nomen *stacte* k, sive *gutta* l, נָטָף *nataph*, σταγών. Hoc autem loco pluribus Auctoribus, ut dixi, videtur exprimi benignitatis Dei opus est.

A facie Dei.) Hebraicè: *A facie Dei*, מִפְּנֵי זֶה סִינַי *zech sinai*. Pagninus vertit: *Hic Sinai* nempe tremuit. Eodem pacto Vatablus, Clarius, & Cajetanus. Felix, *hoc Sinai à facie Dei*. Hieronymus, *hoc est in Sinai*. Augustinus, *Mons Sina à facie Dei Israel*: & posterior suppleri vult, *distillavit*: monetque, in quibusdam codicibus Latinis & Græcis non haberi, *mons Sinai*: sed, *à facie Dei Sinai*, *à facie Dei Israel*, ut sit sensus: Cœli distillaverunt à facie Dei, quam legem dedit populo Israel, & benedictionem daturus erat, qui legem dederat *m*. At Genebrardus reddit: *Hujus Sinai*: ideſt, A facie Dei, qui est Deus hujus Sinai, ubi contigerunt dicta mirabilia *n*: In aliquibus codicibus Græcis, ut in Vaticano, Τὸ τοῦ Σινᾶ. In libro Judicum *o*, unde dixi videri sumtam sententiam istam, sic legimus: *Montes fluxerunt à facie Domini*, *& Sinai à facie Domini Dei Israel* זֶה סִינַי *zech Sinahi*, Τὸ τοῦ Σινᾶ. Psalterium Vaticanum, *A facie Dei: mons Sinai à facie Dei Israel*, ubi supplendum aliquid videtur, verbi gratia, tremuit, aut fluxit, &c. Psalterium Ambosianum, *A facie Dei*, *qui est in Sinai*. Jansenius post Theodoretum, supplet, *A facie Dei Sinai*, qui apparuit in Sinai. De nomine *Sinai* dixi Actuum 7. *p*.

A facie Dei Israel.) De voce Israel, & quare peculiariter dicatur Deus Israel, egi in eadem Historia *q*.

---

*Vers.*10.) Pluviam voluntariam segregabis Deus hæreditati tuæ: & infirmata est, tu vero perfecisti eam.

POsito superiùs exemplo de manna, videtur prædicere David multo nobiliorem pluviam cœlestis & Evangelicæ doctrinæ, qua reddatur valens ac perfecta Ecclesia, quæ debilis priùs erat, & infirma. Et quidem satis communis Nostrorum sensus confirmatur ex verbo temporis

a *Josue* 2. 9. 10. 11.
b *in Nahum* c. 1. nu. 5 & *in Agg.* c. 2 nu. 13.
c *Exod.* 25 15
d In cap. 2. Agg. nu. 28
e *psf.* 113. 4. 6. 6.
f *psf.* 95. 11.
g cap. 2. 7. 8.
h Luc. 2. 9. 13.
i *Exod.* 19 & 20. Typus ejus terræ motus qui contigit Christo patiente.
k Act. 2. 2. 6.
l Mat. 2. 2.
m Luc. 2. 19.
n Act. 4. 31.
o c. 8. *vel* 6. Terra motus pro rerum mutatione.
p Agg. 2. 7.
q cap. 6. 12.
r in c. 7. Ex. Disp. 12. nu. 64.
Enim, etenim, nonnumquam affirmant vel nectunt non semper causam reddunt.
s Vers. 1. Cœlorum distillatio pro favore divino.
t Gen. 27. 28
u Esa. 45. 8.
Manna duplici rore rectum.
x cap. 16. 20.
y Jud. 5. 4.
z psf. 81. 1.
a Deut. 32. 2
b Sap. 1. 20.
c Psf. 77. 23. 24. 25.
d Ex. 16. 4.
e Num. 11. 9.
Stillandi verbo & pluendi interdū animadversio & punitio divina significata.
Vocis aliæ acceptiones
f 2. Par. 12. 7 Mich. 2. 6.
g Psf. 10. 7. Job. 20. 23.
h Ez. 31. 2. cap. 20. 46. Mich. 2. 6. 11 Amos 7. 16.
i Deut. 42. 3 Job. 19. 13. 1. Mach. 8. 17. Amos 9. 13.
k Exod. 30. 3
l Psf. 49. 9.
m Psf. 83. 8.
n Ex. 19. & 20.
o in cap. 5. 5
p vers. 30.
q cap. 1. 6. cap. 130. 27.

poris futuri, quum fuerit præcedente verſu præteritum tempus. Confirmat Hilarius *pluviæ* nomine doctrinam intelligi, Moſis exemplo in Deuteronomio *a*. Hieronymus comprehendit unà & prædicationem ſanctam, & legem, quæ per Moſen data eſt *b*, nimirum tamquam typum illius. Hugo Cardinalis docet, cur prædicationi congruat *pluviæ* nomen, præterea Chriſto: denique lacrymis, Lege. Quod ſi priora de pœnis quas eſſent adverſarii paſſi, placet intelligere, antitheſis major erit blandioris & fœcundioris pluviæ, &c.

a Deut. 32. 2
b Joan. 1. 17.

Voluntariam.) Ἑκούσιον, נדבות *nedaboth*. Pagninus, *Munificentiarum*. Cajet. *Voluntatum*. Vatab. primo & ſecundo modo, aut *liberalitatum*, & *abundantem*. Explicat Cajet. de duplici pluvia mannæ: & coturnicum, & utramque fuiſſe *voluntatum*, ideſt, appetitionum populi appetentis cibum, & carnes. (Indicat id Gloſſa ordin.) & utramque feciſſe Deum elevare (ſic enim vertit, pro *ſegregabis*, ut videbimus) quia ambæ miraculo factæ ſunt, licèt per cauſſas ſecundas. Theod. ait *voluntariam pluviam* dici, ſive *ſpontaneam*, ob liberum arbitrium, quoniam non ex neceſſitate irrigatur aliquis, ſed doctrinæ acquieſcens conſequitur gratiam. Hilar. Quoniam providus voluntatum, & bonæ voluntatis cujuſque, ſegregavit nonnullos ad prædicandum, ut Paulum perſecutorem, Petrum negatorem Chriſti. Auguſt. *e* propter ſingularem electionem, qua ſibi Deus elegit Hebræum populum, *Non faciens taliter omni nationi, nec judicia ſua manifeſtans* aliis *d*, & propter gratiam, quæ ſine meritis datur ab eo, qui *voluntarie gignit nos verbo veritatis* e, & *ſcuto bonæ voluntatis ſuæ circumdedit nos* f. Arnobius: Quando cecinerunt Angeli pacem *hominibus bonæ voluntatis* g. Genebrardus, de liberalitate in Eccleſiam, ita ut in Synagogam diſtillaverit Deus, ac depluerit imbres iracundiæ ſuæ, ut prioribus verbis indicatur, juxta unam expoſitionem. Ambr. *h*, de divina & ſanctificante gratia, cujus per ſe auctor Deus, non homo, & illius typum eſſe pluviam iſtam, ſicut & rorem, Gedeonis: nempe, & Joelem locutum de illa gratia Spirituque illis verbis *k*: *Effundam de Spiritu meo*, &c. Hoc ſenſu Gregor. *l*, *pluviæ patrem* m, interpretatur Deum, qui ficcam terram humani cordis guttis ſcientiæ gratuito aſpergit, non pro noſtris meritis, ſed pro ſuæ munere benignitatis, & aliquando prohibet hujuſmodi ſtillas contumacibus *n*. Denique prædicatio ſtillarum inſtar eſt, rorique teneri, quando Prædicator diſpenſatione aliqua temperat ſermonem, ut ubertim pluviam manans, quum quæ de ſuperius ſentit, virtute quæ prævalet, loquitur: Utrumque à Moſe expreſſum dicente *o*: *Expectetur ſicut pluvia eloquium meum & deſcendant ſicut ros verba mea*.

c Ex. de Prin. ci. & hic.
d Pſ. 147. 20.
e Jacob. 1. 18.
f Pſ. 5. 13.
g Luc. 2. 14.
h 1. de Spiritu ſancto in præmio.
i Jud. 6. 37. & ſeq.
k c. 2. 28. Act. 2. 17.
l 29. Moral. c. 15. vel 20. m Job 38. 28.
n Eſa. 5. 6.
o Deut. 32. 2

Credo *voluntariam* quoque *pluviam* dici, quia tempeſtiva, opportuna, & deſiderata: non prima quidem omnino gratia, quæ nobis ſine nobis, ideſt conſenſu noſtro, datur, ſed alia, quæ reſpondenti, acceptanti, deſideranti: quamvis & de prima nonnullum deſiderium naturale imperfectumque eſſe non repugnat, poſita nonnulla ſubauditione, quod talis dari poſſit vel ſoleat à Deo. Chald. explicat *pluvias vivificationis* & *rores ſpontaneos*.

Segregabis.) Pſalterium Vaticanum & Ambroſianum, *Segregans*, ex Hebræo vertit Hieronymus, *Elevaſti*, Pagninus, *Feciſti elevare*. Cajetanus, *Facies elevare*, Vatablus, *Deſtillabas*. Felix, *Elevabas*. Alii, *ſtillare facies*, idque, pro ſtillaſti, vel ſtillas, vel ſtillabas: aut *rigas*. Græcum verbum ἀφορίεις eſt futuri temporis, proprie ſignificans *ſegregabis*, ſive *ſeparabis*: Hebræum תניך *thaniph*, ejuſdem temporis multa ſignificat, *ſtillare*, *effundere*, *aſpergere*, *elevare*, *cribrare*, *concutere*. Chald. שרמיתא *arem ha*, *projeciſti*. Etſi autem quandoque præteritum poſito futuro, & vice verſa ab Hebræis uſurpetur: tamen ſtandum hic judicio Septuaginta, & Interpretis noſtri. *Segregatio* denotat vim divinæ vocationis, & electionis; *elevatio*, finem, qui altus eſt, nempe beatitudo. Quod ſi pluvia, Euchariſtia eſt, voluntaria eſt, quia ſumma voluntate inſtituta, ſummoque amore, quum *in finem Chriſtus dilexiſſet ſuos* p, & *exquiſita in omnes voluntates ipſius* q; ſummopere item à nobis expetenda, & magna voluntate percipienda.

p Joan. 13. 1.
q Pſ. 110. 2.
r Exod. 15. 17. Deut. 9. 26. 29. c. 32. 9. 3. Reg. 21. 3. Pſ. 127. 8. & alibi.
s Num. 18. 20. Deu. 18. 2. Joſue 18. 7. & alibi.

Hæreditati tuæ.) Sæpe populus Hebræus *Domini* vocatur *hæreditas* r, ipſeque viciſſim illius ſ. De ſecundo facilior cauſſa, quia omnis quidem juſtus adoptione Filius Dei fit, ac proinde hæres, ſalva ſimul ratione præmii, ut aliàs docuimus; peculiariter tamen ii, qui magis A proprio & peculiari Deum colunt ritu, legeque. Primi ratio fere eadem, ut licèt omnium ſit Deus hæreditas, finis, & beatitudo, qui eam conſequuntur, præcipuo tamen modo illarum à quibus ſtudioſiùs, ceù paternum atque hæreditarium bonum, cuſtoditur, & amatur. Cuilibet privatim licet dicere: *Dominus pars hæreditatis meæ* t, &, *Hæreditate acquiſivi teſtimonia tua* u; &, *In hæreditate Domini morabor* x: atque hoc nomine in Novo Teſtamento aliquoties felicitas dicitur *y*. Multo magis Dei cenſetur hæreditas. Eccleſia, & hujus è contrario potiore jure Deus. Non invidet nobis Deus hæreditatem Filii ſui naturalis: Non confunditur hic Filius non appellare *fratres ſuos* z, non periclitatur hæc hæreditas diminui, dum communicatur tam multis: non poſſident hæreditatem filii ſine patre, quoniam iſte non moritur; ſed poſſidemus eum, & ille nos, & ſuamet hæreditate ac felicitate fruitur ipſe ſemel ad ita hæreditas hæc numquam perditur, quippe *incorruptibilis*, *incontaminata*, *immarceſcibilis*, *conſervata in cœlis* a. De his Auguſtinus *b*.

t Pſ. 15. 5. u Pſ 118. 121. x Eccl. 24. 1. y Gal. 5. 18. Eph. 1. 14. 18. c. 5. 5. Coloſſ. 3. 24. Tit. 3. 7. Hebr. 1. 14. c. 9. 15. 1. Petr. 1. 4. Jacob. 2. 5.

Illud præterea verum eſt, Hebræum populum deſcendere de Sem primogenito Noè *c*, & primogenitos in lege Naturæ Sacerdotali munere functos: & Deum præcepiſſe in lege ſcripta primogenitos offerri ſibi. Quocirca poſſet propter iſtam cauſſam aliquo modo vocari populus Hebræus *hæreditas Dei*. Non facit quidem ad rem præſentem, nec omittenda tamen annotatio vocabulum *hæreditatis*, nec non *ſortis*, & *partis*, nonnumquam in deteriorem partem ſumi, atque de pœna, & ſupplicio *d*. Totus homo hæreditas Dei eſt, nec ſui ipſius eſt, ſed illius. Fornicator eſt, ac profanus, qui propter quamlibet creaturam, ſicut Eſau propter unam eſcam *e*, vendit primitiva, ſubtrahens ſe Deo, & Deum ſibi, pro parva voluptate magnam dignitatem, inquit Cyrillus Jeroſolymitanus *f*.

a 1. Pet. 1. 4.
b Ser. 13. de verb. Apoſt. & ſer 119. de Tempore, & in pſ 136. & 149.
c Gen. 6. 10.
d Hæreditas, ſortis, & partis nomen nonnumquam in deteriore partem, d Iob. 20. 29. Pſ. 62. 11. Eſa. 17. 14.
e Gen. 25. 34. Heb. 12. 16.
f Catech 4.

Et infirmata eſt, tu vero perfeciſti eam.) Refert Theodoretus interpretationem Symmachi & Aquilæ. Prior ſic habet: ὡς ἐξεπόνησας, καὶ ἤνδρωσας: *Quam effeciſti*, vel *adoptaſti*, vel *emancipaſti*. Poſterior hæc eſt: Καὶ μεμοδηκῶς αὐτὴν ἤνδρασας, & ut vertiſſe videtur Hieron. *Laborantem tu confirmaſti*. Chaldæus. *Et eccleſiam, ſive congregationem laborantem tu erexiſti*. Vatablus: *Et laborantem confirmabat*. Pagninus: *Et labore confectam tu confirmaſti eam*. Alii: *Et ſi fatigata fuit, tu confirmaſti eam*, vel, *quum defecta de viribus, tu reficis illam*, reſtituendo nempe fœcunditatem, qua ad tempus vituſes illam privaſſe. Cajetanus: *Et fuit laſſa; tu firmaſti ipſam*. Genebrardus cum Rab. Kimhi vult eſſe hypotheticam phraſin cum eclypſi particulæ, *ſi*: quod ſi hæreditas tua infirmata eſt, fatigata, oppreſſa, afflicta, malè affecta ab hoſtibus, tu ſanè ſtabiliviſti, & roboraſti eam. Pſalterium Vaticanum, *etenim infirmata eſt*, verbum ἠσθένησε eſt, *infirmata eſt*, נלאה *nileah*, *laboravit*, *defecit*, *fatigata eſt*, *laſſata*, *debilitata*, poteſt hypothetico ſenſu quod in præterito dicitur, vel in præſenti (utrumvis enim fert Hebræum verbum) intelligi quoque in tempore futuro, quaſi diceret; Si fuerit infirmata, perficies, infirmatam perficies. Exiſtimat Ribera *g*, verti potuiſſe pro *infirmata eſt*, (*capit*) *infirmari* enim Hebræos dicere, pro *incipere*, quia res dum incipit, minus habet firmitatis, viriumque. Fateor verbum חלל *chalah*, חול *chalal*, & *chul*, de quo ibi diſputat, habere utramque ſignificationem: at non idem eſt לאה *laah*, hujus loci verbo.

g Oſea. 11. 10. 25. Infirmari apud Hebræos pro incipere.

Fecit id Deus hæreditati ſuæ Synagogæ, ideſt, facere, ſolet, & facturus prædicitur Eccleſiæ ſuæ, perculſos Hebræos quum daretur lex tot tonitruis, fulgoribus, &c. roboravit, & recreavit Deus: multo meliùs Eccleſiam ut puſillum gregem confirmavit Chriſtus *h*, conſtantem ex Gentibus, quas dedit ei Pater *hæreditatem* i. Nam Petrum negantem *reſpexit* k: perſecutorem Paulum vocavit *l*: colaphizato dixit *gratiam* ei ſuam debet *ſufficere* *m*: fugientes Apoſtolos poſt reſurrectionem inviſit *n*, & columnas firmas Eccleſiarum fecit *o*: ut Paulum *p*, ſic ſine dubio ſegregavit ex uteris matrum Apoſtolos ceteros, ut *tamquam imbres emitterent eloquia* ſua *q*, legem, quæ *infirmabatur* præ impoſſibilitate *per carnem*, adimplevit *ſ*, uberiore gratia communicata: fortem adverſarium ligavit *t*: vicit mundum *u*: victoriam nobis contulit *x*. Hæc ferè Theodoretus, ſive Baſilius, Hilarius, Auguſtinus, Hieronymus, ſive Origenes, & paſſim ceteri expoſitores, nec non Bernardus *a*, qui proprerea notat Petrum, Paulumq; meritò vocari *viros miſericordiæ*

h Luc. 22. 32
i Pſ. 2. 8.
k Luc. 21. 61
l Actuum 9.
m 2 Cor. 12. 9
n Joan. 20
o Pſ. 74. 4.
p Gal. 1. 15.
q Eccl. 39. 7
r Rom. 8. 3
ſ Mat. 3: 27
t Luc. 11. 22
u Joan. 16. 33
x 1. Cor. 15. 57.
a Ser. 3. de Petro & Paulo. Petrus & Paulus merito *viri miſericordiæ* dicuntur.

a Ecclesia in Ecclesiastico c. 44. 20. in octava Apost. Petri & Pauli.
b Joan. 20.
c Is. 50. 14.
d Luc. 21. 15
e Mat. 16. 18

a, propter multam misericordiam quam sunt consecuti, & qua sunt post peccatorum infirmitatem confirmati. Arnob. confirmatos intelligit Apostolos à Christo, quando post resurrectionem ostendit eis *plagas* b, &c.

Sed latius patet *confirmatio*, & *perfectio*, tùm propter Spiritum principalem *c*, & Sacramentum, quod *confirmationis* vocatur, & alia Sacramenta, quibus corroboramus, tùm propter Christi promissa tempore persecutionum, ut detur os, & sapientia, *cui non possint resistere, & contradicere omnes adversarii* d, denique *ut portæ inferi non prævaleant* e.

Vers. 11.) Animalia tua habitabunt in ea, paraſti in dulcedine tua pauperi Deus.

HIc effectus cœlestis illius pluviæ, & roboris divini, ut Dei grex pacatus degat, sive peculium, quæ dicta priùs est *hæreditas*, & in magna quadam in præparatis à Deo escis suavitate, atque jucunditate. Theodoretus Apostolos intelligit, quibus Deus quodammodo conscensis, homines convertit, nam & *equos* ab Habac. *h* nominari, hodieque habitare Apostolos in Dei hæreditate, ideſt, Ecclesia, tùm per scripta sua, tùm per Reliquias, per quas reddunt sanctos illos, qui accedunt ad eas. Adde Evangelistas, qui passim per *animalia quatuor* in Ezechiele *i*, & Apocalypsi *k* designati dicuntur. Talem esse Paulum *Vas electionis* appellatum *l*. Hilarius explicat per eloquia divina reddi spirituales, qui priùs erant animales, & ea ipsorum effici faucibus dulcia, quum evaserint pauperes spiritu. Consentit Hier. Glossa Interlin. Gentes mansuefactas, & conversas. Quo posset pertinere linteum ostensum Petro *m*. Beda vult significari minores fideles qui sunt adhuc perficiendi, & alendi. Chald. explicat de Angelorum custodia, his verbis: *Vivificationem tuam*, sive *animalia tua*, *collocasti in ea, præparasti exercitus cœtuum Angelicorum, ut benefaceres pauperibus Dei*. Vocare solent Angelos Hebræi nomine *Animalium*, vel potius, quod apud eos significat Hebræum חיה *chaiah*, & ut apud Græcos, ζῶον *Viventium*. Quo etiam pacto ab Aristotele appellatur Deus ζῶον μακάριον, *Animal beatum*. Latinè non ita loquimur; quia dicitur ab anima, quæ compositi pars est, & respirationis rationem includit, quasi ἄγεμος.

h c. 3. 8.
Apostoli ut dicantur hodie habitare in Dei hæreditate.
i c. 1. & 10.
k Act. 9. 15.
l Act. 10. 11.
ζῶον μακάριον.
Anima quasi ἀναπνοή.

Sunt & qui per dicta illa animalia in quadriga Ezechielis Angelos intelligant, qui Angeli quandoque *throni* appellantur, quibus insideat Deus, Pradus noster intelligit vexilla præcipuorum populi ducum, in quorum singulis propria imago erat cujusdam animalis ex iis quatuor, quæ describit Ezechiel. Hieronim. Osorius de Hebræis exponit, non quibuscumque sed vilioribus, instar animalium brutorum, imperitis, ita ut & his consulerit Deus, non tantum magnis, ac sibi charissimis: illos enim item alliciendos fuisse suavitate, atque deliciis. In Psalmo quodam alio *n*, est: *Homines, & jumenta salvabis Domine: quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam Deus*. Videri posset præterea sermo esse de pecore, & armento, propter abundantiam pascuorum ex pluvia illa voluntaria, & spontanea, quam pollicitus est Deus *o*, ad differentiam Ægypti, ubi in hortorum morem aquæ dicuntur irriguæ *p*. Deus ipse dicit: *Quoniam meæ sunt feræ sylvarum, jumenta in montibus, & boves*. Nec deest qui de cornicibus à Deo missis *q*, accipiat animalia, de quibus egimus in libro Sapientiæ.

n Ps. 35. 8.
o Lev. 26. 3. Deut. 1.
p Ps. 40. 10.
q Ps. 77. 17. Num 11. 31. Sap. 16. 2.

Animalia tua.) חיתך *chaijaihecha*, *Animal tuum*. Synecdoche numeri singularis pro plurali, & alia figura, qua de hominibus utuntur vocem *gregis*, ut alibi pro gubernatore, *pastoris*, nisi Angelos cum Chaldæo velimus interpretari; ut ante diximus. Vatablus, Clarius, Pagninus, Cajetanus, & alii vertunt, *congregatio*, sive *cœtus*, *societas*, vel *grex*, *peculium*, *armentum*, *fera*, &c. figuratè, ut monui, homines intelliguntur, sed minùs aptè per *feram*, nec satis bene. Chaldæam vocem תחיך *thechijathac*, reddit Latinus Interpres, *vivificationem tuam*: quum statim de Angelis eadem exprimatur. Melius dixisset, *victum tuum*, hoc est, necessaria ad victum populi, subditur enim: *Parasti in dulcedine tua*, &c. Quamquam & *vivificationem* pro sustentatione vitæ quidam dicunt, & Angelorum bene mentio subjiceretur, quorum opera manna confectum est *r*.

Vivificatio pro sustentatione vitæ.
r Ps. 77. 25.

Habitabunt in ea.) Hieronymus, *Habitaverunt*, Cajetanus, *Sederunt*, ideſt, quieverunt, inquit, *in pluvia Manna*. Alii, *in terra promissa*, vel *in Jerusalem*, ubi pro paupere, & afflicto populo magnificâ Deus mansionem paravit. Vel, *In hæreditate tua* (sic Hieronymus) ideſt, in populo tuo erit multitudo copiosa. Hilarius, aut *in pluvia*, aut *in hæreditate*. Hebraicè est præteritum ישכו *jaschebu*. Græcè præsens, κατοικοῦσιν. Sensus nil variat: nam habitabunt quum veniet Christus: habitaverunt, vel habitant propter prædictionis certitudinem, & propter typum Ecclesiæ, qui præcessit in populo Hebræo.

Parasti.) תכין *thachin*, futurum tempus, sed significatio præterita, quia præcessit aliud verbum simile temporis. Valet autem etiam verbum, idem quod, *fixisti, firmasti firmiter parasti*, nempe per Apostopesin, manna, victum, vitæ necessaria, &c. vel, ut placet Hilario, aut hæreditatem, aut pluviam, de quibus antea.

In dulcedine tua.) מטובתך *bet hobatheca*. Ἐν χρηστότητί σου, *In benignitate, bonitate* (sic Hieronymus) *in suavitate* (hoc modo Augustinus) *in beneficiis, in deliciis*: fluebat enim Terra promissionis *lacte & melle* s: *vestimenta* quoque per quadraginta annos *non sunt attrita* t: manna continebat omnem saporem *u*: protegebantur, ac tegebantur *columna nubis, & ignis* u: denique populus ille tamquam *dilectus* y, *incrassatus, impinguatus, dilatatus* est à Deo z. *Parasti cibum illorum*, ut alibi David, *quoniam ita est præparatio ejus*. Unde quidam dictum putant בין *chon*, quasi *paratum*. Lege Gentibus dum *a* Augustinus gratiam Novi Testamenti exponit, provenientem ex liberalitate Dei, quæ facit, ut bonum opus fiat non timore, sed amore: non formidine pœnæ, sed delectatione justitiæ. Et sic Domino dante suavitatem, sive *benignitatem*, *terra nostra det fructum suum* b.

s Exod. 3. 17. c. 13. 5. c. 33. Levit. 20. 24 Num. 13 28. c. 14. 8. c. 16. 13. 14. Deut. 6. 3. c. 11. 9. c. 26. 9. 15. c. 27. 3. c. 31. 20 Josue 5. 6.
t Deut. 29 5.
u Sap 16. 10.
x Exod. 13. 21 & alibi.
y Deut. 32. 15.
z Ps. 64. 10.
a Ibid.
b Ps. 84. 13.

Nil dulcius Eucharistia, de qua Carthusianus quoque nec non de necessariis ad sustentandam vitam, quæ suppeditantur affatim pauperibus spiritu, quod & Lyranus confirmat exemplo primorum Discipulorum *c*.

c Act. 2. & 4.

Pauperi.) Orphanis, viduis, desolatis, de quibus antea meminit, ideſt, omni ope destitutis: Gentili destituto gratia Dei (nempe copiosiore) ut ait Theodoretus: cui vis, qui spiritu pauper sit, ut inquit Hilarius, & suam agnoscent indigentiam, ut vult Aug. non cui opprobrio sit paupertas, quod abundare sibi videatur *d*. *Edent pauperes, & saturabuntur* e: *Esurientes implebuntur bonis* f, hoc est, ut mysticè Theophyl. *g*, exponit. Gentiles, qui non, ut Judæi, proprias jactabant spirituales opes.

d Ps. 122. 4.
e Ps. 11. 17.
f Luc 1. 53.
g Ibidem.

Deus.) In Sixtinis Bibliis editionis LXX. jungitur *Deus* cum *Dominus*, sequentis versus, ὁ Θεὸς Κύριος. Sic etiam Hilarius. Potest obliquè poni juxta editionem Hebræam hoc sensus *Parasti in dulcedine pauperi Dei*. Chald. quidem ita est propter statum regiminis לעניי *labbhanije*, idque numero plurali, *pauperibus Dei*, Diadocus *h* hinc probat, & ex sequentibus, *dabit verbum evangelizantibus virtute multa*: & ex Ps. 73. *i*. *Pauper, & inops laudabunt nomen tuum* charisma Theologiæ, tractationisve verbi Dei nulli à Deo præparari, nisi is ipse ita præparârit, ut propter gloriam Evangelii Christi, omnium bonorum suorum relinquat possessionem, ut in paupertate Deo amica, divitias Evangelii regni Dei prædicet.

h de perfect. c. 66.
i v. 21.

Vers. 12.) Dominus dabit verbum evangelizantibus virtute multa.

PRædicitur vis & efficacia prædicationis Evangelicæ in Apostolis, & Discipulis Christi, qui prius *animalia* vocati sunt, & tanto egerunt virtute majore, quanto minùs erant à naturæ dotibus instructi, & piscatoribus rudibusque res futura erat cum Sophistis, Philosophis, Rhetoribus. Virtus autem non moralis dumtaxat eximiæ cujusdam fortitudinis, nec illa quidem propriè, sed gratis datorum donorum est, linguarum, interpretationis, sermonum, miraculorum, & similium, protectionis præterea divinæ, atque Angelicorum exercituum. Meminit de hac suæ prædicationis virtute Paulus *k*, & Christus ipse apertè *l*. Sic passim ferè omnes nostri: & Ambrosius *m*; & Hieronymus *n*, & Aponius *o*, & Chrysostomus *p*, ubi notat prædictionem hic Evangelii contineri, etiam secundùm nomen. Idem docet Elias Cretensis *q*.

Sensus loci.
k 1. Cor. 2. 4. & seq. Coloss. 2. 2. & seq.
l c. 10. 19. 20
m In ps. 118 octon. 11. Prædictio Evangelii hoc in loco.
n Hic & in c. 51 Is. & in Agg. in fine, & Pro 10. l. 2 in Zacher.
o Lib. 1. in Cant.
p Hom. 1. in ep. ad Rom.
q In orat. 1. Nazianz. num. 199.

Ar-

Arnobius autem exponit de mulieribus, quæ jubente Chriſto ipſius diſcipuli annuntiaverunt reſurrectionem; quoniam ab eo ſexu mortis extiterat origo, ut notant Hilarius *a*, Ambroſius *b*, Auguſtinus *c*, Hieronymus *d*. Qua in re tamen non perſpicio adeo magnam ſeu multam virtutem. Chaldæus & Rabbini accipiunt de lege ferenda exercitui, ſive populo magno Iſrael, per Moſen & Aaron. Verba Chaldæi ſunt: *Verbum Domini dedit verba legis populo ſuo: Verùm Moſes, & Aaron evangelizabunt verbum Dei cœtibus multis Iſrael.* Item eo Rabbi David, quia ut videbimus, pro *evangelizantibus*, de magno exercitu, ſive multitudine mulierum nuntiantium venire caſtra Sennacherib Regis Aſſyriorum contra Jeruſalem, qua de re ſit ipſe Pſalmus totus. Alii quod hoſtes fugient, quantiſvis irruant copiis: daturum namque Deum, ut plures nuntii deferantur, multos ac validos fuſos exercitus eſſe, cæſoſque. Confirmant ex ſequentibus, *Rex virtutum dilecti, dilecti*, quod Hebraicè ſonat, *Reges exercituum fugient*: ita ut hæc ſit futura fama, hoc verbum, quod dabit Dominus, facietque ut percrebreſcat.

a *Can. ult. in Matth.*
b *De Spiritu ſancto, c. 12. & in c. 22. Lucæ.*
c *Serm. 17. de Tamp. in c. ult. Matth.*

Placet id Eugubino, eſſeque generalem ſermonem de victoriis per Dei clementiam reportandis, iiſque externis quidem, ſed potiſſimùm adverſus Dæmonas, quorum vel prædictus initio Pſalmi, vel optatus ſit interitus; *Exſurgat*, vel *exſurge Deus, & diſſipentur inimici tui*, &c. & quod attinet ad externas alias victorias, eæ celebrari carmine ſolebant à mulieribus, ut à ſorore Moſis *e*, & ab aliis in Hiſtoria Regum *f*. Cajetanus, quod id quod ſignificabatur per ſigna, quæ edidit Deus in lege danda *g*, & miſit per Angelos ſuos, ſeu per nuntios operatores, tot coruſcationum tonitruorum, &c. fuerunt executurus, ſi paruiſſent Deo, & voluiſſent dormire, ideſt, habitare inter cleros, & confinia promiſſæ terræ, in eam intrando: nempe deſtructionem inimicorum per eoſdem Angelos, & Regum exercituum. Legit enim, *Rex exercituum*: adeo ut habitatrix domus (ſic legit, pro *ſpeciei domus*) & quilibet imbellis, nec ſequens caſtra, dividat ſpolia fugatorum à Deo, & omnes inſtar columbæ futuri ſint, quod eſt animal, minime pugnax, ornati divitiis, ut ſunt illius pennæ deargentatæ, & alæ deauratæ. Nos quod initio diximus, ut magis commune, ſic quoque magis verum putamus. Sed enucleatis ſingulis, melius intelligetur.

e *Exod. 15. 20.*
f *1. Reg. 28. 8.*
g *Exod. 19. & 20.*

Symmachus præter Chaldæam lectionem, de qua dixi, ita legit: Κύριος ἔπκε ῥῆσιν τοῖς εὐαγγελιζομένοις ῥητίᾳ πολλῇ. *Dominus dedit ſermones, aut locutiones, evangelizantibus exercitu multo.* Hieronymus: *Domine dabis ſermonem annuntiatricibus fortitudinis plurimæ.* Felix: *Dominus dabit ſermonem annuntiatribum exercitus multi*, vel *dictum evangelizantium virtutem multam.* Pagninus & Cajetanus: *Dominus dabit ſermonem, aut dictum annunciatricum exercitus multi, aut magni.* Vatablus: *Dominus dabit verbum annuntiatricibus magni exercitus.* Clarus: *Dominus dabit evangelizantibus virtutem multam.* Textus Hebræus pati poteſt omnes has verſiones: ארני יתן אמה המבשרות זבארב *Adonai jithen ommer hammebaſſeheroth tſabarab, Dominus dabit verbum, ſermonem, dictum, locutionem, annuntiatricibus exercitum multum*, aut *magnum*, vel *virtutem*, aut *fortitudinem*: aut *exercitus, virtutis, fortitudinis*: aut *exercitu, virtute, fortitudine*: aut *annuntiatricum virtus, fortitudo, exercitus multus*, ſive *magnus eſt*: *Quibus Deus verbum dedit*, ſeu *vim loquendi, prædicandi, annuntiandi*. Unde vel ſignificatus, eas accepta à Deo dicendi vi aut occaſione ex rumore & fama, annuntiare multum magnumque numero ac robore exercitum fuſum eſſe: & tunc perinde eſt, ac ſi ſit caſus genitivus, & accuſativus: vel in ablativo caſu, fore ut annuntient prædictæ annuntiatrices prædictæ virtute multa, & magna, ſive morali, ſive externa, & aliorum donorum, aut exercitu, aut numero multo, magno, copioſo. Et quidem id quod annuntient, ſit verbum quod ſuppeditat Deus; illud ipſum, quod abſolutè vocatur *Verbum Dei*.

Hic poſterior ſenſus omnino retinendus: quamvis vertendo *virtutis*, ſeu *fortitudinis*, cum Hieronymo, aut cum aliis in accuſativo, non abhorreret ab illo, ideſt, *Dabit Dominus verbum, ſermonem, dictum*, &c. ideſt, os, ſapientiam, vim, & quicquid neceſſarium eſt evangelizantibus fortitudinis, aut fortitudinem multam, ideſt, myſteria Chriſtianæ religionis, quæ ſunt maxima, &c. Verum inhærendo, ut par eſt, in editione noſtra, quæ etiam eſt Patrum omnium Latinorum, ſignificatur, virtutem futuram eſſe in evangelizantibus, & Prædicatoribus. Caſus quoque dativus LXX. δυνάμει, & Symmachi ῥητίᾳ, idem denotat; utuntur etiam Græci caſu iſto, ut inſtrumentum ſignificent, & id quo aliquid fit. Quamquam & novus videri poſſet ſenſus juxta Græcas illas editiones, ut Dominus det verbum evangelizantibus, δυνάμει, καὶ ῥητίᾳ πολλῇ, *virtuti*, & *exercitui multo*, univerſitati omnium hominum, & ex his, multis ſapientibus, potentibus, nobilibus ſecundùm carnem. Illud quoque verum eſt futurum, ut prædicetur, exercitum ac multitudinem maximam converſam eſſe. At hoc non tanti eſt, atque illam ipſam prædicando convertere. Quapropter exponitur his verbis munus eximium prædicationis, quod conſtat magna virtute, vel ſimul etiam numero magno.

Dabit.) Symmachus, Ἔδωκε; *dedit*. Hieronymus, *dabis*: Chaldæus, *dedit*: & hic pro Domino, *verbum Dei*, ſecundus in vocativo. *Domine*. Modica in his differentia.

Verbum.) אמר *omer*, Ῥῆμα, Symmachus, Ῥήσεις. Latè patet Hebræum vocabulum, at non ut דבר *dabar*, quod pro re quacumque ſumitur. Putant quidam אמר *omer*, deſignare ſecundam Trinitatis perſonam, quum etiam Moſes in deſcribenda mundi creatione *h*, uſus ſit verbo אמר *amaa*, & non דבר *dibber*. Quomodo Joannes *i* λόγον dixit, non ῥῆμα, dum ageret de eadem perſona. Attamen quodam Pſalmo *k*, quod Latinè dicimus. *Verbo Domini cœli firmati ſunt*. Hebraicè dicitur ברכר *bidbar*, τῷ λόγῳ. Et alio ipſo *l*: *Ipſe mandavit* צוה *tſivah*, ἐνετείλατο. Ubi addidit Interpres noſter, *dixit & facta ſunt*, cum LXX. qui utuntur verbo ἔκτισε.

h *Gen. 1.*
i *Cap. 1. & aliis Evangelii, & Apoc.*
k *Pſ. 32. 6.*
l *Pſ. 148. 5.*

Evangelizantibus.) E Græcis mutuatum verbum; Hebraicè לבשרות *bammebaſſeroth*, fœminino genere. Propter hoc genus fœmininum Rabbini, & qui libentiùs eos, tametſi Chriſtiani, ſequi ſolent, de mulieribus interpretantur, ut vidimus, quæ victorias Hebræarum celebrarent. Eugubinus refert ad φήμας, ἀγγελίαι, τὰ εὐαγγέλια. Hieronymus Oſorius priores ſectatur. Nil opus hac interpretatione, vel etiam ſexu: nam quum genere neutro careant Hebræi, & fœminino utantur pro illo, poteſt referri hoc nomen ad animalia, quæ nomine fœminino, licèt ſingulari, dicebantur ſuperiùs, & de Prædicatoribus quidem, juxta nonnullorum expoſitionem חיה *chajah*, intelligi.

Deinde, u, docuimus explicantes Eccleſiaſten, quum ibi dicitur אמר קוהלת *amar kobeleth*, verbo maſculino, nomine fœminino, utuntur Hebræi fœmininis pro maſculinis, ut rei alicujus præſtantiam ſignificent. Idcirco egregius Concionator nomine fœminino ſeipſum expreſſit; & hoc loco Evangelici Prædicatores deſignantur eodem pacto. Lege quoque Riberam *m*, ubi ſic docet apud Aggæum *n* Hebraicè haberi: *Nuntius Domini de nunciatoribus*, ita ut legere debeamus, non ut nunc eſt כמלאבות *bomalcacoth, in legatione*. Editio enim Græca & Latina vertit *nuntios*, ſed כמלאבות *bomalleacoth*. Pineda *o*, ſenſu quodammodo contrario vult per genus fœmininum denotari Apoſtolorum atque Chriſti Prædicatorum naturalem ac veluti fœminilem ex ſe imbecillitatem, quam Chriſtus virtute multa corroboraturus fuerit. Et hac quidem, inquit, de cauſſa vocari eodem nomine ancillarum, quum dicitur Sapientia *miſiſſe ancillas ſuas, ut vocarent ad arcem* p: illum, qui jubetur *aſcendere ſuper montem excelſum, & qui evangelizat Sion* q. Hebraicè appellari nomine fœminino illo ipſo, qui eſt hic משמרת *mebaſſhereth*, quo item genere lectum aliquando in Latinis Codicibus monet Hieronymus *r*, *quæ evangelizas*: ubi tamen Caſtro refert ad vocem clamantem, quæ dicitur de Joanne Baptiſta *ſ*: Forrerius, ad Sion, & Jeruſalem; ideſt, ad Eccleſiam; alii, ad ſocietatem Apoſtolorum, &c. Tandem quod Hebraicè & Latinè in Job *t*, eſt: *Numquid illudes ei quaſi avi, aut ligabis eum ancillis tuis* (aut *puellis*:) Septuaginta reddunt *puero*, παιδίῳ, & noſtra tamen editio rem magis exaggerat ob infirmitatem ſexus.

m *In c. 1. Aggæi, n. 22*
n *c. 1. 13.*
o *in Job. c. 5. num. 5.*
p *Prov. 9. 3.*
q *Eſa. 40. 9.*
r *Ibidem.*
ſ *Mat. 3. 3. Ioan. 1. 22. Marc. 1. 3. Luc. 3. 4. Eſa. 40. 3.*
t *Iob. 40. 24.*

Porro verbum in Piel בשר *biſſer*, ex radice, בשר *baſſar*, ideſt, *caro*, ac etiam *homo*, illud propriè ſignificat, quod Græcè εὐαγγελίζειν, *nuntium lætum dare*, vel ferre, vel mittere, quaſi dicas carneum, humanum,

gratum. Quamvis autem & de tristi nuntio interdum videatur usurpari *a*, Maldonatus conatur exempla quæ afferuntur, in meliorem partem interpretari *b*. Apud Jeremiam *c*: *Maledictus vir, qui annuntiavit Patri meo, dicens: Natus est tibi puer masculus, & quasi gaudium lætificavit eum*. Ubi reddi videtur proprius usus, & notio dicti verbi. Hoc omnino jam ita videtur proprium Ecclesiæ, sicut & *evangelizandi*, atque *Evangelii*: & fortasse, quia nobis *Verbum caro factum est* *d*; & quidquid prædicatur ad hoc Verbum refertur, quod est caro factum. Suspicatur Eugubinus hoc verbum ex Hebraico assumtum in linguam Italicam, qua, inquit, dicitur *Imbasciator, Legatus, Nuntius*, &c. melius, *Ambasciador*.

a Thesauro Linguæ sanctæ.
b Præfat. in Evangel. cap. 1.
c c. 20. 15.
d Joan. 1. 14.

Virtute multa.) Hilarius, *virtutibus multis*. Hieron. reddit nomen *fortitudinis*; alii aliter, ut priùs dixi, צנא *tsaha*, *exercitum* significat, unde Deus צבאות *tseboath Sabaoth*, *exercituum*, quod Septuaginta sæpe reddunt, δυνάμεων, & Interpres Latinus, *virtutum*, sicut hoc loco δυνάμει, & *virtute*: Symmachus vero στρατιᾷ, & vox Hebræa transfertur ad ordines Levitarum, & Angelorum, qui *milites* e, ac *militare* dicuntur, & ad stellas, & ad omnem ornatum ordinemque orbis. Sed quum est in numero plurali, tribuitur soli Deo, cui parent ac ministrant omnia, & militant, ut solent duci copiæ, sive exercitus; nec in aliam linguam transferri debet, ut observat Hieronymus *f*: quum nec Spiritus sanctus; nec id Apostoli fecerint. Inde fit, ut significet quoque nonnumquam צבא *tsaba*, *robur* ac fortitudinem, quæ in robore ac potentia est, non quatenus moralis virtus est, & alterum masculina forma plurale צבאים *tsebaim*, pro quo LXX. etiam ponunt δυνάμεις. Latinus *virtutes*, idest, exercitus, ut in Psalmo 102. *g*. *Benedicite Dominum omnes virtutes ejus*. Et terminatione fœminina, Psal. 23, *h*. *Dominus virtutum ipse est Rex gloriæ*. Quæ verba parum aptè quidam accipiunt, quod qui Auctor est moralium virtutum, ac meritorum Deus, idem est & gloriæ. Non debuit Eugubinus nostrum reprehendere Interpretem, quod *virtute* sit usus pro *exercitu*: quamvis non ita non crebro Latinè *virtus* id significet, immò ut contendit ipse, numquam; Nam Cicero *i*, ea voce utitur pro opibus, facultatibus, viribus civitatis: utentem citat Diphilum tragœdum. Quocirca Dominus hoc loco daturus prædicitur verbum *evangelizantibus virtute multa*, non morali, (quæ ipsa tamen datur sæpe, plurimique refert,) nec enim Hebræa, Græcave dictio eam significant, sed, ut antè docuimus, vi magna ad eximia & mirifica operæ, vel numero ac multitudine copiosa. Hilarius moraliter videtur intellexisse, siquidem exponit virtute reperiri in eo, qui sit, ut est versu sequenti, dilectus Regi, & Domino, & Deo, ut Petrus, Paulus, Joannes. Sed quod dixi, melius. Theodoretus exponit de exercitu Fidelium conversorum, qui & ipsi fiant Prædicatores. Alphonsus Mendoza unam de quæstionibus, quas vocat positivas, consumit in hujus & sequentium versuum duorum expositione *k*: Unum ex eò decerpi pro isto potest versu, de fœminis quæ instar militum vigilarent in castris, h. e. excubarent in ostio tabernaculi, ibique orarent, jejunarent, DEO vacarent, eo ferè modo quo nunc moniales nostræ. Concedo hujusmodi devotas DEO fœminas fuisse, de quibus Canisius noster *l*. Sed ægre adduci possum, ut credam eas quæ intra sacrum illum locum tenebantur: & ut iste auctor confirmat, ego autem non credo, in historia Machabæorum *m*, dicuntur *Virgines conclusæ, quæ procurrebant ad Oniam*, palàm ac publicè evangelizare & decantare consuevisse victorias à DEO concessas. Profectò quæ ab eodem auctore dicuntur deinceps de mulieribus istis evangelizantibus, in illas sacras convenire minimè possunt: exempli causa, quòd in devictorum hostium castra grassarentur prædabundæ, quodque prælii eventum, circa castra & locum pugnæ, spectarent, & expectarent, atque victoriam elata voce ominarentur, & jam obtentam prædicarent. Hieronymus *n* alibi Spiritum S. ait intelligi per *virtutem*, eumque genere fœminino appellari Hebraicè, sicut Græcè, neutro, Latinè, masculino, ut intelligamus nullum in divinis esse sexum.

e Job. 25. 3. & alibi.
f Epist. 140.
g vers. 21.
h vers. 10.
Improbatur ab Eugubino facta reprehensio.
i Lib. 2. Ep. ad Attic. Ep. 19.
k Ic. de B. Maria c. 12.
l quæst. 2.
m l. 2. 3. 19.
De fœminis quæ vigilarent instar militum in castris, auctoris sententia.
n in Esa. c. 40.

Vers. 13.) Rex virtutum dilecti dilecti: & speciei domus dividere spolia.

Sensus loci.

IS qui *verbum daturus est evangelizantibus virtute multa*, seu robore, seu numero, Rex est ac Dominus omnis roboris, omnisque exercitus, maximè Angelorum, quorum eo in numero partes quoque sunt non parvæ: præterea Pater est dilectissimi Filii sibi consubstantialis. Ille ipse Discipulis talem ac tantam victoriam concedet, ut totum inter se, ceù quædam spolia, partiantur orbem, & aggregent Ecclesiæ. Unde ipsi Ecclesiæ resultabit decus, & ornamentum singulare. Sed ut hæc sententia percipiatur, varia recitanda loci lectio, unaque multiplices expositiones adjiciendæ.

Rex virtutum dilecti dilecti, &c.) Hebr. מלכי צבאות ידידין ידדון *malche tsebaoth jidedun*. Hieron. vertit, *Reges exercituum fœderabuntur, fœderabuntur*: & *pulchritudo domus dividet spolia*. Chald. *Reges cum exercitibus suis migraverunt de prætoriis suis, & Sapientes dimoti sunt à scientia sua: & congregatio Israelis dividebat prædam de cœlis*. Pagninus: *Reges exercituum fugiebant: & habitatio domus dividebat spolium*. Felix discrepat in eo dumtaxat, quòd ponat verba futuri temporis: Vatablus: *Reges ingentibus copiis instructi fugerunt, fugerunt*, inquam, *qui domi desidebant, diviserunt spolia*, Alii in secundo membro: *Et habitatrix domus divisit spolia*. Cajetan. *Reges exercituum movebuntur: & habitatrix domus dividet spolium*. Huc omnes isti, (quibus consentit Hieron. Osor.) videntur collimare, quod priore quoque versu significavi, victorias de hostibus illustres futuras, etiam de Regibus uno veluti fœdere conspirantibus, & spe, sapientia, robore frustratis, fugereque compulsis, ita ut licuerit, opima pulchraque spolia, ipsismet mulieribus, domi remanere, ac potiùs formæ atque elegantiæ vacare solitis, partiri inter se.

Sunt verò, ut Vatab. refert, qui verba dicant esse ipsarum mulierum renuntiantium, aut canentium victoriam versu præcedente commemoratam. Rabbini majore ex parte ita sentiunt: quamvis aliqui per *habitatricem domus*, vel *formam*, vel *speciem domus*, intelligi velint Synag. ipsorum formosam atque speciosam. Attamen juxta traditum sensum, qui probatur Patribus, & Eug. Geneb. Varl. & aliis de triumpho Ecclesiæ, declaranda & defendenda editio nostra, quod non ita fideliter omnes præstant, licèt transferant ad Ecclesiam, ut Osorius.

Rex.) Sic LXX. in singulari, ὁ βασιλεύς Hebr. מלכי *malche*, & Chald. מלביא *malchaja*, in plurali. Symmachus quoque ἐν βασιλεῖς. Quamvis autem aliquando non referat uter numerus sit, hoc tamen loco refert, quia de uno DEO vel Christo intelligendus est. Quare dicendum, ultimam litteram abundare, vel מלכי *malchi*, legi debere, *Rex meus*, vel ultimam litteram denotare solum regimen, ut docui superiùs de אבי *abi*, & de composito *Melchisedech*, & de similibus. Sic in Psal. secundo *o*, מלכי *malchi*, vertitur à Septuaginta, *Rex: Ego autem constitutus sum Rex*, &c. licèt alii, ut Hieronymus, vertant: *Ego autem ordinavi Regem meum*. Genebrardus ait (1) *jod*, esse ibi & alibi paragogicum, & alludi ad Melchisedech, secundùm cujus ordinem Sacerdos Christus: est enim quoque pro constitutus נסכתי *nasachthi*, *unctus sum*. Augustinus putat, Deum, Christum, vel etiam Patrem intelligi, item Hilarius, Hieronymus, & alii. Theodoretus legens, *Reges*, & pro, *virtutum militum*, exponit de Apostolis, qui fuerunt dilecti, & amici Christi, & acceperunt ab ipso spolia, i. e. eos, quos converterunt per *speciem domus*, idest, per gratiam Spiritus S. quæ reddit domum, i. e. illos ipsos, pulchram.

o vers. 6.

Nos cum pluribus, maximè Latinis, sentimus, cum quibus & Euthymius consentit: qui dicit præterea, quod Apostoli acceperunt potestatem Gentes convertendi speciei Domus, ideſt; pro Ecclesia, vel specie domus, ideſt, per pulchritudinem Evangelii, tamquam per instrumentum.

Virtutum.) צבאות *tsebaoth*, δυνάμεων. Symmachus, στρατιωτῶν, *militum*. Dixi priore versu, quid valeant Hebræa dictio, & Græca, qua utuntur LXX. στρατιῶται, i. e. *milites*, pertinent ad notionem illarum pro exercitibus. Dicitur DEUS Rex harum virtutum, militum, exercituum; nec ita commodè virium & roboris, &c. quia Hebræum nomen plurali numero, ut dixi, Deo convenir,

nit, tamquam Duci, & Imperatori: niſi per Metony-A miam, ut *copiæ* ac *vires* pro exercitu Latinè uſurpantur. Quum autem, Hieronymo auctore, docuerimus, idem nomen pluraliter de DEO ſolùm uſurpari, non video cur Genebrardus neget *Regem virtutum* hìc Deum ſignificare, ſed Regem quemlibet potentiſſimum, & fortiſſimum, quamvis eo poſito quod vult, ſenſus, quem affert, ſit verus. Reges potentiſſimi dilecti ſunt, vel erunt, i. e. ad dilectum pertinent, aut pertinebunt, eum, inquam, qui eſt dilectus, hoc eſt, dilectiſſimus Deo Patri, quippe conſubſtantialis illi Filius: cedent, ſuccumbent, in ejus venient ditionem & poſſeſſionem.

Copiæ, vires-Pro exercitu.

Dilecti dilecti.) τὸ ἀγαπητῶ. Semel tantùm nunc legitur apud Septuaginta in Bibliis Complutenſibus & Regiis, & aliis multis, & hoc monet Auguſtinus, & ita legit Hilarius. Symmachus, qui verterat, *Reges militum*, addit ἠγαπήθησαν, ἀγαπητοὶ ἐγένοντο, *amati fuerunt, amati, ſeu amabiles facti ſunt*. Quod indicant bis poſitum à LXX. τὸ ἀγαπητῶ ἀγαπητῶ, pro ut etiam reſtitutum modò eſt in Bibliis Sixtinis, & ſic exiſtimat Eugubinus ipſos Septuaginta poſuiſſe, quum geminatio reperiatur in textu Hebraico, & editione Latina. Adde, Chaldæam paraphraſin, Hieronymum, & alios, qui aliter vertunt, non per nomen, ſed per verbum, duplex quoque verbum expreſſiſſe. Pſalterium tamen Vaticanum, & Ambroſianum, ſemel dumtaxat legit, *dilecti*. Hic autem dilectus eſt Chriſtus, cujus, & ejus virtutum, vel Apoſtolorum, vel donorum, ac miniſteriorum, quæ ſunt ipſis communicata, Rex eſt DEUS Pater: & dicitur iterum *dilectus*, qui maximè talis, & is accepit à Patre ſuo virtutes illas, & ut pulchra atque ſpecioſa ſponſa Eccleſia ſibi compararet ereptos à Diabolo Gentiles.

Ceterùm credere debemus, voces Hebræas, non verba, ſed nomina fuiſſe, & quidem ejus ſignificationis, quam cum noſtra editione, & Septuaginta. Symmachus agnovit, licèt partim verbo utatur ἠγαπήσαν, partim nomine ἀγαπητοὶ: Hebr. voces ſine punctis ſunt hæ ידון ידדון *jiddedun jiddedun*, ubi ſi loco (ו) *vau*, ſubſtituatur (י) *jod*, quæ permutatio facilis eſt, & ſub primo (ד) *daleth*, intelligatur proferri aliud (י) *jod*, habebimus ידידין *jedidin*. Sed fallitur Eugubinus, in Pſalm. 83. eſſe hoc ipſum nomen eſt. Eſt enim plurale fœmininum ידידות *jedidoth*, quod refertur ad aliud ejuſdem generis משפנותף *miſchpenotheca*. Genebrardus conjicit exiſtimaſſe Septuaginta ידודון *jedudun*, (mutando puncta aliter quàm modò ſint,) eſſe cognomen Chriſti (Sicut Salomonis fuit ידידיה *jedidejach* a) formæ, ישורון *jeſchurun*, quod eſt cognomen populi Iſrael *b*, quo Latinè eſt *dilectus*, aut *rectiſſimus*. Græcè ἠγαπημένος: etſi Forerius *c*, vertat *primogenitum*, ſicut & quodam *d*, loco noſter Interpres. Addit Genebrardus, poſſe eſſe formatum nomen à דוד *dod*, quod ſignificat quoque *dilectum*, ut ſit (י) *jod*, hebraica, ſeu formatrix litteræ. Placent hæc magis, quàm quod extremo affert loco, reſpexiſſe ad ſenſum Septuaginta, quoniam fuga illa, & clades non tam ſignificet abolitionem, quàm converſionem. Non convertitur qui fugit, ſed ſpiritualiter etiam loquendo, is qui cæditur, &c. Oportuit Latinam venerabilem editionem noſtram tueri: Græcam verò LXX. quòd hæc ex illa translata ſit, ut proinde laborare non debeamus de verbo נדד *nadad*; unde alii futurum putant eſſe ידדון *jedodun*. Pradus *e*, interpretatur, *Imperator exercitus dilectiſſimi ſui Iſraelis*.

a 2. *Reg.* 12. 25.
b *Deut.* 32. 15. *Eſa.* 42. 2 *Pſal.* 28. 6.
c in *Eſaiam*,
d *Deut.* 33. 27.
e in *Ezech. de prima viſ. Ezech. part.* 2. *ſect.* 82.

Et ſpeciei domus dividere ſpolia.) Dabit nimirum is, qui *Verbum evangelizantibus*, *Rex virtutum dilectiſſimi* Filii ſui, vel tùm illorum, tùm iſtius ſpecioſæ domui ſuæ Eccleſiæ, aut ad ſpeciem, & ornamentum ejus (eſt enim Dativus caſus ſpeciei τῇ ὡραιότητι,) ut dividat, & comparet ſibi ſpolia, i. e. Gentiles detractos de diaboli poteſtate, ac tyrannide. Non licet ambigere, נוה *navach* poſſe ſignificare pulchritudinem, ac ſpeciem, ac amœnitatem, affini ſignificatione nominis נאה *naah*, quò videtur Epiphanius *f*, alluſiſſe, dum ſcripſit, Ægyptios appellare paſcua circa Urbes lingua ſua *nomos*, dicere volens *neoth*, buum illud ſit Græcum. Apud Jeremiam *g*, editio Latina habet: *Speciosa, & delicata aſſimilavi filiam Sion*, ubi Hebr. eſt נות *navath*. Apud Job *h*, eadem dictio redditur per Latinam *pulchritudinis*, nec non iterum apud Jeremiam *i*,

f *Hæreſ.* 24.
g c. 6. 2.
h c. 5. 3.
i c. 31. 28.
k c. 32. 28.
l c. 5. 24.

& Eſaiam *k*, & rurſus apud Job *l*, per *ſpeciem*. Poteſt per *ſpeciem domus* intelligi uxor, & ſponſa, ab effectu, quòd ſit familiæ pars ſpecioſiſſima, & domum ipſam reddat ſua cura ſpecioſam. *Mulieris* enim *bona ſpecies in ornamentum domus ſuæ* m, & natura eſt ſua φιλόκοσμος n. Talis Eccleſia DEI ſponſa toties in Canticis appellata *pulchra, formoſa, ſpecioſa, perfecta, integra, columba, ſine macula, immaculata, pulcherrima*, ſingularum quoque partium ejus deſcripta pulchritudine. *Chriſtus* etiam *quam dilexit Eccleſiam, tradidit ſe pro ea, ut illam ſanctificaret, mundans lavacro aquæ, in verbo vitæ, ut exhiberet ipſe ſibi gloriоſam illam, non habentem maculam, aut rugam aut aliquid hujuſmodi, ſed ut eſſet ſancta, & immnculata* o. Uſitata aqua externas cutis eluere maculas poteſt; at non rugas, & multo minùs internas ſordes, quantumlibet adhibeatur *nitrum*, vel *herba Borith* p, *Maculatæ es, inquit DEUS, in iniquitate tua coram me*.

m *Eccl.* 26. 21.
n *Hieron. ep.* 12. *ad Gaudentium.*
o *Epheſ.* 5. 26. 27.
p *Jer.* 2. 22.

Retuli paullò antè Theodoreti expoſitionem, *ſpeciem* accipientis pro gratia Spiritus S. quæ ſpecioſos & pulchros facit. Symmachus apud eumdem ſic habet: Καὶ ἡ δίαιτα τοῦ οἴκου διανεμεῖ λάφυρα, *& habitatio, aut regimen domus diſtribuet ſpolia. Regimen domus* poteſt intelligi mulier, cujus eſt habere œconomicam curam.

Dividere ſpolia,) Chald. *Dabit Dominus dividere, ut dividat*, &c. Hebr. *Dividet Dominus ſpecioſa domus*, התחלק *thechallek*. Nec debuit mirari tamen Eugubinus, cur Septuaginta per caſum dandi τῇ ὡραιότητι vertere voluerint, retulerunt enim ad verbum, *dabit*, ex verſu præcedente, *Spolia* ſunt, ut dixi, Gentiles, & quicumque armis Evangelicæ prædicationis rapiendi ſunt de Diaboli tyrannide: ipſa præterea Idola, aræ, templa, &c. vel diruenda, vel in pios uſus convertenda. Huc ad nos venit, igne, gladioque armatus Chriſtus, bellum indicens *q*, ligaturus hoſtem, *direpturus vaſa, & arma & ſpolia* ipſius *diſtributurus* r, *ejecturus Principem mundi hujus* ſ, *exſpoliaturus principatus, & poteſtates, & traducturus confidenter, palamque triumphaturus illos in ſemetipſo* t, immo & *nos ipſos* u, efficiendo ut & nos triumphemus, & per illum vivamus x. Idcirco nomen Chriſto impoſitum eſt juſſu DEI y, *Accelera ſpolia detrahere, feſtina prædari: Væ qui prædaris, nonne & ipſe prædaberis* z? &c. *Domine* a, *miſerere noſtri, te enim expectavimus*, &c. *& congregabuntur ſpolia veſtra, ſicut colligitur bruchus, velut quum foſſa plena fuerint de eo* b.

q *Matth.* 12. 29. 34.
r *Luc.* 11. c. 2.
ſ *Joan.* 12. 31
t *Coloſſ.* 2. 15.
u 2. *Cor.* 2. 14
x *Joa.* 16. 33. 1. *Cor.* 15. 55
y *Eſa.* 8. 2.
z *infra* 33. 1
a *ibid.* 2.

Gregorius *c*, præſentis verſum Pſalmi exponit de ſpoliata Synagoga, & ditata Eccleſia. Eadem prorſus ſententia, & ipſiſſima verba ſunt apud Hieronymum *d*. Aliàs docui *e*. Diaboli principatus, quo pacto in hunc mundum, hominemve mundi hujus dici poſſit juſtus, & injuſtus. *Spoliorum* nomen indicat iniquitatem ipſius, & injuſtitiam belli contra illum. Auguſtinus unam hìc, ſcilicet præcipuam juſtæ deprædationis & ſpoliationis cauſſam dat, quoniam diabolus *operabatur in filios diffidentiæ* f, abutens eorum infidelitate ad voluntatem ſuam, & cecidit incarnatum Verbum nihil reperiens in eo morte dignum g. Attigit Eſaias *h*, hanc ſpoliationis cauſſam: *Pro eo quòd laboravit anima ejus*, &c. *Ideo diſpertiam ei plurimos, & fortium dividet ſpolia*, &c. Ingens eſſe gaudium ſolet *in meſſe, & exultatio victorum capta præda, quando dividunt ſpolia* i. Sed cautio bellica tenenda, ne prædæ intentos occupet adverſarius k. Poſtea *l*, mentio erit de Benjamin, i. e. de Paulo, qui ut *lupus rapax, manè comedit prædam, & veſpere diviſit ſpolia* m. Non arbitror *ſpolia* in Scripturis aliquando ſumi pro bonis ſimpliciter, ut ſenſiſſe tamen quoſdam teſtis eſt Janſenius *n*, & hoc loco Genebrardus docet: nam quem iſte locum profert ex Proverbiis *o*, *Et ſpoliis non indigebit*, obeſt potiùs. Eſt namque ſenſus, tantam fore mulieris fortis diligentiam, ut vir non deſideret hoſtilia ſpolia, procedatve ad bellum propter illa.

b *Eſa.* 33. 4. *Leges* 11. c. 49 24. *& ſeq.*
c 11. *Moral.* c. 9. *vol.* 11. Diaboli Principatus quo pacto in hunc mundum hominemve mundi hujus, dici poſſit juſtus & injuſtus.
d *in* c. 2. *Lament.*
e *in Ev. Do.* 1. *Quadrag.*
f *Epheſ.* 2. 1. c. 5. 6.
g *Joa.* 14. 30.
h c. 53. 11. 12
i *Eſa.* 9. 3.
k 1. *Machab.* 5. 17. 18. *Frontinus* 1 *ſtrateg.* c. 6. *lib.* 2. c. 5. *Polyb.* l. 10. *Claud. in* 4. *conſo. Honor.* 1 *verſ.* 28.
l Ge. 49. 27
m *in cap. ult. Prov.* v. 10.
n *ibidem*.

Verſ. 14.) Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, & poſteriora dorſi ejus in pallore auri.

Eſt apoſtrophe ad ſpeciem domus, i. e. ad Eccleſiam, ad eos maximè, quibus datur *dividere ſpolia* prædi-

Senſus loci

cando, sed & simul ad illos, qui convertentur opera ipsorum. Si vos præsertim Prædicatores, & Prælati, immo & quicumque fideles, versabimini, & quietè continebitis vos intra confinia, terminosque vestrarum diœceseon, inquit Panigarola *a*, aut inter duplicem velut hæreditatem cœlestem, ac terrenam, ita ut dum vivitis, nec toti sitis in contemplatione, nec toti in actione, sed in medio, inquit Bellarminus *b*, tunc erit Ecclesia pulcherrima ut columba, habens alas deargentatas, & dorsum deauratum. Primum sensum sequitur Jansenius, dicens contineri sub typo populi quietam habentis in Terra promissionis habitationem: Confirmat vaticinio de Issachar *c*, qui dicitur eadem phrasi quæ hìc est (nisi quòd pro *cleris*, qui tamen ibidem Græcè sunt, ponuntur *termini*) *accubans inter terminos*, i. e. mare Mediterraneum, & mare Galilææ: quam explicent alii, inter duas sarcinas: nempe adeo fortis asinus, ut inter eas cubet, cuumque illis surgat. Issacharitæ namque dicuntur fortissimi fuisse ad labores, tùm verò, agriculturæ. Denique quia Petrus *d*, vocat *cleros*, Ecclesias particulares, quando monet non debere pastores *dominari in cleris*.

Ad secundum sensum potest pertinere, quod Augustinus affert de duobus Testamentis, quia per illa datur κληρονομία, ideſt, *hæreditas*; & de duabus hæreditatibus, ut æterna patienter expectetur, præsens nimis ardenter non expetatur, sed dormiamus, i. e. moriamur, seu vitam hoc modo claudamus, ut post eam in resurrectione pennas consequamur, quibus *rapiamur in nubibus obviam Christo in aera* *e*: vel hac ratione celebretur, ac tamquam pennis, fama evehatur Ecclesiæ. Eadem Hieronymi *f*, de duobus Testamentis expositio est, in quo utroque inveniatur columba Spiritus S. & *pennæ deargentatæ* ob exteriorem litteræ sensum, *pallor auri* propter interiorem mysticum *g*: vel quod est item apud Hilarium, *pennæ* sint Prædicatores, *posteriora dorsi*, & scapulæ, quæ pectus operiunt, fructus bonæ conscientiæ; cui aurum, honorque regius tribuitur cum virore æternitatis. Consentit in duplici Testamento Ambrosius *h*, & Paulinus *i*: ille *k*, verò addit etiam dormientibus exsurgere alas istas, & dum dormiunt, vigilare. Illi alteri parti sententiæ Augustini simile est quod Lyranus ait in conscientiæ vivere puritate, qui sic versatur inter militantem & triumphantem Ecclesiam, ut bonis utens vitæ præsentis non amittat æterna. Arnobius *dormientes inter cleros*, intelligit Scribas, & Pharisæos negligentes Scripturarum libros, ac tenentes regni claves, quum nec intrent ipsi, nec alios ingredi sinant *l*: sed sint *pennæ columbæ deargentatæ*, & formam auri præferant (sicut hi colores in columba sunt solùm apparentes) quia simulant se simplices & probos: eorum autem loco substitui à DEO de cœlo reges, i. e. Apostolos, quorum opera & prædicatione candor conferatur sanctitatis. Euthymius post Didymum, & Cyrillum, *cleros* Gentiles ait esse; si Apostoli morjantur inter illos, futurum, ut tunc *dividant*, seu ad eos adducantur *spolia*, i. e. ut plures convertantur, indeque sequatur in Ecclesia pulchritudo columbæ. Theodoretus *cleros* Testamenta interpretatur in his dormiendum, i. e. immobiliter versandum: tunc *pennas columbæ deargentatas* futuras, i. e dandam Spiritus S. gratiam secundùm simpliciora & faciliora dona: *pallorem auri* denotare perfectiora & majora. Chrysostom. *m*, *pennas deargentatas* & *aureas* eleemosynæ tribuit, quæ convolet ad ipsum regalem thronum. Bernardus *n*, *inter medios cleros dormire* dicit, qui in spe dormiat, & requiescat, medius inter timorem, & securitatem, tamquam inter lævam & dexteram, molli suppositio charitatis strato: & cum *pallore auri*: i. e. cum humilitate, atque timore: quod pallens aurum, aurichalco fulgente humanæ sapientiæ melius *o*. Gregorius *p*, mansuetum ut columbam, *pennas* hìc habere, *deargentatas* luce sermonis divini: sed in posteriori sæculo speciem auri, i. e. charitatis ipsius, in se continere.

Hi sunt præcipui modi, quibus obscurus hic declaratur locus, adhærendo lectioni vulgatæ: & similes præterea reperies in Hugone Cardinale, & aliis. Notat ille in hoc versu octo conditiones necessarias Sacerdoti. Lege etiam Cardinalem alterum Vitriacum *q*. Adde istis sensibus alium, quem post Genebrardum affert Pineda *r*. dormiatis *inter medios cleros*, sive *fortes*, in tanto scilicet discrimine, ut sortiantur milites, cujus futuri mancipia sitis, aut missis deliberent sortibus de facultatibus vestris, juxta illud:

Miserum ſ, ſeptena quotannis
Corpora natorum ſtat ductis ſortibus urna. [Virg. Æn. 5.

Quo item pacto super Christi vestem sortes missæ *t*, immò de vobis interficiendis (hujus rei exempla plura colligit Tiraquellus *u*,) eritis tamen securi, ac tuti. Confirmat exemplo Petri, qui quum dormiret inter duos milites vinctus catenis duabus, & ita sopitus somno, ut latere percusso debuerit excitari, liberatus divinitus est *x*.

Plinius *y*, paullò aliter: Si dormiatis, sive habitetis *inter medios cleros*, sive *fortes*, ac terminos duarum, nempe hæreditatum, vel regionum, ubi nulla solet esse securitas, & juxta inimicos vestros, vos præsertim Pastores, & Prædicatores, non domi vestræ ac vobis, & genio indulgentes, sed semper vigiles, & ad omnem hostis excitati rumorem, pulchra erit vobis commissa Ecclesia, instar columbæ &c. Eugubinus legens *cleros* pro sortibus, & terminis, limitibus, ait indicari, si angustè habitent, si versentur in angustiis, si vexentur, tamen prosperè cuncta eventura. Pradus *z*: Si jaciantur de vobis sortes ad vitam, vel interitum, inter milites Babylonios, qui pro vexillo gestant columbam argentatam, cujus dorsum rutilat quasi aurum fulvum, eruemini, & vos potiùs eorum dividetis spolia, de quibus præcedente versu, Favere Ambrosius *a*, videtur, qui præter duo testamenta dicit quoque Aaron tunc *inter cleros fuisse*, quando inter duas partes populi constitutus, mortem à defunctis serpere in sortem virorum, sui corporis non permisit objectu *b*.

Placet hæc expositio, & primæ duæ reliquæ quatenus ad istas referuntur; in ceteris enim quæ continent, tropologicæ magis sunt, aut anagogicæ, quàm litterales. Aliæ sunt, quæ nituntur aliis editionibus, præsertim Hebraicæ, quas avidiùs. Recentiores amplectuntur; nec eas respuimus, quam diù non abhorrent ab illa, quæ cohæret cum Latina vulgata editione, & cum communiore Patrum sententia, quos boni Ecclesia filii audiunt, sequunturque libentiùs quàm Hebræos, & Hebraizantes. Aptè vero columba in exemplum allata est, quia præter nitorem est simplex, innocens, timida, rapinis expositа, volatus perniciſſimi, perque diuturni.

Dormitans.) Per catacresin, jaceatis, stetis, &c. vel somno præ tristitia opprimamini, interim dum de vobis jacitur alea. Sed de dormitione mortis quidam Patres accipiunt, quos acutè recitavi.

Inter medios cleros.) בין שפתים. *ben schephathjim*. Chaldæus vertit קלקלחא *kitkellatha*, *Aulæa*. *Dixit Deus, vos Reges, scilicet exteri, ut Ægypti, & aliarum nationum, si dormitis inter aulæa, ecce Ecclesia Israelis, quæ similis est columbæ, cooperta nubibus gloriæ dividit prædam, Ægyptiorum, argentum repurgatum, & arculas plenas obrizo purissimo*. Hebræa vox *labia* significat, & quæ in ore nostro sunt, & quæ per translationem in aliis rebus extremitates vocantur, vel termini, seu limites, & confinia, vel pedes ollarum, seu tripodes, quæ etiam *labia*, & *labra* dicuntur, quibus ollæ imponuntur, immò & ollæ ipsæ, nec non vasa patula alia, in quæ infunditur aqua aut ad lavandum, aut ad aliud. Pagninus vertit *tripodes*, Vatablus, *ollas*, sive *caldarias vasaque plena fuligine*. Felix, *chrytropodes*. Cajetanus, *confinia*. Hieronymus, *medios terminos*. Cajetanus verò hypotheticam orationem vult esse. Si paruissent Deo Hebræi, in confiniis habitassent, ideſt, in præstitutis locis Terræ promissionis abundantes opibus, quas columba deargentatis pennis & aureo dorso designat. Alii, absolutè promitti felicitatem, quamvis videantur jacere in sordibus, in fuligine, in nigredine, quæ denotat res adversas, (ut è contrario secundas, albedo,) licèt etiam torreantur. Quod tùm de Hebræis, tùm potissimùm de Ecclesia, qui Christianè hebraizant plurimi interpretatur, quos longum est numerare, & inter illos sunt etiam citati Pineda, & Pintus, atque præterea Genebrardus, sed omnium optimè, quoniam docet, *cleros*, sive *fortes* significare pericula, & paroemiali formula dici *jacere* quempiam, *dormire*, *cubare*, *versari inter medias fortes*, ut si diceres, in extrema alea. Gallicè, *entre les hazards*, inter cruces, lebetes, tripodes, in rei cardine, vel articulo, in acie no-

vacu-

a *in paraph. Italica.*

b *2. de Verbo Dei, c. 13.*

c *Gen. 46. 14.*

d *1. Petr. 5. 3. Cleri* pro Ecclesiis particularibus.

Secundus sensus.

e *1. Thess. 4. 16. & Hic & in c. 12. Ezech.*

f *Idem dicit in c. 2 Eccles. & Rupertus Cant. 1.*

g *hl. de Parad. c. 3. lib. de Tob. c. 5. & 20 & Ep. 37 i Epist. 2. K in Ps. 118. oct. 14.*

h *Mat. 23. 13*

i *Hom. 7. de Penit.*

n *Ser. 51. in Cant. Inter medios cleros dormire*, quid sit Bernardo.

o *Idem ser. 61. in Cant.*

p *Hom. 15. in Ezech. & in c. 1. Cant.*

Alius sensus.

q *Serm. in Dom. 7. post Pentecosten. t lib. 5. v. 12. num. 1.*

a *de Tob. c. 20.*

b *Num. 16. 2*

vaculæ, inter malleum & incudem, inter ſacrum & ſaxum, &c. i. e. in ſummo diſcrimine, in rerum deſperatione. Antonius Guevara *a*, obſervat, quum Syri columbas albas, atque Palæſtini venerati ſint *c* ſicut accipitrem, aut Ibin Ægyptii, ut ait Strabo *b*, Herodotus *c*, vel Tibullo *d*, teſte,

„ Quidem referam, ut volitet crebras intacta per urbes.
„ Alba Palæſtino ſancta columba (aliàs viro) *Syro?*

(aliàs, *viro*, vel, *ſuo*, quaſi Palæſtinum *syrum* dicere tam repugnet, quàm Gallum Celtam: Roman. Italum: quod tamen non valde repugnat.) Nec non Diodoro *e* Siculo, qui cauſſam reddit, addens, Babylonios, quòd Semiramidem fabularentur à columbis in deſerto educatam, & meminit quoque talis cultus Euſebius *f*, & Lucianus *g*, (dicens Reginam verſam in columbam, vel cultam columbam propter caſtitatem *h*, ipſumque nomen Semiramis, dicitur ſignificare avem & columbam) & Juſtinus Martyr *i*, & Athenagoras *k*. Hoc inquam poſito, ait videri hoc loco Davidem velle dicere, utentem futuro pro præterito: Quando inter medios hoſtium terminos pauci, imbecilli inſtar dormientium, languidi degeretis, tamen eratis Palæſtinis timoris, ac veluti religioni, non ſecus ac alba columba, cujus vel plumas evellere, & pennas detrahere nefas erat. De terrore hoſtium populi Hebræi plura ſunt teſtimonia *l* Et *columbæ* nomine Babylonius Rex in Scripturis quandoque deſignatur *m*. Pintus *n*, accipiens nominis Hebræi ſignificationem pro labiis humanis, elicit iſtam ſententiam: Si quum de vobis homines detraxerint, quieveritis inter ea labia, non voſmetipſos defendentes, eritis columbis albis ſimiles, eoque magis celebrabitur fama nominis veſtri, quò depreſſior videbitur. Verumtamen licèt Hebræa dictio poſſit adeo multa ſignificare, nec reſpuendi ſint penitus qui ex ſingulis extrahuntur ſenſus, ſi alioquin nihil repugnas contineant, ille maximi faciendus, & ſolus litteralis habendus, qui congruit cum ſignificatione, quam Interpres elegit. Itaque nec collæ, aut tripodes, nec labia oris noſtri litteralem nobis pariunt per ſe intentum ſenſum, præſertim etiam quum Patribus penitus incognitus ſit. Super nomine *cleros*, quod Græcum eſt, ſed ab Interprete retentum, qui alicubi vertit *terminos*, & alibi *ſortes*, extrui debet litteralis ſenſus Ambroſius *o*, recitans hunc locum, legit *ſortes*, aliquando *p*, *cleros*. Pſalterium vetus S. Germani Pratenſis, teſte Genebrardo, *inter medium ſortium*. Quare licet exponere hunc locum, retenta ſignificatione *ſortis*, ac *termini*; tùm etiam, quoniam auctore Suida, κλῆρος, eſt quoque τόπος, κτῆμα, κληρονομία, μέτρον βάθους, præter alias notiones, quæ non faciunt ad rem. His ſignificationibus congruunt expoſitiones, quas annotatione præcedente approbavi, ex quibus una eſt Genebrardi, quàm hìc fuſiùs retuli, nec ab iis diſcrepat Guevara, niſi quòd ad Eccleſiam potiſſimùm accommodari debent, quæ ille ad Hebræos, qui typus Eccleſiæ fuerunt.

Non arbitror vim fieri debere in forma duali nominis שפתים *ſchephathaim*, ad probandum non debuiſſe verti *ollas*, quoniam hæ non duæ, ſed plures ſunt *q*: nam *termini* quoque ſunt plures, poteſtque aliquis eſſe in trivio, & in confinio multiplici. Alioqui cur numquam LXX. & noſter Interpres dualem expreſſerunt? Id non fecerunt, quia non alio numero repererunt dictam vocem, nec aliter vertere neceſſe fuit, quàm numero indefinito.

Inter medios cleros.) Ἀνὰ μέσον τῶν κλήρων. Auguſt. ait expreſſus ex Græco transferri, *inter medium clerorum*, ſed tantumdem valere noſtram lectionem, non tamen ſi diceremus, *inter cleros*, quoniam *inter medium* dici ſolet de iis rebus, quæ inter ſe debent habere conſenſum. Probat aliquot exemplis, & accommodat ad ſenſum illum ſuum ſuperiùs allatum, de duobus Teſtamentis, vel hæreditatibus &c. Non videtur adeo neceſſaria notatio, ſicut nec de illo conſenſu. Idiotiſmus eſt LXX. cui ſatis Latinè reſponderet ſolum, *inter*, ſic vel magis exprimitur periculum, in cujus medio conſtituti ſint, & medii poſiti. Ambroſ. *r*, nonnumquam legit: *Si dormiatis inter cleros medii*, Legi poſtea in Gretſero noſtro *ſ*, apologiam, Apro iſto præſertim loco, & aliis hujus Pſalmi, adverſus Novatorum novas translationes.

Pennæ columbæ deargentatæ.) Ambroſianum Pſalterium addit. *ibi*, περιπεπυρωμένοι, *circumargentatæ* בגפי יונה נחפה בכסף *canpe jonah nechpah bacheſeph*, *alæ columbæ tectæ in argento*; ubi idiotiſmo Hebræo ſingulare verbum jungitur numero plurali, quod fit, quando nomen plurale diſtributivè ſumitur, ut hìc quælibet penna tecta: quemadmodum etiam in Geneſi *t*, צערת בנות *banoth tſahharah*. Idiotiſmus Hebræus.

Filiæ diſcurrit, i. e. unaquæque filiarum diſcurrit, *Pennæ deargentatæ* ſunt albæ, unde ſic Poeta *u*, de anſere: t Ier. 49. 22

„ Atq; hìc auratis volitans argenteus anſer
„ Porticibus Gallos in limine adeſſe canebat. u 8. Æneid.

Sic Theodoricus apud Caſſiodorus *x* equos *argenteo colore* veſtitos dixit, ideſt, albo. x 4. Variæ Epiſt. 1

De columba differit accuratiſſimè ſupra omnes Ulyſſes Aldrovandus *y*. Nos pauca nunc dumtaxat propoſito noſtro neceſſaria. Conſtat laudatiſſimum animal, & Deo in paucis quodammodo charum, Credi hoc poteſt apocrypho licèt Eſdræ libro *z*, in quo eſt, ſic Deum ſibi ex omnibus volatilibus nominaſſe columbam unam, ut ex arboribus vitem, ex floribus lilium, ex pecoribus ovem, ex populis Hebræum, ex civitatibus Sion, &c. Indicio ſunt multa, quæ Scripturæ tradunt de columba tùm ad ſacrificia *a*, tùm ad ſignum ceſſantis diluvii *b*, tùm ad teſtimonium ſub perſona Spiritus S. *c*, de ſanctitate Chriſti: tùm ad commendandos mores *d*, tùm ad celebrandam ſponſam Eccleſiam *e*, & quòd quum velum Templi ſciſſum eſt in Chriſti Paſſione, columba Templum egredi viſa eſt, ut prodidit Ephrem *f*, volat ocyſimè: y 15. Ornith. Columba quodammodo DEO chara: & plura de ea. z 4. Eſd.

„ Radit iter liquidum, celeres neque commovet alas g.

Idcirco Vates noſter optabat *h*, ſibi *alas ut columbæ*: cujus & collo nonnumquam epiſtolas obſeſſi ad auxiliares amicos illigatas miſiſſe traduntur in hiſtoriis, ut Hircius & Brutus *i*, in obſidione Mutinenſi: & eadem alii, aliiſque de cauſſis idem factitarunt, ut ſcribunt Varro *k*, Ælianus *l*, Sabellicus *m*, Martinus Polonus, (in Chronico) Sigiſmundus Liber Baro *n*. Mœrendo, gemendo *meditari* videtur *o*, & vocem ipſam quæ Hebraicè eſt יונה *jonah*, quandoque uſurpant Hebræi pro *mœrore*, Gregalis eſt, ac ignotam ſi ſe immiſceat, primùm perinde ac ſi oderit, verberat, & erectis horret pennis. Terræ non immoratur, niſi ad pabulum. Lavat corpus & inſpergit humectum pulvere. Fœtorem omnem expellit. Connubia cœpta numquam violat, quamvis ſa laciſſima. Diligit impensè prolem, tum mas tum fœmina, & hi mutuo degunt amore. Videri poſſit ea de cauſſa præcepta ejus oblatio à muliere poſt partum *p*, ceu piaculum amiſſæ virginitatis; & aliàs ab aliis, ut Deo tamquam conjugi firmiter jungi viderentur, ſed nonniſi ea ætate, qua nondum natura ſalax, ſciret libidinem, ut notat Bernardus *q*. Admodum timet, ac imbecillis eſt *r*. Clementia & manſuetudine præſtat, humaniſque delectatur. A ſimplicitate laudare Chriſtus videtur *ſ*, quum vituperet Oſeas *t*: Sed Chriſtus ſine temperamento ex ſerpentina prudentia non laudat. Symbolum felicitatis habebatur ab Hebræis, apud quos qui ditiores erant, ejus alas gypſo illitas affigebant tectis, ut poſt Euthymium narrat Pierius *u*.

Porrò Theodoretus *x*, myſticam reddens cauſſam, quare juſſus ſit Abraham *y*, ſacrificare vaccam, capram, arietem, turturem, columbam, ait ſignificata per hæc ea quæ familiæ ipſius obventura erant, per tria prima animalia, tres generationes in incolatu: per turturem, egreſſum populi & peregrinationem in deſerto, quo turtur delectatur: per columbam, generationem illam, quæ terram promiſſam accepit: manſuetum enim eſt, inquit, hoc animal, & domeſticum. Ex his, & ſimilibus perſpici poteſt, quare columba in exemplum adducta ſit melioris fortunæ, & ea quidem, quæ albi coloris eſt, quoniam, ut prædixi, denotat color hic res ſecundas, ut adverſas ater. Lege de colore albo Roam *z*, noſtrum, & quæ diximus ad Acta *a*, Apoſtolum.

a in c. 1. Hab. Syri & Palæſtini columbas alias venerantes.
b Lib. 17.
c in Euterpe.
d l. 1. Eleg. 7.
e lib. 3. c. 8. Semiramin à columbis educatam, verſam in columbam, fabula.
f 8. De prap. c. 5.
g lib. de Syr. Dea.
h in Ione tr. græd.
i Apolog. 1. K. Orat. pro Chriſt.
l Exod. 15. 14 Joſue 10. 21. Columbæ nomine Babylonius Rex inſcripturis quandoque deſignatus.
m Ier. 25. 38 c. 46. 16. c. 50 16.
n in c. 40. Ez.
o Ep. 37. Et. Rom. & de Tobia c. 5. & de Tob c. 20 In Pſ. 118. ſelon. 14. Κλῆρος.
p Lev. 12. 8. Luc. 2. 24. A muliere poſt partũ cur oblatio columbæ præcepta eſſe poſit.
q Facit id Bellar. 2. de Verbo Dei, c. 13.
q Ser 5. in Cant.
r Ezech. 7. 16
ſ Matt. 10. 16.
t c. 7. 11. Symbolum felicitatis apud Hebr. columba.
t in Pſ. 118. ſelon. 14.
ſ Tom. 1. pro Bellarm. l. 2 c. 13.
u 22. Hieroglyph.
x Queſt. 65. in Geneſ.
y Gen. 15. Myſt. cauſſæ de vacca, capra, ariete, turture, columba in ſacrificio Abrahæ.
z 6. Sing. c 15
a c. 1. 10.

Et

Et posteriora dorsi ejus.) Hieronymus non hìc, sed alibi *a*, vertit, *posteriora & humeros*, & rursus *b*, *posteriora*, sive *interiora dorsi ejus*. Augustinus, *interscapulas*. Hebr. אכרותיה *ebrothejah*, *pennas ejus*. Græcè μεταφρενα, quasi μετὰ φρενας, & est pars tota corporis posterior à collo usque ad cinctum, quæ objicitur præcordiis à tergo, quasi dicas, *post præcordia*: & rectè dicitur dorsum, aut scapulæ.

a Hain c. 4. Zach. bin c. 22. Et μεζαφρε α.

In pallore auri.) Hieron. *in virore*, & alibi *c*, *In pallore*, vel, *virore*. Augustin. *in viriditate*, nec non Hilarius. Vaticanum Psalterium *in specie*: atque etiam Ambrosius *d*. Alii, *ut aurum fulvum*. Nomen Hebræum ירקרק *jerakrak*, *virorem* significat, aut flavum colorem, sive croceum, χλωρότης propriè est *viror*, vel etiam pallor. Videtur color non omnino purus, sed ad alium declinans, qui vulgo dicitur, *cangiante*. Notum Diogen. apophthegma, *Pallere aurum, quia habeat multos insidiatores*. Est quidem quod rutilat, fulget, fulgescitque nobilius aurum, Sed color in columbæ collo magis refert vilioris ac pallidi colorem auri. Suida argentum pennarum ait mysticè denotare simplicioribus candidioribusq; simpliciora communicari Spiritus S. munera; aurum dorsi, perfectioribus altiora convenire. Hoc alii dicunt hoc loco interpretes, & alibi *e*, Hieronymus. De colli, autem coloribus, verine sint an solùm κατ' ἔμφασιν & apparentes, Physicis Opticisque disputandum: Satis constat, quòd columbarum nonnisi agitata splendent colla, vel variè radiis percussa, quod & Nero Cæsar cecinit:

c Cit. loci.

d in Ps. 118 Θέων. 14. χλωρότης Pallere aurum, quia multos habeat insidiatores, Diogen apophthegma. Mystica expositio.

Colla Tyberiacæ (aliàs Cytheriacæ) *splendent agitata columbæ.*

e Ep. 150 q. 1

Et is quem Apulejus *f*, vocat flosculum, corvina nunc apparet nigredine, cœruleus, nunc aliis coloribus; *g*

f 2. de Asino aureo.

g Lucret. l. 2

Namque alias sit uti claro sit rubra pyropo,
Interdum quadam sensu fit uti videatur
Inter cœruleum virides miscere Smaragdos.

Seneca *h*, falsi coloris speciem & ponere, & sumere scribit. Cice o *i*, plures ait videri colores, nec esse plures uno, ut remus in aqua inflexus videtur, qui revera non est. Hac Arcesilas, teste Marciano *k*, permotus varietatis incertitudine, ampliùs astruere ἀκαζαλημψίαν cœpit. Eadem de Iride ratio, ac major multo propter fluxibilitatem ejus *l*.

h 5. Natur. histor. c. 5.
i Cic. Aca. 4.
k De Nupt. Philolog.

Mille (enim est) *trahens varios adverso sole colores.* Thaumantis filiam fabulantur, quia nihil ea mirabilius, nihil observatu dignius. De columba non deest qui existimet diversis præditam coloribus, ac diversas habere superficies ex diversarum pennularum portionibus radiantes *m*. Difficile id est, ac experientiæ parum congruens. Sed his immorari non vacat, ut nec mysticos persequi sensus. Notat Eugubinus, alarum & pennarum vocabulis, & volucrum ut aquilæ, quodam alio Psalmo *n*, indicari resurrectionem, & reditum in cœlum. Sic verò & Zoroastrum, Magosq; Persarum dixisse Animam duas habentem alas, è cœloq; ruentem, unam amisisse, conandum si revolare velit, ut alam recipiat.

l Virg. 4. Æneid.

m Aldrov. memoin it 15. Ordi hoc. 11.

n Ps. 102. 5. Mysticæ expositiones de aliis & pœnis.

Vers. 15.) Dum discernit cœlestis Reges super eam, nive dealbabuntur in Selmon.

Sensus loci.

DUm habitator cœli, atque omnipotens DEUS & Christus pro sua pugnabit Ecclesia. discernens ac dissipans potentes in terris, tùm Dæmones, tùm impios homines adversarios, ipsa Ecclesia quodammodo nivescet, ac lætabitur mirificè felix quo solet pacto Selmon, per se alioqui cavernosus, & umbrosus mons, nive splendescere. Theodoretus & Euthymius explicant de missione Spiritus S. in Pentecoste, quando Apostoli, qui Reges sunt, & Principes constituti super Ecclesiam *o*, in Selmon, i. e. in Jerusalem, linguarum discriminis gratiam acceperunt, & iis deinceps orbis regna divisa sunt, & ceù nix, tùm sanctitate, tùm nominis celebritate evaserunt. Accedit Hieronymus & Augustinus: sed ille, juxta etymologiam *Selmon* pro umbra, notat imperfectionem scientiæ in hac vita, hic gratiam Spiritus S. obumbrantis, vel etiam Christi, quia quum umbra constet lumine, & corpore, illud, quod *in principio erat Verbum*, atque lumen verum, ut umbraculum meridianum fieret nobis, *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis p*. Hilarius extendit ad omnes, qui priùs dicebantur *spolia*, & ab Apostolis conversi sunt: futuros Reges super Ecclesiam, quæ per eos pulchra sit, & dealbandos nive felicitatis *in Selmon*, i. e. in pace; sic enim eam vocem exponit. Arnob. ait præcedente versu notatum, quòd mali Doctores ut Scribæ ac Pharisæi, habebant solam speciem doctrinæ & pietatis, ceù *pennas deargentatas*, & *pallorem auri*; hìc autem dandos veros Doctores, quorum opera ceteri vero colore albo imbuantur.

o Ps. 44. 17.

Selmon etymologia.

Omnes boni sensus, sed primus magis ad litteram, quem Eugubinus tradit, & Genebrardus; licèt semper sub typo Hebrææ prosperitatis, de qua Vatablus, & similes Hebraizantes dumtaxat interpretantur. Et favet Paraphrasis Chaldæa. Cajetanus accipit de quinque regibus, quos Josue devicit, & de *lapidibus grandinis*, quos immisit *q* Deus. Rabbini aliqui de tempore Antichristi: & alii aliis variis modis, quos refert Auctor Thesauri Hebraicè verbo פרש *paraschi*. Alium adhuc legè paullo post ad ea verba *nive de albabuntur*.

Sens. litter.

p Ioan. 1. 14.

q Isa. 10. 11.

Dum discernit.) כפרש *bephareschi*, Ἐν τῷ διαχρῖναι. Hebræum verbum ab aliis qui Hebræo vertunt, exponitur, *extendere*, *dissipare*, *dispergere*, *frangere*, *conterere*, *percutere dividere*; (quod ultimum est Hieronymi) & in deteriorem sumunt partem contra Reges, qui adversabantur Synagogæ, & qui postea Ecclesiæ, quasi vel sternerentur, vel velut in triumpho ducerentur. Secuti sumus hanc acceptionem in allato primo sensu, licèt eum non adeo multi sequantur, sicut secundum. Significat Græca vox διαχάλαω, non tantùm *mando dimissis huc illuc nuntiis*, & *suis terminis ac finibus describo*, *limito*, &c. item *decerno*, *destino*, quæ notiones juvant secundum sensum, verùm etiam *diduco*, *aperio*, *divido*, *separo*, *distermino*, *disteudo*, quæ primum illustrant. Lege Commentarium Græcæ linguæ Budæi. In Psal. 49. 1, *discernendi* verbum דין *din*, & διακρῖναι significat *judicare*: *Advocavit cœlum desursum*, & *terram discernere populum suum*: immo, ut exponit Chrysost. *f*, *damnare*, & *punire*. Et in Psal. 42. ubi legimus *t*: *Judica me Deus*, & *discerne causam meam* Græcè est, Κρῖνόν μοι ὁ Θεὸς, καὶ δίκαιον τῶ δικῶ μὲ: Hebr. ריבי *ribi*. Cognationem habet cum פרש *paras*, aliud verbum פרץ *parats*, à quo locus, ubi victoriam retulit David de Philistæis, nominatus est בעלפרצים *Baalpharatsim*, quia *divisit Dominus*, inquit David, *inimicos meos coram me*, *sicut dividuntur aquæ* u: *Propterea vocatum est nomen loci illius Baalpharasim*. Chald. *Fregit Dominus odientes me ante me sicut frangitur vas testæ*, *quod repletum est aquis*: *propterea vocavit locum illum* planiciem ruptutarum.

διαχεῖσθαι.

r *vers.* 4. διακρῖναι.

s in Ps. 49.

t *vers.* 1.

u 2. Reg. 5. 2

Cœlestis.) Græcè, Ἐπουράνιος. Hebr. שדי *schadai*. Augustin. *Super cœlestis*. Hieron. *Robustissimus*. Alii, *Omnipotens*, vel à שהה *schadah*, est *vastator*, vel à ש *schin*, & די *dai*, *sufficientia*, *cui satis*, seu αὐτάρκης. Nomen שדי *schabai*, valde conveniens proposito de Regibus ac Tyrannis crudelibus dissipatis, fractisque. In Psal. 90. *x*, vocant LXX. Θεός μου ἐλπιῶ, quem pariter Hebr. textus nominat שדי *schadai*, *in protectione Dei cœli commorabitur*. Ubi Aquila, teste Hieron. *y*, reddit ἄλκιμον, quod nos, inquit Hieron., *robustum*, & *sufficientem ad omnia perpetranda* accipere possumus. Remotissimus ab inferioribus his eget minimè, atq; fortior, ficut & superior, habetur maximè à Gentilibus, quia alia in terris ac inferis agnoscebant Numina: & ex *Diis sublimibus* putabant inimici Hebræor. esse Deum ipsorum *z*, & *ex Diis montium a*. Hinc fit, ut *cœlum* aliquando pro Deo ipso ponatur absolutè *b*: licèt Latinus Interpres *DEI* interdum nomen addat, ut in libro Machabæorum *c*: *Non est differentia in conspectu DEI cœli liberare in multis*, & *in paucis*, οὐδὲν τῶ οὐρανῶ. Sæpè vocatur *Deus cœli*, quando sermo est de Gentilibus, quòd talem magis timebant: & inter causas, cur jubeat Christus ut orantes dicamus *Pater noster qui es in cœlis d*, hæc esse potest, ut cognoscamus & verum Deum, & maximè potentem.

x *vers.* 1.

y Epist. 136. ἄλκιμον.

z 1. Reg. 4. 8.

a 3. Reg. 20. 23.

Cœlum pro Deo ipso.

b Luc. 15. 18

c 2. Machab. 3. 18.

Causa cur jubemur orantes dicere, *Pater noster qui es in cœlis*.

d Matt. 6. 9.

Super eam.) כה *bah*, *in ea*, ἐπ' αὐτῆς. Præpositio *super*, indicat sensum secundum ac tertium, quasi super Ecclesiam constituantur Reges, hoc est, rectores. Verùm dici potest, *super*, idem esse quod (juxta vel contra) i. e. *Dum discernit Deus*, hoc est, dissipat, perdit, &c. *Reges super eam*, nimirum Ecclesiam (quæ *species domus* antè vo-

vocata, & aliis nominibus,) qui juxta ipſam erunt, & ſuper eam, atque contra irruent. Nonnumquam utitur quoque particula, *ſuper*, Interpres, pro *in*, verbi gratia, *Anima autem mea exultabit in Domino*, & *delectabitur ſuper ſalutari ſuo* a.

a *Pſ.*34. 9.

Nive dealbabuntur.) תשלג *thaſchlvg*. Hieron. *Nive dealbata eſt*. Alii, *Ningere faciebat*: vel *Albeſcebat*, ſeu *candeſcebat nivis inſtar*. Verbum eſt futuri temporis, eſſeque poteſt & ſecundæ perſonæ maſculinæ, & tertiæ fœmininæ. Recta conſtructio requirit ſecundum, ob proximè præcedens בה *bah*, ut nempe ſqualida priùs Eccleſia dealbata ſit. Quamquam per Apoſtrophen dirigi ſermo poſſet aut ad Iſrael, ut voluit Vatablus, & ſub typo ejus ad Eccleſiam, quaſi dicat: Tunc ò Iſrael, vel potius Synagoga & ò Eccleſia, dealbata es, ſive dealbaberis: aut ad Deum; Tunc ò Deus reddes candidos fideles tuos.

Quid ſi addatur & hic ſenſus: Tunc ninges Deus, & Reges hoſtes Eccleſiæ ningentur, grandinabuntur, lapidibus grandinis operientur, & opprimentur, ſicut ætate Joſue *b*, de quibus & Cajetanus putat hic agi. Quum Apollinis templum Brennus vaſtaſſet, à Pythia reſponſum ferunt: Ἐποὶ μελήσει ζαῦτα ἀ μυκαῖς κόραις. *Mihi cura iſta erunt albiſque virginibus*; vel, ut vertit Cicero *c*: *Ego providebo rem iſtam & albæ virgines*: mox alba Gallis oblata ſpectra eſſe cum armis, & eorum funditus exercitum nivium vi adobrutum periiſſe. Obſtare videtur, quod ex collatione cum Selmon nivoſo monte, immò & cum aliis, quidam paullo poſt longè nobilior celebratur mons, & multo felicior. Alioqui quadrat ſanè ſenſus hic cum expoſitione prioris membri, *Dum diſcernit cœleſtis reges*, i. e. dum diſſipat ac perdit hoſtes. Reſponderi poſſet, ex occaſione Selmon, digreſſum eſſe David ad laudes Eccleſiæ ſub epitheto, & appellatione *montis*. Sola minùs placet hæc expoſitio novitate; quum tamen nullam vel editioni noſtræ vim, nullum ipſi veritati videatur incommodum, aliorumque interpretationibus afferre. Legi poſtea Hieronymi Olorii Paraphraſin, quia hic mihi ſenſus attingi videtur. Quum Reges, inquit, judicio divino propter ſcelus in cœleſtem Rempublicam conceptum diſcordes extiterint, tu Domine inaniſſimis eos cogitationibus inflatos denſis nivibus obrues, ut conglaciati frigoribus evertantur.

b *Joſ.*10.11. Pyrriæ reſponſum Brenno Apollinis templi vaſtatori.

c *de Divin.* Nivium vi adobrutus exercitus.

In Selmon.) Quum ſit nomen hoc Hebræum retentum, non dubito montis Ephraim proprium eſſe ſic appellati, juxta trajectum Jordanis, qui mons ferè perpetuis candebat nivibus: ſed per ſe, ac ſine illis cavernoſus erat, horridus, caliginoſus, umbroſus, quaſi עלם *tſelem*, ab umbra coguominatus. Ex eo monte Abimelech, omniſque populus eum imitatus, præciderunt ramos arborum ad incendendos adverſarios *d*. Tunc verò ſuppleri debet comparationis particula, *ſicut* ideſt, ſicut in Selmon eſt nix; vel proverbialiter *de albari in Selmon* eſt, recreari, feliciter agere, &c. aut è contrario, affligi, deleri, &c.

d *Jud.*9.48. 49.

Dealbari in Selmon, ut ſumatur.

Rabbini ſumunt appellativè, ut ſenſus ſit, DEI domum, & hæreditatem, & ſynagogam dealbandam, recreandam, beneficiis afficiendam (quam LXX. multitudinis numero ſignificare voluerunt.) *In Selmon*, ideſt, quum verſaretur priùs in umbra, & in obſcuro, ac infelici rerum ſtatu, quaſi צל מות *tſal maveth*, *umbra mortis*, ut vertit quoque, quamvis aliis verbis, Chaldæus. Favent Gloſſa Interlinearis, Lyranus, Burgenſis, Hugo Cardinalis, Carthuſianus, Titelmanus, Varlenius, & alii, quos priùs dixi. Hieronymus & Auguſtinus etymologiam eamdem ſecuti ſunt, licèt ſenſu diverſo. Ambroſius *e*, accedit aliquo modo ad Hieronymum, explicans, *nive dealbari in Selmon*, i. e. inumbratione, quam dicit eſſe præſentem vitam. Alia notatio Hilarii, de qua quoque ante meminimus, pro pace, non eſt ex צלמון *tſalmon*, ſed שקמון *ſchalmon*. Qui Arnobius dicitur, ſed revera non eſt, ait, *Selmon*, locum eſſe, in quo purificabantur Proſelyti, vel ii, qui fatebantur gravioribus ſe pollutionibus inquinatos: velle autem prophetam, κατ' ἀντίφρασιν, omnem locum, in quo ii qui nigrificarunt ſe peccatorum ſordibus, dealbentur. Hoc de Selmon qui aſſerat, præter illum Auctorem, non legi, nec credo.

e in *Pſ.*41.

Selmonqui locus.

Verſ. 16.) Mons Dei, mons pinguis, mons coagulatus, mons pinguis.

MOns nivoſus Selmon, ex quo tracta comparatio eſt, præbuit occaſionem tranſeundi ad alium feraciorem montem Baſan (hìc enim *pinguem* ſonat) ita ut, ob rerum affluentiam, populus Hebræus dici poſſit ſic Dei beneficiis opimari quodammodo, ut eſt mons ille ferax ac frugifer. Pinguior Eccleſia repleta *adipe & pinguedine f*, donorum divinorum: ſive ingrediatur, ſive egrediatur, *paſcua* reperiens *uberrima g*: delectata *in craſſitudine h*: à fructu *frumenti*, *vini* & *olei* (Sacramentorum) *multiplicata i*: ſaginata corpore & ſanguine Chriſti, meritiſque ipſius: ad terram viventium, *lacte ac melle manantem k*, invitata: munita ſimul, & circumvallata præſidiis, ideoque inexpugnabilis: qua pote *ſupra montem poſita l*, immò mons altiſſimus, & fundamenta habens in montibus *m*: attollens ſe altiſſimè per contemplationem, & removens ab inferioribus omnibus. Nota hæc ferè Patrum Græcorum maximè communis de Eccleſia vel Doctoribus ejus interpretatio: qua de re Interpretes Eſaiæ *n*, præſertim Chryſoſtomus & Cyrillus; noſque ibi aliquando, & Origenes *o*.

f *Eſ.* 92. 6.
g *Ioan.*10.9.
h *Eſa.*52.2.
i *Pſ.* 4. 8.

K *Ex.*3.8.17 c.13.5. & *al.*
l *Matt.*5.14.
m *Pſ.*80. 11.

n *cap.*2.

o *Cyr.cont.Celſ*

Sed quidam ex Latinis, ut Hilarius, accipere *montem* videntur pro beatitudine cœleſti, & nonnulli pro Chriſto ipſo, quibus & idem favet Doctor, & Arnobius, & apertè Hieronymus, & Auguſtin. juxtà Eſaiæ *p*, vaticinium de monte Domini *præparato in vertice montium*, *elevato ſuper colles*, ad quem fluant omnes gentes. Eadem Aponii *q*, de hoc loco ſententia, & Bernardi *r*. Eſt mons Dei, inquit Aponius, quia *plenitudo divinitatis habitat in eo* t: uber parvulis animabus Apoſtolica ubera porrigendo: creatus, firmioribus ſolidum cibum præbendo carnis ſuæ.

p *cap.*2.2.

q *l.*3 *in Cant.*

r 1.*ſer.in ad Quis aſcendet, &c.*

t *Coloſſ.* 2. 9.

Contra Auguſtin. *incaſeatum* dicit propter parvulos, quibus lac gratiæ delectabilis de viſceribus maternis datur: *uberem* ad roborandum, ac ditandum donorum excellentia. Bernardus, *Montem* ſublimitate, *coagulatum* multorum congerie, *pinguem* charitate.

Mons Dei.) Putat Auguſt. melius eſſe, ſi legamus *montem*, & referamus ad Selmon, de quo propriè extremo verſu, & id ferre Græcum textum, in quo eſt ὄρος neutrius generis. Sic quoque legitur in Pſalterio Vaticano & Ambroſiano. Aquieſcendum in editione vulgata: nec ſanè ita bene dicitur quis *dealbari nive in montem*, &, ut prædixi, ſenſus eſt cum comparatione ad Selmon, & cum tranſitu ad alium ab eo diverſum montem.

Mons pinguis.) הרבשן *harbaſchan*. Dixi quoſdam legere in Accuſativo *montem pinguem*, vel *uberem*, & nonnullis videri proprium nomen. Nullum video incommodum in ſecundo, quia & aliàs lego poſitam pro nomine proprio nominis ipſius etymologiam à Septuaginta, ut, *Factus eſt in pace locus ejus* t; Ἐν εἰρήνῃ. Hebr. בשלם *beſchalem*, *in Salem*, pro qua Chaldæus habet, *in Jeruſalem*: erat enim unum de nominibus ejus. Igitur eodem nunc modo Septuaginta dixerunt ὄρος πῖον, habentes rationem ſignificationis, & ſcopi, quem vates intendebat. Non inveriſimile, alluſionem contineri ad regionem omnem Baſan, cum monte cognomine, ubi Og regnabat: ſicque innui, Eccleſiam Dei, occupaturam Gentes, quæ cæſæ gladio Spiritus, quod eſt verbum Dei *u*, & mortificatæ deinceps in anima, repleantur cœleſti adipe, & pinguedine, ut erat omnis regionis Baſan uberrimum ſolum, paſcuis in primis lætum, & conſtabat ſexaginta Urbibus, quas alti muri, portæ, vectes muniebant, quum ea populus Hebræus vaſtavit *x*. Typus Eccleſiæ, Sion, qui mons nihil habebat fertilitatis at ob gratiam inde diffluentem ad omnes, quia Deus eum incolebat, comparari potuit cum Baſan, immò, ut eſt verſu ſequenti, cunctis longo intervallo præponi. Coaluit primùm Eccleſia ex abjectis hominibus, & infœcundis, ſine facundia, potentia, ſplendore generis, &c. Verumtamen nec Baſan, nec omnia mundi regna comparari ullo modo cum ipſa poſſunt, propter ipſius auctorem, & præſidem Deum, & Chriſtum. *De Sion enim exiit Lex* y, *illic mandavit Dominus benedictionem*, *& vitam uſque in ſæculum* z, dum divina ibi myſteria celebrata ſunt miſſus Spiritus S. *a*, diſcipulorum habit iconventus ſacri.

u *Eph.*6. 17. *Hebr.*4. 12.

x *Deut.*5. 2. 4. 5. Sion mons parum fertilis, ut Eccleſiæ typus

y *Eſa.* 2. 3.
z *Pſ.*132.13.
a *Act* 2. 2. *& ſeq.*

Mons

Mons coagulatus.) גבננים *gebnunnim*, τετρωμένον. Hieronymus & Felix, *Mons excelſus*: qua ratione item Chaldæus: *Mons qui habitat in excelſis*. Pagninus accedit, dum exponit, *Mons gibborum*. Eodem ferè modo, alii Hebraizantes, *Mons excelſorum*, vel *celſitudinum*; *Mons in juga aſſurgens, & gibboſus*. At ex Patribus, qui ſequi ſolent editionem Græcam, paullo aliter aliqui vertunt. Hilarius, *Mons coagulatos*, reddit, *caſeatos*: dicitque quod Græcitatis ſermo utrumque complectitur, hoc eſt, & coaguli, & caſei ſpeciem. Ita præterea legit Auguſtinus, *Mons incaſeatus*, & *Montes incaſeatos*. Aponius *a*, *Mons creatus*. Omnia homonymia ex Hebræo naſcitur, nam גב *gab*, *excelſum*, *altum*, *eminens*, ſignificat, ut dorſum in animali, ſupercilium in oculo, item gibbum, ac dorſum ipſum, & גבן *gibben*, *gibboſus* eſt: Latina, ut videtur, voce de Hebraica mutuata. Ex eadem radice deducunt aliqui גבינה *gebinah*, aut גבנה *gebinnah*, *caſeus*, ab eminentia, nec non גבין *gabnun*, ejuſdem ſignificationis: quod alii tamen malunt *excelſum* ſignificare. Septuaginta, Caſei ſunt notionem amplexi, ſiquidem τύρος *caſeus*, & inde τυρόω *coagulo*, in caſeum cogo, lac in caſeum denſo. In libro Job *b*, *Caſeus* Latinè eſt, ubi Græcè τυρὸς. Et, *coagulaſti*: ubi Græcè ἐτύρωσας. Hebraicè autem pro *caſee* גבנה *gebinnah*. In Pſalmo 118. *c*. *Coagulatum eſt ſicut lac cor eorum*, ἐτυρώθη. *Mons* itaque *coagulatus*, & *caſeatus eſt* qui caſeis abundat. Voluit forſitan Hilarius, eumdem putans eſſe Montem Selmon, & hunc, interpretans *pacem*, ut vidimus, *conſecratum* dici, ut ipſe legit, quia propter copiam paſcuorum abundat pecore, & armento, quæ pacis tempore affatim paſcuntur, & offerri Deo ſacrificii nomine poſſunt. Aponius, cur *certum* dixerit, neſcio, niſi mendum dicas, pro *creatus*, ideſt concretus. Eugubinus immerito reprehendit LXX. & conſequenter Editionem vulgatam, credens potiùs Rabbinis, denotari montem gibboſum, & prælatum, & quidem nomine Gabaon, ſed ineptè. *Gabaon* enim eſt Hebraicè גבעון *gibbhon*.

Mons pinguis.) Et hìc repetitur בשן *baſchan*, de quo priùs.

al. 3. in Caſe.

Gibbeſi vox Latina ex Hebraico mutuata.

b cap. 10. 10. Τυρος. Τυρόω.

c verſ. 70.

Verſ. 17.) Ut quid ſuſpicamini montes coagulatos?

Mons, in quo beneplacitum eſt Deo habitare eo: etenim Dominus habitabit in finem.

NOn eſt quod tanti quiſquam faciat aliorum quorumlibet ubertatem montium: præſtatis longiſſimo intervallo hac in re, quem ſibi Dominus delegit velut fixam ſedem. Obvia faciliſque & ab omnibus approbata ſententia, nec eſſe quod ullus ex hoſtibus inſultet populo Dei, ſeipſum dilaudet, ſibi placeat, ſe præferat, non Judæorum ſynagoga, non ſecta Hæreticorum, non ſuperſtitio Paganorum. Coaluit, & coagulata eſt religio Chriſtiana quodammodo per fidem: pinguis effecta per bona opera, & aliis modis, quos antè dixi.

Quod ſi de Chriſto *mons* ille ſumatur, nullus debet illius juſtitiam cum aliorum Juſtorum comparare juſtitia. Sumus enim omnes *Juſtitia Dei in ipſo* d, & *illuminat ipſe*, & quidem *mirabiliter*, *à montibus æternis* e, dando ſanctis vitam æternam, atque per eos ſanctarum Scripturarum auctoritatem conſtituens: & homines ſancti *lumen* ſunt f, ſed una *lux vera omnem hominem illuminans* g: montes multi, ſed unus in vertice montium *h*. In aliis habitat Deus, ſed in iis per ipſum, *in ipſo corporaliter plenitudo divinitatis* i.

Montem itaque ſuſpicetur alios montes, tamquam Chriſto ſuperiores. Nemo cum Joanne Baptiſta, Elia, Jeremia, ullove Prophetarum conferat *k*: multo minùs audeat blaſphemare, (In principe Dæmoniorum ejicere Dæmonia *l*:) nemo erret erroreſve ſpargat contra Chriſti Incarnationem, veramque Humanitatem, & Divinitatem, in hypoſtaſi Verbi. Hæc, hiſque ſimilia colliguntur ex citatis Patribus: ultimum, præſertim ex Hilario. At Genebrardus putat eſſe correctionem rhetoricam, quaſi dicat, Dixi *montem coagulatum*: cur aliquis tam craſſa Minerva intelligit me? *Montem* loquor Deo charum, & ſpiritualia cogito, A enuntioque non carnalia: ſcilicet vel de Eccleſia, vel de Chriſto. Hac ratione ſenſus hic recipi poteſt, ut nempe Patrum expoſitiones accommodatur. Hoc ſemper obſervandum, ut juxta unanimen Patrum conſenſum Scripturis ſenſum demus.

Ut quid ſuſpicamini.) ἵνατί ὑπολαμβάνετε. Symmachus ἵνα τί ὑπειπτεύδάζετε, *ut quid aſſectatis?* Aquila, Ἐις τί ἐρίζετε, *ad quid contenditis?* Chaldæus: *Dixit Deus. Quare ſubſilitis montes excelſi*, &c. Hebraicè, למה הרצדון *lammath theratſedun*. Hieronymus: *Quare conditis montes excelſi adverſus montes, quem dilexit Deus ut habitaret in eo*, &c. Hilarius, *Ut quid ſuſpicit*, (aliàs *ſuſpicitis*) *montes caſeatos*, &c. Caſſiodorus: *Ut quid ſuſcepiſti nos montes uberes?* quaſi per Proſopopœjam loquantur alii montes, refutantes ſui comparationem cum illo alio, quo ſunt infinitis partibus minores. Pſalterium Vaticanum: *Ut quid ſuſcipitis montem urbem* (nempe alium præter illum excellentem, &c.) Pſalterium Ambroſianum: *Ut quid ſuſpicitis montem uberem*. Cur alium miramini? Eodem legiſſe Arnobius videtur modo, ſed *montes* in plurali, dicitque argui qui plurale faciunt Deitatem. Hebræum verbum, Campenſis (quem Calvinos, reprehendens editionem noſtram, ſequitur,) & Vatablus vertunt *invidetis*. Alii ex Rabbinis, & Hebraizantibus cum Chaldæo, *exilitis*, *ſaltatis*, ideſt inſultantis præ deſiderio perdendi montem, quem amat Deus? aut humiliatis, ſive humiliare conamini, aut intentis oculis inſpicitis expectatiſque? Pagninus, *deſpicitis*. Verſio noſtra optima, è Græco ſumta, cum LXX. Hebræum verbum quod hìc ſemel tantum reperitur, per ὑπολαμβάνετε reddiderint, quod inter alia *ſuſpicari* ſignificat, Eodem notio ejuſdem pertinet, ut ſit *exiſtimare*: Item *alterius ſermonem veluti excipere*, & *ei reſpondere*: quod uno verbo Latini boni Auctores dicunt, vel *excipere*, vel etiam *ſuſcipere*.

Ὑπολαμβάνειν.

Excipere, ſuſcipere, quid ſint.

m *Virgil. 6. Æneid.*

m *Suſcipit Anchiſes, atque ordine ſingula pandit.*

Et quoniam qui ſuſpicatur, id non raro facit, vel ſimul hoc ipſum miratur, ac ſuſpicit, propterea aliæ Latinè vel Patrum, vel Pſalteriorum interpretationes exiſtere potuerunt præter noſtram per verba *ſuſcipiendi*, & *ſuſpiciendi*. Non abhorrent à noſtra verſione aliæ Græcè, nec Chaldæa, nec Hieronymi. Contentioſus enim eſt omnis ſuſpicax. Apud Lucam legimus *n*: *Suſcipiens autem Jeſus* ſicut Balaam dicitur locutus *aſſumta parabola* o.

n *c. 10. 30.*

o *Num. 23 7 18. cap 24. 3. ac. 23.*

Montes coagulatos.) Caſum rectum fecit Hieronymus, & Chaldæa paraphraſis, & alii. Sed ſine jactura ſententiæ, & vertit Hieronymus, *Excelſi*. Aquila, ἠφρυωμένα, *Supercilioſi*.

Mons in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo.) Hebraicè הר חמד *hhabar chamad*, ſupple אשר *aſcher*, *Mons* (*quem*) *deſideravit*. Hieron. *Quare contenditis montes excelſi adverſus montem, quem dilexit Deus, ut habitaret in eo? τὸ ὄρος*, nempe ἐρίζετε ὄρη *contenditis*: Aquila, *montes contra montem*, ὁ ἐπεθόμησεν ὁ Θεὸς τοῦ καθίσαι ἐν αὐτῷ (aliàs ἐν αὐτῶ.) Hebræum חמד *chamad*, bene expreſſit Aquila. Hieronymus forte abſtinuit ab imperfectione, quam importare videtur deſiderium velut rei abſentis, & quæ deſideranti ſit jucunda, vel utilis, &c. Verbum autem εὐδόκησεν, quo LXX. ſunt uſi, denotat divinæ voluntatis beneplacitum, atque amorem, & dilectionem puram. Illa verò (*In quo* & *in eo*) non ſunt Scripturarum propria, ut hoc loco putavit Caſſiodorus, ſed Hebræis Græciſque ſatis uſitata.

Hebraiſmus Græciſmus.

Etenim.) אף *aph*, *Etiam*, *certe*, lege verſum nonum.

Habitabit.) Vel *ſedebit*, ex vi verbi τοῦ κηθῆσαι. Aquila, vel *erit ut in tabernaculo*, κατασκηνώσει.

In finem.) *Semper*, ut vertit Hieronymus. In Sion, diu, & donec nova ſuccedat lex, vel ratione rei per eam adumbratæ quæ eſt Eccleſia, quo pacto lex ſcripta dici ſolet *æterna*: vel in hac Eccleſia juxta promiſſionem Chriſti *p*: vel in Chriſto ipſo, prout ante dictum eſt, & ſuper quem Joannes vidit *Spiritum ſanctum manentem q*, & in corpore quod accepit de ſancta Maria Chriſtus, manet ſemper, quia cum eo eſt evectus in cœlum, inquit Hieronymus. Poſſunt & hæc transferri ad Euchariſtiam quæ pinguis eſt, & in qua ſemper Chriſtus habitat.

Lex ſcripta quomodo dicatur *externa*.

p *Mat. ult. v. 20.*

q *Ioan. 3. 35*

Verſ. 18.

d *2. Cor. 5. 21 & 1. Cor. 1. 30*

e *Pſ. 75. 5.*

f *Mat. 5. 14.*

g *Ioan. 1. 9.*

h *Eſa. 2. 2.*

i *Coloſſ. 2. 9.*

k *Mat. 16. 14*

l *Mat. 12. 24*

Verſ. 18.) Currus Dei decem millibus multiplex: millia lætantium: Dominus in eis: in Sina, in Sancto.

Est mons, in quo beneplacitum eſt Deo habitare in ſinem, ſemperque, ac in eo ſedere, ſive Chriſti Humanitas, ſive Eccleſia, ſive etiam cœlum empyreum beatitudinis locus innumerabili vallatus Angelorum multitudine collætantium cum ipſo: ſicut olim in ſancto Sina comites adhibuit Deus, dum legem daret: & poſtea eoſdem in Sanctuario ſui tabernaculi ac templi. Itaque multis præſidiis Deus Chriſtuſque inſtruit Eccleſiam ſuam.

Angeli *currus* Dei hic dicti. Aliæ expoſitiones de aliis.

Sic vero Angeli *currus Dei* dicentur, quum & dicatur Deus *ſedere ſuper Cherubim* *a*, quatuor perſonarum, ut loquitur Hieronymus, leonis, hominis, vituli ſeu bovis, aquilæ: ſive quidam de his quatuor in eodem Cherub. fuerit, facies hominis; alæ aquilæ; juba leonis, pedes vituli; ſive diſtinctæ animalium integrorum formæ: qua de re Pradus noſter in Ezechielem, ubi primum tenet. Hilarius de Angelis exponit, & contra Judæos legem eorum datam: eumdem vero illorum, & noſtrum Deum. Cyrillus Alexandrinus *b*, Angelos hìc notatos affirmat, cum quibus & deſcenſurus ſit Chriſtus in judicium, tamquam in curru. Confirmat id alibi *c* Hieronymus exemplis currus Eliæ *d*, currum Eliſæi *e*, & iſtorum in hoc Pſalmo: denotari autem illa ratione Deum ut victorem, ac triumphantem. Conſentit Novatianus *f*, exemplo item Cherubim, ut ſit mundus currus, is autem regatur à Deo per Angelos. Præterea Procopius in cap. ultimum Elaiæ. Dionyſius *g* item Eliſæi plurimos illos currus ait fuiſſe Angelos. Hoc ipſo loco Chaldæus interpretatur de Angelis in Sina. Eodem videtur Paulus alludere *h*, (Acceſſiſtis, inquit, ad montem, & multorum millium Angelorum frequentiam.) Theodoretus, & Euthymius exponunt de multitudine longè majore Sanctorum, quibus abundat Sanctum, ideſt, Eccleſia, quam Sina, hoc eſt, Synagoga. *Vidit Joannes* *i* *turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat*. Hi ſunt, ait Euthymius, qui priùs *k*, juſſi ſunt iter *aſcendenti ſuper occaſum* facere: & ſunt currus Dei, quicumque Fidei habenas ſuſceperunt, & *ſuave jugum* Chriſti *l*; eumque aſcenſorem, ac aurigam habent. Eadem opinio Auguſtini de Sanctis, qui portando Deum *m*, fiunt quodammodo *currus* ejus, & ſunt lætantes quia *ſpe gaudentes* *n*, dum inter tribulationes Dominus eſt eis per gratiam ſuam. Caſſiodorus, Beda, & plurimi ſoliti Auguſtinum ſequi, & in hoc ſequuntur. Rurſum Cyrillus *o*, eamdem iſtam tradit expoſitionem: innumeros enim fuiſſe qui cervices mentium Salvatoris jugo ſubjicerent, & ubique terrarum gloriam ejus circuferrent, & verbum veritatis rectè tractarent, ac velut totam terram equeſtri virtute ſubigerent. Sed Beda reſtringit ad Prædicatores qui portant ubique nomen Dei, & Deum ipſum. Clemens Romanus *p*, innuit de multitudine Prædeſtinatorum, & ſalvandorum in nova lege, præ paucitate illorum, qui pertinebant ad veterem. Hoc ſenſu accipit illud ex alio Pſalmo *q*: *Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis*: ita ut uterque numerus ſit de Electis. Alii, ut Lyranus, & Carthuſianus, Janſenius, Vatablus, Genebrardus, D voſunt hic Angelos invitari ad deferendum Chriſto aſcendenti conſortium, quoniam ſubditur: *Aſcendiſti in altum*: ſed exemplo eorumdem aſſiſtentium Deo, quando legem dedit, ſit ut ſcriptum eſt *r*: *Dominus de Sinai venit*, &c. & cum eo Sanctorum millia. Eamdem ſequitur ſententiam Cyrillus *ſ*, Jeroſolymitanus, & Drogo Cardinalis *t*, hoſque etiam dici poſſe *equos*, & *quadrigam*, de quibus Habacuc *u* Iſidorus *x* favet, comparans cum curru regio, qui datus eſt Joſepho à rege Ægyptiy.

Currus Dei.) Alias *z* docui antiquiorem currus uſum eſſe, quam quem Polydorus *a*, aſſignat. Deus in Arca Teſtamenti, quæ ſolet vocari *gloria ejus*, & *pulchritudo virtuſque* *b*, ſedebat equitantis in morem. Erat enim Arcæ forma lectica tecta cum ſella. Cherubim ſiquidem à lateribus Arcæ propitiatorium, quod erat ceu ſcabellum Dei, manibus ſuſtinebant, & alis binis invicem extenſis, atque contextis videbantur formare ſolium ſupra propitiatorium, quod Arcæ, quam tabula alia tegebat, ſupernè imminebat: Ibi Deus reſponſa dando Aſedere cenſebatur. In deſerto, ad itineris commoditatem, non erat Arca major cubitis duobus & ſemis: quando autem Jeroſolymis extructum eſt templum, loco duorum Cherubim, quæ dici poſſet biga, facti ſunt quatuor, veluti quadriga, ut circa illud Dei ſolium ſtaret, & pro lectica vehiculum, ſive plauſtrum, quod Arcæ ſubjiceretur, conſtans rotis, ſeu pedibus, qui ſucceſſerunt tabulæ, quam Arca ſub ſe priùs habebat, cui erant intus incruſtatæ, volæ quaternæ, pedeſve quibus elevabatur à terra. Vocatur hæc quadriga Cherubim, in libro primo Paralipomenon *c* Hebraicè כבה מר *marchabah*, De hac re tota Pradus noſter, docens etiam eamdem eſſe viſionem Ezechiæ *d*, Eſaiæ *e*, Joannis *f*, Danielis *g*, & Moſis *h*. Hæc ultima ad rem præſentem facit, confirmaturque ex prioribus verbis *i*: *Qui aſcendit ſuper occaſum*, & ex ſequentibus. *Super* *k* *cœlum cœli ad Orientem*: Item. *Viderunt* *l*, *ingreſſus tuos Deus*, ideſt, pompam triumphalem in Sinai, ingreſſus Dei mei, & Regis mei, qui eſt in Sancto, ideſt, qualis in Sanctuario eſt apparatus triumphi; tunc viſus eſt: Præterea ex alio Pſalmo *m*: *Vox tonitrui tui in rota*, ideſt, rotis Arcæ, qui eſt currus tuus, edidiſti tantum ſtridorem, ut hoſtes exanimarentur; & vox fuit illa, de qua ibidem *n*: *Vocem dederunt nubes*; ideſt, emiſerunt fulgura, & tonitrua, grandines, &c. *Etenim o ſagittæ tuæ tranſeunt*, ideſt, illa quæ modo dixi, quaſi de ſoſio Arcæ ejaculata.

Gentiles, prætertim Poetæ, vectationem iſtam Dei, æmulati videntur, in ſuo Jove, Apolline, Mercurio, & aliis: cujus fabulæ in Hiſtoria Regum *p*, extat teſtimonium, quum Joſias abſtuliſſe narratur è templo equos, quos dederant Soli Reges Judæ, atque Solis currus igni cumbuſſiſſe. Appellat Philo, ut Eugubinus refert, cœlum *volucrem Dei currum*, πτηνον ἅρτα τὸν σύμπαντα ἅρμα τὸν, quem ipſe currum, ἡνιοχεῖ quaſi *habenis regit*, ſicut & κυβερνήτης dicitur *gubernatio* propriè à navibus.

Decem millibus multiplex.) הכתים *ribbothalim*: Chaldæus ponens *currus* pluraliter vertit, *Bina myriades ignis ardentis*, תרין רככן דנור דליק *theren ribbevan denur delik*. Hieronymus, *Innumerabilis*. Pſalterium Vaticanum & Ambroſianum, *Decem millibus multiplex*. Pagninus, Cajetanus, Vatablus, (qui *equitatum* legit) *Duæ myriades*, ſeu. *Biſdena millia*. Felix, *Centena millia*. Alii, *Myriadum*. Græcè eſt, Μυριαπλασιων, quod optimè reddidit Interpres, & dici quoque poſſet: *Decies millecuplex*, vel ut ait Auguſtinus, *Decies milliesmultiplex*, ſeu *Decem millium*, ſeu *denum millium multiplex*, quoniam *mille* apud Græcos, inquit χίλια dicuntur, μυριάδες autem *plura dena millia*, μυριὰς quippe una *decem millia* ſunt. Vox Hebræa duplicis numeri idem valet, ſiquidem רכות *ribboth*, ſignificat *decem millia*, ſicut & רכבה *rebabbah*, immò & in plurali רכבות *rebaboth* *q*. Sed aliquando reddit Interpres *multitudinem*, ut *Revertere Domine ad multitudinem exercitus Iſrael* *r*. Sunt namque nomina iſta à רבב *rabah*, *multiplicavit*, & רב *rab*, *multus*, Ut propterea hìc etiam rectè Hieronymus expoſuerit, *innumerabilis*, qui præterea in Daniele *ſ* רכאות *ribbaoth*, *multa millia* vertit. Novatianus *t* legit, *Decies millies multiplicatus*, ideſt, inquit, numerus infinitus, immenſus. Apud eumdem Danielem *u* Chaldaicis vocabulis legitur, רכורכין *ribbo*, *ribian*, quod propriè eſſet, *Decem millia*, *decem millium*, quoniam ſingularis & pluralis eadem ſignificatio ut מאה *meah*, & אמת *meoth*, *centum*. Sic vero locum illum legit Dionyſius *x*, nempe *Decies mille dena millia*: & Auguſtinus *y*, idemque valet quod Tertullianus *z*, exprimit, *Millies centena millia*, nec non Juſtinus *a*. Sed Hieron. dixit *centena millia*. At in prioribus verbis ejuſdem Danielis, quod habemus, *Millia millium*, iſti iidem habent. *Decies centies centena millia*. Quo pacto major exprimeretur numerus miniſtrantium Angelorum, quam adſtantium; Ethos vero mitti ac miniſtrare, bene probat Ribera *b*, & diſputant Valquez *c*, atque Valentia *d*, quum ſecus tamen videatur nonnullis, ut nempe in ordinibus nobilioribus major ſit multitudo, ſive ſpecie differant omnes, ſive in eadem ſpecie plures numero reperiantur: & ita ſecundùm verſionem noſtram eſſe colligatur, ſicut & Dionyſius contendit.

Angelorum infinitus numerus.

Denique quod ad Angelos pertinet, eorum eſt infinitus quidam numerus, ut paſſim docent omnes, & indicat

Job

a Ezech 1. & 10 pſ. 79 2. & 98. 1.
b lib. 5 in Eſaiam. *c* in c. 66. Eſaiæ. *d* 4. Reg. 2. 11 *e* 4. Reg. 6. 17 *f* De Trinit. c. 8 apud Tertull.
g Cœl. Hierar c. 15.
h Hebr. 12. 22
f Apoc. 7. 9. *k* verſ. 5.
l Mat 11.
m 1. Cor. 6 10 *n* Rom. 12 12
o in Hab. 3. n. 50.
p 5. Conſtit. c 14.
q pſ. 90. 7.
r Deut 33. 2. *ſ* Catech. 14. *t* Serm. de Sacra. Domin. paſſ. *u* cap. 3 8. *x* in Gen. c 30 *y* Gen. 41. 43 Antiquus curruum uſus
Arcæ Dei forma. *z* Aſſ 8. 28. *a* 2. de Ker. Invent. c. 12. *b* 1. Reg 4. 21 & 2. 28.
a c. 14 Cœl. Hier. *y* 2. de Trin. cap. 18 *z* Contra Prax. c. 3 *a* Contr. Tryphon. *b* In c. 1. Ep ad Heb. n. 93 *c* P. P. Diſp. 144 *d* P. P. diſp 18. qu. 6

a *cap.* 25. 3.
b *Heb.* 12. 22.
c *Apoc.* 5. 11.
d *Matt.* 26.
e 4. *Reg.* 6. 16. 17.
f *De celest. hier. c.* 14.
g 17. *Moral. cap.* 9.
h 4. *Revel.* 9. 11.

Job *a*, Paulus *b*, Joannes *c*, Christus ipse *d*, & Eliæus *e*, ac diserte traditis, qui de Angelis exactissimè disserit Dionysius *f*, quem aliis omissis Gregorius *g*, imitatus: Numerus, inquit, supernorum civium infinitus est, & definitus exprimitur, ut qui Deo est numerabilis, esse hominibus innumerabilis demonstretur, Scribit S. Birgitta *h* revelatum pro unoquoque homine plusquam decem Angelos creatos esse. Ratio solet assignari, ut quemadmodum cœli magnitudine vincunt alia corpora, sic numero superent Angeli res omnes corporeas; tum etiam quia singulis hominibus assignati creduntur Angeli singuli, distinctique, & hi ex infimo ordine. Quocirca numeri hic expressi denotant sine certo numero multitudinem, quæ interdum etiam significatur per decem, vel centum, vel mille, tam à sacris, quam à profanis Auctoribus, qua de re præter alios, Bongus in opere de Mysteriis numerorum.

Millia lætantium.) Chaldæus, *Duo millia Angelorum ducunt eos.* Hebræus, שִׁנְאָן *schineam.* Hieronymus, *Abundantium*, & Curterius Interpres Procopii, dum hic *i* locum præsentem Græcè citat, *Exuberantium.* At Hervetus vertens Cyrillum *k*, eodem loco utentem: *Diligentium.* Pagninus, *Millia duplicata.* Vatablus, *Multa millia Angelorum.* Cajetanus jungendo cum præcedentibus: *Duæ myriades millium Angelorum.* Nonnulli *l*, *Millia diversa.* Quidam *m*, *Millia curruum falcatorum.* Alii apud Vatablum: *Milia secunditatis*: idest, quæ statuuntur secundo loco, vel acie. Rabbi Salomon, & Eugubinus: *Millia alternantium*, nempe Angelorum vicissim cantantium. Celebrari divinas laudes carmine à Cœlitibus, & Gentiles profitentur. Recitat ex Porphyrio Eugubinus oraculum, in quo id habetur. Platonem præterea, qui Jovem facit obambulantem in quadriga per cœlum, comitantibus eum Divis. Alternatio vero in cantu est apud Esaiam *n*: unde tradunt nonnulli *o*, Antiphonæ originem, significat enim antiphona vocem reciprocam, duobus choris alternatim psallentibus ordine commutatam quasi dicat *p* *De uno ad unum.* Sed & Ignatium fuerunt Angelos vidisse, audisseque Trinitatem alterna decantantes vice, ideoque formam illam ita canendi tradidisse Antiochenis, indeque per Orientem propagatam *p*. Vox Hebr. שְׁנָאן *schinean*, ut derivatur à שָׁנָה *schana*, vel שָׁנַן *schanah*, *mutavit*, *iteravit*, *duplicavit*, significat *duplicationem*, seu *duplionem*, vel *alternationem aut à* שִׁנָּן *schanam*, *acuit*, *currum falcatum.* Sed Rabbi Kimhi, & alii, ait esse genus quoddam Angelorum. Septuaginta vertunt, εὐθυγέ ντων, quos Hieronymus in interpretatione sua ex Hebræo sequi mihi videtur, potiùs quam textum Hebræum, dum ut dixi, reddit, *abundantium*, cui æquivalet, *exuberantium*, quo usum quoque Procopii translatorem Curterium, monui; est enim εὐθυγέω, *prospera fortuna succedo*, *utor*, *bona habeo*, *vigeo*, *exubero*, *gliscogaudio*, *hilariter vivo lætor.* Quum tam multa significet Græcum verbum, Interpretis nostri multo aptior videtur versio: nec enim de Angelis intelligendo stipantibus triumphantem Deũ in quadriga, prædicari quid melius potuit, quàm lætitia gestire, & lætis celebrare laudibus triumphum. Hoc quia vice faciunt alterna, indicavit Hebræa vox שְׁנָאן *schenean*, ut dixi, potiùs quam ordinem secundum, & aciem, aut duplum numerum, aut currus falcatos. Hieronymus non abluit à sensu, quoniam soli abundantes, & prosperè agentes, ac beati Angeli lætisunt, & Deo canunt encomia. Suspicari quoque possemus juxta unam notionem vocabuli ejusdem Hebræi pro duplicato, vertere Hieronymum voluisse, *abundantium*: nam *duplicia* dicit Scriptura pro *multis*, & copiosis, ut argentum *q*, vestes *r*, &c. Soli vero, ut modo dicebam abundantes beatitudine lætantur, & læta decantant.

i *In o. ult. Es.*
k *Ibid.*
l 10. *Thesaur. Ling. sancta*
m *ibid.*
n *cap.* 6. 2.
o *Isid.* 6. *etymol. c.* 19. & 1 *officio c* 7. *Alcum. de Div. off. c. de celebr. Miss. Raban.* 1. *de Inst. Cl. ric. c.* 23.
p *Georg. in* 8 *vita Chrys. Socr.* 6. *Hist. cap.* 8. *Tripar. l.* 10. *cap.* 9. Divinas laudes à cœlitibus carmine celebrari. *Nicephor.* 15. *Hist. c.* 8. *Valsset. De Rebus Eccl. c.* 28. *Radul. de Can. observ. prop.* 12. *Amalar.* 4. *offic. Eccl. c.* 8 Antiphonæ origenem unde trahant nonnulli. Ignatii visio & forma canendi ab eodem tradita Antiochenis.

Εὐθυνεῖν.

Duplicia pro multis.
q *Gen.* 43. 12
r *Prov.* 31. 21

Dominus in eis.) Chaldæus: *Majestas Domini quiescit super illos super montem Sinai in sanctitate*, nempe quiescit super millia lætantium Angelorum. Sedet enim super Cherubin, & unus ordo est Thronorum, quasi super eos sedeat Deus. Sed quidam, ut etiam Psalterium Vaticanum, & Ambrosianum, efficiunt unam sententiam cum sequentibus: *Dominus in illis in Sina in sancto aspendit in altum*: quasi sub typo montis sancti Sina, ubi lex data est in dispositione Angelorum *s*, denotetur ascensus Christi in cœlum, comitantibus Angelis. Alii, ut Genebrardus, supplendo (כ) *caph* similitudinis, explicant, quod idem Dominus est cum eis in sancto monte Sion, sicut olim fuit in monte Sinai, vel per asyntheton, quod Dominus cum eis in Sinai, & in sancto monte Sion: in utraque nimirum Ecclesia, tum vetere, quæ per *Sinai* adumbratur: tum nova, quæ per *Sion*, qui ideirco peculiariter vocatur *sanctus*: quamvis hoc etiam nomine appelletur à Petro *t*, is, in quo trasfiguratus est Christus *u*.

Act. 53.

In Sina.) Aliquando *Sinai*, ut superiùs, ubi Græcè erat Σινᾶ: hic autem est in Complutensibus Regiis, aliisque codicibus Σινᾶν, posito *y*, in fine, propter primam litteram vocalem sequentis dictionis ἐν. Sed in Bibliis emendatis habetur hic etiam Σινᾶ, Hebraicè semper mons dicuntur סִינַי *Sinai*, desertum verò סִין *sin*, quod erat circa montem. Latinus Interpres nomen hunc *Sina* vocat, nunc *Sinai*. Antea dixi, *Sina* סְנֶה *seneb*, *rebus*. Augustinus exponit *mandatum*, & *mensuram*.

Per *Sinai* vetus Ecclesia adumbrata per *Sion* nova t 2. Ep. 1. 18 u *Mat.* 17. 1. *& seq.*

In sancto.) Alii vertunt, *in sanctitate*. Primo modo est epithetum *Sion*, vel etiam *Sina* juxta nonnullos, sed melius illud: quod pertinet, ut sumatur pro templo, quod ibi erat. Secundo modo significat Deum aut demonstrasse sanctitatem suam in Sina, legem dando, cum tot signorum & prodigiorum apparatu: aut etiam significat eumdem illum montem Sion sanctum præter templum. Hoc secundum verius: sed adhuc ita, ut Ecclesiæ nostræ typus fuerit, quæ in Sion quoque coaluit, vel etiam cœli, ubi laudatur à Sanctis suis Deus.

Vers. 19.) Ascendisti in altum, cepisti captivitatem: accepisti dona In hominibus:
Etenim non credentes, inhabitare Dominum Deum.

HIc prænoneo quod antè potueram adversum sextum & decimum quintum, aliam esse versuum partitionem in officio Ecclesiasticæ, aliam in Biblia. In his habita ratio partitionis Hebraicè & Græcè. Illam non mihi constat quis primus instituerit. nam de partitione quæ in Bibliis est, testis Hieronymus *x* est, eam se vidisse in Hebraicis. Satis porro constat non pari dictionum numero versus constare, aut syllabarum, apud Hebræos, etiam in Psalmis: de quorum Psalmorum metro nil dum certi compertum puto: sicut constabant apud Græcos, Latinos. Nam verbi gratia, Augustinus *y*, ut versum unum citat, in quo sunt sex dictiones *z*: *Populus ejus, & oves pascuæ ejus:* duos, in quibus duodecim: *Quot a sunt dies servi tui, quando facies de persequentibus me judicium?* Tres, in quibus octodecim: *Laudent* b *nomen ejus in choro, in tympano, & psalterio psallant ei, quia beneplacitum est Domino in populo suo.* Hebræi profitentur se hac in re Traditionem sequi ab Esdra, virisque Synagogæ magnæ acceptam. Lege Sixtum *c*.

x *Præfat. in Par. & Esa.* Non pari dictionum numera aut syllabarum versus constãtes apud Hebræos De Psalmorum metronil dum certi, & compertum y *in secundo Scripto.*
z *ps.* 99. 3.
a *ps.* 118. 84.
b *ps.* 148. 3. 4
c 3 *Bibliothe. Methodo* 4. *de Partition.*

Jam vero versiculi præsentis sensus est, per Apostrophen ad Christum, ascendisse ipsum in cœlum cum triumpho, & Angelorum comitatu, sicut olim & in Sinai, & in Sion iisdem honorificè septus erat, quando ex humili Ægypto Dux ipse populi sui ascendit, captivos hostes Ægyptios, marique mergens: Suos verò illos Hebræos, antea velut Ægyptiorum captivos, deduxit, afficiens beneficio libertatis cum tot aliis mirificis donis, nec non cum direptis rebus Ægyptiorum *d*.

d *Ex.* 12. & 13 & 14.

Elias Cretensis *e* explicat de ascensu Christi in crucem, juxta illud *f*: *Quum exaltatus fuero à terra*, &c. quia tunc profligavit, delevitque hujus sæculi principem ab hujus tyrannide captivos abducens, & eumdem lancea crucis confodiens, atque opprimens. Idem habet Dorotheus *g*.

e *In orat.* 3. *Nazian.* n. 18
f *Joan.* 12. 32
g *Doctr.* 22.

Ascendisti in altum.] Complutenses, ac Regii Codices Græci, aliique ἀνέβης εἰς ὕψος. Quomodo etiam legit Augst. *h*, Ἀνέβη εἰς ὕψος, ᾐχμαλώτευσεν αἰχμαλωσίαν ἔδωκε δόματα τοῖς μοῖς Τῶν ἀνθρώπων: *Ascendit in altum, captivavit captivitatem, dedit dona filiis hominum.* Eodem fere modo Psalt: Arabicum Romæ editum. Hilarius: *In sancto ascendit in altum, cepit captivitatem*: Alias: *captivam cepit*, &c. *dedit dona hominibus*

h *in Triphonem.*

nibus. Sic verò Pſalterium Vatican. & Ambroſian. jungunt: *Inſancto aſcendens, captivam duxit captivitatem*, quod explicat Hilarius. Ut qui erat in Sina, idem aſcendit in ſancto, ideſt, in Chriſto, in quo fuit forma hominis, & vocatur *Sanctus* a, & ſeſe hominem ex mortuis revehens in cœleſtibus, accepit eos, qui à Diabolo erant capti, quos & ad pulchritudinem domus *ſpolia diviſit* b. In Epiſtola ad Epheſios c ſic eſt: *Aſcendens in altum, captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus*. Ad eumdem modum ſæpiùs legunt Patres in ſuis Tractat bus, & Sermonibus ut Ambroſius, Maximus, Gregor. qui Davidem citantes, utuntur tamen verbis prout ſunt apud Pſalm.

Aſcendiſti.) Sic Hebr. & Chald. in ſecunda perſona: tamen retuli ex Juſtino ἀνῆλθε, in tertia & ex Hilario, *aſcendit*, & ex Paulo, *aſcendens*, ἀναβάς, vel *aſcendendo*, vel *quum aſcendiſſet*, in tertia. Paulus ſcripſit potiùs ſenſum quam verba. Athanaſius d legit; *Aſcendens in altum, captivam duxiſti captivitatem*.

In altum.) Chaldaicè, לרקיעא *lirkihha*, *In firmamentum*. Rectè, propter aſcenſionem Chriſti, licèt ſuerit ultra firmamentum, uſque ad ultimum empyreum cœlum. Tertullianus e: *Aſcendit in ſublimitatem*, ideſt, inquit, in cœlum. Arnobius & Euthymius intelligunt etiam de cruce, tunc enim omnia *exaltatus traxit* f. Alii de aſcenſu ex Ægypto, quæ depreſſior erat: quddammodo de aſcenſu ſuper arcum triumphalem, hoc eſt, ſuper Arcam. Cui inſidere videbatur Deus, vel quod Deus in curru ſuo divino omnia inambulans, victoriam retulerit de hoſtibus profligatis, Rabbi Kimhi oppoſito prorſus modo exponit, *aſcenſum* iſtum denotare permiſſionem Dei, ut Hebræi abducerentur ab Ægyptiis, *accepta dona*, ablatam ab iiſdem beneficentiam ipſius. Cajetanus de Moſe, qui accepta captivitate, ideſt, reductis captivis Hebræis de Ægypto, aſcendit in altum montem Sina, ubi dona accepit divina in homine, & legem cum aliis prærogativis. Quæ ipſa typus dictæ aſcenſionis Chriſti in cœlum Vatablus, de officio vindicis, & de victoria contra hoſtes populi: hoc enim eſſe *aſcendere, captivo capere*, ideſt, facere, poſtea *accipere dona* in illis, ideſt, efficere, ut tributum pendant, vel ſpolia ipſa hoſtium recipere, dedentium ſe.

Cepiſti captivitatem.) שביתה *ſchabicha*, *Reverti feciſti*, vel, *Duxiſti captivitatem*. Auguſtinus, *Captivaſti captivitatem*. Alii. *Captivam cepiſti*, vel *duxiſti captivitatem*, vel, *Prædam prædatus es*. Septuaginta, & Paulus in tertia perſona, ᾐχμαλώτευσεν αἰχμαλωσίαν. Quod eſt, vel eos qui captivi erant, captivos reddere, ideſt, recuperare, ſibi & afferre, ut ex tyrannica ſervitute erepti, liberam Deo ſerviant, ſervitutem: vel, hoſtes ipſos debellare, & punire, ac velut in triumphum ducere. Utrumque contigit in liberatione populi de Ægypto, quia Ægyptii puniti ſunt, & Hebræi in libertatem filiorum Dei aſſerti. Sed & Chriſtus aſcendendo in cœlum, Patres qui detinebantur in limbo, reduxit, Dæmones vicit, ex eorum poteſtate viventes quoque peccatores eripuit. Hoc indicavit latiùs Paulus citata Epiſtola ad Epheſios, & docent Interpretes ejuidem ac præſentis loci, & quem dixi Athanaſius. Ambroſius g, autem, vel Maximus, & Gregorius h, & Auguſtinus i, humanam totam naturam, ac nominatim carnem, prout cœlis illata eſt per Chriſtum illuc aſcendentem, explicant dici *captivam captivitatem*: naturam enim humanam & Chriſti ipſius, prout ejus veram habebat rationem, per quamdam videlicet denominationem Diaboli priùs captivam, factam eſſe Chriſti captivam Deique, nec ut in aliis triumphis fit, præceſſiſſe ante triumphantem, ſed comitatam, immo evexiſſe quodammodo Chriſtum ipſum, ita ut ipſa captivitas portaretur, & portaret.

Tertullianus k, exponit mortem à Chriſto devictam, vel humanam ſervitutem vindicatam: vel arma ſuppeditata, & vincula, quibus quodammodo coſtringerentur peccata l. Ambroſius m, iterum triumphales evacuatæ mortis exuvias, quas Chriſtus revexit, ſimulque libertatem, qua nos ipſos hic donavit: quia enim injuria Diaboli, ſcilicet Chriſto illata in Paſſione, omnes amiſerat quos tenebat n, in ſe recurrentem captivam factam eſſe ipſam captivitatem, jam Belial addictam, de qua ſub nomine poteſtatis Chriſtus allocutus eſt Paulum o, ſed Chriſto, cui ſervire libertas eſt: *Qui enim in Domino vocatus eſt ſervus, libertus eſt Domini*. Hieronymus p genus humanum ait, totum captivum ante à Diabolo, & Dæmonibus, reductum à Chriſto, illud reſtituendo & donando ſibi ipſi, ac liberum reddendo, hacque ratione dando dona q: ſed & ſimul tunc *captivam* dici *captivitatem* alia meliore captivitate, nimirum ſub Deo: & quodammodo eſt *capta captivitas*, inquit r, reducendo in excelſum, qui antè capti fuerant in perditionem, dum perſecundam captivitatem, qui priùs capti fuerant, liberantur. Hinc fieri notat, ut vocemur *hæreditas*, & *ſors Dei*, quoniam de alia poteſtate tranſmigramus ad aliam, de permiſſa vel uſurpata Dæmonum, ad propriam Dei. Auctor Operis Imperfecti in Matthæum, * confirmat illa ſimilitudine *fortis armati*, quem fortior vicit ſ, & *diripit vaſa ejus*. Sic enim *captivos* dici impios quantum ad Diabolum, poſtea quantum ad Chriſtum. Juſtinus t *duci captivitatem* intelligit liberari, & quidem ab errore. Gloriosè vocare ſe Paulus ſolet *vinctum Jeſu Chriſti*, tametſi loquatur de vinculis externis, multo magis de internis intelligens ob beneficia, quibus erat illi devinctus. Familiari ſermone uſurpamus nos *vinctos* cuipiam, *obligatos*, *devinctos*, *mancipia*, &c. cujus videlicet magna ſunt in nos promerita.

Itaque ſenſus eſſe poſſet, Chriſtum, quando aſcendit, licèt abeſſet corpore, omnes tamen ſibi devinctos reliquiſſe, & omnium ſecum corda dulcibus ligata funiculis traxiſſe. Teſtimonio fuit gaudium, quod mox ab ejus aſcenſione ſenſerunt, juge in pia opera ſtudium, & quod attinet ad Chriſtum; brevi ad eos miſſum Spirirus ſancti donum. Sed una jungi debent, quæ dixi, cum citatis Auctoribus de recuperata à Chriſto & evecta in cœlum natura noſtra, dando jus cunctis aſcendendi, quo aſcendebat propria ipſius Humanitas: præterea proprio quodam tunc modo, quum aſcenderet, reſtituta ſpiritualis libertas, & nova impoſita collo noſtro catena jugumque novum divinæ ſervitutis. Legendus etiam Auguſt. u, alibi, & Ambr. x, Leo y, Proſper z. Concilium vero Conſtantinopolitanum ſub Agathone Papa a, *captivitatem* iſtam interpretatur de captivitatis tyranno, quaſi velit intelligere diabolum à Chriſto triumphatum. Epiſcopi præterea quinque ſcribentes ad Innocentium Papam Primum; hinc argumentantur quod non ſolùm naturæ donum ſed etiam gratia eſt per Chriſtum. Item Concilium Arauſicanum b colligit, quod inde habet quicumque aliquid habet.

Captivitatem.) *Captivos*. Sic in Deuteronomio c, ubi eſt: *Captivoſque duxeris, & videris in numero captivorum mulierem pulchram*, Hebrææ, & Septuaginta, habent, *Captivaveris captivitatem*: & 2. Paralipomenon d, *Reducite captivos quos adduxiſtis de fratribus veſtris*. In aliis editionibus, *Reducite captivitatem, quam captivam duxiſtis*.

Accepiſti dona in hominibus.) Omiſſa interpretatione, ut *accipere* ſit auferre, (לקח *lakach* enim eſt quoque *prædari*) ſive cum Rabbi Kimhi ab Hebræis ipſis, permiſſis ire in captivitatem Babylonicam, ſive à Diabolo qui privatus eſt captivis quos tenebat, & donis ſive ſpoliis: vel cum Cajetano, de lege, quam Moſes accepit: quoniam Paulus *accipere* intellexit dare. Variam iſtam lectionem, ut inquam pro *accipere* ſit dare, ſic Auguſtinus componit hic & alibi e, ut quæ Paulus dediſſe dicit Chriſtum dona, dixerit David accepiſſe: illud, quatenus auctor erat donorum, ut Deus, & caput noſtrum: hoc, prout eſt in membris ſuis, ſicque accepiſſe in terra, dediſſe de cœlo. Plures alii volunt accepiſſe Humanitatem noſtram, & animas limbi, dediſſe Spiritum ſanctum. Theodoretus, ac Euthymius, accepiſſe, & accipere ſolere ab accedentibus, fidem, & gratiarum actionem, dare multiplicia charismatum dona. Quamquam & *fidem donum Dei* eſt f. Theophylactus g, dare ſua dona, accipere miniſterium, & opera. Hieronymus h, quæ acceperat à Patre priùs, completa aſcenſione dediſſe. Alii ſtatim ut miſit, deditque Spiritum ſanctum, accepiſſet tot millia hominum, quæ convertit Petrus i. Favet Hilarius loquens de Gentibus, juxta illud k; *Dabo tibi Gentes*, &c. Janſenius, ſignificari à Paulo, quod Deus non accipit dona ab hominibus,

a Luc. 1. 35. c 4. 34.

b Luc. 8. 22. c c. 4. 8.

d q. 1. 14. ad Antiochum.

e 5. Contra Marc. c. 14. f Ioan. 12.

g Ser. in feria 2. Pentec. h Hom. 29. in Evang. i Tr. 4. Tract. de eſſen. Divinitatis

k 5. Contra Marcionem, cap. 8. Tertulliani & aliorum expoſitio. l ibid. c. 18. m l. de Spiritu ſanct. c. 5. n Act. 26. 18

o 1. Cor. 7. 22 pin c. 53. Eſ.

q Item in c. 32. Ezech. & in c. 2. Mich. & in c. Nahum.

r in c. 1. Ep. ad Epheſ.

* Hom. 20. ſ Luc. 11. 21. 22.

t In Typhonem.

u Ser. 185. de tempore. x hom. 62. y ſerm. 2. de Pentec. z 3. par. de prad. a c. 31. Non ſolum naturæ donum, ſed etiam gratiæ eſſe per Chriſtum argumentatio. b Act. 8. c. 15 c c. 22. 10. d c. 28. 11.

e 15. de Trinitate, c. 29.

f Eph 2. 18. g In c. 4. ep. ad Eph h ibid.

i Act. 2. & 4 Pſ. 3. 8.

bus, nisi sua prius det; atque ita hic dici Deum *cepisse captivitatem*, quia sibi devinxit homines, efficiendo, & dando ut se sponte illi traderent, quod est accipere, quia dedit.

Placet mihi cum Genebrardo Jansenius, qui Campensem citat, accipere ut des, idem esse, ac dare: Christum vero postquam ascendit, accepisse Spiritum S. à Patre, ut mitteret. Paraphrasis Chaldæa sic exposuit verbum *accipiendi*, namque reddit, *Deuisti verba legis, dediſti dona* יהבת *jehabiha*, &c. *filiis hominum*. Aliis res eadem confirmari potest exemplis: ut, *Loquere ad filios Israel, ut accipiant mihi primitiva* a, &, *Accipe* b *mihi parum aquæ*, juxta editionem Hebræam, & LXX. cum legamus, *da*. Interpres præterea pro לקח *lekach*, ponit *donum*, & LXX. δῶρον c. *Donum bonum tribuam vobis, legem meam ne derelinquatis*.

a Exod. 25. 2
b 3. Reg. 17. 10.
c Prov. 4. 2.

Dona.) Tertullianus d legit *Data* & interpretatur Donativa, atque charismata, Ambrosius e, eodem pacto. Rationem quoque dat, quia sicut *Filius datus est* f, ita & gratia spiritualis, ipseque *Spiritus sanctus* g, Patres qui tractant hunc psalmum, vel epistolæ caput quartum ad Ephesios, vel Sermones, scribunt de Pentecoste, & Ascensione, colligunt ex hoc loco ascensionem Christi, & missionem Spiritus sancti in Pentecoste, deinceptque, nec non Tertullianus h, Ruffinus i, Prosper k, Justinus l, & alii: quæ dona in morem aliorum triumphantium summa misericordia munificentia. Quidni? hoc enim facit dicta epistola Paulus, ut, quod sum psalmi præfatus initio, debeat iste recipi tamquam ab Spiritu sancto intentus sensus. Licet vero Spiritus Sancti prius dona communicata essent, etiam Patribus Legis veteris; attamen nec ita copiosè, nec visibiliter, nec adhuc adeo innotuerat illorum ipsorum quæ antea data fuerant auctorem ac fontem fuisse Christum per sua merita. Justinus quidem Esaiam interpretatur prædicentem, requieturum fuisse septemplicem illum Spiritum super Christum, non quasi egeret, sed quia Judæis non erat in posterum concedendus, sed ab ipso postea Discipulis suis. Verum non acquiesco Justino in eo, scilicet quod ut gratis data dona usurpans, ait Sapientiæ Spiritum in Salomone fuisse: intellectus, & consilii in Daniele: fortitudinis, & pietatis in Mose: timoris in Elia cognitionis in Esaia: Sed ita modo per partes non omnia, sed singula ex his dumtaxat à Deo tribui. Nam communis nunc opinio Scholasticorum habet, hujusmodi dona Justorum omnium esse, simulque dari cum gratia sanctificante, nec numeranda inter illa quæ propriè vocantur *gratis data*, possuntque in peccatoribus reperiri.

d 5. contra Marcio. c. 8.
e 1. de Spir. S. c. 5.
f Esa. 9. 6.
g Rom. 5. 5.

Ascensio Christi & missio Spiritus S. in Pentecoste, ex hoc loco illecta,
h 9. contra Marc. 8. 8
i In Symbolum.
k 2. De Promiss. c. 31.
l Contra Tryphonem.

Loci Esaiæ Intrepretatio.

In hominibus.) Qui legunt *dedit*, detrahunt præpositionem, sicut & Paulus. Psalterium Ambrosianum legit, *in homines*, quasi diceret, (*Accepisti mittenda in homines*) quod confirmat præcedentem expositionem verbi *accipiendi* pro verbo *dandi*. Hebraicè est באדם *baadam*. Felix, & Cajetanus, *in Adam*: Pagninus, *in homine*, & putat Eugubinus haberi respectum ad Adamum, cujus divina dona in posteros quoque transfundenda Diabolus diripuerat, sed Christus restituit. Tertullianus m *in filiis hominum*: eodemque modo Justinus n. Eleganter, inquit Tertullianus, ait, *filiis hominum*, non passim hominibus, nos ostendens filios hominum, idest verè hominum Apostolorum. Probat id autem verbis Pauli dicentis o, *In Evangelio ego vos genera vi*, & p, *Filii mei, quos parturio rursus*. Et Hieronymi tamen canon est, *filios hominum* numero isto plurali Scripturas in deteriorem partem usurpare: licet id minimè perpetuum esse, alibi docuerim q.

m 5. contra Marc. c. 8.
n Con. Tryp.
o 1. Cor. 4. 15
p Gal. 4. 19.
Filii hominum in deteriorē partem sic dicti sæpe.
q Act. 7. 55.
r Vt ps. 10. 4. ps. 11. 2.

Non videtur mihi אדם *adam*, hoc loco proprium, sed appellativum nomen, sicut & alias non raro, ubi pariter plurali numero redditur r, hujusque rei punctum longum sub littera (ב) *beth*, indicium est, ponitur enim ad denotandum litteram (ה) *he*, demonstrativam, quæ propriis præponi nominib. non debet. Porro præpositio *in*, quandoque valet *propter*, aut *pro*, ut, *Salvum facere in misericordia* s, significat propter misericordiam. Eodem modo *erubescere in aliquot* t, *dispergere aliquem in malitia ipsius* u, *humiliari in iniquitatibus suis* x, *laudare Deum in re aliqua* y, &c.

In loco propter, aut pro.
s ps. 30. 17.
t ps. 68. 7.
u ps. 92. 13.
x ps. 105. 43.
y Luc. 2. 2. Sensus loci.

Etenim non credentes inhabitare Dominum Deum.) Etiam facies vi donorum tuorum, ut maximè pervi- Acaces & increduli, ad te, qui Dominus Deus es, accedant: tecum & in Ecclesia tua habitent, tuque in ipsis: tui sint, qui minimè credere volebant te hominem, Deumque humanam in cœlum naturam evexisse: aut hic quoque eam assumsisse, & cum hominibus habitasse, qui desperabant, ac nolebant quidem, in Ecclesia tua habitare. Hac, inquam, ratione captivitatem maximè accipies, & ab hac sic devicta sumes dona, dum se ipse dedent, & sua sic dona offerent. Ad hunc modum Hilarius, Hieronymus, Augustinus, Euthymius, Theodoretus, Jansenius, Genebrardus, & alii. Et refert Theodoretus Aquilæ clariorem versionem, Καιπερ ἀπειθεῖς τὸ κατασκηνῶσαι, *etiam rebelles*, sive *incredulos & diffidentes ad inhabitandum*, nempe, vel ut in ipsis inhabitares, vel ut ipsi in te, & Ecclesia tua. Non respexisti, ait exponens Theodoretus, in antiquam eorum perfidiam, verum & repugnantes videns, perseveraſti eos beneficiis afficere, donec ipsos propriam habitationem efficeres. Hieronymus vertit, *Insuper & non credentes inhabitare Dominum Deum*. Scribens vero Suniæ, & Fretelæ z de Psalterii totius emendatis locis, docet quod illæ se legisse dicebant Latinè: *Etenim non credunt inhabitare Dominum*, & Græcè: Καὶ γὲρ ἀπειθοῦσι τὸ κατασκηνῶσαι: *Etenim non credentes inhabitare*: utrumque falsum esse: se vero transtuliſſe, *Etenim non credentes inhabitare Dominum*, nempe, ut arbitror ex LXX. editione, quam emendaverat & nunc tamen sic habet, nisi quod desunt, *Dominum Deum*: ut hic, inquit, sensus pendeat ex superioribus: *Ascendisti in altum, cœpisti captivitatem, accepisti dona in hominibus, & eos qui non credunt Deum inhabitare posse mortalibus*. Favet nonnihil Chaldæus: *At super rebelles proselytos, qui reverteruntur ad legem, quiescit majestas gloriæ Domini*. Hebraizantes a quoque juvant eumdem sensum, dum explicant Deum non tantùm potitum victoria contra dedititios, accipiendo ab illis munera, sed etiam rebelles domuisse, ut cognoscerent vel Hebræi, sese habituros fuisse fixum in Sion domicilium, firmamque protectionem in Deo, vel ipsimet eorum adversarii malo id suo experirentur. Cajetanus exponit inter dona quæ Moses acceperit, hoc unum fuisse, ut cognosceret Deum inter Hebræos toties rebellantes habitare.

z Ep. 135.

a Vatablus

Etenim. אך *veaph*, Lege versum 17. & 9. significat *certe, etiam*, &c.

Non credentes.) In accusativo casu, si referatur ad verbum *accepisti*, & in Complutensibus, ac Regiis est ἀπειθοῦντα. In emendatis est nominativus ἀπειθοῦντες. Tunc sensus erit: Etiam illi, qui sunt increduli, inobedientes, rebelles, desperati, supple (ad te pertinebunt,) & inhabitabunt, vel pertinebunt ad te, qui non credunt, quod habites cum hominibus homo factus, aut detrectant habitare cum tuis in eadem Ecclesia. Item per epiphonema: Et erunt adhuc qui non credant, qui desperent, &c. post tot dona Spiritus sancti missa in Ecclesiam. In accusativo sensus esset: *Accepisti* etiam *pro hominibus*, idest, pro Ecclesia tua potissimùm, obstinatorum hominum genus. De Hebraico סוררים *sorerim*, versu 7. ubi *exasperantes* Interpres vocavit, & LXX. παραπικραίνοντας, hic autem ἀπειθοῦντας.

Inhabitare Dominum Deum.) Cœpisti etiam rebelles illos, ut jam inhabitet, vel inhabitaret in eis Deus, & cum eis: vel ut ipsi Deum sive cum Deo. Aut: *Accepisti captivitatem, & dona*, &c. ita ut inhabitaret quoque Deus, *non credentes*, non solum Judæos aliqua ratione dispositos, sed Gentiles adhuc magis remotos à cognitione, cultuque Dei, לשכן *lischchon*, τὸ κατασκηνῶσαι, *ad habitandum*.

Dominum Deum.) Desiderantur in quibusdam codicibus Latinis, & in editione Græca, nec legunt Hilarius, & Augustinus, sed expressit Chaldæa paraphrasis, & suppleri debet in Græca. Hebraicè sunt duo nomina, אלהים *jah elohim*, quibus antè docui b denotari Deum incarnatum.

b vers. 4.

vers.

Verſ. 20.) Benedictus Dominus die quotidie: proſperum iter faciet nobis Deus ſalutarium noſtrorum.

Senſus loci. EPiphonema gratulabundum Deo pro narratis ſuprà beneficiis, quibus ſiat, ut ſit certus David futurum, ut proſperè ſuccedant cuncta eodem protegente Deo, qui ſalutis omnis Auctor eſt.

Benedictus Dominus.) Κύριος ὁ Θεὸς εὐλογητός, εὐλογητὸς Κύριος, *Dominum Deus benedictus, benedictus Dominus.* Videntur prima tria verba redundare, & duo priora ponenda fuiſſe in caſu obliquo, ac referenda ad præcedentem verſum, ubi dixi deeſſe, Græcè quæ Latinè legimus, *Dominum Deum*. In Pſalterio Vaticano poſt, *inhabitare*, legitur novo quodam principio: *Dominus Deus benedictus, benedictus Dominus*. Hieronymus, in illa Epiſtola ad Suniam, & Fretelam *a*, melius ait legi, ut nunc Latinè legimus: *Benedictus Dominus* vel *Deus*, Idem eſt ac, Benedicatur, aut laudetur: aut dignus eſt quem benedicant omnes, laudentque. Benedictus Deus à creatura, quum hæc illum laudat, & bene optat, creatura creaturæ benedicit pariter his modis, & beneficio afficiendo: Deus creaturæ, ultimo iſto præſertim.

a Ep. 135.

Die quotidie.) Ἡμέραν καθ' ἡμέραν. (Sufficere poterat ſecundum, tum Græcè, tum Latinè. In Pſalterio Vaticano, & Ambroſiano: *De die in diem*, quo item pacto legit Hilarius, & Auguſtinus, magis tamen probans lectionem noſtram. Hieronymus: *Per ſingulos dies*: licèt ex Græco retineat lectionem noſtram citata ſæpius Epiſtola. Hebraicè eſt יום יום *iom iom*. Hilarius ait indicari æternitatem Chriſti veri Dei, licèt natus, paſſus,

Proſperum iter faciet nobis.) In Complutenſibus, & Regiis Bibliis eſt Græcè, κατευοδῶσαι, vel infinitivi modi vocis activæ Aoriſtus primus; & ſenſus eſſet: Benedictus ſit Dominus, ut proſperum iter faciat: vel κατευοδῶσαι imperativi modi mediæ vocis Aoriſtus item primus, & ſenſus eſſet: Proſperum iter faciat, In emendatis legitur: Καὶ κατευοδώσει ἡμῖν, &c. *Et proſperum iter faciet nobis*, atque ſic legunt Patres, quamvis abſque conjunctione, &, nempe in futuro. Facilis fuit permutatio in κατευοδῶσαι, & κατευοδώσῃ, *Laudans invocabo Dominum*. ait alias *b* David, *& ab inimicis meis ſalvus ero*. Hebraicè in hujus noſtri pſalmi verſu iſto eſt, יעמס *jahhamas*. Hieronymus vertit, *portabis nos*. Pagninus: *Imponet in onus nobis Deus ſalutem noſtram*. Vatablus, & alii: *Qui nos quotidie cumulat* (beneficiis) vel *confert*, ſive *portat*, & *apportat nobis bona*, vel *onerat nos donis*, aut *onerabit*, aut *oneret*. Felix: *Aggravabit nos Deus ſalute noſtra*. Cajetanus: *Onerabit Deus ſalutem noſtram*. Senſus erit, quod Deus onerabit nos, ideſt, accumulabit beneficia, ille, inquam, qui eſt ſalus noſtra: vel quod onerabit nos ſalute noſtra, ſeu ſalutem nobis, quia variis modis eam procurabit, aut inde ſequetur, ut major à nobis exigatur ratio, majusque ſit in nobis gratitudinis onus, ut eo magis ei pareamus, &c. Hoc forſan voluit Chaldæus: *Qui ſingulis diebus onerat nos, addens nobis præcepta ſuper præcepta*.

b Pſ. 17. 4.

Hæc omnia verè, ac rectè, dum modo accommodatè ad noſtram verſionem. *Proſperum iter facere* cenſetur inter alia, & expeditum, qui removet impedimenta, & nobis, ideſt, in gratiam noſtri portat onera noſtra, & ſarcinas, ac nos ipſos imponit jumento, aut vehiculo, aut ſuiſmet etiam humeris. Hoc à Deo Propheta expectat, & ſibi de Deo pollicetur ſive futuro tempore, ſive imperativo. In Deuteronomio *c* dicitur Deus populum *circumduxiſſe, cuſtodiviſſe, ut pupillam oculi ſuper eum volitaſſe, aſſumſiſſe, portaſſe in humeris, dux fuiſſe*. In nova lege *jugum* eſt *ſuave*, & *onus leve d*, quia idem nobis cum ſubit Chriſtus, & uberiore gratia, juvamur, ut non nos, ſed *gratia Dei nobiſcum e*, peculiari modo magis, quàm in vetere, operetur: ſed in eadem quoque à nobis, quibus *plus datum* eſt, *plus requiritur*, & *petitur f*. Idcirco vocantur Dei dona *munera*, & *talenta h*, à pondere, & onere gratitudinis, &c.

c Deut. 32. 10. 11. 12. d Mat. 11. 30

e 1. Cor. 15. 10. f Luc. 12. 48 g Infra 19. 13. h Mat. 25. 15 i in Piſonem k Eſa. 46. 4.

Vulgo etiam dicitur quis *obrui beneficiis*, & Cicero *i*, ait quorumdam *mentem oppreſſam præmio, linguam aſtrictam mercede. Ego faci*, ait Deus *k*, *& ego feram, ego portabo, & ſalvabo, uſque ad ſenectam, & uſque ad canos*; hoc eſt quod hic dicitur, *die quotidie & ſemper*.

Deus ſalutarium noſtrorum.) ישועתנו *jaſchuhhathenu*, *ſalutis noſtræ*, vel juxta aliam interpretationem ex priore verbo Hebræo: *Portabit nobis Deus ſalutem noſtram*, aut *Jeſum Salvatorum noſtrum*, reſpiciens ſemper in faciem ejus, nobis benefaciens propter ipſum; dirigens omne iter vitæ noſtræ in viam pacis. Nec audio tamen Eugubinum reprehendentem Hieronymi verſionem, qua dixit, *Portabit nos Deus ſalutis noſtra*, & LXX. dum ſic habent ut nos. Nam *ſalutaria* in plurali σωτήρια, quibus LXX. utuntur, ſignificant omnia bonorum genera pertinentia ad ſalutem. Videtur etiam clarior ſententia, ut dicatur *portare nos Deus*, qui eſt Deus ſalutis noſtræ, quam portare nobis ſalutem. Nec ignoraſſe Eugebinum arbitror, licèt id præ ſe ferat (ל) *lamed*, cum ſceva denotare dativum caſum, ſed etiam aliquando gentivum, & accuſativum. Caldæus hæc ſalutaria, & ſalutem, ut à Deo eſt, expreſſit dicendo: *Fortis qui eſt Redemptor noſter, & robur noſtrum*. Sed & ſequenti verſu magis adhuc declaratur. Affinia ſunt *ſalvare*, & *proſperare*, Sic alio Pſalmo *l*: *O Domine ſalvum me fac, ò Domine bene proſperare*: τῷ Κύριε σῶσόν με, καὶ ὦ Κύριε εὐόδωσον δή. Lege quæ dixi ad epiſtolam tertiam Joannis *m*. Porro hic iterum Hebraicè eſt סלה *ſelah*, Græcè διάψαλμα. Lege verſum octavum.

Hieronymi verſio ab Eugubino reprehenſa

Salutaria quæ ſint.

B

l Pſ. 117. 25.

m *verſ.* 2.

Verſ. 21.) Deus noſter, Deus ſalvos faciendi: & Domini Domini exitus mortis.

ID circo à Deo ſalus petitur, & expectatur, quia ſolus eam conferre poteſt, & *vana ſalus hominis n*: ſolus effugia mortis, ac periculorum ejus concedere, vel hoſtes in ea conjicere valet. Non *ultionum* ſemper *Deus*, & *Dominus* eſt *o*, ſed ſalvationum, & conſervationum, & illas ipſas ultiones, ac exitus, ideſt, modos varios mortis, nimirum inferendæ, uſurpat Deus contra ſuos, noſtroſque adverſarios. Habet claves vitæ *mortiſque p*: occidit, & vivificat; *Videte q*, inquit ipſe, *quod ego ſum ſolus, & non ſit alius Deus præter me; ego occidam, & ego vivere faciam*, (homo, & Diabolus primum poteſt, non ſecundum.) *percutiam, & ego ſanabo*. Denique, *Domini eſt ſalus, & ſuper populum ſuum benedictio r*.

n Pſ. 59. 13.

o Pſ. 93. 1.

p Apoc. 1. 18 q 1. Reg. 2. 6. Deut. 2. 9.

Patres porrò, *Domini* dicunt eſſe *exitus mortis*, quia mortem Chriſtus devicit, tùm primam corporis noſtri, tùm ſecundam damnationis & inferni. Nam *moriendo mortem noſtram deſtruxit ſ*, reſurrectionis, nobis aditum & beatitudinis reſeravit, *confregit portas æreas, vectesque ferreos contrivit*. Addit poteſt animæ mors, ex qua mortes aliæ, & quam peccatum intulit: hoc enim peccatum ſua quoque Chriſtus morte deſtruxit. Unius Chriſti eſt *exitus mortis*, inquit Hilarius, ceteris qui veniunt in vitam, ingreſſus in mortem eſt: ille naturæ noſtræ corruptionem in gloriam cœleſtem poſt exitus mortis extulit. Auguſtinus ait conſolationem contineri, ne quis queratur ſe mori, ſi verum ſit à Domino præſtitam ſalutem, quoniam & Dominus ipſo nullo peccato debitor mortis, mortis exitum ſubire voluit.

r Pſ. 3. 9. Ut dicatur Domini *exitus mortis*.

ſ Eccleſia in præfatione de Reſurrect. Dom.

t Pſ. 106. 16

Venire in vitam, ingreſſus in mortem eſt Conſolatio, ſi quis quæritur ſe morti obnoxium.

Deus noſter.) לנו *lanu*, nobis, nimirum eſt.

Deus ſalvos faciendi.) למושות *lemoſchahhoth*, *vel ſalutes*, ſive *ſalvationes*. Chalduus, *Deus noſtra fortitudo, & redemptio*.

Et Domini Domini.) Hebr. quoque ſunt duo nomina, וליהוה ארן *velehovih Adonai*, Græcè Κυρίῳ, Κυρίε. Hieronymus, *Domini Dei*. Pſalterium Vaticanum legit ſemel tantùm, & Hilarius, & Auguſtinus. Lyranus monet non eſſe negationem, ſed primum eſſe nomen puræ ſubſtantiæ divinæ, ſecundum cum reſpectu dominii ad creaturam. At Hieronymus inverſo tranſtulit ordine. Emphaſin arbitror repetitione denotari, & quid maximè proprium Deo, ſive ſit eadem duplicis nominis repetitio, ſive eadem ſignificatio. Parum etiam refert, an quis cum Pagnino vertat *Domino*, pro *Domini*, quum ut (ל) *lamed*, utique caſui ſerviat, & idem ſit dicere *Domini ſunt*, & *Domino ſunt*.

Exitus mortis.] Hebr. למות תוצאות *lamuaveth thotſaoth*, *Ad mortem ſunt axitus*, vel *mortis*, ἀ διεξόδου τοῦ θανάτου. Chaldæus. *Et à conſpectu Domini concertant in*

impios mors, & *exitus animæ in suffocationem*. Videtur Ἔξοδος . διεξόδους intellexisse de modis interficiendi, & Ægyptios notasse suffocatos aquis maris *a*. Et hæc pars etiam est muneris Salvatoris tollere adversarios de medio. Sed & illa alia, ut liberet à periculis mortis etiam magnis: multo magis à communibus tùm mortis, tùm aliarum rerum.

a Exod. 14. 27. 28.

Tertia erit acceptio de simplici morte, quam, ut antè cum Augustino dixi, Christus ipse sustinuit, ut ejus exemplo mortem patienter toleremus, nec ideo putemus non contingere salutem, quod mortales simus, & moriamur. Hinc, ut apertissimo testimonio probat Augustinus *b*, mortem ac resurrectionem Christi: qui dicatur *Deus salvos faciendi*, juxta notionem nominis JESUS *c*, nec alios habuerit exitus de hac vita, quàm mortis, ut moriendo salvaret. Sed mirando, inquit, dictum est, *& Domini*: tamquam diceretur: Talis est vita mortalium, ut nec ipse Dominus aliter ab illa exiret, nisi per mortem. Isidorus probans hinc verè mortuum Christum, legit versum totum: *Deus noster, Deus salvos faciet nos, & Domini mors, & Domini exitus*,

Mortis ac resurrectionis Christi apertum testimonium.

b 17. de Civ. Dei, c. 18.

c Matth. 1, 21.

Vers. 22.) Verumtamen DEUS confringet capita inimicorum suorum: verticem capilli perambulantium in delictis suis.

Scopus loci.

ETHIC alter effectus Salvatoris Dei, qui ut suos reddat securos, inimicorum confringat caput, & vel summum capillum in suis peccatis obfirmatorum. Tales Judæi, talia & Tyrannorum Ecclesiam persequentium imperia: tales ipsimet Dæmones. Cajet. exponit de punitis in deserto Hebræis rebellibus, non omnibus, qui comparari possunt cum crinibus totis expansis, sed iis, qui erant ceu capita, & verticis crines, videlicet recensiti ab annis viginti, & supra.

Verumtamen.] Πλὴν, אך *ach*, hoc Hebræum vocabulum exponit Eugubinus: *Tantùm*, & *solùm*: ut solus intelligatur Deus esse, qui hoc possit quod dicitur. At certum est id quoque significare, quod Græcè & Latinè habetur.

Confringet. Συνθλάσει, Hilarius, &c. Augustinus *d*, *conquassabit*, nec non Paulinus *e*. Hebr. ימחץ *jimchats*, quod verbum significat *transfodere*, *transfigere*, *fauciare*, *vulnerare*, *cruentare*, *inficere sanguine*, & habetur etiam versu 24. sed Græcum valet *contundere*, *elidere*: & videtur onomatopœicum à sono. In Psalm. 109. *f*, illis verbis. *Conquassabit capita in terra multorum*, est utrisque linguæ idem verbum.

d Hic, & Ep. 59.

e Epist. 58. apud Aug.

f vers. 6.

Capita.) Hebraicè ראש *rosch*, in singulari, sed uniuscujusque caput, sicut & citato 109. Psalmo. Lethale capitis vulnus est.

Verticem capilli.) Partem summam capitis, in qua dividuntur capilli, & dispescuntur hinc ad dexteram, hinc ad sinistram. Symmachus, κορυφὴν ἐντρίχου ἐν αἰσθήσεσι μένων ἐν ταῖς πλημμελείαις, *verticem capillatum voluntantium se in delictis suis*. Significat crinitum, capillatum, cirratum, cincinnatum, hirsutum, qualis latro impiusve solet esse. Et Diabolus vocatur *pilosus*, שעיר *schahhir* g, & *Faunus*, *Satyrus*. Hilarius Dæmonum exprimi vult malitiam tantam, vel insistendi quadam levitate, vel potestate dominandi, & per momenta in orbe commeandi, ut perambulent super capita hominum, qui vix ipsos quoque sentiant, ut sunt sine sensu capilli. Hieronymus præterea hos *inimicos* vocat Dæmones, & de his accipit quod est alio Psalmo *h*: *Tu confregisti capita draconis in aquis*, quia quot peccata, tot Diaboli capita: & *verticem capilli confringi*, quoniam nec minimum remaneat in Diabolum quod non frangatur. Theodoretus item de Dæmonibus intelligit, quos confregerit Christum, quum ii adeò diligenter inquirant hominum peccata, ut nec capillum quidem, i. e. nec minimum peccatum despiciant, & in Christo quidem etiam quæsiviſse, at nil reperisse *i*. Euthymius hoc approbat: additque significatum dominium, quod habent Dæmones in peccatores, eorum calcando capita, & comam. Augustinus accipit ipsosmet homines, sed nimis se de malitia sua extollentes, & superbientes

Diabolus *pilosus* dictus.

g Esa. 13. 21. 34. 14. Dæmonum malitia.

h Ps. 73. 13. 14. Quot peccata, tot diaboli capita.

i Joan 14. 30

in delictis suis: tùm qui crucifixo illudebant Christo, tum qui adversus doctrinam ejus extollebant se, atque tamquam mortem hominis irridebant *k*. Istorum autem *capita conquassari*, & *confringi*, dicit, quum à superbia dejiciuntur, sive humilitate correcti, sive in ima Tartari abrepti.

k Matth. 27 40. & seq.

Idem Doctor *l*, Paulino respondens quærenti *m*, quid esset *verticem capilli perambulare in delictis*, quum sit capillus sine sensu, cur non potiùs dixerit Propheta verticem capitis; & an ea phrasi repletum peccatis hominem voluerit ostendere; ait significari superbiam nimiam sese extollentium in delictis: quasi per hyperbolem *capilli verticem perambulando* calcaret. Sed tamen & illa non displicet, quam objiciendo Paulinus proposuit, ratio, ut denotetur maxima malitia, quæ omnia repleat, omnia inficiat, etiam capilli verticem, & summum crinem, &, ut alibi dicitur *n*, *ascendat semper*. Chrysologus *o*, ait Magdalenam capillis capitis sui terrisse Christi pedes *p*, ut juxta Psalmistam, verticem capilli, ex quo ambulaverat in delictis suis in sanctitatem tali verteret servitute. Rursus diserens *q*, de muliere inclinata quæ omnino non poterat sursum respicere, propter spiritum infirmitatis & Satanæ vexationem *r*, docentque pondus peccati gravitatemque super quodvis aliud onus *s*, designasse, ideoque, & publicanum *oculos ad cœlum levare* nequivisse *t*, dicit, quòd hoc sustinens Propheta noster, sui operis aperuit auctorem istis verbis: *Verticem capilli perambulantium in delictis suis*. Quia qui non resistunt delictis, sed perambulant in eis, eorum diabolus equitat & percurrit in verticem, ut qui ad mala suo vadunt studio, ad pejora diaboli ducantur impulsu. Apostolo dicente, *tamquam euntes ducebamini u*.

l Epist. 59.

m Apud eundem Epist. 58. *Verticem capilli perambulare in delictis* quid sit.

n Ps. 73. 23.

o Serm 93.

p Luc. 7. 38.

q Serm. 105

r Luc. 13. 11. & seq.

s Ps. 37. 5.

t Luc. 18. 13.

Christus est noster Nazaræus capillo tectus sacro: ipsius qui apparuit *in rubro* x, venit *benedictio super* ℔ *verticem* nostrum *y*: ut & nos efficiamur Nazaræi, & ille ipse verticem capilli nostri perambulet amputando superflua delictorum, sanctificando ornamenta virtutum, inquit Ambrosius *z*: imponamus hunc hominem *super capita nostra*. *a* Chaldæus, *Evellet capillos viri ambulantis in flagitiis suis*, ubi potest innui turpis decalvatio, & acerba depilatio quæ dolo em continet, atque servitutis ignominiam, ut videre fuit in legatis David *b*. In hoc veluti calvario figet Christus crucem suam, ubi sedem sibi superbia fœminarum, & quorumdam etiam effœminatorum virorum, locavit, ut indicat Drogo Cardinalis *c*.

u 1. Cor. 12.

x Exod. 3. 2.

y Deut. 33. 15.

z in Ps. 43.

a Ps. 65. 12.

b 2. Reg. 10 4.

c Ser. de Past. Dom.

Vers. 23.) Dixit Dominus: Ex Basan convertam, convertam in profundum maris.

PROposuit Deus Ecclesiam suam sic liberare, ut olim populum de Og rege Basan *d*, & de Ægyptiis mari mersis *e*: sed & ad illam aggregare Gentium confusionem, & remotiores insulas maris.

d Num. 21, 34. 50.

e Exod. 14. 27. 28.

Ex Basan convertam. אשיב *aschib*, ἐπιστρέψω. Chald. *De Justis, qui mortui sunt, & devorati à feris sylvestribus, dixit Dominus, de Basan reducam*. Hilarius & Augustinus: *Ex Basan convertar*. Eodem pacto Psalterium Ambrosianum. Augustinus tamen meminit nostræ lectionis, quæ etiam est Hieronymi, nisi quod habet (*de*) & congruit Textui Hebræo Græcoque. *Convertam*, explicat Deum ipsum dicere, cui dicimus, *Deus virtutum converte nos f*, quo versiculo mitificè delectabatur Licentius & eum succinebat, ac etiam quum ad requisita naturæ foras exisset, paullo clariùs canebat *g*: &, *Converte nos Deus sanitatum nostrarum*, sive *salutaris noster*, *ex Basan*, i. e. ex confusione peccatorum, ex siccitate inopiæ: ita ut *Basan* & *confusionem*. & *inopiam* significet. Præterea juxta aliam lectionem, ait dici, *ex Basan convertar* quoniam ad nos convertitur, qui dicit *h*: *Convertimini ad me*, & *ego convertar ad vos*. Hieronymus consentit in etymo de confusione, quia nos convertit Christus per crucem suam, quam putant *stultitiam i*, & confusionem, de confusione hujus sæculi. Item Hilarius *confusionem*, *pudoremque* interpretatur *Basan*: & DEUM convertisse ex ea confusione, pudoreque, quem populus patiebatur sub Ægyptiis,

f Ps. 79. 80 Licentius hoc versiculo quantopere delectatus.

g Augustin. 1. de ordine c. 8.

Vocis Basan significationes.

h Zach. 1. 3.

i 1. Cor. 23.

ptiis. Addit illud de toto humano genere quod liberaverit per crucem Christus, & per profundas ceù mare passiones de confusione sub Dæmonum quos *triumphavit in semetipso* dominatione *a*. Theodoretus pariter *Basan* interpretatur *peccati dedecus*, à quo nos converterit Deus. Idem est apud Euthymium, nec non de sordibus, nempe de conversione ab Idolorum confusione, atque à sordibus peccatorum. Athanasius *b*, tradit similem explicationem, legens: *Revertar*, & *Basan*, pro turpitudine sumens: *Revertar ex Basan, & revertar in profundum maris*: h. e. de Cruce ad Infernum redibo, ut illa confusa hunc depræder, & captivum ducam, nam crucem Judæi execrabilem putabant. Eugubinus exponit ceù ex edito loco DEUM ex monte Galaad aspicientem hostiles manus, secum dixisse: *Eripiam servos meos, & in profundis maris mergam hostes, efficiamque; ut eorum cuncta sanguine redundent*. Ad cum ferè modum quo Habacuc *c*, inducit *Sanctum venturum de monte Pharan*, & Moses *d*, scripsit benedicens populum, quòd *Dominus de Sinai venit, & de Seir ortus est nobis, & apparuit de Pharan, & cum eo Sanctorum millia*, idest, Angelorum, de quibus etiam paullo antè dictum hoc Psal. *e*. Genebr. ait induci promittentem Deum fore, ut de sævissimis hostibus liberet, quemadmodum fecit quondam de Og Rege Basan, de Pharaone, quem mari mersit cum Ægyptiis aliis. Hæc optima expositio à qua nec aliæ dissentiunt, sicut nec ut hostes figuratè intelligantur per *Basan* propter fortiores dictę regionis *Basan arietes f*, qui reverti tamen compellantur, & velut in profundum maris mergi, sicut Ægyptiis acciderat.

a Gloss. 2. 15.

b Quæst. 114 ad Antioch.

c c. 3. 3.

d Deut. 33. 2

e v. 18.

Basan etym f Deut. 32. 4

Qui *Basan* etymologiam tradunt, ut sit confusio, dedecus, turpitudo, &c. deducunt בוש *busch*, unde & בשנה *baschenah*, *pudor*, sed alii putant significare *pinguem*, ut priùs vidimus. Quo modo autem *Basan* Hieronymus priorem secutus notationem, & expositionem *populum DEI* significare velit, non satis percipio.

Convertam in profundum maris. Ἐγβυθόσις, *In profundis*. Sic quoque Augustinus, qui explicat quod etiam ibi DEUS convertat ad se *profundis clamantes g*. Et, *in profundum* dici, pro, *in profundo*: ubi conversus ille dicit, De h, *profundis clamavi*, &c. Cassiodorus Hieronymi præfert versionem, *De profundis maris*, & ipsemet alibi Hieronymus *i*, legit, *De profundis*. Lege Notationes Lucæ Brugensis. Testis præterea R. Kimhi aliquando מן *min*, usurpari (ב) *be*, ut *k*, *in Sinai*, pro, *de Sinai*, Symmachus, ut ἀπο Βασάν legit, ita & ἀπὸ Βυθῶν, *A Basan*, & *A profundis*. Chaldæus: *Reducam Justos qui sunt suffocati, & quos absorpserunt pisces in profundum maris*: Idest, etiamsi hoc accideret, possum liberare, quemadmodum illud de Basan accipiebat de devoratis à feris sylvestribus. Antè dictum est, innui mersionem Ægyptiorum, & *aquarum* quoque nomine cunctæ solent inundantes opprimentesque calamitates intelligi. Nihil obstat præterea, denotari liberationem detentorum in Limbo, ut placet Eugubino. Euthymius & Hieronymus profundum graviorum peccatorum interpretantur, in quibus, idest, ex quibus convertit DEUS, ad veritatis adducens lucem, nec non ex commotione fluctibusque sæculi, videlicet variarum tentationum. Dixi antè, Hilario videri, *profundum maris* esse labores, ac dolores, quos toleravit Christus: sed & quidam existimant, ex quibus est Panigarola in Paraphrasi, convertendas insulas remotas, non tantùm Basan reliquæ Gentilitatis. Id nostra potissimùm contigit ætate.

g Ps. 129. 1. h ibid.

i in Micheam sub finem.

k Deut. 33. 2

Aquarum nomine inundantes & opprimentes calamitates, intellectæ.

Vers. 24.) Ut intingatur pes tuus in sanguine: lingua canum tuorum ex inimicis, ab ipso.

Sensus loci. Sub Romanis Judæorum internecio.

POetica descriptio est victoriæ, quæ tanta sit, ut vincentis pes tingi possit in cæsi hostis sanguine, nec non hic insepultorum sanguis lingi à canibus. Evenit hoc Judæis ad internecionem cæsis à Vespasiano, Trajano, Adriano, à quibus post mortem Domini, (quorum dici typus hac in re possunt Ægyptii) capti, universa suppliciorum ac miseriarum genera perpessi sunt, ait Hilarius, Consentit Hieronymus, & extendi potest ad exscisum Romanum Imperium, quod Ecclesiam adeo A vexavit. Theodoretus & Euthymius, & Hieronymus adhuc victoriam de Dæmonibus à Christo partam hìc sumunt; quos ille *calcavit in furore suo tamquam in torculari*; *vestimenta velut aspersa habens eorum sanguine l*. Idem Euthymius docet pedem CHRISTI esse ipsius Ecclesiam, quæ fert eum ubique per fidem, & illius est intincta signataque sanguine, ut quemadmodum ferrum tinctura, sic & ipsa eodem sanguine consolidata ac roborata sit.

l Isa. 63. 1. & seq. Varii sensus loci.

Quartus apud Euthymium, sed ex iis quos dat, tertius, sensus est, de Martyrum sanguine, qui Dæmonum sanguinem ipse fundat eosque quodammodo interficiat. Augustinus *m* conflat è duobus ultimis unum, ut qui convertuntur ad Christum *de Basan*, & *de profundis* eo modo qui antè declaratus est, in tantùm gratia ejus proficiant, ut fiant pes Christi inter membra illius ad annuntiandum Evangelium, & pro nomine ejus usque ad sanguinem certent. Gregorius *n*, eadem ratione vult *linguam canum ex inimicis* prodire, quia conversos Gentiles Dominus etiam Prædicatores facit, de quibus Esaias *o*: *Canes muti non valentes latrare*, quando non funguntur officio. Idem tradit Apon. *p*. Gentiles à Judæis vocantur כלבים *chelabim*, *canes*, ut à Christo Chananæa *q*, & modò Christiani à Turcis, & ab Hispanis Christianis Mahumetani atque Æthiopes. Vilissimi quippe per contemtum sic appellantur in Scripturis.

m hic, & Ep 59.

n a. Mor. c. 7

o c. 56. 10. p l. 5. in Cant. sub finem. *Canes* à Judæis vocati Gentiles, ut modo Christiani à Turcis. *Canes* vilissimi quique per contemtũ appellati.

Porrò Ambrosius *s*, secundùm tropologiam jubet nos *tingere pedem* nostrum in Christi *sanguine*, idest, animi vestigium, & mentis incessum, indubitata confessione Crucis Dominicæ, & diluendo vitia, peccata detergendo, mortem Christi in carne circumferendo. Videri quoque posset sensus accommodationis, quem iidem indicant Patres, & alio rursum loco Hieronym. *t*, Christum ipsum pedem suum *intinxisse in sanguine*, quando crucifixus est, propter copiam effusi sanguinis. At non sufficit lambere more canum sanguinem: manu admota ad os sive projiciente, lambentes soli probi milites Gedeonis *u*, & Christi: hoc est, qui linguæ & præconio, ac gustui passionis Christi & sanguinis, adhibent opus imitationis.

q Mat. 15. 26. r 2. Reg. 3. 5 c. 16. 9. el. 4. 8. 13. s l. 5. in c. 7. Luca. t in c. 63. Esa u Judic. 7. 6.

Cajetanus præcedentem & sequentem versum diverso valde modo, & oppositò explicat ac nectit etiam cum 22. ubi fuit sermo de confringendis capitibus inimicorum, &c. Ait quum præcepto Dei, ne populus ultra progrederetur, is inobediens fuisset, ideo cæsum esse *x*, hoc autem loco præceptum id contineri: reverti enim compulsum populum ex refutata aggressione Basan. Unde sensus est, inquit, *De Basan convertam*, i. e. Reverti faciam, & & *de profundis maris*, idest, per viam maris rubri *y*. Id circo per Apostrophen ad populum subdit vates; Quia noluisti redire, sed progredi, *tinges pedem tuum in sanguine*, quia persequetur Amorrhæus te usque ad internecionem, & viam sanguine complebit, ut qui fugient, pedes cruentent, & canes illac transeuntes lingant sanguinem.

Cajetani explicatio, & versus cum præcedenti & sequenti & cum 22. annexio.

x Num. 14. 41 & seq. Deut. 1. 40.

y Deut. 1. 41

Ut intingatur.) Psalterium Vaticanum: *Donec intingatur*. Symmachus: ὅπως ἂν συγκατεζῇ ὁ πὺς σε μεταλίματος, ἡ γλῶσσα κυνῶν σε ἀπὸ ἐχθρῶν ἐξ αὐτοῦ. *Ut confringatur per tuus cum sanguine, & lambat lingua canum tuorum ex unoquoque inimicorum tuorum*. Hebr. תמחץ *thimchats*, potest significare, *calcabit*, vel etiam *rubescet*, per metathesin תמץ *tichmats*, *cruentabitur*, &c. sicut dixi versu 22. & quum possit esse secunda persona masculina, vel tertia feminina, item significatio tùm activa: tùm passiva, verti variis modis potest, *ut intingas*, vel *cruentes pedem tuum*, vel *intingat*, vel *intingatur*, &c. Pagninus utitur *fingendi* verbo: Symmachus, *confringendi*, ut dixi: & videtur denotare tantam in cædendis hostibus constantiam, ut citiùs frangantur pedes mersi sanguine, quàm desistant à cæde. Hieronymi versio est, *Ut calcet pes tuus*, &c.

Pes tuus.) O Deus, ò Christe, vel ò Dei populę, ὁ Ecclesia.

In sanguine.) Similis phrasis, *Manus suas lavabit in sanguine z*, & *a*, *lavabit in vino stolam suam b*, &, *lavabam pedes meos butyro*: Hebr. פעמוי *pehhamau*, *pedes* suos sive *plantas*.

z Ps. 57. 11. a Gen. 49. 11 b Job. 19. 6. c Æneid. 6. d Ps. 78. 3.

——*c Bella, horrida bella*

Et Tybrim multo spumantem sanguine cerno.

Effuderunt d, *sanguinem ipsorum, tamquam aquam in circuitu Jerusalem, & non erat qui sepeliret*:

Lingua canum tuorum.) Etiam intingetur, lambet, &c. *Canem* in bonam etiam sumi partem à Scripturis, docet Augustinus *a*, & alii, notique diximus Commentario in Ecclesiasten *b*. Matres insignium duorum Sanctorum & Prædicatorum, Bernardi atque Dominici, vitæ sibi sunt canes in utero gestare ac parere. Quidam *canes* figuratè sumunt hoc sensu, ut non modò *intingatur pes in hostium sanguine*, sed ipsimet hostes in eodem suo sanguine prostrati, suas ipsorum linguas in ipso intingant, quibus caninum in morem populum DEI momorderunt, & vexaverunt. Hieronymus, Judæos, qui inimicorum, i. e. Dæmonum instinctu clamarunt, *Crucifige c*, & *sanguis ejus super nos d*, ille ipse sanguis, quem sponte fudit Christus.

Canis sumptio etiam in bonam partem in Scripturis.
a Epist. 59.
b c. 9. 4.
S. Bernardi & Dominici matribus in somnis visio canis.
c Joan. 19. 6.
d Matt. 27. 25

Ex inimicis. In sanguine, inquam, fuso *ex inimicis*, *intingatur & pes tuus*, *& lingua canum tuorum*, lambendo illum.

Ab ipso.) Ab ipso, inquam, sanguine eodem, qui effluit ex inimicis, vel ab ipso, unoquoque ac singulo inimicorum. Aliqui intelligunt ab ipso Rege Assur Sennacherib, quem ejus *filii gladio occiderunt e*, seu ab ipso sanguine dicti Regis, alteriusve qui totius exercitus moderator erat. Cajetanus putat significari sanguinem fusum ab inimicis non more bellico, sed expresso, ac directo quodam tamquam inimici animo, odioque, Augustinus *f*, *ab ipso*, exponit, Christo, cujus gratia fiat, ut qui erant inimici, canes, ideſt, Prædicatores fiant. Hieronymus reddit, *A temetipso*. Quod certè non ita congruit cum מִמֶּנּוּ *minnehu*, & cum παρ' αὐτοῦ: quamvis magis cum Græco pronomine, quod omnibus personis jungi potest. Esset autem sensus, quòd sanguis ille propria ipsius fundendus esset manu. Arnobius exponit, à Diabolo, qui excitavit Judæos tamquam canes ad latratum contra Christum, ut antè retuli ex Hieronymo.

e 4. Reg. 19. 37.
f hoc & ep. 59.

Vers. 25.) Viderunt ingressus tuos Deus, ingressus DEI mei: Regis mei qui est in sancto.

Sensus loci.

TU ipse Deus itineris ducem te præbuisti, & visus es incedere, dum in Arca fœderis, ubi sanctè coleBaris, & agnoscebaris, quodammodo solemni pompa vehereris, & exires in pugnam contra inimicos populi tui, iisque superatis redires cum triumpho: dum demergeres Ægyptios, dum præire faceres columnam nubis & ignis, dum tot ederes alia signa per teipsum, & Angelos assessores.

Hæ umbræ sunt progressionis tuæ, ò Christe, atque adventus tui per incarnationem, & œconomiæ tuæ totius circa Redemptionem in sancta Ecclesia tua, quam suismet oculis illis beatis *g*, Apostoli coram sunt intuiti: *In terris enim visus es, & cum hominibus conversatus es h*; donec *videntibus illis elevatus es in cœlum i*. De hoc in cœlum itinere Hilarius, & Hieronymus; Augustinus de reditu ad judicium, qui visus sit, i. e. magis manifestatus in Novo Testamento; ubi Petrus ait se, atq; condiscipulos, jussos *k*, prædicare, atque testificari quòd constitutus est Christus à DEO Judex virorum & mortuorum. Ceteri, viam totam transactam ab incarnatione, modosque varios in nostrâ procuranda salute adhibitos; ut Theodoretus & Euthymius. Rursus idem Augustin. *l*, vel Eucherius *m*, istos *ingressus* & *egressus*, de Christo interpretantur: quos & quodam loco Gregorius *n*, vocat *saltus*. Sponso aptari possunt quæ dicuntur de Sponsa *o*: *Quam pulchri sunt gressus tui calceamentis filia Principis*. Et quod de Prædicatoribus Esaias *p*: *Quàm pulchri super montes pedes annuntiantis & prædicantis pacem, annuntiantis bonum, prædicantis salutem; dicentis Sion, Regnabit Deus tuus.*

g Luc. 10. 24
h Bar. 3. 38.
i Actor. 1. 9. & seq.
Variæ interpretationes
k Infr. 10. 42
l Tom. 4. l. de essent. Divin.
m De form. spiritu. intell.
n Hom. 29. in Evang.
o Cant. 7. 1.
p c. 52. 7. Nahum 1. 15 Rom. 10. 15

Viderunt ingressus tuos.) Hieronymus: *Viderunt itinera*. Augustinus. *Visi sunt gressus tui*, hoc etiam pacto Vaticanum Psalterium, & Ambrosianum, præterea Isidorus *q*, explanans de ascendente in cœlum Christo, qui sit visus ab Apostolis atque quingentis viris. Idem Hieronymus *r*, scribit Suniæ, & Fretelæ, Septuaginta versisse ἐθεωρήθησαν πάλι πορεῖαί σου Θεός, i. e. *Visi sunt ingressus tui Deus*, in Hebræo esse, רָאוּ הֲלִיכוֹתַיִךְ אֱלֹהִים *rau halichothecha elohim*, Aquilam; Symmachum, Theodotionem. Quintam, ac Sextam editionem reddidisse: *Viderunt itinera tua Deus*, & vitium esse editionis, quæ piæ illæ fœminæ referebant: *Viderunt ingressus tui Deus*. Et quamvis repererit in Septuaginta, & in hexaplis, ἐθεώρησαν τὰς πορείας σου, tamen in multis codicibus haberi ἐθεωρήθησαν, atque id obtinuisse consuetudinem. Hoc nunc certè modo passim legimus, etiam in emendatis Bibliis LXX. nempe in passiva significatione, ἐθεωρήθησαν αἱ πορεῖαί σου, &c. Attamen nil variat propterea sensus, dummodo vitium, de quo monet Hieronymus, vitetur. Sensum optimè Chaldæus Paraphrastes expressit: *Viderunt domus Israel incessum Majestatis tuæ super mare Deus, dicentes: Incessus DEI nostri regnantis super universum orbem in sanctitate.* Porrò Paraphrasi ista significat vidisse, qui voluerunt, Arcam in deserto magna incedentem pompa, & jubilatione: Vel, ingressus hi denotant ipsas ovationes, triumphosve conspicuos; præterea pompam circa solemne sacrificium in sancto, i. e. in sanctuario. Nam *ingredi*, *incedere*, *calcare*, & *conculcare*, *transire*, verba sunt eorum, qui vincentium atque triumphantium in mortem ingrediuntur. Exemplis id Pineda noster illustrat, & ad ascensionem præcipuè Christi cum reliqua vitæ ipsius peregrinatione, transferri potest. Licet verò Judæi propriè non viderint ingressum Christi in mundo, ideſt, incarnationem, sed processum per effectus, non ideo tamen præferre debuit Burgensis in versione, *gressus*, (ingressibus) Latinè enim idem significare possunt.

Vincentiũ & trium. phantium, propriæ voces.
s Job. 18. v. 14. n. 13.

Ingressus DEI mei, Regis mei.) Ultimum pronomen Græci prætermittunt, & Psalterium Vaticanum, atque Ambrosianum, & Hilarius. Sed malè ac mendaciter omittitur, inquit Hieronymus *t*, quum sit Hebraicè, & blandientis denotet affectum, ut qui omnium DEUS, & Rex est, suus specialiter Deus fiat, & Rex merito servitutis. Vide, inquit Euthymius, quàm ingenuè David Christum fateatur esse Deum. Non video necessitatem illationis: sed illum qui proximè dictus est DEUS in vocandi casu, *viderunt ingressus tuos Deus*, cum pio affectu vocat David *Deum suum*, ac *Regem suum*. Neque quod sequitur, *in sancto*, Patrem significat, ut idem Auctor vult, quasi denotetur Christum esse in Patre.

t Epist. 135.

Qui est in sancto.) In Sanctuario, sive Arca, in cœlo, quoque, ut antè *u*, notavimus, & in Ecclesia, item in sacrificio, vel in sacro conventu, ubi, qui se *in medio duorum triumve congregatorum in ipsius nomine* dixi *esse x*, quodammodo chorum agit, & incedit. De Patre refutavi paullo antè interpretationem Euthymii.

u vers. 18.
x Matt. 18. 20.
Sensus loci.
Loci interpretationes.
y Ps. 23. 7. 9.
z Luc. 8. 2. c. 21. 49. & a Act. 6. 12. 11. 1. Cor. 9. 5.
Tympanistri cur hic dicti, b Amb. & al. in 1. Cor. 9. Hier. Matth. 27. & 1 con. Jov. Aug. de oper. mon. c. 4 Tertul. de monog. c. 8.
Principes qui hic possint intelligi.
Allusio loci c Ex. 15. 1. 20 d Jud. 5. e 1. Reg. 18. 6. 7.

Vers. 26.) Prævenerunt principes conjuncti psallentibus, in medio juvencularum tympanistriarum.

PArta victoria ex pugna, ad quam egressus fuerat in deserto, & quum rediret Deus præcesserunt in pompa triumphali, ac in solemni populi conventu Principes, sive primarii viri, sive Præcentores, iis conjuncti, qui musicis ludebant instrumentis, & quum iisdem puellæ tympana pulsantes, & quod est versu sequenti, dicentes. Sub hoc autem typo in Ecclesiæ triumphis quos præstitit Christus, Apostoli fuerunt militiæ Principes, hisque adjuncti sunt ex utroque sexu, & ex fœminino, etiam juniores, qui laudes triumphantis omnes invitabant, sequentibus verbis. Hoc modo Patres. Vel de ascensione, ut Hilarius & Hieronymus; in qua Principes Angelorum sanctorum prævenerunt animas, quæ mortificato corpore concinebant *y*: *Attollite portas*, &c. & *tympanistriæ* vocantur, quoniam mortuum erat peccato corpus ipsarum: Sed & viventem CHRISTUM, præter Apostolos, ac Discipulos, mulieres sequebantur *z* quædam Apostolos *a*, quamvis præsertim ad obsequium victus, ut Patres exponunt *b*, seu, ut loquitur Tertullianus, de victuaria exhibitione. Per *principes* quoque præcipui Doctores possunt intelligi Apostoli, & apostolici viri, vel etiam Reges, ac Principes, qui se ad Ecclesiam adjuncturi prædicuntur. Allusio est ad sororem Mosis cum duplici canentium choro *c*, & simile quid factitasse Debora videtur in suo Cantico cum Barach *d*, & aliæ mulieres, occiso Golia *e*: & cantores atque cantatrices erant cum Hebræis, dum redirent de Babylonia, ut lenirent itineris molestias, reducesque recrearent

rent *a*. Fecit sibi quoque Salomon cantores & cantatrices, ut vidimus in Commentario Ecclesiastis *b*. Constat præterea solitos præcedere cantores in Hebræorum exercitu. Nam *c*, inter alia narrant sacræ litteræ *dedisse Josaphat consilium populo, & instituisse cantores Domini, ut laudarent eum in turmis suis, & antecederent exercitum, ac voce consona dicerent: Confitemini Domino quoniam in æternum misericordia ejus*. De Lacedæmoniis plurimi produnt *d*, deque cantu, quem vocabant Ἔνοπλιον, de Germanis *e*, & de Gothis aliqui *f*, de Nicanore Historia Machabæorum *g*. Suidas *h*, docet Græcos usos alalogmo, & eleleu, acclamasse cum moderato motu. Frequentatus apud eosdem Pæan duplex, teste Scholiaste Thucydidis *i*: ἐμβατήριος, Marti, ante prælium congressivus, & ἐπινίκιον Apollini, post prælium, victorialis. De Romanis *k*, tradunt, voce Martia cecinisse, suorumque laudes Imperatorum extulisse. In ipso congressu quiddam pium decantarum à Christianis legimus in Historiis, ut, *Crux vicit* l: *Halleluja* m, *Hostem repellas longius* n, &c. & Hispanos accepimus patronum suum Jacobum Apostolum invocantes, multas de Mauris victorias reportasse. Docuimus initio Psalmi plures in Titulo Psalmos genere, ἐπινίκιον, vel εἰς τὸ νίκος, vel νικοποιῶ, quum certi etiam designati cantores essent apud Hebræos ad epinicion *o*, & epinicia festivè agitari solerent *p*, & fausta fieri acclamationes *q*, precesque *r*.

Sed ad rem præsentem faciunt maximè preces post bellum, quorum, præter initio posita exempla, possunt addi Nachabæi *s*, & Judith cum populo post truncatum Holofernem *t*. Legendus *u*, Josephus Judæus, & alter cognomento Stephanus *x*, ex quo nonnulla hic mutuati sumus, & de Musica egimus in expositione Antiphone, *Regina cœli*: & Mazzarinus noster *y*, in Psalmum L.

Ceterùm sensu opinor accommodationis, qui Bernardo familiaris est, per *Principes* cum eodem *z*, possumus Angelos intelligere, qui se jungant psallentium choris: Hinc tamen colligere possimus duplicem distinxisse chorum Hebræos ad cantandum, psallendumque, virorum, & mulierum. Id asserunt de Cantico Mosis *a*, Oleaster *b*, & Philo *c*.

Prævenerunt Principes conjuncti psallentibus.) קדמו שרים אחר נגנים *Kiddemu scharim achad nogenim*. Hieronymus: *Præcesserunt cantores eos qui post tergum psallebant*. Et eodem ferè modo ceteri, qui vertunt ex Hebr. præter Cajetanum, qui hoc modo: *Prævenerunt principes post sonatores*, & ait describi triumphos Judicim, & Saulis, in victoriis quas retulerunt, illosque præivisse ante exercitum, sed præcedentibus sonatoribus, hinc & hinc juvenculis tympanistriis consistentibus in viis. Chal. *Prævenerunt & dixerunt Canticum post Mosen, & Aaron qui modulabantur ante eos*. Septuaginta: Προέφθασαν ἀρχοντες ἑχόμενοι ψαλλόντων. Sed emendata Biblia ἑχόμενοι. Vox Hebræa שרים *scharim*, significat *principes*, si שׂ *scbin*, habeat punctum in sinistro cornu, *cantores*, si in dextro. Utraque hoc loco significatio concurrere potest, ut sint principes cantores, sive præcensores. Sic canticum illud suum Moles prior cecinit: Oleaster citatus ac Philo docent, nec non Abulensis *d*, & alii, Hoc ipsum potius innuit Chaldæus à me positus, quàm oppositum, ut tamen Eugubinus contendit nostrum reprehendens Interpretem. Vidimus quoque in principio præfectos cantorum fuisse dictos מנצחים *menatsechim*, erant autem propriè מרים *scharim*, qui ore canebant, ut & שיר *schie*, ore pronuntiatum canticum, sicut ibidem notavimus.

Conjuncti psallentibus.) Ex Hebræo posset verti, *post illos sequebantur pulsantes instrumenta musica*. Hieron. vertit: *Præsseverunt cantores eos, qui post tergum psallebant*. Græcè autem ἔχεσθαι τινος est *adhærere* atque *conjungi alicui, proximum esse, proximè sequi*. Sic Apostolus *e*, appellavit ἐχόμενα τῆς σωτηρίας, *vicinior saluti*. Si legamus, ἐχόμενοι, sumendum erit ἐπιπαρ'ήλαχῶς, adverbialiter, *Prævenerunt principes postea psallentes*: si ἐχόμενοι, erit nomen significans quod proximi erant, vel conjuncti psallentibus, sive hi priori starent loco, sive illi; utrique enim præcedebant reliquam multitudinem. *Psallentes* Euthymius mysticè Prophetas intelligit, qui cecinerint, ac prædixerint omnia quæ pertinebant ad Christum, iis Apostolos *conjunctos*, h. e. proximos, ac vicinos extitisse, quia tempore, & prædicatione illos consecuti sunt. Symmachus de fœminis interpretatus est ἀκόλουθοι ζωῆς μελοδοῖς, *post modulatrices*.

In medio juvenculariarum tympanistriarum.) Chald. *In medio mulierum justarum cum Maria tympana pulsantium*. Pro *juvenculis* Hiero. dixit *puellas*. Augustinus, *adolescentulas*. Hilarius, Psat. Vaticanum & Ambrosian. *juvenes*. Νεανίδες hæc omnia significant: at עלמות *hhalamoth*, *virgines*, quæ adhuc publicum ignorant, & absconditæ sunt, & nondum cognitæ. *Cognoscere* autem honesto verbo dicunt Hebræi virginitatem eripere, ac deinceps vitiare. Theodoretus certè virginitatem exercentes hic intellexit: quod faciunt quoque qui observant in tympanis carnis mortificationem, qui tympana fiunt, inquit Augustinus, corti siccato, & extento. Eamdem Euthymius rationem dat, & duplicem adhuc sensum, tum de Synagogis Judaicis, quæ ob imperfectionem *adolescentulæ* (sic aliqui illud: *Adolescentulæ dilexerunt te nimis* *f*, intelligunt de amore quodam imperfecto ob utilitatem aliquam propriam permixtam) *tympanistriæ* dicantur, quia non tam spirituale quàm corporale obsequium Deo exhibebant velut corporea pellis: tum de Ecclesiis nostris quas *adolescentulas* vocemus propter niveam, puram, sinceram fidem: *tympanistrias*, quoniam corpus mortificant, sicut ex mortui corporis pelle tympana fiunt. Summam & eximiam *tympanistriam* Virginum Virginem Mariam vocat Augustinus *g*. Sunt quoque *tympanistæ* Prædicatores, qui docent ex Scripturis, quæ in pellibus sive membranis reperiuntur, ut indicat Rupertus *h*, qui multas hujus Psalmi sententias explicat *i*. Adde, ut *castigent corpus, ne quum aliis prædicaverint, reprobi efficiantur k*.

Vers. 27.) In ecclesiis benedicite Deo Domino, de fontibus Israel.

VEl sunt verba Cantici Juvencularum, & aliorum psallentium, qui alios ad collaudandum Deum invitant; vel Vatis, qui peculiariter invitat tympanistrias, atque etiam illos omnes qui originem ab Israel habuerunt. Sed ad Ecclesiam transferendo, sensus est, ut particulares Ecclesiæ, & fideles omnes (nec enim laudatur extra Ecclesiam dignè Deus, ait Ruffin.) laudent Deum, qui ab Apostolis velut à fontibus duodecim processerunt, simulque ex doctrina contenta in Vet. Testamento: Denique quia *salus ex Judæis l*; atque ex iis Christus secundùm carnem *m*, qui *fontes aperuit n*, & exhibuit *aquam salientem in vitam æternam, de qua bibens non sitiat in æternum o*. Unum erat Judæorum templum, inquit Theodoretus: hic Ecclesiarum præmittitur multitudo quia V. Testamentum cessabat. Sed *fontes* solos intelligit hic Vatum libros, ex quibus dulcem cantum Deo offerimus: ut sumantur sequentes versus distinctè de Apostolis, Consentit omnino Euthymius: Hilarius, Augustinus, Hieronymus Rupertus *p*, favent, etsi videantur accipere de doctrina Ecclesiæ, atque Prædicatoribus, qui sint, inquit, ultimus ceu puellæ Rebeccæ filius *q*, quemadmodum & qui deducebat Rebeccam Eliezer, haberi potest Paulus, adumbratus hoc loco per Beniamin adolescentulum. Nyssenus *r*, *fontes* interpretatur Apostolos, eosque figuratos in illis duodecim in deserto, sicut & ibi *septuaginta palmæ s*, totidem erant Discipuli. Tertullianus *t*, quoque contineri dicit hic prædictionem Ecclesiæ, sicut & *ibi*: *In medio Ecclesiæ hymnum dicam tibi u*.

In Ecclesiis.) Nyssenus *x*, illiusve interpres, *in cantionibus*. Philo *y* Carpathius, *in voluntariis*: eoque bonum laudabilius, ac damnabilius malum esse, quo magis voluntarium. Harum ego lectionum reddere rationem nequeo. Hebræa namque vox מקהלות *makheloth*, propriè significat *congregationis, conciones, cœtus, conventus, Ecclesias*. Suspicor, Nyssenum legisse מחלת *machelath*, quod videtur nomen instrumenti, vel cantici noti. Euthymius *choream* interpretatur. Cyrillus Hierosolymitanus *z*, ait denotari plures Ecclesias Testam. Veteris, pro quibus Catholicam nostram Christus super Petrum ædificavit *a*, & veterem Judæorum quæ vocatur *Ecclesia malignantium b*. Chrysostomus hinc probat sive Auctor

Sensus loci.

Extra Ecclesiâ non dignè laudatur Deus

Fontes hic qui intelligantur.

Nεανίδες. Cognoscere honesto vocabulo quid intelligant Hebr.

In tympanis carnis mortificatio observata.

Summa & eximia tympanistria Virgo Virginum Maria.

Tympanistæ cur dicti prædicatores.

a 1. Esa. 2. 63
b Eccl. 2. 8.
c 2. Par. 20. 21. 1. Mach. 3. 2. 5. 2 8. 33. c. 10. 33. 38. c. 12. 37. Cantores in bello præcedere soliti apud Hebr. & alios, & de hoc cantu plura.
d Xenoph. de Repub. Laced. Thucyd. l. 5. Plutarch in Lycurgo. Sixtus Empyr. cont. Mathematicos, c. 22. Max Tyr. ser. 21. Cic. Tusc. 5. Quin. lib. 1. c. 10. Gell. lib. 1. c. 11.
e Tacit. lib. de morib. Germ. Cantus varii variorum populorum in congressu bellorum.
f Jordanes de rebus Geticis, c. 19.
g 1. 2. 19. 25.
h in verbo.
i Lib. 1.
k Marcell. 19 & 31. Diocassius l. 36. Polyb. l. 1. & 12.
l Sedren. in Basil. in Beda 1. hi. c. 20. Paulus Diac. l. 1. Ado Trevet. in Martyrol. Kal. Octo. Constantius in vita S. Germ. Antisiodor.
Sensus accommodationis.
n Hist. Sim. Massort. contra Albig.
o 1. Tar. 15. 21.
p 2. Mach 10. 25.
Distinctio loci duplex apud Hebr. ad cantandum & psallendum.
q 1. Mach. 5. 40.
r 1. Mach. 2. 25.
1 2. Mach. 15. 25. & lib. 3. 4. 14.
t Judith. 13. 21.
u de Bello, c. 14.
x l. 1. Mach. c. 3. v. 2.
y Discursu 86. & 87.
z Ser. 7. in Cant. & ep. 78.
a Exod. 15.
b Ibid.
c 3. de Vita Mosis, & lib. de Agricul.
d in c. 15. Exod.
Ἔχεσθαι τινος.
e Hib. 6. 9.

Operis imperfecti *a*, non esse nefas orare publicè, sed tantùm eo proposito, ut videamur *b*, ab hominibus. Nil obstat unitati Ecclesiæ, ut plures nominemus Ecclesias, ut docet Augustinus *c*, & patet ex septem Ecclesiis nominatis in Apocalypsi *d*.

a *Hom. 13 in Matth.* Non est malum orare publicè, dum non fine proposito ut videamur ab hominibus.
b *Matt. 6. 6 cit. Ps. 130.*
d *Ap. 1. & 2 c. 3. contra Marc. c. 22.*

Deo Domino.) Tertullianus *e*: *Dominus Deus*: nec non Psalterium Vaticanum, & Hilarius, & Augustinus. Psalt. Ambrosianum: *Deum Dominum*. Hieronymus autem sic distingere videtur: *Benedicite Deo*, deinde, *Domino de fontibus Israel*.

e *Ps. 11. 24.*

De fontibus Israel.) מִמְּקוֹר *mimmekor*, numero singulari, *De fonte*, aut *vena*. Chal. posuit זַרְעָא *zarhha*, *semen*, sicut & in alio Psalmo *f*. *Universum semen Jacob glorificate eum. Timeat eum omne semen Israel.* Sed posito dicto accentù athnach distinguente, significantur non ex Israel posteri, sed Christus, ut antè dixi.

Vers. 28.) Ibi Beniamin adolescentulus, in mentis excessu.

Principes Juda, duces eorum, principes Zabulon, & principes Nephtali.

Sensus loci.

VIdetur, interjecto priore versu, reditus ad processionem & pompam, ac nominare principes, qui intercrant. Causa subest magna, cur vos ex Israel prognati Deum laudibus celebretis, quoniam in illustribus gentis vestræ triumphis, minor inter tribus Beniamin, maximo mentis est affecta stupore, ac admiratione, quum gentilem suum vidit Saulem tam eximias victorias reportare. Sed & de Tribu Juda plures principes, ducesq; sui triumphu egerunt: quandoque etiam ex Tribu Zabulon, & Nephthali. At his designantur Apostoli, qui ex istis Tribubus erant futuri, ac multo insigniores spirituales victorias reportaturi. Illud Hebræi, hoc passim nostri: quod expendendo singula, melius intelligetur.

Beniamin adolescentulus.) Saul ex hac Tribu primus rex sæpius triumphavit *g*: & Hebræorum more proprium nomen patronymicè sumi potest. Tribus ipsa minima dicitur, quia penè deleta funditus fuerat ob stuprum Gabaonitarum *h*: vel quia filius Jacob natu minimus Beniamin, qui ut in Genesi *i*, ita hic vocatur צָעִיר *tsahhir*, & ibidem עָטוֹן *katon*, & נָעַר *nahhar*. Sed passim Patres interpretantur de Paulo Apostolo, qui fuit & ipse de Tribu Beniamin *k*, & eodem dictus nomine, quo primus rex Saul: quod & nos notavimus in historia Apostolica, juxta vaticinium quod Jacob *l*, de quo nunc Hilarius meminit, ut tamquam *lupus rapax manè comederet prædam*, *& vespere divideret spolia*.

g *1. Reg. 19* Hebræorum more proprium nomen patronymicè sumi potest.
h *Iud. 20. h Iud. 20. 16. 4. 7.*
i *Cap. 52. 32 c. 43. 29. 33. c. 44. 20.* De Paulo loci interpretatio.
k *Phil. 3. 5. Rom. 11. 1.* Paulus & de tribu Beniamin & eodem nomine quo primus rex Saul.
l *Gen. 49. 27 m v. 141. n c. 93. 33. o Act. 9. p 1. Cor. 15. 9 q Act. 7. 57. r ibid. s Act. 9. t 2. Cor. 12. 2 u 1. Cor. 5. 13*

Ad lescentulus.) Νεώτερον. Augustinus, & Psalter. Vaticanum, atque Ambrosianum, *Adolescentior*. Hilarius, *Junior*. Hieronymus. *Parvulus*. In Psalm. 118. *m* pro eodem quod hic est צָעִיר *tsahhir*, habetur quoque νεώτερος & *adolescentulus*, at in Genesi *n*, *minimus*. Paullo convenit, quia ultimus ad Apostolatum vocatus *o*: & *minimum* quoque se *Apostolorum* nominat *p*, & erat νεανίας *q*; hoc est, *ætate adolescens*, eo modo quem alias docuimus *r*.

In mentis excessu.) Duo illa Psalteria, & Hilarius, *In pavore*, Augustinus, *In extasi*. Et Tribus quidem Beniamin obstupuit de electione Saul in Regem, & de victoriis ejusdem; & Paulus quando vocavit eum Christus *s*, timuit valde in via, & quamdam passus est extasin tum ibi, tum triduo Damasci: & *raptus usque ad tertium cœlum t*, vel in eodem triduo, vel postea, prout suo loco disputatum est: & de se dicebat: *Sive mente excedimus, Deo u*. Præterea, ut addit Augustinus, pavor denotatur admirationis magnæ, qui fuit in discipulis aliis ex Pauli conversione adeo miraculosa *x*. Hebraicè habetur רָדָם *rodem*, quod vertit Hieronymus, *Continens eos*. Alii. *Dominator eorum*, vel *Dominans ipsis* Aquila, κρατῶν αὐτῶν, *Continens eos*, aut *Dominator eorum*, &c. Theodotio, παιδευτὴς αὐτῶν, *Eruditor eorum*. Sauli regi primo conveniunt hæc, & melius Paulo qui constitutus est *Apostolus*, *& Magister Gentium* y, *& sollicitum dinem* gerebat *Ecclesiarum* z. A רָדָה *radah*, *dominatus*, *est*, posset esse רָדַם *radam*, *Dominator eorum*: ac si esset רָדָה בָם *rodeh*

x *Act. 9. 21.*
y *2. Tim. 1. 11.*
z *2. Cor. 11. 28.*

Adam, A רָדַד *radah*, *extendit*, *continuit*, & per contractionem רַד *rad*, *continens eos*, A רָדַם *radam*, *Soporatus*, vel *sopitus est* רָדַם *rodem*, significaret, *alto dormiens somno*. Unde תַּרְדֵּמָה *thardemah*, *sopor Qui Adamo* a, *immissus* est, & *Abraham* b, & aliis.

a *Gen. 2. 21.*
b *Gen. 15. 12*

Principes Juda.) Eugubinus putat sermonem esse de ordine, qui servatus sit in panegyri laudantium Deum, & incedentium pompa, ita ut prior esset in Tribu Beniamin: vel in quodam excessu juxta Septuaginta: vel recessu mentis extra sensus, suavius cantando, & admiratione majore: tum deinceps aliæ sequerentur Tribus, ut Juda. De Juda proxima mentio, quia post Saulem de tribu Beniamin, David in regno successit de Tribu Juda. Potuerunt ex Apostolis nonnulli esse de Tribu Juda, ut affines Christi, Jacobus & Joannes, Filli Zebedæi, alter Jacobus, Judas, & Simon fratres: sicut ad literam Cajetanus intelligit de Juda duce, sive Judice *c*, & de David *d*. Quamvis Euthymius ac Theodor. solos dictos Domini fratres dicunt fuisse de Tribu Juda Petrum, Andream, Jacobum & Joannem: atque Philippum en Bethsaida, Matthæum & Jacobum ex Capharnaum: Simonem Cananæum ex Cana: quæ loca pertinent ad Galilæam, quæ obvenerat Tribubus Zabulon, & Nephthali, Theodoretus asserit: Euthymius inter fratres Domini, Jacobum, & fratres numerat: Joannem adjungit iis, qui ex Bathsaida: Jacobum, qui erat in Capharnaum cum Matthæo cognominat Alphæi, Cassiodorus per *Principes Juda* vult intelligi Christum de ea Tribu: per Zabulon, & Nephthali, omnes Apostolos. Haymo sentit de omnibus illis quatuor Tribubus aliquos Apostolos fuisse.

Jacobus & Joannes, & alii de qua tribu.
c *Iudic. 1.*
d *2. Reg. 18. & lib. 2. 5.*

Bernardus *e*, mysticè Psallentium distinguit Ordines secundùm horum nominum etymologiam. Confitentium, Continentium, Contemplantium: quia *Judas* est confitens, & laudans: *Zabulon*, habitaculum certitudinis: *Nephthali*, cervus emissus. At in his ego tropologicis non moror: quæ præterea traduntur à Cassiodoro, Ruffino, & ab aliis, ex Augustino mutuantibus, qui docet incertum esse fuerintne Apostoli ex hac Tribu Juda, an solùm ex Zabulon & Nephthali: notationes autem vocabulorum assignat, confessio, habitaculum fortitudinis (fortassis apud Bernardum legitur mendosè *certitudinis*) dilatatio mea, quæ sint conditiones Ducum Ecclesiæ, quorum primi Martyres, in quibus est confessio, fortitudo, latitudo in præmio, vel ut sit confessio fidei; fortitudo spei, latitudo charitatis.

c *Ser. 7. in Cant.* Mystica psallentium distinctio.

Duces eorum.) Ἡμόνες αὐτῶν. Chald. *Et post eos descenderunt Principes Juda commentes ipsas Tribus lapidibus: & post Saul regnavit David de tribu Juda, & principes Juda induti sunt purpura, ut ministrarent ei.* Hieron. *Principes Juda in purpura sua.* Sed in Commentario vocat Apostolos *principes Juda*, i. e. Christi, juxta illud: *Juda te laudabunt fratres tui f*. Ex Hebræo vertunt alii *g*: *Principes Juda congregatio*, sive *adunatio eorum*, i. e. illic aderant. Quidam *h*, *Lapis eorum*, i. e. robur, fortitudo, Nonnulli *i*, *Interritus eorum*: vel *k*, *In Phrygionicis suis*, quod convenit cum purpura, sive cum purpuratis. Hebr. est רִגְמָתָם *rigmatham*, quod propriè significat *obruitionem lapidum*, & præterea *ducatum*, vel *congregationem*, vel *præcipuam partem*. Primo modo volunt aliqui huc alludisse Christum *l*, quando vocavit Jacobum & Joannem בְּנֵי רָגֶשׁ *bene regem*, *filios tonitrui*, quod vi Evangelii multos, essent obruituri. Sed videtur potiùs *Boanes reges* esse à רָגַשׁ *regheseh*. Porro *purpura*, vel *phrygionium opus* dicitur רִקְמָה *riKma*, volgò, *ricamo*.

f *Gen. 40. 8.*
g *Varabla & Cajetanus.*
h *Pugnius.*
i *Felix.*
k *Idem.*
l *Marc. 3. 17*

Principes Zabulon, & Principes Nephthali.) Ex his Tribubus Apostolos plures fuisse, quorumdam opiniones retuli, eo quòd Galilæi essent, & ad eas Tribus Galiææ superioris portio pertineret *m*, quod & Esai. *n*, vaticinatus videtur; cujus ad idem propositum Matthæus *o*, locum citat, narrans vocationem quamdam Apostolorum, itaq; uterq; passim exponitur, præsertim ab Hieronymo. Nec obstat quod idem *p*, doceat de captivitate Babylonica solas revertisse Tribum Juda, & Beniamin, in quibus & Levitica comprehendi solet, quod prodidit quoq; Josephus *q*, & demonstrat fusè noster Ribera *r*: quoniam simul verum est, multos ex universis Tribubus vixisse in Terra promissionis, licèt perpauci essent, collati cum reliqua decem tribuum multitudine. Quamquam ex nominibus Zabulon & Nephthali non sequitur necessariò, ut de hominibus harum Tribuum sit sermo; sed de Judæis, ex quacum-

Ex quibus Tribubus potissimum Apostoli
m *Isa. 19. 1. & 33.*
n *c. 9.*
o *Mat. 5. 15.*
q *in c. 1. Osea & in c. 23. & 37. Ezech. in c. 2. Zach. in c. 2. Malach. q 11. Antiq. c. 14. & 5.*
r *in c. 1. Oseæ n. 93. & seq.*

cumque tandem Tribu habitantibus, ubi erant viculi pertinentes ad illas Tribus in Galilæa, ut indicat idem Hieronymus *a*. Hebræi nominatas dicunt istas Tribus, quia mediæ erant inter Juda, & Beniamin maximam, & minimam: vel quoniam illarum laus præcipua contineatur in Cantico *b* Deboræ, ex qua huc quidam versus transcripti sunt. Origenes *c*: refert ex hoc loco collegisse vetustiores se ordine quodam Tribus duodecim per totidem in mari rubro divisa quasi itinera transvisse. Et quoniam divisum canitur Psal. 135. *d*, in divisiones. Verùm de hac re aliàs.

a in c. 9. Esa. Cur istæ Tribus nominatæ.
b Jud. 5. 18.
c Hom. 5. in Exod. Duodecim Trib. Israel, per totidē divisa itinera transivisse in mari rubro unde colligēres ex hoc loco non nulli.
d v. 13.

Vers. 29.) Manda Deus virtuti tuæ: confirma hoc Deus quod operatus es in nobis.

Sensus loci.

HOc adeò eximium beneficium quum abs te non ignoremus profectum, & sciamus absque te conservari non posse, quæsumus, ut hoc nostræ salutis opus tua digneris virtute confirmare, ut quod statuisti, nullo unquam tempore conatibus hostium dilabatur. Hilarius notat, neminem propriè *mandari virtuti suæ*: hoc tamen hìc dici. quia Patris *virtus* est Filius *e*, qui superiora omnia perfecturus est missu jussuque Patris, & stabiliturus re, factoque per ipsum, quod ante mundi constitutionem immobiliter statuerat. Hieronymus *virtutem* ait esse Christum, id *quod operatus est*, Deus, videlicet per illum, in nobis, esse Baptismum: *Confirmationem* quæ postulatur, esse Spiritus S. infusionem, nimirum in Pentecoste, ut auxilio isto incedamus homines infirmi, in virtutibus. Augustinus consentit, & *mandare Christum* esse commendari. *Commendasse* namque *charitatem suam DEUM in nobis, quoniam quum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est f*, atque *cum illo omnia nobis donavit g*. Denique etiam *mandare Deum* docendo, *confirmare* juvando. Euthymius prima verba refert ad Patrem, ut Filio præcipiat, quem vocat Apostolus *DEI virtutem*, & *DEI sapientiam h*, & nihil se loqui à seipso professus est, sed quæcumque audiret à Patre *i*, sequentia ad Filium, ut reddat Evangelii validiorem prædicationem. Idem atque Theodoretus prima sequentis versus verba, *à templo tuo*: jungunt istis: ut confirmet Christus, inquit Euthymius, quod operatus est à templo suo, ideſt, per templum corporis sui, quod habitavit in Jerusalem, ubi *constitutus est Rex, prædicans præceptum Dei k*: vel confirmet, ait Theodoretus, gratiam, quam dedit per templum, quod ex nobis reparavit, collocavitque super omne imperium, potentiam, nomen, videlicet in cœlesti *Jerusalem, quæ est mater nostra l*. Addit præterea, peti, ut à templo, ideſt, ob sacrificium, nempe cruentè semel factum, & sæpius incruentè, fruamur cumulo beneficii in nos collati. Cyrillus Alexandrinus *m*, agnoscit in his iisdem verbis mandatum ac missionem Patris, ut Filius carnem assumere, ficque quod in nobis fabricatum erat corpus, robustius redderet, & ab interitu liberaret. Per *virtutem* præterea DEI Christum interpretatur *n*. Idem placuit Eliæ Cretensi *o*.

Mandare nullus virtutis suæ, propriè nemo dicitur.
e 1. Cor. 1. 24.
Variæ expositiones.
f Rom. 5. 8.
g Infr. 8. 32.
h 1. Cor. 1. 24.
i Joan. 8. 38
k Psa. 2. 6.
l Gal. 4. 26.
m l. 2. in Joa. c. 105.
n l. 1. Thesaur. c. 30. & in orat. de Nat. n. 167.
o 3. Reg. 1. 47.

Manda DEVS.) צוה אלהוך *tsivah elohecha, præcepit Deus tuus*, ut vertit etiam Hieronymus. Credendum potiùs LXX. ponentibus Imperativum modum, quamvis quoque sequenti membro, & mutatis punctis, potest esse in eodem verbo רוה *thsauue*. Nec obstat affixum (ך) *chaph, DEVS tuus*; hoc sensu, (qui alioqui malus non est.) Mandavit; seu præcepit DEUS tuus ò populе, virtuti, seu de virtute, vel (ut legit Hieronymus) *de fortitudine tua*. Aut quia deest in Hebræo præpositio, *Præcepit Deus tuus. fortitudo tua*, vel *jussit hanc fortitudinem tuam*. Hæc, inquam, lectio cum dicto affixo nihil impedit: siquidem facile fuit, ut pro (ך) *nunc*, esset (ך) *chaph*, vel pro (מ) *mem*: ipsimetque Masoretæ *p*, docent, ut Genebrard. monet, *chaph* legi pro *mem*, in hoc eodem vocabulo. Chaldæus interpretatur eodem pacto, *Præcipe Deus fortitudine tua*: Symmachus, προσταξον ὁ Θεὸς;

Virtuti tuæ.) Τῇ δυνάμει σου. Symmachus, Περὶ ἰσχύος σου: posset etiam reddi *virtute tua, virtutem tuam, de virtute tua, fortitudine tua*, vel *robore*, עיוך *hhuzzecha*. Augustinus, Psalter. Vaticanum, & Ambrosianum:

A *Manda Deus virtutem tuam*. Hilarius dicebat, non dici propriè ullum mandare virtuti suæ. Credo tamen non adeò raram & insolentem phrasin esse, & similem esse ei, qua dicimus vocare rationem nostram in consilium, imperare nobis ipsis. Nam quod est Psalmo nonagesimo septimo *q. Salvavit sibi dextera ejus*. Græcè est αὐτῷ, sicut, *Hosanna filio David r*. Verbum enim רושיע *hoschiahh* jungitur dativo.

Phrases scripturæ.
q v. 1.
r Mat. 21. 16

Confirma hoc Deus. Hebraizantes novam Apostrophen hìc dicunt esse. At eadem est quæ priùs. Vel est ad virtutem, ideſt, ad Christum qui etiam Deus est. Chaldæus: *Fortis esto Deus*. Rectè autem confirmationem istam antè diximus de Confirmationis Sacramento intelligi posse. Posset præterea עיוך *huzzecha*, nomen esse, hicque effici sensus: Virtus, fortitudo, robur, Deus hoc operatus es nobis. Non recedendum tamen ab editione vulgata, & Lxx. & δυνάμωσον τοῦτο, & Symmachi, ἰσχυσον, &c.

Quod operatus es.) Ὃ κατειργάσω, sed in emendatis κατηρτίσω, *perfecisti*, eodemque modo in Psalterio Æthiopico. Symmachus, Ἐστοίκωσις, Apollinarius, τέκτηνας. Fulgentius, *f*, ex hoc loco probat opus bonum nonnisi B à Deo in nobis, & in Deo à nobis fieri: quemadmodum quum alibi dicitur *t*: *In Deo faciemus virtutem*, ideſt, inquit, opus virtutis.

f l. ad Monimum c. 9. Opus bonum non nisi à Deo in nobis, & in Deo à nobis fieri ex hoc loco probans Fulgentius.
t Psa. 59. 14.

Vers. 30.) A templo tuo in Jerusalem tibi offerent Reges munera.

ANtea dixi, de primis verbis, nectere nonnullos illa cum priore versu: & favet Symmachus: Δὰ τὸν ναόν σου τὸν ἐν Ἱερουσαλὴμ. *Corrobora Deus quod fecisti nobis, per templum tuum, quod est super, vel supra, & alte in Jerusalem; aut per templum cœleste, civitatis spiritualis Jerusalem*. Quo modo, vel esset sermo de templo materiali, quod sit typus templorum nostrorum, & sacrificii nostri, quod etiam in Jerusalem celebrari cæpit: vel de corpore Christi *u*, cujus item typus illud materiale templum, vel de domicilio Beatorum, cujus C quoque figura fuit idem templum, totaque civitas Jerosolymitana. Atque hos quidem sensus citati tradunt Græci. Hebraizantes, *Confirma, seu robora Deus id quod operatus es à templo tuo super Jerusalem*, ideſt, *Mitte fortius auxilium tuum è templo tuo super populum tuum electum*: Vel se jungendo à præcedentibus: *A templo tuo super Jerusalem prodit tale auxilium: ideo tibi offerent*, &c. vel, *A templo tuo in Jerusalem prodeat auxilium tuum, & offerent tibi*, &c. quia debet id tibi referri acceptum.

u Joan. 2. 21

Hilarius autem. Hieronymus, Augustinus, & posteriores Latini mysticas oblationes, mysticos Reges, mysticum sumunt templum, ut qui sibi imperant, justi offerant à templo corporis, quod bene vivendo sanctum faciunt, in cœlesti regno, Regi æterno, seipsos *hostiam vivam, placentem Deo x*, in consuetu omnium Angelo- x Rom. 12. 1.
rum. Nec excludit Augustinus Reges terræ, & eos quos discernit super cœlestis *super columbam deargentatam* id. est, Prælatos super Ecclesiam. Euthymius præter alium illum sensum, de quo priùs egimus, putat quoque versiculorum immutato ordine, ideſt, eo, quem habemus, posse de muneribus externis intelligi, quæ Reges terræ dabunt ædificando templa, largiendo prædia, & alia ad Dei cultum pertinentia: & hæc omnia in templo materiali ferent Deo in supernam. Jerusalem, quia per terrestrium horum oblationem accessum & gratiam apud Deum consequentur.

Mystica interpretatio.

Marcus Eremita *y*, videtur sensu tamen magis morali simile quid innuere. Notat enim non dici hoc loco ab Jerusalem, in templum oblatutos Reges munera, quod fieri solebat, sed *à templo in Jerusalem*, quoniam animus cujusque, maximè regius, ab occulto cordis sui templo primùm sumit honestas & bonas suggestiones, quæ suggeruntur ab inhabitante Christo, quas etiam adducit ad politiam virtutibus plenam, quæ dici potest Jerusalem: iterumque per bonam intentionem offert eas ipsi, qui donavit Christo. Verum est, *Magos à templo in Jerusalem* & à Jerusalem *obtulisse munera z* ideſt, recedendo à Jurusalem, & à templo, ubi fortasse credebant offe- z Mat. 2. 9 11.

y l. 4. Pap.

renda. Sed non videtur mihi litteralis sensus. Cajetanus putat Davidem propter beneficium, quo dignatus est Deus habitare in templo, quod illius ipse instinctu *a*, designavit orare, dignetur etiam robur firmitatis & augmenti beneficiis cœptis dare, ac stabilire fixam regni sedem in familia sua; unde fiat, ut offerant reges celeberrima templo munera.

a 1. Reg. 7. 1 & seq.

A templo tuo. Symmachum retuli vertisse: διὰ τὸν ναόν σου, *propter templum tuum*. Si non rarò præpositio (*a*, vel *ab*) usurpatur, ut, *A verbis tuis formidavit cor meum* b: *A mandatis tuis intellexit* c: *A judiciis tuis timui* d: *A judicis tuis non declinavi* e: *A voce exprobrantis & obloquentis: à facie inimici & persequentis* f. Hieronymus vertit, *De templo tuo*. Psalterium Vaticanum: *A templo sancto tuo*.

A, vel, *ab*, præpositiones, pro *propter*.
b *ps.* 118. 161
c *Ibid.* 104.
d *Ibid.* 120.
f *ps.* 43. 17.

In Jerusalem.) עַל *hhal*, *super*, & ἐπὶ, quod valet idem, vel, *in*. Hieronymus, Psalterium Vaticanum, & Ambrosianum, *quod est in Jerusalem*. Symmachus, τὸν ἐπάνω τῆς Ἱερουσαλήμ.

Tibi offerent Reges munera.) Obtulerunt Reges templo Judaico munera, ut aliàs dixi *g*: sed hæc figura est Regum plurimorum, qui, sicut Magi Christo *h*, sint oblaturi munera, & ipsi colla subdituri.

a *Actuum* 8. *cum de Eunucho*.
h *Matt.* 2. 11

Vers. 31.) Increpa feras arundinis congregatio taurorum in vaccis populorum: ut excludant eos, qui probati sunt argento.

Dissipa gentes, quæ bella volunt.

Sensus loci.

ORatur Deus ut suam illam virtutem exerat in sævissimos hostes armatos lanceis, & qui feris sunt similes, quæ ædificant, incolunt, & latitant in arundinetis, ac tamquam feroces tauri una cum populis suis vaccarum lascivientibus in morem, conspirant, ut dejiciant è sua hæreditate illos, qui Deo probati sunt ad similitudinem purissimi argenti: denique perdat immanes gentes, quæ bella comparant, & hominibus perniciem exitiumque machinantur. Vel quum proximè de muneribus offerendis Ecclesiæ sermo fuerit, nunc petitur à Deo ut repudiet antiqua victimarum sacrificia, & vitulorum multitudinem populorum subjunctam curribus. eos etiam, qui secum argenteis fragmentis abjiciunt, ut divinum numen legis ritu ad misericordiam inflectant, quum ignorent delectari Deum magis *misericordia, quam sacrificiis i*. Hoc modo Osorius. Vel, quia in tanta Ecclesiæ propagatione, ac felicitate, quando Reges ipsi sese adjungent, & munera deferent, adversarii non deerunt ferina quadam sævitia, & taurina atque vaccina quadam lascivia contra purissimæ fidei professores, illos compescat Deus & comprimat.

i *Osea.* 6, 6. *Mat.* 9. 13

Hilarius indicat per *feras* Dæmones intelligi, ut & per *de vastantem aprum* k, principem mundi Satanam, per *tauros, vaccasque*, Judæos, sicut etiam quum dicitur: *Tauri* l *pingues obsederunt me*. Augustinus, m, exponit de Hereticis, qui sint *feræ arundinis*, sive *calami*, ideſt, styli Scripturarum, quoniam has pervertunt ad suum aliorumque interitum *n*: *tauri*, ob indomitam superbiam: hos autem *vaccas populorum* sequi, qui seducuntur, animo scilicet effœminato *instar muliercularum, quæ onerat peccatis ducuntur variis desideriis, semper discentes, & ad veritatis scientiam numquam pervenientes o* inde fieri ut *probati manifesti fiant p*, appareant, emineant. Accedit Rupertus *q*, & alio rursus loco idem Augustinus *r*, Hieronymus amplectitur utrumque sensum tùm Hilarii, tùm Augustini & Dæmonas dici *bestias calami*, quia sunt fragilis infirmæque virtutis. Addit præterea, per *feras arundinis* belluinam sumi posse Judæorum superbiam, non solùm per *tauros*. Idem alio loco *s*, innuit Hæreticos esse *feras calami*, quia scribunt iniquitatem. Theodoretus putat peti, ut exigat Deus *feras*, ideſt, peccata; *tauros*, Judæos, sic dictus, propter audaciam, qua prævidentur *vaccas juvencas* impetituri, hoc est, credentes ex Gentibus, ut excludant ac privent felicitate, quæ iis data fuit, qui instar argenti igne examinati, declarati sunt esse *probati*. Paullum de illis scribere *t*: *Æmulantur vos non bene: sed excludere* ἐκκλεῖσαι *vos volunt*. Euthymius feras ait esse Dæmonas, qui habitant in

Variæ vocū expositiones.
k *ps.* 79. 14.
l *ps.* 21. 13.
m *Hic, & l. de Ovibic.* 14
Hæretici ut *feræ arundinis* seu *calami* dicantur item, *tauri*.
n 2. *Petr.* 3. 16.
o 2. *Tim.* 3. 7.
p 1. *Cor.* 11. 19.
q In *Gen. c.* 49.
r In *ps.* 106. Dæmones *bestiæ calami* cur dicantur.
s In *cap.* 40. *Ezech. & ep.* 27.
In *Epitaph. Paulæ*.
t *Gal.* 4. 17.

arundinibus: ideſt, in hominibus, qui ad ferendas virtutes sunt steriles, ad nutriendas voluptates succum & humorem multum habent. Hoc significatum in libro Job *u* de Behemoth: *Sub umbra dormit in secreto calami, & in locis humentibus*.

Quod attinet ad *tauros*, iis vult Pontifices & Scribas, reliquosque Judæorum Principes designari, sicut & *vaccarum* nomine subditos Judæos: illos autem conatos excludere, ideſt, impedire Apostolos, argento fidei virtutumque probatos, ne prædicarent, prohibendo, cædendo *x*, &c.

u c. 4. 16.

Possent *feræ arundinis* accipi pro Gentilibus persecutoribus: *tauri*, & *vaccæ*, pro Judæis adoratoribus quondam vaccarum aurearum in Samaria sub Jeroboam *y*. Sed & omnia ista animalia æquè de utrisque usurpari possunt. Sunt enim & Gentiles *tauri*, *vaccæque*, tùm propter superbiam, tùm propter lasciviam: & Judæi vacui divino Spiritu; nec aliud Christo sceptrum offerentes quàm *arundinem z*. Sæpius etiam *arundo*, & *calamus*, & *arundinetum* pro Judæis accipitur, ut à Gregorio *a*, juxta illud Sapientiæ *b*: *Fulgebunt justi, & tamquam scintillæ in arundineto discurrent*, & aliud *c*, *Calamum quassatum non confringet*, ut à Hieronymo ad Algasiam *d*, ut ab Augustino *e*. Immo & generalius conveniunt ista quibuslibet peccatoribus, qui varias formas bestiarum exprimunt moribus, & sunt Petro ostensi *in linteo f*. Sic sanè præsentem intellexit locum Ambrosius *g*. Paraphrastes Chaldæus universè interpretatus est: *Increpa exercitus peccatorum*, חיבין *chattabin*. Leo Papa IX. Michaeli scribens Imperatori *h*, adversus Ecclesiam insolescenti, comparat illum, utens præsenti loco, cum feris arundinis; & ipsius imperium sive mundanam potestatem, cum arundineto; quia arundo exteriùs nitida est, intus vacua: & hujusmodi potestas *calami secreto* similis est, *sub cujus umbra dormit Behemoth*, *i*, sed in arundineto justi discurrunt *k*; ventoque agitatas arundines comburent.

x *Act.* 4. 18. c. 5. 40.
y 2. *Reg.* 12. 28. *& seq.*
z *Mat.* 27. 29.
a 33. *Moral.* c. 3.
b c. 3. 7.
c *Esa.* 42. 3. *Matt.* 12. 20.
d *Epist.* 151.
e 2. *Quæst. Evangel. c.* 3
f *Act.* 10. 11. 12.
g 2. *De Spirit. S. c.* 11.
h *cap.* 4.
1 *Job.* 40. 16
k *Sap.* 37.

Increpa. נְעַר *gehhar*, quod verbum Kimhi docet junctum cum præpositione ב *be*, significare *increpare*: sine illa, *corrumpere*, & *perdere*. Tamen Lxx. & Latinus Interpres vix umquam aliter quàm verbo *increpandi* exponunt, sicut & nomine increpationis, inde deducta nomina: & est de increpatione per formidabilem aut exitialem vocem.

Feras arundinis.) Hieronymus, *Bestiam calami*, & aliis locis citatis eodem sæpe modo, aut certè numero plurali bestias exprimendo. Augustinus *feras calami*. Hilarius *Feras sylvæ*. Psalterium Vaticanum, & Psalterium Ambrosianum, & Ambrosius *l*, & Cassiodorus, *Feras sylvarum*. Theodoretus notat in aliquibus exemplaribus fuisse δρυμὸς, ideſt, *Sylvæ*, aut *nemoris* Hebræa prima vox est numeri singulari תִּית *chattath*, in regimine, sicut versu 11. ubi ζῶα & animalia nisi velis detractis punctis esse pluralem numerum, qui cum punctis est קַנַּה *chaioth*, sine (י) *vau* cum *holem*. Hanc vocem hìc aliqui, sicut ibi vertunt *congregatio, cœtus*, &c. Secunda vox est קָנֶה *kaneh*, unde *Canna*, Græca κάλαμος, qui & Latinè *calamus* vocatur. Chaldæus, qui exercitus peccatorum intellexit, non à calamo, sive arundine, & Canna denominavit, sed ut hi confringantur tamquam Canna. Venenata præsertim animalia latitant, & morantur in arundinetis, & carectis: & arundinis tamen ictu levissimè intereunt, ut præter alios Athanasius *m*, transferens id ad arundineum Christi sceptrum, docet. Sed & *arundo* etiam apud Auctores profanos pro lancea oblonga sumitur, proque jaculo alio, ut, quod antè retuli, *feræ arundinis* dici possint hostes lanceati, sive lancearii, lanceis aliisve jaculis instructi. Satis ineptè quidam *n* reddunt: *Increpa cœtum hominum viventium aromate* (quæ vulgo *Canella* dicitur.)

l 2. *De Spiritu S. c.* 11.
Cannæ vocis etymon.
m *Ser. de Cruce & Passione Deum*. *Arundo* pro lancea. Inepta quorumdam interpretatio.
n *Apud Vatablum*.

Congregatio taurorum.) Hilarius, *Concilium*, & Psalterium Vaticanum, sive Basilicæ Vaticanæ, & Ambrosianum, & Cassiodorus, Hieronymus, *Congregatio fortium* eodem pacto Pagninus, sed in Accusativo: *Congregationem Justorum*, referendo ad præcedens verbum una cum *feris arundinis*: ut videtur etiam exigere textus Hebr. in quo est in regimine עֲדַת *hhadath*, cum אַבִּירִים *abbirim*, ita ut sint velut per appositionem, *feræ* illæ *arundinis* (Hebr. in singulari, *feræ*) *congregatio taurorum*, sive fortium, & robustorum adversariorum. אבִיר *abbir*, *fortem* signi-

significat (inde forsitan Latinum *Vir*) & de Angelo dicitur, quia *panis* quem Lxx. vocant *Angelorum a*, Hebraicè dicitur אבירים *abbirim*, præterea de equo, homine, tauro, Deo ipso, propter vires, sæpius de tauro *b*, Symmachus pro his, & sequentibus ita legit: Συνδώσπαμὶμεγεθῶν, nempe (μετὰ συμροφῶν *increpa*] λαοὶ ταῖς δηλαπτήσουσι τὰς εὐδοκίμους, vel εὐδοκοῦντὰς ὡς ἀδόκιμον ἀργύριον. *Increpa conventum prægrandium, cum conspirationibus populorum, illos qui calcibus petunt probatos, tamquam improbatum argentum.*

Unde Latinum *Vir* oriri esse possit.
a Ps. 77. 25.
b Esa. 34. 7. Ps. 21. 13. Ps. 49. 13. Jerem. 50. 11

In vaccis populorum.) Hilarius, Augustinus, Cassiodorus, Romanum. & Ambrosianum Psalterium, *inter vaccas populorum*. Hieronymus, *In vitulis populorum*, בעגלי *behhegle*, Ἐν ταῖς δαμάλεσι. *Congregatio* intelligitur *taurorum* cum vitulis, & vaccis, principum protervientium & lascivientium cum subditis similibus. Nomen Hebræum est generis masculini, significans *vitulum* sive plaustralem, sive alium. Legerunt forsan Lxx. עגלות *bheghoth*, nam fœminino genere dixerunt, Ἐν ταῖς δαμάλεσι, quo nomine significantur *juvencæ*. & *vitulæ*, *bubulæ*: interdum cum articulo masculino *vituli*, & cum fœminino etiam *vaccæ*: Eugubinus sic explicat omnia superiore. Increpa, seu lethalem profer sententiam, in ferinos ac sævos homines: sed & idola ipsa, quæ erant more Ægyptiorum apud quos bos Apis colebatur. Chald. *Congregationem virorum, qui confidunt in vitulis idolis Gentium*,

Ut excludant eos qui probati sunt argento.) Psalterium Romanum, & Ambrosianum, & Augustinus, *Ut excludantur hi*, &c. favent Græca τὸ ἐκκλεισθῆναι. Sed Sixtiani codices, τὸ μὴ διπκλεισθῆναι. *Ut non excludantur*. Quo etiam pacto legit Hilarius, & Psalterium Æthiopicum. Nec variat propterea sensus: nam retenta negatione intelligimus orari Deum, ut increpet ne excludantur *qui probati sunt argento*: si desit negatio, tauros, & vaccas ac feras illud conari, ut excludant *probatos argento*: quod ne faciant, peti à Deo, ut *increpet*. Cassiodorus legit: *Ut non excludantur hi*, &c.

c 1. Cor. 11. 19 Ex disputatione cum Hæreticis commodū.

Exponit Augustinus, ex Hæreticorum seductione, qua capiuntur vaccæ, ideſt, faciles, leves &c. consequi, ut alii constantes, ac in fide firmi, & bene argento eloquiorum divinorum *probati* appareant, eminent, atque, ut ait Apostolus *c*, *manifesti fiant*: ita ut disputatio cum Hæret. hoc commodum afferat, ut quod faciunt qui de confusione massæ formam vasi exprimunt arte argentarii, dicti propterea *exclusores*, commodior de pluribus Scripturarum sensibus extrahatur.

Aliter præterea explicat, ut per *tauros* illos Hæreticos doctores excludantur à *vaccis*, ideſt, ab auribus animarum, quas volunt seducere, hi qui *probati sunt argento*, hoc est, qui sunt idonei docere eloquia Domini. Hieronymus vertit, *In vitulis populorum calcitrantium contra rotas argenteas*. Leo Papa IX. *d*, explicat *congregationem taurorum* esse cœtus hæresiarcharum, qui cervicoso ductu post se trahunt vaccas lascivarum animarum. Alii *e* *Quum vitulis populorum increpa conculcatum*, ideſt, *increpa conculcatum populum cum fragmentis argenteis, vel gloriantem incisionibus, sive fragmentis argenti*. Vel, *Donec quisque eorum conculcatus sit in frustis argenti*: ideſt, Donec præbeant se calcandos coram te, ut dent tributum: aut, donec dejecti; ac vectigales facti, argenti tributa pensitent. Vel supplicem, seu dum supplicet in fragmentis, seu cum fragmentis, & tributis argenti, quæ reddat, quamvis animo illibenti, & rebelli, paratoque, quod in se est, & si vires recuperet, denuo insurgere. Alii *gloriantem in fragmentis argenti*, ideſt, Idolis: *Vel, conculcantem frustra argenti*, ideſt, viros probos. Eugubinus: *Increpa bestias calami, armentum taurorum: intona in vitulos populorum, qui currunt ad opifices, vel opificia argentea, scilicet ut adorent ea*. Chald. *Beneplacitum ejus est in populis, qui studeant mente sua in lege, multo puriori argento* Oritur descrepantia tanta ex Hebr. ברצי בסך תמרפם *mithrappis beratse chaseph*. Primum participium si accipiatur in casu recto, poterit exponi de Deo: *Increpa feras arundinis*, & *congregationem taurorum*, &c. *conculcans*, vel ברצי *beratse*, cum daghes in (צ) à רצץ *ratsats, fregit, in frangentibus*, ideſt, frangentes argentum, ut ad te deferant. Vel sine daghes à רצה *ratsah, voluit*, ברצו *beratse, in volentibus, & complacentibus*, ideſt, eos, quibus placet argentum, aut ut hostiliter accipiant, aut ut colant; vel item sine daghes à רוץ *ruts, cucurrit* ברצי *beratse, in currentibus*, ideſt, currentes ad argentum, ut aut hostiliter etiam acquirant, aut superstitiosè colant, aut inviti, licèt deferant tributi nomine. Quod si dictum participium sumatur in accusativo casu, referri debebit ad *congregationem taurorum in vaccis populorum*, ideſt, ad unumquemque de populo, ita ut increpet Deus unumquemque conculcatum inter eos, qui aut frangunt argentum, aut id volunt, aut ad illud currunt.

d Epist. ad Michaelem Imp. c 4.
e Apud Vatablum, & Autorem Thesauri in רפם *raphas*.

At nihil melius interpretatione LXX. & nostra: *Congregatio taurorum in vaccis populorum*, nimirum hæc ipsa est, similisve illi cœtui, qui dictus est *fera arundinis*, & increpanda est sicut ille, ut excludat eos, qui *probati sunt argento*, (quasi dicat ex Hebræo) quæ calcat, & premit, sive exprimit calcando in iis, ideſt eos, *qui complacent sibi* (sicut) *in argento*, vel potiùs qui placentes sunt Deo, sicut argentum. Tunc autem non erit figendum daghes in רצי *ratse*, nec derivandum à רצץ *ratsats*, sed nec à רוץ *ruts*, à quo ultimo participium quoque רצי *ratsi*, sine daghes scriberetur. Hieronymus retinens Metaphoram *vitulorum & vaccarum*, nempe plaustralium, vertit, ut dixi, *in vitulis populorum calcitrantium*, מתרפס *mithrappes, conculcantis uniuscujusque rotas argenteas*, videlicet plaustri, & רצי *ratse*, intellexit *currentes rotas*, à רצץ *ratsats*. Eodem allusit nuper citatus Symmachus, utens participio διηλακτί ζωσι, *calcitrantibus*. Chaldæus denique videtur respectum habuisse ad רצי *ratse*, ut est ex רצה *ratsah*, *complacuit*. Ignoscat Lector studio defendendæ editionis nostræ.

Qui probati sunt argento.) Paullò clariùs, *sicut argentum*, ut explicat Euthymius, quasi dativus Græcus, & ablativus Latinus similitudinis, vel metonymicè, aut Genebrardus, *argento*, ideſt, argenti igne, quo purgatur & probatur argentum. Symmachum antea retuli dicentem: *Isti tauri* διαμαχτίζουσι τὺς εὐδοίμους ὡς ἀδόκιμον ῥγύρου; *Conculcant probatos, perinde ac conculcatur improbum argentum*. Sed eodem redit sensus: qui enim verè sunt probi, ab improbis conculcantur ut improbi, ut scoria, ut purgamentum, ut peripsema.

Dissipa gentes.) בזר עמי *bitsar hhammin*, *Dissipavit populos*. Mutatis punctis potest esse modus Imperativus בער *bitsar*: & *Gentes*, atque τὰ ἔθνη, non propriè hic significant qui *Gentiles* dicuntur distincti à Judæis; hi enim illas potiùs vocant גוים *goiim*. Cassiodorus, *Dispersos*, sed & *Gentes* de Judæis dici aliàs notavi.

Gentes non hic proprie Gentiles, interdum & de Judæis vox dicta.

Vers. 32.] Venient legati ex Ægypto: Æthiopia præveniet manus ejus Deo.

Sensus loci.

QUum dissipaverit Deus gentes quæ bella volunt, & increpaverit compescueritque feras, tauros, vaccas omnes adversarios, venient ultro Legati ex Ægepto, fœdus cum Deo, ejusque populo inire cupientes: præterea accurrent Æthiopes, ut manus extendant fœderis jungendi causſa, & adorandi, & offerendi munera. Hoc maximè locum habuit in Religione Christiana, quam Eunuchus Candacis Æthiopum Reginæ statim recepit, & ad suos detulit; quibus præterea Matthæus prædicavit) seu Proselytus ipse fuerit, seu purè Gentilis: qua de re dictum in Actibus Apostolicis *f*: Ægypti quoque sub Marco celebris admodum Ecclesia, & Christiana fuit schola, de qua visus loqui Philo *g*. Verùm hujus ex Alexandria Ægypti legationem ad Cajum innui: & ob amicitiam cum Petro, aliisque Christianis contractam, postquam rediit jam Christianus, construxisse Marco Ecclesiam, fictitium planè judico, falsum, quamvis Ayguanus non improbet, citans librum nescio quem virorum illustrium. In honorem Marci Ecclesia excitari non potuit, sed nec ulla alia eo tempore. Philo Christianus non fuit Hieronymus in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum Philonem Judæum nominat: & cur inter eos auctores posuerit, se excusat, quod vilus sit eos laudare. Conveniunt omnes Patres in hac expositione. Theodoretus *Ægypti* nominatim fieri mentionem notat, quod ab antiquo impietatis imperio emerserit. Euthymius, quia propter amplitudinem imperii orbem significat, & *Pharao* Diabolū ab orbe priùs cultum: *Æthiopia* ejusdem Orbis fines, quod sint Æthiopes hominum, qui Orientem

f c. 8. 27. Ægypti sub Marco celebris Ecclesia.
g lib. de Supplicib. De Marco structa Ecclesia facti tia fabula

Ægypti cur hic nominatim mentio. Æthiopiæ fines.

tem incolunt & Occidentem, extremi- Hilarius hoc ex- Amitanus illi Eunucho, quem Philippus in Æthiopiam

a *Matt.21.* b *Act. 2.10.* c *Apud Baronium, & Suarez, & interpretis Matth.* Ægypti vocabulo mundus totus in scripturis intellectus. d *Hom 1. in varios locos Matth.* e *Epist.127.* f *Apud Auctorem Thesauri Hebr.*

pletum dicit, vel Magorum ad Christum adventu *a*, vel in Pentecoste *b*. Hoc secundum affirmat etiam Theodoretus; & sunt qui Magos venisse putent de Æthiopia *c*. Chrysostomus *d*, arbitratur eosdem Magos posse dici Legatos Ægypti, ac totius mundi, quia Scripturæ mundum totum *Ægypti* vocabulo solent nominare.

Legati.) Πρέσβεις. Chald. *Filii Cham nigri de Ægypto. ut fiant Proselyti.* Heb. יאתיו חתמנים *jeethau chaschmannam*. Hieronymus, *Offerantur velociter*, quamvis Cassiodorus aliter citet, *Offerunt*, &c. & explicans *e* mansionem vigesimam sextam Asmona חשמנה *chaschmonah*, docet significare *festinationem*, & hoc loco pro *Legatis* in Hebræo legi. *festinantes*. Alii *f*, vertunt *Magni Principes*, seu *Satrapæ* seu *magni viri*, *duces*, *optimates*, *præstantiores*, vel *munera*: & quidam credunt fuisse nomen familiæ. Sed quum hoc asseratur de Machabæorum familia, qua de re optimi illius historiæ Interpretes Serarius noster, & Joseph Stephanus, non pertinet ad præsentem locum, ubi de Ægyptis est sermo.

In genere tradunt Hebræi, nomine isto Hebræo significari, qui regio aliquo munere funguntur, vel sunt Præfecti, majores ve magistratus: ac testis est Elias Levites *g*, Judæorum Italorum confessione, Cardinales. S. R. E. *Assamonim* dici, quia sint Optimates, & primarii Senatores Ecclesiæ. Venient igitur etiam primarii: multo magis mediocres & infimi. Quamvis Augustinus Ruffinus, & alii explicent de Prædicatoribus, qui ex Gentilibus quoque fient, & elegatione fungentur, sicut Paulus faciebat, ceterique Apostoli pro Christo *h*.

g *In Thisbi. pag. 126.* S. R. E. Cardinales *Assamonim* cur dicti.

Æthiopia.) De hac & de *Ægypto* dixi nonnihil in Historia Apostolica *i*: nec minùs hæc quam *Ægyptus* pro peccatoribus omnibus, sed propter nigredinem, usurpatur, ut docet Origenes *k*, dicens eorum figuram fuisse Mosis uxorem Æthiopissam, propter quam murmuravit Maria soror, ideſt, Synagoga: & idcirco *Sponsam nigram* vocari *l*, nempe antea, ob peccatum, sed formosam, quum eam sibi sponsus Christus desponsavit. Eadem opinio Theodoreti, Russini, Augustini, & aliorum tum hìc, tùm in Psalmum 71. *m*, ubi prædicitur velut generaliter: *Coram illo prodicent Æthiopes*: postea peculiariter Reges: *Reges Tharsis*, &c. Meritò Nahum *n* de Æthiopia simul cum Ægypto scripsit. *Æthiopia fortitudo ejus*, & *Ægyptus*, nempe, secundùm allegoriam, Ecclesiæ. Rectè etiam Ambrosius *o*, eodem mysterio, Abdemelech Eunuchum Æthiopem exposuit, qui *Jeremiam levavit de lacu* p, denotare nos Gentiles, qui nigri eramus ob delicta, & infructuosi, demersam cœno prophetiam à Judæis, & contemtam, libenter suscepturos. Eadem quoque ratione *Sponsam nigram* intelligit per culpam, decoram per gratiam: nigram per conditionem, decoram per redemtionem: nigram, exercitii sui pulvere, dum præliatur, decoram, dum victoriæ suæ insignibus coronatur. R. Moses *q*, eamdem tradit expositionem loci Canticorum, quem attulimus, *ut nigredo* denotet sordes ignorantiæ atque peccati: *forma*, sapientiam & justitiam, Græci Patres in enarratione libri ejusdem conveniunt *nigredine sponsæ* collectam intelligi de Gentibus Ecclesiam, quam spernebant Judæi ut vilem & abjectam, quemadmodum Mosis uxorem Æthiopissam Maria soror contemnebat *r*, ut antè dixi. Eodem revocari potest adventus Reginæ Saba ad Salomonem *s*; est enim Saba in Æthiopia. Gregorius *t*, item per *Æthiopiam prævenientem* Gentilitatem intelligit, infidelitate cæteriſque peccatis nigram, sed se salvandam omnipotenti Deo, priusquam Judæa crederet, offerentem. Eodem refert *u*, Joannem præcurrentem Petro in sepulchrum Christi *x*. Isidorus *y* docet hìc prædici convertendam nigram peccatis Gentilitatem ante Judæos, tametsi ad hos redimendos primùm venturus esset Deus. Omnia simul complexus est pauci verbis Hieronymus *z*, quæ hoc & 71. dicuntur Psalmo de Abdemelech & Eunucho Candacis, de Sponsa, quæ primùm nigra, postea dealbata describitur: de uxore Mosis: & quod mulier Gentilis priùs curata est à Christo *a* quam *filia Principis* Judæorum. Docet quoq; idem adumbrari per nomen *Chusi* apud Sophoniam Patrem Sophoniæ, qui *Chusi* significat vel *humilitatem*, vel *Æthiopem meum*. Philo Carpathius *b*, ita prorsus *nigredinem*. & *formam Sponsæ* intellexit allato simul exemplo Eunuchi Candacis, & præsenti loco, Hunc aptat quoque locum Cyrillus Hierosoly-

h 2 *Cor.5.20*

i *c.7.& 8. Æthiopia* sicut *Ægyptus* pro peccatoribus omnibus, propter nigredinem. k *Hom. 1. & 2. in Cant. in id: Nigra sum. &c.* Mosis uxor Æthiopissa quorum figura. *Sponsa nigra* cur vocetur l *Cant. 1.5.* m *vers. 9.* n *c.3.9.* o 2. *De Spiritu S. c. 11.* Mystica expositio de Eunucho qui Jeremiam levavit de lacu. p *Jer.18.13.* q *lib.5. auctore Aabiorum. c. 55.*

r *Num.12.1* s *3. Reg. 10. & 18. Moral. 35.*

t *Ibid. & hom. 22. in Evan.* u *Ioan.20.4.* x *De vocat. Gent c.4* y *in Soph. sub princ. & in c.2. ac 3.* z *Mat.9.20. & seq.* a Per nomen *Chusi* quid adumbratũ b *In Sophonia* b *In Can. c.1*

Amitanus illi Eunucho, quem Philippus in Æthiopiam usque remiserint præconem Christi.

Præveniet manus ejus Deo.) Alii Codices Complutenses, & Regii, & alii, *Manum ejus*. Hieronymus *c*: *Festinet dare munus Deo*. Psalterium Ambrosianum: *Præveniet manus suas*. Ambrosius *d*: *Prævalebit manus suas*. Et vim etiam facit in prima significatione istius verbi Latini, quasi sit elevare de cœno ac de profundo, &c. prout antea notavimus. Alii, *Currere faciet manus suas*, vel *accelerabit*, *celeriter protendet*, seu *exhibebit*, *curret manibus suis Deum*, promtè offeret munera sua Deo, testando obedientiam. *Manus protendet ad veniam*. Chaldæus: *Filii Chus current*, *ut expandant manus suas in oratione coram Domino*. Græcè, Προφθάσει χεῖρας αὐτῆς. Videtur autem activæ significationis verbum, quasi dicas; *Præmittet*, ac festinabit dare, sicut vertit Hieronymus. Hebraicè תריץ ידיו *tharits jadau*. *Currere facient manus suas*, vel *ejus*, licèt illud quam hoc, Latinus, & sic Augustinus mallet ut Interpretes Latini transtulisseut; quoniam planiùs hoc, inquit, esset, quam quod dicitur *ejus*. Monet præterea in paucis codicibus Græcis esse χεῖρας numero ulurali. Satis *præveniendi* verbo celeritas denotatur, ac veluti cursus quidam & celeritas Æthiopum, in afferendis muneribus, vel in obsequio promto. Et, si Magi erant Æthiopes, hi qui ad oraverunt Christum *e*. id re ipsa præstiterunt: sicut olim Regina Saba velociter advolavit ad Salomonem *f*, & Æthiops Eunuchus promtissimus fuit in Baptis. postulando & recipiendo *g*. Placet Deo, qui cito dat, & homines censent bis sibi dari ab eo qui sic det, nec scit tarda molimina Spiritus Sancti gratia *h*, idcirco *abiit Macia cum festinatione* ad Elisabeth *i*, Paulus currit *k*, & nos currere præcipit *l*, & *in odorem Sponsi* currunt *m*. *Si me amas*, ait Marcus Tullius *n*, *tantum quantum profecto amas*, *si dormis*, *expergiscere*; *si stas*, *ingredere*; *si ingrederis*, *curre*; *si curris*, *advola*.

c *Hic & in c 11. Esa.* d 2. *di Spir. sanct. c.11.*

e *Mat.2.11.* f *3. Reg.10.1. Mat.12.42.* Placet Deo qui cito dat & bis dat qui cito dat g *Act.8. 27. 36.* h *In c.1. Luc.* i *Luc.1.39.* k *1. Corinth. 9.26.* l *1. Cor.9.25* m *Cant.1.3* Euthymii & aliorum expositiones. n 2. *ad Atticum, Ep.23*

Euthymius explicat, quod Æthiopia extendit Candacem illum (hoc putat Eunucho proprium nomen esse) quem *manum* nunc Propheta appellet, veluti potentem inter Æthiopes, vis etenim, ac robur, inquit, hominis, in manu potissimùm dignoscitur: potens autem erat ille Candaces, quum post Reginam in imperio dignus habere tur. Hilarius *præventione*, ut ita dicam: sumit de vehementi desiderio Baptismi, quo flagravit Eunuchus a Philippo institutus *o* Chrysologus *p*, explicat de Magis, cunabula Christi adorantibus *q*: & multos refert de spadone ex Æthiopia suspicatos. Addit, quod Gentilis qui erat novissimus, factus est primus: quia tunc ex magorum fide est gentium credulitas dedicata, & Judæorum est notata credulitas. Augustinus de quovis qui per conversionem prævenit vindictam Dei, juxta illud *Præveniamus faciem ejus in confessione* r. Ruffinus post Augustinum, addit, quod credendo *prævenient manus ejus*, ideſt opera sua, quoniam justificatur homo per fidem *sine operibus legis* s. Cassiodorus observat morem belli cum, ut qui timent ab hostibus interitum, dedant manus, armaque deponant. Haymo idem dicit, & præterea, quod *manus ejus*, ideſt, Ægypti operationes præveniet Æthiopia, meliores habitura quam Ægyptus. Hoc non adeo ad rem. Bruno existimat idem significari per *Ægyptum*: antequam vero veniant *ex Ægypto Legati*, ideſt, Prædicatores, fore ut ipsa Æthiopia, quæ eadem est cum Ægypto, saltem mysticè propter tenebras, & nigredinem, *præveniat manus*, ideſt prætendat, ac dedat se Deo. Hilarius jungit sequentibus, *regna terræ*, aitque votum hoc esse, ac vaticinium de generali per orbem Evangelii prædicatione, & quod omnia regna Dominum Christum Deum intellectura, licèt sero, sunt &c. Idem facit Augustinus, licèt moneat in plurimis Latinis & maximè in Græcis codiciaus, *Deo*, in fine hujus versus poni, & quidem rectiùs, Ceteri referunt ad præcedentia, *prævenient manus ejus Deo*.

o *Act.8.* p *Ser. 160.* q *Mat. 2.11.*

r *Ps.94.2.*

s *Rom. 2.20 c.4.4.5. Gal. 3.2. & seq.*

Verſ. 33.) Regna terræ, cantate Deo, pſallite Domino: pſallite Deo,

FAcilis ſententia, voti rationem ſimul habens, ut dixi, & vaticinii. Ultima duo verba deſiderantur in codicibus Hebræis, Chaldæis, Græcis, (præterquam in Sixtianis) & quibusdam Latinis. Et fortaſſe poſita ſunt loco סלה *ſelah*, ſive διάψαλμα. Pſalterium vetus, ſive Ambroſianum retinet, ſed *cantate* pro *pſallite*. Hilarius etiam habet, verum in primis verbis, *Domino*, pro, *Deo*. Hieronymus omiſit ultima; in aliis dixit: *Cantate Deo, canite Domino*, & in epiſtola ad Sunniam & Fretelam *a* refert hasſcripſiſſe, non legiſſe ſe in ſuo Pſalterio quod nunc eſt ſecundo loco, *Pſallite Domino*: quoniam ſtatim ſequitur poſt diapſalma, *Pſallite Deo, qui aſcendit*, &c. Monet autem, juxta Hebraicam veritatem ſic legendum, *Cantate Deo, Pſallite Domino*: & illud quod in principio verſus alterius ſequitur, *Pſallite Deo*, non eſſe in libris authenticis, ſed obelo prænotatum: ideo relinquendum. Attamen retinenda tunc, propter approbationem Eccleſiæ, & quia ſic etiam legunt Pſalterium Vaticanum, & Ambroſianum, & Hilarius, & Auguſtinus, & Ruffinus, & Remigius, & Caſſiodorus, quamvis cum levi aliqua differentia, quam notavi.

a Ep. 135.

Verſ. 34. Qui aſcendit ſuper cœlum cœli, ad Orientem: ecce dabit voci ſuæ vocem virtutis.

DIgnus carmine, dignus Pſalmo Deus altiſſimus ſuper omnes Deos, inſidens ſummo cœlo circa Orientem, unde lucis origo. Chriſtus etiam, qui illuc cum ſuo corpore aſcendit, & ut Deus cœlos, omniaque moderatur, & *b*, *lucem habitat inacceſſibilem*, ſic tamen ut ſuis abſque occaſu exoriatur ſemper. Nec minùs eſt potens, quam altus, quippe voces mittens efficaces, & tonitruorum, & Evangelicæ prædicationis, & judiciariæ tubæ, quæ à mortuis etiam exaudiatur *c*. Hilarius *aſcenſionem* Chriſti exponit ſuper omnes cœlos, ad Orientem, quum prius aſcendiſſe dictus ſit ſuper Occaſum *d*, ob reſurrectionem, quia eſt *Oriens ex alto e*, eoque regreſſus unde deſcenderat, & omnibus rurſus auctor oriundi in hunc cœleſtis ſedis aſcenſum. Convenit penitus Hieronymus & in vocis efficacia, quam Hilarius quoque de miraculis, de Sacramentorum vi, de voce, quæ ad vitam revocabit mortuos, & ad judicium, accipit. Qui & placet quoque Magiſtro *f* ſententiarum. Auguſtinus *aſcenſionem* hìc intelligit ad Orientem, quoniam regio in Oriente eſt, ubi vixit Chriſtus, mortuus eſt, reſurrexit, aſcendit. *Vocem* autem judicaturi, qui judicatus ſine voce, ut agnus, fuit *g*. Theodoretus diſcrepat in voce; illam enim eſſe, quæ in Pentecoſte vehementior auditu eſt miſſo Spiritu ſancto *h*, quem Chriſtus *virtutem* appellaverat *i*. Dedit ergo Chriſtus voci ſuæ, ideſt, Apoſtolis, ait Euthymius, *vocem virtutis*, dictum Spiritum S. cum ſono vehementi, vel Joanni Baptiſtæ, qui *vox* fuit *clamantis k*, dedit veluti ſucceſſorem Chriſtum, cujus ille præcurſor fuerat. Chriſtus autem quæ dicebat, opere implebat, ſive docendo, ſive ut quid mirificè fieret, imperando. Quod vero ſpectat ad aſcenſionem, ait idem factam in Orientem, ideſt, palam, & manifeſtè, *videntibuſque* Apoſtolis in terra, *l*, & omnibus Angelis, quum deſcendiſſet huc ipſe velut in Occidentem, hoc eſt, clàm, latenter, velata obtectaque Divinitate. Recipit præterea opinionem de ſitu montis Oliveti, unde aſcendit ad Orientem, reſpectu Jeruſalem.

b 1. *Tim.* 6. 16.

c Ioa. 5. 28. 1 *Theſſ.* 4. 13. 1. *Cor.* 15. 52. Hilarii expoſitio, & aliorum.

d *ve* 5°

e *Luc.* 1. 78.

f c. 4. *diſt.* 93

g *Eſa.* 53. 7. *Act.* 8. 32.

h *Act.* 2. 2.

i *Luc. ult.* v. 49. *Actuum* 1. 8.

k *Eſa.* 40. 3. *Matt.* 3. 3.

l *Act.* 1. 9.

Qui aſcendit.) לרכב *larocheb*, *equitanti*. Lege verſum 5. & 18.

Super cœlum cœli.) Pſalterium Vaticanum, & Ambroſianum, *Super cœlos cœlorum*, nec non Caſſiodorus, Auguſtinus vero: *Super cœlum cœlorum*. Hebr. בשמי שמי *biſcheme ſcheme*, quæ ſunt dualis numeri, nec alio in numero extat id nomen: ita ut & unum, & duo, & plures per id cœli poſſint ſignificari. *Aſcenſus ſuper cœlum cœli*, aut cœlum cœlorum, denotat ſupremum orbem, & nobiliſſimum, Beatorum videlicet ſedem, ſicut Canticum canticorum eſt nobiliſſimum, Sanctum, & Sanctorum Sanctiſſimus in templo locus. Hebræi cœlos tres diſtinguunt, Aerem, Ætherem, ſive ubi ſtellæ ſunt, & Beatorum domicilium. Eo putant aliqui Paulum modo dixiſſe, *raptum ſe ad tertium cœlum*, etſi aliter alii, quod nunc non diſputo. *Habitare Deus in cœlis* dicitur, qui ubique eſt, ſed peculiariter *in cœlo cœli*, ſive cœlorum, quod & peculiariter datum dicitur Domino, ſive Chriſto, ſicut *filiis hominum terram*.

m 2. *Cor.* 12. Deus ut *habitare* dicitur *in cœlis*, *pſ.* 113. *c.* 6.

A Orientem.) Caſſiodorus, *Ab Oriente*: & explicat de Orientali plaga, in qua ſit locus, ex quo aſcendit Chriſtus: quam retulimus aliorum de his verbis expoſitionem. Hebraicum קדם *kedem* regitur à שמו *ſchemo*, quaſi dicas: Qui aſcendit ſuper cœlos cœlorum Orientis, vel juxta notionem aliam ejuſdem vocis: *Super cœlos cœlorum antiquitatis*, vel, *initii*: ideſt, qui fuerunt jam inde, duraveruntque ſemper ab initio. Si *Orientem* quis referat ad cœlum ipſum ſupremum, quum ſit fixum impropriè loquetur. Quare accipiunt nonnulli de primo Mobili, in quo Deus inſideat velut motor tam verſus Orientalem partem, quam verſus Occidentalem, de qua ſit dictum verſu quinto. Hieronymus primum de cœli antiquitate ſenſum expreſſit: *Qui aſcendit ſuper cœlum cœli à principio*, etſi *à principio*, de Deo ſumi poteſt, qui ſtatim atque conditum ab ipſo fuit cœlum; ei quodammodo inſedit & præſedit. Eugubinus refert Symmachum vertiſſe ἐκ τῆς πρώτης, & Theodoretum fortaſſe Theodotionem dicere voluit) ὑμνεῖτε οὖν τὸν ἐξάρχῆς τοῦς ἀεὶ ἐμμένω ἔνζα τῶν ὁρκνῶν: *Laudate igitur eum, qui a principio, ſemper deſuper cœlis fuit*. Præterea recitat ex Euſebio: ὁ μὲν Σύμμαχος ἐκ πρὸ τῆς, σὺ δὲ Πάτερ δόαρον μὲ τῇ δοξῇ σῇ ἣν χον πρό τε κόσμον εἶναι. Symmachus tranſtulit, *A principio*, conſonè ei quòd Chriſtus dixit *o*: *Pater clarifica* (ſeu *glorifica*) *me gloria* (aut *claritate*,) *quam habui, antequam mundus eſſet*. Sed proclivior debuit eſſe Eugubinus in Interpretem noſtrum, & in LXX. ut intelligatur & Deus & Chriſtus regere cœlos omnes quumque ſpectentur ex parte; vel juxta communiorem ſententiam, Chriſtus ex terræ Orientali loco in cœlum aſcendiſſe, licèt, ut verſu quinto dixi, facie forſan converſa verſus Occaſum. Genebrardus interpretatur etiam de Regno Chriſti, quæ vocatur per metaphoram *inequitatio*, ſuper Orientales, ut verſu illo quinto dictum fuerat, de Occidentalibus. Ac priùs quidem regnaſſe Chriſtum in Europa, Africa, & Aſiæ Orientalibus partibus Jeroſolymæ reſpectu in regionibus magis Orientalibus tardiùs, ut in Meſopotamia, Chaldæa, Arabia, Perſia, India; certè minùs univerſè, ac publicè: tandem verò vigebit Chriſtus, in Oriente, ubi conficiendus eſt Antichriſtus, ut habetur in Apocalypſi *p*. Cui rei præparatoriam nunc ab anno quingentesimo ſupra milleſimum navant operam Luſitanorum ac Hiſpanorum ad illos populos navigationes. Pia interpretatio; ſed nec latis litteralis, nec adeo, quum tot Orientis provincias Apoſtoli pertraverint, & ad Chriſtum adduxerint. Tropologicè *voci ſuæ* dat *vocem virtutis*, quilquis quod ſuadet, priùs, inquit Bernardus *q*, ſibi illud cognoſcitur perſuaſiſſe: & cum opera verbis conſonant, immo, verba operibus, ut curet priùs facere, quam docere. Sed hac de re diximus in Actibus Apoſtolorum *r*.

o Ioan. 17. 5.

In quibus partibus prius regnaverit Chriſtus in quibus tardius.

p *c.* 70. 12. Luſitanorum & Hiſpanorum in Orientem navigationes pro fide in Chriſtum.

q *Ser.* 59. *in Cant. & Epiſt.* 201. *c.* 1. 1.

Dabit voci ſuæ vocem virtutis.) Hebraicè נקולי *bekolo*, *in voce ſua*: τῇ φωνῇ αὐτοῦ. Licèt Sixtini codices habeant, αὐφωνῇ, & alii φωνῶν. Hilarius, Auguſtinus, Caſſiodorus, Pſalterium Vaticanum, & Ambroſianum, *Vocem ſuam*. Nil variat ſenſus: & quid velit, antè dixi. Chaldæus intellexit vocem prophetiæ: nos & hanc, & alia, quibus Dei declaratur majeſtas, & Evangelium confirmatur. Hieronymus pro, *virtutis*, poſuit *fortitudinis*.

Verſ. 35.) Date gloriam Deo ſuper Iſrael: magnificentia ejus, & virtutis ejus in nubibus.

CElebrandus laudibus Deus, propter beneficia in populum ſuum Iſrael carnalem, & potiſſimum in ſpiritualem collata, quæ declaravit variis tonitruis, fulguribus, imbre, grandine, columna nubis, & ignis ad illum

Senſus loci.

lum regendum populum, & nube super templum: ad hunc autem, Apostolos, ut roridas mittendo nubes; transfiguratum Filium nube vestiendo, & ascendentem in cœlum, & redeuntem ad Judicium cum potestate magna & majestate. Hilarius ita dispungendo: *Date gloriam Deo: super Israel magnificentia ejus, & virtus ejus in nubibus.* Primum membrum ait significare Deo honorem exhibendum pro voce illa virtutis, quæ conferet immortalitatem. Secundum, ut hoc ipsum quod scitur, & honorem, quem exhibent homines, noverint proficisci à Deo, & in iis ista reperiri, qui sint *Israelita* in Spiritu *a*, *in quibus dolus non est b*, atque originem trahant è nubibus, & cœlo, tamquam *Israel Dei c*, non *secundum carnem d*, & *rapiendi sint obviam Christo in nubibus e*. Eadem traduntur ab Augustino, Ruffino, Cassiodoro, & aliis Latinis, ac à Theodoreto. Hieronymus, licet in versione sua retinere videatur eamdem dispunctionem, in Commentario tamen explicat; magis Deum, quam carnalis Israel fecerit, honorare, non *labiis*, ut Israel ille *f*, sed *corde*: quoniam magnificentia ipsius & virtus in Apostolis est; & *Mandavit nubibus desuper*, *nepluant super* dictum Israel *g*. Euthymius dicit generaliter innui, quod mirifica Dei opera innotescunt vacantibus contemplationi divinæ, & in Deum suam convertunt mentem tamquam Israelitæ, quia *Israelita* notio est *mens videns Deum*. Sed nos notionem istam aliàs *h* confutavimus.

a *Rom.* 9. 6.
b *Joan.* 1. 47.
c *Gal.* 6. 16.
d 1. *Cor.* 10. 18.
e 1. *Thess.*

Date gloriam Deo.) עוז *hhoz*, *fortitudinem*. Cassiodorus. *honorem*. Videlicet, De fortitudine laudate Deum. Refert vires omnes acceptas Deo.

f *Esa.* 29. 13. *Matt.* 15. 8.
g *Esa.* 5. 6.
Euthymii interpretatio.
Mirifica Dei opera innotescùt vacantibus contemplationi divinæ.
Israelita notio *mens videns Deum*
h *Actum* 1. 6.

Cyrillus Alexandrinus *i*, ut respondeat Arianis probantibus Christum non esse Deum, quod ei quandoque data quædam legantur à Patre, præter distinctionem de duplici natura in Christo, divina, & humana, ut secundum posteriorem illa intelligantur, docet non semper etiam id, quod dari dicitur, dari non habenti, vel majorem semper esse, qui dat, quam qui accipit. Quid enim respondebis, ait ipse, si Psalmistam audiveris dicentem: *Date gloriam Deo?* gloriane carere Deum putabis; aut majores Creatore creatos homines arbitraberis, qui gloriam Deo afferre jubeantur? Plena gloriæ Deitas est, etiamsi nihil à nobis acceperit. In Psalmo 28. *k*, dicitur: *Afferte Domino gloriam, & honorem*, ubi pro, *honorem*, est *fortitudo* עוז *hhoz*: & in Apocalypsi *l* crebrò *dari* scribitur *gloria Deo*, & *Agno honor*, *benedictio*, *virtus*, *sapientia*, *fortitudo*, *potestas*, *salus*, immo & *divinitas m* (quamvis Græcè sit nomem σεβασ, & in quibusdam Latinis Auctoribus, ut in Tyconio, *divitiarum*) nimirum ut hæc hisque similia manifestentur & cognoscantur ab aliis, ac nos ipsi nos exhibeamus gratos pro acceptis beneficiis, ut Deum secundùm se laudabilem, licèt laudis non egentem, laudando, religionis atque pietatis exerceamus actum.

Cyrillus Alexandrinus *i*, ut respondeat Arianis probantibus Christum non esse Deum, quod ei quandoque data quædam legantur à Patre, præter distinctionem de duplici natura in Christo, divina, & humana, ut secundum posteriorem illa intelligantur, docet non semper etiam id, quod dari dicitur, dari non habenti, vel majorem semper esse, qui dat, quam qui accipit. Quid enim respondebis, ait ipse, si Psalmistam audiveris dicentem: *Date gloriam Deo?* gloriane carere Deum putabis; aut majores Creatore creatos homines arbitraberis, qui gloriam Deo afferre jubeantur? Plena gloriæ Deitas est, etiamsi nihil à nobis acceperit. In Psalmo 28. *k*, dicitur: *Afferte Domino gloriam, & honorem*, ubi pro, *honorem*, est *fortitudo* עוז *hhoz*: & in Apocalypsi *l* crebrò *dari* scribitur *gloria Deo*, & *Agno honor*, *benedictio*, *virtus*, *sapientia*, *fortitudo*, *potestas*, *salus*, immo & *divinitas m* (quamvis Græcè sit nomem σεβασ, & in quibusdam Latinis Auctoribus, ut in Tyconio, *divitiarum*) nimirum ut hæc hisque similia manifestentur & cognoscantur ab aliis, ac nos ipsi nos exhibeamus gratos pro acceptis beneficiis, ut Deum secundùm se laudabilem, licèt laudis non egentem, laudando, religionis atque pietatis exerceamus actum.

i *l.* 2. *in Ioan. c.* 140.
Responsio contra Arianos volentes probare Christum non esse Deum.
Non semper quod dari dicitur datur non habenti.
k *vers.* 2.
l *c.* 4. 9. 11. *c.* 5. 13. *c.* 19. 1. *&* *m c.* 7. 12.

Super Israel.) Jam dixi, hæc à quibusdam verba referri ad sequentia. Sed Chaldæus nectit prioribus: *Date gloriam in fortitudine Deo qui est super Israel*. Sic passim quoque nostros omnes interpretatos vidimus. Ex quibus Euthymius notat *super Israel* dictum esse, ac si diceretur, *pro Israel*. Priore modo ex postremis duobus, sensus erit, ut laudetur Deus, qui præsidet Israeli; posteriore, pro beneficiis ei collatis: primo magnificentiam Dei elucere in illo.

Super Israel, id est, *pro Israel*.

Magnificentia ejus.] גאותו *gaauatho*. Alii, *Superbia*, vel, *celsitudo*, *vel splendor*.

Virtus.) Μεγαλοπρέπει, עוז *hhuzzo*, ac *robur*, Δύναμις.

In nubibus.) Chaldaicè, *In cœlis*: & Hebræum שחקים *schechakim*: non tantùm *nubes*, sed *cœlos* etiam aliquando significat, ut ibi *n*. *Testis meus in cœlo fidelis*, נשחק *baschachak*, & aliàs quum dicitur *o*. *Quis in nubibus æquabitur Domino?* Et *p*, *Veritas tua usque ad nubes*: videntur pro cœlis *nubes*, sicut *cœli* toties è converso accipiuntur pro nubibus & aere. Eodem pacto *nubes* dicuntur *pluere Justum q*, id est, cœli. Et apud Job *r*, *Tu forsitan cum eo fabricatus es cœlos?* Hebr. שחקים *chechakim*, ubi putant contrà nonnulli, *cœlos* pro aere Latinè poni: sed hoc loco *nubes*, propriè retinere possumus, in quibus toties eluxit Majestas Dei, ut alibi *s*, ostendi.

n Ps. 88. 38
o Ibid. 7.
p Ps. 35. 6.
Cœli pro nubibus, & *nubes* pro cœlis.
Cœli pro aere apud nõnullos.
q *Esa.* 45. 8
r *c.* 35. 18
s *Act.* 1. 9.

Vers. 36.) Mirabilis Deus in Sanctis suis, Deus Israel: ipse dabit virtutem, & fortitudinem plebi suæ, benedictus Deus.

Sensus loci.

CLauditur egregio Psalmus Epiphonemate, ut verè Deus admirabilis prædicetur in Sanctuariis suis, atque in hominibus, quos ille sibi sanctificavit. Simul certa concipitur fiducia, futurum ut suppeditet plebi suæ vires Deus: tandem rursus benedicitur, & ut eum benedicant omnes, maximis votis expetitur. Hilarius Sanctos intelligit ad immortalitatem, atque beatitudinem evectos per virtutem & fortitudinem communicatam. Consentit Augustinus, & Hieronymus, addens interim in hac vita mirifica opera, quæ facere per illos Deus dignatur magis, quam per alias Creaturas, & virtutem ad tolerandas passiones mundanas, vel spirituales nequitias. Cassiodorus *virtutem* patientiæ & fidei *fortitudinem*. Ruffinus beatis *virtutem*, qua sit anima beata; *fortitudinem*, qua corpus incurruptum. Sed planè *mirabilis Deus in Sancti suis*, non modo in cœlestibus, sed etiam in terrenis, ait Bernardus *t*. Utrobique Sanctos habet, & in utriusque mirabilis es, illos quidem beatificans, istos sanctificans. Hinc quoque probat *u* gloriam ac laudem tribuendam Deo pro sanctitate Sanctorum. Dignus certè qui perlegatur. Id obiter quoque colligit Prosper *x*, Hugo *y*, autem de S. Victore. Si mirabile, inquit, est, quod ad servitutem factum est; quod ad imaginem factum est, quomodo mirabile non est? *Mirabilis Deus in Sanctis suis*. Ne ergo illos foris respicias, non quod foris est, mirabile est. Intus ergo vide, & non miraberis quicquid foris apparet. Petrus Damiani *z*, *fortitudinem* sumit pro morali virtute.

t *Ser.* 1. *de Dedicat.*
u *Ser.* 13. *in Cant.*
x *Ad Demetriadem.*
y *Tom.* 1. *Annot. in ps.* 59.
z *l.* 1. *epist. in* 248.

Mirabilis. נורא *nora*, *Terribilis*. Et vero terror admirationem ac stuporem conciliat: nec tam nunc timorem molestum significari puto, quam horrorem sanctum, atque venerationem. Sic locum illum sanctificatum divino viso, vocavit Jacob *terribilem a*: fortasse terrorem quoque indicat David, sed contra hostes populi Dei. Sic namque jussit Moses, ut metum deponeret. dicens *b*: *Non timebis eos, quia Dominus Deus tuus in medio tui est. Deus magnus, & terribilis* נורא *nora, ipse consumet nationes has in conspectu tuo*, &c. Aliquando vertit Interpres *horribilem*, *ut crystallum c*, nempe propter splendorem qui perstringit oculos.

a *Gen.* 28. 17.
b *Deut.* 7. 21.
c *Ezech.* 1. 22.

In Sanctis suis.) Græce ambiguum, Latinèque an Sanctos intelligere debeamus, an Sancta, sive Sanctuaria. Sed Hebraicè est ממקדשוך *mimmikdaschecha*, *de Sanctuariis tuis*, quasi proveniant inde mirabilia, sive, ut Chaldæus reddit, *A domo Sanctuarii*. Et Hieronymus: *Terribilis Deus de Sanctuario suo*. Vocatur templum מקדש *miKdasch*, & extenditur id nomen ad palatium Regium, quod est ceu asylum, & ad quodvis refugium. Numerus autem pluralis hoc loco indicat partes templi tres אולם *aulam*, *porticum*: היכל *hecbal*, *templum externum*. דביר *debir*, *oraculum*, *adytum*, *partem interiorem templi*. Erat ergo *Deus mirabilis* ac *terribilis in Sanctuariis*, vel *de Sanctuariis*, id est, à templo, quoniam ab habitante in templo admiranda horrendaque; opera proficiscebantur. Multo meliùs id convenit Ecclesiis nostris, ubi Deus ipse corporaliter inhabitat, & res longè diviniores tractantur; sed & hominibus sanctis, quos nominat Apostolus *d Templa Spiritus sancti*.

d 1. *Cor.* 6. 19.

Ipse dabit.) הואנותן *hu nothen*, Ipse dans.

Virtutem.] עז *hhoz*, Δύναμιν, *Robur vires*, *potentiam*, *præsidium*.

Fortitudinem.) העצמות *thahhatsumoth*, κραταίωσιν, *Confirmationem*, *roborationem*, *firmamentum*, *fortitudinem*. Vel hæc eadem in plurali numero. Hieronymus, *Robur*.

Plebi suæ. Cassiodorus *Plebis* sed melius, *Plebi*, τῷ λαῷ, & littera servilis servit etiam dativo.

Benedictus Deus.) Chaldaicè; *Proinde dicant*, &c. Sed verba possunt esse Psalmographi. Lege versum vigesimum; Nos vero etiam iisdem Deum verbis laudemus, atque lucubrationem hanc nostram concludamus cum Augustino. Quoniam itaque prolixum, & ad intelligendum difficilem Psalmum (vocant eum Rabbini) ut præfatus sum, נכבר מאד *nichbar meod*, tandem aliquando ipso adjuvante, finivimus, benedictus Deus. Amen.

PSAL-

PSALMUS
SEXAGESIMUS OCTAVUS.

1. In finem, pro iis qui commutabuntur, David.

2 SAlvum me fac Deus: quoniam intraverunt aquæ usque ad animam meam.
3 Infixus sum in limo profundi: & non est substantia.
Veni in altitudinem maris: & tempestas demersit me.
4 Laboravi clamans, raucæ factæ sunt fauces meæ: defecerunt oculi mei, dum spero in Deum meum.
5 Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui B oderunt me gratis.
Confortati sunt qui persecuti sunt me inimici mei injustè: quæ non rapui, tunc exsolvebam.
6 Deus tu scis insipientiam meam: & delicta mea à te non sunt abscondita.
7 Non erubescant in me qui expectant te Domine, Domine virtutum.
Non confundantur super me, qui quærunt te, Deus Israel.
8 Quoniam propter te sustinui opprobrium: operuit confusio faciem meam.
9 Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filiis matris meæ.
10 Quoniam zelus domus tuæ comedit me: & opprobria exprobrantium tibi, ceciderunt super me.
11 Et operui in jejunio animam meam meam: & fa- C ctum est in opprobrium mihi.
12 Et posui vestimentum meum cilicium: & factus sum illis in parabolam.
13 Adversum me loquebantur qui sedebant in porta: & in me psallebant qui bibebant vinum.
14 Ego vero orationem meam ad te Domine: tempus beneplaciti Deus.
In multitudine misericordiæ tuæ exaudi me, in veritate salutis tuæ.
15 Eripe me de luto, ut non infigar: libera me ab iis qui oderunt me, & de profundis aquarum.
16 Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum: neque urgeat super me puteus os suum.
17 Exaudi me Domine quoniam benigna est misericordia tua: secundùm multitudinem miserationum tuarum respice in me.
18 Et ne avertas faciem tuam à puero tuo: quoniam tribulor, velociter exaudi me.
19 Intende animæ meæ, & libera eam: propter ini- D micos meos eripe me.
20 Tu scis improperium meum, & confusionem meam, & reverentiam meam.
21 In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me, improperium expectavit cor meum, & miseriam.
Et sustinui qui simul contristaretur, & non fuit: & qui consolaretur, & non inveni.
22 Et dederunt in escam meam fel: & in siti mea potaverunt me aceto.
23 Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributiones, & in scandalum.
24 Obscurentur oculi eorum ne videant: & dorsum eorum semper incurva.
25 Effunde super eos iram tuam: & furor iræ tuæ comprehendat eos.
26 Fiat habitatio eorum deserta: & in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet.
27 Quoniam quem tu percussisti, persecuti sunt: & super dolorem vulnerum meorum addiderunt:
28 Appone iniquitatem super iniquitatem eorum: & non intrent in justitiam tuam:
29 Deleantur de Libro viventium. & cum justis non scribantur.
30 Ego sum pauper & dolens: salus tua DEUS suscepit me.
31 Laudabo nomen DEI cum cantico. & magnificabo eum in laude.
32 Et placebit DEO super vitulum novellum: cornua producentem & ungulas.
33 Videant pauperes & lætentur: quærite Deum, & viveat anima vestra.
34 Quoniam exaudivit pauperes Dominus: & vinctos suos non despexit.
35 Laudent illum cœli & terra, mare, & omnia reptilia in eis.
36 Quoniam Deus salvam faciet Sion: & ædificabuntur civitates Juda.
Et inhabitabunt ibi, & hæreditate acquirent eam.
37 Et semen servorum ejus possidebit eam, & qui diligunt nomen ejus, habitabunt in ea.

Titulus & Argumentum.

Vers. 1.) In finem pro iis qui commutabuntur.

NOn hærebimus in titulo, quum idem jam præcesserit in 44. & 59. Psalmis, sitque adhuc in 79. Quidam codices Latini addunt, *David*, alii, *Psalmus David*. Et legit Hilarius in Dativo, *illi David*, quamvis non ideo verum putem quod ait, significari non à Davide, sed in istum esse cantatum Psalmum, ut aliàs ostendi. Ex Græcis aliqui, ψαλμος τῶ Δαυίδ, nec non Euthym. atque Nicephorus; & innuit Apollinarius: nonnulli tantùm, τῶ Δαυίδ, quo pacto est in emendata editione LXX.

Psalm. 14. & 50. & 77. Idem titulus cum hoc Non à Davide sed in Davidem cantatum Psalm. hunc qui velit.

Commutationem spiritualem in melius intelligunt mystico saltem sensu ex homine vetere in novum, ac tandem renovatum per resurrectionem. Videtur Hilarius alludere ad notionem vocis unius Hebreæ שושנים *sc. sannim*, & *lilia* significat, de qua dictum Psal. 44. quum scribit conjungens id quod legimus, *pro iis qui commutabuntur*, aut, *immutabuntur*, in his *qui immutabuntur*, Evangelicæ spei fideles significari, qui aut ex legis observatione, aut ex gentili impietate ad cognitionem DEI demutati tamquam renascentes incorruptæ æternitatis candore florerent.

Mystica expositio.

De argumento sensit idem Hilarius ambigi non debere, quin Sacramentum Passionis Domini Psalmus iste contineat, omniaq; ad Christum, hic dicta, sint referenda. Id autem probat, quia Joan. Apost. *a*, in potatione aceti (de qua videlicet hic *b*, mentio fit) consistere consummationem scripturarum testatus est, & meminit Apostolos aliam illam ex isto eodem Psal. *c*. sententiam de Christo intellexisse. *Zelus d, domus tuæ comedit me.* Adde Petrum *e*, citantem: *Fiat habitatio (commoratio) eorum deserta*: & Paulum *f*: *Fiat mensa eorum*, &c. &, *improperia g*, *improperantium tibi*, *opprobria exprobrantium tibi*, *ceciderunt super me*. Negat quoque Augustinus dubitare omnino permitti, quod hic loquatur Christus: & post prolatos Apostolos, qui eum Psalmum citant, quis, inquit, agnus non sequatur arietes? Legendus

Argumentū Sacramenti passionis hoc Psalmo contentum: in quo omnia de Christo

a *c.* 19. 28. & *seq.*
b *v.* 22.
c *v.* 10.
d Joan. 2. 17.
e Act. 1. 20.
f Rom. 11. 9.
g Rom. 15. 3.

Quartus Psalmus ex iis qui passionem resurrectionemque Dominicam latius eloquuntur. Aliorum Intepretationes.

dus idem oratione adversus Judæos cap. 5. Cassiodorus etiam, qui quartum vocat Psalmum ex iis qui passionem resurrectionemque Dominicam latiùs eloquuntur, dubitare non posse quemquam dicit, quum talis & tanti suffragetur auctoritas. Latinorum aliorum opinio eadem & Euthymius de Græcis testis est, appellans hunc accuratiorem atque tutiorem, nec ita commodè declarari posse, quæ in Psalmo dicuntur de populo Hebræo in Babylone captivo, reditumque inde desiderante. Basilius, sive Theodoretus (hic meo potiùs judicio quam ille, quia Theodoro favit, de quo dicam) sic agi censit de liberatione à dicta captivitate, & ædificatione Jerusalem, ac pristina Judaicæ terræ felicitate, ut contineat etiam Psalmus prophetiam passionum Dominicarum, & omnimodi excidii, quod illarum gratia, Judæorum nationem erat comprehensurum. Addit Athanasius, exponi Evangelicæ conversationis rudimenta, & illius in spiritu & veritate adorationis doctrinam, propter quam Psalmus etiam, ita ut diximus, inscribatur. Ne Lyranus quidem, & Cajetanus, Hebræis alioquin, addicti; revocant hoc in dubium, ac prior opinionem præterea rejicit de liberatione Judæorum à præsenti captivitate, quam patiuntur, vel Davidis, à Saulis persecutione. Qui hoc ultimum existimant, Jansenius & Arias, volunt sub eo typo designari Christum, atque de illo meliùs accipi hìc decantata, quàm de Davide. Ferri potest tum hoc, tum illud quod memoravi de Theodoreto, ita ut leniùs ita sentientes tractandos censeam, quàm facit Agellius, audaciæ superbiæque illis impingere crimen non dubitans. Hac dignus censura Theodorus Mopsuestienſis est, atque graviore quòd πρεσβύτερος sic interpretetur istum, aliosque Psalmos; quemadmodum in præfatione *a*, monuimus, ut nihil propriè Christo convenire, sed accommodatitiè dumtaxat vel ἐβατικῶς contendat, h. e. ex eventu. Damnatum ibi retuli Theodorum à Synodo V. quæ post Hilarii ac Augustini ætatem celebrata est. In ea Synodo nominatim, quod de præsente ille Psalmo sensit, in exemplum adducitur[f]. In officio matutinali feriæ V. in cœna Domini orditur Ecclesia ab hoc Psalmo. Accommodari posse Euthymius rectè notat cuilibet fideli, qui à visibilium atque invisibilium hostium oppressione fuerit liberatus. Paulinus *b*, Valgio Catechumeno naufraganti applicat elegantèr, & eadem ratione convenit aliis in simili periculo constituris, sicut etiam Jonæ, cujus oratio isti similis est *c*.

Ejusd. Theodori damnatio à Synodo. Hujus Psalmi accommodatio. Censura notatus Theodorus Mopsuestenus in interpretatione hujus Psalmi.

a *cap.* 1
b *Epist.* 34.
c *Jonæ* 2. 3. *& seq.*

Vers. 2.) Salvum me fac Deus, quoniam intraverunt aquæ usque ad animam meam.

Vers. 3.) Infixus sum in limo profundi, & non est substantia.

Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me.

Sensus loci.

PEriculorum suorum gravitatem tripliei declarat similitudine, hominis in aquis constituti, quum illæ nimiùm affluentes & ascendentes, ac per os ingredientes, nihil propius est, quàm ut cor suffocent animamque seu vitam extinguant: deinde illius, qui dilapsus in lutosam & limosam fossam altam, nullo hærere loco potest, nulla inde se ratione extricare, se quò se versat magis, ac nititur evadere, hoc altiùs ac irremediabiliùs infigitur: postremò naufragantis, ac sæpius vehementiusque in profundo maris agitati, nulla ut spes supersit effugiendi submersionem imminentem: & suomet Christus ob adversariorum, calamitatum, & tormentorum multitudinem, nomine orat, & nomine membrorum suorum. Tentationes præterea, vel cogitationes pravæ, nec non peccata hisce similitudinibus designantur. Idem Christus nostra suscepit peccata, doluitque pro nobis, & ut ab istis liberaremur, enixè precatus est. De oratione Christi egimus aliàs. Voces quoque istas primi parentis deplorantis peccati sui statum, Athanasius ait esse, ac ab ejus gurgite liberationem efflagitantis. Potest quivis peccator aut ærumnosus iisdem uti.

A Valentia triplex periculum distinguit aquarum in torrente aut flumine, tempore magnarum pluviarum: in aliquo licu profundo & limoso sive cœnoso: in tempestate maris: denotari verò docet persecutionem populi, hypocritarum, Regum seu Principum, quam sit passus Christus.

Hugo *aquas* interpretatur Judæos persequentes Christum, *infixionem in limo profundi*, quòd ex avaritia profundaq; malitia sint eum persecuti, quum *non esse illi substantia* vel opum, vel facultatis resistendi, quatenus uti nolebat ea, nec eam habere videbatur; aut non esset Judæis, qui[a] ob improbitatem redacti sunt prope in nihilum: *Adventum in altitudinem maris*, descensum Christi ad peccatores, *tempestatem demergentem*, illatam mortem. Addit Tropologiam, ut sint *intrantes aquæ*: carnis voluptates, *limus* avaritia, quod etiam dicitur *densum lutum* d; *tempestas* maris ambitio.

d *Abac.* 2. 6

Salvum me fac DEUS.) Hieronymus, & Psalterium Gallicanum, *salva*. Chaldæus, *redime*. Oravit *cum clamore valido lacrymisq;* Christus DEUM, qui *salvum faceret ipsum a morte* e, per resurrectionem, ne morte detineretur, & pro aliis oravit, *factus obtemperantibus sibi caussa salutis, postquam consummatus est* f, B ideſt, resurgendo morte perfunctus. Nec frustra oravit moriturus, ut & verbis primis 21. Psalmi, quoniam humanam infirmitatem declaravit, & conscientia divinitatis spem tenuit salutis in morte sperandæ, ut Hilarius docet. Dirigitur eadem oratio rectè ad Jesum, cui nomen à *salute*, quum sit hoc loco הושיע *hosiahh*, ex cujus unde themate ישע *jasahh*, formatur.

e *Hebr.* 5. 7.
f *Ibid. v.* 9.

Quoniam intraverunt aquæ,) Hieronymus, *venerunt*. Arnobius, *pervenerunt*. Psalterium Gallicanum, *introierunt*, nec non in Commentario Hilarius, & Augustinus; Monet autem Arnobius esse consuetudinem humanam, ut gravem calumniam patientem, gravi dicamus tempestate occumbere, & Hilarius solere infectationes populi motusque gentium hoc dicendi genere significari. *Baculo Jacob* g, transiundæ sine noxa aquæ aut *Eliæ pallio* h, hoc est, crucis ac favoris Christi ope. *Si inundet super caput* ut videaris periisse[i], invocanomen hoc *de lacubus novissimis* i, Charitatem veram non extinguunt aquæ *k*, nisi velimus. C *Aquas* Chrysostomus *l*, hoc loco exponit sæcularia negotia fluxa & mortalia, ut per petram designentur spiritualia. Tropologicè docet Hugo quibus modis *intrantes* velut in animæ navem tentationum *aquas* ejiciamus exhauriendo per timorem, & confessionem; exonerando per Eleemosynam, vel paupertatem; obturando sensuum foramina, vota nuncupando. Addit Grevæus *m*, anchoræ ejectionem, disputans de spirituali naufragio.

Phrasis loquendi.
g *Gen.* 32. 10
h 7. *Reg.* 2. 19
i *Thren.* 3. 55
k *Cant.* 8. 7
Aquarum interpretatio h. loco
l *Homil.* 9. *in* 2. *ad Tim.*
Tropologia Intrantes in animæ navim tentationum aquæ ut ejiciantur.
m *Ser.* 239.

Origenes *n*, explicat de tentationibus, quæ nobis recens natis imminent à Diabolo tamquam à Pharaone. Confirmat Hilarius ex Psalmo 123. *o* & Matthæi c. 27. *p*. Hanc præterea Hieronymus *q*, Gregorius *r*, inter alias, figuratam notionem *aquarum* tradentes, probant hujus loci testimonio. Vertit hoc loco Paraphrastes, *Qui prævenerunt castra peccatorum*: vel *irruit cohors peccatorum*. Infrà *s*, clariùs exprimitur: *Libera me ab iis qui oderunt me, & de profundis aquarum*. Recognosce Psalmum 17. *t*; *Eripuit me de aquis multis*. Hìc, priusquam progrediamur ulterius, in genere notandum est, ut quum Hilarius, quem inoffenso percurrendum pede scribit Hieronymus *u*, videtur nonnumquam expertem facere Christum doloris ac miseriæ, etiam dum nobiscum ante mortem degeret, quod item præ se fert in opere de Trinitate *x*, excusemus, ac interpretemur cum Magistro sententiarum *y*, non fateamur errasse, ut Claudianus *z* Mamertus concessit. Ait Magister locutum Hilarium de merito patiendi, ita ut quamvis haberet necessitatem naturalem patiendi, & revera pateretur, ea necessitas non esset orta ex humanæ vitio conceptionis, sed ultro susceptа. Justiniani *a*, fuit Imperatoris error ille, & Eutycharadocitarum *b*. Lege Sixt. Senensem *c*. Præ oculis habenda distinctio passionis & propassionis; hæc solitùs Christi: prior ceterorum. Egimus eadem de re Psalmo 21.

n *Origenes Homil.* 2. *in Exod.*
o *Matth.* 14. 30.
p *v.* 23.
q *in c.* 3. *Lam. & in* 47. *Ez.*
r *Moral.* 19. *c.* 4.
s *vers.* 15.
t *vers.* 17.
Hilar. inoffenso percurrendus pede.
u *Epist.* Christus expers doloris ac miseriæ nonnumquã dictus ab Hilario, etiam dum nobiscum ante mortẽ degeret.
x *Lib.* 10.
y 3. *Dist.* 15
y *a de stat. anima, c.* 10.
a *Evang. lib. c.* 39. Justiniani Imp. error,
b *Damas. ll de Hæres.* 84.
c *Luc.* 5. *Bibliothannot.* 167. & 186.

Usq; ad animam meam.) Scilicet tollendam, sicut *tristis usque ad mortem anima* d, est adeo tristis, ut ex tristitia

d *Mat.* 26. 38. *Anima* pro *vita*.

stitia mors sequi posset, animæque à corpore separatio. *Anima* ergo pro *vita* sumitur. Eadem vis verborum Jonæ in oratione *a*: *Circumdederunt me aquæ usque ad animam*: & Job, *Putabas impetum aquarum inundantium non oppressum iri?* Porro pronomen, *meam*, suppletum est.

Sensu mystico *intrare aquas usq; ad animam*, significat periclitari tentationibus, vel peccatis, vel tribulationibus animæ salutem. Ita verò postea explicat Augustinus; quo pacto prius dicat David se *demersum tempestate c*: deinde oret *non dimergi d*; nempe illud intelligi secundùm carnem, hoc secundum spiritum: quasi nunc etiam agatur de eodem salutis animæ periculo. Si tribulationum aquæ transeundo, ac decurrendo per Christi plagas, ceù per saxosas valles perque glareas ad nos pervenerini, & *intraverint usque ad animas nostras*, erunt subtiliores, dulciores, salubriores, utpote etiam medicam vim inde tamquam ex attactu cornu Rhinocerotis *e*, aut ligni, quo amarities tollatur *f*, concipientes: *Quis colligabit aquas istas sicut in vestimento g*. Transgrediuntur *talos*, *genua*, *renes*, nec possunt *transvadari h*.

Infixum sum in limo profundi.) Chald. in textu Nebiensi, *demersus sum in captivitatem*. *tamquam in lutum profunditatis*: Alii, *demersus sum in limum profundum* vel *voraginis* בִּיוֵן טִצ לה *bi ven metsulah*, εἰς ἴλυν βυθοῦ; Et Hebraismus, in obliquo usurpare substantivum nomen adjunctum alteri, pro adjectivo; & מצולה *metsulah*, *profunditatem* valet *aquarum*.

Symmachus ἐβαπτίσθην εἰς ἀπεράντους κατακλύσεις, *Mersus sum in interminatas voragines*. Appollinaris *fundum cœnosum* βύσσου ὑλίνητα: nisi malis *materialem* vertere. Testis enim Euthymius etiam in editione LXX. legisse nonnullos ὕλῳ (ita legit Epiphanius *i*) pro ἴλυι. Utut autem legatur, ait hìc significari fœcem, quæ sub profundo aquæ solet esse. Constat nihilominus ὕλῳ quoque *fœces* ac *sordes* significare; ut exemplis docet Synesii ac Nazianzeni collector thesauri. Sic in alio Psalmo *k*, dicitur *lacus miseriæ*, & *lutum facis*: & paullo post in isto *l*, *lutum*. Apud Ruffinum *m*, quem alii vocant Cyprianum, comprobantem hinc descensum Christi in infernum, legitur, *descendisti in limum profundi*, cujus certè lectionis reddere rationem nequeo; quod attinet ad secundæ personæ verbum: quamvis *infixio in limo*, *ubi non fit substantia*, seu subsistentia, & consistentia, detcensum innuat; alioquin in accusandi casu vertit quoque alibi Hieronymus *n*, qui & Græcè hic est εἰς ἴλυν: Ita hic habet quoque in Commentario Hillarius. Bernardus *o*, accipit *infixionem* de Christi incarnatione, secundùm quam firmiter affixit velut sibi corpus humanum, videlicet cum anima, quod corpus in paradiso formatum *ex limo p*, propter peccatum evasit, *limus profundi*. Eamdem priùs hoc ipso loco incarnationem indicari vult Hilarius: Augustinus plurèsque alii, ipsos persecutores Christi, qui sic peccando, & cadendo à justitia, *limos profundi* facti sint, & quorum manibus figi atque crucifigi se permisit: is quem dicunt Hieronymum, vetera populi Hebræi peccata: eodem alludit in vero alio opere idem Doctor *q*, interpretatus viros *defixos in facibus suis r*, ac demersionem in imo fœcis rursus *s*, locum & quasi lacum similem luto cœnoque loci Jeremiæ *t*, qui possit suffocare magis quàm refrigerare sitientem, & sit damnatorum receptaculum, in quo morabatur dives ille quondam *purpuratus u*. Epiphanius *x*, quasi graveolentiam, & impurum pestilentemque ac cœnosum odorem hominum, qui persecutionibus & vituperiis impetebant. Priùs dixi cum Hugone, *limo profundo*, denotari posse densum avaritiæ lutum quod aggravat *y*, luxuriæ præterea fœtentis, de qua Nyssenus *z*, etiam, infructuosaque superbiæ qui dici quoque possunt *putei bituminosi in valle syvestri a*. Limus sterilis, turpis, tenax est, in profundo à Solis calore ac efficacia remotior. *Viam DEUS facit in mari equis suis*, *in luto aquarum multarum b*, ut scilicet nullis difficultatibus, DEO juvante, superari valeant justi. Videtur Jonas *c*, imitatus Davidem, *Projecisti me in profundum in corde maris*. Aquis istis vel lutulentis, vel falsis, & amaris sedari sitis non potest, nec, Tantalo similibus, fas est gustare luculentas dulcesque, sed siti ardent magis, magisque divitis illius im morem *d*, cujus memini.

a c. 2. 5. & seq.
b c. 22. 11. Sensus mystici.
c vers. 2.
d vers. 16.
e Deut. 33. 27.
f Exod. 15. 15 Num. de Pass. c. 44.
g Prov. 30. 4.
h Ezech. 47 5. 7. 5.
i Har. 36
k Ps. 39. 3.
l vers. 15.
m in Symb. Descensus Christi in infernum ex hoc loco probatio.
n in c. 9. Sem. 4. in Psal. Nazir.
o Serm. 4. in Vigil. Nativ.
p Gen. 2. 7.
q In Sophon. cap. 1. vid. v. 12. & in Zach. c. 9.
r c. 38. 7. 8.
s Luc. 16. 23. 24.
t Har. 36.
u Luc. 16.
x Har. 36.
y Abac. 2. 6
z de virg. c. 8.
a Gen. 14. 10
b Abak. 3. 15
c cap. 2. 4.
d Luc. 16. 23 24.

Et non est substantia.) Hieronymus, & *non possum consistere*. Alii, & *non est firmatus*, *stabilis*, *roboratus*, nempe limus, i. e. non est induratus, sed mollis, liquidus, lubricus, ut proinde nequeam in eo hærere, & consistere, non valeam figere membrum ullum, si me coner sustentare parte aliqua corporis, ut exiliam inde, neque totum extraham, non possim. Idem valet aliorum interpretatio. *non est firma consistentia*, seu *statio*; quod Symmachus exponit, οὐχ ἕστ, στάσις, vel, *non est ut quedam subsistere*: vel, *non est stabilitum*, scilicet membrum ullum quod firmiter stare possit. Chaldaicè: *Nec fuit consistendi locus*, aut; *non est mihi locus ut consistam*. Eadem vis omnium explanationum, ut significetur privatio fundi, soli, solidi loci, & quasi pavimenti, stabilitatis, consistentiæ. firmitatis in loco. Hebræa sunt ואין מעמד *veen mahhomad*, à verbo עמה *hhamad*, *stare*, *sistere se*, *subsistere*, *consistere*, quasi contrarium verbo מעד *mahhad*, litteris transpositis, quod est *nutare*, atque *vacillare*. Crucius noster bene reddidit carmine:

B *Haros fixus humi, nimius quam diluit humor,*
Est ubi durati copia nulla soli.

Sic alter non minùs feliciter Poeta Gallus *e*:

Et dans un creux bourbier, qui n'a point de tenuë,
Enfen rè ie me voy.

e Philippus des portes.

Eadem prorsus ratione declarant Patres Græci, maximè Euthymius & Nicephorus, ut nimirum significetur per absentiam τῆς ὑπο στάσεως privario ἑδρκιωσεως, *firmitatis*, quod non σωζάνη non *considat*, soluta διὰ τὸ τέλμα τῶδες, *propter cœnositatem*, *fœculentiam*, quasi in lama, lacuna, palude. Nomen ὑπόστασις quo utuntur LXX. idem importat inter alia, h. e. *sedimentum*, *basin*, *fundamentum*, cui quid insidet, & firmiter hæret, quum ipsum per se stet. Unde *fidem* Paulus *f*, definit ὑπόστασιν *rerum sperandarum*, quia *quod videt quis non sperat g*, & nemo sperat, nisi certus de rebus quas sperat, quasi ipsa spes super fide fundetur, quæ reliquarum etiam virtutum prima basis est. Etsi verò rem ipsam Apollinarius explanavit, dum pro *vita* sumsit *hypostasin*:

f Hebr. 11. 1
g Rom. 8. 28

C Βύσσῳ ἐιυλίσγυπαγεὶς διὸτιο κατίζω:
Fundo in cœnoso infixus vita careo.

Quoniam necesse est mori immersum profundo cœno, unde non potest emergere; quo pacto Bruno etiam Carthusianus explicat Christum non victurum: tamen *vitam* ὑπόστασις propriè non significat. Sæpè *non subsistere* usurpant Scripturæ *h*, pro eo quod est non superesse, non vivere, mori, non posse resistere, & *in miseriis non subsistere i*, est succumbere. Mysticè loquuntur, qui cum Augustino docent, non fuisse substantiam in limosis persecutoribus Christi, quia peccatum, quo se se propria voluntate plusquam lutulentè contaminaverunt, & illeverunt, recedendo non solùm à prima formatione ut ceteri, sed aliis modis mala agendò nihil est, redditque *substantiam tamquam nihil* ante Deum *k*. Bruno Herbipolensis, Haimo, Hieronymus, Cassiodorus, aliique quòd nulla esset virtus carnis ad evadendam mortiferam passionem. *Ibi namque abscondita erat fortitudo l*, *ejus*.

Non subsistere, ut inscriptura usurpatur, sæpe. *In miseris non subsistere*, pro succumbere.
h Job. 3. 16. c. 28 21 c. 32 22. Ps. 10. 2. 16.
i Ps. 138. 11.
k Ps. 38. 6.
l Abac. 3. 4.

Hilarius, quòd CHRISTUS non pateretur secundùm substantiam & hypostasin suam divinam, sed secundùm limum corporis, in quem veluti sese merserat per incarnationem: alii, quòd in Christo patiente *non erat substantia*. i. e. fundamentum cur pateretur, culpa nimirum, cui tamquam fundamento pœna niteretur; sic namque paullo *m*, post dicit, *Quæ non rapui*, *tunc exsolvebam*. Adhuc Augustinus de paupertate, quam susceperat Christus, qui se appellat postea *n*, *pauperem*. Tandem de quolibet peccatore, qui luteus factus est totus, affirmari potest, *non esse in eo substantiam*, tùm ob illam rationem, quia peccatum nihil est, ac infra ipsummet nihil quodammodo, præterea quia naturæ viribus extrahi ac liberari de suo luto non potest. Commodus hujusce rei typus in Jeremia submisso funibus, non *in cisternam*, ut Joseph fuerat *o*: nec *latum leonum*, ut Daniel *p*, qui tamen evadere inde per se non valebant (sed *in lacum in quo non erat aqua*, sed *lutum q*, Josephus *r*, *Cœnosum puteum* vocat, ut ibi

m vers. 5.
n vers. 30, In quo peccatore verò dicatur *non esse substantia*. Descensus Jeremiæ in lacum in quo non erat aqua, tropologica expositio.
o Gen. 37. 24
p Dan. 6. 16.
q Jerem. 38. 6. 1'. 12. 13.
r 10. antiq. c. 10.

præfocatus moreretur, usque ad collum vero mersum ibi mansisse. Funes quibus extractus est, salutaria monita censeri tropologicè possunt quam vis asperiora; veteres panni sub cubito manum, superque funes, præcessorum bona exempla, qualium nubem quandam Paulus *a*, exigitat & recitat, quibus faciliùs ac suaviùs reducuntur infirmi ac timidi sui in peccatis profundè demersi peccatores, ut à Gregorio *b*, & a Bacchiario *c*, notatum est Nam ejusdem rei mysticum alium Ambrosius *d*, elegantem tradit sensum de sermone prophetico, quem plurimi faciat ex Gentibus Ecclesia, quam adumbrat Abdemelech Æthiops Jeremiæ liberator, quàm Synagoga. De *substantiæ* voce Phœbadium *e*, lege contra Arianos, decentem frequentari in scripturis. Quamquam haud scio, quàm sint ad rem exempla omnia, quæ profert. Nicetas etiam Choniata *f*. *hypostasis* notiones explicat,

a *Hebr.* 11. 2. & *seq.* c. 12. 1.
b 25 *Moral.* c. 8. *vel* 7.
c *Epist. ad Ianuar.*
d 2. *de Spir. S.* c. 11. & 12.
e *Lib. contra Arian. tom.* 4 *Biblioth.*
f 2. *Thesaur.* c. 15.

Veni in altitudinem maris.) Hieronymus, *Veni in profundum aquarum*, alibi *g*, *in profundum maris*. Alii, addita leggentes litteras (י) *jod*, nota numeri pluralis, quam legerunt LXX. *in profundo*, במעמקי-מים *hemmahhba makkemajam*, εἰς τὰ βάθη: Pro *aquis mare* iidem Lxx. transtulerunt; *Congregatio* enim aquarum, copiaque major, mare est *h* Nisi dicas legisse Lxx. יַמִּים *jamim*, vel, ἀφαιρετικῶς מים *maim*, pro יַמִּים *jammim*. Paraphrastes explanat: *Perveni ad profunda fortitudinis cohortes impiorum*, vel, *applicui in validam fortitudinem cohortis peccatorum*. Eadem repti pluribus modis Euthymius notat, ad magis exprimendum varias calamitates; & primùm appellatas *aquas*, propter impetum, & suffocandi vim; deinde, *limum profundi*, propter infinitatem; tertiò, *profunda maris*, ob copiam atque amaritudinem; postremò (quod est in sequenti membro) *tempestatem*, ob summam hujusmodi calamitatum vehementiam. Similes dicendi formulas observat Hilarius in Job *i*, & Jona *k*, *Numquid ingressus es profunda maris, & in novissimis abyssi deambulasti? numquid apertæ sunt tibi portæ mortis, & ostia tenebrosa vidisti?* quasi profunda maris sint inferiora terræ, ibique sedes mortis; &, *projecisti me in profundum in corde maris*. *Magna ut mare, contritio* Christi: passioq; (quam sponte susceperit verbum (*veni*) Augusti. notat innuere;) tamen præ magnitude amoris æstimavit ipse illam ut *calicem* m; nobis autem *in mensura potum dat in lacrymis*, & in tribulationibus *n*. Quamvis in Threnis, pro בוֹם *cbajjam*, *sicut mare*, legisse LXX. videntur, בִּים *chor*, vertentes, κατὰμοι συντριβης, *poculum contritionis*: Paraphrastes autem vim comparationis attendit in confractione fluctuum maris magni. Trita comparatio ab aquis ducta, præsertim à marinis, ad exprimendam ingentem ac vastam quamdam malorum abyssum. Nam verè dictum,

g *in c.* 21. *Esa & in c.* 2. *Ioan.*
h *Gen.* 1. 10.
i *c.* 38. 16, 17.
k *c.* 2. 9.
Thren. 2. 13
m *Matth.* 20 *c.* 26.
n *Ps.* 79. 6.

ο Κακῶν κῦμα πλεῖόν ὡς ἐπέρχεται·
ἄτης δ' ἄβυσσον πέλαγος νεμᾶι ἔυπορον

Malorum autem multitudo fluvius velut supervenit:
Calamitatis verò ut abissus, vel sine fundo pelagus, non valde bene meabile.

Comparatio ab aquis ad quid.
ο *Æschylus in supplicibus*,

Item *p*:

Καγὼν δ' ὁ πάλαι πέλαγος εἰσορῶ
Γοσσον, ὡς τε μήποτ' ἐκνεῦσαι πάλιν;
Malorum verò miser pelagus intueor
Tantum, ut non aliquando enatare possim.

p *Eurip. in Hippolyto.*

Conjecit prior Delrius noster in Commentarium Threnorum * duo hæc Græca testimonia; & a contrario tamen effectu natum adagium, quod.

Mare proluit universa hominum mala.
* Θάλασσα κλύζει πάντα τ' ἀνθρώπων κακά,

* *in c.* 2.
* *Laert. in Plato Eustat. in* 1. *Iliad.*

Accommodatè de se ipso Gregorius *q*, usurpat hunc locum, deplorans pastoralis curæ molestias, pavores, terrores, cumque statu priore comparans, in quo sibi videbatur tamquam in quodam rerum vertice stare. Admonet præterea Ephrem *r*, animam negligentem, ut si se residere in portu putet, montes fluctuum respiciat, ne

Loci accommodatio à Gregorio ad seipsum.
q *Ioel. epis. in* 5 *Tom.* 1. *Lament. ad anim. neglig. p.* 265.
Vtò anima negligente, quum se residere in portu putat, admonitio.

A subitanea tempestas super veniens in maris eam profundum corripiat; tuncque cum dolore ac gemitu dicere incipiat: *Veni in profundum maris, & tempestas demersit me; laboravi clamans, rauca facta sunt fauces meæ*: verè etenim *abissum maris* infernum esse, atq; *magnum* illud *chaos* inter justos & peccatores *firmatum* ſ. Voluit fortassis Christus jactationem periculumq; in mari discipulis permittere *s*, atque in summo discrimine remedium adferre, ut redderet magis sollicitos ac diligentes, quum tentationes ingruerent, aut pulsarent. Narrat votum suum Nazianzenus *u*, pro tranquillanda tempestate, votoque nuncupato mox respondentem, vita à nescio quo jam defuncta illius matre, quæ mare ingressa navim prehensam haud magno labore ad terram pertraderet. Celebre quoque Valgii, seu Victoris Catechumeni, quod prodit Paulinus *x*, exemplum, aliàs à me simili de causa indicatum. Nec desunt his plura: sed non prætermittendum, quod idem de se ipso Nazianzenus *y* commemorat, quemadmodum animi relaxandi gratia, solus inambulans, vergente jam in occasum Sole, ad maris ripam, & fremitum ac fluctus spectans illius, atque partim extrusa leviora quædam, Brursumque arrepta, partim inconcusse remanentes ictibus undarum verberatas petras, sic secum statuerit, mare, hanc nostram vitam esse, resque humanas amaritudinis & instabilitatis plenas: tentationes ingruentes, ac inopinatos eventus, ventos censeri, & id hisce quæ præmanibus sunt, verbis Davidem significasse, ac illis quæ præcesserunt & sequuntur: sententia eodem: eorum qui tentantur, alios velut algas, lapillos, buccinas, levissima ostrea, spiritus experitia, sine robore, firmitate, pondere, prudentis & cordatæ rationis fortuitis casibus obluctantis abripi distrahique, nec tantillum quidem adversarum rerum impetum sustinere; quosdam petræ instar esse, petra super quam stamus & quam colimus, dignos, ideſt, Christo *z*, atque philosophica ratione utentes, supra vulgi humilitatem evectos, humana omnia immoto & firmo animo ferentes. Paullo aliter operis Auctor *a*, imperfecti usus hoc ipso loco, *mare* sæculum interpretatur, *ventos* nequitias spirituales: *fluctus* tentationes, quibus illi desæviunt, ad Ecclesiæ naufragium. De *maris profunditate* alio loco egi Cb. Consule Plinium *c*, Plutarchum *d* Cleomedem *e*, Oppianum *f*, Clavium *g*, & alios à me citatos.

ſ *Luc.* 16. 16
s *Mat.* 8. 24.
u *Orat. de funere patris.* Nanianzeni votum pro tranquillanda tempestate, & vitio matris illius super illud alteri oblata Valgii celebre exemplum. Nazianzeni locus de se citatus.
x *Epist.* 32.
y *Orat.* 27. *ante med. cum in urbem redüsset postea quæ à maximo pertracta fuerant.*
z 1. *Cor.* 10. 4
a *hom.* 24. *in Matth.*
b *in Act. Ap. c.* 27. 28.
c *lib.* 2. *c.* 102.
d *in vit. Pauli Æmilii.*
e *Lib.* 1. περὶ κλιτῶν.
g *in Soph. c.* 2.

Et tempestas demersit me.) Hieron. *& flumen operuit me*: Alii *fluxus*, vel *cursus* nempe aquarum, *innundat, rapit, obruit, involvit*. Plenior ejusdem rei descriptio est versu 16. Paraphrastes autem hoc loco de captivitate declarat, *& rex fortis, sicut alveus aquarum, qua rapiditate feruntur, captivum me abduxit*: Vel breviùs in textu Nebiensis, &, *rex impius captivum tenet me*. Hebræa sunt ושבלת שטפחי *vesciibboleth sciet aphothi*. Significat *scibboleth* (cujus pravæ pronunciatio *sibboleth* carò nonnullis constitit *h*) *alveum*, & *fossam*, per quam labitur flumen cum impetu; præterea inundationem aquarum, non tantùm spicam, quæ etymologiæ ratio posterior in Scriptura *i*, traditur. Iterum versu 16. occurrit idem nomen, addito vocabulo *aquarum*, ubi Hieronymus reddit *fluctum aquæ*. Pleonasmus ibi est, quum per se Hebræa vox includat *aquas Tempestas* latiùs patet, continens procellam. turbinem, grandinem, & similes impressiones vi majore propellentes & Dè cœlo potissimum sive aere excitatas, quod scribit Job *k*, *ab interioribus egredi tempestatem*. Non demergit procella, ventusque ingruens ac delabens cum impetu, quem καταιγὶς valet; nisi quatenus ciet undas & fluctus, qui decidentes navem replent, atque navigantes obruit & suffocat, & quod Hebræum תשטף *sciataph*, importat, lavat cum vehementia & raptatione. Transfertur alibi *l*, per *absorbendi* verbum, & καταπονεῖν, quod habetur etiam hoc Psalmo.

h *Iud.* 12. 6.
i *hi dem.*
k *c.* 37. 9.
l *Ps.* 123. 4.

Vers. 4.] Laboravi clamans, raucæ factæ sunt fauces meæ: defecerunt oculi mei, dum spero in DEUM meum.

Sensus loci

IN periculis illis tantis, de quibus dixit, & quibus quia nihil proprius fuit, quàm ut periret, sic locutus est, ac si periisset, (postea namque orat pro liberatione ab iis-

dem

dem, verbis ferè eisdem *a*,) ait se vociferando ad Dominum usque ad rævim raucedinemque, valde fatigatum esse oculos etiam intentos in cœlum cum lacrymis, & expectantes inde opem, debilitatos caligavisse, ac pene videndi usum perdidisse. Clamavit Christus, non docendo tantùm, ut Hieronymo, atque Cassiodoro, & aliis placet, quum res nempe majoris momenti esset, vel agendo *b*, sed etiam passionis tempore, ut Evangelistæ *c* Paulusque *d*, tradunt, & Hilarius, Athanasius aliique intellugunt, & quidem pro se ipso, non solùm, ut Augustinus cum sectatoribus, pro membris suis, quum alioqui *coram tondente*, immo tundente se *obmutescoret* e, nec verbum quandoque responderet ad calumnias *f*. *Laborem clamoris*, & *raucedinem faucium* Cassiodorus, Remigius, Ruffinus, Augustinus, quod attinet ad doctrinam Christi, declarant hanc minùs gratam, auditoribus fuisse, ac suo illum labore frustratum. Ruffinus, inexcusabiles auditores ob tantum clamorem CHRISTI. Objicit Augustinus & Remigius *raucas* non videri *fauces* Christi, propter clamorem in cruce, qui nec tantus, nec adeo diuturnus fuerit: & quia in passione, *Non habuit in ore redargutiones* g, tacebatque, ut dixi; ideircò figuratè *raucum* dici etiam tempore passionis, quoniam priùs clamaverat incassum, & nihil apud quamplurimos docendo profecerat. *Defectum* præterea *oculorum* ab iperando (sic etiam legit) argumentatur Christo non convenire, sed membris ipsius, quia non desperavit is, *in quo Deus erat mundum reconcilians sibi* h, immo ipsemet Deus erat. Concedo Christum non esperasse, cujus oppositum blasphemia Chalvini est, à nobis Psalmo 21. confutata, docentibus inter alia, orationes hujusmodi Christi, quod Cyrillus *i*. quoque observat, non desperationis, sed dispensationis fuisse, & exempli. Sed non necessariò significat desperationem defectus oculorum: verùm quòd inter expectandum, & orandum, & sperandum eo modo quo convenire Christo spes potest, oculi lacrymis attriti attenuatique, & in altum suspensi longa expectatione *k*, defectum & caligationem passi sint. Quod nihil vetat affirmare de Christo, tùm in aliis orationibus, quas crebrò etiam pernox *l*, fudit, habitu, quoque cœlum fixè aspiciens, tùm præcipuè in ea, qua, *positus in agonia prolixius orabat* m. Raucedinem Christus ideo veram ac citra figuram contrahere facilè potuit, frigida nocte subdio diu oraus, contenta voce, arente palato, præ tristitia, metu, pavore, sanguinis humorumque aliorum ejectione pororum apertione; deinde in cruce bis *clamando validè*, quæ validitas stare cum raucedine potest, præsertim jam priùs contracta; & sicut negari clamor ejus nequit, ita raucedo cur negetur non video, quum, ut argumentari videtur Hilarius, infirmitates aliàs nostras susceperit (de illis intelligit quæ non sunt morbi,) & somni, lassitudinis, sitis, esuritionisque necessitati se commiserit. Idemmet Augustinus *n*, vim comparationis ex *gallina pullos congregante*, qua Christus est usus *o*, attendit, in raucedine quoque vocis.

Lyranus & Rickelius raucedinem oriri dicentes, ex siccitate humorum in faucibus & arteriis, affirmant in Christo fuisse, quia multo humores emisit in passione, de corpore, per sanguineum sudorem, flagellationem, spineæ coronæ impositionem, clavorum transfixionem. Etsi porro morbi per vitam negentur Christi, quid incommodi extremo illo tempore vitæ, concedere ea incommoda in corpore admisisse, quæ ex injuriis cœli orirentur, & ex aliis caussis naturaliter sequi possent. Ex dictis unam de fletu gemituque Hetruscus quoque Poeta attulit:

Ivi fra l' herbegia del pianger fioco.

Laboravi clamans,) Alii, *Delassatus sum in clamando*. Lapsus memoria in Psalterio fuit, dum in collectione ex Gregorii scriptis in utrumque Testamentum, citat in ea quæ est de Psalmis, *laboravi sustinens*. Verba sunt ista Jeremiæ *p*, vel Isaiæ *q*. Quum verò negat laborare sustinendo Dominum (quod intellige etiam de clamore,) quòd potentiam divinitatis ejus nulla fatigatio contingit, concedit quoque, ut homo erat secundùm patientiam suam dici posse *laboravisse*. Certè revera *fatigatum* Joannes *r*, scribit. Et verò talem nobis decebat esse *Pontificem*, qui *compati* posset patiendo *s*, ad quem, sicut ad ducem acurrerent omnes, qui essent amaro animo, quemadmodum olim ad Davide *t*: qui laborans ipse, & collaborans laborantes invitaret *u*. Pauper hic, & *in laboribus à juventute sua* x, convocat laborantes *in gemitu* y, *sustinendo* z, *rogando* a, alii modis. Habet oratio devota laborem gemitus, & abundantiam luctus annexam, ut Joannes Vitalis Cardinalis *b*, notat, ut intus gemas foris fleas. Clamandum oranti docet, velut emendicanti victum quotidianum *c*, timenti naufragium *d*, ignem *e*, morbum *f*. Orationem suam Ezechias *g*, columbina contulit cum meditatione, h. e. submurmurante raucaque voce. Alter Cardinalis Hugo, *laborem clamoris* interpretatur tropologicè de prædicatione, vel cantu Ecclesiastico, ne qui ea exercent, parcant voci, & laboris opere præcedant priùs *facientes*, quàm *docentes*, exemplo Christi *h*: Ipsiusmet clamor Christi comparatur cum leonis clamore *i*, quo exciens bestias, fami satisfaciat, earum esu; catulos vel mortuos triduo, vel potius dormientes excitat; seipsum ad audendum urget, simul cauda verberando.

Rauca facta sunt fauces meæ.) Hieron. *exasperatum est guttur meum*. Alii, *siccatum est*, vel, *adustum est*: vel, *raucum factum est*: vel, *aridum*. Græcè, ἐβραυχιασεν ὁ λάρυγξ μου, unde βραγχος, influxio pertinens ad fauces, aut, ad laringem, & trachæam, sive asperam arteriam, ita ut membranam interiorem tunicamve esperet, & vocem reddat βραμώδη *raucam*. Vocant præterea ἀρτηριακὸν. Consulendis Paulus Ægineta, Aurelianus, alii medici. Salernitana schola ita distinguit:

Si fluat ad pectus, dicatur rheuma, catarrhus,
Ad fauces branchus, ad nares esto coryza.

Quamvis aliter alii, de quibus Celsus *k*, qui generalem vocem Græcorum posteriorum ait esse κατιγωμὸν; & *coryzam* etiam de omni defluxione aliqui usurpant. Avicenna *l*, raucescerem vocem docet, ob multitudinem clamoris & attractionem humorositatis, caussa ejus, ad tunicam cooperientem guttur, & opiglottidem. Tradit dicta Schola Salernitana sex alias caussas:

Nux, oleum, frigus capitisque anguillaque, potus,
Ac pomum crudum faciunt hominem fore raucum.

Sed aliter hic etiam alii. Sola facit ad rem quæ provenit ex clamore immodico. Inter caussas raucedinis, pavor est, quem quia conspectu concitat homini lupus, nisi adjungere velis ἀντιπάθειαν, inde fit, ut deserat vox illum à lupo visum priùs, teste Theocrito *m*, Virgilio *n*, Plinio *o*, Solino *p*, Isidoro *q*, indicatque Plato *r*. Lege de nostris Virgilii Scholiastas, Pontanum, & Cerdam. Experimento etiam comperimus præmetu hærere faucibus vocem nec facilè, nisique raucam emitti. Magis ordinariæ caussæ præter dictam, & defluxionem, vehemens conatus clamoris, inspiratio aeris frigidioris, haustus vel inspiratus pulvis. Aliquas ex his reperiri potuisse in Christo satis verisimile mihi priùs feciisse videor, ut non sola figurate locutione contenti esse possimus. Non erit hæc difficile ad mores tranferre; & quid sit aspici nos priùs à lupo. Illud quoque libenter, inculco, ut Evangelista, *clamando non cesset*, juxta monitum Isaiæ *s*, *exultans* in fortitudine, *tubaque in morem vocem suam*, usque etiam ad ravim; quod factitant incantatores, si mussando non proficiunt, caussarumque patroni, à quibus parœmia fortè profluxit, de qua Plato *t*, πᾶσαν φωνὴν ἱέναι, *omnem vocem mittere*. Id Paulus, hortatus servare *in omni doctrina patientiam, arguendo obsecrando, increpando, instando opportunè, importunè* u, usurpabat quoque, non cessans die ac nocte monere unumquemque etiam *cum lacrymis* x, & volens ἀκροβαξαι τὴν φωνὴν, *mutare vocem* y, variis videlicet modis illis, quos præscribebat Timotheo suo z. Denique instar gallinæ super pullis suis, quod de Christo dixisse Augustinum paullo ante retuli, raucescendo; ut si fieri posset, *clamore*, ut est in alio proverbio, *neadas vincere*, quoniam fingunt clamore terram inhiatum discedere, ut ea de caussa Samus ab incolis deserta fuerit. Ariam [illegible], quoque lege.

a 9.15.16.
b Luc.8.8. 14. Joa.7.28. 37.c.11.43.
c Matt. 27. 46. 50. Marci 15. 39. Luc.23. 46.
d Heb.5.7.
e Isa.53.7.
f Matt. 26. [illegible]. Marc.14.61.
g Ps.37.15.
h 2 Cor.5.19.
Cyrilli observatio in c.4. Es.
k Esa.38.14
l Luc.6.12.
m c.22.43.
n in Ps. 58.
o Matt. 23. 37.
Raucedinis ortus.
p c. 6. 11.
q c. 1. 24.
r c.4.6.
s Heb. 4. 15.
t 1. Reg. 22. 2
u Matt. 11. 28.
x Ps. 87. 16. Habet oratio devota laborem gemitus & abundantiam luctus annexam. Clamandū oranti velut emendicanti victum quotidianum.
y Ps. 6 7.
Jerem. 45 3.
z Jerem. 6. 11.
a c. 15. 6.
Tropologica interpretatio.
Clamoris Christi cum leonis clamores comparatio.
b Specul. moral. script. verbo Oratio.
c Gen. 41. 55
d Matt. 14. 26.
e Joel. 15. 19.
g Ibidem.
h Act. 10. 1.
i Apoc. 10. 3.
Defluxionum distinctiones.
k l. 4. c. 2. *Coryza* de omni defluxione usurpata.
l l. 3. sen. 10. tract. 2. c. 1.
Raucedo vocis unde oriatur.
Inter caussas raucedinis pavor.
m Idyllio 14
n Ecloga 9.
o l. 8. c. 22. l. 28. c. 19.
p cap. 8.
q l. 12. c. 2.
r 3. de repub.
Cur hominem à lupo visum prius deserat vox
s c. 58 5.
t 10. de leg.
u 2. Timoth. 4. 2.
x Act. 20. 19.
y Gal. 4. 20.
z Supra.
Clamore neadas vincere.
Samus ab incolis cur deserta.
a de antiq. Judaica.

Defecerunt oculi mei, dum spero in DEUM meum.) Hieronymus, *expectante DEUM meum*. Alii, *dum exspectarem*, vel, *à suscipiendo*. Chaldaicè, *consumti sunt oculi mei, ob perseverantiam in oratione coram Domino DEO meo*. Vel breviùs, *propter expectationem DEI mei*, i. e. qua illum expecto. Apollinarius,

Ὥλεσα φέγγος, ἄγκυρα Θεὸν δεδοκηλίνοις ὄσσοις,
Perdidi lumen, Regem DEUM observans (expectans) *oculis*,

Hebræum vocabulum מיחל *mejachel*, ut his punctis scribitur, hoc est, cum scheva in principium, participium est; sicque reddi deberet eo modo, quo reddidit Hieronymus, ita ut singularis numerus distributionem declaretur; vel supplendo, *qui sum*, aut *dum sum rans*. Legerunt in infinitivo cum littera (ם) *mem* notata puncto chirich katon, indicante præpositionem, qui verterunt, *à suscipiendo*. Augustinus, *obspesperando*, Psalterium Gallicanum, *dum spero in DEO meo*. Cassiodorus, *in Deum vivum*. Significat verò יחל *jachem*, *anxiè & enixè expectare*, quod fit directis, intentis, circum se agentibus huc illuc, fixis etiam oculis, ita ut idcirco lassentur, attenuentur, languescant, deficiant, usum videndi perdant, quod ultimum expressit Apollinarius. Anxiam istam expectationem explicant Græci, verbo προσδοκᾶν, quasi dicas expectare ipso capite, & oculis variàs in partes conversis, & conjectis, atq; circumspicientibus, an quod speratur, & exspectatur, adveniat; sicut junioris Tobiæ absentis mater faciebat *a*, *Quotidie exuliens, & circumspiciens, & circuiens vias omnes, per quas spes remeandi videbatur, ut procul videret eum, si fieri posset, venientem*. Desidera quædam, inquit Ambrosius *b*, nostri sustinent oculi, dum non perspiciunt, quem requirunt; *defecerunt* enim Prophetæ *oculi*, i. e, David, cujus citat verba, quæ tractamus; quia nondum videbat, quem sperabat se esse visurum; ita etiam *defecisse oculos* Apostolorum *c*, cum toto suspensi corpore, ascendentem in cœlum Christum, quia incessu pedum non poterant, oculis sequebantur, & licèt ad eum deducendum visio humana deficeret, fidei devotio non defecit. *Oculorum* hìc *defectus* aliquoties in scriptura designat, vehemens desiderium, & expectationem, ac spem animo fovere, ad extremum pertinacia quadam infatigabili, varias identidem in pertinacia quadam infatigabili, varias identidem in partes respectando: sic noster Propheta testatur suos *defecisse in eloquium DEI* *d*, & *in salutare* *e*; elevatos, ac intentos in Deum fuisse, ut sunt *servorum*, & *ancillæ*, *donec misereretur Deus* *f*; *oculos omnium in eum sperare* *g*, Ezechias item cecinit *attenuatos oculos* suos *suspicientes in excelso* *h*, Chald. *sublatos*, aut *levatos*: זקפת *zikpeth*, *levavi*: Græcè, ἐξέλιπον, *defecerunt*; Hebraicè דלו *dallu*, quod valet; *attenuari*, *arescere*, *exhauriri*, & *exhauriendo attenuari*, ac præterea *elevari*, ut solet aqua, dum hauritur. Sic innuitur exhaustio spirituum animalium, simul cum contenta in cernendo & suspiciendo acie oculorum. Ubi mos ille quoque indicatur, erectis altè in cœlum oculis orandi, quem servavit etiam Christus *i*, verebatur autem id *publicanus* facere, præ verecundia *k*. Eadem attentam expectationem oculis usurpatam Jeremias *l*, optimè declaravit, *quum adhuc subsisteremus, defecerunt oculi nostri ad auxilium nostrum vanum, quum respiceremus attenti* (Hebraicè, *in speculatione nostra sumus speculati*) *ad gentem, quæ salvare non poterat*. Jeremiæ amanuensis Baruch *m*, *dare gloriam Domino* scribit, & *justitiam, illum cujus anima tristis est super magnitudine mali, & incedit curva, & infirma, & est esuriens, & cujus oculi deficientes*, ἐκλείποντες, sed hìc defectus non tam est expectantis suscipiendo, quàm mœrentis despiciendo, nec oculos attollendo. Ut hæc intelligi de Christo queant, nec non spes, non est difficile percipere. Diu expectando alienam salutem; divorando, in agonia præsertim usque ad cruentum sudorem, & in ipsa cruce, diu ac multum abstinendo, vigilando, tormenta tolerando, deficere illum vis videndi potuit; denique in morte extincti sunt, ut Lyranus, & Rickelius notant. Minùs arridet mihi, ut cum eodem Rickelio mentis oculos interiores accipiamus, contemplationis, & orationis mentalis; quæ dum in cruce pendens Christus, DEUM indesinenter aspiceret, viderentur deficere ideſt, frustrari, & suo effectu, seu divina subventione privari, relinquente illum Patre manibus impiorum, qui etiam insultabant *n*: *Confidit in DEO, liberet eum nunc, si vult*. Nec admodum placet, quod sequuntur satis multi, cum Augustino, & Glossa Psalmi 87. in id, *Oculi mei languerunt præ inopia*, ex Gregorio, de discipulorum, qui Christo erant chari, ut oculi, defectione, tempore passionis, triduoq; quo jacens CHRISTI in sepulchro, expectabat resurrectionem (quod, inquit Hugo extincta in matutino eorumdem dierum candelas indicare, quos resurgens Christus, partim *stultos, tardosq; corde ad credendum* nominavit *o*; partim *incredulos* *p*; partim exprobravit illis incredulitatem *q*. Recipi possunt hi, ut commodi sensus mystici. Sed severior Augustini videtur sententia; omnes tunc discipulos desperavisse. Nemo propriè desperat, cum judicio expresso, & formali quòd sibi remitti non possit peccatum, aut quòd DEUS deneget sufficiens auxilium in hac vita, nisi qui fidem amiserit. Pro Petro autem rogaverat Christus, *ut non deficeret fides ipsius* *r*. Neque verum est quod scribit Turrecremata *s*, repugnare Scripturis, Patribus, & communi fidei universalis Ecclesiæ, quòd non defecerint à fide omnes Apostoli. Miratur meritò Bellarminus *t*, nostrum ita opinantem, propter argumentum ex extinctione petitum candelarum, una demta, quæ Deiparæ indicet unius fidem ceterorum Apostolorum infidelitatem; quia Rupertus *u*, prodit, suo tempore solitas omnes candelas extingui, & designare, diversis priùs sæculis occisos à Judæis prophetas, ac tandem Christum, cujus illi morte tenebras sibi densissimas perpererint; per ignem autem, qui post extincta omnia, lumina, novus excitatur significari novum lumen Christianorum, quod ex lapide Christo à Judæi percusso in membris nostris ortum est, Addit cum Abulense *x*, & retentu usu Ecclesiæ, ut non extinguatur una candela, denotari explicitam fidem resurrectionis in sola B. Virginе fuisse *y*; nec adhuc ad hujusmodi fidem Apostolos obligatos fuisse, quum loquentem de sua resurrectione Christum non intelligerent *y*, sed figuratè loqui putarent; & postquam resurrexit, tradat de se ipso, ac de sodali Petro Joanne *z*, quòd *nondum sciebant scripturas, quia oportebat eum à mortuis resurgere*. In eo sensu interpretari Augustinum fas est, aliosve Patres à Turrecremata citatos, qui asserunt omnes Apostolos defecisse, desperasse, fidem amisisse; vel quia, quòd non habuerant, amisisse censeri non possunt: ipso facto, & fuga visos fidem amisisse, quia fidem confessi, ac protestati præ metu non sunt; quamvis intus fortassis non tantùm Petrus, sed nec ullus alius excepto Juda, fidem amiserit. Profectò, ut omittam Nicodemum, Josephum ab Arimathia, & alios, constat non consensisse neci Christi, sed improbasse; & Magdalenam charitate tunc flagrasse, quæ sine fide non consistit. Verisimile autem non sit religionis Christianæ capita fidem perdisse, & in aliis eam inferioris ordinis sexusque remansisse. Accedit, quòd in candelarum numero varium ritum Durandus *a*, notat esse, ut sint alicubi 72. vel 24. vel 15. vel 12. vel 9. vel 7. quibusdam locis numerus incertus, nec ille dicit extinctam, sed pœne extinctam fuisse Apostolorum fidem, quamvis illud postea videatur absolutè asserere, & variè hac de re loquatur.

Verse 5.) Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis.

Confortati sunt, qui persecuti sunt me, inimici mei injustè: quæ non rapui, tunc exsolvebam.

MEritò se adeo clamasse dicit ad ravim usque, & tam anxiè ac attentè circumspexisse usque ad lassitudinem, caligationem, defectum oculorum, quòd plures capitis sui capillis, inimicos haberet; pœneque innumerabiles, quos nulla in re læsisset, sed gratis, absq; causa, sine ulla commodi spe, ex mera malevolentia, & invidia eum odissent odio irreconciliabili, immo proprio ipsorummet gravissimo damno: & quod erat periculosius, pollerent magnis viribus, ut iis resisti non posset, irruerent autem tamquam in latronem, pœnasque reposcerent eorum, quæ ne quidem animo cogitavisset.

Hin

Καρδιογνώστης.

a Tob. 10. 7.

b Ser. 68 sect. 2. de Pœn.

c Aug. ep. 199. 11.

d Ps. 118. 82.
e vers. 123.
f Ps. 122. 1. 2.
g Ps. 144. 15.
h Isa. 38. 14.

i Joan. 11. 41. c. 17. 1.
k Luc. 18. 13
l Thren. 4. 17

m c. 2. 13.

Rickel. minus grata interpret.

n Matt. 27. 43. Marc. 15. 29.

o Luc. alt. vers. 25.
p Joan. 20. 27.
q Marc. 16. 14.

Severior Augustini sententia.

r Luc. 22. 32
s 3. summæ de Eccl. c. 61 Turrecremata impugnatus.
t 3. de Eccl. milit. c. 17. Extinctio candelar. in Ecclesia: & ignis novi excitatio post extincta omnia lumina.
u 5. de off. c. 25. & 28.
x q. 14. prol. in Matth.

y Luc. 18. 34

z c. 20. 9. De Apostolorum defectione, desperatione, fidei amissione, sententiæ.

a Durand. rat. offic. c. 72. n. 15. & seq. In candelarum numero varius ritus.

Sensus loci.

His etiam intelligit *aquas*, *limum profundi*, *altitudinem maris*, *tempeſtatem*, de quibus non ſine magna doloris ſignificatione in principio dixit. Athanaſius quidem, aut alius auctor Græcus, quem citat Agellius, explicat de demonibus, qui τυδενὸς ἡμᾶς ἐνοχλεῖν δύνανται παρ' ἡμῶν, ſunt *οπτῶντες οὐκ ἐᾶν*, *nihil laſi à nobis violative perdere nos feſtinant ſtudentve*. Sec communior opinio de Judæi Chriſti perſecutoribus eſt, atque occiſoribus, qui abraſi veluti à capite Chriſti, quem crucifixerunt in Calvario, prævaluerint. & numero ſupra ſectatores Chriſti, eique adhærentes modo, quo capiti capilli, & viribus, quoniam ſic permiſit DEUS, atque qui oblatus eſt, quia ipſe voluit *a* Chriſtus.

Communior explicatio.

a *Eſa.* 53.4. Multiplicatio ſuper capillos, pro numero infinito.

Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei, qui oderunt me gratis.) *Multiplicatio ſuper capillos*, indicat numerum, qui facilè iniri non poſſit, ac prope infinitum, ſicut quando comparatur cum ſtellis cœli, & arena *in littore maris* ſi. Nam res iſtius generis vix eſt qui numeret, vel exactè numerare valeat, quum alioqui non videatur tantus capillorum numerus præſertim, vel ſtellarum etiam, ſi quis ad numerandum applicet ſeſe. Eadem comparatio præceſſit Pſalmo 39. *c*, de multitudine iniquitatum; *Multiplicatæ ſunt ſuper capillos capitis mei. Multiplicatos inimicos ſuper capillos capitis* Chriſti, explicant Hilarius *s* Auguſtinus, & alii, de illius perſecutoribus Judæis, qui unum de ipſius diſcipulis adjunxerunt ſibi, & omnes raſi ſunt, quando in loco Calvariæ crucifixus eſt, indignique habiti peculiari cura Dei, apud quem omnes capilli capitis juſti numerati ſunt *d*. Idem Hilarius, Caſſiodorus, Remigius, Beda, Haimo, uterque Bruno, Hugo, plures, interpretantur diſcipulis Chriſti fuiſſe illos, qui perſequebantur eum, & qui non adornabant, ſed decalvabant caput ejus, &, quod Hugo addit, ut pueri Eliſæum *e*, ridebant tamquam calvum, quos ab Eliſæo maledictos, numero *duos ſupra quadraginta*, *urſi duo laceraverunt*. Tot annis poſt mortem Chriſti Veſpaſianus ac Titus Judæos exciſis Jeroſolymis vaſtaverunt.

c verſ. 13.

Hilarii & aliorum expoſitiones.

d Mat. 10. 30

e 4. Reg. 2. 23. & ſeq. Hieroſolyma 42. annis poſt mortem Chriſti ſub Tito everſa.

Qui oderunt me gratis.) Idem habetur Pſalmo 34. *f*, & in eodem *g*, ac in aliis *h* formulæ dicendi ſimiles: & Chriſtus, ut monui pſalm. 34. hunc locum, aut dicti pſalmi, citavit, quum dixit *i*, *ſed ut adimpleatur ſermo, qui in lege eorum ſcriptus eſt, quia odio habuerunt me gratis*. Innocentiam ſuam Chriſtus inde probat, de qua præſentem quoque locum enarratores explanant, maximè Auguſtinus, qui laudabile ait eſſe *odio haberis gratis*, ac ſine cauſſa, quumque nulli noceas, & retribuant etiam tibi mala pro bonis, ut ſit laus in cauſæ bonitate non in pœnæ acerbitate, quæ in maleficis ſæpe major eſt, qui *digna factis*, quemadmodum latro *k* malus *recipiunt*. Notatu digna manſuetudo Chriſti, tam atrox flagitium occiſionis ſuæ non exaggerantis ſed ſimplici oratione illa declarantis, quod *odio habuerint eum inimici ſui gratis*. Sic idolatriam populi vocavit Deus *receſſum a via quam oſtenderat ei Moſes* l. Repete dicta pſalmo 34. & quo pacto librum etiam pſalmorum Chriſtus nomine *legis* appellaverit. Hoc item Thalmudiſtas diverſis locis teſtari Galatinus *m* notat, nempe ſcripturæ libros omnes vocari *legem*, refellit autem Judæos negante cauſſam deſtructionis ſuæ eſſe mortem Jeſu Nazareni, ſed *odium gratis*, quod erat inter ipſos, & majus crimen cenſent idololatriæ, revelatione pudendorum, effuſione ſanguinis.

e 4. Reg. 2. 23. & ſeq. Hieroſolyma 42. annis poſt mortem Chriſti ſub Tito everſa.

f verſ. 19.

g verſ. 7.

h pſ. 178. 3. pſ. 118. 161 pſ. 119. 7.

i Joa. 15. 25. Laudabile eſt odio haberi gratis.

k Luc. 23. 41.

l Exod. 32. 8 Liber pſalmorum, item omnes ſcripturæ libri nomine *legis* dicti.

m l. 4. c. 25. Refutatio Judæorum negantium cauſſam deſtructionis ſuæ eſſe mortem Chriſti.

Confortati ſunt. Hilarius, *convaluerunt*, id etiam valet עצמו *hbatſomu* & ἐκραταιώθησαν. Putat Auguſtinus idem repeti aliis verbis, idemque eſſe, *confortati ſunt*, quod, *multiplicati ſunt*, ſicut & ſequentia non differre à prioribus, *qui perſecuti ſunt me inimici mei injuſtè*, ab illis verbis, *qui oderunt me gratis*. Ruffinus, Caſſiodorus. Beda, Remigius, alii, & quidem probabiliùs retenta verborum proprietate, ajunt *confortatos* dici, qui non ſola excederet multitudine, ſed odium animo conceptum, etiam perſequendo implerent, ac vires malevolentiæ reſpondentes haberent, adjuti favore Præſidis, & Regis.

Exδίκως Μισεῖν.

Qui perſecuti ſunt me inimici mei.) Pſalteria alia duo, Hilarius, Auguſtinus, Caſſiodorus *qui perſequuntur me*: quidamque preponunt, alii poſtponunt, *inimici mei*. Chaldaicè, *trucidatores mei*, aut juxta Nebienſem, *irritatores mei nimici mei teſtes mendaces*. Detetiores videntur hic exprimi, quàm qui *odiſſe* dicuntur *gratis*, mem-

Abro præcedente, & plus ἁδικίαν, quàm μισεῖν, צמת *tſamath*, quàm שנא *ſana*. Eſt צמת *tſamath*, *excidere*, *diſperdere*, *ſubvertere*, *opprimere*, *perimere*, *diſſipare*, &c. Quod Agellius notat, non video ut probet, habere hic hoc verbum ſignificationem actoris, & inrendentis actionem vindiciarum, que ære nexum alieno, tamquam ad ſe pertinentem vindicet ſibi in ſervitutem. Locus ex Levitico *n* declaratur aliter, quàm ab ipſo, ut videre eſt apud Pagninum in theſauro *o*.

n c. 25. e verbo שמת.

Injuſtè.) Sic etiam Hieronymus. Alii exponunt שקר *ſceker*, *falſo*, *mendaciter*, *abſque cauſſa*. Paraphraſtes ut epithetum teſtium mendacium. In Psalmi 37. *p*, valde ſimili ſententia: *Inimici autem mei vivunt, & confirmati ſunt ſuper me, & multiplicati ſunt, qui oderunt me iniquè*. Hieronymus pro ultimo vocabulo Hebræo עקר *ſceker* reddit, *mendaciter*, alii, *falſo*, aut, *ſine cauſſa* arbitratur hic etiam Auguſtinus, adverbium, *injuſtè*, adverbio *gratis* eſſe ſynonymum. Certè qui *gratis odit*, ſi non verbo, facto mendax eſt, ac injuſtus, quique perſequitur injuſtè, non ſine nonnullo mendacio id facit, & *gratis*, Bh. e. abſque juſtâ cauſſa, quum qui gratis illud facit, nec injuſta quidem cauſſa moveri videatur, ideſt, non ſolùm quæ alium reſpiciat, ſed etiam, quæ odienti ipſi commodum aliquod pariat. Ambr. explanans 37. pſal. de inimicis David eum odientibus iniquè, diſcrimen ſtatuit ab inimicis *odientibus* Chriſtum *gratis*, de quibus vult præſentem locum eſſe Homo enim, ait, poteſt uni alicui vulneri non patere, utpote injuſtitiæ, intemperantiæ, impudicitiæ, aliis autem vulneribus patet. In Chriſto autem nulla cauſſa eſſe potuit, qua peccati alicujus potuerit vulnus accipere, immunis à culpa, & integer à delicto, atq; immaculatus à vitio. Subdit eſſe qui putent utrumq. pſalm. ex perſona Chriſti eſſe decurſum, ſic vero in 37. Pſ. dixiſſe ſe appetitum contra juſtitiam, hic contra gratiam. Conſule quæ illo eodem 37. Pſal. diximus.

p verſ. 20.

Injuſtè & gratis hic ſynonyma Auguſtinus

Diſcrimen de odientibus inique, & odientibus gratis.

Qua non rapui, tunc exſolvebam.) Hieronymus, *Qua non rapueram, tunc reddebam*. Tertullianus *q*, *Qua non rapueram tunc exſolvebam*. Hilarius, *Qua non rapui, tunc exſolvere repetebar*. Alii in futuro, *exſolvam*, *reddam*, *rependam* אשים *aſcim*, vel exponendo futurum per præſens, *exſolvo*, &c. ſeu *exſolvere cogor*: & eſt אמתרנס, ut notavit Trevetus, qua quum minus dici videatur, plus dicitur, ut ſub unius perſona captivi, ſe hoſtibus dicant bona ſolviſſe, quæ juſtè poſſidebant, & non tantùm eorum jacturam ac direptionem paſſos, ut ſæpe fit, ſed ut fures, raptores, iniquos poſſeſſores, falſis criminibus infamatos. Id etiam R. Eſajas Tranenſis docet. Parœmialem orationem hanc eſſe omnes affirmant, quam Genebrardus alia confirmat & Hebræis: Tobias deliquit, & Zigod patitur. Auctoritatis majoris illa quam vocat Ezechiel *r parabolam*, & *proverbium*, *quid eſt quod inter vos parabolam vertiſtis in proverbium iſtud in terra Iſrael, dicentes, patres comederunt uvam acerbam, & dentes filiorum obſtupeſcunt?* Extat idem adagium in Jeremia *ſ*, foreque, ut omnis homo qui comederit uvam acerbam, obſtupeſcant dentes ejus: hoc eſt, injuſte puniri aliena in ſe peccata quærantur Hæbrei, quod adhuc magis diſertè faciunt in Threnis *t*, *Patres noſtri peccaverunt, & non ſunt, & nos iniquitates eorum portavimus*. Et verum ſane quadantenus, ideſt, luiſſe peccatum, quod tam ſæpe appellatur Jeroboam, quia illud imitabantur, Idola colendo, quod ille fecerat, Dquo pacto jure Deus *viſitat iniquitatem patrum in filios* u, *reddituque in ſinum eorum poſt illos* x, ut obſervavit quoque Cyrillus *y* Alexandrinus, Auguſtinus *z*, & alii, noſque etiam in Scholaſticis noſtris *a*. Sic etiam non eſt ſimpliciter verum, quod,

Parœmialis locutio.

q cont. Ind. c. 1.

r c. 18. 2.

ſ c. 31. 29. 30

t c. 5. 7.

u Exod. 20. 5

x Jer. 3. 18.

y 6. de ador. ſub princ.

z cont. Adim. c. 7. tra. poſt collatio, cont. Donat. cr. 7. q. 41. in Deut.

a 1. 2. b Horat. l. 1. epiſt. 2. c ibid. l. 3. carm. ode 6. d Helic. 8. antiq. Dipia l. 2. de decutionibus. e Exod. 20. 5 f indicat. 9. de legibus. g de ſera numinis vindicta. Chriſtus alienum luit furtum. Adami & Evæ, qui diripuerunt pomum.

b *Quidquid delirant reges plectuntur Achivi*.

ſed potiùs illud:

c *Delicta majorum immeritus lues*
Romane, donec templa refeceris.

immeritus quod non prærierit exemplo primus, meritus tamen quoniam vetus peccatis continuavit, nec diis illatam refecit injuriam; immeritus ſecundum leges Romanas quę ne perduellionis quidem crimen in innocente puniebant filio *d*, at non deorum judicio, qui quod de vero ſcribitur Deo *e*, in quartum uſque gradum parentum ſcelera ulciſcebantur, teſte Platone *f*, & Plutarchog. Chriſtus alienum luit furtum, hoc eſt, Adami, & Evæ,

a Gen. 2 5. qui diripuerunt pomum, & *esse sicut dii* voluerunt *a*, ab eo instincti, qui jam priùs usurpaverat, saltem secundùm quamdam imitationem, sibi divinitatem, & eidem traditi, tamquam pœnæ debitæ exactori. *Violenta* b Job. 34. 5. fuit *sagitta* Christi, *absque ullo peccato* b. Convenjunt in hoc explanatores præsertim Latini, nec non Didymus, & ad Marcellinum de interpretatione Psalmorum Athanasius: & indefinitè Hilarius de ceteris peccatis omnibus exponit, pro quibus pœnas & mortem Chri- c Rom. 8. 3. stus luit, *de peccato condemnans peccatum in carne* c, & d 2. Cor. 5. 21. *factus peccatum* d, ideſt, habitus peccator, vera ipse hostia pro peccato, quum auctor peccati, seu *princeps* c Joan. 14. 30. *mundi hujus non inveniret in ipso quicquam* e, hoc est, culpam, ob quam occidi deberet. Hujus debiti nostri *chirographum*, & syngraphum, soluto jam pretio, *delevit, ac de medio sustulit, affixes cruci* f, ut hoc loco Didymus observat, dicens quod hic dicitur ἐποιωνῦ γαι idem esse, ac λυτρωτὰς δαι, Anselmus g, aut Bernardus *h*, proverbium illud Ezechielis, ac Jeremiæ, conjungentes cum isto, per apostrophen alloquitur Christum: *Ego uvam acerbam comedi, & dentes tui obstupuerunt, quia quæ non rapuisti tunc exsolvebas*. Adjicit Augustinus, non rapuisse Christum à diabolo, sed extorsisse, ac diripuisse, eum alligando *i*, & furtum rejiciendo, quod nempe furcifer ille vendicaverat sibi: *Non rapturus de manu* illius *k*, quos tam carò redemto decreverit conservare. Quæstus est Christus comprehensum se tamquam *latronem* l, cum *latronibus* crucifigi, tamen voluit *m*, ac latroni *Barabbæ* postponi *n*, subiens latronum supplicium maximè infame. *Inter mortuos liber* erat *o*, & agere contra diabolum non potentia statuit, sed justitia, ut Augustinus hunc perpendens locum *p*, alibi docet, *rapinam* quoque intelligens peccatum, quia, inquit, usurpatum est contra licitum. Gregorius *q* consentit, declarans verba Job *r*, *commovisti me adversus eum, ut affligerem illum frustra*, quæ applicat ad Christum; citat etiam ex libro Sapientiæ *s*, *quum sis justus, omnia disponis, eum quoque, qui non debet puniri, condemnas*; quia Mediator noster puniri pro semetipso non debuit, quoniam nullum culpæ contagium perpetravit; sed si ipse indebitam mortem non susciperet, numquam nos à debita morte liberaret: ita ut juxta semetipsum affligeretur frustra, juxta vero nostra acta, non frustra. Sed ut in Commentario ejusdem libri Sapientiæ docui, recta lectio nunc etiam restituta, habet: *Ipsum quoque qui non debet puniri, condemnare, exterum existimas à tua virtute*. Eodem potest referri querimonia Jacob § Gen. 31. 39. cum socero *t*: *Ego omne damnum reddebam, quicquid furto peribat, à me exigebas*. Fortassis Judæi, quum querimoniam illam Christi, audivissent, quod comprehenderetur, ligaretur, duceretur tamquam latro, ut latronibus comitatus crucifigeretur, ac pessimus ei latro præferretur, apud Præsidem contenderunt. Fieri potest quoque, ut huc Paulus respexerit, quodque *filium Dei* fecisse accusaretur *u* duo ista complectens di- u Joan. 19. 7. ceret *x*. *Non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo*, x Philip. 2. 6. Tandem abest, inquit, ut alienam rem rapuerit, ut suamet se ipsum quasi possessione, ac divinitate quodammodo spoliaverit, & servilem formam *exinanendo* y ibidem 7. *se* induerit *y*. Quid si etiam subibat memoriæ Judæorum, parabolis invectum Christum in illos, ductis ex latronibus, ut *indicentis in latrones, ab iisque despoliati*: & *plagis fere usque ad mortem affecti* z? dixisse præterea, z Luc. 10. 30. quotquot ante ipsum venissent, *fures & latrones* a, propterea latronem supplicio, & societate acceptam, ut a Joan. 10 8. ipsi putabant, ulcisci injuriam voluisse. Accusaverat eosdem Christus, quod prætextu pietatis, ac traditionum suarum, suffurarentur oblationes divinas *b*, & quod b Mat. 15. 3. & seq. Dei domum fecissent *speluncam latronum* c. Denique sciebant Judæi nulla solere homines tangi commiseratione c c. 21. 13. adversus latronum supplicia, quos communium hostium habent loco; sed tolli de medio mirificè lætantur. Indignatur item diabolus tamquam adversus violentum raptorem, ac suspicans hunc esse illum, cui nomen, *accelera spolia detrahere, festina d prædari*, impulit ad hoc insanum consilium Judæos. Nihil profecerat infamis prædo, rapaciumque dux luporum, Caco pejor, immo τὸ κακὸν ἢ πονηρον, tentans Christum, ut deitatis, quam tantisper exuerat, vel potiùs absconderat, eumque ce- e Mat. 4. 1. & seq. laverat, ante tempus formam declararet *e*. Timor, f c. 12. 29. quem timuit, evenit illi: direptus est, quamlibet fortior à fortiore *f*, qui venatorēs post se misit *g*, nec non & lupos bonos, in quibus Paulum *h*; direpto priùs, ac spoliato inferno, *reductaq; captivitate* i, quum adhuc vivens fugit, & evasit illos, quos, quod ab omni ambitu sciebant alienissimum, *venturos præcognoverat, ut raperent, & facerent eum Regem* k. Nec alia vero lege cælorum conquiri regnum, quam *vi & rapina* l decretum est: prius etiam rapiat nos mors necesse est *m*, exque corpore animam eripiat, quam *rapiamur obviam Christo in nubibus in aera* n. Conscripsit de varia verbi *rapiendi* notione tractatum Salmeron noster *o*.

Hìc tandem notari debet, Christum, qui non ut reus, pœnas dedit (etsi ἀποτινύναι *luere pœnas* significare possit, quicquid Jansenius dicat) sed nobis debitas redemit non ipsas inferni pœnas in specie, ac formaliter luisse, ut Calvinus, & spectatores blasphemaverunt. Prætium sufficiens per merita, & passiones suas exsolvit; nec possunt inferni pœnæ prætii rationem habere; sed mors hæc secunda *finis peccatorum* est *p*, quod offertur p Rom. 6. 21 pro pretio, ad meditationem pertinet. Quum autem B *quæ non rapuit* Christus *exsolverit*, ac proinde pro aliis, non pro se, merito cavit Cyrillus Alexand. *q*, ne quis q Cath. 10. dicat Christum pro se hoc est, pro suis peccatis, obtulisse. Egimus eadem de re Psalmo 21. & aliis. Hilarius in *rapiendi* verbo, notat peccatum in eo esse, ut quæ sunt contra naturam desiderata, sponte rapiantur, non necessitate peccandi: propterea quoque, hoc est, propter illam rapinam, vocari *peccata, debita*. Hilarii observatio in verbo *rapiendi*.

Vers. 6) Deus tu scis insipientiam meam; & delicta mea à te non sunt abscondita.

Sensus loci.

ITa ut dixit esse, quod immeritus dederit pœnas, ipsummet vocat Deum testem, qui optimè sciat an non re vera innocens fuerit; utrum vel etiam imprudens, non solum sciens ac volens, ullum læserit aliquane admiserit peccata, talibus expianda malis: quemadmodum sui de illo hostes, dictorumque auctores malorum, sibi persuadebant, & in vulgus jactabant. Conveniunt ista Cinnocientiæ Christi, quam optimè perspectam habebat Pater, quicquid secus alii de ipso sentirent; ita ut loquatur sub Christi persona David, ex aliorum opinione, quum suam vocat insipientiam, & delicta. Vel, *Insipientiam* intelligit opus ipsum redemptionis, atque solutionem pro his *quæ non rapuerat*; quia *Gentibus stultitia* erat, sicut *scandalum Judeis* r: delicta vero sua, r 1. Cor. 1. 23 quia suorum, pro quibus Patris satisfaciebat. Hic de *insipientia* dicendi modus nominatim Athanasio placet, & Eusebio, ex Græcis: Augustino etiam, & Latinis multis; qui *delicta* sumunt, tum pro Christi operibus, quæ damnabant Judæi, tum pro veris delictis nostris, quorum fuit susceptor, non commissor.

Deus tu scis insipientiam meam.) Hieronymus, *stultitiam*. Augustinus, *imprudentiam*. Synonyma sunt, significanturque per ἀφροσύνην, & אולת *juveleth*, non ita tamen, ut omnem rationis negent usum: sed ut omnis peccans dicitur ignorans, & imprudens; aut quatenus modus quidam peculiaris est peccandi ex ignorantia non ex malatia, vel passione. Non displicet exponi locum totum ironicè, sicut etiam Hugo indicat, vocans hunc usualem sermonem, ideſt, usitatum. Tu scis injuriam D fieri mihi ab inimicis, ita illos me tractare & accusare, ac si magni criminis reus esem: integritatem ipse meam nosti, quodq; nec ignoranter, nec scienter peccaverim: equidem bene mihi conscius sum, tu optimus mihi testis. Videlicet insipiens, stultus, imprudens, delictis obstrictus non sum: hæc scis, non quod in me sint, sed quod non sint. Verùm juxta tritum illum sensum de œconomia redemtionis nostræ, ac passionis Christi (qui sapientia ipsissima est, alioque Psalmo *s*, licet non exaudiretur, negavit orationem esse *ad insipientiam* sibi,) cuivis facilis erit inductio per singula, quibus humano judicio inesse videatur insipientia, imprudentia, stultitia. Sic nos *fieri stultos* in Christo decet, ut simus *sapientes* t, Hie- t 1. Cor. 3. 18 ronymus *u* non veretur horum principem stultorum appellare Christum, hic loquentem & alibi *parvulos, ac insipientes* invitantem *x*, *stultitiaque mundi eligentem* y. Illud quoque de Christo eodem interpretatur Hugo quod est in proverbiis z, quum is qui visionem acceperat à Deo, z Pro. 30. 2.

Deo

u In Esa. c. 35. x Prov. 9. 4. y 1. Cor. 3. 27 s ps. 21. 3.

Deo secum morante confortatus, appellavit se *stultissimum virorum*, negavitque *sapientiam hominum secum esse*. Refert Eusebius, loco τῆς ἀφροσύνης, Symmachum ἀπειρίαν reddidisse hoc loco, eíseque τὴν ἀπὸ τῆς κακίας τῶν ἀνθρώπων ἀλλοτρίωσιν, *à malitia hominum alienationem*: & idcirco esse καλὴν *bonam*, atque deferri Deo tamquam auctori. Habuit sanè Christus malorum & peccatorum inexperientiam.

Salubris admonitio.

At simplicior veriorque sensus est, quem tradidi in principio. Possumus, ac debemus de insipientia, ignorantia, stultitia, imprudentia, nosmetipsos accusare, dum vacat, resipiscere: nec expectare, ac differre in illud tempus, in quo cum insensatis, quam nunc fortè justorum vitam judicamus insaniam; cogamur fateri, summam sapientiam fuisse, quando stantes videbimus in magna constantia ante tribunal Dei, bonorum operum conscientia securos *a* lætosque. Sapientis est, nunc serio id usurpare *b*, *quis superponet in cogitatu meo* (in parte cognoscente) *flagella*, (ut percipiat intellectus, minas, pœnas, castigationes, quas deinde proponat alteri parti; quæ sequitur, *& in corde meo* (in appetitu, atque voluntate) *doctrinam sapientiæ* (qua cæcus appetitus, ac voluntas regatur) *ut ignorationibus eorum*, (tam partis intelligentis, quàm appetentis, quia & in hanc redundat illius ignoratio) *non parcant mihi* (flagella, coercito, castigatio) *& non appareant delicta eorum* (earumdem partium duarum, ita ut non prodeant in opus) *& ne adincrescant ignorantiæ meæ, & multiplicentur delicta mea, & peccata mea abundent, & incidam in conspectu adversariorum, & gaudeat super me inimicus meus*. Insipientiam quàm scit Deus, aperiente illi te ipsam, & delicta, quæ non sunt ab eo abscondita, quum eidem illa confiteris, fructum consequuntur Dominicæ passionis, ut subtiliter notavit Michael Ayguanus, *qui* enim *abscondit scelera sua, non dirigetur* c.

a Sup. 5. 1.
b Eccl. 25. 2. 3.

Insipientia & delicta quæ non sunt à Deo abscondita, cum ei confiteris, fructum consequuntur Dominicæ passionis.

c Pro. 28. 13.

Et delicta mea à te non sunt abscondita.] Hieronymus, *peccata*: videntur synonyma: nec *delicta* hìc sumi, quasi derelicta, seu omissa, omissionisve peccata. *Non abscondi* etiam *à Deo*, est planè perspectum esse, sicuti ibi *d*, *gemitus meus à te non est absconditus*. Observat Agellius in voce, τῆς πλημμελείας, prout significat ea, quæ supra rem fraudatam redduntur pro multa, innuere Davidem, vel in ejus persona Christum, quum neminem, ne per imprudentiam quidem fraudasset, neque aut fraudatæ rei restituendę, aut pœnæ pro delicto solvendæ obnoxius esset, sibi nihilominus, pœnam multamque impositam, ac si re vera deliquisset. Favet Hebræum vocabulum אֲשְׁמוֹת *asciamoth*, significans quoque *oblationes pro delictis*, aut pr præterea quamlibet rerum restitutiones, ut Hebrææ lingue periti tradunt *e*. Ita quoque constat interdum Latinum nomen *delicti* usurpari in scriptura. Sed ea notio, quam affert Agellius, nullo exemplo, quod sciam, probari potest: nec τῇ πλημμελείᾳ videtur quadrare, quæ potiùs incuriæ, incogitantiæ, omissionis culpa propriè est: verùm τῷ πλημμελήματι *f*. Præstat, ut principio monui, generaliorem significationem accipere, & nisi res cogat, à tam exacta distinctione abstinere, quæ rarò solidè consistit. Apollinarius in hoc, & priore membro, *stulitias*, atque *stoliditates* transtulit:

d Ps. 37. 10.

e Thes. radice, אשם *Delicti nomen in scriptura ut interdum usurpatur.*

f Num. 5. 6.

διδας ἀναξ ὅσ' ὄρεξα κακοφρεσύνησι νέμησιν,
οὐδὲ τεῆς ἐκρυφθεν ἀταθαλίαι μὲν ὀπωπῆς.
Nostri, rex, quæ patravi stultitiis meis,
Neque à tuo abscondita sunt stultiditates meæ conspectu.

Aliorum derelicta tribuere sibi Christum satis frequens est, quod Augustinus *g*, etiam vult de illo dici, sub persona Salomonis, illis verbis *h*: *Qui si iniquè egerit*, &c. non quod Christi, ipsius, inquit, qui est caput Ecclesiæ possint inveniri ulla peccata, sed quia inveniuntur peccata in corpore, ac membris ejus, quæ sunt populus ejus, ut intelligamus de ipso quodammodo dici, quod de corpore ejus dicitur. Quo pacto noscantur à Deo peccata & mala cuncta, falsaque, non entia etiam, & impossibilia, disquirant scholastici, utrum per sue-met cognitionem essentiæ, an potiùs per ideas illis contrarias, quas in Deo secundùm nostrum concipiendi modum distinguimus. Reipsa idem est, ac verum, quod affirmat Dionysius *i*, Deum per semetipsum tenebrarum accipere visionem, nec aliunde videre tenebras,

g 17. de civ. c. 19.
h 2. Reg. 7. 14.

Scholastiorum disquisitiones.

i Divinit. c. 7.

Aquàm ex lumine, hoc est, per suimet intellectus perfectionem, atque perspicacitatem. Quamvis id faciat, non immediatè cognoscendo essentiam suam, sed respiciendo ad entia, bona, vera, quorum sunt non entia, mala, falsa, immediatæ privationes. Quandoque dicitur mala non nosse, secundum scientiam videlicet approbationis, conjunctamque cum divino beneplacito, ut *k*, *mundi sunt oculi tui, ne videant malum, & ad iniquitatem respicere non poteris*.

k Isa. c. 33.

Vers. 7.) Non erubescant in me qui expectant te Domine, Domine virtutum.

Non confundantur super me, qui quærunt te, Deus Israel.

Sensus loci.

ALio Argumento, præter expositam proximè antè innocentiam suam, contendit exaudiri à Deo, qui Dominus est longè ac latè, ubique imperans, tùm vero exercens imperium in omnes exercitus & Angelorum, & hominum. Vis argumenti est, ut, quum pro sua ista potentia tanta liberare possit Deus, & salvare, id facere non prætermittat; quoniam alioquin alii deterrebuntur ab invocando Deum, desinentque patienter expectare opem ipsius, pudore quodam suffusi; si animadverterint non audiri à Deo, qui tamdiu & adeo costanter atque enixè illum invocaverit; neque amplius audebunt Deum Israelis tantopere celebratum à potentia, & misericordia, implorare, ejusque amicitiam, & auxilium studiosè, ut faciebant, quærere, qui viderint hoc factitantem frustrari spe preceque: ita ut ipsosmet pudeat pudoris, ac ruboris, quem ille sentit, quod votis ejus non sit satisfactum. De Christo intelliguntur ista: ut, quia insipientia, de qua dictum est, licèt probetur Deo, ab hominibus tamen habetur tamquam vera insipientia stultitiaque, ac difficile erat, ut homines, qui non *gloriam*, *quæ à Deo est*, sed quæ ab hominibus, *quærunt* l, non erubescerent, de hujusmodi insipientia, & stultitia: oret Christum Patrem, ut hominibus det, de se non erubescere, nec scandalizari in ipso, quia cum tali erubescentia frustra expectarent. Vel quod innuit Hilarius vota Christi primum adventum expectantium, atque desiderantium, indicantur, & flagitantium, nec confundantur ab expectatione sua, qua in expectatione ipsemet sit, eamque non raro verbis ac scripto expresserit. Sed prior plurium sententia est. Denique faciunt aliqui, ut Augustinus, precantem Christum, ne frustretur Deus illos, qui colebant ipsum, & Deum, ac in eum sperabant, spe quam conceperant de resurrectione Christi, neque sibi eo modo persuadeant, Christum propter insipientiam, & delicta propria justè crucifixum fuisse, & exprobrando dicatur eis, ubi est Christus vester? aut exemplo illorum duorum dicant *m*; *Nos autem sperabamus*: & puderet colere Crucifixum. Idem Augustinus accommodat ad Ecclesiam, quæ oret hæreticorum non premi scandalis, ita ut ejus filii erubescant de ipsius depressione. Non erubuit Paulus *n*, Evangelium; laudavitque eum, qui non erubescebat catenam ipsius *o*: & hortabatur Timotheum *ne erubesceret* p: sicut quemlibet Christianum Petrus *q*, & Christus erubescentibus comminatus est *r*. Rursum à Timotheo Paulus exigebat, ut esset *operarius ἀνεπαίσχυντος*, *inconfusibilis*, absque confusione, qui neque confunderetur ipse, neque confundi de illo Ecclesia, & fideles possent. Augustini *t* legit *non erubescentem*; Anselmus, *irreprensibilem*: Ambrosius, *impudoratum*. Hoc quisque pro civili curare Christianus, & Clericus, & Religiosus debet, ne nomini, ac ordini suo ignominiæ inurat notam, ne sit dedecori, nec possit quisquam in illis, quod Paulus conquerebatur de Galatis, *u*, *confundi*, vel *erubescere*, sicut super Susanna *eruhuerunt servi vehementer, postquam locuti essent senes contra eam* x.

l 1. Joan. 6. 44.

m Luc. ult. 21. Ad Ecclesiam loci accommodatio.

n Rom. 1. 16.
o 2. Tim. 2.
p ibid. 7.
q 1. ep. 4. 16.
r Luc. 9. 26.
s 2. Tim. 2. 15.
t l. 2. contra Cresc. c. 12. Cujus uniuscujusque Christiani, clerici, & religiosi esse debet, ne nomini ac ordini suo ignominiæ inurat notam.
u Galat. 4. 20.
x Dan. 13. 27.

Non erubescant in me.) Vel *propter me*, hi qui me noverunt, amantque, & compatiuntur, & sæpe audiverunt magnificè prædicantem benignitatem tuam, ac prolixè mihi multa pollicentem de te: Vel etiam *propter me*, jidem, & alii ad quos fortè de iisdem calamitatibus spes mea rumor pervenerit, retardentur à te deprecando, &

sperando in te, in re istem advêrsis. Vel me pudeat, amicos quondam meos tam afflicto ac destituto jungi amico, quemque videatur Deus abjecisse, sicut prius se cum ærumnoso Job gessisse amici visi sunt *a*.

Jer. 2. & seq.

Qui expectant te.) Qui sperant, vel expectant sperando. Referunt aliqui ad desideria expectantium eum qui vocatur *expectatio Gentium* b, & *Israel* c.

b Gen. 49. 10
c Jer. 14. 8, c. 27. 22.

Domine, Domine virtutum.) Hieronymus, *Domine Deus exercituum*. Priore loco est אדני *Adonai*, posteriore nomen *Jehovah*, sed cum punctis elohim יהוה *Jehovih*: aliàs autem quum legimus יהוה *Jehovah*, volunt Hebræi esse pronuntiandum *Adonai*, & hujus punctis supponi nomini tetragrammato, quod vocant *ineffabile*. Habent alia quoque Psalteria Latina, *Domine Deus*, nec non Cassiodorus. Hilarius semel, *Domine*. Græcè hìc bis est, κύριε κύριε: pro, *virtutum*, σαβαὼθ. Hebraicè, צבאות *sevoath*, de quibus vocibus egimus aliàs monuimusque non significare virtutes morales, de quibus tamen Hugo, & alii interpretantur. Quum autem potissimùm de Angelis hoc dicatur nomen; fortasse huc alludit Christus, dicens *d*: *Qui me erubuerit, & meos sermones hunc Filius hominis erubescet cum venerit in majestate sua, & Patris, & sanctorum Angelorum*.

d Luc. 9. 26. Marc. 8. 38.

Non confundantur super me.) Eadem cum priore sententia, potuitque verti, *in me*: quia utrobique est בי *bi*, præpositio cum affixo, & idem verbum Græcum καταισχύνεσθαι; in Marco redditur verbo *confundendi*, in Luca per verbum *erubescendi*, quamvis hìc sint diversa יבשו *jevoschu*, & יבלמו *jicchalemu*.

Ἐπαισχύνεσθαι.

Qui quærunt te.) Chaldaicè, *qui quærunt doctrinam à te*. Potiùs auxilium, & opem.

Deus Israel.) Totius populi Israelitici, peculiariter autem Jacob, qui cognominatus est *Israel*, & spei suæ fructum in tribulationibus suis præ ceteris percepit. Meminimus jam suprà non semel hac de re. Egregiè Græcus, quem citat Agellius, explanant locum totum; quasi diceret Christus, quia non renui mortem pro hominibus gustare, auferatur illa etiam confusio, quæ illis olim per mortem contigit, ut ad imaginem Dei conditi, mortis subessent imperio.

Vers. 8.) Quoniam propter te sustinui opprobrium: operuit confusio faciem meam.

Vers. 9.) Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filiis matris meæ.

Sensus loci.

ORaverat ne sineret Deus, ut amici sui aliique qui Deum expectabant quærebantque, confunderentur, & erubescerent, si se viderent frustra orare, nec impetrare, & sibi persuaderent in caussa esse ipsius peccata, idcircoque diffiderent & illi in simili caussa, ac vererentur ad Deum supplices recurrere: nunc ait se talem apud illos ignominiam passum, toraque facie pudore tanto ac rubore coopertum, non ob ullam culpam, sed quia studiosum se divini cultus præbuit, & à vero equoque recedere numquam voluit, numquam Deum negare, blasphemare, desperare, zelum in se divini honoris, ut est in 10. versu, sitiens. Eo etiam processisse dedecus dicit, ut intimi maximèque necessarii haberent eum loco externi incognitique hospitis, atque ne aspectu quidem verbove dignaretur. Christum opprobriis, dedecore, injuria, contumelia Judæi affectum omnis loquitur Evangelica historia, & *nec fratres ejus credidisse in eum* e: contribules *præcipitare* voluisse *f*: discipulos *fugisse* g: unum ex iis *prodidisse* h; fratres, notosque illo crucifixo *stetisse à longe* i: toti synagogæ ac genti suæ invisum fuisse, quæ negabat *scire se unde is esset* k: nolebat *regnare super se* l: *Samaritanum* vocabat *m*: *in propria venientem recipere* recusabat *n*: præ tormentorum multitudine, & magnitudine quasi *abscónditum fuisse vultum ejus, despectum, non reputatum* o. Ait ipse se hæc libentes passum propter non modo decretum, & voluntatem Patris, utque ei obediret, sed etiam propter honorem ejus, quem prædicabat ac defendebat.

e Joan. 7. 5.
f Luc. 4. 29.
g Mat. 26. 56.
h Matt. 26. 25.
i Luc. 23. 49.
k Joan. 9. 29
l Luc. 19. 14.
m Joa. 8. 48.
n c. 1. 11.
o Esa. 53. 3.

Quoniam propter te.) Fortassis commodè supleatur ex vers 6. *scindi* verbum, *quoniam tu scis*, &c. sicque, *quoniam*, non αἰτιατικῶς accipiendum erit, sed ἐξηγητικῶς, non ut caussa, sed ut asseverationis expressio. Quo pacto apud Jeremiam *p*, qui locum istum videtur transcripsisse, legimus: *Scito quoniam sustinui propter te opprobrium*. Illa quoque, *propter te*, duplicem, quem dixi, habere sensum possunt. Verum posterior melior, magisque cum sequentibus cohærens, præsertim cum zelo domus Dei, de quo mentio fit versu 10. Propter nos etiam passus est Christus propterque nostram salutem, quia ficiplemet, ac ejus Pater voluit. Placuit Hilario sensus primus quem imitantus Hieronymus, & Remigius, & alii. Secundum cum primo attigit Arnobius, dicens; dum Patris voluntatem faceret, alios offendisse. Hilarius hinc colligit non fuisse in Christo naturalem, sed assumtam, quæ propter Deum hæc improperia susceperit passionum, & alienum à natura sua corpus, *& qui peccati nescius erat* secundum Apostolum *q*, *Fecit eum Patrem esse peccatum, dum obedivit usque ad mortem crucis*, ipsi exprobratum est, quod *ceteros salvans se ipse non salvet* r, contumelitas *sputorum alaparumque* perpessus est *s*. Ex communiore sensu, quem sequimur, elicit Augustinus Ethicum præceptum: qui sustinet quia peccavit, propter se sustinere, non propter Deum; *neque*, quod Petrus quoque monet, *gloriam esse peccans puniatur, & patiatur*; sed quia mandatum Dei servavit. Item quemlibet sustinere debere non solum propter Deum, sed propter seipsum, ut quamvis non habeat peccatum quod objicitur, sciat nihilominus, habere se aliud, quod dignè in se flagelletur; nec debeat dedignari ac pati servus pro meritis suis, quod Dominus audivit, & passus est, nullis meritis suis. Innuit se verba ista sumere tamquam loquentis Christi cum homine, cui dicat *propter te*, & non quasi Patrem alloquatur.

p c. 15. 15.

Unde Hilarius colligat non fuisse in Christo naturalem infirmitatem sed assumptam.

q 2. Cor. 5. 21
r Mat. 27. 42 sc. 27. 30. Qui sustinet quia peccavit, propter se sustinet, non propter Deum.
s 1. Pet. 2. 19.

Sustinui opprobrium.) Alia Psalteria, & Cassiodorus, *supportavi improperium*. Arnobius, *portavi improperium*. Hilarius, *sustinui improperium*. Hieronymus, *portavi opprobrium*. Augustinus, *sustinui exprobrationem*. Hanc significat ὀνειδισμός. Pondus, onus, sarcinam important verbum נשאתי *nasathi*, & ὑπήνεγκα. Græci φόρτον & φορτίον *oneris sarcinaque* vocabula præsertim de re molesta & odio usurpant, maximè de irrisione, φορτικὸν de *odioso*, *insolente*, *tædioso*, *molesto*, *arrogante*, & quem Latini etiam vocant *gravem*, ut ferri difficilè possit. Appellant Itali contumeliam, *caro*, vel *incarico*, & Hispani qualibet molestiam, *pesadumbre*: quemadmodum Hebræi vaticinationem rei molestæ משא *massa*.

φόρτος. φορτίον. φορτικός.

Operuit confusio faciem meam.) Romanum Psalterium, Hilarius, Arnobius, Cassiodorus, *reverentia*. Psalterium Gallicanum, & Augustinus, *irreverentia*, quamvis Faber, quod lego in Psalterio, quo Ambrosiana utitur Ecclesia, & Gallicanum voco, tribuat Romano, & Gallicano, id quod retuli de Romano, seu Vaticano. Oritur ex opprobrio, pudor, confusio, reverentia. *Irreverentiam* retinendo, interpretaret ejus qui opprobrando, alium pudore afficit, & suffundit; non autem illius, qui suffunditur, nam opponitur reverentia, ut est idem cum pudore sub ore confusione, irreverentiæ, atque impudentiæ. Rectè intelligi potest ab impudente, & irreverente calumniatore, cujuspiam faciem operiri probris, & inde exoriente confusione, & reverentia, ita ut illius irreverentia operire dicatur hunc reverentia, sed ita opertus, non bene dicitur operiri irreverentia ipsa, quæ in illo sit, quia potiùs veretur, & ipsum pudet. Augustinus autem utens *irreverentia* vocabulo, exponensque de Christo, ac si in illo esse significaretur, facit ita Christum loquentem, Non puduit me, non sum confusus audiens opprobria, & convitia, sed irreverens fui, & perfricui frontem & quasi frontosus fui. Qua in re jubet non imitari Christum, ut libera fronte, quæ cruce armata est, ac sine ulla verecundia, consistamus adversus calumnias, quæ nobis, nostræque fiant religioni, nec erubescamus coram hominibus. Quo pacto Tertullianus *u*, voluisse Dominum scribit, ut per contemtus pudoris humani probaretur homo bene impudens, & feliciter stultus, Sensus hic quidem prius, & acutis: sed August. dicam venia, non ita commodè, ac leniter fluens ex litterali significatione ὕβρεως, & בלמה *ebelimmah*: nec dubito mendosam lectionem asserere, qua legitur *irreverentia*, quæ contraria est, reverentiæ atque confusioni; & si ea retenta, confici sententia illa possit, quam antea dixi cui favet

u de carne Christi c. 5. Sensus acutus nec probatus.

Sym-

'Ασχημοσύνη.

Symmachus, reddens ἀσχημοσύνην *dedecus*, atque *turpitudinem*. Arnobius porro præter confusionem ex opprobriis verborum, de quibus antea meminimus, explicat de illa, quæ in facie Christi nata sit, quum palmis, ut ipse loquitur, arrectata est, videlicet, tùm ab aliis *a*, tùm à servo Pontificis *b*. Adde sputis fœdatam faciem, sicut & Job *c* quondam, spinisque lancinata tempora. Quid autem sit *confusione faciem operiri*, lege Psal. 43. *d*, *tota die verecundia mea contra me est, & confusio faciei meæ cooperuit me*. Formula dictionis Tertullianus *e*, uti videtur simili: quum scribit, quod omne malum aut timore, aut pudore, natura perfudit. Naturam scribit Macrobius *f* pudore tactam, sanguinem ante se pro velamento diffundere, & obtendere: solentque qui erubescunt, manum sibi ante faciem opponere, qui reprehensionem timent, & opprobrium, ac dedecus. Legendus quoque Gellius *g*. *Operitur peccator sicut diploide confusione* h, sicut & *duplici contritione conteritur* i, quia interiùs exteriusque: Christus, & quivis justus tantùm in facie genas habens sponsę genis similes, sicut corticis *punici* k. *Sustinuit Christus crucem, confusione contempta* l. Quæri hìc potest, cum Ayguano, quis tristetur magis quemque magis pudeat, patientem sine culpa injuriam, vel cum culpa. Cassiodorus hoc loco ait illud solere evenire in bono negotio laceratis, ut tanto ampliùs ad tempus tristes efficiantur, quanto in se cognoverint iniqua confingi. Ibi certè major injustitia eum videtur operari effectum; passimque audimus, caussantes innocentiam graviùs conqueri si plectantur. Alia ex parte, in eo, qui meritus punitur, duo mala sunt pœnæ & culpæ, deestque innocentiæ, ac bonæ conscientiæ solatium, & internus malæ carnifex dirè verberans, adest. Secunda hæc sententia verior, si ad rationem exigatur; non autem quid perturbatus agat animus, attendatur. Nam injustitia, quæ in innocentis intervenit supplicio, non est illius patientis, sed alteriùs agentis, ac inferentis: nocens ipse injustus est. Constat, Socratem post sententiam, ut scribit etiam Tertullianus *m*, obvię conjugi, & muliebriter inclamanti, *Injustè damnatus es Socrates*, respondisse: *volebas autem juste?* Hoc nomine Christus quidem minus erubuit, si ita loqui de illo fas est, quia innocentissimus. Et quum rubor, confusio, verecundia virtutis rationem propriè non habeat, nec homini probo per se competat, ut Philosophus *n* docet; de Christo affirmatur, non secundùm se sed secundùm caussam, quæ talem effectum in aliis gignere solet; sed & sicut admiratio nonnulla eidem conceditur, quantum ad scientiam experimentalem, ut sentit B. Thomas *o*, dicens assumsisse hunc defectum ad nostram instructionem, ut scilicet doceret esse mirandum, quod ipse etiam mirabatur: ita, licèt non pari omnino ratione, posset nonnulla verecundia in illo videri fuisse, quatenus ab iis abhorrebat, & sibi displicere declarabat, quæ ceteris hominibus etiam probis ruborem ac verecundiam ingerunt, ut quum tot audiebat, tamque turpia convitia, quum conspuebatur, quum toto corpore nudabatur. Nonnumquam nomen virtutis tribuitur verecundiæ, ut est metus quidam infamiæ, vel dedecoris ob aliquod factum, quod quamvis re vera turpe non sit, hominum existimatione tale censetur. Sic loqui videntur Cicero *p*, Seneca *q*, Ambrosius *r*, idem Aristoteles *s*.

Extraneus factus sum.) Hieronymus, *alienus*. Augustinus, *alienatus factus sum à*, &c. Psalteria duo alia, & Hilarius, & Paulus *t*, *exter*: Arnobius, *exterus*: videtur Augustini lectio expressisse Græcum ἀπηλλοτριωμένος. Qua voce concederem Agellio innui oris & habitus immutationem tantam, ut nec à familiarissimis quidam dignosci posset, juxta Esaiæ vaticinium *u*; *Non est species ei, neque decor: & vidimus eum, & non erat aspectus: & desideravimus eum, despectum, & novissimum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem: & quasi absconditus vultus ejus, & despectus, unde nec reputavimus eum*. Quo pacto etiam in transfiguratione dicitur *species multa ejus* x, altera τὸ εἶδος τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἕτερον. Sed Hebræa vox מוּזָר *muzar* non favet: significatque potiùs veluti *spurium*: qui retento nomine Hebræo alio *manzer* appellatur y, de scorto natus. Christo neganti Judæos *opera Abraham facere*, respondent se *ex fornicatione natos* z, *non esse*: obliquè hanc ei calumniam regerentes. Id de Christo existimasse, ac pronuntiasse Judæos, affirmat Isidorus Pelusiota *a*, Origenes *b*, Cyrillus *c*, Leontius *d*, nec improbat Euthymius *e*. Erant Judæi illi ex fornicatione tùm spirituali propter crebram idololatriam majorum suorum, de qua Jeremias *f* præsertim, Ezechiel *g*, Oseas *h*, ac historiæ Regum: tùm carnali, quia Tribus Juda ex Phares Judæ filio descendit, qui Judas ex incesto concubitu cum nuru Thamar: filium illum suscepit *i*. Simplicior sensus, judicatum Christum veluti ἀποσωλάγωγον, Samaritanum, magum, dæmoniacum, furiosum, indignum societate civili, & Ecclesiastica, velut ethnicum publicanum, peccatorem. *Contrarium operibus* k suis, vitæ, moribus, Judæi diaboli proles quædam *l*, extraneum, peregrinum, hospitem, alienum vocitabant: quum è contrario egregias res agentes quamlibet patria dissitos Toxaris Scytha censuerit eo habendos loco, quo domesticos habemus, nostrateque *m*: Alexander pro consanguineis bonos quoscumque; malos pro peregrinis *n*: Trajanus proximum sibi, conjunctissimumque, quem optimum, quem Diis inveniisset simillimum, ut Nervam, quo quum nulla ei cognatio, nulla necessitudo, quod uterque optimus erat, adoptarit sibi. *Extraneum* denique, & *alienum*, intelligere potes pro imbrobo, incommodo, vitioso, noxio, ut medicis loqui mos est, exempli gratia, Celso *o*: item pro abalienatæ mentis homine, & amente, quos Hispani *desagenados* vocant, & loquentes *desuarios*, quod etiam Itali dicunt *svariare*. Lege ptalmum 17. *p* 18. *q* 48. *r* 53. *s*, ubi de alienis.

Fratribus meis.) *Fratres*, sicut & filios matris, intelligimus de Christo exponentes, Judæos, ex quibus Christus secundùm carnem: quemadmodum & matrem, synagogam: præterea magis conjunctos Christo vel affinitate, vel discipulatu, quibus, prout priùs declaravimus, Christus *extraneus* fuit, & *peregrinus*: non autem omnino propriè fratres ex eadem matre Maria, vel ex eodem patre Joseph, qui esset Christi putativus, aliorum naturalis. Hoc absque hæresi, licèt parum probabiliter dicitur à nonnullis: illud non nisi ab hæreticis, virginitati Deiparę adversariis. Quo pacto autem appellentur in evangeliis *fratres Christi* t, alibi docui. Arnobius interpretatur de fuga discipulorum. Typus quidam præcessit in Joseph, quem sui *pretio fratres distraxerunt* u: & in Jephte, cui fratres dixerunt: *Hæres in domo patris nostri esse non poteris, quia de alia matre es* x, nempe meretrice y, ex qua Christus, ut dixi, existimatus est esse: & in Jeremia, aliisque prophetis à gente propria afflictis, & occisis. R. Esaias Tranensis explicat de populo Hebræo, quem vexaverint filii Ismael, & Etau, qui censebantur fratres ipsius.

Et peregrinus.) In aliis Psalteriis, Hilario, Augustino, Arnobio, Cassiodoro, *hospes*. Videntur synonymicè sumi *extraneus*, & *peregrinus*, *vel hospes*: quamvis Græcarum & Hebræarum vocum vis alia possit esse, ut diximus. *Hostes* veteres peregrinum appellabant, ut ait Festus, & Cicero z. Virgilius etiam dixit *d*,

Detrudere finibus hostem,

idest, peregrinum, aut advenam infestum. Verè peregrinus Christus, qui etiam *peregrini* forma visus est post resurrectionem *b*, ab illis, quorum peregrinabatur in mentibus habebaturq; tamquam extraneus, & peregrinus ut notat Gregor. *c*. *Quasi colonum in terra, quasiq; viatorem declinantem ad manendum*, & *velut virum vagum, & ut fortem, qui non possit salvare*; Christum Jerem. *d* nominat mystico saltem sensu; quipote *quum in propria venaret, à suis receptus non sit* e: nec huc ad usum per se rerum istarum descenderit, ubi nec habuit quo loco *reclinaret caput* f, profitens *regnum suum non esse de hoc mundo* g, se ut dumtaxat commissam sibi à Patre humani generis salutem procuraret, & *pertransiret benefaciendo* h, & unde exierat, brevi rediit, nimirum *ad Patrem* i, & *ad summum cœli* k, postquam acceleraisset *spolia detrahere*, & festinasset *prædari* l. Apud Jeremiam pro, *vagas*, Hebraicum nomen נִדָּחַת *nidham*, quod semel tantùm extat ibi, nullibi præterea, significat *tertium*, *stupefactum*, *attonitum*, *somnosopitum*, quem vocant Lxx. ὑπνώττα, quales esse solent, qui alieno vagantur in solo planè novi, & hospites. Denique ut vir fortis fuit Christus, non potens salvare, judicio adversariorum, qui hoc etiam exprobrabant in cruce *m*, *& abscondens in cornibus manuum fortitudinem suam* n. De peregrinatione nostra secundum tropologiam spectata diximus aliàs *o*.

m de anim. 6. 1. Socratis ad uxorem responsum.

Rubor, confusio, verecundia, virtutis rationem propriè non habet, nec homini probo per se competit.

n 4. *Eth.* c. 9. l. 2. c. 7.

o 3. *p* *q.* 15. *a.* 8.

Virtutis nomen nonnumquam verecundiæ datum.

p 2. *de finib.* & *in partit.*

q *ad ep. in* XI.

r 1. *off.* c. 18.

s 3. *Eth.* c. 8.

t *Epist.* 5. *ad Severum.*

u c. 53. 2.

x *Luc.* 9. 29.

y *Deut.* 23. 2

z *Joan.* 8. 39. 41.

a l. 2. *ep.* 18

b *Tomo* 22. *in Joan.*

c *in catena Græca in Joan.* c. 8.

d *in* c. 8. *Joa.*

e *ibid.*

f c. 3. 2. 9.

g c. 16. 15. & *seq.*

h c. 2. 4.

i *Gen.* 38. 30 Simplicior sensus.

k *Sap.* 2. 12.

l *Joan.* 8. 44. Egregias res agentes, quamlibet patria dissitos, eo habendos loco quo domesticos nostrateque, Toxaris Scytha censebat. Bonos pro consanguineis: malos pro peregrinis habebat Alexander.

m Lucianus *in Toxari*, *sive de amicitia.*

n *Plutar. de virtut. Alexandr.* Trajani elegans exemplum.

Extraneus & *alienus* pro improbo, vitioso, noscio & aliis.

o l. 4. c. 5. & *alt.*

p *vers.* 46.

q *vers.* 14.

r *vers.* 11.

s *vers.* 5.

t *in* c. 1. *Act.*

u *Gen.* 37. 28 Joseph distractio pretio, & ad Jephten fratrum verba cujus rei typus.

x *Judic.* 11. 2.

y *vers.* 1. *Hostis* veteribus dictus qui peregrinus esset

z 1. *Offic.*

a Æneid. 7.

b *Luc. ult.* 15

c *hom. in Ev.* 23.

d c. 14. 8. 9. Jeremiæ loci mysticus sensus.

e *Joan.* 1. 11.

f *Matt.* 8. 20

g *Joan.* 18. 36

h *Act.* 10. 38

i *Joan.* 16. 28.

k *ps.* 18. 7.

l *Esa.* 8. 6.

m *Mat.* 27. 42.

n *Abac.* 3. 4.

o *in* 1. *epist. Petr.* 2. 11.

Filii matris meæ.) Per pleonasmum iidem hic dici *filii matris* videntur, qui antea fratres. Sic item in Psalmo 49. *a*, *sedens adversus fratrem tuum loquebaris, & adversus filium matris tuæ ponebas scandalum*. Præterea in cantico *b*, *filii matris* ponuntur loco *fratrum*: in Deuteronomio *c* conjunguntur *frater*, & *filius matris*. Hujusmodi tamen additio indicare potest fratrem tam ex parte matris, quàm etiamsi possent aliqui ejusdem matris esse filii, non autem patris. Ut vero tenerior quidam amor matris est, quam patris erga filios, ita inter fratres habere se videtur, qui matre eadem geniti sunt, & *uterini* vocantur, plusquam de substantia eadem participant.

a *vers.* 20.

b *c.* 1. 6. *cc.* 13. 6. *Filii matris*, idem, fratres

Fratres uterini invicem non chariores.

Vers. 10.) Quoniam zelus domus tuæ comedit me, & opprobria exprobrantium tibi, ceciderunt super me.

Sensus loci.

SIve hic adhuc suppleatur ex versu 6. *Deus tu scis*, & assertivè sumatur: *quoniam*: sive hanc particulam causaliter accipiamus, sensus est, ut demonstret tanta se passum, de quibus dixit, propter Deum. nempe opprobrium, confusionem, & ut *extraneus* ac *peregrinus* habetur ab amicissimis etiam, maximeque necessariis. Ait ergo, propter Deum illa se toleraise, quia urebat animum ipsius cura domus Dei, tum ut communitatem colentium Deum significat, tùm locum religiosè colendo Deo dicatum; & ardentissimum gloriæ illius desiderium, ita nihil accidere molestius posset, quàm negligi religionem, cultum, honorem, à domo Dei, vel domui Dei debitum. Præterea, eorum qui exprobrabant Deo, tantopere sibi opprobria displicuisse, ut longè iniquiori ea ferret animo, quam si iisdem ipsemet affectus esset: & pro injuriis, quas adversus gloriam Dei, aut verbis, aut factis irrogabant alii, dolorem ferè tantùm conciperet, atque sese coram Deo humiliaret, ut placatum ipsis reddere studeret; at si illas ipse injurias feciſſet Deo. R. Esaias ac Trevetus etiam declarant de captivis in Babylone, qui vehemens mentissimè discruciaretur ob dirutum templum quod-

De captivis in Babylonæ, loci explicatio. *d* 4. *Reg.* 18. 28. *& seq.*

que, sicut prius Rabsaces *d*, exprobrarent hostes impotentiam Dei, & traditos eos illi esse, quia confiderent in eo, & colerent. Id quoque sive Basilius, sive potius Theodoretus, tradit; sed Theodoretus, ob usum quem habuit cum Theodoro Mopsuestiensi, quem aliquoties monui nihil in psalmis de Christo scribi sensisse, interpretationes non raro jejuniores consectatur, omissis iis quæ de Christo sunt. Hunc porro locum dixi etiam principio psalmi, secundum quidem primum membrum, ab Apostolis, teste Joanne *e*, de Christo intellectum: à Paulo *f*, de eodem, secundum alterum. Ex primo membro collegerunt Apostoli quid sibi vellet, *solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud*, scilicet, manufactum illud templum corporis sui, Christum figuram esse significare voluisse, in quo divinitas habitabat corporaliter, ut si tantopere idignaretur violatoribus illius, multo magis indignari deberet iis qui hoc essent dissoluturi, hoc, inquam, quod ejus esset, qui sicut materiale templum temporis momento destruere posset, moxque instaurare; ita decreviſſet suum ab illismet violatoribus, manufactum, dissolvendum per interfectionem, post triduum suamet potentia excitare, & resuscitare, ut hinc intelligerent, in qua potestate illud feciſſet, quod interrogabant, quia nulla major esse potest, quàm illius, qui seipsum à morte posset excitare. Inde certè Judæi non meliorem captare occasionem potuerunt interficiendi Christum, quàm accusando, quod se dixisset *solvere posse templum & post triduum excitare* g; quod jam quoque crucifixo exprobraverunt *h* quasi ea in re Christus declarasset contemtum templi, quod Judæi tanti faciebant *i*, simul ejiciendo vendente necessaria sacrificiis, inter quos asserunt Anacletus *k*, Pius I. *l*, & Julius I. *m* sacerdotes quoque fuisse: & seipsum jactasset, ac minatus esset posse, aut etiam velle destruere templum, quod aut solis præstigiis, falsisque imaginibus objectis tamquam magus faceret: aut saltem primum ex pacto cum dæmone sive etiam per occultos quosdam cuneos, minasque subteraneas. Ceterum cum Christus bis idem fecerit & sub initium prædicationis, & postea non multo ante passionem, quo tres alii enarrant Evangelistæ *n*, voluit adeo mirabili ac tanta auctoritatis opere, quod non dubitat Hieronymus *o* præponere miraculis ceteris excitare veluti torpentes, sopitosque hominum animos; & abolendum significare ritum Judaicum: & se tamen interim non esse contemtorem, & violatorem dicti ritus, & universæ legis, sed studiosum zelatorem. Rationem, secundam assignat Cyrillus *p*; Chrysostomus *q*, ultimam, qui nihil evidentius dici potuisse docet *r*, ac prædici. Et hæc ad rem præsentem potissimum facit. Nam narrat Joannes *s*, ut prius dixi, recordatos prima vice discipulos istius loci ex psalmo, id Apostolis tunc occurisse. Verosimilius est non resurrectionem tantum, quidquid contradicant Rupertus, Cajetanus, Titelmanus communiori oppositæ sententiæ. Etsi vero ita recordari potuerunt licet rudes, ut solent, qui sunt tales, inculcata sæpius quædam scripturæ loca) ut putent zelum illum Christi similem esse zelo, quem David habuisset: credibile tamen est locum de Christo ipso intellexisse. Magnus zelus fuit periculo se tanto exponere pro Dei reverentia, domoque, quam *decet fortitudo ti* ut non dubitaret adeo multo, ne sacerdotibus quidem exceptis, ut dixi, tanto impetu ignominiaque tanta elicere, ut observavit idem Chrysostomus *u*. Hieronymus *x*, idipsum exaggerat, ut unus homo, & illo tempore contemtibilis (multo magis erat cum prima id fecit vice) & in tantum vilis, ut postea crucifigeretur, Scribis & Pharisæis contra sævientibus, & videntibus lucra destrui sua (levitia illa contigerat magis post primam electionem, quam antè, quum parum adhuc innotuisset) potuerit ad unius flagelli (compositi forsan ex funiculis, quibus alligata erant animalia) verbera, tantam ejicere multitudinem (appetebat enim utraque vice pascha, quo tempore plurimi confluebant Jerosolymam; mensasque subvertere, & cathedras confringere, & alia facere, quæ infinitus (hyperbolicè dictum) non feciſſet exercitus. Tùm adeò mirifici rationem signi reddens, subdit: Igneum enim quiddam (quod *zelus comedens* indicat) atque siderum, radiabat ex oculis ejus, & divinitatis majestas lucebat in facie. Dixi ad psalmum 25. de cura zeloque cultus divini in templis, & de dilectione decoris domus Dei, quæ vocantur etiam *dilecta tabernacula* y. Extant eadem de re apud Barradium z nostrum nonnulla: deque cura tum propriæ, tùm aliorum animæ, mysticique corporis Christi, quod est Ecclesia: quibus rebus ratio domus Dei convenit.

Theodoreti Junioris interpretationes, & earum *c.* 22. *f Rom.* 15. 13. Locus de Christo ab Apostolis intellectus secundum primum membrum: à Paulo, secundum alterum.

Quoniam zelus domus tuæ comedit me.) Symmachus κατηνάλωσε, *consumsit*. Quid sit *zelus*, docui psalmo 37. *a*. Lege Hieronymum *b*. Quum sit nomen ἀδιάφορον, sumitur in bonam partem hoc loco pro cordis quodam affectu, studio, impetu, quo impellitur quis ad amici ulciscendam injuriam. Talem adhuc declaravit alibi David: *Vidi c prævaricantes, & tabescebam, quia eloquia tua non custodierunt*: &, *tabescere d me fecit zelus meus, quia obliti sunt verba tua inimici mei*: &, *defectio e tenuit me propeccatoribus derelinquentibus legem tuam*: talis fuit Eliæ dicentis *f*, *zelo zelatus sum pro Domino exercituum*. Illustria quoque Phinees *g*, Matathiæ *h*, exempla. Posterior etiam evocatione invitavit, voce utens magna, ut *omnis qui zelum habet legis, statuens testamentum*, volens stabilire, & conservare legem, patriosque tueri mores (*exiret post se* i. *Zelo comedi* aliquem est quodammodo transire, ac mutari in zeli naturam, *zelum comedit Dei*, qui eum veluti transmutat in se, & pro conditione naturæ suæ, reddit zelum infirmum, nulliusque roboris, & efficaciæ. Si zelus insecretus fuerit, erit & immoderata ira, furorve. De iræ moderatione repete dicta Psalmo *e. k*, & quæ scribit Gregorius *l*, qui præterea scribit de zelo *m*, animarum, ex quo quum transcribat nonnulla hoc loco is, qui Ruffinus dicitur, liquet non esse Aquilejensem, ut etiam in præfatione *n*, ostendimus. Zelus divinus, & secundùm scientiam comedit eum, in quo est, quatenus facit, ut suimet obliviscatur, moriaturque sibi, & soli vivat Deo qui est *charitas* o, ac proinde zelus, qui & *zelores* cognominatur *p*, ac *ignis consumens* q, & nullus se fideat vitæ amor, mortis horror, honoris commodorumque cupiditas, atque ad ossa ipsa exedi videatur. Quam experiri non decebat Christum carnis in sepulchro *corruptionem* r, & inferni tormenta, tolerare voluit per zelum, qui *for-*

Mirabile potissimũ & summæ auctoritatis opus in Christo, Præceteris miraculis. *n Matth.* 21. 12. *& seq. Marc.* 11. 15. *& seq. o in Mar.* 21. *p* 2. *in Joan. c.* 29. *e hom.* 28. *in Joan. r hom. Quod Christus sit Deus. f c.* 2. 22. *t psal.* 92. *vers. ult. u hom.* 22. *x in c.* 21. *Matth.*

y psal. 83. 2. *z tom.* 2. *Concord. Evang. l.* 2. *cap.* 9.

a vers. 1. *b in c.* 1. *Nahum.* Zelus, quid hoc loco. *c psal.* 118. 158. *d ibid.* 139. *e ibid.* 53. *f* 3. *Reg.* 19. 10. *g Num.* 25. 18. *Eccl.* 45. 28. *psal.* 105. 30. *h* 1. *Mach.* 2. 26. Zelo comedi, quid sit. *i vers.* 27. Si zelus indiscretus, erit & immoderata ira furorve. *k v.* 1. *l* 1. 8. *ep.* 51. *m hom.* 12. *in Ezech. n c.* 16. Zelus divin. & secundum scientiam ut comedere dicitur. *o* 1 *Joa.* 4. 16. *p Exod.* 20. 5. *q Deut.* 4. 24. *Heb.* 12. 29. *r Psal.* 15. 10.

g *Matt.* 26. 61. *h c.* 27. 40. *i Joan.* 4. *k epist.* 1. *l epist.* 1. Inter vendentes necessaria sacrificiis in templo, ejectos sacerdotes quoque à Christo qui volunt. *m ep. ad Episc. Orient. pro Athanasio.*

fortis est ut mors, & per æmulationem, quæ *dura velut* Aejusdem. Huc spectavit Haimo, faciens mentionem
infernus a, quo nomine intelligitur, & subterraneus de opprobriis, quibus populus affecit Deum in deserto;
locus & sepulchrum. Unusquisque Christianus, inquit & de idolatria. Item indicat, flagella impropериis ac
Augustinus *b*, zelo domus DEI comedatur. Tùm quæ- peccatis, quibus offensus est DEUS, debita cecidisse
rit: quis comeditur zelo domus DEI? qui omnia, quæ super se, ut perferret *in corpore suo* x. Præterea intelli- x *Esa.* 53. 5. 1. *Pet.* 2. 24.
ibi fortè videt perversa, satagit emendare, cupit corri- gitur, ut ante dixi, de omnibus calumniis; & impro-
gere, non quiescit: si emendare non potest, tolerat, periis, quæ Judei contra Christum, præsertim jam cru-
gemit. Hoc ait Bernardus *c*, esse decolorari à Sole, & cifixum evomuerunt; ita ut fieret eis *verbum Dei in op-*
illius ardore nigrescere, ac *fuscam* esse *d*, nempe pro- *probrium* y. Colligit verò Apostolus hoc argumentum, quum y *Jerem.* 6. 10. *rap.* 20. 8. Apost. argumentat.
pter animarum zelum, & charitatem fraternam. No- Christus non sibi placuerit, nec perpercerit, sed om-
tat Deus tamquam zelotypus omnia opera, verba, ri- nium peccata sustinuerit, æquum esse, ut sub eo mili-
sus, nutus, aspectus nostros: absenti similis observat tantes non sibi placeant, aut parcant, quamvis firmio-
nos per ministros suos, tamquam per eunuchos regina- res videantur, & præstantiores, immo hac ipsa de caus-
rum custodes: ipsemet observat per seipsum; ac specu- sa libenter aliorum tolerent infirmitates, ac imbecillli-
latur: simulat interdum recessum, vel diversum habi- tates. Hac oportuisse nos ratione de maledicto libera-
tum; suspectos habet quotquot sua nobis offerunt mu- ri, opprobrioq; animadvertit idem Chrysostomus z; z *Serm.* 9. *de Ascens. Domin.*
nera: tanto indignatur magis quanto persona vilior est, ut liberaremur è maledicto, & opprobrio, & contem-
cui jungimur: deprehensos adulteros vindicat: quan- tu propter violationem divini præcepti: sed non potest
doque coram amatoribus punit, ad confusionem ma- quis tutò hanc liberationem postulare, & impetrare,
jorem: interdum per ipsosmet amatores sive adulteros. nisi se spondeat DEI *testimonia exquisiturum* a, & custo- a *Psal.* 118. 22. 23.
Illustrat hæc scripturarum testimoniis Grevæus *e*, satis B diturum: nec nisi opprobrium illud amputetur ei, quo b *ibid.* 39.
aptè. Hugo meminerat prior de custodibus, de prospe- judicia DEI suspicatur injucunda *b*. Porrò *cadendi* ver-
ctu per foramina, de adventu improviso, de habitus bum innuit non quasi casu, & non ex deliberatione,
mutatione, de ablatis sponsæ vestibus, quòd non par- malitiaque exprobratum sit Christo, sed quòd veluti
cat vir adulteræ, quòd valde iratscatur nocentibus spon- jaculum, aut grandius saxum, graveq; pondus, ut
sæ. Illud constat, zelotypiæ vim tantam esse, ac ze- Haimo loquitur, ad obruendum & opprimendum pro-
li, & æmulationis, cujus fortitudo comparatur cum brosa miserint verba hostes Christi contra illum: &
morte, cum inferno duritiesf, & furoris cum illis con- quum nocere deitatis non potuerint virtuti, resilierint
junctis, ut non parcant *in die vindictæ* g, sed propria vir in fragilitatem humanitatis, quæ deitati conjuncta e-
manu adulteros interimat, qui aliena punit servos. Quo- rat, ut ait Lyranus. Sed tandem, *qui volvit lapi-*
modo Christum ipsum antea diximus, sumto in manus *dem, revertetur ad eum* c, & *mittens lapidem in vo-* c Pro. 26. 27. Eccl. 27 28.
flagello, domus DEI vindicare injuriam voluisse. *Idolum zeli* ad provocandam æmulationem, quod Ezechiel *latilia, dejiciet illa, sic qui convitiatur amico dissolvit amicitiam* d. Denique *Iræ stulti gravior est saxo, arena, sale, plumbo* e. d Ecc. 22. 25 e Prov 27. 3. Eccl. 22. 17. 18.
h, vidit, quum adeò magnis & multis abominationi-
bus, fecit, ut non parceret oculus DEI, nec misereretur: sed jussu ipsius occisio ingens fieret. Simeon, &
Levi furiosus, ac absolutè malus zelus, & à Jacob re-
prehensus *i*, laudatur à Judith *k*, quatenus justè per-
mittit DEUS interfectionem Sichimitarum, quamvis
injustè ab illis patratam, licèt zelo secundùm se bono.
Nisi secundùm scientiam sit *l*, zelus, hicque illa com-
primatur, *movebit pedes, effundetq; gressus nostros* m, ac
ministrabit furor arma, & ipsummet consumet, in C
quo est, conversis ejusdem in ipsum armis. Non caret
acumine, quod per accommodationem nonnulli *n*, di-
cunt, quòd zelus domus DEI comedit Christum, ideſt,
effecit ut seipsum c medendum exhiberet in Eucha-
ristia: is autem, qui sumit indignè, laceratque, in se-
ipsum convertit, & adversum se, Christi zelum, atq;
furorem: quem induit ipse, ac ab illo transformatus
est, quando sevit in violatores templi. Denique Hu-
go rectè monet: dici nunc posse, quòd *zelus domus* DEI
comedit omnes zelatores suos, quia jam nullus supereſt,
sed *quærunt* omnes, *quæ sua sunt* o: *domus* DEI *deserta*
est, & festinat unusquisque in domum suam p. Hujusmo-
di *zelantes* sua commoda (ut erant Judæi, ferentes in-
digne gentibus DEI communicari beneficia) videbunt,
& *ignis* devorabit eos q, seu *ignis zeli* r.

Et opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.) Numero singulari vertit Hieron. eadem retenta phrasi. Retinet debuit pluralis numerus, in quo est חרפות *cherpoth*. Chald. *Et vituperia impiorum, qui vituperant te, dum participia faciunt idola sua gloria tua, ceciderunt* D *super me*, vel, *dum laudant idola sua pro honore tuo*, &c. His unum verbis Paulum in Epistola ad Roman. *s*, prùs notavi, ubi editio Latina habet, *improperia improperantium*: & Ambrosius, *detractiones*: & pro *tibi*, legit, *te*. Debemus, ait, nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere, & non nobis placere. Unusquisque vestrum proximo suo placeat in bonum, ad ædificationem. Etenim Christus non sibi placuit; sed sicut scriptum est: *Improperia improperantium tibi ceciderunt super me*. Quasi diceret Christus, longè abesse se à vitio τῆς ἀνταρεσκείας καὶ φιλαυτίας, sed propriè gloriam Patris prætulisse, non suam, sed illius, qui misit eum, quærere *t*, injurias Patris æstimare ut proprias, humeros quodammodo supposuisse ad earum velut jacula excipienda, & ab illo avertenda. Vel, ut Chrysostomo *u* placet, significat Christus, hæc usurpans verba, nihil sibi novi accidere, dum opprobria jactantur in se; illos, qui probris affecerint Deum in Veteri Testi afficere in novo filium eumdem. Huc spectavit Haimo, faciens mentionem de opprobriis, quibus populus affecit Deum in deserto; & de idolatria. Item indicat, flagella impropериis ac peccatis, quibus offensus est DEUS, debita cecidisse super se, ut perferret *in corpore suo* x. Præterea intelligit, ut ante dixi, de omnibus calumniis; & impro-periis, quæ Judei contra Christum, præsertim jam crucifixum evomuerunt; ita ut fieret eis *verbum Dei in opprobrium* y. Colligit verò Apostolus hoc argumentum, quum Christus non sibi placuerit, nec perpercerit, sed omnium peccata sustinuerit, æquum esse, ut sub eo militantes non sibi placeant, aut parcant, quamvis firmiores videantur, & præstantiores, immo hac ipsa de causa libenter aliorum tolerent infirmitates, ac imbecillitates. Hac oportuisse nos ratione de maledicto liberari, opprobrioq; animadvertit idem Chrysostomus z; ut liberaremur è maledicto, & opprobrio, & contemtu propter violationem divini præcepti: sed non potest quis tutò hanc liberationem postulare, & impetrare, nisi se spondeat DEI *testimonia exquisiturum* a, & custoditurum: nec nisi opprobrium illud amputetur ei, quo judicia DEI suspicatur injucunda *b*. Porrò *cadendi* verbum innuit non quasi casu, & non ex deliberatione, malitiaque exprobratum sit Christo, sed quòd veluti jaculum, aut grandius saxum, graveq; pondus, ut Haimo loquitur, ad obruendum & opprimendum probrosa miserint verba hostes Christi contra illum: & quum nocere deitatis non potuerint virtuti, resilierint in fragilitatem humanitatis, quæ deitati conjuncta erat, ut ait Lyranus. Sed tandem, *qui volvit lapidem, revertetur ad eum* c, & *mittens lapidem in volatilia, dejiciet illa, sic qui convitiatur amico dissolvit amicitiam* d. Denique *Iræ stulti gravior est saxo, arena, sale, plumbo* e.

Vers. 11.) Et operui in jejunio animam meam: & factum est in opprobrium mihi.

Vers. 12.) Et posui vestimentum meum cilicium: & factus sum illis in parabolam.

Vers. 13.) Adversum me loquebantur qui sedebant in porta: & in me psallebant qui bibebant vinum.

EXponit se non zelo dumtaxat divini tactum honoris, probra blasphemiasque adversus Deum ægerrimè tulisse, perinde ac si aut ipsemet læsus esset, aut Deum læsisset, nec angore tantùm animi cruciatuve has veluti ultum injuria intrisecus esse, verùm etiam proprio corpore peccata ista luere voluisse, ad sarciendum honorem Dei, & impiorum procurandam salutem, corpus macerando per jejunium, & affligendo carnem, mœstitiamq; demonstrando, per saccum cilicinum. Nihilominus ab inimicis, quibus hoc nomine charior debebat esse, habitam ludibrio irrisamque hujusmodi humiliationem, ita ut omnibus esset fabula. Præterea; primarii quique, qui considebant ad judicandum in porta, publicè, audientibus multis, obloquerentur, detraherent, condemnarent; sed & vino sese ingurgitantes, jocos atque commata cum concentu ac musico instrumento in illum decantarent. De Christo ut hæc accipiantur, ostendam in singularum partium disquisitione commodus, quia variant auctores. Sensus loci.

Et operui in jejunio animam meam.) Augustinus, *cooperui*, & Episcopi in Epistola ad Sircium Papam *f*. Hietonymus, *flevi*, hoc est, deflevi me ipsum; animam, & vitam meam graviter periclitantem, in jejunio, sive jejunando. Distinguit Vatablus, *& flevi*, deinde *in jejunio*, supple, (affixi animam meam.) Felix, *& flevi, dum esset in jejunio anima mea*, vel *dum jejunaret anima mea*. Pagninus, *& flevi, in jejunio anima mea*. Campensis, *flebam, ac jejunio me affligebam*. Hebræa sic habent ואבכה בצום נפשי *vaeucheh batsum naphsi*, significat אבנה *ucheb*, *flebo*, toletque futurum non raro per præsertim verti. In emendata edit. LXX. legitur συνέκαμψα *incurvavi*, pro συνεκάλυψα, *operui*. Agellius diligenter notavit alia duo loco, in quibus idem pro alio verbum Græcum extat. Alter est in 4. Regum *g*: de Elisæo, καὶ ἀνέβη, καὶ συνεκάλυψεν ἐπὶ τὸ παιδάριον, *& ascendit, & in-* f *tom.* 1. *col.* 9.

g *cap.* 1. 35.

a *Cant.* 1 6.
b *tract.* 10. *in Joan.* Qui zelo domus DEI comedi dicatur.
c *Serm.* 28. *in Cant.*
d *Cant.* 1. 5. DEUS ut actus nostros notat & observat
e *Serm.* 140.
Zelotypiæ & æmulationis vis.
f *Cant.* 8. 6.
g *Prov.* 6. 34.
Propria vir manu adulteros interimit, qui aliena punit servos.
h *cap.* 8. 5. *& seq; usque ad fin. & cap.* 9. 1. *& seq.*
Simeon & Levi malus zelus & furiosus, à Jacob reprehensus, à Judith laudatus, sed quomodo.
i *Gen.* 49. 7.
k *cap.* 9. 2. 3.
l *Rom.* 10. 2. Secundum scientiam esse debet zelus & hìc per illa cœperimi.
m *Psal.* 72. 2. Acumen in accommodatione hujus loci.
n *Vital. Gaz. ch. col. hom.* 45. *in Marcum.*
o *Phil.* 2. 21.
p *Act.* 1. 9.
q *Esa.* 26. 11.
r *Sophon.* 3. 8
Se. 25. 1. 2. 3.
t *Joan.* 8. 50.
u *hom.* 27. *in Ep. ad Rom.* Qui probris affecerunt Deum in Veter Test. afficiunt in novo filiũ eumdem.

& incubuit, incurvavit se. Nam ibidem proximè ante habetur eadem sententia, cum eodem verbo Hebræo יָנַהּ *jighar*: Latinè, *incurvavit se*: Græcè, *συνέκαμψεν*. Alter in lib. Ecclesiast. *a*, secundùm aliquos codices, qui quod Latinè legitur, *ante pedes suos curvabit virtutem suam*, habent Græcè, *πρὸ ποδῶν καλυψει ἰχὺν αὐτου*, *operiet*, pro *κάμψει curvabit*, ut est in emendationibus. In Æthiopico Psalterio transfertur, *incurvavi*: in Arabico, *humiliavi*. Apud Apollinarium, *συνέκλασα*, *infregi*;

a cap. 38. 33.

Νηστείᾳ καμάτοισι κατέκλασα θυμὸν ἐμοῖο,
Jejunii laboribus infregi animum meum.

Theodoretus etiam, aut Basilius, explanat, *ἐπ' πόνοις ἀνίαμαι, καὶ νηστείᾳ κατατήκω τὸ σῶμα*, *propterea discrucior, & jejunio conficio corpus*. Eusebius declarat verbo *πονεῖν τῷ ψυχῷ ἐν νηστείᾳ*, *laborare animam in jejunio*. Richardus Cenomanus defendens editionem Latinam, & consequenter Græcum verbum *συνεκάλυψα*, opinatur legisse LXX. Hebr. אבובה *avnchah*, id etiam scribi potuisset sine puncto vocali (ו) à כוך *buch*, quod est *esse perplexum*, *implicari*, *coarctari*: unde sit sensus, undique afflictam animam esse jejunio. Id confirmari posset similibus dicendi modis, quum dicitur *confusio operire faciem* b: *operiri quis confusione*, seu *pudore* c, *iniquitate*, & *impietate* d: *labore labiorum* c. Ma vult Agellius lectum אנפה *echpeh*, scilicet ut pro (ב) *beth* sit (כ) *chaph* modico flexu differens, & litteræ trasponantur, sitque à נפה *caphaph*, *incurvare*, *comprimere*, *cogere*, *subigere*, *invertere*, *inclinare*. Bredembachius asserit fuisse אוסה *echseh*, à בסה *casah*, quod etiam significat *operire*. Tueri convenit editionem Latinam, quam constanter Latini cuncti enarratores sequuntur. Quidnam autem legerint LXX. non laboro, opinionemque permitto. *Anima* totum hominem denotat, aut secundùm partem, quæ viget magis in carne. *Operire in jejunio animam*, erit se ipsum vel carnem contegere quodammodo, & obruere frequentibus jejuniis: affligere, & emaciare. Quo pertinent exempla verbi *operiendi* priùs allata, quibus similia sunt de *induendi* verbo, ut dicatur quis *indui putredine* f, *confusione*, aut *pudore* g, *justitia* h, *salutari* i, *fortitudine* k, *decore*, & *honore* l, *mœrore* m, *stupore* n, *incorruptione*, ac *immortalitate* o, *novo homine* p, *Jesu Christo* q: Nec displicet, si sub audiat cum Genebrardo (operui me, opplevique lacrymis, jejunando.) Quod est consentaneum versioni Hieronymi, & Hebr. verbo, quod nunc extat אבבה *eucheh*, & ita simul intelligeretur, in animum ipsum rationalem mœstitiam redundare. In 34. Psalmo r, affinis isti sententia est: *Ego autem, quum mihi molesti essent, induebar cilicio. Humiliabam in jejunio animam meam*. Idem sibi vult interpretatio Apollinarii, Eusebii, Theodoreti, aut Basilii, quam attulimus, nimirum, ut aliis verbis exprimant sententiam à LXX. declaratam. Qui quidem Lxx. per *τὸ συνεκάλυψα* videntur mihi rem magis exaggerare, quã per *συνέκαμψα*, quia plus est undequaque, & omni ex parte totum operiri in jejunio, sive jejunio, quàm, incurvavi, & quàm, flevi. Verisimile item est, in figurata illa dicendi forma, quæ sumitur ex vestiendo, alludi hoc loco, sicut & paullo post mentio fit de vestimento cilicino, ad externum habitum vestitumque. Ceterum, omisso vel Davide, vel populo, quemadmodum (de quo videntur intellexisse etiam Basilius, vel Theodoretus) hìc aut ille *operuerit in jejunio animam suam*, quod non est difficile intelligere: videndum quo pacto accipi de Christo debeat, an de abstinentia cibi, & potus materialis: an quia abstinuerit à potentiæ ac divinitatis suæ manifestatione majore, præsertim dum passus est, nec vindicavit sese: an quia famem sitimque sensit humanæ salutis, paucosque quasi comedit, & bibit, quo tempore mortalis inter nos vixit; ita ut externa etiam esurie s, & siti t, hoc ipsum innuerit, & impiis non consentiendo, veluti abstinuerit ab ipsis. Amplectitur ultimum dicendi modum Augustinus, confirmans inde præterea, quod acetum ac fel propinatum est Christo, ut jejunare maluerit, quàm amaritudinem & amaricantes accipere: idcirco factum id ipsi esse in opprobrium, quoniam insultabant, à quibus abstinebat, nec iis consentiebat. Transcribit is, quem Ruffinum vocant, Augustinum: nec dissentit alius nomen gerens Hieronymi, Haimo item, Beda, Remigius, Cassiodorus, Hugo, Ludolphus Pampositanus, Bredembachius, alii, quasi non sit *esurire*, & *sitire justitiam* u: *operimentum* verò aliqui ex his interpretantur veluti de pallio tristitiæ, quam Christus expertus sit, ob spiritalem dictam famem sitimque. Apud Bedam lego *jejunasse in jejunio*, quum nullum inveniret, quo se reficeret; & *operuisse animam suam*, ostenendo se illis per aliquam vindictam manifestam. Legi credo debet cum negatione eo modo, quo Remigius explicat, repressisse animositatem suam, ut in apertam vindictam non surgeret: & Haimo (qui sequi Bedam solet) ut erga eos iratum se non ostenderet, cohibuisse, & quasi operuisse voluntatem suam: & Bruno Carthusianus celasse animam suam esse potentem ad eos damnandum, quæ solo velle posset interficere; ut patientiæ daret exemplum: & Hugo, quia potentiam non exercuit se vindicando, nec se Deum ostendit. Remigius *jejunium* vult quoque maciem multam fuisse, qua Christus affectus fuerit; quia populus, quem esuriebat, mortem ipsi dederit, quod Rickelius quoque *pallium* nominat *compassionis*, ac *tristitiæ*. Cajetanus, tametsi fleverit, & jejunaverit Christus, negat aliud hìc significari, & *per cilicium*, versu sequenti, quàm abjectam, luctuosam, ac multiplicis patientiæ plenam vitam, quia solebant homines in luctu pœnitentiæ flere, jejunare, sacco uti: non quod etiam ipse sacco sit usus. Placidus Parmensis Cajetanum, pro more sequitur. Concordat Varlenius. Idem, quem dixi, vocatus Hieronymus, externum famem, pro qua sit opprobrium Christus passus, attendit, quando Satanas post jejunium 40. dierum tentavit eum modis adeo indignis *x*: item quum discipuli dixerunt, *Rabbi* y *manduca*. Hoc non probo, quia probrum non fuit: illud magis, quod traditur etiam ab Hilario, Arnobio, Lyrano, Rickelio, Valentia: & ex Græcis Euthymio, & Hesychio: quamvis prior asserat etiam aliàs sæpe numero Christum jejunasse. Nicephorus ait, quod Christus *ἔκρυψε σεαυτὸν διὰ νηστείας τῷ διαβόλῳ καὶ ὑπέλαβεν φιλὸν εἶναι ἄνθρωπον*, *occultavit seipsum per jejunium diabolo, & suspicatus est diabolus illum tenuem, ac vilem hominem esse*. Itaque indefinitè sumit *jejunium* pro esurie, cibique indigentia. Eusebius non solùm explicat de Apostolis, qui tempore passionis Christi jejunaverint, (addi posset corpus mysticum Christi, sive Ecclesiæ) ut *ablato responso CHRISTO jejunaremus* z: verum etiam de Christo ipso, quem sit verisimile, animam suam afflixisse jejunio, saccumque induisse, quum prospiceret passionem, & mala, quæ Judæos consecutus erant: hi autem impii reliquum diei congregati maledictis in eum conjectis oblectati fuerint: seducentes eos, qui per portam ingrediebantur (continentur hæc in sequentibus) & quum cibi sumendi tempus esset, carmina adversus eum inter pocula componebant. Placet Agellio ita sumere jejunium Christi, quum ab ultima cœna per totam parasceven, in qua passus ac mortuus est, nihil cibi accepit, sed reliquit quoque myrrhatum vinum. Negari non potest, Christi vivendi rationem frugalem fuisse, pauperem, vilem, tametsi *voratur*, & *potator vini* appellaretur *a*, quia intereat aliquando conviviis, nec in secessu vivebat, sicut Joannes; qui quod nec manducaret, nec biberet, ideò non nisi supra modum parcè, *damonium habere* dicebatur *b*. Videtur quoque factum Christo in opprobrium vivendi genus illud humile, & obscuritas parentum, ac discipulorum, quæ judicabant minimè digna, sed probrosa Messiæ sui majestati. Crediderim etiam Christum, non illis dumtaxat diebus 40. jejunasse, nec quibus id erat Judæis solemne facere, verùm etiam aliis, quamvis à communi honestè viventium modo non abhorreret. Admitto & jejunium illud ab extrema cœna ad mortem usque, quod, ob exhaustas vigilias & tormentis vires, erat difficilius toleratu, ita ut satis facilè deprehendi per se posset, & dicentis ab ore, *sitio*, cognosceretur, ludibrio autem haberetur, propinato felle, & aceto. Accedit huc præterea spiritualis fames illa, & sitis, de qua Augustinus, & alii, quæ cessit ad opprobrium, quatenus objiciebatur, nullos eum habere de principibus sectatores, sed plebejos *ignaros legis* c, à quibus etiam demum passionis tempore desertus est. Quo circa conflatur mea ex ceteris sententia.

Tropologicè *operiri* dicitur *anima in jejunio*, ut Ambrosius ipse *d* per se, & cum collegis in Epistola ad Siricium Papam docet *e*, quia, qui non jejunat, intectus ac

Cajetani expositio, et aliorum.

Christi vivendi ratio frugalis, pauper, vilis.

Tropologia d de Elia c. 4 e tom. 1. concil. & appr. Ambr. Ep. 7. edit. Rom.

b Sap. 2. Job. 6. 20. Psal. 43. 16.
c Psal. 70. 13. Psal. 108. 29.
d Psal. 72. 6.
e Psal. 139. 10.
f Job. 7. 5.
g cap. 8. 22. Psal. 34. 26. Psal. 108. 29.
h Psal. 131. 9. Job. 29. 14.
i Psal. 131. 16. Sapie. 5. 19. Esa. 59. 17.
k Esa. 52. 1.
l Baruc. 5. 1.
m Ez. 7. 27.
n cap. 26. 16.
o 1. Cor. 15. 53. 54.
p Eph. 4. 24.
q Rom. 13. 14. Gal. 3. 27.
r vers. 13.
s Matt. 21. 18. Joan. 4. 7. cap. 19. 29.
t Joan. 7. 45.
u Matt. 10.
x Matt. 4. 2. & seq.
y Joan. 4. 31.
z Matt. 9. 15
a cap. 11. 19.
b vers. 18.
c Joan. 7. 45.

ac nudus eſt, patenſque vulneri (adde iræ DEI:) & ſi Adam ſe texiſſet jejunio, non fuiſſet nudus effectus. Quaſi David ita loquens reſpexerit ad nuditatem probroſam, de qua erubuerunt primi parentes, poſtquam ſeipſos nudaverunt quodammodo veſte jejunii, & abſtinentiæ *a*. Certè jejunii effectus eſt, comprimere carnis contumaciam, unde naſcitur pudendum opprobrium erubeſcentiæ. Gula nudos facit, ait Ambroſius *b*; jejunia operiunt etiam exutos; bonum operimentum, quod animam tegit, ne à tentatore deprehendatur, ne à tentatore nudetur bonum velamen, quod tegit culpam, tegit abſtinentiam, dum obumbrat vitium, mœſto abſcondit affectu, atque extenuat pœnitendo: bonum veſtimentum, quo circumdat Dominus, & operit jejunantes. Animæ ſpiritualis corpus eſt velut veſtimentum, ſed craſſum: corpori rectè aſſignatur ſaccus craſſus ciliciumve: animæ jejunium, quo illa, menſque elevetur, & quaſi ex craſſiore cœno emergat. Hac tamquam teſſera ſuos agnoſcit Deus, dummodo cetera non deſint, ac ſicut cœleſtes cives cernit. Ut propterea conquererentur quidam apud Eſajam *c*; quòd *quum jejunaſſent non aſpiceret Deus, & quum humiliaviſſent animas ſuas, ipſe neſciret*. Non *operit in jejunio animam*, qui ſolo jejunat corpore, non abſtinens à vitiis, neque corporale jejunium referens ad animæ ſalutem; ſed ut videatur ab hominibus jejunans in *exterminata facie* d. Non eſt hæc deponenda veſtis abſtinentiæ, operiens totos nos, niſi cum veſte carnis. Uſui eſt tum ad arcendas nequitiarum ſpiritualium injurias: tùm ad velandam, imo abolendam turpitudinem: tùm ad ornatum, tùm ad diſtinctionem, quam prius indicavi. Intimam oportet eſſe quàm fieri poſſit, maximè magis, quàm induſium, vel internam tunicam, interulamve. Nam Hieronymus difficultatem ſe, ſcribit Euſtochio, paſſum majorem, ut conſuetudine lautioris cibi propter regna cœlorum caſtraret, quàm domo, parentibus, ſorore, cognatis. Atqui parciſimus in jejunio, de quo alibi liberalius, & encomiaſticè, & elenchicè contra Hæreticos, & qui æquo plus, & qui minoris faciunt. Ornat quidem virtus omnis animum, & hac ratione aſſentior Theophylacto *e*, non eſſe jejunium corporalem exercitationem, ſed quiddam ſpirituale: at ſi cum aliis comparetur majoris momenti virtutibus: Melania Romana ſapienter admonuit eas mulieres, quæ videbantur in eo omnia collocare, alias virtutes negligere; animæ, ceu ſponſæ, virtutes alias eſſe nuptialia indumenta, unamquaque ornare aliquam veluti partem; jejunium eſſe pedum ornamentum. Jejunium, ait Hieronymus *f*, non perfecta virtus, ſed ceterarum virtutum fundamentum eſt.

Et factum eſt in opprobrium mihi.) Nihil refert quod alia Pſalteria, Patreſve, pronomen præponant, *& factum eſt mihi*: quodque omittat Hilarius particulam conjungentem. Editio noſtra congruit cum Hebræa & Græca. Opprobrium autem Chriſto quomodo factum ſit, ſatis conſtat ex hic quæ antea diximus.

Et poſui veſtimentum meum cilicium.) Hieronymus, Hilarius, Auguſtinus, Arnobius, *ſaccum*, qui tamen Pſalm. 34. *g*, retinent nomen *cilicii*, quamvis utrobique ſit σάκκος, שק *ſak*: hic autem Paraphraſtes pluraliter ponit *ſaccos*. Eodem Pſalmo egimus de *cilicio*, & utrum eo ſit uſus Chriſtus. Videntur hoc loco enarratores negare, proque carne interpretari, qua texit divinitatem, & in qua paſſus eſt in habitu illo ſervili, aſperiora; & Pſalm. 29. *h*, dicitur, *ut ſaccus conciſſa*. Hilarius, Caſſiodorus, Bruno uterque, Haimo, Hugo, quia hic habitus eſt lugentium, exponunt de Chriſti fletu, verba cauſſa, ſuper Lazarum *i*, & aliis de cauſſis. Beda conſiderat materiam cilicii ex pilis caprarum, & hœdorum, quia fuit Chriſti caro *in ſimilitudinem carnis peccati* k: vilitatem, quia Chriſtus fuit ſpretus, ut ſolet tale veſtimentum: & quod aliquos, qui priùs horridi ac hiſpidi peccatis erant, incorporaverit ſibi, & ſuum quaſi veſtimentum fecerit, juxta pollicitationem Patris apud Eſajam *l*; *His omnibus velut veſtimento veſtieris*: propterea factum eſſe in parabolam, quum objiceretur, quod *cum publicanis, & peccatoribus* manducaret *m*. Eadem ſunt Remigii, qui latronem, & centurionem affert in exemplum eorum, quos aptavit ſibi Chriſtus tamquam cilicium, convertendo illos ad ſe. Aſpero ipſo cilicio Chriſtum uſum concedunt Valentia, & Bredembachius, Rickelius, Cajetanus, Placidius, exponunt de aſperiore, ac rudiore veſtitu. Probat autem Rickelius, quia laudavit hoc nomine Joannem, reprehendens mollitiem veſtium *n*, cœpit verò *facere*, & *docere* o: præterea quia *tunica* Chriſti erat *inconſutilis* deſuper contexta per totum, quem admodum veſtes cilicinæ fieri ſolent. Qui ad carnem utitur cilicio, non exponitur aliorum opprobrio. Quamquam ſæpe *cilicium & ſaccus* non pro tunica, quæ carni adhæreſcat immediatè ad cruciandum, ſed quæ foris tegat ad luctum declarandum, uſurpatur *p*. Veſtitus externus Chriſti quamvis non cilicinus, vel ex ſacco erat, ſed honeſtior, nec abhorrens à communi tenuiorum: tamen, ut antea monui, ſufficiebat, ut Chriſtum redderet contemtilem apud Judæos qui regiam pompam & apparatum in ſuo eſpectabant Meſſia. Quapropter exatum vilibus veſtibus induerunt per ludibrium chlamyde purpurea, dederunt pro ſceptro arundinem, flexo genu ſalutaverunt Regem, quaſi monerent, ſi Rex vellet eſſe, regio, non ſordido habitu veſtiendum; *coronam ſpineam* impoſuerunt *q*. Singularis mihi viſa opinio Agelii, cilicium, ſive ſaccum impoſitum Chriſto ad lumbos, quum eum crucifigerent, tamquam περίζωμα, idque juxta morem ſervatum circa illos, qui crucifigerentur, ut ad crucem firmius adſtringerentur, corpuſque ſic ſuſtentatum faciliùs clavis affigeretur, & ſimul ut pudori conſuleretur. Hoc habitu, una cum jejunio & oratione facit Chriſtum ſeſe pro nobis offerentem, ut victimam ſalutarem, in cruce. Confirmat ex verbis, quibus Petro mortis per crucem genus Chriſtus indicavit *r*: *Quum eſſes junior, ambulabas ubi volebas, quum autem ſenueris, extendes manus tuas, alius te cinget, & ducet, quò tu non vis*. Quoniam, ut Tertullianus *ſ*, ait, tunc Petrus ab altero cingitur, quum crucì adſtringitur. Demonſtravi Pſalm. 21. *t*, omnino nudum, ac ſine omni prorſus velo, aut perizomate Chriſtum crucifixum: qua de re Gretſerus noſter *u*, & Daniel Mallonius *x*, ſic verò quoque Ambroſius *y*, verba illa Pſalm. 43. *z*. *Tota die confuſio*, ſeu *verecundia mea contra me eſt*, interpretatur, ut à Chriſto ducta de ſua nuditate in cruce: quam nuditatem, ait *a*, talem fuiſſe, quales nos, auctore DEO, natura formavit, & qualis homo primus in Paradiſo habitaverat. Quo item pacto loquitur Athanaſius. Deinde argumentum ex Petro, probat ſolùm, extenſione manuum crucifixionem denotari, & cinctu per alios facto, vincula, ut exponit Theophylactus *b*. Quæ vincula poſſunt adhuc bifariam intelligi, aut de illis, quibus vincti tenentur in carcere, & cum quibus educuntur ad ſupplicium, ita ut per anticipationem crucifixionis mentio præceſſerit: aut de funibus, ac reſtibus, quibus manus pedeſque alligarentur, conſtringerentur, immoti tenerentur, donec clavis figerentur, ſive quis in jacente crucifigendus eſſet cruce, ſive in erecta, ut eodem illo etiam 21. Pſalmo diximus. Tamen quum dicit Chriſtus, *alius cinget te, & ducet quo tu non vis*, indicare potiùs videtur vincula, quibus rei vinciuntur, quàm cinctum lumborum in ipſa crucifixione, quamvis *lumbos* importet περίζωσις, & eos etiam exprimat Syriaca translatio; & ὄσις ſignificans *ferat*, convenire poſſit attractioni in crucem, non ſolum eductioni in carcerem, aut uſque ad eamdem crucem. Poſtremò deſiderarem rei tantæ, & paucis hactenus auditæ, vel nulli, quod ſciam) alteri, majorem probationem. Itaque non video quid aptiùs intelligi poſſit, quàm vilitas & ruditas quædam veſtitus Chriſti per *cilicium*, ſive *ſaccum*, aut numero plurali, quo Paraphraſtes utitur, *ſaccos*, qui omnes veſtes tales fuiſſe deſignant.

Et factus ſum illis in parabolam.) Alii, *in proverbium, dicterium, ludibrium, exemplum, ſimilitudinem, irriſionem, improperium, fabulam*: h. e. ut quum de vili aliquo homine homines loquerentur, eum mihi compararent: ut in ore verſarer quorumcumque etiam de trivio, ut eſſem, quod ait Apollinarius, γλώσσαι λάλημα *linguis ſermo*, & quod Nicephorus, ac Euthymius, παράδειγμα *exemplum*, ut talia imprecarentur hoſtibus, qualia me pati viderant, ut omnes ærumnas meas, ſtatumque luctuoſum deriderent, ac falſo ſermone deluderent; ut, quod ſentit Cajetanus, ortum ſit deriſorium

a *Gen.* 3. 7.

b *de Eli. c.* 4. Bonum operimentum quod animam tegit.

c *cap.* 58. 3.

Non operit in jejunio animam, qui ſolo jejunati corpore.

d *Mat.* 6. 16. Veſtis abſtinentiæ quos uſus habet.

Difficultas in ſe caſtrãdo à conſuetudine lautioris cibi propter regnum cœlorum, quãta.

e *in* 1. *Tim.* 4. Non eſt jejunium corporalis exercitatio, ſed quiddã ſpirituale.

Melaniæ Romanæ ſapiens admonitio.

f *Epiſt.* 8. *ad Demetr. c.* 6. Jejunium ceterarum virtutum fundamentum.

g *verſ.* 13.

h *verſ.* 12.

i *Joan.* 11. 35.

k *Rom.* 8. 3.

l *cap.* 49. 18.

m *Mat.* 9. 11

Aſpero cilicio, qui concedant uſum Chriſtum.

n *Matt.* 11. 8

o *Act.* 1. 1.

Cilicium & ſaccus ut interdum ſumantur.

p 2. *Reg.* 3. 31. 3. *Reg.* 20. 31. *Eſa.* 15 3 *cap.* 32. 11. *Jerem c.* 4. 8. *cap* 6. 26 *capi* 40. 3. *Ezech.* 7. 18. *Joel* 1. 8. 2. *Mach.* 3. 19.

q *Matt.* 27. 29. Agelii ſingularis opinio.

r *Joan.* 21. 18

ſ *in Scorpiaco cap. ult.*

t *verſ.* 18. Chriſtus omnino nudus, ac ſine omni prorſus velo aut perizomate crucifixus.

u *de cruce cap.* 22.

x *De ſtigmat. ſyndon. cap.* 6.

y *in Pſ.* 43.

z *verſ.* 18.

a *lib.* 10. *in Luc.*

b *in Joan. c.* 21

rium de me proverbium inter Judæos. Quid sit *parabola*, & משל *mascial*, dictum Psal. 48. *a*, legiq; possunt Ribera *b*, & Salmeron *c*, & Gaspar Grajar *d*. Sensus, quem dixi, litteralis est, & ab Aug. Ruffin. Beda, Remig. Haim. Hugone, explicatur, ut si quis de quopiam dicat, sic ille pereat, quomodo ille parabola est, idest comparatio, & similitudo maledicti. Locus alter ex Paralipomenis *e*, valde illustrat præsentem, ibi minitans DEUS avertenti se populo ab ipso, & derelinquenti injustitias ejus, & præcepta, & servienti diis alienis, ait: *Evellam vos de terra mea, quam dedi vobis, & domum hanc, quàm sanctificavi nomini meo, projiciam à facie mea, & tradam eam in parabolam, & in exemplum cunctis popolis:* למשל ולשנינה *lemascial velisninah*, εἰς παραβολὴν καὶ εἰς διήγημα, & significat secunda vox Hebræa *proverbium acutum*, & *acerbum*: *Et domus ista, quæ erat excelsa, erit in proverbium* (est Latinè hoc nomen suppletum) *universis transeuntibus: & dicent stupentes: quare fecit Dominus sic terræ huic, & domui huic?* &c. Similes sententiæ in libro Job *f*, Tobiæ *g*, Deuteronomii *h*, Jeremiæ *i*. Ita verò etiam parœmialiter dici videtur apud eumdem Jeremiam *k*; *Ponat te Dominus sicut Sedechiam, & sicut Achab, quos frixit Rex Babylonis igne*. Discipuli illi peregrinantes cum ignoto Christo videntur indicasse jam invaluisse de illo proverbium *l*; *Tu solus peregrinus es*, &c. Id sibi quoque vult *dimittere nomen suum in juramentum* m, nempe execratorium. Huc aptè illud Lyrici *n*, retuleris:

Hen mœ per urbem (nam pudet tanti mali)
Fabula quanta fui!

Eodem revocandi, qui explicant de verbis ad irridendum & insultandum compositis, ut Arnobius. Nimis angustè Hilarius & Hieronymus, de Judæis declarant, qui Christi fletum super Lazaro mortuo ridebant. Minùs adhuc propriè Cassiodorus, Bruno uterque, Haimo, volunt Christum significare se non solum carne velatum sicut sacco, & cilicio, sed accommodatè ad captum audientium parabolas usurpavisse. Arnobius *o*, finem legis esse, morteque solvisse ænigmata Prophetarum. Quocirca quum apud Esajam *p*, dicitur *fumes parabolam istum:* & subditur *quomodo cecidisti de cœlo lucifer*, &c. non sequi necessario, quæ ibi dicuntur de Rege Babylonis, intelligi per figuram, seu parabolam de primi Angeli peccato. Nam *parabola* ibi potest significare non similitudinem, quæ contineat sensum parabolicum, sed fabulam, & proverbium vulgi in derisum.

Adversum me loquebantur, qui sedebant in porta.) Ambrosius *q*, Arnobius, & Psalteria duo, *exercebantur*. August. *insultabant*. Hilarius, *detrahebant*, quamvis Gallicano Psalterio, Faber tribuat, *loquebantur*, & veteri, scholiorum collector in editionem LXX. *insultabant*. Græcum ὑδολέσχων, insultationem indicat, quæ nugando fit, & fabulando. Addit Paraphrastes, *in domo anguli*. Frequentabantur apud Judæos portæ Civitatis, quia ibi agitabantur causæ, ut aliàs notavi *r*, ita ut hic indicetur habitos de Christo sermones maledicos ab imis, & summis, à plebejis, & primioribus. *In porta*, inquit Augustinus, nihil aliud quàm *in publico*. Ita quoque Ruffinus, & alii. Exprimit autem Hieron: Scribas, & Pharisæos; Arnobius, Sacerdotes sedentes in judicio scientiæque clavem habentes, quum tamen *nec introirent ipsi, nec alios introire permitterent* s: Remigius, quosvis judices: Cassiodorus cum Hilario, ultro citroque commeantes per portas, & iisdem otiosè consistent: Euthymius & Hesychius, portas templi, & conventus ibi celebratos, In quibus disquireretur, quid hominis Christus esset: Eusebius, illos qui tempore passionis Christi, seducebant eos, qui per portam ingrediebantur. Hippolytus, quem citat Agellius, eos, qui extra portam Christum crucifigendum deduxerunt. Ambrosius *t*, quos Christus *otiosos* increpabat, videlicet, qui *odio habebant corripientem in porta* u.

Omnia concedi possunt, sed planior sensus de consensu eorum, qui præerant publicis causis, vel civilibus, vel Ecclesiasticis. Quamvis quum subessent Romanis Judæi, non exercerent Romani publicum illud munus in portis: nec fortasse id Judæi, quod eis permittebatur, & erat exiguæ auctoritatis. Attamen dicendi olim usitata formula vigebat: sicut hodieque apud Turcas, & alios, ut *porta* vocabulo significaretur ejusmodi locus. Opponuntur seria tractantibus hi, qui postea dicuntur bibentes vinum, genio indulgentes, otiosique. Ostendit Galatinus *x*, judiciariam potestatem in adventu Messiæ penitus auferendam fuisse. Meminit autem de porta montis domus, ideſt, templi, & de alia, quæ vocabatur atrii, præter locum Gazith, sive dolatum, & politum, in quo sedebant olim Sanhedrin. Notat dixisse Christum in præterito *y*; *super cathedram Moysi sederunt*, &c. & Judæos Pilato *z*: *nobis non licet interficere quemquam*. Consule præterea Sigonium de Republica Hebræorum *a*. Commodè huc transferri posset ex alio Psalmo *b*; *sederunt Principes, & adversum me loquebantur*. Borcardus *c*, ex portis Jerusalem vocat secundam veterem, quia erat etiam tempore Jebusæorum, & judiciariam. Extra eamdem sumebatur de damnatis supplicium, Christusque per illam eductus est ad crucem.

Et in me psallebant, qui bibebant vinum.) Hieronymus, & *cantabant bibentes vinum*. Alii, & *cantiones* (nempe factus sum) *bibentibus siceram, & quidquid potest inebriare*. Chaldaicè, & *cantilena eorum ero, qui vadunt bibitum siceram in domo cauponaria*. Nomen נגינות *neghinoth*, est instrumenti musici, numero plurali. Victores & abjectiores innuuntur; qui compotando, carmina ad musicum instrumentum decantabant, vel ut sese oblectarent, vel in aliorum etiam locupletiorum gratiam, qui *symphonia* inter convivandum, & *choro* utebantur, ut est apud Lucam *d*. Populus item quum *offerret* vitulo *holocausta*, & hostias, *manducaret q; & biberet, ludebat etiam* e, h. e. canebat & tripudiabat: celebratas præterea constat nuptias musicis instrumentis, & Hymenæo *f*: *In bonis* quoque *ducere dies* dicuntur, qui *tenent tympanum & citharam, & gaudent ad sonitum organi* g. Denique hujus rei alia sunt sacra testimonia *h*. Super sedendum profanis exemplis, quæ reperias in Athenæo, & scriptoribus convivalium antiquitatum; & Pradus noster eadem de re disputat *i*. Cantum saltationemque Homerus *k* vocat anathemata, idest, ornamenta, vel appendices convivii, resve dicatas convivio. Comœdiæ initium dedit juventus, Comum lasciviæ & comessationis colens Deum, ut quidam putant, per eamque occasionem rudia & inculta fundens carmina, quibus quos videbatur, nominatim perstringeret. Ad rem facit maximè Esaias *l*; *citharæ & lyra, & tympanum & tibia, & vinum in conviviis vestris, & opus Domini* (charitatem Christi incarnati, passi q;) *non respicitis*: item *m*, *Cum cantico non bibent vinum*: & Amos *n*, *Qui canitis ad vocem psalterii, sicut David putaverunt se habere vasa cantici, bibentes vinum in phialis*, & in Ezechiel. *o*, *Vox multitudinis exultantis erat in ea*, nempe mensa, quo loco Pradum nostrum consule. Citat is præter indicatos locos, alium ex Epistola ad Ephesios *p*: *nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed implemini Spiritu sancto, loquens vobis metipsis in Psalmis & Hymnis, & Canticis spiritualibus*. Tertulliani *q* quoque, & Cypriani *r* testimonio, confirmat initio Ecclesiæ in cœnis Christianorum cantus adhibitos. Utilitatem Plutarchus *s* musicæ in conviviis potissimam ducit, ex Aristoxeni sententia; quòd sit potens revellendi ac mitigandi fervidam vini vim. Atqui conqueritur David, seu in ejus persona Christus, abusos ebriosos compotatores musico carmine in ejus ludibrium, prosilientibus facilè, ut ita dicam, ab hujusmodi arma bene potis, & à fœcundis calicibus disertitudinem nanciscentibus, cantandiq; vim effusiorem, & bibaces τ' ὄντα Plato ἐτυμολογιῶς loquens, asserit διᾳδεῖν ἐν ἔχειν, *existimare se mentem habere* ac *sapere* t. Usurpavit Paulus *u* Jurisconsultus *psalterium* pro cantico in alterius infamiam composito.

Credi potest, qua Christus nocte comprehensus est, penè totam ductam insomnem, à plurimis adversariis, prægaudio indulgentibus prolixiori compotationi, & ludrico sermoni, carminique de eodem, etiam cum cantu musicoque instrumento. Et fortassis notis musicis carmen erat haud pridem compositum in Christum, præsertim à paucis diebus, quibus triumphantis more ingressus fuerat civitatem. Fieri quoque potest, ut aliud post passionem sit editum, cujus esset eadem passio argumentum: cujusmodi fuerunt longè post acta apud Pilatum contra Christum confecta, justu Maximi *x*, & Aria-

De voce *parabola* consulendi auctores.
a vers. 5.
b in Mich. cap. 2.
c 10. 7. tr. 1.
d in cap. 2. Mich.
e lib. 2. 7. 19. 20. 21.
f c. 30. 9.
g c. 2. 15.
h c. 28. 37.
i c. 24. 9.
k c. 29. 22.
l Luc. ult. v. 18.
m Esa. 65. 25
n Hor. Epod. ode 11.
o in Ps. 45.
p c. 14. 4. 12.
q in Ps. 43. Agitatio causarum ap. Judæos in portis civitatis.
r Ps. 9. 15.
In porta. i. e. in publico.
L uc. 11. 52.
in Ps. 43.
u Amos 5. 10 *Pro quo malo Arnobius Jeremiam cit* Planior sensus.
y Mat. 23. 1.
z Joan. 18. 31
a l. 6. c. 4. *seq.*
b Ps. 118. 23.
c lib. de locis sanct. p. 1. c. 7 §. 45. Ex portis Jerusalem secunda *vetus & judiciaria* dicta
d c. 15. 25.
e Exod. 32. 6
f 1. Mach. 9. 39 41.
g Job. 21. 12. 13. *In bonis ducere dies*, qui dicantur.
h Eccl. c. 32. 1. 24. 5 c. 40. 20. c. 46. 12. Esa 3. 12. ca. 9. Amos 6. 5. Ez. 23. 42. 1. *in* Ez. cap. 25. v. 42.
k Odyss. 1. Comœdiæ quis dedit initium. Comus lasciviæ & comessationis Deus.
l cap. 5. 12.
m cap. 24. 9.
n cap. 6. 5. 6.
o cap. 21. 42.
p c. 5. 18. 19.
q Apol. c. 39.
r ad Donatum. Initio Ecclesiæ in cœnis Christianorum, cantus adhibiti.
s Opuscul. de musica. Utilitas musicæ in conviviis.
t Plutarc. 7. Sympos. q. 10
u Lib. 5. sect. ult. 4. *Psalterium* pro cantico in alterius infamiam composito.
x Esa 9. hist. Acta apud Pilatum contra Christum confecta, jussu Maximi.

Arianorum cantilena contra ὁμοούσιον. Licuit Christo illud usurpare *b*: *Factus sum in derisum omni populo meo, canticum eorum tota die*: & *c*, *sessionem eorum, & resurrectionem eorum vide*, sive otientur, sive quid operis aggrediantur; sive seria tractent, quasi in sedibus, soliis, thronis, subsellüis; sive inde surgant & ferientur *ego sum Psalmus eorum*. Præterea *d*, *in eorum canticum* (LXX. citharam) *versus sum, & factus sum eis in proverbium*: adhæc *e*, *posuit me quasi in proverbium vulgi, & exemplum sum coram eis* תופת *thopheth*, *tympanum*, quasi pulsari se dicat veluti tympanum, aut hostes lætitiæ signa edere, ob illius calamitates tamquam pulsato tympano; qui appellatur quoque *psalmus manuum* *f*. Obnoxia sunt convivia, quæ συμπόσια vocant Græci, quasi *combibia*, & vinum immodicè summatum, quo nomine ipsa convivia tota intelliguntur, tamquam à præcipua parte: etsi apud Persas putant *g* aliqui, ob usum vini, in secunda mensa, quæ erat pomorum, quum in priore carnium piscium ve, uterentur aqua, vocari convivium vini in Esther *h*, מִשְׁתֵּה הַיַּיִן *mistheh haiain*, & in libro Ecclesiastici *i*, συμπόσιον ὄνος, sunt hæc, inquam, obnoxia maledicentiæ ac detractioni, ut multis doceri possit. Postremo, sine modo utentes vino redduntur amentes, quamlibet sese putent γεννᾶιχειν, immo, & acephali, ut acutè Clemens Alexandrinus *k* notat, qui tales comparat cum cœlesti signo acephalo, (de quo Scholiastes Hervetus) cujus compressum, atque considens caput est in pectus, ita ut vix exteat. Nam in his, ait ille, facultas ratiocinandi non in capite, sed in intestinis collocatur, iræ, & cupiditati serviens. Pernicios vini effecta Sapiens *l* enumerans, rixarum unum ponit *m*, & Græcè λήρους exprimuntur, idest, *ineptias*. Cavet etiam *n*, ne in convivio vini arguat quis proximum: quamvis per se spectat illud monitum, ne reprehendatur is, qui convivatur, eo ipso tempore convivii. Hic demum (volo enim hic esse sobrius) nota pro *vino* Hebraicè *siceram* esse שכר *sciachar*, *inebriare*, atque omne potus genus accommodatum ad inebriandum significare, & idcirco sæpe per *vini* nomen declarari, ac merum quidem, purum, plenum, vivum, temetum, non dilutum significare: interdum ut distinctam à nomine *vini* יין *jain*, poni, verbi gratia, quum de Nazaræis agitur *o*, vel de sacerdote ingressuro *tabernaculum* *p*, vel cuipiam distincte utrumque inhibetur, ut Samsonis matris *q*, & Samsoni *r*, (qui ne appetitu in eas res ferretur, matri prohibitæ sunt propter sympathiam, & inhærentes fœtui maternas affectiones ac appetitiones] & Johanni Baptistæ *s*, vel contra imperatur dari utrumque *t*. Paronomasiam litteræ (שׁ) *sin*, punctum: שכר *sechar*, & significat *munus*, quo principes inebriantur, ita ut idcirco dari illis sicera vetaretur *u*, non tanti facio *x*,

a Secr. lib 6. c. 8. Soz. l 8. cap. 8.
b Thre 3 14.
c Psalm. 65.
d Job. 20. 9. cap. 17. 6.
e Tren. 2. 15.
f Franc. Patr. 5. de Resurrect. tit. 9. Ser. in Esth. Apud Persas usus viri in secunda mensa; in priore, aquæ.
g c. 5. 6. c. 7. 2.
Convivia maledicentiæ & detractioni obnoxia. Vini incommoda. Vino nimio uentes, cœlesti signo acephalo comparati.
h cap. 31. 14.
i c. 49. 9 cap. 2.
k Pæd. lib 2.
l Pro. 23. 20. 21. 29. & seq. Eccl. 31. 2. 31. & seq.
m Pro. 23. 29
n Ecc. 31. 41.
o Num. 6. 3.
p Levit. 10. 9.
q Judic. 13. 4
r ibid. vers. 13.
s Luc. 1. 15.
t Prov. 31. 6.
u ibidem.
x Sic Vallalph. in cap. 27 Is. & confirmat ex Apoc. 17. 4.

Vers. 14.) Ego verò orationem meam ad te Domine tempus beneplaciti Deus.

In multitudine misericordiæ tuæ exaudi me, in veritate salutis tuæ.

Sensus loci.

AD cetera lugentis mœstique signa, in jejunio, & sacco, ciliciove, ait, orationem se adhibuisse; nec irrisionibus, sannis, contumeliis adversariorum ab eo instituto retardari, vel de DEO diffidere, etiamsi minùs attendere ad illa, vel curare videretur DEUS, potuisse. Sed hoc unum in tantis malis, remedium opportunissimum reperisse, dirigere ad DEUM orationem, ac enixè flagitare, ut bonitati ejus placeret, tandem in tantæ calamitatis articulo opitulari, suammet quoque ipsius misericordiam multiplicem considerando, nec non fidelia promissa, verissima de præstanda supplicibus salute. Christi censeri oratio potest passionis suæ tempore, quod κατ' ἐξοχὴν tempus est εὐδοκίας, aut διαλλαγῆς, ut exponit Symmachus, *beneplaciti & reconciliationis* præterea *tempus acceptum*, seu *acceptabile*, *dieque*, *salutis* *y*. Eo præsertim tempore, dieque oravit Christus *cum clamore valido, & lacrymis illum, qui salvum facere poterat eum à morte* *z*, & mundum to-

y Esa. 58. 5. 2. Cor. 6. 2.
z Heb. 5. 7.

tum pro quo patiebatur, ab æterna damnatione. Quamvis autem jam prius bis appellaverat eum *filium dilectum, in quo bene complaceret sibi* a, tunc tamen maxime, beneplaciti tempus esse. Hoc Eusebius diserte his ipsis verbis exposuit, Didymus illud quoque, de popostulata salute pro mundo toto, quasi diceret, inquit, ἵνα ἐμὲ ζωοποιηθῇ νεκρὸν σὺν ἐμοὶ ζωοποιηθῶσιν οἱδι' ἁμαρτίας νεκροὶ, *ut me vivificato, simul vivificentur, qui per peccatum mortui sunt*. Addi potest *tempus beneplaciti* esse illud ipsum passionis, quo placuit Patri, ut filius ejus cum hoste congrederetur pro salute humani generis, & multitudinem misericordiæ allegari, propter immensam quamdam multitudinem misericordiæ allegari, propter immensam quamdam multitudinem peccatorum: veritatem salutis, ob adeò multas promissiones ac figuras de hac redemtione, quæ jam complendæ erant: denique orationem particulariter fuisse, quam pro crucifixoribus in ipsamet cruce fudit *b*. Tradunt hunc omnes passim sensum.

a Matt. 3. 17 cap. 17. 5.
b Luc. 23. 34

Ego vero orationem meam ad te Domine.) Hieronymus, *mea autem oratio ad te Domine*. Alii, *at ego orationem meam ad te Jehovah*. nempe converto, *tempore beneplaciti*. Vel, *ego autem oratione mea tibi*, aut, *in te*, nempe sum; *Domine*. Chaldaicè, *& ego orationem meam coram te*, scilicet effundo, *Domine*, *in tempore beneplaciti*. Augustinus, & vetus Psalterium, ut refertur in Scholiis ad editionem LXX. *ego autem oratio mea, ad te Domine*. Explicat verò Augustinus; ego autem ad terram: sed quomodo? ad te orando. Græcè ex editione LXX. ἐγὼ καὶ ἡ προσευχή μου πρὸ σὲ κύριε: *Ego autem oratione mea ad te Domine*, nimirum, converti me, aut quid simile. Aquila reddidit, σοὶ, *tibi*: Theodotio, ἐμὲ δὲ ἡ προσευχὴ: *mea autem oratio*: Symmachus eodem pacto: sed σοὶ *tibi*, pro πρὸς σε, *ad te*. In translatione vulgata eclipsis est verbi alicujus, *ego vero orationem meam ad te Domine converto*, extollo, dirigo, fundo, cujus ultimi verbi participium Arnobius expressit. Quod si quis dicat, *tempore beneplaciti* significabitur orationem fieri tali tempore. Præstat tamen nihil immutare, ut postea dicemus. Apollinarius ita clarè declaravit:

Α'υταρ ἐγὼ καλέον σε διηνεκέως λιτανεύων,
Sed ego vocabam te semper, obsecrans,

Hilarius quum exponit, quod oratione sua totus ad Deum erat, videtur secutus versionem LXX. & supplevisse verbum substantivum; quamvis in ejusdem textu ponatur editionis vulgatæ lectio. Hebræa יהוה ואני תפלתי לך *vaani thephillati lecha Jehovah*, ad verbum reddi possunt, *& ego oratio mea ad te, Domine*: vel *orationem meam*. Sed clarior interpretatio posterior, in eaque facilius sub intelligitur necessarium verbum. Si te non offendit constructio: repetas ex priore versu *psallendi* verbum hoc modo, *in me psallebant, qui bibebant vinum: quoque vero creationem meam ad te Domine psallebam.*

Tempus beneplaciti Deus.) Hieronymus, rejecto ultimo vocabulo in sequens membrum, & supplendo verbum substantivum, *tempus reconciliationis* est, quam reconciliationem Symmachus Græcè expressit καιρὸς διαλλαγῆς ὁ θεός. Declaravi alibi quid sibi velit εὐδοκία, & *beneplacitum*, & רצון *ratson*, quod *beneplacitum* posuisse scribit Deum Paulus *c*, in Filio suo, & hic Patri dicebat: *d*: *ita Pater: quoniam sic placitum est ante te*. Quum autem sit hic in versione LXX. & Symmachi, ὁ θεὸς in casu recto, Latinum nomen, *Deus*, videtur etiam in eodem sumi debere. Quo pacto nec ad sequens membrum pertinebit, & suppleri debebit substantivum *est*, tempus beneplaciti est Deus, hoc est, Deus ipse est tempus beneplaciti. Verum, quia durior est hæc oratio, neque satis percipitur quo modo Deus sit ipsum templus beneplaciti, dicendum etiam cum articulo casus patientis, & forma nominis casus ejusdem, qui Atticè quoque pro vocativo sumitur, vocativum designari. Sic in Psalmo 21. *Deus, Deus meus respice in me*, ὁ θεὸς, ὁ θεός μου. Videtur Euthymius hic legisse iterum κύριε, quod erat priore membro, & ὁ θεὸς junxisse cum sequenti. Idem porrò & Nicephorus hoc tempus interpretantes de tempore passionis, putant hanc vocasse Christum horam, quum dixit *e*, *Pater venit hora*. Qua ratio-

c Eph. 1. 9. d Mat. 11. 26
e Joan. 17. 1.

ratione sæpius Joannes *a* horam passionis ita nominat: Paulus *b*, *plenitudinem temporis*, non præcisè de illo, quo passus est Christus, sed de toto, quo vixit inter nos, præcipuè mortalis. De eodem tempore illud etiam est in alio Psalm. *c*: *Tu exurgens misereberis Sion, quia venit tempus miserendi ejus, quia venit tempus*. Hic etiam est accubitus sponsi Christi, in quo *nardus* humilis orationis *dat odorem suum* d, & exauditur facilius: nunc aditur majore fiducia ad thronum gratiæ ejus, *Ut misericordiam consequamur, & gratiam inveniamus in auxilio opportuno* e. Præter communem sensum, ut *beneplaciti tempus* dicatur, quo Christus, & Patris vo- Juntati placere voluit per incarnationem atque passionem, & sibimetipsi, ac propensæ voluntati suæ erga salutem nostram, quum nulla in nobis causa esset cur salvaremur: præter hoc merum beneplacitum divinum, utroque sumtum modo, potest cuivis per tropologiam hoc idem congruere, ut fidenter Deum oret, si sentiat in seipso pronam paratamque voluntatem ad Dei perficiendam bonam, beneplacentem, perfectam *f*. Quod legitur in Canticog, *Pulchra es amica mea, & decora*, Græcè est ὡς εὐδοκία: Hebraicè בהרצה *chebhirtsah*: Chaldaicè, *quam pulchra es tu dilecta mea, in tempore quo vis facere voluntatem meam*! Idem Christus magna confidentia dicebat Patri *h*; *Ego sciebam, quia semper me audis*, nimirum, quia ipse vicissim profitebatur, semper secum illum esse, nec reliquisse solum, quia, quæ *placita sunt ei, faceret semper* i. Propterea jussit hac veluti nos lege orare, immo, & hoc ipsum orare, ut *fieret voluntas Dei* k. Nec abludet à sensu, qui vocabulum Hebræum *Thirtsah* faciet proprium civitatis regiæ regum Israel *l* per pulchræ, quæ *Thersa* dicitur, cum qua sponsæ pulchritudo comparetur, sicut & quum pulchritudinem Jerusalem, quæ mox nominatim exprimitur, & κατ' ἐτυμον significat *visionem pacis*, ut videlicet animus ejus intelligatur pulcherrimus, & visione dignus divina, qui studeat ad Dei se beneplacitum per omnia accommodare. Nemo abutatur tempore beneplaciti, locoq; pœnitentiæ *m*, ac *tempore miserendi* n, quia quum acceperit Deus tempus, etiam *justitias judicabit* o, quumque venerit die Domini, & desierit dies hæc nostra, *quæ ad pacem* nobis conceditur *p*.

In multitudine misericordiæ tuæ exaudi me.) Idem est, quod in multa multiplicive misericordia tua; de qua lege psalmum 50. *q*. Monui prius nonnullos hìc præponere nomen *Deus*.

In veritate salutis tuæ.) Idem, quod in vera salute tua, quasi dicat, ut ait Euthymius & Nicephorus, μου ἀληθῆ ἡ σωτηρία ἡ παρασυ, *sola vera salus, quæ à te est*, homo etenim hominem juvare non potest, sed *vana est salus hominis* r. Basilius ac Theodoretus, *veritatem* pro justitia sumentes, explicant, ut justo Deus utatur judicio adversus eos, qui tantis eum malis affligebant. *Justitiam* quoque Augustinus interpretatur, & alii quæ cum misericordia conjungatur, cujus immediatè facta mentio est, sicut & aliàs crebrò conjungi solent, quia *universæ viæ Domini misericordia & veritas* s. Tertiò, *veritas* veracitatem significare potest, seu fidelitatem, ut promissis facta respondeant. Quartò, *veritatem salutis* Hieronymus, Cassiodorusque declarant de vera resurrectione, post veram mortem. Quintò, Apollinarius vult postulari cogitationem veritatis:

Σεῖο δ' ἀληθείης μοι ἄναξ μέγαφέγγεα παῖζοι,
Tua verò veritatis mihi Rex magnam lucem præbeas.

Sextò, *veritas* opponi potest umbris & figuris, ita ut *veritas salutis*, hoc est, salus vera, justitiam veram denotet, & verè ac penitus curari velit, qui suorum orat nomine Christus, ac intrinsecam tribui suis justitiam, non externam & cæremonialem: cujusmodi ferè solam quærebant, curabant, venditabant veteris legis homines: neque sit contentus sola justitia legis, eaque, quam ut *suam statuere volentes, justitiæ Dei non sunt subjecti* t, quos crebrò Christus appellat *hypocritas*. Non minus certè periculosè peccant, errantque, qui sunt simulatè tantum Sancti, quàm qui corporis morbum simulant: nec minus perspicuis deprehendi notis possunt, quàm isti illis, quas assignavit Galenus *u*.

(*Vers.* 15.) Eripe me de luto; ut non infigar: libera me ab iis, qui oderunt me, & de profundis aquarum.

Vers. 16.) Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbebat me profundum: neque urgeat super me puteus os suum.

ORationis materiam magis diserte exprimit, quæ nihil ferè nisi repetitio est secundi ac tertii versus, hoc est, luti, inimicorum, profundi, tempestatis: per quæ simul cum puteo, periculorum describitur magnitudo, &, si in ea incidat, exeundi inde difficultas: quod attinet verò ad Christum, remigrandi ex sepulchro, & inferno, spectata secundùm se rei natura. Quæ prioribus dicta sunt versibus, ad corpus multi referunt, hæc ad animam; sed tropologicè. Si quid occurret notatu dignum, in disquisitione particulari expendetur.

Eripe me de luto, ut non infigar.) Chaldaicè, *de captivitate, quæ similis est luto, & non submergar*. In opere luti occupabantur in Ægypto captivi *x*; fortassis in Babylone. In Psalterio Gallicano, *salva me à luto, ut non inhæream*. Augustinus, *salvum me fac de luto, ut non inhæream*. In Romano Psalterio, & apud Cassiodorum, & Gregorium *y*, *eripe me de luto, ut non inhæream*, apud Hilarium, *ut non hæream*. *Infingendi* verbum Græcè etiam ac Hebraicè idem est. Versu 3. pro *luto*, *limus* est; loco δ' πηλοῦ est ἐν ἡ βυθῷ; & quod hìc מיט *rit*, ibi מצולה יין *jauven mersulah*. Priore loco querebatur se infixum, sicut & demersum, hìc petit, ne infigatur, & ne demergatur. Sed infigi mergive censetur, qui proximus est periculo: vel, qui in periculum jam incidit, petit ex eo emergere, & ne, quod in fine dicitur, *urgeat puteus os suum*. Quod de Christo intellectum, significat, ut qui in has miserias malaque descenderat propter nos, ut ex his extraheret, illis non detineretur, neq; *daret Deus Sanctum suum videre corruptionem*, vel *animam relinqueret in inferno* z, ut non more ceterorum, quod innuit Hieronymus, tamquam luto constans, in id resolvatur, qui etiam vocatur *pulvis mortis* a. Explanat Augustinus (quem quum nomino, plurimos ejusdem sectatores intelligo) antea de corpore, nunc de animo, ut si corpus tuum teneatur, prematurve ad iniquitatem, non hæreat consentiendo, Remigius, ne quasi in corpore mur, &, ut ita dicam, commassemur in luteam iniquorum massam; quod præsertim de libidinosis intelligi potest, seu de luteis desideriis, mundique cupiditatibus, ne his adhærescamus tamquam turpi ac tenaci visco, & quod natura sumus, simus vitio quoque πηλογένεις. Distinguit ex scripturis Ayguanus quasi sex luti genera: lutum *corporis* nostri *b*: *peccati* c, *pœnæ*, seu *miseriæ* d: *gratiæ*, *pietatisque* e: *avaritiæ*, & *cupiditatis* f: *sepulchri*. Ultimam notionem videtur litteraliter de Christi sepulchro hìc exponere, quia omnis lapis, ex quo erat illud sepulchrum de luto, aut terra producitur: vel, ut aliqui putant, lateritio aliquo opere ornabatur exteriùs. Hugo ad Christum applicat secundùm partem sensitivam, ita ut oret Christus, ne nimio illi amore adhærescens mortem pro generis humani salute detrectet: quod & in horto legitur *oratse* g. Arnobius *lutum mortis* interpretatur. Alia Gregorii *h* distinctio est, pro rerum terrenarum multiplicitate *i*; pro iniqua doctrina, quæ sordidum *k* sapiat; pro illecebris desiderii carnalis: quam ultimam notionem vult esse præsentis loci. Luto quippe inhærere, inquit, est sordidis desideriis concupiscentiæ carnalis inquinari. Docet etiam quòd *Leviathan aurum sibi quasi lutum æstimat* l, quando eos, qui intra sanctam Ecclesiam fulgore justitiæ resplendere videbantur, vel terrenarum rerum concupiscentia, vel errantis doctrinæ contagio (hoc est quod alibi dixisse memini de Ariano cano, qui se mortuo quasi liquata nive copiose fluxurum fuisse dictitabat) vel carnalibus sibi voluptatibus subjicit. Difficile, ac etiam impossibile, non contingere lutum lutea gestantibus nobis vasa, non minùs ex humo, limo, luto, fictis hominibus, & fictilibus πλασγόνοις; atque κεραμίοις: infixio, ac inhæsio cavenda, nobisque validè, cum Dei gratia, *facere viam* debemus *in hoc luco aquarum multarum*, ut fecisse canitur *m* Deus *aquis suis*. Idem Gregorius *n* comparans statum beatorum, quorum corda sibi invicem, & clari-

a cap. 7. 30. c. 8. 20. c. 12. 23 27. c. 13. 1.
b Galat. 4. 4.
c Ps. 101. 14.
d Cant. 1. 11.
e Hebr. 4. 16. Communis sensus, quid hic fit, *beneplaciti tempus*.
f Rom. 12. 2.
g cap. 6. 3.
h Joh. 11. 42.
i cap. 8. 29.
k Mat. 6. 10. 1 3. Reg. 19. 27. cap. 15. 21 33. cap. 16. 6. lib. 4. 15. 14.
l cap. 8. 29.
m Job. 24.
n Ps. 101. 14.
o Ps. 74. 3.
p Luc. 19. 12.
q vers. 3.
r Ps. 59. 13.
s Ps. 24. 10.
t Rom. 10. 3. Non minus periculosè peccant & errant, qui simulare tantum Sancti, quam qui morbū corporis simulant.
u in Isagogicis libris, libro. quomodo morbum simulantes sint deprehendi.
x Exod. 1. 14
y ca. 34. moral. ca. 9. vol 11. & lib. 18. c. 17. vel 31.
z Ps. 15. 10.
a Ps. 21. 16.
Si corpus tuum teneatur prematurve ad iniquitatem, non hæreat consentiendo.
Lutorum sex generū distinctio.
b Job. 10. 9.
c Ps. 17. 43.
d Ps. 39. 3.
e Joan. 9. 6.
f Abac. 2. 6.
Ad Christū applicatio.
g Matt. 26. 39.
h 34 moral. c. 9. vel 13.
i Abac. 2. 16.
k c. 3. 15.
Luto inhærere quid sit
l Job. 41. 21.
Ariani canidi se dictum.
m Ab. 3. 15.
n 18. moral. c. 20. vel 30.
Beatorum status comparat. cum auro & vitro.

claritate fulgent, & purirate translucent, cum auro, & vitro, ita ut & corporalibus oculis ipſas etiam corporis harmonia pateſcat; ait nunc, ubi nec hoc fieri naturaliter poteſt, nec ut alteri alterius innoteſcat animus, intra lutea vaſcula concludi corda noſtra; & huic luto per paſſionem mentis inhærere Prophetam, profe-
a 2 Cor. 5. 1. rentem verba iſta formidare: à Paulo *a*, autem appellari *domum terreſtrem*, & ſponſam de ſponſo affirmare
b Cant. 2. 9. quòd *ſtet poſt paritem* b, ut non poſſet abſcondita in aſſumta humanitate videri divinitas.

Libera me ab iis, qui oderunt me.) Alia Pſalteria, &
c l. 3. in Job. cap. 5. Caſſiodorus, & Beda *c*, *ex odientibus me*, Auguſtinus, *eruar ex iis, qui oderunt me*, Hilarius hoc omiſit. Hi ipſi ſunt, qui verſu 5. dicebantur magno numero odientes gratis. Hugo ſicut luto concupiſcentiam carnis deſignari putat; ita per hos, qui nos oderunt, adverſarios diabolus, ſive ſuperbiam vitæ, quia, qui eorum primus
d Job. 41. 25. eſt, *rex* dicitur *ſuper filios ſuperbiæ* d; præterea per *profunda aquarum*, de quibus mentio ſubjicitur, intelligit concupiſcentiam oculorum; quæ tria recenſet Joannes,
e 1. Joan. 2. 16 *e*. Notat quoqi peri, ne luto infigamur, quia nemo abſtinere penitus poteſt à neceſſariis ſuſtentationi carnis; ſimpliciter autem eripi ab aliis, ut omnino fugiantur, nec attingantur, videlicet ſuperbia vitæ, amorque divitiarum. Sed quoniam vix evadi poteſt ab his etiam duobus tentatio, poſtulari ſequentibus verbis, ut non demergat nos *tempeſtas aquæ*, ideſt, ſuperbia ex bonis ſpiritualibus; nec *abſorbeat profundum* avaritiæ: *nec urgeat ſuper nos puteus* luxuriæ *os ſuum*.

Et de profundis aquarum,) Hieronymus, *de profundis aquis*. Alia Pſalteria, & Hilarius, Auguſtinus, Caſſiodorus, *de profundo aquarum*. Hebraicæ voces hìc eædem ſunt, quæ verſu 3. עמק-טים *mabhamakke majam*, ubi legimus Latinè *altitudinem maris*: Græcè τὰ βάθη τῦ θαλάσσης. Diximus initio pſalmi *aquis* tribulationes figuratè ſignificari. De hac ſignificatione *aquarum* in malam partem, ut & de alia in bonam, lege Hieronymum
f in Ezechiel. cap. 47. *f*.
g ibid. *Non me demergat tempeſtas aquæ*.) Hieronymus, *ne operiat me fluctus aquæ*: & alibi *g*: *non me præcipitet tempeſtas aquæ*. Dicebatur verſu quoque 3. *tempeſtas*, & καταιγὶς, & שבולת *ſcibboleth*, quemadmodum hoc loco: erat item verbum hujus loci *demergendi*, & καταποντίζω, & שטף *ſciaph*.

Neque abſorbeat me profundum.) In Pſalterio Romano, *obſorbeat*. Profundum Hebraicè ſicut verſu 3. dicitur מצולה *metſulah*.

Neque urgeat ſuper me puteus os ſuum.) Hieronymus, *& ne coronet*. Alii, *claudat*, vel *obſtruat*, vel, *concludat*, vel, *conſtringat*. Hilarius, & Beda *h*, *contineat*, Auguſtinus, *coarctet*. Expreſſit Hieronymus vim verbi non
h l. 3. in Job. cap. 5. תאטר *thetar*, quod propriè ſignificat *claudere*, *obturare*, *obſtruere*; ſed תעטר *thehhtar*, quod valet *coronare*, *cingere*, *circumdare*; quod verbum vidimus Pſalmo 5. *i* &
i verſ. 13. 64. *k*. Hugo ſatis commodè tribuit Chriſto hanc oratio-
k verſ. 12. Orat. Chriſto accommodata. nem duplici hoc verſu comprehenſam: ut petat, quod antea dictum eſt, *eripi à luti infixione*, ne amor vitæ opus impediat redemtionis per mortem: ab odientibus Judæis: *de profundis aquarum*, ideſt, de conſiliis, & machinationibus eorumdem: *à tempeſtate aquæ demergentis*, hoc eſt, ab impetu, vehementiaque doloris: ab *abſorptione profundi* inferni, *à puteo urgente os ſuum*, ideſt, à limo. Hac ratione poſſumus interpretari Chriſtum hæc initio pſalmi paſſum ſe ſignificaſſe, nunc orare ne patiantur alii, pro quibus eſt paſſus; nam & ſic Jonas, Chriſti typus, merſione ſua merſionem impedivit
l 1. Joan. 4. 18. 25. aliorum *l*, ut Ambroſius *m*, perpendit. Totius iſtius loci tropologiam Gregorius *n*, elegantem tradit, dum
m in Pſ. 37. Tropologia n. 26. moral. c. 24. vel 30. & 31. tractat verba Job *o*, *Salvabit te de are anguſto latiſſimè*, & demonſtrat, quod qui vitæ viam deſerens, in peccatorum ſe tenebras dejicit, ſemetipſum quaſi in puteum, vel foveam mergit: ſi verò diutina perpetratione etiam conſuetudine iniquitatis opprimitur, ne ad ſuperiora jam poſſit exſurgere, quaſi anguſti ore putei coarctatur. Poſt citatum verò hunc locum, in quo ſub ſpecie peccantium exoret Propheta, ſubdit: Quem enim mali operis iniquitas à bona ſtabilitate commovit, quaſi tempeſtas aquæ rapuit; ſed ſi adhuc longa conſuetudine non prævaluit, non demerſit. Jam *in putenm* cecidit, qui hoc, quod divina lex prohibet perpetravit. Sed ſi adhuc longa conſuetudo non deprimit, nequaquam os
o c. 36. 16. Aluum puteus coangustavit. Confirmat Jeremiæ *p* teſtimonio, ſub ſuamet perſona lamentantis Judæam iniquitatibus longa conſuetudine obrutam; *Lapſa eſt in lacum vitam meam, & poſuerunt lapidem ſuper me*. Adhibet alium Davidis locum gratulantis *q*, quod *non concluſiſſet Deus eum in manibus inimici*, ſed *ſtatuiſſet in loco ſpatioſo pedes ſuos*. Eodem ſpectat lapidis tropologia ſuper ſpeluncam, in qua latebant Reges *r*: aut ſuper Lazari ſepulchrum *ſ*; aut ſuper lacum Danielis *t*, quæ ſunt etiam figuræ ſepulti Chriſti cum lapide polito ſuper ſepulchrum *u*; *Lapides* item *quadri*, quibus idem Jeremias *x*, *Concluſas* querebatur *vias ſuas*. Auguſtinus hoc loco de nolente peccatum confiteri, & *de profundis* clamare *y*, ſed *quum in malorum profundum venerit, contemnente z*, ſeſeque defendente, interpretatur *os putei clauſum*. Alibi autem *a* de puteo infernali, quum ſine pœnitentiæ remedio peccator infelix illo excipitur, hicque aperitur deorſum, clauditur ſurſum, dilatatur in profundum, ſpiramine nullo, nullo libero anhelitu, clauſtris deſuper agentibus, relicto. *Puteum interitus* B licet appellare, quo egimus Pſalmo 54. *b*, cum Hilario ibidem, qui hìc explicat eſſe puteum infernæ mortis: & addi poteſt ex Apocalypſi *c*. *Puteus abyſſi*. Prior expoſitio pluribus arridet enarratorum, nec non Petro Damiano *d*. Idem Gregorius *e*, & Beda *f*, *Inferni os*, eo quòd amplum ſit ad recipiendum (*dilatat* enim *animam ſuam, aperitque os ſuum abſque ullo termino* g) anguſtum eſſe dicunt ad dimittendum, quos in abyſſo ſuæ immenſitatis abſorbet. Narravit mihi vir fide dignus, Patrum memoria contigiſſe, ut aſſuetus neſcio quis juramentis, ac blaſphemiis, dum in ludo pilam, quæ in ciſternam ſiccam deciderat, ira fervens, & dejerans, blaſphemanſque illuc deſcendens requireret, quaſi etiam reperturus, invito nomine; ubi perveniſſet ad imum continuò ſuperne ſic obſtructum divinitus ciſternæ os, nulla ut ratione ampliùs aperiri potuerit, ſed miſero ibi moriendum fuerit, ac ſi *deſcendiſſet vivens in infernum* h.

p Thr. 3. 53.
q Pſ. 90. 9.
r Joſ. 10. 27.
ſ Joan. 11. 38.
t Dan. 6. 17.
u Matt. 27. 60.
x Thren. 3. 9
y Pſ. 129. 1.
z Pro. 18. 3.
a l. 30. hom. 10 16.
b verſ. 24.
c c. 9. 2.
d Lib. 1. Ep. 18. & ſer. 2. de S. Vicar. mart.
e 26. Moral. c. 24. vel 61.
f l. 3. in Job. cap. 5.
g Eſa. 5 14.
De blaſphemo & juramentis aſſuetо, hiſtoria.
h Pſ. 54. 16.

C

Verſ. 17.) Exaudi me Domine, quoniam benigna eſt miſericordia tua: ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum reſpice in me,

Verſ. 18.) Et ne avertas faciem tuam à puero tuo: quoniam tribulor, velociter exaudi me,

Verſ. 19.) Intende animæ meæ, & libera eam: propter inimicos meos eripe me.

D

CAuſſas affert, propter quas exaudiri debeat; quia ſic deceat benignam, liberalem, multiplicem Dei miſericordiam, qui ſolo etiam poſſit aſpectu ſuccurrere: quia magnitudo tribulationis in eo, qui ſe Dei profiteatur exhibeatque illi addictiſſimum & obſequentiſſimum ſervum, divini favoris moram ac dilationem non patiatur, ſed celeritatem efflagitet: quia ſingularis imprebitas impietaſque adverſariorum, & contra illum, & contra ipſummet Deum, requirat, ut declaret Deus ſibi res humanas eſſe curæ, valere, & velle innocentium tueri cauſſam; nolle impunitate, atque diſſimulatione anſam ſceleratis majorem dare, ut ultra ſæviant, providentiam negent, malefactis exultent, efferantur impotenter. Quæ omnis oratio rectè congruit Chriſto ſecundum humanitatem ſervo Dei, in ſua deprecanti paſſione pro animæ reditu in corpus, atque pro cunctorum ſalute, nominatim autem pro inimicorum. Duplex Chriſti munus notavit Joannes *i*, in Chriſto, tùm advocati, tùm propitiatoris. Videntur his contenta verſibus ad primum ſpectare, ſequentibus alterum. Singula excutiamus. Senſus loci. i 1. Ep. 2. 2.

Quoniam benigna eſt miſericordia tua.) Hieronymus, *bona*. Gallicanum Pſalterium, Hilarius, Auguſtinus, *ſuavis*. Sed addit Hilarius, *mihi*: & omnes ſupplent verbum ſubſtantivum, quod Græcè ac Hebraicè deeſt. Vox autem טוב *tou*, & χρηστὸν, patitur omnium illarum Latinarum notiones, & præterea ut ſignificet utilitatem. In Pſalmo 108. *k*. Latinè *miſericordia ſuavis* dicitur, juxta editionem quoqi vulgatam, ubi eadem ſunt nomi-
k verſ. 22.

nomina Hebræum, & Græcum. Objicit Augustinus, hoc videri magis consequens futurum fuisse: *Exaudi me Domine, ut suavis mihi* (ubi lectionem indicat Hilarii) *sit misericordia tua*: sicut paullò post: *quoniam tribulor, velociter exaudi me.* Respondet, homini in tribulatione posito necesse esse, ut *suavis* sit *misericordia* Dei; quemadmodum non est panis dulcis, nisi fames præcesserit: ideireo quum Deus permittit, aut facit ut in tribulatione aliqua simus: etiam tunc misericordem esse, quia non alimentum subtrahit, sed desiderium movet. Confirmat id Ecclesiastici *a* sententia: *speciosa misericordia Dei in tempore tribulationis; quasi nubes pluviæ in tempore siccitatis.* Ibi Græcè est admirantis particula, ὡς ὡραῖον ἔλεος, *quàm pulchra*, vel *speciosa*, vel etiam *tempestiva*, & *opportuna misericordia*! quæ ultima acceptio convenit optimè cum similitudine nubis pluviosæ, arente solo, cui certè etiam grata, suavis, jucunda, benigna est; sicut Psalmo 64. *b* de benedictione dictum est, quæ fieret *coronæ anni benignitatis*, videlicet propter opportunos imbres. Eadem comparatio in Psalm. 125. *c*: *Converte Domine captivitatem nostram, sicut torrens in Austro*: ut sic nempe fiamus *consolati* d, repleatur *gaudio os, lingua exultatione* e: denique *lætamur pro diebus, quibus nos Deus humiliavit* f; &; *secundum multitudinem dolorum in corde* nostro, *consolatione divina lætificant animam nostram* g. Invitantur peccatores ad conversionem, quoniam Dominus Deus *benignus, & misericors est, patiens, & multæ misericordiæ, & præstabilis super malitia* h. Innuit Hilarius alium sensum, legens, ut dixi (*suavis est mihi*, &c.) ut Christus dicat, quia sibi suavis misericordia sit, hoc est, grata, jucunda, & placeat, qua Pater motus miserit hunc ipsum, ad procurandam generis humani salutem, dignetur precantem exaudire, non tam pro se ipso, quàm pro aliis, quorum tractet, ut advocatus, causam, & ut propitiator satisfaciat. Porrò is, qui homiliam condidit super 17. versu creditus Chrysostomus *i*, quem valde suspicior auctorem Latinum esse, non enim sequitur translationem Lxx. seu Latinam vulgatam ex illis confectam, observat, Davidem magna suavitate repletum, delectatum odore illo suavitatis, prorupisse verba illa: & suavitatem, quæ est in Deo nostro, dulcem esse, sapore sancto repletam, nutrire, fovere, defendere, fortificare, consolationem præstare, benignitatem non negare tolerantem facere, justum, sustinentem, humilem, benignum, largum, sobrium, castum, charitate plenum, hospitalitate præditum, prudentia ornatum temperantia clarum, fortitudine firmum, justitia liberatum, perducere usque ad præsentiam Dei. Subdit admonitionem, ne quis ita blandiatur de misericordia Dei, ut cogitet, quia non erit judicium; primò mores purgandos, vitam corrigendam, malam consuetudinem mutandam, vetustam institutionem dimittendam; & ita dici posse, *Exaudi me Domine, quia suavis est misericordia tua, secundum multitudinem misericordiæ tuæ*, &c. Quæ ultima verba non sunt consentanea editioni nostræ, & Lxx. propterea que arguunt, ut prædixi, non esse illum auctorem dictæ homiliæ Græcum. Amplificat eamdem benignitatem Dei Ayguanus, nec non Christi, de qua Paulus *k*, illustrans aliquo modo similibus exemplis Alexandri *l*; Panopionis servi *m*; Curtii *n*; quia primus victo Armeniæ Regi regnum restituit; secundus pro domino proscripto mortem subiit: tertius pro Republica in hiatum terræ se præcipitavit, qui mox hiatus coaluit.

Secundùm multitudinem miserationum tuarum.] Cassiodorus, *misericordiarum*: Hilarius, *misericordiæ*. Quo ultimo modo quum legatur etiam ea homilia, quam paullo antè citavi, meritò suspicari nos posse monui non esse ab auctore Græco scriptam, quòd & dictio tota satis indicat. Melius verò respondet Græco vocabulo οἰκτιρμῶν nomen *miserationum*, quàm *misericordiarum*, sicut & in Psal. 50. *o*, ubi phrasis eadem est. Multis miserationibus opus est adversus aquas intrantes usque ad animam, limum profundi, altitudinem maris, tempestatem, innumerabiles inimicos, persequentes, maledicentes, irridentes.

Respice in me.) Hieronymus, *respice ad me*. Hilarius, *conspice in me*. Favor in respectu conspectuve isto est, ut sæpè vidimus.

Et ne avertas faciem tuam.) Carent conjungente particula Codices Græci, Latinique Regii, Complutenses, alii: Psalteria quoque duo alia; item Hilarius, Augustinus, Cassiodorus, sed in emendatis Græcis restituta est, habeturque in omnibus Hebræis. Quid sit hæc aversio dictum alibi.

A puero tuo.) Hieronymus, *à servo tuo*. Hoc valet מעבדך *mehhaudecha*, & παῖς *servum* quoque significat, sicut & *puer*, non tantum vel *filium*, vel *ætate parvum*. Lege titulum Psalmi 17. Christus autem quo pacto dici *servus* possit, aliàs docuimus. Non dubitant hoc loco Hilarius, Hieronymus, Hugo, Haimo, qui citat translationem Hieronymi, Bruno Carthusianus, Beda, Cajetanus. Placidus, Pampolitanus, Lyranus, ita Christum nuncupare. Alii puritatem spectant juxta etymon, sicut & Ambrosius *p*; Turrecremata etiam, humilitatem: Dionysius Rickelius, Euthymius, Raynerius, quod Filius Dei sit Christus. Ludolphus filiationem conjunxit cum servitute, ob duplicem naturam. Genebrardus non negat vocari Christum servum Dei Patris: sed fortassis propter ejusdem decus, & humanam formam in unitatem personæ divinæ inseparabiliter coalescentem, maluisse Lxx. *puerum* παῖδα nominare, quàm *servum* δοῦλον: ubi enim locutio est periculosa, & intelligentia lubrica, difficilisque; vel propriè loquendum, vel aliquanto communius, ac magis universè, ut subesse possit distinctio: *Pueri* verò nomen patere ad servum, & filium. Laudavi aliquando notationem istam *q*, licèt non omnino necessariam.

Quoniam tribulor, velociter exaudi me.) Hebraicè sunt duo verba imperativi modi חָרֵר עֲנֵנִי *maher, hhaneni, festina exaudi me*. Urgens ratio; ut & in Psalm. 30. *r*. *Miserere mei Domine, quoniam tribulor*. Velocitas auxilii fuit paucarum horarum, quibus jacuit Christus in sepulchro.

Intende animæ meæ.) Hieronymus, *accede ad animam meam*. Alii, *appropinqua*, significat ista קָרְבָה *karevah*, sicut solet medicus, inquit Trevetus, accedere ad infirmum. Vel, quia videbatur Deus ad tempus abiisse, ac deserviisse. Vitam corporalem Lyranus exponit. Alii de substantia ipsa animæ, ut redimatur ac liberetur de limbo, redeatque in corpus. Est dictum Hebræum verbum aliquando castrense, *cominus pugnare* significans: cum præpositione ferè tantum. Convenit ea notio propositio קָרְבָה אֶל־נַפְשִׁי *Karevah el naphsi*, si sumeremus præpositionem אֶל *el*, pro עַל *hhal*, & utramvis, ut valet, *cum*, &, *propter*: quasi dicat; pugna cum anima mea, aut cum anima mea, scilicet eam juvando. Græcum πρόσχες significat *animum applicare*: quod fit quadam quasi appropinquatione, & accessu. Innuitur præterea, Hebræo præsertim verbo, jus quoddam propinquitatis, propter quod exaudiri orans, petat, quia Deus Creator sit, & Dominus, atque Christi etiam pater. Adhæc indicat, membra Christi, in quorum loquitur persona, esse à Deo alienata, & à tyranno Diabolo vendicata, à legitimo autem Domino recuperanda, & in pristinum jus libertatemque restituenda & revocanda. Hoc sequentia magis exprimunt.

Et libera me.) Suppleta est conjunctio. Hieronymus, *redime eam*, scilicet animam, de qua prius, *accede ad animam meam* גְּאָלָהּ *ghealah*, quo verbo jus illud propinquitatis, de quo dixi, potest denotari, unde גּוֹאֵל *goel*, *propinquus*. In Psalmo 48. *s*. *Frater redimens* alio verbo Hebræo vocatur, quod est פָּרֹה *padah*; sed ibidem, sicut hic, est idem Græcum λυτρῶν, quo pretii solutio indicatur pro alio.

Propter inimicos meos eripe me.] Hieronymus, *libera*. Chaldaicè, *ut non se efferant in me inimici mei, redime me*. Quod aliter Euthymius ac Nicephorus dicunt, ἵνα μὴ ἀποχαρῶσι τῇ ἀπωλείᾳ αὐτοῦ, *ne lætentur interitu ipsius*. Basilius, vel Theodoretus, *ne improperent inimici*. Mirandam vocat Augustinus istam petitionem; sensumque docet esse, ut confundantur, & crucientur liberatione ejus, quem persequuntur inimici: ut liberentur ipsimet inimici, & convertantur: Antiochum, verbi gratia, Machabæorum occisorem esse cruciatum. Nabuchodonosorem persecutorem trium puerorum, conversum: Christo resurgente, & in cœlos ascendente, & Spiritum Sanctum desuper mittente, conversos ad fidem, qui in ejus morte sævierant, & ex inimicis amicos factos, per illius gratiam. Gregorius *t* eamdem sententiam quasi per pa-

Quum Deus permittit ut in tribulatione simus, etiam tunc misericors est. *a* Eccl. 35. ult.

b v. 12.

c vers. 6. *d* vers. 1. *e* vers. 2. *f* Isa. 89. 15. *g* Isa. 93. 17.

h Isa. 2. 33.

i Tom. 1. De Chrysostomi homilia super 17. versu, controversia.

Utilis admonitio, ut ne quis sibi blandiatur de misericordia Dei.

k Tit. 3. 4. *l* Valer. lib. 5. cap. 1. *m* lib. 6. c. 8. *n* Lib. 5. c. 8. Benignitatis summæ exempla.

o vers. 3.

Græcum πάσσω *spargo*, *aspergo*, *irroro*, *rigo*, *humecto*, *madefacio*, *inebrio*, *satio*, *impleo*, *abundo*, *exundo*, *redundo*, *exubero*, *luxurio*, *delicior*, *lætor*, *gaudeo*, *exsulto*, *jubilo*, *canto*, *psallo*, *cano*, *celebro*, *laudo*, *benedico*, *glorior*, *magnificor*, *exalto*, *honoro*, *veneror*, *adoro*, *colo*, *amo*, *diligo*, *desidero*, *concupisco*, *cupio*, *opto*, *volo*, *peto*, *posco*, *rogo*, *obsecro*, *precor*, *supplico*, *invoco*, *confido*, *spero*, *exspecto*, *credo*, *fido*, *fio*, *fiducia*, *fiducialiter*, *fiducialis*, *fiducialiter*, *fiducialis*, *fiducialiter*, *fiducialis

raphrasin ita explanat, scribens, Prophetam hic vocem martyrum suscipere, ac si diceret; propter me quidem eripi de temporali tribulatione non appeto; sed tamen eripi propter adversarios meos concupisco; ut dum mea vita salvari mirabiliter cernitur, ipso miraculorum visu inimicorum duritia convertatur. Imitanda charitas, ut non tam tua velis causa liberari de persecutoribus, quàm ut ipsimet convertantur, & resipiscant, *congerendo* etiam *carbones super capita eorum* a.

Charitatis imitatio, ut non tam tua causa velis liberari de persecutoribus, quàm ut ipsimet convertantur & resipiscant.

a Prov. 26. 21 Rom. 12. 20.

Vers. 20.) Tu scis improperium meum, & confusionem meam, & reverentiam meam.

Vers. 21.) In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me, improperium expectavit cor meum, & miseriam.

Et sustinui qui simul contristaretur, & non fuit: & qui consolaretur, & non inveni.

Sensus loci.

REpetit jam priùs dicta in versu 8 de opprobrio, confusione, reverentia: hęc est quum quis publicum refugit præ pudore, quæ res acerbissimæ videri solent, difficilioresque toleratu quibuslibet aliis injuriis. Nec semel contentus exposuisse quid eo in genere passus esset, citat Deum ipsum conscium, ac testem, non sine quadam veluti querimonia, quòd hęc permittat, & quòd spectante ipso tam multi audeant tanta, ut nihil sibi aliud expectandum videatur, quàm unum super aliud opprobrium, & intimi, novi, & acerbi animi angores. Illud verò demum deplorat omnium malorum gravissimum, defuisse expectatum, & concupitum licet, qui compateretur, condoleret, consolaretur: sed omnes dilapsos esse, se a cunctis desertum, atque destitutum. Satis liquet quo pacto Christus, qui deinceps de se loquitur, tamquam de propitiatore atque satisfactore, improperium; confusionem, reverentiam tulerit, quot & quantis petitus opprobriis, & improperiis, quantopere derisus ac delusus fuerit; ut nisi constantiam retinere decrevisset, satis superque ipsa sufficerent ad pudefacendum eum, & efficiendum, ut sese, vitans aspectum hominum, abderet in latebras. Constat hæc eadem etiam illi non inexpectata & improvisa fuisse, sed antè cognita & prædicta *b*. Tandem omnes *relicto illo*, quum captus est, *fugerunt* c, proculdubio tristes, ut canit Ecclesia, de nece sui Domini; in agonia subinde ad suos revertens mœstus à mœstis ac dormitantibus nihil solatii reperit *d*, ut Euthymius notat: ne *angelus* quidem *apparens* (qui minimè numeratur inter homines, de quibus videri posset locus intelligi *in* eadem *agonia* e, propriè confortavit, ita ut intrinsecè consolationem ullam senserit: *Stabant noti ejus a longe* f: mulieres ad lacrymas pronæ, nec tam ex ratione quàm ex sensibili quadam sympathia flentes, & carnaliter, ut ait Augustinus, flere prohibitæ sunt g: qui commiseratione tactus Petrus cum alio discipulo prosecutus est, quamvis à longè, Christum usque ad domum Pontificis, ter negatione ejusdem repitita, dolore affecit majore *h*: Mariam non ambigo, quæ *stabat juxta crucem i*, erecto magis animo firmoque, quàm corpore, ritè ac sanctè contristatam filio fuisse; sed eidem illum consolari non licuit: & ipsiusmet optimæ matris dolor, melior filii dolorem intendebat. Ne illa quidem potuit eo dolore affici, tristitiaque tanta, quam sentiebat filius, non dico solum tanta, quantam ex tormentorum capiebat experientia, sed propter causas, ut innuit Augustin. (loquens universe de omnibus, neganique comitem doloris Christum habuisse] Hugo, Glosa interlinaris, quæ animum vehementius discruciabant, quam corpus, optimè intelligentis Christi pretium tantum frustra pendi pro plurimis Judæis, & ex reliquo hominum genere, pro majore quoq; parte, quod matri fortassis incompertum adhuc erat, vel certè ad id tunc non advertebat. Denique quia perpauci ploraverunt & fleveverunt de morte Christi, sicut ipsemet prædixerat *k*, mundus autem gavisus est, nullos hic ait fuisse, ut docent Lyranus, Ayguanus, Rickelius, communem secuti loquendi modum, quo generaliter negatur de omnibus, id quod paucis convenit tantùm. Qui communis etiam loquendi modus in hoc est, ut expectavisse se dicat qui contristaretur, & consolaretur, quamvis quod non futurum præsciebat, non expectaret, vel quæreret, ac expeteret: quoniam solent jure quodam suo, qui ingentia præsertim contulerunt in aliquos beneficia, ab iisdem, si contingat illos ærumnas pati, aliquid opis, aut saltem compassionis, & consolationis expectare, & exigere. Expectasse igitur & sustinuisse se dicit, more ceterorum, ut significet frustra id futurum fuisse, si expectalset atque sustinuisset. Hæc fere omnium, quam perstrinxi, mens; paullo accuratiùs deinceps perpendenda singula.

b Matth. 26. & seq. Marc. 14. 26. 56.

c Vers. 49. & seq.

d Luc. 22. 41

e Luc. 23. 49.

f Matth. 26. 69. & seq.

g Luc. 23. 28

h Matth. 26. 69. & seq. Joan. 19. 25.

i Joan. 19. 25.

k c. 16. 20.

Tu scis.) Græcè inseritur causalis particula, σὺ γὰρ γινώσκεις, *tu enim scis*. Eamdem habent duo alia Psalteria Latina, & Hilarius, Cassiodorus, Augustinus; qui ultimus legit, *tu enim agnoscis*: quasi reddat causam cur proximè oraverit, *propter inimicos meos eripe me*, suprà etiam versu 6. dixerat: *Deus tu scis insipientiam meam, & delicta mea à te non sunt abscondita*. Utrumque Hilarius eò spectare dicit, ne quis hæc putaret non sponte assumta; sed necessariò tolerata. Valet præterea profecto ista, tùm ad leniùs ferendas res adversas, quas Deo sciamus esse notas, qui possit ac velit, si sic expediat, afferre remedium: tùm ad ipsummet flectendum Deum, cui hoc modo protestamur nos curæ esse: tùm ad bonum conscientiæ nostræ testimonium, quæ non subterfugiat judicium divinum, sed ei se libenter permittat. Quid si etiam hic dicendi modus innuit magnitudinem calamitatis, quam solus cognoscere Deus, ut par est, possit, solus comprehendere, solus æstimare, solus Pater novit filium, dignitatemque ipsius infinitam solus *super pastorem suum*, à se missum, ut esset pastor hominum, & super *virum cohærentem sibi*, hoc est, consubstantialem, ac in ipsomet existentem, ut erat Deus, potuit imperare, vel permittere ut *frameæ* justitiæ *suscitaretur* l, *Tu autem Domine*, ait, Jeremias *m*, *scis omne consilium eorum adversum me*. Levia sunt, ac nullius momenti opprobria, improperia, contumeliæ, convitia, quæ pati homo ab homine possit, si comparentur cum illis, quæ Dei Filius tolerare dignatus est propter homines.

l Zach. 13. 7.

m c. 18. 23. Levia sunt ac nullius momenti opprobria quæ pati homo ab homine potest, si comparentur cum illis quæ Christus tulit.

Improperium meum.] Quo mihi improperatur ab aliis, Hieronymus & Augustinus; præterea Ambrosius *n*, *opprobrium meum*. Hilarius utitur nomine *improperii*, sed pronomine semel tantum in fine versus 8. erat idem nomen Græcum ὁ νεχισμὸς, & Hebræum חרפה *cherphah*. Latinum autem *opprobrium*; ubi monui alios legere *improperium*. Probrosa verba passus est Christus, de quo hunc quoque locum intelligit Ambrosius *o*, & antè aliquando, & maximè in passione: confusionem in facie consputa, velata, percussa: reverentiam in ipso genere mortis, aliorumque tormentorum, quæ cruciatui dedecus habebant adjunctum. *Aperuerunt super me*, ait Job *p*, & usurpare id licuit Christo, *ora sua*; *& exprobantes percusserunt maxillam meam*: *saturati sunt pœnis meis*: quibus verbis indicatur improperium, confusio, reverentia seu verecundia passionis, & mortis. Quo autem pacto in Christo confusio, & reverentia, verecundiave fuerat, jam diximus eodem versu. Certè, ut Remigius, Euthymius, Nicephorus notat, Judæis videbatur his eum perturbationibus affici. Eadem tria de quovis justo Augustinus, aliique interpretantur, quum quid ei objicitur, ut esse Christianum; sed non inde, vel in conscientia confunditur, vel verecundatur in fronte: de eo prętera, qui propter probro dignum peccatum confunditur salubriter, compungitur, convertitur, sed adhuc publicè coram impiis confiteri erubescit; ita ut Christus oret nunc in persona istius, vel commendet eum Patri. Quod verò attinet ad Christum, Ambrosius *q*, appellat crucem ejus *opprobrium*, seu *improperium*; quod Moses æstimaverit *majores divitias thesauro Ægyptiorum* r, *si opprobrium tuum gloria est, Domine Jesu*, ait Ambrosius, *quanta est gloria tua? Tua igitur gloria participatione quid erimus, cujus sumus opprobrio glorioſi?* Tùm subdit, *nolle auferri à se hoc opprobrium, quo nostra auferantur opprobria*.

De quovis justo loci interpretatio.

n *in ps.* 118. *serm.* 5.

o *Ibidem.*

p *cap.* 16. 11

q *in ps.* 118. *serm.* 5.

r *Hebr.* 11. 26 *Si opprobrium Domini gloria est, quanta est gloria tua.*

Et confusionem meam.) Alia duo Psalteria, & Cassiodorus, omittunt conjunctionem, & pronomen: Hilarius, pronomen. Utrumque textus Hebræus & Græcus habet.

Et reverentiam meam.) Citati omnes, & Augustinus,

Omnium malorum & gravissimum in afflictionibus defeti.

Improperia confusio, opprobria a Christo perlata.

nec non in sua translatione Hieronymus, *reverecundiam.* Potest quoque reddi *rubor, pudor, ignorantia.* Versus quæ dicitur Latinè *confusio*, respondet iisdem vocabuli, quæ hic sunt גלמה *chelimmah*, & ἐντροπή. Exponit Apollinarius, μέγ' ἐρευθῶ, *magnum ruborem.* Bredembachius negat satis commodè vertisse Interpretem, *reverentiam.* In Psalmo tamen 34. *a*, sunt eædem tres voces; *induantur confusione, & reverentia.* In libro Ecclesiastici *b* *reverentia* ponitur loco παῤῥησίας, *pro reverentia accedet tibi bona gratia*; quamvis tota sententia Græca brevior sit, quàm Latina, πρὸ βροντῆς κατασσέυσει, καὶ πρὸ αἰχμῶν ἀκρῶν προσελεύσεται χάρις, *ante grandinem* (tonitruum) *præibit corruscatio, & ante verecundiam* (verecundum) *præibit gratia*, & adduntur Latinè sequentia) *pro reverentia accedet tibi bona gratia.* Ibidem antea *c*, extat idem vocabulum *reverentia*, quamvis nihil sit Græcè, quod respondeat sententiæ; *audi tacens, & pro reverentia accedet tibi bona gratia.* In priore Ep. ad Corinthios *d* ad *reverentiam*, ait Paulus, *vobis loquor*, πρὸς ἐντροπὴν ὑμῖν λέγω, quod scilicet ignorantiam Dei, quidam haberent. Est ἐντροπὴ, propriè, quum præ pudore ac rubore faciem quis deflectit: & τὸ ἐντρεπῶς Budæus *e*, exponit per τὸ ἐγκαλυπτεῶς, *abscondi.* De confusione, ac verecundia bona, & secundùm Deum, quæ ad pœnitentiam adducit, nec mediocrem affert animæ fiduciam, præsentem locum Antiochus *f* Abbas interpretatur, differens de utraque specie, nimirum etiam de mala.

In conspectu tuo sunt omnes, qui tribulant me.) Hieronymus, *coram te sunt omnes hostes mei.* In aliis Psalteriis, apudque Hilarium, & Augustinum, *in conspectu tuo sunt omnes tribulantes me.* Omittunt codices Complutenses, ac Regii, verbum substantivum, quod nec Græcè est, sed subintelligitur. Solatur scilicet, quod noverit Deus, cur permittat, ut, quæ dixit, ab hostibus patiatur, licèt illi nesciant, quodque præsentes habeat non tantùm cognitioni, sed etiam potestati, ac voluntati, ut coercere pro arbitrio possit. Hoc alibi *g* dicebat, poscens judicari gentes in conspectu Dei. Paullo remotiùs Hugonis tropologia, in conspectu Dei esse eos, qui tribulant alios; hoc est, sæpe hujusmodi esse illos, qui excubant in tabernaculo Dei, quos vocamus *Ecclesiasticos*, & clericos, *facientes in domo Dei scelera multa h*: *fabricantes limen juxta limen Dei, posteaque juxta postes illius, murum inter se, & ipsum, & polluentes nomen sanctum ejus i.*

Improperium expectavit cor meum.) Hieronymus, *opprobrio contritum est cor meum.* Alii, *probrum contrivit cor meum*, vel *afflixit.* Augustinus, *opprobrium expectavit cor meum.* Gallicanum Psalterium, *improperium expectavit anima mea*, illud, inquam, quo utitur Ecclesia Mediolanensis sive Ambrosiana; recitat enim Faber ex Gallicano *cor.* Græcè est ψυχη, *anima*: Hebraicè לב *leu*, חרפה שברה לבי *cherpah sciaverah libbi.* Sed LXX. legerunt in secundo verbo litteram (ש) cum leni spiritu, quem indicat post inventa puncta, punctum affixum in sinistro cornu שברה *saverah.* Expectatio ista, quæ δεκτικῶς, sive ἀκυροζόλογως, sicut & *spes* etiam apud Latinos, de malis rebus dicitur, quum sit propriè solùm de bonis, denotat aut voluntariam Christi passionem ab eo prævisam, etiam concupitam *k*, ut Hilario placet, aliisque; aut potiùs, quoniam tota est mœrentis ac lamentantis oratio, ingruentium malorum aliorum super alia, timorem. Feriunt minùs prævisa tela, ac libenter tolerata, sed ariunde ipsa expectatio, priorque mora discruciat magis; nec demsit doloris quidquam Christo tam libenter obita mors, tormentaque tolerata. *Expectantibus*, ubi, & quum non oportet, *veniunt mala l.* De *sperandi* verbo in malam partem suppetunt apud profanos exempla non pauca: & observavit id Servius *m*. *Expectare* ita quoque sumsit Frontinus *n*. Græcos etiam eodem interdum pacto loqui Priscianus *o* monet, nempè usurpando verbum ἐλπίζω. Citat Herodotum *p*. Addi possunt alii, ut Q. Calaber *q*, Sophocles *r*, Pausanias *s*.

Et miseriam.) Hieronymus, & *desperatus sum.* Alii, *dolui*, vel, *opprobrium, improperiumve illud ægrum fecit me*: vel, *cor meum desperatum est*: vel, *idem opprobrium afflixit me, seu cor meum*: vel, *flagellatus aut afflictus sum.* Eadem vox אנושה *anusciah*, judicio Hebræorum potest esse verbum. Sed quum id non nisi præter normam, & mutato puncto (ו) *cholem*, in (ו) *sciurek*, & per se sit nomen sæpius in usum puncto, vocalis: chateph patech, sub prima littera אנושה *anusciah*, & ita legerint LXX. sic etiam nos legere oportet. Ab eadem radice nomen hominis unum est אדוש *enos*, *ærumnosum calamitosumque* significans. Apollinarius loco τῆς ταλαιπωρίας reddidit λώβην, *calumniam.* Miseriam intelligit suorum tormentorum & dolorum Christus. Summa Christi misericordia miseriam sibi summam copulavit. ut pro aliena lueret miseria; miseriam crucifigentium quoque miserando, quum, ut Augustinus observat, pro ipsis oravit in cruce *r*. Nos quo plus habemus miseriæ, minus habemus misericordiæ. Dives in misericordia, locuples est in miseria; quia etsi fortè non experitur miseriam sicut Christus, certè compatitur alienæ, eamque sublevat.

Summa Christi miseriam summam sibi copulavit. *t Luc.* 23. 24.

Et sustinui, qui simul contristaretur, & non fuit; & qui consolaretur, & non inveni.) Nihil ferè differt Hieronymi translatio. Vertit *expectavi*, & in plurali, *consolarentur*: quo etiam pacto habet editio Latina Bibliorum Complutensium, & Regiorum, propter participium Græcum ejusdem numeri παρακαλέμενας: Habet idem Hieronymus in commentario Esaiæ *u*, *expectavi*. In Psalterio Romano, sive Vaticano, apudque Arnobium, & Gregorium *x*: *& sustinui, qui simul contristaretur, & non fuit: consolantem me quæsivi, & non inveni.* In Psalterio Gallicano, & in textu Cassiodori sic habet membrum secundum, *consolantem me, & non inveni.* Augustinus, *& consolantes, & non inveni.* Hilarius, *& sustinui commœrentem, & non fuit, & consolantem, & non inveni.* Emendati Codices Græci habent singulariter in posteriore membro, παρακαλέτα. Ita quoque videntur enarratores Græci legisse: etsi non satis disertè exprimant. Ita quidem Appollinarius;

u *in c.* 13. x 35. *Mor. c.* 9. *vel* 13. *& lib.* 17. *c.* 2. *vel.* 3.

ἐδέ γε ἀλγεινὸν ὁμήφορος ἤλυθ ἀνάγκη.
ἀδ' ἱερὸν πόδεν ἄμμι πέλεπ ραμίθιον ἄτης.

Unus Nicephorus videtur legisse numero plurali, declarat enim παρακαλέντας per ταραμυθεμένους. Et etiam plurale participium Hebræum מנחמים *menachamim.* Sensus utrovis modo idem. De re ipsa dictum priùs, qua ratione Christus expectaverit, vel quæsiverit quod significat ὑπέμεινα, & אקוה *akauvech*, qui contristaretur secum, & consolaretur eum; & quomodo defuerit, nec ipse invenerit. Præter ea, quæ dixi, Hilarius docet non quæsivisse Christum commœrentis & consolantis solatium, conversus, adimplens passiones illius *y*, consepultus in Baptismo *z*, sciens eumdem esse *finem legis a*. Insinuat eumdem sensum Augustinus, *consolantes* accipiens pro proficientibus, qui deerant tempore passionis Christi. Gregorius *b*, id illustrat exemplo Job, quem amici non in flagellis constituerunt, sed post flagella restitutum in statum pristinum consolati sunt. Ubi simul demonstrat quàm sit gravis mœror duris cordibus infructuosè prædicare: quanta consolatio Prædicatorum ex subsequente profectu auditorum. Arnobius indicat non fuisse, *qui simul contristaretur*; quia non poterat simul pati divinitas tristitiam, sicut Sol si in ligno sit, quando conciditur lignum, simul concidi non potest. Durior expositio quamvis verissima. Verùm una, ac magis aptum ut, quod addit, consolantes dicatur defuisse adeo multi à Christo saturati, sanati, edocti; adjice, nec admisisse Christum consolationem ullam, quæ posset ex parte superiore redundare, vel etiam ex visione Dei. Quamvis non idcirco concedi potest, quod Canus *c* probabile censet, Christum in cruce continuisse gaudium, ne ex visione Dei oriretur in voluntate, ut eo modo diceretur *derelictus à Deo d*. Actum hac de re alibi. Augustinus juxta tritam magis sententiam, non fuisse, qui contristaretur ex ea re qua ipse contristabatur, vim facit in particula *simul*. Includit istam particulam participium συλλυπέμενος; quamvis in לנוד *lanud*, quod est verbum cum præcedente articulo, non indicetur. Valet id autem verbum *consolari*, quasi movendo se de loco hujus officii caussa, vel caput agitando, qui gestus est condolentis ut aliàs monui: denique, quod Latinè dicimus, moveri commiseratione. Eodem porro multi referunt Esaiæ *e*, locum illum, ubi Christus dicens inducitur, se solum cavisse

Non quæsivit Christus commerentis & consolantis solatium sed fidem *y Goloss.* 1. 24. *z Rom.* 6. 2. *a c.* 10. 4. *b* 45. *Moral. c.* 9. *vel* 11.

Duris cordibus infructuose prædicare quam grave, & e contra, Durior expositio. Cani sententia non admittenda. *c* 12. *de locis c.* 14. *sub fin. d* Ps. 21. 2.

e cap. 63. 3.

a *vers.* 26.
b *c.* 32. 14.
c *vers.* 9.
d *cap.* 15. 34 Ἐντροπή. ντρ ἔπεσθαι.
e *Comment. ling. Græca, pag.* 676.
f *Hom.* 69. *Tom.* 2. *Bib. Patrum.*
g Ps. 20. Tropologia
Jer. 11. 15.
Ezec. 43. 8.
h Luc. 22. 50 12. 15.
l Job. 30. 26. Sperare, exspectare, interdum in malam partem.
m *in* 4. Æneide
o *in Strategic. l.* 18. Ἐπιζῶ.
p *lib.* 2. q *ibi.* 3.
r *In Trach.*
s *In Procis.*

caviſſe torcular, ita ut de gentibus non eſſet vir ſecum, & quum circumſpexiſſet, non fuiſſet auxiliatorem, quum quæſiviſſet, non fuiſſe, qui adjuvaret. Procopius, qui præſentem Pſalmi citat locum, & ex diſcipulorum confirmat fuga, & Cyrillus in ejus loci commentario, interpretantur, quod nemo patienti ad fuerit; nemo ex ulla gente condoluerit; omni prorſus humano deſtitutus auxilio fuerit, ἀβοήθητος, ait Procopius, παρέστη ὁ συμπαθήσων οὐκ ἔσχε, *nemo aſſuit, vel condoluit patienti*. Favet ibidem Hieronymus utens hoc etiam loco. Placet id quoq; Hugoni. Ambroſius *a* præterea declarat Eſaiam, quod Chriſti paſſio adjutore non eguerit. Huc illud quadrat ex Threnis *b*; *Non eſt qui conſoletur eam* (dic eum) *ex omnibus charis ejus: omnes amici ejus ſpreverunt eam* (eum) *& facti ſunt ei inimici*. Item *c*; *longe factus eſt a me conſolator*: &, *audierunt* d, *quia ingemiſco ego, & non eſt, qui conſoletur me*. Eccleſia certè in lugubri officio de Chriſto patiente, threnos uſurpat. Affinis Pſami 141. *e*, ſententia; *Conſiderabam ad dexteram, & videbam, & non erat qui cognoſceret me: periit fuga à me* (ideſt, effugium) *& non eſt, qui requirat animam meam*. Ad cumulum ærumnarum facit, neminem habere condolentem, conſolantem, conſulentem: ſi quis vel compatiatur, partem videtur oneris ac laboris imminuiſſe. Occurrentium injectione ſua Chryſoſtomus *f*, amicorum lacrymas, gemitus, lamenta teſtatur non parum valuiſſe ad leniendum dolorem, quum id quod contrarium eſt tamquam grave & intolerandum Propheta hoc loco deploret. Is cunctorum judicio fugitioſiſſimus habetur, quem oderunt cuncti, nec eſt, qui ulla ejus commiſeratione tangatur. Talis haberi voluit Chriſtus, tales & habendos prædixit ſuos, ut *odio* nimirum *eſſent omnibus* hominibus *g*, & *arbitrarentur omnes obſequium ſe præſtare Deo, ſi illos interficerent* h. illud ultimum, ut ait quidam, miſeris, miſerationem perdere. Pro tali ducitur Chriſtus ab illis, qui ſanguinem ipſius *conculcant* i: tantum abeſt, ut *patiantur ſuper contritione* ejus tamquam *Joſeph* k (quamvis pro populo univerſo dicitur hoc nomen) vel, qui *fleant ſuper eo, qui afflictus eſt, & compatiatur anima ſua pauperi* l, Chriſto qui *quum eſſet dives, propter nos egenus factus eſt* m, vel, qui ſuper calumnias maximas omnium, *que ſub ſole* numquam *geſta ſint*, & lacrymas innocentiſſimi Chriſti conſolatoris fungatur officio *n*. Atqui ſi non eris ſocius paſſionis, nec eris conſolationis, non conregnabis, niſi compaſſus fueris *o*. Non pati tantum voluit Chriſtus, ut exemplo tanto diſceremus, & nos pati *p*; ſed nec admiſit aliorum compaſſionem, ut & in ſimili miſeriæ quaſi profundo, inſtructus eſſes ad patientiam. Denique ex his quæ paſſus eſt, etiã quum ei nemo compaſſos eſt, compati didicit *q* his quibus alii non compatiuntur, multo quam illa, partibus infinitis melius, quæ dicebat:

Non r ignara mali miſeris ſuccurrere diſco.

Querulus, ſed cum ſumma patientia. Job flebiliter amicos combellabat: *miſeremini ſ mei, miſeremini mei ſaltem vos amici mei.*

a de inſtit. virg. c. 7
b c. 1. 2.
c verſ. 16.
d verſ. 21.
e verſ. 5.
f epiſt. 8 ad Olympiad.
g Luc. 21. 17.
h Joan. 16. 2. Illud ultimum miſeris, miſerationem perdere.
i Hebr. 10. 29
k Apoc. 7. 6.
l Job. 30. 25.
m 2. Cor. 4. 5
n Eccl. 4. 1.
o Rom. 8. 17
p 1. Pet. 2. 21
q Hebr. 5. 8.
r Æneid. 1.
ſ Job. 19. 21.

Verſ. 22.] Et dederunt in eſcam meam fel: & in ſiti mea potaverunt me aceto.

TAntùm abeſt, ut eſſent, qui ſimul contriſtaretur, me que conſolaretur, inquit, ut potiùs augere calamitates ſtuduerint: ac ut parœmialiter loquar, pro cibo, fel, acetum præbuerint pro potu, quum utraque premerer neceſſitate naturæ, atquæ pietatis prætextu afflictionem adderent afflicto homines inhumaniſſimi: quorum dici meritò uva poſſit *uva fellis, botrus amariſſimus, fel draconum, vinum eorum* t. Nullus de Chriſto luculentior locus, nullus majore Catholicorum Auctorum conſenſione de eodem intellectus; ita ut in V. Synodo *u*. Theodoretus Mopſueſtenus damnetur, quod negaverit eſſe de Chriſto, ſicut & ſequentes verſus. Immo ita hunc videtur Joannes intellexiſſe, ſic ſcribens *x*: *Poſtea ſciens Jeſus, quia omnia conſummata ſunt, ut conſummaretur Scriptura, dixit, ſitio*. Tunc ſubdit *y*: *Vas ergo poſitum erat aceto plenum. Illi autem ſpongiam plenam aceto, hyſſopo circumponentes, obtulerunt ori ejus, quum ergo accepiſſet Jeſus acetum, dixit conſummatum eſt*. Narrat etiam Lucas *z*, Marcus *a*, Matthæus *b*, oblatum Jam

t Deut. 32. 32. 33. Luculentus de Chriſto locus.
u collat. 4. Theodorus Mopſueſtenus negans hunc de Chriſto locum damnatus.
x c. 19. 28.
y v. 29. 30.
z c. 23. 10.
a c. 15. 36.
b c. 27. 46.

Acrucifixo acetum. Ultimi duo modum exprimunt cum primo, de ſpongia, hyſſopo prætermiſſa. Addunt autem circumpoſitam ſpongiam plenam aceto, fuiſſe calamo, ſeu impoſitam arundini. Matthæus *c* meminit, quum perductus eſſet Chriſtus in Golgotha, ſive Calvariæ montem, datum ei vinum bibere cum felle mixtum, & quum guſtaſſet noluiſſe bibere. Marcus *d*, vocat *myrrhatum vinum*, quod ipſe non acceperit, ideſt, guſtaverit dumtaxat, non trajecerit in ſtomachum. Docui Pſalmo 44. *e* de myrrhato vino non videri fuiſſe guſtatu ſuave, aut propinatum ex pretioſo myrrhino vaſe; ſed vinum, in quod cum felle myrrha quoque injecta fuerit, ad majorem amaritiem, ſimul cum ſoporatione, non ſola myrrha, quæ, ut Agellius hoc loco ſentit, quod amara eſſet, *fellis* nomine vocata ſit, quamvis id ante illum docuerit Auguſtinus *f* quem non citat, & Maldonatus noſter *g*, & Cyrillus Jeroſolymitanus *h*, ſed idem tamen Auguſtinus, cumque eodem Strabus, Beda, alii, hoc, quod affirmo, probabile ducunt: Matthæum *fellis* tantum, ſolius *myrrhæ* Marcum meminiſſe. Dicamus modo de *felle*, *ſiti*, & *aceto*.

B Ante omnia ponendum, ideo *fel*, quod citra figuram ſumendum eſt, nec pro amaritudinibus, doloribuſque, quorum Judæi cauſſa Chriſto fuerant, ut Auguſtinus tamen ſentit, Haimo, Bruno uterque, Caſſiodorus *eſcam* appellari, *cibumve*, quia craſſius, ſpiſſius, concretius, ad quod conferebat etiam permixtio myrrhæ (poculum vini erat ita conditi compoſitique) quam liquidi aceti, quod poſtea datum eſt. Deinde *fel* ſumtum diſtinctè, ut à *myrrha* differt (quid enim obſtat? vel cur non ita ſumatur, ut Scripturæ diſertè diſtinguunt à propriè illud intelligo, quod ex animalibus extrahitur, non quod *fel terræ* vocant, aliter centaurion, herbæ genus, de quo Plin. *i*, & Dioſcorides *k* cum Matthiolo, qui teſtatur vocari quoque *rhapontici*. Nam *fellis* nomen abſolutè poſitum liquorem illum bilioſum ſignificat, & ad potum fel hoc parabilius, & accommodatius eſt, quàm herba. Nec puto χολὴν umquam de herba dici abſolutè: quamvis ראש *roſch*, quodlibet venenum toxicumve ſignificet, etiam ex herba expreſſum venenata, quæcumque illa ſit, ut aconitum, cicuta, & aliquando vertatur *venenum l* ſed cum addito, ut *aſpidum*. Ad hæc, non aſſentior Euthymio *m*, fragmenta, fellis aridi in aceto emollita eſſet, ut acetum quidem loco eſſet, illa fragmenta pro buccella panis: vel poſtquam Salvator ſe *ſitire* dixit, alii acetum tantum attulerint ad vini bibendum, alii fel ad manducandum: alii inſuper fel aceto miſcuerint. Non eſt oblatum fel Chriſto in cruce, quamvis id etiam videatur Chryſoſtomo *n*, & Iſidoro *o*: præterea in Commentario Pſalmi Hieronymo. & Genebrardo, item Cyrillo Jeroſolymitano *p*, Hugoni *q*, Ludolpho *r*. Majori *ſ*, ſed ſolum acetum. Fragmenta fellis concedo aridi, etſi ſciam χολὴν, quam cognominant λειβώδη, per le craſſiorem eſſe, & quemvis liquorem, quando concreſcit, aridum haberi poſſe, ſi ſecum comparetur, dum liquidus eſt. Indicat quoque Abacuc *t* fel miſſum in potum: *Va, qui potum dat amico ſuo, mittens fel ſuum, & inebrians*. Niſi malis metaphoricè ac parœmialiter loqui, ut quum etiam Moſes *u* quem recitavi, *uvam fellis* nominat quem & *botrum*

C *amariſſimum*. Tertullianus *x* forſitan reſpiciens ad ſenſum potiùs quàm ad verba pro *eſca* legit *potum*; *Miſerunt in potum meum fel*. Hos appellat præterea numero multitudinis *potus amaros y*. Et ſunt quædam, quæ ſumuntur tamquam ſimul habentia eſcæ cibive rationem, ac potus, ut lac, de quo Paulus *z*, licèt figurato ſermone, *lac vobis potum dedi, non eſcam*, & Ezechiel *a*; *lac comedebatis*. *Eſca* quoque vocabulum uſurpat Sibylla *b*, ſeu βράματος,

εἰς δὲ τὸ βρῶμα χολὴν, καὶ εἰς πόμα τοῦ ῥ᾽ξος ἄκρατον,
δυσσεβεῖς δώσουσι κακῶς βεβολημένοι ὄισρω,
In eſcam autem fel, & in potum acetum purum
Impie dabunt male perculſi æſtro.

Item *c*:

εἰς δὲ βρῶμα χολὴν, καὶ (vel ἀ εἰς δὶς φαν) ῆξος ἔδωαν
τῆς δὲ φλοξινίνι ταυτης τ᾽συσι τραπέζαν (vel d, ἀφ᾽ λοξενίνς δικξυχι τράπεζαν)

f in Matt. h Catech. 13
i lib. 25. c. 6.
k lib. 3. c. 6. & 7.
l Deut. 21. 33.
m Hic, & in Matth.
n in Matt. o de nativit. & c. c. 39.
p catech. 13.
q in c. 19. Joan.
r 2. de vita Chriſti c. 63.
ſ in Joan.
t c. 2. 15.
u Deut. 32.
x cont. Jud. c. 10.
y c. 20.
z 1. Cor. 3. 2
a c. 24. 3.
b l. 1. Sibyl. orat.
c lib. 8.
d Lactan. c. 4. c. 18.

In escam autem fel, & bibere (vel & sitim) acetum dederunt,
Hospitalitatis autem hujus solvent mensam.

Vel,

In hospitalitatis hanc ostendent mensam.

Fieri quoque potest, ut fuerit verbum δώσει, ponent: sensus autem,

Hospitalitatis autem hujus (per antiphrasin) *hanc ponent mensam.*

Vel,

In hospitalitatis hanc ponent mensam.

Præterea *a*,

φοβερὸν τε χολὴν ἐκέρασας,
Terribileque fel miscuisti.

a idem. ibid.

b Thren. 3. 15.

Jeremias *b* vaticinatus videri potest de hoc amaro poculo; *replevit me amaritudinibus; inebriavit me absinthio*; quam Lxx. ibidem χολὴν vocant, ideſt, *fel*: item, *recordare* *c*, *absinthii, & fellis*: cujusmodi formula proverbialis est in Job *d*, *implet me amaritudinibus*: & in Deuteronomio *e*: *Inter vos radix germinans fel, & amaritudinem* (quidam & *absinthium*;) rursus apud Jeremiam *f*, *potum dedit nobis aquam fellis*. Sed communis expositio præsentis hujus loci nostri de Christo, facit ut non contenti simus adagio. Reddunt vero etiam probabilem sententiam illam, de qua meminimus, myrrhatum & felle mixtum vinum non differre, dicique *myrrham*, *fel*, quia fellis in amaritudine similitudinem habeat, exempla, quæ modo aliis ex locis protulimus. Nihilominus malo salvam orationis de re utraque proprietatem, quum retineri commodè potest. Cyrillus Jerosolymitanus *g* huc aptat *demessam myrrham in horto* h, videlicet propter vinum myrrhatum. Idem habet auctor tractatus in Symbolum, dictus aut Cyprianus, aut Ruffinus. Lege Hilarium, Lyranum, Rickelium, Cajetanum, Suarex etiam *i*. Expositio autem glossæ interlinearis, Ayguani Jansenii, Bedæ, Auctoris antikeimenon *k*, Augustini, non adeo cohæret, ut *dedisse* intelligantur Christo *fel in escam*, ideſt, super, vel contra illam, quam jam Christus priùs acceperat cum discipulis, Eucharistiam instituendo. hi, qui resistebant veritati. Legunt aliqui, *in esca*, ut Cyprianus, vel Ruffinus in Symbolum, Trevetus refert hunc locum, & alium ex Abacuc 2 *l*; *Væ, qui potum dat amico suo, mittens fel suum, & inebrians, ut aspiciat nuditatem ejus*, exponi à quibusdam de Nabuchodonosore, qui Sedechiæ potum laxativum dederit, ut coram omnibus ignominiosè dissolveretur. Id etiam de loco Abacuc sequitur Lyranus, & Magister historiæ Scholasticæ *m*, sed irridet merito Hieronymus. Memoria *n* fellis hujus salubrior nobis, quam fel oculis Tobiæ *o*.

Myrrhatum & felle mixtum vinum non differentia. Loci cantici adaptatio.

g Catech. 13 *h Cant.* 5. 1.

i 3. *p. tom.* 2. *disp.* 47. *sect.* 3.

Expositio glossæ interlinearis & aliorum male cohærens.

k l. 2 *inter reg.* 13. *qui male citatur à nonnullis Iulius Africanus, aut quibus, l.* 5.

m in hist. 4. *regum c.* 46. *n Tob.* 3. 19 *o Tob.* 6. 5. 9

Sequitur nunc agendum de siti, in qua potatus aceto Christus dicitur. Unus de illa Joannes *p* mentionem facit, ut jam retuli. Sine dubio vera sitis corporis erat, etsi spiritualis multo major, qua sitiebat salutem nostram, proque illa si opus esset, pati adhuc plura. Missus copiosissimè sanguis per sudorem, flagella, spinas, clavos, vigilata nox tota, injuriæ aliæ cœli, dolores intimi, ardentissimam sitim efficiebant, quæ oblitum quodammodo molestiarum, aliarum, adigerent ad eam querulâ voce prodendam. De siti eamdem ille etiam alterius psalmi *q* locus potest esse; *factum est cor meum tamquam cera liquescens in medio ventris mei; aruit tamquam testa virtus mea, & lingua mea adhæsit faucibus meis*. Suppetere volebat inimicis Christus in ex remo illo vitæ articulo bene de se merendi occasionem, *ut mœrenti siceram* darent, vel *amaro animo vinum* *r*, vel certè *calicem aquæ frigidæ* *s*; & quem etiam ut inimicum habebant, tractabantque, saltem tunc potarent *t*, non omnem prorsus humanitatem exuentes, seseque sic aliqua ratione ad promerendam Dei gratiam, passionis fructum, effectum orationis pro crucifixoribus, disponerent. Similis hac quoque in re dilectus noster fuit *hinnulo cervorum* *u*; & *cervo emissos* *x*, vel *cerva*, ut est in 21. Psalmi titulo, qui totus passionem ipsius describit, & in eo Christus *circumdatum* se à *canibus* *y* dicit. *Cucurrit in siti, quum cogitarent pretium ejus repellere* *z*; & *operans salutem maximam, atque victoriam*, siti moriebatur, sicut Samson *a*; & vehementer pugnans, ut Sisara *b*, & David *c*.

p c. 19. 29. *q Ps.* 21. 15.

r Prov. 31. 6 *s Mat.* 10. 42 *t Prov.* 25. 21 *Rom.* 12. 20

u Cant. 2. 9. 17. *x Gen.* 49. 21 *y vers.* 17. *z Ps.* 61. 5. *a Jud.* 15. 18 *b* 5. 4. 19. *c* 2. *Reg.* 23

A Verum ad sitim spiritualem ista magis pertinent, secundùm quam cupiebat plura beneficia nobis conferre, plura pati, plures converti. Nulli ex prioribus tormentis præbuit occasionem Christus, præterquam isti, dicendo *se sitire, ut consummaretur scriptura* d: quia sciebat hinc occasionem capturos crudeles inimicos, ut aceto potarent; voluitque ultimo isto supplicio perficere baptismum suum *e*, ac luere gustu intimavi suavem illum parentum primorum Dei legi vetitum, expertus sitim, cujus acrior, quam famis dolor. Fortassis passio tota hinc velut à termino, ad quem denominatur calix, Tandem, quod attinet ad acetum, de eo; ut priùs dixi, scribunt Evangelistæ, Luca excepto, sed Joannes distinctiùs. Ait Joannes, vas ibi positum fuisse aceto plenum; præterea hyssopum cum spongi. Negat Baronius *f* ad mortem accelerandam propinari crucifixis acetum solitum fuisse. Vocat commentum, aitque, ad sanguinem sistendum tria hæc adhibita. Citat Plinium *g*, & Dioscoridem *h*, qui non solùm in aceto, prætertim cum spongia fasciculo illigatur hyssopi, vim B produnt illam esse si bibatur, sed si ad vulnera exteriùs applicetur; item Tertullianum *i* profert, qui spongias memorat retiariorum, quibus vulneratorum gladiatorum fluens sanguis siccabatur: confirmat adhuc ex marmoribus, in quibus Adonidi ab apro recenter vulnerato minister admota spongia errorem sistere conspicitur: & ex spongia ipsa Christi, quæ in Lateranensi basilica sanguineis notis conspersa cernitur. Consentit Lucas Brugensis *k* duplicem finem aceti fuisse, semianimes recreare apponendo id naribus, & sistere vulnera iis illud admovendo, ut diutius tormenta crucifixi perciperent. Atqui Theophilactus *l* quem laudat Baronius, ut probet conditum fuisse ipsamet hyssopo acetum, innuit satis opinionem ab eodem refutatam, quia affirmat hyssopum cum aceto etsi referat alios *m* existimare vocatum *calamum* nomine *hyssopi*, quod obstat brevitati, ac parvitati illius *n*) τοῖς καταδίκοις reis, *damnatisque*, comparatum fuisse, & exhitum, ὡς δηλητηριώδες, ut *lethale quid*, & *perniciosum*. Idemmet jam prior dixerat Chrysostomus *o*: In contraria quoque sententia Baronii est Cajetanus *, Jansenius *p*, Hugo *q*, qui Chrysostomum citat (quamvis referat aliam opinionem de vino militum, quod ex calore quasi acetum factum erat.) Rickelius *r* (qui meminit alterius sententiæ; quod pro vino bono supposuerint milites acetum (Lyranus *s* (qui tamen etiam dictam modò sententiam præfert, comprobant ex quodam libro Hebræo, cui titulus, *Liber Judicum ordinariorum*, & aliam de acceleranda morte refellit, quia frigiditate sua potius acetum differret mortem,) Ludolphus *t*, Major *u*, Simon *x* de Cassia (qui addit hyssopi usum, præter amaritudinem in potu, fuisse ad aspergendum vultum Christi, quasi ex labore sudantis) Renardus *y* Luts, Tolletus *z*, Salmeron *a* Albertus *b*, qui docet, acetum illud potatum à ministris in æstus etiam sitis restrictionem, ad quem effectum acetum aquæ mixtum valet; minùs autem probat sententiam de acceleranda morte, Confirmant Jansenius, Luts, Salmeron, accelerari aceto mortem, quia Plutarchus *c* Antonium prodat vinum postulasse ad bibendum quum vulneratus esset, citoque post exspirasse: ob similem autem aceti penetrandi vim, videatur eumdem effectum operari acetum, ut D ex Erasmi auctoritate Jansenius probat. Aliter argumentatur idem Jansenius: quia scribit Hieronymus *d* datum id Christo poculum, ad confodiendum. Dicunt iidem auctores causam accelerandæ mortis fuisse tùm in militibus, ne diutiùs consisterent ad crucifixi custodiam, tùm in Judæis, *ne remanerent in cruce corpora sabbato* *e*, & ut citissima ejus morte, quem oderant maximè, popularis tumultus impediretur. Appellat hìc etiam Anollinarius θανατηφόρον ὄξος, *mortiferum acetum*.

Sic sentio, Primùm in cruce dumtaxat jam confixo Christo acetum oblatum: & mendosam lectionem esse in textu Græco Matthæi *f*, quæ habet ὄξος *acetum*, quod felle mixtum datum sit ei ante crucifixionem, ut noster Maldonatus *g* demonstrat; vel (quod minùs tamen probabile est, ne occasio detur idem asserendi de aceto dato in cruce) *acetum* dici vinum quod acetosum erat, & acerbum, seu vini loco, quod alioqui offerri sole-

d Joan. 19. 29

e Luc. 12. 50.

f tom. 1. *Annal.* Aceti vis & proprietates. Acetum cum hyssopo & spongia ad quid.

g lib. 23. *c.* 1. *lib.* 31. *c.* 11. *h lib.* 5. *c.* 17 *i de spect. c.* 2. Spongia ipsa Christi in Lateranensi basilica.

k in Mat. 17 *& Joan.* 19. *l in Joan. c.* 19 *m Joan. cons. c.* 143. *Cajetan* nomine hyssopi hic vocari creditus nonnulli.

n 3. *Reg.* 3. 33. *Plin. l.* 26. *c.* 4. *Dioſc.* 11. 39 *c.* 28.

o in Joan. *Ibid.*

p conc. c. 143

r ibid.

s ibid.

t 2. *de vita Christi c.* 63 Hyssopi usus cum aceto hìc ad quid.

u in Joa. c. 19 *x l.* 13. *de pas.*

y in harm. c. 30.

z in han. 19. *a tom.* 10. *tr.* 44.

b in Joan. Antonius vulneratus vinum postulans, citò post mortuus.

d in Mat. c. 27.

e Deut. 21. 22.

23. *Joa.* 19. 13 Auctoris sententia de potu Christo oblato.

f c. 27. 34.

g ibid.

solebat crucifixis, & duobus aliis latronibus, pro more fortassis propinatum est à piis hominibus, vel eorum necessariis, vappa evanida, mucida, acida, Deinde, arbitror vas aceto plenum, quidquid sit de condito ac pretioso ante supplicium extremum vino, magistratus auctoritate allatum, pro recepta consuetudine, non ad potum, sed ad alia duo illa effecta, tùm ne deficeret crucifixum anima, tùm ne nimius profluueret cruor; sed lento illo mortis genere diutiùs cruciaretur. Nam, quod attinet ad Christum, credi facilè poterat, valde brevi eum interiturum ob præcedentia tot tormenta, laboresque: tametsi validiores quandoque perdiu viverent, biduum, ut Andreas *a*, triduum, ut Victorinus *b*, diebus novem, ut Timotheus, & Maura *c*, & alii, de quibus Eusebius *d*, Seneca *e*, Justinus *f*, Josephus *g*, quos ante me unà omnes recitavit Lipsius *h*. Certè tam citò mortuum Christum mirati sunt omnes *i*: & ad accelerandam mortem propter sabbati religionem, crurifragium erat; quod alii latrones experti sunt, & ne Christus fortassis errore mortuus esset, latus illi lancea perfossum est. Postea concedo, quod affirmare alios monui, de hyssopi vi ad continendum manantem affluentiùs sanguinem: eamque non pro calamo, aut ligno hyssopi (ita ut alii hoc ligno, alii calamo spongiam aceto plenam, quod arbitratur Cyrillus *k*, offerrent) sed nec pro herbæ succo, quod Baronio videtur placere: Nonnus, ὄξει ὑσσώπῳ κεκερασμένον, vocat *acetum hyssopo permixtum*; sed pro herba ligante, ac stringente, *spongiam* sumo, quæ simul arundini infixæ essent, longiorique calamo, ut Cajetanus docet, vel ita ut in summa arundine, quod Suarez *l* excogitavit, essent ex herba illa receptaculum, velutique canistrum, in quod spongia immitteretur: nam ὑσσὸς pro ὑσσωπος legi absque temeritate nequit *m*, ideòt, *gressus*, seu *pilum*, *hasta*, telum Romanum, qui dicatur aliter καλαμος. Hinc fit à communi cunctis cruciariis usu illo duplici, quem dixi, quo nec alii latrones cum Christo crucifixi privati sunt, in *CHRISTO* autem locum præcipuè habuerunt, quia lævius, tractatus fuerat, & flagellis, & spinis, traduxerunt immites insolentesque milites, instincti etiam fortassis à Judæis sitientibus *CHRISTUM* omni genere tormentorum vexari, tumque præsertim quum exaudissent de siti conquerentem, ad exhibendum acetum luctus potusque gratia, spongiam non aceto dumtaxat imbutam, & hyssopi amarore, sed totam etiam cruore infectam ex vulneribus, quibus stagnandis applicita fuerat, ita ut forbendum ipsummet suum CHRISTO sanguinem inhumanissimi, ac feris crudis immaniores proposuerint. Hoc ultimum suadet cruentata spongia Christi, quam in Basilica Lateranensi asservari diximus. Itaque nec retinendæ diutius, nec maturandæ in ea re vitæ Christi rationem propinatores aceti habuerunt, aut si qua ex his hos ratio movit, primam potiùs existimo, quum ad breviandam vitam lupeteret id, quod dixi, crurifragium.

Quod ex Plutarcho de vino M. Antonii alii afferebant, ad acetum propter similitudinem transferri commodè nequit, quum sint utriusque contrariæ qualitates calefaciendi, & frigefaciendi: sed alia ex caussa possunt eadem in moribundis effectum eumdem accelerandæ mortis operari. Solent de hoc aceto interpretari, quod Jeremias *n* nomine DEI conqueritur *de vinea conversa in pravum*, & Esaias *o*, de illa, quæ *pro uvis labruscas*. Transferunt quoque ad omnes incredulos & acetum, & vinum felle ac myrrha mixtum, quia non solùm credere nolunt, sed præterea Deum veluti consopire, quod Hieronymus *p* ait, ut eorum mala non videat. Id autem Jansenio non favet, datum acetum ad accelerandam mortem, quia non de aceto, sed de vino loquitur, quod etiam vinum, & non acetum, eam vim habet. Nec sanè credibile est, si potu necare decreviissent, acetosum, vel amarum oblaturos fuisse, quod respuendum ab eo persuadere sibi possent. Ut idcirco vinum illud cum felle mixtum, non ad occidendum dedisse credendi sint, ante crucifixionem, sed ad irridendum, quum loco alterius salubris supponerent, & simul ad vexandum, saltem levi deliberatione, si non ebiberet. Christus autem noluit leviter gustatum ebibere, ut ipsomet crucis supplicio periret, non lethifero poculo, aut si diversum erat myrrhatū à fellito, quod quidam arbitrantur; noluit sibi vel sensus obtundi doloribus vivaciter percipiendis, vel gustui satisfacere suavitate potus; sed unicum amarum poculum præbitum esse, melior communiorque sententia est. Christus *acetum* accepit, ut scribit Joannes *q* Rickelius, quidamque alii confundunt *vinum*, & *acetum*, ita ut quod narratur, Christum noluisse accipere, vel bibere quum gustasset, de aceto intelligant, quod tantùm de vino intelligi debet. Fieri autem facile potuit, ut, si non sponte Christus fugeret spongiam, permitteret ex applicata & compressa nonnihil per os subire, ita ut gustaret. Denique omnino videtur eum in gustatu dolorem tunc experiri voluisse, & ea ratione consummare scripturam, & perficere opus redemptionis, & ebibere calicem passionis, & luere pœnam malè gustati pomi; ut priùs etiam diximus.

Et dederunt in escam meam fel.) Iam monui, apud Cyprianum, sive Ruffinum, in expositione symboli legi, *in esca*: apud Tertullianum contra Judæos, *in potum*, ut ex priore lectione intelligeretur accusativum casum cum præpositione non favere expositioni de fel Ble incredulitatis contra escam divini vel verbi, vel Eucharistiæ; ex posteriore cur *fel*, *esca* dicatur, quod ad potum tamen exhibitum est. Quidam præterea pro *esca*, *cibum*, vertunt, ut Hieronymus in Esaiam *r*. Chaldaicè vocatur hoc loco *fel capitum basiliscorum*, seu *regulorum*. *Dare fel in escam*, posset explicari, fel escæ miscere, non fel ipsum per se solum præbere edendum, sicut *mittere lignum in panem* *s*, est panem inficere ligno venefico, & lethifero, sive sit taxus, sive aliud lignum, succusve inde aut ex herba noxia expressus. Dixi autem prius quid valeat *fel*, χολὴ ראש *rosch*: & hoc quidem quum significet prima notione *caput*, ideo fortassis Paraphrastes *capita basiliscorum* expressit. Placet *fel* accipi propriè, ut antea etiam monui, quamvis Hebræa vox quodlibet *venenum* significet, & Apollinarius χολὴν interpretetur per generale nomen πάθη. Denique quum hic locus totus apud Euthymium *t* citatus reperiatur tamquam Danielis, vel memoriæ lapsus in eo est, vel error in typographo.

Et in siti mea potaverunt me aceto.) Lactantius *u*, & Augustinus *x* alibi, *potum mihi dederunt acetum*. Hæc omnia ob prædictionis certitudinem scribuntur, ut jam præterita. Notavit id Novatianus *y*. Hieronymus *z*, Petrus Damiani *a*. Ejusdem rei alia plura exempla sæpius antè occurrerunt, & passim occurrunt. Quum verò scribit Joannes *b*, *ut consummaretur scriptura. dixisse Jesum*, *sitio*, sensus est, non quòd prædixerit scriptura dicturum fuisse, *sitio*; sed quum sitiret, acetum ei loco potus propinandum: quod factum non esset, nisi ex ejus verbo sitire cognovissent. Athanasius *c* de hoc eodem loco Joannis, & de similibus, quum aliqua facta narrantur, ut implerentur scripturæ, sunt autem malè, admonet ne quis putet nulla alia de caussa facta, & extra culpam esse, atque adeò laude dignos, qui illa fecerint, ut obsequerentur scripturis. Non est Propheta istis mala patrantibus auctor, sed ea, inquit, quæ ipsi facturi essent prospiciens, futura esse prænunciavit, illique postea id ipsum opere executi, verum esse sermonem Prophetæ declaraverunt. Neque ut inservientes propheticis verbis, ista contra Christum ausi sunt, sed suo ipsimet studio, sponte, volentesque, οὐ προαιρέσει θέλοντες, perpetraverunt. Multa in eamdem sententiam lectu digna persequitur, tùm illam comparationem ex oculis contuentium, qui contuendo non falluntur, nec tamen videlicet proinde his quæ contuentur, necessitatem imponunt.

Vers. 23.] Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributiones, & in scandalum.

IMprecatur vaticinando, vaticinaturque imprecando, vel optandi specie, ut ait Augustinus *d*, prophetat, protam in hospita acerbaque fellis & aceti mensa, mensam convivatoribus suis expansam in morem laquei, que irretiantur interitamque capiant pro deliciis, &

Qui biduū qui triduū, qui novem diebus in cruce vixerint.
a in gestis bis martyr. 5. Septemb. c. 3. Maij. d 8. hist. c. 8. e de vita beata, c. 19. f lib. 22. gin vita sua. h 2 de cruce c. 12. i Marc. 15. 44.
Hyssopi vis ad continendum manantem affluentius sanguinem.
k 12 in Joan. c. 55.
Spongia ut hic sumendi.
l 3. p. tom. 2. disp. 34. sect. 3. m Brugensis in Joan. c. 19 meminit.
Aceti & vini contrariæ qualitates calefaciendi & frigefaciendi.
n c. 2. 21.
Loci Jeremiæ & Isaiæ interpretatio.
o c. 5. 2. p in Matth. c. 27.
r in c. 5. — *Dare fel in escam*, ut possit explicari.
s Jerem. 11. 19 Mittere lignum in panem, quid sit.
t penoplia c. 8. u l. 4. c. 8. x 17. de civ. c. 19. y de Trin. c. 18. apud Tertull.
Loci Joannis expositio, & super eum Athan. admonitio.
z in c. 5. Isa. a l. 2. ep. in 17. ad Desid. c. 8. b c. 19. 28. c Ser in passion. & crucem Domini
d 17. de civ. c. 19.
Sensus loci

ut tale fiat eis, quale apposuerunt prandium, recipientes, quæ promeruerunt, & ut denique cedat eis in ruinam ipsorum adeò illiberale, in humanum ferum convivium. Judæos constat, id que hìc notat Ayguanus, festivissimo Paschali tempore, quum frequentissimi in agni convivium solemne convenissent, ab exercitu Romano obsessos, & conclusos fuisse *a* Quod spectat ad mensam quoque spiritualem, hæc est Scriptura sacra, quæ Judeis iisdem, quum peperam intelligatur ab ipsis occasionem parit, ut variis illaqueentur erroribus, ut scandalizentur præsertim audita crucis mentione *b*, ut pro plurima parte pereant in æternum; nec alius finis quæratur ex calamitatibus, ac ærumnis illorum, nisi retributio, vindicta, pœna, cruciatus. *Mensam* præterea Chrysostomus innuit esse, in qua celebrabantur sacrificia, simul cum deliciis omnibus, ut ultra desineret esse sancta, sed παγὶς θανάθου ἰσχυρὰ καὶ, *laqueus mortis validus, & mortus*, Didymus explanat θεόπνευστον χαρὴν, *divinitus inspiratam scripturam*, cujus θεολία *contemplatio*, καὶ νόησις, *& intelligentia*, cibi animæ ratione habeat; λέξις *dictio*, seu explicatio per orationem, mensæ similis videatur. Ita etiam interpretatus Eusebius confirmat ex proverbiis *c*, ubi Sapientia, quæ Christus est, invitat ad *panem, vinumque*. Auctor *d* operis imperfecti consentit & hoc loco Euthymius & in epistolam ad Romanos *e* Origenes, aliique. Latini etiam enarratores psalmi conveniunt: & Hilarius nominatim distinguit *mensam demoniorum f*, consistentem in sacrificiis (cujusmodi profectò censeri debent quæ celebrantur à Judæis) & cœlestis doctrinæ, de qua Paulus *g* hunc ipsum locum intellexit, & citatur præterea Rupertus *h*. Quocirca meritò damnatur à V. Synodo *i* Theodorus Mopsuestenus, quòd Christo, & Judæis, propter illum, neget ista litteraliter, aut per se convenire, qua in re Theodoretus, ut pridem annotavi, nimis illi adhæresci. Jacobus de Valentia satis acutè in hoc & sequentibus tribus versibus, observat velut antithesim inter tormenta, quæ Judæis Christo intule runt, & ipsi ferre compulsi sunt. Nam qui negarunt se *regem habere nisi Cæsarem*, refutato Christo, à Cæsare rebellantes, excisi sunt: Paschali tempore, ut antè dixi, obsessi sunt à Romanis, quo tempore olim Romanis crucifigendum tradiderant Christum: & pro felle acetoque, summam ciborum penuriam passi: pro velata Christi facie, quum juberent prophetizare quis eum percussisset, obscurati sunt oculi mentis, cæcitateque percussi; incurvatum est dorsum illorum servitutis jugo, quia crucem coegerant portari à CHRISTO: sicut furore acti, vociferati sunt; *crucifige, crucifige*: ita effundit Deus furorem iræ suæ super eos, ut sint illi odibiles, nec ullis hominibus placeant, sed adversarios experantur ejecti sunt à sua civitate, ac ditione, quemadmodum extra civitatem eductum crucifixerant: delevit eos de libro viventium, is, quem illi penitus de mundo tollere voluerunt: postremò recentibus ac novis semper molestiis vexantur, & iniquitatibus novas cumulant cum pertinacia hi, qui tot Christum vexaverunt pœnis, tot in eum crimina confinxerunt. Inepta expositio apud Trevetum, de extincto Balthasare statim à convivio *k*, & huc spectare illud Esaiæ *l*, *pone mensam, contemplare in specula comedentes, & bibentes: surgite principes, arripite clypeum*. Origines *m* urgent Judæos, ut ostendant mensam, inqua prandent, & cœnant, & quommodo in ea facta sint quæ hìc dicuntur. Leo Castro in apologia *n* acriter persequitur eosdem Judæos, hoc ipso loco, & eos, qui favent ipsis; & quum apud Origenem notatur deesse in psalmo ex editione LXX. *in captionem*, nec in textu Hebræo: & è contrario apud Paulum non esse *coram ipsis*, negat ita scripsisse Origenem, sed ejus interpretem: Judæos verò resecuisse *in captionem*. Nimius profectò est hìc auctor in cauſſæ alioquin bonæ propugnatione.

Fiat mensa eorum.) Addit Paraphrastes, *quam paraverunt coram me in luctu meo*, vel, si legas cum Nebiense, non באבלי *beculi*, cum (ב) *beth*, sed באבלו *bechli*, cum (ב) *caph*, *ut comederem*, seu *in cibo meo*, aut *ad cibum meum*. Imprecatio, ut dixi, fatidica, ut pœnas luant amaræ mensæ, instructores ejus, quod priore versu indicabat in Sibyllæ quodam carmine citato, verbum θίουσι, ut ibidem observavimus. Non damnaretur Theodorus Mopsuestenus, si non negasset congruere Christo, & adversariis ejus, quæ hìc dicuntur, & si pœnam istam Aita de rebus molestis & adversis per *mensam* figuratè designatis explanasset, ut non excluderet receptum aliis sensum. Nam Chrysost. præter illum, quem ab eo quoque traditum retulimus, & à quo Agellius miratur Theodoretum recessisse, in Pauli commentario *o* *mensæ* nomine declarat omnes delicias, & bona. Qua ratione hoc etiam loco Nicephorus docet, quod ἡ τράπεζα τὴ εὐφροσύνη δηλοῖ, *mensa oblectationem significat*; quæ sequuntur λυπαν, *tristitiam*. Nec verum est hoc modo *mensam* sumtam corporaliter, non esse Judæis factam in scandalum, ut Auctor operis *p* imperfecti contendit, volens de scriptura tantum intelligi. Ambrosius, aut alius commentarii auctor in epistolam ad Romanos *q*, ideo *mensam* docet maledici malorum, quia illic decipi solent innocentes: ut ab Absalone Amnon frater: *r* & Holophernem putavisse, Juditham se posse decipere *s* & in mensa Herodis sævitum in caput Joannis *t*. Rectè verò etiam pro altari sacrificiorum *mensæ* nomen hìc sumi posse diximus, & Ps. 22. *u*, demostravimus, fecit que id non intelligenter Villalpandus *x* noster. Christus ipse *mensa* Bcenseri potest, nempe agnus super crucis ara affus, qui coram Judæis videntibus, in quem confixerunt, fut in laqueum, retributiones, & scandalum. Parata est filio prodigo mensa ista; indignante fratre majore *y*, & adhuc opiparam mensam cænæ prandiive, venire invitati neglexerunt. De formula verò imprecatoria meminimus multoties: eamque etiam de hoc eodem loco Augustinus præter ejusdem citata testimonia in alio *z* observavit, & Anacletus *a* Papa, si tamen exploratus is epistolarum est auctor.

Coram ipsis.) Omittit has voces, ut ante dixi, Paulus *b*, citans hunc locum. In iis perpendit Augustinus indicari tales esse amaros istos convivatores, tamque perniciosos, ut inquitatem suammet noverint, & in ea pertinacissimè perseverent, ac descendant *in infernum viventes* c, pedemque mittant in mulcipulam, quam norunt, Elegans est Hugonis tropologia de mensa divitis *epulantis splendidè*, nec pauperi compatientis *d*, cui est in laqueum, ut pugnat cum conscientia, seseque deprehendat acquiescendo tentationi incidisse *in laqueum diaboli e*: & in retributionem, quod *receperit bona in vita sua f*, & in scandalum, quia scandalizavit alio *g*. Addit mercatoris mensam, quæ fit in laqueum ad alios illaqueandos, & decipiendos: voluptuosi; quæ in retributionem, dum invitat invitetur vicissim *h*: ebriosi, quæ in scandalum, ob rixas, contentionesque, & quia vacillat corruitve. Agit præterea de mensa scripturæ, quasi *de lignis fethim imputribilibus*, quæ fit in laqueum dicenti, & non facienti; in retributionem dicenti, ut sciat; sciatarve in scandalum non recipienti sanam doctrinam. Item de mensa altaris, docet fieri in laqueum indignè accedentibus ad eam, *ibique judicium manducantibus, & bibentibus i*, in retributionem pœnæ, ut propterea infirmentur, *dormiant*, ideſt, *moriantur multi k* (potest comparari cum pane illo; quem vidit quidam volvi, & in castra descendere, glandiumque interpretatus est) *l*: in scandalum proximorum, qui inde offenduntur. Ponit denique mensam nummulariorum, & usurariorum, quæ fit eis in laqueum, propter dolos; in retributionem, ob usuras; in scandalum, quando exigunt.

In laqueum.) Augustinus, *in muscipulam*. Mensa laquei rationem habet, aut retis, propter expansionem: sed ratio similitudinis melior ex bestiis, quæ capiuntur esca; item quia immodico sæpè cibo intemperans veluti laqueo suffocatur; præterea, quia mordentur homines, & comeduntur, *& consumuntur m*, dum epulis vacant. Idcirco cum superbo oculo, & *insatiabili corde* edere David nolebat *n*, hoc est, cum superbis, invidisque, qui alienis pascuntur malis, ne se satiant, de illis gaudendo, ut observat Augustinus *o*, dicens, talibus cibis pastos Judæos, videlicet suæ crudelitatis, & pœnarum Domini, dum hic pascebatur cibo misericordiæ suæ. Iisdem Judæis laqueus est Scriptura sacra perperam intellecta, ut dixi, nec non vetera sacramenta, quæ jam in nova lege sumentibus sunt mortifera: & nihilominus non sumentibus afferunt mortem, quia negligunt, quæ necessaria, quamvis errando, putant. Capti sunt à Christo interdum, quia capere eum in sermone volebant, convicti quoque ab aliis Apostolis per ipsamet scripturarum testimonia.

Et

a Ioseph. 7. de bello Iud. c. 17.

b 1. Cor. 1. 23

c c. 9. 5.

d hom. 53. e in c. 11.

f 1. Cor. 10. 21.

g Rom. 11. 9.

h in c. 1. Mat.

i collat. 4. Theod. Mopsuesteni condemnatio locum istum negantis litteraliter aut per se Christo & Judæis convenire. Theodoretus nimium adhærens Theodoro Mopsuestæno. Qui Regè se habere nisi Cæsarem, negabant, à Cæsare repellantur excisi Judæi.

Treveti inepta expositio.

k Dan. 5. 30

l c. 21. 5.

m in c. 11. ep. ad Rom.

n lib. 5.

Theodori Mopsuesteni condemnatio.

o in ep. ad Ro. Hom. 19. Mensa nemine omnes delicias & bona. Ejusdem vvcis aliæ acceptiones.

p Hom. 53.

q inc. 11. Mensa malorum cur maledicitur.

r 2. Reg. 13. 29.

s Iudit. 12. 17 & seq.

t Marc. 6. 24 & seq.

u vers. 5.

x in Ezech. to. 2. p. 2. l. 4. c. 50.

y Luc. 15. 24 25.

z 1. de ser. in monte. c. 42.

a Epist. 2.

b Rom 11. 9.

c Ps. 54. 16. Tropologia.

d Luc. 16. 1. & seq.

e 1. Tim. 6. 9

f Luc. 16. 25

g Rom 14. 21

Mercatoris mensa voluptuosi, ebriosi, quæ fit.

h Luc. 143. 12

i 1. Cor. 11.

k Ibid. 30.

l Indic. 9. 14.

m Gal. 5. 15.

n Ps. 100. 5.

o Ibidem.

Et in retributiones. Sic etiam Hieronymus, quia Hebraicè est לשלומים *liſtomim*. Sed alii hoc exponunt, & *quod ad paces, vel pro pacibus, vel pro pacificis*, vel *quum expectaverint pacem, ſit illis in ſcandalum*, & *offendiculum*, & *impingant velut in rete*: quod rete, ſcandalumve proximè poſt ſubditur abſque particula conjungente למוקש *lemokes*. Paraphraſtes dum ſacrificia exprimit, & *ſacrificia eorum in ſcandalum* innuit pacifica. Puto participium eſſe cum nota articuli, in kal, ut ſit ſenſus: Fiat menſa eorum non tantùm in laqueum, ſed etiam in retribuentes, ut nimirum tali uſi menſa perveniant in manus eorum, qui vicem, debitamque pœnam retribuant. Legerunt forſitan LXX. & Hieronymus nomen שלומים *ſcillumim*, quod ſignificat *retributiones*. In aliis Pſalteriis, & in bibliis Complutenſibus, Regiisque, & apud Hilarium, Auguſtinum, Caſſiodorum, numero ſingulari eſt, *retributionem*, ſicut & Græcè ἀνταπόδοσιν. *De retribuendi retributionisque* vocabulis, aliàs egimus. Ante ſequentes dictiones habet Hilarius hoc loco duas cum conjunctione, *& in captionem*. Hieronymus quoque in Eſaiam *a*. Citatur ita etiam epiſtola ad Romanos *b*, Græcè, εἰς θήραν, *in venationem*, vel *prædam*. Quod videtur Paulus addidiſſe de ſuo, ad magis exprimendam vim Hebræi nominis מוקש *mokes*, quod hoc ſignificat, non tantùm *laqueum*. Dicti autem Patres citando Pſalmum, eo modo protulerunt, ut eſt apud Apoſtolum. Sed theſauri Græci auctor (verbo σκάνδαλον) malè, ut ex Pſalmo, citat etiam καὶ εἰς θήραν.

a in. c. 6° b c. 11. 9.

Et in ſcandalum.) Hieronymus, *ad corruendum*. Symmachus, pro *retributione* τιμωρίαν reddidit, ideſt, *caſtigationem*, ſive *ſupplicium*, propriè ad vindicandum honorem lætum: & loco iſtorum vocabulorum vertit, ὥςε συλληφθῆναι, *ut comprehendantur*. Aquila pro σκάνδαλον, dixit σκῶλον, quod, Heſychio teſte, ſignificat *ſpinam quoddam genus*, & *rem moleſtam*, *quæ pungat*. Rurſum Hieronymus *c* legit, *in ruinam*. De nomine quoque *ſcandali*, dictum pſalmo 38. *d*, & 49. *e*, quamvis ibi Hebræa nomina diverſa ſint; nec à Hieronymo reddantur per *ſcandalum*, ſicut hic, ut habetur מוקש *mokes*, & in 105. *f*, ubi etiam eſt idem, nec non in 139. *g*, quo loco ſynonymum *offendiculi* nomen ponit, & in 140. *h*. Intelligitur *ſcandali* hoc loco nomen, non tam quo alli offendantur, quam quo ipſimet lædantur, in quibus eſſe dicitur, vel quidpiam iis in illud fieri. Ægidius Romanus explanans cap. 11. epiſtolæ ad Romanos, intelligit hæc omnia Judæorum ſupplicia, propter abuſum divinæ ſcripturæ, ut illaqueatus, non accederet ad veritatem, captus & in captivitatem abductus non recederet à ſervitute, & à falſitate; ſcandalizatus (apud Paulum enim ponitur priore loco, & *in ſcandalum*, quàm, & *in retributionem illis*) vituperium, & opprobrium ſentiret, retributionem pateretur æternæ pœnæ. Recitat aliam expoſitionem gloſſæ, ut menſa malitiæ, qua delectabantur Judæi, ſit iis in laqueum, impediendo à bono: in captionem, detinendo in malo, in ſcandalum, ut de peccato in peccatum ruant; in retributionem, ut ſubeant æternam pœnam. Vel rurſus, ut menſa ſcripturæ fiat iis in laqueum erroris; in captionem Romanorum: in ſcandalum probri, ac decoris, apud omnes gentes; in retributionem damnationis æternæ.

c in c. 3. Am. d verſ. 14. e verſ. 20. f verſ. 36. g verſ. 6. h verſ. 9

Verſ. 24.] Obſcurentur oculi eorum ne videant: & dorſum eorum ſemper incurva.

ALiud malum omen, ut ſubtracto divino lumine, in ignoratione verſentur veritatis, & elumbes veluti facti, gravique onere ac jugo preſſi aut ſervitutis, & plagarum, ritu mancipiorum: aut ceremoniarum legis ſuſtentaculo nullo nixi, ſimiles illis efficiantur, qui oculis capti, & viribus fracti, quæ conſiſtunt in lumbis, & dorſo, conſiſtere, reſiſtere, ingredi ſine lapſu, periculo; damno non poſſunt. Sapit Hebraismum expoſitio Treveti de Babyloniis, qui prædicantur ob malè tractatos captivos Judæos in captivitatem abducendi à Medis, nec id malum, quaſi obſcuratis oculis, prævisuri. Favet nihilominus Theodoretus (à quo nil differt, qui dicitur Baſilius) ſcilicet, ut ſæpius monui, Theodorum ſecutus Mopſueſtienſem. Quum de Judæorum verò excæcatione, deque legis onere graviſſimo in Actibus Apoſtolicis egerim ſuperfluum reor hìc plura dicere. Quo pacto autem non idcirco Judæi, excuſandi ſint, nec accuſandus Deus, quod ibidem ſatis docuiſſe videor, lege Hieronymum Eſaiæ *i* ſimilem huic locum enarrantem. Quid ergo mirum, argumentatur Auguſtinus in opere de Civitate Dei *k*; ſi hæc manifeſta Judæi non vident, quorum oculi ſunt obſcurati ne videant? Quid mirum, ſi cœleſtia non ſuſpiciunt, qui ut in terrena ſint proni, dorſum eorum ſemper incurvum eſt? His enim verbis translatis à corpore, vitia ſignificantur animorum. Similia ſunt in ejuſdem oratione adverſus Judæos *l*. Congruunt autem cum commentario præſentis loci, in quo affertur præterea ſimilitudo de incurvata muliere; (eamdem affert Hieron. in Amos *m*) qua magis curvi ſecundùm animum videlicet Judæi, quod Chriſtus eam curaſſet Sabbato ſcandalizati, & *indignati ſunt* n; ſunt item quaſi geruli, ac bajuli noſtri ut pridem vidimus *o*, divinas poſt nos ſcripturas portantes, B Hilarius præſertim deprimens legis onus explicat: ut quod ſuſtinere non poſſunt, ferant. Addit Hieronymus, quem citavi, in Iſaiam, quod Dominus in Evangelio Sacramentum cæci à nativitate, qui receperat oculos, vertit ad tropologiam, dicens p; *in judicium ego veni in hunc mundum, ut videntes non videant, & non videntes videant*; & in Amos, *quod incurvatum eſt dorſum Judæorum, ne cælum ſuſpiciant*, ſed cum Evangelica illa muliere, quæ habebat ſpiritum infirmitatis, ſemper terræ incumbant. Vidit Eſaias *q* in ſolio excelſo & elevato Deum, ſed fumo plenam ſynagogæ domum: varicinatus eſt etiam elaudendos Judæorum oculos, foreque ipſis *librum ſignatum* r: imprecatur iisdem *excæcationem* ſ, & *cæcum populum* nominat t: *velamen* adhuc *poſitum ſuper cor eorum* ſcribit Paulus *u*: quod reipſa quamvis nolentes, & facto demonſtrant, quum hodieque, teſte Adriano *x* Fino, poſt lectionem librorum Moſis in ſynagogis, lectores ipſi, & alli, nonnulli, obtegant velamine faciem; obtuſos nempe ſenſus habentes, ut ait idem Apoſtolus *y*. Egregiè idem ſæpius citatus Auguſtinus *z* expendens botrum à duobus portatum *a*, ſa- C utem ſuam, inquit de Judæo, iſte ante conſpectum ſuum gerit, ille poſt dorſum: hic obſequium præfert, ille contemtum. Poſtea, citato hoc loco; ſubjicit: Incedunt duo ſub ſacro faſce ordines. Hic ſemper videt; ille ſemper relinquit. Judæus autem proximum ſe exiſtimat, ſed abſentat; Chriſtianus ergo præſenti munere fruitur; Judæus ſolo onere prægravatur: quia Chriſtus ſicut credenti ſalus, ita onus eſt non credenti, &c. Portat quidem Chriſtum in lege Judæus, ſed à gratia, quam in myſteriis portat, averſus eſt, &c. ab hoc, ideſt, Chriſtiano, adorante geſtatur, ab ille ſe averſante ſuſpenditur; ac ſic impletum eſt in Judæis: *poſuerunt* b *ad me dorſa, & non facies ſuas*. Horatur demum ad glorificandum, & portandum Deum *in corpore noſtro* c; jugumque ſuave, ac *onus leve* d, & projiciendum *jugum diaboli* e, quod non erigit, ſicut Chriſti, ſed deprimit. Eamdem portari botri allegoriam videtur Iſidorus *f* ex Auguſtino tranſcripſiſſe.

i in c. 6.
k Lib. 17. c. 9
l c. 5. tom. 6
m in c. 8.
n Luc. 13. 14.
o Pſ. 58. 12.
p Joan. 6. 39.
q Eſa. 6. 1.
r cap. 19. 21. ſ c. 6. 10. t c. 12. 19. u 2. Cor. 3. 15
x Lib. 7. c. 35
y 2. Cor. 3. 15
z Serm. 102. de temp.
a Num. 13. 25
Chriſtus credenti ſalus, onus non credenti.
b 1. Paral. 29. 6.
c 1 Cor. 6. 20
d Matt. 11. ult.
e Pſal. 2. 3.
f in libro 1. cap. 11.

D *Obſcurentur oculi eorum, ne videant*.) Hieronymus, *tenebrentur*: quod magis exprimit vim verbi Græci σκοτισθήσονται & Hebræi futuri, quod eſt pro imperativo חחשבנח *cbechſcheachnah*, quæ tenebras indicant. Citat Procopius *g* hunc locum in futuro σκοτισθήσονται. Nonnullis Chriſtus dixit; *adhuc modicum lumen in vobis* eſt; *ambulate dum lucem habetis, ut non vos tenebræ comprehendant* h, ſed τὸ *modicum*, non non eſt jungendum cum lumine: ſiquidem Græcè legimus, ἔτι μικρὸν χρόνον, *adhuc, modicum tempus*. Non modò velamee illud Moſis, aut Judæorum, de quo priùs meminit, hujus rei typus erat, ſed præterea, ut Cyrillus *i* Alexandrinus obſervavit, quòd Moſes idem abſcondit faciem, nec audebat *aſpicere contra Deum* k. Graviſſimum cæcationis malum, quo Samſon *l* & Sedechias *m*, plexi ſunt: & alius hoc paciſci volebat cum hoſtibus, ut eruere *oculos dexteros* n, quod etiam Deus minatur ſupplicium cum præciſione quoque *brachii dexteri* apud Zachariam *o*, quod Cyrillus *p* exponit de mutilatione corporei ac ſpiritalis roboris. Chriſtus reſpondit ſe in parabolis locutum, ut *vi-*

g in c. 26. Pſ.
h Ioan. 12. 35
i 2. de odor.
k Exod. 3. 6.
l Jud. 16. 21.
m 4. Reg. 25. 7.
n 1. Reg. 11. 2
o c. 11. 1. 17
p Ibid.

a Luc. 8. 10. *dentes non viderent, & audientes non intelligerent* a; quia nimirum hoc propter alia peccata merebantur. Vocat Augustinus *b* medicinalem Judæis cæcitatem, atque temporalem, & quæ fuerit occasio humilis conversionis, diligentis inquisitionis, ferventis dilectionis. Hieronymus *c* negat Judæis incredulis profuisse, sed Gentibus admissis in eorum locum, quia diminutio eorum divitiæ sunt Gentium, amissio eorum reconciliatio mundi, cæcitas ex parte in Israel contigit, donec *plenitudo Gentium intraret* d. Conversi sunt aliqui pauci; plures in incredulitate permanserunt, permanebuntque usque ad finem sæculi, de quibus Esaias *e*, Christus *f*, Paulus *g*, & noster David hoc loco agit: & quibus idem Christus comminatus est in peccato suo *morituros* h. Quod indicant etiam sequentia verba, *& dorsum eorum semper incurva*. Apollinarius addit epithetum oculis, aspectuive, ut indicet, maleficè, malevolè, invidè, ac truciter aspicientes adversarios privatione oculorum dignos esse,

σφωτήρίαν κακοχεον ἀποβέσσεως ὑπτιώην.
suum maleficum extinguas aspectum.

Oculorum tropologiam, sequentia verba declarantes, afferemus.

Et dorsum eorum semper incurva.) Hilarius, *in perpetuo* Forsitan, *perpetuò, διὰ παντός*. Trevetus Hieronymo legit, *lumbos eorum*, quomodo etiam alii vertunt Hebræum nomen cum affixo מתניהם *mothnehem*. Verterunt LXX. νῶτον, sumentes pro posteriore corporis parte, tergoque toto, in quo lumbi etiam continentur; & incurvationem, sive debilitationem & nutationem, ut convenit spinæ toti dorsali. Descriptio eadem infimitatis extat in Ezechiele *i*: *quando apprehenderunt te manu, & confractus es, & laceraſti omnem humerum eorum, & innitentibus eis super te, comminutus es, & dissolvisti omnes renes eorum* מתנים *mothnaim*, ὀσφύν. Aristoteles *k* τὰ νῶτα partes facit scapulas, spinam, lumbos, aut renes, seu quidquid est à posteriore parte ab occipite ad extremum coccygem constans vertebris triginta quatuor. *Dorsum* dici volunt *l*, quia sit deorsum devexum. Non jure reprehendit Leo *m* Castro transferentes pro *dorso*, *lumbos*, aut *renes*, quia nemo Philosophorum asserat in renibus vires esse. Constat *elumbem* dici, qui debilis est, nec se præ lumborum debilitate valet erigere. Curvo igitur ad lumbos usque corpore invalidum rectè significat. Incurvationem istam pro mentis, ac voluntatis ad imas terrenasque res depressione Cyrillus *n* etiam Alexandrinus explicat, loquens de Judæis murmurantibus circa panem, quem dicebat Christus esse se, ac de cœlo descendisse *o*, dignos autem hoc loco significari, ut mali malè perdantur. Ait præterea *p*, dum scribit non intellexisse, ac in deteriorem partem accepisse, quod idem Christus dixerat *q* *in tribus diebus reædificaturum se templum*: quasi inclinatos propter nefaria sua delicta, ac sola terrena respicientes, jure patrocinio Dei ab eis ablato, sublimia Christi dogmata speculari non posse, sed contemnere tamquam insanos Christi doctrinam, & adversus salutem suam irruere. Comparat eosdem *r* cum gibbosis repudiatis à lege *s*; hoc enim esse quodammodo incurvatos, & quorum animus deorsum aspiciat, & fit ad carnis affectus proclivis, & qui oculos spiritales ad res terrenas defigant; jamque in eam sententiam venerint, ut erigere animam ad res supernas sapiendas, fugiendum putent. Quasi videlicet ad illos aptetur; *oculos suos statuerunt declinare in terram* t: *adhæsit in terra venter eorum* u. Denique tractans locum Micheæ *x*, ex editione LXX. *ἰδὺ ἐγὼ λογίζομαι ἐπὶ τὴν φαλὴν ταύτην κακὰ ἐξ ὧν ἐμὶ ἄρητε τὰς τραχήλους ὑμῶν, καὶ οὐκ πορευθῆτε ὀρθοὶ, ὅτι καιρὸς πονηρὸς ἔστιν: Ecce ego cogito super tribum istam mala, de quibus non auferatis colla vestra, & non ambuletis erecti, quia tempus malum est*, explicat tam onerosa, & intolerabilia mala fore, ut sint futuri similes inclinantibus cervices, duriterq; ac intolerandum in modum incurventur. Confirmat & præsentis Psalmi testimonio isto; & 37. *y iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus grave gravatæ sunt super me*. Adde, *miser z factus sum, & curvatus sum usque in finem*: &, *posuisti a tribulationes in dorso nostro, imposuisti homines super capita nostra*: &, *supra b dorsum meum fabricaverunt peccatores*, ubi Hieronymus, *super cervicem meam araverunt aratores*; Aquila, & Theodotio ἐπορθίασαν, *araverunt*, quasi sulco facto, ut transfert idem Hieronymus, quod sequitur, *prolongaverunt sulcum suum*, pro iniquitate. Quod indicat subactam, & depressam glebam. Subdit Cyrillus, qui jugum, & onus vocantis Christi *suave* c, *leveq;* excusserunt, justissimè laborantes, ac pressos remansisse, nec valuisse, *βαδίζν ὀρθῶς, incedere rectè*: Davidem vero in illos exclamasse ad Deum, ut superna non respicientes, neque oculum mentis ad spem sanctorum & præclaram in cœlis civitatem attollere valentes, terrena dumtaxat intueantur, *μόνον ἐχὶ βαδφότες tantum non incurvati*, & animum insolentem, Deique osorem caducis & carnalibus ἐμπεδοντες *affigentes*, seu *fu'cientes*, & *alligantes*. Placuit illustrare unius Cyrilli tot testimoniis locum istum celebrem de Judæis, quia pleni ris vice commentarii sunt, & receptam expositionem optimè comprobant. Priùs docui per *incurvationem* designari quoque ad litteram, servilem conditionem, & aptationem corporum ad verbera. Subjectionem istam indicat Abacuc *d*; *incurvati sunt colles mundi*, & Esaias *e*, *vultu in terra demisso adorabunt te*: liber Geneseos *f*, *incurventur ante te filii matris tuæ*, & *g ancillæ Jacob*, & *filii earum ante Esau incurvati sunt*, & *h fratres Joseph ante illum*: Job *i*; *sub quo curvantur, qui portant orbem* tandem David *k*, *coram illo procident Æthiopes*. Importat autem *incurvandi* verbum omnimodam vastitatem, ut apud Esaiam *l*, *incurvavit habitantes in excelso*, &c. & quandoque nomine שחות *sciatchuth*, intellexit Interpres, actianstulit *interitum* m. At ad verbum, *semper*, impedit ne talem vastitatem interpretemur hìc, ut voluit Antonius Guevara *n*; sed in superstitibus gravissimas quasi bet calamitates, Postremò *obscuratio oculorum*, & *incurvatio dorsi*, indicat, neque consilio neque re posse nocere aliis utroque affectis incommodo. Quod de iisdem alii Judæi declarantes, *in oculis* Scribas, Pharisæos, principes Sacerdotum notari volunt; in *dorso* reliquam inferiorum multitudinem, quòd ex priorum, qui sunt veluti oculi, obscuritate, atque cæcitate, posteriorum sequatur curvitas depressioque appetitus ad terrena. Gregorius *o* id universè tradit de duplici hoc genere quorumcumque hominum; ut ratione dum *cæcus cæco ducatum præstat*, *ambo in foveam cadant* p. Oculi quippe sunt, ait, explicans hunc locum, qui in ipsa honoris summi facie positi, providendi itineris officium suscipiunt; quibus hi nimirum; qui subsequenter inhærent, *dorsa* nominantur. Ob curatis ergo oculis, dorsum flectitur; quia quum lumen scientiæ perdunt qui præeunt, profectò cuncti ad portanda peccatorum onera curvantur, qui sequuntur. Affert tamen etiam *q* in exemplum Pharisæos, & sacerdotes, cum turba Judæorum: demonstrans quo pacto juxta Job *r* sententiam, faciat DEUS regnare hypocritam propter peccata populi.

Alia tropologia, saltem per accommodationis quemdam modum, non displicet, ut curiosorum alienæ vitæ scrutatorum DEUS oculos obscuret, sicque incurvati, ad se seque reflexi, in se se tentent descendere, nec præcedenti spectetur semper mantica in eorum dorso. Quid si hoc voluit inter alia Christus, dum pertinaciter accusantibus aliis adulterium, *inclinabat se deorsum*?

D

Vers. 25.) Effunde super eos iram tuam, & furor iræ tuæ comprehendat eos.

VIndictæ divinæ vehementioris magnitudinem, quam suis optat, vel prædicit adversariis, exprimit *effundendi* verbo, & *comprehendendi*, atque nominibus iræ, & furoris, ut quasi evacuato vase, halituve igneo efflato, nihil residui sit, & capiat, cingat, stringat, ira, furorque ita ut nullus evadat, quantumlibet fugere nitatur, nullus in ulla sui parte ex singulis non afficiatur aliquo tormento, seu veritatis effectum divinæ cuncti experiantur. Hanc Paulus *s* iram in Judæos perveniſſe testatur, qui Dominum occiderant Jesum, & prophetas, & ipsum, aliosque Christianos persequebantur, & Deo non placebant, & omnibus hominibus adversabantur, & prohibebant Gentibus loqui, ut salvæ fierent, & impiebant

Sensus loci.

a *Psal.* 68. 24.
b *Aug. in Psal.* 68.
c *in c.* 4. *Esa.*
d *Rom.* 11. 25.
e *c.* 6. 5.
f *Luc.* 8. 19. *Marc.* 4. 12.
g *Rom.* 11. & 28.
h *Matt. ult.* 5. 6.
i *Joan.* 8. 21. 24.
k *l. de hist. animal. c.* 12 Νῶτος.
l *Festus.*
m *Apol.* 5. *pag* 523.
n *lib.* 2. *in Joan. c.* 33.
o *Joan.* 6. 42.
p *Joan.* 2. 19
q *in Psal.* 4. *in Joan. c.* 3.
r *Joan.* 6. 42.
s *l.* 11. *de edor. Lev.* 21. 20
t *Psal.* 16. 11. *Psal.* 43. 25.
u *Psal.* 118. 25.
x *c.* 2.
y *vers.* 5. *Psal.* 37. 7.
z *Psal.* 65. 11. 12.
a *Psal.* 87. 8.
b *Psal.* 128. 3.
c *Mat.* 11. 30
d *c.* 3. 6.
e *c.* 49 23.
f *c.* 27. 29.
g *c.* 13. 6.
h *c.* 43. 28.
i *c.* 9. 13.
k *Psal.* 71. 9. *Incurvandi* verbum quid importet.
l *c.* 26. 5.
m *Pro.* 28. 10
n *in Abac. c.* 3.
o *l.* 1. *Pastor. c.* 1. & 25. *Moral. c. ult.*
p *Mat.* 15. 14
q *c.* 25. *mora, c. ult.*
r *c.* 34. 30.
s *1. Thess.* 2. 16. 16.

plebant peccata sua semper. Ut mirum non sit, si & Asibi ominati fuerant *r*. Petrus de proditore differens, ut nunc ita David imprecetur, & prioribus verbis, ut dorsum eorum Deus incurvaret semper; quia, inquam, implebant peccata sua semper. Quomodo de Romanorum exercitu, qui delevit Gentem Judæorum, hic intelligatur locus, dictum antea satis.

De Romanorum exercitu qui gẽtem Judæorum delevit loci intellectus.

Effunde super eos iram tuam.) Hieronymus, *indignationem tuam* זַעְמְךָ *zahhmecha*. In hoc versu sunt alia præterea duo diversa iræ, seu furoris vocabula חרון *charon*, & אף *aph*: nec desunt alia in prioribus psalmis, & sequentibus; ut רגז *regach* קצף *ketseph* חמה *chemah*, vel חמא *chema* זעף *zahhaph* חרה *chorem* עברה *hhcurah* פנים *panim* רגז *roghez* רוח *ruach*. Subjectum extrinsecum iræ, idest, partem, in qua se prodit ira, significant *aph*, & *cholem*, nempe *nasum*: *faciem* verò *panim*; alia innuunt commotionem, fervorem, seu furorem, halitum, sive flatum ut *ruach*, ardorem, & similia. De *effundendi* verbo, quod psalmo quoque 78 *a*, jungitur iræ, egimus aliàs *b*. A liquoribus metaphora sumitur, qui de vase proferuntur. Sic apud Oseam *c* Deus ait, *super eos effundam quasi aquam iram meam*. Sed geminata vetuti figura Jeremias in Threnis *d* dicit, *effudit quasi ignem indignationem suam*: & Nahum *e*, *indignatio ejus effusa est ut ignis*. Propter priorem similitudinem describit Joannes iram DEI in Apocalypsi *f* sub nomine phialarum effusarum. Duo iræ divinæ instrumenta ignis, aqua: hac jam peracta purgatio mundi per diluvium, illo peragetur in fine sæculi. Nullus liquor facilius effunditur quàm aquæ: nihil agit efficacius, quàm ignis. Sic habet Deus iratus in promtu, ut severe puniat. Consumit ignis omnia, subit aqua, & penetrat cuncta; *ira Dei nemo resistere potest, sub quo curvantur, qui portant orbem* g; *ante faciem indignationis ejus quis stabis? & quis resistet in ira furoris* h? indicat *effusio* copiam iræ; *quis novit autem iram DEI dinumerare* i? Quia portò postquam sumsit Deus vindictam tamquam supplicijs jam exhaustis, placabilis redditur, hinc fit, ut quandoque placari, & misereri significetur, quum dicitur *iram effundere*. Exemplum est in Ecclesiastico *k*; *potens exoratio, & effundens iram, secundùm misericordiam suam sic correptio illius, hominem secundùm opera sua judicat*. Græcè, πολυπαράκλητος ἡ ἐξιλασμὸς, *cito potens placationum*, idest, *multum ad ignoscendum* l, *apud eum misericordia & copiosa redemptio* m, Vulgo dicunt *sfogarsi*, quasi flammam omnem evomere, & conquiescere.

a vers. 6. 7
b ps. 34. 3. *c c.* 5. 10. *d c.* 2. 4. *e c.* 1. 6.
f c. 16. 1. & *seq.*
Duo iræ divinæ instrumenta, ignis & aqua.
g Iob. 9. 13.
h Nah. 1. 6. *ipsi.* 89. 11.
iram effundere, ut dicatur aliquando Deus.
k c. 16. 2. 13
l Esa. 55. 17.
m ps. 129. 7.

Et furor iræ tuæ comprehendat eos,) Hieronymus, *iræ furoris*: Alia Psalteria, & Cassiodorus, ac Isidorus *n*, *indignatio iræ tuæ apprehendas*: Augustinus, *comprehendat*, Hilarius, *animatio iræ tuæ*, θυμὸς τῆς ὀργῆς σου. De vocibus istis Græcis, deque aliis dixi alibi. Qui *furorem* iræ majorem faciunt, de pœna æterna interpretantur, Judæis obstinatis debita, *iram* de temporali, quæ prosit ad conversionem. *Comprehendere* καταλαβεῖς נשׂג *nasciag* innunt fugam, qua quis elabi conetur, sed frustra quod Apollinarius explicat per ἀμφιβαλεῖν, *circumdare*, & *obsidere*. Præterea indicant *firmiter*, & *quasi mordicus tenere apprehensum*. *Omnes persecutores ejus apprehenderunt eam inter angustias* o: *migravit Judas propter afflictionem*, & *multitudinem servitutis*; *habitavit inter gentes, nec invenit requiem* p. Quasi *pullus equinus fugabitur*, & *ubi non speravit* (ἐπενόησεν, *suspicatus est*) *apprehendetur*; *& erit dedecus omnibus, eo quod non intellexerit timorem Domini* q.

n de voc. gent. c. 10.
o *Thren* 1. 3.
p *ibid.*
o *Ecc.* 23. 30. 31.

Vers. 26.) Fiat habitatio eorum deserta: & in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet.

Sensus loci.

EVersionem optat, prædicitque Judæorum, ut non solùm diruantur palatia, ac domus, sed caulæ pecorum ipsorum, & ex temporaria tabernacula, nec liceat ampliùs immorari, & habitare, sed partim trucidentur, partim trudantur longiùs absque spe postlimii. Vaticinatus est Christus *relinquendam domum*, idest, vel urbem, vel templum, vel synagogam Judæorum *desertam* r *circumdandam civitatem vallo, coangustandam undique ad terram prosternendam, & filios ejus in ea; nec relinquendum lapidem super lapidem* s. *Venerunt Romani, & tulerunt locum eorum, & gentem*, sicut malè, sed verè, ejus loco subrogaretur alius, factaque de agro *Haheldama* mentione, citavit versum istum *u*, Paulus *x* de omnium proditorum Judæorum solitudine, ac vastitate, deque exilio extra Jerusalem, & universam Judæam intellexisse videtur, proferens versus 23. & 24. Consule nostrum commentarium Actuum Apostolorum. Observat Didymus, etsi Petrus usurpaverit de Juda, tamen pluralem numerum, quo David utitur, demonstrare, περὶ πάντων τῶν Ἰησοῦ προδοτῶν ἐκλαπτέον αὐτό, id *accipiendum de omnibus Jesu proditoribus*, quòd eorum civitas deserta futura sit. Huc facit Jeremiæ *y* vaticinium, accommodatio saltem sensu, sive simili; *Sion quasi ager arabitur* (aratro namque inducto ædificari *z*; destrui, reducto, civitates solebant *a*) *& Jerusalem in acervum lapidum erit, & mons domus in excelsa sylvarum*. Certè juxta vaticinium Jeremiæ *b* ejusdem, alium longè postea Jerusalem situm occupavit, auctore Ælio Adriano, qui urbi nomen *Ælia* indidit, omnem Judæorum nationem arcens regione finitima Jerosolymis, ut ne de excelsiore quidem prospectu eminus saltem paternum eis solum, quod Eusebius *c* prodidit, liceret contueri. Innuit Isidorus *d* hoc ipsum, aliis allatis præterea locis Esaiæ *e*, Jeremiæ *f*, Danielis *g*. *Debellata est*, inquit, *civitas, expugnati Judæi, multaque milia interfecta, nullusque illuc modò permittitur accedere Judeorum, ubi Christum crucifigendum acclamaverunt*. Videtur ex Augustino transcripsisse. Scribit vero etiam Gregorius *h* suo tempore in eo loco Jerusalem constructam fuisse, ubi extra portam fuerat Dominus crucifixus, ac priorem funditus eversam.

t *Joan.* 11. 48.
u *Act.* 1. 20.
x *Rom.* 11. 10.
y *c.* 28. 18
Aratio inducto ædificari civitates, destitur reducto, solitæ.

a Æn. 5. *urbem designarat.*
a *Seneca* x. *de clem. c.* 26 *Luc.* l. 7. *Hor.* l. 1 *carm. ode* 16. *Cic. Phil.* & *alii*.
Æl. nomen verbi Jerusalem inditum & unde ejus dem situs, à priore longe alius.
b *c.* 31. 20. *& seq.*
c 4. *hist. c.* 5. *vel* 6.
d *de vorgen.*
e *c.* 3. *c.* 5.
f *c.* 5.
Jerusalem constructio ubi extra portam Dominus fuerat crucifixus, priore funditus civitate eversa.
g *c.* 8.
h *hom.* 18. *in* i *cap.* 12. *Jo.*
k 3. *de optimo genere in serp. c.* 9.
l *Esa* 25. 4. Ἐπαυλις.

Et faror iræ tuæ comprehendat eos,) Hieronymus, *iræ furoris*: Alia Psalteria, & Cassiodorus, ac Isidorus *n*, *indignatio iræ tuæ apprehendas*: Augustinus, *comprehendat*, Hilarius, *animatio iræ tuæ*, θυμὸς τῆς ὀργῆς σου. De vocibus istis Græcis, deque aliis dixi alibi. Qui *furorem* iræ majorem faciunt, de pœna æterna interpretantur, Judæis obstinatis debita, *iram* de temporali, quæ prosit ad conversionem. *Comprehendere* καταλαβεῖς נשׂג *nasciag* innunt fugam, qua quis elabi conetur, sed frustra quod Apollinarius explicat per ἀμφιβαλεῖν, *circumdare*, & *obsidere*. Præterea indicant *firmiter*, & *quasi mordicus tenere apprehensum*. *Omnes persecutores ejus apprehenderunt eam inter angustias* o: *migravit Judas propter afflictionem*, & *multitudinem servitutis*; *habitavit inter gentes, nec invenit requiem* p. Quasi *pullus equinus fugabitur*, & *ubi non speravit* (ἐπενόησεν, *suspicatus est*) *apprehendetur*; *& erit dedecus omnibus, eo quod non intellexerit timorem Domini* q.

Destructa his jaceant alta palatia,
At tentoria, qui colat:
Horum permaneat nemo superstitum.

Vel, ut placet Euthymio, ac Nicephoro ἐπαυλιγωτὴν πόλιν Ἱερουσαλὴμ, ἐν ᾗ κοινὰς οἰδαοκτόνοι αὐλίζοντο: σκηνὰ ματαιὴ, διάφορος ἑκάστου αὐτῶν. Primam dictionem, quæ redditur *habitatio*, vel *commoratio*, *dicit civitatem Jerusalem, in qua Deicidæ communiter habitabant tabernacula verò propriè ac privatim, domos eorum*.

m A. l. 10. In amplis domibus palatisque divitum, præsertim usurariorum & raptorũ, sic sæpe ut nullus post mortem eorum habitet n *c.* 2. 16. Malus non est *quis*, sed *quasi* quis

Et in tabernaculis eorum non sit, qui inhabitet.) Scilicet, de Judæis. Breviùs Petrus *m*: *& non sit, qui inhabitet in ea*, nempe, commoratione, seu habitatione, & loco, qui priùs inhabitabatur. Fit sæpè, quod Hugo notat, ut in amplis domibus palatiisque divitum, præsertim usurariorum, & raptorum, nullus post mortem ipsorũ habitet. Subtilius illud sed minùs solidum quum dicicitur, non essequi inhabitet, verum esse etiam, quum est qui habitet, si sit malus, eo quòd malus non sit quis, sed quasi quis, juxta Isaiæ *n* verba: *quid tu hic, aut quasi quis hic?* &c. Significat Esaiæ locus, quid tibi hic negotii est? quemnam hic habes & in cujus gratiam hoc illudve agis? vel quid hoc loco facultatum habes? quis hæres erit tibi? quasi diceret, & ipsum cum facultatibus, & universam familiã inde transferendam, frustraq; de condendo sepulchro esse sollicitum, ut statim ibidem subdit Propheta. Hoc moneo, ne quis ad ejusmodi tropologias avidiùs inhiet. Legendi topograph locorum sanctorum: de miserabili autem Jerosolymorum excidio præter Josephum, etiam Hegesippus, Hieronymus o Hic ait de ruinis, & cineribus in Æliam ab Ælio Adriano suscitatam, & tantam calamitatem, adeoque diuturnam ad mundi usq; finem duraturã captivitatem demonstrat à Judæis tolerari, ob sangui-

Jerosolym. excidium, quale & quantum
o *ep.* 129. *ad Dardanum & 27.*

r *Mat.* 23. 38
s *Luc.* 19. 43. 44.

guinem illius, quem ipsimet *super se, & filios* imprecati sunt *a*; & quia se *non nisi Cæsarem habere regem* professi *b* sunt, cui Cæsari quum scribit servituros, donec *introeat Gentium plenitudo*; intelligit non habituros principem proprium, sed sub Cæsare futuros, vel sub aliis, quorum si politici sint, primus Cæsar est.

a Mat. 27. 25
b Joan. 19. 15

Vers. 27.) Quoniam quem tu percussisti, persecuti sunt, & super dolorem vulnerum meorum addiderunt,

Vers. 28.) Appone iniquitatem super iniquitatem eorum: & non intrent in justitiam tuam.

Vers. 29.) Deleantur de Libro viventium: & cum justis non scribantur.

Sensus loci. OMissio, ut ferè adhuc feci, vel posito litterali sensu primo, ac rudi de persecutoribus aut Davidis, aut populi captivi, pergere intelligimus in sua Christum contra Judæos imprecatione, & prædictione. Ait nihil se abhorrens ab æquo & justo optare: quia per summam inhumanitatem isti non modò compassi non sunt, tot modis ac tam dirè afflicto, prout Pater permiserat, quem alloquitur, sed hac abutendo permissione, transilierunt cunctos crudelitatis limites, addentes afflicto afflictionem. Nam calumniis, convitiisque affecerunt in ipsis cruciatibus constitutum: extinctum, lancea vulneraverunt: jam redivivo non pepercerunt; quin furto sublatum persuaderi vellent, pecunia milites corrumpendo *c*: post ejusdem ascensionem, ab illius persequendis discipulis numquam destiterunt. Quare merentur, inquit, exigitque justum judicium tuum, Pater, ut in alia & alia labi eos peccata sinas, quæ *impleant semper d*, novasque veteribus iniquitates accumulare; &, ut quasi *duplici contritione conteras* illos, ac magis magisque vexes. Unde fiat, ut justitiæ tuæ doni non sint participes, neque justificentur, nec misericordiam & clementiam tuam (justitia enim non numquam sic accipitur) experiantur, sed qui ex justis descenderunt, exque populo Dei cultore, atque beneficiis divinis affecto, deinceps Deum vera fide minimè cognoscant, & colant, indigni habeantur honorifica illa populi Dei appellatione, ac benevolentiæ favore; quem justis exhibuisti: compellantur, velut ex albo viventium deleti, mori violenta morte; quodque deterrimum est, intelligant ceteri illos non esse inter electos, prædestinatos, conscriptos ad vitam æternam; verùm ex numero præscitorum reproborum, damnatorum. Continet strictim hæc paraphrasis meliores & communiores expositiones, seu ex pluribus unam componit; quæ idcirco magis per partes tractanda est.

c Mat. 28. 12
d 1. Thes. 2. 16
e Jer. 17. 18

Quoniam quem tu percussisti, persecuti sunt.) In Psalterio Romano additur, *ipsi*, & *me*. In Gallicano, & apud Augustinum, & alibi apud Hieronymum *f* pronomen, *ipsi*, quod etiam habent biblia Latina Regia, & Complutensia, & in textu Græco est αὐτοί. Pater percussit filium, ut Esaias *g*, & Zacharias *h* docent, nec pepercit, ut scribit Apostolus *i*; non tantùm, ut Augustinus, & alii volunt quum fecit ut carnem sumeret, ac mortalis esset; qua in re nihil peccatores operati sunt, etiamsi pro illis incarnatio fit: facta, sed ratione omnium omnino tormentorum, & injuriarum, quas accepit Christus à Judæis, & Pater per Judæos fecisse ac intulisse censeri potest, etiam quum, non miteſcentes dira flagellatione, & coronatione, ut futurum sperabat Pilatus, importunissimis clamoribus popoſcerunt ad crucem: præterea quidquid eidem, & adhuc in eadem cruce viventi. & postea contigit, ut lanceæ vulnus, & calumniatio resurrectionis (de hac Hesychius, Nicephorus, Hilarius: de illo Isidorus *k*: Hugo de utroque: immò & membris ipsius mysticis Apostolis, & discipulis, cunctisque Christianis (de quibus Hieronymus. Lyranus) à percutiente Patre profectum eadem ratione est, quatenus absque permissu ejusdem non fuisset: & ille id retulit ad salutem nostram. Malitia Judæorum, qua Deus usus est bene, atque perversa voluntas, iniquissimusque adversus Christum animus, persecutio quædam fuit, ad percussionem Patris adjecta.

f in c. 10. Isa & c. 13. Zac.
g c. 53. 4.
h c. 13. 7.
i Rom. 8. 32.
k de nativ. Dom. c. 47.

Hic item sensus commodus, ut percussum à DEO persequi, fuerit, præ se ferre, fingere, gloriari etiam, quod justam causam haberent persequendi, velut ministri Dei, eum, cui jam Deus esset infensus, & quem percuti ab aliis vellet. Ejusmodi de Job amici illius habentes Judicium, quem tetigerat Dei manus, & percusserat, persequebantur eum sicut Deus, quasi videlicet, sese hac in re, dum amaris ipsi loquebantur verbis, Dei conformarent voluntati, ac ejusdem instinctu ita malè veterem amicum tractatent; quum è contrario, idem Job bene sibi conscius, quereretur illos eruare, nec ut Deum, qui tentandi causa percutiebat, revera persequi, licet videri vellent se propterea id facere, quòd existimarent non tentationis, at pœnæ nomine luere talia tormenta *l*. *Miseremini mei, miseremini mei*, dicebat patientissimus, nec sine querimonia justa, Job, *saltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me, quare persequimini me sicut Deus?* &c. Tangebat etiam Jobum Deus, & percutiebat non per satanam dumtaxat, sed persequentes amicos: at hi putabant se justè persequi, quem Deus ut reum percuteret, & simul se innocentes esse, ut ipsis idem liceret, quod Deo, qui nihil habet vitii. Sic quidem Gregorius *m*, quamvis aliter alii. Ideſt *obsequium* arbitrati *se præstare Deo*, ut Christus *n* loquitur: etsi in eo ipso hallucinentur, & peccent. Hac de re diximus versu 22. ex Athanasii *o* sententia. Deus ipse Assur, quem vocat *virgam furoris sui, & baculum, & indignationem in manu sua*, reprehendit, quia *non ita arbitrabatur*, & existimabat, ideſt, non eo fine, quem Deus intendebat, percutiebat *p*: præterea *q* Chaldæis quòd *aggravarent jugum* populi captivi, cui iratus fuerat, nec *ponerent ei misericordias*: & apud Zachariam *r*, quod *iratus esset parum, alii juvissent in malum*. Dixit item quidem Propheta Odeb exercitui venienti de Samaria, malè facere, qui ab irato Deo traditum Judam *occiderent atrociter, ita ut ad cœlum pertingeret eorum crudelitas s*. Ineptissimi, ac impiissimi Canani, seu Cajani, Judam proditorem adorabant proditionem ingens beneficium reputantes, & asserentes præciviſſe quantum profuturam esset humano generi passio Christi, eaque de causa Christum ad occidendum tradidisset *t*. Honorabat Cherinthus eumdem *u*. *Non consurgit duplex tribulatio x*; nec punit bis Deus in idipsum: nec addenda afflictis afflictio, seu flagellatis, & in uno afflictus, relevandus est in alio, ne detur afflictio afflicto *y*: *nec exasperandus pauper in inopia sua*, vel *cor inopis affligendum z*. Contrarium faciebant qui percussum persequebantur, & super dolorem vulnerum addebant, & *parietem inclinatum maceriamque depulsam* impellebant *a*, & gaudebant *in casu*, & *in ruina* exultabant *b*, tantùm abest, ut *mœrenti siceram, vinum darent ei, qui erat amaro animo, ut oblivisci possit egestatis, & doloris c*. Percuti Pater, persequitur hostis: & Christi Pater tradidit eum *d*, ipseque seipsum Christus *e*, inquit Augustinus *f*, in eodem facto Deum laudamus, Judam detestamur, quia non pro nobis, sed pro argento, quo vendidit eum. Colligere demum debemus cum Hieronymo *g*, si proprio filio non pepercit Pater, sed percussit, sed tradidit pro nobis, etiam tradere justos passioni: dolorem enim facere, & reddere pristinæ sanitati.

l Job. 19. 21.
m ibid. l. 14. mor. c. 24 vel 15.
n Joa. 16. 2.
o Ser. de pass.
p Esa. 10. 5. 6. 7.
q c. 47. 6. 7.
r c. 1. 14. 15.
s 2. par. 28. 9. Judæ proditoris adoratio a quibus & cur.
t August. de har. c. 38. & Philaster.
u Prateolus.
x Nahum. c. 1.
y 7. q. 1. c. 2. ex Gregor. l. 2. ep. in 5. & D. l. 23. tit. 3. de ju. dot. jur. & D. de cond. ob caus. l. si pecun. § ult. & de offic. præsi. l. Div. & C. de ep. aud. l. 1 & dementis.
z Eccl. 4. 3. & pſ. 61. 4.
a Pr. 24. 28.
b Pro. 31. 6.
c Rom. 8. 32.
d Eph. 5. 2. 25.
e in pſ 113.
f in c. 19. Eſ. Deus dolorem facit, & reddit pristinæ sanitati;

Et super dolorem vulnerum meorum addiderunt.) Hieronymus, & *ut affligerent vulneratos tuos, narrabant*. Alii, & *de dolore vulneratorum tuorum narrant*, vel, & *super dolorem vulneratorum tuorum addiderunt*, legerunt, ut putat Agellius, LXX. pro יִסְפּוּ *jsapperu*, *narrabunt* וְסִפְּרוּ *iasephu*, *addent*, seu, sumto futuro pro præterito, *addiderunt*, demta littera (ר) *resch*: & pro תַּלְמִיד חֲלָלַי *chalalecha chalalai* ablato (ר) *chaph* finali. Sunt autem חֲלָלִים *chalelim*, *vulnerati*, vel *occisi*. Narrare dolorem vulneratorum Dei, vel de dolore eorum, est vel gloriando referre, quòd hi à te vulnerentur, quos jubet Deus vulnerari, quasi zelo id facias, vel jucundè, ac nugando recitare, quæ illi tollerent (id R. Esaias Tranensis docet:) vel consilium inire, quo pacto augeas dolores vulneratorum à Deo: vel hoc ipsum deliberare, sed ita ut *vulnerati Dei* dicantur, non quos

ipse

ipſe vulneraverit, ſed qui ſub ejus veluti vexillo, propterque ipſum vulnerati ſint, ſicut verſu 34. *vincti Dei* appellantur, & *vinctum Chriſti* Paulus *a* ſe nominat. Et ita etiam priora verba, *quem percuſſiſti*, poſſent intelligi de illo, qui ipſius Dei cauſſa ſit percuſſus. Fieri poſſet ut LXX. item reddiderint non τραυμά των *vulnerum*, ſed τραυματιῶν *vulneratorum*, ſicut apud Eſai. *b*, *multiplicabuntur interfecti à Domino*, τραύματα, qui etiam ſunt *vulnerati*, Heb. ibidem חללים *chalelim*. Habita ratione ſenſus, *dolor vulnerum meorum*, ſignificat dolorem, qui excitatur ex vulneribus meis: & ſi dicatur *dolor vulneratorum tuorum*, ſignificat dolorem, qui in membris meis eſt, quæ tua quoque cenſentur per communicationem corporis myſtici, & *vulnerata* nominari poſſunt, Alioqui dicas legiſſe Lxx. חלולותי *chalilothi*, ſi repereris in hac notione. Richardi Cenomani ſententia quoque probabilis, ut יספרו *ieſapperu*, quia *numerare* ſignificat, rectè *addendi* verbo expreſſum ſit, quum numerus creſcat per additionem, & addat, qui numerat. Vult etiam חלליך *chalalecha* indiferens eſſe ad vulneratos, & vulnera. Super dolorem vulnerum Chriſti quid, vel qui, vel quomodo ſit additum, conſtare ex dictis poteſt. Tolerare poſſumus, ut per accommodationis ſenſum, præter inimicos, de quibus propriè ſermo eſt, hoc feciſſe dicatur etiam Petrus, quum negativit *e*. Quod autem indefinitè ponitur, *addiderunt*, emphaſim habet, quaſi non ſatis declarari valeat quid, & quantum ſit. Quemadmodum eadem de cauſſa dictum notavimus verſu 20. *tu ſcis improperium meum*, &c. quia nequeat ab alio perfectè ſciri, ac æſtimari, quàm ab ipſomet Deo. Ut idcirco jubeat nos Paulus *d recogitare* ὁ᾽ναλογίζασθαι eum, qui talem ſuſtinuit à peccatoribus adverſum ſemetipſum *contradictionem*, ἀντιλογίαν. Innuit verbum Græcum iterum iterumque, ac ſæpius cogitare, atque etiam cum quadam analogia, & comparationem. Denique *vir* erat Chriſtus *dolorum*, & *ſciens infirmitatem e*, Affinem lego in Job ſententiam, ſed quum de ſe, ac de Deo loquitur *f*: *circumdedit me lanceis ſuis, convulneravit lumbos meos, non pepercit, & effudit in terra viſcera mea: concidit me vulnere ſuper vulnus*. Uſurpat Iſidorus *g* cum noſtro locum illum de vulnere lanceæ, ſicque additum aliquid ſuper dolorem vulnerum aliorum, ſæviendo etiam in mortuum. Propterea canens Eccleſia *mucronem duræ lanceæ* nominat. Quadrant item Chriſto Jeremiæ *h* verba: *dolor meus ſuper dolorem, in me cor meum mœrens*: videlicet *quia non eſt dolor ejus i*. Etſi porrò Theoderetus hoc loco iſta omnia aliter accipiat cum Theod. Mopſueſteno quem non citat, quam de Chriſto, tamen de Chriſto etiam ſumit in dialogo primo, cum Irenæo *k*, cujus utitur teſtimonio, ut doceat paſſibilem fuiſſe:

Appone iniquitatem ſuper iniquitatem eorum.] Hieronymus, *da*. Id ſignificat תנה *thenah*, vel *pone*. Senſus eſt, ut permittat Deus lapſum de peccato in peccatum, ne efficacem gratiam conſequantur, qua de facto pœniteant, ſed det *in reprobum ſenſum l*, ſinatque incidere *in laqueos diaboli m*. Peccatum peccati poteſt eſſe pœna, ut Thomas docet *n*, ut non ſolum permittat Deus, aut ſubtrahat abundantius auxilium, ſed etiam quodammodo poſitivà, illa etiam beneficia conferendo, quibus aliquem ad peccandum ſcit abuſurum. Verùm hoc alibi exactius tractavimus. Hoc eſt *offendiculum*, quod iniquitatem faciendi *poſiturum* ſe minatur Deus *o*. Lege Auguſtinum *p*, & Gregorium *q*, & Iſidorum *r*. Vidimus etiam aliàs nomen *iniquitatis* pro pœna ipſius uſurpari. In iſto ſenſu apud Ezechielem *ſ*, Deus minitatur, *iniquitatem*, *iniquitatem*, *iniquitatem ponam in ea*, ideſt, obliquitatem, & curvitatem עוה *hhaual*: quod explicant *t*, de inclinatione regiæ dignitatis, ut cidaris recta inſigne illius, evadat incurva, in ſymbolum ſervitutis. *Portare iniquitatem u*, eſt, ferre pœnam, & ſupplicium. Ita dicitur, quòd *major effecta eſt iniquitas filiæ populi Jeremiæ, peccato Sodomorum* (ſupplicio) *quæ* (Sodoma) *ſubverſa eſt in momento x*, & Pythoniſſe verenti divinare, dixit Saul, *non eveniet tibi quidquam mali* (עון *hhauon*, *iniquitatis* (*propter hanc rem y*. Euthymio placet hic ſenſus, & Nicephoro: priorque teſtatur eſſe multorum. Eundem amplecti tur Baſilius. Theodoretus, & de recentioribus, Vatablus, & Agellius: item Gloſſa interlinearis, ac Trevetus, qui per equutiones iniquas interpretantur. Juxta priorem ſenſum cenſeri poteſt hæc *plaga inimici*, & *caſtigatio crudelis*, & *inſanabilis dolor z*, & *duplex contritio*. qua Deus *conterat a*, debellans, *converſque in inimicum b*, & permittens ut ſis *contra Dominum ſemper* *, & *addas prævaricationem c*. Huc refert Gregorius *d*, præſentem quoque uſurpans locum, quòd Amorrhæorum nondum *complete* ſcribuntur *iniquitates e*, & quod aliorum peccata plura *inundaverant ſ ſanguiſque ſanguinem tetigit f*. Adjice, quos ait Paulus *g*, *proficere in pejus h*, & *implere peccata ſemper*: item, *ut qui nocet, noceat adhuc*, & *qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc i*. Præterea poteſt ſumi de Judæis implentibus *menſuram patrum ſuorum k*. ut quemadmodum Prophetas, ita occiderent Chriſtum; & poſteri prioribus in hac iniquitate ſimiles eſſent, perſequendo Eccleſiam; atq; ita *ſanguis Chriſti eſſet ſuper & ſuperipſos filios ſuorum l*. Indicant Ruſſinus, Caſſiodorus, Apollinarius, Gloſſa interlinearis alii, Auguſtinus *m*, qui hoc loco intelligit *appoſitam a Deo iniquitatem ſuper iniquitatem Judæorum*, quia excæcavit eos, ut putantes ſe juſtum hominem occidere occiderent & Dei filium: faſciculos alligandos ad comburendum, explicans de peccatoribus unius generis inter ſe conjungendis, monet. ne iniquitatem *apponamus ſuper iniquitatem*, nec addamus peccata peccatis.

Et non intrent in juſtitiam tuam.) Hieronymus, & *non veniant in juſtitia tua*. Alii, *ne ingrediantur ad juſtitiam tuam*. Ut ſit ſenſus ſatis communis, ne umquam eo perveniant, ut ſint participes juſtitiæ, atque abſolvantur, & juſtificentur, numquam fructu potiantur juſtitiæ divinæ. Gregorius *n*, *ut non intrent in juſtitia tua*, quo pacto videtur etiam legiſſe Auctor operis imperfecti *o*, ut quidem eſt in editione Latina. Græcam enim non licuit legere: ſed & neſcio an extet. Auguſtinus cum particula conjungente, ſed in ablativo etiam, *& non intrent in juſtitia tua*. Euthymius ac Nicephorus explanant, ne ingrediantur, ut juſtificentur à DEO, & conſequantur miſericordiam, quo modo illi, quibus dicetur *p*: *venite benedicti*, &c. Refert præterea Euthymius alio declarantes de Evangelio, quod *juſtitia* dicatur, quia omnes æque vocat ad ſalutem, omneſque ſuſcipit, qui ad illud accedunt. Eodem ſpectat Hilarii mens, ne concorporales, & comparticipes Chriſto fiant, *qui nobis juſtitia, ſanctificatio, redemtio à Deo factus eſt q*. Caſſiodorus addit, ad *intrandi* reſpiciens verbum, ut non ſit participatio hæc in illo regno juſtitiæ, nec ad illud perveniant, Innuit ejusdem verbi vim, illud, quod ajebat Euthymius de invitatis benedictis ad regnum; quum ſcilicet etiam cuivis dicetur *r*, *intra in gaudium Domini tui*. Rectè *juſtitiæ* regnum nominatur, ubi *rex noſter Melchiſedech* rex juſtus *ſ*, qui ſibi naturali jure debitum regnum novo jure comparavit, ubi perpetua cum pace (quam *Salem*, cujus idem *rex t*, ſignificat juſtitia, ſine periculo ullius iniquitatis, ubi cuique redditur *corona juſtitiæ u*; ubi nemo admittitur, niſi legitimè ac juſtè certaverit. In pſal. 117. *x*, *aperiri ſibi portas juſtitiæ* flagitat David, *ut ingreſſus in eas confiteatur Dom.* vocatque *portas Domini*: & ait, quod *juſti intrabunt in eam*. Intelligit quidem de Jeruſalem, quæ *civitas juſtitiæ* appellabatur *y*; ſed ſub eo typo Eccleſiam quæ vocatur *civitas juſti z*, & per cujus portas ingreditur *gens juſta cuſtodiens veritatem*. * Quod verum eſt, quatenus extra Eccleſiam vera juſtitia ſanctificans non eſt: licèt in eam ingredi poſſit etiam non juſtificatus (quidquid minus cautè oppoſitum dicat Agellius) *a*, ſeu is quoque, qui adultus baptizatur fictè. Laudo quod idem auctor ait *intrare*, & *ingredi in portas*, vel *aperiri portas juſtitiæ*; aut *in juſtitiam intrare*, & *ingredi*, eſſe idem poſſe, quod facultatem dari contemplandi, æſtimandi, verbis etiam celebrandi juſtitiam DEI, quod facere, & eam *enarrare* vetatur peccator *b*, & quem dixit David, facturum ſe profitebatur, ut ſcilicet *introiens in potentias DOMINI recordaretur juſtitiæ ipſius ſolis c*, qui dici quoque *introitus in ſanctuarium* poſſit *d*. Alius dicendi modus non improbabilis traditur ab eodem Agellio in iſtius pſalmi noſtri commentario, *juſtitiam* pro clementia, & miſericordia, quod non infrequenter alibi fieri vidimus, accipiendo, ut poſtulet DAVID ſeu ſuo, ſeu CHRISTI nomine, ne inhumaniſſimi ac ingratiſſimi hoſtes tractentur à DEO, ut ſolet quos favore proſequitur, μὴ τύχωσιν ut Baſilius, aut potiùs Theodore-

a *Eph.* 3. 1. *c.* 4 1. 2. *Tim.* 1. 8 *Philem.* v. 1. 9.
b *c.* 66. 10.
c *Mat.* 26. 70. & *ſeq.*
d *Heb.* 12. 3. Ἀναλογίσασθαι.
e *Eſa.* 53. 3. *&.* 16 14 15.
f *de nativ. Dom. c.* 47.
g *c.* 8 18.
h *Thren.* 1 12. Theodoreti de Chriſti loci acceptio, in uno loco, & in altero, non
i *l.* 1. *c.* 32. Senſus loci.
k *Rom. c.* 28. m 1. *Tim.* 3. 7. Peccatū peccati pœna eſſe potuit.
l 2. Theſſ. 2. 11.
m *Ezech.* 3. 20 Nomen *iniquitatis* pro pœna ipſius uſurpatum.
n *q.* 18. *in Exod. & q. contra Jud. & de grat. & l. ar. c.* 11.
o *hom.* 11. *in Ezec. &* 25 *mor.* 9. *vel* 12. *Portare iniquitatem* pro ferre pœnam & ſupplicium
p 2. *de ſumm bono c.* 19. *Ser.* 21. 27.
q *Prad. noſter ibid.*
r *Ezc.* 14. 10
s *Thren.* 4. 6.
t 1. *Reg.* 28. 10.

a *in* Pſ. 117.
b Pſ. 49. 16.
c Pſ. 70. 16.
d Pſ. 72. 17.

z Jer. 30. 14. 15
a *c.* 17. 8.
b *Eſa.* 63. 10
* Pſ. 108. 15.
c *Eſa.* 15.
d *Hom.* 11. *in Ezec.*
e Gen. 15. 16.
f *Oſea.* 4. 2.
g 2. *Tim.* 3. 13.
h 1. *Theſſ.* 2. 16.
i *Apoc. ult.* 11.
k *Matt.* 23. 32.
l *Mat.* 27. 25
m *ſer.* 39. *de ſanctis*.
n *hom.* 11. *in Ezech.*
n *hom.* 34. *in Matt.*
p *Matt.* 25. 34. *Evang. Juſtitia* dictum, & cur
q 1. *Cor.* 1. 30.
r *Mat.* 25. 21. 23.
ſ *Heb.* 7. 1.
t *ibid.*
u 2. *Tim.* 4. 8.
x v. 19. 20.
y *Eſa.* 1. 26.
z *ibid.*
* 60. 26. 2.

doretus loquitur, τῶν ἀγαθῶν ἃ τοῖς δικαίοις ἐπέμενε, *non consequuntur bona, quæ justus tribuit*: non cententur (quod sequentia clariùs exprimunt) numero eorum, qui ut Euthymius ac Nicephorus scribunt, συγχώνται ἐλέους, *consequuntur misericordiam*. Sic illud in JOB *a*, quod Latinè legimus de *nocte*, vel *die, qua natus est, nec numeretur in mensibus*, Hebraicè habetur, *in numerum mensium non veniat*, vel, *intret* יתחים אליבא במספר *bemispar ierachim al iavo*. Nec sperno Trevetum declarantem, ut ab iniquis persecutoribus permittat Deus persecutionem pati persecutores iniquos, nec per justitiam suam liberet eos ab iniqua persecutione, Præferenda communior primo loco allata expositio; cui nonnihil favet Chaldæa paraphrasis: *& non mereantur intrare in Ecclesiam justorum tuorum*. Ex eo autem, quòd quis privatur fructu justitiæ, ut ne justificetur, sequitur ut non etiam in locum justis destinatum, seu beati. Id innuit Apollinarius etiam:

μηδὲ δικαιοσύνη πίστιν σέο θῶκον ἱκέσθαι·
neque justitia freti tuam sedem ingrediantur.

a c. 3. 6.

Celebrorũ scripturæ locorum unus

Deleantur de libro viventium, & cum justis non scribantur.) Celebriorum scripturæ locorum hic unus est, ut & disputatio de libro vitæ, paullo quidem solito accuratiùs, sed non scholastico tamen more tractandus. Disquirendum quis *liber vitæ* sit, aut *viventium*: quo pacto deleri quis ex eo possit: an sit idem *cum justis scribi*, & *in libro viventium*: *deleri*, & *non scribi*: vel utrum nondum scriptus deleri dici possit, & deleri verè valeat qui sit semel scriptus. Ut ordiar à faciliori, arbitror esse hoc loco synonyma *deleri*, & *non scribi*; ac proinde non oportere antea scriptum esse, qui *deleri* dicatur. Tunc autem deleri aliquem, erit indignum esse; qui scribatur, & declarari, ac innotescere aliis, quòd non sit scriptus, qui alioqui capax esset ut scriberetur. *Liber vitæ, viventiumve* (חיים *chaijm* enim utrumque significat) non est cœlum, in quo sint futuri omnes eventus descripti, ac notati, & in quo tamquam in tabulis legerit Jacob, quæ filiis vaticinatus est, ut etiam videtur Origenes *b* existimavisse: non minus erroneè, quàm fabulosè, deprompens ex apocrypho libro, cui titulus; *Narratio Joseph*. Alius in scriptura liber vitæ temporariæ extat, qui est veluti catalogus vivorum, quum quis versetur ac numeretur inter vivos. De hoc locutum libro Mosem putant, quando nisi exoraret pro populo veniam, deleri se petebat *de libro vitæ, quem scripserat Deus c*, hoc est, tolli de mundo, & desinere in vivis esse. Tertius liber ad præsentem quoque vitam spectans, erat, in quo censebantur hi, qui terram viventium dictam incolebant, nempe, ut aliàs dixi, promissam. Indicat Esaias *d*, quum scribit: *& erit omnis, qui relictus fuerit in Sion, & residuus in Jerusalem, sanctus vocabitur, omnis, qui scriptus est in vita* (לחיים *lachaijm*, *ad vitam*: aut *ad viventes*) *in Jerusalem*. Quamvis Paraphrastes exprimat vitam æternam: & esse hic illius typus possit; vel etiam congregationis sanctorum in hac vita degentium, videlicet Ecclesiæ, qui sunt alii duo libri. Crebra *libri vitæ*, qui *agni* quoque dicitur, mentia in Apocalypsi *e*, interdum in epistola Pauli ad Philippenses *f*, & apud Danielem *g*; Christus etiam *h* vocat *nomina scripta in cœlis*. De eodem autem illo typico libro est præterea illud in Ezechiele *i* comminatorium testimonium: *in concilio populi mei non erunt, & in scriptura domus Israel non scribentur, nec in terram Israel ingredientur*. Sextus liber est universalis cognitio, scientiave DEI, quam dicunt visionis, in quo libro cuncti scribuntur, & boni, & mali, ut est in psalmo 138. *k*. Septimus de scientia ejusdem DEI dici potest, sed approbationis, quæ solos justos comprehendit, qui omnes secundùm præsentem justitiæ statum approbantur, *novit enim Dominus viam justorum l, & qui sunt ejus m*, quamvis possent hi loci de libro prædestinationis etiam intelligi. Octavus, in quo præclara facinora illustrium virorum, & justorum conduntur, qui vocatur quoque *liber justorum n*.

Ultimus denique liber, aliis promissis ad rem non ita facientibus, de prophetia, evangelio, mysteriis *o*, Christo ipso, æterna beatitudine *rationem* vocari potest, in quo cujusque acta bona, mala, continentur, de quo Joannes *p*, & Daniel *q*, sive conscientiæ sint singulorum, sive quid aliud. Disputat ex professo B. Thomas *de libro vitæ*. Docet *r librum vitæ* in Deo esse notitiam, qua retinet firmiter se aliquos prædestinasse ad vitam æternam, sicut Scripturæ sacra, *describi in tabulis cordis*, quæ altè infiguntur in memoria. Ait deindè *s*, propriè solos electos scribi, non autem omnes justos, qui possunt esse, suntque ex numero reproborum, quia etiam apud homines hi solent tantùm scribi, qui ad certum finem eliguntur, verbi gratia, milites ut pugnent, non ut armentur dumtaxat. Concedit tamen, *u* justos omnes aliquo modo in libro vitæ æternæ scribi, quia quamvis non omnes hanc habituri sint, jus ad illam habent in causa, idest, in gratia: Id præstat simpliciter fateri solos prædestinatos in æternæ vitæ libro scriptos esse. Nam disertè negantur in Apocalypsi *x scripta in libro vitæ nomina à constitutione mundi*, id-est, ab æterno, illorum, qui damnantur, quia vix concipimus aliquid ante constitutionem creationemque mundi diuturnius. Quo modo etiam *CHRISTUS* in judicio dicturus est *y*, *possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi*, hoc est, ab æterno; sic scripti deleri numquam possunt. Nihilominus oratur hoc loco, ut quidam deleantur, idest, Augustino interprete,) qui præcisè negat scriptum numquam deleri; argumentans à minori, ex verbis Pilati *z*, *quod, scripsi, scripsi*,) ut constet illis, se ibi non esse, quemadmodum sibi persuadebant, neque cum justis, seu electis, scriptos. Idem est, si dicas cum Ambrosio *a*, & aliis, ut illud ipsum aliis innotescat, qui putabanti illos esse justos, ac in vitæ libro scriptos. Ad quem ipsum modo licet aptè interpretari promissum DEI, non deleturum nomen *de libro vitæ b*, quoniam daturus est perseverantiæ donum, & faciet ut intelligant alii beatitudinem ipsius, & firmiter ac immobiliter fuisse scriptum in libro vitæ, etiamsi hoc sit commune cuivis, qui sit semel in eo scriptus. Lege Augustinum & hic, & in opere de DEI civitate *c*, distinctionem multiplicis libri vitæ apud Euthymium in hoc loco: tractationem de reipsa tum quam instituunt Scholastici ad 24. quæstionem primæ partis, præsertim Suarez *d*, tum Enarratores Danielis, Apocalypsis, epistolæ ad Philippenses, Lucæ, Exodi, quorum indicavimus testimoniis: ex his in primis consulendus Ribera *e*, & Pererius *f*. De Mose quod attigi nonnullos existimare, quum petiit nisi Deus populo dimitteret noxam; ut ipsum *deleret de libro suo, quem scripserat*, idest, ut mori præoptaret, opinio est Euthymii in istius psalmi commentario, atque Genebrardi; præterea Origenis *g*, Gregorii *h*, Hieronymi *i*. Videtur verò Moses idemmet desiderium moriendi explicatius iterum protulisse, quum detrectans onus gubernationis; *sin aliter k*, ait, *tibi videtur, obsecro ut interficias me, & inveniam gratiam tuam, ne tantis afficias malis*. Meritò potior judicata à Pererio *l* nostro hæc inter decem interpretationes, quas de priore dicto illo Mosis recenset, quas attingit etiam Ludovicus Ystella *m*. Ita quoque Hier. *n* intellexit optasse Paulum *anathema esse Christo pro fratribus*. Quidquid sit de Mose: vel Paulo hunc autem placet magis loqui de se, quum adhuc esset Judæus & zelator supra modum legis, omninoque vellet anathema esse, atque separari à Christo, & ejus doctrina, discipulique, ut explicant Hieronymus in expositione Pauli, & Anselmus, & Cajetanus, præterea Bartholomæus Camerarius *o*, & noster Vasquez *p*) noster hic locus, aut explicandus est de vita temporali, præsertim quæ degebatur in terra promissionis, dici solitâ nomine *terræ viventium*: vel de vita æterna beatorum. Primum afferunt Didymus, & Euthymius, & facilè defendi potest. Secundum plures asserunt: & declarari debet eo modo, quem diximus de *libro vitæ*, ut sumitur pro prædestinatione. Nisi etiam velis *librum vitæ* sumere, ut dicitur secundum quid de justis qui excident à justitia, & sunt reprobi: quo modo *deleri* dicuntur, quia pro uno tempore judicati digni æterna vita, pro alio videantur indigni, quod aliqui explicant per librum scriptum foris, ita ut qui sunt in libro scripto intus, non possint deleri. Sed hoc minùs propriè dicitur; ut citati demonstrant, Ribera, Vasquez, & præterea Mazzarinus *q*. De prædestinatione eadem nonnulli *r* psalmi 39. *s*, verba interpretantur

Liber vitæ, viventium, & deleri e libro vitæ, aut in eo non scribi quid sit.

Origenis erronea opinio.

b 2. *Cont. Celsum & in Gen. & apud Euseb. 6. de prapar. c. 9.*

De quo libro vitæ deleri Mosem petiisse nonnulli volunt,

c Exod. 32. 32.

e c. 3. 5 c. 18. 8 c. 17. 8. c. 20. 15. c. 21. 27.

f c. 4. 3.

g c. 12. 1.

h Luc. 10. 20

i c. 13. 9.

k vers. 16.

l Ps. 1. ult.

m 2. Tim. 2. 19

n Josue 10. 13. 2. Reg. 1. 12.

o Ecc. 24. 23

p Apoc. 10.

q c. 7. 10. 1. p. q. 24. r art. 1.

s D. 33. In libro vitæ qui scripti propriè dicantur. t art. 1. u art. 3.

x cap. 27. 8.

y Matt. 25. 34.

Neminem in libro vitæ scriptum unquam deleri.

z Ioan. 19. 22

a in c. 3. Ap.

b Apoc. 3. 5

c lib. 20. c. 15

d 1. p. l. de eff. prædest. c. 20

e in Apoc. c. 8.

f ib. dist. 70. 8. 9. in Dan. l. 15. & in epist. ad Rom. c. 9. disp. 4.

g in c. epist. ad Rom.

h 10. mor. c. 7

i ep. 151. q. 9.

k Num. 11. 15.

l in c. 9. epist. ad Rom. disp. 4.

m in Ex. c. 32.

n Sup. q. 6.

o dialogo cathol. c. 6.

p 1. p. q. 24. a. 3.

q in Ps. 50. disc. 24.

r Molina, & Valent. in 1. p. q. 24. Arm. in Ps. 30. Aug. vel Ticon. hom. 4. in Apoc. Rup. in Epist. 33.

s vers. 1.

tantur, *in capite libri scriptum est de me*, quòd Christus fit prædestinatorum primus. Quocirca non adeo probabilis, quam innuit Hilarius, & Hieronymus, opinio, sermonem hìc esse de libro, quem notavimus vocatum *justorum*, in quo egregia illustrium virorum facinora continerentur, vel in quo populi duces, scriberentur. Nec satis Theodoretus cohæret secum, dum imprecationes istas ait esse Judæorum captivorum contra Chaldæos, sive Babylonios. Nam istos ferè certum erat ab æterna vita futuros alienos, ita ut id prædicere supervacaneum esset. Non etiam suberat causa iisdem imprecandi, ne in promissionis terram venirent, quibus multo gratius erat habitare in propria.

Deleantur de libro viventium.) Dixi potuisse verti, *vitæ*, quia חיים *chajm* valet utrumque. Sciendum præterea, *librum*, qui cum addito *vitæ* nomine dicitur, ut prædestinationem significat, vel etiam *agni vitæ*, quandoque in eadem significatione poni absolutè, ut apud Danielem *a*, *salvabitur populus tuus omnis, qui inventus fuerit in libro*: nec non juxta quorumdam sententiam in Exodo *b dele me de libro, quem scripsisti*, item quem vocat Malachias *c librum monimenti*, ut placet Cyrillo Alexandrino *d* qui addit ex psalmo 138. *e*, *in libro tuo omnes scribentur*, qui tamen videtur generalior liber. In singulari numero, & seorsim nusquam videtur *liber* à Scriptura sacra usurpatus in malam partem, ita ut præcisè significet librum mortis. Sed liber, in quo *omnes scribi* dicuntur *f*, non minùs comprehendit reos damnatosque ad mortem, quàm justos, & prædestinatos. Plures libri aperiendi, ex quibus judicandi sunt mortui *g*, mortui, inquam, secundùm corpus; qui suo tempore resurgent, denotant simplicem in se notitiam, ac infallibilem Dei, virtute multiplicem, de operibus bonorum, & malorum. Quo fit, ut admitti possit in Deo non tantùm *liber vitæ* pro electis, sed *mortis* etiam pro reprobis, quia Deus in seipso veluti in libro legit utrorumque opera. Favent huic loquendi modo Nazianzenus *h*, Basilius *i*, Euthymius *k*, Hieronymus *l*, Augustinus *m*. Liber mortis potiùs attribuitur diabolo accusatori, & instigatori malorum, ut idem Hieronymus subnotat *n*: propterea que nomina electiorum *in cœlis o*, reproborum *in terra p*, scribi dicuntur. Postremò electi omnes sunt in uno libro vitæ, idest, in præscientia, & prædestinatione Dei, qua elegit, & ordinavit eos ad vitam: & judicandi tamen dicuntur ex libris, idest, ex notitia, quam idem Deus habet de operibus bonis, quibus mercedem debitam reddet. Idem est, proportione quadam, de reprobis: nisi quod non solet appellari *liber mortis* ut appellatur *liber vitæ*, quum istorum, inquam, nominum adjectione, tametsi Sixtus Senensis *q* etiam de libro mortis contendat quod repugnat communi loquendi modo aliorum *r*. Eumdem Sixtum lege de vitæ & mortis libris diserentem. *Ultimum librum vitæ* pro beatitudine ipsa sumi confirmat auctoritate ejus, qui de triplici habitaculo scripsit, & dicitur Augustinus. Refert etiam fabulam ex Thalmud *s*; quodlibet anno Deum decem lunæ Septembris diebus scribere bonos *in libro vitæ*, malos in libro mortis.

Et cum justis non scribantur.) Idem hoc etiam dixi videri cum priore membro, ut præcedens affirmatio declaretur per hanc negationem; & *deleri de libro viventium* sit, non scribi cum justis, sive in libro illorum. Sic *deleri* non supponet antecedentem scriptionem, sed scriptionem non fieri, & excludi à prædestinatione, quam liber vitæ significat: ut verum sit positivè scriptum numquam deleri, & prædestinatum numquam excidere à prædestinatione. Illa expositio alia B. Thomæ *u* probabilis est, quam priùs quoque innui, *scriptum in libro vitæ* secundùm gratiam temporalem, deleri posse: non autem secundùm perpetuam, seu vitæ æternæ: ut tamen deletio fiat non per libri mutationem, sed conscriptorum in eo: quemadmodum nunc nescire dicitur Deus, quod antea sciebat, quia res mutatur, hoc est, in subjecta materia, nescire nunc esse justum, quem esse justum sciebat, quia ille peccando justitiam amisit. Hoc pacto posset præterea distingui *liber vitæ* à *libro justorum* ut ille prædestinatorum dumtaxat, hic esset omnium, qui aliquando sunt justi, & petatur in primo membro ut deleantur, seu non scribantur in libro prædestinatorum, sed deleantur nomina eorum in sæculum, & *in sæculum sæculi x*; in secundo, ut nec etiam in libro justorum. Intelligitur autem id in genere de rejiciendis Judæis, qui olim erant tamquam electione, & peculio Dei, non verò de singulorum reprobatione; quoniam semper aliqui ad Ecclesiam, & Christum convertuntur. Cyrillus *y* Alexandrinus insinuat intellexisse se locum istum de Judæis qui à Christi conversatione præ ignavia, extorres facti sunt, quam Hilarius in commentario nominat concorporationem: & hujusce rei typum ait fuisse, quòd censerentur olim soli masculi apud Hebræos, & numeri eorum ratio tantùm haberetur. Ex dictis Catherini *z* confutatur distinctio duplicis classis eorum, qui vitam sint æternam consecuturi, insigniorum Sanctorum, & aliorum plurium inferiorum, qui quamvis non fuerint prædestinati, sola nimirum Dei gratia electi; & non ob prævisa eorum merita, tamen felicitatem consequentur. *Soli, qui fuerint in libro scripti, salvabuntur a*, scripti verò, & prædestinati nihil differunt.

Libri nomen absolute quandoque pro libro vitæ. *b* c. 12. 2. *b* c. 31. 33. *c* c. 2, 10. *d ibid.* *e verſ.* 16. In malam partem nusquam usurpatum in S. scriptura. *f Pſ.* 138. 16 *Liber* in quo omnes scribi dicuntur, quid comprehendat. *g Deut.* 7. 10 *Apoc.* 20. 12 *Libri* aperiendi ad judicandos mortuos, qui. *h orat.* 9. *ad Julian. tribunorum ex æquat.* Liber mortis Diabolo attributus. *i in c.* 4. *Eſaiæ.* *k* ספר חיים, *line.* 7. *Dan.* *m ſoli c.* 26. *prohib.* *n Luc.* 10. 20 *o Jer.* 17. 13 *q* 2. *billioth. verbo*, mortis liber. *r ut Thom.* 3. *p.* 3. 25. *a.* 2. *ad* 3. 3. *hiſt.* 31. *q.* 2. *a.* 2. *q.* 2. *q.* 7. *de veriſt. a* 8. *Alenſ.* 2. *p. q.* 33. *m.* 2. *s Bona*, 4. *d.* 43. *Ultimus lib. vitæ*, pro beatitudine. Thalmudistarum fabula. *t ordine* 20 *tract.* 8. *u* 1. *p q.* 24. *a.* 2. Scriptus in libro vitæ ut deleatur, ut non Deus ut nescire dicitur quod antea sciebat Distinctio. *x vitæ*, & *y de juſtorum.*

Verſ. 30.) Ego sum pauper & dolens: salus tua Deus suscepit me.

Sensus loci.

ADhoc ipsum redit, gratiasque agit Deo, quia pauperem se omni destitutum humano auxilio, ac summo mœrore affectum, salutari ope, atque solatio sublevare dignatus sit; quod & deinceps facturum non dubitet in simili casu articulove necessitatis. Christum Paulus *b*, *propter nos egenum* factum scribit, *quum esset dives, ut illius inopia divites essemus*. Ipse nec *ubi reclinaret caput* habere se dixit *c*. Esaias *d dolorum* nominat *virum*, quique *dolores nostros portavit*, & pro nobis doluerit. Hæc duo, utroque ex Propheta Ambrosius *e*, & ex Paulo rectè declarat. Psalmo item 87. *f* loquitur Christus, *pauper sum ego, & in laboribus à juventute mea. Suscepit* verò *Christum salus*, quia humanitatem persona divina filii, ut operaretur salutem & mortuũ excitavit eadem persona, Trinitasque tota, & *potestatem omnem dedit in cœlo, & in terra g*, *nomen super omne nomen h*, salutem toti C mundo per merita ipsius. Etsi verò posset intelligi fieri mutatio personæ, ut non Christi nomine, sed suo, vel cujusvis alterius, qui fructum salutis à Christo factæ percipiat, loquatur David, oratione ad Christum Deum directa, expositaque miseria paupertatis, & doloris, à qua beneficio Christi sit liberatus, præstat in eadem hærere persona Christi, quam hucusque loquentem audivimus, ut passim etiam Enarratores faciunt. Rectè Græci Cyrillus, Euthymius, Nicephorus, *paupertatem* Christi spectant in susceptione humanitatis; *dolorem* in passione, & cruce. Utrique convenit humiliationis & exinanitionis ratio: & Chrysostomus *i*, ac Ambrosius *k* dicunt: monstratam paupertatem à Christo, in passione. Omni creaturæ, quia de nihilo, & creatore atque conservatore egens, paupertas convenit: quo pluribus constat, indeq; pauperior; solus bonorum nostrorum, nec aliorum *non indiget Deus l*, αὐταρκὴς *sibimet sufficiens*, & omnibus, ideoque omnium dominus. De Christi paupertate, ut propriè sumitur, deque doloribus disputari hic posset. Egimus de secundo argumento priore tomo aliquando; de D primo quantum ad modum. Lis olim magna inter ipsos etiam summos Pontifices Nicolaum IV. *m*, & Joannem XXII. *n* propter paupertatem Franciscanorum. Et quod ad Christum attinet, quæstio tota est de paupertate circa usum; dominium enim, quod appellant excellentiæ, in Christo fuisse erga omnes creaturas etiam, ut homo erat, ob unionem hypostaticam, ita ut liberè uti omnibus posset, dubitari nequit. Summa est; Christum antea quidem, sed præsertim quum sibi discipulos adjunxit, nonnullum dominium, saltem in communi, rerum aliquarum mobilium habuisse, ut pecuniarum, quarum *loculos gerebat Judas n*, & unde emebant discipuli *victui necessaria o*, in particulari verò tùm antea, tùm postea partim habuisse, partim caruisse, denique non videri, quod professus sit, seu proposuerit, & decreverit nihil umquam nec in communi, nec in particulari possidere. Lege Bellarminum *p*, Suarez *q*, Turrecrematam *r*, Sotum *s*. Ostendimus etiam aliàs cujusmodi esset regnum & dominium Christi temporale, atque politicum, an formaliter, per se, directè, primariò, an secundariò, indirectè, per accidens; & propriè tan-

b 2. *Cor.* 8. 9 *c Mat.* 8. 10. *d c.* 53. 3. 4. *g in Pſ.* 35. *in tit.* *f verſ.* 16.

g Mat. ult. 18. *h Phil.* 2. 10.

i Hom. 17. *in* 2. *ad Cor.* *k in Pſ.* 40. *l Pſ.* 15. 2. *m c. exiit. de verb. ſignific. in* 6 De paupertate Christi circa usum, quæstio. Dominium, quod appellant excellentiæ, in Christo fuisse erga omnes creaturas; etiam ut homo erat; sine dubio est. *n Joan.* 12. 6 *c.* 13. 29. *Oc.* 4. 8. *c.* 6. 5 *p* 4. *de ſum. Pont. c.* 14. *q* 3. *p. to.* 2 *diſp.* 28. *ſec.* 2. *r* 2. *ſumma de Eccl. c.* 112. *ſ* 4. *de juſt.* 1. *a.* 1.

tantum, & absolutè dici debuerit spirituale, atque propter solum finem spiritualem. Lege Valentiam a.

a to. 4. disp. 9. 22. punct. 16.

Ego sum pauper, & dolens.) Hieronymus, omisso verbo substantivo, *ego autem pauper & dolens* particulam (ו) *ve*, quæ propriè significat, & illo modo vertens, quo etiam pacto verti sæpe solet, & potest. Græcè verbum εἰμὶ, & pronomen ἐγὼ ponuntur ultimo loco: *pauper, & dolens sum ego*, πτωχὸς καὶ ἀλγῶν εἰμὶ ἐγώ Sic etiam Latinè habetur in bibliis Complutensibus, & Regiis: item in Psalterio Ambrosiano: in Romano autem, & apud Hilarium, Cassiodorum, Augustinum, Ambrosium *b*: *pauper & dolens ego sum*. Arnobius legit, *pauper ego, & dolens*. Exponit autem primum, ut nos divites faceret: secundum ut à doloribus æternis nos eriperet: Augustinus, ut discceremus paupertatem spiritu, & luctum, cui consolatio promittitur *c*, Aliter respondet, sic loqui de se Christum, ut significet se ad imprecationes priores adactum, quia perduxerunt ipsum ad egestatem tantam, & dolorem quamvis non maledicat stomàchando, sed prophetando prædicat. Solet ad egestatem redactus ex opulentia, vehementiùs indignari, nec parcere his, per quos eò devenerit, quin malis accipiat verbis. Tandem vere dicit omnem Christianum esse pauperem, in comparatione divitiarum cœlestium, quas sperat, omneque aurum suum arenam deputare. Adde, & delentem, quamdiù à veris illis abest divitiis, & bonis. Paupertatem Judæis execrabantur, parum de cœlestibus opibus edocti; parum eas concupiscentes: propterea rem adeo exosam multis vocabulis veluti ditarunt, appellantes eumdem: pauperem אביון *evio*, ab אבת *anah*, *aver*, & *concupiscere* חלבח *chelechah*, quasi *merentem* aut *egrum*, aut *labendo vicitantem*; מסבן *mischen*, vulgari quoque lingua *meschino*, à סבו *sachan*, *recondere*, & *providere*, quod conquirat, & curet quibus caret: רש *rasch*, ab *egentia*: עני *hhoin* ab *oppressione*, & *afflictione*, & hoc nomen hic habetur, רד *dach*, à *tenuitate*, & *contusione*: דל *dal*, quòd sit *exustus*: חשוך *chasioch*, *obscurus*, ac *tenebrosus*: דק *rek*, *vacuus*. *Divitem* quoque, quem tanti faciunt, multifariam appellant חי *chai*, *viventum*, quasi solus vivere censendus sit: בכר *chaued*, *gravem*, & *glorioſum*. בסיל *chesil*, *stultum*, & *instabilem* (quod nomen ad laudem non pertinet) עשר *hhasir*, quasi *decimas ferat*: שוע *sciohh*, à *clamore*, ideſt, à confidentia, loquendique libertate; & quod clamore ac rumore populari celebretur. *Opes* etiam multo pluribus nominibus appella רוז והרון *hon*; *ithron*: כבור *chaued* בוח *choach*, מלאכח *melachab*, נכם *neches*, עשר *hhosser*, פקרה *pekuddahh*, צור *tsur*, רכם *reches*, unde forsan vulgare nomen *ricchezze*: צוע *sciuahh*. ex quo fortassis vox Gallica *chevanee*, המון *hamon*, cui simile *mammona*, Syriacum vocabulum, היה *hauuh*, cum quo affine Italicum verbum, *l'havere*, sumtum pro nomine תיל *chail*. Placuit has voces percensere, omissis aliis, si quæ sunt, ut docerem quàm sint facundi Judæi in commendanda fœcunditate diviarum, quàm eloquentes in damnanda pauperie, quàm divites in divitiis cohonestandis, & in vituperanda inopia: homines, nimirum „ *dorso* ad ima terrenaque, ut antea dictum *d* est, *semper incurvo*.

b in Ps. 35. & 40.

c Mat. 5. 5.

Judæi paupertatem execrantes.

Pauperum & divitum nomina varia apud Judæos.

Opum plura nomina apud Judæos

d vers. 14.

Salus tua Deus suscepit me.) Hieronymus, *suscipiat me*, prout est etiam in rextu Græco, qui nunc habetur passim in bibliis, & apud Euthymium, Nicephorum, Basilium, seu potiùs Theodoretum (cui aliam lectionem, de qua mox dicam, non rectè tribuit collector scholiorum ad Sixtiniana biblia Græca) ἀσωτηρίαν θεός ἀντιλάβετό μου. In dictis emendatis Sixtianis extat, addita etiam particula conjungente, καὶ ἀσωτηρία τῆς προσώπου σου ἀντιλάβετό μου. In Arabico Psalterio, *salus tua*, ponitur: in Latino Ambrosiano conjunctio; *& salus tua suscepit me*. Juxta posteriorem lectionem Græcam legerunt Psalterium Romanum, ac vetus, & Hilarius. Augustinus, Cassiodorus, *salus vultus tui suscepit me*. Eamdem lectionem expressit Appollinarius:

ἀλλ' ἔχω βοηθὸν ὑπερμαχον ἀ λκαρόπωπῆς.
Sed habeo regis vindicem opem vultus.

Quum nil in Hebræo textu sit de *vultu*, credo glossema aliquod irrepsisse in textum. Ceterùm futuri temporis Hebræum verbum תשגני *thesaggheneni*, pro præterito est, ut sæpe aliàs: & vis verbi denotat *in loco alto stat uere*, & *elevare*, ac proinde in tuto: ut non semel notatum Aest. *salutem vultus divini* explicat Hilarius de persona Verbi, quæ humanitati conjuncta eam extulit, & nimirum, aliis præterea salutem contulit. Augustinus, & alii, *pauperem, dolentemque* membro priore interpretantes de privato aliquo pro paupere, dicunt istius egestatem abscondi *in vultu Dei e*, in quo sint divitiæ tantæ, ut numquam esuriat, doleatve. Euthymius, ac Nicephorus hinc & deinceps ex Ecclesiæ persona sermonem haberi existimant. Sensus verus est, quem initio posui de Christo ipso, præsertim ratione resurrectionis. Quo modo psal. 3. *f* dicebat, *tu autem Domine susceptor meus es*: & in 72. *g tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me*. Idem autem valet, quòd quempiam Dei suscipiat salus, & quod sit *susceptor salutis* illius *h*; quia salus Dei, quæ susscepit aliquem, ad eumdem pertinet, qui salute susscipitur, & salutem nanciscitur. Hæc est veritas salutis, in qua exaudiri prius *i* vates patebat. Tropologicè pauperem, ac dolentem in Domino, propterque Dominum, susscipiet salus, & humilem spiritu gloria *k*, qui spernens hæc inferiora, inardescit in cœlestium amorem, suamque spiritualem agnoscens ac deflens paupertatem, divinæ gratiæ mendicus est. Sed multi è contrario possunt dicere, ait Hugo, *Ego sum dives, & latus*, & ideo non salus, sed damnatio susscipiet me; *væ* namque *divitibus habentibus hic consolationem suam l*: *& dives indutus purpura, byssoque*, ac *epulatus quotidie splendide, sepultus est in inferno* m.

e Ps. 30. 20. 21.

f vers. 4.

g vers. 24.

h Ps. 88. 27

i vers. 14. Tropologia.

k Ps. 29. 25.

l Luc. 6. 21 in s. 16. 19. 2.

Vers. 31.) Laudabo nomen Dei cum cantico, & magnificabo eum in laude.

Vers. 32.) Et placebit Deo super vitulum novellum: cornua producentem & ungulas.

CIste pauper, & dolens spe plenus, quòd eum Dei susceptura sit salus: iste, qui quum clamaverit, confidit *exaudiendum*, & *ex omnibus tribulationibus salvandum n*: iste pauper, & inops, cujus est *laudare nomen Dei*, quia *non avertitur in humilitate*, & abjectione factus *confusus o*, nunc spondet laudes atque gratiarum actiones nomini Dei magnificas, & gloriosas cum cantico, quæ Deo ipsi gratiores futuræ sint quolibet sacrificio, etiam vituli teneri, cujus enasci cornua jam incipiunt, & ungulæ indurari: Hilarius, Augustinus, alii, ajunt innui plus Deo placere *sacrificium laudis*, eoque honorificari Deum magis ut alio quoque Psalmo *p* habetur, quàm externis veteris legis sacrificiis. Euthymius, & Nicephorus addunt extictionem etiam istorum indicari, seu νέκρωσιν *mortificationem*, quia cornue & ungulæ, emortuæ quædam partes sunt in corpore. Indicantur etiam Judęi cornibus & ungulis armati superbiæ & rapinæ, ut Ayguanus notat,

n Ps. 33. 7. o Ps. 73. 21

p Ps. 49.

Laudabo nomen Dei.) Græcè & Chaldaicè additur, *mei*: nec non in Psalterio Romano. In postrema editione Hilarii, mendosa lectio est, *nomen tuum*.

Cum cantico.) Hieronymus, *in cantico*, quod est propriè בשרד *beschir*, sicut proximè post, *in laude*. Nec rarò præpositio una Latina & Græca ponitur alterius loco, nempe, *cum*, pro, *in*, μετὰ, pro, ἐν Sic *introire in domum Dei in holocaustis q*, idemest, quod cum holocaustis.

q Ps. 65. 15.

Et magnificabo eum in laude.) Hieronymus, *in confessione* בתודה *bethodah*. ἐν αἰνέσει, *in laudatione*. Sæpè diximus quid sit *magnificare Deum*: & proximè antè monui idem valere, *cum laude*, & *in laude*. Celebritatem importat laudis verbum *magnificandi* in piel גדל *ghiddel*, & nomen חודה *thodah*. Insinuat canticum lętitiam interiorem. Vera, & grata Deo laus ex intimo procedit corde, nec bene psallitur, nisi fiat id *spiritu menteque r*. Non satis intelligo, quomodo Hugo tribuat Christo in cruce laudationem cum cantico per seipsum, per Apostolos verò magnificationem in laude. Quum in cruce dixit *s*: *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?* non propriè videtur laudasse cum cantico: potiùs deplorasse visus est; & quodammodo conqueri. Utrumque commodè satis de tempore post resurrectionem accipi potest, quum narravit ipse *nomen fratribus suis t*, diu versans cum iis, loquensque *de regno Dei u*.

Vera & grata Deo laus quæ fit.

r 1. Cor. 14. 15.

s Mat. 27. 46

t Ps 21. 23. Joan. 20. 17.

u Act. 1. 3.

Super vitulum novellum, cornua producentem, & ungulas. Hieronymus. *cornua efferentem*. Alii, *quam bos vi-*

tulus.

tulus: ita ut *vituli* nomen indicet minorem & florentem ætatem bovis, quæ discribitur etiam ex eo, quòd, qui aliter vocatur *juvencus*, incipiat producere cornua, & ungulas. Appellat Paraphrastes *bovem pinguem*, & *electum*: Augustinus, *vitulum pubescentem*, & in taurinam audaciam grandescentem. Talis in lege offerebatur pro peccato, inquit Hilarius, & ἄβμαῖ ον, ut loquitur Nicephorus, & ἥβησης, ut Apollinarius; ideſt, *florentis ætatis*, & τελείης, καὶ τελειον, ut Cyrillus, hoc est, *trimus*, & *perfectus*. Sed Hugo unius anni fuisse vult. Varro *a* in bubulo genere ætatis gradus distinguit quatuor: primam *vitulorum*, secundam, *juvencorum*, tertiam, *boum novellorum*, quartam *vitulorum*, qui dicuntur *taurus*, & *vacca*. Interdum tamen etiam *vituli* nomen de juvenco, taurove novello usurpatur.

a 2. *de re rust. cap.* 5. In bubulo genere ætatis gradum quatuor distinctio.

b *Tum vitulus bina curvans jam cornua fronte.*

b *Virg.* 4. *Georg.*

Incompertum mihi, quo præcisè anno immolari lex vitulos juberet. De agnis hœdisque præscribebatur, ut essent anniculi: Uni quod sciam, Abrahæ imperata triennis vacca, sed & ejusdem ætatis capra, *arieſque* c, quamvis Paraphrastes, & R. David Kimhi loco annorum multiplicent animalia singula, vaccas tres, ac totidem capras & arietes. Rectiùs diceretur *junix*, vel *juvenca*, quam *vacca*, quæ designat ætatis Varronianum gradum tertium aut quartum. Quemadmodum distinguitur agnus, ovis, adasia, Græce ἔριφος, *hœdulus capræ*, χίμαιρα, *capella unius anni barbescens*, αἴξ *capra adulta*. Abutuntur etiam quandoque Latini voce *vitula* pro *vacca*.

c *Gen.* 15. 9.

Vitula pro vacca interdum.

d *Ego hanc vitulam, ne fortè recuſes,*
Bis venit ad mulctam, binos alit ubere fœtus,
Depono.

d *Virg. eclog.* 3.

Lego præterea in Michæa *e* holocausta *vitulorum anniculorum*. Certè ad annum usque tertium ordinariè dilatum vituli sacrificium non credo, nec non ante illud tempus profert cornua, ungulasve indurat vitulus. Ergo sive *anniculum* dicas, sive *trimum vitulum*, sive omnino priusquam evadat in juvencum, vel taurum, qui

e c. 6. 6.

f *Jam cornu petat & pedibus qui ſpargat arenam:*

f *Virg. eclog.* 3.

vituli, vitulæve sacrificium ditiorum erat, ideoque gratius, non Deo tantum vero, sed falsis etiam æmulantibus divinitatem:

Quum faciam vitula, inquit g ille, *pro frugibus.*

g *ibid. ibid.* Vitula divitum. Agna paperũ victima. Masculorũ nomina pro fœminis & vicissim.

sed alius *h*, qui de *agna* pro iisdem dixerat,

Cernite fulgentes ut eat ſacer agnus ad aras.

Subdit discrimen inter divites, quorum erat *vitula*, & pauperes quorum *agna*, sumuntur verò quandoque masculi pro fœminis, & vicissim, ut exemplis demonstrat Ribera *i* noster: ut & minoris ætatis vocabula pro iis animalibus, quæ jam sunt ætate grandiora, v. g. *vitula* pro *vacca* *k* (quod antè quoque dixi.)

Minoris ætatis vocabula pro ætate grandioribus.

h *Tibullus l.* 1 *in Oſea c.* 10. n. 14.

Vos quoque felicis quondam, nunc pauperis horti
Cuſtodes ſertis munera veſtra lares.
Tunc vitula innumeros luſtrabat cæſa juvencos,
Nunc agna exigui eſt hoſtia parva ſoli.
Agna cadet vobis, quam circum ruſtica pubes
Clamet, Io, meſſes, & bona vina date:

k *Oſea* 10. 1 *l.* 1. m *l.* 4. n *l.* 2.

Simile quid de Persis, in celebratione diei natalis prodit Herodotus *l*, quem Athenæus citat *m*; qui Herodotus *n* etiam auctor est, apud Ægyptios boves fœminas in veneratione fuisse, & Isidi consecratas, mares boves vituloſque solitos immolare. Hunc ritum Ægyptiaca superstitione imbuti Hebræi imitati, ita ut qui dicuntur Latinè *facti vituli aurei* à Jeroboam, vocentur Græcè in libris Regum *o*, & à Josepho *p* δαμάλεις χρυσαῖ, *vitulæ aureæ*: quem idololatriæ ritum laborat valde sed fruſtra, Franciscus Moncæjus *q*, ut probet non fuisse in Jeroboam qui vitulos illos, aut vitulas construxit: immò, ut & Aaronem vindicet ab omni culpa in vituli conflatione *r*. Itaque propter victimæ præstantiam rectè David super vituli victimam futuram dixit laudationem Dei, & quidem *vituli* עגל, ideſt *bovis*, ut est generícum nomen, qui jam sit in tertio gradu ætatis à Varrone constitutæ, quam vocat *novellorum*: vel quia de productione cornuum, & ungularum fit mentio, qui adhuc in juvencis censeantur, inque secundo ætatis gradu. Hebrææ hujus loci voces duæ שור *ſcior*, & פר *par*, hanc vim habent: Prior per se, ac seorsum habitiorem crassioremque bovem plenum, ac distento jam corpore, justa ætate magnitudineque significat; Chaldaicè תיר *thor* (permutata, ut in aliis solent Chaldæi, litteram (ש) *ſin* in (ת) *thau*) unde *taurus* Græcè, ac Latinè. Posterior *juvencum* jam adultiorem denotat, nondum annis magnum, quasi à פוה *parab*, quod valet fructificare: estque de Thalmudicorum sententia, ut R. Kimhi refert, tertium annorum. Ut non sit mirum, si τριετεῖα, hoc loco, ideſt, *triennem*, Cyrillus vocaret, quod priùs retulimus, & vulgatus interpres, ac Hieronymus novellum, servata proprietate vocabuli, distinctionisque à Varrone traditæ, de qua etiam diximus. Aliud est nomen tertium עגל *hheghel*, pro *vitulo primæ ætatis*. Duo prima simul hic juncta nomina verteres ad verbum, *taurum juvencum*, disparata notione. Quare vel primo significatur genericè quivis bos, ut restrictio significationis per secundum fiat, quod asserit Vatablus, reddens, *bos vitulus*, & Cajetanus, ac R. Esaias Tranensis, *bos taurus*; vel supplenda media particula conjungens, *placebit Deo ſuper bovem, taurumve, & ſuper juvencum*: quo pacto recitat vertisse Hieronymum Trevetus *ſuper bovem, & taurum*, & Arias reddit *taurum*, vel, *vitulum*, Campensis, *taurum, ac vitulum*; & suppleta est pariter conjunctio in Hebræis מקרין *makrin*, מפרים *maphris*, vel synonymè sumuntur distincta alioquin nomina, ut aliquando fit maximè à Poetis, sed subjecta descriptio demonstrat quis *bos* intelligi debeat. Hoc ultimum fortassis melius. Nec improbabile Paraphrastem legisse non פר *par*, sed בר *bar*, quia expoſuit תור *thor*, Hebr. שור *ſcior*, *taurum*, seu *bovem pinguem*, & *electum*. In textu Nebiensis additur ficta interpretatio: *magis quàm bos pinguis, & electus, quem offerebat Adam primus, cujus cornua præcedebant ungularum ſiſſionem*. Primæ nascuntur ante cornua simul cum hinnulo bovis, ungulæ. Ejusdem figmenti Trevetus meminit, docetque *ſcior*, & *bar* confundi aliquando. Ut majorem vim habeat, comparatio, pulcherrimus, elegantissimus, jucundissimus, sacrificio aptissimus, & gustatui suavissimus vitulus accipiendus. Cujusmodi non est,

Ficta interpretatio ex textu Nebiensis.

l *cornu*

Qui feriat, pedibus proſubigat que ſolum.

l *Joan. Cruſius.*

Sed qui mittere cornua incipiat, blandè conisçare, ungulas duriores protrudere, denique qui sit oblationi maturus, quam secum videtur importare שור *ſcior* à themate שור *ſciur*, juxta unam illius notionem, cujus decumum, præsertim si sit primogenitus, commendabilis *pulchritudo* t, Omni genere animalium, quæ sacrificiis inservirent in lege vetere, docui psalmo 50. *u* aptè significatum Christum, etiam *vitulo*, *taurove*. Licèt illud de ipso usurpare cum Ambrosio *x*,

t *Deut.* 13. 16

u *verſ. ult.*

x *in Pſ.* 43. y 2. *Greg.*

y *& maxima taurus*
Victima, ideſt, triumphalis.

Quæ major enim, ait Ambrosius, victima, quàm quæ mundi totius peccatum suo cruore mundavit? Subjicit elegantem allegoriam de cornibus Christi, de qua nos alibi *z*. Simeon & Levi Jacob imprecatur, quia *in furore ſuo occiderunt virum, & in voluntate ſua ſuffoderunt murum* a, Græcè, ἐνευροκόπησαν ταῦρον, *ſubnervaverunt taurum*: est namque שור *ſcior taurus*, שור *ſciur*, *murus*. Duas illas tribus præ ceteris mortem Christo machinatas Tertullianus *b*, & Ambrosius *c* existimant: qui Christus, ut dixi cum eodem Ambrosio, maxima taurus victima est, & *pulchritudo ejus quaſi primogeniti tauri* d, *ſubnervatum* autem Tertullianus intelligit, clavis suffixum. Figuræ mysticæ apud Ezechielem, *aquila, leo, homo, vitulus*, designare dicuntur angelum, regem, hominem, sacrificium, & quidquid alia denotèt aut de aliis rebus, aut de Christo, *vitulus* significationem sacrificii semper retinet. Placet autem Deo tale sacrificium, in quo idem est sacerdos, & victima super vitulum, & hostiam quamlibet extenuam, partibus absque ulla comparatione infinitis. Non hìc repetere tropologias debeo indicatas alibi *e* de vitulo, & quos *vitulos* seu *fructus labiorum* Apostolus *f* nominat. Augustinus hoc loco notat ventilari ab orthodoxo in vitæ novitate ambulante hæreticum, quasi cornibus, ungulis excitari terrenum, qui abjectè sapit. Arnobius interpretatur cornua duorum testamentorum (potuit etiam brachiorum crucis) & ungulas quatuor Evangeliorum. Illud etiam verè dicitur ab Hugone, sed non satis aptè sumta significatione dictionis, *ſuper*, quæ hoc loco idem valet, quod plus & magis quam laudem Dei Deo placere, quæ sit velut impoſita ſuper juvenes ætate, novitioſve, ac novellos in religione quasi in tẽplo mactandos pro peccatis aliorum hominum, quum ipsi sint innocentes, non cornupetæ per superbiam &

z *Greg.* Omnium major victima quæ mundi totius peccatum ſuo cruore mũdavit.

z in *Pſ.* 43. & 21.

a *Gen.* 49. 6.

b 3. *cont. Marc. c.* 18 *& lib. cont. Jud. c.* 11.

c *de bened. Patriar. c.* 3

d *Deu.* 33. 27 Figuræ mysticæ apud Ezech. quatuor animalium, quod designent. Tropologia o *in Pſ.* 50. *ult.*

e *Hebr.* 13. 19

contradicendi ſtudium more bovis *cornupetæ a*, ſed prædiți cornibus miſerationis *b*; ſimiles filiæ Job, cui nomen *Cornuſtibit c*, adde cornua in fronte ut Moſis *d*, radiorum ex divino conſortio, bonique exempli unguliſ etiam prædiți diſcretionis, & fortitudinis, quæ priùs ineſſe debent, quàm poteſtas, quemadmodum antea naſcuntur ungulæ, quàm cornua. Qui talibus prædiți cornibus unguliſque ſerviunt Deo à prima præſertim ætate, tamquam vituli novelli: his Deus promittit *cornua ferrea*, & *ungulas aneas*, *ad comminuendum populos multos*; *& ad interficiendum illi rapinas eorum*, *& fortitudinem eorum Domino univerſa terræ e*; nimirum infringendo dæmonum vires, idolorum ſuperſtitiones delendo, errorum & hæreſum peſtes tollendo, plurimos ad Deum convertendo. Tota iſtorum vita laus Dei eſt, canticumque & ut Auguſtinus hoc loco loquitur, gemmas de theſauro interiore proferunt: *verbo* quoque *tollunt*, ut ait Oſeas *f*, quibus Deum ſibi aliiſque placent: quod maximum ſplendidiſſimumque ſacrificium eſſe Chryſoſtomus *g* pſalmi præſentis teſtimonio confirmat, Bernardus *h* immolandos *DEO* diſtinguit vitulos tres, novæ converſionis effectum, quaſi *vitulum novellum cornua producentem*, *& ungulas*: ſacræ religionis profectum, ut *vitulum tenerrimum de armento*: conſummatæ virtutis effectum, tamquam *vitulum ſaginatum*. *Hunc vitulum novellum* de Chriſto Chryſologus *i* interpretatur, qui ut eſt in parabola filii prodigi *k*, occiſus dicitur, quum illum pater excepit: & qui ſemel patris occiſus voluntate, in epulum noſtrum quotidie ac jugiter immolatur.

a *Exo.* 21.29
b *Eſa.* 5.8.
c *Job.ult.*15.
d *Ex.* 34.29 30.
e *Mich.*4.13
f *cap.* 14.3.
g *habuc præſb. defin.* 1 *to.* 6.
Vitulorum tum Deo immolandorum diſtinctio, Tropolog. hinſeuent. i *ſerm.* 5.
k *Luc.* 15.23

Vitulum.) שור *ſcior*. Præter dicta, elegans notanda paronomaſia inter שור *ſcior* nomen *vituli*, & nomen canticici שור *ſcir*, quod placiturum DEO dicunt ſuper vitulum.

Cornua producentem, & ungulas.) Antea monui duo participia eſſe abſque conjungente particula מַפְרִים מקרי *maKriṅ*, *maphris*, quæ tamen rectè ſuppleta fuerit. Campenſis reddit *cornutum*, & *ungulatum*: Cajetanus *cornificantem*, & *ungulificantem*. Non placent ullo modo, qui fortaſſis propter participium ſecundum à פָּרַם *paras*, quod inter alia, ſignificat *extendere*, aludi hic putant ad morem illum, quo victimæ non trahebantur, ſed ducebantur, & aræ ſiſtebantur, atque admovebantur, ſicut ait Poeta *l*;

Et ductus cornu ſtabit ſacer hircus ad aram.

l 2. *Georg.*
Tropolog.

Unde tropologiam eliciunt, ſponte accedendum ad Deum ex deſtinatione cordis; non ex triſtitia, aut ex neceſſitate, quia *hilarem datorem diligit Deus m*, & ut ei ſerviatur *in lætitia n*; & bono animo gloria ei reddatur, hilarique vultu, in exultatione ſanctificando decimas, adorando *in oblectatione o*. Refert Roap noſter hunc dicendi modum, confirmans exemplo Iſaac, qui ſponte offerri voluit *q*; Chriſtum referens, qui oblatus eſt, *quia ipſe voluit r*. Non aliud afferri exemplum poteſt verbi dicti Hebræi in hiphil, ſed ſemper eum uſum habet, qui hìc eſt expreſſus, ut ſignificet *ungulam dividere*, ſeu *fundere*: unde & *ungula* פַּרְסָה *parſah*. Deinde quamvis ducatur victima ſponte ab eo qui offert, non ipſa ſe offert ſponte, aut cervices præcidendas extendit ultro. Denique aliena expoſitio eſt à communi ceterorum ſententia. Eidem Chriſto tribuit Bruno Carthuſianus *cornua*, quibus poſſet expellere inimicos Judæos, & *ungulas fiſſas*, quibus præſtare intelligatur diſcretione atque prudentia. Ait etiam nos tacitè moneri, ut re utraque valeamus ad expellendos omnes inimicos invisibiles viſibileſque.

m 2.*Cor.*9.7
n *Pſ.*99.2.
o *Eccl* 35.20
p 6.*ſingular cap.* 3.
q *Gen.*22.6.
r *Eſa.* 53.7.

Verſ. 33.) Videant pauperes & lætentur; quærite Deum, & vivet anima veſtra.

Senſus loci.

HÆC videtur laus, canticumque, quod pro vitulo novello pollicitus eſt, & eos, qui audierint, excitare valeat ad lætitiam, ſpemque conſequendi beneficii, ſicut & ipſe conſecutus eſt. Propterea invitat, ut ſtrenuè ac alacriter Deum quærant, implorentque magna fiducia opem ejus, & auxilium; quod quum pro voto fuerint adepti, quodammodo reviviſcent, atque præ mœrore ejectam veluti animam recuperabunt. Monet, nec curent ſuperbos divites in ſumtuoſis illis A ſacrificiis gloriantes; quum, (ut proximè antè dictum eſt,) præferat Deus ſacrificium laudis, quod in ſua pauperes poteſtate habent, & promtiùs etiam offerre, quàm opulenti DEO, poſſunt. Chriſtus cenſeri poteſt ſuos alloquens, cohortari ſuo exemplo, ne dubitent, aut vereantur pauperiem, & ſub hoc generali communique nomine, alias quaslibet ærumnas, incommoda, tribulationes, tentationes; ſed attentè inſpicientes quis exitus, quàm lætus, quàm felix paſſionis fuerit, ſimilem & ipſi, per eamdem ingredientes viam absque ulla cunctatione expectent; ſolum quærendo Deum ſint *ſpe gaudentes*; dum ſint *in tribulatione patientes ſ*; & juſtitiæ ſtudendo, meminerint, quòd *juſtus ex fide vivit t*. In Pſalmo 21. cujus, iſtius, argumentum paſſio Chriſti eſt, ſimilis cohortatio ſubjici videtur, poſt nuncupata promiſſaque vota *in Eccleſia magna*, *& in conſpectu timentium Deum u*: *Edent pauperes*, *& ſaturabuntur*, *& laudabunt Dominum*, *qui requirunt eum*, *vivent corda eorum in ſæculum ſæculi x*.

Deus præfert ſacrificiis laudis, quod in poteſtate habent pauperes. & promptius offerre Deo quam opulenti, poſſunt.
ſ *Rom.*12.12
t *Rom.* 1.17, *Gal.* 3. 1. *Heb.* 10.8.
u *verſ.* 16,
x *verſ.* 27.

B *Videant pauperes*, *& lætentur*, Hieronymus, *videntes mansueti lætabantur*. Alii, *videbunt humiles*, aut *afflicti*. Apud Auguſtinum, *inopes*. Eſt ראו *rau* præteritum. Si legeremus ראו *reu*, eſſet imperativus: עוגים *hhauanim* ſignificant quos diximus. Similis phraſis in pſalmo 33. *audiant manſueti*, *& lætentur*, ישמעו ענים וישמחו *iſmeu hhauanim veiiſmechu*. *Pauperes* allegoricè ſunt Gentiles, per ſe deſtituti fide ac religione, videntes, ut ait Euthymius & Nicephorus, quæ propter eos Dominus paſſus ſit, & quæ præclara adminiſtravit: lætantes verò de ſua vocatione, & de Chriſti laude, quum Judæi dolore invidiaque diſcrucientur. Tropologicè Hilarius, Auguſtinus, alii, ſpiritu pauperes, humileſque intelligunt, qui ſuperbiæ ſaginam non eructant, ſed humiliter de ſe ſentientes, panem quærunt, quo ſalubriter vivant. Non eſt divitum hujus ſæculi vera lætitia. *Agitè*, inquit Jacobus *z*, *nunc devites*, *plorate*, *& ululate in miſeriis veſtris*, *quæ advenient vobis*. Receperunt *bona in vita ſua*, poſtea cruciandi *a*.

y *verſ.* 3. *Pauperes* allegoricè, qui dicantur.
Tropolog.
z *cap.* 5.
a *Luc.* 16. 23.

Quærite Deum.) Hilarius, & *quærite*, Auguſtinus, & Pſalterium Romanum, *quærite Dominum*. Hieronymus, *qui quæritis*. Legit ut nunc eſt participium לורשי *doreſce*, *quærentes*, ante quod ſupplent alii, &. nec non, *videbunt*, hoc modo, *& quærentes Deum videbitis*, ita ut fiat mutatio perſonarum. Nec diſplicet, quod adhuc Trevetus ſuppleti, ut humiles ac manſueti, qui videntes miſericordiam DEI ſuper afflictos, & ideo lætantur, exhortentur ſibi ſimiles, dicendo, ò vos qui quæritis Deum, in eo confiditis, ne dubitetis, quia vivet ac reviviſcet cor ſeu anima veſtra. Pauperum aperti & perſpicaces ſunt oculi. divitum oculos *Deus hujus ſæculi menteſq*; *excæcavit b*: iidem pauperes qui & manſueti terræ Dominum quærunt, & invaniunt, quia *judicium operantur c*: alii quamvis in gregibus ſuis, & in armentis ſuis vadant *ad quærendum*, *non invenient d*: nec ſi quærant *in lectulo ſuo e Quærendus Dominus dum inveniri poteſt f*, eo quoq; modo, quo debet ac poteſt. Doctrinam quærendam à Deo, explicat Paraphraſtes. Studium hic notari poteſt animæ perfectior, quæ aliàs adducat ad Deum: ſicut faciebant illi dicentes *: *quo abiit dilectus tuus, ò pulcherrima mulierum? quo declinavit dilectus tuus? & quæremus eum te-* D *cum*. Sic Andreas fratrem adduxit ad Jeſum *g*; Nathanaelem Philippus *h* Obſervant id Nyſſenus, ac Philo Carpathius *i*, iſtaque confirmat hujus loci ſententia. Querendo vivit anima, quia dum vivimus, quærere ſemper debemus, & *faciem Dei ſemper k*: donec illum clarè intueamur: ille *diſcit ſemper & ad ſcientiam veritatis non pervenit l*, nec in hac, nec in vita futura, qui extra viam veritatem quærit. Lege Auguſtinum *m*.

b 2.*Cor.*4.4
c *Soph.* 3.
d *Oſea* 5.6.
e *Cant.* 3.1.
f *Eſa.*55.6.
Animæ perfectioris ſtudium, alias adducendi ad Deum.
* *Cant.*5.17
g *Joan.*1.42
h *ibid.* 46.
i *in Cant.*
k *Pſ.*104.4.
l 2.*Tim.*3.7
m *tract.* 63. 7. *Joan.*

Et vivet anima veſtra.) Sic etiam ex Hieronymo recitatur in biliis Regiis, & in editione Victorii Sed, melius Trevetus refert, *vivet cor veſtrum*: quia לבבכם *levavthem* ſignificat *cor veſtrum*. Per metonymiam pro *corde*, *anima* poſita eſt, quia cor animæ ſervit & ſi bene ſit affectũ, quodammodo vivificat, recreat, exhilarat. Alioqui non tam vivit anima, quàm animando & informando vivificat, vitamq; tribuit. *Vivere anima* etiam dicitur pſal. 21. *n.* & 118. *o*, & iterũ *corda ipſa*, in 21. *p*. Explicat vitam iſtam R. Eliaas Tranenſis, quod videntes mirabilia Dei, ac experturi, eidem crediturí ſint, atq; in ipſo fiduciam habitur. *Juſtus*, priùs notavi, *ex fide vivit q*. Quod attinet ad formulam illam, ut *cor*, vel *anima vivere* dica-

Animæ pro corde.
n *verſ.* 30.
o *verſ.* 175.
p *verſ* 27.
q *Rom.*1.17. *Gal.*3. 11. *Hebr.*10.8. Formulæ loquendi.

dicatur, ſicut etiam *converti* a, aut redire, quando re-
a *Pſ.*22.3. ſicitur, & curatur ab angoribus, mœroribuſque, exemplo Jacob poteſt eſſe, cujus *ſpiritus*, allato bono nuncio *revixiſſe* ſcribitur *b*, Hebraicè, *vixiſſe* רוח *techiruach*: quamvis Paraphraſtes exponat, *requieviſſe*
b *Gen.*45.27 *Spiritum ſanctum ſuper eum*. E contrario, Nabalis memoratur cor ad ingrati nuncii auditionem *emortuum intrinſecus, ita ut fieret quaſi lapis* c: Hebraicè יטר לכו
c 1. *Reg.* 25. 37. *iamoth libbo*, Græcè, ἐνεπάγη ἡ καρδία αὐτοῦ, & vivetis. Correctionis non video cauſſam, quia communem lectionem ſequitur Euthymius, & innuit Apollinarius:

π ιμὲν αδίζεσθε ψυχέων βιότοιο δοτῆρα:
Paſtorem quærit animarum vitæ datorem.

Nec ullum auctorem Græcum aliter legiſſe reperi: denique congruit cum editione Hebræa, niſi quod in ea *cor* eſt, non *anima*, ut dixi. Fortaſſis pleonaſmum aliquis exponere voluit, ut *vivere* ſimpliciter diceret pro eo, quod B
anima vivere dicitur, deinde, irrepſit unum pro alio, in textum. Myſticè magnus fructus ejus, qui quærit, ut inveniat: & vitam, ſi vitam, hoc eſt, Deum, & Chriſtum, *qui*
d *Joan.*11.25. *eſt vita* d, vivificans vita etiam gratiæ ſupernaturali, tum
*cap.*14.6. e *cap.*5.14. inchoata præſentis, tùm perfecta futuræ æternæque vitæ. *Quærite bonum, & non malum*, ait Amos e, *ut vivatis*.
f *Joan.*7.34. 36. Quæritur à nonnullis Chriſtus, & non invenitur *f*; quæ-
g *cap.* 8. 27. 10.6.18.8. runt eum aliqui, ut interficiant, adeò de ſe bene meritum
h *c.*6.26. *g*: quidam, ut ſaturentur *h*; à nonnullis quid quærerent,
i *cap.*11.38. ipſemet interrogavit, ut ſe illis ducem ac magiſtrũ præ-
k *cap.*13.41. & *ſeq* beret, vitamque divinam communicaret *i*: ab aliis, ut ſe
l *Eſa.*65.1. illis fruſtra humi divina vi dejectis, occidendum tra-
m *1. cap.*21. 22. deret *k*: invenitur etiam à non quærentibus *l*, ſed quia ipſe
n *Jer.*29.13 quærit, & acquirit eos ſibi. *Qui quærit, quærat* m, gratiæ
o *Pſ.*62.5. reſpondendo, & ſerio quærendo, & *in toto corde* n, *exultan-*
p *Pſ.* 104. 4. *ter*, ac *lætanter* o, ſemper, & perſeverantes *p*, idque *dum*
q *Eſa.* 55.6. *inveniri Deus poteſt* q, ut antea monui. *Inveniet hic vitam,*
r *Prov.*1 53 *& hauriet ſalutem à Domino* r. *Qui non quæſierit, mortietur* ſ.
ſ *2. Par.*15.13

---

*Verſ.*34.) Quoniam exaudivit pauperes Dominus, & vinctos ſuos non deſpexit.

Senſus loci. EStquod quærere diligenter Deum poſſint, ac debeant, ſecuro hilarique animo pauperes & alienæ opus egentes, quia Dominus iſtos, qui ei peculiariter ſunt
t *Pſ.*9. 34. relicti *t* & quorum ſe profitetur ac præſtat patrem *u*, li-
u *Pſ.*67.8. benter exaudit, tum verò ſi qui ipſius cauſa ſint, in vinculis, aut captivitate, horum in primis rationem habet & habuit ſemper. Habet affinitatem quod eſt in Pſalmo
x *v.* 18. 20. 21. 101. *x*, *reſpexit in orationem humilium, & non ſprevit precem eorum*, &c. *quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo, Dominus de cœlo in terram aſpexit, ut audiret gemitus compeditorum, ut ſolveret filios interemtorum*. Etſi porrò *vincti* videantur innuere captivos in Babylone, de quibus etiam Baſilius, aut potiùs Theodoretus, Theodorum ſequens Mopſueſtenum, interpretato qui ſeſe ſolentur, & ad ſpem confirment, vetere majorum ſuorum exemplo, liberatorum de captivitate Ægyptiaca: nihilominus plu-D
Myſticus ſenſus. ris æſtimari myſticus debet ſenſus de liberatione à vinculis diaboli, peccati, mortis, à quibus nos Chriſtus paſſione ſua liberavit: & eos etiam ab externis vinculis, qui hæc ipſius cauſſa patiantur, liberat, vel reipſa, quum expedit; vel ab iis, & à tormentis, ac morte pro ipſo obita, transferendo ad veram felicitatis æternæ, atque filiorum Dei libertatem. Paulus certè nominat ſeipſum *vin-*
y *Eph.* 3. 5. cap. 4. 1. 2. Tim. 1. 8. Philem. v 1. 9 z *Zach.*9.11. a *Phil.*1.23. b *Pſ.*141. 8. *ctum in Domino* y. Patres quoque quum detinerentur in limbo, vocari poterant *vincti Domini* z, ut Lyrano placet: & Avguano juſti etiam cupientes *diſſolvi, & eſſe cum Chriſto* u, ac *educi de cuſtodia animam ſuam ad confitendum nomini Dei* b: item devincti vinculo charitatis, & ſubjectionis inter ſe, ut ait Bruno Carthuſianus, ſeu votis aſtricti: præterea cuncti, ut ait Caſſiodorus, qui legibus
c *Eccl.*6.25 d *Pſ.*101.28. e *Pſ.*78. 11. f *Pſ.*145. 3. g *Pſ.*67. 5. h *Luc.*13.16 divinis vinciuntur, *injecto* veluti *pede in compedes colloque in torques, nec acediando vinculis* c. Talium *gemitus compeditorum* audit Deus *d*, ut dixi, intrantque *in conſpectu illius* e, *ſolvit* denique ipſos *f*, & *educit vinctos in fortitudine* g: quemadmodum Chriſtus filiam illam Abrahæ tamdiu ligatam à Satana *h*, & illum, quem compedi-

bus, & catenis vinciebant agitatum à dæmone *i*, liberavit. Lege Pſalmum præcedentem *k*. Exauditum Cyrillus dicit Chriſtum pro pauperibus ſuis (tales enim elegit etiam, teſte Jacobo *l* illudque, quod eſt apud Eſaiam *m* dixiſſe *iis, qui in vinculis erant, ut exirent*, & *his, qui in tenebris, ut revelarentur*.

Et vinctos ſuos non deſpexit.) Romanum Pſalterium, & Caſſiodorus, *non ſprevit*, Pſalterium Gallicanùm, *non annullavit*, id valet οὐκ ἐξουθένωσεν. Auguſtinus, *& compeditos ſuos non ſprevit*. Plus ſignificat, quàm dicit, καταπάν λιπτόντως quam notat Bruno Carthuſianus pluſque eſt *non deſpicere*, ſeu *non ſpernere*,, quàm *exaudire*: quemadmodum in citato priùs Pſalmo 101. *n* majus quid videtur *non ſpernere precem humilium*, quàm *reſpicere in orationem eorum*. n *verſ.*18.
Tot locis, quos antea indicavi, oſtenditur Deo curæ eſſe vinctos, compeditoſque, vinculis etiam, & compedibus externis. Præter geminum hujuſce rei exemplum in Apoſtolis omnibus *o*, deinde ſeorſim in Petro *p*; extant alia non pauca in Eccleſiaſticis hiſtoriis; ita ut Sanctorum opera verbi gratia, Germani Antiſiodorenſis, Leonardi, Aviti Arverni Columbani, Nicolai mirabiliter liberatos nonnullos legamus; & dignatus eſt Chriſtus carceratorum viſitationem in operibus miſericordiæ commendare, quorum publicè in judicio reddendæ ratio ſit
q *Mat.*25.1. *q*. Catenas, quoque, ac vincula Sanctorum ſuorum in honore haberi voluit & mìraculis coruſcare, ut Petri, Pauli Alexandri Papæ I. &c. Injecit etiam eam mentem Chriſtianis Imperatoribus; ut Paſchatis tempore carceres laxarentur *r*, præter quam ſacrilegis, in majeſtatem
r *C. Theod. l.* 3. *de indulg.* reis, in mortuos veneficis, ſive maleficis, adulteris, raptoribus, homicidis: immo, ut omnibus diebus Dominicis ſub fida cuſtodia rei educerentur *ſ*. Quot vincti di-
ſ *C. Theod. l.* 7. *de cuſt. reorum.* cantur modis priùs indicavi. *Vinctos terræ* lego etiam apud Jeremiam *t*, quos, Olympiodorus *u* ait eſſe mortales vinculis conſtructos peccatorum, ad diſtinctionem vinctorum dæmonum, quibus de cœlo præcipitatis, remedium nullum, Appellant Græci corpus σῶμα quaſi à σώζειν, quod ſervet animam tamquam carcer, & in id illa immiſſa ſit, detruſaque; quod affirmantes, contingere ob præcedentia peccata, & ex hoc dicendi modo
t *Thr.*3.34. u *Ibid.* colligentes, refellit Epiphanius *x*. Concedi poteſt Nazianzeno *y* *vinctos nos* dici, quia impedit animam noſtram corpus, *& aggravat* z, ne libera feratur, & inofenſa in res divinas contemplatione.
x *Her.* 34. y *Ora.* 11. z *Sap.*9. 15.

---

*Verſ.*45.) Laudent illum cœli & terra, mare, & omnia reptilia in eis.

GAudium illud ſuum exultationemque, & animi grati ſignificationem, ut declararet magis, communicat cum Creaturarum omnium univerſitate, cœli, terræ, muris, quæque in hoc, & in illis etiam habitant, invitans ut una ſecum laudibus Deum concelebrent. Uſitata hæc Vati noſtro multis in Pſalmis proſopopœja, & aliis Prophetis, tùm tribus pueris in cantico ſuo *a*. Invitationis hujuſce, ac provocationis Hilarius indicat cauſſam, quia his, qui pauperes ſpiritu ſunt, de quibus actum priùs, in cœlorum regno conſtitutis, creatura omnis, Dcong miſcens, & dolens, in gloria filiorum Dei liberanda eſt, *vanitati non ſua ſponte ſubjecta* b. Sed cauſſam exprimunt ſequentes verſus. Hieronymus, & Caſſiodorus myſticè *cœlo, terra, mari*, cœleſtes, terreſtres, infernos habitatores interpretantur, quos *genuflectere Chriſto* ſcribit Paulus *c*. Hugo Cardinalis, & Bruno Carthuſianus Apoſtolos, ſynagogam, Gentes, peccatores, ideſt, qui priùs tales erant: Remigius, majores de Eccleſia, minores aptos ad culturam, fluctus Gentium, qui ſuſtentantur per *cœlum, terram, mare*: Auguſtinus, & cum eo alii, res creatas, quarum uſus moderatus incitat nos laudandum Deum, quamdiu tenemur vincti ferro iſto neceſſitatis, & corpore, quod *aggravat* d *animam*, Beda, Complutores (ideſt, Prædicatores, *cœlum* ſumendo pro nubibus) *terram* bene cultam de Judæis: *mare*, Gentiles, priùs amaricantes: *reptilia in eis*, nempe cœlo, ac terra, & non volatilia, hoc eſt, humiles tùm de Judæis, tùm de Gentibus: Genebrardus metonymicè accipit cœlites Angelos, terreſtres Sanctos, converſos inſulanos: Hugo clericos, agricolas, mercatores, milites, vel contemplativos, activos, pœnitentes, de-

a *Dan.*3.
b *Rom.*8.20.
c *Phil.*2. 10.
d *Sap.* 9.15.

biles, ac infirmes. Arnobius invitari *cœlum* dicit ad laudandum Chriſtum, quia aſcendit; *terram*, quia reſurrexit; *mare*, quia pedibus illius ambulavit: præterea Sion, ideſt, Eccleſiam, quia ædificabit eam non habentem maculam, neque rugam: civitates Judæ animas Apoſtolorum, quæ inhabitantur ab eo, & his hæreditatem, primam acquiſivit illas; item ſemen ſervorum Chriſti, quique diligunt nomen ejus, poſſidendos ab iiſdem Apoſtolis, viciſſimque poſſeſſuros iſtos doctrinam eorum, atque habitaturos in eadem doctrina, & fide, nec non in Eccleſia.

Cœli, & terra.) Paraphraſtes, *Angeli cœlorum, & habitatores terræ.*

Mare.) Non ſatis commodè infernus, & habitatores ejus per *mare* intelliguntur. Nec ſanè dæmones damnatique laudant Deum; ſed contremiſcunt, ac blaſphemant. Error Origenis eſt poſt judicium omnes etiam dæmones conſecuturos ſalutem. De hoc aliàs.

Origenis error de ſalutem conſecuturis poſt judicium etiam dæmonibus.

Et omnia reptilia in eis.) Hilarius, & Auguſtinus, *& omnia repentia in eis.* In Complutenſibus, Regiiſque bibliis, *in eo*: quia Græcè habetur, ἐν αὐτῷ. Sed in emendatis Græcis codicibus eſt, ἐν αὐτοῖς: quam lectionem adſcribit Agellius Aquilæ, & Symmacho. *Maria* Hebraicè hoc loco pluraliter dicuntur ימים *iammim*: Græcè θάλασσαι in ſingulari. Unde pronomen ſingulare congruit eidem numero; plurale nomini ſingulari collectivè ſumto. Vel *omnia reptilia in eis*, ſeu omne repens שרץ *chol romes* denotat, quæ in mari moventur, ac in terra. Hieronymus vertit, *& omnia, quæ moventur in eis*: Felix, *omne, quod movetur in eis*, eſt רמס *ramas*, non tantùm *repere*; ac *reptare*, vel *calcare*, ſeu etiam *ambulare*, & *moveri*. In Geneſi *a* omne animal, *quod movetur ſuper terram*, illatum *in arcam*, Græcè declaratur, per τρωτὰ ἑρπετὰ ἑρπετὰ ἐπὶ τῆς γῆς; Hebraicè per רמש *romes*: item, * *omnis caro, quæ movetur ſuper terram*, explicatur eodem Hebræo participio, & Græco κινελένη. Motus phyſicus non convenit propriè cœli incolis Angelis; nec aſtra per ſe moventur, ſed cum ſuis orbibus. Tamen ſi placet *reptandi* verbum, & *reptilium* nomen, per catachreſim, licet duriorem, non ſolum ad terram & mare, ideſt, ad animantia æquatilia, & terrea, etiam ad homines transferre, ſed ad Angelos quoque & aſtra, nullum hinc incommodum eſt. Occurrunt incommodo, ſi quod eſt ex dicta catechreſi, alia duo Pſalteria, & Caſſiodorus, legendo, *& omnia quæ in eis ſunt*, ſicut extat in aliis Pſalmis *b* Beda in commentario indicat in eamdem lectionem, dum per participium, ait, *entia in eis*, verum exponit de his, quæ ſunt in terra, & mari. Apollinarius de ſolo mari piſcibuſque ipſius, explanat.

a c. 7. 8
* verſ. 21

b Pſ. 95. 11 12. Pſ. 145. 6.

πέντος ἀπειρέσιος καὶ τρόφιμα θαλάσσης.
Mare immenſum, & quæcumque nutrit maris.

Notat Euthymius impropriè de piſcibus uſurpatum nomen τῶν ἑρπετῶν, *reptilium*, aut *repentium*: fortaſſis autem ob eorum multitudinem. De his alibi *c*: *illic*, ideſt, in mari, *reptilia, quorum non eſt numerus*. In eodem libro Geneſis *d*, *reptile animæ viventis* ab aquis productum appellatur nomine Græco numeri pluralis τῶν ἑρπετῶν, ſed Hebræo ſingulari שרץ *ſceretz*, quod propriè ſonat *ſcaturitionem in magna copia per modum ebullitionis, eructationis, motationis*. Dicitur non ſolùm de productione piſcium *e*, ſed ranarum *f*, & verbum שרץ *ſciarats*, de repentibus in terra *g*: & de hominibus numero magno naſcentibus *h*. Adhuc in Geneſi *i*, reptilibus, quæ terra produxit, & Græcè, ἑρπετὰ τῆς γῆς nominantur, aſſignatur vocabulum רמש *remes*, ex eodem verbo, cujus hoc loco eſt רמש *romes*; & ut ibi diſtinguuntur à jumentis, beſtiisque terræ, ſignificat, quæ propriè non gradiuntur, ſed repunt, vel ſaltitant. Atqui, ut antea dixi, *reptilia in eis*, vel ſoli piſces ſunt in maribus, ſive aquis, & in terra etiam: vel quidquid & in his, & præterea movetur in cœlo aereo, ut aves; tùm æthereo, ut aſtra, orbiſque eorum, tùm Angeli, qui moveri poſſunt illic, aut illinc ad nos deſcendere, & per elementa quoque motum ſuum localem exercere. Fuit hic ſemel explicandus locus accuratius, ob ſimiles alios, qui occurrere poſſunt.

c Pſ. 103. 25.
d c. 2. 20.
e Ibid.
f Exo. 8. 33. Pſ. 104. 30.
g Gen. 7. 21. c. 8. 17. Levit. 11. 29. 46.
h Exod. 1. 7.
i c. 1. 3.

Verſ. 36.) Quoniam Deus ſalvam faciet Sion: & ædificabuntur Civitates Juda.

Et inhabitabunt ibi, & hæreditate acquirent eam:

Verſ. 37.) Et ſemen ſervorum ejus poſſidebit eam, & qui diligunt nomen ejus, habitabunt in ea.

GAudere ſecum Deumque collaudare homines, ac inſenſibiles etiam Creaturas docet debere, propter iſtam cauſſam, ſive Propheta ipſe, ſive Chriſtus: quoniam ſalus, quam operatus eſt Chriſtus, pertinebit ad plurimos. Nam ſpiritualis longè melior terrena Sion, ideſt, Gentium Catholica Eccleſia, & ampliores civitatibus Judææ materialibus, Eccleſiæ particulares, poſt hoſtes & adverſarios omnes devictos, tùm dæmones, tùm homines, à communis vindice ſalutis inſtaurabuntur: & à fidelibus Chriſti, ac Dei ſervis & amicis, eorumque prole ac progenie, jure perpetuo quaſi hæreditario & pacifico incolentur, atque poſſidebuntur, donec veniat conſummatio ſæculi, & in cœleſtem illam Civitatem, nulli obnoxiam injuriæ, incommodo, viciſſitudini, transferantur. Poſſet præterea laudis, & gratiarum actionis ſuppeditata Gentium Eccleſiæ intelligi materia, quoniam tandem, tardè licet, velut poſtliminio, Judæorum natio deſerta, ſalutem conſequetur, ejuſque *reliquiæ ſalvæ fiant* k, & variæ ex iiſdem Eccleſiæ conſtruentur, requieſcent *ſuper humum ſuam* l, ut non ſint amplius in terra Chriſtianorum, tamquam in aliena ſub tributo; non vocabitur ampliùs Sion *ejecta*, nec *habens requirentem* m: revertetur *virgo Iſrael* (vera jam cultrix DEI, & Chriſti ſponſi fui) *ad civitates* ſuas, deſinens eſſe filia *vaga* n: *reducetur in terram*, ſuam, *ædificabitur, & non deſtruetur*: non movebitur populus hic Dei iterum de loco ſuo, ſed *plantabitur, & non evelletur amplius* o; iniet hæreditatem paternam, non tam externam, quam fidei, ac pietatis, indignumque talium patrium ſemen, quorum imitabuntur vitam: & facti filii promiſſionis, æternam ſine fine beatitudinis hæreditatem poſſidebunt, quæ eſt *Jeruſalem*, non terrena ſerviens cum filiis ſuis, ſed *mater noſtra* æterna, in cœlis p. Favet iſti expoſitioni Auguſtinus in oratione contra Judæos q.

Senſus loci.

k Rom. 9. 27. c. 11. 5. Sipho. 3. 12.
l Eſa. 24. 1.
m Jer. 16. 17.
n c. 31. 21.
o c. 22. 6.
p c. 5.
q v. 14. 17.

Quoniam Deus ſalvam faciet Sion.) Typus Eccleſiæ Sion ſæpenumero eſt, ut prioribus quoque Pſalmis vidimus. Habent hæc ſimilitudinem cum his, quæ ſunt in 101. *r Tu exurgens miſereberis Sion*, &c. *ædificavit Dominus Sion & videbitur in gloria ſua*. Tale quoque illud ex Pſalmo 50. *ſ benignè fac Domine in bona voluntate tua Sion, ut ædificentur muri Jeruſalem*. Repete ibidem dicta, legit Hilarius, *Dominus ſal vivificavit*, multisque verbis efficaciter demonſtrat ſermonem hìc non eſſe de materiali Sion, ſed de myſtica, præſertim de cœleſti, ubi juxta etymon Hebræi vocabuli, ſpeculabimur Deum: & propter tantum bonum, ad quod adeo multi convocandi ſint, meritò exigi hoc loco gratulationem cœli, terræ, maris, omnium Creaturarum; quum *ſuper unius peccatoris pœnitentia* tantum in cœlis *gaudium ſit Angelorum* t: denique hoc titulum innuere Pſalmi, *in finem, pro his, qui immutabuntur*.

r Vſ. 20.
ſ Luc. 15. 10.
t Heb. 12. 28

Et ædificabuntur civitates Judæ.) Eccleſias & conventus Judæorum ſecundum ſpiritum, qui confiteatur Deum in humilitate, intelligunt paſſim: Hugo Sion Romanam, ex cujus, inquit, ſalute pendet ædificatio aliarum: vel ordinem religioſum, de quibus cetera piè & acutè ad finem uſque Pſalmi declarat: quæ non inutile erit legere. Si præterea ſumatur *Sion* pro Eccleſia triumphante, cum Paulo *u*, dicitur ſalvari per novos ei ſcriptos quotidie cives, & ædificari civitates Judæ, reſtaurando, hac veluti ratione. Angelorum ruinas diſtinctorum ſecundùm diverſos ordines. Attingit hoc Ayguanus. Opinionem de materiali extructione, & fabrica, Hilarius abſque intelligentia, utilitate, rei communis ſcientia, ratione natura, aſſerit eſſe, nec inopem dumtaxat, ſed etiam impiam. Nulla etiam, inquit, in ædificandis lauseſt, quæ ſint poſtea deſtruenda, ſed quo ſalutem & felicitatem (ſumma hæc verborum illius) homines conſequantur per Chriſtum pacificatorem, & reconciliatorem eorum, quæ in cœlis ſunt, & in terra. Lege citatam Auguſtini contra Judæos orationem, Reprehendit Hieronymus etiam

Sion pro Eccleſia triumphante

u in c. 65. Eſ.

cal-

carnalem intelligentiam istius, & similis in Esaia loci *a*, A ubi scribitur, quòd *ædificabunt domos, & habitabunt, & plantabunt vineas*, &c. Argumentatur Hieronymus, quoniam de Sodoma quoque Ezechiel *b* vaticinatur, quod *restituetur in antiquum*. Idem ibi præterea dicitur de filiabus ejus, hoc est, de civitatibus, & villis ei subjectis: item de Samaria. Subdit Sanctus Doctor, *ædificia* tumenda, vel de virtutibus, vel de *diversis mansionibus apud Patrem* c: ac talem domum censeri ædificatam *supra petram* d. Videtur autem Ezechiel per Sodomam Samariamque restaurandas, innuisse Gentilium Ecclesiam priùs constituendam, quàm ex Judæis, ut non fiat *salvus omnis Israel, donec intret plenitudo Gentium* e; non introducatur veluti per vim frater natu major quàm prodigus minor *f*; non introeat, quamvis præcurrens ante Petrum, Joannes *g*; sint *novissimi primi*, & contra *h*, ad æmulationem adducantur Judæi *in non gentem* i; hoc quidem, quando vocabuntur, quos ne gentis quidem nomine dignabantur. Civitates item istas, ut & Sion, atque Jerusalem Origenes *k* censet esse cœlestes, & eas mansiones apud Patrem, de quibus ex Origene, ut opi- B nor mutuatus, dicebat Hieronymus; illas præterea civitates, super quibus potestatem dat bene negotianti servo Dominus *l*. Conducunt huc, quæ aliàs *m* de Ecclesiastico usu diximus vocabulorum *ædificandi*, & *ædificationis*. *Ædificans Jerusalem Dominus, dispersiones Israelis congregabit* n: & quasi per præconem jubetur hoc indicio *o*; *dic civitatibus Juda: ecce Deus vester: ecce Dominus in fortitudine veniet, & brachium ejus dominabitur*, ut nimirum validè rejectis hostibus, ædificare ac integrare civitatum ædificia possit.

Et inhabitabunt ibi.) Hilarius, *in ea*: in Sion videlicet tamquam Metropoli; ibi etiam in aliis civitatibus Judæ. Nulla vero vis in composito Latino verbo, quamvis Hugo & Ayguanus significari velint habitare in Ecclesia non solum numero, sed etiam merito. Hieronymus legit, *habitabunt*, quod præterea Interpres in fine Psalmi posuit, licèt sint alia verba Hebræum, & Græcum: sed hoc non minus compositum, quàm quod hìc extat, ideſt, κατοικήσουσιν, & κατα κληρώσουσιν.

Et hæreditate acquirent eam.) Hilarius, *hæreditabunt terram*. Hieronymus, *possidebunt*. Psalterium Gallicanum, *hæreditabunt*. Simplicia verba sunt ירשו *jarescin*, & κληρονομήσουσι, absque nominis adjectione: & sæpe redduntur per Latinum *hæreditandi* p. Alibi docui, quo pacto res eadem, quæ sub meritum cadit, *hæreditas* tamen appelletur. Quod attinet ad Ecclesiam, indicatur continua orthodoxorum successio. *Hæreditas sancta nepotes eorum* q, &, quod statim hìc subditur, *semen servorum Dei*. At sunt, qui *hæreditate possidere* velint *sanctuarium Dei* r, non hæreditate spiritus, & virtutis, sed carnis, & sanguinis, quos ponet Deus, *ut rotam: & sicut stipulam ante faciem venti* s, ita ut firmiter, ac fixè possidere, & habitare non possint. Cœlestis beatitudo sola absolutum hæreditatis meretur nomen, quia sine periculo amittendi possidetur, non sicut eæ res, quas hìc habemus, etiamsi sit justitia & gratia, ut observat Bernardus t.

Et semen servorum ejus possidebit eam.) Verba Hebræum & Græcum sunt pluralia, ינחלו *jinchalu*, & κληρονομήσουσιν, sume do videlicet nomen *seminis*, & זרע *zerahh*, & σπέρματα collectivè; quos vocat *filios* בני *benè*, Paraphrastes. Augustinus, *obtinebunt*. Accipitur *semen* D pro seminis fructu, & genitis ex semine. Valde id usitatum Hebræis, nonnumquam etiam Græci fructum redditum partu, & humanam propaginem prolemve vocant σπέρμα, *semen servorum DEI* sunt ex DEI proleminati servis, Abraham, Isaac, & Jacob, & horum opera facientes, & ad illud unum semen pertinentes; cui benedixit Dominus. Istis solis debetur seminis gratiæ fructus gloria. Quod vero attinet ad allegoriam de Ecclesia, opportunè Hugo Cardinalis monet, ejus possessionem atque administrationem tribui debere semini servorum Dei, qui Apostolorum imitentur fidem, & probitatem, ut non tantum, inquit, de nobilibus, nec tantùm de Romanis fiant Cardinales, aut Papa, sed tantùm de bonis cujuscumque generis, vel nationis: qui etiam, ut sequentibus dicitur verbis, diligant nomen Dei, exemplo Petri, à quo Dominus requisivit dilectionem, & amorem, quum ei agnos, & oves pascendas commendavit *u*.

Et qui diligunt nomen ejus.) Judæos in spiritu hæc magis exprimunt, ut observavit Hilarius, utrumque semen, ac filios Abrahæ, ut pietatis magis sit, non generis electio: quia præstet omnibus charitas Dei, quæ in Christo est; sicut Petrum nihil aliud, quàm utrum se amaret, interrogavit idem Christus, quod etiam paullo antè diximus.

Habitabunt in ea.) Hilarius, *inhabitabunt eam*. Id noto ne quis in synonymis frustra discrimen requirat: etiamsi non eadem verba sint, Græcum & Hebræum, διατασλωσουσι, & ישבנו *ijschenu*, in quibus non deesset nonnullum, ut ita dicam mysterium, si proprietatem exactè attenderem. *Non amo nimium diligentes* x, & *minutam diligentiam* y.

x *Cic. 2. de Orat.*
y *idem in parad.*

PSALMUS
SEXAGESIMUS NONUS.

1 In finem, Psalmus David:
In rememorationem, quod salvum fecerit eum Dominus.

2 DEus in adjutorium meum intende: Domine ad adjuvandum me festina.

3 Confundantur, & revereantur, qui quærunt animam meam:

4 Avertantur retrorsum, & erubescant, qui volunt mihi mala:
Avertantur statim erubescentes, qui dicunt mihi: Euge, Euge.

5 Exultent & lætentur in te omnes qui quærunt te, & dicant semper: Magnificetur Dominus: qui diligunt salutare tuum.

6 Ego verò egenus, & pauper sum: Deus adjuva me: Adjutor meus, & liberator meus es tu: Domine ne moreris. C

Titulus & Argumentum.

Vers. 1.) In finem, Psalmus David.
In rememorationem, quod salvum fecerit eum Dominus.

NIhil nos morantur primæ dictiones quatuor, quæ toties occurrerunt. Non omnes aut non modo eodem sunt in omnibus editionibus, tam illæ quàm sequentes. Hebraicè omittitur nomen Psalmi, nec non Græcè, ac Latinè in bibliis Complutensibus, & Regiis, & apud Nicephorum, Basilium, Theod. Quæ sequuntur post quatuor primas, testatur vel Basil. vel Theodor. non extitisse in aliquibus codicibus Græcis, nec in textu Hebræo, nec apud alios Interpretes, videlicet diversos à LXX. Nunc textus Hebræus habet לדוכיר *lechazchir*, sicut & in titulo Psal. 37. ubi quemadmodum & hìc Græcè εἰς ἀνάμνησιν.

Ad juvandam memoriam valere hunc Psalmum significatur; aut esse dignũ, qui freqnentetur propter accepta à Deo beneficia, illud maximè quod continetur consequentibus verbis, vel suggeratur veluti Deo, ut quemadmodum antea fecerit, juvare in postremum dignetur. Nil refert quòd in auferendi casu aliqui legant, *in rememoratione*, ut Hilarius & fere ceteri Latini. Aliud discrimen est, quia ex iisdem Latinis, multi habent vice pronominis, *eum*, pronomen, *me*, quod etiam Latinè, & Græcè biblia Complutensia, Regiaque, & Græcum, *με*, omnia biblia, atque Græci Enarratores. Hieronymus, Remigius, Haimo, Ayguanus, Bruno Carthusianus, & Herbipolensis, item Lyranus, Rickelius, Hugo, retinent, *eum*. Perinde est de se in prima vel in tertia loqui perso-

Mujus Psalmi usus.

Istius & similis Isaiæ loci carnalis intelligentia reprehenditur ab Hieron.
a c. 65. 21.
b c. 16. 55. 56.
c Joan. 14. 2.
d Mat. 7. 24. 25.
e Rom. 11. 25.
f Luc. 15. 11. & seq.
g Joan. 20. 4. 5.
h Mat. 20. 16.
i Rom. 10. 19.
k Hier. 23. in Iosue.
l Luc. 19. 17.
m in act. c. 4. 21. c. 9. 31. d
n Ps. 146. 2.
o Esa. 40. 10

p Ps. 24. 13. Is. 36. 11. 22. 29. Ps. 81. 8.
q Eccl. 44. 11
r Ps. 22. 23.
s vers. 14.
t ser. 21. in Cant. Semen pro seminis fructu.
Σπέρμα.
Allegoria, Hugonis Cardinalis admonitum. Cardinales & Papa unde & quomodo accersendi.
u Joan. ult. 21. 16. 15.

na. Poſtremo, *fecit*, & non, *fecerit*, legamus, parum intereſt; etiam ſi plurium ſit prior lectio. Græca, εἰς τὸ σῶσαί με Κύριον, poſſent reddi, *ut ſalvet me Dominus*, quia aoriſtus, præſentis temporis uſum habet: & Baſilius vel Theodoretus, denotari volunt orationem pro futura ſalute, auxilioque: quod indicant etiam Euthymius, Nicephorus, Apollinarius. Hoc iſto modo explicat, τὸν πάντα γινώσκοντα μιμησάμενον Θεὸν Δαυὶδ ὅτι εἶπεν, σῶζε δή με δέσποτα, *omnia ſcientem commonefaciens Deum David dixit, ſalva utique me Domine*. Latinos oportet ſequi, quibus favet *rememoratio*, quæ de præteritis eſt, quamvis juvet illa, ut oratio inſtituatur pro futuris; nec neceſſe eſt ſuſpicari cum Janſenio legiſſe apud Græcos Interpretem noſtrum, ἐν τῷ σῶσαι. Arnobius ait ad præcedentis Pſalmi verba, *ſalvum me fac*, titulum reſpicere, quaſi gratias agat ſalvatus. Denique retineri titulus totus debet, quiſquis ad Hebræa quidpiam adjecerit, majoris proculdubio auctoritatis nunc ſaltem, poſt Eccleſiæ approbationem, quàm ſimplex expoſitor, cui Lyranus & Rickelius eam additionem tribuunt. Auguſtinus tituli nulla fecit mentionem, quia fortaſſis nihil judicavit in eo notat. dignum. Omitto quod R. Eſaias hoc loco affert להוביע *lebazebir*, eſſe principium cujuſdam noti Cantici, cujus concentu Pſalmus hic modulatè canendus eſt. Agellio non aſſentior à LXX. poſitum in titulo id quod in Hebræo eſt initium Pſalmi. Cur enim id feciſſent, non aſſequor profectò rationem, qua ſuam illam conjecturam tueri nititur, & omnino novam opinationem. Vim certè ratio non habet ut nos ab aliis abſtrahat, communique & recepta lectione, & ſi ea translatio facta eſſet, non eſſent uſi verbo σῶσαι, ſed βοηθῆσαι, quod ipſe in veteris Vaticani codicis textu prætermiſſum teſtatur. In titulo Chaldæo non moror *pro faſciculo thuris* לבונתא עלצריר *bhaltſerir leuuntha*. Innuit fortaſſis orationem iſtam compendioſam quam generet David velut ſuavem faſciculum, quem tamquam *ignis meditatione* a incenderet, quum eam mente ac ſpiritu recitaret. Conſtat enim cum incenſo orationem comparari, & in quodam alio Pſalmo *b*, & in Apocalypſi *c*, nomen etiam *faſciculi* alludit ad rememorationem.

a Pſ.38.4. Orationis cum incenſo comparatio.

b Pſ.140. 2. c c.5.8. e 8. 3. 4.

Jam verò titulus hic indicat Argumentum. Redigit in memoriam veterem liberationem, vel ab Abſalone, ut placet Baſilio, ſive Theodoreto; vel à Saule, quum eos fugeret (utrumvis R. Kimhi aſſerit) vel ab alio gravi periculo ſcilicet quòd ſimili ſit tunc uſus oratione quam, quòd adeo utilis fuerit, memoriæ cauſſam in carnem retulerit, tum ut ad ſimilem neceſſitatis articulum in promtu haberet, tùm ut memoris gratique animi ſignificationem ederet in conſpectu liberatoris ſui Dei, tùm, quod iidem Græci Patres affirmant, & Euthymius ac Nicephorus, ut præ manibus haberet quoties delicti reminiſceretur adverſus Uriam commiſſi, atque tamquam potens carmen caneret contra dæmones, qui ſe in illud barathrum conjecerant, ne ampliùs ſui dominarentur.

Argumentum.

Latini explanatores pro maxima parte conveniunt, clamare ſub Chriſti perſonam Prophetam ad Deum Patrem, eum commonefaciendo eorum quæ decreverit ab æterno per Filium ſuum facere pro Eccleſia, & electis, contra hoſtes ipſorum: ut propterea juvet liberetque ſe à gravi lucta, quam ſit initurus cum illis.

Simile quid etiam aſſerunt de oratione Corporis Chriſti myſtici, quod eſt Eccleſia, & nos ipſi, quibus dum in hac verſamur vitæ militia, neceſſarium eſt aſſiduè implorare auxilium Dei, ut hoſtes quidem confuſi tandem abeant, nos ex impenſa nobis ope, obtentaque victoria, conſequamur lætitiam.

Uſus hujus Pſalmi cum 63.67. & 70. quando.

Martyribus & Confeſſoribus Caſſiodorus aſſignat hunc Pſalmum: Auguſtinus, omnibus juſtis; Athanaſius, in Epiſtola ad Marcellinum, utilem ait eſſe, cum 63.67. & 70. Pſalmis, cuilibet, quem terreant inimici, neque conquieſcant ab inſidiis, omniaque machinentur in ejus perniciem, etiam ſi plurimi fuerint. De crebro uſu primi verſiculi dicam poſtea.

Totus hic Pſalmus fere idem cū ultimis quinque trigeſimi noni verſibus.

Quia verò totus Pſalmus parum differt ab ultimis quinque trigeſimi noni verſibus, non erit hìc nobis hærendum diutius, ſed quæ præſenti ſunt propria, ſolùm attingenda. Simile quiddam notavimus Pſalmo quinquageſimo ſexto de illo & de 117. & idem contigit primis verſibus 30. & 70.

A *Verſ.2.*) Deus in adjutorium meum intende: Domine ad adjuvandum me feſtina.

Si ex Pſalmi trigeſimi noni verſu decimo quarto; *Complaceat tibi Domine ut eruas me, Domine ad adjuvandum me reſpice*, tollas primum verbum, quod eſt Hebraice רצה *retſeeh*, Græcè, εὐδόκησον, & pro יהוה *tehovah*, prioris loci, legas *Elohim*, quod eſt in iſto; reliqua Hebræo ſermone nihil differunt: Græco autem ibi eſt, εὐδόκησον κύριε τοῦ ἐξελέσθαί με, κύριε εἰς τὸ βοηθῆσαί μοι πρόσχες; hic, ὁ Θεὸς εἰς τὴν βοήθειάν μου πρόσχες, κύριε εἰς τὸ βοηθῆσαί μοι σπεῦσον. Hieronymus demto primo verbo, alterius Pſalmi, & nomine *Domini* pro nomine *DEI*, tranſfert utrobique eodem modo, niſi quod priori loco, *ad adjuvandum me*, in hoc: *ut auxilieris mihi*. Placuit LXX. Interpretibus nonnihil variare; & pro רצה *retſah*, ex priore Pſalmo, uſurpare πρόσχες, quaſi legiſſent hic elementis ſimile ראה *reth*, vide: *pro τοῦ ῥύσασθαί με, ut liberes ſeu eruas me*, nomen cum præpoſitione εἰς τὴν βοήθειάν μου; & pro πρόσχες quo erant uſi in ſecundo memoro alterius Pſalmi, & in primo iſtius, adhibuerunt hìc in fine verbum σπεῦσον, *feſtina*.

B

Deus.) Jam monui in Pſalmo trigeſimo nono, verſu decimo quarto, vertiſſe Hieronymum, *Domine*; quia ibi eſt יהוה *Iehovah*; hic אלהים *Elohim*, quæ tamen utrovis modo exponi poſſunt. Ibi etiam eſt κύριε, *Domine*: hìc ὁ Θεός *Deus*. Nomina duo, *Domine Deus*, conjungunt Romanum Pſalterium & Hilarius.

In adjutorium meum intende.) Idem Hilarius docet orari, ut is qui *qui poſuit adjutorium ſuper potentem* d Chriſtum, *intendat in* idem *adjutorium*. Opus habemus nos multo magis, quàm Chriſtus, ſempiterno, ut Auguſtinus loquitur, adjutorio in iſto ſæculo. Parum ſolida Brunonis Carthuſiani notatio eſt, ut *intendere* ſit intenſum ſe in juvando gerere. *Adjutorium* quod Hugo dicit, uxor, quæ viro data eſt in hunc finem *e*, vel certè caro ipſa, contra quas oretur quatenus nocent, hoc verſu DEUS; in tertio, contra Dæmones, qui quærunt animas: in quarto, contra inimicos apertos, qui volunt nobis mala: in quinto, contra fictos qui dicunt, *Euge Euge*, vel, ut in primo (ſupputando verſus abſque titulo) petatur donum Timoris: in ſecundo, Pietatis: in tertio, Scientiæ: in quarto, Fortitudinis: in quinto, Conſilii: in ſexto, Intellectus: in ſeptimo, Sapientiæ. Delectatus his Hugo. Dum abſit ineptia, & non præ ſe ferat qui his utitur, aliud quàm accommodationem quamdam ſenſus, tolerari poſſunt: non autem ſi proferat velut ex litterali ſenſu, quod factitant ignari Scripturarum in ſermonibus ad populum, non ſine vel riſu, vel ſtomacho.

d Pſ.88.20. Opus habemus ſempiterno in iſto ſæculo adjutorio. Parum ſolida Brunonis Carthuſiani notatio.

e Gen.2. 20. Hugonis interpretatio.

C

Placet magis diſtinctio Ayguani de multiplici hominum genere, quibus adjutorium Deus præbet. Auctorem obvium conſulat qui vult, diſputantem præterea de illis qui DEI contemnant adjutorium, aut qui DEI adjutores ſunt. Monet demum in genere aptari poſſe verſus ſeptem totidem extirpandis capitalibus vitiis.

Diſtinctio Ayguani apta.

Feſtina.) Agellius negat membrum ſecundum appoſitum à LXX. ſed ab illo Interprete: atqui in textu Hebræo totum eſt: nec ab illis omiſſum credi debet, & aliquo modo rejectum in titulum; ſicut priùs quoque monui. Denique Græci legunt ut partem textus, & ſi non diffitear apud Apollinarium extare interpretationem ſolius primi membri:

D

ἄφθιτε νωιτέρου σροπιάζεο πάντοτ' ἀρωγήν.
Immortalis, noſtrum obſerva ſemper auxilium.

Sed contentus fuit ſemel dixiſſe, quod ſynonymè bis dicere poterat. Quomodo etiam ab Auguſtino & Hilario prætermiſſa eſt interpretatio membri ejuſdem.

Verbum חושה *chuſciah*, pro quo in Pſalmo trigeſimo nono *f* eſt πρόσχες, & *reſpice*, hic autem σπεῦσον, & *feſtina*, habet ſignificationem utramque tùm *feſtinandi*, & *accurrendi cum ſtrepitu*, ita ut exaudiatur ab aliis, tùm *ſentiendi cum oblectatione*: quod facit qui intendit; & ut Pſalmo 118. *g* vertitur ἠτοιμάσθω: *paratus ſum*: & חישׁ *chaſciah*, atque חשוה *chaſciaſciah*, *ſollicitudinem diligentiamque*, ſignificat. Quod feſtinarum urget David auxilium, Cajetanus ait vel priùs per re-

f 65.14.

g *verſ.* 60.

ve-

velationem didiciſſe id eſſe præbiturum DEUM: vel quia gravitatem ſentiebat periculi. Convenit ſecunda ratio cuilibet. *Si* placet vim Græci vocabuli θεὸς, pendere, quatenus derivant ὑπὸ θεᾶσθαι, & θέειν, *contemplari*, & *currere*, propter providentiam quam gerit de omnibus, ut annotavit quoque Dionyſius *a*, meritò nunc ab illo exigitur τὸ προσέχειν καὶ τὸ σπεύδειν, *intendere atque feſtinare*.

a *De div. nomin. c. 12.*

De verſiculo toto Caſſianus *b* (quem hoc loco Caſſiodorus meritò cognominat facundiſſimum, licèt non in omnibus ſequendum, nempe quum de gratia diſputans vergit ad Pelagianos) multa differit, demonſtrans utilitatem ejus tantam eſſe, ut quicquid Monachi aſſumſerint, ſine illius trina iteratione non inchoent. Videtur Iſaac, apud Caſſianum, ad Pſalmi titulum alludere, quum ait, quòd ad perpetuam DEI memoriam poſſidendam, hæc inſeparabiliter propoſitas nobis eſſe debeat formula pietatis, quia recipiat omnes affectus quicumque inferri humanæ poſſunt naturæ, & ad omnem ſtatum atque univerſos incurſus propriè ſatis & competenter aptatur, & adverſus univerſa diſcrimina invocationem DEI: præterea humilitatem præ confeſſionis, ſollicitudinis & timoris perpetui vigilantiam, conſiderationem fragilitatis ſuæ, exauditionis fiduciam, confidentiam præſentis ſemperque adſtantis præſidii, amoris & charitatis ardorem, inſidiarum contemplationem inimicorumque formidinem, &c. poſtremò, qui ſe ſemper, & in omnibus, inquit, deſiderat adjuvari, manifeſtat quod non tantùm in rebus duris ac triſtibus, ſed etiam in ſecundis ac lætis pari modo DEO egeat adjutore. Subjicit longam, elegantem, piam per capitalia vitia, & alia pericula inductionem, contra quæ plurimum præſentis recitatio attenta verſus conducat. Jam hortor ut hunc verſiculum, in opere quolibet ſeu miniſterio, vel in itinere conſtituti cantare non deſinamus: hunc & dormientes & reficientes, & in ultimis naturæ neceſſitatibus meditemur, hunc mediantibus nobis ſomnus irrepat, donec inceſſabili ejus exercitatione formari, etiam per ſoporem eum decantare conſueſcamus, ut expergefactis primus occurrat: nobis vigilantibus, cogitationes anticipet univerſas: de noſtro ſurgentes cubili curvatione genuum tradat; atque illinc deinceps ad omne opus actumque deducat: omni tempore proſequatur, hunc meditemur ſecundùm præcepta legislatoris *c*, ſedentes in domo, ambulantes in itinere, dormientes atque conſurgentes: hunc ſcribamus in limine & in januis oris noſtri; hunc in parietibus domus noſtræ, & penetralibus noſtri pectoris collocemus, ita ut hæc ad orationem procumbentibus ſit acclivis decantatio, & exinde conſurgentibus, atque ad omnes uſus vitæ neceſſarios incedentibus fiat erecta & jugis oratio. Docet etiam *d* hoc verſu, ſi nimirum rectè concipiatur, poſſe paupertatem ſpiritus comparari; per quam nihil nos præſidii, nihil virium habere cognoſcentes, de aliena largitate quotidianum poſcamus auxilium, *mendici* & *pauperes* Dei, qui *ſollicitus* eſt noſtri, ac juvat nos *e*, ita ut ſic pauperes & inopes ex animo laudemus nomen illius *f*.

Exhortatio ad hunc verſiculum perpetuo in ore habendum.

c *Alluſio eſt ad Deut. c. 6*

d *cap. 11. Matt. 5. 3.*

e *Pſ. 39. 18.*
f *Pſ. 73. 21.*

Retuli in ſummum quæ pluribus de verſiculo iſto Caſſianus perſequitur, quibus ſit conſentanea ubique de gratia docuiſſet, reprehenſionem Proſperi & aliorum non incurriſſet: gratiæ namque neceſſitatem vix potuit meliùs quàm citato loco tractando verſiculum præſentem, demonſtrare. Quòd Caſſianum Caſſiodorus trinæ iterationis in uſurpando verſiculo à monachis in quolibet opere meminiſſe dicit, equidem non reperio. Mentionem miror minimè factam à Caſſiodoro de recitando, recitarique ſolito eodem verſiculo ad omnium horarum canonicarum principium. Dixi nonnihil pſalmo quinquageſimo, quum exponerem verba illa *g*, *Domine labia mea aperies*, &c. monuique à nonnullis etiam in matutinali officio ante illa recitari verſiculum hunc noſtrum *h*. Admonet de dicto exordio horarum ab iſto verſiculo Gloſſa ordinaria quæ ex Alcuino ſumta eſt, & refertur etiam à Petro Lombardo, Ayguano, Rickelio, Valentia, & aliis recentioribus.

Caſſiani reprehenſio à Proſpero & aliis.

Verſiculi hujus recitatio quando.

g *verſ. 17.*

h *In Reg. S. Benedict. c. 9.*

Cauſſam reddit Alcuinus, quia quum orare debemus, maximè tunc nititur tentare diabolus, ut *muſca morientes perdant ſuavitatem unguenti* i. Ultimi duo putant id etiam prævisum in ſpiritu à Davide. Fieri poteſt; vix credo Amalarius *k*, & Strabo comparant uſurpationem iſtam verſiculi cum verbis, quæ recitabantur quando eferebatur Arca *l*; *Surge* m *Domine, & diſſipentur inimici tui &c.* Id notavimus Pſal. ſexageſimo ſeptimo *n*. Quod idem Strabo inſtitutionem refert ad antiquos Patres intelligens proculdubio quæ dicuntur à citato Caſſiano, non arbitror ſatis certum: quia generaliter adhibendum præcipit ad omnia: nec in troparia Græcorum, vel apud ullum alium ſcriptorem Græcum extat hujuſmodi ritus ullum indicium. Hic in fine ſuggero quod aliàs notavi de prima Eccleſiaſtæ ſententia frequentanda *o*, & alia quæ tantopere placuit Alexandro Severo; *quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris* p. Idem eodem jure meretur, ut Caſſianum audiamus, noſter iſte verſiculus. Placet Bonifacio VIII. hic verſiculus pro Symbolo *q*.

i *Eccl. 10. 1.*

k *4. de Eccl. offic. c. 2.*
l *De reb. Eccl. c. 25.*
m *Num. 10. 35*
n *verſ. 21.*

o *Chryſ. Hom. in Eutrop. to. 5.*
p *Lamprid. in Severo.*

Verſiculus hic pro ſymbolo Bonif. VIII.
q *Cic. in ver.*

Verſ. 3.) Confundantur & revereantur qui quærunt animam meam.

IN Verſu 15. eadem ſunt prorſus Hebraicè, & Græcè, niſi quod pro ἐντραπήτωσαν, imperativi modi, eſt optativi modi ἐντραπεῖησαν: & in utraque lingua, atque in Latina additur, *ut auferant eam*, & in tribus editionibus *ſimul*, poſt *revereantur*. Confuſio & reverentia in utramque partem ſumi poſſunt; ſed potius in malam, & de perſecutoribus Chriſti, Eccleſiæ, cujuſcumque juſti. Ut qui vitæ inſidiantur, operiantur confuſione, & pudore: cum perſecutionibus ipſis, & mortibus proficere Chriſti Religionem & virtutem vel inviti deprehendent; certè ſaltem olim poſt ſuammet mortem, & in generali judicio, confundentur, inquit Hilarius, Chriſti animam quærendo, quem quum peremerint, ſcient eum vivere, quia Deus vitæ & reſurrectionis eſt Dominus: dehinc (quod poſtea ſequitur) avertentur nec occurrant cum ſanctis *obviam Chriſto in nubibus* raptis. Poſtremò averſi, non in aliis quàm, retrorſum reſurgentes, ultioniſque judicio, in infima terræ, unde emerſerant, revertentur. Imitatur Hieronymus Hilarium.

Epheſ. 4. 4.
Theſſ. 4. 17.

In bono ſenſu exemplum vindictæ affert Auguſtinus in Saulo confuſo, & reverito, proſtrato, erecto ad obediendum, qui inflammatus erat ad perſequendum. Moraliter diſtinguit Ayguanus confuſionem in vitiis, quando mens ipſa perturbatur, &, ut ita dicam, deordinatur formaliter propter vitia *r*, pro vitiis quum tamquam pœna & effectus malus conſequitur ex illis, contra vitia quum diſplicent, & pœnitet peccatorem: primo & ſecundo modo prævideri hoc loco; tertio etiam optat. Ferri tamen deſiderium poteſt in confuſionem peccatoris ſecundam; ut conducit ad tertiam, & ad reverentiam, quatenus importat honorem quem defert offenſo Deo peccator, timens pœnam. Vovet alibi *ſ* David fore ut *lingua ejus tota die meditetur juſtitiam Dei, cujus confuſi & reveriti fuerint qui quærunt mala illi*. In genere Sapiens *t* tradit eſſe duplicem confuſionem, quæ adducit peccatum, & quæ adducit gratiam gloriamque.

Moralis diſtinctio confuſionis in vitiis.
r *Act. 9. 7.*

ſ *Pſ. 70. 24.*

t *Eccl. 4. 31*

Revereantur.) Addunt *inimici mei*, Pſalterium Romanum, & Caſſiodorus:

Qui quærunt animam meam.) Dixi additum Pſalmo 39. *u*, *ut auferant eam*. Ibi vero etiam docet; quod hoc itidem monet loco Auguſtinus, bene ac male quæri Chriſti animam poſſe, & quæri Chriſtum in alio *x* Pſalmo, quòd non eſſet qui requireret animam ejus; eo loco doluiſſe ſe non quæri ad imitandum; hìc gemere ſe quæri ad opprimendum. Poſtremo non male Hugo, ut etiam prius notavi, eos qui animam quærant, dæmones interpretatur, qui animæ præſertim optant interitum, ideſt, damnationem, & Leonis rugientis more quærunt quem hoc pacto devorent *y*.

u *verſ. 15.*

x *Pſ. 141. 5.*

y *1. Pet. 5. 8.*

Verſ. 4.) Avertantur retrorſum, & erubeſcant, qui volunt mihi mala.

Avertantur ſtatim erubeſcentes, qui dicunt mihi: Euge, Euge.

EXtat prior iſtius pars hoc modo in verſ. 15. Pſalmo 39. poſteriore parte. *Convertantur retrorſum, & re-*

vereantur qui volunt mihi mala. Græca & Hebræa utriusque loci sunt eadem, nisi quod optati modi verba Græca ibi, quæ hic imperativi. Ad præcedentem versum tamquam unicum cum illo rejicit editio Hebræa & Græca istius versus omnes dictiones usque ad *mala*. Habet duplicem quoque sensum sententia hæc, sicut præcedens, bonum & malum, sed malus litteralior. Hoc & sequenti se versu Bernardus *a* armabat muniebatque contra malevolos laudatores, & benevolos, verum nimios. Jam vero exponebat precari se ut quicumque existimarent de ipso supra id quod videbant in ipso, aut audiebant aliquid ex ipso, averterentur, ideſt, à laudibus suis in quas ignari nimiè ferebantur, tesilirent, & pedem retraherent, quandoque videlicet cognoscentes plenius, quem immoderatius laudabant, & consequenter erubescentes & errorem suum, vel amici deprehensam inutilitatem, & tam vilis & abjectus eis appareret, quatenus puderet eos talem ita laudasse, & sic desinerent jam indiscretè laudare.

a *Epist.* 72. Contra laudatores malevolos, & benevolos, verum nimios, arma Bernardi.

Erubescant.) In Psalterio Gallicano, *confundantur*, quod priore jam versu positum fuerat, *qui volunt mihi mala*, in Psalterio Romano, & apud Augustinum, & Hilarium, saltem in hujus commentari, *qui cogitant*. Legerunt fortassis βουλευόμενοι, non autem βουλόμενοι: & ita se quoque legisse innuit Appollinarius in metaphrasi:

ἐρεφέτω μωμητὸς ὁ μοι κακὰ βυσσόθεν δομεύων.
Avertatur vituperabilis mihi mala moliens.

Perpendens Augustinus *cogitandi* verbum, docet primò fuisse impetum persequentium; modo remansisse malevolentiam cogitantium: in pravis cogitationibus, tamquam in abysso (innuit hunc abyssum illud Apollinarii, βυσσόθεν δομεύων) visco ligatum diabolum & alludit etiam Augustinus ad ligatum in abysso diabolum *b*, fremere & non erumpere: *videre*, *irasci*, *dentibus frendere*, *tabescere* c.

Apoc. 9. 2. *Ps.* 111. 10.

Inimicos homines Hugo, qui nocere, malisque nos afficere conentur, hìc intelligit; priori versu: diabolum, ut dixi, animæ insidiantem: nec non admitti potest de militibus cadentibus retrorsum, quum Christus se respondit esse quem venerant comprehensum *d*. Generaliter omnes comprehendi adversarii possunt: juxta vero Augustini distinctionem, hi qui pietatis, & Christianitatis prætextu erroribus Ecclesiam persequuntur; quorum aversio, & erubescentia, vel bona, vel mala hìc intelligitur. Ayguanus interpretans de bona, septem illius explicat modos ex divinis litteris petitos intendi cupienti digitum.

d Joan. 18. 6.

Avertantur statim erubescentes qui dicunt mihi. Euge Euge.) In Psal. 39. sic habet versus 16. *Ferant confestim confusionem suam, qui dicunt mihi, Euge Euge*. Variant quoque nonnihil, Hebræa, & Græca. Primum Hebræum verbum, ideſt, ישׁמו *jasciommu, pereant*, ישׁיבו *jasciuu, avertantur*, seu *revertantur*, & *convertantur*: Græcum eo loco, ἀποστράφωσαν, *ferat*, in hoc ἀπεσταφήτωσαν. Pro *statim*, ibi est, *confestim*. Græcè, παραχρῆμα, & hìc αὐτίκα. Eadem Hebræas voces על עקב *bhal hheken*. Hieron. vertit nunc, *ad vestigium*: tunc, *post*. Ultimo pronomine confusionis & αἰσχύνης, ponitur hoc participium, *erubescentes*, & αἰσχυνόμενοι, quum sit idem nomen Hebræum cum affixo בנתם *boschtham*, & reddat Hieron. priore Psalmo, *post confusionem suam*, in isto, *ad vestigium confusionis suæ*, quod aliter transfert pro Cajetano. Rabbinus, *super vestigio*, & Cajetanus declarat *in signum*. Ego autem idem arbitror esse atque quod etiam Latinè valet, *è vestigio*, ideſt, statim, confestim, &c. quasi dicas, simul ac vestigium sublatum est pelve ambulantis; apud Gregorium e legitur, *confundatur statim*, &c. Dum autem exponit sententiam hanc adversus adulatores, ut feciſſe Bernardum docuimus, scribit, verbis istis doceri eorum linguas non esse in sublequenti tempore differendas. Adulatio etenim, ait si vel ad tempus patienter susciputur, augetur, & paulisper demulcet animum, ut à rigore suæ rectitudinis mollescat in delectatione sermonis. Sed ne crescere debeat, statim est, & sine mora, ferienda. Ita quoque Augustinus præsentem locum declarat de adulatoribus plus volens horum linguas persequi, quàm manus interfectorum. Sed hoc de vitio dictum alibi. Lege etiam eumdem Gregorium *f*. Cur toties repetatur *erubescentia*, *rubor*, *confusio*, notat Hugo; nempe quia pudere

c *Hom.* 11. *in Eccles.*

Adulatorũ linguę plus noxiæ quã manus interfectorũ. f 22. *mor. c.* 5. *vel* 9. 10. Hugonis observationes.

A nos debet propter peccata ingratitudinemque nostram, & ob Dei longanimitatem. Observat etiam *euge* usurpari ad ridendum *g*, applaudendum *h*, adulandum *i*, admirandum *k*, commendandum *l*. Egimus Psal. 39. *m*, de eadem voce: at nolim Hugoni credas, *euge* Latinam vocem derivari à Græcis εὖ, *bene*, & γῆ: *terra*, quod adulatores terrena soleant bona laudare. Insolens est hujusmodi derivandi ratio unius linguæ vocabuli ex peregrina lingua. Valet ea interjectio idem quod, *macte*: in quo laus cum adhortatione continetur: quasi eum cui dicis optes *magis auctum*, & eidem, *magmentum*, ideſt, *majus augmentum* n, præsertim virtutis & honoris. Chaldæum geminatum חריאחך יגא *chadena chadena* meliùs videtur interpretatus Nebiensis, *gaudeas, gaudeas*, quàm sit in bibliorum versione, *gavisi sumus, gavisi sumus*.

g *Ps.* 34. 16.
h *ibid.* 26.
i *hic & Ps.* 39. 16. *Euge* voculæ derivatio ab Hugone, unde & comprobatio.
k *Ezech.* 19. 10.
l *Mat.* 23. 21
m *vers.* 16. *Macte, magmentum*, quid sint.
n *Serv. in* 4. *Æn. Macte nova virtute, &c.*

Vers. 5.) Exultent & lætentur in te omnes qui quærunt te, & dicant semper: Magnificetur Dominus: qui dicunt salutare tuum.

NIhil differt aliud 39. Psalmi versus 17. nisi quod habet, *super te*: &, *quærentes*, quod participium Græcè hìc erat, οἱ ζητοῦντες. Ibidem additur κύριε, *Domine*: hìc, ὁ θεὸς, *Deus*, ut notavit etiam Euthymius. In emendatis bibliis Græcis hoc loco non est, ὁ θεὸς, & omisit Apollinarius: Latinè autem extat, *Domine*, in aliis duobus Psalteriis & apud Cassiodorum. Quod idem Euthymius addit pro ultimo nomine *Dominus*, esse ibi *Deus*, non reperio in libris qui nunc extant: sed utrobique legitur κύριος, *Dominus*. Hilarius priorem Psalmi partem interpretatus de precatione contra impios, docet, hanc quæ sequitur, quia rememorationis erat Psalmus, ideſt, eam gerebat in titulo continere orationem pro sanctorum spebus. Ut scilicet resurgant in lætitiam, sicut illi alii in confusionem, & quum priores quia irriserint, & mala cogitaverint, rubore suffundendi sint: isti, propterea quod salutare dilexerint Dei ad confessionem magnificentiæ illius proficiant. Generaliorem sequimur sensum.

Lætentur.) Augustinus, *jucundentur*. *Exultandi* & *lætandi* seu *jucundandi* distinctionem aliàs attigimus. Crebrò synonymè usurpantur: nec *exultare*, ad corpus; *lætari*, ad mentem semper pertinet; quamvis utriusque partis gaudium intelligi hìc possit.

Qui quærunt te.) Rectè idem Augustinus monet prius à Deo ipso quæsitos esse qui quærunt illum. Tunc argumentatur optimè: Contemnet te ò Ovis quærentem, se qui prior quæsivit contemnentem se, & non quærentem se, *lætetur cor quærentium Dominum* o, invenient si in tota tribulatione cordis quæsierint eum *p*.

o *Ps.* 184. 3.
p *Ps.* 118. 2.

Et dicant semper.) Ita videntur passim alii nectere ut sit simile illi sententiæ, *benedicam Dominum* q *in omni tempore*, *semper laus ejus in ore meo*. Apollinarius magis clarè id exprimit,

q *Ps.* 33. 2.

τἀντοπεβαζόπτιν μεγαλαυχέ ἀγώρα θεοῖα,
Semper loquantur magnifica dona Dei.

Tamen Augustinus refert ad verbum *magnificetur*, ut hoc dicant, semper magnificetur Dominus. Explicat etiam ut sit magnificandus à te, quando vocat te, ideſt, quando confitenti peecata secundùm inspirationem suam dedit veniam: quando incipis justè vivere, nec velis ipse umquam, aut uspiam magnificari: sed etiam tunc magnifices eum ut regat, & si perseveras usque in finem, ut glorificet.

Magnificetur Dominus.) Quo pacto magnificari Deus à nobis possit, alibi monuimus. Hilarius notat non indigere aliquo Deum, aut quidpiam expectare à rerum naturis, & mentium opinionibus, quum ad æternæ beatitudinis naturam sibi sit ipse sufficiens, & nihil extra quod sibi desit, ne aliunde expectet, dereliquerit: magnificari per beneficiorũ suorum incrementa nobiscum, cum magnificentia ejus & commodorum nostrorum sensu ac jucunditate, & referendæ gratiæ laude cumulatur; denique quotiescumque magnificetur, dicimus toties aut optandi nobis à Deo muneris, vota esse, aut sumti perceptique confessione, magnificentiæ ejus laude nobiscum, per commodorum nostrorum incremen-

ta

ta naſcente. Malo poſteriorem pro confeſſione & laude magnificentiæ divinæ; additis quandoque attributis aliis, quæ quum celebramus, magnum Deum eſſe declaramus. Rarò reperies uſurpatum per modum optantis ſeu imperantis *magnificandi* verbum, vel judicantis, & enunciantis, ut ſignificet petere nos, vel optare, vel aſſerere beneficia Dei erga nos; ut *magnificamus Dominum; magnificatur Dominus*, *magnificetur Dominus* &c. Nec etiam quando dicitur *anima magnificare* a *Dominum*, aliud ſignificatur, quàm celebrare illum ut magnum; quamvis verum ſit, quòd *magnificare Dominum miſericordiam ſuam cum aliquo* b, vel *magnificare facere cum aliquo* c, ſit magnificentiæ opera exercere, & magnis afficere beneficiis. In libro Numerorum *d*, quod ſcribitur; *Magnificetur ergo fortitudo Domini*: videtur habere dictam notionem pro deſiderio, ut ſuæ fortitudinis effecta & ſigna edat. Hoc loco poſt lætitiam & exultationem juſſi vel invitati dicere, *Magnificetur Dominus*, non jubentur, aut invitantur ad poſcenda beneficia nova, ſed ad gratias laudeſque pro jam acceptis, ſive à ſe, ſive etiam propter communionem charitatis, ab aliis. Pareamus ſapienti *e*; *lætetur anima veſtra in miſericordia ejus, & non confundemini in laude ejus.*

Verbi magnificandi uſurpatio.

a *Luc.*1. 46.

b *ibid.*57.

c *Pſ.*125. 3.

d *c.*14. 17.

e *Eccl. ult.*

Qui diligunt ſalutare tuum.) Non aſcenderunt in cor hominis quæ præparavit DEUS *expectantibus & diligentibus ſe* f, diligentibus adventum ejus tùm primum, tùm ſecundum, reddet *coronam* g *juſtitiæ*, gloriabuntur in eo *qui diligunt nomen ejus* h, habitabunt in cœleſti Jeruſalem *i*: inque dilectis tabernaculis DOMINI *k*. Quid ſibi velit, *ſalutaris* vocabulum, vidimus aliàs. Diligit hoc ſalutare, ut ait Auguſtinus, qui à Deo ſalutem cognoſcit eſſe, non à ſe *s* ſe ſanatum, ſed prius ægrotum, ut ipſe ſe ſanare nequiverit, nec alius homo; quia *vana ſalus hominis* l: *nec in eo eſt ſalus* m, ſed *Dominus eſt* n. Præterea diligit non amore ſolo concupiſcentiæ, ſed amicitiæ, ſinceræque charitatis, hac ſalutare, qui non ideo quia ſibi ipſi bonum, ſed quia ipſum in ſe ac per ſe, nec illud uni ſibi optat, ſed aliis, volens exemplo Dei omnes homines ſalvos fieri. Ad hæc ſalutem & ſalutare diligere cenſetur, is tantum, qui non negligit ſalutem *o*. Eſt nempe via adipiſcendi eam, quod eſt operari ipſam *p*. Suſcepit *ſcientiam ſalutis* q, & *annunciatam viam* r, *pœnitentiam ſtabilem in ſalutem* habet *ſ*: meminit ſe poſitum *in acquiſitionem ſalutis* t, etiam ſi capiatur alio nomine tamquam *hæreditas* u: longanimitate Dei bene utuntur arbitrantes eſſe *ſalutem* x, hoc eſt, occaſionem & *diem ſalutis* y. Denique ut alia præter eam qui ſecum reputat, quòd *ſalus animæ in ſanctitate juſtitiæ melior eſt omni auro, & argento* z, quamvis hæc verba ultima videantur eſſe de ſanitate, quæ vocatur ibi, ὑγίεια καὶ εὐεξία, *ſanitas, & bona habitudo*, nec fit Græcè mentio de ſanctitate juſtitiæ.

f *Eſa.* 63. 4.
1. *Cor.*2. 9.
g 2. *Tim.*4. 8
h *Pſ.*5. 12.
i *Pſ.*68. 37.
k *Pſ.*73. 2.
l *Pſ.*59. 13.
m *Pſ* 145. 18
n *Pſ.* 3. 9.
o *Hebr.* 2. 5.
p *Phil.*2. 12
q *Luc.*1. 77.
r *Act.*16. 17
ſ 2. *Cor.*7. 10
t 1. *Theſ.*5. 9
u *Hebr.*1. 14
x 2. *Pet.*3. 15
y 2. *Cor.*6. 2
z *Pſ.*30. 15

Verſ.6.) Ego verò egenus & pauper ſum: Deus adjuva me.

Adjutor meus & liberator meus es tu, Domine, ne moreris.

IN Pſalmi 39. ultimo verſu leguntur iſta hoc modo, *ego autem mendicus ſum & pauper, Dominus ſollicitus eſt mei. Adjutor & protector meus tu es: Deus meus, ne tardaveris.* Ibi Græcè pro ὁ θεός βοήθησόν μοι, *Deus adjuva me*, habetur ὁ θεὸς φύλαξόν με, *Dominus ſollicitus erit mei*: pro ῥύστης, *liberator*, ὑπερασπιστής, *protector*; pro κύριε, *Domine*, ὁ θεός μου, *Deus meus*. In Hebræis hæc differunt. Pro אלהים *elohim*, eſt ibi, אדני *adonai*: pro תושה *chuſciah*, *feſtina*, יחשב *iachaſciou*, *cogitabit*, aut, *ſollicitus erit*: pro עזרי *hhezri* עזרתי *hhezrathi*, quæ valent, *auxilium meum*: pro יהוה *iehouah* אלהי *elohai*. Hoc præſertim Hebræi textus diſcrimen obſervo, ne quis tot eorumdem diverſis in Pſalmis repetitionem verſuum putet fieri abſque ulla prorſus mutatione: quod tamen Poeta facere pro arbitrio poteſt, ut ſe varia dat occaſio.

Egenus & pauper ſum.) In Pſalmo 39. *mendicus*, &

pauper ſum, Græca ac Hebræa nomina, eadem. Verbum ſubſtantivum hoc loco deeſt Hebraicè & Græcè, & abeſt à quibuſdam codicibus Hilarii, atque Auguſtini. Hic etiam urget Auguſtinus profeſſionem neceſſitatis gratiæ: ſolum DEUM ideo verè Dominum, quia omnes eo, ipſe nullo eget *a*; alter alterius hominis ope, etiam ſervi, qui dominus vocatur, ac propterea non abſotutè dominus. Alludit præterea ad nomen mendici Lazari *b*, quem aſſerit eſſe typum Eccleſiæ, ſignificare autem juxta etymologiam, *adjutum*, & ſemper confiteri Eccleſiam debere adjutorio ſibi opus eſſe. Voluit dicere *adjutorium Domini*, & paſſivè ſumere, pro ut eſt in alio. Nam Hebræum nomen proprium Eleazar, quo, ut more Latino inflectitur, & dicitur Eleazarus, Paulinus *c* dictum appellat mendacium, habet dictam notionem *adjutorii Domini* ab אל *el*, *Deus*; & עור *hhezer adjutorium*, ſive *auxilium*: Syriacè in Evangelio appellatur לעזר *ethhazar*, Græcè, λάζαρος. Hebræi vocarent אלעזר *ethhazar*, qui Græcè, ἐλεάζαρ, & Latinè, *Eleazar*, quod fuit nomen filii Aaron *d*, & aliorum, interdumque in Scriptura ἐλεάζαρος, & Eleazarus protenſo nomine dicitur. De Chriſti paupertate Hilarius hunc interpretatur locum, confirmatque, quod ei ne ad Paſchæ quidem cœnam, niſi quæſita, & aliena domus fuerit *e*. Pluribus aliis argumentis id aliàs oſtendimus. Drogo *f* Cardinalis, unumquemlibet ex nobis egenum pauperemque interpretans, & nimirum, ſalutis egentem, non ineptè comparat cum mendico illo & claudo ex Actibus Apoſtolorum *g*, qui ſedebat ad portam templi Speciosam, quum aſcenderent Petrus & Joannes hora orationis nona ad templum, qui eadem CHRISTUS oraverit hora in Cruce, & expiraverit *h*.

a *Pſ.*16. 2.
Mendicus Lazarus Eccleſiæ typus.
b *Luc.*16. 20 & 22.
c *ep.* 31. *ad Alethium.*
d *Exod.*6. 23
e *Deu.*26. 18
f *de Paſſi Do. tom.*2. *ibid. Patrum.*
g *c.*3. 2.
h *Luc.*23. 46

Deus adjuva me.) Meminit Hugo alios legere, *adjuva me*, non reperi apud alium hujuſmodi lectionem.

Adjutor meus & liberator meus es tu.) Auguſtinus, *& erutor*. Id quoque valet ῥύστης. *Erutorem* idem doctor, implicato nexibus diverſarum curarum quæ, hinc atque inde dilaniant quaſi ſpinæ & ſæpes in anguſta via, neceſſarium docet: hærere, qui dicat, ſufficit, juſtus ſum, neminem debere arbitrari ſe jam accepiſſe, perfectum eſſe apprehendiſſe *i*, qui ſe putet ſcire, nondum ſcire, quemadmodum oporteat eum ſcire *k*, quæ ſunt retro, obliviſci oportere, & in ea quæ ante ſunt, ſe extendere, & ſequi ad palmam ſupernæ vocationis: cavendum ne non modo audiantur qui tibi dicunt, ſed ne ipſe tibi dicas, *euge euge* teipſum laudando, laudantibus conſentiendo.

i *Phil.*3. 12.
k 2. *Cor.*9. 2

Domine ne moreris.) Pſalteria duo alia, & Hilarius, Auguſtinus, Caſſiodorus, Arnobius, *ne tardaveris*, ſieut & in Pſalm. 39. juxta vulgatam editionem, & videntur nomen *Domine*, jungere præcedentibus, quod ad ſenſum nihil refert. Auguſtinus acutè declarat, quum non ſit reipſa venturus Deus antequam ſtatuerit, ne tardius videatur nobis ſpatium quod ſtatuit: & habeamus tolerantiam, ſine qua tardum videtur, & deflectimus à Deo, ſimiles illis qui in eremo fatigati, feſtinaverunt à Deo petere delicias, quas illis in patria ſeu in terra promiſſa reſervabat, & quum non darentur, quibus fortè corrumperentur, murmuraverunt redieruntque corde in Ægyptum *l*. Hilarius interpretans de Chriſto, vult indicare Chriſtum tarditatem ſibi nullam patiendo quæſiviſſe, qui & paſſionis moras non ferens, proditori dixerit *m*: *fac quod facis, cito*: ſimul etiam feſtinare, liberari in ſe ſuſceptæ carnis infirmitatem maturatæ reſurrectioni, virtute. Quiſquis periculum ſentit ingruens aut boni quidpiam ſperat, cenſet eſſe periculum in mora, & *ob dilatam ſpem affligitur* n: deſcendere quodammodo Deum orat, priuſquam ſubeatur periculum ſicut Regulus faciebat *o*: ipſique cum Daniele *p*, dicit, *ne moreris propter temetipſum Deus meus.*

l *Exod.* 13. 2
m *Joa.*13. 27
n *Pro.* 13. 12
o *Joan.*4. 46
p *c.*9. 19.

PSALMUS SEPTUAGESIMUS.

1 Pſalmus David.
Filiorum Jonadab, & priorum captivorum.

IN te Domine ſperavi, non confundar in æternum: 2 in juſtitia tua libera me, & eripe me.
Inclina ad me aurem tuam, & ſalva me.
3 Eſto mihi in Deum protectorem, & in locum munitum: ut ſalvum me facias.
Quoniam firmamentum meum, & refugium meum es tu.
4 Deus meus eripe me de manu peccatoris; & de manu contra legem agentis & iniqui:
5 Quoniam tu es patientia mea Domine: Domine ſpes mea à juventute mea.
6 In te confirmatus ſum ex utero: de ventre matris meæ tu es protector meus.
In te cantatio mea ſemper: 7 tamquam prodigium factus ſum multis: & tu adjutor fortis.
8 Repleatur os meum laude, ut cantem gloriam tuam: tota die magnitudinem tuam.
9 Ne projicias me in tempore ſenectutis: quum defecerit virtus mea, ne derelinquas me.
10 Quia dixerunt inimici mei mihi: & qui cuſtodiebant animam meam, conſilium fecerunt in unum.
11 Dicentes: Deus dereliquit eum; perſequimini, & comprehendite eum: quia non eſt qui eripiat.
12 Deus ne elongeris à me: Deus meus in auxilium meum reſpice.
13 Confundantur, & deficiant detrahentes animæ meæ: operiantur confuſione, & pudore qui quærunt mala mihi.
14 Ego autem ſperabo: & adjiciam ſuper omnem laudem tuam.
15 Os meum annunciabit juſtitiam tuam: tota die ſalutare tuum.
Quoniam non cognovi litteraturam, 16 introibo in potentias Domini: Domine memorabor juſtitiæ tuæ ſolius.
17 Deus docuiſti me à juventute mea, & uſque nunc pronuntiabo mirabilia tua.
18 Et uſque in ſenectam & ſenium: Deus ne derelinquas me.
Donec annuntiem brachium tuum generationi omni, quæ ventura eſt:
Potentiam tuam, 19 & juſtitiam tuam Deus uſque in altiſſima, quæ feciſti magnalia: Deus quis ſimilis tibi?
20 Quantas oſtendiſti mihi tribulationes multas, & malas: & converſus vivificaſti me: & de abyſſis terræ iterum reduxiſti me:
21 Multiplicaſti magnificentiam tuam: & converſus conſolatus es me.
22 Nam & ego confitebor tibi in vaſis pſalmi veritatem tuam. Deus pſallam tibi in cithara; ſanctus Iſrael.
23 Exultabunt labia mea quum cantavero tibi: & anima mea, quam redemiſti.
24 Sed & lingua mea tota die meditabitur juſtitiam tuam: quum confuſi & reveriti fuerint qui quærunt mala mihi.

A *Titulus & Argumentum.*

Verſ. 1.) Pſalmus David.

Filiorum Jonadab, & priorum captivorum.
In te Domine ſperavi, non confundar in æternum.

JUxta Biblicam noſtram verſuum diſtributionem, comprehenditur verſu uno titulus cum recitatis aliis verbis. In bibliis Complutenſibus, & Regiis præponitur Græcè, & Latinè, τῷ Δαυὶδ ψαλμὸς, *David Pſalmus*, & poſtponitur, ἀνεπ᾽ ἀρθοι παρ᾽ Ἑβραίοις, *ſine titulo ad Hebræos*. Et ita quidem in textu Hebræo nullus omnino titulus eſt: affirmat autem Baſilius, ſive Theodoretus, verbis illis Græcis teſtari qui fecit inſcriptionem, illam in Hebræo non reperiri. Euthymius ait, quum David hunc Pſalmum conſcripſerit ex perſona filiorum Jonadab, & aliorum, qui primo à Babyloniis in captivitatem ducti ſunt, LXX. præſenti Pſalmo hanc inſcriptionem imimpoſuiſſe, quum omni prorſus inſcriptionem carere apud Hebræos illum inveniſſent.

B

Quiſquis tituli ſit auctor, & ſive omnium qui extant, LXX. ſive Eſdras, ut hoc loco ſentit Haimo, qua de re diſputatum in præfatione, pari hic reverentia recipiendus ac reliqui. De LXX. ſcribit Hieronymus, non pauca de ſuo vel addidiſſe, vel abſtuliſſe, iis tamen auctoritatem datam ipſa vetuſtate. Auguſtinus non dubitat aſſerere ſi quid ſit in codicibus Hebræis, & non apud LXX. noluiſſe Spiritum ſanctum per iſtos, ſed per illos Prophetas Hebræos nempe Scripturarum conditores immediatos, dicere: & contra ſi quid apud LXX. & non in dictis libris, per hos maluiſſe dicere: quidquid apud utroſque invenitur, voluiſſe per utroſque, ſed ita, ut illi præcederent prophetando, iſti ſequerentur propheticè illos interpretando. Sed nunc non diſcepto quanta debeat apud nos eſſe LXX. interpretum auctoritas. Conſtat editionis vulgatæ Latinæ multo potiorem eſſe, quam ſcilicet approbavit, & nobis propoſuit Eccleſia. Qui titulum nullum recipiunt, ejuſdem argumenti eum priore Pſalmo eſſe contendunt, quod univerſè pronuntiant de quibuſcumque Pſalmis titulo carentibus, qui poſt alios titulo inſignitos conſequantur, ut eadem præfatione monuimus. Lyranus negat à priore diſtingui, & parvi facit hunc titulum: ut fere ſolet ſatis inconſultè, aliorum Pſalmorum: nec veretur dicere appoſitum ſecundùm imaginationem, vel opinionem alicujus expoſitoris, & non videri multum concordare cum littera Pſalmi. Trevetus eodem pacto dicit non eſſe diverſum Pſalmum à præcedente. Ayguanus, & Valentia refellunt, quia Hebraicè notatur numerali nota diſtincta. Expendamus jam tituli partes ſeorſim. Meminit hujus tituli Hieronym. *a* ad Paulinum.

C

a *Ep.* 13.

Filiorum Jonadab.) Monui apud alios extare ante hæc, alia verba, *David Pſalmus*, legit Nicephorus ordine oppoſito, ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ, *Pſalmus ipſi Davidi*, ſed nihil refert. Apud Auguſt. extat ſolùm, *ipſi David*, apud Hieronymum, Bedam Brunonem utrumque, Haimonem, Hugonem, Rickelium, *Pſalmus David*: apud Caſſiodorum, *David Pſalmus*: apud Ruffinum, & Gloſſam ordinariam, *in finem Pſalmus David*. Indicat Arnobius ſe legiſſe, *Pſalmus filiorum Jonadab*. Conveniunt omnes non illum Jonadab (Apollinarius Ιωναε δάφον vocat) intelligi, qui filius erat Semmaa fratris David, vir prudens valde, & impurum conſilium Ammoni nepoti dedit potiundi amata Thamar ſorore fratris ſui Abſalon *b*, ſed qui patrem habebat Rechab de quo mentio fit in hiſtoria Regum *c*, ubi narratur ſocius fuiſſe Jehu in occidendis reliquiis domus Achab, & cultoribus Baal. Sed à Jeremia *d* præcipuè. Hic Rechabitarum filiorum Jonadab admirabilem conſtantiam commemorat, tum virorum, tum mulierum in obedientia patris ſui, circa vini abſtinentiam, & non ædificandas domus, & non poſſidenda vinea, & agro, & non habenda ſemente, & exprobrat Dei nomine inobedientiam populi erga expreſſa ejus præcepta, & Rechabitis promittit propter tantam obedientiam, quod *non deficeret vir de ſtirpe* ipſorum, ſeu *Jonadab filii Rechab ſtans in conſpectu ejus cunctis diebus*. Quo promiſſio quid contineatur, & quodnam myſterii, eſt

D

Quis *Jonadab* hic intelligendus

b 2. *Reg.* 13. 3. 4. 5.
c *l.* 4. 10. 15. *& ſeq.* 13.
d *c.* 35. *toto*.

est incertum. Munus Leviticum, & sacerdotale suadet
a 2. hist. c. 22. fuisse quod prodit, Eusebio *a* teste, Egesippus *b*, quum
b Lib. 5. Jacobum lapidibus obterere Judæi pergerent, ex Sacerdotibus unum de filiis Rechab, filii Recabim, qui sunt Jeremiæ testimonio commendati, emissa voce contentiùs dixisse. Quid agitis? justus pro vobis Deum precatur. Monachorum duces Hieronymus *c* hos Rechabitas
c Ep. 13. nominat cum Elia, Elisæo, filiis prophetarum, atque de iisdem esse psalmi præsentis titulum. Haimo, & Bruno Carthusian. vocant hoc loco Rechab Sacerdotem: difficile ideſt, si non fuerunt de Tribu Levi, sed Juda, ut fere creditur, Rechabitæ. Psallendi munus habuisse Didymum Agellius ac Theodor. asserere scribit, & propterea canendum illis psalmum à DAVIDE datum. Non hoc Theodoretus dicit, & gratis dici non dubito.
d in 1. Par. 2. q. 20. & 21. Plura de Rechabitarum origine Abulensis *d*, & Chri-
e in c. 35. Ier. stophorus *e* Castro noster: prior autem quibus in rebus adumbraverunt religiosos, qui sunt in Ecclesia. Videtur Deus voluisse ut hi nunc nominarentur *filii Jonadab*, quos modestiæ causſa Jonadab institutor tam piæ familiæ, non à se, sed à suo patre Rechab *Rechabitas* co-
f Ps. 53. 8. gnominabat. Ludunt multi in etymo *Jonadab*, *Domini*
g Ps. 55. 12. *spontaneus*, qui dicere possit *f*, *voluntariè sacrificabo tibi*. Item, *In* g *me sunt Deus vota, quæ reddam laudes tibi*, & ad psallendum tales invitari, &, ut ait Arnobius, sub ætatis viros. Bruno Carthusianus Christum
h Hebr. 10. 22 interpretatur Sacerdotem *h* oblatum, quia voluit *i*; filios suos invitantem ad renuntiandum omnibus *k*, &
i Esa. 3. 7. vitæ religiosæ perfectionem sectandam: vel certe exactam obedientiam divinæ legis.
k Luc. 14. 33

Et virorum captivorum.) Augustinus, *& eorum qui primi captivi ducti sunt*. In plurimis Bibliis Græcis καὶ τῶν πρώτων ἐχμαλωτισθέντων, sed in emendatis πρώτων, ideſt, & qui priùs captivi ducti sunt, vel, ut legit Augustinus, primi. Meminit Haimo lectionis absque particula conjungente *filiorum Jonadab priorum captivorum*. Illam Apollinarius omisit:

> παῖδες Ἰωναδάφ μεγαλήτορος, οἷς τὸ πάροιθεν
> ἐναῖται Βαβυλῶνος ἄγον καζαδέλεον ἦμαρ.
> *filii Jonadabi magnanimi, quibus antea (primo loco) incolæ Babylonis attulerunt servilem diem.*

Ruffinus tangi docet his verbis historiam, quommodo filii Jonadab in prima captivitate in Babyloniam ducti sunt. Græci satis favent; & apud ceteros captivos in honore fuisse, ut illis præ aliis psalmis meritò inscribatur. Nihil propriè de horum captivitate divinis litteris
l c. 35. 10, 11 proditum extat. Solùm citatus Jeremias *l* refert ex tabernaculis, ubi habitare tantùm ex religione ipsis licebat, recepisse se in Jerusalem, ut Chaldæorum ac Syrorum vitarent exercitus. Occupata civitate hos celebris famæ homines abductos credi potest Hieronymus
m Ep. 13. *m* de institutione Monachi scribens Paulino, explicansque psalmi titulum de Rechabitis, ut priùs dixi, ait hanc primos captivitatem sustinuisse dici, quòd post solitudinis libertatem, ideſt, continuam habitationem in tabernaculis, Urbe quasi carcere recluſi sunt. Non negat longiùs inde abductos, usque in Babylonem, & equidem credo, quamvis videatur aliter sentire Augustinus, dicens, non captivos ductos, sed illis, qui ca-
D ptivi ducendi erant, oppositos à Jeremia, ut scilicet obedirent hac in re isti Deo, sicut illi patri obediverant in abstinentia, de qua diximus, & intelligerent ideo se captivos duci, quia in aliis non obediverant.

Argumentū Psalmi. Hinc de argumento ferri judicium potest. Est psalmus supplex oratio in Babylone captivorum Hebræor. inter quos eminebant pietate filii Jonadab, sive Rechabitæ. Vel, si, quod Hebræi malunt, apud quos Psal. est ἀνεπίγραφος, *absque titulo* de scripto David agit, quum Absolonis pateretur persecutionem jam senex, de qua ætate fit
n vers. 18. postea mentio *n*, ut notat R. Elaias Tranensis, Cajetan. Jansenius, Gagnejus, Arias, Agellius, Ayguanus. Deinde qui titulum postea ascripsit, aptum censuit dictis captivis psalmum: aut judicavit etiam, Davidem, quum suam illam calamitatem deploraret, habuisse in mente futuram populi captivitatem, de qua ipsum Deus per revelationem docuisset. Deniq; quod nostri Patres, Latini præsertim, docent, longiùs David simul prospexit ad assertorem libertatis nostræ Christum, qui nostram induens personam, pro suæ oret velut captivitate mortalitatis, & libe-
A ratione per resurrectionem, tùm pro captivis sub durissima dæmonis, mortis, damnationis, propter peccatum captivitate, & sub lege membrorum, quæ captivos nos ducit in lege peccati, ut infelices liberemus *à corpore morte hujus* o, quamdiu adhuc sumus captivi primi, o Rom. 7. 14 nondum secundi, hoc est, in ipso jam inferno, & morte secunda: exemplum autem proponat simul Rechabitarum, & quotquot in sua illa Babylonica piè ac patienter de Deo sperabant, non coetumaciter diffidebant. p Tr. de in- Athanasius *p* istius psalmi eumdem monet usum esse at- terpret. Ps. que præcedentis, & 67. ac 63. Si terreant nos adver- ad Marcell. sarii, neque conquiescant ab insidiis, omniaque machi- Usus hujus nentur in nostram perniciem, etiamsi plurimi fuerint. Ps. cum præ- cedente & *In te Domine speravi, non confundar in æternum.*) Psalmo 30. Græcè & Hebraicè habetur eadem sententia. Hic 67. ac 63. ad quid. tamen Psalteria duo alia, & Augustin., atque Cassiodorus legunt, *Deus in te speravi, Domine non confudar in æternum*. Quod dicitur *non confundar in æternum*, indicat, ut observat August. vel quòd numquam fuerit confusus, qui hoc orat, & petat numquam confundi, vel
B quòd aliquando fuerit confusus, sed nolit deinceps confundi. Nemo est qui non fuerit confusus in Adam, aut qui saltem non debeat dici peccavisse in illo, etiam si forte præservatus sit ne confusionem contraheret peccati inhærentis, ut Deipara. Confunditur quisque in Adam, & in se: accedendo ad Christum illuminatur, & *facies* ejus *non confunditur* in æternum *q*, nec erubescit in his, q Ps. 33. 6. quæ fructum nullum verum proferre possunt *r*. r Rom. 6. 21.

Simpliciter sensus, ut postulet exaudiri ne confundatur, quia confundi solet, cui aliquid negatur, quemadmodum aliàs docuimus. Hypotheticum hìc latere syllogismum Cassiodorus vult: Si Deus, in te speravi, non confundar in æternum: attamen Deus in te speravi, non confundar in æternum, ideſt, inquit, in illa judicii retributione, ubi confundi omnino pœnale est: hìc autem frequenter prosperè confundimur, quando à pessima intentione revocamur, & in bonam partem traducti probabiliter erubescimus, qui pridem de nostro scelere gaudebamus. Videtur præterea David objicere DEO, de ipsius existimatione, fide, auctorita-
C te, bonitate, potentia, ne frustra speraſſe in eum videatur, inanes fuisse preces, vota concepisse inania, & quidem, quantum existimet, æqua & justa: quasi præstare vel nolit Deus, vel non possit, quod iis promisit, qui sperent in eum. *Qui persequuntur* justum *cadent, & infirmi erunt, confundentur vehementer, quia non intellexerunt opprobrium sempiternum quod numquam delebitur* f. Lege quæ dicta sunt primis tribus versibus f Ioc. 20. 21. psalmi trigesimi, quibus hic, & sequentes duo sunt similes.

Sensus loci.

Vers. 2.) In justitia tua libera me, & eripe me.
Inclina ad me aurem tuam, & salva me,

IN Psalmo 30. deest ex primo membro, *& eripe me*: loco, *& salva me*, est, *accelera ut eruas me*. Quamvis, ut ibi monuimus, Græcè, & in Latinis codicibus nonnullis extent eadem verba, & eripe me, καὶ ἐξελοῦ με, ut Hebraicè ibi כלשנן *palleteni*, hic in futuro, quod habet vim imperativi הצילני והכלשני *thatsileni uthpalleteni*. Legit hoc loco Augustinus. *erue me*, & *exime me*, pro, *libera me*, & *eripe me*. Cassiodorus, & Psalterium Romanum, *libera me*, pro, *salva me*. Augustinus, *salvum me fac*.

In justitia tua.) Misericordiam interpretatur Cassiod. & Bruno Herbipolensis: quia quum non sufficiat nobis nostra justitia, pertineat ad misericordiam Dei parcere. Justitiam synonymam facit æquitati Cassiodorus. Alioqui non est novum, nec semel notatum sumi pro misericordia nomen *Justitiæ*, Psal. 30. Symmachus ἐλεημοσύνῃ loco δικαιοσύνῃ usurpavit: Justitiæ quoq; propriè dictæ ratio hìc est, ut compescat Deus iniquos adversarios nostros, & ipsiusmet Dei respectu censetur justitia id quod eum decet, atq; ad ipsius quasi munus pertinet. Denique si agitur de liberatione, salutequè humani generis, misericordia est, quòd ea illi impendatur: justitia, quòd eo modo, ut simul satisfiat debito, atq; justitiæ divinæ. Non etiam perfectè liberatur peccator, nisi in justitia Dei, hoc est in dono justitiæ sanctificantis, quod in-

Justitia nomen pro misericordia.

Non perfectè liberatur peccator, nisi in justitia Dei.

hæ-

hæreat animæ illius, & ſit ſimul illius, & Dei, quia à Deo eſt, ab eoque data, ut ait Auguſtinus, contra eos, qui *ignorantes Dei juſtitiam, & ſuam volentes conſtituere, juſtitiæ Dei non ſunt ſubjecti* a, nec in eum credunt *qui juſtificat impium* b, & gloriantur *quaſi non acceperint* c.

a *Rom.*10.3. b *c.*4.4. c 1.*Cor.*4.7. Dei miſericordiâ ſuis meritis non poteſt homo pervenire, niſi gratia divina ſe ad liberandum hominem inclinaverit.

Inclina ad me aurem tuam.) Dictum aliàs de hac phraſi. Humilem ſe, ait Caſſiodorus, jacere profitetur, quia niſi divina gratia ſe ad hominem liberandum inclinaverit, ad illam miſericordiam ſuis meritis non poteſt pervenire, quam cupit: neque cujuſquam meritum ad illum attingit, niſi ipſe miſericors ad peccatores pronus adveniat. Meritum ſuum nullum eſſe priore profeſſus eſt membro: in hoc flagitat clementia divina ſuppleri quod ſibi deſit, ut non valentem ad Deum aſcendere per ſe, & appropinquare in conſpectum ejus, dignetur veluti occurrendo excipere orationem. Nunc quaſi delapſum, & deſcenſum Dei ad orantem innuit illud in pſalmo 30. *Accelera ut eruas me* d.

verſ. 3.

A Chriſtus ipſe factus eſt nobis per incarnationem, & paſſionem protector, qui ut Deus umbra carens, carnis fuerat Creator, & poſt peccatum ultor, factus eſt, inquit Auguſtinus, locus refugii noſtri, qui primò erat metus fugæ noſtræ n, ſub umbra ejus licet ſedere concupiſcentiæ metuentibus æſtum, & dulces gutture fructus degustare o, ac in eadem umbra vivere *in gentibus* p, hoc eſt inter perturbationes. Objecit ſe item in paſſione ſcutum ad excipiendos ictus noſtris peccatis debitos, & id ſcutum laboris ſui dedit *cordi noſtro* q. Munitus eſt item nobis locus factus, & *altiſſimum refugium* r, in Cruce horridum ac ſenticoſum ob ſpineam coronam, inacceſſibile ſecundùm divinitatem. Lege Philippum Grevæum *ſ.* Tandem ſi mihi alium locum elegero, ait Auguſtinus, ſalvus eſſe non potero, non eſt munitior, non eſt, quò fugiatur ab illo, niſi ad illum, & Gregorius t, in ſola Creatoris noſtri protectione fidendum ſcribit, quum antiquus hoſtis terrarum locis à tentatione non excludatur, qui etiam in paradiſo hominem ſtravit.

n *Gen.*3.10. o *Cant.*2.3. p *Thre.*4.20. q *c.*8.65. r *Pſ.* 90.9. ſ *Ser.* 145. t *L.*8.*ep.*in 45.

Verſ. 3.) Eſto mihi in Deum protectorem, & in locum munitum, ut ſalvum me facias.

Quoniam firmamentum meum, & refugium meum es tu.

VAriat nonnihil iſta, ſecundùm omnes editiones, prout nunc notabimus, ab his quæ ſunt in Pſalmo trigeſimo.

Et in hoc locum munitum, ut ſalvum me facias.) Hebr. legimus hoc loco לבוא המור צויח לחישיעני *lauothamid'tſiuuitha lechoſcibheni*, quæ ſic reddit Hieron. *ut ingrediar jugiter præcepiſti, ut ſalvares me.* Alii accipiendo præterit. pro futuro & hoc pro imperativo, vel optat, *ſis mihi rupis inſtar munitiſſima*, (quod priora valent verba) ut jugiter obambulare, tutò videlicet poſſim, & eò me recipere, quum opus erit, mandes ut me ſervent, nempe Angeli tui, ut ait Clarius, aut ſubaudiendo (ſicut) eſto mihi in Deum protectorem, ſive in robuſtum habitaculum, ut illud ingrediar ſemper, ſicut præcepiſti ut me ſervarent, vel (mandaſti) idem eſt, ac ſtatuiſti, decreviſti, promiſiſti. Philippus de Portis carmine Gallico eleganter ſanè ſenſum ex Hebræo expreſſit integri verſus.

Declaire toy mon defenſeur,
Et ſois le dongeon haut & ſeür
Où t' aye touſiours ma retraite:
Car tu m' as promis tout ſupport.

Explicans eum qui ſequitur, ſubdit:

Tu es mon roc, tu es mon fort:
E la franchiſe, où je me jette.

Nonnihil forſan aliquis ſuſpicabitur recitata Hebræa propter nonnullam litterarum ſimilitudinem permutata eſſe illo modo ab iis, quæ Pſalmo 30. habentur לכוא *lauo*, pro לבית, *leueith*, חמיד צויח *thamid tſiuuitha*, pro מצירות *metſudoth*. Non auſim id approbare. Video tamen Agellium abſque hæſitatione aſſerere uſos LXX. eadem hìc verborum lectione, quæ eſt in Pſalm. 30. *e*. Chaldaicè, *ſis mihi rupes fortis ad refugium jugiter*. Græcè in Pſalmo 30. eſt, εἰς οἰκον καταφυγῆς, & Latinè in editione vulgata, *in domum refugii*, hoc loco εἰς τόπον ὀχυρὸν, *in locum munitum*, ſive firmum, & tutum, qui aliàs dicitur ab ἐχυρὸν ἐχεαδρ, *hærere*. Apollinarius exponit, ἐμωεδος οἷα τις οἶκος, *firma velut quædam domus*. *Turris fortiſſima nomen Domini: ad ipſam currit juſtus, & exaltabitur f.* Meretur propria quadam ratione protectionem Dei, ut Ayguanus obſervavit, utve pro munito ei ſit loco qui ſtudet juſtitiæ g, miſericordiæ, ſeu ut pecuniam h, aliaque miſericorditer impendat fideli amicitiæ i. Quamvis præterea juſtum Deus dat, & ponit *in civitatem munitam* k, nunc muniens l donec deducat in cœleſtem abſq; ullo prorſus periculo munitam m. Ordinem religioſum Hugo demonſtrat eſſe *munitum locum*, propter duodecim cauſſas, hoc diſticho comprehenſas, & ab eodem declaratas.

Murus, dentales (propuguacula) *turres, vigiles*
tuba, ſcuta.
Mons, aqua, ſaxa, cibi, machina, foſſa, viri.

e verſ. 3.

Οχυρὸς. Ἐχυρὸς.

f *Pr.*18.10. g *Eccl.*27.9. h *c.*7.36. i *c.*6.6. & *ſeq.* k *Ier.*1.8. l *Sap.*4.17. m *Pſ.*59.11. Ordo religioſorum, *munitus locus* cur dicatur.

B *Verſ.* 4.] Deus meus eripe me de manu peccatoris, & de manu contra legem agentis, & iniqui i.

QUæ ſequuntur nova ſunt, nec in 30. Pſalmo contenta, ſicut quæ præceſſerunt. Præfatus itaq; in genere jam eripi petit de poteſtate peccatoris perſequentis, ac de vi & oppreſſione hominis exlegis, juſque & legem violantis, ſine ullo vel timore, vel pudore, ſed pro arbitrio & cupiditate, ita ut *fortitudo ſit ei lex juſtitia* u, ideſt, juſtum putet, proque lege habeat quod ſe viribus propriis nixus præſtare putet poſſe. Talis creditur Abſalon, qui patrem pepulit regno, moreque prædonis invaſit regnum, nulla pietatis habita ratione, nil penſi habens humanam, divinam, naturalem legem. Vel erant Babylonii, quos collectivè unius nomine intelligit, aut eorum Rex qui captivos detinebat Hebr., & indigniſſimè tractabat: Sequitur cum Græcis & nonnullis Rabinis, Trevetus iſtam ſententiam, priorem plures C de Rabinis, & Lyranus, aliique, quos antea retuli, ita ut, ſine lege agens, Abſalon ſit *ſ* iniquus, Achitophel.

Myſticè plurimi Latinorum, duce Auguſt. loquentem Chriſtum faciunt, aut Eccleſiam, & liberari poſcentem ab hoſtibus ſuis, tùm Judæis & malis Chriſtianis, qui contra traditam legem agunt, veteremq; novamque, tùm Paganis, qui legem quidem poſitivam, ut vocant, à Deo non acceperunt, nihilominus peccantes ſine tali lege, ac ferarum viventes more, ſed contra rationis & legis inſitæ præſcriptum perire merentur x.

Eripe me.) Hieronymus, *ſalva*. Auguſtinus, *erue*: Pſalterium Gallicanum, *libera*. Minùs reſpondet verſio Hieronymi Hebræa פלשני *palleteni*.

De manu peccatoris.) Hieron. *de manu impii*. Generale nomen eſt ἁμαρτωλῶ, ut proinde recipi poſſit in ſequentibus vocibus ea quaſi ſpecifica diſtinctio, de qua meminimus, ſive Abſalon, & Achitophel, ſive legem acceptam prævaricantium: ſive peccantium, D etiamſi eam non acceperint, Ar ושע *raſciahh*, quamvis etiam genericam patiatur ſignificationem, propriè denotat impium, ut eſt interpretatus Hieronymus. Idcirco bene convenit impio in patrem Abſoloni, ut Cajet. expoſuit, eidem tribuens quoque epitheta quæ ſequuntur. Quòd autem, vim, robur, potentiam ſignificet *manus*, notius eſt, quàm ut repeti nunc debeat. Nihil porrò refert quod יד *jad*, hic ſit, ſequenti membro כף *chaph*, *cava manus*, aut *palma ejus*. Diſtinguit Hugo hoc vocabulum & ſequentia duo, non ſolùm illo dicto modo, ut peccator ſit veluti genus, continens alias duas ſpecies, ſed ut ſint omnes diverſæ peccatorum formæ, *peccator diabolus* antonomaticè *y*, *contra legem agens* malus prælatus *z*: *iniquus*, falſus, frater. Vel peccator, quivis cum diabolo ſuperbus *a*: contra legem agens, avarus qui legem illam naturæ viloat *b*, *quod tibi non vis fieri, vide ne tu alteri feceris*: iniquus, luxuriosus, *ſibi ipſi nequam c*, & *in proprium corpus peccans d*. Vel peccator, in ſe; contra legem agens, in Deum; iniquus in proximum. Adde carnem, ejuſque concupiſcentiam, quæ dici peccatum ſolet, diabolum tentatorem, ſæculum nequam. Novit Deus de tentatione (carnis) nos *eripere* e, eri-

Senſus loci.

u *Sap.*2.11.

Myſtica expoſitio.

x *Rom.*2.12.

Manus, pro vi, robore, potentia.

y *Joan.*8.44. 1.*Joan.*3.8. 2 1.*Eſd.*9.2. *Act.* 23.3. a *Job*41.25. b *Tob.*4.16. c *Eccl.*14.5. d 1.*Cor.*6.18.

e 2.*Pet.*2.7.

eripuit de *potestate tenebrarum* a, *dedit semetipsum ut nos eriperet de præsenti sæculo nequam b*. Bernardus *c* transfert sententiam ad illuminet, qui orat, ut à seipso petat eripi, vocando se peccatorem, exlegem, iniquum, quia peccaverit, voluntate persistat agere contra legem, *sibi ipsi sit nequam d*.

a Col. 1. 13. b Gal. 1. 4. c Ser. 81. in Cant. d Eccl. 14. 5.

Contra legem agentis.) Augustin., *legem prætereuntis*. Arnobius, *contra leges agentis*: & videtur omisisse nomen prius *peccatoris*. Hieron. vertit, *iniqui*. Alii, *perversi*, vel, *injusti*, vel, *iniqua agentis*, vel, *torquentis*, vel, *fraudantis*, seu *fraudulenti*. Chald., *auctores iniquitatis*. Hebræo vox est מעול *mehhauuel*, in qua per se includitur significatio παρανομοῦντος, & *contra legem agentis*. Cajet. attendens potestatem Hebrææ vocis, notari arbitratur in Absalone, sicut per nomen *impii* priore membro impietatem contra patrem, ita per hanc tortionem, quod ait iniquum studium fuisse ad pervertendum populum, deniq; persequentem quam reddit, *violenti*, violentiam qua cum exercitu molitus est debellare regem.

Et iniqui.) Hieronymus, *nocentis*. Alii, ut de Cajetano nunc dixi, *violenti*: id valet הומצ *chomets*, seu *opprimentem*, *rapientem*, *cum ira vim inferentem*, & in e vers. 1 Psalmo 72. *e*, exponitur verbo *inflammandi*, hoc excandescendi. Paraphrastes utitur hoc loco nomine *violentiæ* חטוב *catoph*.

Vers. 5.) Quoniam tu es patientia mea Domine, Domine spes mea à juventute mea:

Sensus loci. REddit rationem cur tantopere liberationem suam urgeat, quoniam jam inde à primis annis, quum primum diluxit rationis usus, nullo in alio spem collocavit suam: nullius alterius in tribulationibus, quas experiri contigerit, auxilium patienter expetiit, expectavitque, quàm DEI: diligens eum sibi perpetuum patronum, atque defensorem, & quod antè dixit, Deum protectorem, locum munitum, firmamentum, refugium. Hoc potuit Hebræus populus dicere jam inde à tempore, quo exiit de Ægypto, quos Oseas f etiam nominat *dies juventutis ejus* eosdem quos ascensionis ejusdem de terra Ægypti. Hoc notant Basilius, sive Theodoretus, & Didymus. Trevetus autem subtiliter ait varios populi status comparari cum variis ætatibus nostris, ut infantia dicatur status populi ante ingressum in Ægyptum, pueritia post ingressum Ægypti, usque ad legem datam, adolescentia à lege data usque ad tempora Regum, juventus sub regibus usque ad captivitatem, ut tunc esset senectus. Quare legens hic, *ab adolescentia*; interpretatur tempus datæ legis: quod sequenti versu habetur, *ex utero & de ventre matris*: tempus illud aliud infantiæ. Legi apud Auctorem operis imperfecti g nativitatem Judaici populi fuisse ex tempore Abrahæ usque ad exitum de Ægypto, tunc enim quasi infantem fuisse: juventutem ex tempore Mosis usque ad Reges: virilitatem inde usque ad transmigrationem Babylonis: senectutem usque ad Christum, quando mortuus est populus interficiens propriam vitam. Alii explicant de Davide; vel etiam de alio justo in genere secundùm illius, ut Didymus loquitur, τλωὶκ γαστρὸς πρόοδον, *de ventre progressum*: mysticè adhuc etiam de Christo, quatenus ei aliquo pacto ipes tribui potest, ut jam aliquoties observavimus, sed ætatum distinctio convenire eidem propriè nequit, si senectam seniumque comprehendat, de quo postea h.

f c. 2. 15.

Treveti subtilis interpretatio.

g Hom. 33. in Matth.

Aliorum.

Mystica interpretatio.

h vers. 8.

Tu es patientia mea.) Hieronymus, *expectatio*. Quod nomen in psalmo 38. *i*, ponitur, *& nunc quæ est expectatio mea? nonne Dominus?* ubi est idem nomen Græcum ὑπομονή, & verbum קויתי *Kiuuithi*, ex quo hìc extat nomen de affixo תקותי *thikuatth*. Habetur hoc idem nomen tum Hebræum, tum Græcum in alia simili sententia *k*: *Quoniam ab ipso patientia mea. DEUS patientia, & solatii* cognominatur *l*, & Christo peculiariter attribuitur *m*, tùm sanctis *n*. Est quidem his locis *patientia* idem quod expectatio, & utrumque rem expectatam patienter, significat, hoc est Deum: tamen virtutem etiam ipsam patientiæ significat, quæ perneeessaria est, ut quis eripiatur *de manu peccatoris, contra legem agentis, & iniqui*, quatenus hi modis illis, quod dixi-

i vers. 8.

k Ps. 61. 6. & l Rom. 15. 5. Patientia pro expectatione. m 2. Thess. 3. 4. n Apoc. 14. 12

Amus, intelliguntur. Nam omne peccatum, ait Tertullianus *o* impatientiæ adscribendum: malum impatientia est boni. Confirmat exemplis. Nemo impudicus non impatiens pudicitiæ, & improbus probitatis, & impius pietatis, & inquietus quietis & concludit: ut malus unus quisque fiat, bonus perseverare non poterit. Quòd si cupis effigiem habitumque patientiæ velut in pictura descriptum cognoscere, sic ex eodem accipe *p*. Vultus illi tranquillus, & placidus, frons pura, nulla mœroris, aut iræ rugositate contracta, remissa æquè in lætum modum supercilia, oculis humilitate non infœlicitate dejectis, os taciturnitatis honore signatum, color qualis securis & innoxiis, motus frequens capitis in diabolum, & minax ritus. Ceterum amictus circum pectora candidus, & corpori impressus, ut qui nec inflatur, nec inquietatur. Sedet enim in throno spiritus ejus mitissimi & mansuetissimi, qui non turbine glomeratur, non nubilo livet, sed est teneræ severitatis, apertus, & simplex, quem tertio vidit Elias *q*, &c. Hìc opus patientia fuit mihi, ut hæc transcriberem, quod illibens facere soleo, maximè quum in Commentario Ecclesiastæ *r* locum eumdem recitaverim, aliumque præterea simílem Prudentii *s*, quem ne lectoris abutar patientia, non repetam. Hæc demum, ut imitator Tertulliani scribit Cyprianus *t*, non solùm custodit bona, sed & repellit adversa, quia Spiritui Sancto favens, & cœlestibus inhærens contra facta carnis & corporis, virtutum suasum propugnaculo reluctatur. Quòd favere Spiritui sancto patientiam asserit, ejusdem esse donum non abnuit, sed ei à quo est, respondere & placere. Tam verò Spiritus sancti munus patientia est, ut ipse, sive DEUS, dicatur hoc loco *patientia nostra*. Hocipsum declarat Augustinus *u* ita dici, quia donum Dei est, non autem Dei substantia, idque psalmo 61. *x*, magis explicari verbis illis, *quoniam ab ipso patientia mea*. Disputat simul cur non affirmetur de Deo, *Deus charitas est y*, non autem Deus, patientia est, spes, misericordia, &c. At nos hoc ipsum disputavimus, quum Joannis enarraremus Epistolas *z*. Qui bene distinguet, bene etiam loquetur, & sine errore poterit Deum appellare charitatem suam: Deus charitas mea, ut eumdem vocare patientiam, spem misericordiam. Deus patientia est, spes, misericordia, quia videlicet horum omnium auctor, largitor, conservator, finis & objectum. Nec verò displicet Hieronymus, ut dicatur Deus *patientia nostra*, quia pro illius patimur voluntate. Adde quia reddit præmia pro iis quæ ipsius causa patimur. Quo pacto intelligi potest, quod Angelo Philadelphiæ dicitur *a*: *Ego dilexi te, quoniam servasti verbum patientiæ meæ*, ideſt, fecisti quod præcepi de servanda patientia, aut passus es sicut ego: aut expectasti me, credens me veracem, qui tibi mercedem redderem. Unde subdit, *& ego servabote ab hora tentationis*. Idem Augustinus *b* citans indicatum Cypriani locum, in quo ait, quòd patientia Dei res est, confirmat, quia sequentibus verbis ostendit David quà curreret, & quo pervenerit.

o de patien. c. 4. Omne peccatum impatientiæ ascribendũ Malum impatientia est boni. p c. 15. Tranquillæ patientiæ facie descriptio.

q 3. Reg. 18. 43 l. 4. 21 11. Matth. 17. 3. 4. r in c. 7. 9. s in Physcho. t de bono patientiæ. Spiritus sancti munus patientia.

u 15. de Tri. c. 17. x vers. 6. y 1. Ioan. 4. 14.

z ibidem.

Deus ut patientia, spes misericordiæ dicatur

a Apoc. 3. 10

b ser. 97. de divers.

Domines spes mea.) Omittitur secundo loco repetitio nominis, *Domine*, in Psalterio Romano, & apud Cassiodorum. Augustinus legit: *Dominus est spes mea*, quamvis in Commentario utatur lectione nostra. Græcè bis est κύριε κύριε, Hebræa nomina diversa sunt יהוה ex quibus primum est *Adonai*, secundum habet literas nominis *Jehovah*, sed quia hoc nomen proferunt, sed quum per se solum est per *Adonai*, cujus etiam tunc habere puncta dicunt, propter concursum ejusdem *Adonai*, proferunt ut אלהים *elohim*, supponentes hujus puncta, nec legentes seu pronuntiantes *Jehivi*, quod nullum est nomen Dei apud Hebræos, & sapit potiùs Gentilium Jovem. Sed qui negligunt illam eorum religionem, non curabunt puncta, nec dubitabunt omissis punctis *Elohim* dicere *JEHOVAH*. Equidem de his parum curo.

A juventute mea.) Hieronymus *ab adolescentia mea*. Alii, *ab infantia*, vel *pueritia*.

Crucius noster hoc modo:

O spes ab annis primulis, fiducia
Ab ungulis infantiæ.

Paraphrastes vocat שליות *taliuth*, quam dictionem Latinus interpres bibliorum Regiorum *pueritiam* exponit.

Ne-

Nebienſis *adoleſcentiam*. Apollinarius appellat νεότητα ἥβης, *vireſcentem pubertatem*. Hebr. nomen *ætatis* in plurali tantùm numero עֲלוּמִים *nehhu-im* translatum reperio, nunc *adoleſcentiam* a, nunc *infantiam* b, nunc *virginitatem* c, nun *juventutem* d. Ætatum diſtinctionem cum propriis nominibus cujuſque nunc non vacat afferre. Suffecerit propoſito quòd eadem vox inſervit pluribus ætatibus, & juventus tribuitur adoleſcenti, adoleſcentia juveni, ut ibi, *lætare juvenis in adoleſcentia tua* e. Pete ex ejuſdem loci Commentario, & ex alio in Actus Apoſtolorum f, quum diſputo, cur Saulus adoleſcens nominetur, quæ de tota hac re deſideras. Cur enim jam dictis videar nova ſcripta cudere? Legi præterea Gregoriusg, & Anſelmus h poſſunt, agentes de adoleſcentia Timothei. Profectò paſtoritiam artem non factitabant vel exercere poterant ab infantia fratres Joſeph, quos juſſit ipſe Pharaoni reſpondere, ſe inde ab eo tempore paſtores eſſe, *ſicut & patres ſuos* i, Job etiam quum aſſeverat *ab infantia ſua creviſſe ſecum miſerationem, & de utero matris ſuæ egreſſam eſſe ſecum* k, noluit ſanè dicere ſe jam inde libero rationis, & voluntatis uſu miſereri aliorum potuiſſe. In locis ubi hæc habentur, Hebræum præſentis loci vocabulum eſt, in ſecundo Græcum νόστος, quod hic item extat, in primo phraſis ἐκ παιδός, *à puero*. Si ergo infantia pueritiave propriè ac exactè ſumantur, quo ſapere incipimus, ac dijudicare, ſicut ſequenti verſu, *ex utero & de ventre matris*, hyperbole erit, ut Euthymius obſervat, allato eo, quod ex Job diximus exemplo, ad indicandum intelligendi, cogitandique initium, & tempus, quo cogitare quis ac ſapere incipit. Hieronymus interpretatus juventutem eſſe initium ætatis corporeæ. Bonaventura juvenem Eccleſiam conſiderat ſecundùm parvitatem, juxta id l; *junior fui*, quando erant pauci, ſcilicet, tempore Abel: & deinde Apoſtolorum: ſecundùm fortitudinem tempore Martyrum, ratione quorum eſt illud: *Sæpe* m *expugnaverunt me à juventute mea*: ſecundùm decorem in patria, quando *renovabitur* n *ut aquilæ juventus ejus*.

a Eſ.47.15. c.54.6. Thren.3.27. Gen 8.21. Exe.16.60. c 23.3.8.19. 21. Malac.2.12
b Gen.46.33 Job 31.18.
c Thren.3.27
d Hic & v. 27.pſal.102. 5.pſ.143.12. Juventus adoleſcenti tribuitur, & adoleſcentia juveni.
e Eccl.11.9.
f in c.7. 58.
g Hom. 2 in Exe b. & 3. p. poſt adm. 26. hinc 1.Time 4
i Gen.46.34 & 31.18.
l Eſ. 39.25.
m Pſ.128.1
n Pſ.102. 5.

A divina, noſtra ex aqua, & Spiritu ſancto p, ita ut pro utero, ſeu ventre, & matre, ſit ſacramentum, propatre θεῖα διδασκαλία *divinum magiſterium*, & *doctrina*. Eadem eſt gloſſæ interlinearis ſententia, quam tradere videntur ferè tractatores Latini. Ex his Auguſtinus vim faciens in *juventutis* vocabulo ex priore verſu, quia ætas militum eſt, qui juvenes nempe à juvando dicti feruntur, videtur velle per generationem conferri arma nobis ad pugnandum q, quum pugnamus divinis armis inſtructi, conſtituitque in procinctu exercitus Dei, tunc à juventute nos dici ſperare, & fide, charitate, ceteriſque donis confligere adverſus inviſibiles inimicos: tamen caſuros, niſi ille ſit ſpes noſtra, cui clamamus, *Domine, ſpes mea à juventute mea*. Ruffinus, præter hoc, parationem vocat, qua quis inſtruitur, quum credere incipit, quaſique in utero formatur ſpiritualiter, ut deinde in lucem veræ cognitionis pariatur, & renaſcatur de baptiſmate, ſicque gratiam divinam commendari, quæ *operatur in nobis velle & perficere pro bona voluntate* r.

Juvenes à juvando dicti.

p Joan. 3. 5.
q Erh.6.12.
r Philip.2.12

B Huc ſpectant qui exponunt de Eccleſia, quæ à primo tempore, quo nata eſt, conſervata ſit Dei munere, ne umquam deficeret, ſcilicet DEO, illam protegente per continuum auxilium ſuum. Ita ſentit Jacobus Janſonius, qui Eccleſiæ initium negat ſumendum à die quo Adam in juſtitia creatus eſt, quum putet eum non illum tantùm, ſed fidem quoque peccando amiſiſſe, ſed ab eo die, quo à lapſu atque errore revocatus, fidei ac unanimitati eſt reſtitutus; immo non rectè videri, Eccleſiam ante lapſum, cum ea quæ eſt à lapſu, unam eſſe, quia illa non erat corpus Chriſti, & ratio perveniendi ad ſalutem diverſa erat. Denique docet *uterum* hoc loco non eſſe limum è quo formatus eſt protoplaſtus, ſed illum ſinum in quo fovebatur, & præparabatur homo lapſus, donec formaretur Chriſtus in eo, & deinceps numquam deficeret Eccleſia. Valentia *uterum* triplicem diſtinguens, lateris Chriſti, unde orta ſit Eccleſia, fluminis Spiritus ſancti, unde dona in Pentecoſte; fontis baptiſmalis, quo regeneramur; aſſerit innui hìc regenerationem per baptiſmum, & gratiam Sacramenti Confirmationis. Duas præterea Euthymius inſinuat expoſitiones, ut ſignificet Propheta per *uterum* ventremque matris, priorum ac religioſorum parentum inſtitutionem. Vel quod pro more ac legis gentis ſuæ per circumciſionem octavo factam die, ex ipſo quaſi utero fuerit dicatus Domino. Sextam Trevetus attingit, dum, ut priùs dixi, adoleſcentiam quidem, quæ vocatur juventus præcedente verſu, tempus datæ legis interpretatur, ita ut indicet Propheta populum quem loquentem hìc facit, in Deum ſperaviſſe etiam à principio infantiæ, quod ait eſſe tempus, antequam ingrederetur in Ægyptum. Septima eſt Lyrani, affirmare Davidem deſe, quòd in utero matris fuerit à Deo protectus, ſine qua protectione non fuiſſet de utero matris natus, & quòd in eadem Deus protectione perſeveraverit uſque ad illud tempus, quo hoc ſcribebat. Placuit id etiam Euſebio, niſi etiam Dei vis, inquit, muniret in venire fœtum, non utique conſiſteret, & vitæ compos eſſet. Octava, quam idem Lyranus nonnullorum fuiſſe ait *ſ*, innuitur autem à Bernardo, & eam reſellit, ut ſignificet David ſe in utero ſanctificatum. Quò referri poſſunt, qui de confirmatione in gratia explicant, ut Hugo & Ayguanus, qui *uterum* ait cum Gregorio *t*, eſſe prædeſtinationem, quæ eſt cauſſa confirmationis in bono, *protectionem* verò Dei *de ventre matris*, vult fieri per Sacramenta, quibus ab Eccleſia generamur in Chriſto. Nona, Hieronymi, de Chriſto proceſſiſſe ex utero legis & ventre ſynagogæ; ſemper autem credidiſſe ac ſperaſſe, nimirum ut cadere hæ in illum virtutes poſſunt, ideſt conſtantem, atque perſeverantem in Patris voluntate fuiſſe. Confirmari poteſt ſimili loco pſalmi 21. *u*. *Quoniam tu es, qui extraxiſti me de ventre, ſpes mea ab uberibus matris meæ, in te projectus ſum ex utero, de ventre matris meæ DEUS meus es tu*. Id ſibi vult Arnobius, confirmatum Chriſtum ex utero virginali: & in Deo. Item Bruno Carthuſianus conceptum ſine peccato legeque concupiſcentiæ, ac ab omni deinceps immunem peccato, & protectorem DEUM habuiſſe, quatenus homo erat in utero conceptus & ex ventre natus. Decima Euſebii de eodem CHRISTO, cui etiam

Eccleſiæ initium à die ſummè dum quo Adam in juſtitia citat. eſt, cur negat Janſonius, & à qua die ſumi velit.

Uteri triplicis diſtinctio unde orta Eccleſia.

s Epiſt. 175.
t 14. Moro c.22.
u v.10.11.

C

Verſ. 6,] In te confirmatus ſum ex utero; de ventre matris meæ tu es protector meus.
In te cantatio mea ſemper.

Senſus loci.

NOn à juventute ſolùm, vel adoleſcentia, vel pueritia ſperaſſe ſe, ac expectaſſe cum patientia Deum dicit, ſed à quo tempore conceptus in utero ſit, egreſſuſque ex utero, ipſius præſidio ſe ſtabilitum fuiſſe, ita ut nullo umquam dejiceretur malo, ſemper eum protegeret Deus: in Deum quam primum licuit per ætatem ſperantem, tamquam in firmiſſimum ſuſtentaculum cui firmiter inniteretur, ac ſibi protectorem diligeret. Ait etiam quòd DEI ſemper fuerit expertus protectionem, eumdem ſuis carminibus canticiſque ſemper celebraviſſe. De actu ſpei, qui exigat rationis uſum, unus exponit Euthymius, notans hyperbolem, de qua ante meminimus. Didymus, Baſilius ſeu Theodoretus declarant generationem ac partum de exitu populi ex Ægypto: & eò ſpectare Ezechielem o ſcribentem, *quando nata es in die ortus tui non eſt præciſus umbilicus tuus, & aqua non es lota in ſalutem, nec ſale ſalita, nec involuta pannis*: quaſi diceret, populum adhuc ex materno utero alimentum trahere priſtinæ idololatriæ, ac impietatis Ægyptiorum: ſed hoc loco Davidem loqui ſub perſona cœtus piorum, qui ſe aſſerant ſpem jam inde ab initio in Deum habuiſſe. Idem Didymus adhuc explicat de quovis homine pio, qui à primis annis, ut primum diluxit rationis lux, pietati virtutique ſtudet, ac Deo dicat initium τῷ θεῷ τὸ νοεῖν τε καὶ ὑνεργεῖν, *intelligendi, & agendi*. Probat id ſimili ſententia Job, quæ antea producta eſt cum Euthymio, quem ſuam illam notationem de hyperbolica oratione, cujus etiam meminimus, ex Didymo mutuatum non dubitamus. De ſpe quoque Apollinarius declarat.

o c.16.4.

D

σοὶ πεποιθὼς ἐκ γαστρός ἐλπιζούσης:
Tibi confidens ex utero ſum matris.

Tertio denique modo Didymus explicat de nativitate

etiam ſoli conveniat, ſic ab utero confirmatum eſſe, quoniam quum in eo geſtabatur, mentem in eo immaculatam habebat, item protegi à Patre ab ipſo ventre, quum aliorum forſan genituris præſint Angeli. Adde conceptionem, formationem, nativitatem Chriſti factam opera Spiritus ſancti, abſque commixtionem ſenſuum, quod eodem illo pſalmo docuimus, indicari, nec Angelorum eguiſſe cuſtodia, quam tamen de aliis loquens Origenes *a* comprobat ex hoc loco, & citati pſalmi 21. præterea ex 138. *b*. *Suſcepiſti me de utero matris meæ*, & ex aliis.

a Tract. 5. in Matth.
b verſ. 13.

Quid ad litteram proprius mihi videretur, principio dixi, nec differt à ſeptima opinione Lyrani, & Euſebii, quam plurimi ſequuntur recentiores, & eſt conſentanea textui Hebræo, ac interpretationi Hieronymi, de quibus poſtea. Aliæ ſunt probabiles aut de populo Hebræo, aut de Eccleſia, & quodlibet juſto. Ea quæ de Chriſto eſt, non excedit probabilitatem, quia non adeo multorum Patrum ſuffragia habet, nec pſalmus hic de illo exponi ſolet, aut ita etiam commodè, ut alii, poteſt. Quocirca Cajetanum approbo, docentem divina Davidem hìc beneficia commerore collata ſibi priuſquam poſſet ſpem ſuam ponere in DEO, B ut oſtendat quòd etiam ex beneficiis naturalium donorum cauſſam habeat ſperandi in Deo. Illud quoque rectè ab eodem dictum, & à nobis etiam indicatum fiduciam ſuam in Deo ſibi innatam, velutique congenitam ſecum creviſſe, quemadmodum in alio pſalmo *c* quoſdam vocaverat *alienatos à vulva*, & *errantes ab utero*, propter pronitatem majorem ad malum, ut idcirco ſubjiciat gratum ſe animum ſemper habuiſſe, ut Deum laudaret, caneretque, & in eo jugiter glorietur. Placido Parmenſi perpetuo Cajetani ſectatori idem placuit. Bene illuſtrant confitmantque ſententiam iſtam teſtimonia illa pſalmi 21. *d*, & 138. *e*, quæ proferebantur ab Origene: præterea quæ de corporis humani formatione digitis ipſis quodammodo facta Dei, ſcribit Job *f*, & à matre Machabæorum *g* dicta memorantur. At de ſanctificato intra matris ventrem Davide propterea minùs aſſentior, quia ſic ſanctificatos alios, poſtea mortaliter peccaſſe paſſim negatur: quod non poteſt de Davide negari. Nec diſplicet, ut hinc etiam tum C eodem Origene & Rickelio colligamus Angelorum cuſtodiam, & ab ipſa quoque conceptione cuique proprium aſſignat Rickelius, citans Sanctum Thomam, alioſque: quod non eſt forſitan adeo verum, quia intra ventrem fœtus eſt aliquid matris; ideoq; ſub cuſtodia Angeli matris.

c Pſ. 57. 4.
d verſ. 10. 11
e verſ. 13. Iſ. 49. 2. 9. 10. 11.
f Job 10. 8. 9. 10. 11.
g 2. Matt. 7. 22. 23.
De Angelorum circa nos cuſtodia.

In te confirmatus ſum ex utero.) Hieronymus, *à te ſuſtentatus ſum ex utero*: Alii, *ſuper te*, vel *tibi innixus ſum ab utero*, עליך נסמונתי מבטן *hhhlecha niſmachthi mibbetten*. Ambiguum eſt an *ex utero confirmari* ſit, quum adhuc eſt fœtus in utero, an quum primùm extrahitur ex utero. Utrumque concedi poteſt. Primum mavult Rickelius & Campenſis, explicans, tuo præſidio ſuſtentatus ſum à tempore quo in utero concipiebar, quaſi non tam geſtaret, ac ſuſtentaret mater, quàm Deus ipſe confirmans, & conſolidans materiæ ſeminalis fluxum, atque conceptum primum, & continuans perducenſque formationem uſque ad tempus D partus. Exprimit *h* Job id per compreſſionem luti & caſei coagulationem: & mater Machabæorum appellavit *formationem nativitatis hominis i*. Quod pſalmo K 138. legimus, *ſuſcepiſti me de utero matris meæ*, vertit Hieronymus, *orſus es me in utero matris meæ*, & Hebraicè habetur תסכני בבטן אמי *thesucconi beveten immi*. Refert idem Hieronymus ibi in Commentario tranſtuliſſe quintam editionem, *conflaſti me de ventre matris meæ*. Alii reddunt, *texiſti me*. Communior ſententia eſt ſecunda, & favet magis præpoſitio *ex* מן *min*. Quare ſignificat David ſe ex utero egredientem Dei veluti manibus exceptum, ſuſtentatum, confirmatum ab aeris injuriis, & aliis periculis defenſum, à quibus quodammodo tectus erat. Hoc pacto ſynonymum erit quod ſequitur, *de venire matris meæ tu es Protector meus*. Aliqui, *confirmatus ſum*, reciprocè ſumentes, explicant, à me, aut, ipſe me confirmavi, & ipſum meam in te. Spei eſt confirmare in ſimilitudinem anhoræ, ut Apoſtolus loquitur *l*, & *paratum cor ſperare in Domino*. *Confirmatum* etiam *eſt*, ut in alio pſalmo *m* dicitur, *neque commovendum donec de-*

h c. 10. 9. 10. 11.
i 2. Matt. 7. 22. 23.
k verſ. 13.
l Hebr. 6. 19.
m Pſ. 111. 7. 8.

ſpiciat inimicos ſuos. At quæ communior, melior expoſitio eſt.

De ventre matris meæ tu es protector meus.) Exponit Apollinarius, *in ventre*, quaſi legerit, ἐν κοιλίᾳ, non, ἐκ κοιλίας.

ἄντος τοι σκέπας ἦα δὲ φίλης ἐν γαστέρι μητρὸς:
Ipſe mihi protectio fuiſti chara in ventre matris.

Sed præpoſitio ἐκ מן *min*, & *de*, potiùs innuunt exitum de ventre, ſive de viſceribus, quæ hìc Hebr. vocantur מעים *mehhim*. Transferunt alii, *tu es extractor meus*, *ſecretor*, *avulſor*, *eductor*, ſeu *educens*, *avellens*, *ſecernens*, *exrrahens*. Chaldaicè, *à ventre matris meæ tu extraxiſti me in verbo tuo*, Id valet Chaldæum vocabulum כפקי *mappeki*, unde notum illud Grammaticis punctum mappik, quaſi *educens*, nempe ſonum litteræ, cui infigitur. Eſt σκεπαστὴς propriè *qui tegit*, *operit*, *tuetur*, *defendit*. Non improbabile quod monet Agellius, legiſſe LXX. גנני *goneni* non autem גוני *gozi*. Litterarum certe ſimilitudo non parva eſt. Significat גוץ *goz*, *eductorem*, *exciſorem*, &c. quaſi Deus ipſe exciderit umbili- *n c. 16. 4.* cum, quod apud Ezechielem *n* negatur factum, loquendo myſticè גנו *goneu*, *tegentem*, *claudentem*, &c. unde מגן *maghen*, *clypeus*. In pſalmo 21. *o*. *Tu es qui extraxiſti me de ventre*. Hebraicè eſt, גחי *gochi*, *eductor*, *& extractor meus*. Græcè ὁ ἐκταράσσας. Hoc ſibi Sixtus V. ex iſtis verbis ſumſit ſignum *p*. *o verſ. 10.*

Σκεπαστὴς.

In te cantatio mea ſemper. Alia duo Pſalteria Latina, & Auguſtinus, atque Caſſiodorus, *decantatio*. Hieronymus, *laus*. Alii, *de te laus*, nam præpoſitio) ב) *be* valet quandoque *de*, *propter*, & ſimilia. Græcè autem eſt in dativo ἐν σοὶ, indicans materiam, circa quam eumve qui laudatur, quod alia præpoſitione in eodem caſu dicunt, v. g. εἰς τὸν Σωκράτην, *in Socratem*, quum inſcribunt, de quo ſit oratio, carmen, aut quid ejuſmodi. Notat Nicephorus ponit ἐν σοὶ, pro εἰς σε. Senſus eſt, de te laudem meam omnem conſumo; in te laudando ſum occupatus aſſiduè: novis a te ſemper beneficiis afficior, quæ me cogunt laudes tuas perpetuò celebrare; nullum edam carmen, quod non de laudibus tuis aliquid loquatur; profitebor quidquid ſum, habeo, valeo abs te eſſe; nullo in alio gloriabor niſi in te: ſuppetit mihi ſemper materia, unde laudem te: numquam ceſſabo à laudibus, & quoad vivam, & quum illuc pervenero ubi laudaris ab habitatoribus domus tuæ *in ſæcula ſæculorum q* abſq; ceſſatione tibi *dicentibus gloriam r*, *ſemper ſ*, ut ait ille, *honos*, *nomenque tuum*, *laudeſq; manebunt*. Vox Hebræa cum affixo eſt תהלתי *thehillalhi*, quam ſicut Hieronymus vertit rectè laudem, ita Græcum ὕμνοις poſſemus reddere *hymni decantationem*, quaſi dicas, *hymnizationem*. Porrò non Hebræi tantùm, ſed etiam Pſalterium Romanum, & Caſſiodorus iſtas quatuor dictiones illigant uni huic eidem verſui, vocatque Caſſiodorus verſum unum, qui ex his & ex prioribus conſtat. Juxta quam diſtinctionem aptiùs cohæret ſenſus, videlicet ut pro commemoratis beneficiis, in quibus alia includi vult, profiteatur ſe perpetuum laudatorem Dei, atque decantatorem, ac præconem laudum ipſius: DEUM, quod alibi quoque dicitur *t*, *eſſe laudem ſuam* quemadmodum & *laus Iſrael u*, vocatur. Sic in pſalmo 12. *x*. propter accepta beneficia poteſtatur: *Cantabo Domino*, *qui bona tribuit mihi*, *& pſallam nomini Domini altiſſimi* & in 88. *y*. *Miſericordias Domini in æternum cantabo*, & in 102. *z*. *Benedic anima mea Domino*, *& omnia quæ intra me ſunt nomini ſancto ejus*. *Benedic anima mea Domino*, *& noli obliviſci omnes retributiones ejus*. Et in hoc paullo poſt: *Repleatur os meum laude*, *ut cantem gloriam tuam*, *tota die magnitudinem tuam*. Hieronymus explicat de Chriſto, qui ſe dicat in paſſione à Deo protectum, nomen ejus poſtea celebraturum. Tale nimirum quod pſal. 21. *a*, dicitur, *narrabo nomen tuum fratribus meis*. Transferendo hunc Hugo, & Ayguanus locum ad cantum Eccleſiaſticum, obſervant quod dicitur *in te*, ut ſit de Deo, propterq; gloriam Dei, non de Venere, nec Venereo videlicet vanoq; modo, nec ad oſtentationem: *ſemper*, cum ſpe atq; deſiderio decantandi hymnos cum militia cœleſtis exercitus, & hic ſtatis ſemper horis, tuncque ſine interruptione, ac tam in adverſis quàm in proſperis. Lege quæ de Eccleſiaſtico cantu dixi pſalmo 32. Quod Bruno Carthu-

Verba à Sixto V. uſurpari ſolita. *p Ciacco in vita.*

Senſus loci. Ἐν σοὶ pro ἐπί σε, σὲ.

q Pſ. 84. 5.
r Pſ. 78. 9.
Virg. Eclog.

t Pſ. 21. 26. Pſ. 117. 14. Iſ. 12. 2.
u Pſ. 21. 4.
x verſ. ult.
y verſ. 1.
z verſ. 1. 7.

a verſe 23.

tiusianus *in DEO cantationem semper* esse interpretatur, quum quis omnem delectationem in ea habet, terrenis omnibus neglectis, est quidem consequens, ac verum de eo, qui ut debet, Deum cantat semper, laudatque, nec enim id faceret nisi delectaretur in Deo: tamen *cantatio* non hìc accipitur prout concentus oblectat suavitate, sed ut est celebratio laudum DEI.

Vers. 7.] Tamquam prodigium factus sum multis, & tu adjutor fortis.

Sensus loci.

QUum vacaret perpetuò laudibus divinis, etiam inter adversas res, & varias calamitates, dicit non defuisse multos, quibus esset spectaculo, prodigio, horrori, abominationi, piaculo, quippe obstupescerent adeò dirè vexatum, & cruciatum, vel à Deo, vel sua ipsius sponte adpœnitentiam, non patienter modò, sed hilariter etiam, exultanter, cum decantatione laudum Dei, vitam ærumnosam transigere, immo fuisse B præterea non paucos, qui spectantes calamitatis gravitatem præ terrore illum vitarent, & fugerent. Nihilominus protestatur, & Deo cum gratiarum actione confitetur, se fortissimum illum adjutorem expertum, ut vel quæ viderentur inevitabilia mala superaret, vel quæ toleratu impossibilia, bono animo ferret. Intelligit etiam fortassis se *prodigium factum multis*, in bono

Varii Sensus.

sensu, nempe tamquam insigne exemplum tùm patientiæ, tùm fiduciæ, ut quum animadverterent eum tot ac tam gravia passum constanter Dei opem expectavisse illamq; tandem adeò liberaliter & gloriosè adeptum esse, in suis quoq; malis discerent patientiam, & spem. Basilius, vel Theodoretus, explicant per auxilium divinum immutationem factam tantam ut multis, quæ illi accidissent, signi ac prodigii cujusdam loco reputarentur. R. Esaias Tranensis innuit eumdem sensum, ut propter prodigia, quæ ipsi fecisset Deus, Deum multi laudarent. Refert idem ex anonymo nescio quo Genebrardus, & consentit Trevetus. Sensus primus præferendus videtur, cui R. Kimhi favet, dicens significare prophetam se insigne factum exemplar judiciorum divinorum, & vindictæ, quòd puniat Deus iniquitates, nempe quas commisisset contra Uriam.

Sensus melior.

Prodigium Christus fuit, ut ait Eusebius, in conceptione, & morte: adde vitam, miracula, doctrinam, resurrectionem, ascensionem, factus etiam est *in signum cui*
a *Luc.*2.34. *contradiceretur a*, à Judæis, Paganis, Hæreticis, & malis
b *Jerem.*20. 21. Christianis: audivit, auditq; contumelias multorum in circuitu, sed Dominus cum eo tamquam *bellator fortis b*. Edidit in eo Pater portentorum exemplum severitatis, tam atrociter sœviendo in ipsum luere volentem pro peccatis nostris, & ipse Christus prodigiosæ patientiæ dedit exemplum, ac portendit quanta reprobi passuri sint in inferno. *Ecce ego*, inquit, *& pueri mei, quos dedit mihi Dominus in signum, & in portentum Israel, à Domino exer-*
c *Esa.*8. 18. *cituum, qui habitat in monte Sion c*. Appellat eosdem Angelus loquens cum JESU sacerdote nostri JESU typo,
d *Zach.*3. 8. *viros portendentes d* ἄνδρας μεροπισκόπους אנשימופת *anse mopheth*. Paraphrastes, *dignos quibus fiant miracula*: alii, *spectatores prodigiorum divinorum*, rebusque divinis stu-
D dentes: quidam, *amantes signa*: aliqui *futura præsignificantes*. Conveniunt hæc omnia Sanctis. Explanat hunc quoque locum Hieronymus de Christo; quem vocaverunt *Samaritanum*, & *damoniacum e*, sed Pater *filium*
e *Joan.*8.48. *dilectum in quo sibi complacuisset f*. Augustinus, & plu-
f *Matth.*3. 17. *cc*17. 5. res Latinorum declarant de fideli, quem irrideat infidelis, credentem quæ non videt, contemnentem præsentia, timentem etiam prospera, non alibi securum nisi in promissis Dei, denique tenentem viam, & vitam *arctam*, & *angustam g*. Isti *insensati vitam* justorum putant *insa-*
g *c.*7. 14. *niam h*, steriles ut Michol, tamquam viles scurras, qui
h *Sap.*5.4. laudibus vacent Dei in sancta humilitate, ebrios ac mu-
i *Reg.*6.7.23 sto plenos, qui spiritu divino pleni loquantur *magnalia*
k *Act.*2.11.3 *Dei k*. In hujus loci postremi commentario egimus quæ
l *Epist.*8.7. ad præsentem pertinere possunt: lege quem tunc citavi
m *Ezech.*12 Bernardum *l*. Erat Ezechiel populo *in portentum m*,
6.11.c.24. nec non Esaias *n*. Lyrani & Cajetani expositio de Davi-
14 27. de non arridet, tamquam miraculum fuisse, quum
Lyrani & Cajetani expositio mus accepta. adhuc adolescens interficeret ursum, & leonem, Goliam
ne.20. 3. obtruncaret, sæpe vinceret Philisthæos, toties mirabiliter evadens Saulem, obtineret regnum, adeò multas referret de Syris, Idumæis & aliis nationibus victorias. Non essent hæc adeò ad rem, si psalmi argumentum, ut ipsemet Lyranus, & Cajetanus voluit, est persecutio filii Absolonis. Nec dissentit multùm hæc expositio ab ea, quam retuli ex R. Esaia.

Tamquam prodigium factus sum.) Hieronymus, *portentum*, Cajetanus, *miraculum*: sunt aliis singulis מופה *mopheth*, & τέρας. Eadem vox Græca est in Psalmo 45. *o*, cum Latina *prodigiorum*, sed Hebræa diversa. Consule locum, & quæ in Actus Apostolorum dixi *p* de his nominibus, quæ quum Latinè synonyma sæpe sint, frustra centeo scrutari hoc loco qua ratione Christus *prodigium, portentum, miraculum* fuerit, nec non discipuli ejusdem, quod quoidam *q* facere scio, verè ac piè. Homo à quo abhorreant alii, sic appellatur, eo modo, quo Tullius *r* Clodium nominat *fatale portentum prodigiumque*.

o *vers.*9.
p *in c.*6. 8.
q *Vigeas in Apoc.c.*11. *Comment.*1. *sect.* 1.
r *in Pisonem Mulei* pro impudentibus, viliore multitudine, vilissimis quibuslibet.

Multis.) Euthymius *multos* in Scriptura usurpari docet pro impudentibus, & viliore multitudine, vilissimisque quibuslibet. Idipsum Ayguanus monet, & nos jam alibi notavimus.

Et tu adjutor fortis.) Hieron., *& tu spes mea fortissima* מחתי עז *machasi hhoz*; supplent aliqui, *attamen*, quâvis videlicet habeatur pro prodigio à multis, & horreant aspectum meum, tantùm abest, ut juvare velint. Hugo, nihil curo, quia *tu adjutor fortis, & qui deridetur ab amico, sicut ego, invocabit DEUM, & exaudiet eum f*: Trevetus, quia tamquam prodigiosè, & supra modum beneficiis à te affectum me multi suspiciunt, cognosco, & cognoscere illi possunt, quòd sit adjutor, seu spes mea prævalida. Tali ac tanto opus adjutore adversus peccatorem, contra legem agentem, iniquum, qui rideat, & execretur te: & hujusmodi nixus adjutorio, meritò se confirmatum priùs dixit, & summa potentem securitate, gaudioque bonæ conscientiæ cantare semper, ac Deum in omnibus laudare. Itaque primus ex modò allatis melior sensus.

f *Job.*12.14.

C

Vers. 8.) Repleatur os meum laude, ut cantem gloriam tuam, tota die magnitudinem tuam.

QUi se animi proposito promtaque voluntate dixerat priùs cantare laudes DEI velle, quem fortem experiretur adjutorem adversus persecutores, atque irritores, ut idipsum præstare plenè ac perfectè possit, poscit ab eodemmet DEO, ut os ipse illi aperiat, & repleat suggerens, ac veluti in os ingerens quid potissimum, & quàm commodissimè & continenter, assiduèque proferat de gloria, atque magnitudine bonitatis, & beneficentiæ divinæ. Hoc simul est precari DEUM, ut sua in illo munera, & benefaciendi voluntatem tueatur, pergatque semper magis de ipso bene mereri, & novam suppeditare laudum suarum materiam, & celebrandæ gloriæ, quæ ex benefactis maximè splendescit, ita ut ori pleno numquam desit quod loquatur, canatque de laudibus DEI. Similis hæc mihi videtur sententia cum illa psalmi 50. *t. Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam*. Jnde huc transferri, quæ dicta tunc sunt, possunt.

t *vers.*17.

Repleatur os meum laude.) Addunt, *tua*, juxta Hebræum תפלתך *thehillathecha*. Hieronymus *u*, Cassiodorus, alia duo Psalteria Latina. Potuit verti ex Græco ἀνέσεως, *laudatione*, & loco illius ex Hebræo tam hic poni ὑλνήσεως, quàm versu sexto, ubi legebatur & Latinè *cantatio*, quia ibi est idem nomen Hebræum. In psalmo 80. *x*, quod habetur *dilata* (vel, ex Hieronymo, *aperi*) *os tuum, & implebo illud*, perinde est, interprete Origene, ac si optione data diceret Deus, εἴπε δύνασαι αἴτησαι, αἴτησαι, καὶ πλοῦν παρέξω ὃν αἰτεῖς, *si quid potes petere* (seu audes) *pete*, vel (laude petere) *plura præbebo, quàm petes*. Quod carnaliter Paraphrastes interpretatus ibi de bonis, quæ per os intrant, idest de cibis, ad quos populus ille inhiabat, & cui promittebatur, si legem observaret, fere ut *bona terra comederet y*. Igitur dicere vel imperantis modo, vel optantis (Græcè in imperativo, πλήρωσόν με, pro πλήρωσόν μου, ut Euthymius & Nicephorus admonent. He-

u *in versum & in Comment.*
x *vers.*11.
y *Esa.*1.19.

Hebr. autem futurum ימלא *ijmmale* pro utrovis eſt) *repleatur os meum laude*, poteſt indicare jam apertum & hians os eſſe in morem fameſcentis, qui ea oris apertione vacuitatem ſtomachi demonſtrat, ſeque avidiſſimè concupiſcere, vel divina beneficia, quæ ſunt ſeges laudum DEI, vel ipſaſmet laudes, ac laudationes DEI, quibus paſcatur tamquam ſuaviſſimo & ſaluberrimo cibo. *Cantare* etiam *pleno ore*, eſt liberè id facere, ſine metu, tota contentione, magna voluptate, de qua formula egimus alias. Dicitur *repleri gaudio os, & lingua exultatione a*: item, *os riſu, & labia jubilo a*, non ſolùm quando externo rictus & oris geſtu, & renidendo, quaſique cachinnando declaramus lætitiam, ac hilaritatem mentis, verum etiam quum feſtiva & grata ſignificamus oratione nos accepiſſe eximium aliquod beneficium. Non poteſt plenum aliena os materia DEUM loqui, & ſi fœtentia ſint præcordia, ex eorum abundantia *c* talem proferent orationem. *Si totum ſpirant præcordia Phœbum d* expirabit & os eumdem, ideſt, Deum. Ayguanus *repletionem* iſtam putat indicare ſtatum beatitudinis, quemadmodum & totam diem ubi in ſæcula ſæculorum perfectèque laudatur DEUS, & per univerſos vicos cœleſtis Jeruſalem decantatur *haſeluiah e*. Coactus eſt, quod quidam dicunt, replendum os priùs laude ut cantet gloriam DEI, & magnificentiam, ideſt, laude dignum eſſe debere, & commendabilem coram DEO, ut rectè laudare illum poſſit.

a Pſ. 125. 2. b Job. 8. 21. Formulæ loquendi.

c Matt. 12. 34. d Claudian. lib. 1. de rapt. Proſerp. ſub initium. e Tob. 11. 22

Ut cantem gloriam tuam.) Hebraicè deſunt iſta, nec videntur, ſi vera aſſerit Catena, quam citat Agellius, ab ullo interprete, nec à LXX. quidem Græcè poſita. Meminit tamen Euthymius, nec aliter conſiſtit ſyntaxis ſententiæ, quæ in his & ſequentibus ſic habet, ὅπως ὑμνήσω τὴν δόξαν σου, ὅλην τὴν μεγαλοπρέπειαν σου, ex Hebræo ita tranſtulit Hieronymus verſum totum, *impleatur os meum laude tua, tota die magnitudine tua*; in aliis Latinis Pſalteriis duobus, & apud Caſſiodorum extat, *ut poſſim cantare*; in textu Auguſtini, *ut hymno dicam*: in vetere Pſalterio, *ut hymni dicam* compoſito verbo, ni ſi mendum fit, pro, *hymno dicam*, quo reſpondet Græco ὑμνήσω, nec ſimplici verbo raddit potuit, niſi fictu *hymnizandi*, ſicut verſu ſexto dicebam de nomine ὕμνησις, quam interpres *cantationem* vertit, ficto nomine *hymnizationem* vocari poſſe. Perſtringit Bonaventura, quas aliàs pluribus proſecuti ſumus utilitates cantus Eccleſiaſtici, aut laudis, orationiſque vocalis, ut excitetur pigritia noſtra, ut proximus audiendo corrigatur, ut meritum noſtrum augmentetur, ut laus mente & corpore exprimatur, ne ſit duplex cor. Hugo, gloriam cantandam, à magnitudine, de qua in ſequenti membro, ita diſtinguit, ut ad litteram gloria cantetur, quando dicimus, *Gloria Patri*, &c. magnitudo, quum *magnificat anima mea*, &c. *gloriam cantare* cenſeamur laudando recreationis mundi opus, quod eſt redemtio, *magnitudinem*, opus creationis, ſive creandi potentiam; *gloriam* miſericordiæ; *magnitudinem* juſtitiæ. At magnitudo Græcè eſt μεγαλοπρέπεια; quæ in Pſalteriis aliis Latinis duobus & apud Auguſtinum, atque Caſſiodorum dicitur *magnificentia*, Hebraicè תפארת *thipheretb*, quam interpretantur alii *gloriam*, *pulchritudinem*, *majeſtatem*. Apollinarius μεγαλοπρεπεσεβυχος, *magnificum decus*, aut *magnificam gloriam*. Paraphraſtes שבחור *ſciauhor*, quæ vox quoque *gloriam* ſignificat.

Cantus Eccleſiaſtici utilitates, Item audis & orationis vocalis. Hugonis diſtinctio in gloriæ & magnitudinis cantatione.

Tota die magnitudinem tuam.) Proximè admonebam quomodo *magnitudinem* alii accipiant, & voces Hebr. Græcamque interpretatur. Quam legit Caſſiodorus *magnificentiam*, refert ad magna, quæ ſibi DEUM præſtitiſſe dixit David, ut aures inclinaret, protegeret, eriperet, confirmaret, de ventre matris protegere decerneret. Symmachus pro *tota die* reddidit, *ſingulis diebus*, vel *perpetuo* pro ὅλην ἡμέραν, videlicet τὴν πᾶσαν ἡμέραν, quod idem valet ac διὰ παντὸς, ut notant Baſilius ſeu Theodoretus, & Euthymius, ac Nicephorus. Hæ voces כל *chol*, ὅλη *tota*, uſurpantur ſatis ſæpe pro omni, & hæc non rarò pro tota re ſeu integra. Occurrerunt præcedentibus pſalmis exempla non pauca. Simile noſtro eſt illud *f*: *& lingua mea meditabitur juſtitiam tuam, tota die laudem tuam*, ὅλην τὴν ἡμέραν. כל היום *chol haiimon*. Integritas unius diei favet magis expoſitioni de æternitate, cujus antea meminimus. Caſſiodorus obſervat *diem* ſine nocte nominari, quum tamen apud viros religioſos, eo tempore Veſpertini (dicebatur hoc officium lucernarum) ut ait Caſſiodorus, nocturni Matutini peragantur, quoniam per ſynedochen *dies* noctem quoque comprehendit. Auguſtinus *tota die* deſignari vult proſpera, quibus Deus conſolatur adverſa, quibus nos corrigit: antequam eſſemus, quia nos fecit; quum eſſemus, quia ſalutem dedit: quum peccaſſemus, quia ignovit: quum converſi eſſemus, quia adjuvit: quum perſeveraſſemus, quia coronavit.

f Pſ. 34. 28.

Caſſiodori obſervatio.

Verſ. 9.) Ne projicias me in tempore ſenectutis, quum deſecerit virtus mea, ne derelinquas me.

SIc laudare vult, ut laudans ſimul invocet *g*, & inter laudes lætas non ſit immemor periculorum, ac neceſſarii vel novi, vel continuandi auxilii divini: Quare quum priùs à juventute ſperaſſe ſe dixiſſet in Deum, ab eodem confirmatum ex utero, de ventre matris haBuiſſe protectorem, nunc ſupplex orat, quum ad inclinatam perveniſſet ætatem, ne ſe hactenus à puero cuſtoditum, & per tot juventutis diſcrimina cum incolumitate ad id ætatis perductum, abjiciat à cura & protectione ſua, & quando illum deſtituere vires inceperint, ſua ipſa ope non deſtituat, & velut inutilem ſervum, domo ejiciat jam ſenem, ſed eodem quaſi manum baculo ſuſtentet, quibus manibus egredientem ex utero planè imbecillum excepit, ne caderet.

g Pſ. 17. 10.

De tempore captivitatis Hebræorum apud Babylonios explicant Baſilius, vel Theodoretus & Euthymius, ex Latinis Trevetus. De ſtatu peccati, præſertim quum eſt multiplicatum, ſuoque onere vires animi gravat ac deprimit, Euſebius, Didymus, & adhuc Euthymius, atque Nicephorus, & Ruffinus: de Chriſto qui prodigium factus in cruce, ibi infirmatus eſt, ac irriſus, quod totum ex vetuſtate aſſumſit Auguſtinus. De quolibet qui quum feſſam, quaſi ſenio vetuſtatis antiquæ, ac naturalis facultatis virtutem agnoſcit, ſeque ex ſe deficere, & molleſcere ſub onere tribulationis, tunc recte implorat divinum auxilium, quumque ſic infirmatur potens fit, Gloſſa interlinearis, quæ eſt Caſſiodori, & eamdem multi ſequuntur. De vergente cujuſque præſenti ad finem ſuum ætate grandiore, Hieronymus: De fine vitæ, quovis tempore adveniat, Hugo: de ſeneſcente Eccleſia, alii, ut Lindanus, quum ſcilicet *refrigeſcet charitas multorum h*.

Variæ interpretationes

h Matth. 24. 12.

Duo primi ſenſus mixime litterales videntur, & de Davide ipſo explicant Lyranus, Cajetanus, Vatablus, Hebræi, qui colligunt hinc à ſene Davide compoſitum pſalmum iſtum. Quod argumentum non eſt neceſſarium ſi dicas orare non pro præſente, ſed pro futura ſenectute, ſi contigerit eam attingere. Secundus ſenſus ſit ut litteralis admittitur, tamen conſtat figurata oratione, qua *ſenectus* accipiatur pro tempore, quo Hebræi utentes regibus, ab exteris, præſertim Babyloniis, in captiviratem ſunt abducti. Si ſenectutis ætatem ipſam ſecundùm ſe ſpectemus, de qua etiam verſu 18. David loquens ſub nomine *ſenectæ*, & *ſenii*, orat eo tempore non derelinqui, ſicut hoc loco *non projici*, quum virtus ac vires deficiant: hujus ætatis incommoda multa eſſe ambigi non poteſt: quamvis aliis bonis ad animum præcipuè pertinentibus compenſari, ac etiam præſtare, Gabriel Palæotus conetur in opere de bono ſenectutis probare. De incommodis repete, ſi vis dicta capite ultimo Eccleſiaſtæ, & Senecæ lege præfationem ad controverſa *i*, & epiſtolam 11. 39. 61. Denique tritum illud.

Senectutis incommoda bonis ad animum pertinentibus, compenſatur.

i Sub initium.

k *Multa ſenem circumveniunt incommoda*, &c.
Multa ferunt anni venientes commoda ſecum,
Multa recedentes adimunt.

k Hor. in arte Poeti.

Item:

l *Heu quam multas habet ſenectus ægritudines*, &c.
Ætas enim longa plurimas affert calamitates.
ἀεὶ δ' ὄσχολον τὸ γῆρας ἀνθρώποις ἔφυ.
Quam difficilis res ſenectus hominibus extitit.

l Euripid. in Bellerophonte.

Ad hæc:

ψαλερὸν τὸ γῆρας ἐστιν ἀνθρώποις βάθος.
Moleſta ſenectus, eſt hominibus onus.

Tandem:

a *Sed*

a Juv. Sat. 10.

a *Sed quam continuis, & quamvis longa senectus Plena malis.*

b Nonius c. 1 clege 9. Connub. num. 16

Unde & *ætas mala* b vocari solet. Plura ex aliis auctoribus Tiraquellus c. Noti etiam satis sub irremediabili morbo senectuti hi quasi particulares comprehensi, quos Hieronymus d enumerat, crebræ infirmitates, pituita molestissima, Græcè κόρυζα, seu Θλῖγμα, caligantes oculi, acescentes cibi, tremens interdum manus, nudi gingivis dentes, & inter cibos cadentes. Adhæc torminibus, inquit, & aculeis stomachi, podagræq; & chiragræ doloribus sæde torquetur, ita ut ne stylum quidem, aut calamum tenere queat, ut suis pedibus non possit incedere, magnaq; parte vitæ videatur esse truncata, & multis membris præmortua. Ambrosius e inducit arguentem illos Deum, qui longam desiderant ætatem, quòd errent non intelligentes, nec advertentes senectutem miseriarum esse veteranam, processionemq; ætatis ærumnarum stipendia, denique longævitatem indultam, interdum esse vindictam, sicut in Cain. Nazianzenus f appellat, *tristissimos senectutis dolores, onusque Siculis scopulis gravius*. Quomodo Cicero g plerisque, sic odiosam scribit ut *onus se Ætna gravius* dicant *sustinere*. Auctor etiam legendus libri de duodecim abusionibus h, sive is sit Cyprianus, sive Augustinus, sive alius potius. Habet anima etiam vitiosam senectutem suam, non solùm quia imbecillitas corporis animæ quoque vires secum trahit, ut ex quadam controversia Hieronymus i refert, sed quum refrigescit in anima charitas, debilitatur virtutis vigor, segnis ineptaque redditur ad officia pietatis, ita ut *invetereſcat inter inimicos* k (de qua re dixi in explicatione illius loci) *senecta laborare* anima videtur, tum vero maximè, quando vitiorum contraxit habitus. Cavendum Bernardus l monet ne in die virtutis nostræ securi simus (quam licet appellare juvenilem ac florentem vigentemq; ætatem) sed clamemus ad Deum cum propheta, & dicamus, *Quum defecerit virtus nostra ne derelinquamur*, sicq; similes illi sumus, *apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio* m, semper idem ipse est, nec *animi ejus deficiunt* n, nec senescit umquam, & inter adversa & prospera mutabilium temporum teneamus quamdam æternitatis imaginem, & vindicemus nobis in hujus mutabundi sæculi dubiis eventibus, certisque defectibus perennis quodammodo immutabilitatis statum, & *sicut Deus est, & nos simus in hoc mundo* o.

c c. 2. de Cain & Abel. c. ult.

d in Amos.

e Senectutis incommoda.

f in Moxbum

g de Senect.

h c. 2. Vitiosam senectutem ut habet anima.

i Proœ. in l. 2. in Amos.

k Ps. 6. 8. Senecta laborare quàdo dicatur anima.

l Serm. 22. in Cant. In die virtutis nostræ ne securi simus; Bernardi monitum.

m Iac. 1. 17.

n Ps. 101. 28

o 1. Ioa. 4. 27.

Prolixum in Esaia p DEI promissum, in quo conjungitur cura, quam velit gerere ejus, quem in suomet quasi utero portaverit, & gestaverit in vulva, eumdemq; ipsemet velit portare, ferre, salvare usque ad senectam & canos sine dubio de medio quoque tempore intelligit, sed extrema periculosiora, opisque magis indigna. Idcirco *sperando in Domino à custodia matutina usque ad noctem* q.

p c. 46. 3. & seqq.

q Ps. 129. 6.

Qui Ruffini nomine circumfertur in istius loci enarratione, negat legi posse hunc versum in persona Christi, ut à Patre postulet, ne illum deserat in tempore suæ passionis, quando visa est defeciſſe virtus ejus in miraculis. Certè in aliorum magis propriè persona loquentem derelictum se Christum dixisse r, verum est, & auctor ille ex Augustini Commentario id videtur mutuatus quod asserit. At non negat Augustinus, nec negari debet, de seipso etiam Christum conquerendo intelle-D xisse propter acerbitatem tormentorum, & iis de caussis, quas primis vigesimi primi psalmi verbis attulimus. Alius vitandus error circa ætatem Christi, si hunc de illo intelligere locum placet, ne senem credamus fuisse, vel 46. annorum, ut de quibusdam refert Augustinus s, vel 50. aut etiam supra, ut sentit Irenæus t: ob Judæorum verba u: *quinquaginta annos nondum habes*. Aliter hìc Augustinus attribuit senectutem & vetustatem Christo nimirum oratione naturæ humanæ, quam assumsit, egebatque renovatione De verbis autem Judæorum curari parum debet (nec vero recedendum ab editione vulgata, ut pro 50. legamus 40. cum Chrysostomo, Euthymioque) qui adeo multa mentiebantur de Christo. Hi, quem primum suggessit memoria, numerum annorum temerè protulerunt, vel eum, qui celebrior erat propter Jobelæum: vel quia ex morum maturitate, aut ex corpore laboribus confecto majorem quadragenario judicaverunt, vel voluerunt, quod certum erat dicere, vitare autem errandi periculum, si fortè minorem attribuissent numerum.

r Matt. 27. 46.

Circa ætatē Christi error vitandus.

s 2. de Dist. c. 1.

t l. 2. c. 39. & 40.

u Ioan. 8. 57

A *Ne projicias me.*) Metaphoram Genebrardus à pueris projecticiis ductam vult. Non congruit isti ætati figurata hæc locutio, tametsi bis pueri vocentur senes, dicanturque *repuerascere*. Alii, ut Hugo, velut inutile pondus indicari notant, juxta illud x. *Vos estis onus, projiciam quippe vox dicit Dominus:* nonnulli ut repudiatam sponsam libello repudii dato, ut servum inutilem ejiciendum domo, ut infensum ac invisum, indignum conspectu heri, vel amici, vel patris.

x Ier. 23. 33.

Melior allusio (etsi quum David viveret, in usu id fuisse, incertum) ad barbariem Derbicum in Persis, longiùs ætate progressos viros more hostiarum immolandi ad aras, & mulieres senescentes profocandi y, præterea Hyperboreorum longævos post epulas redimitos sertis ex rupe abrupta in mare præcipitandi z, Similia de Tybarenis produntur a. Indi b & Mussagetæ c senio confectos cædebant in frustra & carnibus vescebantur: nec parentibus Derbices d cum Hibernis e parcebant. Sardi fustibus cedebant, & una cum illis interemtorem sepeliebant f. Insulæ Coincolæ ad Heileipontum supra 60. annos natos aconito vitam finire cogebant, ne virorum annorum absumerent, & aliorum partes at locum occuparent ignavi, defideſque g. Caspii parentes septuagè narios domi claudebant, aut in inculta desertaque loca exponebant; fame, siti, inopia conficiendos h. Colligit de his Tiraquellus testimonia ab Alexandrum ab Alex. i. Adjice quòd illius parœmia, *sexagenarios de ponte dejicere*, ideſt, natu majores quasi deliros, & ad omne vitæ munus inutiles in ocium rejicere; atque ab omni functione negotiorum relegare, origo inde fertur, quòd olim ea præditis ætate non erat jus ferendorum suffragiorum, vel munia publica obire, quia de ponte ferri suffragia cœperant. Tametsi alia ratio redditur, quod post Urbem à Gallis liberatam, ob cibatus inopiam, cæptum est de ponte sexagenarios in Tyberim dejicere. Adi auctorem adagiorum, præterque illos quos citat de senibus istis sexagenariis depontanis, Festum, Varronem, Nonium, Ovidium, Macrobium, lege Alexandrum ab Alexandro k.

y Strab. l. 11. Ælian. l. 2. de variahist. c. 1

z Mela. l. 3. c. 5. ubi de Scythia

Plin. l. 4. c. 12. Solin. c. 26

Contra senes aut longius ætate progressos diversarum gentiū varia & crudelia mortis genera.

a Euseb. l. de præpara. c. 3

b Herodot. in Thalia & Melpomene

Strabo l. 15. Mela l. 2. c. 7

Solin. c. 65.

c Herod. l. 1. Strabo l. 11. Tertullo l. cont. Marc. c. 1. qui est de Pontificis

Hieron. 2. cont. Jovin.

Chrys. Hom. 10. in Matt.

Euseb. l. de præpar. c. 3.

Sexagenar. de ponte dejicere, parœmia.

d Euseb. Hier. Chrys. Strabo cit.

e Strabo l. 4

f Ælian. 4. var. hist. c. 1

g Strabo l. 10

Ælia. var. hist. l. de politis.

h Strabo l. 10

Euseb. ac Hier. supra.

i in l. 3. c. 3.

K l. 3. 4. c. 3.

l Prov. 22. 6.

m Iob 20. 11.

In senili ætate vigor prudentiæ.

n c. 32. 7.

o Hier. Epist. 2. ad Nepotian.

Quum defecerit virtus mea.) Hieron. *fortitudo*. Vires ac robur corporis præsertim significat כוח *choach*, & ἰσχὺς, non autem virtutem moralem. Apollinarius interpretatur βίην, quasi dicas Latinè, *vim*. Quod attinet ad vires animi, si de acquisitis habitibus agatur, proverbium est, quod *adolescens juxta viam suam etiam quum senuerit, non recedet ab ea* l, & *ossa* (lenis) *implebuntur vitiis adolescentiæ ejus, & cum eo in pulvere dormient* m. Alioqui viget senili ætate prudentia magis propter experientiam, nec tantis quatitur perturbationibus, & *annorum multitudo* docet *Sapientiam* n, crescitque in senibus o: quippe.

p *Sapientia ætas condimentum est, Sapiens ætati cibus est*

Sed senex imitandus Seneca, qui sic de se scribebat q, *Ante senectutem curavi, ut bene viverem in senectute, ut bene moriar, bene autem mori, est libenter mori*. Audiendus melior Seneca Nazianzenus r.

αἰ εἰ μὲν ἐργάζοιο τὴν σωτείαν·
καιρὸς δεδῆμάλιστα ἥβης λύσις.
τὸ γῆρας ἦλθεν, ἔξοδον κῆρυξ βοᾷ·
πᾶς συντρέχει, πλησίον ἀφίκεσις.
Semper saluti tu quidem studes tuæ,
Potissimum autem sub diem vitæ ultimam
Venit senectus, exitum præco canit:
Parentur omnes, imminet judex Deus.

Vel magis ad verbum:

Semper quidem operare salutem:
Opportunum tempus vero certe maxime est, vitæ solutio.
Senectus venit exitum præco clamat;
Omnis bene conversetur, prope namque judicium est.

p Plaut. in Trinum.

q Epist. 61.

r in Carm.

Accipe item auctoris quem citavi libri de duodecim s abusionibus monitum hac ipsa de re; Illo porro tempore, & articulo mortis periculosissimo, quum destituicorporis viribus, & concidunt una etiam vires animi, verendumque ne nos *iniquitas circumdet calcanei* t, & *obdormiscentibus in morte* immortalis insultet inimicus *prævaluisse* se *adversus nos* u: tunc, inquam, maximè quum utraque deficit & corporis virtus, & animi, necessarium ne à sua nos Deus peculiari projiciat cura, neque derelinquat.

s cap. 2. In mortis articulo cura nobis Dei potissimum necessaria.

t Ps. 48. 6.

u Ps. 12. 5.

Ne derelinquas me.) Præponitur nomen, *Deus*, in aliis duobus Latinis Psalteriis.

Vers. 10.)

Vers. 10.) Quia dixerunt inimici mei mihi: & qui custodiebant animam meam, consilium fecerunt in unum.

Vers. 11.) Dicentes: Deus dereliquit eum, persequimini, & comprehendite eum: quia non est qui eripiat.

Sensus loci.

URget præsto esse auxilium, nec projici, aut derelinqui tanta pressum necessitate, ac sine viribus, quoniam coacti inter se inimici, atque contra ipsum conspirantes, diligenterque observantes omnes eum perdendi occasionem, deprehendisse se dictitant illum à Deo penitus derelictum, cujus favorem semper jactare solebat, & hactenus se de hostibus superiorem evasisse gloriabatur, actum esse de illo, ac proculdubio in manus eorum perventurum, quia nec opitulatur Deus, nec alius quisquam est, qui eum liberare possit, aut suppetias ferre audeat, tantæquæ iplorum potentiæ reluctari. In tempus, quo Davidem persequebatur Absalon, ista convenire possunt, quando dixit Achitophel ad Absalon *a*. *Eligam mihi duodecim millia virorum, & consurgens persequar David hac nocte, & irruens super eum* (quippe qui lassus est, & solutis manibus) *percutiam eum, quumque fugerit omnis populus, qui cum eo est, percutiam regem desolatum, & reducam universum populum quomodo unus homo reverti solet: unum enim virum tu quaris, & omnis populus erit in pace:* Sed & iidem persecutores Davidis, tùm ingravescentis ætatis occasione, ac valetudinis imbecillioris, utebantur, tùm adulterii homicidiique, & invasi, Saulis, ut dicebant, regni, pro quibus destitutum, ac magis adhuc à Deo destituendum confidebant, tùm quod res jam illi aliàs haud ita prosperè cecidisse animadvertebant. Semel quidem fugienti exprobrabat Davidi maledicendo, & mittendo lapides contra illum; & universos servos ejus. *Egredere, egredere vir sanguinum, & vir Belial. Reddidit tibi Dominus universum sanguinem domus Saul, quoniam invasisti regnum pro eo, & dabit Dominus regnum in manu Absalon filii tui, & ecce premunt te mala, quoniam vir sanguinum es* b.

a 2. Reg. 17. 1. 2. 3.

b ca. 16. 5. 6. 7. 8.

Græci de populo interpretantur in captivitatem abacto, & quia Deum prior dereliquisset per idololatriâ, derelicto ab eodem Deo, nec evadere valente, quamvis fugere conaretur, quia hostes illius cohortantes sese, & conspirantes, obsidebant vias omnes, nec elabi quemquam sinebant. Per tropologiam, aut similitudinem extenditur ad omnes patientes persecutionem sententia, sive ab hominibus, sive à mundo, à diabolo, à carne. Existimantur etiam ac dicuntur *à Deo derelinqui*, qui calamitates patiuntur, ut Cassiodorus notat, & probatur exemplo uxoris, amicorumque Job *c*, uxoris quoque Tobiæ *d*. Allegoriam de Christo attingit Augustinus, Ruffinus, & Hieronymus, qui & se derelictum veluti conquerebatur in Cruce *e*, & in eadem eidem exprobrabant, *sine, veniat Elias, & liberet eum, alios salvos fecit, seipsum non potest* f *salvum facere*, &c. & crebro in illum consilia inierant tùm ante, tùm ipso tempore passionis. Incidit præcedentibus psalmis non semel mentio de acerbissimo isto genere insultandi afflictis, quod qui sectantur, merito Antiochus *g* Abbas temere insolescentes vocat, flagitiosos, nefarios, nec mentis satis sincere, & illorum consortes, qui cruci Dominum fixerunt, & ei à cruce pendenti convitiabantur, ut diximus. Multa idem auctor de eodem argumento aptè differit; ac demum optandum, ut mundo isti simus deridiculi, fuisque nos ille sannis insultet, ac exemplum consectemur benigni hominum amatoris Domini. Illustrat mirificè nostrum similis in Jeremia *h* locus. *Audivi enim contumelias multorum, & terrorem, in circuitu, persequimini, & persequamur eum: ab omnibus viris, qui erant pacifici mei, & custodientes latus meum: si quo modo decipiatur, & prævaleamus adversus eum, & consequamur ultionem ex eo.*

Tropologia

c Job. 1. 9. 10. d Tob. 1. 11. & seq.

e Matt. 27. 46.

f ibid. vers. 42. 49.

Afflict. insultare acerbissimū est,

g in Pandect. hom. 58

h c. 20. 10.

Dixerunt inimici mei mihi.) Chaldaicè, *dixerunt adversum me inimici mei malum*, sic exprimitur in Ps. 40. *i*. *Inimici dixerunt mala mihi*. Significatur autem per, *mihi*, idem quod, *de me*: vel, *contra me*: vel *propter me*: & Græcè, ut notat Euthymius, ac Nicephorus, ἐμοὶ ponitur pro ἐπ' ἐμοὶ, ἀντ' ἐσὶ, δι' ἐμε, & rationem reddunt, εἶπον δὲ πρὸς ἀλλήλους, *dicebant autem mutuo inter se.*

i vers. 6.

A Eamdem formulam aliàs declaravimus illo exemplo *k*, *dic mihi quod frater tuus sim*, ideſt, *dic de me*. Hugo, quia non explicitè hìc est, quid inimici dixerint, ait innui omne malum, quod possent dicere. Atqui paullo post dixisse dicuntur: *Deus derelinquit eum*, &c.

k Gen. 12. 13

Qui custodiebant animam meam.) Hieronymus, *observabant*. Euthymius, & Nicephorus φυλάσσοντες explicant, qui vocantur aliter ἐπιτηρῆντες, καὶ ἐπιβουλεύοντες, *qui observant & insidiantur*. Non male possent iidem φυλάσσοντες animæ, sumi pro iis qui appellantur etiam σωματοφύλακες *custodes corporis*, ut non soli aperti inimici, sed qui erant intimi ac domestici, consilia tractasse intelligantur, atque persecutionem commovisse. Raro certè admodum de insidiis usurpantur שטר *sciamar* & φυλάττειν, & *custodire*. Testis tamen Hesychius φυλάττειν, *quandoque esse* ἐπιτηρεῖν, *observare*, & captare occasionem, quod etiam dicitur παραπηρεῖν, ut Budæus *l* notat, & suppetunt exempla nonnulla *m*. Quandoque Q. Cicero conjunxit *custodire*, & *observare* n, & M. Cicero *speculari*, & *custodire* o. *Eac*, ait ille, *ut se abs te custodiri, atque observari sciant*: iste autem, *Oculi & aures omnium te speculantur*, inquit, & *custodiunt*. In Psalm. 36. p *Considerat peccator justum, & quærit mortificare eum*: & q, *Observabit peccator justum, & stridebit super eum dentibus suis*. Pro Latino primo verbo sunt alia Hebræa & Græca, quæ non sunt hìc, in postremo loco זמם *zomen*, & παραπηρήσεται, in primo צופה *tsopheh*, & κατανοεῖ. Apud Jeremiam r, *custodientes latus* dicuntur Hebraicè שומרי צלע *sciomeret tselahh*, sed Græcè alio modo dicti loci sententia redditur, περίπατε τὴν ἐπίνοιαν αὐτῶν, &c. *custodite*, ideſt, *observate opinionem ejus*, &c. Chaldaicè *qui insidiantur, ut malefaciant mihi*, &c. De custodientibus autem latus ambigi potest, an significent amicos, insidiantes tamen Jeremiæ, an insidiatores qui, etiam non essent amici. Placet hoc loco per *custodientes animam* intelligere observantes, ac insidiantes: concilium faciebant in unum facilius qui alieniores erant à Davide; sicut animo, ita & loco. Apollinarius ita enarravit.

φυλάττειν

l Comment. 1. Græca. Custodire & observare item speculari & custodire conjuncta.

m in thesau.

n de petitio. Conf.

o 1. in Cati.

p vers. 32.

q vers. 12.

r cap. 20. 11.

C ψυχῆς ἡμετέρας φύλακες σκέψασθε μογέντες.
Animæ nostræ custodes explorarunt coeuntes.

Quare non satis commoda Hugonis interpretatio, ut *custodientes* David *animam* intelligantur qui custodire illam debebant, etsi id non facerent, sed oppositum, nempe perdere studerent: nec satis propterea commodè ad Episcopos ac Sacerdotes malos hoc transfert.

Consilium fecerunt in unum.) Sicut maligna in Christum consilia Judæi inierunt, posteaque, in discipulos ejus ut Evangelii & Actuum prodit historia, & de posteris Ecclesiastica, tùm Judæis, tùm Gentilibus, tùm hæreticis, tùm improbis Christianis; ita qui his interest ac præest diabolus consiliis, numquam ab eorum cessat machinatione, admiscens etiam quæ suggeruntur à carne. Vide apud Gregorium talium pravorum exempla consiliorum.

f 32. Mor. c. 17. vel 20. & seq.

Dicentes: Deus dereliquit eum.) Hoc est, quod inimicos dixisse voluit prius intelligi: iidem namque inimici, & qui custodiebant, ideſt, observabant animam Davidis. D Secundum allegoriam Christus, quo pacto relictus debeat censeri, aliàs ostensum est Psalmo 21. Bernardus *s* id in persona dictum eorum vult à Christo, qui obtribulationum gravitatem videri possent derelinqui: vel conquerendo futuros aliquando, qui desererent unitatem corporis, quod est Ecclesia. *Non dereliquit Deus sanctos suos, sed in æternum conservantur* u: nobiscum & cum Ecclesia sua est, *usque ad consummationem sæculi* x. Non est, ut Luciferum refert Hieronymus *y* dixisse, ex casta Virgine Christi, scortum diaboli facta, quod non putet Hæreticos nostri temporis blasphemare. Narrat Hugo in morte B. Marthæ, candelis extinctis, dixisse dæmones: Deus dereliquit eam denuo autem divinitus eas accensas. Item lego apud Vincentium Bellovacensem *z*, qui refert id accidisse media nocte ante trâsitus ejus horam, vique turbinis à dæmonibus immissi septem cereos non modicos extinctos, & lampades tres Martham autem, quum dæmones aspiceret scripta prætendentes, quibus quæ illa gessisset peccata, continerentur, fusa prece ad Deum, inter alia dixisse, cuncta hæc se à vociferantibus audisse prolata, *Deus dereliquit eam, persequimini,*

s tract. de passio.

u Ps. 36. 28.

x Matt. ult.

y contra Lucif.

Quæ narrē. tur ab Hugone in morte B. Matthæ.

z Speculhist. lib. 8. c. 105.

comprehendite eam, quia non est qui liberet eam; Eli ne elongeris à me, Eli in adjutorium meum intende. Petrus de Natalibus *a*, & Mombritius *b*, & Jacobus de Voragine *c* idem produnt. Per me licet credat qui vult. Equidem neque contradico, neque consentio, sed rem in medio relinquo, omnino verum axioma, derelinqui à nobis Deum, priusquam derelinquat nos, ut jure dicat derelictus possit, ac debeat *d*. *Quare dereliquistis Dominum ut derelinqueret vos?* Verè etiam Achior *e* affirmavit, *non fuisse qui insultaret populo Hebræo, nisi quando recessit à cultu Domini Dei sui.*

Non est qui eripiat.) Addunt alia Psalteria, *enim*: nec non Cassiodorus, Augustinus, Bernardus *f*, Vincentius Bellovacensis *g*; sed ultimi duo legunt, *liberet*. Augustinus *eruat*, quo modo etiam Hieronymus. Tale illud psalmi septimi *h*, *dum non est, qui redimat, neque qui salvum faciat. De manu Dei nemo alium eruere* i, aut *rapere potest*, sed nec de manu inferi, & damnationis æternæ,

a de Saul. b in vitis Sanct. c ibid. Derelinquitur à nobis Deus antequam nos derelinquatur. d 2. Paral. 14. 20. e Judic. 5. 17 f tract. de pass. domini. g spec. histo. l. 8. c. 105. h vers. 1. i Job. 10. 17. Joan. 10. 28, 29.

Vers. 12.) Deus ne elongeris à me: Deus meus in auxilium meum respice.

Vers. 13.) Confundantur, & deficiant detrahentes animæ meæ: operiantur confusione, & pudore qui quærunt mala mihi.

Sensus loci. PRocax adversariorum oratio, & animus ad nocendum obfirmatus, quædam etiam in Deum blasphemiæ, quod de se sperantes deserat, aut etiam eripere quamvis velit, non valeat, extimulant supplicem vehementius, ut citum imploret auxilium, & intentam in res suas curam Dei: atque ut hìc vindicans propriam simul injuriam, pudefaciat perfidos negatores providentiæ, & irritos reddat conatus obloquentium, & mala quæque in vulgus de ipso spargentium, ac machinantium. Rogat non abesse longius, sed veluti fixè intueri, præsentiaque tueri adversus persequentes & comprehendere gestientes; id & judicem æquum decere, quod primum denotare nomen Dei potest, & proprio jure Dominum suum, quod innuit repetitum nomen cum pronomine *Deus meus* s Exauditum Davidem notat Cajetanus, cum prævalente consilio Chusi, periit Ahitophel, & Absolon, ceterique persecutores frustrati sua ipse, valde confusi sunt. Non egent versus hi explanatione majori, quum parum distent à nonnullis proximè præcedentis psalmi, & aliorum priorum.

Deus ne elongeris à me: Deus meus, in auxilium meum respice. In Psalmo 21. *k* unus versus est huic persimilis; *Tu autem Domine ne elongaveris auxilium tuum à me, ad defensionem meam conspice.* Repete, quæ ibi dixi. Post nomen *Deus*, primo loco additur in Regiis, & Complutensibus libris, Græcè ac Latinè, & in Psalterio Latino, Gallicano, & apud Augustinum & Cassiodorum, pronomen, *meus* legitq; Augustinus, *Domine Deus meus.* Idem Patres atque Psalterium Gallicanum, & Romanum, *ne elonges à me*. Cassiodorus loco nominis, *auxilium*, habet, *adjutorium*. Scribit Hieronymus *l* pronomen primo illo loco esse superfluum. Pro verbo, *respice*, hoc loco Græcè πρόσχες idem Hieronymus legit, *festina*, quasi esset חושה *chusciah*, sicut in prioris psalmi sententia, *Domine ad adjuvandum me festina.* Et ita quoque Paraphrastes vertit זרז *zeretz*. Extat nunc חישה *chsciah*, licet cum nota, quam vocant keri chethiph, ut scilicet aliter legatur, quàm scribitur, & legendum sit חושר *chusciah*. Permutantur hæ litteræ (ו) & (י) facilè, & absque detrimento significationis. Posset etiam חיש *chisciah* esse adverbium significans *cito* sive *festinanter*. Quemadmodum elongari censeatur Deus, docui aliàs. Euthymius, ac Nicephorus dicunt propter peccatorum nostrorum δύσωδίαν gravem, & molestum odorem.

Et deficiant.) Suppleta est conjunctio etiam à Hieronymo, qui vertit, *& consumantur*, alii, *pereant, absumantur* יבלו *jichlu*, quod exponi quoque in futuro potest, sicut & præcedens verbum, per modum prædictionis, non desiderii, vel imperii; sed frequenter mutuos hi modi ac tempora usus habent. Aquila, ἀναλωθήτωσαν; *consumantur.*

k ver. 29. l Epist. 135.

Detrahentes animæ meæ.) Hieronymus, *adversarii*. Alii *adversantes*; vel *insidiantes*. Participium שטני *sotene* id valet, unde tritum nomen *Satan*, Græcum etiam οἱ ἐν διαβάλλοντες, ex cujus minus composito verbo διαβάλλω altera vox *diaboli*. Symmachus reddit οἱ ἀντικείμενοι, *adversarii, oppositi, resistentes.* Duobus modis intelligi possunt officio quasi satanæ usi hi, quos antea *custodes*, idest, observatores, animæ suæ nomina verat, vel criminando, & ficta crimina objiciendo, sive accusando; quo pacto accusator fratrum diabolus velut per etymologiam dictus est, *m*: vel obsistendo, impediendo, interrumpendo aliorum conatus, qua ratione de Angelo, qui viam Balaam impediebat, scribitur, quod ἀνέστη ἐν διαβάλλειν αὐτον, Hebraicè לשטן *letasan*, quasi dicas *in satan*, quod minus rectè, qui ex Græco transtulit, Latinè in Bibliis Complutensibus ac Regiis, expressit, *ut calumniaretur eum*: ita verò ut debuit is, qui ex Chaldæo, ubi est idem verbum Hebræum לשטן *listan*, ut *adversaretur*; & ita nonnumquam retento vocabulo Hebræo *satan*, ponitur pro *obstaculo*, & *occursu malo* n. Sed malendum nobis vulgatam defendere Latinam editionem nostram, quæ *detrahentes* habet, quàm Græcam, ut Agellius tamen facit, *Detractionem* videntur interpretari, sive *calumniam*, Euthymius, & Nicephorus. Apollinarius autem eamdem describit per *eos ferientes malis*;

Satan unde dictus. m Apoc. 12. 10. n 2. Reg. 19. 22. lib. 3 5. 4. 2. Para. 21. 1.

ὅσοι ὑπὲρ ἐμὸν βάλλουσι κακοῖσι
qui cor meum feriunt malis.

Augustinus & vetus Psalterium legunt, *committentes animam meam*, & exponit Augustinus provocantes ad rixandum, & resistendum Deo, & ut in malis nostris Deus nobis displiceat, & in mœroribus ac tribulationibus non fatigemur, & non exeat ex ore nostro, quid ex hoc? quid enim fecimus? non tantum fecimus, quamvis peccatores, quantum quispiam alius, nec ut ista digni simus pati. Idest Deum pronuntiare injustiorem nobis & bellum gerere contra illum, & quanto grandiores lapides in cœlum miserimus, tanto fortiore ruinæ premi. Sumit præterea in meliorem partem, ut oretur istis verbis pro illis, qui eo modo committunt animas nostras, ut confundantur de malis suis & deficiant à perversis viribus suis, de quibus præsumunt: sed conquiescendum in vulgata translatione, ac de detractione declarandus locus, ut dixi.

Operantur confusione, & pudore.) Hieronymus, *opprobrio, & confusione*. Alii, *probro, & pudore*; vel, *opprobrio, & pudore*, vel, *opprobrio, & ignominia*, vel, *pudore, & infamia*: vel, *vituperio, & erubescentia*. Non arbitror hìc primam vocem referendam ad animum, secundam ad corpus, sed esse synonymas, quemadmodum Psalmo 34. o *induatur confusione, & reverentia*, ubi sunt eadem Græca vocabula quæ hoc loco αἰσχύνη, & ἐντροπή. Hebræa בשת *bosceth*, & בלמה *chelimmah*: hic priore loco חרפה *cheroah*. In 108. *p* magis affinis adhuc nostræ sententia est, *Induatur qui detrahunt mihi, pudore, & operiantur sicut diploide, confusione sua*; ubi sunt Hebræa nomina eadem, quæ in 34. nec non Græca, quæ in eodem, & in isto, sed ordine in verso, & verbum, *detrahunt* respondet sicut hìc participio Hebræo שטנים *sotenim*, & Græco, οἱ ἐν διαβάλλοντες. Chaldaicè ibidem vocantur שנים *saneim*, *osores* à Hieronymo, ut hic *adversarii*. Agellius quoque de calumniatoribus interpretatur, quum aliter præcedente versu, ut vidimus. Apollinarius etiam κακηγορίαντας, *vituperatores*. Legit Augustinus hoc loco, *induatur confusione, & verecundia*. De laudabili confusione, & pudore sive verecundia, quam optet inimicis suis David, interpretantur Augustinus, & alii; vocatque Cassiodorus quasi quoddam velum roseum, quod induant qui actiones pristinas vita meliore condemnant. Egimus de hac re aliàs.

o vers. 16. p vers. 29.

Qui quærunt mala mihi.) Augustinus, *qui cogitant*. Hieronymus, *malum*: legerunt Lxx. רעתי *rabbothi* in plurali, non ut nunc est רעתי *rabbathi*.

Vers. 14.) Ego autem semper sperabo: & adjiciam super omnem laudem tuam.

Vers. 15.) Os meum annuntiabit justitiam tuam, tota die salutare tuum.

Quomodo non cognovi litteraturam.

Sensus loci. DEclarat spei ac fiduciæ suæ magnitudinem, quodque numquam diffisurus sit, quamlibet furant & bacchentur adversarii, quos non dubitat, quum se frustra niti cognoverint, pudore turpiter suffendendos; spondet præterea se ad præcedentes laudes, quibus ob acceptа beneficia jam inde à teneris unguiculis laudaverit Deum novas & novas majore ac majore semper studio adjecturum: nunc maxime, quum ex omnium, quæ unquam sit passus, gravi periculo liberatus fuerit. Istarum vero laudum summam, præcipuumque argumentum, ait ad duo revocari ut non solum memorem semper gerat gratumque animum; sed & oratione celebret quam fuerit Deus in præstandis promissis fidelis, ac in vindicandis justè suorum clientum injuriis diligens: & ut nullo umquam tempore non prædicet, quam idem in danda illi salute promtum se munificumque præbuerit. Denique harum duarum rerum jugi contemplatione, atque prædicatione contentum se dicit, ac plurimum delectari; tametsi non teneat numerum singularum aliarum innumerabilium perfectionum Dei, vel beneficiorem, quæ à Deo acceperit; & quamvis litteris institutus non fuerit, & humanis disciplinis, utpote de post fætantes, exque rustico pastore assumtus in militiam, ac postremo in regnum. Sic alibi protestatus est, *multa fecisse Deum mirabilia sua, & cogitationibus ejus non esse, similem illi, annuntiavisse & locutum esse*, sed *multiplicatas super numerum* a, *terribiliter magnificatum* esse, atque *mirabilia ipsius opera cognoscere animam suam nimis* b, *mirabilem factam scientiam Dei ex se*, idest supra vires suas, *confortatam esse, nec posse se ad eam* c. Quæ ut verè de quovis affirmari valeant, multo magis secundùm humanam æstimationem de illo, qui studio, labore, industria, liberales sibi scientias non comparaverit, & per eorum quæ videntur sensibusque aliis percipi possunt, notitiam, invisibilia intellectu conspicit, *sempiternam* quoque *virtutem & divinitatem* d. Videtur hìc ultimorum præsertim verborum sensus veluti ex duobus constatus, meliot, de quo postea in enucleatione textus allatis aliis quæ se se efferent.

a Psal. 39. 6.
b ps 138. 14.
c ib. vers. 4.
d Rom. 1. 20

Ego autem semper sperabo.) In Psalterio Gallicano, & apud Cassiodorum, *in te sperabo*, in Psalterio Romano *in te sperabo Domine*. Hieronymus, *jugiter expectabo*. Emphasim habent: *Ego autem*, idest, quidquid agant, dicantve improbi, *semper sperabo, etiamsi me occiderit Deus* e. Videtur hæc descriptio justorum, ut appellentur, *sperantes in Domino*, quod est cuncta cogitata, dicta, facta, omnesque vitæ rationes, & quidquid expetari potest, postremo seipsum totum projicere in Deum, & in spem, contra spem, quidquid contra objiciat, se credere *non hæsitare diffidentia, confortari fide*, sive fiducia, *dare gloriam* semper & in omnibus *Deo* f.

e Job. 13. 15. Descriptio justorum, dici sperantes in Domino.
f Rom. 4. 20.

Et adjiciam super omnem laudem tuam.) Hieronymus *super omnes laudationes tuas*. Legit forsan תהלתך *thetillotecha* in plurali, non singulari תהלתך *tehillatecha*. Adjectio vel solam numeri additionem innuit, vel majus studium, curamque, ut pluries laudare se velle significet aut majore contentione, conatu, diligentia, ita ut *omnis laus* pro perfecta dicatur; & *adjicere super omnem laudem* sit conari perfectissimè laudare. Apollinarius hoc modo sub tertia persona, de Deo loquens:

Καὶ οἱ αἰνεῖν ὕμνον ἔτι πλέον ἢ φρὶν ἀείσω.
Et ipsi laudabilem hymnum adhuc plus quam prius cantabo.

Mystica expositio. Mysticè Augustinus explicat adjici ad omnes alias Dei laudes quod suscitaverit carnem in vitam æternam, vel etiam quod quos poterat homines omnes propter massam peccatorum damnare noluerit, sed justificare impium. Quo quis major peccator, hoc si convertatur, adjicit majorem Deo laudem: & magis Deus inde laudetur, & enitescat magis misericordia ipsius. Quisquis etiam laudat quam maxime possit Deum, *adjicit super omnem laudem*, quum, quod res est, fatetur omni majorem laude esse. *Glorificantes Dominum*, ait Sapiens g, *quantumcumque potueritis; super valebit enim adhuc & admirabilis magnificentia ejus. Benedicentes Dominus, exaltate illum, quantum potestis; major est enim omni laude. Exaltantes eum replemini virtute, ne laboretis; non enim comprehendetis. Quis videbit eum, & enarrabit? & quis magnificabit eum sicut est ab initio? Multa absconditа sunt majora his; pauca enim vidimus operum ejus.* Attendam, inquit Remigius, te excedere omnes laudes virorum. Hoc est, quod Psalmo 47. vidimus. *Magnus Dominus & laudabilis nimis.* Addit Hugo tropologiam, ut divino officio & orationi tempus adjiciatur, non detrahatur, & scripturas divinas, quantum per vires & gratiam divinam conceditur, explanare copiosius studeamus. Nam, *verbum sapiens quodcumque audierit, scius laudabit, & adse adjiciet* h, ideſt, *sciens ἐπισήμων, adjiciat ad ipsum verbum, ἐπ' αὐτὸν λόγον*. Euthymius & Niceforus *adjicere* dicunt *super omnem laudes* illos, qui non sermone tantum, sed etiam operibus laudant Deum, efficiuntque, ut videntur eorum opera bona, glorificent *Patrem qui in cœlis est.* i Præter quatuor, quos attigi sensus, Ayguanus duos insinuat, ut David *super omnem laudem* dicatur *adjicere*, quia nullus tot Dei laudes persecutus est ex aliis prophetis, ac de tam multis Deum beneficiis, ut ipse, laudavit: quia etiam Ecclesia plusquam alia secta quælibet Deum, & Christum de plurimis attributis, & mysteriis laudat. Vel quoniam eadem secundum statum suum, ut insinuat Hieronymus, (opponens sacrificiis legis) & Bruno Carthusianus, perfectiore vivendi genere magis laudat Deum. Qui septimus censeri potest horum verborum sensus. Remigii adhuc octavus est, adjicere te intelligam super laudem tuam à nobis factam, quia plura in nobis operaris, quàm nos intelligere possumus, *potens facere superabundanter quam petimus, aut intelligimus* k. *Operuit cœlos gloria Dei, & laudis ejus plena est terra* l.

g Eccl. 43. 32. 33. 34. 35. 36
h Ecc. 21. 18.
i Matt. 5. 16
k Eph. 3. 20
l Abac. 3. 3.

Os meum annuntiabit justitiam tuam.) Hieronymus, *narrabit*, quoq; Psalmo 50. m verbo eodem Græco, quod hìc est, de laude, seu laudatione dicitur, ἀναγγελεῖ τὴν αἴνεσίν σου, quæ laus hoc loco proximè processit, ita ut omnis, i. e. perfecta laus Dei videatur consistere in ejus justitia, si *justitiam*, quod sæpe fit, pro misericordia sumamus, juxta quam Deus, ut nunc docet Augustinus, *pronunciabit*. Cassiodorus, nisi mendum sit, *pronunciavit*.

m vers. 17.

Justitia pro misericordia.

Tota die.) Etiam nocte, ut notat Augustinus, & nos aliàs non semel. Et *tota* idem est, quod, omni.

Salutare tuum.) Salutem quæ à Deo, & synonimè accipi potest cum justitia. De hoc dictum quoque alibi.

Quoniam non cognovi litteraturam.) Hieronymus, *litteraturas*, quo pacto etiam est in complutensibus, Regiisque bibliis, tum Latinè tum Græcè, & quidem Græcè, γραμματείας. Idem verò Hieronymus in Commentario Epistolæ ad Galatas n legit etiam in singulari, *litteraturam*. Ex Hebræo ספרות *sephoroth*, transferunt alii, *numeros* vel *narrationes*. Eodem vocabulo dicitur liber ac numerus, & litteris, tùm numeratur, tùm liber conscribitur. Dixi vel profiteri Davidem se numerum inire non posse, & æstimare quanta & quam ingentia fuerint erga ipsum effecta divinæ justitiæ, ideſt misericordiæ in removendis malis, & procuranda salute: Vel in harum velle immorari consideratione rerum, atque prædicatione; quamvis rudis litterarum sit, & disciplinarum: quæ, ut ait, Cajetanus tradebantur olim sub numeris; primaque disciplinarum erat Arithmetica; aut numeros non nosse est exacta, & ut dicitur, numeris absoluta carere cognitione rerum. De numeris & at dicunt vulgo, de computo, & supputandi ratione, plures qui consectantur Hebræa, sentiunt, & Paraphrastes; ita ut ideirco recupiat se David quotidie ore pronunciaturum justitiam, & salutem, ideſt, beneficia Dei omnia, ut quantum potest, satisfaciat infinito numero, magnitudinique illorum. Favet Symmachi translatio, ἐγὼ οὐ μὴ ἐξαριθμήσωμαι, *non enim novi dinumerare*. Videntur id approbare Basilius, vel Theodoretus: sed ita ut non tàm rationem dictam det ad satisfaciendum, quam sese corrigat, quòd plusquam præstare possit promiserit. Confirmāt testimonio psalmi 39. quod antea protulimus. Secunda expositio de disciplinarū ignoratione, non tantum est Cajet. sed Euthym. etiam, atq; Nicephori; verum, ut, quia minus propterea præstare valeat, quod

n in cap. 2.

Sensus loci

γραμματέως. promiſerat *ingredi* (quod ſubditur deinde) ſe velle dicat *in potentia Domini*, qua fretus id aggrediatur. Inſinuat idem Haimo per calliditates hujus vitæ, & artes, Bruno Herbipolenſis per ſcientiam ſæcularem, & eloquentiam vanam malis actibus inquinatam: præterea Lyranus. Tertiæ meminit idem Euthymius ut γραμματέως ſint ſcribarum legis veteris ſcripturæ, atque mandata, quibus ter in anno jubebant populum ingredi in Templum Jeroſolimitanum: David autem dicat ſe poſthac non ob ſcribarum juſſa, ſed ex divina potentia illuc ingreſſurum. Quarta parum à priore differt, quam juxta hanc quoque lectionem tradit Auguſtinus, licet aliam ſequatur; qui non ſectatur litteram occidentem, ut non operibus legis, aut meritis propriis abſque gratia factis, adſcribat juſtitiam ſuam, nec de ſe præſumat, litteraturam non cognoſcere, ſed introire in potentiam Domini, per quam ſibi noverit eſſe veram juſtitiam, & facultatem legem implendi, & opera meritoria faciendi. Conſentit Ruffinus, Remigius, Beda, Bruno Carthuſianus, Hugo, Ayguanus; & de recentioribus Janſonius. Valentia verò attribuit iſta verba fidelibus tempore Antichriſti; qui non ſinent ſe decipi litterali ſolo Scripturæ ſacræ ſenſu, neque ſtudio vano aliarum ſcientiarum, quæ quæruntur ad negotiationem, & lucrum; & non ut per hanc quaſi portam introeatur *in potentias Domini*, divinaque myſteria; ad quæ intelligenda Chriſtus poſt reſurrectionem aperuit diſcipulis ſenſum *a*: ita ut hi deinde ſcripturis ipſis convincerent Judæos *b*. Eamdem attingit Hieronymus expoſitionem in Epiſtolam ad Galatas *c*. Quinta eſt aliorum de Chriſto *d*, qui annorum duodecim concivit admirationem ſui, ob prudentiam, & reſponſa *e*, & in ætate virili de eodem mirabantur, *quomodo litteras ſciret, quum non didiciſſet* *f*.

a Luc. 24. 45.
b Act. 2. 15. & ſeq.
c in c. 2.
d Fabri.
e Luc. 2. 47.
f Joan. 7. 15.

Idem Hugo tres alias affert morales explanationes, ortas videlicet ex ſecunda; de viro juſto, qui pertractet magiſtratum Eccleſiaſticum & politicum; quia ſcientia idonea careat, ſicut qui apud Eſaiam *g* ait. *Nolite conſtituere me Principem populi:* de litteratis, qui facilius ſeſe ſubdunt vitæ ſæculari: & de laicis aliis idiotis, qui etiam expeditius ineunt vitam æternam, præſertim ſi eas vitent litteras, quæ libitus inſerviunt. In eodem ſenſu Iſidorus *h* citat hunc locum, ut probet nihil aliud agere amorem humanæ ſcientiæ, niſi extollere laudibus hominem, & quanto majora fuerint litteraturæ ſtudia, tanto animum arrogantiæ factu inflatum majore intumeſcere jactantia. Profecto *ſcientia inflat* i, & paucorum eſt litteraturæ doctorum *annuntiare tota die juſtitiam Dei*, & ſalutem pio animi affectu, & humilitate, atque in ipſa introire adyta & cellam vinariam myſteriorum Dei. Deploravit id aliquando Auguſtinus *k* (utramque tamen poſtea doctrinæ & pietatis ac devotionis, quas ejus ubique ſpirant ſcripta, uſque ad miraculum conſecutus) quum de Antonio meminit, & aliis. De quo Antonio meminit Athanaſius *l* conviciſſe philoſophos imperitiam illius deſpicientes, quum ad miſiſſent priores litteris eſſe ſenſus, & ex his illas; cui eſſent hi incolumes, litteras non requirere. Reſpondit quoq; Arſenius Evagrio litterarum Græcarum peritiſſimo, propterea monachos Ægyptios rudes alioquin & indoctos tantis eſſe virtutibus ornatos præ aliis, quoniam alii alienis confidentes laboribus, non ita poſſint tamquam ex propriis fructum percipere; monachi, occupati in propriis laboribus, etiam fructus proprios colligant *m*. Scribit Gregorius Benedictum, deſpectis litterarum ſtudiis, receſſiſſe relicta domo, rebuſque patris cum Deo placere deſideraret, & ſanctæ converſationis habitum quærere, ſcienter neſcientem, & ſapienter indoctum. Bernardum *n* lege diſſerentem de ſcientiæ commodis conjunctæ cum pietate. Verè Hieronymus *o*, nec ruſticum & ſimplicem ait ideo ſe ſanctum putare debere, ſi nihil noverit: nec peritum ac eloquentem, linguæ æſtimare ſanctitatem. Retulit dignum ſe reſponſum is, qui inſcientiam litterarum, quam pro munere minimè habere debuit, excuſabat, dicendo: *littera occidit*: bene caviſti ne te littera occideret, quia nullam calles. Id facetè Morus luſit epigrammate:

g cap. 3. 7.

h l. 3. ſent. c. 13.

i Amor humanæ ſciētiæ quid agat. 1. Cor. 8. 1.

k 8. Conf. c. 8. & De Antonio philoſophos illius imperitiam arguentes, convincente trattata, *l* in vita. Senſus litteris priores, & ex his ille. Cui ſenſus incolumes, literas non requirit, Cur monachi Ægyptii rudes alioquin & indocti tantis virtutibus ornati præ aliis, Arſenii reſponſum.

m 2. Dialo. in præfat.

n ſer. 55. & 36. in Cant.

o Epiſt.

Magne pater clamas, occidit littera: in ore
Hoc unum, occidit littera: ſemper habes,
Caviſti bene tu, ne te ulla occidere poſſet
Littera; nam nulla eſt littera nota tibi.

Hactenus tractatus hic locus ex ditione vulgata, quæ habet *litteraturam*: & in multis codicibus Græcis, atq; apud Euthymium, Nicephorum, & ut videtur etiam apud Baſilium, ſive Theodoretum γραμματείας; pro quo plurali numero legit in ſingulari γραμματέων interpres Latinus. Deinceps agendum alia verſione valdè cerebri apud Latinos, & apud aliquos Græcos, quæque in emendata editione LXX. reſtituta eſt, ut nimirum legatur *quoniam*, vel *quia non cognovi negotiationes*, Græcè, φραγματείας, ſic latinè extat in duobus Pſalteriis, quæ ſoleo nominare, ideſt, in Gallicano, & Romano cui additur vetus: item apud Auguſtinum, Arnobium, Caſſiodorum, & in commentario Hieronymi, præterea in metaphraſi Apollinarii, quæ ſic habet:

Ἐμπορίης ἀδίδαϰτον ἐὼν ϰ' ἐλεύθερπον ἅπας.
Negotiationis neſcius exiſtens, & liber damno,

Citat eodem pacto Auctor operis imperfecti, *p* quamvis eum Græcè legere non licuerit, & Latinum aliqui eſſe cenſeant. Auguſtinus etiam, qui vulgatæ noſtræ verſionis meminit, eademque declarat, ut diximus, vidiſſe ſe Græcam indicat; dum docet negotiationem in Græca lingua ab *actu* dici, quaſi diceret φραγματείαν ἀπὸ τῦ φράβματος. Utitur eadem lectione Gelaſius Papa in Epiſtola Decretali *q*. Ita lege & Ambroſius *r*, quamvis indicet legiſſe, *non introivi in negotiationem*. Puto potuiſſe vocem eamdem Hebræam reddi per *negotiationes* & eaſdem ſignificari etiam per φραμματείας; ita ut non ſit opus propterea legere φραγλατείας; quo tamen modo reſtitutum eſt in emendata editione LXX. quod malè factum miror aſſerere Agellium; qui emendationi interfuit. Nam apud Hebræos סֹפֵר *ſopher*, Grecè γραμματεὺς & Latinè *ſcriba*, eſt *litterator*, *ſcriptorque litterarum*, *notarius*, *publicus ſcriba annalium*, *temporum*, *geſtorum*, *actorum publicorum*, *cenſuum ac redituum*, & *cauſarum*; idemque aliquando quod *quæſtor*; præterea, *litteratus*, *doctus*, *eruditus*, *juriſperitus*, *legis & Scripturæ interpres*, *verſatus in rebus Eccleſiaſticis*, qualis Eſdras magni nominis, ſicut juxta priorem quæſtoris notionem Saphan dictos *ſcriba Templi Domini* *s*, curans conflari pecuniam ad fabricam: nec non alius, qui dicebatur, *ſcriba princeps militum*, & *probabat tyrones* *t*. Græcè *ſcribens populo terræ*, φραμματεὺς; τῶ δυνάμεως, φραμματεύων τῶ λαῶ τῆς γῆς. Hebraicè הַמְצַבִּיא *hammatibi*, *congregans exercitum*; quæ congregatio expreſſius Chaldaicè dicitur per כְּנַשׁ *chaneſch*. Ergo quum ſcriba hæc duo ſignificet, poſſunt etiam סְפוֹרֶת *ſephoreth*, ſignificare *litteraturas* ut hæ comprehendunt tùm litterarum peritiam, tùm litteras tractandis negotiis neceſſarias, & ipſa negotia, ſive negotiationes, in quibus continetur etiam computus, ac numerus, qui exactè innititur de rebus majoris momenti, & quæ ſunt nobis magis caræ, & curæ. Fateor *litteraturæ* acceptionem apud alios linguæ Latinæ auctores non aliam reperiri, quàm pro grammatica, vel litterarum, ideſt, ſcientiarum, peritia & cognitione. Græca vox γραμματείας. Suidæ eſt idem quod ἐξαλλαγμὸς; itaque hic accipi vult, ſed φραμματεῖον, affine nomen, *cautio eſt*, ſeu *chirographum*, *tabella*, *libellus*, *codicillus*, *ratio argumentarii*, *locus* quoque *ubi pecunia reponebatur*. Ut non ſit mirum, ſi universè *negotiationes* denotet, etiam ἐμπορίης, ut Apollinarius expoſuit, ideſt, *mercaturæ* non ſolum ſcientiam litterarum. Mercatoria quidem negotiatio, vel alterius generis non ita facere videtur ad rem, ſicut vel enumeratio, vel ſcientia, prout antea declaravimus: niſi per catachreſim animi occupationem inſupputando, aut diſcendo, *negotiationem* vocare placeat. Tamen ex *negotiationis* vocabulo captavit occaſionem Auguſtinus, & alii, digrediendi in ejuſdem pericula: licet ipſam per ſe non damnent, ſicut nec artes, & alia opificia, & divitias, ſed abuſum, quem etiam Chriſtus, quum ejectis ementibus, & vendentibus de Templo vetuit id fieri domum negotiationis *u*. Et ludit idem Auguſtinus in etymo Græci vocabuli φραγματείας, ab operę: & Latini,

p Hom. 38. in Matth.

Πραμματείαι.

q cap. 17.

r 3. Offic. c. 6

s 4. Reg. 22. 3. & ſeq.

t Jer. 52. 25.

Litteratura quid vocetur.

Θραμματεῖαι.

φραμματεία.

u Joan. 2. 16.

Θραμματεία.

Negotium, quod neget otium. *b Homil. 38. in Mat. b.* Negotiationis definitio usus.

tini, *negotii*; quod neget otium; mysticèque interpretetur hæc nescire, qui sibi metipsi non attribuit meritum bonorum operum sed Deo. Quum autem Cassiodorus negotiationem definit, quæ possunt vilius comparari, charius velle distrahere, & indicat ejici talem à Christo; & auctor *b* operis imperfecti scribit, quicumque rem comparat, ut integram, & immutatam vendendo lucretur; esse mercatorem, qui de templo Dei ejicitur *c*; B. Thomas respondet loqui istos de illo, qui ultimum finem in lucro constituat; idque præcipuè videri, quando rem non immutatam charius vendit: tamen lucrum intendi posse licitè propter alium finem necessarium, & honestum. Cassiodorus quidem apertè approbat usum negotiationis tùm exemplo Paphnutii, qui negotiatori comparatus est (adde parabolas Christi *d*, & quod traditur dixisse, ut essemus boni trapezitæ) tùm quod testatur inventos suo tempore in Ecclesia tractantes mercimonia, qui summa fide pollerent. Negotiatores ejecti sunt à Christo, quia irreligiosè tractabant locum sacrum. Et in genere verum est quod ait Augustinus, hominum non rerum peccata esse. Propter circumstantiam quoque personarum, quas non decet exercere mercaturam, Gelasius *e* usurpans hunc locum, & alium Pauli *f*, *ne militans Deo, implicet se negotiis sæcularibus*, reprehendit Clericos negotiantes. Postremo cavendum cuivis negotianti, ne *in multitudine negotiationis repleantur interiora ejus iniquitate* g, quoniam *difficile exuitur negotians à negligentia, & non justificabitur caupo à peccatis labiorum* h; & is, cujus *in multis sunt actus*, & sic fit *dives non est immunis à delicto* i. Ita debemus quoque Ambrosium *k* intelligere; quum scribit sanctum (Davidem) in negotiationem introisse se negare, quia pretiorum captare incrementa non simplicitatis, sed vertutiæ est. Usos Christianos commerciis gentilium, Tertullianus *l* docet: quamvis conquerentur de eorum sterilitate lenones, ficarii, venerarii, magi, arioli, aruspices, mathematici, & alii, quibus, inquit, infructuosos esse magnus fructus est. Leo *m* autem scribit quod qualitas lucri negotiantem excusat, aut arguit, quia est & honestus quæstus, & turpis. Subdit vero quod pœnitenti utilius est etiam dispendia pati, quàm periculis negotiationis obstringi, quia difficile est inter ementis & vendentis commercium non intervenire peccatum. Subtiliter disputat Grevæus *n* de triplici negotiatione laicorum, clericorum, mercatorum: simul de litteratura, ubi quum explicat non cognoscere, qui ex his tamquam ex uxore, fructum temporalem non requirit, profectò per accomodationem loquitur, & *cognoscendi* usurpat verbum.

c 2. *li.* 9. 12. 4. *ad* 1.

d Matt. 25.

e Ep. dist. 25. *& est in Decret. d.* 88. *c. & conseq.* Clerici negotiantes reprehendendi. *f* 2. *Tim.* 2. 4 *g Ez.* 28. 16. *h Ec.* 26 23. *i in c.* 11. *Ioh.* 3. *Offic. c.* commercia Christi anorum cũ Gentilibus. *l Apolog. c.* 37 *m Epist.* 92. *c.* 10. *ad Rusticum Narb. Episcopum.* Qualitas lucri negotiantem excusat aut arguit. Inter commercium ementis & vendentis difficile non intervenire peccatum. *n Ser.* 148. *in Psalm.*

Vers. 16.] Introibo in potentias Domini, Domine memorabor justitiæ tuæ solius.

Sensus loci.

DICTIONES primas quatuor multi quidem conjungunt cum fine præcedentis versus: sed Hebræus textus, quem hac in parte sectatur editio vulgata Biblica & Augustinus hinc ordiuntur versum novum. Cujus distinctionis Euthymius quoque meminit. Posteriore modo asserit David absolutè se *introire* velle *in potentias Domini*, ac meminisse justitiæ ipsius solius. Priore autem data ratione cur *introire* deverit *in potentias Domini*, ac memor esse justitiæ ipsius solius: quia scilicet non cognovit litteraturam. De priore nexu dictum antea satis, & quo pacto videatur ignoratio litteraturæ in causa esse, ut quis tota die incumbat in prædicationem justitiæ ac salutaris divini, sive litteratura numerum, sive scientiam, sive etiam negotiationem significet. Utrovis modo *introire in potentias Domini*, dum pollicetur David, intelligit fortia, & egregia Dei facinora potentiam illius excellentius testantia aggredi fando velle, ut laudibus celebret: tùm etiam commemorare insignem justitiam, fidelitatem, & clementiam in promissis præstandis, in se de hostibus vindicando ac liberando: item præ se ferre, palamque profiteri, nullo suo id merito factum, sed benignissima omnipotentia DEI: deinde soluti seipsum in summo discrimine, proponendo ante mentis oculos, quanta soleat Deus benignitate atque potentia opitulari sperantibus in eum: & quia id jam prius multoties sit expertus, tandem implo-

Arare potentis auxilium Dei: ut quod expers ac rudis scientiarum non potest, valeat utcumque pro dignitate prædicare laudes Dei. Euthymius innuit esse introire in Templum Jerosolymitanum, ubi laudatur Deus jugiter, & potentia ipsius ibi post evatum periculum commemoret, & commendet solam justitiam Dei, qua solus de hostibus vindictam sumserit.

Mysticè *introit in potentias Domini*, qui nihil sibi, sed illi tribuit, & memor est justitiæ solius ejusdem, qui quam ipse habet, eidem acceptam fert. Sic Augustinus, & alii. Quo spectat, ut se ab infirmitate legis transitum facturum dicat ad efficaciam Evangelii. Id iidem innuunt, nec non in Epistolam ad Galatas *o*, Hieronymus, quod quoque prius monui. Cassiodorus habens respectum ad versionem, in qua est vox *negotiationum*, ait, *Introire in potentias Domini*, qui talibus artibus ditari, ac potens fieri non quærit, sed hoc unum curat, ut ad cœlestia regna perveniat, & quum justus judex feret sententiam, introit in gaudium Domini sui. Favet Bernardus *p* opponens potentias istas infirmitatibus, quibus penitus exuuntur beati, nihil nisi justa, & justitiam cogitantes, toti ebrii, ac transformati in Deum, & unus Spiritus facti cum ipso. Quidam *q*: *introitum in potentias Domini* de cœlesti quoque accipientes beatitudine, per *potentias* unum ex ordinibus Angelorum, quæ vocantur potestates interpretantur, aut omnes etiam Angelos qui sunt potentes virtute, & ministri, instrumentaque potentiæ Dei, & mirabilium operum; quæ potenter exercet.

Mystica interpretatio

o in c. 2.

p Serm. 2. *in psal. Qui habitat & Ep.* 11.

q Diez. to. 1. *p.* 3. *serm. post Domin.* 4. *Quadr. n.* 7. *& tom.* 2. *p.* 2. *conc.* 3. *in comm. S. mulier.*

Introibo in potentias Domini.) Hieronymus, *ingrediar in fortitudine Domini*: & alibi *r*, *in fortitudinem*. Sed recitat Trevetus hoc loco, *ingrediar fortitudines*, estque Hebræum nomen pluralis numeri cum præpositione בגבורות *biguuroth*, quod mutato puncto posset esse singularis גבורת *geuurath*. Græcè legitur numero unius, ἐν δυνασείᾳ, & legit Augustinus, *in potentiam*. Psalmo 68. *s* ad ea verba, *non introent in justitiam tuam*, egimus de hac formula, quid importet *intrare in justitiam, in gaudium*, & similia. Potest significare aggredi, narrare fortia Dei facta, adjicere animum ad Dei contemplandam in suis juvandis potentiam: incedere ac progredi fretum Dei potentia in expeditione bellica, vel alia contra persecutores: perstare in firmo proposito, statuque perpetuo, & non deficere, aut retrocedere, aut se alienare à Deo, quantavis ingruant mala, quia satis habet ille potentiæ, ut ab omnibus liberet: totum se committere, ac permittere potentiæ Dei, ut faciant quidquid collibuerit, *humiliare se sub potenti manu Dei*, *t* introspicere quid sibi velint mirabilia opera Domini, & ipsam quasi medullam illorum penetrare, quod non faciebant rudiores Hebræi circa prodigia edita à Deo, adversus quaslibet objectiones infidelium, & hæreticorum, & malorum Christianorum, Dei opponere potentiam, ut quamvis expers litteraturæ, scientiæque, respondere ac satisfacere non possis, satis sibi scire omnia Deum posse: ut tota ratio facti potentia sit facientis: neque admodum cures ignorantiam litteraturæ, sed profitearis etiam libenter *te stultissimum virorum*: & quod *sapientia hominum non est tecum, nec didicisti sapientiam, & non novisti scientiam Sanctorum* u, ideſt, Beatorum. *Potentias* pro Ordine Angelorum, qui Potestates dicuntur, non reperio, nec dicuntur, δυνασεῖαι sed ἐξουσίαι.

r in c. 2. *Ep. ad Gal.*

s vers. 28.

t Pet. 5. 6.

u Prov. 30. 2. 3.

Domine memorabor justitiæ tuæ solius.) Primum nomen jungit Hieronymus & alii priori membro, *introibo*, seu *ingrediar in potentias Domini Dei*, perinde est quovis legas modo. Sensus est, ut se affirmet nolle huc illuc animo vagari, velutique per varias errare fiducias, & circumspicere unde colligat auxilium, ubi spem locet, velle in uno Deo figere sensus, & cogitationes omnes, illa niti justitia Dei, quam se pronuntiaturum perpetuo professus est, nimirum aut benignitate, quam interdum justitia significat, aut in præstandis promissis fidelitate. Cajetanus justitiam intelligit, quam Deus exercuerit in primos parentes, primum homicidam, in diluvio, &c. quæ se David jugiter commemorare velle ait, unà cum potentiis Domini, hoc est, rebus à Deo potenter gestis, tùm creando, tùm adversus hostes Hebræorum Ægyptios, Amorrhæos, & alios. Quæri potest; quomodo *ingrediatur* quis *in potentias Domini* & *memoretur* tamen *justitiæ ejusdem solius*. Respondeo: *si ingredi in potentias* sit de illis cogitare, ac non po-

Sensus loci.

x Quomodo ingrediant quis in potentias Domini, & non moretur justitiæ eadem sola

tius in eas ſeſe veluti projicere, ut inde vires colligas, cogitatio illa eo tandem intelligetur ſpectare, ut juſtitiæ divinæ potiſſima ratio habeatur, quatenus Deus potentiæ ſuæ opera refert ad juſtitiam illis modis ſumtam, quos diximus, & prout qui hìc loquitur, opponit merita ſua, quæ nulla in ſe per ſe agnoſcit eſſe, divinæ juſtitiæ, quam potenter & ex beneplacito gratiæ dignatus eſt exercere. Hac ratione vel reliqua includit attributa Dei attributum juſtitiæ, vel de hoc præſertim fit expreſſa mentio, propter allatam cauſſam. Ubi etiam Hæreticos cave, ſolam ita juſtitiam Dei agnoſcentes, ut nullam nobis veram concedant. *Nemo vos ſeducat*, ait Joannes *a*, *qui facit juſtitiam juſtus eſt, ſicut & ille juſtus eſt.* David quoq; noſter ſuammet juſtitiam proponit Deo ut hìc retribuat *ſecundum ipſam* b. Eadem juſtitia, quæ revera noſtra eſt, dicitur Dei ſolius, quia ratione primæ vocationis, & auxilii, ſolus eſt Deus operans id in nobis ſine nobis; & ipſum habitum gratiæ producit ſolus etiam in adulto: licèt non abſque diſpoſitione, quæ ipſa ſecundum auxilium gratiæ prævenientis à ſolo Deo eſt. Quamvis hic locus non de hac gratia, ſive juſtitia neceſſario intelligi debeat, & etiamſi intelligeretur, qui meminiſſe vult juſtitiæ, ut ſolius Dei eſt, non negat juſtitiam ſuam, quæ à Deo eſt. In Pſalterio Romano ab his verbis verſus incipit, & longe protenditur uſq; ad, *donec annuntiem*, &c. in Gallicano idem eſt principium, ſed ibi deſinit, *à juventute mea*. Quæ diſtinctio gignit ſenſus diverſos, in quibus non immorabor. Moneo quoque videri mendoſam lectionem apud Auctorem operis imperfecti, *memorabor juſtitiæ tuæ ſolius*. Repugnat omnino adjectivum μόνου & לבדך *levaddecha*.

a 1. Epiſt.

b Pſ. 17.

Juſtitia noſtra, ut dicitur Dei filius.

Verſ. 17.) Deus docuiſti me à juventute mea: & uſque nunc pronuntiabo mirabilia tua,

Verſ. 18.) Et uſque in ſenectam & ſenium: Deus ne derelinquas me,

Donec annuntiem brachium tuum generationi omni, quæ ventura eſt,

Potentiam tuam,

Senſus loci.

QUIA ingenuè faſſus erat, ſe non *cognoviſſe litteraturam*, ſive numeri, ut per illam æſtimare, & aliquo pacto comprehendere, per iſtum poſſet ſupputare, ac percenſendo numerare infinitam multitudinem & divinarum perfectionum, & beneficiorum, quæ accepiſſet à Deo, ac proinde conſtitutum ſibi fuiſſe inhærere in contemplatione potentiæ, atque juſtitiæ Dei: nunc ait pro doctoribus hominibus aut libris, uſum ſe Deo ipſo doctore, jam inde ab ineunte ætate, nempe per experientiam dictæ potentiæ ipſius, juſtitiæque & per indiſtinctum divinum, quo perſpiceret quæ à Deo donarentur ſibi. Quapropter, ut ſe hujus ipſius veluti novi ad priora beneficii, ſine quo fruſtra videretur eſſe, memorem declarat & gratum, promittit ſe, quod nec facere hactenus omiſerit, palam ſemperque, quoad vita ſuppetet, uſque etiam ad extremam ſenectutem in canos, prædicaturum opera illius admiratione digniſſima, quantaque fecerit animæ ſuæ, ad miraculum ac ſtuporem etiam adverſariorum. Sed quoniam ſatis agnoſcit, nec hoc ſibi præſtare fas eſſe, ſine ejuſdem benefactoris ſui Dei auxilio efflagitat ne ſe deſerat, ac tum quidem ſi contingat ad ætatem illam pervenire graviorem, debilioremque: idque ut poſteris teſtificari vim ac robur brachii, ſeu potentiæ Dei, poſſit; quia ſe toties, tamque mirabiliter à ſummis periculis liberaverit, ut valeat ad exemplum & doctrinam aliorum. Multis modis hæc eadem ſumuntur myſticè, qui melius in particulari explanatione attingentur.

Deus docuiſti me à juventute mea.) Hieronymus, *ab adoleſcentia mea*, lege jam dicto verſo 5. ubi eſt eadem Hebræa vox בעוריִם *nehhurim*, & Græca νεότης. In Pſalterio Gallicano, *Deus qui docuiſti me*, in bibliis Complutenſibus & Regiis, *Deus meus, qui*, ſed Græcè ibidem, & apud Euthymium, ac Nicephorum, ὁ θεός μου ὁ ἐδίδαξας με. *Deus meus qui docuiſti me*. Videtur eo modo legiſſe Apollinarius, aliquid ſupplendo.

ἐξ ἀβρότητός μ' ἐδίδαξας ἀπερθέμις ἀφθίτοις ποιμὴν.
Ab adoleſcentia docuiſti me, quæ fas immortalis paſtor.

In emendatis bibliis Græcis, ἐδίδαξας με ὁ θεός. *Docuiſti me Deus*. Aquila θεὲ ἐδίδαξάς με. Rectè monet Hieronymus c: pronomen: *meus*, eſſe ſuperfluum: & Hebraicè eſt אלהים *elochim*, abſolutè, ſine affixo, & quidem ante verbum cum affixo למדתני *limadthani*. Duo illi Græci notant hic hyperbaton, & ſic evolvunt, *Deus meus annuntiabo mirabilia tua, quæ docuiſti me à juventute mea, & uſque nunc*. Placet etiam Janſenio, non autem quod alii explanant, ſumendo pro præterito futurum. *Docuiſti me à juventute mea, & ideo uſque in hoc tempus ſemper pronuntiavi mirabilia tua*. David edoctum ſe divinitus profitetur, tùm in hiſtoria Regum *d*, tùm in pſalmo 50. *e*. Non eſt reperenda ætatum diſtinctio vel noſtrarum, vel myſtico ſenſu hominum ante legem & deinceps, quam hìc adhuc Græci innuunt, & Auctor operis imperfecti *f*, vel Eccleſiæ in juventute, ut ait Gloſſa, quæ eſt Caſſiodori & Auguſtini, aliorumque, ſub martyribus nunc quando proficit: in ſenecta, quum incipiet frigeſcere charitas, mundique tempora decreſcent; in ſenio, tempore Antichriſti: vel cujuſvis fidelis, ut idem Auguſtinus, Caſſiodorus, Ruffinus, alii docent, qui doceatur à juventute per fidem, tùm etiam poſtea uſque ad extremum vitæ vel ætatis juvetur auxilio gratiæ. Auctoris quem modo nominavi, non poſſum quin hoc loco rurſum ponam ſententiam dum explicat illud cujuſdam reſponſum *g*, *hæc omnia ſervavi à juventute mea*. Juventus ejus, inquit, fuit à tempore Moſis, uſque ad Reges: Virilitas ex tempore Regum ejus uſque ad tranſmigrationem Babylonis: Senectus à tranſmigratione Babylonis uſque ad Chriſtum, quando & mortuus eſt populus ille, propriam interficiens vitam. Tum ſubdit de iſtis ætatibus loqui nunc populum per Prophetam; & ita citat (*Domine memorabor juſtitiæ tuæ ſolus*, vitioſè *ſolus*, pro *ſolius*, ut antea monui) *Domine, quam docuiſti me ex juventute mea*, ideſt, ex tempore Moſis, quando legem ad eruditionem ſuam accepit, *& uſque nunc pronuntiabo mirabilia tua*, quod eſt in tempore Regum, & uſque ad ſenectam & ſenium. *Deus ne derelinquas me, donec annuntiem brachium tuum generationi omni, quæ ventura eſt*: quod factum eſt in tempore Chriſti; quando qui digni fuerunt ex eis credere in Chriſtum, brachium Domini annuntiaverunt omni generationi gentium poſtmodum credentium in Chriſtum. Videtur hìc Auctor doctrinæ materiam interpretari juſtitiæ, de qua proximè mentio præceſſerat, eamque ſub lege quam tradidit Deus Moſi, fuiſſe comprehenſam. Eamdem juſtitiam indicant illa ex Apoll. prius citata ἄφθιτος, *quæ fas*: & Auguſtinus quod *memorari juſtitiæ ſolius* debeamus conſiderando non redditam debitam pœnam, ſed gloriam. Sed Græci quæ doctum ſe dicit à Deo, volunt eſſe mirabilia, quæ hìc exprimuntur: & poſſumus interpretari *mirabilia*, tùm in liberando populo, tùm in lege danda, & eodem deducendo per deſertum, præter alia in prioribus operibus creationis, diluvii, conflagrationis Pentapolitanæ, & aliis, nec non quæ vocantur *mirabilia* de lege conſideranda *h*. Hoc præſefert lectio Græca, de qua memini; ὁ θεός μου σὺ ἐδίδαξας με ἐκ νεότητός μου, καὶ μέχρι τοῦ νῦν ἀπαγγελῶ τὰ θαυμάσιά σου. *Deus meus quæ docuiſti me à juventute mea, & uſque nunc pronuntiabo mirabilia tua*; illa ſcilicet quæ docuiſti me. Modus docendi à Caſſiodoro fuiſſe dicitur, aut per libros, aut per infuſam fidem, Hugo etiam, per flagella, ut doceri pueri ſolent. Non poteſt quis ſuper omnes docentes extrinſecus, intus etiam doceri, niſi ſit θεοδίδακτος *docibilis Dei quærat* i, *& mandata Dei quærat* k ad faciendum ea. Opportunè idem Hugo illos reprehendit, quorum non unus *magiſter* Chriſtus *l*, *à juventute*, ſed vel Juſtinus, vel Galenus, vel Ariſtoteles. Accommodare ſententiam poſſumus ad eos, qui penè à puero receperunt imbui cognitione rerum divinarum, cujuſmodi fuit Origenes: vel qui, ex quo complexi ſunt Chriſtianam religionem, in ea mirabiliter docti fere confeſtim evaſerunt; quales, Cyprianus, Ambroſius, quod multo magis affirmari poteſt de rudiore prima Eccleſia per Spiritum S. viſibiliter communicatum, qui deinceps docet, ſuggeritque

c epiſt. 135.

d lib. 2. reg. 3. 3. 4.

e verſ. 8.

f Homil. 33. in Matth.

g Matt. 19. 20.

h Pſ. 1. 2. 18.

i Eſa. 54. 13. Joan. 6. 54.

k Pſ. 118. 110.

l Matth. 23. 10. Quorum non unus magiſter Chriſtus à juventute, ſed Ariſtoteles aut alius; eorum reprehenſio. Sententiæ accommodatio.

ritque eidem Ecclesiæ omnia necessaria tum in dogmatibus, tum in moribus communibus.

Et usque nunc.) Vel *quæ docuisti me à juventute mea, & usque nunc*, jam inde ad hoc usque tempus *pronuntiabo*, nimirum *mirabilia tua*; vel *usque nunc à juventute mea*, quæ docuisti, & simul pronuntiavi, pronuntiabo etiam in futurum, eadem nempe *mirabilia tua*, vel *quæ docuisti me à juventute mea*, & quæ inde *usque nunc mirabilia tua* præcesserunt, ac perdurarunt, illa *pronuntiabo*. Quodlibet elige, dummodo percipias in hac oratione (*usque nunc pronuntiabo*) necessario quidpiam suppleri, quia verbum futuri temporis jungitur adverbio temporis præteriti. Quare aut, *usque nunc*, necti debet cum verbo præterito, docuisti, ideſt, quæ docuisti usque nunc illa *pronuntiabo*, videlicet *mirabilia tua*; aut sub audiri, sicut usq; nunc pronuntiavi, pronuntiabo quoque deinceps. Nulla autem ratione admitto ut in versione Latina futuri temporis, *pronuntiabo*, sumamus pro præterito, *pronuntiavi*, quidquid sit de Hebræo verbo, quod in altero expressum, accipi possit, debeatve pro alio. Nam quum interpres Latinus alterum definitè ponit, non facit potestatem, ut pro altero accipiamus. Apollinarium audi ἐξ ἥβης μ' ὁδ' ἰδ' ἄχας ἀπερθεμις ἄφθιτε ποιμην, τ' ἐς νέκα δεσκελα ἔργα, καὶ ἐς τόδε σῶσον. *Ab adolescentia me docuisti, quæ fas, immortalis pastor: Itaque divina opera & huc usque tua proclamabo.* Refert illud ἐς τόδε *huc usque*, ad opera illud usque tempus facta. Facilior expositio Euthymii & Nicephori quam retuli, propter quam puto aliquem ad textum juxta unam editionem, quam etiam recitavi, adjunxisse pronomen *a*: *Deus, quæ docuisti me à juventute mea, & usque nunc mirabilia tua, pronuntiabo.* Et clarius, *Deus pronuntiabo mirabilia tua ea quæ docuisti me à juventute mea, & usque nunc.* Ubi observandum quoque quod (*nunc*) includit præsens tempus, non excludit futurum, & significatur quod usque ad præsens tempus docuerit Deus, non quod in posterum non esset docturus. Nec satis aptam censeo sententiam. Ayguani, ut *usque nunc*, significet quamdiu durat hæc vita, & promittat David se quoad vivat, mirabilia Dei pronuntiaturum. Nam particula *usque* restringit potius præteritum, quam innuat limitationem futuri.

Pronuntiabo mirabilia tua.) Hieronymus, & Augustinus, *Annuntiabo*, illa quæ docuisti me à juventute mea; & usque nunc, sunt verò mirabilia. Vel, quia docuisti me à juventute mea usque nunc, ideò pronuntiabo mirabilia tua. Pro *mirabilibus* vertunt alii, *separata*, vel *abscondita*, vel *miracula*. *Mirabilia* quæ intelligat, dixi. Horum sibi narrationem David crebro proponit *a*, & ad eamdem alios invitat *b*, ac ipsamet opera ut *confiteantur Domino* c, & narranda prædicit *d*, & scribit Sapiense: *nonne Dominus fecit Sanctos enarrare omnia mirabilia sua, quæ* &c. Mirabilia opera naturæ, sed multo magis quæ sunt in ordine gratiæ, eaq; quæ pertinent ad justificationem, quam egregiè hoc loco præfert Augustinus excitationi à mortuis. Hilar. *f* de divina Joannis loquens doctrina, quæ in exordio Evangelii elucescit, quæritæ, ait, & intelligite, circumspicite utrum mirabilius fuerit mortuum excitasse, an imperito piscatori, ut ipse eum vocat, egenti, ignoto, indocto manibus lito occupatis veste ruvida, vestib. limo oblitis, quiq; totus erat è navi) scientia doctrinæ istius intimasse? Mirabilia Cassiodor. ait fuisse ut doceretur indoctus, ut ex perfido fieret devotus, ut ex peccatore justissimus. Ruffinus, ut Creator fieret creatura, Deus humanam naturam suspiceret, sanguine suo perditum hominem redimeret, de morte ad vitam, de mundo ad gloriam reduceret.

a *psf.* 9. 2. *psf.* 25. 9. *psalm.* 74. 2.
b *psf.* 104. 2. 3
c *psf.* 106. 8. 25. 21. 31.
Mirabilia opera naturæ sed multo magis quæ sunt in ordine gratiæ.
d *psa.* 144. 5.
e *Eccl.* 42. 17
f *de Trin.*
Opera gratia mirabilia super omnes.

Et usque in senectam & senium ne derelinquas me.) Hieron. *insuper & usque in senectutem*; *& canos*. Alii, *quin & usque ad senium, & canitiem*, vel, *in senio*, seu *senectute, & ætate decrepita*. Duplex sensus, aut quod eum docuerit Deus usque ad hanc supremam ætatem, quo pacto separatim peteret non derelinqui, aut ut eodem contextu oret in dicta ætate non deseri: sicut nec eo usque destitutum se sit expertus à docente ipsum Deo, sic enim etiam versu 9. oraverat, *non projici in tempore senectutis, nec derelinqui quum deficeret*, illo nimirum tempore, *virtus sua*, & quidem (quod sequitur) donec *annuntiaret brachium ejus generationi omni quæ ventura est*, &c. Mysticè de Ecclesia secundum quasdam ætates suas, Ante diximus ex Augustino, & aliis. Quod attinet ad *senectam & senium*, notat Cassiodor. post August. duo nomina esse apud Græcos diversa, *senectam* gravitatem vocare, *senium* ætatem finitimam, sed quia Latinitas hæc duo dissonantia sibi non habet, ætates hic duas quasi simili nomine nuncupatas, ideſt, senectæ, & senii. Nam πρεσβύτης ait August. dicitur *gravis* (unde apud nos *Presbyter*, & γεραὸς *senex*. Hoc loco abstracta nomina sunt γήρως, καὶ πρεσβεῖα, ordine inverso ab eo, quem Augustin. & Cassiod. declaraverunt, indicantas majorem ac posteriorem ætatem esse senii, & minorem, quæ priore voce Græca dicitur, ideſt γῆρας, plus esse quam πρεσβεῖον, ut revera est. Apollinarius pro abstractis istis nominibus, alia posuit concreta: μὴ μ' ἀπογηράσκοντα, μάκαρ, πολιόν τε θέσκης, *ne me senescentem, beate, canumque deserat*. Sæpius quidem ex canitie judicium ferimus de grandiore ætate, ut proinde qui ex Hebræo vertunt, non solum Apollin. loco secundo canitiemque, posuerint. Ac contingit etiam interdum præmatura nonnullis canities, ut est testis Horatius *g*, de nonnullis ab ipsa quoq; pueritia in Albania Plinius *h*, nec non ex aliquo morbo, de aliis Aristoteles *i*, quibus tamen quum recuperata valetudine defluerent cani, & renascerentur nigri. Senectutis initium universæ capi solet ab anno 50. vel 56. vel ad summum à 60. quia circa hæc spatia corporis vires incipiant minui naturalis calor hebescere, homo sensim deficere: quod idcirco tempus παρακμαστικὸν appellant *k*. Extremam senectutem, seniumque sunt qui 70. definiant anno, idque confirment, verbis psal. 89. *l*. *Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni, &c.* Alii aliter, & quidem usque ad 100. annum. Nominatur à Seneca *m* senectutis quidam status non fractæ, sed laxæ, devexæ, non præcipitis, & quæ intra maturitatis claustra continetur, ac sensuum instrumentis, quibus ratio munitur non deteritur. Galenus *n* distinguit schectum ὡμογερόντων cruda viridique adhuc præditorum, sive δυναμένων ὅπω φράττειν τὰ πολιτικὰ, *qui valet adhuc obire civilia negotia*, deinde τῶν μέσην ἡλικίαν ἐχόντων τῶν γήρως, *qui medium ætatem habent senectutis*: postremo, τῶν κατὰ τὴν ἡλικίαν ταύτην πεμπέλων, & quasi dicas, πεμπτέων, *qui secundum hanc ætatem prope sunt, ut in funebrem pompam mittantur*: quos Latini dicebant *Capulares senes*, hoc est, morti adeo propinquos ut mox capulo, seu feretro sint efferendi, & Græci etiam συμβηρόντας, aut etiam *profunda, extrema, decrepita ætate*, καθυφηρὸς καὶ σχαπγύρας. In Ecclesiastico *o*, *minoratus vir viribus, & defectus ætate*. Græcè dicitur ἐλαττόμενος ἰσχύι, & ἰσχαπγύρος. Ibidem *p* qui Latinè seniores, vocantur, ἰσχαπόγυροι. Apud Hebræos plus censetur quæ hìc posteriore ponitur loco שיבה *sevah*, quam זקנה *zickuah*, & Doctores in Misnah senectutem statuunt ad annos 60. canitiem ad 70. sic Samuel dicebat de se *q*, *ego senui, & incanui* זקנתי ושבתי *zacanthi vesavthi*: & apud Job *r*, *& senes, & antiquiscient in nobis, multo, vetustiores, quàm patres tui*. Hebraicèque Grecèque in singulari יטא ידימם שבגם-ישש בנן בבע *gam sau, gam jasis banu cabbir meavscha jamim*. Latinè *senecta*, seu *senectus*, & *senium*, videntur synonima, & si qua distinctio est, plus esse senium, quam senectam indicat hujus loci oratio, in quo postponitur senium. Et nihilominus Ayguanus oppositum docet, definiens ex nescio quo auctore libri Catholicon, infantiam ad 7. annum pueritiam ad 13. adolescentiam ad 27. juventutem usque ad 50. senium usque ad 70. senectutem nullo certo annorum numero concluſam. Quas ætates applicat mysticè ad ætates Adæ usque ad Noè, à Noè ad Abraham, ab Abraham ad David, a David ad transmigrationem Babylonis, ab hac Christum, à Christo ad mundi finem. Septem ætates enumerant Grevæus *s*, easque demonstrat spiritualiter, tùm in Christo, tùm in unoquoque nostrum.

Senecta & senium diversa apud Græcos nomina.

Πρεσβύτης

g *l.* 1. *Ep.* 20. Præmatura nonnullorũ canities,
h *lib.* 7. *ca.* 2.
i 3. *de histo. anim. cap.* 11.
Senectutis initium ab anno 50. 56. *vel* 60.

Extrema senectus 70. anno.
k *Gale.* 15. *de sanit. tuenda cap.* 2.
l *versic.* 10.
m *Epi.* 12. *&* 26.
Senectutis distinctio ex Galeno.
n 5. *de sanitate tuenda cap.* 12.

o *cap.* 41. 3.

p *cap.* 42. 9.

q 1 *Reg.* 2. 2
r *c.* 15. 10.

Senecta senectus, senium synonima.
Senium plus quam senecta, & è cõtia. ætatis definitiones.

s *Serm.* 47.

Deus ne derelinquas me.) Augustinus, *Domine*, Hebraicè futurum est, quod poni pro imperativo solet, sed pro futuro prædictio intelligi posset: & de promissione Christi; quod cum Ecclesia sua futuras esset *usq; ad consummationem sæculi* t.

t Matt. ult.

Donec annuntiem.) Eadem verba נגיד *aggbid* ἀπαγγεῖλαι sunt hìc quæ versu 17. ubi erat, *pronuntiabo*. Particula, *donec*, includit, non excludit, ideſt, vult Propheta non deseri usque ad illud tempus, non tamen tantum usque ad illud: sic sæpenumero sumi adverbium hoc, & similia,

Particulæ *donec*, & similiũ sumptio.

docet Hieron. contra Helvidium, ut oſtendat ex eo quod ſcribit Matthæus *a*, *antequam convenirent Maria, & Joſeph, inventam Mariam habere in utero de Spiritu S.* dicere enim quod adhuc tunc factum non fuerit, non innuere id quod adhuc factum non erat, poſtea factum eſſe, ut ſcilicet convenirent: ſunt ejuſdem generis alia exemplа ſimilia, ut, *ſede* b *à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum*: &, *vobiſcum* c *ſum uſque ad conſummationem ſæculi*. Significant præterea iſtiuſmodi adverbia ſolam conſecutionem. Atque ita hoc loco dicere David voluit, ſi ipſum Deus non derelinquat, conſecuturum, ut annuntiet omnibus poſteris potentiam Dei, &c. & *donec*, poſt idem valere quod uſque adeo. Lege quæ dicta ſunt ad illud ex Pſalm. 56. d. *Donec tranſeat iniquitas*. Ergo David vel jam ſenex, vel penè decrepitus, quia fractus multis laboribus, poſtulat non deleri à Deo, ut etiam eo ipſo tempore laudibus ejus vacare poſſit: vel ſi nondum quum hæc ſcriberet, ſenex erat, ut ſi contingeret perveniret ad eam ætatem, nec tunc negaretur auxilium divinum, ut ſimiliter laudes Dei mandare ſcriptis, poſſet ad poſteritatis utilitatem. De Davidis vero ſenectute dixi ad ea verba Pſ. 36. e *junior fui, etenim ſenui*.

Brachium tuum.) *Brachium*, idem eſſe quod potentiam puto, quæ mox ſubditur, ut etiam non ſemel prius oſtenſum eſt. Hugo myſticè accipit pro amore, quo nos Deus veluti amplexator, *f* fovendo multis beneficiis; vel pro Incarnatione, de qua Eſaias *g*, & *brachium Domini cui revelatum eſt?* vel pro Spiritu S. qui eſt quaſi complexatio, & amor perſonarum, à quibus procedit; ita ut deſignet Patrem potentia, juſtitia Filium. Rejicit Hieron. *h* lectionem, quæ hìc repetebat præcedentia illa verba: *& uſque nunc pronuntiabo mirabilia tua*.

Generationi omni, quæ ventura eſt.) Hieron. *generationi cunctiſque qui venturi ſunt*. Alii, *generationi, omni qui venturus eſt*, vel *poſteritati*, & *omni, qui naſciturus eſt*, vel *meæ ætatis hominibus*, & *univerſæ poſteritati*, vel, *generationi cuicumque venturo*, vel, *generationi, omni qui veniet*. Auguſt. *generationi omni ſuperventuræ*. Pſalter. Gall. *generationi venturæ*. Hebr. verbum זרוע *javo*, indicat genus maſculinum. Eſt autem דור *dor*, generis fœminini. Paraphraſtes generationem alteram explanans, obſtat Campienſi, cujus eſt illa interpretatio de hominibus, qui viverent Davidis ætate. David porro annuntiaturum ſe poſteris intelligit ſcriptione pſalmorum ſuorum, qui ſua viventibus ætate annuntiaverat multis modis, varioque ſermonem. Auguſt. & Remigius colligunt Eccleſiæ perpetuitatem; uſq; ad finem ſæculi, quia finito ſæculo jam, inquit, nulla ſuperveniet generatio. Iſidorus *i* argumentatur non ſolum propter Judæos, ſed & propter omnes gentes, teſtamentum legis datum eſſe. Affert ſimilem locum ex pſal. 21. *k Annuntiabitur Domino generatio ventura*. Conſule quæ ibi dicta ſunt. Aſſerit Irenæus *l* predicationem Eccleſiæ undique conſtantem eſſe & æqualiter perſeverantem, & teſtimonium habentem à Prophetis & Apoſtolis, & ab omnibus diſcipulis initia, & medietates, & finem, & per univerſam Dei diſpoſitionem, noſque eam perceptam ab Eccleſia cuſtodire, & illam ſemper à ſpiritu Dei, quaſi in vaſe bono eximium quoddam depoſitum juveneſcere, & juveneſcere facere ipſum quas in quo eſt. Profecto juxta hanc Irænei ſententiam argumentari licet, multo magis verbum ac ſpiritum Dei, quibus alitur & vivificatur Eccleſia, ipſam ab omni corruptionis ac vetuſtatis ſpiritualis injuria poſſe liberare, quàm liberaſſet ab ijſdem incommodis vitalis in paradiſo ligni guſtatus, *Renova per* vetus homo noſter beneficio gratiæ *de die in diem m*, ut non fruſtra ſit, ſi eo velimus uti beneficio, adhortatio Pauli *n*, ut *renovemur ſpiritu mentis noſtræ*, & ut *in novitate vita ambulemus*. *Letificat Deus juventutem noſtram* o: & renovat, *ut aquilæ* p: immo impedit quandoque, ne umquam, veteraſcat, ita ut uſq; ad ſenectam, & ſenium non derelinquat, ideſt, non permittat inveteraſcere, ac ſeneſcere. Philoſophum neſcio quem Galenus *q* reprehendit, qui ſe rationem profitebatur noſſe; modumq; quo quis non ſeneſceret, docetque nullum eſſe animal ἀγήρων, *inſeneſcibile*, quum ſit naturalis ſenectus, & opera naturæ ſint inevitabilia. Et ob naturalem loci conſtitutionem memorant aliqui *r* poſſe diutiſſimè vitam protrahi; ſicut in Hiberniæ quibuſdam inſulis; ita ut deficiente demum humido radicali anima tamen ex corpore difficilè recedere valeat, ideoque ad conſulendum, ex diuturnis laboribus, doloribuſque, faſtidio vitæ, illinc procul in aliam regionem transferri ſe homines curent; ubi facilè moriantur. Difficilè id ſapientes viri probant. Nihilominus quid hoc ad immortalem vitam ſupernaturalem immortalis ſecundum naturam animæ: Utitur idem Irenæus *ſ* ad perpetuitatem iſtam, velutique inſeneſcentiam Eccleſiæ, demonſtrandam, exemplo uxoris Lot *in ſtatuam Salis* converſæ *t*, & oſtendentis pernaturalia ea quæ ſunt conſuetudinis hominis, ideſt, menſtrua (de quibus ſeu Tertullianus, ſeu Cyprianus in Carmine de Sodoma) quoniam & Eccleſia, quæ eſt *Sal terræ* u, ſubrelicta eſt in confinio terræ, patiens quæ ſunt humana, & dum ſæpe auferuntur ab ea membra, integra perſeveret ſtatua Salis; quod eſt firmamentum fidei, firmans & præmittens filios ad patrem ipſorum. Habet igitur Eccleſia perpetuam poſteritatem ſuam, & in ſenecta ſeniove non deficit, aut derelinquitur, ſed renovatur.

Potentiam tuam. Has voces diſtrahunt alii ad ſequentem verſum. Commodè cohærent etiam cum iſto. Reddit Hieronymus, *donec annuntiem brachium tuum generationi, cunctiſque qui venturi ſunt, fortitudines tuas*, quaſi pluraliter legerit גבורתך *gheuurotheca*, non autem in ſingulari, ut nunc eſt גבורתך *gheuuratheca*. Paraphraſtes exponit, *ſicut fortitudinem brachii, ita virtutem fortitudinis*: & interdum nominatur *potentiam in brachio* x, *fortitudo brachii* y, *magnitudo brachii*, z *brachium virtutis* a, *brachium cum patientia* b, *virtus brachii* c, *terror brachii* d, *brachium fortitudinis* e, *indutum brachium fortitudine* f, *brachium forte* g, *tremor brachii magni* h: & ſæpe *brachium excelſum, & extentum*.

Verſ. 19.) Et juſtitiam tuam Deus, uſque in altiſſima, quæ feciſti magnalia. Deus quis ſimilis tibi.

Sensus loci.

PEndet ex priore verſu ſenſus. Videlicet, orat auxilio Dei non deſtitui etiam in ſenectute, & ſenio, ut valeat Dei à ſe ſcriptas laudes tranſmittere ad poſteros, de potentia, juſtitiaque ipſius, & quidem illas laudes in altum extollendo, quemadmodum Deus ipſe ſuam quoque illam potentiam, atq; juſtitiam uſque in altiſſima ſeu altiſſimè extulerat, & magnificentiſſimo quodam modo declaraverat, ita ut nemo conferri cum illo poſſet, nullus ei ſimilis haberi. Deniquæ hæc optat omnia licere ſibi, *annuntiare brachium Dei, potentiam juſtitiam, magnalia*. Qui ultimas præcedentis verſus voces, *potentiam tuam*, ponunt in iſtius principio, aut ſupplent ex eodem præcedente, *donec annuntiem*, aut ſeorſim accipiendo, ſub intelligunt, *extuliſti*, nempe potentiam tuam, & juſtitiam tuam Deus *uſque in altiſſima extulliſti*, quæ feciſti, &c. Videri quoque poſſet admirabilis ab inflammato affectu prodiens exclamatio, ſimilis ei, quæ habetur 66. Pſal. i. *Quoniam magnificata eſt uſque ad cœlos miſericordia tua, & uſque ad nubes veritas tua*.

Myſtica expoſitio.

Myſticè ex Caſſiodoro, & Brunone Herbipolenſe, & Gloſſis, *Potentia* Dei ſpectatur in liberando humano genere: *juſtitia*, ut id etiam fecerit exigendo pœnas à filio ſuo, ac deinceps tanto beneficio abutentes puniendo: *altiſſima*, ad quæ uſque prædicationem perductam à ſe dicat Vates. Eſt evectio filii hominis ac exaltatio uſque ad dextram Dei. Vel, ut Auguſtino placet, & Ruffino, Remigio, Bedæ, Haimoni, aliis, potentia Dei prædicatur, qua potentem reddit hominem ad bonum: juſtitia, qua juſtum facit, & quæ *eſt uſque in altiſſima*, ut per eam ordines ipſi cæleſtes, facti ſint magni, ac ſanctitatem ſuam conſecuti, non ſolum ipſummet eſſe, quod habent, apoſtatæ vero Angeli per juſtitiam DEI perturbati ac detruſi in barathrum. Addit Haimo cæleſtes

r Abulenſ. in c. 2. Gen. q. 8. ex libr. 15. de propr. rerum. Vita non nullorum diutiſſima pb naturalem loci conſtitutionem Hiberniæ nonnullæ inſulæ advitę protractionem ſaluberrimæ.

ſ l. 4. cap. 51. Perpetuitas ac veluti io ſeneſcentia Eccleſiæ.

t Gen. 19. 26.

u Matt. 5. 12.

x Luc. 1. 51. y Job. 22. 8. Sap. 16. 16. Dan. 11. 6. z Exod. 15. 16. pſ. 78. 11. a pſ. 88. 11. b ibid. v. 14. c Sap. 11. 22. d Eſa. 30. 30 e c. 44. 12. c. 61. 8. f cap. 51. 9. g Jerem. 21. 5. Ezech. 30. 22. h 2. Matth. 25. 23.

a c. 1. 18.

b pſ. 109. 1. c Matt. ult.

d verſic. 2.

e verſic. 25. Brachium i pro potentia.

f cap. 2. 6. g cap. 53.

h Epiſt. 145.

i de vocat. Gentium cap. 19. k verſ. 31. l lib. 3. c. 40. Prædicatio Eccleſiæ qualis.

m 2. Cor. 4. 16. n Eph. 4. 23. o Rom. 6. 4. p pſ. 42. 4. p pſ. 102. 5. Galeni reprehenſio, eorum qui ſe rationem non ſeneſcendi, noſſe profiterentur. Opera naturæ inevitabilis.

q de Marce. cap. 2.

i verſ. 12.

Cœleſtes creaturas qui per Filium redẽtas velint, quod nonnulli conſentientes Angeli cadentibus peccaverint a *Homil.* 2. *in Lev.* 1.

leſtes creaturas eſſe redemtas per Filium: & ſubdit; legitur enim quod quidam Angeli, licèt non credamus, conſentientes Angelis cadentibus peccaverunt. Angelos cadentes alios aliis conſenſiſſe, ut omnes Lucifero, ſatis recepta opinio eſt; quod propter eos, qui primum ceciderunt, alii deinde iſtis conſentiendo, peccaverint, merito negat Haimo ſe credere, ſed nec ullas cœleſtes creaturas per Filium, ſive Chriſtum, redemtas eſſe dici propriè poteſt; quia nullus Angelus poſt lapſum recuperavit gratiam, aut recuperaturus eſt, quidquid ſenſerit Origenes *a*, cujus opinionem ut ſurpat Hieron. *b* eam alioqui damnans *c*; ſicut & à Theophilo Alexandrino *d* refellitur, atque in V. Synodo damnatur, teſte Nicephoro *e*. Quod ſi, *redimi*, interpreteris eum qui per gratiam habet, ut non cadat, id an affirmari poſſit de Angelis bonis, pendet ex ea quæſtione: Utrum Angeli gratiam per Chriſtum acceperint, & eorum dicendus ſit caput; quamvis non ita homogenem, ſicut hominum; quia non apprehendit & aſſumſit Angelicam naturam; ſed humanam. Opinio autem affirmans probabilis eſt, eique nonnihil favet Auguſtinus cum ceteris, qui priorem myſticum ſequuntur ſenſum, & nomine *brachii* Chriſtum intelligunt. Lege Thomam *f*, & alios Scholaſticos *g*, dum de capite Chriſto diſſerunt, aut de ipſius prædeſtinatione, aut de gratia Angelorum, deque merito illorum, an inter alia neceſſarius fuerit actus fidei in Chriſtum.

b *Hemil.* 24. *in Num. Hom.* 1. *in Jo.* c 1. *in* 1. & 4. *Ep. ad Eph.* Origenis ſententia improbata de Angelorum lapſu. d *Epiſt.* 59. *ad Atticum.* e *in Epiſt. Paſchal.* f *lib.* 17. *c.* 27. & 28. 23. *p.* 908 *a.* 5. *& lib. Suarez. diſp.* 42. *ſ.* 3. *a.* 13.

Et juſtitiam tuam.) Nempe donec annuntiem una cum brachio tuo, & potentia tua.

Uſque in altiſſima.) Hieronymus, *uſque in excelſum:* quo pacto Symmachus, & Aquila ἕως ὕψους, ex Hebræo עַד-מָרוֹם *hhad marom*, quod Baſilius vel Theodoretus declarant, quæ ſunt à Deo facta, hujuſmodi eſſe, ut ſufficiant ab omnibus perſuadendum, ut nominent ipſum Altiſſimum. At ſenſus eſt, velo annuntiare illa quæ dixi, quæ ſunt, inquam, adeo ſublimia, ut nemo per ſe ad ea pertingere queat; & idcirco flagitaverim concedi mihi gratiam ad hoc præſtandum. Sic alibi *h* vocata eſt *juſtitia Dei*, ſicut *montes Dei*. Non poteſt comprehendi modus, quem ſervat DEUS in ſuis liberandis, & in complendis decretis ſuis. De myſtico ſenſu prius dixi. Euthymium adde Nicephorumque: *juſtitiam aſcendere uſque ad altiſſima*, ideſt, uſque ad cœlos, eo quod cœleſtes virtutes eam intelligant, & congaudeant ſuper eam. Paraphraſtes exponit, *& juſtitia tua DEUS uſque ad cœlos excelſos*, quos (id reſpondet ſequentibus verbis) feciſti maximos. De cœlis, & Angelis exponit Hugo; Euthymius vult ſignificari tanta eſſe beneficia quæ acceperit à Deo, tamque admiranda, ut eorum fama ad ipſas etiam cœleſtes poteſtates pervenerit.

h *pſ.* 35. 7.

Juſtitia Dei ut dicatur aſcendere uſque ad altiſſima.

Myſticus ſenſus.

Ad myſticum ſpectat quoque ſenſum, ut potentiam dicatur Deus exercuiſſe in martyribus, juſtitiam vero in Confeſſoribus, ut nempe ad juſtitiæ culmen perveniant: quo pacto ſcribebat Apoſtolus *i*, quod *altiſſima paupertas eorum abundavit in divitias ſimplicitatis eorum*. Turrecremata declarat de prædicatione perveniente uſque in altiſſima magnalia quæ fecit DEUS circa redemtionem noſtram. Sunt etiam alii, qui ordientes novam ſententiam à primis verbis, ea in recto caſu exprimant. Sic Poeta Gallus.

i 2. *Cor.* 8. 2.

Ta juſtice, ô Dieu tout puiſſant,
Va ſur l'univers ſe hauſſant:
Et par tout s'eſtend la merueille
De tes œuures grands & perfaicts.
Seigneur, qui s'egala iamais?
Quel autre ha la force pareille? k

k Philippus Bet. Portes.

Nec mihi planè diſplicet, ut, *uſque in altiſſima*, vel juxta Hebræa, עַד-מָרוֹם *hhad marom*, & Græcam verſionem Symmachi, ac Aquilæ, ἕως ὕψους, cui ſimilis translatio Hieronymi, *uſque in excelſum*, referatur ad voluntatem Davidis, ut velle ſe ſignificet pronuntiare & annuntiare uſque ad ſummum, & excelſiſſimo altiſſimoque, ideſt, perfectiſſimo modo, mirabilia Dei, & brachium, potentiam, juſtitiam; nec non magnalia, & uſque in cœlum, ac in immenſum, ut ubique exaudiatur. Cajetanus *juſtitiam* uſque ad ſummum explicat de exacta Dei juſtitia, ſecundum quam David ſignificet, Deum nec ſua nec perſecutorum ſuorum impunita relinquere peccata. Optimus primo loco traditus ſenſus litteralis.

Quæ feciſti magnalia.) Hieronymus, *quanta feciſti magnalia Deus*. Alii, *quia feciſti magna*. In Græcis ac Latinis bibliis Complutentibus & Regiis, additur pronomen *μοι*, *mihi*, *quæ feciſti mihi*, nec non ab Euthymio, & Nicephoro, qui etiam ajunt ἃ, *quæ*, eſſe pro ὅσα, *quanta*, ſicut vertit Hieronymus, & hæc verba cum affectu legenda, & ex corde. Videntur juxta translationem noſtram *magnalia* jungenda *altiſſimis*, ut eadem dicantur *altiſſima* & *magnalia*. Denique mirifica omnia Dei opera rectè cognominantur *magnalia*, ut quæ etiam locuti ſcribuntur accepto Spiritu Sancto diſcipuli *l*, & vocantur à Job *m magna*, *inſcrutabilia*, *mirabilia*, *quorum non eſt numerus*, & in libro *n* Eccleſiaſtici, *magnalia ſapientiæ DEI*.

l Act. 2. 11. m *cap.* 5. 9. n *cap.* 42. 21.

Deus quis ſimilis tibi? Non refert an nomen, *Deus*, prioribus alliges cum Hieronymo, an copules, ut hìc eſt. Occurrit eadem ſententia prius in pſalmo 34. *o* & 39. *p* poſtea in 82. *q* 85. *r* 88. *ſ* 112. *t* & primum in Exodo *u*, in Deuteronomio *x*. Præterea habetur quod *non eſt alius Deus, vel in cœlo terra, qui poſſit facere opera ejus, & comparari fortitudini illius*. Adi præterea hiſtoriam Regum *y*, Paralipomena *z*, Jeremiam *a*, Micheam *b*. Sed ſatis multa videmur dixiſſe ad 34. pſalm. præſertim ſi intelligit *magnalia* hæc de magnis in ſe collatis à Deo beneficiis, ſicut innuit ea, quam dixi editio in qua pronomen, *mihi*, apponitur. Ea eſt in Paralipomenis *c*, ubi poſtquam ſumma demiſſione gratias egiſſet Deo, ſubdit; *quid ultra addere poteſt David quum ita glorificaveris ſervum tuum, & cognoveris eum? Domine propter famulum tuum juxta cor tuum feciſti omnem magnificentiam hanc, & nota eſſe voluiſti univerſa magnalia: Domine non eſt ſimilis tui, & non eſt alius Deus abſque te ex omnibus, quos audivimus auribus noſtris*. Adjicit deinde communia beneficia facta toti populo, ut ſcilicet propria magis grato animo commemoret, proque eorumdem conſervatione deprecemur. Similem Debora tenuit in Cantico *d* rationem, ut antequam conceſſam à Deo victoriam recenſeret, perſtringeret prodigia, quæ in danda lege ſunt edita. Non vidit, nec videre ſimilem ſibi poteſt Deus, eique ſoli abſque comparatione ſuperlativus convenit ubique gradus. Nam, ut quæ philoſophatur de illo Dionyſius, omittam in Theologicis libris ſuis, Ariſtoteles, aut ſi quis eſt alius Auctor libri de mundo *e*, de Deo, hæc nos vult ſentire, eſſe δυνάμει ἰσχυρότατον, κάλλει ὑπερπεπταικὸς, ζωῇ ἀθάνατον, ἀρετῇ κράτιστον, *potentia valentiſſimum, decore firmiſſimum, vita immortalem*, per ſe, & à ſe, *virtute optimum*.

o *verſ.* 10. p *verſ.* 6. q *verſ.* 2. r *verſ.* 8. ſ *verſ.* 7. 8. 9. t *verſ.* 5. u *cap.* 15. 11. x *c.* 3. 24. y *lib.* 2. 7. 21. *l.* 3. *c.* 8. 23. z *lib.* 1. 17. 10. *lib.* 2. 6. 14. a *cap.* 10. 6. b *c.* 7. 18. c *lib.* 1. 17. *ſeq.*

d *Judic.* 5. 4. *& ſeq.*

e *cap.* 6. De Deo, Ariſtotelis aut alterius Auctoris libri de mundo ſententia.

Verſ. 20.) Quantas oſtendiſti mihi tribulationes multas, & malas: & converſus vivificaſti me: & & de abyſſis terræ iterum reduxiſti me.

Verſ. 21.) Multiplicaſti magnificentiam tuam: & converſus conſolatus es me.

PRobat Deo ſimilem non eſſe, ex plurimis & maximis periculis, quæ nonniſi ope ipſius potuiſſet evadere, & ex ſummis beneficiis, quæ nec alius quiſquam valuiſſet conferre. Eadem quoque opera ob memoriam veteris iſtius erga ſe benignitatis, liberalitatiſque divinæ renovat & auget fiduciam adverſus eumdem Deum. Igitur ait feciſſe Deum, ut experiretur tribulationes multas, & moleſtas; mox tamen, veluti redeundo, qui videbatur diſceſſiſſe, integraſſe favorem, atque de graviſſimo diſcrimine mortis, ac veluti fovea profundiore, ipſoque ſepulchro, & ſubterraneo animarum, quæ hinc abeunt, loco, retraxiſſe. Deinde pro numero ingenti, & acerbitate calamitatum, multis modis declaraviſſe multiplicem

ſenſus loci

muniſi-

munificamque bonitatem, quæ non auxilium dumtaxat, sed & solatium ac voluptatem affert. De periculis intelligit David, quibus in tota vita defunctus fuerat, tum persequente eum filio.

Non vacat probabilitate adhuc pendere, quæ hìc dicuntur, ex superioribus, hoc pacto, ut se asserat Propheta velle annuntiare non tantum prius indicata, sed præterea, quantas, quot, & quam magnas, Deo permittente, aut volente etiam sit passus tribulationes, ex quibus ejusdem benignitate emerserit, cumulatus insuper summis muneribus & jucundissimis voluptatibus. Descendit in hanc sententiam Agellius, cui debes quoque lector, alias duas, de populos ex captivitate Babylonica reverso, & de Christo, quatenus alteram recitat ex Theodoreto, ex Eusebio alteram. Theodoretus ex manuscripto prolatus cum hypothesi dicit, si de his qui Babylone redierunt, sermo sit, ostendere Davidem captivitatis illius ærumnam, & redditum, θλῖψιν καὶ ἐπάνοδον, quem reditum expectaverant; juxta vaticinium Ezechielis *a*, *Ecce ego aperiam tumultos vestros, & educam vos de sepulchris vestris populus meus, & inducam in terram Israel*. Quasi autem legisset nomen *Babylonis*, aut certè paraphrasticè declarans Ezechielem, citat ut Ezechielis verba, (quod Euthymius quoque facit) ἀνάξω ὑμᾶς ἐκ Βαβυλῶνος, *reducam vos ex Babylone*, & subjicit explanationem, πῶς τ ἔστι, λύσω τὴν ἀνθρωπίνην ἀπόγνωσιν, ideſt, *solvam*, sive *auferem humana desperationem*. Quem etiam ad modum declarat Hieronymus ejusdem Prophetæ parabolam de ossibus aridis. Eusebius explanans de Christo, observat in eo quod hìc dicitur; *de abyssis terræ iterum reduxisti me*, perspicuè ostendere Christum in abyssos terræ descendisse. Item rectè dixi, *ostendisti mihi tribulationes*, quoniam θεωρὸ αὐτῶν ὑπῆρξε, μὴ ἐλευθερωθεὶς αὐτῶν, ἀλλὰ κρείττων γενόμενος, *spectator illorum fuit, non illis captus, sed melior*, ideſt superior iisdem. Quæ sententia jugulat Calvini blasphemiam horribilem, quod Christus apud inferos maximis tormentis sit. Ariæ Montano arrisit expositio Eusebii cujus tamen non ponit nomen, significari hoc gravissimos & plurimos dolores, quos senserit Christus, Patres ita consulente ad nostram hominem salutem revocatum etiam esse ab inferis, morte, sepulchro. Is, quem vocant Hieronymum, consentit. An autem, quod ait Eusebius, spectarit præsens Christi anima tormenta inferni, valde dubito, ideſt, an in illum tormentorum locum descenderit: immo prorsus animus in negantem propendet partem; qua de re aliàs egi, differitque noster Suarez diligenter *b*, & Bellarminus *c*, cui etsi affirmans pars aliquando placeret, tandem tamen retractavit. Augustinus *d* quidem scribit nullam occurrere causam, cur illo venisse credatur Salvator, nisi ut ab inferni doloribus salvos faceret; non ergo descendit ad illum locum, unde neminem liberaturus erat; quod saltem concludit de loco damnatorum, & puerorum cum originali peccato mortuorum. Aliunde etiam non alius Christi animæ locus conveniebat satis, præter eum, in quo detinebantur aliorum animæ justorum; in subterraneis aliis vero locis si quid CHRISTUM operari decebat, id poterat etiam absens, perque solam locutionem mentalem, vel alium efficientiæ modum. Postremo si anima divitiis epulonis, ut ratiocinatus est postea Bellarminus, ex inferno damnatorum videre potuit Lazarum in sinu Abrahæ quiescentem, & cum ipso Abrahamo colloqui, multo facilius potuit Christus ex limbo justorum, seu ex sinu Abrahæ, omnes inferni partes inspicere, & ab omnibus spiritualibus conspici, alios quidem redarguendo alios autem consolando. Est hæc longe communior opinio Theologorum in 3. sententiarum *e*, & Beati Thomæ *f*. Præter litteralem sensum, vel de David, vel de populo captivo, & allegoricum de Christo, aut de Martiribus, tropologicus de quolibet justo traditur satis communiter, aut si mavis, etiam allegoricus de omni genere humano, quod à tribulationibus, quibus obnoxium est, propter originale peccatum, deque ipso barathro damnationis æternæ incarnati Verbi beneficio liberatum est, atque ei potestas concessa resurrectionis, tùm secundum animam per justificationem, tum suo tandem tempore secundum corpus: interim præterea magnifica gratiæ munera communicata multiplexque genus consolationis divinæ. Sed hæc in explanando singulas partes paullo distinctius demonstrabimus.

Quanta ostendisti mihi tribulationes.) Hieronymus *qui ostendisti*. Id valet etiam Chaldæum (ך) *de*: Hebræum autem אשר *ascer* omnis generis ac numeri pronomen relativum est. Testator Agellius legisse se in aliquibus libris ὅτι, quia id etiam potest significare eadem dictio Hebræa. Neutro modo videlicet si legamus, *qui*, aut *quia*, erit hæc oratio cum admiratione, & affectu legenda, ut præcipiunt Euthymius, Micephorus, Cassiodorus, aliique. Apollinarius complectitur ὅς, *qui*, & ὅτα *quanta*, & explicat non esse qui Deo sit similis in hoc quod multas & malas tribulationes ostendat, & ex iis videlicet etiam eripiat:

τίς νῦν ἄλλος ὁμοῖος ἐμοὶ πόσα κήδεα τεύχων;
Quis utique tibi alius similis curas, seu mala concilians?

Potuit præterea verti, pro *quantas*, *quas*, & per hæc duo idem significari, atque, quoquot. Tandem, ut prius dixi, posset hæc oratio à superiore pendere, ut se affirmet David annuntiare etiam velle, quot & quàm magnas tribulationes toleraverit, & ut ex iis mirificè à Deo liberatus fuerit. Atqui præstat pluribus sentire, præsertim quum editio nostra magis præ se ferat admirationem. In textu Hebræo verba *ostendisti*, *vivificasti*, *reduxisti*, quibus junguntur pronomina primæ personæ numeri singularis, Latinè & Græcè scribuntur cum (י) sciurek, in fine, quod plurale pronomen ejusdem primæ personæ designat, sed cum chirikkaton supposito, & nota imposita supra (quam vocant keri chetiph, & monet aliter pronuntiari quàm scribatur. Qui cum pronomine plurali legere voluerunt, exposuerunt non de uno Davide, sed de multitudine captivorum. Potuerunt id etiam retento singulari, sed collectivè sumto. Et Hieronymus expressit singulare pronomen hoc loco, postea plurale. Testatur legisse se Richardus Cenomanus unum Coditem, qui perpetuo haberet (ו) *vau* cum puncto chirik, alterum qui semel (ו) *jod* & *bis* (ו) *vau*: tertium, qui ubique (י) *jod*.

De formula illa, ut ostendere qui aliquid alicui dicatur, seu videre facere, ideſt, experiri, diximus psal. 3. *g*. *Quis ostendit nobis bona*, & in 94. *h*. *Illic iter, quo ostendam illi salutare Dei*, & in 59. *i*. *Ostendisti populo tuo dura*. Alia exempla sunt locis aliis in utramque partem *k*, Ruffinus explicat ostensum malum homini per experimentum, quando *aperti* memorantur *oculi eorum* l, scilicet exteriores, quia clausi fuerant interiores. Sapienter ac piè non fortunæ, fato, persecutoribus, sed ipsimet Deo tribuit, quod per varias tribulationes jactatus fuerit. *Multæ tribulationes justorum* m, *multa flagella peccatorum* n. Ostendit Deus, non tantùm, quia experiti facit, sed velut signum, ut *fugiamus à facie arcus* o æternæ tribulationis, ut quod ait Augustinus, Ruffinus & alii, sint vobis disciplina, & admonitio, non desertio, ut clausos mentis oculos aperiamus, exemplo arioli Balaam *o*: ut causam cur tribulationes patiamur, quæ multiplex est, inspiciamus; ut conditionem harum rerum inferiorum consideremus, cumque superioribus comparemus. Postremo *tribulationes ostendere nobis*, est, nos docere, quæ cognoscere nos oporteat de illis, & per illas. Idcirco Christus ipse dixit ostensurum se Saulo, quanta *oporteret eum pro nomine suo pati* p. Ferunt multi tribulationes, quibus non eas ostendit DEUS, ideſt, virtutem ac utilitatem earum, & percussi non dolent, attriti renuunt accipere disciplinam, indurant facies suas supra petram, & & *nolunt reverti* q. Per tribulationes quas quis experitur, & vexationem, *quæ dat intellectum*, potest quis melius annuntiare, ac pronuntiare mi-

a c. 37. 12.

De Christi ad inferos descensus.

b 3. p. tom. 2. disput. 43. sect. 4.

c lib. 4. de Christi anima cap 16.

d Epist. 99

Bellarmini ratiocinatio, ut Christus animas damnatorum in inferno videre potuerit.

e dist. 212. q. 1. a. 3.

Allegoricus sensus & tropologicus.

Formulæ loquendi.

g vers. 7.

h vers. 23.

i vers. 5.

k Dan. 3. 44 Joa 10. 32. 2. Cor 6. 2. 2. Tim. 4. 14. Hebr. 6. 10.

l Psal. 33. 20.

m Psal. 33. 20.

n Psal. 59. 6.

o Num. 22. 31. 1. 24. 4. 16.

Tribulationes ostendere nobis quid sit.

p Act. 9. 16.

q Jerem. 5. 3

re mirabilia Dei, brachium, potentiam, juſtitiam, altiſſima magnalia, tùm opera, tùm myſteria. Novem gradus hìc & in ſequentibus quibus aſcendatur in cœlum, obſervatos ab Hugone indico tibi, ſi legere cupis.

Novem gradus quibus in cœlum aſcendatur.

Non incommodè tota ſententia hinc ad finem uſque pſalmi attribui poſſet adulteræ ad Chriſtum delatæ *a*, ut poſtquam libera dimiſſa eſt, hæc omnia, hiſve ſimilia uſurpaviſſe intelligatur. *Quantas oſtendiſti mihi tribulationes multas, & malas*, quum nihil proprius fuit, quam ut lapidaret; *& converſus vivificaſti me*, quando inclinans te deorſum videbaris me denuo fingere, vitamque reſtituere: *& abyſſis terræ iterum reduxiſti*, quum inquam, quaſi novam Creaturam me formaſti; *multiplicaſti magnificentiam tuam*, inclinando te in terram, ut ſic fugares meos accuſatores: *& converſus conſolatus es me*, quærendo per modum irridentis & gratulantis, *ubi ſunt, qui te accuſabant? nemo te condemnavit?* atque benigniſſimè abſolvendo; *nec ego te condemnabo*; *vade, & jam amplius noli peccare*. Propterea, *confitebor tibi, pſallam, exultabo, tota die meditabor juſtitiam tuam*, quia *redimiſti animam meam, & confuſi, & reveriti ſunt qui quærebant mala mihi*. Congruunt eadem prodigio humaniter à patre recepto, tractatoque *b*.

a Jan. 8. 3. & ſeq.

b Luc. 15. 20.

Multas, & malas.) Quoſdam codices Græcos κακὰ legere ſubſtantivè, ideſt, *mala*, teſtis Agellius. Symmachus habet, κακώσεις *afflictiones*, ſeu *vexationes*. Hebræa vox רעיות *rahhoth* poteſt ſumi pro adjectivo, & ſubſtantivo, priore autem modo reſpondebit fœmininо ſubſtantivo צרות *tſaroth*. Apollinarius, ut antea memini, per πλήθος κακῶν declaravit, hoc eſt, per *curas*. Tribulatio per ſe mala non eſt moraliter, ſed malum pœnæ, eo modo, quo vocatur malum, id quod eſt laborioſum, moleſtum. Bona eſt, qua quis utitur bene, mala, qua malè, & impellit quodammodo ad malum: Inde porro exaggeratur beneficium Dei, ut quamvis tribulationum gravis pondere veluti ſuo deprimere videretur poſſe ad impatientiam, diffidentiam, blaſphemiam, injuſtitiam, tamen Deus ita illas attemperaverit, libraverit, direxerit, ut eas paſſus melior fieret, & ab ipſo vivificaretur. Inſania nulla falſa, & aliquas tamen falſas cognominat noſter Propheta pſalm. 39. *c* quum, ut ibi dicebamus, in ipſiſmet inſaniis homo inſanit, ſeſeque decipi ac falli ſint. Si Eccleſiam hìc loquentem facimus, *malas* vocat tribulationes, quæ de ſuis aliquos à fide deficere fecerunt, ac in illam domum deſcendere, quæ parata eſt homini facienti malum *d*.

c verſ. 5.

d Rom. 1. 32

Et converſus vivificaſti me.) Hieronymus, abſque junctione, (quæ omittitur etiam in Romano Pſalterio) & in futuro, *converſus vivificabis nos*. Alii; *reverſus vivificaſti me*, vel *reſtituiſti*, vel *recreaſti*. Hebræum verbum primum תשוב *thaſciu* futuri temporis junctum eſt alteri futuro, quod ante dixi per Keri chetiph notari cum affixo primæ perſonæ pluralis, & cum puncto chirick indicante ſingularem תחיינו *thechaitenu*, vel *thechatieni*. Solent vero duo verba abſque conjunctione deinceps poſita ſic reddi, ut pro priore ſit participium, pro poſteriore verbum. Eadem ſententia pſalmo 84. *e*, *Deus, tu converſus vivificabis nos*: & oratur alibi *f* Deus, ut convertatur. Explicat Deum converti Caſſiodorum quum ſit inconvertibilis, & immobilis, quis converti nos facit diſtortos per legem peccati. Id myſticè verum. Euthymius explicat participium ἐπιστρέψας, aut quia prius averſus convertitur ad nos Deus, aut quia convertat ad ſe vivificando, ideſt, de imminenti morte liberando, *mortis* enim nomine varias calamitates & afflictiones ſignificari, vitæ autem liberationem à malis. Significat שיב *ſciu*, unde eſt חשיב *thaſciu*, *reverti*, ac propterea reverti vivificare, ſeu revertendo vivificare, ſignificat, denuo, iterum, rurſus, vivificare. Non raro quoque alios uſurpatur idem verbum Hebræum, ac Latinum & Græcum ἐπιστρέφειν pro reditu, & reverſione, non pro vera converſione, niſi quatenus qui redit revertiturque, videtur quodammodo idem punctum repetere, quod in circulari motu converſionis maximè perſpicitur.

e verſ. 7.

f Iſ. 6. 5. pſ. 89. 13. Deus ut converti dicatur.

Apud Matthæum *g*, *niſi converſi fueritis, & efficiamini ſicut parvuli*, eadem vim habet, atque quod apud Joannem *h* dicitur, naſci denuo, & pueritiam repetere, quod Nicodemus rudi Minerva intelligebat, *in ventrem matris ſuæ iterato introire, & renaſci* i. Voluit hoc loco dicere David, tu me prius occidiſti hoc eſt, in vitæ diſcrimen adduxiſti, vel deſcendere permiſiſti: ſed idem poſtea è contrario me vivificaſti, & à mortis periculo liberaſti vitaque quodammodo reſtituiſti. Sicut citato pſalmo 84. *k*. *Deus tu converſus vivificabis nos*, ſignificat, quemadmodum nos prius occidiſti, ita nunc viceverſa vivificabis. Id enim *vivificandi* valere verbum docent plura alia exempla, de quibus in pſalmo 40. *l* Poteſt præterea, *converti*, contrariam quandoque reſponſionem innuere, ut quum Chriſtus converſus dixiſſe Petro ſcribitur; *Vade poſt me Satana* m; ſenſus eſt, non tam quod oculos ad reſpiciendum converterit, ut Marcus *n* exprimit dicens, quod *converſus & videns diſcipulos, comminatus eſt Petro*, quam quod contrariam reſponſionem illi dederit; ut quia objurgaverat pati volentem, objurgaret eum ipſe, quia pati eum nollent. Quocirca quæ nonnulli philoſophantur circa hujuſmodi vocabula *convertendi*, & *converſionis*, pro morali reſipiſcientia; & juſtificatione, non ſemper ſatis firmo nituntur fundamento.

g Matt. 18. 3. h c. 3. 3.

i verſ. 4.

k verſ. 7.

l verſ. 2.

m Matt. 16. 23.

n c. 8. 33.

Et de abyſſis terræ iterum reduxiſti me.) Hieronymus, *educes nos*. Alii, *ex voraginibus terræ converſus aſcendere feciſti me*: vel, *placatus revocaſti*. Cajetanus legens hìc, & priore membro, *reverteris*, primum refert ad vivificandum, ſecundum ad elevandum ex imo, & ex dejectione ad regnum. Communior expoſitio, ut *abiſſi terræ* profundiorem denotent locum ſubterraneum, in quem deſcendunt animæ mortuorum, & unde reducitur qui reſuſcitatur, aut à deſcendendi, ſeu moriendi periculo liberatur. De ſeipſo id David dicit, & quod iterum ceu à Deo converſo, hoc eſt, reverſo, factum ait, intelligit, vel quia ſæpius fecit, vel eo modo, quem antea notavi, nempe quia retraxit ruentem in periculum, ſive ſemel, ſive pluries. Verum eſt figuratè per has *abyſſos*, ut notavit Euthymius, infernum, lacum, ſepulturam. & alia hujuſmodi nomina, ſæpenumero vaſtas atque immenſas calamitates in Scriptura intelligi; quod confirmat ex Ezechiele *o*, quem pridem citavimus. Sed idem Auctor præter Euſebius, Hieronymus, & Ariam; quos etiam prius nominavimus, exponunt de Chriſto, quem Deus eduxerit è ſepultura, ut ait Euthymius, atque de inferis, ut ceteri addunt, quam vocat Hieronymus profunditatem inferni. Dicant nunc, inquit Hieronymus, Judæi, qui hunc pſalmum in ſolum David canere volunt, quando de profundo abyſſi eſt eductus. Prius dictas declarat de Chriſto eodem tribulationes, *multiplicatam* vero *magnificentiam*, & conſolationem, quum detenti in inferno redierunt cum ipſo; confuſſionem *in vaſis Pſalmi*, quando repleti vino novo Evangelicæ & Apoſtolicæ prædicationis, intellexerunt Chriſtum in pſalmis celebrari, &c. Ceteri Latini profunditatem, & ſubmerſionem peccati interpretantur, & iterum, reductionem inde fieri, quia ſæpius, nec unico modo, videlicet, ut loquitur Ruffinus, per baptiſmum, pœnitentiam, converſionem, &c. Vel primum per fidem, iterum per ſpeciem, nunc rectè vivendo, iterum æterna beatitudine perfruendo, ſurgendo mente, fide, ſpe, charitate, poſtea etiam corpore, & quia hoc jam ſpe tenemus, rectè, ut jam factum ac præteritum dici. Priores eadem fere docuerant Apollinarius & Auguſtinus quia qui ex hoc tranſcripſit, verus non eſt Ruffinus; & illud (iterum) quod poſtea repetitum ſequenti verſu, legit, explicat, quia reſurgente Chriſto, reducta eſt natura noſtra, & per ejus reſurrectionem corporis noſtri. Caſſiodorus explicans, *iterum*, idem eſſe, quod frequenter, aut multipliciter, repetit quos attulerat pſalmo ſexto, ſeptem remiſſionis peccatorum modos, per baptiſmum, martyrium, elemoſynas, cum debitoribus noſtris debita laxamus, per converſionem fratrum, per abundantiam

Abyſſi vocis ſumtio.

o cap. 32.

Iterum, idem quod frequenter. Septem remiſſiones peccatorum modi.

dantiam charitatis, per pœnitentiam. Licèt præterea per *abyssos* latibula, & solitudines intelligere, in quibus errabant fideles, & delitescebant, fugiendo persecutionem: per reductionem vero, quando redire licuit in publicum, ut de sua refert ætate Cyprianus *a*: quamvis haud diu pax, & securitas tenuerint. Quid sit *abyssus*: vidimus præcedentibus psalmis *b*: & constat esse profundiorem in terra, vel in aqua locum; vel quemlibet situm inferiorem. Nam abyssus, quæ *dedisse* canitur *vocem suam* *c*. Jordanis inferior quam arca, pars erat, per quam illa vehebatur, benedictiones *abyssi jacentis deorsum*, *benedictionibus* oppositæ *cœli desuper* *d*: vel de abysso subjacente, non tam terræ aquarumque designant profunditatem, quàm situm inferiorem. Porro terræ profunditatem usque ad centrum aliqui, teste Clavio nostro *e*, metiuntur 3500. milliaribus Italicis.

a *Serm. de lapsis, sub initium.* *Abyssus* quid sit.
b *ps.* 32. 7. *ps.* 35. 7. *ps.* 41. 8.
c *Abac.* 3. 10
d *Gen.* 49. 25.
e *in sphær.*

Multiplicasti magnificentiam tuam.) Is qui dicitur Hieronymus, habet in Commentario in fine, *Deus*, verus autem Hieronymus, *multiplicabis magnitudinem meam*. Alii, *auxisti magnitudinem meam*, vel, *dignitatem*, *amplitudinem*, *potentiam*, *decus*, *honorem meum*. Omnia valet cum affixo primæ personæ תי-גדל *ghelludathi*. Solet autem Deus non tantùm pristinam fortunam restituere, sed in sublimiorem quoque honoris, & opum gradum extollere. Exemplo sunt Jacob, Joseph, Job, Tobias, plurimi alii. Significare quoque vult David, non minora, vel minus mirabilia Deum in ipso liberando, ac de tantis tribulationibus eruendo, fecisse, quam prius umquam fecerit. In Bibliis Græcis Complutensibus, Regiis, & aliis est ἐπλεόναζας ἐπ' ἐμὲ τὴν μεγαλωσύνην σου: *multiplicasti super me magnificentiam tuam*: in editiona Simmachi in futuro, αὐξήσεις τὴν μεγαλειότητά μου, *augebis magnitudinem meam*, & in eodem futuro Theodotio, & Aquila πληθυνεῖς, multiplicabis. In emendatis Bibliis Græcis restitutum est, ἐπλεόνασεν τὴν δικαιοσύνην σου: *multiplicasti justitiam tuam*: quæ lectio etiam est in Psalterio vetere, in Romano, & in Gallicano, quod addit, *super me*. Item apud Arnobium, Cassiodorum, Augustinum, licèt aliquando mendosè in eo legatur *justitiam meam*: preterea Psalterium Æthiopicum habet idem, Arabicum, etiam, sed addito, *super me*. Postremo sectatus est eamdem lectionem Apollinarius.

σεῖς μοι εὐδικίης περιώσιον ἔβλυσαθ ἀλκήν:
Tua mihi justitiam immensam effundisti vim.

Nihil habet affine justitiæ nomen Hebræum צדקה *tsidkah*, cum nomine גדלה *ghedullah*, ut suspicari liceat pro alterum positum. Potius credi potest glossema quo magnitudo seu magnificentia Græco μεγαλωσυνη, exposita est ab aliquo per δικαιοσύνην, idest, justitiam: cujus magnitudo comparatur cum montibus Dei; postea in textum loco alterius irrepsisse. *Multiplicationem justitiæ Dei* Cassiodorus explicat de multis modis, quibus consequimur justitiam à Deo. Ait præterea, *justitiæ multiplicationem* indicare multas illas, & malas tribulationes de quibus paullo ante dictum est; & in illis ipsis immittendis misericorditer & magnificè agit nobiscum Deus. Ita etiam explicat Augustinus de flagellis Dei. Sic profectò est, magnam Dei misericordiam esse posse, atque magnificentiam dum multis & malis tribulationibus exercet suos. Multa de multiplicata in Ecclesiam suam Dei magnificentia dici possunt. *Magnificentiæ* quoque nomen abstractum Christo ipsi tribuit Ayguanus in quo multiplicitas est naturæ triplicis divinæ personæ, corporis, animæ. Addè omnia donorum genera, quibus exornata est natura humana ejusdem laudem *tuam*, dixerunt, non *meam*, & est Hebræam magnificentiam, vel quia legerunt גדקהך *ghedullathecha*, quod facile fit producendo litteram (י) *jod*, in (ך) *caph* finale, vel potius, quoniam intelligabant, hanc magnificentiam quam David suam vocat, à Domino proficisci, ut propterea illi attribuerint. Et quod attinet ad Christum, affirmavit ipse *omnia quæ essent Patris, sua* etiam esse, ac vicissim *f*. De Phrasi, qua dicitur

f *Joan.* 17. 9. Phrases Scripturæ.

A Deus *multiplicare magnificentiam*, vide quæ dixi psalmo 35. *g* ubi dicitur *multiplicare misericordiam* & in 64. *h* ubi *multiplicare locupletare*: & in psalmo 137. *i* *multiplicare virtutem*: Et similis est forma, qua dicitur *multiplicare facere cum aliquo*.

g *vers.* 8.
h *vers.* 10.
i *vers.* 3. *psal.* 103. *Luc.* 1. 57.

Et conversus consolatus es me.) Hieronymus *consolaveris me*. Sine ambage ulla Hebraicè est affixum, primæ personæ singularis, quum in præcedentibus verbis, ut monui, simul videri posset affixum pluralis. Symmachus ἐν περιχυκλωσει aut με παραμυθία & *circumdes*, vel *circumdabis me consolatione*. Pro, *consolatus*, in Gallicano Psalterio, & Romano est, *exhortatus*, nec non apud Cassiodorum. Utrumque valet παρακαλέσας. Græcè etiam in emendatis libris repetitur, ἐν ἐκτῦ ἀβύσσων τῦ γῆς πάλιν ἀνήγές με, nec non Latinè in Bibliis Complutentibus, & Regiis, præterea in Psalterio vetere, & in Gallicano; atque apud Augustinum, & Cassiodorum. Expressit eamdem repetitionem Apollinarius, & Euthymius; Augustinus aliique repetitionis causam reddunt, quam priùs attigimus;

B *Vers.* 22.) Nam & ego confitebor tibi in vasis psalmi veritatem tuam: Deus psallam tibi in cithara, sanctus Israel.

Vers. 23.) Exultabunt labia mea quum cantavero tibi: & anima mea, quam redemisti.

Vers. 24.) Sed & lingua mea tota die meditabitur justitiam tuam: quum confusi & reveriti fuerint qui quærunt mala mihi,

Sensus loci.

NUnc extrema psalmi parte spondet David, sicut Deus quod muneris ipsius erat adeò liberaliter præstiterit, & adhuc præstiturum minimè dubitet, ita se quod ad suum pertinet officium, nulla ratione prætermissurum, ut illum quibus possit laudibus efferat, maximè verò veritatem ejus, sive veracitatem, & fidelitatem, in complendis promissis, & justitiam junctam summæ misericordiæ, injurias vindicando, à periculis liberando, confundendo inimicos, malorum consiliorum, & factorum fatores, & operatores, ut noceant. Modos porro quibus id exequi velit, ait esse Psalterium, citharam, aliaque musica instrumenta, oris proprii harmonicum concentum, externum corporis festivum gestum, sed super omnia internum animi affectum. Hæc ipsa, ut superiora omnia, exponi vel de populo captivo possunt, quum rediit, vel de Christo: qui per suos quasi per hymos, & instrumenta bene aptata, redditurus esset laudes Deo, præsertim propter veritatem typis ac symbolis succedentem, & ob confusionem eorum qui frustra nitantur nos lædere, & Deum, ac veram religionem blasphemare. Favent postremo sensui Eusebius & Euthymius.

C

Nam & ego confitebor tibi.) Hieronymus, & Cassiodorus, *ego autem*. Augustinus, *etenim ego*; alia duo Psalteria, *& ego*, est גם-אני *gam ani*, *etiam ego*. Non abundat καὶ γὰρ ut sentit Euthymius. Importat potiùs veluti vicem, & compensationem illam quam dixi, pro divinis beneficiis, quibus respondere se Propheta velle dicat. Vel comparationem indicat, ut quemadmodum populus Israel; cujus Deum hìc sanctum cognominat, post liberationem de abyssis maris eductum, laudes Deo cecinit, sic se de periculis propriis, quæ non minoris æstimet, liberatum, facere affirmet velle. Confessio non est hoc loco de peccatis, ut Arnobius tamen vult, sed laudis.

D

In vasis Psalmi.) Ante hæc verba Codices Complutenses, & Regii habent Græcè ἐν λαοῖς κύριε κ, *in populis Domine &c.* Et ita quoque legit Basilius, sive Theodoretus & Euthymius, nec non Psalterium Gallicanum; & Euthymius declarat, ut se confiteri velle dicat Deo, gratiasque agere, non in uno tantum populo, neque in solis Judæis, sed etiam in omnibus gentibus; quod etiam inquit, manifestiùs

dicit

dicit circa finem Psalmo 17. *a* Inde arbitror huc migrasse, quamvis ibi pro λαοῖς sit ἔθνεσι. Ceterum, pro *vasis Psalmi*, legitur in duobus aliis Psalteriis, & apud Cassiodorum, *in vasis Psalmorum*, in editione Hieronymi, *in vasis Psalterii*, in correctis bibliis Græcis singulari numero, ἐκ σκεύους ψαλμοῦ *in vase Psalmi*. Hebraicè etiam nunc nomen utrumque singulare est נבלי כבל *bichli nevel*. Addito punctulo, ut fieret tsere plurale נבלי *bichle*. Et ita legisse LXX. arbitror, quia sic legunt Græci enarratores, ex quibus Apollinarius explicat per πολυαλπὲς μολπῶ, *variè verum cantum*, videlicet instrumenti musici. *Vasis* nomen & נלי *chéli* & σκεύος, quam latè pateat, aliàs docuimus *b*, quid item sit נבל *nevel*, Psalmum hic pro carmine ipso si sumeremus cum Græcis, rectè intelligeremus plura vasa ejus, musica instrumenta diversa, ad quæ, & ad quorum sonam, pulsumque id caneretur, postea unum magis peculiare, ac ordinarium exprimi, quod est cithara. Hoc pacto appellat Amos *c*, *vasa cantici* בל-שיר *chelesir*, *vocem* autem *Psalterii vocem*, seu *os nabli* יפ בבל *pi nevel*. Apud Esaiam *d vasa musicorum* כלי כהכבל *chele hanne valim*, dicuntur, ita ut נלב *nevel*, sit generale vocabulum instrumenti musici, sicut & variis modis reddi ostendimus. Si pro Psalterio, ut Augustinus accipit, & alii Latini, tunc *vasa* pluraliter pro vase ponentur, & similiter deinde aliud instrumenti genus distinctè nominabitur nempe citharæ. Vocantur *vasa cantici David viri Dei* e, quia vir hic insignis afflatu Dei his utebatur in decantandis psalmis, & ea instituit ad idem adhiberi.

*Mysticum sensum ex modo diverso pulsandi Psalterium & citharam, repetit nunc obiter Augustinus, & alii, ut illud à parte pulsatum superiore animam designet, cithara corpus; quoniam sonum edit ab inferiore; vel fidem, & operationem. Nos de eo alibi egimus f. Non displicet, vasa Psalmi de hominibus interpretari, destinatis ad pulsandos & destinandos psalmos, eo modo quo quidam *vasa iniquitatis bellantia* g, aut *electionis* h, aut aliter nominantur. Hugo etiam Clericos ad hoc officium deputatos intelligit; sed horum, vasorum, *quædam esse in honorem, quædam in contumeliam* i. Arnobius vasa de corporibus intelligit intra quæ rectæ fidei veritas includatur; scilicet in animabus eam habendo. Alia tropologia, ut *vasa Psalmi*, & cujusvis orationis offeras Deo plena devotione, non vacua.*

Veritatem tuam.) Quod sit verax in promissis, quod potens ea quæ promiserit, præstare: quòd verus Deus, non ut gentium, dii falsi. Continent Psalmi, tamquam vasa, & dolia quædam hæc & alia, velut vinum incorrupti saporis, ut Cassiodorus observat, & Bruno Herbipolensis. Veritas præterea triplex ab Hugone distinguitur, vitæ, justitiæ, doctrinæ. Sed nunc *diminutas à filiis hominum* k, *corruisse in plateis*, nec *posse ingredi* l, *non esse in terra, sed inundasse mendacium, cum aliis peccatis* m.

Deus.) Hieronymus, *Deus meus*. Est ita Hebraicè אלה *elohai*. Vocativus casus est Atticè, ὁ θεός. Parum autem refert hoc nomen connectere priori, sequenti membro.

Psallam tibi.) Hieronymus, *cantabo Psallere citharæ*, cathachresim dicitur, si *psallere* propriè accipiatur, ut est Psalterium; pulsare legimus alibi verbum idem *psallendi in Psalterio decem chordarum* n, rursus *in cithara* o, item in *decachordo* p, denique *in tympano, & Psalterio* q.

Sanctus Israel.) Hieronymus in vocativo, *sancte*. Sed est etiam Atticus vocativus, ὁ ἅγιος, & Israel genitivi casus, μοῦ Γ' σραέμ. Idem cognomen Dei, ut appelletur *Sanctus Israel*, id est, Israelis, repetitur Ps. 77. *r*, & 88. *s*, & extat apud Esaiam *t*, Jeremiam, Ezechielem *u*. Docui alio loco cur peculiariter ab Israel, cognominari Deo placuerit, sive à Jacob, quod erat ei Patriarchæ nomen duplex, communicatum deinde toti populo Hebræo, cujus duodecim Tribuum capita, fuerunt ejusdem Patriarchæ filii totidem. Disertè scribit Auctor Ecclesiastici *x*, Domini Dei hoc esse cognomen, ut appelletur *Deus Israel*. Sed uno loco Jeremias *y*, appellat populum ipsum Israel, *Sanctum Domino, primitias frugum ejus*, idest, sic dicatum Domino, ut res eidem alia sacræ dicebantur, ad eum modum quo Deus ipse dicit *z*, *Vos eritis mihi in regnum Sacerdotale, & gens sancta*: & David *a*, quod in exitu *b*, Israel de Ægypto *facta est Judæa sanctificatio ejus*. Eodem spectat in Jeremia comparatio ex primitiis frugum, idque sibi vult etiam, quum appellantur populus sanctus Domino, electus, ut esset ei populus peculiaris de cunctis populis, qui *sunt super terram* c, vel *pars Domini*, & *funiculus hereditatis ejus* d, vel *congregatio ipsius, quam possedit ab initio* e, vel patres populi, quasi prima poma ficulneæ in cacumine visi à Deo. Reciprocatio quædam est, ut quemadmodum populus sanctus Domini & Domino dicitur, sic dicatur Deus eidem ac ejusdem populi sanctus *f*. Qua item ratione, & Deum populus elegisse scribitur *g*, & ipsum Deus *h*. Habita quoque ratio Patriarchæ Jacob, qui & Israel, quatenus cognominatus est *sanctus Dei* i, ob eximiam pietatem religionem, in cultu Dei per vota, & dedicationem sacrorum locorum. Ergo nominatur Deus sanctus Israelis, & objectivè, quia colebatur ab eo ritè, ac sanctè, & efficienter tum quia illum tractabat Deus tamquam sanctum, ita ut eo offenso se offensum reputaret. *Omnes qui devorant eum, relinquunt*, ait Deus apud citatum Jeremiam, k, *mala venient super eo*: nempe tamquam super violatores primitiarum, rerumque sacrarum, tum quia non potest violari, hoc est impediri ab adversariis populi sui, quominus puniat, & coerceat illos; tum quia sanctis institutis, sacramentis, doctrinis illum ornabat: tum quia majore copia quàm alios etiam intus in anima sanctificabat. Magna causam tam festivè confitendi, & psallendi genere musicæ, vocis & organi, tota corporis & animi exultatione; quia *sanctus in medio nostri sanctus Israel* l, à quo sanctitas nostra. Idcirco beatos puto spiritus gaudio perenni triumphantes numquam ab eo hymno cessare, quo ter sanctum profitentur Deum, ei suam adscribens sanctitatem. Contra impii faciunt, quos accerrimè coarguit Esaias m. *Væ genti peccatrici, populo gravi iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis, dereliquerunt Dominum, blasphemaverunt sanctum Israel, abalienati sunt retrosum. Sanctos* n *nos oportet esse, quia Sanctus Dominus Deus noster.*

Exultabunt labia mea, quum cantavero tibi,) Hieronymus *laudabant*. Psalterium Romanum, & Cassiodorus, ac Augustinus *o*, alibi, *gaudebunt*. Gallicanum Psalterium & Augustinus hoc loco, *quum psallam*. Verba Hebræa sunt תנבבת *therannenah*, & אזמנה *azammerah*, Græca ἀγαλλιάσονται, & ψαλῶ. De his dictum alibi. Clarior est versio, qua usus est Augustinus, ut nempe significet David exultatura labia, & movenda cum exultatione, nunc quando psallet, cantabitque. Eumdem quidem sensum patitur translatio nostra: sed etiam occasionem prebet existimandi de motu post peractum jam cantum, quasi ex concitata illa in cantando agitatione hilariter facta superfuerit adhuc eorumdem labiorum nonnullus motus, ut æris vel instrumenti musici finito pulsu, restat etiamnum tinnitus aliquis. Hoc pacto quemadmodum Annæ sine voce labia mota, *p* refervidum orantis animi indicabant affectum; sic posset videri cantantis devotionem innuere relictus post cantum labiorum motus; quidamque veluti gustatus percepti saporis, & festivæ reliquiæ cogitationis *q*, quam comitabatur prior vocis harmonica formatio.

Sed fateor priorem sensum simpliciorem, & meliorem, ut sit idem *exultare labia*, quod labia in proferendo moveri cum exultatione, sicut *linguam exultare* r, nihil aliud est, quàm exultanter loqui. Psallendum præsertim, & orandum *mente ac spiritu* s, atque adorandus Deus *in spiritu, & veritate* t. Sed tamen psalsendum etiam & orandum voce, ut utraque nostri parte colatur Deus, & cor caroque exultent *in Deum vivum* u, & exerceatur interna devotio, vel excitetur per corporis motum. Egimus hac de re alibi, legendusque Augustinus *x*; qui docet,

---

a Ps. 55.
b Act. 9. 15.
c c. 6. 5.
d c. 22. 24.
e 2. Esr. 12. 36.
f in ps. 32. 2.
g Gen. 49. 5.
h Act. 9. 15.
i 2. Tim. 2. 20.
Tropologia
Veritatem triplicis distinctio,
k Ps. 11. 2.
l Esa. 59. 14.
m Oseæ 3. 1. 2.
n ps. 32. 2.
o ps. 95. 7.
p ps. 146. 7.
q ps. 148. 9.
r ps. 149. 3.
Deus Israel, Dei cognomen.
s vers. 41.
t vers. 19.
u c. 1. 4.
c. 5. 19. 24.
c. 10. 20.
c. 12. 6.
c. 17. 7.
c. 29. 19.
c. 30. 12. 15.
c. 31. 5.
c. 37. 23.
c. 41. 14. 20.
c. 43. 3.
c. 45. 11.
c. 47. 4.
c. 48. 17.
c. 49. 7.
c. 54. 5.
c. 55. 5.
c. 10. 9. 14.
x cap. 2. 3.
c. 50. 29.
c. 51. 5.
y c. 30. 7.
z c. 47. 19.
a c. 25.
b Ex. 19. 6.
c ps. 113. 11.
d Deut. 1. 6.
e c. 32. 9.
f ps. 73. 2.
g Os. 9. 10
h Deut. 26. 17.
i vers. 18.
k Dan. 3. 35
l c. 2. 3.
m Esa. 12. ult.
n c. 1. 4.
o Lev. 11. 44. 45.
p Ser. 2. de Assump. B. V.
q 1. Reg. 1. 13.
r ps. 75. 11. Phrases Scripturæ
s ps. 50. 16.
t 1. Cor. 14. 15.
u Joan. 4. 24
x ps. 83. 2.

cet quamvis invisibilis voluntas nostra, & cordis intentio Deo nota sit, nec ille indigeat externis indiciis, ut humanus ei pandatur animus; tamen his magis nos excitare nos ipsos ad orandum, gemendumque humilius atque ferventius. Et nescio quomodo, inquit, quum hi motus corporis fieri nisi animi motu præcedente non possint; eisdem rursus exterius visibiliter factis, ille interior invisibilis, qui eos fecit, augetur; ac per hoc cordis affectus, qui ut fierent ista, præcessit, quia facta sunt, crescit. Idem Augustinus *a*, gaudium, sive exultationem in Domino esse debere colligit ex his verbis (*quum cantavero tibi*) hac autem exultatione nullum gaudere, qui de præsentibus tantùm exultet, æternisque bonis interresse non concupiscat, exilium credens patriam, & mortem exstimans vitam & cui Deus venter.

a Serm. 2. de Assump. B. V.

Et anima mea quam redemisti.) *Redemtio animæ* est liberatio à mortis periculo, sive ex morbis crearetur, sive aliunde. De morbis Apollinarius.

Ψυχὴ δ' ὣ β' ὁλοῶν βασιλεῦ ἀπελύσαο νόσων,
Animaque (nempe *exultem* γηθήσομαι) *quam pernicioſis Rex, liberaſti morbis.*

Præcesserunt alia exempla *b*. Idem est *redimere de interitu vitam* *c*. Mysticè de redemtione à servitute peccati, quomodo hæc formula sit accipienda, docuimus aliis in psalmis. Convenit & corpori sua redemtio, de qua sequentia verba interpretatur Augustinus, videlicet quum lingua ipsa exteriùs in æternitate post resurrectionem laudabit Deum. Non dubito vocis quoque sono laudaturos corpore recuperato beatos Deum: quod disputatione de beatitudine demonstravi. Paulus *d* autem scribit nos hìc interim *intra nos amore adoptionem filiorum Dei, expectantes redemtionem corporis nostri*.

b ps. 22. 23. ps. 48. 16. ps. 54. 19.
c ps. 102. 4.


d Rom. 8. 23.

Sed & lingua mea tota die meditabitur justitiam tuam. Hieronymus, & Psalterium Gallicanum, *insuper &*: Augustinus, (*adhuc autem &*.) *Meditari* הגה *hagah*, de mente, deque lingua, seu ore dici sæpius monuimus, & totam diem pro omni die, singulisque diebus, quamvis aliqui æternitatis, veluti unicam sine nocte diem designari putent. *Meditari*, quid sit. Μελετᾶν.

Quum confusi, & reveriti fuerint, qui quærunt mala mihi Hieronymus, *quia confusi sunt, & dehonestati quærentes malum mihi*. Augustinus, *quum confusi fuerint, & erubuerint*. In Romano Psalterio *dum*, significat בי *chi* inter alia, &, *quia*, &, *cum*, seu *dum*, & *quando*. Idem valet *confundique* & *revereri*, seu *erubescere*, quo, ut dicebatur versu 13. *operiri confusione, & pudore*. Quæ vocari potest *diplois* e *confusionis* internæ, & externæ, & quidem æternæ.

e ps. 108, 27.

FINIS.



RERUM

RERUM MAGIS INSIGNIUM

Tam ad Sacram Scripturam, quam ad alia hoc opere exquisita pertinentium

INDEX LOCUPLETISSIMUS.

Numerus præcedens litteram ad primam columnam remittit; littera verò præcedens numerum ad secundam.

A

A Vel (ab) præpositiones, loco (propter,) 518. A.
loci Abdiæ expositio. 308. D.
Ablativi cum præpositione pro accusativo exempla. 85. B.
Abominationem, & nauseam quæ stomacho corporis pariunt ea suo modo etiam Spiritui, & Deo. 298. D.
Abraham quas animas feciſſe in Haram chaldaicè ut exponatur 141. C.
Abrahæ ritus in adjurando servum. 118. D.
Absalon typus Judæ. 51. B.
de conjuratione ejusdem in Patre loci expositio minus accepta. A. 436.
Abstinentiæ vestis quos usus habet. 537. B.
Abstinendi à consuetudine lautioris cibi difficultas, ibidem.
Abulensis argumentum ex generali resurrectione non concludens. D. 322.
ejusdem observatio. 303. B. ibidem quos refutet C. 285.
Abyſſus, abyſſum invocat prout in vers. 9. Ps. 41. variæ Patrum expositiones, 70. B. & per totam.
Abyssi vox cur mysticè de Sacra Scriptura dicatur. B. 70.
Accedere, quandoque pro favere. 441. B.
Accipere faciem alicujus quid sit. D. 309.
Accingere, & accinctio ut exponantur. A. 453.
Accingi quod sit. A. 462.
Acclamationes Harpocrati in sacrificiis. B. 3.
Acclamationes, & plausus Populi apud Veteres. 170. B.
Acclamatio in Episcopi creatione. ibidem.
Aceti vis, & proprietates. A. 546.
Acetum cum hyssopo, & spongia ad quid inserviant, ibidem.
Aceti, & vini contrariæ qualitates calefaciendi, & frigefaciendi. 547. C.
Achilles in solo calcaneo vulnerari posse quo symbolo dictus. 203. D.
Achimelech inter, & Abimelech differentia. D. 285.
ejusdem ethymologia. 286. A.
Achimelech nomen Christo accomodatum 285. A.
de eodem pia Chrysostomi observatio. 286. D.
Acinaces, & gladii à gentibus adorabantur. 83. D.
Achitophelis consilia quanti faceret David. 320. A.
ejusdem consilio Absalon ingressus ad concubinas Patris in solario, & quare. 320. B.
idem quare cognominatus Gelonites. 320. A.
Acta apud Pilatum contra Christū confecta jussu Massimini. D. 538.
Actæonis fabulamentum. 212. D.
Actus conjugalis rarò sine peccato aliquo veniali. A. 256.
Adam appellativè sumtus pro quolibet homine ærumnoso, & vili. 417. A.
idem unde dictus. 119. C.
de Adæ sopore minus vera Tertulliani interpretatio. C. 393.
Adam, si nequisset ad eos, quos generaturus erat justitiam suam producere, nequaquam posset eis suam injustitiam transmittere. 257. C.
idem, quum mystica homina filiis imponebat, credibile est jam tunc gratiam sanctificantem recuperavisse. 270. D.
eumdem cur Deus requisierit postquam peccavit. B. 351.
Adhæsio in cœlo, in beatitudine inseparabilis. 430. A.
Ἀδικία. A. 289.
Adipe pinguedinis animam repleri, ut dicatur. A. 427.
vocum *adipis, pinguedinis, renum* expositio, & circa eas observatio. C. 427.
de adipis crematione, & sanguinis victimæ fusione D. Thomæ observatio. D. 427.
Adjutor, & *susceptor* Deus quare dicatur. D. 388.
Admiratio nonnulla, ut Christo concedatur. 533. C.
Ἀδολεσχίας. in bonam acceptio. D. 310.
Adolescentis ad meretriculam responsum quale. D. 279.
de Adolescente perdito quæ tradantur. D. 272.
de adolescentulo a rabioso Cane rabiente, quæ narret Philostratus. D. 299.
Adonai quid significet. 379. C.
Adonare in scripturis quid sit. 146. A.
Adoratio Judæ proditoris à quibus, & cur. B. 552.
Adorare, psalmum dicere, ut applicet Hugo. D. 467.
Adolescenti juventus tribuitus, & adolescentia Juveni. 570. A.
Adventus Christi septem beneficia. 21. D.
Adventus Christi prior, & posterior. 23. D.
Advenæ, Incolæ, & Inquilinii notiones 18. D.
Adversitas, idest in adversis Dei maximè memores sumus. A. 348.
Advenæ dispersionis qui dicantur. A. 383.
Adriani edictio ingressus Jerusalem Judæis inhibitus. 377. C.
Adulatoris fraudolenti descriptio. B. 288.
Adulatorum linguæ plus noxiæ, quam manus interfectorum. 564. D.
Adulteri, & Furius discrimen. A. 239.
ejusdem figurata expositio. C. 239.
Adulterare verbum Dei ut quis dicatur. ibidem.
de pœnis Adulterorum Scriptores agentes referuntur: D. 239.
Adulterini fili incapaces disciplinæ legitimorum filiorum. C. 304.
Ætionis pictura nuptialem thalamum Alexandri cum Roxane exprimens. A. 132.
Ædificari domos quid sit. A. 291.
Ædificatse obstetricibus Deum quid sit? ibidem.
Ægypti cognomen quale putent esse Hebræi? A. 25.
Ægyptiorum supplicia decreta adversus indicantes hostibus belli consilia. B. 316.
Apud Ægyptios symbolum vitæ quale. 395. A.
Ægypti vocabulo Mundus totus in Scripturis intellectus. 520. A.
Ægypti cur Cocodrilum colerent. 447. C.
eorumdem Sacerdotes cur in aquario vase vas ignarium pingerent. 475. D.
Ægypti sub Marco celebris Ecclesia. D. 519.
Ælopi figmentum. C. 242.
Æliæ nomen Urbi Jerusalem, inditum, & cur ejusdem situs a priore longè alius. A. 551.
Ælopus Davide junior. ibidem.
Æthiopiæ fines D. 59.
Æthiopia & Ægyptus pro peccatoribus propter nigredinem. B. 520
Afflitio moderata lacrymas exprimit, immoderata subdicit. D. 19.
in Afflictionibus deseri omnium malorum gravissimum. 543. B.
Afflictorum, & supplicum humilis status. 101. D.
malè agendo loquendi potestas amittitur. 237. A.
Agere idem, quod sacrificare. 478. C.
Aglutinatio animæ quid sit. D. 429.
Agglutinari Charitate quid item. ibidem.
Aggravari manus Domini ut dicatur. A. 15.
Agellius severè, & malè interpretationes arguens. C. 183.
ejusdem expositio improbata 45. B.
Alia item improbata. 284. C. & alia 359. D.
Agesilaus quæ requireret in Duce? 117. A.
Agros dividendi per mensuras antiqua consuetudo. 396. B.
Alcibiades corpore tantum pulcher, & nondum animo, a Reipublicæ administratione remotus. 149. A.
Alexandri amicorum uter melior. D. 42.
Alexander ab Augusto reprehensus, quod post subactum totum ferè Mundum, quid faceret deinceps ignorare se dicebat. D. 120. 121. A.
idem in expeditionem se à Deo missum dicebat. C. 473.
de eodem, quæ narrentur. B. 421.
eidem objectum est, quum imperaret aliis ipsum cupiditatibus servire. 272. D.
Alæ Prælatorum bonorum quæ dicantur. A. 429.
Alæ malæ quorum dicantur. B. 429.
Alarum vocabulo majestas, vel brachia Dei significantur. A. 429.
Alæ quatuor Bestiæ Pardo similis in Daniele Diabolo conveniunt. 406.
Alæ Aquilæ nonnumquam in bonam partem sumtę. 314. C.

Aleonis, Cambyſis, Domitiani, Commodi ſagittandi peritia. 123. C.
Aligernis telum. ibidem.
Alieni qui dicatur. A. 304. & per totam, & B. 361.
Alieno ab alio eſſe animo, pejus quam ſuperbum eſſe. B. 304.
Alienatorum ab utero, & errantium a vulva, diſtinctio. A. 361.
Allegoria de ſummis Chriſti doloribus. D. 187.
Alleluja vocis expoſitiones variæ. B. 491.
Alleluja hebræum verbum cur ab Eccleſia retentum. C. 491.
Allophyli Palæſtini ſunt. D. 400.
Alois Abbatis nobile apophtegma. 425. A.
Altare ab altitudine dictum. D. 77.
Altaris duplicis obſervatio. ibidem.
octo modi introeundi ad altare Dei. 78. B.
Altitudo dierum pro die Judicii ab Hilario ſumta. A. 337.
de Altitudine diei duodecim ſenſus. ibidem.
Altitudo cordis in malam partem accepta. C. 440.
in meliorem. D. ibidem.
Altum pro profundo, *altitudo* pro profunditate. 441. A.
Altitudo crebrò pro morte ſumitur. B. 494.
Ambroſii notatu digna de Juda Proditore. 49. A.
Ambroſius creditus Mediolanenſis quos refellat, & circa quem verſiculum. 225. A.
ejuſdem utile monitum. D. 290.
idem qua ratione Theodoſium Imperatorem ad publicam pœnitentiam agendam induxerit. B. 273.
Ambulare in domo Dei cum conſenſu quid ſit. 322. A.
Ambulatio in templis prohibita. ibidem.
Ambulare coram Deo in lumine viventium quid ſit. B. 346.
Amen amen repetitio quid ſignificet. B. 56.
Amicitiæ reconciliandæ rationis. 51. C.
Amici menſæ, amici falſi. C. 290.
Amicitam lædente nemo deteſtabilior. D. 318.
Amittere nemo poteſt quod non habet. C. 270.
Ammoniacum unde dictum. A. 133.
Amor divinus cur vino ſimilis dictus. 143. A.
diſcrimen inter amorem, qui fertur in ornamenta corporis, & illum, qui animi. D. 144.
Amoris fraterni vinculum. 241. A.
Amor humanæ ſcientiæ quid in homine agat. 578. B.
Amor laudis, & gloriæ, ut & aliis placeamus perniciosus. 301. D.
Amoris turpis nomina. 368. A.
Amor Dei profert ſe quoque ad proximum. 316. A.
Amor & memoria Dei, peccatorum oblivio, ac malorum interitus ſunt. B. 423.
Amphiani martyris cruciatus. 475. B.
Amplius ut ſumi debeat. D. 410.
Anacletus, ideſt circa Anacleti lectionem controverſiæ. D. 33.
de Anaſtaſio Imperatore prodita hiſtoria. A. 333.
Anachoretæ cujuſdam hiſtoria. D. 343.
Anathema a Tridentino in quos pronunciatum. 126. C.
Anathemata pro ornamentis ſumta. B. 538.
Anaxagoræ nugæ negantis nivem albam 263. A.
Ancillam ſuam non tolum, ſed filiam, & ſponſam facere, ſervam Dæmonum ſummæ Dei benignitatis eſt. 145. C.
Ancillarum nomen in ſcriptura ut interdum uſurpetur. A. 146.
Anchoræ jactus in Deum ad fluctuationem, aut periculum cohibendum valet. A. 332.
Anchora ſacra quæ, & cur a Nautis dicta. ibidem.
Angelus præſes Regi, ut Regi, & ſi peccatori auferri non creditur. A. 270.
Angeli immateriales, & ſpirituales. 233. C.
Angeli præſertim mali, corporei putati. 233. B.
Angelorum cuſtodia cunctis hominibus, etiam infidelibus conceſſa. C. 214.
Angeli ut cognoſcant cogitationes, & affectiones mentis humanæ. 98. A.
dem quare vocentur petræ. 23. C.
Angeli boni, cum alis exhiberi ſoliti, non Dæmones. D. 313.
Angeli ut montes dicantur. C. 432.
de Angelorum circa nos cuſtodia. 571.
Angelus paucioribus indiget ſpeciebus, quam homo. 420. C.
Angeli animalium nomine ab hebræis appellati. 498. B.
Angeli currus Dei dicti 507. A.
Angelorum infinitus numerus. D. 207.
Angeli pluſquam decem pro unoquoque homine creati ex revelatione S. Birgittæ. 508. A.
Angeronia Dea ore obligato, ac ſignato. 447. C.
Anguſtias multas patitur qui vult rapere res alienas. B. 98.
Animæ, & Arachneæ comparatio. 16. B.
Animantium pecudum linguæ color indicium coloris futuri ſætus. 3. A.
Animæ craſſitudo tentationibus, & flagellis attenuatur. 16. D.
Animę vocis variæ acceptiones. 16. C.
ejuidem alia uſurpatio. 326. C.
Animam divinæ particulam naturæ appellantes refutantur. 47. A.
Sitivit anima mea ad Deum fortem vivum prout in verſ. 3. Pſal. 41. Trinitatem perſonarum deſignat. C. 60.
Animam ſuam in ſe effundere quid ſit. 63. D.
Anima pro toto homine accepta. 101. B.
Animæ non ſunt antiquiores corporibus. 130. C.
Animam multo magis ornari decet, quam corpus. A. 138
Animæ, & Scabioſi elegans Chryſoſtomi comparatio. 144. C.
Animæ pulchræ magnum privilegium ibidem.
de Animæ immortalitate religioſi cujuſdam dilemma. C. 207.
Anima pro parte vegetante, & nutriente, A. 218.
pro vita B. 435. & A. 525. pro corde. C. 558.
de Anima Auguſtini opinio. A. 267.
Anima ſæpe ramis, & foliis decora, abſque fructu. 295. D.
de Animarum interitu, ſeu damnatione. C. 322.
Animam vilem æſtimantibus quid eveniat. A. 341.
Animam illius occidit, qui alteri malum ſuadet, & in illud pertrahit. 352. B.
Anima non eſt facienda ſerva pravorum affectuum. D. 409.
Anima Chriſti ut ſubdita Patri? ibidem.
Animam noſtram eſſe de ipſa ſubſtantia Dei, ut hæreticum dictum refutatur. 410. B.
Anima quaſi χρεμος. 398. C.
Anima perfectior alias ad Deum adducere ſtudet. C. 558.
Anima dormire non debet cum corpore. 423. C.
Animæ ordinata ſitis. 424. B.
Animæ lingua fervor devotionis. 428. C.
Anima elinguis, & infans quæ dicatur. ibidem.
Animæ, cum Deo conjunctionis comparatio. B. 429.
pro Anima negligente quum ſe reſidere in portu putat admonitio. 526. D.
Animi multo magis valetudo curanda, quam corporis. 46. D.
Animus bene compoſitus nullis morbis corporalibus eſt noxius. B. 46.
Animalia quædam noxia cur Deus condiderit. 212. B.
qui ſit Animus pulcherrimus, & divina viſione dignus. 540. B.
Animi in melius translati argumentum. C. 251.
Animalia aſpectu ſuo lædentia. C. 269.
Animi ſinceritas, & mentis puritas in Columba figuratæ. D. 313.
Annibalis ad Aldrubalem reſponſum inanes lacrymas Carthaginenſium derridentis. C. 370.
Anni quindecim Ezechiæ additi quid denotent. 407. C.
Anni hyeroglyphicum. 460. B.
vocis Anni derivatio. 460. B.
An pro circum. ibidem.
Anni benignitatis variæ expoſitiones. ibidem.
ad Annum Jubilæi accommodatio. D. 460.
Anni principium, ut benignitate Chriſti benedictum, & coronatum dici queat. 461. A.
de Annulo Uxori Ethiopiſſæ Regis Ethiopum filiæ tradito a Moſe, fabula. C. 143.
de Annis centum, & viginti homini promiſſis, adhuc viginti ſublati. 334. A.
Antichriſti temporibus Pſalmus 45. aptari poteſt. A. 156.
Antichriſtus per Hoget, & Magog intellectus. ibidem.
Antichriſto quæ ab aliquibus adaptentur. 291. C.
Antichriſto locus potiſſimum conveniens. 293. A.
Ad eumdem Pſalmi applicatio. ibidem.
loci interpretatio de eodem. B. 293.
eidem Pſalmus 52. adſcriptus. 298. C.
Antichriſti ſignum ab Erythræa Sybilla ſumtum, quale. 493. B.
Antiphonæ unde originem trahant, 508. B.
Antiphonæ, quæ ante naturalem diem Domini canuntur reſpondent ſeptem expectationibus adventus Chriſti. C. 12.
Antiochia a nonnullis dicta Theopolis, & alia Urbs Chriſtopolis. 84. B.
Antiochus in Pandectis, quo loco utatur ad ſuadendum neminem probro, aut dedecore afficiendum. 352. D.
Antiochus ἐπιμιχθὴς dictus. B. 292.
Antiſtenis ſapiens dictum. B. 317.
de Antonio philoſophos ejus imperitiam arguente quæ narrentur. 578. B.
Anthropomorphitarum craſſus error. 489. C.
Apocalypſis locus expoſitus. C. 313.
Apollinariſtæ negantes animam Chriſti confutantur à D. Ambroſio. B. 38. idem

iidem rejiciuntur ab Athanaſio. C 129.
Apollinarii non probabilis interpretatio. 455. C
Apoſtoli, & Apoſtolici Viri Reges, & Principes dicti. D 136.
Apoſtoli Regibus potientiores, & cur. B 154.
Apoſtolorum potentia nemini mortalium ſubjecta. C 178.
Apoſtolorum pedes cur a Chriſto loti. 203 B
de eorumdem defectione deſperatione, fidei amiſſione ſententiæ. C 528.
Apoſtoli per Vallem Salinarum, ſaliumque deſignati. D 390.
iidem, ut *Montes* dicantur. B 452.
iidem, cur animalia in dei hæreditate habitantia dicantur. 498. B
per genus fœmininum, ut denotentur Apoſtoli, & Prædicatores. C 510.
Apoſtoli, ex quibus Tribubus potiſſimum fuerint. D 516.
Apoſtolos deſperaviſſe tempore paſſionis, triduoque, quo Chriſtus ſtetit in ſepulcro nimis ſevere ſentit Auguſtinus. A 528.
Apponii memoriæ lapſus ajentis eumdem fuiſſe Herodem, qui occidit infantes, & quem *vulpis* nomine appellavit Chriſtus. C 432
Apponere cor quid ſit. A 419.
Apparere alicui quid ſit. 425. B
per aprum devaſtantem Satan intellectus. 518. C
Apronianus audiens è cœlo has voces: *Venite benedicti* &c. Chriſtianus, & Martyr evaſit. 263. D
Appendere, librare, ponderare injuſtitiam quid ſit. 360. D
Aquarum vocabulo tribulationes aliquando deſignatæ. 454. D
Aquæ de nigro pecus album reddentes. D 262.
Aquæ ſanctæ, ſeu benedictæ proprietates. ibid.
Aquæ effuſio in ſignum tum peccati, tum pœnitentiæ. 365. D
Aquarum multitudine calamitates deſignantur. A 22. & C 513.
Aquarum triplex periculum a Valentia diſtinguitur. A 524.
Earumdem interpretatio. C 524.
Quot modis aquæ tentationum intrantes in animæ navim ejiciantur. C 524.
Aquilæ Chriſtus aſſimilatur. C 22.
Aquilo pro Diabolo. B 184.
Aquila reſurrectionis typus. A 216.
Aquila pullos probans ad Solis radios. D 304.
Aquilæ volatus diuturnior, & altior: Columbæ ocyor. 314. C
Aquilam aves cæteræ cur ſequantur. C 27.
Araneæ telam ordiuntur moli vitæ dediti. C 16.
Araneæ qualitates. C 16.
ejuſdem natura, & origo. 17. A
Araneæ ſolertiam David imitatus eſt. 17. B
Araneæ, Muſcæ, & ſtulti fabulamentum hebræorum. 17. B
de Araneæ tela ad os ſpeluncæ David commentum. C 349.
Araneæ tela ſymbolum ſupervacanei laboris. D 349.
Aranea ab opere ceſſat fiſtulæ ſono, & ultro in manus pulſantis devenit. D 349.
Aratro inducto ædificari Civitates ſolebant, deſtrui verò reducto. A 551.
Arbor connubialis. A 294.
Arboratorum cura circa oliveta. C 294.
Arborum, frugumque vota communia. B 456.
Arcus, armorum, & ſcutorum nominibus, quid veniat. 166. C
Arcus varii ſenſus morales. C 395.
Arcana cœleſtia ſilentio veneranda. 447. C
Arcæ Dei forma qualis. 507. D
Ardentes, urentes, inflammantes, qui dicantur. B 351.
Areolæ, & animæ comparatio. 58. C
Argentinenſis opinio de Angelo cognoſcente cogitationes ſecundum ſimplicem apprehenſionem non admittenda. 98. A
Ariani Cani de ſe dictum. D 540.
Armanacus aſſerens Chriſtum non fuiſſe mendicum, ſed tantùm pauperem rejicitur. 40. C
Arma quæd m ominoſa, alia felicia. 117. C
Arma ita appellata, quod ex humeris penderent. A 117.
Arma piorum ſunt lacrymæ, gemituſque. B 164.
Armiluſtrum quid ſit. D 174.
Arnobium ex infideli Cathecumenum qua conditione receperit Eccleſia. 273. C
Ariani Epiſcopi Maximini dictum. 238. C
Arianorum error nomen gloriæ ſemel tantum tribus perſonis ſimul tribui. 566. D
Adverſus Arianos volentes probare Chriſtum non eſſe Deum Cyrilli eſponium. 522. B
Arianorum inſana temeritas confutata. B 327.
Ariani dictum canam barbam tractantis. C 365.
Ariſtomenes Meſſenius a Lacedæmoniis captus anguſtos vulpium ſecutus aditus evaſit. 433 A
Ariſtoteles vetat lacrymas, & vociferationes in pueris cohiberi. 6. C.
Arlenio vox divinitus alata, ut fugeret. C 316.
Ars imaginum ex umbris orta. 11. A
Artificum genus a civitatibus pulſum. 134 B
Artium inventores, cur Patres vocentur. 140. C
Arundinis proprietates. 111. D & A 111.
Arundo pro lancea. D 518.
Aſaph unus ex Principibus cantorum. 105. B & 221. A
Aſſamonim cur Cardinales S. R. E. dicti. 520. B
Aſcenſio Chriſti a plurimis ſpectata. 174. B
Ex aſcendendi verbo argumentatio. 174. C
Aſcenſio Chriſti & miſſio Spiritus Sancti ex quo loco a Patribus collecta. 510. B
Aſinus ideſt de Aſino lepida fabula. D 299.
Aſpidis natura, & ſolertia. 362. B quando imitanda. 363. A
ejuſdem venenum frigidum ocyſſimè necans. 362. D
ejuſdem, & Reguli venenum quale. ib. natura, & ſolertia. C 362.
aures obturat D 362. ut ſurda dicatur. 363. B
Aſpides cicurantur, & manſuefiunt, ſicut aves cæteræ. C 363.
Aſſumptioni, & electioni quæ conveniant. 450. D
Aſperſionis legalis per hyſſopum præfiguratio. C 260.
Aſperſio denotat ſacramenta legis Veteris, lotio ſacramenta legis novæ. 26. B
Aſperiores tum verbis, tam factis indigni qui exaltentur, & præſint aliis. D 470.
Aſtra animata eſſe multorum opinio. B 455.
de non colendis Aſtris, Platonis præceptum. ibid.
Aſpectus humilis, & verecundus nihil prodeſt, ſi ſit elatus, & inverecundus animæ oculus. 149. D
Aſtitit Regina prout in verſ. 10. Pſ. 44. Myſtica obſervatio. 137. C
Athenienſium ingenium. 167. C
Athanaſius Pſalmum 130. 140. 111. 127 præſcribit volenti alicujus beatitudinem deprædicare, vel alienæ paupertati, & mendicitati compati. C 41.
ejuſdem præceptum de Pſalmi 41. lectione. D 57.
idem Marcellino quando præceperit Pſalmum 44. 106. A
ejuſdem, & Cyrilli argumentum adverſus Apollinarem. C 129.
idem Pſalmum 52. cum 50. quando præceperit. 303. D
idem ex quo loco arguat non fuiſſe in Chriſto timorem ſcilicet cum perturbatione, ac neceſſitate. 339. D
Atheletæ qui Τέλειος dicti. D 374.
Athletæ, & eorum in re ſimilitudo. A 44.
Attentio orantis 176. D
Attali egregia de nomine Dei in tormentis reſponſio. B 303.
Atriorum myſtica interpretatio. B 450
Atria diverſa varii ordines Religioſorum ſunt. B 450.
Avaritia mala. 12. B
Avari Phariſæi derridentes Chriſtum de eleemoſyna diſputantem. ibid.
de corde avari divitis Patrum ſententiæ. B 37.
Avari cordis exemplum. 12. C
Avarus maximè, & libidinoſus in iiſdem eſt ſe volutans peccatis. D 22.
Avaritiæ ſymbolum. 246. C
Avarorum proverbium: *quantum habebis, tantum eris* ab Auguſtino damnatum. B 293.
Audire Dei videre eſt. B 17.
Auditio, & viſio quid innuant. 142. D
Audire, exaudire, inaudire, percipere quid ſint. 394. D
Avertere Deum faciem ſuam a peccatis, non eſt diſſimulare, ut ſolent dicere hæretici. 266. A
Avertendi, ideſt in paranomaſia latina *avertendi, advertendi, animadvertendi*, Auguſtini locus. C 265.
Avertere faciem a peccatis quid ſit. A 265.
Similitudine Filiorum Noe exponitur. ibid.
Aves quædam valetudinem bonam, aut malam protendentes. B 269
Auferri non ſemper dicitur, quod prius in aliquo fuit. A 270.
Auguſtiniani Ordinis Religioſi ad nomen Chriſti ſemper addunt nomen Domini noſtri. 486. B
Auguſtinus, in quorum verborum commentario maximè delectaretur. 307. B
Auguſtinus, quid in ultima valetudine egerit. 281. C
Auguſtinus & Sixtus Senenſis, quo in loco caute legendi ſint. 84. A
idem reprehenſus, & excuſatus. 212 A
idem tranſcriptus in Ruffino, & Hieronymo. 66. B
idem Eradio presbytero deſignato ſucceſſori committebat negotia, quæ prius illi perferebantur. 167. D
Auguſtini malus Codex. A 306.
ejuſdem ad Paſcentium reſponſum. 338. B
ejuſdem argumentum de beneficentia Dei. D 349.
ſui ipſius accuſatio. C 380.
ejuſdem reſponſio Paulino ſuper Queſtione ab eodem mota. 382. B
ejuſdem ſalubre conſilium. D 290.
ejuſdem ad Palatinum ſalubris admonitio. D 203.

Auguſtus Alexandro dicebat, non minus in conſervando, quam in acquirendo laborandum. 121. A
idem non tulit prætextatis nepotibus aſſurgi, plaudique in Theatro. 170. B
Avis quibus modis cognoſcatur. 231. C
Auri nomina ſeptem. C 138.
Aurium uſus qualis 29. C. earumdem perforationis ritus. ibid.
Auræ Sponiæ perforatæ inauribus ornantur ad obedientiam denotandam. 29. C
Auribus, quare Chriſtus indiguerit. B 29.
Auribus audire, quid ſignificet. 81. B
Auroram numquam veniſſe ſuper Meſſia, ita ut dormientem invenerit Rabbini, ut aſſerant. A 356.
Aurum a peritis artis pingendi, cur parce adhiberi credatur. C 149
diſcrimen inter auribus percipere, & audire. C 198.
Auribus Sanctorum, & meritis, quid potiſsimum gratum accidat. D 295.
Auctoris diſſentius a Theodoreto, & Baſilio. 321. A
Auctoritas prædicationis, quando concedenda. D 23.
Auctoritatem ſecuram, quid reddat. C 121.
Auctor dictionarii hiſtorici, & poetici, quo in loco non recipiendus. 135. B
Ayguani minus ſolida expoſitio, dicentis: filias dici ſexu fœminino propter imbecillitatem virtutis, Gentiles Idololatras. A 146.
ejuſdem inquatenario num. qui ponitur in verſ. 7. Pſ. 46. obſervatio. 175. D
ejuſdem improbata ſententia. 303. B

B

BAbylon Mundi confuſionem indicat. 446. D
Babyloniorum mos geſtandi pro vexilo Columbam argentatam. B 502.
Babylonius Rex in ſcripturis columbæ nomine aliquando deſignatus. 503. B
Babel etymon. C 31.
Bacchum colentes Græci a Scythis exprobrantur. 26. A
Bacchus quare oblivionis filius vocetur. 26. A
Bacchi ortus. C 118.
Bacchi ſtatuæ circumlatio ad uberem vini proventum. A 461.
Balneum plenum ſanguine Infantum ad curandam lepram. 262. C
Baptizantis ritus digitos in aures mittendi. A 140.
in æneo urceo per aſperſionem baptizabat Laurentius. 261. A
Baptiſmus ad elegantiam redegit filium Caſſani Tartarorum Regis planè deformem. 263. A
Barba cui Viris conceſſa. D 149.
Barbarorum connubia nullo delectu mixta. 145. D
Vocis *Baſan* ſignificationes. D 512.
Beatorum ſtatus cum auro, & vitro a Bernardo comparatus. D 540
Beatus nuncupatur, qui pauperum petitiones prævenit. 42. C
Beatitudinis præguſtus. D 271.
Beatitudines ſeptem enumerantur, & quare. C 316.
Beatorum gloria non minuitur viſa impiorum pœna. C 370.
Beati edendo eſuriunt, bibendo ſitiunt, ſed abſque faſtidio. C 378
Beatorum Pſalmi, & hymni. 408. D
Bedæ explicatio de veſpere, mane, & meridie. 325. B
ejuſdem improbata expoſitio. 302. B
Belli externi illicitum Chriſtianis uſum probantes rejiciuntur. C 165.
Bellicarum concitationum, & ſeditionum deſcriptio. 392. D
Bellica cautio tenenda quæ ſit. D 501.
Beneficia ſeptem adventus Chriſti. 21. D
Benedictiones veteris, & novi teſtamenti, & per quid differant inter ſe. 116. D
Benedictus Papæ XI. non ante Matrem ad coloquium admiſit, quàm cultum corporis in quo venerat depoſuiſset. 139. C
de divo Benedicto in cœlum migrante, quæ tradantur 244. D
Benedictio Ephraim prælata Manaſsi quid deſignet. A 397.
Beneficia plura Eccleſiaſtica eidem perſonæ non eſse conferenda ex quo loco probetur. 196. B
Beneplaciti tempus, ut dicatur. D 539. communis ſenſus. A 590.
Benedicere pro *benefacere*. A 218.
Benedicens Deum in ſecundis, non benedicit eum omni tempore. D 218.
Benefactores appellati Dii. D 344.
Beneficiorum divinorum diſtinctio, ut ſit *ſuſceptor*, *refugium*, *adjutor*. A 388.
Benevolentiæ divinæ ſignificatio multis offertur, ſed ſolis metuentibus datur. 395. B
Benevolentiæ divinæ argumentum eſt, fuga ſuis imperata in perſecutione. 395. D
Benignitatis ſummæ exempla. 542 D
Benignitate ſua Chriſtus innumerabilium martyrum coronam ſibi confecit. 461. C
Benedicat nobis prout in verſ. 2. Pſal. 66. Oleaſtri ſuper hoc obſervatio. 282. D
de *Benedicendi* verbo bis in verſ. ultimo Pſal. 66. poſito Caſſiodori obſervatio. 486. C
d. Bernardus Eugenium Pontificem ad quid hortaretur. 212. C
Bernardus, & Fratres non ante ſororem ad colloquium admiſerunt, quàm cultum corporis, in quo venerat depoſuiſſet. 139. C
d. Bernardi, & aliorum Patrum de Tacatione, & otio egregia monita. B 167.
ejuſdem recreatio ſuaviſſimo muſici inſtrumenti ſono. C 271.
ejuſdem præceptum ſalutare. 284. C
Bernardi Patris ſomnium. B 377.
Bernardi de maximo Monachorum numero, & multiplicatione in hybernia, loci applicatio. D 456.
Berengarii morientis dictum, & circa eum controverſia. 273. C
Bethſabeæ nominis variæ expoſitiones. 247. B
Bethſabea quare a D. Matthæo proprio hoc nomine in Genealogia Chriſti non appelletur. 247. C
Biantis imperium improbis factum orta tempeſtate. 238. B
idem interroganti quid eſſet pietas noluit reſpondere. ibid.
ejuſdem ad ſceleratos, cum quibus navigabat egregiũ apophthegma. 480. B
de Blaſphemiis, ac juramentis aſſueto, hiſtoria. B 541.
Boemorum mos in nuptiis. D 143.
Boliſmi vox corrupta. B. 378. Unde dicta, ibid.
Bona multi faciunt plus timore pœnæ, quàm amore juſtitiæ. 127. C
Boni mortem abſorbent, mali à morte abſorbentur. A 214.
Bonis ſemper adeſt potentia, mali viribus carent. 287. B
Bonus nemo ex comparatione divinæ bonitatis propter humanæ naturæ infirmitatem. 299. A
Boves fœminæ apud Ægyptios colebantur, & Iſidi dicabantur. 557. D
Bonum ſummum apud Philoſophos quale. 450. A
Borrus a duobus portatus de Judæis, & Chriſtianis ab Auguſtino exponditur. C 549.
Bredembachii, & Cenomani ſententia improbata. A 290.
de Brachiis Chriſti in Cruce expanſis loci explicatio. A 429.
Brigida Scota ad amovendos procos Chriſtianos oculo ſe altero cur damnaverit. C 144.
Brunonis Carthuſiani, & Lyrani non receptæ expoſitiones. 412. C
Butyri etymon. C 329.
in Bubulo genere quatuor graduum diſtinctio. 557. A
Βράχιον, unde emanet. B. 527.

C

CAducæo, ideſt in caducæo rectitudo virgæ quid deſignaret. D 126.
Cæcitas mentis in nos ab originali derivata, & ab actuali peccato aucta. B 36
Cœcitas mentis oppoſita dono intellectus quæ ſit. D 367.
eſt pœna graviſſima. 368 A
Cœcos oculos cur luto Chriſtus curaverit, ibid.
Cœcitatem mentis quæ inducant. 368. B
Cœſarius ad Butum interfectorem verborum interpretatio. 319. C
Cælarius Origenis errorem refutans quo verſ. utatur 256 D
Cajetani minus probabilis opinio ad intelligentiam verſ. 2. Pſal. 44. *præ filiis hominum*. C 114.
ejuſdem acuta obſervatio. B 29.
ejuſdem improbata expoſitio circa *plauſus manuum*. D 169.
ejuſdem improbata de Lictoribus, & de ipſomet Saule prophetantibus. D 325.
ejuſdem, aliorum ſententia ſuper argument. Pſal. 54. 309. B
ejuſdem annotatio in recurſu ad Deum. 309. D
Cain typus Judæorum nunc diſperſorum. 472. C
in Cain quale ſignum credatur fuiſſe. 395. C
Calamitates, & infirmitates humanæ naturæ exponuntur D 11.
de Calamitate a Dee immiſſa, cur numquam quærendum. D 410.
Calamitates aquarum multitudine deſignatæ. A 22.
Calami nomine æternitas Verbi deſignatur. 110. C
Calamus, ut duo teſtamenta ſignificet. 111. B
Calamitas, & labor gravis ſomno opprimunt. D 351.
Calcaneum obſervare, quid ſit. A 340.
Calcaneus pro fine actionis a Gregorio ſumtus. C 340.
Calceamenti projectio ſuper aliquem, aut regionem, quid denotet. 400. A
Calceamenti acceptiones figuratæ. 400. D
Calceamenti extenſio in Idomæam pedum Chriſti, & ejus Vicarii exoſculatio unde poſſit denotari. B 400.
Calceorum uſus, cur ab Ægyptiis negatus mulieribus. D 149.
Caligo mœroris, & formidinis ſuperat tenebras noctis. 313. A
Calicratidæ honeſtum de captivo reddendo reſponſum. C 253.
Calumnia quid appelletur. B 48.
Calumniatorum conviciis ſilentio reſpondendum eſt. 5. A

Calvini lectio improbata. C 494.
Campenſis paraphraſis ſuper verſ. 8. Pſal. 39. rejicitur. 31. C
Cambiſis ſagittandi peritia. 123. C
Campanæ uſus ad evocandos ad eleemoſynam pauperes. A 174.
Canoni, ſeu Cajani, Judam proditorem adorabant. B 552.
Candelarum extinctio in Eccleſia una demta, quid indicet. B 528.
extinctio omnium, & excitatio novi ignis, quid item. ibid.
in Candelarum numero hebdomada ſancta multiplex ritus. C 528.
Canendi ars negari nequit. B 363.
Cannæ vocis ethymon. C 518.
Canes a Judæis Gentiles vocati, ut nunc Chriſtiani a Turcis, & hiſpanis Chriſtianis Mahumetani, & Ethiopes. B 513.
Canes viliſſimi quique per contemtum vocati. B 513.
Cani ſententia non admittenda. D 544.
Canis rabidi medicamentum. 300. A
Canis vocabulum tam gentilibus, quam Judæis, & aliis aptatum. 377. D
Canis mali ſignificatio. 378. D. in meliorem partem ſumtus. ibid. & 514 A. quæ laudentur in illo, quæve vituperentur. A 378.
Canities nonnullorum præmatura. 581. B
Canthari umbra ne utre quidem, paræmiæ. 300. C
Cantare fortitudini Dei quid ſit. 388. A
Cantare, *pſallere*, ut differant. 491. A
Canticum, ut dicatur novum. 24. C
Canticum lætitiam interiorem inſinuat. D 556.
Cantare, & *pſalmum dicere* quid ſint. 355. B
Cantus Eccleſiaſtici utilitates. 573. C
Cantica ab Eccleſia uſurpata. A 24.
Canticum ſola voce ſine muſico inſtrumento canebatur. A 105.
Cantici Canticorum, qualis ſcriptio. C 201.
Cantici nomen poſt proprium David in quam ſuſpicionem venire faciat. B 445.
Cantorum præfectus Idhitun. A 1.
Cantores in bello præcedere ſoliti apud Hebræos. 515. A
in Canendi arte qui valuerint. B 363.
Cantus in cœnis Chriſtianorum initio Eccleſiæ adhibiti. C 538.
Cantus varii variorum populorum in congreſſu bellorum. 515. B
pſalmus Cantici, Canticum Pſalmi quid. D 487.
Canticum, ſeu Oda Pſalmo conjuncta quid denotet. B 445.
Cantici à Pſalmo diſtinctio. C 487.
Canon duplex notandus pro intelligendis ſcripturis. 363. C
Canonis Miſſæ explicatio. 283. C
de Captivis in Babylone loci explicatio. 534. B
Captivitas capta in liberatione Hebræorum a ſervitute Ægyptiorum, in Aſcenſione Chriſti, Patrum, Dæmonum, aliorumque liberatorum, & nominatim carnis. 509. C. & D
Captivitas ſub peccato, & Diabolo, ex quo loco a pluribus intellecta. 302. C
Capilli Sacerdotum in vetere teſtamento, cur raderentur. 37. A
Capilli, & peccata, ut conveniant inter ſe. ibid.
verticem capilli perambulare in delictis, quid ſit. A 512.
Cardinales S. R. E. cur Aſſamonim dicti. 520. B
Caracterum vis, quibus Chriſtus uſus eſt ad corripiendos adulteræ accuſatores. D 15.
Carolus Calcus Imperator ad Joannem Papam VIII. quæ ſcripſerit. D 153.
in Caroli V. victoria in Germania relata anno 1547. horrenda cœli facies cabaliſtico quodam modo parta. A 366.
Caro quomodo aliena a ſpiritu. D 304.
Caro pro homine. 339 B. pro anima. A 448.
in Carne Martyrum, & Sanctorum quid honorandum. C 264.
Carnis variæ deſignationes. 339. C. myſtici ſenſus. ibid.
Carnalium hominum mores, & ingenia. A 339.
Caro infelix ſuis ſibi cauſis ſufficit ad ruinam. A 412.
Caro ſæpe deficit cum corde pro accenſo in Deũ deſiderio. C 423
Carni cuſtodia adhibenda. 424. B
Carnis, & ſpiritus proles. ibid.
Caro omnis pro ſolis hominibus ponitur. B 448.
Carnales aridos quos vocet Gregorius. A 427.
Carminum genus Idithum eſſe rejicitur. A 1.
Caſia quid ſit. C 133.
Caſiæ myſtica interpretatio. D 133.
Caſſani Tartarorum Regis filius deformis planè ad elegantiam baptiſmo redactus. 263. A
Caſſiodori de Caſſiano teſtimonium, & circa eum cautio adhibenda. 563. A
Caſſiani reprehenſio a Proſpero, aliiſque. 563. D
Caſſianus martyrum a quibus pati permiſſus ſit. 442. D
Caſtitatis mira exempla. C 144. & B 114.
Caſtigari a Deo divinſ favoris ſignum. D 394.
Caſtitas columbarum maximè ſylveſtrium. 314. C
Caſtos reddunt columbarum carnes. ibid.
Cataractes fluvius in Pamphilia ſic dictus, quia ſe præcipitat. 71. A
Catharinæ Senenſis celebris in Urbe cella. B 314.
de Catharina Svedica, & Barone Ludovico, quæ narrentur. 139. D
Catharinæ Senenſis egregium reſponſum. B 140.
eidem recitanti verſ. 12. Pſalm. 50. cor proprium extractum, & novum reſtitutum. 267. A
Catholicus ut poſſit corpus ſuum tradere, ut ardeat, ſed ſine fructu. 98. B
Catonis Utinenſis ad filium exhortatio, ut ad Cæſaris clementiam confugeret. C 285.
Catulos leonum quid tropologicè ſit per Nyſſenum. A 351.
Cruſarum agitatio apud Judæos in portis Civitatis. 538. C
Cera Solis radiis expoſita, ut colorem album contrahat. D 366.
Ceræ liquefactionis in bonam partem acceptio. 367. A
Cerberi tricipitis nomen. 379. A
Ceremoniæ corporales non modicum ad internam devotionem diſponentes. 427. A
Celſus comparans myſteria noſtra cum rebus Ægyptiorum rejicitur. 451. D
Cephas quaſi κεφαλὴ dictus. 398. B
Ceilanenſium perfidia. C 315.
Ceremonias externas Eccleſiaſticas denotant fimbriæ veſtris ſponſæ. 151. A
Cervi proprietates. B 58.
Charitas tres maxime in Chriſto. D 115.
Charitas virtutum regina. 138. D
Chræphontis de Carmide dictum, & Socratis de Alcibiade. 149. B
Chriſtum fuiſſe Deum probatur ex eo, quod finem ſuum prædixerit. D 7.
Chriſtus quare à Clemente Alexandrino vocetur novus Cantor, & Citharædus. 24. D
idem cur aſſimiletur aquilæ. C 27.
quare dicatur *ingredi Mundum*, homo verò *venire in Mundum*. A 28
idem & ut victima, & ut holocauſtum oblatus eſt, & offertur. 30. B
ut homo non erat ſibi ipſi, actibuſque propriis regula, ſed ſuperiorem habebat. 33. B legi veteri ſubjectus non erat ibid.
eumdem ſuſcepiſſe hominum cauſſam opus Miſericordiæ fuit. 34. B
Chriſti labia qui dicantur. 34. D
ejuſdem opera abſcondita, ut ſint revelanda. 35. D
ejuſdem magnus zelus periculo magno ſe exponere pro Dei reverentia, & domo, quam decet ſanctitudo. B 534.
ejuſdem opus præ ceteris mirabile, quodnam fuerit. A 534.
de Chriſto locus ab Apoſtolis intellectus. 534. C
de ætate Chriſti locus vitandus. 574. D
Chriſti inopia. 40. B. & B. 565.
Idem non fuit politico, ac temporali dominio dominus orbis ſive ſecundum proprietatem, ſive ſecundum excellentiam dumtaxat. 40. D
ſub vili habitu a Martino, Gregorio, aliiſque exceptus, & eleemoſyna donatus. D 42.
quare Paralitico uni tuxerit prius: *dimittantur tibi peccata tua*, quàm *ſurge*, & *ambula*, alteri poſtquam ſenatus eſt: *ecce ſanatus es*, *jam noli peccare*. 46. C
Chriſti anima triſtis fuit uſque ad mortem, non propter mortem, & quare. 66. A
idem cur lingua Patris vocetur. 110. D
cur permiſerit ſe prodi ab Apoſtolo. D 52.
ejuſdem reſurrectio ex teſtimonio verſ. 11. Pſal. 40. confirmata. C 53.
idem Columba longitudinum ut vocetur. D 334.
de eodem elegantiſſima allegoria, & tropologia Ambroſii. A 111.
eumdem fuiſſe deformem aſpectu ex Patrum ſententia exponitur. 113. B
Chriſti pulchritudo qualis fuerit. 113 A
quare appellatus rex juſtus, & manſuetus. 122. B impeccabilis. D 129.
idem, ſi conciperetur ceterorum hominum more, quid ſentiendum de peccato habituali. 130. A
ut expers doloris, ac miſeriæ etiam dum nobiſcum ante mortem degeret dicatur. D 524.
utrum meruerit incarnationem. A 130.
idem per naturam, nos per gratiam uncti ſumus. 131. A
Chriſti gratia a primo inſtanti conceptionis tota fuit, ſed ſucceſſu temporis major, ac major manifeſtata. 131. D
idem cur hoc cognomen aſſumſerit. 132. A
Frater, ſoror, mater dici patitur. A 145.
ejuſdem divinitas ex verſ. 3. Pſal. 46. probata. 171. D
Chriſtum ut parturire dicamur. 188. A
ejuſdem in cruce morientis facies converſa quid indicaret. D 198.
non quærendus oculis corporeis, ſed mentis. 176. B
ejuſdem in terra ſcribentis interpretatio. B 265.
Chriſtus: & Behemoth principium & initium viarum Dei. 274. C

Ad montem Oliveti rediturus, ut judicet. 295. B
de eodem loci interpretatio. D 306. myſtica loci convenientia. 303. A
ereptus ab omni tribulatione. 308. A
de ejuſdem paſsione ſenſus approbatio. A 310.
nulla majora revelavit ſecreta quam in cœna, & poſt cœnam. B 321.
eidem congruens Columbæ cognomen. D 334.
laboravit in ſalvando. C 341.
ut *præveniſſe miſericordiam Patris* dicatur. 380. C
eidem gladius in ore nonnumquam attributus. A 352.
ejuſdem exaltationis varii modi. 353. C
ad eumdem myſtica accommodatio. 355. D
ejuſdem venter quaſi cithara ſonaſſe ut dicatur. 356. B
ejuſdem miſericordia, & veritas quantæ. 408. C
ejuſdem anima, ut ſubdita Patri dicatur. D 409.
ut dicatur *mortuus ſemel*. 420. B
quando libenter in nobis habitet. C 424.
quare virtus dicatur. A 425.
eidem quàm conveniat gloria. B 425.
Chriſti perſecutoribus congruens locus. A 442.
quod in Chriſto ſola caro, & non anima eſſet, contra hæreſim annotatio. A 448. & B. ibid.
ut viſitaverit terram, eamque inebriaverit. C 456.
ut agnus anniculus dicatur. 460. D
in quibus partibus prius regnaverit, in quibus tardius. C 521
ejuſdem vivendi ratio pauper, frugalis, & vilis. C 536.
an uſus fuerit cilicio. 537. C uſum fuiſſe qui concedant. A 537.
omninò nudus, ac ſine omni prorſus velo, ac perizomate crucifixus. C 537.
in ſua paſsione comitem doloris non habuit. 543. D
non quæſivit in ſua paſsione commærentis, & conſolantis ſolatium, ſed fidem. C 544.
ut animas damnatorum in inferno damnare potuerit. B 583.
de eodem Catholicorum omnium ſuffragio locus intellectus. 545. D
nulli ex tormentis in ſua paſsione occaſionem præbuit, quàm aceto. A 546.
cur aceto felle mixto tamquam ultimo ſupplicio potari voluerit. ib
quam dolorem experiri voluerit in guſtatu vini. A 547.
eumdem in ſua paſsione deſperaviſſe Calvini blaſphemia. 527. B.
Chriſti per Eccleſia. A. 513. eumdem quare fatigatum aſserat Joannes. 527. D. eidem ut concedatur admiratio. 533. C.
ejuſdem manſuetudo ex quo loco notatu digna. 529. C
alienum luit fructum Adami, & Evæ. D 529.
in eodem naturalem infirmitatem non fuiſſe, ſed aſsumtam unde colligat Hilarius. A 532.
ut menſa cenſeri poſsit. B 548.
idem credenti ſalus; onus non credenti. C 549.
per quam portam eductus fuerit ad Crucem. A 538.
de ejuſdem deſcenſu ad Inferos. 525. C. & A. 583.
Chorus duplex cantandum Virorum, & Mulierum ab Hebræis diſtinctus. 515. B
Chryſologus quo loco uſus ſit in laude Appollinaris Mart. 376. A
Chriſogonus quibus verbis Anaſtaſiam in exilio ſolaretur. B 66.
Chriſoſtomi interpretatio de Chriſto in cœlum regreſſo. 376. B
de ejuſdem homilia ſuper verſ. 17. controverſia. 542. B
idem de miſericordia Dei loquens, ut intelligendus ſit. D 249.
quid narret de vita hac emigrantibus. D 243.
idem reprehenſus a muliere dictionis ſuæ altitudinem temperavit. 196. C
ejuſdem, & Heſichii ſententia improbata. 4. B alia eorumdem obſervatio. 14. B
ejuſdem monitum. 13. D
ejuſdem ſententiæ improbatæ ſuper verſ. 2. Pſal. 44. *ſpecioſus forma* &c. D 114.
Chriſtianorum cum gentibus commercia. 579. A
Chriſtianus omnis ut pauper dici queat. 556. A
Chriſtianiſmi definitio. 131. A
Chriſtianum oblivi ſci Chriſtum magna veſania. 155. B
Chriſtiani ſenes piũ, ac prudens infidelibus datũ reſponsũ. 165. C
Chriſtiani cur fratres dicti. 325. C
Cibus Chriſti obedientia. A & B 32.
Cilicio qui concedant uſum fuiſſe Chriſtum. A 537.
Cilicium, & ſaccum ut interdum ſumantur, ibidem.
in crucifixione fuiſſe impoſitum Chriſto ſingularis videtur Agellii opinio. B 537.
Ciceronis de Attici ſorore locus. 203. D
Civitates ædificari aratro inducto, deſtrui reducto ſolitæ. A 551.
Civitas ſimilis circulo, cujus circumferentiæ iniquitas, & contradictio. D 317.
Circuire civitatem tropologicè ut dicatur. 386. C
Cithara, ideſt *confiteri in cithara*, & *confiteri in pſalterio* ut differant. 79. B
Citharas in Apocalypſi cur ſemper ſanctis tribuat Joannes. 79. D
Cyrilli reſponſum adverſus Arrianos contendentes probare Chriſtum non eſſe Deum. 522. B
Clamor in bello quanti momenti ſit. 171. A
Clamores Chriſti. A 324. clamor noſter ad Deũ cur debeat eſſe. ib.
Clamore Neades vincere proverbium. D 527.
Clamoris Chriſti cum leonis clamore comparatio. A 527.
ejuſdem impedimenta. ibidem.
Clamare dolentibus, timere ſilentibus competunt. 6. A
Clamare quid propriè ſignificet. B 349.
Claudo verbi etymon. D 35.
Claudiæ egregium epitaphium. A 150.
Clericis, & Religioſis loci adaptatio. 450. A
Clerici negotiantes reprehendendi. D 578.
Cleri pro Eccleſiis particularibus. 502. A
inter medios Cleros dormire quid ſit apud Bernardum. 502. C
Clericorum, Religioſorum, & Chriſtianorum cura qualis eſſe debeat. D 531.
Cocleæ paræmia. 367. D
Cœlites divinas laudes carmine celebrare etiam Gentiles profitentur. 508. B
Cœlum cœli prout in verſ. 34. Pſal. 57. quid ſit. 521. D
Cœli pro nubibus, pro aere. 522. D
Cœli dicuntur juſti, peccatores terra. D 357.
Cœlorum diſtillatio pro favore divino. 496. D
Cœlorum vocabulo qui ſuperiores cœlos: *nubium* qui inferiores intelligant. 357. D
Cœlorum variæ notiones. C 227.
Cœleſtia tribuentes naturæ, cœloſque à divina gratia eximentes rejiciuntur. A 357.
Cœlum pro Deo ipſo. D 504.
tres Cœlos hebræi diſtinguunt. A 521.
Cepiſti captivitatem Tertulliani, & aliorum expoſitio. 509. D
Cœſarem nonniſi ſe Regem habere negantes, à Cœſare rebellantes exciſi ſunt. 588. B
Cogitatione, ac voluntate ſola peccari poteſt abſque opere. 288. B
Cogitationes malæ in ima terræ verguntur. B 431.
Cogitationum moralis interpretatio. ibid.
Cogitatio ſceleris facti crimen habet. 316. D
Cognoſci à Deo quid ſit 231. B
Cognoſcere honeſto vocabulo quid intelligant Hebræi. A 515.
Columbæ fœcunditas. A 153. Spiritus Sancti hierogliphicum. ib.
Columba velox volatu 313. A ejuſdem proprietates 313. C
velocius pœne præ omnibus volitat propter innocentiam. D 313.
bile carens, & à fœtoribus abhorrens. 314. A
earumdem uſus apud Veteres ad perferenda nuntia. 314. B
eadem timida, & gregatim volans. C 334. ejuſdem, & Juſti comparatio. ibid.
ſylveſtres maximè caſtæ. 314. B earum carnes caſtos reddunt ib.
Columbæ volatus ocyor; Aquilæ verò altior, & diuturnior. 314. C
Columba argenta pro vexilo apud Babylonios. B 502.
venerata a Syris, & Palæſtinis. 503. A
quod ab ea Semiramis educata fuerit, fabula. ibid.
babylonium Regem deſignans. 503. B
Deo chara; pluraque de eadem encomia. A & B 503.
Columbæ collo nonnumquam epiſtolæ alligatæ ad auxiliares amicos. B 503.
Columbæ oblatio cur Mulieri poſt partum præcepta. C 503.
apud Hebræos fœlicitatis ſymbolum. ibid.
myſtica ratio de eadem in ſacrificio Abrahæ. D 503. & alia plurima de eadem. 504. A & per tot.
Compoſitio loci a D. Ignatio vocata, quæ ſit. 425. D
de Comitis ſtabuli nomine. D 286.
Commutationis cum epithalamio affinitas. 104. C
Complacere alicui, & in aliquo quid ſit. C 83.
Comprehendere iniquitates eſt evenire iniquis quæ comminatus eſt Deus. A 36.
Conceptionem B. Virginis operatus eſt *impetus fluminis* prout in verſ. 5. Pſal 45. 160. C
De conceptione B. Virginis loci interpretatio. B 485.
Connubium Patris cum Filia pugnat cum lege naturæ, & cum matrimonii ſubſtantia. A 145.
Coſtantini imperatoris honor Virgineo choro delatus. 153. A
Connubia Barbarorum nullo delectu mixta. 145. D
Concionatori monita ſalutaria. B 123.
Concionandi auctoritas quando concedenda. D 23.
Conſcenſio currus, vel Equi regnum deſignat, & regni adeptionem. 120. C
Convitiorum tolerantia ſilentio excepta diſtinguitur. 5. B
Concordiam non ſervantes nec proximũ, nec Deũ diligunt. 200. A
Conditio hominis in quo deterior brutis. 212. A

Contaminatio teſtamenti divini in populo Judaico qualis. 329. D
Controverſia de commentariis in Pſalmos. attributis Chryſoſtomo. 174. B
Conſtantini converſio. 262. C
ejuſdem dicta de divitiarum contemtu. 217. B
Conſtantius Imperator, ut Nerone, Decio, & Maximiano pejor. 319. D
Confeſſio peccatorum magnam Deo gloriam parit. 255. C
Confiteri pro laudare aliquando ſumitur. 296. A
Confiteri laudibus, pro celebrare. ibidem.
Confeſſio magna Davidis quæ fuerit. 296. C
Confeſſiones audientes anxiè conſcientias excutere nondebent, & quare. 440. A
Cur Domino confitendum. D 307.
qui Confitetur peccata dat gloriam Deo. 466. C
Confeſſionis quadruplicis diſtinctio. 484. C
Confiteri nomini Domini quid ſit. C 307.
ad Confitentes peccata ſua lętitię, & exultationis applicatio. A 484
Confidentia bona ad quid valeat. 349. A
Contritionis vis. D 249.
Contritio ſanari ut dicatur. D 392.
Converſio idem quod avverſio, & diverſio. 496. D
Cōverſio opus Dei cooperante arbitrio ejus, qui convertitur. C 274
Converſionis veræ forma. A 354.
Contritio apud Hebræos quid ſit. D 280.
Contritio bona, & mala. 281. A
Conſcientia pura ut poſſit loqui ad Deum. 265. B
Converſatio Dei inter homines quibus verbis indicetus. B 298.
Convitium in Socratem. 311. A
Contriſtari in excercitatione quid ſit. ibidem.
Contriſtatio pia quæ ſit. 311. D
Contradictio Judæorum adverſus Chriſtum. C 516.
Conviviorum prætextu proditiones, & interfectiones. B 321.
Converti retrorſum quid ſit. 344. D & A 344.
Converſionis vera forma. A 354.
Concinnare injuſtitias in terra prout in verſ. 3. Pſ. 57 quid ſit. 360. C
Concinnandi, & appendendi verba quid importent. A 360.
Concinnatores cauſarum qui dicantur. B 360.
Concinnare cinnum quid ſit. ibidem.
Concinnare manibus, concinnare lingua quid ſit. C 360.
Conſumatio, ideſt ad quā conſumationē nos Paulus hortetur. 375. A
Conſumatio, conſumare apud Paulum ut intelligantur. ibidem.
Conſumatus per omnia, conſumati gladiatores, & viri unde dicti ibidem.
Converſio ad verſperam illorum, qui differunt converti uſque ad mortem. D 377.
Convivia obnoxia maledicentiæ, & detractioni. 539. B
Conviciis mutuis cives inter ſe conciliandi apud veteres mos. 387. C
Converti pro reverti, & *convertere* pro facere reverti. 390. C
Convallis tabernaculorum qualis, & quid innuat. 396. B
Concupiſcere quid ſit. 419. B
Conſcientia orationis matutinæ quàm bona. C 428.
Conventus, ideſt ad nomen conventus alluſio. B 436.
Conſolari pro dolore. 467. D.
in Conſcientiæ puritate qui vivant. 502. C
Conjugalis generatio non fuiſſet in ſtatu innocentiæ. 256. D
Contemplationi divinæ vacantibus mirifica Dei opera innotescunt. 522. B
Concordia improborum apud electos perniciosa. 316. C
Cooperationis neceſſitas cum gratia Dei. D 375.
Cordis avari exemplum. 12. C
Cor pro Ventre acceptum. 32. C
Cordi ſolet tribui ſapientia. 37. B
Cordis Catharinæ Senenſis divinum miraculum. 37 B
Cordis denudati in homine vivente exemplum. 37. C.
Cor pro medio ſumitur. 158. A
Cor non eſt in peccatore. 267 A
Cordis rectitudo. D 266.
Cor Dei juſtus. 330. D
Corde toto converti, & ſimul ſciſſo ad Deum oportet converti. 354. D
Cor pœnitentis paratum quando dicatur. 355. B
Cor noſtrum quando nos derelinquat, & quando a nobis inveniatur. 37. D
Cor meum derelinquit me prout in verſ. 13. Pſ. 39 intelligi poteſt de Juda Proditore. C 37.
Cor cujuſque manifeſtandum à Chriſto in Judicio. C 97.
Cordis, & animæ caſtrum qua diligentia cuſtodiendum. A 317.
Cordis humani effuſio bona, & mala. B 416.
Corda noſtra ut ſint velut aqua effundenda. 416. D
Cordis interna peccata crimen ſunt. 360. A
de Cordis effuſione tropologia Ambroſii, & Baſilii. 416. C
Cor noſtrum inquietum eſt, donec requieſcat in Deo. 411. A
Cordis alti, & altitudinis variæ expoſitiones. B 440.
Cor altum dici ſolet illud, quod explorari, ac deprehendi nequit. 441. C
Cor Judæ prodictoris ut appropinquaſſe dicatur. A 330.
Cor Dei appropinquare ut dicantur Hæretici. 330. C
Core fuit unus de auctoribus ſeditionis contra Moſem, & Aaron. 57. C
Corona Chriſti ex ſpinis contexta flores ſuaviſſimos producentibus. B. 103.
Coronam labore accipere glorioſius, quàm puro dono. B 421.
Corona ſpinea Chriſti omnes, & quos præſertim invitet. 369. B
Coronæ impoſitionem recuſavit Gotifredus, & cur. 369. B
Coronæ Regum Jeroſolomitarum quales. ibid.
Corona pro multitudine, & cœtu hominum totius mundi, cui benedicat Chriſtus. 460. B
Coronæ vocabulum de anno quare dicatur. A 460
Corona Chriſtus ut vocetur. ibid.
Corona anni quomodo benedici dicatur. A 460.
de Corona moralis expoſitio. ibid.
Corona anni quid ſit. 461. C
Corvus propter nigredinem nativam eruit etiam oculos aliis, quod non ferat reſultantem in iis imaginem ſuam. 27. B
Corvi, & Halcyonis exempla ad Providentiam Dei meditandam. 332. B
Corvus aſſimilatur Deo extrahenti oculos iſtos naturales circa myſteria ſua. 27. B
Corpus non ſolum, ſed etiam anima infirma facta eſt peccato. 46. B
Corporis valetudo curanda, ſed animi multo magis. 46. D
Corporis pulchritudini, ut animæ pulchritudo ſplendore reſpondeat enitendum. A 114.
Corpora damnatorum, & ſi vera, tamquam larvæ luridæ, & imagines externæ apparent. C 215.
Corruptio abominationem meretur. 298. D.
Corpora Sanctorum, quæ in cœlo ſunt nunc animabus unita, non indicant majora merita, aut præmia eſſentialia. 323. A
Corripi, & increpari a juſto in miſericordia optabile. 392. A
Coryza de omni defluxione uſurpata. B 527.
Credentes, ideſt non credentes in Deum judicantur in terra. 372. A
Cræſi filio muto lingua ſoluta. 277. A
Creare mala Deus ut dicatur. B 266.
Creandi verbi uſurpatio. A 266.
Creaturam nullam ſufficere potuiſſe ad inferendam nobis ſalutem unde inferatur. A 163.
Creaturas cum Deo colatas non eſſe, ideſt nihil eſſe oſtenditur. B. 9.
Crimen magnum convivialis capere occaſionem familiaritatis ad prodendum. 52. C
Crucifixus ſimilis imagini Cupidinis ut dici poſſit. 123. A
Crucem portare, & a cruce portari quid ſit. D 290
Crucifigendorum caput obnubi ſolitum. C 309.
in Cruce qui biduum, qui triduum, qui novem diebus vixerint. 547. A
Crucifixoribus Chriſti myſtica adaptatio. 383. B
Crux vexilum dilectionis domini. 395. B
Cruces ab eodem a quo inferuntur unguntur. 115. A
Culpa venialis ut remittatur poſt hanc vitam. 19. B & C
Cupido cœcus pictus. 368. B
Curruum antiquus uſus. 507. D
Currus Dei qui dicantur. 507. D
Curſus, ac ſitis Chriſti quales fuerint. 414. D
Currere quandoque pro approbare, ac diligere. 414. C
Currens ad Deum, curſumque ſine iniquitate dirigens quid acquirat. D 375.
Currere ſine iniquitate, & dirigere quid ſit. D 374.
Curioſorum ingenia. 48. C
Curioſè quærentes quid ſit ipſa ſubſtantia Dei ad poſtremum inſaniæ redacti. 260. D
Cuſtos hominis Deus. D 2.
Cuſtos hominis homo. ibid.
Cuſtodia linguæ. A 2.
Cuſtodia ori quando maximè ſit opponenda. 4. A
Cuſtodiuntur interdum negligentius quæ facilè reparari poſſe putantur. D 271.
Cuſtodire ad aliquem aliquid ſit. A 380.
de Cuſtodiente fortitudinem ſuam ad Deum tropologia. 381. A
ſuper Cuſtodias nocturnas ternas, vel quaternas olim a Militibus factas obſervatio. 429. A
de iiſdem cuſtodiis ſententiæ. 529. A
Cyrilli Alexandrini expoſitio a Janſenio exiſtimata. 352. C
Cyrus Medis victis gentis ſuæ nomen impoſuit. B. 209.

D

DÆmones ab anima noſtra non origine, ſed affectione differunt. 305. A
Dæmon interrogatus cur fœminam in Theatro ſubierit, reſpondit ſe in ſuo eam inveniſſe. 26. A
Dæmonum eſus in aſſumtione corporum, aut locutio quales ſint. D 232.
eorumdem voluptas ex ſuffitibus, nidoribus, & libaminibus. ibid.
contra dæmones verſiculi uſus. B 488.
De Leone Papa IX. quæ circa dæmonem narrentur. B 488.
Dæmones cur beſtiæ calami dicantur. 518. D
Dæmonem corporeis paſſionibus affici doctrina Euthimii refutata. C 75.
ejuſdem, & Novaculæ comparatio. D 288.
idem ut ſœnerator dictus. 318. C
quot modis in peccatorem inſultet. A 336.
cur eidem nomen hominis tribuatur. B 336.
idem foveam quibuſdam retrò fodit. 354. C
ejuſdem deſignatio qui Evam ſub ſerpentis forma decepit. 364. B
eidem elæ quatuor beſtiæ pardo ſimilis in Daniele conveniunt 406. B
idem fortis myſticè dictus. D 373.
Dæmonis in ſuo conventu perſonam gerentis lepida Grevæi deſcriptio. B 436.
Dæmonis principatus ut dici poſſit juſtus, & injuſtus in Mundum, hominesque Mundi. C 501.
Dæmones qui viventes nominentur. 323. D
eorumdem malitia. 512. D
Dæmonibus cur non tollatur æternitas. C 382.
Dæmonum, & perverſorum hominum mos quale. C 412.
Dæmones, & crudeles inimici cum leonibus non ſemel in ſcripturis comparantur. A 351.
Damaſcenus, ut neget in Deo eſſe conſilium. 468. D
Damnatis ad mortem vinum conditū prębendi mos. 133. B & D 393
Damnatorum corpora, quæ nunc aliquorum in inferno ſunt indicant ſolum majus ſupplicium accidentale. 323. A
Damnatos omnes tandem ſalvandos Origenis error. A 376.
Damnatorum pœnæ æquiparatæ ovibus, aliiſve pecoribus, qui ſummas herbas carpiunt. 214. D
Damnatorum pœna graviſſima. 378. D
eorumdem pœnæ æternæ ex quo loco probentur. D 206.
de damnatorum pœnis interpretatio. C 431.
Dare aliquem in aliquid quid ſit. A 350.
non ſemper quod dari dicitur datur non habenti; nec ſemper dicitur major qui dat, quàm qui accipit. 522. B
Daniel cur regna quatuor Mundi comparaverit cum quatuor ventis, totidemque beſtiis. 126. A
Davidis humiliatio juxta obſervationem quinque litterarum in hæbreo nomine factam. B 4.
David aſpectu pulcher, & a Golia deſpectus non arbitrans ineſſe cum elegantia robur. 119. A
Davidis impœnitentia per annum ferè in peccato cum Bethſabea. B 246.
David quare in Pſalmo 50. nihil pro filio adulterii petat. C 247.
cur negetur ſanctificatum fuiſſe intra ventrem matris. 571. B
idem plenius, quam ſæpius petit lavari. C 250.
idem qua hora conſpectam Bethſabæam concupiverit. 258. C
poſt peccatum ferè per annum totum caruit, ex opinione aliquorum, prophetiæ dono. 260. C
per ſuas perſecutiones prævidit in ſpiritu omnes perſecutiones Meſſiæ. 285. C
quomodo ſperaverit in *miſericordia in æternum*, & *in ſæculum ſæculi*. B 295.
eumdem qui velint tertiò delatum a Ziphæis. 303. C
idem diverſis cauſſis diversè orans. 304. A
in ſolitudine non habitavit. C 314.
non ex animi malitia, & pervicacia peccavit. C 324.
idem columba muta ut dici poſſit. C 334.
ejuſdem in Deo ſpes, & conſtantia. A 338.
ejuſdem laudum Dei celebratio. ibid.
ejuſdem duodecim fugæ. D 342.
confidentia. 344. B
in ſpelunca dormiiſſe creditu facile eſt. C 351.
cum Chriſto reſurrexiſſe qui velint. D 356.
in Davide ardens ſtudium laudandi, & celebrandi Deum. A 388.
Davide nemo de Miſericordia crebrius mentionem facit. 389. A.
quomodo Deo adhæſerit. D 429.
idem quo in loco ad Pontificiam benedictionis formulam reſpexerit. 482. B
Dealbari in Selmon ut dicatur. 505. C
Decor virginitatis gladium habet pudicitiæ. B 118.
Deducere ad nihilum quid ſit. 380. A
Declinationis vocis expoſitio. D 298.
Declinare ut interdum uſurpent latini. C 311.
Deformitas, quam Iſaias Chriſto tribuit ut ſpectari poſſit. B 113.
Deformis potius eſto, quam pulcher & malus. B 144.
Defunctis anniverſarii ritus exhibiti. C 209.
Defunctorum animas fidelium liberari de pœnis inferni, ut poſtuletur interpretatio. B 263.
Defluxionum diſtinctiones. B 527.
Degradati in Eccleſia propter peccata, peracta pœnitentia, poſſunt reſtitui. D 273.
Delapſus aquarum ſuper terram quid denotet. B 365.
Delicti nomen in ſcriptura, ut interdum uſurpetur. 531. C.
Delicta oris, & ſermo labiorum dæmonibus attributa. C 384.
Delectare Chriſtum myſticè qui dicantur. D 136.
Deleri è libro vitæ, & non ſcribi, quid ſit. 554. B
Demetrii, & Socratis elegantia. B 144.
Demonſtrare quæ facias eſt dare poteſtatem. 393. B
Dens Elephantinus. C 135.
Dentes in ore conteri: moles confractæ quid indicent. A 364.
Dentes leoninos habere qui dicantur. B 364.
Dentes ut interpretetur Nyſſenus. C 364.
Dentes ſecundum allegoriam accepti. 365. A
Dentium contritio, & malorum confractio quid ſint. 365. B
De Deipara quid, & qua portione dicendum. 447. B
Deiparæ privilegia decem. 138. C
Deipara quomodo audiverit, viderit, & inclinaverit aurem ſuam, & oblita fuerit populum ſuum, & domum patris ſui. D 141. & A & B 142.
Deipara Civitas Dei appellatur. 181. B
Deiparæ ſumma prærogativa ſine dolore peperiſſe. D 181.
Deiparæ privilegium conceſſum de non contrahendo peccato originali. 258 B
Deitas Chriſti ex quo loco probata. B 491.
Depaſcendi verbo quid veniat. 214. D
Deprecatio, oratio, exaudire, intendere, ut debeant intelligi. 404. B
Deprecari quid ſit, & ut intelligi queat. B 435.
Deſperandū numquam eſt, ſed de Dei miſericordia fidendū. 248. C
Deſtitui a Deo in hac vita & in finem ut differant. B 291.
Deſcenſus Chriſti ad Inferos ſententia. 216. B
Deſpicere quid ſit. 308. C
Deſiderium vitæ futuræ quare proprium magis ſit novi teſtamenti. B 61.
Deſpicere pro dimittere. D 309.
Deſtructio ſalutaris quæ ſit. 391. D
Deſertum Idumææ præſens ſæculum. B 424.
quo deſerto, & ſolitudine Deus delectetur. D 424.
quæ deſolatio, & vaſtitas major, quam vanum & vanitas? B 430.
Detractorum malitia uno nomine comprehendi nequit. 240. C
Detractores ſilentio diſcreto abutentes. A 241.
Detractor alienas dicitur carnes mordere, edere, lacerare, iiſque ſaturari. A 390.
Detineri bello non eſt propriè teneri. A 335.
Detractor comparatus quartæ beſtiæ apud Danielem. 352. D
Deus quare dicatur ea ſpecialiter feciſſe, per quæ homo ad Deum revocatur. C 26.
Deus cur debeat nos exaudiri. A 102.
Dei eſſe quotupliciter ſumatur. D 9.
Deum obedientiam velle, non ſacrificium, ut intelligi debeat. 28. B
cur potius pia mente delectetur, quam ſacrificantiū ſumtibus. A 30
Dei reſpectus ſubſidium noſtrum eſt. 38. C
idem non permitteret dare regnum, niſi maximè diligeret. C 40.
idem numquam legitur jacens: ſedens legitur, & quare. 102. D
De rebus ceteris providentiam, de homine curam, & ſollicitudinem habet. C 40.
quare vocetur fortis, & vivus. 60. D
Deus *ſalutare vultus noſtri* ut dicatur. A 67.
Dei dona, cur proclamanda, hominum verò, cur ſilentio ſint prætereunda. D 81.
Deus cur de occupaturis Palæſtinam noluerit ſupereſſe qui Ægypti impietates vidiſſet. 82. C
idem quare dicatur populum repuliſſe. 88. B
idem duritiæ, & erroris noſtri non eſt cauſſa, videtur tamen eſſe, dum delinquentes non corripit, & patientia ſua ſalutem noſtram expectat. 95. D
Deum avertere faciem ſuam quid ſit. A 100.
Dei nomen omnia illius attributa continet, nec non propria quadam ratione Verbum. A 102.
Deus quibus in locis ſcripſerit. C 110.
ut patientia, ſpes, miſericordia dicatur. C 569.
Dei proprium eſt alterius non egere dextera. 122. C
Ejuſdem providentia, ut a nonnullis circumſcripta. 171. B
idem quando maximè cognoſcatur. 186. B

Deo, quæ propriè conveniunt attribuenda hominibus non ſunt. B 192.
idem cur quædam animalia noxia condiderit. 212. B
Dei erga homines demiſſio. 222. D.
Deum non indigere ſacrificiis, aut muſicis inſtrumentis ex quo loco probetur. 230. A
Deus dolorem facit, & reddit priſtinæ ſanitati. C 552.
non punit bis in idipſum. ibidem.
ut actus noſtros notet, & obſervet. 535. A
Deus peccatores ad pœnitentiam expectat. A 232.
Deo quum damus recipimus, quia non eget noſtris. C 235.
Deus quum iraſcitur ſævit, terret, deducit, ſalvat, vocat. 236. B
ex Dei nomine repetito perſonarum diſtinctio ab Euthimio ex quo loco collecta. 236. C
Deus ut dicatur oblivisci. 243. B
Deū beneficia nobis conferentem non eſt laudibus venerari. 244. B
Deus virtutum eſt, non criminum. C 246.
idem in ſcrutandis, & publicandis peccatis aliorum non vult nos promtos, ſed valdè parcos. ibidem.
Deum, qui probris affecerunt in veteri teſtamento, afficiunt in novo filium ejuſdem. 535. D
Deum cur oremus ut lavet, quū ipſemet imperet ut lavemur. B 250
quare hominem ultimum creaverit. C 255.
quare in hominibus patiens ſit. 256. B
ut dicatur viſitare iniquitatem Patrum in filios. 257. B
tribus modis exaltatur. 353. C. derelinquitur à nobis ante quam nos derelinquat. 576. A
quid in cordibus noſtris ſcripſerit. 359. A
computat factum quod vis, & non potes. 360. A
quod futurum eſt præſcit, & tales, aut tales ejus præſcientia nos non facit. D 360.
non delectatur pœnis noſtris, ſed confeſſionem veram erroris quærit. D 258.
quot modis diligat veritatem. 259. C
cur dignetur ignoſcere, quod in ſe homo dedignatur agnoſcere. D 265.
Deus ſi invitum cogeret hominem, Aſinum haberet, non hominem. B 272.
Deum ſemper vivere, & ſcire non ponit eum in neceſſitate. 287. A
quod non poſſit mori, fallique non arguit impotentiam. ibidem.
Deum ex animo ſuo abjiciens, ſuum eſſe corrumpit. 298. D
Dei benigna proſpectio erga genus humanum. B 298.
Deum non invocantibus, nec timentibus pavor erit, terror, & trepidatio magna. 300. C.
Deus ad præcepta ſua non invitos cogit. A 307.
Deum ignorare futura dicentes ab Ambroſio refutantur. C 319.
idem, ut dicatur Deus Abraham, Iſaac, Jacob. B 323.
Dei manus a Nicephoro deſcripta. D 328.
Dei manus expanſa pro Dei clementia. 329. A
Deus ſemper paratus cujuſvis miſereri. A 330.
non laboravit in ſalvando. 341. C
ut neſcire dicatur quod ante ſciebat. 555. D
mala non noſſe ſecundum quam ſcientiam quandoque dicatur. A 531.
Dei ineffabilis affectus, & cura erga homines. D 343.
idem quibus modis optimè cognoſcatur. B 344.
ſive det, ſive non det coli debet. 345. A.
Deorum omnium nomina, & ſiderum ex hominum nata meritis. ib.
Deus cur in rubro apparuerit. D 368.
quorum propriè dicatur Deus. 345. A
non ſemper ſervat eumdem modum circa ſpatium vitæ humanæ. 369. D
Dei, & Chriſti exultatio qualis. 370. D
Deo occurrens habet ſibi Deum cum Angelis in morte occurrentem. D 375.
Deo nihil dictus offertur voluntate bona. 346. A
Deus ut reprobis occurrat. 376. A
ad quid viſitet peccata in verberibus. A 376.
a Deo punitur, qui ſe ipſum non punit. 377. A
Deo nemo prius aliquid dedit, ut illum divina gratia ſubſequatur. B 381.
Dei ſola benignitate humanam naturam Verbum aſſumſit abſque præcedentibus meritis. D 381. Ejuſdem comites Miſericordia, & Veritas. 357. D
Dei filius ut dicatur Creatura, & Deus dicatur factus. 388. D.
quos repellat. 391. C. *Adjutor*, & *ſuſceptor* ut dicatur. D 388.
ipſi ſemper proprium eſt miſereri, & parcere. B 391.
quando Martyribus iratus, & quando miſertus. B 392.
non miſeretur, niſi iraſcatur. C 392.
prius minatur, quam ſupplicia ingerat. 395. D
Deum egredi cum exercitibus, in virtutibus quid ſit. 402 C
Deo cur nos oporteat ſubjici. 410. A
Dei poteſtas ad puniendum: miſericordia ad præmiandum. C 419
Deus cuncta intelligit, & notionaliter dicit unico verbo a Patre. 420. C
Deum unum, *Dominum unum*, ut intelligat Paulus. 420. D
Deum loqui ſemel ut intelligat Bernardus. A 420.
idem ut dicatur præmiare munera ſua. B 421.
Deus Deus meus prout in verſ. 2. Pſal. 62. variæ Patrum expoſitiones: Hugonis, & Nebienſis minus acceptæ obſervationes. D. 422. & 423. A
Deum vidiſſe aliquos oculis corporeis, ut intelligi debeat. A 425.
Dei memores eſſe oportet in ſtrato ægritudinis, & menſæ, ac refectionis. C 428.
Dei, non dii legentes in verſ. 10. Pſal. 46. improbantur. A 179.
De Deo quid ſentiat Ariſtoteles, aut ſi quis alius eſt auctor libri de mundo. 583. B
ejuſdem incomprehenſibilitas ex quo loco colligatur. B 440.
ſcrutator cordium ex eo loco, ubi ſtultis videtur non conſiderare res noſtras. 441. D
idem decentius colitur locis certis ipſi dicatis. C 446.
Deum perpetuo quodammodo in ſilentio eſſe, & ſilentio melius coli. 447. C
idem quid ſit exponi nequit pro dignitate, quavis data temporis ad exponendum dilatione. 447. D
ad ejuſdem decentem laudationem ſilentio opus eſt. ibid.
idem quot modis coronet. 460. B
idem ſi terribilis eſt, miſericors eſt. D 468.
Cur apparuerit Moyſi in igne, nonnumquam in nube. D 468.
non examinat tamquam ignoret. A 472.
ut dicatur in laqueum, ac in tentationem inducere. 473. D
idem ſi præſtat quod petitur malum, non exaudit, ſed punit. 480. D.
Deum vidiſſe quæ creavit, quid ſit. C 480.
idem quum vult ignoſcere impertit prius fiduciā deprecādi. 481. B
ejuſdem providentia erga homines ex quo loco probata. B 484.
Deus in adjutorium &c. undè ſit hic mos dicendi in Eccleſia in principio horarum canonicarum. A 488.
idem cur voluerit tam lentos progreſſus in terram promiſſam per Deſertum Populum facere. 495. D
non invidet nobis hæreditatem filii ſui naturalis. A 497.
Deus ab Ariſtotele ζωον μακρον animal beatum appellatur. 498. C.
idem ut dicatur habitare in cœlis. A 521.
Devotus a Proſpero qui dicatur. 307. D
Dexteræ iniquitatis, pro mendace, aut eo, qui mēdaciter jurat. 427. B
Dexteræ, & ſalutis myſtica expoſitio. D 395.
Dextrum pro eo, quod chariſſimum eſt, ſumitur. 138. A
Diapſalma in genere fœminino. B 289.
Diaconorum officium. A 447.
Διαγγελλω variæ notiones. B 504.
Dicere aliquando pro præcipere. 109. C
Dicere in corde quid ſit. B 47.
Didaci Alvarez opinio circa filios Core rejecta. 105. C
Didymi, & aliorum obſervatio in odore Myrrhæ. B. 132.
Dies ſuos ſciendi fruſtrata hominum cupiditas. 9. B
Dies omnes quare voluerit Sylveſter appellari ferias. 167. B
Dies pro tempore ſæpe accipitur. 202. B
Dies Hebræorum triplex: *uſualis*, *legalis*, & *naturalis*. A 325.
Dies pro omni ætatis tempore. D 336.
Dies hominis, & humanus dies quid ſignificent. B 337.
Dies adjecti ad alios dies à Latinis ut interpretentur. D 406.
Dici apud varias gentes inchoatio. 525. D
Dii arcu, & jaculis cur armentur a Poetis. 123. A
Dii magni apud Gentiles. A 171.
Dii terræ qui ſint. D. 178.
quo potiori jure Dii haberi potuerint Apoſtoli, quam Dii gentilium. 179. B
Dii majores duodecim. C 181.
Dii, qui dicantur in Scriptura. 221. D
Diis exigui valoris res, cur offerri vellent Lycurgus, & Socrates. D 278.
Diluculo, aut mane quidpiam fieri pro citò, ſtatim, quam primum. 356. C
Dilectio prima, qua Deus diligit, non eſt ex proviſione meritorum. 450. C
Diluvii tempore, qui montes tantum extitiſſe ſentiunt, improbantur. 453. C
Dilationis utilitas. C 271.
Dimidiare dies quid ſit. A 333.
Dionyſii Carthuſiani ratio non concludens. 309. C
ejuſdem monitum ſalubre. 357. C
Dionyſii Areopagitæ modeſtia in Dei invocatione. D 388.
Diocletianus, cur ſe imperio abdicaverit. C 439.
Diogenis dictum ab Antiſthene baculo percuſſi. 115. D
Dirigere in curſu, quid ſit. 375. B

Directio in curſu pro proſpero in humanis rebus curſu. 375. C.
Dirigendi verbum crebrò pro ſecunda fortuna. 375. D.
Dividi ab ira vultus Dei quid ſit; & ſuper hoc variæ ſententiæ. 330. A
Divitum, & luxurioſorum rebus ſecundis conſtantiæ ſpes. D. 22.
Divitum, & luxurioſorum in adverſis nimia animi dejectio. ibid.
de corde Divitis avari Patrum ſententiæ. A 37.
Divinitatem Chriſti argumentum probans. 125. C.
Divites hujus ſæculi quales eſſe debeant. C. 147.
Divitiarum expoliatio tamquam velleris detorſio. C. 213.
Divitum mortuorum conditio. A. 217.
Dives aut iniquus, aut iniqui hæres. D. 287.
de Divite ſtulto de quo D. Lucas, loci applicatio. B. 293.
Divitiæ quomodo malæ. C. 293.
Divites viri gratia Dei opes, quod eſt impoſſibile apud homines, aſſecuti. D. 293.
Divites in vitam Pauperes poſt mortam. D. 217.
Divites Deo omnes debent eſſe cupiditate pauperes. D. 293.
Dives, Civitas abſque muris. 317. C.
Divitiarum incertitudo, & fallacia. A. 418.
Ditem, quaſi divitem, appellant Gentiles. C. 418.
Divitiis, & vitiis idem nomen datum. ibid.
Divitis, & ægroti comparatio. D. 418.
Divitias per ſe malas, & illicitas putare, error eſt. ibid.
Divitias durabilius conſervare, impoſſibilius, quam aquam manu comprehenſam continere. 419. D.
ad Divitias cordis applicatio. A. 419.
adverſus Divitiarum fluxum ſalubre monitum. B. 419.
Divitias amare, anguſti, parvique animi eſt. ibid.
Divitiæ, cur apud improbos potius, quam probos ſint. ibid.
Dixi prout in verſ. 2. Pſal. 38. quid ſignificet. 2. B.
Doceri, ideſt, ut quis rectè doceatur, tria ſunt obſervanda. A. 81.
Docendi verbum latinum undè ductum. 122. D.
Docendi, prædicandi, & ſacramenta miniſtrandi actus. C. 236.
Docere alium non poteſt, qui ſe docere non poteſt. 237. A.
Doctrinam ſuam (ideſt quam Chriſtus dabat) non eſſe ſuam, ut intelligi debeat. A. 116.
Doctores pravi, lupi rapaces, & victimæ Diaboli effecti. 214. C.
Doctoribus, martyribus, & Virginibus aureola ſua aſſignata. 273. B.
Doctores duo præcipui Eccleſiæ, alter negator Chriſti, alter blaſphemator, & perſecutor fidei. A. 275.
Doctrinæ divinæ vis. A. 274.
Doctor qualis eſſe debeat. D. 275.
Doctorem Deus à quibus avolare ſinit grave ſupplicium, & damnum. 314. B.
de Doctoribus ad alios divinam doctrinam derivantibus loci interpretatio. C. 458.
Doeg perfidia. B. 384.
Doeg nomen, & genus perpenditur. 285. D.
idem Syrus appellatus. A. 285.
Doeg fuiſſe nuncium interfecti a ſe Saulis, a quibuſdam exiſtimatur, a quibuſdam aliis verò ejus filium. B. 285.
Doec alluſio in etymologia nominis improbata. 292. C.
Dolor de peccato commiſſo, medicina mali. B. 280.
Dolentis, & pœnitentis geſtus. 259. A.
De ſummis doloribus Chriſti allegoria. D. 187.
Domeſtici, & noſtrates, qui habendi ſint. A. 533.
Dominatio imperantis in lingua. 316. D.
Dominus opem ferat illi prout in verſ. 4. Pſal. XL. quibus aptari poſſit. D. 44.
Dominium excellentiæ erga omnes creaturas fuiſſe in Chriſto, etiam ut homo erat, indubitatum eſt. D. 555.
Domus elephantina quæ ſit. C. 135.
De domibus ſpiritualibus loci expoſitio. A 291.
Domus, myſtica expoſitio. A 295.
extrà Domum Dei verſari non eſt bonum. ibid.
Domus Dei nomine prout in verſ. 15. Pſal. 54. quid maximè intelligi debeat. D. 321.
Domus ut a Bernardo applicetur, & exponatur. C 412.
Dona Dei quare proclamanda; hominum quare tacenda. 82. A
Donatiſtæ aſſerentes in Africa ſola Eccleſiam remanſiſſe refutati. 163. A
Donatiſtarum fabella. A. 190.
eorumdem nugæ. 222. D
eorumdem ab Eccleſia diſceſſio reprehenſa. 237. A
eorumdem ad Schiſma ſuum abuſus. 239. B
adverſus Donatiſtas qua ſententia uſus ſit Auguſtinus. D 409.
adverſus eoſdem de Eccleſia non ubique diffuſa argumentum. 484. C.
eorumdem argumentatio, non valere ab Hæreticis colatum baptiſmum refutata. 484. C.
Donec adverbium aliquando pro determinato, aliquando pro indeterminato tempore ſumitur. A 349.
ejuſdem particulæ, & ſimilium ſumtio. A 581.
in Donis Dei cavendum, ne nos priores, ipſum poſteriorem faciamus. A 381.
Dona Spiritus Sancti juſtorum omnium ſunt, ſimulque dantur cum gratia ſanctificante. 510. C
Dormire conturbatum, quid ſit. C 351.
Dormire Dei, quid ſit. A 99. & per totam.
Dorſum unde dictum. 550. B
Draconum, & Struthionum proprietates. C 279.
Ducere in bonis dies ſuos, qui dicantur. B 538.
Dulcia cum degenerant amariora evadunt. 437. D
Duplicia pro multis. 508. D
Duo pro pluribus aliquando ſumuntur. A 420.
Dydimi obſervatio ſuper verſ. 1. Pſal. 42. *gentem non ſanctam*. B. 75.

E

EBrietas bona quæ ſit. D 456.
Ebur an ſit dens Elephanti, an cornu. 135. B
Eboris honor unde ſumſerit initium. C 135.
Eboris frigiditas. 136. A
Ejuſdem ſoliditas, albedo, rubeus color referuntur ad conſtantiam, caſtitatem, martyrium. 136. B
Eccleſia è vulnerato Chriſti latere orta. 138. A
Eccleſia, ideſt, *in Eccleſia magna* prout in verſ. 10. Pſal. 39. variæ Patrum expoſitiones. 35. D
Eccleſiæ auxilium a Domino eſt. 38. A.
Eccleſiæ typus Lazarus mendicus. A 565.
Eccleſiaſticis viris honores a Principibus delati. 147. D.
Eccleſia propter communionem Sanctorum multo mirabilior. Theatro apud Heracleam Lacedemoniorum. C 152.
Eccleſiæ judicio ſtandum, & cur. 178. C
Eccleſia, latera Aquilonis cur nominetur. D 184.
Eccleſiaſtæ locus expenditur. B 290.
Eccleſiæ, & mulieris, quæ erat in Civitate peccatrix myſtica declaratio, & comparatio. A. 318.
Eccleſiæ congruens cognomen Columbæ. D 334.
Eccleſiæ votum ad quid. 353. D.
Ecce, vis voculæ hujus oſtenditur. A 373.
Eccleſia quare Judæos ſibi ſubditos toleret, non autem Infideles, & multò minus Hæreticos. 382. C
Eccleſia qua die, juxtà Janſonium initium ſumſerit. B 570.
Eccleſia copioſius triumphat convertendo per ſingulos dies Judæos, quam ſi ſemel conſumeret eos ſimul in ore gladii. 382. D.
Eccleſiæ, & alio um inter perſecutiones ope divinam implorantium apta loci uſurpatio. 402. A
Eccleſia, ut dicatur turrita. 405. B
Eccleſia novi teſtamenti locus orationi dicatus, ut Tabernaculum in vetere. B 422.
Eccleſiæ verba in quoddam officio Eccleſiaſtica hedomada Paſchæ irridentia Judæos. C 442.
in Eccleſia ſilentium obſervandum. A 447.
in Eccleſiis inſcriptum olim ſupernè ſilentium. 447. C
Eccleſiæ, juſtiſque vexatis loci adaptatio. 474. D
Extra Eccleſiam digne non laudatur Deus. C 515.
Eccleſiæ perpetuitas, ac veluti inſeneſcentia. 582. A
Edom quid deſignet. 401. C
de Edom novem Prophetæ locuti. ibidem.
in voce Edom myſterium non contemnandum. ibid.
Egenorum petitiones præveniens Beatus nuncupatur. 42. C
Egenum, id eſt ſuper egenum, & pauperem intelligenti, diſtinctio ſex bonorum. B 43.
Egentibus documentum proprium. 419. B
Egeſtatem alienam ſublevant, nemo proprius ad Deũ accedit. 43. A
Egredi Deus, ut dicatur. 495. B
Electio interdum reprobationi oppoſita. 450. D
Electio Dei ad beatitudinem quot modis probetur. ibidem.
Electionum quæ a Deo fiunt diſtinctio. A. 450
Electionis nomen quandoque tam latè patens, quam vocationis. 450. C
El per ſe unum de Dei nominibus ſignificans ἰσχυρὸν, fortem. D 422
Elemoſinæ exemplum in Synaſio Epiſcopo, & Evagrio. D 217.
aliud exemplum. 12. C & D 43.
Eleemoſinæ Gregorii XIII. 42. D
in Elemoſina ordo ſervandus, & quis. 42. D & A 42.
Eleemoſinarii, & Athletæ ſimilitudo. A 44.
Eleemoſina redemtionis pretium, 206. B
de Electione Dei Hugonis expoſitio. D 172.
Electi ſæpius mentis oculos in peccatis figunt, quam in bonis operibus. B 252.
Electorum, & prædeſtinatorum duplicem claſſem diſtinguentes confutantur. A 555.
Elephantis prudentia. 136. A
Eliezer quid ſignificet. 376. A

Eliæ in orando compoſitio qualis. B 259.
Eligendi verbum non ad prædeſtinationem pertinet, ſed ad vocationem legis Evangelicæ. D 172.
Eloquentiæ eximiæ obſervatio. B 235.
Eloquium non mutare, & in ſenſibus diverſitatem reperiri pulcrum dicendi genus. 297. C
Elumbis quis dicatur. 550. C
Emphaſi, & reticentia in eclipſi verborum. 296. B
Enim, etenim nonnunquam affirmant, vel nectunt; non ſemper cauſam reddunt. 446. D
E'x particulæ uſus. A 402.
E'κδοιωκειν plus eſt, quam κ'υκω. 529. D
Ephraim ſæpe pro decem Tribubus inſcripta. 398. A
Epiſcoporum vacationes. 167. C
in Epiſcopo quid probandum. 238. C
Epiſcopi in Africa linguis radicitus abſciſis pro defenſione veritatis loquebantur. 277. B
Epiſcopus dono miraculi privatus, & cur. ibidem.
Eremi habitatio ſine conſilio non ſuſcipienda. D 424.
Eremos, & clauſtra petentes undè potiſſimum ad id moveantur. B 316.
Erepi de luto quid ſit. B 540. de Chriſto, ut intelligatur. ibidem. Auguſtini explanatio. ibidem.
Error nec parentum, nec majorum ſequendus, ſed auctoritas ſcripturarum, & imperium Dei docentis. B 143.
Error Neſtorii, & aliorum. B 116. & B 55.
Error eorum, qui animam divinæ naturæ particulam volunt, refutatus. 47. A
Eructandi verbo generationem divinam Verbi ex Patrum ſententia exprimitur. 106. C
Erubeſcere de peccatis ſuis, ut conſueverit David. 14. B
Erumpendi verbi uſus tranſitivè. 252. A
Eſſe Dei quotupliciter ſumatur, D 9.
E'σία, & *Veſta* unde dicta. A 367.
Ei proeri particulæ uſurpatio. A 428.
Et particulæ item uſurpatio. D 358.
Evangelium pro mercede, vel dono, quod offerenti lætum nuntium dari ſolet accipitur. D 33.
Evangelicæ prædicationis prædicti. D 498.
Euchariſtiæ ſacrificium habet vim dealbandi. 33. A
Euchariſtia rectè teſtamentum dici potest. 227. A
hæreticorum abuſus circa hoc. ibidem.
quomodo in ipſa Chriſtus ſit. A 234.
Εὐχαριστία, ideſt ſacrificium laudis. ibidem.
Euchariſtiam conſecrare, aut ſumere, utrum melius. B 236.
Euchariſtiam indigne ſumens in ſe ipſum, & adverſum ſe convertit zelum Chriſti. 535. C
Euchariſtia viaticum dicta. C 237.
Euchariſtia in manus ſumta communicandi mos. B 239.
de Euchariſtia Pauli locus. C 243.
in Euchariſtiæ ſacramento eſt via, iterve, in quo oſtenditur ſalutare Dei. 244. D
de Euchariſtia locus intellectus. 321. C
Euchariſtiæ convivium. 387. D
de Euchariſtia loci expoſitio. C 457. & 458. A & per totam.
Euchariſtia dux itineris præmiſſa a Clemente VIII. in expeditione Ferrarienſi. A 488.
E'υδοκια 508. C
E'υδοκει, pro εὐδοκοῦσι. B 571.
Eunomius neſciens rationem reddere de compoſitione partium formicæ, convincitur. C 26.
Eva ſola, ſi peccaſſet originale peccatum contractum non eſſet, & cur. 258. B
Evangelium juſtitia dictum, & cur. C 553.
Eudocia Imperatrix multa Jeruſalem ædificia erexit, & dotavit. B 281.
eidem quem locum Davidis accomodaverint nonnulli. D 281.
Euge voculæ derivatio. A 564.
de Eunucho, qui Jeremiam levavit de lacu myſtica expoſitio. 520. C
Euſebio Vercellenſi revelatio facta. D 313.
Euſebii, D. Baſilii diſtinctio notatu digna ſuper verſ. 2. & 3. Pſal. 47. C 98
Euthimius dicens juxtà Hebraicum idioma montes in numero plurali dictos pro monte improbatur. 84. B
Ejuſdem expoſitio de duplici mane, de quo mentionem facit Iſaias. D 29.
Ejuſdem obſervatio, 296. B
Exaudire cur nos debeat Deus. A 102.
Exauditionis, & non exauditionis exempla. 309. D
Exaltare, vel exaltatio pro exultare, vel exultatione. 388. B
Exultare aliquid, & exaltare quid ſint. ibidem.
Exultatio pro commotione, & tremore, A 462.
Exaltare in ſemetipſis, non eſt aliis præeſſe, imperare, ſed inſolelcere, & efferri. 471. A
Extraneus, & alienus pro improbo, & vitioſo. D 533.
Exultationis vox, quid deſignet. A 65.
Ezechiel, quæ de ipſo dicant Epiphanius Dorotheus, & alii D 451.
Expoſtulatio Dei adverſus Hypocritas. 236. D
Expectationes ſeptem in adventu Chriſti. C 12.
Exempli Chriſti, & ſacræ lectionis vis. 30. D
Exſurgere quid ſit. D 488.
Exſurge gloria mea prout in verſ. 9. Pſal. 56. ut ſumi poſſit. C. 355.
Extendere quid ſignificet. D 328.
Exilium, an ſignificetur per ipſum. B 346.
Execrationes Judæorum in Chriſtum, & Chriſtianos ter quotidie. 385. B

F

FAbula ex Hebræis recepta, & ſub nomine Menoch indicata. D 230.
Facies ex Gellio quid ſit, & unde dicta. 490. A
Faciem ſuam Deum avvertere quid ſit. A 109.
Facies Chriſti Deo opponenda eſt a peccatore pœnitente. B 265.
Faciendi verbum abſolutè poſitum pro ulciſci, punire. 256. D
Facere cum aliquo quid interdum ſit. ibidem.
Facere animas quid ſit, & aliæ ejuſdem verbi ſignificationes. ibi.
Facere pro adipiſci, poſſidere. 403. B
Facere animas, amicos, nomen &c. pro acquirere, comparare. 403 C
Facere pro ſacrificare apud Veteres. 478. B
Facundia obmutelcit, ſi egra ſit conſcientia. B 237.
Familiaritate Dei non abutendum. 270. B
Famis in bonam partem interpretatio. 377. D
Fames animæ in bonum interpretatio. D 377.
de fame Gentium, & Judæorum myſticus ſenſus. A 386.
Faſciæ purpureæ pueris, feminiſq; datæ Principum munere. 150. C
Fatum a fando, ut de Deo dici queat. 420. B
Fauſtinus ex quo loco colligat adverſus Arrianos aliud eſſe dicere aliquid factum; aliud quod ſit factura, ſicuti Creari, & Creatura. 388. D
Fel propriè intelligituri illud, quod ex animalibus extrahitur. B 545.
Fel terræ centaurion vocatur, ibidem.
dari fel in eſcam, ut queat explicari. B 547.
Felix qui tanti meriti, tantæq; virtutis eſt, ut ornamentum Eccleſiæ dicatur, & quo Chriſtus velut ornamento veſtiatur. 139. B
Felicitatis conſequendæ optima via. B 109.
Felix, cui Mundus hic ita turbatur, ut non ametur. B 392.
Feræ pabulorum ſocietate miteſcunt. B 321.
per feras Dæmones intellecti. 518. C
per feras Arundinis Hæretici. ibidem.
Fides quare dicatur ſubſtantia. A 9.
Fidem promulgaviſſe inermes homines, imparatos inter miracula maximè admirabile putandum eſt ex ſententia Appollinarii. 38. A
Fides Principis in promiſſis, gratiſſima ſubditis eſt. 121. B
Fides ab Orientalibus ad occidentales delapſa. A 222.
Fides, ſpes, patientia non ita propriè dicitur Deus, ſeu Spiritus Sanctus, ut Charitas. 115. B
Fides non in commemorandis Dei virtutibus trepidare non debet. 471. D
Fiduciam deprecandi prius Deus impertit, cum vult ignoſcere. 481. B
Fidelium victoria qualis. 156. D
Fiducia ex refugio, & adjutorio divino quanta. A 157.
Fidelis martyris mox à cede turbida tempeſtas ſubſecuta cujus rei ſymbolum. 225. B
Figuræ myſticæ Aquilæ, Leonis, & vituli apud Ezechielem quid deſignent. D 557.
Fimbriæ veſtium, & fimbriatæ veſtes, quid propriè denotent. 150. B
Filii Core filios Calvariæ, ideſt fideles filios Chriſti deſignant. 105. D
Filius hominis pro homine. C 114.
Filia magis ſeparatur à Parentum domo, quam Filius. D 143.
Filiæ Judæ, cur potius dictum fœminino genere. D 93.
ex Filiis Dei cum filiabus hominum congredientibus gigantes exiterunt. 233. C
Filii olei qui vocentur a Zaccharia. D 294.
Filii hominum, ideſt omnes homines. D 351.
Filii hominum, non tantùm mali, ſed etiam omnes homines dicuntur. 417. B
ad Figuras recurri non debet litterali relicto ſenſu. 431. B
Filii hominum in deteriorem partem ſæpe dicti, 510. C
Fines terræ ut multipliciter ſumantur. 404. D
Firmare ſermonem quid ſit. 438. A

Firmare ſuper aliquem oculos quid ſit. 434. B
Faciem obfirmare contra aliquos ut dicatur Deus. 438. B
Fæminæ quale unguentum ſpirare debeant, 132. B
Fœminæ virilis animi. C 187.
Fœminas etiam Viro orbatas judicia exerceri dedecet. 493. B
de fœminis vigilantibus inſtar militum in caſtris, Auctoris ſententia. 500. D
Fœnerator Diabolus, ut dicatur. 318. C
Fœderis ritus in feriendo porco. D 226.
Fœcunditatis ſymbolum. A 153.
Folengii conjectura probata. 328. A
Fomitem Virgini prorſus extinxit Spiritus Sanctus in conceptione Filii. A 165.
Fomitis motus qui patitur difficillimum eſt non peccare ſaltem venialiter. ibidem.
Fontes Apoſtoli intellecti. D 515.
Fontium nomine libri Vatum intellecti. C 515.
Fons aſcendens è terra &c. ut habetur in Geneſi, nubes erat. 457. D
Forpicum vocabulo non uſi ſunt Antiquiores. 288. D
Forſitan pro revera. D 319.
de Voculis ἴσως, forſitan forte ἴσχυσι. C 319.
Formarum pulchrarum ſectatores fortitudinem ſuam ad Deum non cuſtodiunt. C 380.
Fornix, ideſt de fornice a Davide, & Saule erecto contraverſia. C 394.
Fortitudo naturalis, & ſupernaturalis munus Dei. D 380.
Fortitudinem naturalem, & ſupernaturalem præcidit, & conſumit Dalila, ſeu concupiſcentia. ibidem.
de fortitudine ſua qui abuti dicantur. ibidem.
Fortitudinis moralis, Gr væi explicatio. ibidem.
Florentia Civitas a flore dicta. 103. D
Fluctus pro tribulatione. B 332.
Flumen Dei, prout in verſ. 10. Pſal. 64. ut exponi poſſit. 457. D
Variæ Patrũ ſententiæ, & obſervationes de flumine Dei. A & B 457
Fraudator alienæ mercedis, *homo ſanguinis* appellatur. B 275.
Frumenti vox quid comprehendat. C 463.
Frumento, adoreo, tritico quæ conveniant. D 463.
de frumento ſenſus myſticus. 464. A
Fumus myſticè quid ſit. D 489.
Fugere pro feſtinare. 467. D
Fugere a facie Dei ut quis dicatur. 489. D
Fugitivi magis de die timent, quam de nocte. 337. D
Fugere dicitur qui latet. 348. C
Fugere nemine perſequente grave ſupplicium. 300. C
Fuga, ideſt de fuga ſæculi, quæ ſcribat Ambroſius. A 314.
ut fugeret Arſenio vox divinitus allata. C 316.
Fungi mali ſimilitudo a Nicola Papa I. uſurpata. 286. C
Fulgentii de remiſſione peccatorum ſuorum a Davide petita obſervatio. A 19.
Fulmina belli terribiles milites dicuntur. 392. C
Futurum pro præterito, multoties in Pſalmis ſumitur. B 326.
Pro præſenti apud Hebræos. A 411.
& pro optativo. A 433.
Furti peccatum. 239. B
Furti myſticus ſenſus. 239. D
Furęs in ſupplicium venditi.

G

GAbriel Angelus quare Mariam nomine ſuo apellaverit. 142. C
Galenus reprehendit eos, qui profitentur ſe noſſe rationem non ſeneſcendi. D 501. & 582. A
Galaad nominis ethymon. D 397.
Gallicum *jotas* unde. B 170.
Galli Gallinacei caſtratio. 203. D
Gallus varii ſaporis in convivio. 231. D
Gallica phraſis de hoſte imminente. 326. D
Gaudium in dilatatione cordis, & in quadam diſtenſione ſanguinis conſiſtit. D 183.
Gaudium pro cœna. B 490.
Genebrardi obſervatio ſuper verſ. 6. Pſal. 52. A 299.
Geneſis locus: *& factus eſt veſpere, & mane dies*, explicatur. 325. C
Gehennæ vox in ſolo extatat teſtamento. B 384.
Generatio pro duplici vitæ ſpatio, ſeu duarum vitarum. D 406.
pro ætate. 407. B
Gentiles Jeroſolymitanum templũ religiosè frequentabant. A 448
Gentes interdum gentiles propriè, & Judæos ſignificant. C 519.
Gentes plurimæ in ſuperſtitione jacentes ſunt, quaſi non ſint. 34. D
Gentium nominibus, habitantium orbem, terrigenarum, & filiorum hominum quid veniat. 199. B
Gentium, & Populorum vocum diſtinctio. 357. A
Gennadii adoleſcentis dubium divinitus in ſomnis exemtum propter eleemoſynam. D 43.
Gentilium cõſuetudo in parentationibus circa ſepulchrum. C 209.
Generis humani propagatio in ſtatu innocentiæ quomodo futura fuiſſet. D 211.
Gentilium opinio corporis ſordium ablutione, ſordes animi ablui. C 262.
Genimina, generationes pro frugibus, ac fructibus, quæ germinant, & adoleſcunt. 459. A
Geometrica diſciplina a quibus, & cur excogitata. 397. C
Geth vocis etymon. D 335.
Geth pro torculari. 336. C
Geſtus dolentis, & pœnitentis. 259. A
Gladii geſtatio, poteſtatis indicium. 117. C
Gladiorum veneratio, benedictio, conſecratio, dedicatio, & alia. 117. D
Gladii, cur modò ad dexterum, modò ad ſiniſtrum femur geſtarentur. A 117.
Gladius cur non incommodè crux cenſeri poſſit. A 118.
Gladium ore, non manu geſtare qui dicantur. 379. D
Gladius cur manus habere fingatur. 432. B
Gloria domus quæ ſit; item quæ ſit *gloria hominis* ex obſervatione Chryſoſtomi. C 216.
Gloria ſæculi non deſcendit cum peccatore: gloria virtutis cum innocente aſcendit. 218. B
Gloria pro arca teſtamenti. C 355, & pro lætitia, & jucunditate. ibidem.
Gloriæ definitio. D 446.
excellentia bonorum gloriæ comparatione aliorum. D 450.
Gloria Patri, gloria Filio, gloria Spir. S. cur ter prius diceretur, nunc ſemel tantum velit dici Hugo. 466. C
Gloriam Deo tribuendam eſſe pro ſanctitate ſanctorum ex quo loco probet Bernardus.
Gloſæ interlinearis Ayguanus, & aliorum expoſitio malè cohærens. 546. B
Gnoſticorum figmenta de variis Dei nominibus;
Gratia Dei tota eſt noſtrum cooperari. B 250.
Gratia Dei ut producatur, utque tollatur. B 270.
Gratiæ Dei ſummæ beneficium. C 283
Gratia habitualis ſanctificans Chriſto data non fuit propter meritum ipſius, ſed ut connaturalem proprietatem ex ea manantem. 131. A
Gratiæ majoris eſt offerre quod non debetur, quam reddere quod exigitur. 307. D
Gratię actualis in prevenientem, & ſubſequentem diſtinctio. 381. D
Gratiæ neceſſitas ex quo loco colligatur. 403. A
pro gratiæ neceſſitate argumentum efficax ex quo loco non ducatur. 403. B
Gratia Dei præſſat in nobis operari, vel cogitare in ordine ad ſalutem æternam, ac meritoria opera exercere. C 417.
Gratiæ vis, ac neceſſitas ex quo loco deducatur. 426. C
Gratiæ divinæ cum ſtellis, ac rore comparatio. C 459.
Gratiæ, quam accepit, qui reſpondet, fructum reddere, non dare cenſendus eſt. C 485.
Gratulatio ad populum Hebræum. B 193.
Græci colentes Bacchum exprobrantur a Scytis. 26. A
Gregorius ægrè pontificium onus ferebat. B 37.
Gregorii XIII. eleemoſinæ. 42. D
Gregorius VII. moriens, quæ verba protulerit. C 127.
Gregorius II. Altſaxonibus ſcribens, quo verſiculo uſus ſit. D 181.
Gregorius reprehendit eos, qui gratulantes electionem novi Epiſcopi decantabant: *hæc dies, quam fecit Dominus* &c. C 192.
Gregorius Papa, & Nicolaus qua ſententia uterentur, ne quis invitus compelleretur Monachus fieri. 307.
Gregorii conſolatio ad Anaſtaſium Antiochenum ſuper verſ. 22. Pſal. 44. B 330.
ejuſdem elegans tractatus de Dei miſericordia. D 388.
Gregorius quo in loco Hyeronimum tranſcribat. 393. D
Gretſeri dictum adverſus Hæreticum. 114. D
Gryphi natura. 329. B
Gulielmi ſcepræi improbatum argumentum. D 305.
Gymnoſophiſtarum, Encratitarum, & aliorum vana ſuperſtitio. 448. A

H

HAbitare in cœlis ut dicatur Deus. A 521.
Halcyonis partus tempeſtates maris compeſcit. B 158.
Hallelujah, quaſi laudate Jah. B 491.
Harpocrati in ſacrificiis acclamationes. B 3.
Harpocratis, & Angenoræ ſimulacra. D 3.
Harpocrates dictus Sigaleon a ſilentio. 447. C
Hæreditas, ideſt diſcrimen inter hæreditatem humanam, & Dei. A 406.
Hæreditatis, ſortis, & partis nomina nonnumquam in deteriorem partem. B 497.
Hæretici mendicitatem religioſam appellant inſtitutum inutile, ac noxium. 40.

iidem negantes fas eſſe Religioſis operari, & laborare pro victu refelluntur a Bellarmino. 40. C
iidem negantes eſſe orandum Deum, qui ſcit omnia. C 72.
iidem tribuentes Chriſto ignorantiam, & improprietatem in loquendo refelluntur. 115. D
Hæreſiarchæ blaſphema verba de Chriſto, ut puro homine. B 116
Hæreticorum cum ſcripturis repugnantia. C 127.
eorumdem frigidus error. B 143.
iidem quibus verbis abutantur ad refutandas ſacras ceremonias. 151. B
Hæreticorum ſectæ inconſtantes, & parum durabiles. 155. A
eorumdem controverſiæ, volentium defeciſſe Eccleſiam Catholicam. ibidem.
Hæreticorum error circa preces ſanctorum. 205. B
Hæretici tollentes invocationem ſanctorum, & operum neceſſitatem cavendi. 206. B
negant Chriſtum deſcendiſſe ad alios Inferos, quam ad ſepulchrum. B 213.
quo loco abutantur ad uſum ſolemnium etiam precum idiomate vulgari. 176. D
eorumdem fraudes. A 240.
Hæreſis nulla, niſi propter gulam, ventremq; conſtruitur. 299. D
Hæreſeon utilitas. 330. C
contra Hæreticos duæ ſententiæ breviſſimæ. 353. A
ad eoſdem applicatio. A 366.
eorumdem ingenia a Gregorio notata. B 114.
eorumdem improbata doctrina. B 417
Hæreticis grata interpretatio de Chriſti deſcenſu in inferiores partes. 431. A
Ad Hæreticorum auctores accommodatio. 433. A
Utilitas quæ provenit ex diſputatione cum hæreticis. 519. C
Hebræorum fabulamentum de Araneis, Muſcis, & ſtultitis. 17. B
Hebræorũ commentarii ſuper verſ. 7. 8. & 9. Pſ. 39. rejiciuntur. 28. D
eorumdem in membranis, & chartis involutis ſcribendi mos. B 30
Hebræi ante reditum e captivitate Babylonica non reperiuntur appellati vocabulo Judæorum. C 193.
Hebræis cur injuncta ſacrificia. 233. A
Hebræos purgatorium conſtanter credere quis ſcribat. 216. A
Hebrææ linguæ ſanctitas. C 246.
Hebræorum, aliorumque mos in ſcribendo circa verborum repetitionem. 297. D
Hebræis quæ vitia crebrò a Prophetis objecta. 318. C
Hebræi fingentes os verum terræ a Deo cretum irridendi. B. 322.
eorumdem pro littera ρ uſus φ Græcorum. C 335.
iidem interrogationes adhibent, ut magis affirment. B 346.
iiſdem quæ objiciant Caſtro. 465. B
apud eoſdem idem verbum nonnumquã contrariæ ſignificat. 454. A
ab Hebræis nomen reſurrectionis in titulo Pſ. 65. abraſum. D 464.
Hebræi populi de Sem deſcenſus. B 497.
Helenæ in pictura locus vacuus relictus cum inſcriptione, & cur. 447. B
Heracliti lacrymæ. D. 63.
Herodes quare vulpes appellatus. B 432.
Henoch hebraicè quid deſignet. D 209.
duorum, qui nomen Henoch geſſerunt annotatio. ibidem.
Helviæ Ciceronis matris partus ſine dolore. D 187.
Hermonii majoris, & minoris diſtinctio. 69. B
Hermonii montis ſenſus myſticus, & tropologia. C 69.
Heſichii, & Chryſoſtomi obſervatio. 14. C
eorumdem improbata ſententia. 4. B
Hieronymi nomine quæ circumferuntur commentariæ in Pſalmos illius non eſſe oſtenditur. 41. D & A 57. & 94. D
ejusdem obſervatio ſuper titulum Pſ. 44. C 105.
Hilarii bonum argumentum ſuper verſ. 5. Pſ. 52. 299. C
ejuſdem obſervatio ſuper ſententiam Pauli: *ſi hominibus placerem* &c. 301. A
ejuſdem canon non universè verus. 302. C
ejuſdem accuſatio, & excuſatio. 312. B
ejuſdem lectio cautè attendenda circa electionem ad beatitudinem 450. B
idem aſſerens Chriſtum nonnumquam expertem fuiſſe doloris, ac miſeriæ etiam dum nobiſcum ante mortem degeret excuſatur. D 524.
Hircinus ſanguis exilis. C 233.
Hircini ſanguinis vis. ibidem.
Hirci proprietates hipocritis aptari poſſunt. D 233.
Hædi reproborum ſymbolum. 230. B
Holocauſtum quid ſit. 30. A B 205. & C 229.
Holocauſti ratio maximè martyrio conveniens. 476. B
Holocauſtum medullatum quid ſit. 477. D
Hominis ævum. 9. B
Homo nequam cur arbor inverſa dicatur. A 23.
Homo quare dicendus ſit in Mundum venire quando naſcitur Chriſtus verò ingredi Mundum. A 28.
Hominis viventis denudato corde exemplum. 37. C
Hominis interioris, & exterioris diſtinctio. 53. B
Homo quare vocetur abyſſus. 70. A
Hominum dona, quare ſilentio prætereunda, Dei verò quare proclamanda. 82. A
Hominis duplex mors philoſophis etiam nota. C 98.
Homini quare dictum fuerit: *relinquet Patrem, & matrem, & adhærebit uxori ſuæ &c.* non verò Uxor. C 140.
Homo in eo eſt pulchrior, quod videtur. 149. A
Homo ſpiritualis omni tempore ſabbatizare ſatagit. D. 167.
Hominis conditio in quo Brutis deterior. 212. A
Homines olim inſani ſepulchris ſuis theſauros condi volebant. 217. D
Hominum infelicitas propter quod hic peccant, morientes hic dimittunt, & ipſa peccata ſecum portant. B 217.
Homines terra ſe eſſe recordari debent. 222. D
Hominum feritas in eſu carnium. 233. D
Hominis à Deo contemti argumentum. 236. B
Hominem vitiis contaminatum dedecet in vitia declamare. D 239
Homo qui naſcitur, an implicetur progenitorum malis affectibus. 257. B
Hominum vocabulum abſolutè poſitum pro carnalibus. 300. A
Hominis vita nihil niſi tribulatio, & militia. 308. B
Homines mali vocantur tenebræ. D 312.
Homines ut dicantur aves. C 313.
ad Hebræum hominis vocabulum alluſio. B 336.
Hominem in hominem ſævire non decet. C 336.
Homines velle honorari indignum eſt, contemto Domino. B 339
Homo homini Deus. D 344.
Homo non poteſt bonum interius ſurripere. D 345.
Homo interior magis habet quod Deo offerat. 346. B
Homo cur ρως appellatus. B 367.
Homo ab amore non eſt ignitus, ſed ipſe ignis. 368. A
de Hominis innocentia Quæſtio. B 374.
Homo quo pacto ſine ſuſpicione arrogantiæ laudes proprias exponere valeat. B 374.
Hominem per ſe non poſſe, niſi peccatũ, ut intelligi debeat. 381 C
Homo ut dicatur ſocius ejus, qui non eſt, & ejus qui eſt. B 385.
Homini ſalutis indigo congruens ſententia. 402. D
Homines vanitate vaniores, & eorum conſilia. D 416.
Hominum vanorum diſtinctio ab Hilario ſumta. 417. B
in Hominibus, ut ſperandum non ſit. 417. D
Hominis triplex vita, qualis. 426. A
in Hominis vocabulo vis ab Auguſtino facta. B 443.
de Homine Marino in Batavia nato, quæ narrentur. 452. B
Homines quidam crediti Aquatiles, & marini ob longam aquarum conſuetudinem, & natandi uſum. 452. C
Homicidii gravitas. 275. D
Homerus caſum Ephorbii ex duello cum Menelao ſimilem facit olivæ diſjectæ viventi. D 294.
Honores a Principibus, Eccleſiaſticis viris delati. 147. D
Honor hominis non in eo eſt, quod ſuiſmet manibus Deus illum fecerit, ſed ipſimet gratiæ ſupernaturalibus ornamentis. 211. B
Horarum Canonicarum uſus unde colligi poſſit. C 324.
earumdem celebratio tùm in Choro, tùm extra, bona eſt. D 324.
Hoſtis a veteribus dictus, qui peregrinus eſſet. C 533.
Hugonis inutilis annotatio ſuper verſ. 5. Pſal. 39. 25. D
ejuſdem ſubtilis annotatio in verſ. 17. ejuſdem Pſ. B 39.
ejuſdem quinque documenta ad non ponendam ſpem in hominibus. D 52.
Hugonis Cardinalis, vel Alenſis acuta obſervatio ſuper verſ. 14. Pſal. 44. 148. C
idem diſtinguit bellum quadruplex quod Chriſtus abſtulit. C 165
Hugonis tropologia ſuper verſ. 6. Pſal. 46. 175. A
ejuſdem alia pia, ac ſubtilis explicatio. B 282.
ejuſdem, & Ayguani minus apta explicatio. 304. A
Hugo primus auctor concordantiarum Bibliorum. A 450.
idem reprehendit eos, quorum non unus eſt magiſter Chriſtus a juventute. A 580.
Humiliari, & humiliare ſe ipſum, ut differant. B 4.
Humiliatio Davidis juxta obſervationem quinque litterarum in hebræo nomine factam. B 4.
Humanæ imperfectiones quomodo deprehendantur. 8. D
Humiliatio mulieris pro violatione. D 95.
Humilis ſtatus Piſonis. 101. C
Humilitatem hyſopi herba deſignat. B & C 261.
Hyrogliphica ineffabilitatem Dei exprimentia. 112. C
Hymnus, quem Græci Τριχήριον vocant ex verſ. 3. Pſ. 41. ſumtus putatur. C 60.
Hymnus per Chryſoſtomum res divinior Pſ. B 447.

pro carmine in honorem Dei a Græcis ſumitur. ibid.
Hydropici ſitis, ſimilis eſt ſiti avari. A 414.
in Hydropico per Chriſtum ſanato, antequam phariſæi Domum Ingrederentur, Gregorii obſervatio. ibidem.
Hypocritæ non minus periculosè peccant, & errant, quàm qui corporis morbum ſimulant. 540. D
Hypocritarum ingenium quale. 433. A
Hypocriſis, ac ſimulatio maximè Deum exaſperant, provocantque ad iracundiam. C 470.
Hypoſtaticam unionem Chriſtus non meruit. C 130.
Hyſſopi proprietates. 261. C ejuſdem medica vis. 261. D myſtica applicatio. A 261.
ejuſdem uſus cum aceto ad quid. C 546.
ejuſdem vis ad continendum manantem affluentius ſanguinem. 547. B unionem perſonæ divinæ cum humana natura deſignat. B 261.
de Hyſſopo quid narret Plinius. D 261. Ægyptiorum Sacerdotum mos ibid.

I

JAcens Deus numquam legitur, legitur tamen ſedes, & quare 102. D
Jacob devotum ingenium. 164. A
Idem cujus typus fuerit. ibidem.
Jacob ſupplantatio quid deſignaret. B 202.
Jacob ſciſcitans nomen ab eo, quum quo luctabatur, ei non reſpondetur, & quare. C 303.
ejuſdem votum. 345. A
cur filiũ Beniamin Judæ potius, quam aliis filiis crediderit. A 398.
Jacobus cum Matthæo, & Zachæo peccati vinculis circumdatis in exemplum adducti. 94. A
Jacobus, Joannes, aliique Apoſtoli de qua Tribu fuerint. A 516.
Jacula quid ſint. B 332.
Jaculatoria cur preces quædam breves dicantur. A 331.
Japonii ante Regem ſuum non niſi cũ munere comparent. 147. A
Jaſpidis viriditas quid deſignet. 221. B
litteræ (') ornatus cauſa in compoſitione. B 492.
Idithun fuiſſe unum ex Cantorum Præfectis oſtenditur. 1. A & 409. C & 488. B
pro Idithun legunt alii ὑπὲρ Ἰδιθθὼν. 1. D. fuiſſe genus carminum rejicitur. A 1. an corrupte dicatur. C 1.
Idololatræ quare dicantur qui non ſunt. 20. C
Idumææ ethymon. 127. A
Idumæorum genus Julius Cæſar, ejuſque ſucceſſores a Rabinis dicti. B 390.
Ἰδουμαῖος, pro *Idumæus*. 285. D
Idumæus de homine ſanguinario. B 285.
Idumæa ſub Paleſtina comprehenſa. A 390.
Idumææ diſtinctio a Judæa, & aliis. A 390.
Idumæa malè in ſuperiorem, & inferiorem diſtincta. 422. B
Idumæam quare Conſtantinam Urbem appellet Nebienſi. B 401. quid denotet. ibidem.
ejuſdem deſcriptio. ibidem. quid myſticè ſit. D 401.
de voce Idumææ, & Judææ controverſia. 422. A lectioni ſconciliatio. ibidem.
Idumæa per tropum pro qualibet hoſtili, & inimica terra. 422. B
Jebuſæus undè cognominatus. 403. D
Jebuſæorum contemtus in Dividem. ibidem.
Jejunium ceterarum virtutum fundamentum. 537. C
Idem non eſt corporalis exercitatio, ſed quidam ſpirituale. ibid.
Jejunii effectus. 537. A
In jejunio animam operiri quid ſit. 536. A & per totam tropologicè quid item. D 536.
Jeremiæ adagium, ut intelligatur. C 529.
Jeremiæ deſcenſus in lacum luti tropologica expoſitio. D 525.
Jeroſolyma quadraginta poſt paſſionè annis exciſa. 383. B & 529. B
Jeroſolymæ excidium quale, & quantum. D 551.
urbi Jeruſalem, cur Æliæ nomen inditum fuerit. A 551.
Jeruſalem conſtructa fuit ubi extra portam Dominus fuerat crucifixus, priore funditus everſa. B 551.
ejuſdem deſtructio ab Eſaia. & Pſalmiſta prævisa. 318. D
Jeroſolymitani, & Ephæſini Templi uno, ferè temporis puncto, deſtructio, 282. B
ejuſdem deſcriptio. C 194.
Jeſu nomen contentum in *Jehòvahi*. D 192.
Jeſu nomen tetragramaton eſſe rejicitur. B 192.
Jeſuitæ quare non vocentur Ignatiani a D Ignatio fundatore, ſicut Dominicani, Auguſtiniani, & alii. 136. D
Ignatii viſio, formaque ab eodem canendi Antiochenis tradita. 508. B
d. Ignatius, ſi non auctor exercitationum ſpiritualium, certè inſtaurator. C 167.
Ignis mœroris validior morte. D 7.
Ignis Baptiſmi. A 223.
Ignis doctrinam Dei deſignat. ibidem.
de Igne qui ſub Judicii tempus, vel ipſo etiam die Judicii erit, variæ expoſitiones. 224. D
Ignis, & aqua duo inſtrumenta iræ divinæ. 551. B
Ignis æterni exordia, qui in hac vita experiantur. C 323.
Ignis figurata notio pro tribulatione. 368. B
per Ignem quælibet tribulatio intellecta. A, & B 472.
Ignis charitatis deſignatio. C 472.
In igneo gladio verſatili antè Paradiſũ, obſervatio Ruperti. 473. A
per Ignem res adverſæ deſignantur. ibidem.
Ignorantiæ, & incertitudinis mortis, utilitas. A 7.
Ignotos lædens Latro amicos, paullo minus quam Parricida vocatur. 319. C
Imaginum ars ex umbris nata. 11. A
In imagine hominem pertranſire quid ſit. 11. B & C
Imagines a D. Luca depictæ cum puero Jeſu elegantiam præſeferunt. A 113.
eamdem elegantiam præſefert imago Chriſti, quam Chriſtus ipſe Veronicæ dedit, & miſit Abagaro. A 113.
Imbecillitates infirmorum ſuſtinendæ. 301. B
Immemores Dei multi ſunt, niſi dum in malis ſunt. 219. A
Immortalitas animæ ex quo loco colligatur. D. 219.
Impetrandi a Deo fiduciam tolerantia perſecutionũ gignit. A 305.
Imperfectiones humanę deprehendũtur in lumine vultus Dei. 8. D
Imperator apud quem vera reticentur miſer eſt. B 467.
Imperatorum Chriſtianor. tempore Paſchatis carceres laxandi mos. B 559.
erga Impœnitentes ut ſe gerat Deus. 242. C
Impii invitatio potius ad pœnitentiam, quam ad peccati licentiam. 242. D
Impiis ingratum, & terrificum Dei nomen. D 295.
Impiorum ingenia. C 296.
Impii, *non dimidiare dies*, ut dicantur. 334. A
Impius vivens, & bonis affluens quomodo ſe gerat. 218. D
Impiorum conveniens pœna a tenebris ad tenebras tranſire. A 219.
Impiorum fœlicitas eſt *quaſi*. 216. D
Impii in circuitu ambulare, ut dicantur. 375. D
Impietatis nomen latius acceptum. 449. D
Imponi aliquid ſuper caput alicujus quid ſit. 474. B
In præpoſitio idem aliquando valet, ac *cum*. A 174.
pro *propter*. 467. B
Incantator in Eccleſia Dei quis dicatur. 364. A
Incantationis efficacia non per ſe, ſed ex pacto cum malo genio. C 363.
Incantantium verba nec audiunt, nec intelligunt ſerpentes. ibid.
Incarnatio humilitatem, & charitatem Chriſti magis commendat. C 448.
Incarnationem Chriſti, & liberationem ex Inferno ex quo loco Rabini oſtendant. 216. A
Iniquitatem portare, pro ferre pœnam, & ſupplicium. 553 D
Iniquitatis nomen pro pœna ipſius uſurpatum. 553. C
alluſio ad Incarnationem, in qua ortus eſt Emanuel. A 163.
Incenſum quid ſit, utque differat ab holocauſtis. B 477.
Incenſo, thure, odoribus in ſacrificiis uti ſolemne fuit legi Veteri; Ethnicis, & nunc Chriſtianis. 478. A
Incendia agrorum poſt meſſem. C 291.
Incolæ inquilini, & Advenæ notiones, 18. D
Incolendi verbum pro habitare in terra non ſua. 340. B
Increpationes Patientiſſimo illatæ. 5. A
Incurvatio quid ſit. A 550.
Incurvare animam quid ſit. 354. B
Incurvandi verbum quid importet. B 550.
Indici teli vis. 123. C
Indorum Regi palatia eleemoſyna conſtructa Thomas Apoſtoſt. oſtendit, D 217.
Induere, quid ſit ex ſententia Bellarmini. 463. D
Inebriandi verbum pro plena, atque copioſa fruitione. C 456.
Ineffabilitas Dei quo hierogliphico deſignata ab Ægyptiis. 112. C
Inferni pœnæ, & quibus verbis conſiderentur. 220. A
Inferni conditio, & loci anguſtia poſt reſurrectionem. C 213.
Infernus nomine mortis ab Athanaſio interpretatus. 214. A
Inferni nomina ſeptem. B 22. aliud refertur. 333. B
Infernus oves depaſcere, hoc eſt iis paſci dicitur. 214. B
Idem pro ſepulchro. D 322.
Inferni quatuor regiones diſtinctæ à Catholicis: ſeptem à Judæis. 43. B
Infernus inferior, & ſuperior ex Hebræorum ſententia ut dicatur. 431. C
de deſcenſu viventium in Infernum Abulenſis ſententia. C 322. & 323. D
Inferiora terræ pro matris ventre. A 431.

Inflexum dei perpetuum, ut opus bonum operari poſſimus, undè probet Auguſtinus. C 380.
Infirmiores minus offenduntur, quũ vident puniri iniquos. 370. C
Infirmari apud Hebræos pro incipere. C 497.
Infirmitatem naturalem in Chriſto non fuiſſe, ſed aſſumtam unde colligat Hilarius. A 532.
Infideles in Infernum viventes deſcendunt. B 323.
Infidelium, & malorũ Chriſtianorum terror exemplo Judæ. 319 B
Infinita venialium multitudo non per ſe tantum nocet, quantum unum mortale. D 36.
Infirmitates, & calamitates humanæ undè colligantur. D. 11.
Infantis ſitus in utero matris poſiti. A 257.
Inimici ſuſurrantes ſunt mali Chriſtiani, qui ut licentius vivant dictitant Chriſtum velle omnes ſalvare. 50. D
Inimici ſuſurrantes etiam ijdicuntur, qui illorum mortem expectant, a quibus dignitates, officia, & bona ſperant. A 50
Inimicorum ſarcaſmi, quantos addant gemitus. D 92.
Iniquitatem ſuam quis rectè cognoſcat. B 251.
Iniquitates noſtræ plures ſunt, quàm putemus. B 266.
Iniquitates operari in corde quid ſit. 288. B
Inimici ruina, ut juxtè nos lætificari, & ſine invidiæ culpa ejus gloriam contriſtare poſſit. 306. D
ab Inimico vinci non eſt ferendum. A 321.
Inimici, & odio habentis diſtinctio. 319. D
Injuria quæ ſit atrociſſima. C 318.
Injuriam ſine culpa patiens, an cum culpa, uter magis triſtetur, 533. B
Injuſtè, & gratis quo loco ab Auguſtino ut ſynonyma ſumantur. A 529.
Inimici, & æramenti comparatio. 324. D
Iniquitas ut tranſire dicatur. 349. C
Injuſtis ſemper gravia ſunt verba juſtorum. B 539.
Injuſtus dupliciter qui injuſtitiam fingit dicitur. B 358.
Iniquitatis ratio in quo conſiſtat. 349. C ejus comparatio, ibid.
Iniquitatem corde operari quid ſit. D 359.
Iniquitates in cordè operari in terra qui dicantur. 360. A
Inimicorum mos non quærenda, & cur. B 382.
de Iis non ſumenda vindicta, ſed orandum. C 382.
Iniquitas, & rapina divitiarum ferè origo plerumque in iis, qui ex pauperibus divites evadunt. C 418.
Inimicitias irreconciliabiles quid reddat. 442. D
Innocens aliquando pro rudiore, ac ſimpliciore. B 437.
Innocens de ſupplicio alterius lætari non debet. 370. C
Innocentibus etiam interdum ſupplicia. ibidem.
Innocentii III. & Pii V. decreta de ægris, & Medicis. C 46.
Inopia Chriſti unde deducatur. 40. B
Inopiæ cur, & quomodo ſubveniendum. 42. D.
Inopia externa preſſi medicina præſcribitur. 332. C
Inſpicere quempiam quid ſit. 308. D
Inſpicientis, iniqui, improbi, & ſtulti definitio. 208 B
Inſidiis agere multos in inermem turpius, quam aperto Marte. 411. D
Intelligere pro compati, prout in verſ. 1. Pſal. 40. 42. D
Intendendi verbi variæ acceptiones. C & D 119.
Intercundi verbũ aliquando pro animadvertendi ſumitur. C 219.
Intellectus manuum ut dicatur. 288. B
Intendere quid ſignificet. 310. B
Interna peccata cordis crimen ſunt. 360. A
Intingere pedem in ſanguine quid ſit. 371. A
Invidorum ſagittæ plagæ eorum. 442. A
Inutiles qui, & quomodo dicantur. D 298.
Joannis loci: *quaſi unigeniti à Patre* explicatio. D 369.
Joannis Baptiſtæ, aliorum ab utero ſanctificatio. A 161.
Job quare conticuerit ſeptem diebus. 4. B
de eodem quem locum nonnulli interpretentur. C 298.
eidem certamen poſtremum, & maximum amicorum increpationes fuere. 5. A
Jonas ut intelligendus voluiſſe fugere a facie domini. 489. D
de Jonatha acuta ex manuſcripto Treveti recitatio. 320. D
de eodem improbata expoſitio. A 320.
Jordanis unde ſumat originem. C 68.
quibus titulis commendetur. D 68. amænitas ejuſdem. 457. C cur a Davide Nilo opponatur. 457. C de eodem, quæ narrentur. ibid.
Joſeph, quem pretio Fratres diſtraxerunt typus fuit Chriſti. B 533
Jovem, quaſi voluptatis patrem latini appellant. B 176.
Ira quæ ſit laudabilis. C 391.
Iraſci citra odium quis poſſit. 312. A
Iræ quę ſint conjuncta. ibidem.
Ira Dei major, & judicium ſeverum quando ſint. D 391.
Iram effundere ut dicatur aliquando Deus. 551. B
Iracundorum externum quoddam genus, qui *Amari* ab Ariſtotele appellantur. B 494.
Iris in circuitu a Joanne viſa quid deſignet. 421. C
Iſrael ſibi peculiariter Dominus vindicavit, nec veritus eſt, ne hoc nomine injuſtus exiſtimaretur. C 40.
Iſraelis tropologia, & ethymon. A 84.
Iſraelita notio eſt mens *videns Deum*. 522. B
ſuper Iſrael, ideſt pro Iſrael. 522. C
Iſrael peculiariter pro Jacob. 532. B
Iſidori ad Reges exhortatio. C 217.
Jubilium, ideſt per jubilum intelliguntur omnes melodiæ. D 173.
Jubilium quid ſit, & unde dictum. A 170.
Jubili deſcriptio. B 170.
Judas à Chriſto de Euchariſtia ſermonem habente cur appellatur Diabolus. 48. B
Idem aliquo tempore bonus, & juſtus. 51. A
ſacerdotio initiatus. C 40. ad eumdem applicatio. 286. & A 320.
de eodem quæ notet Ambroſius. 49. C
Laqueo periit antequam Chriſtus reſurgeret, ac forte etiam ante quàm moriretur. C 54.
de ejuſdem proditione, & dominicæ necis crimine loci interpretatio. 318. C à Canianis adorabatur, & cur. B 552.
Judæ nomine quare nemo Chriſtianorum appelletur. D 318.
Judas probroſa apud Judæos locutus. 319. A
quare dixerit: *ego vobis eum tradam*, & non dixerit *Jeſum Chriſtum*. ibidem.
panem conſecratũ detulit, ut præſtigioſum doceret Chriſtũ. A 319
quare unanimis vocetur. C 320.
aliquando fuiſſe bonum, & amicum Chriſti qui velint. C 320.
natura ſalutis incapacem fuiſſe dicentes rejiciuntur. D 320.
Judaizare qui dicantur. 438 D
Judæi paupertatem execrabantur. 556. A
Judæorum peccato in occidendo Chriſto, quod Deus permiſit, quo modo benè Chriſtus uſus ſit. 34. B
de Iiſdem ſub Romanis loci interpretatio. 512. D
Judæi negantes cauſſam ruæ deſtructionis fuiſſe Chriſti mortem refelluntur. 529. C
Iidem à Romanis obſeſſi quo tempore olim Romanis crucifigendum tradiderunt Chriſtum. 548. B
eorumdem opprobrium. 92. D diſperſiones, mala, & clades. D 89.
Iidem à Galatino refutati contendentes Chriſtianos, & ceteros omnes ad Religionem Sabbati propriè dicti obligare. D 167.
Judæos olim tubis uſos fuiſſe ad eleemoſynam dilargiendam, qui præirant rejiciuntur. B 174.
Judæorum populus illiberalis. ibidem.
Judæi negantes Meſſiã veniſſe quo Pſalmorũ loco utantur. C 223.
eorumdem error non attendentiũ duplicem Chriſti adventũ. C 223
Iidem ab Ambroſio, quo loco refutentur. C 246.
eorumdem ſolemnes preces. 267. D
Judæus ex radice ſancta, Gentilis ex infecta. 295. A
Iidem dum terram perdere timent, cœlum perdunt. C 299.
Iidem quem locum applicent Auguſtinus, & Ruffinus. ibidem.
Inexcuſabiles, quòd refutaverint Deum. D 301.
de Iiſdem ob iniquiſſimam Chriſti interfectionem punitis loci interpretatio. D 315. & 316. A
de eorumdem diſperſione, & diviſione loci interpretatio. 316. D
eorumdem contradictio adverſus Chriſtum. C 316.
Iidem Chriſti occiſores ſpreverunt univerſam legem, & teſtamentum. 329. D
eorumdem objectione de nondum advento Meſſia. B 331.
maledicta. & crimina ab iisdem in Chriſtum jacta. 352. B
In eoſdem locus optimè quadrans. C 359. nimis addicti Genethliacis. 361. C venefici Chriſtum verbis blandis alloquentes, quem tamen crucifixum volebant. 364. B
Judæi, judæis ipſis tempore Machabæorũ hoſtes accerrimi. 319. C
de eorumdem, & Gentium converſione ſub finem Mundi myſtici ſenſus. 377. B
Iidem inhibitus ingreſſus Jeruſalem edicto Adriani. 377. C
de Iidem toto orbe ſparſis, & quare Auguſtini interpretatio. 382. A
Iidem, aliiſque Chriſti perſecutoribus, quæ conveniant. 365. C & A 384.
eorumdem cum candelabris lucernam ferentibus, & pueris libros in gymnaſium portantibus comparatio Auguſtini. 382. C
quare ab Eccl. ſint tolerati. 382. C ut Uriæ ſimiles dicantur. 382 D
eorumdem omnium ad unũ jugulatio decreta, & prohibita. A 382.
eorumdem calamitatis nulla orbis pars. 383. D
quanta ſit eorumdem diſperſio. A 383.
Judæorum populo captivo titulo conveniens. D 384.
eorumdem opprobrium. B 350.
eorumdem vocabulo totus populus poſt captivitatem Babylonicam dictus. 398. D
eorumdem odium, quo quæcumque de ipſis dicuntur ad Romanos transferunt. B 401.
Judæi, qui ſuperſunt, ut partes vulpium dicantur. 432. D
de Iiſdem Chriſti hoſtibus, perſecutoribus, & Dæmonibus loci appli-

plicatio. A 430. de iisdem Chriſtum ad mortem appetentibus. D 436.
eorumdem ſermo nequam in Chriſtum in ipſos ceſſit. 438. C
eorumdem nativa vitia obſtinatio, cervix dura, & alia. 438. C
eorumdem ſagittæ, ut factæ plagæ eorumdem. D 441. duplex iniquitas. 439. C
Judæorum, & Paraphraſtis craſſities quo in loco accuſata. 453. A
eorumdem error de peccatis corde tantùm admiſſis. 480. D
adverſus eoſdem teſtimonium de Trinitate productum ab Athanaſio. 486. A
eorumdem nativivitas, juventus, virilitas, & ſenectus. 569. C & 589. D
Judicium, ideſt ad judicium proceſſuro tres neceſſariæ conditiones. B 221.
Judicis Chriſti adventus terribilis. 223. D
in Judicio futura diſcretio. B 224.
de Judicaturis, & judicandis quæſtio. A 225.
Judicii generalis cauſæ multæ. A 226.
in Judicio quo timore ceteri mortales corripi debent, ſi nec parcitur illis, qui ſancti habiti ſunt. A 226.
Judices in generali judicio. B. 226.
in Judicio veriſimile eſt Apoſtolos, & alios qui judicabunt cauſas juſtitiæ expoſituros. D 227.
in Judicio ſtatuentur ante oculos peccatoris peccata. 242. D
in Judicio tormentum ipſa gehenna acerbius peccatorum ſuorum formam intueri. A 242.
In eodem, pectoris cujuſcumque denudatio. A 256.
Judicare in virtute domini quid. D 303.
Judicum mos intra cortinas ſe continendi etiam quum ferrent ſententiam. D 309.
Judicium naturale apud homines facile diſcernendi bona a malis. 359. A
ad Judicandum recte quæ requirantur. A 359.
de Judiciis hominum Hugonis documenta. ibid.
de Judicio univerſali Ambroſii dicta. 43. D
in die Judicii non licebit dicere: *non noveram bonum*. 421. C
Judicii dies quantò longius differtur, tantò erit diſtractior ſententia. B 395.
in Judicio Deus, ut percuſſurus ſit. 395. B
Jupiter unde dicatur. D. 315.
Juris jurandi, pacti, & fœderis quanta religio. 329. C
Jurisconſultorum quæſtio. D 288.
Juramenti forma. D 34.
Juramenti formulæ. B 433.
Juramentum non neceſſarium prohibitum. ibid.
Jurans verum, laudabiliter jurat. ibid.
Juramentũ per Creaturas, non per Deũ, & in Deo prohibitũ. C 433
Juramentam penitus vitanda, & exceſſus cohibendus. ibid.
Jurandi formula, & phraſes Scripturæ, ibidem.
Jurandi Domino modus ſolemnis, & religioſus. D 433.
Jurantibus in Deo laus promiſſa, quid in jurante requirat. D 433.
de generali quaſi juramento Chriſtianorum, quo ſe obligant Chriſto Eſaiæ egregium teſtimonium. 434. A
Jurare Deo, Deum, in Deo, in Deum idem 434. B
in omni Juramento nomen Dei includitur. A 434.
Jurare in Deo, ſive in Chriſto proſe ei devovere, & aliæ expoſitiones 434. B, & per totam.
Juramenta Hebræis uſitata. B 396.
Juſti vocandi ſunt *Advenæ*, peccatores verò *habitatores terræ*. 18. B
Juſtorum viam improbi inlaniam putant, & vocant. 26. B
Juſtos etiam quare Deus repellat. 76. C
Juſti quare conquerantur ſe derelinqui a Deo. B 87.
de quovis Juſto loci interpretatio. D 543.
Juſtorum, & Reproborum mos abſimilis. A 214.
Juſti ſedes, ac throni Dei ab Apollinario vocantur. A 176.
a Juſtis Deus nonnumquam ſe ſubtrahit. C 271.
Juſtus ut ex fide vivat. D 558., & 559. A, numquam ſolus. C 314
Idem non timet mala, quia Deum ſecum habet. B 435.
Juſti vincti in domino, vel domini, ut dicantur. 559. D
eorumdem licentia quum vident vindictam Dei. 293. D
eorumdem, & electorum commoda ex diviſione, & confuſione reproborum. 316. C
Juſtus in mediis tribulationibus bis parato corde, ut dicatur 354. D. pro eo, qui fidem habet. A 370.
eumdem nihil lædit. D 288. ejuſdem cum Oleæ cultu apta comparatio. C 294.
Juſtos quoſdam cur Deus rapiat maturius. 369. D
Juſtus ut liceat lætari de alieno ſupplicio. 370. B
de Juſtis vexatis non male ſentiendum. A 371.
Juſto cuivis Deus oſtendit dura in hac vita. 393. C
Juſtorum opera condignitatem habent ad vitam æternam quatenus ex gratia proveniunt. A 421.
Juſtum nemo odit, niſi qui oderit Deum. 489. B
Juſti, ſi turbentur ab inimicis iidem inimici turbabuntur a Deo. 492. D
Juſtinianus qua lege pacem Theodato Regi conceſſerit. 170. B
Juſtiniani Imperatoris error qualis fuerit. D 524.
Juſtificatio quid ſit. B 385.
Juſtificatio impii quantæ fortitudinis opus. C 387.
Juſtitia pro miſericordia. 451. C. interdum pro bonitate. B 451.
Juſtitiam fingens dupliciter injuſtus. B 358.
Juſtitia noſtra, ut dicatur Dei ſolius. C 579.
Juſtitia Dei ut dicatur aſcendere uſque ad altiſſima. B 582.
Juſtitia originalis quid importet. B 256.
Juſtitia ſevera in Chriſtum 259 B
venite benedicti è cœlo audiens Aprunianus Chriſtianus, & Martyr evaſit. 263. D
Juſtitiã noſtram eſſe internam, & non tantùm conſiſtere in ſola remiſſione peccatorum contra Hæreticos unde colligatur. B 270.
Juſtitia vera cenſeri poteſt quæ reſpectu noſtri eſt mera miſericordia. 276. B
Juſtificationem impius in ſe facere per ſe non poteſt. 299. C
Juſtitiæ ſermo communis, ſed æqui judicii ſtudium, & conſuetudo paucorum. D 358.
Juſtitia quæ debeat eſſe ratione naturali dictante. 359. B
in Juſtitiæ, virtutiſque omnis ſtudium ſemper incumbendum, & ſi juſti vexentur. B 371.
ad Juſtitiæ divinæ majorem cognitionem erga inimicos quid pertineat. D 381.
Juvenes a juvando dicti. A 570.
Juventutem impendens in vitiis, & pœnitentiam ad ſenectutem reſervans, quid agat. D 380.

k

Κατανυξις, & κατανυγμὸς. idem ſignificare ut poſſint. 250. D
Κῦρος. ut exponatur. C 453.
Κύριος. quid ſignificat. D 453.
Κυριδοκεῖν. quid item. 528. B

L

Labia Chriſti quid ſignificent. 34. D
Labia ſua prohibere qui dicantur. ibidem.
Labia ſua prohibent, qui ob noxium pudorem peccata ſua non confitentur. A 34.
Labiorum myſticæ notiones. ibid.
Labia non prohibere aſſiduitatem orationis indicant. C 34.
Labia diſtinguere quid ſit. A 476.
Labiorum diſtinctio in votis noſtris quæ debeat eſſe. B ibid.
Labia duo teſtamenta in ſe conſonantia. B. 110.
Laborantibus excitandus eſt, & invocandus Chriſtus. B 315.
Lacrymarum laudabilium cauſſæ multæ. B 343.
Lacrymarum tùm Chriſti, tùm Matris in Eccleſiis quibuſdam aſſervatio. A 343.
Lacryma Chriſti in quoddam Galliæ oppido jugiter perdurans. A 343
Lacrymæ quomodo vocales, & loquentes cenſeri poſſint. B 17.
Lacrymarum oratio exemplis oſtenditur, ibid.
earumdem utilitas, & pretium. C 17. & 343. D ortus, utilitas, damnum. D 19.
Lacrymæ cur panes dicantur. 62. D
Lacrymæ, & abſtinentiæ Monialium quantum profint. 183. C
Lactantii, & Arnobii diſcipuli ratiocinatio. 233. D. ejuſdem Præceptor quis fuerit, B 173.
Lacedæmoniorum Regnum ſub Ageſilao Claudo, juxta Apollinis oraculum. 268. D
Lacedæmonii Timorem, ſive Formidinem ut colerent. 436. A
Lætitia, ideſt ab ingenti lætitia in repentinam mœſtitiam lapſus undè interdum gignatur. D 271.
Lætitia hominis a peccato liberati. A 276.
Lætitia linguam impediens. 277. A
eadem eſt animi diffuſio. triſtitia animi contractio. A 63.
Lætitiæ, & exultationis applicatio ad ſua peccata confitentes. A 484.
quæ ſumma lætitia, alacritas, ſecuritas, religio. 492. B
Lytitia de Deo, ut dicatur. B 396.
de Lanceæ vulnere inflicto in Chriſti latere locus intellectus. 553. B
Lapſus pedum quid denotet. A 346.
Laquei a Judæis Chriſto parati. C 353.
de laqueo Hugonis tropologia. D 353.
Laqueus, ideſt inter *laqueum paraverunt*, *& paratum cor meum* ut in verſ. 7., & 8. Pſ. 56. egregia paranomaſia. B 354.
Latrones, & plerumque hoſtes parcunt iis, cum quibus recordentur ſe convivium iniiſſe. B 321.
Laudari, ut in verſ. 9. Pſ. 43. quomodo ſumatur ab Ambroſio. B 86.
Laudare in Deo quid ſit. ibid. *laudari in Deo* quid item. C 86.

Laus, ideſt quæ laus, & gratiarum actio ſit Deo offerenda. 234. B
ex laude Dei quanta ſint bona, quæ in nos redundent. B 244.
Laudatio Dei ut ſit ipſi accepta. A 276.
Laudare ſermones in Deo quis dicatur. C 338.
Laudandi ſermones ſuos varii modi. D. 338.
Laverii plenius, cur potius, quàm ſæpius petat David. C. 250.
Laudare in aperto, & clàm maledicere res gravis, ac moleſta. 437. C
qui dicantur Deum decore laudare. 447. A
Laudes divinæ in nulla orbis parte, ullove puncto temporis omiſſo ceſſant ex obſervatio Valentiæ. D 455.
Lavare manus, lavare in ſanguine quid ſit. 371. A
Laurentii martyrium. A 413., & 132. C
ad Lazari mendicini nomen alludens Auguſtinus, typum eſſe Eccleſiæ ut aſſerat. A 565.
Lazarus peccatoribus puniendis deduci ſe per Angelos in æternum requiem eſt lætatus. 370 D
Lazari ulceroſi, & pauperis pium exemplum, & monitum. A 387.
Lazarus è ſepulchro excitatus peccatorum ſymbolum. C 494.
Lectionis ſacræ vis. 30. D
Lectio in textu Regum rejecta. C 285.
Leges, cur a Veteribus νόμοι dictæ. C 201.
Legis nomen pro univerſa Scriptura. 383 D
Legum omnium, quæ conſtitutæ ſunt ratio reddi nequit. 482. A
aliud eſt legem Dei in memoria habere, aliud in intellectu, aliud in affectu. 382. B
Leo Papa IX. Michaeli Imperatori ſcribens adverſus Eccleſiam inſoleſcenti eum comparat cum feris arundinis, & cur. B 518.
Leones quos deſignent. 365. A
Lei Aguuſii proditoris nomen, ut pronuntiari vetitum. D 318.
Leonum varia nomina apud Hebræos. 351. D
Leproſi lotio, & aſperſio. D 261.
Lepræ curandæ balnea plena ſanguine infantum. 262. C
Levitæ pſallendi, & canendi artem præ ceteris callebant. D 175.
Lex Evangelica pſalterii eſt decem chordis docet Valentia. 355. B
Lex Dei in medio cordis tunc dicitur eſſe, quando non ſolùm cuſtoditur mente, ſed etiam fit. 32. B
Lex ſcripta ut æterna dicatur. D 506.
Liber *vitæ ultimus* pro beatitudine. 555. C
Liber *vitæ* & viventium quis ſit. 554. B
de Libro *vitæ* ſumto pro Cœlo Origenis erronea opinio. 554 B
de quo libro vitæ Moſes petierit deleri ex ſententia nonnullorum. 554. C, & C 554.
Libri *vitæ* novem enumerantur. 554. B per totam.
in Libro *vitæ* qui propriè ſcripti dicantur. A 554.
qui in illo ſcriptus eſt, numquam deletur. B 554.
Liber mortis Diabolo accuſatori, & inſtigatori attributus. 555. B
Liber *vitæ*, & *mortis* in Deo ut admittatur. ibid.
Liber falsò adſcriptus Sixto Papæ. D 418.
Liber in malam partem nuſquam in ſcriptura uſurpatum. 555. B
Libri nomen quandoque abſolutè pro libro *Vitæ*. 555. A
Libri aperiendi ad judicandos mortuos, qui ſint. 555. B
Librum perſolvere, cur dicatur etiam *ad umbilicum perducere*. B 30
Liberum arbitrium in nobis eſt. 421. D
Libertas noſtra in eligendo non colligitur ex eo, quod Deus eligat. D 172.
Liberatio myſticè quæ ſit. C 395.
adverſus tribuentes nimium libero arbitrio, gratiæ parum, ſententia. C 293.
Libidinoſus maximè, & Avarus in iiſdem ſe volutat peccatis. D 22
Libidinis princeps locus, Orpheo teſte, talus eſt. 203. D
Libidinis ſedes in renibus. C 258.
Libidinis vitium maximè tenebras offundit menti, obeſtque cognitioni veritatis. C 258.
Libido, ideſt de libidinis, & concupiſcentiæ igne tropologia. D 367
Lilium conſtans ſex foliis unde dictum in hebræo. 103. C
Lilii natura, proprietates, & ſignificationes. 103 D, & A 103.
Lilium præcipuum Angelorum hierogliſicum. B. 103.
Lilia, vel Roſæ inſtrumentis Muſicis inſculpta. 104. D
Limax ſale ſuper eum projecto totum ferè liqueſcit. D 366.
Limacis tropologica applicatio, & comparatio. ibidem.
Linguæ cuſtodiam docet Pſalmiſta. B 2.
Linguæ animantium color indicat futuri fœtus colorem. 3. A
Lingua peccans punitur cruciatu linguæ. ibidem.
cur muro duplici circumdata. 3. D
vitæ, & mortis arbitra. A 3. ut cogitare dicatur. 288. A
eadem prava pejor Idololatria. B 3.
Linguæ primatus inter membra delatus. ibid. ejuſdem varia nomina. A 352.
Linguæ pecudum cur ab Ethnicis adolerentur. 3 A
Linguas interpretum mundandas eſſe oſtenditur exemplo Iſaiæ. ib.
Lingua gladius acutus dicta. A 288. pro verbis, & ſermone ſumpta. 291. A
Linguarum diviſio pro conſiliorum diſſipatione. 316.
Lingnarum diviſio in bonam partem accepta. ibid.
Linguæ maledicæ, ac fraudulentæ in ſcripturis comparatio. 331 C
Lingua, jaculum, gladius, & ſagitta in quam partem nocent. 352. B
Lingua non multum forma diſtans a gladio. A 352.
Linguæ maledicæ deſcriptio. A 252. comparatio cum lingua ſerpentis ibid.
Linguæ paræmia. B 352.
ejuſdem uſus bonus, & malus quo pacto cum gladiis conferri queat. 379. D
Linguæ maledicæ ictus contra auctores redeunt. A 442. & 443. A
Linguæ infimatæ quæ dicantur. 443. B
ſub Lingua exultare quiſi ſit. B 479.
ſub Lingua eſt fibra protendens ad cor. ibid.
Litania græcum verbum a Δεησίσωσον 147 C
Litteratura quam acceptionem habeat. B 578.
Locuples quaſi plura loca tenens. 457. B
Loquendi uſus a Pithagora per quinquennium diſcipulis inhibitus. B 2
de Loquendi formula Auguſti obſervatio. D 303.
Loqui in ore quid ſit. 379. C
Loquendi poteſtas male agendo amittitur. 237. A
Loth uxor cur in ſtatuam ſalis verſa fuerit. D 42.
Lucianus Martyr, quum illi deeſſet altare materiale, ſuper proprio pectore ſacrificare in carcere non dubitavit. 78. D
d. Lucas quare initium generationis Chriſti in Adam retulerit. 154. A
Lucerna regiam Chriſti majeſtatem deſignat. B 224.
Lucernæ in tabernaculo jugiter lucentes. B 294.
Lucifer pro Chriſto. C 386.
Lupus, ideſt e Lupo cur viſum prius hominem vox deſerat C 527
Luſitanorum, & Hiſpanorum navigationes in Orientem pro fide in Chriſtum. C 521.
Lutheranorum error dicentium omnes Chriſtianos eſſe Sacerdotes. 132. C
Lutherus negans Chriſtianis permitti bellum contra Turcas rejicitur. D 165.
de Luthero, & Thoma Muncero hiſtoria. A 364.
Lutorum ſex genera diſtinctio. C 540.
Luto inhærere quid ſit. D 540.
de Luto eripi quiſi ſit. B 540.
Luxuriæ potiſſimus effectus. 250. C
Luxurioſorum, & divitum rebus ſecundis conſtantiæ ſpes. D 22.
Luxurioſorum, & divitum in adverſis nimia animi dejectio. ibid.
Lycurgus, & Socrates, cur vellent offerri Djis rex exigui valoris. D 278.
Lyrani vis facta in panibus corporali, & ſacramentali ſuper verſ. 10. Pſ. 40. B. 51.
ejuſdem erronea expoſitio. 311. C
ejuſdem improbatio ſuper verſ. 15. Pſ. 54. D 321.
ejuſdem, & Cajetani minus accepta expoſitio. 572. D

M

Macedonum ritus libandi panem gladio diviſum. C 321.
Macellum unde dictum. B 89.
Maceriæ ſpecies quatuor. D. 412.
Maeleth, ideſt ſuper verbum Maeleth variè Patrum verſiones. A 297.
Interpretes ſuper verbum Maeleth decepti. D 297.
Maeleth quid ſignificet. ibidem.
Auguſtini ſuper hoc admittitur expoſitio. 298.
Magdalenæ lacrymarum laus. C 17.
Magdalena ex Meretrice pœnitens ipſos Chriſti pedes ſacrarium. & altare conſtituit. D 279.
Magiſtri ſententiarum improbata argumentatio de Charitate qua Deum diligimus, & proximum. 115. A
Magi thure oblato Chriſtum Sacerdotem inter alias cauſſas profeſſi ſunt. 478. A
Magnificandi verbi uſurpatio. 565. A
Magnificare Dominum ſemper quid ſit, & quot bona ex hac aſſidua magnificentia proveniant. B 39.
Magnus quis re vera dicendus ſit, & quibus applicetur. B 171.
Magnitudo regiæ Chriſti dignitatis. ibid.
Malitia pro afflictione ſæpe in ſacris litteris uſurpata. 43. C
Mala, & bona retrorſum averſio explicatur. C 88
Malogranata in Sacerdotis veſte cujus rei ſymbolum. C 175
Maledicentiæ malum. C 240.
Mala creare Deus ut dicatur. B 266.
Malum fieri non virtutis, ſed infirmitatis eſt. 287. A
Mali non homines abſolutè, ſed quaſi cadavera hominum. 287. B
Malus non eſt quis, ſed quaſi quis. D. 551.
Mala poſſe nihil eſt poſſe. ibid.
Malum nemo operatur reſpiciens ad malum. 289. C.
Malitia, ideſt ex malitia peccare quis dicetur. ibid.

Scho-

Scholaſticorum circa hoc error. ibid.
Malevolentia quæ gravior ſit. B 304.
Mala omnia in eos, qui inferunt revertuntur. 306. A
Mala ſibi intentata in alios avertere, ac deprecari non caret juſta ratione. 306. D
Mala improborum ſine Dei ope vitari nequeunt. 324. D
Maledicere clam, & in aperto laudare res eſt gravis. 437. C
Malum eſt impatientia boni. A 569.
Mammona iniquitatis in quo ſenſu vocet Chriſtus divitias. C 418
Manſuetudinis cũ ſeveritate a Rege conjungendę ſymbolũ. 122. B
Mane ſurgentium ſedulitas ad opus denotata. 162. C
Manus poteſtatis deſignatio. 216. C
Mane quid ſibi velit, 388. C
Manuum elevatio ad orantis ritum refertur. B 426.
ritus elevandi manus in oratione, paræmiæ. D 426.
de elevatione manuum Hilarii improbata ſententia. 427. A
Manus levare in nomine eſt jurare in Deo. 427. B
Manendum in Chriſto, ut ipſe viciſſim maneat in nobis. 430. A
Manus gladii cur dicantur. 432. B
Manna cur duplici rore tectum. 496. D. ita tectum, typus Euchariſtiæ cenſeri poteſt. A 496.
Manus pro vi, robore, potentia. D 568.
Marci Pulvilli de morte filii conſtantia, & mandatum aſperum. D. 269.
Mariæ Virginis Immaculatæ Conceptioni ſenſus accommodatitius, 54. C
Mariæ pulchritudo caſtitatis conciliatrix. D 114.
eadem a primo inſtanti ſuæ Conceptionis ab originali peccato exemta. A 161., & 258. B
quo Menſe Divino conſilio nata. 161. B
eadem ſedes Dei quare vocetur. A 173.
Mariæ Virgini non licuit Chriſtum in paſſione conſolari. 543. D
eidem compertum fortaſſis fuit pretium redemtionis fruſtra pendi pro plurimis. 543. D
non peccaviſſe in Adam qui aſſerant. 258. B
eadem confudit Dęmonum principem velut Judith Holofernem. B 350.
cur nata videatur Menſe Decembri. 451. A
eadem in ſignum populorum. 395. A
Maris agitatio, & conturbatio per vomitum ad valetudinem conducunt. A 392.
Mare omne cur Judæi appellarent Tharſis. 188. C
Maris Rubri ſciſſio quid indicaret. 316. C.
Maris nomine pœnitentes deſignantur. 452. D
Maris interpretatio. 452. C
in Maris commotione, & profunditate quæ ſpectanda, & admiranda. D 453.
Mare ut pœnitentiam deſignet. 469. B
Marini homines crediti a conſuetudine aquarum, & uſu natandi. 452. C
de Marino homine in Batavia nato quæ narrentur. 452. B
Maris fundum, ſonum fluctuum ut exponat Hilarius. 454. B
Marochiani R. error in exitu de Ægypto ab aqua portata corpora filiorum Iſrael. B 469.
Marco, ideſt de cõſtructa Eccleſia D. Marco fictitia fabula. D 519.
Marcellino quando præcipiatur ab Athanaſio. 44. Pſalm. recitatio. 106. A
Martyrem non facit pœna, ſed cauſſa. 75. D.
Martyres vindictam proprii ſanguinis a Deo expoſtulant. 100. C
Martyres aliqui quot mortis genera experti ſint. 323. C
Martyrum plures ſtrages feſtis diebus. 338. A
de iiſdem quo ex loco duplicis ſermonis argumentum ſumſerit Berengoſius. 39. B
Iiſdem quando Deus miſertus, & quando iratus. B 391.
Martha, id. & in morte B. Marthæ quæ narret Hugo. D 575.
Martyres in odorem myrrhæ ſequuntur Chriſtum, Doctores in odorem caſiæ. 134. A
in carne Martyrum, & Sanctorum quid honorandum. C 464.
Martinus vulgatæ translationi parum æquus. 104. B
idem a carcere aſſerens Chriſtum non vocatum dominum, niſi poſt reſurrectionem, *quum data eſt ei omnis poteſtas in cœlo, & in terra*, refutatur. B 145.
Martinus Papa V. quo veri. Pſalmorum tamquam ſymbolo delectaretur. A 306.
Martini Diabolo in humana carne adverſanti reſponſum. 339. D
Maſculorum nomina pro fœminis, & viciſſim in Scripturis. 557. C
Matres Bernardi, & Dominici viſæ ſibi ſunt Canes in utero geſtare, & parere. 514. A
Matutinorum antiquitas, & auctoritas. 429. B
per Matutinum perpetuitas, & continuatio deſignatur. D 428.
Matutinum tempus aptum religioſo muneri. 356.
Maximinus malas Mulieres fecit comprehendi, & confiteri, quod Chriſtiani mala feciſſent cum eis. D 93.
Maximinus ab Auguſto impugnatus circa unctionem Spiritus Sancti in Chriſto. 130. D.
Maximinianus cur ſe imperio abdicaverit. C 439.
idem, & Diocletianus Chriſtianorum nomen, columnis ab ipſis inſcriptum deleverunt. ibid.
Mazzarini rationes quatuordecim quibus poſt remiſſum peccatum David lavari amplius petit. A 250.
Medicina eorum, qui extrema premuntur inopia. 332. C
Medici boni officium. A 46.
Meditans æternam Phœnicem imitatur. 7. A
Meditatione rerum divinarum D. Laurentius flammas vel non ſenſit, vel vicit. ibid.
Mediator Dei, & hominum non poteſt eſſe purus homo. B 116.
Meditationis, & *exercitationis* vocum acceptio. 311. A
Meditandi verbum etiam pro vocis prolatione ſumtum. 429. D
Melanchtonis, & Brentii argumentatio. C 253.
Melaniæ Romanæ ſapiens admonitio. 537. C
Mendicitas religioſa ab hæreticis inſtitutum inutile, ac noxium appellatur. 40. C
Mendici Dei ſumus panem quotidianum mendicantes. 40. D
Mendaces in ſtateris qui dicantur. C & D 417.
Mentis cęcitas in nos ab originali peccato derivata, & ab actuali majore effecta. B 36.
Mentis a Deo alienatæ, argumentum. A 271.
Mentis cœcitas oppoſita dono intellectus quæ ſit. D 367.
Menſa malorum cur maledicatur. A 548.
omnes delicias, & bonas declarat. ibid.
Menſa, ideſt, ad menſam tamquam ad carcerem, & tormentum accedendum, D 337.
Menſæ nomine variæ acceptiones. A 548.
Menſura, ideſt, de ſolis menſuris, ac ponderibus externis non curandum. 418. A
Menſa laquei rationem habet. D 548.
Mentiri alicui quid ſit. 467. C
Mentiri pro ſpem fruſtrari. 467. C
Mentiri pro ſubjicere ſe. 467. D
Meritorum, & præmiorum diſcrepantia. D. 139.
Mercatoris menſa, voluptuoſi, & ebrioſi quæ ſit. C 548.
Meſſalæ Corvino quid acciderit. 155. B
Meſſiæ probatio ex quo loco petita a R. Moyſe Hadarſan. 207.
Meſopotamia unde dicta. 390. A
Metus mortis, morte gravior. A 312.
Metus gravis quid efficiat. C 312.
Michaelis Ayguani annotatio. A 275.
Migro in activa ſignificatione. 292. A
Migrare legem, aut morem pro tranſgredi, ibid.
Militis ſupplicium quale antiquitus fuerit. D 117.
Miniſtrum Dei quilibet ſe putare debet in illis, quæ accepit. 13. D
Miniſter voluntarius quam Deo gratus. 307. A
Miſericordiæ ſummum opus fuit Chriſtum ſuſcipere hominum cauſſam. 34. B
Miſericordia non conſueſcit judicare de meritis, ſed neceſſitatibus ſubvenire. C 42.
Miſericordiæ ſymbolum oleum eſſe oſtenditur. D 128
de Miſericordiæ opere ſententiæ. 225. C.
Miſericordiæ magnitudo in quo ſpectanda ſit. B 248.
Miſerationes multæ arguunt multa peccata. A 249.
in Miſericordia Dei quomodo ſperaverit David. B 295.
Miſericordia, & Veritas miſſa Chriſtus ipſe eſt. C 350.
Miſericordia, & Veritas Dei quaſi comites. 357. D
Miſericordiæ Dei altior locus aſſignatus, quàm juſtitiæ, & Veritati. B 357.
Miſereri quandoque quidpiam tribuere ſignificat: *non miſereri* negare. D 376.
Miſericordia non raro ſumitur pro beneficio. 377. A
Miſericordia ſumma Chriſti miſeriã ſummã ſibi copulavit. A 544.
Miſericordia Dei prævenientis ſuorum vota, ac preces. 380. C
Miſericordia Dei, & noſtra, ut dicatur. 381. B
Miſericordia Dei in nos quanta. C 388.
ad Miſericordiam quid pertineat. A 391.
Miſericordia in Scripturis crebrò priorem obtinet locum. 421. B
eadem omnibus Dei operibus optabilior. C 425.
abſque Miſericordia opera juſtitiæ ad beatitudinis perfectæ meritum non ſufficiunt. 426. C
à Miſericordia Domini incipimus proficere, & in bona ſpe ipſo largiente ſervamur. 483. B
Miſereatur veſtri &c. uſurpatio a Clemente V. 483. C
Miſeris ultimum eſt miſerationem perdere. 545. B
Miſſæ initio cur Pſ. 42. recitari ſoleat. B 74.
Mithridati quare adeo multę diverſę nationes obſequerentur. 316
Modus deprehendendi imperfectiones humanas. 8. D.

Moab ut eſſet *ella ſpei* David. A. 399.
Moab ſine Faltre Diabolus eſt. 400. A.
Modus in memoria peccatorum tenendus. D. 251.
Molæ leonum à Hieronymo quæ dicantur. A. 364.
per allegoriam ſumtæ. 365. A.
Monachi Ægyptii rudes alioquin, & indocti tantis virtutibus cur ſint ornati præ aliis. 578. C.
Montes cum terra creatos qui velint, quique non. 453. C.
Montium nomine prout in verſ. 7. Pſ. 64. quid veniat. 453. D.
è Montibus multiplex utilitas. 453. B.
Montis hermonii ſenſus myſticus. C. 69. & tropologia. ibidem.
Monachus perpetua naturæ violentia appellatur. A. 98.
Montaniſtarum error. 108. D.
Monſtra marina quando nautis maximè ſuſpecta. C. 158.
Monachorum duorum conventio. 190. C.
Morbi quare non fuerint in Chriſto, & Matre. B. 46.
Mortis umbra quid denotet. B. 96.
Mori in Chriſto arduum eſt, ſed glorioſum. 98. B.
Mortificatio quid ſit. 98. C.
Mortificatio quotidiana quid ſignificet. ibidem.
Mortificari ſæpe majoris meriti in Dei oculis eſt, quam mori. 98. D.
Mors hominis duplex philoſophis etiam nota. C. 98.
Moritur Deus quare per communicationem idiomatum non cenſeatur abſurda prædicatio. 130. A.
Mors ſecunda quæ ſit. 208. D.
Mors ut Paſtor dicta. D. 213.
eſt paſtor oppoſitus paſtori Chriſto paſcenti ſuos ad vitam. ibidem.
Mors primogenita. 214. C.
Mortis nomen Diabolo conveniens. ibidem.
Mors juſtorum, & reproborum abſimilis. A. 214.
Mortem depaſcere aliquos ut intelligatur ex Treveti expoſitione. B. 214.
Mortales, ut tuti conſiſtant in ſecundo Chriſti adventu, ut ſe gerere debeant. 226. D.
Mores corporis temperamentum ſequentes. 256. D.
de Morte filii Marco Pulvillo nuntiata quæ tradantur. D. 269.
Mortis mors Chriſtus. 290. D.
Morbis remedium quærentes à phylacteriis, & incantationibus reprehenduntur. A. 303.
Mortem ſuper aliquem venire ut intelligi debeat. B. 322.
ante Chriſti mortem idem erat mori, ac ad Inferos deſcendere. 323. B.
inter mortem, & infernum diſtinctio. ibidem.
Mortem venire ſuper aliquem, & *deſcendere in infernum viventes* ſenſu myſtico ut exponat Auguſtinus, aliique. 323. B.
Morte mori, & *morti vivere* quid ſibi velint, utque diſtinguantur. A. 323.
Mori, ideſt, pro eo quod eſt mori variæ circumlocutiones. C. 367.
Mors Dea noctis filia, & Erebi. C. 367.
Mortalitas peccati pellis ſignum gerit. 400. D.
Moveri, ideſt, *non moveri multum* prout in verſ. 3. Pſ. 61. quid ſit. 411. A.
Morientium de Diabolo timor. C. 435.
in morte Domini miſericordia, in reſurrectione potentia attenditur. 421. A.
Mortis exitus ut dicantur eſſe Domini. C. 511.
Mortis exitus unius Chriſti eſt; ceteris, qui veniunt in vitam ingreſſus in mortem. ibidem.
conſolatio ſi quis quæritur ſe morti obnoxium. ibidem.
Mortis, ac reſurrectionis Chriſti teſtimonium apertum. 512. A.
Motus phyſicus cœli incolis Angelis propriè non convenit. 560. B.
Moyſis cornuta facies, ut dicatur. D. 84.
Moyſes de quo libro vitæ deleri ex ſententia nonnullorum petierit. 554. C. & C. 554.
Mos unctionis apud Orientales tempore lætitiæ. 129. D.
Mos cum muneribus ad reges occidendi. 147. A.
Moveri, ideſt *non moveri multum* prout in v. 3. Pſ. 61. quid ſit. 411. A.
Mundus quas alas habere dicatur. 406. A.
Mundi recreatio, & conſtitutio propria pro miraculo non habent. 453. A.
Mundi deſcriptio ſub Deſerti vocabulo in revelationibus B. Birgittæ. B. 424.
Mulieres nudas inter epulas adhibere pro flagitio habitum. A. 136.
Mulieres peregrè adduci ſolent, ut aliis forma concedant. C. 137.
Mulier cur facta mollior, & pulchrior Viro. D. 149.
cur barba careat. ibidem.
Mulieres virginitatem colentes Matres Chriſti ut ſint. C. 151.
Mulieris parientis dictum. B. 187.
in partu uteri aperitio res divini miraculi. C. 187.
Mulierum nonnullarum faciles partus. ibidem.
Mulieres pro regionum diverſitate aut ægrius, aut levius pariunt. D. ibidem.
Mulieribus quare ſilentium imponatur. 410. D.
Multi pro impudentibus, viliore multitudine, viliſſimiſque quibuslibet uſurpari docet in Scriptura Euthymius. A. 572.
Multi in recordationibus peccatorum, in delectationes inſipientur indunt. D. 251.
Mulum, mulamve Deum non creaviſſe unde inferat Nyſſenus. D. 285.
de Mulo, mulave Nyſſeni tropologia. D. 285.
Mulieribus Thebanis ſolis cur templum Herculis ingredi licuerit. D. 42.
Muri Civitatis pro Principibus, & Magiſtratis ſumti. 317. A.
Muri noſtri qua cuſtodia muniendi. 317. C.
Murus bonus ſilentium. ibidem.
Muri externi Mulieribus, non viris fortibus neceſſarii. 317. D.
Muri virtutum perneceſſarii. A. 317.
Murorum veneratio. ibidem.
Muris tranſiliendis periculum. ibidem.
Muſcæ, ſtulti, & Araneæ fabulamentum Hebræorum. 17. B.
Muſarum invocationes apud Poetas. B. 109.
Muſicæ utilitas in conviviis. D. 538.
Mutationes perſonarum repentinæ, & ex improviſo in Scripturis. B. 124.
Myrrhæ diſcrimen à Muſco. C. 132.
Myrrhæ gutta. D. 132.
Myrrha prodeſt cordis imbecillitati. 133. A.
Myrrhæ Chriſto à Magis oblatæ myſterium. 133. C.
Myrrha prima, & ſecunda. ibidem.
Myſteria divina putans ſe poſſe comprehendere. Eunomycus convincitur à Baſilio exemplo formicæ, cujus partium rationem reddere neſciebat. C. 26.
Myſterium in numero 44. à Hyeronimo repertum. 106. C.
Myſteria fidei incerta, quomodo intelligendum ſit. A. 259.
Myſteria unde dicta. 260. A.
Myſteria fidiſſimè abſcondenda, & tegenda eſſe, ut velit Lactantius. 260. B.
Myſteria gentium unde dicta. ibidem.

N

Narratio, & *annuntiatio* Deo fieri quando intelligantur. C. 325
Narrandi verbum quid propriè ſignificet. A. 438.
Naturæ opera quanta ſint admiratione digna. C. 26.
Nahum loci expoſitio. 137. C.
Nathan ideſt de Nathan controverſæ opiniones. A. 246.
idem Diaboli opera uſus cum ad David properaret avvertendi à Berſabea periculi gratia. ibidem.
Nathan, cur peregrinum in parabola Davidi propoſuerit. 324. C.
Naturæ cœleſtia tribuentes, cœloſque à divina gratia eximentes ex quo loco refellantur. A. 357.
in ſtatu naturæ corruptæ lumen rationis practicè quale ſit. A. 359.
Naturas hominum per ſe diverſas eſſe dicentes, eorum qui ſalvantur bonam, qui pereunt malam, quo loco abutantur, & Hyeronimi reſponſio iis facta. 361. D.
Naturæ humanæ ſuſceptio à Chriſto facta exponitur. 381. A.
ejuſdem beatitudo. C. 449.
eidem jus aſcendendi in cœlum à Chriſto aſcendente datum. B. 509
Naturæ donũ, ſed etiam gratiam eſſe per Chriſtum arguitur. C. 509
Naturæ opera mirabilia, ſed mirabiliora gratiæ. D. 580.
Natura pudore tacta ſanguinem ante ſe pro velamento diffundens, & obtendens. 533. A.
Naves ab Herode Tharſo Ciliciæ contritæ. 188. D.
Nazianzeni ad Vitalianum ſcriptum. D. 278.
Neceſſitas, ideſt, citò ſolvitur quod neceſſitate fit. B. 272.
Negotiationis deffinitio. C. 578.
Neceſſitas gravis, & urgens compellit ad ingeminationem orationis. C. 348.
Neptuni cognomen, illique Tauri immolatio à mugito Maris taurino ſimili. 159. A.
Nequitia propriè quæ dicatur. D. 323.
Neſcire quod antequam natus ſis acciderit, eſt ſemper eſſe puerum. C. 81.
Neſtorii, & aliorum error. B. 116.
ejuſdem, Photini, aliorumque error dicentiũ Chriſtum prius tempore extitiſſe, ac per ſua merita unionem ſibi meruiſſe. B. 55.
Nicephorus Euthymii exſcriptor. C. 306.
idem compendiarius aliorum tranſcriptor. A. 409.
ejuſdem ſuper verſ. 4. Pſ. 64. oppoſitus loci ſenſus. 449. B.
Nicolaus Papa adverſus Michaelem Imperatorem quid egerit. 348. A.
idem quo uſus fuerit hemiſtichio pro ſymbolo. D. 348.
ejuſdem ad Michaelem Imperatorem Monitum. A. 383.
Niſi etymologia. C. 22.
Nivium vi obrutus exercitus ut perierit. 505. B.
Nix quid ſit. B. 456. in nive coloris albi cauſſa quæ ſit. 263. A.

Super nivem dealbari quid ſit. A. 262.
quam utilitatem terræ nix afferat. B. 456.
Nolano martyri Felici perſecutionem fugienti quid evenerit. C. 349.
Nomen pro proſperitate ſumitur. D. 47.
Nominis Jeſu variæ ſignificationes. 85. C.
Nomen Dei pro Deo ipſo. 97. C. & A. 296.
alia de Nomine Dei. B. 303.
Nomades ſunt homines mixti, & diſperſi. 199. A.
Nomen quo magis Deus delectatur. 248. C.
Nomina, ideſt, prænomina patritiorum malè de Republica meritorum, & capite damnatorum cuilibet ejuſdem gentis patritio indi vetita. D. 318.
idem de perditiſſimo interfectore maximi Henrici Francorum Regis cautum eſt. ibidem.
Nomen proprium patronomicè ſumendi apud Hebræos mos. 516. B
Nota potiſſima religionis Chriſtianæ. C. 27.
Notarius ut primùm dictus. C. 111.
Novacula, ideſt, ex Novacula comparationis rationes, 288. D.
Nubes pro cœlis ſumtæ. 522. D.
Nubium nomen Apoſtolis tributum. A. 457.
Numeri quadragenarii myſterium. B. 41.
Numeri quinquagenarii commendatio. 246. A.
Numeratio populi à Davide facta gravior populo, quàm ipſi. 275. D.
in multitudinis numero vis. C. 313.
Numæ reſponſum audito belli rumore. C. 146.
Numerus ſexagenarius Veneri dicatus. 258. C.
Nuptiarum de novo ritus ignem apponendi cum aquâ in limine domus ad quid. 475. C.

O

OBededom Gethæus unde dictus. B. 285.
Obedientiam Deum velle, non ſacrificium intelligi debet illam potius, quàm iſtud. 28. B.
Obedientia quanti momenti ſit. C. 29.
Obedientia in Chriſto non erat deſerendi vitam, ſed ſervandi juſtitiam. B. 33.
Obedientiæ ſymbolum. C. 142.
Oblationes, & ſacrificia quare Deus noluerit. C. 28.
Obliviſci quomodo dicatur Deus. 73. B.
Obliviſcionis injunctio quanta ſit. 143. C.
Oblivio periculoſa. 243. B.
Oblatio pacifica quid ſit. B. 205.
Obſcuratio oculorum, & incurvatio dorſi quid indicent. B. 550.
Obſervare calcaneum quid ſit. A. 340.
Obturandi verbum unde dictum. C. 382.
Obtrectatorum: & calumniatorum moleſtiæ unum remedium, & quale ſit. B. 331.
OEleimpadii verſio circa mendicitatem quam diſcipulos ſuos docuit Chriſtus. 40. C.
Occaſiones peccandi plures in die, quam in nocte. D. 335.
Oculus, ideſt, quot modis leventur oculi, anima, vox, manus. 527. C.
Oculi, ideſt in oculis Chriſti ſiderum quiddam fuit. 113. B.
Occurſus propriè inter æquales. B. 375.
Occurſum prout vers. 6. Pſ. 58. ut interpretetur Hilarius. ibidem.
Occurſu indicari æqualem Patri filium quid ſit. ibidem.
Occurrens Deo habet ſibi Deum in morte occurrentem. D. 375.
Ὀλιγοψυχία. 315. C.
Odor ſuavis ex cadaveribus nonnullorum ſanctorum. 134. D.
Odii fraterni pericula. 312. C.
Odii extremi exempla. 329. B.
Odio habere gratis laudabile eſt. 529. C.
de odientibus *iniquè*, & de odientibus *gratis* diſcrimen. B. 529.
Oleaſter, & Eugubinus ſentientes aquas diluvii tamquam per fiſtulas, & feneſtras ab aſtrifero cœlo emiſſas ab Abulenſe rejiciuntur. 71. A.
Oleum, quo Chriſtus unctus eſt non fuiſſe materiale, ſed ſpirituale oſtenditur. B. 128.
Oleum eſternum quid deſignaret. D. 128.
Oleum Miſericordiæ ſymbolum. ibidem.
Oleum lætitiæ Spiritus Sanctus. 129. D.
Oleum quo Chriſtus fuit unctus pro gratia ſanctificante, & inhærente ſumitur. B. 129.
Olei uſurpandi ritus in auguratione Regum. B. 131.
ſacra de cœlo ad Regum Francorum unctionem ampulla. ibidem.
Oleum infirmorum. D. 131.
Oleum Charitatis ſymbolum. 132. A.
Olei, & artificioſi detractoris comparatio. A. 240.
Oliva, ideſt ab oliva apta comparatio. 294. C.
Oliva miſericordiæ, & pacis ſymbolum. 294. D.
ex ea injunctio Sacerdotum, Regum, & Prophetarum. ib.
pretium, & proprietates, tardus fœtus, ævum longum, ib.
quomodo dicatur pacis ſymbolum. A. 294.
Oleum in ſacrificio B. 294.
Olea puritatis, & caſtitatis arbor credita. ibidem.
quæ tradantur à Rutilio, Tauro, & aliis. ibidem.
Olivæ noſtræ myſticæ pulchritudo. 295. A.
Olea potus amans, ejuſdemque potatio. ibidem.
ex Olea, & Oleaſtro ſimilitudines à D. Paulo ſumtæ. ibidem.
& alia quam plurima de Oleis, ejuſdemque proprietatibus, prærogativis, & Sanctorum Patrum dictis. ibidem, & C. 330.
Oleum in auriculam ferre, paroemia. C. 330.
Oliva, ficus, vitis, cur regiam illis dignitatem oblatam recuſayerint. 387. D. & quid deſignarent. ibidem.
Olla pro pœnis. 399. C.
Ollæ variæ interpretationes. D. 399.
Ollæ, & Menſæ perplures exſiſtunt amici. 219. C.
Omnes pro generibus ſingulorum quo in loco ſumantur. D. 376.
Ominis mali potiſſimum prodigium. 281. A.
Ὄπλον, ὅπλα. 352. A.
Onera alterius quomodo alter portare debeat exemplo Cervorum oſtenditur. 59. A.
Onyx quid ſit. B. 366.
Operire animam in jejunio quid ſit. 536. B.
Operimentum bonum quod animam tegit quale ſit. 537. A.
non operit in jejunio animam qui ſolo jejunat corpore. 537. B.
Opprobria, quæ homo ab homine pati poteſt levia ſunt cum illis, quæ Chriſtus tulit. B. 543.
Opprobrium unde dictum. 91. C.
inter opera omnipotentiæ quodnam maximum ſit. B. 26.
Opera naturæ quanta ſint admiratione digna. C. 26.
Operum genus quoddam ſupererogationis, & conſilii. B. 250.
de Operibus ſupererogationis locus intellectus. 307. A.
Opera tenebrarum non abjicientibus gloria Dei non exſuſcitatur. 356. D.
Operi hominum merces etiam in hoc ſæculo portata. B. 371.
Opprobrium Domini, ſi gloria eſt, quanta erit gloria ejus. D. 543.
Opera moraliter bona, quæ fiunt naturæ viribus concurſu generali Dei qualia ſint. 381. D.
Operibus noſtris non pœna tantùm, ſed etiam vita æterna redditur. 421. D.
in Operibus Deus potius modum, quàm rem attendit. B. 421.
non ad opera, ſed ad ſcopum Deus oculos intendit. ibidem.
Operariis primis, ac noviſſimis cur idem denarius datus. B. 421.
Opus bonum nonniſi à Deo in nobis, & in Deo à nobis fieri ex quo loco probet Fulgentius. B. 517.
Opus veritatis, & opus Dei ſcire quid ſit. A. 295.
Opes, & thelauri ubi tutiſſimè reponantur. 219. C.
Opinio veterum Theologorum de celebrando feſto. A. 167.
Optimus ut quiſque ſit, curandum eſt ne videatur. B. 149.
Opidum bene munitum quod dicatur. 317. D.
Oratio ſua apud quem dicatur eſſe. C. 72.
Orationis gratia ſuper omnia viro religioſo deſideranda. C. 72.
Oratio ſancti, & peccatoris. 73. B.
Orationis, & Alcionis comparatio. C. 158.
Orantis attentio qualis eſſe debeat. 176. D.
Orationi maximè inſidiatur Diabolus. C. 277.
Orationis, & deprecationis diſtinctio. B. 309.
Orationem deſpicere etiam qui audit quomodo dicatur. C. 309.
quæ Orationes à Deo deſpiciantur. 310. A.
in Oratione Deum invocans ut debet, quid acquirat. 345. B.
Oratio Chriſto attributa. A. 375.
contemplatio Dionyſii de Oratione Chriſti. B. 375.
Oratio perſeverans miſericordiæ munus. 481. A.
Oratio quum tranſire ad Deum non poteſt maximum iniquitatis noſtræ argumentum, & irati Dei inditium. 481. A.
Oratio numquam de manibus deponenda. 481. D.
Orationis cum incenſo comparatio. 562. B.
Orationem ut columbina cum meditatione comparaverit Ezechias. A. 527.
Oranti clamandum, ut quotidianum victum emendicanti. A. 527.
Orare publicè nefas non eſt, ſed tantum eo fine, ut videamur ab hominibus. 516. A.
Orandi tempora apud Hebræos. 325. A.
quare hora tertia, ſexta, & nona orarent: ibidem.
quare Eccleſia orandi ſignum ter populo det. ibidem.
Orandi, & ſperandi ratio in tribulationibus. C. 348.
Orandi fiduciam donat Deus accepta gratia. 350. A.
Orandi tempus maximè neceſſarium. A. 404.
Orandus Deus etiam de iis, quæ dare decreverit, & quare. 458. D.
Oratoris perfecti in Chriſto partes omnes fuere. 515. D.

Oratori

Oratari Eccleſiaſtico longe magis neceſſaria dicendorum præmeditatio, & exercitatio, quam politico. 200. D.
Ordines Eccleſiaſtici quomodo diſtribuendi, & lumendi ſint. D. 195
Ordinum variorum militantium diſtinctio. A. 397.
Ordines pallentium à Bernardo myſticè diſtincti. B. 516.
Ordo Religioſorum munitus locus cur dicatur. 568. D.
Orphani ſpiritualiter qui dicantur. D. 492.
circa Orphanos, & Viduas Magiſtratuum cura. C. 492.
advertus injurias afficientes Orphanos, & viduas Iſidori Peluſiotæ præceptum. 493. B.
Oriens, ideſt, cur ad Orientem nos adoremus Chriſtum, Judæi ad Occidentem. 491. D.
Origenis error de conſecuturis ſalutem poſt judicium, etiam damnatis. 560. A.
ejuſdem ſententia improbata de Angelorum lapſu. 582. D.
ejuſdem erronea opinio de libro vitæ ſumto pro cœlo. 554. B.
eidem optio iniqua facta. D. 236.
Origeniſtarum abuſus ad errorem ſuum inducendum de animæ exiſtentia peccato, vel merito priuſquam demitteretur in corpus. 473. C.
Origenes quomodo intelligendus ſit loqui de remiſſione peccatorum. B. 13. & C. 13.
Oris cuſtodia quando neceſſaria ſit. 4. A.
Oris dignitas, ſed multo magis animi gratiâ ſermonis auget. C. 115.
Oris delicta à Saule commiſſa. 384. D.
Originalis peccati à parentibus aggravatio. 257. B.
Originalia peccata plura eſſe in eodem homine aſſerentes refutantur. 257. C.
Originale peccatum in confeſſione exprimendum eſſe rejicitur. 257. D.
Originale redire, ſi homo actuale committat pariter refutatur. ib.
Originalis peccati, i. e. locus expenditur Iſaiæ & Eccleſiaſtici de peccato originali. ibidem.
Originale peccatum quid ſit. D. 256.
Originale peccatum contractum non fuiſſe, ſi Eva ſola peccaſſet. 258. B.
ab Originali immunis Deipara fuit ex multorum ſententia. 258. B.
Otualdus Mulierus cum communi laicorum hoſtia contentus non eſſet, ſed majorem, quia Sacerdotes utuntur requireret miraculosè repreſſus eſt. D. 199.
Oſſa pro robore, viribus, potentia. D. 300.
per Oſſa ſpes æternitatis deſignatur. ibidem.
de Oſſibus, Geneſis loci interpretatio. ibidem.
in Oſſibus ſuillis minus medullæ eſt. A. 301.
per Oſſa qui aptè poſſint intelligi. B. 301.
Oſtendere rem pro facere. 393. B.
Oſtendere omne bonum pro communicare. 393. C.
Otium Presbyterorum magnum habet negotium. 167. D.
de Otio, & vacatione Bernardi, aliorumque Patrum ſalutaria monita. B. 167.
Ovium proprietates. 89. D.
Ovium prolificatio. 99. C. & 213.

P

PAlæſtina vulpibus abundans. A. 432.
Palæſtinæ nomine cur etiam Judæa veniat. D. 335.
Palæſtinorum nominis ethymon. D. 335.
Palæſtini cur *αλλοφυλες*, dicti. C. 335.
Pallas, Diana, Atalanta pulchræ. 14. D.
Pallere aurum, quia habeat multos inſidiatores Diogenis apophthegma. 504. A.
Pambi dictum. B. 2.
Parabola, proverbium, & ſimilitudo quomodo ſumantur. D. 91.
Parentes corpus producunt, Doctores animam attingunt, & procreant. 140. C.
Paraſitorum, & mancipiorum ingenia. C. 290.
Parabola, & *metibor* pro ut in verſ. 8. Pſ. 59. quid innuant. A. 396.
Particulæ (ὡς) variæ ſignificationes. 412. D.
Parietis, & naturæ hominis egregia comparatio. A. 412.
Parabola quid ſit, qualeſque auctores de hac voce ſint conſulendi. 538. A.
Papæ nomen olim pluribus attributum, nunc uni Romano Pontifici. A. 154.
Panis oblati obſervatio. A. 283.
Panes propoſit. in conſpectu ſuo Deus cur ſemper vellet. A. 387.
Paſtoris nomen frequens, ac familiare in Scripturis. 152. B.
Paſtoralis curæ moleſtias deplorans Greg. quo loco utatur. 526. D.
Paradiſi flumen quodnam ſit. D. 159. & 160. A.
Partus difficilior Mulieri, quàm ceteris animalibus. B. 187.
Paſſio Chriſti magna Miſericordia. 448. B.
Pater verè, & propriè Chriſto mortem præcepit. B. 33.
Patris vocem quomodo ſumſerit Chriſtus dum juſſit orantes dicere; *Pater noſter*. 154. B.
Patris orphanorum, & Judicis viduarum nomina ab hominibus deſpecta, à Deo ſuſcepta. C. 498.
Pater noſter, qui es in cœlis. Cur orantes dicere jubeamur. D. 504.
Patriciorum nomina malè de Republica meritorum à Romanis indi vetita alicui gentis Patricio. D. 318.
Patientia pro expectatione. 569. D.
Patientia Prædicatoribus neceſſaria. B. 458.
ad Patientiam, & ſpem in Deum, contemtumque opum documenta. A. 409.
Paſcua circa Urbes apud Ægyptios ut vocentur. 462. B.
Paſcuorum bonorum copia multum ad lanæ, & velleris copiam, & bonitatem confert. A. 462.
Pauperum petitiones præveniens beatos nuncupatur. 42. C.
Paupertati, & pudori inopum quomodo ſublevandum, 42. D.
Pauperibus omnibus cur ſubveniendum. B. 42.
in Pauperibus latet perſona Dei, & Chriſti. D. 42.
Pauperem, ideſt ſuper egenum, & pauperem intelligenti ſex bonorum diſtinctio. B. 43.
Pauper pro calamitoſo, & ærumnoſo, etiam ſi opulento accipitur. D. 100.
Paupertas Chriſtiana aurea. 139. C.
Paupertas, fames, & ſitis Chriſti quo in loco notentur. A. 232.
in Pauperibus, & mendicis, ut Deus eſuriat, & eſurire dici queat. A. 232.
Pauperes ſpiritu qui vocentur à Chriſto. A. 307.
Paupertas ſecurum præſidium. 317. D.
de Paupertate Franciſcanorum lis magna inter Nicolaum IV. & Joannem XXII. D. 555.
de Paupertate Chriſti circa uſum. ibidem.
Pauperum, & divitum varia apud Judæos nomina. 556. A.
Pauper, & dolens qui tropologicè dicatur. B. 556.
Pauperes ſacrificia laudis promtius offerre Deo, quàm opulenti. poſſunt. A. 558.
Pauperes allegoricè qui dicantur. B. 558.
qui tropologicè. ibidem.
Paulus optans *anathema eſſe Chriſto pro fratribus*, ut intelligatur. C. 554.
Paulus IV. & Chryſoſtomus ferè ſemper in ore habuerunt alias voces *benedictus Deus*. 56. D.
Paula quibus verbis in morte uſa fuerit ex teſtimonio D. Hyeronimi. A. 59.
Paulus Juris Conſultus canticum in alterius infamiam compoſitum Pſalterium vocat. 356. B.
Paulini quæſtio Auguſtino mota. 382. B.
Pauli Eremitæ, & Martini devotionis exempla. 427. A.
Paulus per Beniamin adoleſcentulum adumbratus. D. 515.
Paulus Apoſtolus de tribu Beniamin. 516. B.
eodem nomine dictus, quo primus Rex Saul. ibidem.
Pavor inter cauſſas raucedinis. C. 527.
Pavoris, Palloris, & *Timoris* cultus. 436. A.
Pax Romani Imperii, & vacatio à bellis externis ad quid juverit. B. 64.
Peccator non perfectè liberatur, niſi in juſtitia Dei. D. 567.
Peccatum peccati, ut poſſit eſſe pœna. 533. C.
Peccatum unum Adæ, ut multiplex centeri poſſit. 257. A.
Peccata actualia, ſive demerita per ſubſequens peccatum non redeunt. A. 257.
Peccata quæ ſanguine abluuntur, quomodo *ſanguines* dicantur. 262. C.
Peccator non habet cor. 267. A.
Peccatores à Serpentis, Aquilæ, Accipitris, & Phœnicis prudentia edocti. 268. D.
Peccatorum cum menſtruo ſanguine comparatio. 275. D.
Peccatum ex ignorantia, vel infirmitate aliquam habet excuſationem: ex malitia nullam, & multo minus ex malitia, & lætitia. 286. B.
Peccatum majus delectari peccato jam commiſſo, quam ipſum committere. 286. D.
Peccatum in Spiritum Sanctum quale per accommodationem appellatur: & quale in Patrem, & Filium. 289. D.
Peccatum frequenter nominatur *labor*, & quare. D. 317.
Peccata cur debita vocentur. C. 328.
Peccatori *eſſe alienum à Deo*, & juſto commune eſt. B. 304.
non omnis peccator ſuperbus eſt. ibidem.
Peccatorum indulgentia non ſibi promittenda. 327. D.
Peccata cur debita vocentur. C. 328.
Peccatores, & impii *dimidio dierum ſuorum* ut moriantur. C. 333.
Peccator quivis non tantum ignorans, & imprudens, ſed etiam mendax dici poteſt. D. 361.
Peccata à Deo impunita non ſinuntur. C. 375.
Peccata Deus ad quid in verberibus viſitet. A. 376.
Peccator ut exaudiatur, 480. B.

numquam exanditur ex dignitate perſonæ ſuæ, ſed ex Dei gratia, benignitate, & miſericordia. ibidem.
Peccatorum remiſſio cur non cadat ſub meritum. A. 482.
Peccatorum odia in Deum. 489. C.
Peccati, & peccatorum variæ acceptiones. 490. B.
Peccator quilibet ad amaritudinem Deum natura dulcem inducit, A. 494.
Peccatores maximi, & in malo obſtirmati rectè *in ſepulchris habitare* dicti. B 494.
Peccatorum ſymbolum Lazarus è ſepulchro excitatus. C. 494.
Peccatum omne impatientiæ adſcribendum. A. 569.
Peccata ſeptem modis remittuntur. 785. A.
Peccatore nil vanius. 10. B.
Peccata venialia abſque extraordinario gratiæ auxilio vitari nequeunt, B. 13.
Peccatores cur vocandi ſint habitatores terræ; juſti verò advenæ. B. 18.
Peccatum Judæorum in occidendo Chriſto, quod Deus permiſit, quomodo Chriſtus bene uſus ſit. 32. B.
venialium infinita multitudo per ſe non adeo nocet, quàm unicum mortale. D. 36.
Peccata, & capilli quomodo inter ſe conveniant. 37. A.
Peccata non regnant in quo regnat Deus. 84. D.
Peccatorum mutatio mutationi liliorum, aut florum æquiparata. C. 103.
Peccata præcipua, quibus juſtitia violatur. C. 238.
Peccatores quales rejiciantur ab enarratione juſtitiarū Dei. C. 238
Peccatores *terræ*, juſti *cœli* myſticè dicti. D. 357.
Peccatum quorum majus. 239. C.
Peccatorum ſuorum formam intueri tormentum gehennæ acerbius. A. 242.
argumentatio adverſus communicantes peccatis alienis. 239. A.
Peccati remmiſſio adverſus Pelagianos. B. 247.
Peccator magnus magna indiget miſericordia. D. 248.
Peccatum primum diligenter cavendum ſuo pondere trahens ad alia. B. 249.
Peccata ſcripa, quum quidam ſtudioſus Pariſienſis fateri præ lacrymis nequiret, divinitus omninò deleta. C. 249.
Peccatum, & iniquitas quomodo inter ſe differant. 251. A.
Peccatorum cum Equis Græcorum comparatio. A. 251.
Peccatorum confeſſio. C. 251.
Peccata videre, & cognoſcere quid ſit. C. 251.
Peccatoribus multum prodeſt ſcire quid fecerint. 252. A.
Peccata ab oculis Dei auferenda, non à noſtris. B. 251.
Peccati magna exageratio. D. 253.
Peccatum originale, vide Originale.
Peccatum linguæ color inditium futuri fœtus. 3. A.
Pedes commoveri quid ſit. 472. A.
adverſus Pelagianos teſtimonia. C. 315.
Pellices ſexaginta Perſarum Regi fuere. C. 137.
Pellicum greges à Perſarum Regibus cur tolerati. 138. A.
Pennæ ſperantium in Domino. 314. B.
Pennulæ in pedibus Columbarum quid denotent. 314. C.
Perforationis aurium ritus. 29. C.
Periæ in priori menſa aqua utebantur, in ſecunda vino. 539. A.
Perſarum Rex numquam procedebat pedes in publicum. 129 C.
coram Perſarum Rege ſine munere non comparendi mos. 147. A.
Pedes Apoſtolorum cur à Chriſto loti fuerint. 203. B.
à Pedis planta inchoat vena, quæ libidinem concitat. 203. C.
Perſecutio, ideſt in perſecutionibus ſancta Cypriani exortatio. A. 305.
Percuſſor pro detractore ſumtus. A. 352.
Perſecutio ex Cypriano quid ſit. 392. A.
Pertinax in peccato quodamodo judaizatur. 438. D.
ad Perſecutores Chriſti, & Eccleſiæ applicatio. 439. B.
Peregrinationis generis humani cauſſæ. D. 445.
in Perſecutione fuga imperata benevolentiæ Dei argumentum. 395. D.
Perfectionis interioris cura potior apud nos eſſe debet. C. 468.
Perfidiæ communis in Deum deffinitio. A. 143.
Pes Chriſti Eccleſia ut dicatur. A. 513.
Petitiones noſtræ à Deo quales eſſe debeant. 304. B.
Petitio miranda: *propter inimicos meos ſtrpe me* ut vocetur ab Auguſtino. D. 542.
Petrus, & Paulus cur meritò viri miſericordiæ appellentur. 498. A.
Petrus cur ter Chriſtum negaverit. C. 2.
Petræ myſtica interpretatio. 23. A.
Petro cur dixerit Chriſtus: *vade poſt me, Satana.* D. 38.
idem primum Antiochiæ ſedit, deinde Romæ. D. 184.
Petræ myſtica interpretatio. 23. A.
Phidias cur ſimulacri Minervæ oculos eburneos fecerit. 139. C.
Philippi Macedonis judicium. D. 115.
Philippus Macedo quare Dux bonus, & fortis Imperator à Pauſania negetur. D. 120.
idem contra Nicanorem detractorem ut ſe geſſerit. 277. B.
Philoſophi viri nota pecuniam, divitiaſque contemnere. B. 489.
Philoſophus interfuturus nuptiis elegantiſſimi juvenis, exornavit ſe præter morem, reſpondens ſe id facere, *ut pulcher ad pulchrum iret*. 237. D.
Philoſophi cujuſdam reſponſum interroganti cur tempeſtate maris exorta palluiſſet. D. 157.
Philoſophus moribus, & anima metiendus. A. 149.
Phlebotomia hominem ad prolificationem juvans. 203. D.
Photini hæreſis ponentis Chriſtum prius fuiſſe hominem, quàm fuerit Deus, ſeu unitus Deo. 130. C.
Phraſes Scripturæ. 101. D. & 148. B.
Phraſes Gallicæ, & Italicæ. A. 293. & 294. A.
Phraſes iſtæ: *ſalutare noſtrum, ſpes noſtra* &c. ut differant à *ſalutari*, à *ſpe* &c. B. 415.
Pictura diverſo ſitu conſtituta modo pulchram, modo deformen ut exhiberet imaginem. D. 114.
Pictor malus ab Appelle reprehenſus. C. 149.
à Peritis pictoribus cur aurum parce adhiberi credatur. C. 149.
Pietatis exempla. B. 44.
Pigmalionis aurea oliva. 295. A.
Piloſum cor qui habuerint. A. 267.
Pirate ideſt à Piratis captus Julius Cæſar quid magis ægrè ferret, 93. A.
Piſo humi proſtratus, & os ejus cœno repletus manſuetudinem, & clementiam eſt conſecutus. 101. C.
Piſcium quare ampliſſimum homini communicatum fuerit dominium. A. 230.
Pithagora ſilentium diſcipulis per quinquennium impoſuit. B. 2.
Pithagoræ, & Zenonis forma. 114. B.
Platonis votum de pulchritudine intrinſeca, ac extrinſeca. B. 114.
Plato hominem bigæ ſimilem fecit quæ trahatur à duobus Equis Furore, & Cupiditate: Mens verò deſuper, ſeu Ratio habenas dirigens. B. 120.
Idem in ſecreto facere fas eſſe negat, quod fieri publicè non poſſit. 254. A.
idem quæ ab Ezechiele tranſcripſerit. C. 472,
Plutarchi, & Epicteti præceptum. B. 232.
Plauſus manuum quid propriè ſit. D. 169.
Pluviæ nomen cur doctrina intelligatur. 497. A.
Pluviæ Pater quo ſenſu Deus à Gregorio interpretetur. 497. C.
Pluvia pro Euchariſtia. 497. D.
Poetarum mos verba repetendi. 297. D.
Pœnitentia quantam in peccatore pulchritudinem effiaiat. 144. C.
Pœnitentia noſtra ſpontanea debet eſſe, non coacta. C. 307.
Pœnitentiæ vis. 245. C.
Pœnitentiæ magna vehementia. 263. C.
Pœnitentia externa non negligenda. 280. B.
Pœnitentiæ totius typus videtur fuiſſe vituli aurei cōfractio. 281. A
Pœnitentiæ portæ numquam clauſæ. 452. D.
Pœnæ Photianis ad reconciliationem admiſſis injunctæ. D. 245.
Pontificium onus grave ferret Gregorius. B. 37.
Pontificum, & Prælatorum perpetua ſucceſſio. 154. D.
Pontificum aliquorum epiſtolæ in dubium revocatæ. C. 210.
Pontifici veneratio quæ à Reg. exhibetur in Joſue expreſſa. 172. D
Pontifex Romanus à Rabinis Edumæus Monachus malè appellatur. B. 390.
Pontificis ethymon. 478. B.
Ponendi verbum quid per nonnullos denotet. 91. C.
Ponere aliquem ſibi caput: conſtitui in caput, & non in caudam: fieri hoſtes in capite quid ſint. 398. B.
Poſſeſſio eſt quaſi pedum poſitio. 400. B.
Ponere quidpiam ad aliquid quid ſit. D. 471.
Ponere animam in manu alterius: ponere ad vitam quid ſint. 472. A.
Populus Dei à quibus comedi rectè dicatur. 299. C.
Populi pro qualibet hoſtium multitudine ſumti. 342. D.
Populorum, & gentium vocum apud aliquos diſtinctio, apud auctorem, aliaſque nulla. 357. A.
Populorum, & gentium vocum diſtinctio. 357. A.
Populi, ac Gentes myſticè idem. 357. B.
Porta vocabulo idem locus apud Turcas, aliaſque nationes ut ſignificari ſoleat. A. 538.
in Porta idem ex Auguſtino, ac in publico. 538. C.
per quam Portam Chriſtus eductus fuerit ad Crucem, ibidem.
ex Portis Jeruſalem ſecunda *vetus*, & *judiciaria* dicta. ibidem.
Portæ Civitatis quare à Judæis frequentarentur. 598 C.
Poteſtas nulla major, quam illius, qui ſe ipſum à morte poteſt excitare. 534. D.
Potentiæ, & Miſericordiæ vocibus quid contineatur. 427. A.
Potentia Dei parcendo maximè, & miſerendo manifeſtatur. C. 387.

Potens quis vere cenſendus ſit. 287. A.
Potens in iniquitate quis rectè cenſendus ſit. D. 286.
Poteſtas ſæcularis, & ſpiritualis. D. 253.
Præceptum de prædicanda veritate, ſimulque de ſervanda juſtitia ut factum fuerit Chriſto. B. 33.
Præpoſitio *in* aliquando pro *cum* accipitur. 88. C.
Prædicatores priſci quales fuerint. C. 241.
Prædicationis auctoritas quando concedenda. D. 23.
Prædicatoris proprietates. 111. A.
qui rectè prædicat prius aurem cordis intimæ locutioni inclinat, ut poſtmodum in propoſitionem admonitionis aperiat. 201. B.
Præteritum pro futuro ſæpius in Scripturis invenire eſt. 130. D.
Prædicationem quinque peccata impediunt. A. 236.
quæ Prædicatores mali dicunt bene, facienda, non quæ faciunt mala. ibidem.
quæſtio de eo, qui prædicat in mortali. B. 236.
Prædicatores importunos, & præpoſteros ut deploret Chryſoſtomus. 237. C.
Prædicatorum exemplar Paulus. 238. D.
Prædicator ſermones Dei ut projecere dicatur. A. 238.
Prædicatores: *ut nubes irrigare doctrina, & corruſcare miraculis* dicuntur. B. 357.
iidem quomodo *dentes* dicantur. 365. B.
ad eoſdem adaptatio. B. 377.
iidem *alienari à vulva, errare ab utero* ut dicantur. 361. B.
Prædicatorũ familiæ ſymbolum Canis ore facem geſtantis. B. 377.
de iiſdem myſtica expoſitio. B. 379.
iidem ut *tympaniſtæ* dicti. B. 515.
iiſdem convenientes notiones. 442. C.
de prædicatione humilium Chriſti diſcipulorum expoſitio. C. 441.
Prædicatores boni ſive proficiant in prædicatione, ſive non ſemper debent eſſe patientes. 387. B.
in Evangelico præcone turbatio humilitatis, ac timoris requiſita. 454. B.
quæ debeat eſſe ira Prædicatorum. A. 385.
eorumdem querela ſpe ſua fruſtratorum. C. 386.
Prædicatorem quid tabeſcere, & diſcruciari vehementer cogat. B. 379.
Prædicare infructuoſe duris cordibus quàm grave. C. 544.
adverſus Prædicatorum irriſores myſtica expoſitio. D. 379.
Prælatos alios voluit Deus in Eccleſia, alios ſubditos. 172. B.
Prælati quam ſubjectionem admittant. ibidem.
Prælatorum bonorum alæ quæ ſint. A. 429.
Prælati ut non toti in contemplatione, nec toti in actione eſſe debeant. 502. A.
ad Prælatos malos accommodatio. 361. A.
iiſdem Panigarolæ monitum. ibidem.
Præfecti qui dicerentur apud Hebræos. 515. C.
Præparare idem quod firmare. D. 452.
Prædeſtinati aliquando excidunt à gratia, & juſtitia. 247. A.
Prædeſtinationis beneficium miſericordia magna. C. 248.
Prædeterminationis phyſicæ aſſertores ex quo teſtu nihil evincant. C. 266.
Prævenientis, & primæ gratiæ celeberrimus locus. 381. C.
Preces noſtras à Deo exaudiri quid maximè impediat. A. 480.
Preces breves cur *jaculatoriæ* dicantur. A. 331.
Preces ſolemnes Judæorum. 267. D.
Pretium puellæ violatæ quinquaginta ſicli. 246. A.
Precandi apta formula. B. 277.
Principis fides in promiſſis gratiſſima ſubditis eſt. 121. B.
Principatus, ac regimen Eccleſiæ non pertinet ad laicum Magiſtratum. 154. D.
Principum nomine qui intelligantur. D. 177.
Principum Eccleſiam oppugnantium miſerabilis exitus, P. 186.
Principes Angelos intelligit Bernardus. 515. B.
Primogenitura à Jacob comparata, ut conſiderandi. 173. D.
Probatio ex quo loco petita à R. Moſe Hadarſan. 207. A.
Procopii expoſitio ſuper verſ. 7. *Virga directionis* &c. pro ut in Pſ. 44. D. 126.
Proditores *ſpicei* rectè dicti. D. 302.
in Proditores parœmia. ibidem.
Proditorum genus quantum ſit inviſum, & exoſum. C. 318.
Proditiones, & interfectiones prætextu conviviorum. B. 321.
Projicere curam quid ſit. 332. A.
Promiſſa Deo facta ut adimplenda. 476. D.
Prolopopeja in Scripturis familiaris. 356. B.
Proſperitas hujus mundi inter tentationes cenſenda. 475. B.
Proſper in munere paſtorali periculum ſuum ſpectens quo verſiculo uteretur. A. 313.
Protectores apud Juris Conſultos qui dicantur. C. 383.
de Propagatione generis humani in ſtatu innocentiæ ſententia. D. 211.
Providentia Dei erga res humanas ex quo loco probata. B. 484.
Providentia, & potentia Dei in aquis nubium quàm admiranda. B. 459.
Providentia, & cura Dei in tribus præcipuè conſiſtit. 87. C.
Proverbiorum inſcriptio. D. 91.
Providentia Dei erga genus humanum. B. & C. 40.
Providentia Dei ut à nonnullis male ſit circumſcripta. 171. B.
Prodigia Dei quæ poſuit ſuper terram. 165. C.
Profeſſionis voto emiſſo major reatus peccare. 53. B.
Pronomen *ego* aliquando vacat apud Hebræos. 55. A.
Pronominis redundantis exempla etiam cum emphaſi. 140. D.
Prophetiæ donum aliis prælatum. A. 271.
Proverbiorum locus expoſitus. D. 309.
Prudentia quanta opus ſit his, qui afficiuntur injuria. D. 284.
Pſalmi titulo carentes, cum prioribus titulo inſignitis adnectendi ſunt. C. 566.
Pſalmi qui nihil novi habent in titulo, ſimile præcedenti argumentum continere Græcorum canon eſt. 435. A.
Pſalmi non ſunt eorum quorum præter David nomina gerunt, vel & ſi nomen ſit alterius, & non David. 445. D.
Pſalmos omnes à Davide ſcriptos, certum omninò non eſt. 448. A.
ad ſapienter pſalendum quid requiratur. C. 175.
de Pſalmis titulos omnes abradi voluerunt nonnulli. 488. B
Pſalmorum verſiculi dictionum numero, aut ſyllabarum diſpares. C. 508.
Pſalmorum carmina ad organum cantata. C. 403.
Pſallentes myſticè quos intelligat Euthymius. 515. D.
Pſalmos habentes pro titulo: *in tituli inſcriptionem* malè affirmat Euthymius universè collocati. A. 335.
Pſalmorum generale argumentum eſt hiſtoriæ ordinem non ſervari. 285. A.
Pſalmorum commentarius Ruffino falsò adſcriptus. 24. A.
Pſalli Deo ter cur præcipiatur. 175. B.
Pſallere inſipienter qui dicantur. 176. A.
Pſalmi titulum Core gerentes qui ſint. 57. C.
in diſponendis Pſalmis non ſervatur ſeries rerum geſtarum. 348. D.
Pſalmi 39. prima pars reſpicit Chriſti gloriam de liberatione ſua à morte, & ab inferno; poſterior pars deprecationem ipſius conſtituti in paſſione, & morte. 21. B.
Pſalmum 38. ſilendi patientiam, opportunitatem loquendi, contemtumque divitiarum docere ait Ambroſius. 2. A.
Pſalmi 39. verſ. 8. *in capite libri* quid ſignificet ſententiis Patrum oſtenditur. C. & D. 30.
eumdem negantes convenire Chriſto temerarii cenſendi ſunt. B. 31
in eodem prout in verſ. 17. *& dicant ſemper magnificetur Dominus* undecim bona obſervatur. B. 39.
Pſalmum 40. non interpretari de Chriſto magna audacia, & temeritas. A. 41.
ejuſdem verſ. 7. cur Davidi accommodari non poſſe dicatur. 48. B.
ejuſdem verſ. 10. quando utendũ nobis ſit Ambroſius expoſitor. 52. C.
ejuſdem verſ. 12. & 13. *in hoc cognovi, quoniam voluiſti me* &c. ſatis apte transferri poſſunt ad immaculatam B. Mariæ Conceptionem. 54. C.
Pſalmi 131. 40. 111. & 127. ad beatitudinem alicujus depredicandam, vel ad paupertatem, & mendicitatem commiſerandam apti. C. 41.
Pſalmi 41. verſiculi ſecundi crebra repetitio à Chryſoſtomo imperata. 59. C.
Pſalmus 42. quare initio Miſſæ recitari ſolitus. P. 74.
Pſalmi 44. verſ. 3. uſurpatur ab Eccleſia in Officio Nativitatis Domini S. Mariæ, aliarumque Sanctarum Mulierum. C. 116.
ejuſdem verſ. 9. accommodari poteſt B. Virgini. B. 117.
Pſalmus 45. quibus aptus ſit. A. 156.
eodem quando utatur Eccleſia. ibidem.
ejuſdem verſ. 5. quare Eccleſia utatur ad Matutinum Epiphaniæ. A. 160.
Pſalmi 46. de Aſcenſione. 169. D.
recitatio hujus Pſalmi in Officio divino de Apoſtolis, & in die Epiphaniæ. ibidem.
Pſal. 49. ſuper verſ. ult. *ſalutare Dei* Theodoreti obſervatio. A. 244.
Pſalmi 50. parùm neceſſaria Theodoreti obſervatio. A. 245.
de eodem Pſalmo tractatus plurimi vernaculis etiam linguis conſcripti. B. 245.
in eodem rationes 16. quibus David ſuam cauſam exorat recenſentur ibidem.
ejuſdem laudes. D. 245.
idem Photianis ad reconciliationem admiſſis à nonis Octobris, uſque ad Natalem Domini injunctus. D. 245.
ſuper primam verſ. 6. partem ejuſdem Pſalmi duodecim Patrum ſententiæ recenſentur. 253. A. & D. 253.

uper ſecundam item decem, & tres. 254. C. & 255.
ejuſdem variæ Patrum expoſitiones ſuper verſ.7. item aliæ ſuper verſ.8. *veritatem*. C. D. 258.
ſuper verba, *incerta*, & *occulta* ejuſdem verſ. quinque Patrum ſententiæ. D. 259.
verſ.9. quando ab Eccleſia recitetur. B. 261.
verſ.12. Catharinæ Senenſi recitanti avulſum eſt cor proprium, novumque Chriſti ſcilicet reſtitutum. 267. A.
verſ.16. ejuſdem Pſalmi novem ſenſus. D. 274. & 275. A.
verſ.17. recitatio in Eccleſia, deque eodem quæ ſint obſervanda. 277. C.
ſuper verſ.20. Ejuſdem variæ Patrum tropologiæ. 287. B.
Pſalmus 51. de ſolo Diabolo ab Arnobio interpretatur. D. 288.
idem totus ut applicetur Judæis. B. 289.
Pſalmus 52. cum 3. maximè congruit. 297. C.
idem priori à Nyſſeno annexus. 298. C.
ad intelligentiam verſ.6. quæ ſupplenda ſint ex verſ. præcedenti. 300. D.
verſ. ejuſdem accommodatio ad perſecutores Chriſti, ad Antiochum, Antichriſtum, & ſectatores. 301. A.
Pſalmus 54. tertius eſt, qui de paſſione, & reſurrectione Chriſti latius tractet. 309. B.
ejuſdem verſ. 3. cur habeat finem eundem cum principio. 310. C.
ejuſdem verſ.3. & 4. de paſſione Chriſti interpretatus. A. 310.
verſ.9. duplex ſenſus. 315. B.
verſ.11. variæ Patrum expoſitiones. 317. A. per totam.
verſ.16. variæ item expoſitiones. A. 322.
Pſalmus 56 Chriſto, & cuilibet conveniens. 336. A.
Marcellino cum 53. ab Athanaſio propoſitus. ibidem.
ejuſdem ſuper verſ.3. varietas lectionum. 137. C.
Pſalmus 56. an in ſpelunca ſcriptus fuerit incertum eſt, 348. D.
idem Marcellino ab Athanaſio ad quid propoſitus. A. 348.
idem in Synodo Saleguſtandienſi quo tempore recitari præſcribatur. A. 348.
ejuſdem verſ.11. ad Chriſtum aſcendentem, & ad nos adaptatio. A. 357.
Pſalmi 57. occaſio componendi, directio, & accommodatio. 358. D. & A. 358.
Marcellino præſcriptus ab Athanaſio, & adverſus quos. B. 358.
ſuper verſ.8. variæ Patrum expoſitiones. B. & C. 365.
Pſalmus 58. Chriſti paſſioni conveniens. B. 372.
hujus Pſ. uſurpatio ad quid Marcellino ab Athanaſio imperata. ibidem.
verſ.12. *depoſuit potentes de ſede* &c. myſtica expoſitio. B. 383.
verſ.14. *dominabitur Jacob* &c. moralis ſenſus. 386. B.
Pſalmus 59. triſtis, ac mœſtus male ab Hilario appellatur. 391. A.
Pſalmus 60. Chriſto conveniens, populo in captivitate Babylonica, & Eccleſiæ per totum Mundum propagatæ. C. & D. 403.
Pſalmus 62. Marcellino ad quid præſcriptus. A. 422.
63. cur magis ſpiritualis habendus ſit. 435. A.
idem adverſus inſidias machinantibus recitandus. 435. B.
Pſalmi 64. in tituli verbis diſcordia. D. 444.
ejuſdem uſus in officio Defunctorum. A. 446.
ejuſdem verſ.3. de vocatione Gentium, & de generali reſurrectione intellectus. 448. C. & D.
in titulo Pſ. 5. nomen *reſurrectionis* ab Hebræis abraſum. D. 464.
Pſalmi 66. de incarnatione, & gentium vocatione interpretatus. B. 481.
idem quando Marcellino præſcriptus. C. 481.
hujus cum 6[illegible]citatio, & alia ibidem.
ſuper verſ. 1. *Deus miſereatur* &c. piæ, ac ingenioſæ Hugonis annotationes. B. & C. 482.
Pſalmus 68. [illegible] à David, ſed in Davidem cantatus. C. 523.
idem ſacramentum paſſionis Domini continet. D. 523.
quartus eſt, qui paſſionem, & reſurrectionem Domini latius eloquatur. 524. A.
Pſalmi 70. tituli qui fuerit auctor reperitur. A. 566.
idem cum duobus præcedentibus uſum eumdem habet. A. 567.
Pſalterium pro cantico in alterius infamiam compoſito nonnumquam ſumtum. D. 358.
Pſalterium quid ſit. 336. A.
Pſalterium quale inſtrumentum. C. 487.
Pudicitia ædituus, ac templi Dei antiſtes. 153. A.
Pudicitia ſimilis vaſis templi, ſacrario Domini, Arcæ, ac propitiatorio. ibidem.
Pueri nomen de ſervo, ac filio dictum. B. 542.
Puellas recens natas quomodo tractent Sinæ. A. 150.
Pulchritudo Corporis in Chriſto quæ fuerit ex quorumdam opinione demonſtratur. 113. A.
Pulchritudo ſumma tyrannis, & ſine ſatellitio regnum à Socrate nuncupatur. 114. C.
Pulchri ut differant à robuſtis. ibidem.
Pulchritudo pro robore, *deformitas* pro contrario ſumitur. ibidem.
quod pulchrum eſt nihil exitioſum efficit. B. 114.
Pulchritudinis divinæ, & corporeæ diſcrimen. 117. A.
Pulchritudo animæ præſtat pulchritudini corporis. B. 144.
ut unius pulchritudinem ex quinque, decerpſerit pictor. ibidem.
Pulchritudo interna expoſtulanda. 149. A.
Pulveris proprietates. C. 101.
Pulveres vituli à Moyſe comminuti quid deſignarent. 313. C.
Purgatorium Hebræos conſtanter credere quis ſcribat. 216. A.
de Purgatorio igne interpretatio. C. 399.
Purgari prius oportet, quàm *purgare inſtrui*; quàm *inſtruere*. 269. A.
Puritas animi multum valet ad intelligentiam rerum divinarum. D. 367.
Puſillanimitatis nocumentum. B. 315.
Puteus interitus pro ſepulcro 333. B.
Putei vocabulum συνεκδοχης, ſumptum. 333. C.
de puteo ſenſu myſtico ſignificationes. ibidem.
Pygmeorum in Herculem irrita audacia. 442. D.
Pythiæ reſponſum Brenno Templi Apollinis devaſtatori. 505. B.

Q

QUantitas animæ. C. 9.
Quadragenarii numeri myſterium. B. 41.
Quadriga providentiam, & adminiſtrationem denotans. 120. D.
Quadrageſimali tempore inſtrumenta muſica apud nonnullas Eccleſias prohibita. 356. C.
Quærere ſummo mane quid ſit. 423. B
Quærendi verbum in malam partem ſumtum. C. 430.
ſuper quærendi verbo Hugonis obſervatio. C. 430.
Quoniam pro *quamvis*, ut nonnumquam uſurpetur. A. 326.

R

RAbbi Salomonis de peccato Davidis error. 276. C.
Rabbinorum ſententia ſuper verſ.12. Pſ.55. 346. C.
Rabbini reſurrectionem Chriſti etiam diluculò futuram unde fateantur. A. 356.
iidem aſſerunt Auroram ſuper Meſſiam dormientem numquam veniſſe. ibidem.
Rabbinorum figmentum de cauſſa belli quod geſſit David contra Moabitas. 399. B.
Rachel Idola cur furata credatur. C. 252.
Radii duodecim, ſeu lapides pretioſi in coronis Regum. D. 138.
Radix pro prole. 292. D.
Radix evulſa de terra viventium cujus dici poſſit. B. 292.
Rapiens alienas res anguſtias multas patitur. B. 98.
Raucedinem in paſſione ut contrahere Chriſtus potuerit. 527. C.
Raucedinis ortus ex ſiccitate humorum in faucibus, & arteriis. 527. C. & B. 527.
Rechabitæ Monachorum duces nominantur à D. Hieronymo. 567. A.
Receptacula animarum ſanctarum unde colligantur. 84. B.
Rectores quales, tales & populi. 317. A.
Redimendi poteſtatem homo quantumvis juſtus habere non poteſt. 205. B.
Redemtionis pretium eleemoſyna. 206. B.
Reddere vota quid ſit. A. 235.
Refugium verum ubi ſit. C. 156.
quàm fruſtraneum ſit confugere ad humana præſidia Deo deſerto, exemplis à D. Baſilio relatis oſtenditur. D. 156.
Regi non ſufficit gladius ſine eloquentia. D. 115.
Regis nomen quibus etiam applicetur. B. 136.
Regi quatenus Regi, etſi peccatori Angelus præſes auferri, non videtur. A. 270.
Regis gratiam perdendi, ac facultatum jacturam faciendi timor quid poſſit. C. 284.
de Rege Ægyptiorum quæ tradantur. 272. C.
Reges antiqui agriculturæ, & pecori vacantes. D. 285.
Regum hæreticorum vita brevis. D. 333.
catholicorum longior. ibidem.
Regum nomine, & officia quæ debeant eſſe. 387. D.
Regem ſubditi conſtituunt, non illius utilitatis gratia, ſed propriæ. A. 387.
Reges in obſidione Urbium chirotheçam projicere conſueverunt. 40. C.
Regis nomen ἀχρὲ ξοχὴν pro Meſſia. 407. A.
Rei damnati ſignum non admitti in conſpectum Principis. C. 309.
Reis morituris mos conditum vinum præbendi improbatur. 133. B.
Religionis Chriſtianæ potiſſima nota. C. 27.

Religioſa mendicitas inſtitutum inutile, ac noxium ab Hæreticis appellatur. 40. C.
Religioſis fas eſſe operari, & laborari pro victu contra hæreticos impugnantes oſtendit Bellarminus. 40. C.
Religionis Catholicæ auctoritas. B. 143.
Religioſorum in domibus Deus, & Chriſtus cognoſci debet. 185. D.
Religioſi facientes quædam, ad quæ non tenentur, illis ad quæ tenentur amiſſis, admonentur. C. 229.
Religionis ingreſſum ut exculent aliqui, quo Pſalmi 50. verſiculo abutantur. 279. B.
Religioſis cur lac apponatur ex obſervatione Bernardi. 394. A.
Remiſſio peccatorum cur non cadat ſub meritum. A. 482.
Remiſſionem peccatorum explicans Origenes cautè legendus eſt. B. 13.
Repleri, ſeu *ſatiari in bonum* idem eſt, ac *repleri bonis*. D. 450.
Reprobis ut Deus occurrat. 376. A.
Reprobo Veſpera non eſt, quamvis interdum ſit mane; & meridies. A. 325.
Requiſitio quid ſit. A. 97.
Requirendi verbum quid ſignificet. ibidem.
Reſpectus Dei præſidium noſtrum eſt. 38. C.
Reſurrectio Chriſti confirmata ex teſtimonio verſ. 11. Pſ. 40. C. 53.
qui Reſurrexit futura promiſit: pacem in hac terra, & requiem in hac vita non promiſit. A. 216.
Reſurrectionis typus Aquila. ibidem.
ex generali reſurrectione argumentum Abulenſis non concludens. D. 322.
de Reſurrectione, & incarnatione Chriſti Ayguani obſervatio examata. 465. D.
Reſpectus pro dilectione, & *reſpicere* pro diligere. B. 480.
Reverentia, & verecundia in Deum oritur à majore ſui ipſius notitia. 265. D.
Revertendi verbo quid intelligat Cajetanus. 378. A.
Reus omnium in uno delinquens ut dicatur. 381. D.
Rhamni deſcriptio ex Dioſcoride. C. 368.
triplex genus foliorum, & ramorum, ejuſque proprietates. ibid.
Rhamnum coronæ Chriſti materiam fuiſſe qui velint: alii juncum marinum. C. 368.
Rhamni cum Hericio comparatio. D. 368.
Rhamnus pro Diabolo, & Antichriſto. 369. D.
Rhodus à roſa ſic dicta. 103. D.
Ritus perforationis aurium. 29. C.
Rivus pro loco ubi ſunt congregatæ aquæ, ſive in palude, nube, aut fluvio. A 457.
Rolandi ſpatha. 117. C.
Roma male à Rabinis *Edom* nuncupata. B. 390.
Romanorum, & Boemorum circa nuptias mos. D. 143.
Romanorum Deitates: deque iſtis Lactantii, & Auguſtini acutæ ratiocinationes. 436. A.
Romani imperii pax, & vacatio à bellis externis ad quid juverit. B. 164.
de Romanorum exercitu qui Judæos delevit loci interpretatio. 551. A.
Roris vis, & efficacia. 462. A.
Ros pro pluvia. ibidem.
Rubi aduſti, ſed non combuſti miraculum, imago Eccleſiæ oppugnatæ, ſed non avulſæ. 38. A.
Rubor, *confuſio*, *verecundia* propriè virturis rationem non habent, nec homini probo per ſe competunt. 533. C.
Ructus quid ſit. 107. A.
Ruffini obſervatio de cantico, & carmine. B. 24.
Ruffino commentarius in Pſalmo falsò adſcriptus 24. A.

S

Sabaoth unum de Dei nominibus. 376. C.
Sabaoth non Dei nomen per ſe, ſed adjectum nomini Dei, aut Domini. 376. D.
ab exercitibus Angelorum potiſſimùm denominatio Dei Sabaoth. ibid.
Sabbaticus fluvius ſeptimo die ut ſiccaretur. D. 167.
Sabbati *ſecundæ*, & *primæ*, ut dicantur. B. 180.
Sacrificii uſus, & explicatio. B. 28.
Sacrificia, & oblationes quare Deus noluerit. B. & C. 28.
Sacrificia vetera, ut Deo ſimpliciter non placerent. 32. A.
Sacrificium Euchariſtiæ, & Sacramenti perceptio ut dealbandi vim habeant. 33. A.
Sacrificia externa, ſine interna pietate non accepta. D. 228. & 234. D.
Sacrificiorum veterum, & ceræmoniarum abrogatio. 229. A. & D. 229.
quæſtio de permiſſo hebræis ſacrificio. 229. B.
Sacrificium permiſſum fuiſſe eo modo, quo libellum repudii aſſerentes rejiciuntur. 229. C.
Sacrificia Deorum inferiorum atriora. D. 232.
Sacrificiis Deos ali exiſtimantes confutantur ab Arnobio. 233. C.
Sacrificia rectè, & meritò quæ exigantur. 234. C.
Sacrificii triplicis diſtinctio. B. 234.
Sacrificium indignè offerre ſacrilegium, indignè manducare mortiferum. ibidem.
Sacrificii impietas. C. 234. Sacrificium verum. ibidem.
deo acceptum. 235. A.
Sacrificia vetera, ut permiſſa. 278. D.
Sacrificium Deus ut velit, utque nolit. ibidem.
Sacrificium Eccleſiæ acceptius Deo ſacrificiis antiquis. A. 278.
Sacrificiorum ceſſationis vaticinium. C. 278.
Sacrificiorum multiplex acceptio. 284. B.
Sacrificium voluntarium laudis. 307. B. typus Euchariſtiæ. 346. C.
Sacrificium ſpontaneum quid ſit. B. 307.
diſtinctio myſtica ſacrificii ex voto, ab eo, quod ſponte fit. ibid.
Sacerdotum in veteri teſtamento capilli cur raderentur. 37. A.
Sacerdotibus ſolis licebat introire ad altare in atrio. D. 77.
Sacerdotis in capite inunctio, Regis in brachio. D. 136.
Sacerdotio qui ſint inepti. 268. B.
Sacerdotum cædem exhorrentibus aliis Saul commiſit Doeg. C. 284.
de Sacerdotis officio. 286. D.
Sacerdotes diſſimulantes, & laudantes peccata populi dicuntur ab Oſæa: *peccata populi comedere*. 299. D.
Sacramenti confirmationis, & impoſitionis manuum ritus undè manare videri poſſit. A. 272.
Sacramentarii veteres quo loco abutantur. A. 278.
Sagittæ proprietates ad verbum prædicationis applicatæ. C. 123.
Sagittatio quid allegoricè innuat. D. 437.
Sagittarum myſtica ſignificatio. 442. A.
cum Sagittario perito magiſtratus optimi comparatio. 442. B.
Sagittandi peritia Aleonis, Cambyſis, Domitiani, & Commodi. 123. C.
Sagenæ ex omni piſcium genere congregantis ex Matthæi loco interpretatio. B. 448.
Sæculi gemina acceptio. A. 470.
Salutario Hebræorum pacem imprecando 51. B.
Salutare vultus noſtri quomodo dicatur Deus. A. 67.
Salutatio optima, & apprecatio. A. 163.
de Saladino Babylonis, & Ægypti Rege quæ tradantur. 217. C.
Salvari pro nihilo qui dicatur. A. 341.
Salutaria in plurali quid ſignificent. A. 517.
Samus cur ab Incolis deſerta. D. 527.
Sanctificare prout habetur in textu Joannis 17. 19. *'ego ſanctificabo me ipſum* ſignificat dedicare ſe ipſum, ac veluti conſecrare, & offerre. 130. D.
Sanctificationis nomen pro Conceptionis nomine male ſubſtitutum D. 160.
Sanctum nullum abſque purgatione ignis Judicii poſt reſurrectionem in beatitudinem admittendum aſſerentes ut intelligendi ſint. A. 224.
Sanctitatis magnum, & ſolemne indicium: bonitas, benignitas, eleemoſynæ. 295. C.
Sanctorum auribus, & menti quid potiſſimum gratum accidat. D. 295.
Sancti cur non ſemper a Deo impetrent. A. 309.
quare aliquando perſecutionem fugerent. 314. C.
Savinianus Ticaſſinus Martyr cum adhuc Gentilis eſſet, ejus Pſalmi verſiculum intelligere percuperet. D. 260.
Sancti *ut impleant dies ſuos*, quamvis brevi vivant, pii. C. 333.
Sanctis etiam ipſe ſomnus eſt oratio. D. 428.
Sanctorum varii ordines ab Hilario notati. B. & C. 461.
Sanguis gladii, ut dicatur. 432. B.
Sanguinis guſtus vetitus cujus rei ſymbolum. 275 D.
Sanguinis fœminarum in lac mutatio poſt partum. 262. D.
Sanguis Chriſti clavis Paradiſi. D. 243.
Sapientia ut cordi tribui ſoleat. 37. B.
Sapiens ex actibus terrenis inſtruitur ad declinanda judicia futuri ſæculi. 395. C.
Sapiens delictum ſuum ante ſe eſſe, ut judicet. 252. D.
Saul quanto ſævior, tanto timidior. 315. C.
Sauli Deum præcepiſſe: *univerſæ Amalech demoliri* quid myſticè ſit. 266. A.
Scripturæ libri omnes *legis* nomine dicti. 529. C.
Sholaſticorum diſquiſitiones. 531. D.
Scepræus quæ teſtimonia inepte citaverit. B. 306.
Scientia magna eſt ſcire: *quoniam Deus*, *Deus tuus eſt*. 345. A.

Scandalum detrahentis alicui, & corripientis aliquem. 241. C.
Scandalum prout in verſ. 23. Pſ. 68. ut intelligatur. 549. C.
Scribendi mos Hebræorum in membranis, & chartis involutis. B. 50.
Scriptura ſacra ut ſit laqueus Judæis. D. 548. & 549. C.
Scripturæ phraſes. 100. D.
Scripturæ mos quæ paullò poſt dicenda ſunt, tamquam jam dicta demonſtrandi. A. 198.
Scripturæ phraſis ſuper verſ. 18. Pſ. 48. *non ſumet omnia*, pro nihil ſumet. A. 217.
Scripturæ locus à Tertulliano citatus, nec repertus. A. 232.
Scripturæ mos generaliſſima dicere, & ſtudioſa ſtudioſis conſideranda relinquere. D. 246.
Scripturæ verba ad laudes Deo decantandas. D. 277.
Scripturæ phraſis: *eſſe quid in medio* quid ſit. D. 317.
in Scripturis imprecationes ut ſumendæ ſint. 291. D.
Scripturæ divinæ verba licet videantur dura, ſunt tamen mollia & ſuavia. 331. B.
Joannis locus: *ut conſumeretur Scriptura dixiſſe Jeſum: ſitio* ut intelligatur. C. 547.
Scriptus in libro vitæ numquam ab eodem deletur. B. 554.
Sceleris Doeg enormitas. B. 289.
Scuta, & alias belli machinas comburendi mos. B. 166.
Scytharum exprobratio Græcis facta de cultu Bacchi. A. 26.
Scytharum mos hauriendi ſanguinem ejus, quem primum ceperint. 371. C.
Scytharum ad Perſas regionem occupantes dona, & eorum interpretatio. 431. D.
Seal, ideſt, ſuper voce *Seal* Predembachii conjectura refutata. 483. C.
Secundum ut uſurpetur. A. 421.
Securus ut ſit quem ſub ſe Deus tenet. 409. C.
Sedes regium inſigne apud Romanos fuit. D. 124.
Sedes Dei ut à Deo ſeparata, non ſit. A. 125.
Seditionum exempla, & pericula. 387. C.
Sedulitas mane ſurgentium ad opus denotata. 162. C.
Segregatio, & *elevatio* quid denotent. 497. D.
Sela vocis variæ expoſitiones. 495. D.
Selmon etymologia. 504. D.
Selmon qui locus ſit. 505. D. nivoſus locus. A. 505.
Semel, *ſecundò*, *bis* quid denotent. D. 419. & 420. A.
Semiramis à Columbis educata, & in Columbam verſa fabula. 503. A.
Semen pro ſeminis fructu. 561. D.
Senecta laborare ut dicatur anima. 574. B.
Senectutem vitioſam ut habeat anima. ibidem.
contra Senes longius ætate progreſſos varia, & crudelia mortis genera. A. 574.
in Senili ætate vigor prudentiæ. C. 574.
Senectutis incommoda bonis ad animum pertinentibus compenſantur. D. 573.
Senecta, & ſenium diverſa ſunt nomina apud Græcos. 581. A.
Senecta, & ſenium latinæ ſynonima. 587. D.
Senectutis initium ab anno 50. 56. vel 60. 581. B.
Senectus extrema anno 70. 581. C.
Senectutis diſtinctio à Galeno. 581. C.
Senectutis incommoda enumerantur. 574. A.
Senes capulares ut dicantur. 581. D.
Senarius numerus Veneri dicatus. 258. C.
Seneca quum legeret Sextium teſtatur ardentiſſimo animo ſe caſus omnes adverſos provocaſſe. 30. D.
Senſibus poſt reſurrectionem propria futura perfectio, ac fœlicitas. 264. B.
Sententia quæ numquam de ore, & memoria deponenda ſit. C. 409.
Sepulturæ religio non negligenda. 209. B.
de cura Sepulchrorum qui authores legendi. ibidem.
Sepulchorum nomina in publicis viis, & ad quid. 210. A.
Sepulchrum præſertim quo utebantur Judæi non eſt locus adeo profundus, ut per inferiora terræ intelligi commode poſſit. 431. B.
Sepultura carere, & exponi eſcas volatilibus beſtiiſque grave apud Hebræos ſupplicii genus. 432. C.
September fructuum, & celebriorum dierum Menſis apud Judæos. 451. A.
Seraphin velantes faciem, & pedes celebrando triſagion hymnum quid denotent. D. 446.
Sermo noſter *eructandi* ſignificatione exprimitur. 108. C.
Sermonis gratia in tribus conſideratur. 115. C.
Sermo Dei gladius bis acutus, ideſt duobus teſtamentis. 118. B.
Sermones molliti, & non molles cur dicantur. D. 330.
Sermones divini ut ſint inſtar jaculorum. 331. B.
Sermonis divini recta cum oleis comparatio. 331. C.
Servitus morti ſimilis. B. 471.
Serpentis cum Muliere antipathia, & pugna. 314. C.
Serpentum varia genera. B. 362.
quo Serpente Diabolus uſus ſit ad fallendam Evam. A. 362.
Serpentes non audiunt, nec intelligunt verba incantantium. C. 363.
de antiquo Serpente allegoria. C. 363.
Severi Imperatoris reſponſum Matri, filiæque factum. B. 121.
Sexagenarios deponte dejicere paræmia. B 574.
particulæ *ſic* interpretationes, & uſurpationes. B. 426.
Sicilia cella penuaria Reipublicæ Romanæ. B. 134.
Sichima eadem cum Sicar. 96. D. & C. 396.
Sichem, vel Sichima unde dicta. C. 396.
Sichemæ Neapolis nomine appellata. ibidem.
Sichima typus Eccleſiæ. D. 396.
Sichima præcipuum prædium Joſeph datum. 397. A.
Silentii obſervatio. A. 447.
Silentium à Pithagora diſcipulis impoſitum. B. 2.
Silentium non ſemper, ſed ſuo tempore ſervandum. A. 3.
Silere, & clamare quibus competat. 6. A.
Silentes in confeſſione peccata ob pudorem labia ſua prohibere dicuntur. A 34.
Simulacra Harpocratis, & Angeronæ. D. 3.
Sion montis nomine, & filiarum Judæ quid intelligatur. 193. C.
Sion ipſa eſt, quæ Jeruſalem. C. 222. & quæ Judæa. 223. A.
Sion pro ſpeculo non recte ſumitur. C. 447.
Sion, & Jeruſalem ſæpe idem, D 447.
Sion Mons nihil fertilitatis habens, Eccleſiæ typus. D. 505.
per *Sion* nova Eccleſia, per *Sinai* vetus adumbrata. A. 508.
Sion pro Eccleſia triumphante. D. 560.
Siſigambis Darii uxor cur ab Alexandro indignata receſſerit. D. 137.
Sitis pro avida cupiditate, A. 423.
Sitiens bibit ſuavius, quàm edit eſuriens. ibidem.
Sitis Chriſti quæ fuerit. 414. D.
Sitis Avari ſimilis Hydropicis. A. 414.
Sixtus V. quæ verba uſurpare contueverit. B. 571.
Socratis cura inſtituendæ juventutis. A. 114.
Socrates apud Xenophontem aſſerit legem à Diis poſitam unam eſſe: *neque parentes liberis miſceri, neque liberos Parentibus*. A. 145.
idem à Reipublicæ adminiſtratione removit Alcibiadem corposè tantùm, nondum animo pulchrum. 149. A.
Solium ſublime, & conſpicuum cujus rei ſymbolum apud Ægyptios. 177. A.
Solitudo loci quantam præbeat pietati, & contemplationi opportunitatem. B. 314. Solitudinem quærentium impedimenta. D. 314.
Solitudo quæ dicenda ſit. B. 314. quantum valeat. D. 314.
Solitudo interior omnibus neceſſaria. 425. A.
Solis obliviſci, & *Sole non videre* pro mori. B. 367.
Somni paventium inquieti. D. 351.
in Somno morbus triplex contingens. 423. D.
Somaſchinorum Regularium ordo quorum curam profiteatur. D. 492.
Soror unde dicta. D. 143.
Soſanim nomen inſtrumenti Muſici. 104. D.
Soſanim pro Oſanna. A. 104. pro liliis. B. 104.
Sparta cur Muris careret. 317. D.
Species vultus non præferenda Sapientiæ. 113. D.
Species tempeſtiva trigeſimus ætatis annus. A. 118.
Species imperio digna. 144. D.
Spes Sanctorum quæ debeat eſſe, & quæ fuerit Davidis. 294. C.
Spes vana voluptatum, honorum, opum, ut recte *olla* dici queat. D 399.
Spei certitudo factum jam dicit quod futurum eſt. 406. C.
Speciosa deſerti prout in verſ. 13. Pſ. 64. eas regionis partes, quæ omnibus anni partibus elegantiores ſunt, indicat. 462. C.
Sperare, & *expectare* interdum in malam partem. 545. D.
Spiritus immundus interrogatus ut quid ſubjerit fœminam in Theatro, reſpondit: *ſe juſtiſſimè feciſſe, eo quod in ſuo eam invenisſet*. 26. A.
Spiritus Sanctus non deſcendit ſuper Chriſtum in forma Columbæ ut Deus erat, ſed ut homo, & quare. 38. B.
Spiritus Sancti Vehementia quid deſtruat. 189. B.
Spiritus variæ acceptiones. D. 267.
Spiritus Sancti auxilium quo in loco multis poſtulari videatur. B. 268.
Spiritus Sanctus, quare nomine communi vocetur. D. 268.
Spiritui Sancto magis cavendum eſt, ne nos auferamus, quàm ſe Spiritus Sanctus nobis. C. 270.
Spiritum Sanctum ter Apoſtoli acceperunt. 272. A.
Spiritus principalis quot modi ſumi liceat. 272. C.

Spiritus, & Carnis comparatio. D. 304.
Spiritus carnium parvularum ut dicatur. C. 423.
Spiritus Sancti munus patientia. B. 569.
Spinæ ex quibus corona Chriſti contexta fuit in Palæſtinâ ſuaviſſimos flores producebant. B. 103.
Spina quomodo dicatur *intelligere Rhamnum*. B. 368.
Spinæ cur in paſſione Chriſti locum habuerint. D. 368.
Spinæ Judæis ut congruant. A. 369.
Spongia Chriſti in Lateranenſi Baſilica ſanguineis notis conſperſa cernitur. B. 546.
Sponſæ aures perforatæ inauribus ornantur ad obedientiam. 29. C.
circa novas Sponſas mos obſervatus. 140. A.
Sponſi Regis vilem Ancillam ducentis, & Dei ad vilem animam deſcendentis comparatio. B. & C. 140.
mos portandi Sponſas Reginas. 151. D.
Sponſarum ritus, & obſervatio. B. 151.
Sponſam comitandi mos. 152. D.
Sponſus ſanguinis Moyſes à Sephora ut vocatus. 373. C.
Sponſa, ut *ſpecies domus* intelligi queat. A. 501.
Spurinæ gentilis adoleſcentis nobile caſtitatis exemplum. C. 144.
Stare ad dexteram Regis quid ſit. 138. A.
Stabulum pro palatio ſumtum. D. 286.
Stillandi, & *pluendi* verbum interdum animadverſionem, & punitionem divinam ſignificant. B. 496.
Stillandi verbum multifarie ſumtum. ibidem.
Strabonis error de Idumæorum origine. C. 390.
Stratum tropologicè ut ſumant aliqui. C. 428.
Strangulationis ſupplicium apud Romanos frequens, ac vetuſtum. B. 473.
Structionum, & Draconum proprietates. C. 279.
Stulti, Araneæ, & Muſcæ fabulamentum Hebræorum. 17. B.
Stulti avidi famæ. 209. A.
Stultitia de Idololatria. 298. D.
Stultus Judæorum metus, quo in loco ab Auguſtino, & Ruffino notatus. C. 299.
Stultorum de Juſtis in tribulatione verba. D. 402.
Stultus ut ſerviat ſapienti. D. 430.
Subjectionis ſignum ſilere coram alio. 410. D.
Subjectio voluntaria in rationali Creatura ad quid quæratur. ibid.
Subjici Deo quantæ ſit dignitatis. ibidem.
Subſiſtentia quid ſit. 9. D.
non Subſiſtere in ſcripturis pro eo quod eſt non ſupereſſe, mori, non poſſe reſiſtere. C. 525.
in miſeriis non ſubſiſtere pro ſuccumbere. ibidem.
Subſtantia ὑποχοὴ pro parte liquoris craſſiore. 9. D.
in quo peccatore dicatur non eſſe ſubſtantia. D. 525.
Subordinatio in Eccleſia ſub Romano Pontifice probata. D. 195.
Subvenientibus ſibi, ac pauperibus Chriſtus ſeptem à Patre præmia poſtulat. D. 43.
Sulci quam utilitatem agris afferant. A. 458.
Sulcorum Agrorum, & Agricolarum fletus. B. 458.
Superbia humana quomodo à Deo dormita poſt peccatum primordiale. A. 230.
Superbiæ humanæ, & laudis aviditati ſalutare remedium. 301. B.
Superbiæ ſedes in ſuperciliis. A. 308.
Superbi, & humilis natura. A. 438.
Superficies, quaſi ſuperior facies. 490. A.
Superſtitionum genera omnia, quæ extra religionem Dei ſint condemnantur. D. 447.
Supererogationis opera. 235. D.
Super ideſt in particula *ſuper* Caſſiodori obſervatio. 289. D.
de Supererogationis operibus locus. 307. A.
Supplicia ab Ægyptiis decreta adverſus indicantes hoſtibus belli conſilia. B. 316.
Supplicii tarditas gravitate compenſatur. B. 395.
Supplicium à Deo graviſſimum non inveniri qui obſiſtat ei. 481. B.
Supplicium, & afflictorum humilis ſtatus. 101. D.
Subportandi verbo quare Chriſtus utatur. 319. B.
Surgendi ſub diluculum mos ſtudioſorum. 429. B.
Surgendi mos, & uſus apud veteres Chriſtianos. ibidem.
Suſcipere quid ſit. 430. B.
Suſceptor animæ quid ſignificet. C. 305.
Suſceptoris nomine quis intelligatur. C. & D. 163.
Suſan Civitas à liliorum copia vocata. 103. D.
Suſinum unguentum à liliis. 103. D.
Sylveſter quare voluerit dies omnes appellari nomine *Feriarum* 167. B.
de Syneſio Epiſcopo, & Evagrio circa eleemoſynam quæ tradantur. D. 217.
Synodus Salegunſtadienſis præſcribit Pſalmum 52. cum 50. 56. & 66. recitandum pro univerſis ordinibus, nec non pro ſtatu Papæ, & Antiſtis ejuſdem ſedis. 303. B.
Syri fraudibus, ac dolis infames. A. 285.
Syri nomen infame. 288. C.
Syria quondam terrarum maxima. 390. A.
Syria ſub Idumæa comprehenſa. B. 398.
Syri, & Palæſtini Columbas albas ut venerarentur. 503. A.

T

Tabernaculi myſtica interpretatio. D. 64.
Tabernaculum ſum quare Deus ſanctificaverit. C. 160.
Tabernaculum Chriſtus myſticè dictus. 291. C.
Tabernaculum pro domo ſumtum. D. 291.
Tabernaculi variæ expoſitiones, & acceptiones. 292. A. & 406. A.
Tabernaculorum uſus familiaris Hebræis, proprius Nomadibus, & Scenitis. 395. D.
Talpa cecior qui vocetur. 367. D.
Tamerlanus ira Dei dictus. C. 473.
Taurinus ſanguis inter venena recenſendus. C. 233.
Taurini ſanguinis potu Midas, & Themiſtocles mortem ſibi conſciverunt. ibidem.
per Tauros, & Vaccas Hebræi intellecti. 518. C.
Teleſphorus, ideſt de Teleſphori, & Marcelli epiſtolis controverſia. A. 286.
Tempus quo Chriſtus fuit unctus fuit illud Baptiſmi. 129. A.
Tempore lætitiæ apud Orientales ungendi mos. 129. D.
Tempora in Pſalmis crebrò confundi ſolita. C. 317.
Tempus vitæ homini prædefinitum, ut iniquitas adhuc contraxerit. D. 333.
de Tempore non terendo in inanibus rebus narrandis Auguſtini monitum. 479. B.
Tempus univerſum gratiæ annus benignitatis. 460. A.
Templum unde dictum. B. 152.
Templum *οἶκος Κυρίε*, ex Hieronymo pro quavis domo ſumtum. D. 152.
Templis Chriſtianorum locus accommodatitius. 177. A.
Templi myſticæ notiones. A. 191.
Templum quare Hebræorum ipſorum vocetur non Dei. 230. A.
in Templis ſupernè olim inſcriptum ſilentium. 447. C.
in Templis Gentilium, & Paganorum qualis religio. B. 447.
Templi nominis adaptatio. 451. A.
in Templo inter vendentes, neceſſaria ſacrificiis Sacerdotes quoque ejectos qui velint. 534. D.
Templum Dei mirabile in æquitate ut dicatur. 451. C.
Templi ornamentum internum quale. 451. D.
Tempeſtatis validæ interpretatio. D. 224.
pro Tranquillanda tempeſtate Nazianzeni votum. A. 526.
Tentationes, & flagella animæ craſſitudinem attenuant. 16. D.
Ter pſalli Deo cur præcipiatur. 175. B.
Terra de cœlo dicta. 44. C.
Terra dedit fructum ſuum prout in verſ. 7. Pſ. 66. ut interpretentur Hebræi. 458. B.
Terra dedit fructum ſuum, ideſt ex Tertulliano *benedictiones ſuas* de ligno Crucis interpretatio. 485. D.
ſymbolicam Terræ imaginem de Maria Virgine explicat Aygunus. A. 485.
Terrarum orbis à Chriſto emtus pretio ex latere dato. C. 171.
Terra viventium qua ſignificatione ſumatur. C. 292.
Terræ nomen non ſemper de univerſa terra ſumitur. 404. D.
in finibus Terræ, & *in mari longè* prout in verſ. 6. Pſ. 64. qui dicantur eſſe. 452. D.
Terræmotus ſub Imperatore Juſtino Antiochiæ conſpectus. B. 163.
Terræ nomine peccatores deſignantur. ibidem.
Terræ partes alias aliis altiores à principio factas ſi ſentiant. 453. D.
Terræmotus pro rerum mutatione. 496. C.
Tertulliani contra Judæos argumentatio. 125. D.
Tertulliani error. 237. B.
ejuſdem quæ probanda ſententia, & quæ ſeveritas cavenda. A. 239.
Teſtimonia Dei intelligere eſt operibus intellecta exercere. C. 42.
Teſtamenti veteris, & novi benedictio. D. 116.
Teſtamenti veteris, & novi deſignatio per aliquot Scripturæ loca. C. 420.
Teſtamenti veteris bona ad veterem hominem; novi potiora nobis optanda. C. 460.
in Teſtamento vetere quia vigebat Juſtitia vix pauci in novo quia bonitas, & clementia innumerabiles Martyres extiterunt. 460. D.
Teſtimonii falſi, & Calumniæ quàm grave malum. 431. D.
Tetragrammatis nominis virtutes. C. 192.

in Textu Nebienſis interpretatio. B. 557.
Thamuld corum interpretatio. 400. B.
Thamuldiſtarum fæda ſententia de Davide cum Bethſabea. C. 246.
Thamuldiſtarum, & Camhi ridicula fabula. 303. A.
Thamuldiſtarum ſomnium rejectum. C. 420.
à veteribus Thamuldiſtis cujus loci recitatio bis in die cuilibet Judæorum imperata. A. 486.
Thamuldiſtarum fabula de Deo quolibet anno decem primis Lunæ Septembris diebus ſcribente in libro vitæ, & mortis. 555. C.
Tharſis, ideſt de Tharſis voce controverſiæ. 188. B.
cur omne mare *Tharſis* Judæi vocarent 188. C.
Thearchici Hymni, & ſacræ Hymnologiæ ut celebrandæ. 447. B.
Thearidæ gladium exacuentis acutum reſponſum D. 436. & 437. A
Theatrum apud Heraclæam lacedœmoniorum inter orbis miracula annumeratum. C. 152.
Thebanis mulieribus ſolis cur Templum Herculis ingredi licuiſſet. D. 42.
Thema in feſto Omnium Sanctorum quale ex Hugone eſſe poſſit. 227. D.
Theodoretus ut ad quæſtionem de Auctore Pſalmorum reſpondeat. B. 110.
Theodoreti junioris interpretatio ſup. verſ. 10. Pſal. 78. 534. C.
Theodoreto male ab Agellio adſcripta opinio. A. 347.
idem nimium Mopſueſteno adhærens. 548. B.
ejuſdem de Chriſto loci acceptio in uno loco, & in altero non. 553. C.
idem aſſerens imprecationes contentas in verſ. 29. Pſal. 68. eſſe Judæorum captivorum contra Chaldæos non ſibi ſatis cohæret. 555. A.
Theodorus Mopſueſtienſis cenſura notarus in interpetratione Pſ. 68. 524. B.
Theodoſii Imperatoris memorabile Hæreticis reſponſum. B. 143.
Theodato Regi pax quibus conditionibus à Juſtiniano Imperat. conceſſa. 170. B.
Theopolis ab aliquibus pro Antiochia Sumta. 84. B.
Theophili ſanguine ſcriptum Chirographum, ut ope divina, eidem abſque litterarum fuerit reſtitutum. D. 249.
Theſauros malle, quam mentem Stultum eſt. 12. C.
Theſauros Sepulchris ſuis, ut condi vellent inſani olim Homines. 217. D.
idem à Synodo V. damnatus. ibid.
idem negans verſiculum 22. Chriſto convenire damnatus. 545. D. & 548. B.
Theologus qui verè ſit. 176. C.
Thomas Aquinas circa quam quæſtionem maximè torqueretur. D. 208.
Thomæ Aquinati quæſtiones factæ à Romano, cui poſt mortem apparebat. 190. C.
Thomas Cantaurienſis, Ambroſii exemplum ut ſit ſequtus. B. 164.
Thraces nullius pretii ſervum ſale permutabant, 90. A.
Timor juſtis conveniens. 293. C.
Timor vanus, & perniciosus cum rabidis aquam timentibus à Nyſſeno confertur. C. 299.
de Timore Dei quæ egregie aſſerat Gregorius. 300. A.
Timere Deum nolentes aliquando inviti timebunt. 300. B.
Timoris triplicis diſtinctio. A. 312.
Timor juſtorum continuus. B. 312.
Timor, tremor & formido in Chriſto, ut dicantur. ibidem.
Timor horrendæ beſtiæ, ideſt Diaboli, omne genus tormentorum ſuperans. C. 435.
Timoris nomen ut poſſit Diabolo tribui. D. 435.
Timidi, ut ſint etiam crudeles. 315. C.
Tineæ natura. 16. B.
Titelmani expoſitio ſuper verſ. ultimo Pſalmi 51. C. 296.
Tomyris ſævitia in Meſſagetarum Reginam alioſque. 371. C.
Tondendi, & radendi ritus. 288. C.
Tormentum ipſa gehenna acerbius peccatorum ſuorum formam intueri. A. 242.
Totila flagellum Dei dictus. B. 473.
Trajanus à Conſtantino quomodo appellatus. 210. B.
Tranſire per ignem, & aquam quid ſit, utque exponatur. B. 474.
Treveti violenta expoſitio ſuper verſ. 19. Pſal. 36. *quoniam tu feciſti*. D. 14.
ejuſdem expoſitio ſuper verſ. 6. Pſ. 51. B. 290.
ejuſdem alia ſuper verſ. 3. Pſ. 56. 311. B.
ejuſdem inepta expoſitio de Balthaſare extincto ſtatim à convivio. 548. C.
Tribulatio uſtionis, ac ſectionis loco inſervit. C. 235.
Tribulatio ſuperbiam comprimit. 236. A.
Tribulationes à Deo propter gloriæ ipſius illuſtrationem. 236. B.
Tribulationum ſummus fructus. 308. B.
Tribulationes Chriſtianorum notæ. C. 336.
in Tribulationibus ratio orandi, & ſperandi. C. 348.
in Tribulatione juſti ſtultorum verba. D. 402.
Tribulationes aquarum vocabulo interdum deſignatæ. 454. D.
per Tribulationes ad beata tranſeundum. A. 475.
Tribulationes oſtendere nobis ut dicatur Deus. A. 584.
in Tribulatione aliqua cum Deus permittit nos eſſe, etiam tunc miſericors eſt. 542. A.
Tribus Beniamin quare minima appellaretur. 516. B.
Tribus Zabulon, & Nephtali cur nominatæ ab Hebræis dicantur. 517. A.
duodecim Tribus Iſrael per totidem diverſa itinera tranſiviſſe in mari rubro ex quo loco colligant nonnulli. 517. A.
Tribus Juda ex duplici fornicatione, ſpirituali ſcilicet, & carnali. A. 533.
Trinitatis Perſonæ ex verſ. 3. Pſ. 42. *emitte lucem tuam, & veritatem tuam* ab Athanaſio collectæ. 77. A.
Trinitatis myſterium ex quo loco à Bredembachio non valde firmiter cognitum. C. 221.
Trinitatem in verbo *ſum* agnoſcentes rejiciuntur. B. 228.
Trinitatis Perſonæ per Davidis peccatum læſæ. 248. A.
Trinitatis Perſonæ, ut ab Ayguano ex verſ. 11. Pſ. 55. cognitæ. 345. C.
ad Trinitatem Hugonis applicatio. 347. A.
de Trinitate quæ innuantur ab Hugone. C. 315.
Trinitatis myſterium quo ex loco obſervatum. 486. A.
quo ex loco diſertè à Rabbinis collectum. A. 486.
Triptolemus agriculturam à Cerere edoctus. A. 461.
Triſtitia animi contractio eſt: lætitia animi diffuſio. A. 63.
Tubæ uſus ad orandum, vel ad aliquid publice faciendum, aut edicendum. B. 174.
Tubæ uſus ad orandum, vel ad aliquid publicè faciendum, aut edicendum. B. 174.
Tubæ uſus ad prælium, & ad ea, quæ veneunt ſub haſta. C. 174.
Tubæ ſigno horæ deſignatæ apud Hebræos. ibidem.
Tubiluſtrum quid ſit. D. 174.
Tubis argenteis ut clangerent ſoli Sacerdotes, & cur. ibid.
Tuccius vulgatæ translationi parùm æquus. 104. A.
Turres celebriores Jeroſolymæ. D. 194.
myſticè quid ſignificarent. ibidem.
Turris Hannaneel myſtica expoſitio. A. 405.
Turrium uſus à Cyclopibus inventus. B. 405.
Tunſio pectoris in pœnitentibus ad quid, 316. D.
Τυφὸς. 506. B.
Τυφόω. ibidem.
Tygranis reſponſum ſuper Uxoris redemtione Cyro datum, & Uxoris ejuſdem caſtum reſponſum. C. 144.
Tympaniſtria ſumma, & eximia Virgo Virginum Maria. B. 515.
Tympaniſtriæ adoleſcentulæ quare dicantur. A. 515.
in Tympanis carnis mortificatio obſervata. ibidem.
Tyri emporium ditiſſimum, notiſſimumque Hebræis. A. 146.
Tyri ethymon latine Sarra. B. 146.
Tyrus aggeribus injectis continenti adjuncta. 158. A.
diverſis regionibus Urbes à Tyriis conſtructæ. C. 146.
Tyranni Sanctorum tormentis tamquam cibo delectabantur. 89. C.
Tyrannorum in civitatibus minima potentia. 287. C.
Tyrranorum ſagittæ, ut factæ plagæ eorum. D. 441.

V

VAcatio à rurali opere, omnique negotio à Veſpera dici Sabbati ab Auguſtino præcepta, ſed non eſt in uſu. D. 167.
Vacate, & videte prout in Pſ. 45. quomodo intelligatur. 167. A.
Valentiæ acuta doctrina ſuper verſ. 5. Pſ. 70. *confitebor tibi* in *citharâ*: 79. B.
ejuſdem dura interpretatio. 348. D.
Valentini error. B. 327.
Valens Imperator conſumtus flamma vindictæ ab iis, quos perculſerat igne perfidiæ. A. 369.
Valgii celebre exemplum. A. 526.
Vanitate vaniores homines, & eorum conſilia. D. 316.
Vanitatis violenta Dydimi interpretatio. A. 10.
Varietas in diſtinctis Sanctorum ordinibus notata. A. 139.
Varietas veſtis Joſephi, & Aaronis: & alia de varietate Eccleſiæ, Mundi, & Chriſti. D. 139. & 140. A.
Varro quo in loco refutatus. A. 170.
Varradatus Monachus Leoni Imper. propria Deo tribuens rejicitur. B. 192.
Ubera ſicut botri vineæ cur Deus in ſua ſponſa requirat. 394. A.
Venialis culpa quomodo poſt hanc vitam remittatur. 19. B. C.

Venialium peccatorum infinita multitudo per ſe non tantùm nocet, quantùm unicum mortale. D. 36.
Ventilandi verbum probationem tentationis ut denotet. C. 89.
Vendere aliquando ſumitur pro tradere, ac donare. 90. D.
Veniendi verbum prout in verſ. 18. Pſ. 43. indicat impetum vel quaſi Feræ, vel tamquam Fluminis. A. 94.
Ventris nomen memoriæ vis, ac mentis ſedes ut interpretetur. 102. A.
Venus cur à Phidia picta pede ſuppoſitam teſtudinem premens. D. 149.
Venerationis, quæ Chriſti Vicario à Regibus exhibetur typus in Joſue. 172. D.
Venandi ars antiqua, & varia genera. A. 230.
Venia impetrata majorem exigit gratitudinem. 150. D.
Venire, & *audire* tropologicè quid ſignificent. C. 478.
Veneficiorum vis irrita. C. 363.
inter Vendentes neceſſaria ſacrificiis in templo ejectos Sacerdotes quoque qui velint. 534. D.
inter Vendentes, & ementes difficile eſt non invenire peccatum. 579. A.
Venter pro corde, ut accipiatur. 32. C.
Veritatis triplicis diſtinctio. 586. B.
Verbi *clando* ethymon. D. 35.
Verſus ab Eccleſia in litania pro Pontifice uſurpatus. B. 44.
Verſiculi; *ſana me Domine*, & *ſanabor* qui in feriali officio ab Eccleſia hora tertia recitatur myſterium. 47. B.
Verecundia, ut eſt de re turpi timor, non cadit in ſtudioſum virtutis. 93. B.
Verecundia *contra quem*, eſſe dicatur, ibidem.
inter Verecundiam, quæ naſcitur ex timore bonorum externorum, & eam, quæ naſcitur ex timore vitæ ſubtilis Ayguani annotatio. C. 93.
Verbi naturam non eſſe unctam ex quo loco deducatur. C. 131.
Verba quæ cantantur in natalitiis Apoſtolorum. 178. A.
Verborum exordium in introitu Miſſæ. 191. B.
Veritatem Deus quot modis diligat. 259. C.
Veritatis vis quanta, ibidem.
Veritas ut amara. 259. D.
Veritatis opus, & opus Dei ſcire quid ſit. A. 295.
Veritas in dicendo, non eloquentia attendenda. B. 115.
Veritas pro Juſtitia. B. 306.
Veritatis variæ acceptiones. D. 350.
Verba pro rebus ſæpe uſurpantur. 449. A.
Verbum Dei ut alatum dicatur. 314. A.
Verbi divini præconibus adaptatio. ibidem.
Veritas recte *arcus* dici poteſt. B. 395.
Veritas apud potentiores minorem locum habet, & cur. B. 467.
Velpere ſalutem animæ inchoari ut dici poſſit. C. 377.
Veſpera quandoque pro ſerò, & pro ſpatio extremo. 378. B.
pro tempore novi teſtamenti. B. 386.
item pro Antichriſto. C. 386.
Victimæ ſine corde portentum à M. Tulio relatum. 37. C.
Victima avulſo corde ambulans. ibidem.
Victoriæ illuſtres aliquoties non proprio, ſed alieno gladio acquiſitæ. 83. C.
Victorum mos arma victis adimendi. 166. B.
Victus veterum quomodo plerumque comparatus, & qualis. A. 230.
Via duplex miſericordiæ, & veritatis, via de Chriſto cur dicatur. B. 483.
Via eadem nobis eſt ad cœleſtem Patriam, ac Patribus, qui fuerunt in Judæa. B. 483.
Viduæ nubere detrectantes à Romanis punitæ. 493. B.
Videndi facultas nonnumquam candenti ferro admititur. 368. B.
Viduam illam ducere qui virum ejus interfecerit à Sacris canonibus vetitum. 426. D.
Videre Dei idem eſt, ac audire. B. 17.
Victima nulla major, quàm quæ totius Mundi peccatum ſuo cruore mundavit. C. 557.
Vigilia mala quæ ſit. 423. D.
cauſæ Vigilandi variæ ibidem.
Vigilantiani error. C. 264.
Villici parabola. 334. B.
Vincentium, ac triumphantium voces propriæ. A. 514.
Vindictæ juſtæ, & injuſtæ diſcrimen. 371. C.
in Vindicta propriæ injuriæ quivis remiſſus, & indulgens eſſe poteſt. 249. B.
Vincentii Luſitani immolatio à Mahometanis apoſtatæ Mahometo facta. 99. B.
Vinum mirrhatum ut Chriſto oblatum. 133. C.
Vinum mirrhatum, & felle mixtum non differunt. 546. B.
quale Vinum mirrhatum credendum ſit Judæos Chriſto obtuliſſe. A. 545.
Vino compunctionis potari quid ſit. C. 393. & 394. A.
cur juſtos Deus velit hoc vino potari. D. 394.
Vinum quibus apponatur ex obſervatione Bernardi. 394. A.
Vino compunctionis David, Magdalena, & Petrus potati. 394. B.
Vini, & compunctionis vocabu præſentis vitæ conditionem denotant. 394. B.
de Vino myſtici ſenſus. 394. C.
Vinum felle mixtum exhibitum Chriſto non ad occidendum eum, ſed ad irridendum. 547. D.
Vini uſus apud Perſas in ſecunda menſa, quæ erat pomorum. 539. A.
Vino in priori menſa Perſæ non utebantur, ſed aqua. ibidem.
Vini incommoda. 539. B.
nimio Vino utentes cum cœleſti ſigno acephalo comparati. 539. B
Vinum Samſonis Matri, & Samſoni cur vetitum. 539. C.
Violentum non eſt perpetuum. B. 272.
Viri deformes, ac ſapientes. 113. D. Viri ſanguinum qui ſint. 373. C.
Vir ſapiens qualis eſſe debeat. 149. A. Vir latinum nomen unde ſit. 519. A.
Viro pio dies omnis ferius, ac feſtivus, & ſabbatum eſt. C. 149.
Virga inſigne Regiæ, ac judiciariæ poteſtatis. 126. C.
Virga quid etiam denotet. ibidem.
Virgæ nomen de Chriſto, ac de B. Virgine nunnumquam dicitur. B. 126.
Virginitatis decor gladium habet pudicitiæ. B. 118.
Virginitatis laudes ex Ambroſio. 79. A.
Virginitatis hæreticorum nonnulla merces. 149. D.
Virginitatem mulieres colentes Matres Chriſti ſunt. C. 151.
Virgines cur à Chriſto maximopere amentur. 307. D.
Virginem Matrem quare Chriſtus elegerit. D. 151.
Virgines quibus curis ſint immunes, & cui ſoli placere debeant. A. 152.
pro Virginitate tuenda Andagriſina nuptias vitaverit. C. 144.
Virgineo choro honor à Conſtantino delatus. 153. A.
Virgo Altare Dei dicta. 153. A.
ab Ethnicis ut templum Verbi venerata. ibidem.
Virginitatis veræ religionis apud Catholicos documentum. 153. A
quanto in honore apud Romanos. 153. B.
B. Virgo etiam ſine peccato veniali. A. 161.
Virgini media nocte expergiſcenti cujus Pſalmi recitatio ab Athanaſio præcipiatur. 246. A.
B. Virgini ex utero Chriſtum prodeunti loci applicatio, 485. D.
B. Virgo cur terra vocetur. A. 485.
Virtus pro miſericordia. ibidem.
Virtus, & pietas rara in publico, & multitudine. B. 316.
Virtus, ſive potentia in vindice Deo, gloria in miſericorde ſpectatur. B. 425.
Virtus pro vi, ac robore. A. 453.
Virtus eleganti figura *Zona* appellatur. C. 453.
Virtutem pro exercitu ſumi Eugubinus reprehendens refutatur. 500. B.
Virtutes pro exercitibus ſumuntur. 88. C.
Virtuti ſuæ mandari nemo proprie dicitur. 517. B.
Vires, *copiæ* pro exercitu ſumtæ. A. 501.
Virtutis nomen pro potentia. 304. A.
Virtutes Theologicæ cordis, oris, & operis. 325. A.
Virtutis ſtudioſus, ut magnam vim habeat ad [illegible]endam virtutem 374. C.
Virtutes pro exercitibus poſitæ. 402. C.
Virtutis nomine Chriſtus intelligitur. 517. B.
Virtutis variæ notiones, ibidem.
Virtutis nomen nonnumquam verecundiæ datum. 533. C.
Viſitatio Dei ab Origene male ſumta. A. 376.
Viſitandi verbum ſæpe in meliorem partem ſumitur. 456. D.
Vita hominis nihil niſi tribulatio, & militia. 308. B.
Vita ſolitaria ſit ne licita. B. 314.
Vita vivere, & *vita mori* quid ſibi velint, & quomodo differant. A. 323.
Vita hæc quomodo miſeriarum origo eſſe poſſit. C. 402.
Vita hominis ſimilis maris fluctibus à Nazianzeno deambulante ad ripam maris cognita. A. 526.
Vita nonnullorum diutiſſima ob naturalem loci conſtitutionem. 582. A.
ad Vitæ protractionem nonnullæ Inſulæ Hiberniæ ſaluberrimæ. 582. A.
adoratores Vituli voluntarii, ut aqua epota probati. A. 316.
Vitula pro *Vacca* abuſive quandoque à latinis uſurpatur. 557. B.
Vitula ſacrificium erat ditiorum; Agna pauperum. 557. C.
Vitulorum Deo immolandorum tria genera. 558. B.

Vitia Hebræis crebro à Profetis objecta. 318. C.
Vitis aliena quem ſenſum habere poſſit in Scripturis. B. 361.
Vivificatio pro ſuſtentatione vitæ. 498. D.
Unctio Chriſti ſpiritualiter ſumta, ut à nonnullis intelligatur. D. 128. 129. B.
Umbra alarum Dei ut intelligatur. 349. A.
Umbræ multiplicis bonè, & malè diſtinctio; 349. B.
Unguentorum, & coronarum abuſus. 132. B.
Umbra mortis quid denotet. B. & C. 96.
Umbilicus, ideſt ad umbilicum librum perducere quid ſit. B. 30.
Umbilicus erat lignum circa quod Chartæ evoluebantur. B. 30.
Voci ſuæ dare vocem virtutis ut quis dicatur. C. 521.
Vocis animæ variæ acceptiones. 16. C.
Vocatio ad judicium ex quo loco deducatur. 222. C.
Volatus Columbæ ocyor, Aquilæ diuturnior, & altior. 314. C.
Voluntatem propriam exſcindere perinde eſt, ac ſi proprium effundas ſanguinem. A. 98.
Voto profeſſionis emiſſo peccare ut ſit major culpa. 53. B.
hæreticorum abuſus contra vota. 307. C.
ex Voti obligatione opus perfectius, quàm ex neceſſitate. 307. D
Vota Dei ut dicantur. D. 345.
Votorum piorum uſus. 346. A.
Vota Domino qui offerre poſſint. 346. B.
Vota quæ ſint inutilia. 448. A.
Votorum dilatio cavenda. C 468. & 476. D.
Votorum vis ad obligandum quanta. 476. C.
melius eſt non Vovere, quàm poſt votum promiſſa non reddere. 476. D.
Votum quamvis neceſſitate, vel metu mortis emiſſum ut adimplendum. 477. A.
Violantibus vota pœnæ à Deo immiſſæ. 477. A.
Vota omnia Deo reddenda, quæ fuerint legitimè dumtaxat etiam in tribulatione. 477. B.
Vox exultationis quid deſignet. A. 65.
Vox Davidis quam dulcis à Nyſſeno vocatur. 334. C.
Urbanus Papa qua ſimilitudine uſus fuerit ad demonſtrandam iniquitatum noſtrarum à Deo litturam factam relinquere deformitatem quamdam Deo, & accuſatori Diabolo notam. 250 B.
Urbis Jeroſolymitanæ deſcriptio. C. 194.
Urbes tempore alias antecedere creditæ. D. 209.
Urbes non lapidibus, & lignis, ſed virtutibus inhabitantium oportet eſſe munitas. 317. D.
Urceus æneus quo baptizabat Laurentius. 261. A.
ad Urſum, & Canem alligatos accedentis comparatio, & ejus, qui ad voluptates. D. 430.
Uſus adiectivi generis cujus hebraicum nomen ſit obſervatio. C. 356.
Uſus loquendi à Pithagora per quinquenium diſcipuli inhibitus. B. 2.
Uſurpatio verſ. 3. Pſ. 44. in officio nativitatis Domini. C. 116.
Uſuræ etiam in vetere Teſtamento prohibitæ. 318. B.
Uzerus ut Aſinæ attributus. A. 361.
Uteri in partu aperitio res divini miraculi. C. 1. 7.
Uteri triplicis diſtinctio, unde orta Eccleſia. B. 570.
Utilitas, quam referunt electi ex ruina impiorum. D. 292.
amicitiæ Utilitate æſtimantur. 219. C.
Vultus quaſi voltus: ideſt voluntas, quæ pro motu animi in facie oſtendatur à Nonio dicitur. B. 83.
Vultures odore bonorùm unguentorum pereunt. 132. B.
Vulva, & uterus ſynonima interdum diſtincta. A. 361.
Vulvam in brutis, uterum in mulieribus noſtris ut velit eſſe plinius. ibid.
à Vulva alienati qui intelligi poſſit. A. 360.
à Vulva, & utero Domini, quæ nos portarunt, & geſtarunt degenerare dedecet. C. 361.
Vulpis proprietates. A. 432.
Vulpibus Palæſtina abundans. ibidem.
Vulpes alligatæ caudis quæ Philiſthæorum fegetes incendant quid myſticè ſint. B. 432.
Vulpis ſimulata mors ad quid; & aliæ ejuſdem fraudes. C. 432.
ejuſdem imitatio quibus propoſita, & quomodo. C. 432.
cum Vulpe ut liceat vulpinari, & vulpionem eſſe. C. 432.
à Vulpibus ducta ſimilitudo. D. 432.
earum æſus, & vafrities. ibidem.
utilitas ad medicinas. ibidem.
Vulpium aditus ſecutus Ariſtomenes Meſſenius à Lacedæmoniis captus evaſit. 433. A.
Vulpes numquam manſueſcentes. 433. A.
Vulpes cicures ut caniculæ. ibidem.
Vulnerati Dei qui dicantur. D. 552. & 553. A.
Uxor Loth cur verſa ſit in ſtatuam. D. 42.
Uxorum plurimarum, & Concubinarum uſus apud Perſas, & alias gentes; A. 136.
ducit Uxor ut dicatur. D. 143.
hoetorum, & Romanorum circa Uxores de novo nuptas mos. ibidem.
in Uxores conditiones quatuor à Germanis requiſitæ. 144. B.
Uxor ducitur tamquam neceſſarium malum. 475. C.

Z

Zamolxidis apud Platonem verba. A. 46.
Zelus divinus, & ſecundùm ſcientiam ut comedere dicatur. 535. A.
Zelus magnus Chriſti fuit periculo magno ſe exponere pro domo Dei, reverentia, & domo quam decet ſanctitudo. B. 534.
Zelus domus Dei ut ſumatur. C. 534.
ut comederit Chriſtum. 535. C.
Zelo domo Dei comedi quid ſit. D. 434.
ſi Zelus indiſcretus erit, & immoderata ira, furorve. ibidem.
Ziph duarum Urbium nomen, & montis ſive deſerti. C. 302.
ejuſdem etymon. ibidem.
Ziphæorum hiſtoria. ibidem.
eorumdem interpretatio. ibidem.
Ziphæorum nomine Dæmonas ut intelligat Nyſſenus. 303. C.

BIBLIOTECA PROVINCIAL SORIA

FINIS.

Sign.ª Top.ª
Est. 1/1
Tab. 6
Núm. 8

C. 133.
N. 131.

Comentarios

85
501